
BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
14
21G
M2

DECISIONES

SACRI REGII CONSILII NEAPOLITANI AB EXCELLENT. VIRIS, I. C. CLARISſimis, eiuſdem ſacri Conſilij Regijs conſiliarijs collectæ,

MATTHAEO DE AFFLICTIS,
ANTONIO CAPYCIO,
THOMA GRAMMATICO.

Nunc demum hac poſtrema editione diligentius recognitæ, atque ab innumeris, quibus ſcatebant, erroribus, emendatæ, addito inſuper rerum indice locupletiſsimo.





LVGDVNI,
APVD HAEREDES IACOBI IVNCTAE.
M. D. LXVI.
Cum Priuilegio Regio.



Philippus Tingius Lectori S. D.



VI hoc proprium esse munus hominis statuit, praeclarè quoad eius fieri potest de vita hominum merendi, is quendam constituere videtur in terris Deũ, cuius virtutis, & sapientiae fructus vberrimi ad plurimos manent, gloria & laus modò ad illum redundet. Ac cùm multae artes sint, & praeclarae quibus in vita agenda inter se esse vsui homines possunt, tum vna omnium est summa habenda, condendarum legum, atque interpretandarum scientia. Ita enim aliae omnes possunt esse singulis hominibus subsidio, & ornamento, vt huic vni tanquam fasces summittant, atque vnam maximarum rerum effectricem, cui homines, quòd more hominum viuant, quòd ius, fas, religionem colant, referant acceptum, facile agnoscant. Itaque nobilissimae gentes permultae, ac populi potentissimi, cùm permulta secula, philosophorum praeceptiones nullas hausissent, non eloquentiae professores vllos, non de re medica differentes audissent, quae maximè necessaria vitae hominum existimantur, maximas res atque immortalitate dignas posteris aemulandas reliquerunt: sine moderatione legum, neque feritatem homines exuere, neque eodem coalescere, neque ciuitates condere, in quas se recipientes tuti à maleficio, & iniuria agerent, neq; salutis communis causa melioribus parere animum induxissent. Quae cùm res tanta sit, in omni memoria semper, clari homines iuris prudentia multi extiterunt, quorum scientia atque consilio, maximae ciuitates stare, regna, imperia potuere: nostra aetas tot iam extulit maiorũ gloriae aemulatione incensos: vt nihil habeat quo veterum industriae summorum hominum inuideat, omnia, aut sapienter, & acutè excogitata, aut disertè & copiosè explicata habeat, quae ad summam huius artis absolutionem hominum solertia, summo adhibito studio, & diligentia inuenire potuisse videatur. Quorum scripta cùm plurima à nobis edita ad hunc diem sint, quae esse magno vsui huius scientiae studiosis animaduertimus: iam nunc in eo sumus, vt gentium, populorum, ciuitatum mores, consuetudines, instituta, leges, quarum cognitionem ad ciuitates rectè instituendas pernecessariam ducimus, à doctissimis hominibus collectas, emittendas in lucem curemus. Ita enim caetera vniuersè complectuntur, quae esse huius argumenti atque

institutionis videntur, ne singula persequi quæ innumerabilia sunt, minimè possint. Cuius rei vsum, qui maximus est, ij præstant, qui quæ singulis populis sunt leges, & sanctiones perscriptæ, literis consignarunt. Atque in præsentia quidem Neapolitani regni scita, decreta, præscriptiones, quæ multiplices sunt, & magnã habent varietatem, ita vno volumine comprehensa tradimus, vt quasi sub aspectum, ne quem fugere inertissimum possint, subijciantur. Neque verò nostrum consilium est, aut de hac nostra postrema editione, in qua adornanda, quantum à nobis studij positum sit, res ipsa declarat, aut de eorum hominum eruditione, qui hæc collegerunt, plura quàm necesse sit, nostra oratione persequi. Si enim hominum magis auctoritate, quàm certa ratione standum est, Matthæi Afflicti, Scipionis Capycij, Thomæ Grammatici, illustre & celebre nomen, non magis amplissimi muneris functio, quam obierunt, quàm doctrina summa, maximarum rerum cognitio, atque vsus, summorum regum de eorum virtute iudicium, non apud præsentes modò, sed apud posteros effecit. Nobis quidem, quando hoc vnum propositum est, non labori, non sumptui parcere, quò præclarius mereri indies de studiosis iuris prudentiæ possimus, si ita modò promeriti videmur, inuidorum obtrectationem, quam nostra constantia, tua, lector. humanissime, æquitate facile sit sustinere, à nobis satis fuerit deprecari. Vale, & nos de hoc nostro in te studio ama.

Phil



HILIPPVS Dei gratia Rex Castellæ, Aragonum, Angliæ, Franciæ, vtriusque Siciliæ, Hierusalem, Vngariæ, Hiberniæ, &c.

DON Ioannes Marinquius de Lara, Consiliarius status, Præfectúsque prætorio Regię & Catholicæ maiestatis, ac Clauiger ordinis & militiæ Calatrauæ, & in præsenti regno Vicerex, Locumtenens, & Capitaneus generalis, &c. Magnifico viro Ioanni Andreæ de Bottis huius magnificæ & fidelissimæ ciuitatis Neapolis Regio fideli dilecto gratiam Regiam & bonam voluntatem. Nuper pro vestri partefuit nobis supplicatum, quatenus Regiæ maiestatis nomine vobis concederemus per aliquod temporis spatium, videlicet, per decennium, Opera intitulata, Constitutiones Regni Neapol. Decisiones Antonij Capycij, Thomæ Grãmatici & Matthæi de Afflicto, & Consilia omnia eius Thomæ Grammatici imprimi non posse, nec extra regnum impressa in regnum immitti, nec aliquo modo exemplari, & quouis modo imprimi facere, & in regno prædicto vendi, & quouis modo contractari, nisi tantummodò per vos vel vestros hęredes, & successores, & alios vestri vel vestrorum hęredum prædictorum parte, dicto decennio perdurante, vestra impensa imprimi, ac vendi, & contractari posse. Ea propter vestris supplicationibus in hac parte inclinati tenore præsentium de certa nostra scientia, deliberatè, & consultò, ac ex gratia speciali præfatæ Maiestatis nomine cum deliberatione & assistentia Regij collateralis consilij statuimus & decernimus, quòd per annos decem à die datarum præsentium numerandos, nemini liceat in hoc regno Opera iam dicta imprimere, aut exemplare, & imprimi facere, nec alibi impressa in regno vendere, aut aliquo pacto contractare absque speciali permissione vestri prædicti Ioannis Andreæ, vel vestrorum prædictorum hæredum & successorum, dictorum annorum decem tempore perdurante. Reseruatis tamen & exceptuatis illis Operibus super præmissis intitulatis, quæ impressa à retroactis temporibus reperta fuerint, vel cõtractata per alios quoscunque. Volumus enim illa vendi ac contractari posse per quemlibet eorundem Operum possessorem infra terminum mensium decem à die datarum præsentium in anteà numerandorum: Post cuius temporis lapsum, decennium prædictum vt suprà, vobis concessum currere intelligatur. Volentes & decernentes expressè, quòd si quis contra præfatam nostram ordinationem facere attentaret, ipso facto libri Operum prædictorum in hoc regno, aut per exemplum in quouis alio loco impressi, & in regnum ipsum immissi deuoluantur, & sint vestri prædicti Ioannis Andreæ vel dictorum vestrorum hæredum & successorum, qui multos libros imprimi curetis, taliter quòd regnum prædictum libris ipsis multum affluat: Et vltra prædictam deuolutionem incidat in pœnam ducatorum centum diuidendam pro tertia parte Regio fisco, pro tertia parte accusatori, & pro alia tertia parte vobis. Mandantes propterea per has easdem omnibus &

ſingulis officialibus & ſubditis Regiis maioribus & minoribus quocunque nomine nuncupatis,titulo,officio,authoritate,poteſtate & iuriſdictione fungentibus,præſentibus & futuris,ad quos,quem ſpectabit,& præſentes peruenerint,ſeu fuerint quomodolibet præſentatæ vnicuique in ſua iuriſdictione, quatenus vobis,ſeu alteri legitimæ perſonæ pro noſtri parte præſtent, præſtaríque faciant omne auxilium, conſilium, & fauorem neceſſarium & opportunum ſuper conſequutione dictorum librorum in caſibus præmiſſis vobis deuolutorum,& pœnæ prædictæ,adeò quòd pro prædictis ad nos recurſum habere vobis neceſſe non ſit. Et ſi ſecus factum fuerit,ſtatim incurrant iram & indignationem Regiam,pœnámque ducatorum auri mille, præſentibus Regio ſigillo impreſſis præſentati ſingulis vicibus remanſuris.

Datum in palatio Regio prope Caſtrum nouum Neap. die viceſimoquinto Septembris, 1558.

Don Giouan Marinquius.

Dominus Vicerex,Locumtenens,& Capitaneus generalis mandauit mihi Ioanni de Soto.

Vidit Albertinus regens. *Vidit Villanus regens.*
Vidit Pignonus regens. *Vidit Reuerterus regens.*

DO. MATTHAEI DE AFFLICTIS, PARTHENOPAEI

SVMMI I.C. AC CONSILIARII REGII in opus Decisionum sacri Consilij Neapolitani ad patriam suam, & vrbem Neapolim

PRAEFATIO.

SVMMARIVM.

1 *Humilitas Iesu Christi in exemplum nobis prescripta est, qua omnem aliam exuperat.*
Ciuitati obligamur, in qua nascimur, alimur, & docemur.
Ciuitas prestat ciuibus presidium.
2 *Sacerdotibus omnis honor & reuerentia debetur, propter spiritualem pabulum, quod fidelibus administrant.*
3 *Orare pro defunctis tenemur, amicis benefacere, & inimicos diligere.*
Oratio a pœnis purgatorij liberat.
Animus non deprehendit se, nisi cùm est quietus.
4 *Prudens non propalat que non potest probare.*
5 *Dona exigua offerentis voluntate pensantur.*
Ciuitatis in tres partes diuisio.
6 *Monarchia vera tria requirit, cultum diuinum, potentiam, & sapientiam.*
7 *Testimonium de veritate reddere, est precipuum inter omnia terrena.*
Oratio debet esse crebra & breuis.
Consilium Regium est locus terribilis, propter sapientes in illo astantes.
Seniores sunt prudentes, & cur.
Prudentia est prouidere de frumento propter futuram famem.
8 *Prudentes illuminant Regnum, & sunt in consilio.*
9 *Laudare seipsum est indecens, sicut se vituperare.*
Silentium interdum conducit.



NIHIL enim est in hac vita mortali, quo possimus Deo familiarius iungi, quàm ipsum amare, & proximũ diligere: quia eius opera in omni magnificentia fecit: vt in Psal. ciij. Et ideo eius suffragiũ humiliter imploramus, vt per eius misericordiã nostra bona opera cœpta ad finem perducat. Et tũc speramus eius misericordiam impetrare, cùm ipsum creatorẽ omniũ amamus: & ab eius mandatis optamus nõ deuiare, & ex toto mentis affectu, & omni conatu cupimus obtemperare: nam ipse Deus per os Prophetę mandauit eius mãdata custodiri nimis: vt in Psal. cxviij. Cúmq; non solùm tanquã creati ab omnipotente Deo patre & filio & spiritusancto: qui pro salute humani generis voluit incarnari filiũ suũ de spiritusancto, ex gloriosa
1 virgine diuina Maria, quo incarnato & nato † in nostrũ exemplum intantũ est humiliatus, quod exinaniuit, quãdo se ad infirma inclinauit secundum beatũ Bernardũ, vt refert Ioan. And. in nouel. c. j. de pœnit. li. vj. Cui debetur omnis honor, charitas & obedientia: nõ tantũ in expedientibus & honestis, & indifferentibus (vt in præceptis Decalogi moralibus & iudicialibus) me permaxime obnoxiũ sentio, sed etiã me obligatũ cognosco huic nobilissimæ Neapolitanæ ciuitati: quę me genuit, aluit, docuit, & conseruauit: vt sim ei fidelis, & famulatum exhibeam. Hæc est illa ciuitas, quæ pręstat pręsidiũ, vt inquit Cicero de offi. lib. ij. c. xxiij.
† Quinimo me obligatũ sentio sacerdotibus, qui no- 2
bis præstant pabula spiritualia: quibus propterea debetur omnis honor & reuerentia: vt in epistola Pauli 1. ad Corin. 4. cap. ibi, In Christo Iesu per Euangelium ego vos genui. Qui patres nostri spirituales dicuntur: ideo glos. super illo 5. c. Deuter. Honora patrem, &c. dicit carnalẽ & spiritualẽ. & alia glos. dicit ibi, Deum
& ecclesiam. † Deinde virtuosis senibus dictæ ciuita- 3
tis: nã dicit Apostolus 1. ad Tim 5. ca. Seniorem ne increpaueris, sed obsecra, vt patrẽ: ac defunctis meis in orando, quoniã oratio potest à pœnis purgatorij eos euellere. Atq; proximis nostris, vt eis non faciamus quæ nobis ipsis facere abhorremus. Nec nõ amicis & benefactoribus nostris, in retribuendo eis vicissitudinem beneuolentiæ & gratitudinis. Post hos inimicis & æmulis nostris, qui linguis acutis mentientibus nos mordent, ad orandũ & orari faciendũ, vt altissimus eis virtutem charitatis infundat. Et quis ego sum, qui tantis obligationibus possim satisfacere? profectò vires meę nõ suppetunt ad tantum debitũ persoluendũ. Quid ergo faciam? decreui iuxta illud Senecæ de ira, vbi dicit, quod animus quotidie ad rationem reddendã euocãdus est. Et ideo dicebat Greg. super Ezech. lib. j. homil. ij. quod sicut cõcussa aqua imaginem inspicientis non reddit, sed solũ cũ est quieta: sic anima nõ deprehendit se, nisi cũ est quieta. Cogitaui & meditatus sum post sinistros casus meos in mea hac vacatione, opera mea quæ probari possunt, & quæ nõ. de his bonis ope-
ribus quæ probari nõ possunt, nihil attingã: † quia vir 4
prudens non debet propalare ea quæ probare nõ potest. ij. q. v. c. plurunq;. Opera quæ ego gessi sunt, Commentũ meũ magnum: quod legendo vsus feudorum, stipendiis Regis Ferdinãdi primi cõposui. Repetitiones plurimas legũ quas cõmentaui. Cõsilia multa, & allegationes, vota in causis vertentibus dictaui in scriptis cũ Decisionibus Consiliorũ domus Regũ de Ara-
gonia. Postquã actiones meas cogitaui: decreui me s 5
labores in signũ solutionis tantarum obligationum persoluere. Primò vt satisfaciã euangelio Matth. 5. ca. qui dixit, Qui autẽ fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur in Regno cœlorũ. Deinde vt satisfaciã magnifici selectis nobilissimæ ciuitatis Neapolis, & in consequentiam eius vniuersitati & doctoribus collegij eiusdem, quibus ego Matth. de Afflic. V. I. D. de sedili

Nidi,& colligiatus, omnẽ reuerentiam debeo ,& ad
quos hoc opus dirigitur,sed si vt opto,nequeam satis-
facere, ipsos rogatos esse cupio,vt non respiciant ad
hoc exiguum munus respectu eius, cui hoc opus diri-
gitur,sed ad promptitudinem animi mei , qui semper
5 optat subsidia possibilia præstare. † Deus enim plus
animum,quàm datum respicit.xxiiij.quæst.j.cap. odi.
Inde Hieronymus ibi,quæ offeruntur non sui ponde-
re,sed offerentium voluntate pensantur. Inde narrat
Euangelista Marc.cap.12.quòd Deus respexit ad exi-
guum donum viduæ,quæ duo minuta obtulit , potius
quàm ad magnum donum diuitis , tum propter bo-
num animum in largiendo, tum quia plus quàm di-
ues obtulit considerata sua facultate. Dicit enim ibi
glo:quòd plus est vni puero ferre quinque , quàm vni
viro forti viginti. Quia etsi totam meam substan-
tiam licet exiguam,pro tam nobilissima ciuitate elar
girer,non condignam mercedem tribuissem,sed mer
caturam:vt inquit Cicero de Natura deorum , in fin.
Et hoc opus laboribus & vigiliis meis atque studio
conditum,ad lites occurrentes in Decisionibus cau-
sarum incidentibus,emergentibus,& diffinitionibus,
actis per sacrum Regium Consilium Regum de Ara-
gonia vsq; ad præsentem catholicum Regem me exi-
stente regio Consiliario benignè suscipiat oblatum:
quia de meo thesauro hoc donum processit. Vnde di-
cit Euangelista Matthæus,ca.12.Bonus homo de bo-
no thesauro profert bona:Malus homo de malo the-
sauro profert mala. Et si hoc opus non seruiat idiotis,
saltem seruiet Doctoribus,Scholaribus.Procuratori-
bus,& viris literatis agentibus in rebus publicis, &
6 priuatis : † quia vt dicit Auicenna. iiij . lib. Philoso-
phiæ,Ciuitas in tres partes diuiditur,videlicet,in Dis
positores ministros,& Iurisperitos, imò in vera mo-
narchia requiruntur tria , videlicet , Diuinus cultus,
Potentia,& sapientes:vt latè per Oldr. in consil. lxix.
Qui & omnes legentes præsentes & futuri ex lectura
præsentium Decisionum sine dubio peritiores erunt
in similibus dubiis , quæ in futurum euenient in con-
sulendis & decidẽdis causarum dubiis,postpositis opi
nionibus reprobatis. Et si hoc opus proderit omni-
bus cupientibus iustè consulere vel iudicare in simi-
libus dubiis occurrendis,non mihi gratias agant , sed
diuinæ trinitati:& nostris diuis patronis Neapo.vide-
licet S.Ianuario martyri,sancto Aspreno, S. Athana-
sio,sancto Agrippino,sancto Effremo,sancto Seuerio,
sancto Anello confessoribus,& dictis magnificis ele-
ctis & Doctoribus præsentibus & futuris dictæ ciui-
7 tatis:& testimonium de veritate reddant : † quia hoc
inter omnia terrena videtur esse præcipuum, vt dicit
beatus Thomas de Aquino in primo libro de Regi-
mine principum c.vij.Si autem aliquid imperitè scri
ptum sit,illud corrigant,& emendent, & cancellent
cum charitate,& respiciant ad promptitudinem ani-
mi mei,qui desiderat omnibus prodesse,& ciuitatem
ipsam laudibus & præconiis extollere,ac ipsam sum-
mo omnium opifici,& dictis septem patronis crebris
breuibus & continuis orationibus commendare : vt
ipsam semper prospere regant,gubernẽt, & augmen-
tent viris sapientibus & prudentibus , per quos mun-
dus regitur,ac ipsam perpetua perpetuitate fœliciter
protegant,& defendant per infinita secula seculo-
rum.Amen.

MAGNIFICE domine. Viceprotonotarie di-
gnissime , ac insignes Patres conscripti omni
laude dignissimi, cùm mecum ipse cogitarem hunc
Senatum,statim venit in mentem illud diuinæ scri-
pturæ,quod in dedicatione ecclesiæ cantatur , Terri-
bilis est locus iste , translatiuè Genesis , cap . 28.
propter excellentes Seniores prudentissimos hic exi-
stentes.Inde dicitur in Ecclesiastic.cap.6.In multitu-
dine presbyterorum,id est seniorum,prudentium sta.
Ex quo prudentes habent memoriam præteritorum,
intelligentiam præsentium,& præuidentiam futuro-
rum:vt fuit ille Ioseph,qui præuidit futuram famem,
& ideo conseruari fecit frumenta: vt legitur Gen. 41.
Et patet in Cicerone, in ij. lib. Rhetoricorum : & in
Seneca in libro de Quatuor virtutibus : & in quarta
parte summæ Antonini Archiepiscopi Florentini,tit.
ij.§.ij. † Vos enim estis qui totum Regnum illumina- 8
tis:vt dicit Bal.per illum tex.in auth. habita. §. nam-
que.C.ne fil.pro patre.Sum etenim iussu sacræ regiæ
maiestatis,vt auth. scriptura testatur , ego Matth. de
Afflict.de Neapol.V.I.D.hodierna die ordinatus,Re-
giæ Maiestatis consiliarius , & aggregatus cœtui vi-
rorum prudentium. † Si enim asseram me non esse 9
præditum hoc magno dono prudentiæ , vel si affir-
mem illud in me esse mihi eueniet,quod Senecæ maxi
mo Iureconsulto contigit,vt refert diuus August . in
vj.lib.de Ciuit.Dei.c.11.qui dum dicebat Iudæos se-
ptimam partem eorum vitæ amittere propter custo-
diam Sabbati,dicit ipse , Quid dicam de Christianis
inimicissimis Iudæorum , qui tot festa custodiunt?
Christianos tamen iam tunc Iudæis inimicissimos in
neutram partem commemorare ausus est,ne vel lau-
daret contra suæ patriæ veterem consuetudinem , vel
repræhenderet contra propriam forsitan volunta-
tem.Melius ergo est per silentium pertransire,& con-
fidere in misericordia omnipotentis Dei : qui vni-
cuique tribuit prout ipse vult,& breui & crebra ora-
tione eum rogare ex toto corde,vt infundat spiritum
intelligentiæ & prudentiæ,vt possim veritati satisfa-
cere,& res gratas atque acceptas agere Deo omnipo-
tenti,& sacræ regiæ maiestati,quæ dignata est me tan-
tis oneribus & honoribus ditare , & vestris veridicis
opinionibus & iudiciis adhærere faciat , ad laudem
omnipotentis Dei patris & filij & spiritus sancti , &
sanctissimæ virginis Mariæ & diuorum martyrum
Eustachij & Ianuarij,ac confessoris sancti Benedicti
abbatis , qui fructus laborum meorum benedicat , &
ad charitatem Dei adscribat : vt animabus nostris
proficiat in secula seculorum, Amen.

RESPONSA SENATORVM, SEV DECISIONES SACRI CONSILII NEAPOLITANI, IN COMmunem omnium vſum editæ, autore Matthæo de Afflict. Parthenopæo, ſummo cum V. I. D. tum eiuſdem Conſilij Senatore longè ſpectatiſsimo.

Cum additionibus magnifici & eximij Iuriſconſulti, domini Thomaſii Grammatici, V. I. D. de Neapoli.



AD LAVDEM & gloriam omnipotentis Dei Patris & Filij & Spiritusſancti, & glorioſiſsimæ virginis ſanctæ Mariæ matris Dei omnipotentis & diuorum ſanctorum Euſtachij, Ianuarij, Martini, & Benedicti confeſſorum, Præſens collectio Deciſionum cauſarum occurrentium in Sacro Regio conſilio Sereniſsimorum Regum de Aragonia, in regno Siciliæ facta eſt per nobilem & inſignum virum Matthæum de Afflicto Neapolitanum, V. I. D. vnum ex Regiis Conſiliariis. Ex qua collectione Deciſionum eidem memoria conſeruabitur, & poſteris vtilitatem non modicam hoc opus impartietur. Fatendum tamen eſt, quòd hic non omnes deciſiones, quæ in dicto ſacro Conſilio actæ ſunt, ſequentur: ſed hæ tantum, quæ ſibi annotatione dignæ viſæ ſunt.

DECISIO I.

De ſententiis opinionibus & ſapientum conſilio in cauſarum deciſionibus.

SVMMARIVM.

1 *Opinionem in conſilio ſapientum, & deciſionibus cauſarum quis debeat incipere, an qui vltimo loco venit, an verò antiquior. & nu. 6. & 7.*

Sententia an poſſit ferri ex voto duorum doctorum de conſilio, vbi maior pars eſt in contrarium. 4.

2 *Officialis habens plures iudices, cuius opinioni debeat adhærere, an maioris partis an ſanioris.*

Præſidens in conſilio, poteſt cum vno iudicare ſub nomine regiæ maieſtatis relicta maiori parte, quando conſiliarij de neceſsitate non eliguntur.

3 *Medicis conſultis ſuper vulnere an ſit mortale, qualiter ſtandum, & quæ eorum opinio præualere debeat.*

Periti pauci vincunt imperitorum multitudinem.

4 *Statutum, vt in actibus gerendis non ſtetur maiori parti non valet.*

Sententia plurium debet præualere.

Canonicum reputatur, quod maior pars facit.

5 *Præſumptio fit pro pluribus.*

7 *Fiens plus habet honoris.*

Facta in moralibus magis mouent, quàm verba.

Digniores debent incipere.

Maior dicitur qui prior ingreditur in conſilio.

8 *Antiquiores clerici, & doctores debent habere primum locum.*

PRIMA die qua fecit ingreſſum in cõſilio,
fuit excitatũ, † Quis debet incipere ad vo- 1
tandum. Secundò vtrum præſidens in conſilio
poſsit ferre ſententiã ſub nomine Regiæ
Maieſtatis, cũ vno, aut duobus votis doctorum de
conſilio, vbi maior pars dominorũ eiuſdem ſunt in
voto contrario: vel de neceſsitate habeat ſententiare
cum votis maioris partis. Et quid fuit obſeruatũ temporibus
præteritis. Dicebat d. Ale. de Alex. vir ſummi
ingenij, & tunc Vice protonotarius, ꝙ ipſe vidit
protonotariũ Regni, & locotenẽtẽ pluries ſentẽtiare
cũ duobus votis Doctorũ valẽtiſsimorum de cõſilio,
omiſsis votis aliorũ in maiori parte: qui tamẽ nõ erãt
ita doctiſsimi viri. † Et pro hoc bene facit dictum 2
Iac. de Bu. in l. maiorẽ. ff. de pact. vbi dicit, ꝙ ſi officialis
habet plures iudices, nõ debet ſtare opinioni maioris
partis: ſed eius qui melius ſcit iura. & pro hoc bene
facit id ꝙ dicit Io. de Imo. in l. ad principẽ. ff. de app.
ꝙ quãdo cõſiliarij de neceſsitate nõ eligũtur, põt ſuperior
cũ vno iudicare relicta maiori parte votorũ.
& ſubdebat, ꝙ rarò hoc ſolitũ erat fieri tamẽ quando
vellet, poſſet cõcludere cũ paucioribus: quia ex præeminẽtia
ſui officij, ſi ſibi videbitur, abſq; læſione cõſcientiæ
poſſet ſententiare cum paucioribus votis.
† Pro hac præeminentia bene facit gl. in c. ego ſolis
viij. diſt. circa fi. & Spe. in tit. de hom. §. j. vbi ſi pro- 3
ducũtur plures medici ad votandũ, vtrum vulnus ſit
mortale, ſtatur dicto paucorũ peritorũ, licet cõtrariũ
dicatur à pluribus imperitis. & tenet Lud. Ro. in l. j. §.
ſi iij. col. ff. de ver. obl. & do. Ant. de Bu. in c. propoſuiſti.
pen. col. de proba. Tandẽ cõcludebat, ꝙ ipſe nũquã
vteretur hac præeminẽtia, ſed ſemper ſentẽtiando cũ
maiori parte votorũ, crederet nõ errare, etiã ſi ſibi cõ
trariũ videretur. Et pro hoc bene facit id quod not. in
c. j. de his quæ fiũt à maio. par. ca. & ibi per Io. de Imo.
† vbi dicit ꝙ nõ valet cõſuetudo, vt in actibus geren-
dis nõ ſtetur maiori parti, in notabilibus, & in pen. 4
col. bene facit tex. lxxix. diſt. c. ſi tranſitus. vbi pluriũ
ſentẽtia debet præualere. Et ꝙ maior pars facit, canonicũ
reputatur. dixit gl. fi. in c. cũ olim. de re iudi. ſic.

sic per omnes dominos de consi.conclusum fuit:& re-
latū:ꝙ sic semper fuit obseruatum,ꝙ sententia fertur
secūdū votū maioris partis dominorū de cōsilio: quia
habet cōcomitātiā cū dispositiōe iuris cōmunis:vt pa
tet in gl.in c.j.in ver.rationabiliter.de his quę fi.à ma
io.part.ca.& c.auditis.de elect.& c.cū omnes.de con-
sti.no.Bal.in l.j.in iiij.q.ff.ꝙ cuiusque vni.no. & in l.
ꝙ maior.ff.ad mu.Accedat ad hoc singulare dictū In-
no.in c.ne episcopi.de tēp.ordi.ꝙ si eligātur plures ad
cōsulēdū in causa,& sunt discordes,iudex debet sequi
maiorē partē.Et de hoc fuit memor Ale.in l.j.§.j.ff.de
exer.bene facit quod dicit Alex.de Imo.in ij. vol.cōs.
xl.ꝙ si vnus de collegio discrepat, actus pōt expediri
5 per alios:† quia præsumitur pro pluribus. vt dicit gl.
in d.verbo,rōnabiliter.Nā vbi multa cōsilia, ibi sa-
lus:vt dicitur Prouer.c.25.Et Abb.in c.cōstitutis.de
elec.& habetur in c.prudētiā.de off.deleg.sed quæ vo-
ta sunt in maiori æstimatione tāgit d.Abb.in c.eccle-
6 sia vestra.de elec. Hoc præmisso,† ad primā quęstio-
nē respōdetur,ꝙ Bal.in c.j.de cōtrouer.feu.apud pa-
res ter.dicit ꝙ seniores & prudētiores debēt prius vo-
tare.Sed Nico.de Lyra super Exod.c.23.in gl. in versi.
nec iudicio.dicit,ꝙ debet incipi ab illis,qui sunt mi-
noris authoritatis,& vltimò à maioribus:ne minores
formident declinare à sentētia maiorū, ꝙ posset esse,
si maiores primò dicerēt.Et dicit,ꝙ hunc modum te-
nēt Theologi in delibarationibus in Vniuer. Parisiē-
si,scilicet incipiēdo ab illis,qui sunt iuniores in ma-
gisterio.Et sic secundū Nic.de Lyra, Illi qui sunt iu-
niores in Doctoratu,debēt incipere in cōsilio ad vo-
tādū,& senior vltimo loco debet votare : quia honor
7 in hoc in fi.cōsistit:† quia dicit Isidorus,Finis plus ha-
bet honoris. Fuit dictū per præfatū Viceprotono-
tariū:ꝙ est in electione præsidentis in cōsilio,quando
vult,ꝙ prius incipiāt seniores,& quādo iuniores respe
ctu introitus cōsilij:quia Christus sic docuit in euan-
gelio Matth.10.cap.ibi,scitis, quia principes gentiū
&c.Et posteà subditur,Quicunque voluerit inter vos
maior fieri,sit vester minister,id est,per obsequia hu-
militatis:quia in moralibus magis mouent facta quā
verba:vt dicit ibi gl.Nic.Tamē aliqui ex dominis de
a cōsi.dicebāt,ꝙ digniores [a] debēt incipere.per tex. in
c.quia tua.j.dist.& per ea quæ not.in l.si quis ex ergen-
tariis.§.j.ff.de eden.& ita pluries fuit dictū fuisse ob-
seruatū.Alij cōtra per rationē Nico.de Lyra. Ego di-
cebā,& sic tandē omnes cōcluserūt:ꝙ qui vltimo in-
gressus est in cōsiliū,ille debet incipere, & sic debent
prosequi alij ordine successiuo : & sic dicitur fuisse
diutius obseruatū.Et pro hoc allegatur id, quod dicit
Reueren. D.Iac.de Voragine, Archiepisc. Ianuen. in
suo festiuo in legēda sanctorū Philip.& Iac.vbi dicit,
ꝙ mos est in plerisq; regionibus,vt ille qui prior in-
greditur,maior vocetur:& ille qui posterior ingredi-
tur,minor:licet sit prior,aut ætate maior, aut sancti-
tate dignior; sicut dicitur de sancto Iac. minore: qui
fuit maior ætate,sed intrauit in Apostolatū post Iac.
qui fuit minor ætate,& dicitur maior.Et pro hoc fa-
8 cit,ꝙ dicit Bal.in c.cū olim.de cōsuet.† vbi antiquio-
res clerici,& doctores debent habere primū locū, &
deinde cæteri per ordinē.pro hoc est gl. in c. placuit.
distin.xvj.Verum secundum morem diutius obserua-
tum,consiliarius, qui est delegatus in causa, primò
dat votum:& demum qui vltimò intrauit in consil.
vt suprà dictum est.

ADDITIO.

De materia huius decisionis vide Angel.Aret.in l. ad principē.ff.de appell.& in l.j.§.quæsitum.eo.tit.& Fran.Curt.consi.lvj.Et cui opinioni in cōsiliis,& iudiciis standū sit,vide Feli.in c.j.de consti.in fi. & Stepha.Bertran.in j.vol.consi.ccxxvij.in ij. volu. consil. cxxxiij.& Petr.de Anchar.consil. lxxxij. numer. 1.& consil.cxxxiij.nu.3.& consil.ccclxij.nu.4.

a *Quod digniores.* Adde ꝙ qui est dignior cæteris,primò debet votare,ita Cardi.Alex.alias Prępo.in c.Episcopus.xvij.dist.Cui suffragatur dictum Eccelsiast.a 2. ibi dum dicitur,Loquere maior natu. decet enim te, &c.Et dicetur dignior,qui primò adeptus est locum seu dignitatē:vt per Bar.in l.j.ff.de in albo scrib.& per Inno.in c.tua.extrà de maio.& obed.Thomas Gram.

DECISIO II.

De possessorio vti possidetis, & turba facta per clericum laico, & de iudice laico cognoscente in clericum.

SVMMARIVM.

1 *Fiscus propter cessionem aut euictionem trahit causam ad suum iudicem priuilegiatum.*
Donatarius regis in re donata dicitur procurator fisci in rem suam.
Procuratore fisci agente, causa tractanda est per p.esidem prouinciæ.
2 *Successor regis debet habere ratum factum prædecessoris.*
Beneficia principum debent esse mansura, & non recipere diminutionem.
3 *Fiscus habet multa priuilegia, remissiuè.*
Fiscus habet hoc priuilegium, vt possit defendere donatarium suum à turbatione, quæ ei infertur etiam per personam ecclesiasticam.
Reges & principes ecclesiam tenentur defendere, & vasallos in rebus eorū, etiāsi à personis ecclesiasticis turbētur.
4 *Ecclesiæ res à principe procedentes dicitur in possessorio.*
Causa possessorij beneficij ecclesiastici dicitur causa spiritualis, & dicitur beneficialis.
Possessorium vti possidetis, est merè temporale.
Princeps debet prouidere, ne partes veniant ad arma.
Iudex laicus an habeat iurisdictionem contra clericum, & sit competens tam in actione reali, quàm personali.
Clericus cum turbat laicum possessorem restabilitur, sic ex commissione regia citatio generalis per edictum, quicunque sua putauerit interesse.
6 *Citatio redditur nulla omissa forma, & processum enervat, maximè in cognitione extraordinaria, vbi est expressa forma.*
7 *Scientia haberi potest etiam per actum nullum.*
Citatio si est nulla, tamen valet comparitio, maximè si citatio fiat ad effectum inducendæ scientiæ.
Citatus intelligitur citatus, vt compareat per se, vel per alium.
8 *Expressio in tacitè inclusis non est necessaria.*
Citatio per edictum, quicunque putauerit sua interesse, dat extraordinariā cognitionē iudici laico, qua omissa ex defectu iurisdictionis corruit citatio, & totus processus.
Citatio ex defectu iurisdictionis est nullius momenti.
Citatus an teneatur comparere, si non sit de citandis iurisdictione notorie.
9 *Citatus si sua putauerit interesse, dicitur actor & nō reus.*

Clericus

Clericus quem constat esse clericum citatus à iudice laico, an teneatur comparere, si per eadictum citatio procedat in extraordinaria cognitione.

19 *Curia suprema cognoscit inter ecclesiasticas personas.*
Decreta maiorum tribunalium in quibus consilium aliquis iustè consiliarij non accedit, Deus read. irrita.

SERENISSIMVS rex Alphonsus secundus donauit Monasterio sanctæ Mariæ montis Oliueti de Neapo. quoddam molendinum situm in ciuitate Capuæ & illud tradidit ac post traditam possessionem tenuit. & possedit vsque ad aduentũ Regis Caroli octaui ad hoc regnum, & eo tenente & possidente monasterium sancti Petri ad Mayellam, prætendens, quod dictũ molendinũ sit deuolutũ dicto monasterio ob nõ solutionẽ canonis per triennium, ex quo fuerat concessum per dictum monasteriũ S. Petri Aothonetto secretario & suis hæredibus: & ex prætenso delicto per eum commisso peruenit ad manus dicti Regis Alphonsi.

Conatum fuit dictum monasterium S. Petri recipere possessionem dicti molendini. Fuit facta querela pro parte dicti monasterij sanctæ Mariæ in sacro Consilio de turbatione eisfacta per dictum monasterium S. Petri. Et dominus An. de Alex. Vice protonotarius fecit mandatum iustificatũ dictis de Mayella, quòd desistant à dicta turbatione. Qui comparentes allegauerunt iudicis incompetentiam. Ex parte altera replicabatur, quod ex quo agebatur de interesse do. Regis Ferdinandi secũdi, cuius præfecit dictam donationem, & sua interest, quod eius donatio sit mansura ratione interesse regis, & sic protonotarius potuit facere dictum mandatum. Et quia præfatus do. Ant.
1 dictũ mandatũ voluit defensare, † dicebat ipse, quòd dictum monasterium erat procurator fisci in rem suá propter cessionẽ ex causa donationis. Et quãdo procurator fisci agit, causa tractanda est per præsidem prouinciæ: vt in l. ij. C. si aduer. fis. & in l. ad fiscum. C. vbi causa fis. Et si conueniuntur homines diuinæ domus, examinatur causa apud præpositũ sacri cubiculi: vt in l. neũ aliquid. & in l. vlt. C. vbi causæ fis. & hoc not. Bar. in rub. eo. tit. Et dicebat se tũc esse præpositũ sacri cubiculi. Et per consequens iudicem competentem.
2 † Secundò inducebat, quod successor[a] Regis debet
a habere ratum factũ sui prædecessoris: vt in c. j. qui suc. tene. & not. Cyn. & Bald. in l. digna vox. C. de legi. & notatur in c. Abbate sanè. de re iud. in vj. cum cõcor. Sed si Rex Alphonsus viueret, nõ permitteret dictum monasteriũ sanctæ Mariæ perturbari ab illis de Mayella. ergo idẽ videtur posse facere eius successor: quia beneficia principũ debẽt esse mansura, & nõ recipiũt diminutionem: vt in auth. cõstit. quæ de digni. §. illud. col. vj. & in l. hac salubertima. C. de præposi. agẽ. in rebus. lib. xij. † Tertiò adducebat, quod fiscus habet mul-
3 ta priuilegia: vt patet ex his quæ not. Lud. Ro. in l. imperium. ff. de iurisd. om. iud. Item habet etiam alia priuilegia, de quibus per Bal. in l. j. C. de hære. vel ac. vend. Et ego alia numeraui in c. ij. de fra. de no. bene. inuesti. nõ inconueoit, vt si turbetur ecclesia eius donataria, vt habeat hoc priuilegium, vt possit ipsam defendere à turbatione, quæ ei infertur per personam ecclesiasticam, sicut soliti sunt facere retro Reges huius regni: vt patet in c. regni. quod incipit, omnis deprædatio. Et per hoc bene facit l. j. C. de his qui ad eccle. confu. & tex. vij. q. j. c. omnis. & xxiij. q. iij. c. forti-
tudo & c. non inferenda. † Quartò dicebat, quòd 4
ista erat causa super possessorio vti possidetis, & sic causa merè temporalis de re, quæ processit à rege. Et licet sit inter monasteria, princeps debet prouidere, ne partes veniant ad arma, per ea quę habentur per Bar. in l. nec quicquã. §. vbi decretũ. ff. de offi. procon. su. per l. æquissimũ. ff. de vsufr. & plene in c. præsentia. in fi. de prob. Sed contra eũ omnes de consilio dicebãt contrariũ, quod dictũ mandatũ fieri non potuit;
† quia iudex laicus nõ habet iurisdictionẽ cõtra cle- 5
ricum: nec potest ipsum citare in actione reali, nec
personali: vt dicit tex. in c. si diligenti. de fo. cõpe.[b] Et b
quando clericus turbat clericũ in aliqua possessione rei stabilis, traditũ fuit remediũ per capitulum regni, qd incipit, Finis præcepti charitas: vbi dicitur, quòd debet fieri citatio per edictũ secundũ illã formã: quæ forma non fuit obseruata per dictũ Viceprotonotariũ, & sic dicta citatio & processus inde formatus est 6
ipso iure nulla & nullus. † Nam si forma tradita ad citandum dimittitur, redditur ipsi citatio nulla, & processus ruit: vt est tex. in l. j. §. Offilius. & ibi Bal. ff. ne quis eũ qui in ius voc. & idẽ Bal. in l. nõ sunt liberi. ff. de sta. ho. & in c. j. de mili. vasal. qui. nõ est. & in l. cessante. & in aut. qui semel. C. quomodo. & quã. iu. & no. do. Card. in Cle. ij. vt lit. pend. Ad hoc respõdebat præfatus d. An. quòd licet dominus Rex nõ sit iudex cõpetẽs inter dicta duo monasteria: tamen super violẽtia notoria põt impartiri suũ officiũ: vt dicitur in c. ad regale fastigiũ, quòd habet locũ etiã in turbatione & molestatione: vt dicit Lucas de Pen. in l. si coloni. in fi. C. de agri. & censi. li. xj. Nec obstat, quòd nõ fuit seruata forma dicti ca. regni: quia dicebat ipse audacter, quòd illud ca. regni, nõ potuit necessitatem ad sic faciẽdũ, sed sufficit quòd monachi de Mayella per citationẽ nullã & inualidã habuerũt sciẽtiã de in-
formatione capta super turbatione: † quia per actum 7
nullũ potest etiã haberi scientia: vt probat gl. & Bal. in l. j. in prin. ff. de fer. vbi dicit, quòd si citatio est nulla, tamẽ valet cõparitio, maximè si citatio fiat ad effectũ inducendi sciẽtiã, vt no. Feli. in c. illud. in iiij. col. de præscri. & Alex. in ij. vol. cõsi. cxxiij. facit quòd dicit Bal. in l. fi. C. de procu. vbi dicit, quòd si statutum disponit, quòd si aliquis debeat poni in bãno, debeat citari, vt ipse veniat, vel alius pro eo. Si tamen iudex simpliciter citaret, & nõ cõparẽtẽ bãniret, licet quidã dicerẽt, quòd bãnũ nõ teneret tãquã omissa forma tamẽ ipse Bal. concludit cõtrariũ: quia per prædictã citationem, talis intelligitur citatus, vt cõpareat per
se, vel per aliũ: † vnde ex quo tacitè includitur, non 8
fuit necessaria alia expressio. arg. l. nõ rectè. C. de fideius. Et hoc sequitur Per. de Anch. in repe. c. j. de consti. in xiiij. q. prin. versic. sed pone. Per alios dominos fuit responsum, quòd illa forma citandi per edictum dat extraordinariam cognitionem iudici laico, qua omissa ex defectu iurisdictionis ruit citatio: & totus processus, vt not. Bart. & alij. in l. ij. ff. si quis in ius voc. nõ ierit. & not. in l. fi. ff. de iuris. om. iud. vbi quando citatus non est de iurisd. citantis notoriè, non tenetur cõparere: & per consequens habetur ac si non esset facta per ea quæ notat And. in c. j. §. prætereà. iiij. col. quæ fuit pri. cau. bene. amit. & Alex. in ij. vol. cõsi. lxxvij.

Nec est verum, quòd citatio nulla inducat effectũ quem inducit citatio prædicta per edictum: quia citatio per edictum, de qua in dicto c. finis præcepti, est

citatio voluntaria ex parte ipsius clerici: ex quo citantur generaliter omnes, qui sua interesse putauerint,
9 & nõ arctat eũ ad comparendum, † & voluntariè cõparendo dicitur actor & non reus: vt dicit Pau. de Cast. in l. testamenta omnia. C. de testamen. & in l. libertus. ff. de in ius vocan. & not. Doct. in c. cum inter. de excep. & in c. dilecti. eo. tit. per Innoc. de quo in l. de pupillo. §. j. ff. de ope. noui nunt. & in l. si fideiussor. §. si necessaria. ff. qui satisd. cog. sed quando citatur clericus à laico iudice, in tantum illa citatio est nulla quòd non tenetur comparere: vt suprà dictum est: & not. in c. si duobus. & ibi per Feli. de appel. Et per consequens dicta citatio facta per dictum viceproto. & processus inde sequutus fuit ipso iure nullus: quia non fuit seruata forma dicti capituli regni incitando.

10 a †Tamen his non obstantibus præfatus Viceproto. nonnullorum aliorum dominorum de consilio accedente consensu decreuit, ꝙ monasterium montis Olineti conseruetur in possessione dicti molendini: Sed posteà tale decretum non habuit effectum, imò posteà per diffinitiuam sententiam dictum molendinum peruenit ad hæredes dicti Anthonetti emphytheutæ dicti monasterij sancti Petri ad Mayellá, qui fuerant expoliati per curiales Regis Alphonsi secundi: quæ omnia reputaui digna esse notatione.

ADDITIO.

Super tota decisione vide Franciscum Lucanum de Parma in suo tractatu, Priuilegiorum fisci: & decisione xxiiij. & lxxxv. ij. & quæ ibi adduntur. Item Per. de Ancha. consil. cxcvj. num. 6. & Hyppol. de Marsil. singul. lxx. incipiente, iudex laicus. & Chassaneum cõsil. xlv. nu. 13. Bertrandi parte j. consil. ccvj. nume. 4. & parte ij. consi. lxij. nu. 4. & ccxix. nu. 23. & parte iij. cõsi. cclxxiij. nu. 3. Et de interdicto vti possid. Anch. consi. ccclxxiiij. per totum Bertr. parte j. consi. cclxxxiiij. nu 4. & parte iij. consi. ccxxiiij. nu. 20.

a *Quod successor.* Rex successor debet habere ratum factũ prędecessoris. Adde tex. in l. ex qua persona. ff. de reg. iur. & in l. cũ à matre. C. de rei ven. l. post mortẽ. ff. de adop. l. ij. C. si in frau. patro. ita cõsuluit Alex. in cõsil. iij. in iij. vol. & in consi. xxxij. eod. vol. & consi. xxv. eod. iij. vol. imò etiam nec alius successor in dignitate possit contrauenire gestis sui prædecessoris in dignitate. c. si. ne præ. vic. suas. c. j. de solut. Nam hoc etiam seruant succedentes in Imperiò, vt contra gesta prædecessoris venire nequeant per tex. in c. j. & ibi Doct. de probat. & not. Cy. & Bal. in d. l. digna vox. Bal. in l. qui se patris. x. col. C. vnde liber. & Alex. consi. cxxiiij. primo vol. j. col. Thomas Gram.

b *De fo. compet.* Adde quòd quando agitur super possessorio, vel quando etiam in spiritualibus vel beneficialibus causis, potest iudex laicus cognoscere, secũdum opinionem Vincentij, quàm refert Io. And. in c. si. de iudi. idem tenet Archi. & Inn. vt refert Anto. de But. in d. c. si. per rationem: quia possessorium non est quid spirituale, sed temporale: vt dicit Archi. In c. j. de rest. spol. in vj. & Zabar. in Cle. dispendiosam. de iudi. Gulie. de monte Laud. in Cle. j. de causa posses. & proprie. & videtur velle glo. in c. literas. de iur. calum. nec est inconueniens quòd respectu eiusdem rei petitoriũ sit spirituale & possessoriũ tẽporale, cùm nec conuenientiá inter se habeát. iuxta l. naturaliter. §. nihil cõmune. ff. de acq. poss. Et ideo dum in parlamento Grationapolitano fuisset mota lis inter priorem Lanci ex vna parte, & priorem S. Roberti ex altera, ob causam suorũ prioratuũ super possessorio, & fuisset declinatũ forũ per priorẽ S. Roberti, fuit declaratũ ex prædictis per curiá parlamẽti prædicti dictá causam nõ esse remittendá. ita dicit Guido Papæ in decis. parlamenti, in j. q. Hoc etiam subdit, ꝙ Pet. Papæ eius patruus, in quodá suo consi. incip. stylus curiæ parlamenti regij. Parisius. in materia possessorij causarũ beneficialium fundat intentionẽ super hoc dicto Vincentij in casu nouitatis. & subdit per hoc etiam facere cap. causam. 2 ij. extra, qui filij sint legi. vbi Papa mandat iudicibus possessorium relinqui regi Angliæ, pro cognitione ipsius possessorij habenda. & quod idẽ in simili fuerat iudicatũ in eadẽ curia in anno 1455. inter priorem Magdalenes & præcentorẽ S. Anto. Grationapolitani, in possessorio reintegrandæ possessionis & pariter in pluribus aliis causis: vt apparet per eundẽ Guidonẽ Papæ, in quæst. seu decis. ccvij. & in decis. lxxxv. vide plenè, & in decis. lxxj. circa primum, quę nota ad corroborationem opinionis Anto. de Alex. hic. Th. Grã.

DECISIO III.

De non procedendo ad exactionem pœnæ contentæ in obligatione propter conuentionem, nisi pœna prius accusata.

SVMMARIVM.

1 *Pœnæ contenta in obligatione propter conuentionẽ exactio non fit ad fisci vtilitatem, nisi fuerint accusata vel contra reum principalẽ, vel fideiussores de repræsentando.*
Iudex stultus est, qui condemnat vltra petita.

2 *Factum sine conclusione in consistorio principis sufficit proponere.*
Pœna satis videtur accusata si in iudicis mandato dicatur, quod veniat ad dicendum quare contra eum non debeat fieri executio.

3 *Antecedens præsupponit, qui vult consequens.*

4 *Tempus futurum interdum exponitur pro præsenti.*
Verba interdum mutant suam naturam ratione adiuncti.

5 *Expressum habetur, quòd tacitè inest etiam in libellis.*
Pœna quando non est accusata, & factum est mandatum quod veniat ad dicendum, quare contra eum non debet fieri executio pœnæ, sententia fiat quæ declaret, quòd pœna possit accusari & executio fieri.

EXTAT obseruantia in magna curia Vicariæ: † ꝙ nõ procedatur ad exactionẽ pœnę 1
contentæ in obligatione facta penes acta, nisi pars accusauerit pœná cõtra debitorẽ, vel eius fideiussores. Modò fideiussores qui fideiusserant de prçsentãdo reũ principalẽ toties quoties sub pœna, fuerũt requisiti à procuratore fiscali, ꝙ præsentẽt reũ principalẽ, & illi fideiussorẽ nõ præsentauerũt. Demũ per magná curiá emanauit mandatũ dictis fideius. vt venirẽt ad dicendũ causam quare pœna contenta in obligatione facta per ipsos fideiussores nõ debeat accusari per procuratorẽ fiscalẽ: & quare contra eos nõ debet fieri executio dictæ pœnæ: & nõ reperitur in processu. ꝙ pœna sit accusata per procuratorẽ fiscalẽ cõtra dictos fideiuss. & conclusus est processus.

Quæritur vtrũ dicti fideius. possint ad pœná cũdẽnari. Videbatur dicẽdũ ꝙ nõ, ex quo pœna cõtẽta in obligatione nõ fuit accusata: & per cõsequẽs nõ pôt

fieri

fieri condemnatio, per ea quæ not. Bal. in l. edita. C. de
eden. Imò stultus est iudex qui cõdemnat vltra petita:
vt in l. cũ quidã. C. de fideic. lib. In contrariũ dice-
batur, quòd sufficiebat factum simpliciter proponere
sine cõclusione de iure canonico: vt dicit Io. Andr. in
c. dudũ. de deci. & patet in c. dilecti. de iudi. & Cardi.
2 Flor. in c. cũ dilecti. vlt. col. quòd met. cau. † Et idẽ est
in cõsistorio principis, vbi sufficit factum proponere
sine cõclusione, secundum Inn. in c. j. de libel. obla. &
est tex. sing. in l. Aemilius. ff. de min. Et si dicatur, hæc
causa fuit agitata in magna curia Vicariæ, nõ in sacro
Consilio, in quo causa deuoluta est per querelã ipso-
rum fideiussorũ. Fuit respõsum, quòd nõ attenditur
solennitas libelli: sed sufficit factũ esse propositum, ex
quo resultat cõclusio. Præterea satis videtur esse pœ-
na accusata, cũ dictum sit in mãdato, quòd veniant ad
dicendũ, quare contra eos nõ debet fieri executio di-
3 ctæ pœnæ, † quia qui vult cõsequens, præsupponit an-
tecedens: vt in l. ad rem mobilem. & l. ad legatũ. ff. de
procu. l. illud. ff. de acquir. hære. l. oratio. ff. de sponsa.
sed ad executionẽ pœnæ procedi nõ potest, nisi prius
pœna accusata. Ergo procuratori fisci petendo execu
tionem pœnæ inest ipsa accusatio. Præterea cum in
dicto mãdato dicatur, quòd dicti fideiuss. veniãt ad al-
legandũ causam quare pœna nõ debeat accusari, pro-
pter verbum quod sequitur, & quare nõ debeat fieri
executio, illud verbum præcedens, scilicet quare pœ-
na non debeat accusari, quod est futuri temporis ex-
4 ponitur pro præsenti: † quia illud adiunctum, quare
non debeat fieri executio, quod est præsentis tẽporis,
trahit ad se illud verbum futurũ, quare nõ debeat pœ-
na accusari: vt probat gl. in c. vnico. de iniur. lib. vj. in
gl. fi. vbi dicit, quòd si iudex dicat, subiaceat excõicationi
non requiritur alia sententia, licet verba sonent in fu-
turum. Accedat quòd voluit d. Abb. Sicu. in c. si dili-
genti. in gl. in verbo, perdant. de fo. cõp. pro hoc etiã
facit illud quòd sæpe solet dicere And. de Iser. in c. j. §.
donare. quali. olim feu. alie. pot. & in c. j. de vas. decre.
ætatis. quòd ratione adiuncti interdũ verba mutant
suã naturã, interdum limitãtur: vt not. Doct. in l. j. ff.
de his qui à latro. & Alex. in iij. vol. in consi. j. vij. col.
& sic dicta verba simul coniuncta posita in mandato
sunt prægnantia, & includunt tacitam pœnæ accusa-
5 tionẽ. & † quòd tacitè inest, habetur pro expresso, vt
in l. cum quid. ff. si cer. pet. vbi dicit Bar. quòd hoc ha-
bet locum etiã in libellis: & no. Inn. in c. super literis.
de rescrip. Tamen domini de Cõsilio, vt euitetur
omne dubiũ, & resultet idẽ effectus, votauerunt, quòd
formetur sententia cõtra fideiuss. iuxta formam man-
dati, scilicet quòd declaretur, quòd pœna possit accu-
sari, & contra eos fieri executio: & ex prædictis appa-
ret intellectus verborũ contentorũ in dicto mãdato.

DECISIO IIII.

De saluo conductu, de inquestibus & bannitis per inferiores iudices nisi in certis casibus non præbendo.

SVMMARIVM.

1 *Aduocatus fisci an possit concedere saluum conductum etiam hosti vel rebelli. 3.*
Iudex etiam inferior an possit concedere saluum conductum delinquenti & bannito. 2. 4.
2 *Princeps redeundi facultatem relegato solus concedit.*
Voluntas principis ponitur pro causa iusta.
3 *Capitaneus in bello hosti vel rebelli commeatum dare non potest.*
Mandatum generale ad litigandum habens non paciscitur, vel transigit ad tempus, vel in perpetuum.
4 *Seueritas contra rebelles exercetur, & eis securitatem solus princeps largitur.*
5 *Rebellionis crimen est læsæ maiestatis, cui inferior commeatum dare non potest.*

ADVOCATVS fisci sine speciali mandato
domini regis concessit saluum conductũ
cuidam rebelli domini regis pro certis ne
gotiis tangẽtibus fiscũ regiũ. Fuit dubita-
tum verum per eum potuit concedi talis saluus con-
ductus. † Videbatur dicendũ, quòd sic: quia aduo- 1
cati fiscales solent habere amplas cõmissiones, & ne-
dum princeps, sed etiam inferior iudex potest conce-
dere saluum conductum delinquenti: vt no. Iacob. de
Belui. in authen. de manda. principum, in §. sed ne-
que. & Bald. in l. prima. ff. de dolo. & Bart. in l. illici-
tas. §. ne potentiores. circa finem. ff. de offic. præsidis.
& Bart. in l. is qui reus. ff. de public. iud.
In contrarium facit: quia clarũ est, quòd Iudex qui
superiorem habet, nõ potest bannito cõcedere saluũ
conductũ: vt dicit Iac. in v. q. de bãnito. Et idem fir-
mat Bal. in l. reos. ix. col. C. de accu. Nec obstat id quod
dicit Bar. in l. is qui reus. vlt. col. ff. de pub. iud. quod iu
dex inferior ex causa potest delinquenti concedere
saluum conductũ: quia illud intelligitur prout dicit
Bar. in l. relegati. ff. de pe. † vbi dicit, quòd solus prin- 2
ceps dat licentiam relegato veniendi: & illud quod
dicitur, ex aliqua causa iudex dat licentiam, dicit ipse
intelligatis, quòd causa iusta, est voluntas principis:
tamen postea subdit, quòd quilibet iudex ex iusta cau
sa potest dare licentiam reuertẽdi, vt puta si est accu-
satus de maleficio, propter quod præsentia accusati
requiritur: vt in d. l. is qui reus. Sed hoc est verũ, quan-
do daret securitatem temporaliter ex iusta causa, idẽ
Bal. in l. reos. ix. col. de accus. Secus si daret securitatẽ
perpetuò: quia illam dare non posset sine principe: vt
in d. l. relegati. & ff. de re milit. l. qui cùm vno, iuncto
dicto §. neq;. † Vnus ex cõsiliariis expresse dicebat, 5
aduocatũ fisci nõ posse hosti vel rebelli dare saluũ cõ-
ductũ: quia hoc nõ põt facere capitaneus ad guerram
ergo nec aduocatus fisci: vt tenet Ang. in l. cõuẽtionũ.
ff. de pact. quia habẽs generale mandatũ ad litigandũ,
nõ paciscit vel trãsigit ad tẽpus, vel in perpetuũ: vt in
l. mãdato generali. ff. de proc. iũcta l. qui Romę. §. Cal-
limachus. ff. de ver. obl. Et pro confirmatione allega-
bat Bal. in c. j. ij. col. de pace Cõstan. vbi dicit, † quòd 4
cõtra rebelles seueritas exercet, & eis solus princeps
securitatẽ dare potest. Et licet Bal. & aliqui scribẽtes
in d. l. conuentionũ, hoc nõ firmẽt, tamẽ hoc vltimũ
omnes domini tenuerũt, & dixerũt, quòd illud quod dicitur
quòd inferior à principe potest ex causa concedere secu-
ritatem, procedit quãdo delinquẽs esset bannitus ab
illo iudice qui securitatem dat: vt tenet Bar. in d. l. is
qui reus. in fi. & ibi Io. de Imo. & Ang. in dicta. dispu-
tatione. & Bal. in l. sed si hac. §. & si pro pœna. ff. de in
ius voc. vnde cũ crimẽ rebellionis sit læsæ maiestatis,
† non potest inferior delinquenti in hoc crimen dare 4
saluum conductum, per d. l. relegati. & d. §. sed neq;. &
Bart. in l. non omnes. §. fin. ff. de re mili. & Bald. in c. j.

5 rius si notarius rogatus est impeditus. hoc probatur ex doctrina Io. An. in Ale.c. cum P. tabellio. †vbi ponit octo requisita in reassumptione instrumenti.

Primum, vt reassumptio fiat ad petitionem eorum quorum interest. Secundum, vt faciat autoritate iudicis. Tertium, vt ille qui reassumit sit notarius.

Quartum, quòd fideliter nihil mutando, addendo, vel detrahendo reassumat. Quintum, quòd redigat in publicam formam. Sextum quòd vocentur hi quorum interest. Septimum, quòd ille notarius qui fuit rogatus sit mortuus. Idem si longo impedimēto detentus esset, vt dicit ibi Ab. prædictus, aliàs non potest vnus notarius publicare rogationem alterius: vt in dicta auth. de tabellio. per totum, cum concor. suprà allegatis. Octauum, quòd notarius reducat notam in protocollum. Vnde cùm in casu de quo quæritur, notarius qui fuit rogatus est impeditus propter longam absentiam & eius rebellionem dicendum est, quòd iudex ordinarius potest decretum
4 interponere, quòd per alium notarium reassumatur dictum instrumentum. † Maximè quia quando notarius est rebellis, amittit omnia quæ sunt iuris ciuilis: vt in l. amissione. §. qui deficiunt. ff. de capi. dimi, Et ipso iure rebellibus imponitur pœna mortis: vt in l. quisquis. C. ad l. Iul. maiesta. Et habetur loco mortui: vt in l. j. §. ii. ff. de bo. pos. contra tabu. Et Ange. in d. l. quisquis. Imò notarius propter rebellionem amittit priuilegium notariatus: vt dicit Bal. in titu. de pace Constan. §. nos Romanorum. Et ideo communi voto decretum fuit, quòd stante dicta absentia notarij apud hostes, instrumentum reassumatur per alium notarium ex decreto sacri Consilij: non quòd ipse notarius dicat se rogatum &c. Et quòd testes qui interfuerunt in contractu se subscribant, & dictum instrumentum faciet publicam fidem.

ADDITIO.

a *Neap. Ciuit.* Adde quòd est necesse, quòd de instrumento prædicto fuerit prius facta aliqua nota seu scriptura per ipsum notarium impeditum, de qua debet ipse in sua subscriptione attestari, & quòd ex sua commissione scriptum fuerit, & quòd ex eius nota prædicta sumpta fuerit per alium. ita pulchrè Ang. in auth. de tabel. in princ. per text. in l. j. atque ibi not. doct. ff. de offic. consu. Et subdit fieri hoc posse, dummodo notarius, qui se subscripsit, fuerit iusto impedimento impeditus, & rogatio ipsa sit completa in eius protocollo: & nihilominus debet ipse facere mentionem de impedimento infirmitatis, absentiæ, seu alterius impedimento infirmitatis, absentiæ, seu alterius impedimenti, prout dicit Bal. in l. vnica. C. de cadu. tollen. Ange. & Paul. de Cast. in l. quædam. §. nihil interest. ff. de eden. & vide Imo. & Card. Zabba. in c. final. de officio delega. Alexand. consilio cxxix. in primo volu. vbi subdit, quòd requiritur attestari, quòd inspecta per ipsum notarium scriptura præambula, instrumentum ipsum concordauerit cum originali, & sic fidem faciet. Et quòd notarius debet se subscribere, & facere mentionem de impedimento, vltra Angel. vbi suprà. ita debet intelligi text. in §. in iis. cum gloss. in verbo, alium ministrantem. in authen. de instrumen. cau. & fide. & expresiius. Ioan. de Imo. in capitu. fina. de officio delegat. & idem etiam consuluit Socyn. vltra Alexand. in consilio xxiiij. primo volumine, vitis diligenter & maturè. Thomas Grammaticus.

DECISIO VII.

De exceptione dominij admittenda in possessorio recuperandæ.

SVMMARIVM.

1 *Causa proprietatis nihil habet commune cum causa possessionis.*

2 *Iudex an debeat omnes admittere probationes, etiam si indicium faciant tantùm.*

Exceptio dominij, contrà iudicio recuperandæ agentem, an admittenda.

3 *Iudex nō admittens articulos super dominio contra agentem spolio in possessorio recuperandæ, etiam quòd agenti præiudicent, grauare reum dicitur.*

Spoliatis authore prætore exceptio dominij an concedenda.

ACTOR egit possessorio recuperandæ dato termino ad probandum: reus facit exceptiones concernentes causam petitorij. Actor dicit, quòd tales articuli debent reiici tanquàm impertinentes: † quia nihil commune 1
habet causa proprietatis cum causa possessionis: vt in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquir. posses.

In contrarium pro parte rei dicebatur, quòd vbi contenditur de possessione, admittitur articulus proprietatis, si prodesse potest articulanti: quia tunc dicitur esse pertinens. † Nam iudex debet admittere om- 2
nes probationes in causa, siue faciant plenam, siue semiplenam probationem, siue indicium, vel aliquod adminiculum: vt in l. indicia. C. de re vend. allegabatur Bal. ad hoc in l. ordinarij. eo. tit. & Iaco. But. in l. in certi. C. de interdi. Super hoc dubio dicebat do. Anto. de Alexan. Viceprotonotarius, quòd aliud est quærere, vtrum exceptio dominij debeat admitti cōtra agentem recuperandæ possessionis, & tunc clara est decisio, quòd non debet admitti exceptio dominij per l. si de vi. ff. de iudi. & c. in literis. de rest. spo. cum simil. Aliud est quærere vtrum articuli super dominio per reum se defendentem sint admittendi, vt non dicantur omnino impertinentes in interdicto recuperandæ. Et ad hoc respondet Bal. in l. vnica. C. si de momen. possessio. fuerit appellatum. vbi dicit, quòd si iudex non admittit articulos super dominio contra agentem spolio, dicitur grauare reum: † quia iudex tales articulos debet admittere in possessorio recuperandæ, etiam si præiudicent agenti. Pro hoc bene facit quòd dicit Angel. in l. si quis ad se fundum. C. ad leg. Iul. de vi. quòd quando aliquis agit spolio, & dicit q̄ fuit spoliatus authore prætore, licet iniustè, admitti debet exceptio de dominio: allegat super hoc Innocentium in c. super hoc. v. colum. de renun. Et sic conclusum per omnes, quòd non dicuntur impertinentes articuli concernentes dominiū præsentari per reū in causa recuperandæ possessionis: sed in fine causæ videbitur quæ ratio habenda sit de exceptione dominij.

ADDITIO.

Nunc omnia solent saluari per clausulam, saluo iure impertinentium, & non admittendorū, de qua vide inferius deci. xxxiij. incipiente, postquàm fuit. Et de exceptione dominij in possessorio recuperandæ, vide Ancha. consil. ccv. nu. 12. & Chassaneum consilio xlv. nu. 13. Et Bertrandum parte j. consil. cxlij. nu. 9. & parte ij. consi. cxxj. nume. 2. & parte iij. consi. cclxxiij. numero 5.

DECISIO VIII.

De actione hypothecaria.

SVMMARIVM.

1 *Emptor euincens rem prius sibi obligatam, an possit agere hypothecaria.*

Pignus h. b. re nō potest, qui dominiū irreuocab. le habet.

Actio hypothecaria durat in personam dominij, vt postmodum euicti.

Cessione opus est, vt agi possit ex iure tertij.

Translatio omnium iurium emptoris in instrumento emptionis per quæ verba fiat.

3 *Actio hypothecaria est in rem scripta, & transit cum re sine cessione.*

Ius in rem scriptum non transit sine cessione in actione personali.

4 *Euictio venit in assignatione in solutū quā iudex facit.*

Ciri... ...

QVIDAM Philippus Sicardus fuit fideiussor pro dotibus Galitiæ, & pro ipsis dotibus restituēdis obligauit omnia bona sua. Deindeille Philippus vendidit presbytero Tripaldo iiij. modia de terra: postea idē Philippus vendidit partē suæ hostariæ Angelillo & fratribus, qui emerant aliā partē dictæ Hostariæ à Saluatore, qui Saluator emerat à dicto Philipp. Post hæc dictus Philip. vēdidit tria alia modia de terra Petrucio nepoti, & hæredi dicti presbyteri Tripaldi. Et in omnibus instrumentis venditionū dictus Phi. vēditor in casu euictionis obligauit omnia bona sua in forma consueta. Et factis traditionibus dictus presbyter Tripaldus moritur, & ei succedit vt hæres dictus Petrucius cum beneficio inuentarij. Dictus verò Petrucius est debitor Pet. Anelli de sancto Patre in certa pecuniarū summa. Et quia ei nō satisfecit, egit assistētia & apprētio super dictis vij. modiis de terra possessis per dictū Petrucium debitorē: & obtinuit decretū in magna curia Vicariæ, & fuit inductus in possessionem.

Item dictæ Galitiæ fuit etiā præstita assistētia pro dotibus suis super bonis dicti Philippi fideiussoris, & signanter super dicta hostaria, quæ possidetur per dictum Angelillum: nec non super dictis iiij. modiis de terra venditis dicto presbytero Tripaldo, quæ fuerūt pro debito Petrucij adiudicata Petro Anello: & sic tria modia de terra, quæ emit Petrucius, sunt obligata presbytero Tripaldo pro euictione: quia prius sunt bona Philippi ei obligata, quàm Angelillo. Et est sciendum, quòd in Decreto sacri Consilij in fauorem Galitiæ interposito, dicitur quod breui manu iuxta formam Regiæ pragmaticæ fiet executio contra authores laudatos per dictum Angelillum. Et in hoc iudicio nō fuit citatus Petrus Anellus, sed fuit dicta Galitia inducta in possessionem dictæ hostariæ: & in possessionem iiij. modiorum terræ, quam emit dictus presbyter Tripaldus. Et ad instantiam Angelilli fuit breui manu facta executio in illis tribus modiis terræ emptis per dictum Petruciū obligatis dicto Angelillo pro euictione hostariæ. Nūc Petrus Anellus in sacro consilio petit retractationem executionis factæ ad instantiam Angelilli in dictis tribus modiis de terra: ex eo quia dictus Petrus Anellus habet causam à Petrucio, qui fuit hæres presbyteri Tripaldi: cui, antequam Angelillus emisset hostariam à Philippo, Philippus vendidit iiij. modia de terra presbytero Tripaldo: & obligauit sibi de eius hæredibus omnia bona sua, & sic dicta tria modia de terra, & Petrucius est hæres dicti domini Tripaldi. & Petrus Anellus habet causam à dicto Petrucio: ergo in illis tribus modiis pro euictione passa in iiij modiis emptis per presbyterum Tripaldum præfertur ipse Petrus Anellus in illis tribus modiis de terra, ipso Angelillo posteriori creditori ipsius Phi habito respectu ad ipsum presbyterum Tripaldum. Et sic petit, quòd reponatur in possessionem dictorum trium modiorum de terra: & tollantur dicto Angelillo. Ex hoc themate resultat dubium: vtrum Petrus Anellus ex persona Petrucij sui debitoris hæredis presbyteri Tripaldi possit habere recursum vigore obligationis factæ in instrumento venditionis per dictum Philippū dicto presbytero Tripaldo de dictis iiij. modiis de terra, quæ fuerunt euicta ad dicta tria modia de terra capta, per dictum Angelillum pro sua euictione, & euincere à dicto Angelillo tanquam prius hypothecata presbytero Tripaldo & eius hæredibus & successoribus.

† Prima facie videbatur, quòd non. quia dictus Petrucius ex causa emptionis factæ de tribus dictis modiis de terra habuit dominium: & per consequens nō potest dare hypothecam ex persona presbyteri Tripaldi, cuius est hæres, per l. neque pignus. cum concord. ff. de reg. iur. In contrarium dicebatur, quòd ex quo illud dominium acquisitū per Petruciū virtute emptionis factæ à Philippo fuit reuocabile: quia fuit euictum ab Angelillo, qui primò emit à Philippo hostariam, & in casu euictionis obligauit omnia bona sua, & sic dictam terram modiorum trium consequens est quòd duret hypotheca, secus quando dominium non est reuocabile: text. est, & ibi Bart. & communiter doct. in l. ex sextante. §. Latinus Largus. ff. de exce. rei iudi. & Bar. in l. hoc amplius Iuli. ff. de dam. infec. Bar. & Alex. in l. debitor. ff. ad Trebel. & Bar. & doct. in l. si rem. in prin. ff. de pig. act. & notatur in l. libera quædam Theodora. C. de sententiis & interlo. om. iud. Et si diceretur, quòd dictus Petrus Anellus nō habet cessionem à Petrucio: quia mediante decreto magnæ curiæ obtinuit assistentiam in septem modiis de terra, † & sine cessione non potest agere ex iure 2
presbyteri Tripaldi per notata in l. fi. C. de hære. vel act. ven. cum concor. & not. Cy. & Bal. in l. fin. C. per quas pers. & glo. in l. si pecuniam. ff. si cert. peta.

Ad hoc fuit responsum, quòd in instrumento, in quo dictus Petrucius constituit se debitorem dicto Petro Anello, obligauit omnia bona sua & iura, & cessit omne ius futurum super bonis habitis & habendis. Et sic isto modo dicitur habere cessionem. Secundo modo respondebatur, quòd quando non esset facta cessio dicto Petro Anello, attento quòd actio hypothecaria est in rem scripta, vt in l. pignoris. C. de pigno. ius reale siue in rem scriptum transit sine cessione: vt concludit Bart. in l. si tertius. §. si prius. ff. de aqua plu. arcen. secus in actione personali: vt distinguit ibi Bart. Et per consequens dictus Petrus Anellus habens causam à Petrucio hærede dicti domini Tripaldi prioris creditoris in casu euictionis poterit se tueri ex prioritate hypothecæ per l. j. C. si antiqui. credit. & ibi per Baldum, & in l. generaliter. qui pot. in pigno. habend. & in l. si in solutum. & in lege, si à creditore. Nec obstat, quòd Petrus Anellus non habet promissionem de euictione

4 ctione à dicto Pertucio †Quia respondetur, quòd
in datione in solutum quam facit iudex, venit eui-
ctio: vt in d. l. libera quædam Theodora. de sent. & in-
terlocutionibus omnium iudicum. & in l. si prædi. &
ibi Bart. ff. de euic. & in l. si quis aliam. ff. de solu. & in
l. eleganter. ff. de pig. act. Et propterea fuit pariter có-
clusum & votatum: vt euitetur circuitus inutilis: vt
in l. dominus testamé. ff. de cond. inde. & in l. cum fun
dus. §. seruum tuum imprudens. ff. si cer. pet. quia si ab-
solueretur Angelillus à petitione Petri Anelli. Petru-
tius ipse ageret, ex quo fuerunt euicta quatuor modia
prædicta assistentia & appretio, ad ista tria modia pro
euictione sequuta contra dictum Angelillũ possesso-
rem, & euinceret: quia prior in tempore, potior in iu-
re. Et postea Petrus annellos euinceret à Pertucio: &
sic vt euitetur iste circuitus, conclusum fuit, quòd di-
ctus Angelillus condemnetur ad restituendum dicto
Petro Anello dicta tria modia de terra, vna cum fru-
ctibus perceptis lite pendẽte & expẽsis præsentis litis.

ADDITIO.

Ad materiam totius decisioni vide infrà deci. xvj.
& Petr. de Anc. consil. cxxvj. nu. 3. & cccxxxiij. nu. 7.
Bertrandi parte iij. consi. xlvj. nu. 5. & ccxj. nu. 3.

DECISIO IX.

De assecuratione dotis vxoris super bonis patris mariti, quæ illa pro restitutione obligauit.

SVMMARIVM.

1 *Viro vrgente ad inopiam assecuratur in dote sua authore prætore super bonis patris, qui se obligauit cum filio pro restitutione illius.*

2 *Vxor assecurata super bonis viri pro dote, an habeat dominium illorum.*

3 *Possessio non auocatur à conuento, cum agitur contra mulierem assecuratam super re patris mariti pro dotibus suis quæ fuerat obligata, licet actor probet dominium & possessionem conuenti in actione rei vendicationis, & cæt. Fructus rei super qua mulier est assecurata constante matrimonio, debent seruire oneribus matrimonij.*

PATER & filius obligauerunt omnia eo-
rum bona pro dote vxoris dicti filij sui.
Post hæc moritur pater constante matri-
monio, relictis quinque filiis eius hære-
dibus. Et est præmittendum, quòd illa vxor dicti
filij nominati Petri Saxi: vocatis vocandis, & serua-
tis seruandis fuit ex decreto S. C. assecurata pro doti-
bus suis vnciarum octoginta super quadam terra, quæ
fuit notarij Rhenni patris dictorum filiorum: † quia
1 vir vergebat ad inopiam, iuxta dispositionem l. si con
stante. solut. matrim. & l. vbi adhuc. C. de iur. dot. filij
notarij Rhenni pro eorum partibus agunt rei vendi-
catio. contra dictam vxorem Petri Saxi: & dicunt,
quòd de solutione facienda per eos, habeatur ratio in
diuisione bonorum communis patri cum dicto Pe-
tro: probant de eorum dominio & possessione con-
uenti. Vxor dicti Petri conuenta dicit se posside-
re authore prætore quia fuit assecurata in dicta terra
sibi obligata pro dotibus. Fuit dubitatum, an di-
cta vxor virtute adiudicationis prædictæ habeat do-
2 minium illius terræ. † Fuit conclusum per omnes,
quòd illa mulier vxor Petri per decretum assecura-
tionis non habuit dominium dictæ terræ: sed solùm
fuit ei assignata dicta terra loco custodiæ: vt sonant
verba decreti assecurationis: & hoc expressè firmat
Bart. in dicta l. si constante. versic. secundo quæro, an
mulier consequatur dominium &c. ff. solu. matr. † Et 3
sic notandum est, quòd est dare casum, in quo actor
probat dominium & possessionem conuenti in
actione rei vendicationis: & tamen non auocatur
possessio à conuento, eò quia possidet iure pignoris in
locum custodiæ: & non tenetur restituere fructus:
quia vxor & vir debent alimentari constante matri-
monio de fructibus illius terræ: super qua dotes sunt
assecuratæ, iuxta notata in c. salubriter. de vsu. Sed
quia decretum assecurationis dotium dictæ mulieris
vxoris Petri dicebat, quòd assecuratio fieret in bonis
omnium v. filiorum & hæredum: & executio excessit
formam decreti: quia assecurauit dictam mulierem
super bonis trium filiorum & hæredum dicti notarij
Rhenni: & non super bonis v. filiorum, prout dicebat
decretum. Fuit omnibus visum, quòd dicta vxor Pe-
tri Saxi condemnetur ad restituendum duas partes
dictæ terræ illis tribus filiis notarij Rhenni, actori-
bus vna cum fructibus debendis in ratione computi
inter ipsos filios facienda: & ipsa mulier pro duabus
partibus prædictis habeat recursum contra bona Pe-
tri mariti, & alterius hæredis notarij Rhenni, & ad
fructus: & sic fuit per omnes votatum.

DECISIO X.

De alimentis vxori præstandis lite pendente.

SVMMARIVM.

1 *Maritus an teneatur ad alimenta per vxorem petita in quæstione dotis restituta & lite pendente.*

Maritus adulter tenens concubinam tenetur ad alimenta vxori, quæ propter pellicem ab eo recessit.

2 *Monachus cum Abbate litigans sumptus litis habere debet ab Abbate cum alimentis, tam in causa principali, quam in causa appellationis.*

3 *Mariti bona pro alimentis vxori debitis tacitè sunt obligata.*

Vxor etiam si aliunde posset viuere, potest petere se à viro alimentari, quia ea alimenta debentur iure actionis, seu etiam officio iudicis.

4 *Filius alimentatus, non potest petere alimenta præterita, nisi fecisset sibi debitorem alium pro ipsis alimentis.*

VXOR domini Chianci Nauis medici Re-
ginalis, quæ seorsum habitat à viro, petit
alimenta ab eo: maritus replicat, quòd
non tenetur: quia sibi satisfactum est de
dotibus, & quòd habuit multa eius bona. Vxor negat,
& petit quòd lite pendente ei prouideatur de alimen
tis. † Quæritur vtrum maritus lite pendente super 1
alimentis teneatur præstare ipsa alimenta vxori suæ.
Videbatur dicẽdum, quòd sic: quia dictus maritus de-
dit culpam, vt vxor recederet ab eo, quia tenebat con
cubinam: quo casu tenetur maritus alimentare vxo-
rem suam extra domum suam secundum Iac. de Are.
& Cy. & Bal. in l. quod in vxoré. C. de neg. gest. Ad
hoc respõdetur ꝙ hoc nõ constat iudici vt iudici. Di-
cebatur ꝙ nõ potest negari, quin nõ sit dubiũ facti: sed
ex quo partiũ assertione cõstabat de cõiugio, fuit om-
nibus dominis visum, ꝙ lite huiusmodi pendẽte, mari-
tus teneatur præstare alimenta vxori: † sicut dicitur 2
de monacho litigãte cũ Abbate, vt debeat habere ab

Abbate

Abbate sumptus litis: vt notatur per Doct. in c. ex parte. de accusat. Et solet ad hoc allegari glos. in l. si institu-
tuta. §. de inofficioso. ff. de inoffic. test. & glo. in l. fi. C.
de ordine cognit. & not. Archi. xxiij. distin. c. quáquã.
& io c. si forte. de elect. lib. vj. Et Spec. in titu. de censi.
in §. j. Et licet textus in d. §. de inofficioso, loquatur in
causa appellationis: tamen idem dicendum est in cau
sa principali. argum. l. si neget. ff. de liberis agnoscen.
& ff. de iure deliberan. l. filius. & not. gloss. in d. l. fina.
3 C. de ordin. cognit. † Pro quibus quidem alimentis
debitis vxori sunt tacite bona mariti obligata: vt per
Bart. in l. si cùm dotem. §. sin autem in fæuissimo. ff.
solut. matrimon. & Spec. in tit. de don. inter virum &
vxorem. §. fin. versic. sed nunquid bona. Et vnus ex
dictis consiliariis subdebat: quòd intantum est hoc ve
rum, quòd etiam si vxor aliunde posset viuere, potest
petere se alimentari à viro: vt dicit Bal. in l. de alimen
tis. C. de transact. Et hoc fuit dictum esse verũ, quan-
do alimenta debentur iure actionis, secus quando de-
4 bentur officio iudicis: vt in alimentis † quæ debentur
filiis à patre: quia si sunt alimentati, non possunt pe-
tere alimenta pro tempore præterito. secundum Bar.
in l. j. C. de mendican. vali. lib. xj. & in l. si quis à libe-
ris. §. sed si filius. ff. de liber. agnosc. fallit, nisi filius fe-
cisset se debitorem, vt se aleret: quia tunc teneretur
pater soluere illud debitum contractum pro alimen-
tis: vt notatur in l. libertis quos. §. j. ff. de alimen. lega.
Quare fuit omnibus dominis visum, quòd condem
netur dictus maritus pro nunc ad soluendum vxori
suæ pro alimentis & expensis litis ducatos decem: &
procedatur in causa iustitia mediante. Et dum iste ca-
sus idem contigisset in persona Saccagnini cum sua
vxore, idem fuit determinatum.

ADDITIO.

Super alimentis vxori præstandis, vide Hippoly.
de Marsi. in l. j. §. cum quis latrones. nume. 8. ff. de quæ-
stio. Et Bertrandi parte iij. consil. lxxij. nume. 4. Et an
mulier non præbens viro vxoria obsequia, possit age-
re ad alimenta denegata, vide Bertran. parte j. con-
si. cxliij. nume. 3.

DECISIO XI.

De sorore petente legitimam, alimentanda.

SVMMARIVM.

1 *Soror petens legitimam est alimentanda etiam in pri-
ma instantia.*
2 *Alimenta, an debeantur, si sententiatum est super querela testamenti, & pendet appellatio.*
Intellectus ad l. si instituta. §. de inofficioso. ff. de inoffic. testament.

SOROR Comitis castri petebat ab ipso
Comite legitimam bonorum paterno-
rum, & interea petebat sibi prouideri de
1 alimentis. † Dubitabatur, an in ista pri-
ma instantia, quando agitur petitione hæreditatis
contra fratrem, debeant præstari alimenta lite pen-
dente. Dubium faciebat, quoniam text. in l. si in-
stituta. §. de inofficioso. ff. de inoffi. testa. loquitur quã-
do erat sententiatum & dependebat appellatio, &
erat quæstio super quærela testamenti: & lite pen-
dente nihil est innouandum. In contrarium fuit
allegata decisio Rotæ, posita sub tit. de iudi. decis. ij. in
nouissimis. ad char. xiij. quæ incipit, vtrum filius
agens petitione hæreditatis, † quia æquitas dictæ l. si 2
instituta, vendicat sibi locum etiam in prima instan-
tia. Et per istam decisionem fuit condemnatus dictus
Comes castri ad præstandum sorori suæ ducatos. 50.
pro nunc lite pendente, & procedatur in causa iusti-
tia mediante.

DECISIO XII.

De exceptione dominij non impediente restitutionem rei locatæ, & de duplici probatione semiplena simul iuncta.

SVMMARIVM.

1 *Agens remedio l. si quis conductionis. C. locati. an debeat probare plene fecisse locationem, vel sufficiat probare semiplene per confessionem factam per inquilinum extrà iudicium parte absente.*
Remedium l. si quis conductionis. C. loca. quod remedium sit, & quid requirat.
2 *Confessio extra iudicium facta parte absente probat semiplenè.*
Dictum vnius, dictum nullius vt in vno teste de locatione deponente.
3 *Testis vnus integer probat semiplenè.*
Probationes duæ semiplene coniunguntur simul ad faciendam vnam plenam probationem.
Exceptio dominij non impedit, quo minus fiat restitutio rei locatæ.

FVIT agitata quæstio inter filiam primi
matrimonij actricem, & sorores secundi
matrimonij, conuentas super restitutione
domus † vigore l. si quis conductionis. C. 1
loc. Dictæ sorores conuentæ se defendebant, quòd
domus ista fuit materna. Pro parte agentis diceba-
tur, quòd talis exceptio non obstat agenti dicto reme
dio. l. si quis conductionis. Replicabant conuentæ
quòd non probatur, quòd ipsæ tenebant titulo loca-
tionis. Ex quo testes deponentes, quòd ipsæ conuentæ
confessæ sunt extra iudicium parte absente, quòd di-
ctam domum tenẽt locatam à dicto actore, non pro-
bant nisi semiplenè: † quia confessio extrà iudicium 2
parte absente probat semiplenè tantũ, vt concludũt
scribentes in l. admonendi. ff. de iureiu. Et probatur in
l. certũ. §. si quis absente. ff. de confes. Bal. & Saly. in l.
in bonæ fidei. C. de re. cre. Nec obstat dictũ vnius
testis deponẽtis de locatione domus: quia dictũ vnius
dictũ nullius. Sed in contrarium fuit pariter con-
clusum, quòd ex quo constat de confessione extra iu-
dicium parte absente, quæ inducit semiplenam pro-
bationem, vt supradictum est: & patet in c. fi. de succes
sio. ab intest. & in l. capite quinto. ff. de adulter. & in l.
quærro. ff. de ædil. edi. & cõstat per vnũ testem de loca-
tione, † & vnus testis semiplenè probat: vt cõcluditur 3
per Doct. in d. l. admonendi. & duæ semiplenæ proba-
tiones (sicut est confes. io extrà iudicium parte absen
te, & vnus testis de veritate) coniunguntur, & faciunt
vnam plenam probationem: vt firmat Bald. in l. vni-
ca, in prin. C. de confes. & in auth. rogati. C. de testi. &
in rub. de controuer. inuesti. & Saly. in d. l. in bonæ fi-
dei. & Alex. in secundo volumine, in consi. cxliij. Et
sic fuit per omnes conclusum & votatum quòd dicti
conuenti condemnentur ad restitutionem dictæ do-
mus locatæ saluo iure super proprietate.

DECIS

DECISIO XIII.

De tutoribus & restitutione bonorum contentorum in inuentario, & de præsumptionibus in antiquis.

SVMMARIVM.

1 *Inuentarium tutoris plenam probationem facit contra tutorem.*
Esse semper præsumitur, quod in meo posse semel fuit.
2 *Præsumptiones multæ ostendentes bona inuentarizata fuisse restituta pupillis factis maioribus.*
Actio personalis tollitur per præscriptionem xxx. ann.
3 *Præscriptio quadragenaria inducit veritatem & effectum renunciationis & tacitum consensum, & similis est ei, qui satisfecit. 4.*
4 *Tempore liberatus similis est ei, qui satisfecit: quia habet, quod obijciat petitori.*
Alienare videtur, qui patitur contra se præscribere.
5 *Consensus partis tacitus est in præscriptione.*
Tempus multa refutat.
6 *Præscriptio non habet locũ stãte præscribẽtis mala fide.*
Bartolus reprobatur super præscriptiones.
7 *Intellectus & limitatio ad authen. malefidei. C. de præscriptione long. temp.*
Bona mobilia in inuentario tutoris contenta an possint vsucapi per eius heredem.
8 *Compensatio tacita an videatur facta, si finita tutela pupillus non egit contra tutorem per tempus longissimum ad restitutionem bonorum inuentarizatorum, eò quòd debitor tutoris erat.*
Exceptio contra præscriptionem non obstat, quòd ille contra quem præscribitur, præscribentis erat debitor.
9 *Exceptio cõtra regulã quæ iure non cauetur, nulla est.*
Amissio rerum vel scripturarum, an videatur probata, probatio vrbis excidio, in quo erant, & an probetur ex coniecturis. 10.
10 *Iuramento partis de scripturis, & tenore an standum, si furtum per testes probetur.*
Coniecturæ in quibus multum operentur.
11 *Scripturam penes se habens scire præsumitur, quod in ea continetur.*
Agnatus si est creditor pupilli, non potest esse eius tutor. 15.
12 *Intellectus ad l. Procula. ff. de proba. Soror permittens hereditatem paternam diu per fratres possideri, an tacitè videatur repudiasse potentia succedendi.*
13 *Repudiatio quando non inducitur per silentium diuturnum.*
14 *Tutor si est creditor pupilli potest sibiipsi soluere absque iudicis decreto de bonis pupilli, quæ seruando seruari non possunt.*
Iactare suum nemo creditur.
15 *Liberalitas in necessitate non venit.*
16 *Creditor administrans bona sui debitoris præsumitur, quòd sibi soluit in dubio, & idem de tutore. 18.*
17 *Inuentarium non conficiens, præsumptionem violentam præbet mali animi ad fraudandum.*
Administrator in dubio præsumitur fecisse, quòd alij administratores fecissent, aliàs diceretur in culpa.
Culpa arguit eũ qui nõ fecit, quod sibi similes fecissent.
18 *Culpa non præsumitur, nisi probetur.*
Culpa per allegantem probanda.
Experientia optima rerum magistra.
19 *Qualitates hominum ex actibus deprehenduntur, quæ sunt attendendæ.*
Liberalitas ex qualitate personæ præsumitur.
Qualitas animi probanda ex præterito in præsenti præsumere facit.
Agere prout in nostris præsumitur in alienis.
20 *Acquirere multa in breui tempore regulariter non possumus.*
Soluisse totum qui sibi potuit, & partem solùm sibi soluit, an integrè solutus præsumatur.
21 *Partis agnitio arguit agnitionem totius.*
Damnificare sibi velle nemo in dubio præsumitur.
Soluens partem non videtur soluere totum: & qui partem recipit, potest ad residuum agere.
Satisfactio in recenti facto melius probatur quàm in veterato.
22 *Iudicium fugiens, de sua iustitia diffidere videtur.*
Argumentum de minori ad maius tenet.
Diffidens de modico, de plurimo non confidet.
23 *Probatio plena in factis antiquis potest fieri, per indicia & coniecturas.*
Factum excedens annos xl. dicitur factum antiquum.
Probationes factæ per indicia & coniecturas dicuntur manifestissimæ.
24 *Præsumptiuè quod constat, satis dicitur apparere.*
Probationes minus sufficiẽtes in facto antiquo sufficiunt.
Sententia diffinitiua in causa ciuili potest fieri ex præsumptionibus tam legis, quàm hominis, & quando.
Singulæ non prosunt, multiplicatæ iuuant.
25 *Probatio contra inuentarium, an possit fieri vltra dispositionem l. si. C. arbitr. tute.*
Debitum si contrahatur in scriptis, solutio in scriptis probanda est, vel per quinque testes.
26 *Probatio per testes an admittatur contra inuentarium in causa restitutionis bonorum, & quid si per præsumptiones, nu. seq.*
Solutio canonis in contractu emphyteutico scripturam requirente, an possit per testes probari.
Probatio obliqua contra præsumptionem iuris & de iure admittitur, non directa.
27 *Rationem reddere tenentes bonorũ quæ vsu consumuntur, an sufficiat quod probẽt tanto tẽpore posse corrumpi.*
28 *Articulis productis in prima instantia, an possint deduci in causa iudicati, & debeant admitti.*
Sententia quæ in rem iudicatam transiuit, præsumitur iusta, & facit præsumptionem iuris & de iure, nec potest impugnari.
29 *Deo nihil occultum.*
Iudicium in rebus ambiguis non debet esse absolutum.
Curia debet satagere in dubijs, vt partes cõpromittant.
Iudex studere debet ad reducendũ partes ad cõcordiam.

VErtitur dubium ex quo per sententiam sacri Cõsilij condẽnatus fuit Iacobus de Cãfora, tanquam filius & hæres Petrilli de Canfora, tutoris & patrui Antonelli de Canfora, ad ponẽdum calculũ & rationẽ de bonis inuentarij per ipsum Petrillum, quæ fuerunt dicti Pagani, & ad restituendum ea bona inuẽtarizata quæ non sunt restituta. Petũtur ad præsens per dictum Antonellum, hoc est, per eius filios & hęredes ab hæredibus dicti Petrilli tutoris, vt restituat bona inuentarizata, quæ penes eum fuerũt, & non sunt restituta, & eius intentio est probata ex productione inuentarij & dictæ sententiæ. † Nam in- 1
uentarium tutoris plenam probationem facit contra

tutoré: vt est casus in l.si.C.arbi.tu te. & notatur in l,
tutor qui repertoriũ, in princi.ff. de administra. tuto.
& l.tutores.cod.tit. Cum ergo res inuẽtarizatæ semel
fuerũt in administratione tutoris, & in eius posse, vt
asseritur in inuentario, adhuc præsumũtur esse: vt in l.
si creditor.C.de pignorati.actio.l.nõ ignorabit.C.ad
exhiben.plene notatur in l.siue possidetis.C.de pro-
bat.& in c.cùm ad sedẽ.de restitut.spolia. cum simili.

Sed pro parte hæredum dicti Petrilli tutoris ad-
ducuntur ad præsumendũ, quòd omnia bona cõtenta
in inuentario fuerunt restituta ipsi Antonello filio
dicti Pagani, & per consequẽs quod non teneatur ad
iteratã solutionem, infrà scriptæ probationes & præ-
2 sumptiones.† Et primò adducitur antiquitas tẽporis.

Nam ab eo tẽpore quo fuit finita tutela, seu cura
dicti Petrilli tutoris Antonelli, transacti sunt anni
plus quàm sexaginta. Et ipse Antonellus nũquàm fe-
cit sibi fieri restitutionẽ dictorũ bonorum ab hære-
dibus dicti Petri tutoris. Vnde stante isto silentio
creditoris per tẽpus sexaginta annorũ, præsumitur ei
satisfactũ. Nam & triginta annis præscribitur actio
personalis: vt in l.sicut. & l.omnes.C.de præscrip. tri-
ginta vel quadraginta ann. Et præscriptio quadragin-
ta annorũ, omnem actionẽ tollit, vt in d.l.sicut. & in
c.illud.& in c.ad aures.de præscr.ibi dũ dicit quadra-
genalis præscriptio omnẽ prorsus actionem excludit.
3 Ideo dicitur, † quòd hoc longissimũ tempus inducit
veritatẽ: vt notatur in l.ij.C.de seru.& aqua. & Bald.
in l.libert.C.de oper.libert. quia ex silẽtio tanti tem-
poris intelligitur fieri tacita renũtiatio per eum qui
tacuit [illegible] l.eũ.ff.de cennb.l.si eo tempore.C.de re-
missio.pign [illegible] cum l.cum in plures.§.locatio.ff.lóca.
[illegible] notat Baldus in [illegible] licet.C.de iure deliber.
& i[illegible] dicitur, qu[illegible] ille qui tam longo tẽpore
patitur, [illegible] sentire videtur: vt in l.pen.C.cõmu.diui-
dun. & C. de rei vendi.l.solennibus. Accedat ad hoc
quod dicit Andr.de Iser.in præludiis feudorum in illa
quæstio. An liber feudorum possit pro lege allegari.

Item nunquam fuit hoc in quæstione deductum,
vnde tacito consensu per tantũ tẽpus videtur appro-
4 bari.ff.de leg.l.sed ea quæ. † Item quia qui tempore
liberatur, similis est ei, qui satisfecit. ff. de administr.
tuto.l.si pupillus.§. vltimo. vbi dicit textus: is autem
qui tẽpore liberatus est, dicit glo.triginta annis actio-
ne tutelæ, non ei similis est, qui nihil habet, sed ei qui
satisfecit, habet enim quid obiiciat petitori. Hinc
est quòd dicitur, quòd alienare videtur, qui patitur
contra se præscribi.ff de verbo.significatio. l. aliena-
5 tionis verbũ.& ibi dicit Dyn. † quòd in præscriptio-
ne est tacitus consensus partis. Ideo dicit text. in au-
thentico, de temp.non so.do.circa principiũ, tempus
multa quoque refutat bene facit textus in l. iustas.C.
de iure fisci.lib.x.& l.si tẽpora.C.de fide instrument.
& iure hastæ fisca libro x.bene facit ad hoc, ꝙ voluit
Alexãder de Imo.in tertio volumine, consilio.lix. in
tertia columna.vbi dicit, vnde patiẽdo cõtra se præ-
scribi longissimo tẽpore, videtur tacite consentire.d.
l.alienationis.& l.longe.cum ibi no.ff.de diuer.& tẽ-
pot.præscrip. Allegat etiam Guil.de Cu. in l. ij.C.de
vsu.pro emp. Et si diceretur mihi, ꝙ hæredes ipsius
Petrilli fuerũt in mala fide volẽdo præscribere bona
Pagani inuẽtarizata, & per cõsequens Antonelli eius
6 filij & hæredis.† & stante ista mala fide, nullo tẽpore
currit præscriptio de iure canonico, vt concluditur
in c.si diligenti.de præscri.reprobatis dictis per Bart.
in l.sequitur.§.si viam.ff.de vsuca. Licet postea temit-
tat decisione sanctæ matris ecclesiæ: & bene fecit: quia
in contrariũ est cõmunis conclusio per multa iura &
rationes; quæ causa breuitatis omitto. Ad hoc re-
spondetur ex quo sumus in præscriptione rerum mo-
biliũ, authen.malæ fidei.C.de præscriptio.lon.tempo.
† non vẽdicat sibi locũ in hoc casu scilicet, in vsuca- 7
pione rerum mobiliũ: ex quo tantũ habet locum in
præscriptione rerũ stabiliũ: vt dicit ibi Angelus.& fir-
mat Alex.de Imo.in l.Põponius.§.cũ quis.ff.de acqui-
ren. possessio. & in secũdo volumine cõsilio cxxxiiij.
incipiente, in causa & lite vertẽte.vet.nec huic habet
obstare &c. Item quia Iacobus filius dicti Petrilli
potuit vsucapere bona mobelia in inuẽtario cõtenta:
vt dicit Ioãnes de Imo.in d.l.sequitur.§.hæres. & Dy.
in cap.possessor.de regulis iuris, libro vj.& Alexander
in dicto cõsil.cxxxiiij. Et si diceretur mihi nimirũ
si ipse Antonellus finita tutela non egerit contra tu-
torem vel eius hæredẽ per tantũ tempus longissimũ,
vt restituat bona inuentarizata: quia ipse Antonellus
erat debitor per instrumentũ liquidum hæredi ipsius
Petrilli sui tutoris in vnciis ducentis: † & sic videtur 8
inter ipsos facta quædã tacita compẽsatio: licet nun-
quã fuerit opposita prout requirebatur: vt dicit Bart.
in l.j ff.de compensatio. Et per consequens adhuc ipse
Antonellus est debitor, si illud non soluit, si apparet
liquidum instrumentum. Ad hoc respondetur, ꝙ si
Antonellus stetit per sexaginta annos, & à tutore non
petiit bona inuentarizata: nõ propterea sequitur, ꝙ
ipse non sit debitor instrumẽtarius, & hoc debitũ nõ
debilitat præscriptionẽ contra cum allegatã: vt suprà
dictũ est: nec cõtra præscriptionẽ obstat, ꝙ ille contra
quẽ præscribitur, erat debitor præscribẽtis: ergo non
procedit præscriptio: quia non memini me legisse ta-
lem exceptionẽ posse opponi. † Ideo si non reperitur 9
exceptio in iure cõtra regulã, debemus stare regulæ,
quæ vult, ꝙ præscriptio longissimi temporis excludit
omnem actionem: vt suprà ostensum est. Secunda
præsumptio, ꝙ bona inuentarizata fuerunt restituta,
est, ꝙ res ista trãsiuit sub silentio: verisimile est, ꝙ de
satisfactione fuerunt factæ scripturæ, & propter sac-
comannũ ciuitatis Neapolitanæ tẽpore ducis Renati
fuerunt perditæ: & sic ad probandũ amissionẽ rerum
vel scripturarũ, sufficit probare saccomannũ: nam de
† scripturis statur iuramento patris, vt dicit Paul. de 10
Castro in l.sicut iniquũ.C.de fide instrumentorũ. vbi
dicit, probato furto per testes, tunc statur iuramento
patris de scripturis & de tenore: vt notatur in l.si de
possessiõe.C.de probatiõibus.& in l.si quãdo.C.vnde
vi.& notatur in l. testiũ.C.de testibus. vnde probato
saccomanno, amissin rerum probatur ex cõiecturis:
vt dicit Angelus in l.si quis ex argentariis.§.prætor.
ff.de eden.& in istis multum operantur coniecturæ
& verisimilitudines: & sic stante dicto casu disroba-
tionis, & silentio longissimi temporis, arguitur de
satisfactione bonorum contentorum in inuentario.

Tertiò ad præsumendũ satisfactionem bonorum
in inuentario contentorũ, adducitur: nam ipse Anto-
nius filius præfacti Pagani habuit penes se inuentariũ
suorum bonorum: & sic habuit notitiã, ꝙ tutor eius
debebat illa bona sibi restituere: † quia qui habet 11
scripturã penes se, præsumitur scire contenta in ea:
vt in l.nõ est ferẽdus.& ibi Bal.ff. de transactionibus.

Item

Item erat patruus dicti Iacobi filij dicti Petrilli, &
sic erat coniunctio sanguinis. Item stetit per sexaginta
annos, & non petiit restitutioné bonorum contento-
rum in inuentario. Accedit ꝙ dictus Antonius erat
debitor Petrilli instrumétarius in vncijs ducentis, &
ipse Antonius fuit administrator bonorū Iacobi filij
dicti Petrilli. Et sic habebant cómunia negotia inter
eos. Certè prima facie potest dici, ꝙ similiter hoc casu
dispositio l. Procula. ff. de probationibus: vt videatur
12 tacitè facta remissio inter eos. † Nam volunt Docto-
res, ꝙ resultet præsumptio prædicta per dictam le-
gem Procula. ad hoc requiruntur tria copulatiue.

Primò taciturnitas longi temporis.

Secundò coniunctio sanguinis.

Tertiò calculatio rationis sæpius inter eos facta,
absq; eo, ꝙ de illo debito in rationé fuerit facta men-
tio. Aliàs illa duo sine hoc tertio non sufficiút: vt de-
clarat Bar. in l. libertis quos. §. j. ff. de alimen. & ciba.
leg. Bar. Bal. Saly. & Flo. in d. l. procul. Bart. & alij in l.
dotem. ff. sol. mat. Bald. in l. cú proponas. la j. & in l. si
certis an. in v. col. C. de pac. Pro hoc allego optimam
decisioné Ang. & Ioan. de Imo. in l. recusari. ff. de ac-
qui. hære. vbi dicút, ꝙ si soror permisit hæreditaté pa-
ternam diu possideri per fratres, & cú egebat aliquo,
petebat ab eis, vt à fratribus suis exclusa, ꝙ videtur
repudiasse potentiæ succedendi, non ex solo cursu té-
poris: quia non præscribitur nisi longissimo tempore:
vt in l. licet. C. eo. sed intelligitur repudiasse tacitè per
d. l. Procula. quid intelligo dicit Ioan. de Imo. si non
errauit in iure, per id quod habetur in l. Claudius. co.
tit. Secus dicit, si diu soluit, & cum fratribus nihil ha-
bent cómune: quia nihil ab eis petiit, nec cú eis ratio-
13 nem calculauit de aliquibus gestis. † Nam tunc diu-
turnum silentiú non inducit repudiationem, per d. l.
licet. Retulit commissarius, ꝙ ex processu apparet
esse probatú, ꝙ ille Iacobus, qui erat debitor Anto-
nelli per inuentarium, erat sub cura & gubernatione
Antonelli, & omnia reponebat in eius manu. Et ipse
Antonellus gubernabat eius bona: & omnia erát sub
potestate eius Antonelli. Et ipse Antonellus fecit ex-
pensas in ducenda vxore Iacobi. Et in articulis ipsius
Antonelli dicitur, ꝙ ipse petiit calculú, licet nó pro-
bet. Satis potest dici largo modo, quòd in hoc casu
militet decisio. d. l. Procula. sed in veritate & strictè
deficit illud tertiú requisitú, scilicet calculatio ratio-
nis sæpius facta: & de illo debito non fuit facta men-
tio: sed tamé loco calculatióis sunt omnia supradicta.
Tamé quia non habeo legé, ꝙ prędicta sunt loco cal-
culationis. Ideo concludo in puncto iuris, ꝙ l. Procu-
la, non habet locú in casu nostro. Adducitur quar-
tò, ꝙ præsumendú sit, ꝙ fuit satisfactus Antonellus de
bonis inuétarizatis, ex eo, ꝙ omnia bona ipsius Iaco-
bi fuerunt administrata per ipsum Antonellú & Ia-
cobus ei præstabat obedientiá, ita, ꝙ etiam bona, quę
habuit Iacobus in dotem a sua vxore, peruenerunt in
posse Antonelli. Ergo pręsumendú est, ꝙ omnia bona
inuétarizata peruenerút in posse Antonelli: quia An-
tonellus habens bona Iacobi in sua administratione
14 & posse, poterat sibi ipsi soluere & satisfacere. † Nec
est præsumendum, ꝙ voluisset iactaré suum. l. cum de
indebito. ff. de probationibus. l. elegáter. §. qui repro-
bos. ff. de pign. actio. l. si cum aurum. ff. de solut. pote-
rat enim ipse Antonellus vt tutor Iacobi, & eius cre-
ditor prætextu inuentarij propria autoritate sibi ipsi
satisfacere absque decreto iudicis: vt est text. in l. fistu-
las. §. fundum. & ibi gloss. ff. de contrahen. emp. idem
voluit Bal. in l. cùm ipse. in fi. C. de contrahenda em-
ptione. Vbi dicit, quòd tutor potest sibi soluere de re-
bus pupilli, quæ non possunt seruando seruari, prout
erant bona descripta in inuétario. Item de re ipsa de-
bita sicut sunt bona inuentarizata, poterat sibi solue-
re: ex quo omnia peruenerunt in eius posse, per d. §.
fundum, secundú Bal. in d. l. cum ipse. † Fateor ta- 15
men ꝙ si agnatus est creditor pupilli, quòd nó possit
esse eius tutor, per textum in authentica, minoris de-
bitor. C. qui daretur. po. Nec obstat, si diceretur,
ꝙ non videbatur dictus Antonellus iactare suum, si
nó sibi satisfaciet, licet poterat satisfacere, ex quo ha-
beat bona debitoris in manu sua, & voluit expectare.

Quia respondetur, quod probatur in processu, ꝙ
ipse Antonellus erat in necessitate & paupertate. Et
non præsumitur, ꝙ in necessitate quis sit liberalis: vt
in l. rem legatá. ff. de adimen. leg. no. in l. si vsusfructus.
ff. de iure dot. Imò præsumitur, quòd ipse Antonellus
qui administrabat omnia bona Iacobi, † ꝙ deduxerit 16
de illis bonis id quod sibi debebatur ex inuentario: vt
probatur ex l. sed si damnum. §. peculiú. in versi. nam
vt eleganter. ff. de pecu. vnde dicit Ang. ibi, ꝙ si admi-
nistrator est creditor illius, cuius bona administrat,
præsumitur suum exigi fecisse: quod est not. dignum
secundum eum: & tanto fortius, quia dictus Antonel-
lus gessit se pro tutore: & fuit administrator bonorú
Iacobi: & nó fecit inuentariú de bonis ipsius Iacobi:
† & sic resultat violenta præsumptio contra eum, qui 17
non fecit inuentariú, ꝙ habuit malum animú scilicet
fraudandi: vt not. in l. tutor qui repertorium. in prin.
ff. de admi. tuto. bene facit l. si. & ibi Bal. in prin. C. de
iure delibe. & l. fin. C. arbi. tute. Quinta cóiectura
est, quia ex quo Antonellus administrauit omnia bo-
na Iacobi, præsumitur ꝙ ipse fecerit, quid verisimili-
ter alij administratores fecissent: aliàs diceretur in
culpa: vt dicit Bar. in l. si cum venderet. §. fin. ff. de pi-
gno. & Bal in l. solá. v. col. C. de testi. Bar. in l. ꝙ Ner-
ua. ff. depos. & Ange. in l. continuus. §. cú ita. post Bar.
per illum tex. in ver. plerique eiusdé conditionis. ff. de
verb. oblig. sed culpa non præsumitur, nisi probetur:
† quia culpa debet probari per alleganté: vt dicit Bar. 18
in l. in illa stipulatione si Calendis. ff. de ver. oblig. per
l. iij. §. si ad diem. ff. de re militari. l. ij. ff. si quis cautio.
glo. & Cy. in l. ij. C. de iure emphyteutico. Doc. in c.
super his. de accusationi. sed quilibet secundum expe-
rientiam: quæ est optima rerú magistra: vt in c. quam
sit. de electione. in vj. habés bona sui debitoris in ma-
nu, de quibus potest soluere sibi, credendú est, ꝙ veri-
similiter sibi satisfecit: & reliquú restituet: ergo idem
fecisse verisimiliter præsumendú est præfatum Anto-
nellum. Sexta coniectura est ad ostendendú, quòd
bona inuentarizata sunt restituta, quia dictus Anto-
nellus attenta qualitate suæ personæ, quæ erat diligé-
tissima in suis iuribus exigendis in curiis, vbi regitur
iustitia: probatum asseruit cómissarius causæ. Ex hoc
similiter præsumitur, quòd sibi satisfecit de bonis in
eius posse existentibus: vt in simili dicit glo. & Bal. in
l. si præsidi. C. de donationibus ante nup. † ꝙ attenta 19
qualitate personæ pręsumitur liberalitas. Similiter ex
qualitate personæ arbitrádum est, prout est eius qua-
litas: vt not. Bal. in c. j. ex qui. cau. feu. amit. Et ibi mul-
ta dixi de qualitate hominis attendéda: & ad proban-

dam qualitatem animi ex præterito, præsumitur in
præsenti.c.semel malus.de reg.iur.in vj.c.scribam.de
præsumptionibus.Bal.in l.ex persona.C.de proba.&
in l.ij.in fine.C.quando prouo.non est necesse.& in l.
nō ignorabit.C.ad exhibendū.Bar.in l.si cui.ff.de ac-
cusa.per illum tex.& not.Alexand.de Imo.in ij.vol.
consi.cij in v.col.incipiēte,super primo de quo quæ-
ritur.Si ergo qualitas animi sui erat, quia diligentis-
simus in exigendis debitis suis,dicendū est, quod exi-
git sibi satisfaciendo de bonis Iacobi,quæ ipse admi-
nistrabat. Septimò cōiecturatur ex eo,ꝙ postquàm
ipse Antonellus factus fuit maior, cōtraxit societatē
cum Iacobo de Lazaro,& in dicta societate posuit de
capitali vncias centū octoginta: vt cōstat per instru-
20 mentum publicū.† Et in alia manu ipse Antonellus
soluit Baldaxaro de Rosa vncias quadraginta vnam,
vt constat per instrumentū publicū. Ex quo cōiectu-
randū est, quòd de bonis inuentarizatis habuit dictas
vncias ducentas viginti vnam, cum aliunde habere
non potuisset stante temporis breuitate, nisi de bonis
paternis inuētarizatis, cùm ex processu non appareat
probatū aliunde potuisse habere. Octaua cōiectu-
ra est, quia probatur in processu quòd ipse Antonel-
lus habuit aliqua ex bonis inuētarizatis, sicut est frō-
teria, quam ipsa vendidit. Item habuit certa bona de-
bitorum cōtenta in dicto inuentario, quos exegit, vt
retulit cōmissarius causæ. Item habuit bona supel-
lectilia. Si ergo sibi ipsi soluit partem bonorū contē-
torum in inuentario, vbi poterat totum sibi soluere,
coniecturandū est,ꝙ totum sibi soluit, sicut dicimus,
21 † quòd partis agnitio arguit agnitionē totius.secun-
dùm Bartolū in l. ex duobus. & in l.si is cui res.de le-
gatis ij. quia non est præsumendū, ꝙ ille qui poterat
sibi totū soluere,solùm partem sibi soluit: ex quo hoc
sibi damnosum est.argumē.l.planè.ff.fami. erciscun-
dæ.& l.tutor.§.Lucius.ff.de vsur.l.vsur. l. quidā existi-
mauerunt.per Doctores.ff. si cer.pet. bene tamen fa-
tēdum est,quòd qui soluit partē, non videtur soluisse
totum. Et ideo potest agi ad residuum,secundùm Bar.
in l.in commodato.§.duobus. ff.cōmodati. Nona
coniectura est, ꝙ iste Antonellus nunquam traxit in
iudiciū ipsum Petrillum vel eius filios hæredes super
restitutione bonorū contētorum in inuentario, quæ
bona non erant modica. Vnde arguitur ꝙ ideo non
egit, quia tunc tēporis ex quo factum est recens, pote-
rat probari satisfactio,& sic patefiebat eius iniustitia.
22 † Præsumitur enim iudiciū fugiens de sua iustitia dif-
fidere.de præsump.c. nullus.xj. quæst.j. io c. Christia-
nus. vij. q.ix.c.decernimus. quæ iura ad præsens pro-
positū allegat Lud.Roma.in cōsi.suo.clxix.incip.ma-
gister Paulus. in prin. & voluit do.Abb. in c. nullus.
Decimò adducitur ad coniecturandū restitutionē
dictorum bonorū contentorū in inuentario, ꝙ An-
tonellus noluit habere fidē de vnciis quinq; per eum
mutuatis dicto Petrillo sine pignoribus, vt cōstat per
instrumentū. Dicendum est, quòd minime voluit ha-
bere fidem de bonis contētis in inuentario, quæ sunt
valoris vltra ducatorū tria milia, hoc argumēto vti-
tur tex.& ibi gl.in c.cum in cunctis. in verbo, multò
fortius.de electio.bene facit tex. in c. cùm illorū. ibi,
& maiora intelliguntur illis prohibita, quibus vetita
sunt minora.extrà, de sent.excom. facit l.qui indig.ff.
de senato. cum similibus. Est enim cōsiderandum,
23 † quòd ex quo agitur de re antiqua, excedente tēpus
sexaginta annorum per indicia & cōiecturas, dicitur
fieri plena probatio: vt dicit Ang. in l. at qui natura.
§.cùm me absente.ff.de neg.gest.& in l. Titius.ff.quib.
mo.pigno.vel hypo.sol.& authen.quas actiones.C.de
sac.sanct.eccle.Paul. de Cast. in consil.clxj. incip. in
præsenti causa. in j.col.& not.Innoc. in c.veniens.de
verb.sig.vbi etiam dicit, quòd factū antiquū dicitur,
quando excedit tempus quadraginta annorū.& idem
dicit do.Ant.de But.in c.peruenit. de empt. & vēdit.
& probationes quæ fiunt per indicia & coniecturas,
possunt dici manifestissimæ probationes: vt in l.si tu-
tor.cum ibi not.C.de pericul.tuto. l. licet. ff. de leg.j.
voluit Paul.de Castr.in consi.clxj.incip. vtiis his, quæ
superius allegantur. in iij. col. † & illud quod constat 24
præsumptiuè, satis dicitur apparere: vt dicit do. Abb.
in c.scribam.de præsump.& Bal.in l.si.ff.de hære.inst.
vnde cum sumus in facto ita antiquo, licet dictæ præ-
sumptiones, quādo non essemus in facto ita antiquo,
fortè non probarent satisfactionē bonorum conten-
torum in inuentario, tamen in facto antiquo proba-
tiones minus sufficientes & leuiores sufficiūt: vt dicit
Cy.& Bar.in l.si quidem.C.sol.mat.& Bald.in l.con-
uenticula.C. de episco.& cler.& in l.iiij.C. de proba.
& Arch.xvj. q.iij.c. inter memoratas. Alex.in ij.vol.
cōsi.clxxxvj.incip.in hac causa & lite.in ij.col.in ver.
hoc præposito. Et ex istis præsumptionibus tam le-
gis quàm hominis peruenitur ad diffinitiuā in causa
ciuili.c.afferte.de præsumptio. not. in l. excusationē,
in prin.ff.de excusa. tut. Doct.in c.quia verisimile.de
præsump.Cyn.& Bal. in l.siue possidetis. & in l. fi.C.
de proba. Et quæ non prosunt singula, multa collecta
prosunt.de quo in c.cum causam. de proba. & in l.ij.
in glos.ff.de excusatio.tuto.cum concor. † Sed ma- 25
gnum dubiū est, vtrum contra inuentariū possit fieri
probatio, quòd bona contenta in eo sint restituta ali-
ter quàm per scripturam, attento quòd dicit l.fin.C.
arbi.tut. quòd contra inuentariū non potest contra-
rium probari. Item si debitū in scriptis est contractū,
solutio probanda est in scriptis, vel per quinque te-
stes: vt in l.testiū.C.de testibus.not.Bal. in l.generali-
ter.C. de non numera.pecu. & in l.cùm de indebito,
in fin.ff.de probatio. & not. Angel.in auth.de instru.
cau.& fide.§.j.dum quærit, an magis credendū sit in-
strumento, quàm testibus. Et certè Bal.in d.l. fi. dicit,
quòd est magnū dubium,& arguit ad partes: finaliter
ipse Bal.allegat glo.in l.pupillū.C.de vsur.pupil.quæ
vult, quòd tutor qui fecit inuentariū, potest produce-
re testes ad æternam rei memoriā, ꝙ nihil debet. Nec
obstat d.l.testium.quia ibi loquitur quando scriptura
erat necessaria ex cōuentione partiū.& ita sentit Bar.
in d.l.generaliter. Secus quādo est necessaria scriptu-
ra ex legis dispositione. † Nam tunc potest fieri pro- 26
batio indirecta per testes contra scripturam, sicut est
probatio directa contra inuentariū. Sicut dicimus in
contractu emphyteutico, qui requirit scripturam, &
tamen solutio census potest probari per testes: vt be-
ne declarat Bal.in d.l.testiū.sed probatio directa con-
tra inuentarium vel aliam scripturā fieri non potest,
quando scriptura est de necessitate: licet Bald. in d. l.
testium. referat Richard.de Salice.in dicta.l. testium
tenuisse contrarium, & Venetiis fuisse obtentum se-
cundum eum. Et volui videre Barto.de Sali. in d.l.
testium. qui similiter tenet opinionem dicti Richar.
patrui sui. scilicet quòd solutio bonorū contētorum
in inuen

in inuentario non posit probari, nisi per scripturā, vel per quinque testes. Sed ego pro opinione Bal. allego notabilem glo. In. And. in Clem. vnica de probatio. quæ vult, quòd cōtra præsumptionē iuris, & de iure non admittitur probatio in contrarium directa. Sed indirectè sic allego etiā Bar. in l. ꝙ ad præsens. C.
27 de munilegulis. lib. xj. vbi dicit, † quòd illi qui habent reddere rationem de bonis, suppellectilibus, vel aliis rebus, quæ vsu cōsumuntur, sufficiat probare, ꝙ tāto tēpore verisimiliter debuerunt posse corrūpi. allegat in argum. l. fi. C. de alimē. pu. præst. faciunt notata per Imo in l. diuortio. §. interdū. & ibi per do. Francis. de Aret. ff. sol. matri. Et sic infertur quòd cōtra inuentarium potest probari restitutio bonorū non solum per scripturā & testes, sed etiam per præsumptiones.

Sed satis dubito, an dictæ præsumptiones sint pertinentes, ex quo relatū est quòd alias sunt circa decem anni, quòd hæredes Iacobi filij Petrilli conueniri fecerunt Antoniū supra restitutionē prædictarū vnciarum ducentarū. Et ipse Antonius eos conuenit super reddenda ratione, & reliquorū restitutione bonorū Pagani sui patris, & tandem ipse Antonius produxit dictū inuentariū in iudicio. Et hæredes dicti Petrilli se defendebāt, quòd bona cōtenta in dicto inuētario, sunt restituta. & allegabant multas ex dictis præsumptionibus ad arguendū restitutionem bonorum contentorum in inuētario, & tamen illis non obstātibus per sententiā sacri Cōsilij fuerunt hæredes Iacobi, & sic hæredes Petrilli cōdemnati, vt omnia bona inuētarizata, quæ non sunt restituta, restituāt dicto Antonello, & dictus Antonellus eis condemnatus ad dictas vncias ducētas, & facta fuit executio cōtra ipsum Antonellū, & hæredes Antonelli: nunc petiūt bona inuētarizata nō restituta ab hæredibus Iacobi virtute di-
28 ctæ sententiæ. † & ipsi hęredes Petrilli se defendunt cōtra inuentariū, deducētes illud idem, quod dixerūt in prima instātia, quod non videtur licitum de iure, per not. in l. per hanc. C. de tēp. appel. Item quia dictæ præsumptiones & cōiecturæ tacitè fuerūt repulsæ per sententiā prædictā, quæ quidem sententia præsumitur iusta, quo ad iustitiā & rectitudinē, postquā transiuit in rem iudicatā: vt notabiliter dicit Alex. de Imo. in iij. vo. consil. xxij. & in consil. cxxxvj. in v. col. & talis sentētia facit præsumptionē iuris & de iure: nisi probetur, ꝙ per falsa instrumēta sit lata: vt dicit idē Alex. in eo. vol. cōsil. clv. in ij. col. Nam talis sententia, quæ trāsiuit in rem iudicatā, habetur pro veritate, & impugnari nō potest: vt dicit idem Alex. in eo. vo. in cōsil. clxxxij. in ij. col. vnde dicti hæredes Iacobi aliter de iure habent probare restitutionē bonorū, contentorū in inuētario, quàm per præsumptiones prędictas tacitè repulsas per dictā sententiā, sed an dicta sentē-
29 tia fuit iusta, † Deus scit, cui nihil occultū. Stātibus istis cōsiderationibus, ꝓ & cōtra, omnibus Dominis de Cōsilio fuit visa decisio huius causæ multū dubia, & in rebus ambiguis absolutū non debet esse iudiciū, dicit text. xxxiij. distinct. c. fin. ne veritas offendatur.

Et propterea totum Consilium rogauit partes ad cōpromittendum de iure & de facto dominis Doctoribus de sacro Consilio, & ambæ partes fuerunt contentæ, & fecerunt compromissum in posse sacri Consilij, & sic postea latum fuit laudū: per quod hinc inde partes fuerunt absolutæ. verùm de illis vnciis ducentis, ad quas fuit condēnatus Antonellus filius Pagani, ad soluendum hæredibus Petrilli, quas ipse Antonellus spoliauit, hæredes Iacobi restituāt hæredibus Antonelli vncias centum intrà decem & octo menses: de quibus soluantur tantùm Antonio de Alexandro creditori filiorum & hæredū Antonelli de Campora ducati centum quinquaginta tantum. Et de residuo vsq; ad complementum sui debiti sibi satisfiat in nominibus debitorum dicti Antonelli pro tertia parte: & alia tertia pars sit hæredum Antonelli, & alia tertia pars hæredum Iacobi.

ADDITIO.

De probatione plena, quæ fit per coniecturas & indicia, vide Petr. de Ancb. consi. cccx. nu. 6. & Chassaneum consi. liiij. nu. 1. & consilio lxiiij. nume. 12. & Hippoly. de Marsil. in rubr. C. de proba. nume. cccxv. & in l. fin. num. 3. C. ad leg. Cor. de sic. & in practica. §. principium. num. 13. & §. expedita. numero 81. & sing. cccccclxxxiiij. incipient. pluries. Et de probatione per famam Ancb. consil. ccliij. nu. 1. & Stepha. Bertran. parte j. consil. xlj. num. 7. & parte ij. consil. lvj. num. 3. & ccvij. nu. 6. & cclx. num. 9. Et per Hyppoli. in l. de minore. §. plurium. nume. 49. l. j. & lx. & in rubric. C. de probatio. numero 194.

DECISIO XIIII.

De interdicto quorum bonorum, & de requisitis in eo.

SVMMARIVM.

1 *Interdictum quorum bonorum quam probationem requirat, & quando habeat locum. nu. 3. 10.*
2 *Sumptum de sumpto productum non probat legitimè.*
3 *Interdictum quorum bonorū an habeat locum, si opponatur pendere quæstionem falsi testamenti in alio iudicio.*
4 *Exceptio dominij an obstet agenti interdicto quorum bonorum.*
5 *Instrumentum diuisionis probat dominium.*
Protocollum productum ad probandum testamentum non probat simpliciter illud maximè nuncupatiuum.
Testamentum nuncupatiuum probari debet per septem testes.
Testamentum fuisse confectum solenniter cum septem testibus, per duos testes potest probari.
6 *Priuilegium propter rebellionem perditur.*
Princeps dicens in scriptis talem rebellem, an credendum, si non constet de rebellione.
Confessio producentis tacita, resultat ex productione scripturæ de contentis in illa.
7 *Hereditatis aditio præsumitur ex actibus, qui non possunt fieri citra ius & nomen hæredis.*
Allegari factum debet, quod probari non potest.
Probatio dubia non releuat.
8 *Instrumentum locationis rei non probat locationē illius.*
Acquirens ab aliquo, an videatur fateri illum esse dominum.
Principem rei dominum fateri videtur, qui ab illo rem donatam habet.
9 *Testator non potest disponere sine Regis assensu quod illi qui sunt in quarto gradu, secundum ius ciuile succedant in feudis.*
Feudalia bona sub generali donatione bonorum in veniunt.
Bonorum paternorum appellatione non includuntur feuda.
10 *Confessio facta per procuratorem in alio iudicio & ad*

alium ff. ctum non præiudicat.
Verbum, heredibus, positum in substitutione exponitur de filijs. 4.

1 IOannellus de Diano † habens, tenens & possidens certa bona burgensatica & feudalia, fecit testamentum, in quo instituit Ecclesiã & hospitalæ sanctæ Mariæ Nunciatæ de Neapoli hęredem. Testatore mortuo ecclesia adiuit hæreditatem. Insurgit quidam Franciscus de Diano filius & hęres Busali filij Petrilli de Diano, fratris quondam d. Iacobi de Diano, qui nominabatur Lopertico, & dicit, quòd virtute cuiusdã donationis factæ per Reuerendiss. dominum Gasparé de Diano, olim archiepiscopum Neapol. dicta bona petita post mortem dicti Ioannelli sine liberis legitimis & naturalibus, sunt subiecta restitutioni faciẽdæ ipsi Francisco: & propterea adeptus fuit possessioné ipsorum bonorũ. Item dicta bona sunt subiecta restitutioni dicto Francisco ex alio capite, videlicet virtute testamenti dicti Iacobi de Diano nominati Lopertico. Et per indultum Regis Ladislai cum cõfirmatione Reginæ Ioannæ secundę, dicta Ecclesia & hospitale agit contra dictum Franciscum interdicto quorum bonorum: dictus Franciscus replicat, non habere locum dictum interdictum. Ex quo post morté Ioannelli sine liberis dicta bona veniunt restituenda ipsi Francisco, tum virtute testaméti Perechi, tum virtute priuilegij regis Ladislai, tum virtute dictæ donationis. Sed pro parte Ecclesiæ replicabatur, quòd illa donatio non loquitur de bonis, quæ ipse Ioannellus possidebat tépore mortis suæ: sed loquitur de donatione bonorũ paternorum, maternorum, & fraternorũ, sic in genere: & non probat in specie, quæ bona tempore donationis possidebat donator: & sic non probatur iden-
2 titas bonorum. † Præterea dicta donatio inquantũ respicit dictum grauamen, quo ad bona feudalia sine Regis assensu, non potuit fieri per constitutionem regni, constitutioné diuę memoriæ. Item fidei commissum prædictum, contentũ in testamento Perechi, non probatur legitimè: quia testamentũ Perechi non est productũ in forma probante, eò quia productum fuit sumptum de sumpto. & sic non probatur diuisio allegata per dictum testamentum. Et per consequens non militat ordinatio Regis Ladislai de bonis ipsis restituendis dicto Francisco, facta diuisione post morté dicti Ioannelli, & maximè quia pendet quæstio falsi super dicto testamento Perechi in magna curia Vica-
3 riæ: † qua pendente dominium allegatum per dictum Franciscum requirit altiorem indaginem: & non impedit restitutionem in interdicto quorum bonorum. Quæritur modò, quid iuris. Fuit super hoc primò excitatum, vtrum pro parte Ecclesiæ sanctæ Mariæ fuerunt omnia requisita in interdicto, quorum bonorum, probata. Et fuit visum quòd sic. Nam probatum fuit quòd Ioannellus possidebat omnia bona petita in tempore mortis suæ, exceptis aliquibus. Item fuit probatũ, quòd fecit dictum testamentũ, & solenniter, in quo instituit hæredem dictam Ecclesiam. Item probatum, quòd Ecclesia adiuit hæreditatem. Et per consequens fuerũt probata omnia requisita in hoc interdicto quorum bonorum: vt Instit. de inter. §. adipiscendæ. & in l. j. C. quo. bo. & in Spe. de testa. §. nunc dicendum. † Secundò fuit dubitatum:
4 verum exceptio dominij sit admittenda contra agentem, interdicto quorum bonorum. Quod dubium examinatur in l. fin. C. quo. bo. & per Saly. in l. si quis ad se fundum. C. ad l. Iulian. de vi. & per Are. in §. quadrupli. Instit. de actin. & conclusum fuit, quòd exceptio dominij tunc obstat, quãdo in promptu constat de dominio: aliàs si requirit altiorem indaginem, reseruatur in iudicio petitorio: pro qua conclusione allegatur textus in l. si is à quo ff. vt in posses. leg. & ita se habet communis conclusio Bart. Bald. & Angel. in dicta l. fi. & glo. in l. j. ff. eo. tit. Tertiò fuit dubitatũ, vtrum dominium ex parte conuenti super bonis petitis sit taliter deductum, quòd non requirat altiorem indaginem. Et ex parte conuenti prætenditur cõstare de dominio ex triplici capite. Primò virtute diuisionis factæ in testamento Perechi, vbi dicitur, quòd facta diuisione per mortem Ioannelli sine liberis,
deueniant hæc bona dicto Francisco. † Ad hoc fuit 5
responsum, quòd dominium non est probatum: quia illa diuisio contenta in testamento Perechi non est probata: quia protocollum ad probandum testamentum Perechi, non probat ipsum testamentũ nec diuisionem: vt dicit Cy. in l. contractus. C. de fi. instru. Et patet ex notatis in constit. Reg. instrumentorum robur. Item testamẽtum Perechi præsupponitur, quòd sit testamentum nuncupatiuum, quod probari debet per septem testes, licet per duos testes possit probari testamentum esse confectum solenniter cum septem testibus. secundum Bald. in l. ij. C. de bon. pos. secundùm tabula. Et in processu hoc non est probatum.

Nec etiam dictus Franciscus probat dominium ex priuilegio Regis Ladislai concessum dicto Perechio: quia constat ex scripturis dictum Perechum fuisse re-
bellem do. Regi, † Propter quam rebellioné dictum 6
priuilegium fuit extinctum: vt dicit Bald. in propriis terminis in tit. de pace Constantiæ, in vers. nos Romanorum. in verbo, priuilegio. Et si diceretur, quòd de rebellione non aliter constat, nisi ex narratis per ipsum principem, cui non creditur, per id quod dicitur per And. in cap. j. in fin. de controuer. feudi apud pa. terminan. cum cõcordan. Quia ad hoc respondetur, quòd ex quo Franciscus produxit ipse tale pri-
uilegium, ex hac sua productione [a] insurgit quædam a
tacita cõfessio in iudicio facta, de omnibus, quæ continentur in ipso priuilegio, iuxta notata in l. cum precibus. de lib. cap. & in l. j. C. de confe. & in l. alia. C. de his qui. vt iudi. per Bald. Item in processu non est articulatũ. nec probatum aditiones hæreditatis dicti
Perechi taliter, vt requirebatur de iure. † Et licet ex 7
actibus qui non possunt fieri citra ius & nomen hæredis præsumatur aditio, vt dicebat Bartol. in l. gerit. cum simili. ff. de acquiren. hære. hoc verum est, si allegatur, aliàs secus: vt dicit Alexander. in ij. vol. in consilio. xciiij. in ij. col. Nec etiam dominium probauit dictus Franciscus ex donatione Reuerendissimi domini Gasparis, in qua cõtinebatur dictum fideicommissum, vt post mortem Ioannelli sine liberis dicta bona deueniant ad hæredem Busali, ex quo non constat in processu quæ fuerunt bona dom. Gasparis, & pro qua parte sunt eius bona paterna & materna, & vbi sunt. & sic dubia probatio non releuat: vt in cap. in præsentia. de probatio. cum similib. Item quia illud instrumentum donationis non probat domi-
nium, † quia quando locator agit rei vendicatione 8
contra locatarium, & produxit instrumentum loca-

tionis

tionis, illud instrumentum non probat dominium: vt dicit Cyn. & Bal. in l. si quis conductionis. C. loca. gloss. in capitulo inter dilectos. quæ incipit, sed hoc falsum. de fide instru. Bartol. in l. si aliena. ff. solu. ma. & in l. legata. ff. de adi. leg. Et not. gl. & Ange. in l. j. in ver. à non domino. ff. de publi. vbi si acquiro à te rem aliquam, non videor fateri te dominum: vt dicit Bal. in l. ad probationem. C. loc. & Spec. in titul. de loc. §. nunc aliqua. ver. lij. & ibi Bal. in viij. col. & not. Alex. in iij. volu. consi. xij. incipiente, viso processu: & sic per dictum instrumentum donationis non probatur dominium ex parte Francisci, nisi probasset alia adminicula: vt dicit gloss. & Ange. in l. officium. ff. de rei vend. & dicit Ang. hoc verum, nisi in donatione principis. Et tantò magis non probat dominium per prædicta in bonis feudalibus, contentis in dicta donatione: vbi est dictum fideicommissum: in quo disponitur, quòd illi qui sunt in quarto gradu, succedunt in feudis: quia dictus testator non potuit hoc facere sine as-
9 sensu regio: † quia Baro potest feuda vinculare, vt sit successio vltra gradus contentos in constitutione regni: quæ incipit, vt de successionibus. quia sapit speciē alienationis prohibitam, vt in cōstitutione Reg. constitutionem diuæ memoriæ allegatam. Item in dicta donatione bonorum paternorū & fraternorum &c. non comprehenduntur feuda: quia sub generali locutione bonorum non veniunt feuda, per c. in generali. si de feu. fue. contro. inter domi. & agna. Est bene aduertendum, quòd Franciscus actor, dum sibi fiebat dubium, quòd non probat de identitate bonorum, ipse producebat ad probandum identitatem bono-
10 rum, quandam confessionem factam † per procuratorem Ioānelli in alio iudicio, & ad alium effectum: sed de eo non fuit facta vis, per id quod voluit Compostellanus & Abbas Sic. in c. per inquisitionem, de elec. & firmat Felinus in c. j. circa fi. vt lite non contestata. Allegabat etiam dominium dictus Franciscus esse probatū per capitula inita inter Busalū & Ioannellum: in quibus est vnum capitulū, quòd bona episcopi Nicolai de Diano post mortem dicti Ioannelli sine hæredibus, quòd exponitur in substitutione. j. sine filiis: vt not. ff. ad Trebel. l. ex facto §. si quis. ita deueniant ad Busalum & eius hæredes. Quia ad hoc respondetur. quia in processu non apparet. quę sunt illa bona Episcupi Nicolai, quæ fuerunt possessa per dictum Ioannellum. Et sic cùm dominiū ex parte Francisci non fuit probatum in dicto interdicto quorum bonorum: sed allegatum, requirit altiorem indaginē, debet reseruari in petitorio iudicio. Et sic fuit per omnes dominos votatum, quòd condemnetur dictus Franciscus ad restituendum possessionem bonorum, quam recepit post mortem dicti Ioannelli possessorem per ipsum Ioānellum tempore mortis suæ, vnà cum fructibus dicto hospitali hæredi dicti Ioannelli, etiam cum expensis à publicatione citra.

ADDITIO.

De hoc interdicto quorum bonorum. vide Bertrandum parte iij. consil. ccl. num. 2. Et de exemplo & exemplato, fidéque protocollis, vide Ancha. consi. xlj. num. 2. & consil. ccxlij. nume. 5. & consi. ccccxxxj. num. 1. Chassaneū consi. xvj. nume. 7. Stepha. Bertran. parte prima consi. clxxvj. parte ij consi. xl. iiij. nume.
b 4. & consi. cxxxj. nu. 10. parte iij. num. 3. & consi. xxxix, num. 1. & consi. cexxxij. num. 4. & consil. cclxj. num. 1. & consilio cccxxj. numero 2.

a *Product.* Producens scripturam videtur fateri contenta in ea. vide infra, in decis. 25.

DECISIO XV.

De beneficio restitutionis in integrum, petito per tertium post conclusionem & publicationem in causa.

SVMMARIVM.

1 *Author laudatus priuilegiatus petens beneficium post conclusionem in causa, an admittendus.*
Author laudatus quis sit.
Author laudatus debet audiri in terminis, quibus reperitur in causa.
Author laudatus ex sua persona, testes denuò inducere an possit.
2 *Intellectus ad l. is à quo. ff. de rei vendi.*
3 *Tertius ex sua persona potest iudicem recusare.*
Tertius cuius interest veniens in causa duorum, an possit opponere exceptionem, & protelare iudicium.

Vtrum si author laudatus comparet in iudicio ad defendendum reum citatum, & post publicationem in causa, & post conclusionem petat beneficiū, quia mulier vidua vel alia persona, cui competit beneficium restitutionis in integrum. Vtrum tale beneficium sit ei concedendum.
Quidam dicebant quòd non: † quia author laudatus 1
est tertius, citatus ad causam ad instantiam conuenti, & tunc debet audiri in terminis, in quibus est, quādo venit post lit. contesta. vt not. Bart. in l. si pro lusorio. ff. de appel. vbi ex sua persona non potest testes denuo inducere: vt in cap. cùm super. de re iudic. Et hoc ad effectum: vt per beneficium retardet processum inter actorem & reum principales: sed bene tanquam tertio competenti beneficium restitutionis in integrum: quia mulieri, per consti. Regni, obscuritatem vel minori debet cōcedi ipsum beneficium, per cōsti. Regni, minorum iura. vnde expedietur causa inter reum & actorem præstita fideiussione per actorem, quòd si author laudatus per alium sententiam vicerit, restituet executionem ei, cui promissa est euictio, iuxta l. is à quo. ff. de rei vendicatio. Alij dicebant,
† quòd ex quo defensio principaliter pertinet authori 2
laudato, & ex sua persona habet beneficium restitutionis, non debet sibi denegari id, quod de iure communi sibi cōpetit, cum de eius interesse principaliter agitur. Non obstat d. l. is à quo. quia illa lex non loquitur, quādo tertius venit ad causam principaliter: sicut est in vēditore, qui agit causam super dominio, cuius periculū est emptoris, quod reuertitur ad venditorē.
Item † quia si tertius ex sua persona potest iudicem 3
recusare: vt in c. cū super. & ibi doct. de offi. dele. Ergo ex sua persona debet etiā cōcedi restitutio in integrū.
Item dicit Bar. in l. si quis libertatē. ff. de peti. hære. ꝙ licet duo litigēt inter se, potest venire tertius, cuius interest, & opponere exceptionem, & facere differri illud iudicium. Idē Bar. in l. Titia. ff. sol. matri. secundū veram lecturā & in l. si suspectus. in princ. ff. de inoffi. testa. & Bal. in auth. nunc si hæres. C. de liti. Et dicebāt communiter sic fuisse practicatū, † ꝙ auctori laudato

existēti in minori ætate, vel si sit mulier, vel miserabi
lis persona petenti beneficiū restitutionis in integrū
fuit concessum. Tamen in causa d. Ant. Mazuchi fuit
adhibita causæ cognitio, vt viderētur articuli auctri-
cis laudatę, si cōcernant eius defensionē: & si per eorū
lecturā appareret, quòd defensio esset legitima, non
obstante cōclusione in causa, restitueretur ad facien-
dum dictas defensiones, iuxta not. in c. j. & in c. audi-
tis. de resti. in integ.

DECISIO XVI.

De euictionibus, & secundo creditore euincente rem hypothecatam.

SVMMARIVM.

1 *Venditio facta de bonis pupillaribus sine solennitate non tenet.*
Emptor venditori quam denuntiationem debeat in lite mota super re vendita.
2 *Creditor secundus volens à primo euincere creditore, qui emit, ad quid tenetur.*
Creditor secundus quando possit euincere per ius offerendi primum debitum ipsi ementi bona debitoris. 4.
3 *Hypotheca extinguitur per emptionem rei & acquisitionem dominij.*
Obligatio semel extincta reuiuiscit, quando reuocabiliter transfertur dominium.
5 *Oblatio pretij ad quam tenetur secundus creditor pro euincenda re debitoris vendita non facta in prima instantia, an posit in causa appellationis fieri.*
Iudex ex officio quando constat sibi liquidè de exceptione non opposita, debet habere de ea rationem.

1 FVIT in relationibus positum † quòd qui-
dam Ligorius tutor certorum pupillorū
tam suo nomine quā nomine & pro parte
eorundem, vendidit quādam terram ipso-
rum pupillorum cuidam Iacobo emptori pro certo
pretio, & tradidit. Isti pupilli agunt contra dictum
emptorem, ex eo quia venditio non valuit tanquam
facta sine solennitatibus, fertur sententia in fauorem
pupillorum, & sic recuperant ipsam terram: & ipsis
tenentibus terram prædictam, eam vendunt præfato
Iacobo pro certo pretio inter eos cōuento, & eis tra-
dito & soluto: & sic Iacobus ipse bis emit dictam ter-
ram: iste emptor agit pro euictione virtute hypo-
thecæ super quadam domo quæ fuit ipsius Ligorij,
quæ peruenit ad tertium possessorem, tanquàm sibi
obligata pro euictione, virtute primi instrumēti em-
ptionis factæ à Ligorio: cui facta fuit denuntiatio, in
illo iudicio in forma, iuxta l. emptor. & ibi per Bart.
C. de euict. Ille tertius possessor domus qui vocatur
Hieremias, dicit se defendendo, quòd pater Ligorij
per publicum instrumentum erat suus debitor in vn-
ciis tribus: & dicunt testes, quòd istud debitum fuit
excomputatum in pretio dictæ domus, quem vendi-
dit Ligorius prædictus filius & hæres Loisij dicto Hie-
remiæ, & dictus Hieremias vendidit posteà alteri di-
2 ctam domū: & hic vltimus possessor conuenitur. † Di
cit Hieremias auctor laudatus, quòd ipse est anterior
creditor pro illis tribus vnciis, & si secundus creditor
Ligorij pro causa euictionis vult euincere à primo
creditore, qui emit, debet soluere debitum, & sic of-
ferre dictas tres vncias: aliàs non posset euincere, per
tex. in l. j C. si anti. credi. vbi dicit, quòd si primus cre-
ditor authoritate legis vel pacti vendit bona debito-
ris, securus est ipse emptor, vt non posit conueniri à
secundo creditore offerente primum debitum. Sed si
debitor dederit in solutum, vel vendiderit primo cre
ditori, & ipse creditor alteri vendiderit: tunc secun-
dus creditor potest euincere, per ius offerendi primū
debitum ipsi emptori. Et per magnam curiam Vi-
cariæ fuit iudicatum pro Iacobo, scilicet assistētiam
esse præstandam in domo dicti Hieremiæ pro dicta
euictione, nulla facta mentione de ipsis tribus vnciis
pro quibus erant per prius obligata dicta bona dicti
Ligorij. Et ideo per dictum Hieremiam est appella-
tum ad sacrum Consilium. † Replicabat Iacobus ap- 3
pellatus, quòd illa hypotheca vnciarum trium dicti
Hieremiæ, eo ipso quòd emit domum hypothecatam
fuit extincta. per l. neque pignus. ff. de reg. iur. Item
quia solutione eius, quòd debetur, omnis obligatio
tollitur: vt Insti. quib. mod. tolli. oblig. §. j. Ad hoc
respondebatur, quòd hoc est verum, donec dominiū,
non est euictum: sed postquam est euictum, reuiuiscit
obligatio, & hypotheca, per tex. in l. ex sextante. §. La-
tinus Largus. ff. de exceptio. rei iud. Quæritur mo-
dò quid iuris, vtrū secundus creditor admittatur ad
hoc ius offerendi prædictarū vnciarū trium, & posit
excludere primum creditorem, cui fuit vēdita dicta
domus, & in pretio fuerunt excomputatæ dictæ tres
vnciæ. Omnibus dominis fuit visum, † quòd ex 4
quo Hieremias creditor in vnciis tribus non vēdidit
domū iure creditoris illi tertio possessori, prout erat
in primo casu d. l. j. C. si antiqui. credito. quo casu fuis-
set securus: quia non posset euinci à secundo creditore
per ius offerendi: sed Hieremias ipse primus creditor
emit domum à debitore; & ipse emptor postea alteri
vendidit: certè secundus creditor habet ius offerendi,
per tex. in d. l. j. ij. respō. Nec obst. quòd extinguitur pi-
gnus vel hypotheca per acquisitionē dominij, per d.
§. Latinus. & per l. libera quædā Theodora. C. de sen.
& interlo. om. iudi. & l. si quis aliā. ff. de sol. quia illud
verum, quando dominium irreuocabiliter fuit quęsi-
tum. Secus si reuocabiliter, per d. §. Latinus. cum simi.
Et propterea fuit cōclusum, quòd dictus Iacobus qui
emit à dictis pupillis, & est secundus creditor, si vult
euincere à primo creditore, q emit à Ligorio domū,
& excomputauit debitū vnciarū trium, debet admitti
ad offerēdum ipsas tres vncias, & euincere domū. † Et 5
quia talis oblatio non fuit facta in prima instantia,
potest fieri nunc in causa appellationis, per regulam,
non posita ponam &c. de qua in l. per hanc. C. de tēp.
appel. Item quia exceptio non opposita, si liquidè
constat ex eadem scriptura, iudex ex officio de ea ha-
bet rationem: vt in l. cum qui ita. §. qui ita. per Bar. ff.
de verb. ob. Et sic pariter fuit votatum per magnam
Curiam Vicariæ, & per sacrum Consiliū: hoc addito:
quòd secundus creditor admittatur ad offerendum
dictas tres vncias, debitas primo creditori, si vult
euincere ab ipso, & sic postea fuit sententiatum.

DECISIO XVII.

De permutatione rerum spiritualium cum temporalibus.

SVMMARIVM.

1 *Spirituale cum temporali etiam fauore principis an posit permutari, & an pro alio princeps facere posit sub sui priuilegij velamine.*

Bona

1 *Bona ad vsum pauperum deputata, non possunt commutari cum bonis in beneficium concessis.*

2 *Princeps quãdo possit cum ecclesia permutare etiam ipsa reclamante.*
Permutatio inter ecclesiam & priuatum fieri nequit, nisi in casu necessitatis & euidentis ecclesiæ vtilitatis.
Permutatio cum hospitali non potest fieri inuitis eius magistris.

3 *Permutare spiritualem rem cum temporali non licet.*
Vtilitas cõmunis non debet in priuatã bursam cõuerti.

4 *Ecclesia cathedralis licet sit sine populo, non desinit esse cathedralis per vnionem cum hospitale.*
Episcopatum extinguere sine magna causa non licet summo Pontifici.

5 *Regi non licet venire contra factum defuncti.*
Res stabilis Eccl. sic donata cum prohibitione alienationis, non potest alienari ex necessitate vel vtilitate, si ecclesia habet alia bona.

6 *Tempus de iure est in consideratione.*
Fructus in diuersis loci positi, maiori recolliguntur impensa.

REGIA curia affectabat, quòd magistri hospitalis sanctæ Mariæ Annuntiatæ permutarent ciuitatem Lesenç cum Episcopatu Canæ, & pro certis censualibus & introitibus existentibus in dicta ciuitate Lesenæ pro danda ipsa ciuitate nepoti domini Marini Brancacij ex sorore sua, vxore quondam Antonij de Accia. Quæsiuit à domino Antonio de Alexandro, & à me modum & ordinem vt fieret dicta permutatio. Nos dedimus votum nostrum Regi, quòd talis permutatio non debet fieri nec propterea est facienda per nouem media.

1 Et primum, †quia bona dicti hospitalis sanctę Mariæ sunt deputata ad vsum pauperum, & non possunt permutari cum illis bonis, quæ in beneficiũ sunt concessa, prout est dictus Episcopatus. glo. est not. in cle. j. de rerum permutatio. Secundò, quia licet princeps posit permutare cũ ecclesia ex iusta vel rationabili causa, puta quia habet prędium suum vicinum prędio ecclesiæ, & tunc in permutatione sufficit quòd ecclesia non sit in damno: vt in c. j. de rerum permu. Et hoc procedit etiá, si ecclesia non vult cõsentire: quia potterit per superiorem cõpelli, vt in c. quæsitum. eo. tit.

2 & voluit Abb. Sicu. in d. cap. j. †Et ista procedunt, quãdo princeps vult permutare, vt res permutata remaneat sibi. Secus si pro aliis vult permutare, prout erat in casu isto: tunc non valet permutatio, vt in authentico, vt de cætero non fiant cõmutationes. Et tunc si fiat permutatio inter ecclesiam & priuatum, non potest aliter fieri, nisi in euidentem vtilitatem ecclesiæ, vel ob necessitatem: vt in d. c. quæsitum. & ibi Ab. & in c. nisi cum pridem. de renuntia. vij. q. j. c. scias. & c. Episcopus. not. Archidia. in c. j. de rerum permutatione lib. vj. Sed in ista desiderata permutatione non concurrit, nec euidens vtilitas dicti hospitalis, nec necessitas, vt est notorium: ergo minimè Papa consentiret. Tertiò quia magistri dicti hospitalis expressè dixerunt, quòd nolunt consentire, & eis inuitis fieri non potest, vt patet in d. c. quæsitum. per Abb. & per Fede. de Senis in tracta. de rerum permu. xxv. q. & sentit gl.

3 in d. Cle. j. de rerum permu. †Quartò, quia fieret permutatio de re spirituali cum temporali, quia daretur feudum pro Episcopatu, quòd non licet. c. fi. de rerũ permu. Quintò, quia in tali permutatione cõcurrit Simonia: quia datur ciuitas pro Episcopatu: vt in d. c. fin. & de pac. cum pridem. j. q. ij. c. quam pia. & no. in c. super hoc, de renun. vnde vtilitas communis, quę debet inspici in permutatione, redacta fuit ad priuatam bursam contra iura, vt in c. irrefragabili. §. inter. de offic. ordi. secundum Oldr. in consi. cclxij. incipiẽ. in quæstione &c. Sextò, quia oporteret Episcopatum Canæ, authoritate Apostolica vniri: cum dicto hospitali, & non propterea desinit illa † ecclesia esse 4
Cathedralis, licet sit sine populo: vt in c. j. per Innono sede vacante. & no. Andr. de Iser. in ca. j. in additio. magna, de capi. Corra. Et sic oporteret, quòd in ista permutatione summus Pontifex extingueret illum episcopatum, & licet Papa posset facere, tamen non conuenit sine magna causa: vt dicit ibi Andr. & patet in c. sicut vnire. de excess. pręla. & no. gl. ix. q. iij. c. per principalem: & hic nulla est sufficiens causa ad hoc. ergo, vt valeat vnio, requiritur, quòd fiat ob euidẽtem vtilitatem vel necessitatẽ, secundùm Andr. ibi, & Oldr. in d. consi. cclxj. & patet in c. exposuisti. de præben. & in c. dudum. de rebus eccle. non alie. in vj. & hic nulla istarũ concurrit. †Septimò non licet domino Re- 5
gi venire contra factum defuncti. per l. cùm à matre. C. de rei vend. cum concor. Nam Regina Ioanna secunda reliquit dictam ciuitatem Lesenæ dicto hospitali: cum clausula, quòd nunquàm posit alienari: cui Reginæ successit Rex Alphonsus eius filius adoptatus authoritate sedis Apostolicæ, & post eius mortem in Regno patrio successit Rex Ferdinandus eius filius cũ authoritate & fauore Apostolicæ sedis: ita quòd in eius persona feudum huius Regni est hæreditarium, meritò in hoc non conuenit venire cõtra factum defuncti. Octauò, quia quãdo res stabilis donatur ecclesiæ cum prohibitione, quòd non posit alienari, si habet alia bona, illa non possunt alienari etiam ob euidentem vtilitatem vel necessitatem, vt est gl. in c. verum. de condi. appo. Sed ista ciuitas sic peruenit ad dictum hospitale, & notorium est, quòd dictum hospitale habet alia bona. igitur &c. †Nonò & vltimò 6
si ista permutatio fieret, esset multum damnosa dicto hospitali: quia inspecto valore præsentis status, quòd tempus est de iure in consideratione, vt dicit Archid. xij. q. ij. c. sine exceptione. & not. in ca. ad nostram, de empt. & vendi. & in c. peruenit. de arb. not. Doct. in l. ij. C. de rescin. ven. dicta ciuitas valet plusquàm dictæ res, quæ affectantur dari in excambium. Et tantò magis, quia fructus dictarum rerum sunt in diuersis locis, & sic cum maiori impensa recolliguntur. Istis rationibus intellectis decretum fuit per totum Consilium Regium, quòd dicta permutatio nullo modo fiat, nec amplius de ea loquatur.

DECISIO XVIII.

De pœna mendacis dicẽtis alieno nomine se possidere.

SVMMARIVM.

1 *Intellectus ad l. fi. ff. de rei vendicatione.*
Reus in iudicio conuentus dicens alieno se possidere nomine, & contrarium appareat per instrumentum, an in pœnam mendacij possessionem rei perdere debeat.

2 *Sententia quandoque retractatur propter mendacium deducta in causa reclamationis.*
Intellectus ad l. si quis inficiatus. ff. depositi.

Fuit

1 FVit dubitatũ in sacro Regio consilio † vtrũ lex fin.ff.de rei vendic.habeat locum, si reus conuentus in iudicio, dicat se alieno nomine tenere & posidere. Et postea reperiatur per publicum instrumentum; quòd rem illam quàm dixit alieno nomine posidere, posidebat tunc temporis nomine suo proprio. Fuit conclusum, quòd dictus reus in pœnam mendacij debeat perdere possessioné rei, de qua fuit cõuentus, per id quòd in propriis terminis consuluit Ludouicus Romanus, in consilio lxx. incipiente, visis themate & quæstione. vbi plenè in secunda columna examinat dictam l.fin.& auth.item si possessor.C.qui potiores in pignore, hypothecáve habeantur. & allegat ad hoc Specu.in tit.de primo & secundo decreto.§.restat.versi.quid si nominans.& Bar. & Bal.in l.ij.C.vbi in rem acti.& Bal.in d.l.fi.& duas rationes, vt ibi latius per eum. Et sic fuit reuocata quædam sententia sacri Consilij: qua declarauit conuentos non debere perdere possessionem virtute d.l. fi.quia in illa instantia non erat probatum, quòd possedisset nomine suo, sed in causa reclamationis fuit productum instrumentum emptionis factæ à Zachanino nomine suo: & confessio patris conuenti, qui dicebat, quòd cõuentus eius filius possedit nomine suo.

2 † Et sic ex nouiter deductis fuit votatum, quòd possessio propter dictum mendacium conuictum per publicum instrumentum emptionis trãsferatur in actorem, saluo iure proprietatis cum restitutione expensarum à tempore productionis dicti instruméti, iuxta nota.in l.si quis inficiatus.ff.depositi.

DECISIO XIX.

De restitutione spoliatorum, & exceptione spoliationis, vt supersedeatur in causa intentata.

SVMMARIVM.

1. *Exceptio contrarij spolij de rebus mobilibus, an admittatur contra agentem de spolio rei immobilis.num.3.*
Dispositio c.frequens, de restitu.spoliat. in vj. an habeat locum in quæstione feudali, vbi exceptio spoliationis est de rebus mobilibus.
3 *Feuda à publico processerunt.*
4 *Exceptio de re priuata non admittitur contra agentem spolio pro re ecclesiæ.*
Ecclesiæ res sunt publici iuris.
Compensatio de publico ad priuatum non fit.
Priuilegiũ opponendi exceptionẽ spolij, est restringendũ.
5 *Casus in quibus exceptio spoliationis, vt supersedeatur in causa non habeat locum, remissiuè.*
Intellectus ad c.frequens. de restitutio.spolia.in vj.
Intellectus ad l.si re bonis.C.de iure deliberandi.
Expulsus de ciuitate, & spolia:us bonis non habet exceptionem spoliationis aduersus suos creditores.
6 *Colonus expulsi spoliatus a communi, non liberatur a domino suo.*
Exceptio spoliationis solum repellit illum, qui tenetur interdicto vnde vi.

1 QVIDAM Baro agit † petitorio & possessorio super quodã castro quaternato cum potestate suspẽdendi &c. Contra quendã nobilem, qui nõ spoliauit, sed vitio spolij non purgato peruenit ad castrũ ad ipsum cõuentum. Iste reus opponit contra agenté, quòd ipse Baro actor spoliauit ipsum cõuentum nonnullis bonis mobilibus, cõcludens in sua exceptione, quòd propterea non potest procedi in dicta causa petitorij & possessorij: sed debet dari terminus quindecim dierum, ad probãdum dictam exceptionem spoliationis, & interim debet supersederi in iudicio intentato per actorem, per tex. in c.frequens.de restit.spoliat.in vj. Dicebatur in contrariũ quòd dispositio d.c.frequens, non habet locũ, quando quæstio est de feudo, & exceptio spoliationis est de rebus mobilibus. Item quia dicta dispositio. d.c.procedit de iure canonico, & non de iure ciuili. Quæritur, quid iuris. † Ad primũ post longã discus- 2
sionem fuit conclusum, quòd ex quo feuda processerunt à publico: vt in §.optimum.in auth.de exhibé. & introd.re. Et sæpius hoc dicit Angel.in vsi. feu. Si agitur pro feudo quaternato, & reus opponat exceptionem spolij de bonis mobilibus, pro quibus cõpeteret, vel actio furti, vel vi bonorum raptorum. Quòd isto casu non competit dicta exceptio: licet si non essemus in feudis, talis exceptio deberet admitti: vt dicit Ioan. And.& Pet.de Anch.in d.c.frequens, & Abb. Sic in c. ij.de ordi.cognitio.dãtes pro regula, † quòd exceptio 3
spoliationis opposita tunc est admittenda cum alcto priuilegio, quando competeret excipienti interdictũ vnde vi, vel vi bon.rap. vel vis expulsiua, vel ablatiua. Et ratio differentiæ inter feuda & alia bona feudalia in hoc casu est: quia istæ res mobiles, de quibus opponitur exceptio spoliationis contra agentem ad feudũ quaternatum non processerunt à publico sicut feudum, sed sunt res priuatæ. Et ideo non admittitur illa exceptio spoliationis pro rebus mobilibus contra agentem ad feudum. & pro hoc allegatur id quod volunt Io.Mon.& Pet.de Anch.in d.c.frequens.circa fi. vbi concludunt, † quòd agenti super rebus ecclesiæ non 4
obstat exceptio spolij rerum priuatarum: quia res ecclesiæ sunt publici iuris: & de publico ad priuatum non fit compensatio, sicut de vna statione ad aliam: vt in l.j.& iij.c.de cõpen. secundum Io.Mona. vbi suprà. & sentit etiam do.Abb.in d.c.ij. secundum vnam solutionem de ord.cog. Et pro hoc facit, quia priuilegium opponẽdi illam exceptioné spolij est restringendũ, & non ampliandũ: vt dicit Pet.de Ancha.in d.c.fregués. circa fi.& Abb.in d.c.ij.in iij. col.& sic non debet extendi ad feudũ, quod à publico processit. Et ita fuit visum omnibus dominis de cõsilio. Et ista limitatio est satis notanda, quia non reperitur facta per aliquem.

Alios auté casus, in quibus nõ habet locũ exceptio spoliationis ad effectum, vt supersedeatur in actione intentata, ponit do.Abb.in d.c.ij.de or.cog. Est † & 5
alius casus, qué tangit Cy.in l.si maritus. C. de dona. inter vir.& vxo. videlicet si intétetur iudicium vi bo. rapto. vel cõdictio l.si quis in tantam, non habet locũ hoc priuilegium: secus si intẽtetur interdictum vnde vi & causa esset merè possessionis, tunc est priuilegiata. Et licet Cyn. non dicat de exceptione spoliationis, tamé idem dicendum est in exceptione spoliationis.

Ad secundam exceptionem dictum fuit, quòd ca. fregués, non procedit in foro ciuili: allegabatur Bar. & Bal.& Ang.in l.si re bonis. C.de iu.delib. vbi dicit Bart. opponendo de d.ca.frequens. Sol. Aliud de iure ciuili, Aliud de iure Canonico. Et Angel. dicit ibi ista verba formalia. Iste tex. videtur de directo contradicere dispositioni d.c.fregués. Sol. secũdùm Bar. Illud

de

de iure canonico: istud de iure ciuili. Sed per omnes dominos fuit cóclusum, quòd d.l. si de bonis. non est
6 contra d. c. frequens. quia d.c. frequẽs. † habet locum quãdo quis cõuenitur ab illo, qui eum spoliauit: tunc exceptio spoliationis impedit prosecutionem iudicij intentati. Secus si spoliatus conueniatur, & opponat exceptionẽ spolij facti à tertio, & non ab agente, tunc non potest opponere exceptionem spoliationis, vt supersedeatur in iudicio intentato: & ita procedat d.l. si de bonis. Et propterea Baldus bene dicebat, quòd expulsus de ciuitate de facto, & spoliatus omnibus bonis, non habet exceptionẽ spoliationis contra creditores
7 suos: quia fuit spoliati à tertio. † Et subdit, quòd si coloni expulsorum sunt spoliati à communi, & sunt coacti portare bladum & pecuniam, non sunt per istam spoliationẽ liberati à domino eorum. allegat Specu. in tit. de restit. spol. §. nunc dicamus. vers. porrò. & firmant omnes scribentes in d.c. frequẽs. & Abbas in d. c. ij. de ordi. cognit. vbi errã dicit, quòd exceptio spoliationis solum repellit illum, qui tenetur interdicto vnde vi. Secus si teneretur aliis remediis possessoris. Et dicit Alex. & Ias. in d.l. si de bonis. quòd in hoc errauerunt Barto. & Ang. & idem tenet Matthæ. de Matthe. in suo no. clxxxv. Et ita pariter fuit conclusum. Et prædicta vera sunt, si agatur ciuiliter, & opponatur de spoliatione. Sed si criminaliter agatur, tunc potest opponi exceptio spoliationis omniũ bonorũ vel maioris partis, siue sit facta ab agẽte, siue à tertio: vt dicit Io. And. Pet. de Anchar. in d.c. frequens. in tertio notabili.

DECISIO XX.

De emptione, & venditione, & duplici interesse, lucri cessantis, & pretij non soluti.

SVMMARIVM.

1 *Emptor rei pretium non soluens, an teneatur ad duplex interesse, pretij non soluti, & lucri cessantis.*

2 *Interesse lucri cessantis à quo, & quando licitè peti possit, & qui in articulis illius deducendum veniat.*

3 *Debitor pauper non tenetur ad interesse lucri cessantis secundum Theologos.*

4 *Interesse pretij non soluti debetur tam de iure ciuili, quàm de iure canonico.*

Fructus rei emptæ percipere sine solutione, est contra bonam fidem.

5 *Emptor pretio rei emptæ non soluto quando faciat fructus suos, nec teneatur ad interesse pretij non soluti.*

1 QVIDAM nobilis † vendidit nonnulla bona stabilia cuidam rustico certo pretio inter eos conuento, soluendo ad tempus certum, & tradidit: demum emptor fuit in mora soluendi pretium, venditor petit interesse pretij nõ soluti à tempore moræ: quia emptor habuit rem, & pretium & fructus rei: & petebatur à venditore duplex interesse, scilicet lucri cessantis, & interesse saltem pretij non soluti respectu fructuum ipsius rei venditæ. Emptor dicebat, ad nullum interesse teneri, quia interesse quòd petebatur velatè, petebatur sub nomine interesse, cũ in veritate erat vsura, quæ omni iure est prohibita. Quæritur quid iuris. Fuit conclusum in consil. quòd istud interesse lucri cessantis petitum per dictum venditorem, non debetur per dictum rusticum: quia licet, secundum iuris dispositionem licitè possit peti interesse lucri cessantis ab eo, qui solitus est pecuniam suam ponere ad iustum lucrum & mercantias: vt dicit Bart. in l. j. C. de sent. quæ pro eo quòd inter. & Cano. in c. salubriter de vsu. &
2 Io. de Ana. in c. conquestus. eod. tit. † tamen hoc verum est, quando certum est, quòd ille nobilis fuisset lucratus, si pecuniam habuisset, vt quia probaretur, quòd habuit præ manibus talem mercantiam, de qua fuisset lucratus: & quia pecuniam non habuit, non potuit emere. Vel alio modo potest constare, quòd si habuisset illam pecuniam, certitudinaliter fuisset lucratus, quod non erat probatum in dicto processu, sed solùm probabatur, quòd dictus nobilis Lucas Antonius Vulcanus consuetus erat lucrari ex mercantiis: non sequitur ergo si habuisset dictam pecuniã, fuisset lucratus: quia possibile est, quòd nõ fuisset lucratus. ex quo multa potuerunt euenire, quòd non lucraretur ex mercantia: hoc expressè dicit Paul. de Cast. in l. non vtique. §. nunc de officio. ff. de eo quòd cer. lo. allegat bonum tex. in l. quẽadmodum. §. si nauis. in fi. ff. ad leg. Aquil. & de acqui. re. do. l. naturalem. §. j. in fin. Hanc eandem conclusionẽ sentit Bar. in d.l. j. C. de sen. quæ pro eo, quòd inter. dum dicit: Et appareat quasi pro certo, quod ex ea lucratus fuisset &c. † Et ego hanc sen- 3
tentiam confirmabam alio medio: nam iste emptor erat rusticus & pauper, & per impotentiam non soluit pretium conuentum: & volunt Theologi, quòd quando quis per impotentiam non soluit debitum, non potest conueniri pro interesse lucri cessantis: ita firmat beatus Antonius archiepiscopus Florentinus in secunda parte suæ summæ, in titu. de auaritia, char. xxix. versic. quid de pœna apposita. Circa secundũ interesse ratione pretij non soluti habito respectu ad fructus rei emptæ, fuit per omnes conclusum, † quòd 4
istud interesse debeatur tam de iure ciuili, quàm de iure canonico, per text. in l. curabit. C. de actio. emp. tenent Cano. maximè Io. de Ana. in c. conquestus. de vsuris: quia cõtra bonam fidem est, quòd emptor percipiat fructus absque solutione pretij rei emptæ: vt in l. bona fides. ff. de act. empt. secundum Bal. in l. fi. in fi. de iur. do. & no. gl. in l. socius qui in eo. ff. pro soc. & firmat Alex. in j. vol. consil. xcvj. in fi. & in iij. vol. consi. cxxj. in j. col. bene tamen verum est, † quòd si facta tra- 5
ditione rei venditæ & non soluto pretio post tempus conuentum, & immineret euictio, & emptor non soluit pretium, & venditor non obtulit fideiussorem de euictione, tunc emptor facit fructus suos, & non habet locum interesse pretij non soluti respectu fructuum. Ita notanter limitat d.l. curabit. Bald. in l. j. C. de bo. mater. quæ limitatio non habet locum in casu nostro: quia nulla lis mota fuit dicto rustico, nec imminebat euictio, ideo fuit condemnatus dictus emptor ad dictum interesse respectu fructuum ipsorum bonorum venditorum liquidandorum tempore executionis sententiæ.

ADDITIO.

Emptor pretio non soluto, an teneatur ad vsuras & interesse, etiam de iure Pontificio, tractat egregiè do. Steph. Bertrandi parte iij. consil. cix. Et an ad minus pro ea parte, pro qua soluit lucretur fructus, & acquisierit dominiũ, consuluit idẽ Bertrãdi parte j. cõsi. cccxviij. num. 7. Et quid si post emptionem res reuertatur, an fructus sint ita lucrati, vt nihil extra sortẽ recepisse videatur emptor, decidit Ancha. cõsi. xix. nu. 2.

Deci

DECISIO XXI.

De falsificatoribus rescriptorum & sigillorum, & de pœna illorum.

Pœna falsificantis literas regias vel eius sigillum & manum, an sit capitalis numero 7.

SVMMARIVM.

1 *Falsificare literas regis, maius est delictum, quam vti falsis literis Regis.*

2 *Falsificans bullam Papalem degradatur: qui vero falsa bulla vtitur, priuatur officio & beneficio. 3. 6.*

Falso rescripto vtens, potest sine pœna pœnitere, secus in falsario.

Falsarij ipso iure sunt priuati.

3 *Instrumento falso vtens non tantum punitur, quantum vtens falso principis rescripto.*

4 *Glossæ opinio non contemnenda, vbi Doctores communiter non concludunt contra eam. Rescripta Imperialia quo encausto scribenda sint.*

5 *Extensio ex maioritate rationis in exorbitantibus non fit.*

Statutum pœnale non extenditur ad alium casum.

Litera pœnales nouem modis falsificantur.

6 *Omissio scribendi solemnitates in testamento exigens pœnam falsi non extenditur ad alios actus.*

7 *Extensio de casu ad casum non fit in pœnis.*

Falsum est, quod à vero deuiat.

Mutare satis dicitur, qui à vero deficit, & quid sit mutare.

Medium non potest dari inter verum & falsum.

8 *Pœna mortis in crimine falsi quibus irrogetur, & quibus non.*

9 *Constitutionis verbis non conuenientibus, nec conuenire videtur eius dispositio.*

Robur literarum Regis consistit in sigillo.

10 *Conatus in atrocibus pro consummato non habetur crimine, quando pœna est statutaria.*

Statutum non extenditur ad casum fictum.

11 *Vulnerasse an sufficiat animo occidendi non occisum, vt pœna sequatur capitalis.*

Forma cuiuscunque rei ex consummatione est.

Scriptura facta imperfecta nemini est no. ma. num. 12.

Falsum tribus modis sumitur.

12 *Notarius faciens instrumentum nullum alio respectu quàm alio falsitatis, non potest de falso puniri.*

Statutum correctorium iuris communis non extendendũ.

13 *Casus omissus à statuto, reuertitur ad dispositionem iuris communis.*

Statutum faciens mentionem de scriptura, intelligitur de valida tantum.

14 *Exceptio nullitatis instrumenti an possit opponi statuto exceptionem falsitatis contra instrumentum tantum admittente.*

DVBITATVR apud Regiam Maiestatem,
1 †quæ pœna secundum iuris dispositionem
veniret imponenda ei, qui scribit literas
sub nomine Regis, & cõtrafacit eius signa-
2 turam, & etiam cõtrafacit alias manus[a], quæ de stylo
ponuntur in Regiis literis veris, & vadit ad sigillatorem,
vt illas sigillet vero sigillo, sed sigillator ipsas nõ
sigillauit: eo quia habuit ipsas suspectas de falso. Prima
facie videbatur posse dici, prout dixerunt duo Regij
Auditores, ꝙ in isto Regno est constitutio Imperatoris
Regis Federici, quę dicit: ꝙ qui literas Regis mutat,
aut notho sigillo signat, capitali sentētia feriatur.
dicit ibi And. de Iser. punitur capite, qui falsificauit li- a
teras & sigillum Regis. C. de diuer. rescrip. l. sacri affatus.
C. de fal. l. Maiorem. Sed infrà dicam, quomodo
hęc intelligātur. Et pro ista parte facit: quia maius
delictũ est facere falsas literas Regis, q̃ vti falsis literis
Regis, quod cõprehenditur ex impositione pœnæ.
†Nā de iure canonico qui falsificat bullā Papalē, est 2
pœna degradationis. Si verò solummodò vtatur falsa
bulla, nõ est pœna degradationis, sed pœna priuationis
beneficiorũ & officiorũ. vt in c. ad falsariorũ. vers.
qui verò. de cri. falsi. Itē cõprehenditur ex pœnitētia
permissa. Nam qui vtitur falso rescripto, potest pœnitere
in xx. dies: vt dicit Host. in sum. eo. tit. Sed qui fecit
rescriptũ falsum, falsarius nõ potest pœnitere sine
pœna: vt in c. dura. de cri. fal. Item falsarij sunt ipso
iure priuati, non sic vtētes: vt dicit idem Hos. & Io. de
Ana. in d. c. ad falsariorum. hoc firmat Cy. in l. ij. C. de
fide instr. & patet in l. falsi. §. ordine. ff. de falsis. †in quā 3
tũ volũt, ꝙ grauiori pœna puniatur, q falsificat q̃ qui
vtatur: sed clarũ est, ꝙ maior pœna imponitur ei, qui
vtitur falso rescripto principis, quā ei qui vtitur falso
instrumento, vt patet in præallegata l. maiorē. Et quæ
sit illa maior pœna, dicit gl. in l. vbi. C. ad legē Cor. de
fal. ꝙ imponitur pœna mortis ei, qui vtitur falso rescripto,
sed ei qui vtitur falso instrumento imponitur
pœna publicationis bonorũ cũ deportatione: vt in l.
j. §. si ff. ad l. Corn. de fal tamen Ang. in d. l. maiorem.
hoc non tenet. sed dicit, ꝙ illa maioritas, de qua in l.
maiorem, consistit in inuestigādo, & non in puniēdo.
Et sic vult, ꝙ in vtroq; casu, tā in vtente falso instrumēto,
quàm in vtēte falso Imperiali rescripto, sit pœna
publicationis & deportationis. & licet Salyc. in d.
l. maiorē. teneat illā gl. in d. l. vbi. & Ioan de Ana. in d.
c. ad falsariorũ. in viij. col. & referat Salyc. & nihil di-
cit vltra circa hoc, †& ab opinione gl. non sit receden 4
dum, vbi Doct. cõmuniter non cõcludunt cõtra eam.
vt dicit Iacob. But. in l. j. C. qui pro sua iurisdi. Tamen
negari nõ potest, ꝙ gl. & Saly. loquuntur de pœna imponēda
vtēti falso rescripto, & nihil dicunt de fabricante
vel faciēte falsum rescriptũ, quæ sit pœna falsificātis
rescriptũ. non habemus expressum, ꝙ sit pœna
mortis naturalis in aliqua lege, vel in aliqua glo. nec
lex sacri affat[9] dicit, ꝙ falsificās literas regis, sit pœna
mortis naturalis. Sed tantùm dicit, ꝙ rescripta Imperialia
non debēt scribi de cõmuni encausto ex ardore
cocti muricis & triti conchylij & musti: & debet surgere,
purpureo colore. Et isto encausto vtitur solus
Imperator, & non alij. Et si alius vteretur, imponitur
ei pœna capitalis cum publicatione bonorũ: & sic dicta
lex nõ dicit id, ad quod ipsam allegat And. Sed
posset attentari per rationem, quòd si vtenti falso rescripto
imponitur pœna mortis, maiori ratione imponetur
pœna mortis facienti falsum rescriptum.
†Sed ista cõclusio ex maioritate rationis nõ valet: 5
quia cõstitutio Regni exorbitans à iure cõmuni, non
extēditur ad casum, vbi est maior ratio, vt notatur in
l. si verò. §. de viro. ff. solu. matr. & in l. fina. C. de interma.
c. ij. de regula. lib. vj. notatur in auth. quas actiones.
C. de sacrosan. eccle. & in l. præcipimus. C. de appellatio.
Itē quia statutũ loquēs in materia pœnali
non debet extendi ad alium casum: vt dicit Io. And. in
mercu. in regula odia, in sexto. & Cyn. in l. ij. C. quę sit
longa

longa consuetudo. Tertiò pro ista parte posset al-
legari glo. in c. licet. de cri. fal. quæ vult, quòd quicunque
falsauerit literas domini Papæ altero ex nouē modis
ibi expressis, vel illis scienter vsus fuerit, est excōmu-
nicatus, & debet tradi curiæ seculari conuictus & de-
gradatus, vt in d. c. ad falsariorū. Sed in tex. in d. c. licet
dicatur, eos etiā à crimine falsitatis nō reputamus im-
munes, qui accedentes ad bullam falsas literas cautè
proiiciūt, vt de vera bulla cum aliis sigillētur: & sic
fuit in casu de quo quæritur: quia falsa litera fuit data
6 sigillatori, vt ipsam sigillaret. † ergo venit pœna mor-
tis imponēda, postquàm de iure canonico venit pœna
degradationis, videtur innuere Inno. in c. qualiter &
quādo. de accus. & Abbas Sicu. in c. at si clerici in iiij.
charta. de iud. Sed ista decisio nō meretur allegari ad
hoc, quia textus in dicto c. ad falsariorum, loquitur in
casū speciali scilicet in falsificante literas papales: vt
dicunt ibi Doct. & Abbas in dicto c. at si clerici. & di-
cit Ioā. de Imol. in l. quoties. in prin. ff. de hæred. instit.
quòd licet notarius omittēs solennitates de iure requisi-
tas in testamēto, possit puniri de falso: hoc non habet
locum in alio actu vel contractu: quia non repetitur
expressum nisi casu l. nulli. C. de nume. actua. & chart.
li. duodecimo. Et in pœnis minor debet fieri inter-
pretatio vt in l. pœnalis. C. de pœn. & regula, in pœnis.
7 lib. vj. † & sic in pœnis nō fit extēsio de casu ad casum.
Quartò pro ista parte allegabatur, quòd negari non
potest, quin iste cōmiserit falsum: quia literæ deuiant
à vero: vt in l. j. ff. de regu. Cato. & l. si post diuisionem.
C. de iuris & facti ignoran. l. si quis legatū, in princip.
ff. de fal. & constitutio Regni dicit, qui mutat literas
Regis, satis dicitur mutare id, quod à vero deficit, lar-
go sumpto vocabulo: quia inter verum & falsum non
est dare mediū, vt patet in d. l. si quis legatum. & xxij.
quæst. ij. c. cùm humilitatis. in fin. Sed istod motiuum
nō valet vnum obolum: quia mutare est de aliquo in
aliquod facere, vt in l. qualc. §. si pluribus. ff. de arbi. &
hic non mutauit literas Regis, sed solùm scripsit, &
voluit, quòd sigillarētur per sigillatorem Regis, quæ
non fuerūt sigillatæ, & sic non dicuntur literæ Regis,
nec mutatæ. In contrariū allegabatur, quòd iste non
veniat puniendus pœna mortis, sed solùm debet pu-
niri pœna deportationis & publicationis bonorū. &
hoc probatur per tex. in l. j. §. fin. ff. ad l. Corn. de fal. &
8 text. in §. item lex Cornelia. Inst. de publi. iu. † vbi in
crimine falsi nō est pœna mortis de iure communi,
nisi in partu supposito: vt in l. j. C. de fal. & nisi in ser-
uo committente falsum, vt in d. §. fin. & aliquando in
humili persona est pœna damnationis in metallum:
vt in l. si quis aliquid. §. qui. ff. de pœn. Nec pœna
mortis, quæ imponitur per constitutionē regni mu-
tanti literas Regis, aut ei qui facit literas falsas, & eas
notho sigillo Regis signat, loquitur in casu de quo
quæritur, quia iste non mutauit, nec sigillauit literas
Regis. Et quādo verba cōstitutionis non cōueniunt,
9 † nec conuenire intelligitur eius dispositio, secūdùm
Bar. in l. iiij. §. toties. ff. de dam. infec. c. ad nostrā. el. ij.
de iureiur. c. indemnitatibus. §. pen. de electio. lib. vj.
& ponderanda sunt verba domini And. in d. constit.
qui dicit, quòd qui falsificat literas Regis, & sigillat, &
sic requiritur, quòd non solùm vt puniatur pœna mor-
tis, quòd falsificauit literas: sed debent illæ literæ falsæ
esse sigillatæ: quia robur literarum Regis consistit in
sigillo, vt multum latè concludit Andr. de Iser. in c. j.
de vasal. qui cont. const. Lotha. Et si dicatur, quòd iste
conatus debet puniri, sicut si esset delictū perfectum
in istis atrocioribus, iuxta notata in l. si quis non dicā
rapere. C. de epis. & cle. & in l. is qui. C. de sicar. & in l.
quisquis. C. ad l. Iul. maiest. Ad hoc respondetur,
quia cùm ista constitutio regni sit statutum regni, ad
hoc vt habeat locum pœna dictæ constitutionis, re-
quiritur, quòd delictū sit consummatum: id est, quòd
dictæ literæ falsæ fuerint sigillatæ. secūdùm Bar. in l. j.
ff. ad leg. Cor. de sica. & Ioā. de Imo. in c. j. de præs. Nā
dicit Bar. in d. l. j. † quòd quādo delictū punitur per statu- 10
tum, non punitur pœna statuti, nisi sit cōsummatum:
& attentare est fictè facere, & statutū non extenditur
ad casum fictum l. iij. §. hæc verba. ff. de nego. gestis. Et
sic hodie non fit punitio pœnæ impositæ per constit.
Regni, delinquentibus, nisi delicta sint consummata
& perfecta, b vt dicunt Ang. & Paul. de Cast. in l. j. ff. b
quòd quisque iur. & Lud. Rom. in l. damni. §. Sabini. ff. de
damno infecto. & Alexan. in j. vol. cōsil. xv. incip. viso
processu inquisitionis. & Ioā. de Im. in l. j. ff. de publi.
iud. & Cy. & Bal. in l. is qui cum telo. C. de sica. & Bal.
in l. & si certus sit percussor. §. si appetitus. ff. ad Syl. Et
hoc firmant Moder. in trac. de malefi. in verbo, vestē
celestem. Cum igitur pœna mortis sit inmutāte lite-
ram regis, aut ipsam literam falsam sigillante notho
sigillo Regis, si modò aliquis scribat literā falso mo-
do, & non est sigillata sigillo Regis, non dicitur con-
summata falsitas, & per consequens non habet locum
pœna, quæ imponitur pro delicto consummato, &
hoc ex generali consuetudine Italiæ: vt firmāt Doct.
in locis præallegatis. † Et tenet Specu. in tit. de accus. 11
§. j. ver. quid si prin. vbi dicit, quòd de consuetudine non
seruatur, quòd puniatur pœna capitali, nisi effectua-
liter occideret, nec sufficit vulnerasse animo occidē-
di. Et pro hoc benè facit tex. in l. si is qui quadringēta.
§. vlt. ff. ad leg. falsi. vbi patet, quòd forma cuiuscunq; rei
ex cōsummatione est. Secundò pro hac parte facit
tex. in §. item lex Cornelia. inst. de publi. iud. vbi dicit
text. scripsit & signauit. & sic si fiat scriptura falsa, &
nō sit perfecta, illa est nulla, & per consequens nemi-
ni nociua. Et sic non potest de iure puniri pœna legis
Cor. de fal. iuxta ea quæ habentur per Cy. & Sal. in l. j.
C. de sepulchro viola. & per Bar. in l. si quis legatū. ff.
de fal. & gloss. penul. in c. quanto. de iureiuran. Bar. &
Ioan. de Imol. in l. is qui. ff. de fal. & Tācredus de Cor-
neto in sua margari. regula. viij. q. x. Et pro hoc bene
facit consi. Alexan. consilio lxxiij in primo vol. inci-
piente, Non puto hunc notarium. vbi dicit, quòd tribus
modis sumitur falsum, largissimè, largè & strictè: & ad
hoc vt puniatur quis pœna l. Cornel. de fal. debet esse
falsum contentū in aliquod caput l. Corn. de fal. † & 12
sic notarius qui fecit instrumentum, quod est nullum
alio respectu, quàm falsitatis, non potest puniri de
falso. l. Cor. de fal. allegat Bal. in l. iubemus. C. de test.
Et quòd scriptura falsificata, quæ nulli nocet, nō facit
conficientem puniri pœna. leg. Cor. de fals. tenet etiā
Alexan. in primo volum. in consil. lxxiiij. incipiente,
Viso testamento. in iiij. col. versic. & licet scripsisset.
Tertiò pro ista parte adducitur, negari nō potest,
quòd ista cōstitutio Regni, quæ imponit pœnā mortis ei,
qui mutat literas Regis, nō sit exorbitās à iure cōmuni,
quia est correctoria iuris cōmunis, vt ¶. patet, sed quādo
statutū est correctoriū iuris cōmunis, debet propriè
intelligi in casu suo, & nō extēdi, d. l. si verò. §. de viro.

Bar. in l. omnes populi. in vj. q. princip. de iust. & iure, & in auth. quas actiones. C. de sacrosan. eccle. ergo dicta constitutio non debet extendi ad hunc casum,
13 † & sic casus iste omissus à constitutione debet puniri lege communi, vel lege Cor. de fal. vel pœna extraordinaria pro delicto non cōsummato, & nullo nō. iuo, ex quo scriptura non valet, eò quia illa constitutio Regni faciens mentionem de literis Regiis, quæ mutantur, non habet locum in literis, quæ nihil valent: quia statutum faciens mentionem de scriptura, intelligitur de scriptura valida & non de inualida, hoc expressè voluit Bar. in l. diuus Traianus. ff. de testamen. mili. vbi dixit, quòd si vigore statuti non possit oppo-
14 ni contra instrumentū nisi exceptio falsitatis, † tamē potest opponi, quod instrumentū non est instrumētum. puta, quia ille qui illud scripsit non est notarius, vel non interuenit iudex ad cōtractus, secundum constitutio. Regni, instrumē. robur. vel non habet alias solemnitates requisitas in instrumento. Idem Bar. in l. nō putauit. §. non quarum. ff. de contrarab. & in l. iij. §. condemnatū. ff. de re iudi. Bal. in l. j. §. quod autem. ff. de officio præfect. vrb. & in l. j. C. de iuris & fac. ignoran. Bart. in l. j. §. paruus. ff. quod vi aut clàm. & sic cùm iste casus non sit expressus in dicta cōstitutione, non debet comprehendi in ea: vt dicit Angel. in l. iij. §. hæc verba. ff. de neg. gest. & Alexan. in iiij. volumine, consil. lxv. in iij. col. & per consequens casus iste remanet in dispositione iuris cōmunis, & secundùm ius commune non est pœna mortis: vt supra, dictū est. Et sic fuit conclusum per omnes dominos de Cōsilio contra illos duos auditores, qui dixerunt Regi, quòd erat pœna mortis: & regia maiestas his visis & auditis dictum delinquentem liberauit de carceribus.

ADDITIO.

De grauitate criminis falsi & literarum falsificatione vide Chassaneum consi. xliij. nu. 16. Et de falsi pœna & quot modis committatur, vide Hippoly. de Marsi. in rub. ff. ad leg. Corn. de falsis. vsque ad numerum, 22. & in l. j. in prin. eodē tit. Et dicit nullum aliud crimen extare in orbe, quod abiectius deprimat hominis statum & famam, in dicta rubrica, numero 24. & est scelerarius aliis criminibus. ibidem, & in l. 1. qui cum telo, numero 76. C. ad l. Cor. de sica. Et an idem puniatur, qui literas falsas expressit in ligno, aut sculpsit in marmore: idem Hippoly. in l. j. §. qui in rationibus. num. 1. ff. ad legem Cornel. de falsis. Et de pœna vtentis falso & non falsificantis differit idem Hippolytus in l. eiusdem. ad numerum 1. ff. ad legem Cor. de sicarus. & in l. fi. eodem tit. numero 1. Et de pœna exprimentis & imprimentis sigillum alienum: vt falsificet, declarat idem Hippol. in d. §. qui in rationibus.

a *Manum.* Qua pœna puniatur scribens literas sub nomine regis, & contrafaciens manum, vide etiam infrà in decis. 404.

b *Perfecta.* Idem tenet Angel. Arimi. in additio. ad Angel. in tracta. malef. in verbo, ex interuallo dictus Titius. vers. aduertas ne erres. & allegat Spec. in tit. de accus. §. j. vers. sed pone Bald. in l. iij. C. de ser. fugi. refert & sequitur Hippol. Mars. in l. eiusdem. iij. col. ff. ad leg. Cor. de sica. & idem Matth. de Afflict. in constitutione regni, mala noxa. ij. col. Attamen in atrocioribus non ita tenerem, quòd pœna imponi non potest, non dico de pœna ordinaria: sed bene dicerem ipsam attentantem delictum, & non perficientem puniri extra ordinem officio iudicis, per tex. in l. j. ff. de extraord. crimi. in princ. & §. qui puero. & in l. si fugitiui. C. de serui. fugi. Nam quando quis peruenit ad actum facti remotum, vel actum verbi, non punitur eadem pœna, sed extra ordinem, secundum opinionem Vltramontanorum: vt ref. et Cyn. in l. si quis non dicam rapere. C. de episc. & cleri. quam opinionē videtur tenere Bar. in d. l. j. de extraord. crimi. Rayn. in l. qui ea mente. ff. de furt. tamen Bar. in d. l. j in sua lectura remittit se ad Cy. & probatur optime etiā in l. j. ff. de extraor. crimi. vbi loquitur in crimine adulterij, quod est atrocissimum: vt not. glo. in l. auxiliū. ff. de mino. & fuit deuentum ad actum proximum effectui, & tamen non pœna adulterij, quæ est mors: vt in l. quoniam. C. de adulte. sed extraordinaria puniri debet, quæ debet esse minor, quàm pœna mortis: vt est glo. extra de pœniten. distin. j. & c. solicitatores. in gloss. super verbo, extra ordinem. idem probatur in eadem l. & in atrocissimo delicto loquitur: vt patet ex lege, cum vir. C. de adul. Thomas Grammaticus.

DECISIO XXII.

De mandatariis, & petitione interesse soluti per campsorem, & de vsuris.

SVMMARIVM.

1 *Mandatarius an teneatur verificare solutionem interesse alteri factam.*
Vsurarum solutionem an expediat nummulariis occultare, quibus facta sit, propter publicum bonum.
2 *Actor debet clarè probare suam intentionem.*
Papa qui potestatis habet plenitudinem, an possit condemnare ad debitum, quod non est probatum.
Intentionem suam fundans super quantitate, an debet eam probare.
3 *Allegans se soluisse debet probare.*
Allegare aliquid & non probare, & nihil allegare, paria sunt.
Vsurarum exactio non permittenda propter malum vitandum.
4 *Inferior non potest permittere quod vetuit superior.*
Vsurarij enormes fœnere non debent.
Vsura etiam de iure diuino sunt prohibita.
Publicatio de lib. r.. sententie consilij suspensa.

IN causa vertente inter Alexandrum Venetum & Franciscum de Palmerio campsorem Neapolitanum, super petitione interesse soluti per dictum Franciscum, iuxta mandatum datum eidem Francisco per dictum Alexandrum. † Fit dubiū, vtrum mandatarius teneatur verificare solutionem interesse soluti, vt possit repetere, quod solutū est à mādante. Dicebatur pro parte dicti Francisci, quòd ipse non tenetur dicere cui soluit vsurā pro dicto Alexandro iuxta mandatum, sed stari debet eius simplici dicto. iuxta not. per Bartol. in l. fina. ff. de præto. stipulat. quia si ipse diceret, cui facta sit solutio vsurarum, campsores non reperirent sic de facili pecuniam: expedit ergo occultare, quibus facta est solutio vsurarum pro publico beneficio: quia vtilitas publica præfertur priuatæ &c. Secundò allegabatur votum duorū mercatorum votantium, quòd mandatarius non tenetur reuelare, cui facta sit solutio vsurarum. Ex aduerso

dicitur

dicitur, quòd illud votum non fuit receptum cum
voluntate ipsius Alexan. Et ideo sibi non præiudicat.
2 † Secundò dicebat, quòd solutio interesse debet
clarè probari, quia actor debet clarè probare suam
intentionem, & si non probatur solutio interesse, non
debet per mandatem solui: quia Papa qui habet ple-
nitudinem potestatis, non posset condemnare ad de-
bitum, quòd non est probatum: vt probat Alexan. in
ij. vol. consil. ij. in j. col. intentio agentis est vt sibi fiat
solutio interesse, quod aliis soluit: & sic debet osten-
dere, quod passus est interesse, vel ꝙ recepit ab alio
pecuniam sub vsuris. l. actor. C. de prob. no. Inno. in c.
super his. de accu. Bart. in l. in illa. de verb. oblig. &
in l. si quis. C. de fabricen. lib. xj. & in l. ab ea parte. &
in l. in exceptionibus. ff. de probat. qui enim fundat
intentionem suam super quantitate, debet eam pro-
bare, secundùm Bal. in l. fi. C. de appel. Item quia,
3 † qui allegat se soluisse, debet probare. l. j. C. de prob.
not. gl. & Doc. in l. ij. C. de iure emphy. & Bar. in dicta
l. in illa. Ideo solet dicere Alex. in iij. vol. consil. lxxij.
paria sunt aliquid allegare, & non probare, & nihil
allegare. vnde si dictus Francis. non probat soluisse
aliis vsurã, non potest vigore mandati prędicti ipsam
repetere, etiam quòd ipse mandatarius mutuasset de
suo sub spe repetẽdi interesse, quod communiter sol-
uitur per cãpsores. Nec obst. consuetudo campso-
rum præallegata: quia propter bonum vel malum vi-
tandum non debet permitti exactio vsurarum, iuxta
4 not. in Cle. j. de vsu. † quia inferior non potest permit-
tere, quod vetuit superior, scilicet ipse Deus: vt pro-
bat notabiliter Alex. in ij. vol. j. consi. in ij. col. nec de-
bent iudices esse fauorabiles vsurariis: quia vsuræ etiã
de iure diuino sunt prohibitæ: vt not in d. Cle. j & cõ-
suetudo in contrarium non valet: vt probat Alexan.
in secundo volu. consil. cxxxj. in fi. His auditis[a] per
a maiorem partem dominorum de Consilio fuit vota-
tum, quòd dictus mandatarius debet ostendere quan-
tum & cui soluit pro interesse iuxta mandatum sibi
datum à dicto Alex. Nec sibi credendum est de solu-
tione ipsius interesse: quia hoc non fuit dictũ in man-
dato, prout loquitur Bart. in dicta l. fina. Ex causa
fuit conclusum, quòd hæc deliberatio pro nunc par-
tibus non declararetur, quia non fuit visum per Consi-
lium dictum mandatum, & ideo viso mandato reser-
uat sibi meliorem deliberationem.

ADDITIO.

a *His auditis.* Circa istam decisionẽ, vide infrà aliam
inter easdem personas, & super eodem facto, nu. 33.

DECISIO XXIII.

De rei vendicatione pro re spirituali, & de confinibus antiquis, & diuersitate eorum.

SVMMARIVM.

1 *Dominium an sit per actorem sufficienter probatum, si confines probentur diuersi.*
Confinium diuersitas an faciat præsumere rem esse diuersam.
2 *Pluralitas non præsumitur, nisi per partes allegetur.*
3 *Pluralitas in rebus quando præsumatur nisi identitas probetur.*
Coniectura simul iuncta identitatem probant, licet confinium sit diuersitas.
4 *Dominium probatur per significatum.*
5 *Fama an probet dominium in facto antiquo.*
6 *Visitatio ocularis loci dubij cum testibus fienda, si dubitatur de confinibus antiquis.*
Arbitrio boni viri fieri debet, quod formaliter fieri non potest.
7 *Condemnatio ad pretium & æstimationem fieri debet, cùm fieri non possit ad rem.*
8 *Iudicandum est pro ecclesia in casu dubio.*
Conscientia debet animum iudicis stringere maximè cum tractatur de re ecclesiæ.

CApellani nomine Ecclesiæ sanctæ Catha-
rinæ de Corona agunt rei vẽdicatione cõ-
tra habẽtes causam à Ioannella deli Fron-
tate ad quoddam cellariũ seu apothecam
per eos possessum seu possessam: qui laudauerunt di-
ctam Ioannellã in auctricẽ, & ipsa laudauit in aucto-
res suos filios & hæredes notarij Angelilli de Cuncto
de Amalfia, qui in se susceperunt iudicium. Viden-
dum est in primis vtrum actor probauit dominium.
Secundò an quãdo esset probatum dominium, an
titulus allegatus ex parte conuẽti excluderet agentẽ.
† Ad primum responderur, quòd ad probationem 1
dominij pro parte actoris producitur instrumentum
emptionis factæ nomine dictæ ecclesiæ à certis exe-
cutoribus testamenti cuiusdam defuncti, qui fuit do-
minus dicti cellarij siti in platea Carcariorum perti-
nentiarum sedilis portæ nouæ pro vnciis viginti dua-
bus solutis: licet in ipso instrumento ponantur alij
confines, quàm sint in præsentarium, & sic ex diuer-
sitate confinium præsumatur diuersa res, vt no. in l. ij.
C. de error. aduo. Tamen quia vtraque pars solùm
dę vna apotheca articulat, præsumitur idẽtitas, † quia a
pluralitas apothecarum in dicto loco non præsumi-
tur, ex quo partes hoc non allegant, vt sentit Bart. in
d. l. ij. & idem Bal. ibi, & in l. testium. C. de testi. & in l.
edita. pen. col. C. de eden. Item quia licet sit diuersitas
confinium inter nouos & antiquos confines: tamen
ex quo constat de corpore, ratione possessionis, satis
dicitur constare de identitate, licet non per eosdem
confines: quia non duo cellaria, sed vnum cellarium
in dicto loco habuit & habet Ecclesia, vt in l. Pompo-
nius ait, si frumentum. §. fi. ff. de rei vend. bene facit l.
in testamento. ff. de cond. & demon. vbi sufficit, quòd
constet de mente. scilicet ꝙ sensit de eodem membro;
licet aliter loquatur scriptura, & pro hoc bonus text.
in c. Ioannes. in ver. verum de fide instr. † Nec ob- 3
stat, ꝙ in rebus præsumitur pluralitas[a] nisi identitas a
probetur: vt dixit Alexan. in ij. volu. consi. cxxxiiij. in
ij. col. quia hic satis constat de identitate ex coniectu-
ris simul iunctis, licet sit diuersitas confiniũ maximè
contra illum, qui fraudauit rem sanctæ Catharinæ: vt
dicit Alexan. in ij. vol. consil. lxix. in princ. Nam &
multis modis probantur & verificantur confinia in-
strumenti, scilicet per possessionem. Item per signa:
vt dicit Bal. no. in ij. vol. consi. ccclij. incipiẽte, Verba.
& facit quod not. Bal. in authẽ. dos data. C. de do. ante
nupt. Significatum enim repræsentat suum significa-
tum. l. stigmata. C. de fabricen. lib. xj. & in Euangelio
Lucæ xx. cap. ibi, ostendite mihi numisma census &c.
† per significatum enim probatur dominiũ. l. quòd si 4
neque. in fi. ff. de peri. & commo. re. ven. Archi. in c. si
judex. de sentent. excom. in vj. Nam & in dicto loco
depicta est imago sanctæ Catharinæ, & probatur, ꝙ

ecclesia possedit dictum locum, eo quia vendidit la-
pides dictæ apothecæ dirutæ. Item eò quia constru-
xit in eodem loco cloacas. Et si dicatur, ꝙ per solum
instrumentum emptionis cum possessione emptoris
non probetur dominium, sed debet probari etiam de
dominio auctoris Ecclesiæ: vt dicit Alexan. in ij. vol.
consi. xcviij. & in iiij. vol. consi. xj. & not. in l. cum res.
ff. de proba. & Angel. in l. officium. C. de rei vendic.
Respondetur, quòd satis dicitur constare de domi-
5 nio auctoris per famã, † cum sumus in factis antiquis.
iuxta doctrinã Ang. in l. at qui naturã. §. si cum me ab-
sente, ff. neg. gest. & quando non fuisset plenè probata
ista fama, negari nõ potest, ꝙ attẽto titulo, possessio-
ne longi tẽporis ecclesiæ, ꝙ non sit probatũ quasi do-
miniũ præsumptũ: vt dicit Saly. in d. l. cũ res. & Alex.
in ij. vol. consi. lxxxviij. ij. col. & in eo. vo. consi. ccj. in
prin. & in iiij. vol. cõsi. xcvj. in iij. col. & in iij. vol. cõ-
sil. lxxxuj. in ij. col. Prædictis accedat cõfessio par-
tis conuentæ in iudicio, vbi fatetur, ꝙ dicta ecclesia
habebat vnum membrũ in dictis domibus in loco de
Calcaria, sed nescitur quod est, & quantũ est, quia ex
loco in quo erat dictum membrũ, facta est ampla do-
mus, sic obscuritas facto aduersarij est causata quo ca-
su nõ debet nocere ecclesiæ: vt no. in fi. Albe. de Ros.
6 in l. si in rem. ff. de rei ven. † Fuit omnibus visum, ꝙ
inuestigandũ sit p inspectionẽ loci cũ interuẽtu testiũ
examinatorũ ad declarationẽ, vt ad oculum demon-
straretur locus Ecclesiæ in dictis domibus: vt dicit
Bal. in dicto cõsi. cluj. in fine. vbi dicit, ꝙ si dubitatur
de confinibus antiquis, an sint eadem capita, eatur ad
loca, vt subiiciatur res oculis. l. si irruptione. §. ad offi-
cium. ff. fi. regun. Ex parte conuentorũ dicebatur,
ꝙ maior ecclesia Amalfitana habebat in dicto loco
dele Calcare, certa casalena, quæ Archiepiscopus A-
malfitanus donauerat notario Angelillo de Cuncto,
suo fratri carnali, & ipse donatarius ædificauit dicta
casalena, & mutauit in edificando formã, & fecit do-
mos, quæ nunc videntur, & licet ibidẽ fuisse inclusa
certa pars territorij dictæ ecclesiæ sanctæ Catharinæ,
quæ non potest discerni. Et sic dominium ecclesiæ est
dubium & incertum. Et ista incertitudo, causata fuit
7 facto ipsorum cõuentorũ. † Fuit per me dictũ, ꝙ nega-
ri non potest quin in confuso in dicta domo Ecclesia
habeat aliquã partem soli: & licet non possit discerni:
tamen vnus nobilis testis Carolus Mormilis, persona
omni exceptione maior deponit, quòd solũ ecclesiæ
existens inclusura in dicta domo, latior erat apothe-
ca, quæ in præset. tẽpore apparet. Nunc succedit doctri-
na Bal. in l. in testamento quidã ff. de cõdi. & demõst.
vbi dicit, ꝙ id quod nõ potest fieri formaliter debet
fieri arbitrio boni viri. & dicit Spec. in tit. de oblig. &
solu. §. sequitur videre. ver. ad huius. ꝙ quãdo non po-
test præstari res petita, debet fieri condẽnatio ad æsti-
mationem. Bene faciunt ad hoc notata per Bart. in l.
vinũ ff. si cer. peta. Magnificus do. Antonius de Alex.
multum dubitabat, ꝙ non esset probatum dominiũ
Ecclesiæ propter incertitudinẽ rei. Omnes domini de
Consilio fuerunt in voto ꝙ dicta apotheca, quæ ap-
paret impræsentiarum per tabularios æstimaretur, &
sic æstimata fuit ducatis octogintis. Et quia nõ potest
fieri condemnatio ad rem, debet fieri ad pretium: vt
suprà dictũ est, & sic condemnati fuerunt dicti con-
uenti, vt imponant super dicta domo censum ducato-
rum quatuor, soluendorum anno quolibet dictæ Ec-
clesiæ, cum potestate affrancandi, vnàcum fructibus
pro æstimatione dicti soli à tempore litis contestatæ,
iuxta not. in c. grauis. de rest. spo. † Maximè dominos 8
de Consilio stringebat conscientia: quia tractabatur
de re ecclesiæ, & in casu dubio iudicandum est pro
Ecclesia: vt consuluit Alexand. in iij. col. consil. xxxv.
iij. col. & in iiij. vol. consi. xcij. in fine. Et sic lata fuit
sententia, licet post modum accesserit votum præfati
magnifici domini Antonij.

ADDITIO.

De probatione confinium vide Hippo. de Marsi. in l. de minore. §. plurimum. nu. 78. ff. de quæstio. & in Rub. C. de proba. Et an duo cõfines sufficiant ad rem talem præsumendam vide Bertran. parte iij. consil. xliiij. numero 9.

DECISIO XXIIII.

De iudice laico cognoscente per modum defensionis extraiudicialis super spolio beneficij ecclesiastici per clericum facto.

SVMMARIVM.

1 *Consilium magnum Regis an possit inter personas ecclesiasticas cognoscere. 8. 10.*
Clericus tam in actione personali, quam reali an possit conueniri coram laico.
Causa possessorij beneficij ecclesiastici dicitur spiritualis & beneficialis.
2 *Exempla sanctorum patrum sunt nobis imitanda maximè ad repellendam iniuriam querulantis ad officium charitatis implendum.*
Iudex laicus qualiter subuenire debeat spoliato clerico.
3 *Clericum depositarium potest iudex secularis cogere ad restituendum depositũ, non iudicialiter, sed executiuè.*
Clericus spoliatus à clerico beneficio impetrat à Rege citationem per edictum ad effectum præsidialis officij.
4 *Defensio quæ præstatur præsidiali officio spoliatis & non per modum cognitionis iudiciariæ omni iure est cõcessa.*
Rex ad defensionem suorum vasallorũ & rerum eorum tenetur, & contra vasallos Regis etiam aduersus personas ecclesiasticas.
Reges dicuntur secundus sanguis hominis.
Rex in sua coronatione præstat iuramentum ad defendendum ecclesiasticas personas.
5 *Possidens rem spoliatam cum vitio spolij licet non spoliauerit, cum peccato retinet: & aduersus illũ potest secularis princeps statuere & diffinire, & rector prouinciæ.*
6 *Oppressis debitũ fauorem negans, Christum quodammodo negare videtur.*
Citatio per edictum qualiter fiat.
Prouisiones curiæ non debent exprimere nomina.
7 *Lex est vniuersalis procedens tam de iure naturali, quàm diuino.*
Statutum in fauorem ecclesiæ dicitur ius generale.
Citatus si sua putauerit interesse comparendo, dicitur actor & non reus.
8 *Clericus potest moneri si sua putauerit interesse, in publicatione instrumenti, si damnum sentit.*
Differentia qualis sit inter citationem & monitionem.
Proclama generale à iudice laico emanatum afficit clericos.
Ecclesiastica persona potest agere coram iudice laico pro re ecclesiæ.

Posses

1 Possessorium super re ecclesiæ spectat ad laicum iudicẽ.
Iudex laicus. si competens pro obseruat. one iuramenti, & cognosci t super merò facto causæ spiritualis.
Iudex laicus propulsans iniuriam super spolio beneficij ecclesiastici procedit per modum defensionis extraiudicialis.

QVidam Clericus spoliauit quẽdã alium clericum possessione seu quasi primiceriatus maioris ecclesiæ Amalfitanæ. Iste spoliatus habet recursum ad Regem apud
1 quem fecit querelã de dicto spolio. † Fuit dubitatum, vtrum sacrum Regium Consilium ad quod fuit remissa dicta querela vigore capitulorum Regni, seruata ipsorum capitulorũ forma, in huiusmodi causa procedere possit. Et dubium faciebat dispositio c. si diligenti. de foro cõpetenti, cum concor. quæ ibi allegantur, vbi clericus nec actione reali nec personali etiam si vellet, posset conueniri coram iudice laico. Secundò quia secundũ opi. multorum doctorum Canoni. causa possessorij beneficij ecclesiastici tanquam spiritualis non potest cognosci per iudicẽ secularem: quia causa possessorij super beneficio dicitur beneficialis: vt in cle. vna. de causa possess. & propri. & dicit Spec. in tit. de conti. § sequitur. vers. illud. quod Clemẽs Papa ita pronunciauit & omnes Doct. conueniebant ad hoc, licet aliter sentiat glo. in c. cum qui. de eo qui
2 mitti in poss. lib. xij. † Sed his non obstãtibus fuit cõclusum præhabita maxima discussione, quod sacrũ Consilium potest de iure querelãti de spolio beneficij ecclesiastici facto per clericũ succurrere & non consentire oppressioni seu spolio prædicto, & prouidere exẽplo sanctorũ patrum prouidentiũ ad repellẽdam iniuriam, & oppressione illatã querulanti: quia istud est officiũ charitatis, verùm debet procedi non per modum iudiciariæ auctoritatis, sed prouideri notoriè & euidẽter oppresso & spoliato quod sibi fiat restitutio. Ita quod talis restitutio potius sit defensio extra iudicialis, quàm iudicialis. sicut in simili dicimus, si clericus sit
3 depositarius ex ordinatione iudicis secularis, † potest iudex secularis cogere clericũ ad restitutionẽ depositi, & non propriè contra eum per modum iudicij, sed executiuè in consequentiã officij suscepti. Ita Bald. in l. acceptã. j. col. in fi. C. de vsu. Et hoc etiam approbat Bal. & Ias. in l. si fideiuss. § si satisdatũ. ff. qui satisd. cogã. Et ad esse. ostẽ. & vt possit ostendi quod dicta defensio sit præstãda præsidiali officio in notorio spolio, sufficit si sacrum Consiliũ facta citatione per edictum cõtra quoscũque interesse putãtes ad dicendũ & allegandũ quicquid voluerint, & ad videndũ testium producendorum iuramenta. Et si per notoriũ facti & euidẽtiam vel apparebit querulantẽ iniuriatũ, siue spoliatum fuisse, præsidiali officio defensio est præstãda ipsi
4 spoliato, vt recuperet suam possessionẽ. † Et ista talis præstatio defensionis præstita præsidiali officio, & nõ per modum cognitionis iudiciariæ permissa est omnino, per ea quæ no. in l. vt vim. ff. de in. & iur. cum concord. quæ ibi allegantur. Nam dominus Rex tenetur defendere nõ solũ suos vasallos, & eis auxiliari, sicut tenetur vasallus Regi: vt in c. j. de for. fide. & in
1 c. j. quali do. propri. feud. priua. & in cap. domino cõtrouertente. si de feu. fue. contro. & glo. in c. j. de prohi. feu. ali. per Fede. sed etiã pro defensione rerũ, quia res dicuntur secundus sanguis hominis: vt est glo. iuncto tex. & ibi Bal. in l. aduocati. C. de aduoca. diuers. iudi. & idem Bald. in l. si tuis nummis. C. de ope. liber. imò etiã debet protegere & defendere ecclesiasticas personas, & illud est de forma iuramenti, quod præstat Rex in sua coronatione: vt patet in libro Pontificali ecclesiæ Romanæ, de quo loquitur text. in Clemen. j. de iureiuran. Ideo non me extendo in allegationibus in iure in hoc. Et per consequens Rex præstado defensionem clerico spoliato cõtra alium clericũ, qui spoliauit, vel ad quem peruenit res spoliata cũ vitio spolij, licet ipse non spoliauit, quia successit in vitium, & cum peccato retinet beneficiũ siue rem spoliatã. not. in c. sæpe. de restitut. spolia. † facit officium charitatis, 5
& implet quod iurauit scilicet protegere & defendere ecclesias & ecclesiasticas personas ab iniuriis. Et ideo bene dicebat Lucas de Penna. in cap. Regis Roberti, quod incipit, ad regale fastidiũ, quòd multi prælati & Canonistæ nitebantur infringere illud capitulum, ad regale fastigiũ: ex eo quia princeps secularis nihil potest aduersus clericos, & eorum causas directè vel indirectè statuere. Sed dicit ipse Lucas, quòd prælati in hoc iniquè loquuntur; imò capitulũ illud iusta ratione processit. Primò enim fundatũ est ex scriptura diuina Exodi ij. cap. vbi Moyses Aegyptium occidit, quia percussit Hebræum, vt etiam refert Rex Robertus in dicto capit. Item pro fundamento d. cap. allegat tex. xj. quæst. j. cap. petimus. xvj. quæst. j. c. quidã Monachi. vbi patet, quòd ad querelam nedum laici, sed etiam clerici passi violentiã à prælato suo, rector prouinciæ aut defensor ciuitatis suum officiũ interponit, vt constito ei de violentia reducant spoliatos in possessione. Hoc expressè firmat idem Lucas de Pẽna. in l. si coloni. vltima quæstio. C. de agrico. & censi. lib. xj. imò vult textus. vij. quæstio. j. capitu. omnis. quod
† si quis negauerit oppressis debitum fauorẽ, quodam 6
modo Christum negare videretur, Nec obstant in contrarium allegata, quia illa procedunt, quãdo Rex per modum ordinariæ iurisdictionis & cum causæ cognitione, vt iudex vellet procedere contra clericũ, tunc non posset: quia, Diuisum imperium cum Ioue Cæsar habet: vt dicit Virgilius. Et ita loquũtur omnia contraria: sed quando Rex procedit ad præstandam defensionem notoriè spoliato & oppresso per alium clericum per facti notorium & euidentiã rei, & pro apparentia notorij citantur generaliter omnes, quorum interest sine expressione nominũ, & ad videndũ iuramenta testium non procedit tanquàm rex extraiudicialiter, qui tenetur præstare auxiliũ ecclesiasticis personis & oppressis, & super hoc fundamento fabricata sunt capitula Regni loquẽtia in ista materia, quorum vnum incipit, ad regale fastigium. aliud incipit, omnis inuasio & prædatio. aliud incipit, finis præcepti charitas. Et licet illud capit. finis præcepti charitas, loquatur quãdo vnus clericus turbat alium clericum in præbẽda vel canonicatu: & nihil dicitur ibi, quod in interdicto recuperandæ possessionis. & cap. ad regale fastigiũ. & cap. omnis deprædatio. loquantur, quando laicus spoliatus est à clerico, Tamen fortiori ratione dicendũ est idem esse, quando clericus spoliauit clericum possessione alicuius benefici j: quia Rex ex iuramento tenetur defendere personas ecclesiasticas ab iniuriis sibi factis siue per clericũ, siue per laicum. Ex quo ita vult iuris dispositio, scilicet quòd Rex teneatur defendere oppressum, quòd magis debet recipi ab ecclesia, quàm à laicis. † quia lex est vniuer- 7

ſtilis procedens tam de iure naturali, quàm diuino, vt colligitur & not. in c. felicis. de pœn. lib. vj. & in Cle. paſtoralis. de re iud. & ſic diſpoſitio d. c. ad regale faſtigium, loquens de ſpolio facto per laicum clerico, vendicat ſibi locũ, etiam ſi ſpolium factũ eſt per clericũ alteri clerico, vt expreſsè firmat præfatus Lucas in d. l. ſi coloni. quia quicquid ſtatuitur in fauorem eccleſiæ ſeu eccleſiaſticarũ perſonarum, dicitur ius generale: vt dicit Bal. in auth. niſi rogati. C. ad Trebel. lia. in iij. col. per text. in §. hoc ergo. in auth. n. de non alie. maximè cum ſit fundata ſuper iure naturali & diuino, iuxta no. per Ioan. Andr. in c. ſignificaſti ſuper verbo iuriſdictioni, de foro cõpet. Et tantò magis: quia ex quo proceſsit citatio per edictũ, contra omnes putãtes habere intereſſe ſuper notorio & rei euidẽti præ licti ſpolij, ſi reus comparet pro ſuo intereſſe, non diceretur tunc reus, ſed dicitur actor: vt firmat Paul. de Caſt. in l. teſtamenti. C. de teſta. Inn. in c. dilecti. de except. benè facit q̃ voluit Bal. in c. fin. in j.
8 col. de fide inſtru. † vbi ſi in publicatione alicuius inſtrumẽti vertit intereſſe alicuius clerici, poteſt ipſum monere, ſi ſua putauerit intereſſe, vt interueniat in dicta publicatione. Benefacit ad hoc glo. in cap. cùm cauſa de offi. delega. dum facit differentiã inter citationem & monitionẽ. Nam monitio nõ arguit ſuperioritatem monentis. Idem voluit Paulus de Caſt. in conſ. xliiij. incipie. in cauſa Egidij laici de Atemmia. vbi tenet, q̃ proclama generale factum per iudicem ſecularem, quòd compareant omnes, quorũ intereſt talem carceratum non relaxari, compræhẽdit etiam clericos: & firmat expreſsè Maranus de Suceſſio in ſuo tractatu de citationibus, articulo quinto, verſiculo decimotertio & Philip. in cap. cùm inter. vij. col. de excep. & eccleſiaſtica perſona poteſt agere coram iudice laico pro re eccleſiæ, vt ſunt iura vulgaria, & tota die hoc videmus, & tanto magis, quia poſſeſſorium cauſæ beneficialis vbi non diſputatur aliquid de proprietate, ſed ſolum de iniuria illata ipſi clerico per laicum, iudex laicus eſt competens non obſtante, q̃ cauſa poſſeſſorij ſit ſuper beneficio: vt firmat dominus Abb. poſt multa allegata pro & cõtra in cap. ij. de iura. calum. ſicut in ſimili videmus, † quòd iudex
9 laicus eſt competens pro obſeruatione iuramenti. in cap. licet. de iureiuran. lib. vj. Et quando eſt quæſtio ſuper mero facto cauſæ ſpiritualitatis. iudex laicus cognoſcit: vt l. Titia. per Bartol. & Doctores. ff. ſoluto matrimonio. cum concor. quæ ibi allegantur per Modet. vnde quã 'do proceditur per iudicem laicum per modum defenſionis, ad repellẽdum iniuriam factam clerico per clericum ſuper poſſeſsione beneficij eccleſiaſtici, non procedit vt iudex per modum ordinariæ cognitionis, ſed procedit per modum defenſionis extraiudicialis ſuper notorio & euidenti ſpolio: vt ſuprà concluſum eſt. Et dicebat dominus Anton. de Alexan. quòd ipſe ita vidit practicari. Et ego idem affirmabam tempore regis Caroli octaui. In quadam cauſa querelæ factæ per Archiepiſcopũ Tarentinum & Commẽdatarium Caſertanum ſuper reſtitutione poſſeſsionis Archiepiſcopatus Tarentini contra Reuerendiſsimũ Cardinalem Vrſinũ poſſeſſorem dicti Archiepiſcopatus, ad quẽ peruenerat poſſeſsio vitio
10 ſpolij non purgato, vt prætendebãt. † Et fuit iudicatum per totum illud Conſiliũ, vbi erant doctiſsimi viri, quòd de iure iudex laicus poteſt procedere iuxta formã dicti cap. ad regale faſtigiũ, in dicto caſu. Et his rationibus artetis fuit votatũ per omnes dominos de Conſilio: q̃ ſacrum Cõſilium poteſt procedere ſuper ſpolio dicti primiceriatus, & primiceriũ ſpoliatũ de nobili caſata de Iudice repoluit in poſſeſsionem.

ADDITIO.

Super nu. 1. De materia huius deciſionis vide deciſ. ij. & lxxxv. j. & cccłxxx. in fi. quæ tenet cõtra. Inuenies non nullas remiſsiones per Dominic. Fran. in c. j. in fi. de teſtib. ſpolia. in vj. Adde Steph. Aufr. in Cle. j. de offic. ordi. col. fina. Et ad practicã huius decr. vide literas Regis Roberti in Cõſtitutionibus Neapolitanis nouis, & Lucã de Pen. in l. ſi coloni. C. de agri. & cenſi. lib. xj. col. pen. & fin: qui nititur ſuſtinere, q̃ iure cõmuni, ceſſante cõſtitutione, laicos poteſt ſe intromittere pro recuperanda re & poſſeſsione eccleſiaſtica, excuſsis prius viribus iudicis eccleſiaſtici: & ſi quæ iura canonica repugnant, hoc indulgentiæ Canoniſtarum tribuit, qui ſua priuilegia libenter extendunt.

Numero 2. ibi, clericus ſit depoſitarius. hoc dictũ confutat Stepha. Aufre. in Cle. j. de officio ordina.

Numero 3. ibi Bal. in l. acceptam. Iſtud dictũ Baldi allegatur in deciſionibus Tholoſanis, deciſio. clv.

Numero 4 in princip. ſic & monitio, prout idem Bal. in l. teſtamenta omnia colum. fin. C. de teſtamen. & ibi Iaſon pro limitatione c. ſi diligenti, de foro cõpe. & authen. ſtatuimus. de epiſco. & cleri. C. vbi Paulus de Caſt. & idem Barba. ſuper rubri. de foro competen. & Paulus. conſi. cccxcviij. in no.

Nume. 4. ibi, ſi quis negauerit. Iſtud dicit Lucas de Penna. in lege, quoties. col. j. C. de exact. tract. lib. x.

DECISIO XXV.

De petitione hæreditatis, & teſtamento in ſuburbiis facto cum quinque teſtibus.

SVMMARIVM.

1 Poſſeſſio ſororitatis an ſufficiat, quòd ſolùm probetur in cauſa petitionis hæreditatis.
2 Teſtamentum cum quinque teſtibus conditum tempore peſtis, vtrum ſuſtineri poſſit.
Teſtamentum rure factum cum quinque teſtibus non à ruſticitate vel tempore peſtis eſt nullum. Bal. ſeplace. diſſu.
3 Diffinitio Caſertæ quid ſit
Rure factum an dicatur, quod in ſuburbijs factum eſt.
4 Teſtamentum nuncupatiuum in quo notarius fuit ſtipulatus vt in ... an valeat.
Notarius in numero teſtium non ſufficit, ſi per iudicem prius non ...
5 Venire contra ſuam productionem an quis poſſit.
Producens confiteri videtur eſſe vera, quæ producit.
Confeſſio expreſſa producentis teſtamentum minus ſolemne, an noceat.
6 Veritatem apparere non ſufficit vel fateri, ſi ſit abſque ſolemnitate.

IN cauſa petitionis hæreditatis petitæ per quandam ſororem, ſororis defunctæ ſine filiis; de tribus fuit dubitatũ. † Primò; 1
vtrum ſufficiat Margaretæ agenti petitione hæreditatis ſolùm probaſſe quaſi poſſeſsionem ſororitatis. Et per omnes dominos fuit concluſum, q̃ ſic, per id quòd dicit Cy. Bal. & Alb. de Roſa. in l. non

epiſtolis

epistolis. C. de proba. Et Flo. in l. cùm quidã. ff. de probatio. & Bart. in l. vbicunque. ff. de ven. in pos. mit. &
2 in l. non fine. ff. de Carbo. edic. †Secundò dubitatur, verum cesset causa intestati propter testamentum
dictæ sororis factum cum quinque testibus tempore pestis. Breuiter cóclusum fuit, quòd testamentum factum in rure cum quinque testibus non à rusticano
vel tempore pestis, non valet, vt dicunt Ang. & Paul. de Castro, in l. j. C. de testa. & Bart. in l. conficiuntur. ff. de iure codicil. licet aliter dicat Bal. in d. l. j. Tamē
fuit dictum & conclusum, quòd communis opinio est contra Bal. & ita concludit Alex. in vj. volu. consil. lxxvj. in vj. col. & in consil. clxxvj. Et etiam tenet Bart.
3 in l. j. ff. de bo. possess. testa. mile. †in quantum dicit, quod iste casus indigeret decisione Cæsarea, ve valeret tale testamentū: quia iam in cótrarium fuit decisionem: & ideo bonū esset, quòd prouideretur, vt dicit
ipse: & sic sentit quòd testamentum non valet. Primò istud testamētum non fuit factum in rure, sed in suburbiis, & licet posset dici esse factum in rure, id quod
factum est in suburbiis, per id quod dicit gl. in l. si pe-
dij. C. de prædi. mino. & in l. vrbana prædia. ff. de verbo. sig. & Bar. in d. l. conficiuntur: tamen posito, quòd sic
esset, illi quinque testes non deposuerunt corã iudice
coram testimonium: & per consequens eorum subscriptio non probat ipsum testamentum, factum per manus priuatæ personæ: † quia notarius non stipulatus
4 fuit testamētum prædictum, vt notarius, quia non habuit iudicem ad contractus, & testamētum erat nuncupatiuum: vt dicit Alex. in d. consil. clxxvj. in iij. col.
Item quia nō fuer. quinque testes sine notario, sed, cum notario sunt quinque testes; & notarius nō computatur in numero testium, si non est examinatus per
iudicem; vt concludit Ioan. de Imo. & communiter Doct. in l. heredes palàm. §. j. ff. de testa. Tertiò dubitatur, quòd ex quo actor produxit in iudicio petitionis hæreditatis ab intestato, prædictum testamentum, eius cui vult succedere ab intestato, † & sic ra-
5 tione productionis videtur confiteri vera esse, quæ continentur in testamento; & per consequens nōn potest venire contra suam confessionem. per nota. in
l. potest legatum. ff. de his quib. vt indi. & per Bal. in l. aliam, C. eod. tit. per Docto. in c. cùm venerabilis. de exceptio. & sic non potest obtinere in hoc iudicio petitionis hæreditatis ab intestato. Ad istud dubium
respondebant domini de Consilio, per id quod dicit Bald. in allegata l. alia. in iij. col. vbi dicit, quòd si pars
a confitetur testamētum factum, & illud producit, & postea apparet in iudicio illud testamentum non
esse solenne, sua confessio tacita & expressa non no-
6 cet sibi, quia nō sufficit, † quod veritas appareat, si illa veritas est sine solennitate: quia non habetur pro veritate; vt in l. si veritas. C. de fideicom. & tenet Abb. in
d. c. cùm venerabilis. & Bartol. in l. j. §. si quis ita. ff. de verb. oblig. & Ang. in l. j. C. de præscrip. trigin. anno. & Bald. in l. ij. C. de erro. aduo. Ideo fuit concorditer votatum, quòd hæreditas dictæ sororis defunctæ
spectet ab intestato ad dictam Marga. sororē vtrinque coniuncto. Et sic postea fuit sententiatum.

ADDITIO.

a *Producit.* Adde quòd producens instrumentum seu scripturam, non videtur fateri illam veram, nisi quatenus scriptura illa probet de per se. ita Bart. in l. post legatum. ff. de his quib. vt indig. in prin. circa primam col. vers. item cōtra hoc oppono. Et ideo si scriptura producta non erat auth. seu non solēnis ad probandū non videtur producens tacitè cōfiteri cōtenta in ea esse vera: vt expressè not. Ioan. de Imo in c. cùm venerabilis. in fine, de exceptio. & cōsuluit Alex. cons. cviij. iij. col. in v. volu. & idē Alex. in additio. ad l. post legatum. Ias. in l. j. §. editiones. iij. col. de eden. Fely. in d. c. cùm venerabilis. de exceptioni. & vide omnino Alex. in d. §. editiones. Thomas Grammaticus.

DECISIO XXVI.

De executione sententiæ super fructibus feudi hæreditarij.

SVMMARIVM.

1 *Executio super fructibus feudi legitimè non obligati, an fieri possit aduersus hæredem.*
Feudum quod venit in petitione hæreditatis, est hæreditarium.
Feudum non venit in generali obligatione sine consensu Regio.
2 *Fructus pars fundi esse censentur.*
Executio prohibita in fundo tanquam principali, an videatur prohibita in fructibus, vt accessorijs.
Principali extincto, dependentia pereunt.
3 *Defunctus potest bona hæredis obligare facto inuentario, vel non.*
Inuentarium in re hæreditaria non succurrit.
Fructus prouenientes ex re hæreditaria post mortem dicuntur res hæreditariæ.
Principale & accessio non sunt idem.
4 *Executio fieri potest in cōmoditate, quæ prouenit ex feudo, & an super fructibus separatis à solo tēpore hæreditatis.*
Filius hæres tenetur sicut pater in feudo hæreditario.
5 *Immissio fit solùm ipsi creditori in commoditate feudi, & qualiter seruitium præstare debeat.*
Fructus feudi ex pacto & prouidentia non possunt obligari, secus in hæreditario.
6 *Differentia inter feudum hæreditarium, & ex pacto & prouidentia de cuius fructibus testator non potest disponere vsque ad vnam candelam pro anima sua.*

FVit dubitatum, † vtrum super fructibus feudi hæreditarij possit fieri executio sententiæ contra hæredē condemnati, quando feudum non fuit legitimè obligatum.
Quidam dicebant, quòd licet feudum istud sit hæreditarium, quòd venit in petitione hæreditatis: vt dicit gl. in l. non tantum. ff. de pet. hære. & And. in c. j. an agn. Tamen quia feudum non veniebat in generali obligatione bonorum: vt in c. in generali, li. de feu. fue. contro. inter do. & agn. Et quando specialiter feuda fuissent obligata, & non interuenisset Regius assensus in obligatione, obligatio esset ipso iure nulla: vt in l. Imperialem. in prin. de prohi. feu. alie. per Fed. & in constit. Regni c. Institutionem diuæ memoriæ. Et per cōsequens habetur, ac si feuda non essent obligata, per l. non putauit §. non quæuis. ff. de contra tab. cum simi. alleg. per Andr. in cap. j. §. præterea. quæ sit pri. ca. bene. amitten. & per consequens nec id, quod
prouenit ex feudo, † quia fructus pars soli esse censentur; vt in l. fructus. ff. de rei vendi. not. Bald. in c. j. in princ. in iij. char. & col. de pace tenen. Et quando non essent pendentes tanquam accessorij, non potest in eis fieri executio, postquam non potest fieri in principali. 2

cipali. per id quod dicit Bald. in l.& si is quem. C.de prædiis & aliis re.mino. ubi si non tenet principale, non tenet accessorium: & extincto principali, dependentia siue accessoria pereunt, vt dicit Bald. in c.j.de vasall.decre.ætat. In contrarium dicebatur, quòd in dictis fructibus separatis, à solo, poterat fieri executio: quia isti sunt bona hæredis, & in obligatione defunctus obligauit tam bona sua, quàm bona hæredis,
3 vt dicit instrumentũ, † & defunctus potest bona hæredis obligare, vt dicunt cõmuniter Doct. in l.assiduis. C.qui poti.in pig.habe. siue hæres fecisset inuẽtarium, iuxta l.fi.C.de iure delibera. siue non: quia inuentarium in re hæreditaria non opitulatur: vt dicit Andr. in c.j. an agna. Itẽ fructus qui proueniũt ex re hæreditaria post mortẽ defuncti, dicuntur etiã res hæreditaria, & per cõsequens potest in ipsis fructibus fieri executio, quæ fieri non potest in ipso feudo non obligato pro debito: quia principale & accessio non sunt idem vt dicit Bald. in rub. apud quẽ vel quos contro.feu.iij. col. Et pro hoc allegabatur Sp. in tit. de j.& ij. de-
4 creto.§.restat.vers.sed quid si reus.& seq. † ubi dicit, quòd in cõmoditate quæ peruenit ex feudo, potest fieri executio, licet non in ipso feudo: & firmat Doct. in l.si finita.§.si de vectigalibus.ff.de dãno infecto, per l.commodis.ff.de re iud.& l.stipendia.C.de execu.rei iud.& not.Moder. in l.pro herede.§.si quid tamẽ.ff.de acqui. hered. hanc conclusionem etiam firmat Andr.de Iser. in const.Regni, si quis post litem, ubi dicit illa verba, mortuo debitore feudum redit ad filios, si non sunt hæredes patris: quia feudum est ex pacto & prouidentia, secus si esset hæreditariũ, in quo filij essent hæredes, filius hæres tenetur sicut pater: & sic videtur tenere, quod super fructibus feudi hæreditarij potest fieri executio, quando sunt separati à solo tempore hæredis. Bene ad hoc facit, quòd dicit Ang. in l.eorum.
5 ff.de dam.infect. † quòd immissio solum sit ipsi creditori in cõmoditate feudi, & ipse præstabit seruitium & non debitor vasallus: nec seruitiũ præstabit vt vasallus: sed ex quadã naturali æquitate fundata, vt eum sequantur incommoda, quem sequuntur honores, vt in regula iuris. Idem voluit Sal. post Bal. in auth.ei qui.C.de bo.autho.iud.possiden. Fuit ad obiectum in contrariũ responsum; quòd licet fructus feudi tanquàm accessorij ad feudum nõ possint obligari, sicut nec ipsum feudum, cum dominus dans feudum videatur dare cum ipsis fructibus, istud intelligitur, quãdo feudũ est ex pacto & prouidẽtia. Et ita videtur sentire Bal. in c.j. an Angel.vlt.col.& And. ibi, & in constitutione, hac ædictali, ubi fructus feudi possunt obligari sine assensu: & idem dicit in d.l.Imperialem. in prin. & in c.j.§.si quis hominẽ.de pac.te.& in c.j.de inuesti. de re.ali.fac.& in consti.constitutionem diuæ memo-
6 riæ.scilicet † quãdo feudum est hæreditariũ, sed quando esset ex pacto & prouidentia, non posset de fructibus feudi relinquere vnam candelam pro anima sua, vt dicit And. in d.c.j. an agna. & per consequens minime in illis fructibus posset fieri executio pro obligatione defuncti, nisi succedens esset hæres sine beneficio inuentarij, vt dicit And. in d.c. an agna. Et ideo cõsensu omnium Consiliariorum fuit votatum, quòd dicta sententia lata contra defunctum super actione personali, potest exequi contra eius hæredẽ. super fructibus prouenientibus ex ipso feudo, maximè quia debitum erat modicum: nam sufficiebat tertia pars fructuum feudi vnius anni ad satisfaciendum dictum debitum.

DECISIO XXVII.

De sententia lata per iudicem incompetentem, & citatione ab incompetenti judice facta ex reconuentione.

SVMMARIVM.

1. *Sententia per incompetentem iudicem lata contra reconuentionem, est nulla.*
2. *Citatio incompetentis iudicis ex reconuentione superueniens est inualida.*
Actus omnis à iudice incõpetente factus est inordinatus.
3. *Reconuentio an proroget iurisdictionem in iudicem incompetentem.*

MAgna curia Admiratiæ habet iurisdictionẽ limitatam, videlicet in hominibus exercentibus artem naualem: & in certis aliis particularibus hominibus. Dicta curia citat vnum, qui non est de sua iurisdictione, comparere; & dictus citatus reconuenit actorem, & nihil aliud facit, fertur sententia cõtra eum. dicitur in sacro Consilio, † quòd dicta 1
sentẽtia est nulla, tanquàm lata à iudice incõpetenti, vt C. si à nõ cõpetenti iudice. per totũ. & ff. de iurisdic. omnium iud. l. si per errorẽ. † nec citatio debet valere 2
tanquã facta ab incõpetẽti iudice ex reconuentione superueniẽte, per ea quæ notat Dyn. in regula, nõ firmatur. in vj. & facit, quòd dicit Bald. in c.fi. de capel. mo- 3
nachõ. & tex. in c.j. de desp. impu. in vj. Et ideo dicit Bal. in c. sancimus. in princ. quo tempore miles. quòd omnis actus qui fit à iudice incompetenti, videtur fieri sine ordine, per iura per eum allega. In contrarium dicebatur, quòd licet reus non fuisset de iurisdictione iudicis, tamen quia ipse recõuenit actorem, per istam reconuentionem videtur prorogasse iurisdictionem curiæ Vicariæ, per notata in l.ij.ff. de iudic. & in l.j.C. de iur. om. iud. fuit per omnes patres votatum, quòd dicta sententia non sit nulla, & per consequens mandetur executioni.

ADDITIO.

Materiam huius reconuentionis vide latè per Stepha. Aufre. in repe. Clemen. vt clericorũ. de offi. ordi. in ij. regula. Fallen. iij. Et ibi concludit, quòd clericus per reconuentionem efficitur de foro seculari, quod est not.

DECISIO XXVIII.

De nullitate duarum relationũ super testium examinatione non vocata parte, & de executione illarum.

SVMMARIVM.

1. *Relationes duæ conformes super testium examine, parte non vocata, an vt validæ exequantur. 2.*
Testes examinati absque partis citatione super iuramenta, in nulliter recepti dicantur.
2. *Sententia super nullis probationibus fundata, an inefficax.*
Recursus ad acta processus fit in dubitatione viribus sententiæ.
Sententia nullis probationibus facta lata est nulla.
3. *Sententia referens se ad acta implicitè erronea non vitiatur, secus si specificè.*
4. *Testium probatio non est de substantia processus.*

Iudicium

Iudicium non substantiatur per probationes.
Sententia iustificatur ex probationibus nouis, & incognitis.
Sententia est aliqua data dilatione ad probandum, licet nihil sit probatum.
5 *Iudex dicens in sententia, condemno: quia probatum per talem, licet nihil dicunt, non dicitur nulla.*
6 *Iudex moueri potest ad iudicandum ex confessione viua voce coram se facta, quamuis non scripta, vel potuit esse sibi notorium.*
Iniquitas euidens an impediat sententiæ executionem, & pariat nullitatem.
7 *Sententiam contra ius litigatoris obtinens est in peccato, & potest ecclesiæ denunciari.*
Sententia manifestam iniquitatem cõtinens, est ipso iure nulla.
8 *Sententia iniqua ex eiusdem actis non est nulla.*
9 *Executio non debet retardari per appellationem à duabus relationibus conformibus, nisi ipso iure sint nulla.*
Relatio ad alios casus similes ex decisos.

Fverunt duæ relationes cõformes in magna curia Vicariæ. Dicitur in sacro Consilio, a ꝙ sunt nullæ, quia latæ sunt propter testes examinatos, non citata parte ad videndum iuramẽta
1 testium: † nam testes examinati absque citatione partis, ad videndum eorum iuramenta, dicuntur nulliter recepti: vt in l. si quando. C. de testib. c. in nomine domini. de testi. ergo sententia similiter erit nulla, tanquam fundata super nullis probationibus Et pro hoc allegabatur c. aduersario. de exceptionibus: vbi si dubitatur de viribus sentẽtiæ, vel eius intellectu, recurritur ad acta contenta in processu. Sed in sententia dicitur, ꝙ ex meritis processus actor ita & taliter suã intentionẽ probauit, & probatio est nulla: quia per te-
2 stes nulliter receptos, ergo sentẽtia non valet. † Itẽ quia sentẽtia lata nullis probationibus factis, ipso iure nulla est: vt dicit dominus Car. not. in c. ecclesia. de consti. per illam glo. in d. c. ecclesia. & istæ probationes sunt nullæ: vt s. dixi. ergo &c. In contrariũ fuit decisum post lõgam disputationẽ habitã inter dominos, ꝙ dictæ relationes debent mandari executioni iuxta formã ritus magnę curiæ: quia quando sentẽtia
3 tacitè refert se ad acta: & in actis est error, † non vitiat sententia: vt in l. præses. ff. de re iud. l. seruo inuito. §. cũ prætor. ff. ad Treb. cum concor. allegatis per Alex. in iij. vol. consi. lix. in x. vol. confirmat idẽ Alex. in j. vol. consi. cxxiij. in iiij. col. vbi multa ad hoc alleg. quia vt dicit Bald. & Pau. de Ca. in l. j. C. de erro. cal. aliud est, ꝙ error exprimatur specificè in sententia, & non valet. aliud est ꝙ exprimatur implicitè, quia tunc nõ est defectus formæ, hoc expressè firmat Feli. in c. inter cę-
4 teras. de re iud. Item † quia probatio testium non est de substantia processus: vt dicit Bart. in l. probatã. C. de sen. & inter. omn. iud. nisi quando noluit recipere probationes, quas pars obtulit secũdum Bal. ibi, nam per probationes non substantiatur iudicium: vt dicit Bal. in l. is apud quem. ij. col. C. de edẽdo: quia ex probationibus nouis & incognitis primo iudici, iustificatur sentẽtia: vt in l. Titianus. ff. quod cum eo. secundum Bal. in d. l. is apud quem. Et dicit Bal. in l. cum & minore. C. si aduersus rem iudi. ꝙ sententia est aliqua, licet nihil sit probatum, si est data dilatio ad proban-
5 dum. † Imo si iudex dicit in sententia, cõdemno: quia probatum per I. & A. & illi nihil dicunt, non dicitur sententia nulla, secundum Bart. & Bald. in d. l. j. C. de erro. cal. & Ias. in l. vinum. ff. si cer. pet. ad fin. & Doct. in c. cum Bertoldus. de re iud. & in c. quoniam cõtra. de proba. cum concor. quæ ibi allegantur: & de veritate huius dicti do. Ant. se reportauit ad Alex. in d. l. j. qui colligit varietatẽ, quam in hoc habuit Inn. finaliter cõcludit in casu proposito, ꝙ sentẽtia non est nulla. Et maximè quia iudex potest moueri ad iudicandum, etiã ex aliqua cõfessione corã se facta viua voce, & non scripta in actis. vt dicit Bal. notantèr in l. quoties. §. j. ff. de probatio. in aliquibus lecturis. Et idẽ Bal. in l. j col j C. de indicta viduitate. de quo fuit memor Felin. In c. cum venerabilis. in iiij. charta, de exceptio.
† Item potuit esse iudici notoriũ: licet non sit scriptũ. 6
& poterit probari tale notoriũ in causa appellationis & non dicetur sententia nulla: vt dicit Inno in c. tua. circa fin. de coha. cle. & mulie. & notat Rota in antiquis. in tit. de fide instru. vlt. col. Sed peperit hæc hęsitatio aliud dubiũ: videlicet an istę duę relationes, postquàm sunt cõtra iustitiã partis & non sunt nullæ, & notoriè apparet de eius iniquitate, quia nõ apparet de iure partis: talis euidens iniquitas impediat executionẽ, sicut ipsa nullitas, tex. in d. c. inter cæteras, probat, ꝙ talis euidens iniquitas iudicatur nullitas. Idem tenet d. Ant. de Bu. in c. suã de pœnis. Et potest denun-
tiari ecclesiæ. † quia existit in peccato ille, ꝙ obtinuit 7
sententiã cõtra ius litigatoris, vt dicit Ab. in c. nouit. de iud. Et in foro conscientię non facit ius secundùm Inno. in c. quia plerisq;. de immu. eccle. Et hoc videtur tenere Abb. in d. c. inter cæteras. in versi. ad quartum membrum. vbi tenet, ꝙ sentẽtia quæ cõtinet manifestam iniquitatẽ, est ipso iure nulla, per d. c. inter cæteras. & firmat Alex. in iij. vol. cõsi. lxxvij. in j. col. Idem tenet Lud. in sing. suis, in verbo, sentẽtia. Idem firmat
Felinus. [b] in d. c. inter cęteras, multa allegando. bonus b
est tex. & ibi Ang. in l. si pars ff. de inoffi. testa. Et hanc opi. ꝙ quando iniustitia sentẽtiæ apparet ex actis, sententia dicitur nulla, firmat Abb. in d. c. cum inter x. col. de re iud. & in c. cùm apostolus. de censi. & in c. ij. de pur. vulga. & in c. j. in iiij. col de re iud. & in c. quoniam contra. xvij. col. de proba. Bal. in l. j. C. sententiã rescind. non po. ver. quæro verũ absque appellatione. Paul. de Cast. in d. l. seruo inuito §. cùm prætor. Car. in Cle. j. § fi. de foro compe. vbi dicit vix posse esse sentẽtiam notoriè iniustam, quin sit nulla. Et ista fuit opinio Vltramõtanorum, vt plenè per Cyn. & alios in d.
l. j. C. de erro. calculi. † Sed contrariã partem scili- 8
cet, quòd sentẽtia iniqua ex eiusdẽ actis non sit nulla, tenet Bal. in l. j. C. ne filius pro patre, per l. palã. §. quæ in adulterio ff. de ritu nuptiarũ Et dicit Alex. de Imo. in d. l. præses quòd hæc est magis communis opi. per d. l. cùm prolatis. ff. de re iudi. & d. §. cùm prætor. & l. posthumus §. si quis ex his ff. de inoffi. testa. & l. si expressim, à contrario sensu, ff. de appella. & ibi allegantur concordãtiæ. & in l. diuortio. §. fi. ff. soluto matrimonio. Et omissis multis allegationibus in ista materia dubia. Fuit tandem per omnes dominos conclusum, quòd istæ relationes quãtumcunque sint contra ius litigatoris ex eiusdem actis, & non contineant expressum errorem in ipsa sententia, quòd non sunt nullæ: & debent mandari executioni præstita cautione in casu retractationis in causa appellationis. † Ex quo ritus magnæ curiæ vult, quòd per appellationem à duabus relationibus conformibus, non retardatur executio nisi sint nullæ ipso iure, & ista nul-

li

litas non debet esse nisi vera, & non per comparationem. Et ita postea fuit pluries iudicatū in sacro Consilio in aliis causis, vide infrà decis. xlvij. & vide infrà decisio. cxxvj.

ADDITIO.

a *Consilio.* Circa istam decisionem, vide infrà in decisio. xxxix. & decisi. xlvij.

b *Felinus.* Vide plenè Franc. Curt. in cōsil. lix. in ix. col. incipiente, dux Philippus.

DECISIO XXIX.

De contumacia propter iustum impedimentum.

SVMMARIVM.

1 *Impeditus propter iustum timorem ad comparendum in termino, an ex integro ad dilationem restituendus sit, ut se defendat. 3.*
Impedimentum allegans duo debet ostendere.
2 *Protestatione an opus sit, quando impedimentum de non comparendo procedit ex facto iudicis.*
Excusator missus à citato ad allegandum impedimentum, an audiendus nisi promittat de repræsentando citatum in termino.
3 *Citatus comparere impeditus sine culpa, non est contumax, nec tenetur reficere expensas.*
Processus factus contra absentē iudice impedimentum ignorāte, valet sed restituitur: secus si sciebat, quia nullus.
Impedimentum an sit iustum ex hostium inuasione.
4 *Impeditus comparere propter odia & partialitates, non tenetur mittere procuratorem.*


Vidam exterus Regni, qui contraxit in Regno, fuit citatus personaliter ad instātiam cuiusdam doctoris. ille citatus non comparuit, & in contumaciam fuit datus terminus ad probandū, in termino probatorio actor probauit intentionem suam: & citari fecit iterū reum ad publicandum testes examinatos. ille comparet, &
1 dicit, †quòd non potuit comparere in prima citatione, propter partialitates, & propter timorem, quem habuerunt Galli ob aduentum regis Ferdinandi secundi. Et ideo petebat ex integro terminum ad defendendum. ille Doctor agēs dicebat, quòd huic conuento non est danda alia dilatio: quia licet alleget se
a impeditū in termino[a] debet duo ostendisse: videlicet impedimentum allegatum, & se tantùm fecisse, quòd si impedimentum non fuisset, adimpleuisset illud, ad quod tenebatur, per text. & ibi Bar. in l. qui commeatus. ff. de re milita. & firmat Alex. in ij. vol. consi. xlix. in ij. col. debuit ergo protestari, quòd si non fuisset
2 impeditus, comparuisset, †& fecisset suas defensiones, quando impedimētum est ex facto, vt dicit glo. in c. cupiētes. §. quòd si per xx. de electio. in vj. & Bart. in l. j. §. dies. ff. quando appellan. sit. Philip. in c. ex ratione. vij. col. de appel. & Alex. in l. de pupillo. §. si quis ipsi prætori. ff. de operis noui nunc. citatus debet mittere excusatorem, qui pro eo alleget impedimentum, qui non debet audiri, nisi promittat de repræsentando in certo termino ipsum citatum, secundùm Bald. Ange. Paul. de Cast. & Alexan. in Rub. ff. in ius voca. vt eant, aut satisdent. In contrarium dicebatur, quòd si citatus impeditus est comparere absque culpa, secun-
3 dùm veram opinionē. †non est cōtumax, nec tenetur reficere expēsas: vt dicit Alex. in l. ij. §. si quis. ff. si quis cautionibus. Item quia cùm iudex sciebat impedimentum, quia Galli tunc non poterant comparere, totus processus fuit. Secus si iudex ignoraret impedimentum, tunc valet processus, sed restituitur secundum Barto. & Bal. & Alex. in d. l. ij. §. si quis in iudicio. ff. si quis cautio. & Ioan. de Imol. in l. quæsitū. ff. de re iud. Fuit per dominos de Consilio decisum, quòd illud fuit iustum impedimentū, & nunc factum fuit notorium, & quòd propterea non fuit contumax: & ideo concedi debet dilatio ex integro: vt dicunt Docto. in l. fi. ff. de feriis. nam vbi impeditus tenetur mittere procuratorem, †tamen vnus de casibus, in quo non tene- 4
tur mittere, est, quādo propter odia, vel partialitates non potest comparere, tunc non tenetur etiam mittere procuratorem, secundum Ang. in l. ij. §. quod diximus. ff. si quis cautio. & idem Ang. in disputa. sua. Bononiēsis quidā &c. in iiij. q. Ioan. de Imol. & Alex. in l. recusare. §. fi. ff. ad Trebel. & in d. l. ij. si quis in iudicio. Et sic iterum datus fuit terminus ad probandum & defendendum.

ADDITIO.

a *Termino.* Impeditus in termino quid probare debeat, vide infrà in decis. T. G.

DECISIO XXX.

De iudice laico procedente in obligatione coram eo introducta non obstante litis pendentia corā ecclesiastico super iuramenti relaxatione.

SVMMARIVM.

1 *Processus factus per iudicem laicum super obligatione coram eo introducta, non obstāte litispendētia super absolutione iuramenti in obligatione interpositi coram ecclesiastico ventilata, an valeat. 4.*
Litispendentia super absolutione iuramenti est præiudicialis ad causam coram laico motam.
Iudex secularis an debeat supersedere in quæstione coram ecclesiastico vertente.
2 *Obligatio etiam iniurata penes acta curiæ facta habet executionem paratam, quam remorari non potest exceptio litispendentiæ super iuramenti absolutionem in ea præstiti.*
Iudex ecclesiasticus inhibere non potest iudici seculari, vt supersedeat pendente lite coram se introducta.
3 *Iudex temporalis à spirituali non habet iurisdictionem.*
5 *Periurus est, qui iurat soluere in termino, & nō soluit.*
Solutio an fieri debeat, si pēdēte iudicio super absolutione à iuramēto dies solutionis pecuniæ promissæ adueniat.
6 *Periurus est, qui petit absolutionem iuramenti, quàm iurauit non petere, & eam impetrare an debeat.*

FVit dubitatū[a] si iudex laicus procedens vir- a
tute obligationis factæ penes acta curiæ, ad instātiam partis contra do. Iac. de Suessa, qui opposuit exceptionē litispēdentiæ super absolutione à iuramēto interposito super dicta obligatione corā episcopo Suessano, & dictus iudex laicus habuit plenam fidē de dicta litispendentia, & processit in causa non obstāte dicta litispendētia, vtrū dictus processus
factus per iudicē laicū sit nullus. †Et dubiū facit, quia 1
illa litispendentia super absolutione è iuramento est præiudicialis ad causam intentatam coram iudice laico: vt tenet Feder. de Senis in consi. cxxvj. incipiēte in quæstione domini Ioannis Pauli. vbi vult, quòd iudex

iudex secularis non debet procedere interim, quando scit quæstionem verti coram iudice ecclesiastico, per id quod habetur in c. tuam. de ord. cognitio. Idem videtur velle idem Fedē. in consi. ccc. incipien. factum proponitur esse tale. & not. do. Anto. de Butri. & Docto. in cap. debitores. de iureiur. & Petr. de Ancha. in consi. xxij. incipien. casus talis est post præceptum.
2 †In contrarium facit bat, quòd licet facta fuisset fides de litis pendentia coram iudice ecclesiastico super absolutione à iuramento: tamen illa litis pendētia non habet impedire executionem paratam obligationis magnæ curiæ Vicariæ, quia diuersa est causa vna ab alia. Nam in curia ecclesiastica agitur super absolutione à iuramento. in curia seculari agitur, vt obligatio penes acta, quæ habet executionem paratam (vt dicit gloss. in auth. generaliter. C. de epis. & cleri. & not. Doct. in l. eum pro quo. ff. de in ius vo. & no. Mode. in c. si quando. de offi. delega.) exequatur. & sic non habet obstante litispend. vt no. dicit Ange. in l. iiij. §. condemnatum. ff. de re iudi. & pro hoc allegat text. in l. fin. C. de ordi. co. Et dicit, quòd hoc fuit de mente Inno. in c. cum in iure peritus. de off. de leg. & dicit, quòd propterea inoleuit mos, quòd Episcopi inhibent iudicibus secularibus sub pœna excommunicationis, vt pendente dicta lite supersedeant. imò dicebat Bal. in l. j. in fi. C. quomodo & quando iudex. quòd non potest iudex ecclesiasticus inhibere iudici
3 seculari. †quia iudex secularis nō habet iurisdictionē à iudice ecclesiastico, maximè quia obligatio penes acta etiam quòd inesset ibi iuramentum, haberet executionem paratam, secūdum Bal. Pau. de Ca. & Alex. in l. eum pro quo. ff. de in ius voc. & Lucan. de Penna. in l. j. C. de iure fis. lib. x. Doct. in c. si quando. de offic. deleg. & ibi concorda. & dicebatur plus, quòd illa absolutio petita præsumebatur calumniosa, eò quia iuramētum fuit interpositum in magna curia Vicariæ, vbi non præsumitur metus allegatus propter præsentiam regentis & iudicum: vt dicit text. in l. j. C. de his qui propter me. iudicis non appella. & notatur in l. de pupillo. §. si quis ipsi prætori. ff. de ope. noui nun. Et dicebatur nunquā fuisse obseruatum, quòd propter pendentiam litis super absolutione à iuramento interposito in obligatione magnæ curiæ Vicariæ non supersederetur super executione ipsius obligationis.

†Fuit per sacrum Consilium cōclusum, quòd opi-
4 nio Angeli in d. §. condemnatum, vēdicat sibi locum in hoc casu, & opinio Federici sit vera, in casu suo, & ideo processus factus per iudicem laicum super executione dictæ obligationis, validus erat. Tum quia diuersa est causa, vt suprà dictum est: quia obligatio penes acta etiam sine iuramento remanet valida: & sic non est præiudicialis causa absolutionis à iuramento ad causam executionis dictæ obligationis. Tum etiam quia clare constabat, quòd dictus dominus Iacobus ante petitam absolutionem per eum, ipse erat periurus duplici periurio. Primò, quia ipse dominus Iacobus iurauit omni mense soluere certam partem dicti
5 debiti, & non soluit, † & sic incidit in periurium: vt dicit Fede. in dicto consi. ccc. Et do. Anto. de Butr. & Abb. Sicu. in c. j. de iureiur. Imo fuit dictum, quòd si pendente iudicio super absolutione à iuramento venisset dies absolutionis pecuniæ promissæ, deberet fieri solutio: vt dicit Hostian. sum. in tit. de censibus. §. quis census. versi. quid si pendente. & firmat Pe. de Anch. in c. j. in ij. not. de lit. contest. lib. vj. Secundum periurium erat, quia d. do. Iacobus in d. oblig. iurauit non petere absolutionē à iuramēto, & ipse nō petiit absolutionē à iuramēto de non petēdo absolutionē, & sic fuit periurus petendo absolutionē iuramēti interpositi super obligatione: vt firmat do. Ant. de Bu. in d. c. j. & Ludo. Ro. in cōsi. cccxxvj. in tit. de rescri. & firmat expressè Bal. in rep. l. ij. in ii. charta. ff. de iureiur. ver. ix. quid si debitor iurauit. † & sic cū fuerit in periurio ante litē 6
motā super absolutione à iuramēto nō potuit ipsam petere, secundū Io. And. in c. debit. de iureiur. & Abb. in d. c. j. eo. tit. & sic non obstat litis pēdentia prædicta super absolutione à iuramēto. Et sic fuit votatum per omnes nemine discrepante, quòd iudex secularis exequatur dictam obligationem penes acta magnæ curiæ Vicariæ, & quòd processus per eum factus propter dictā litis pendentiam allegatam non sit nullus.

ADDITIO.

a *Fuit dubitatum.* In materia præsentis decisionis vide infra in decis. ccxx. & Alex. in consi. lxxxiij. in v. volu. vbi idē quod hic concludit. & vide Alex. in cōsi. ix. in iiij. vol. vbi videtur aliter tenere. & Iaso. in l. nec quicquam. §. vbi decretum. de offi. procons. & Alex. in l. iiij. §. condemnatum. ff. de re iudi. & plenè Laur. de Ridol. in repetitione c. consuluit. extra de vsur. in q. cxxix. vbi idem tenet: tamen subdit, quòd in contrarium sæpe practicatum est. quod æquius videtur: dum tamen concurrant certæ qualitates, de quibus ibi, & vide eundem ibidē in q. cxxxj. Thomas Grāmaticus.

Et adde circa istam decisionē, quòd qui est iudex causæ præparantis, est etiam iudex causæ præparatæ. l. ordinarij. C. de rei vendi. per quam dicit ibi singulariter Bal. in ij. not. quòd si aliquis sit dicturus instrumentum simulatum vel vsurarium, petens absolutionē ab episcopo, idem episcopus erit iudex in causa instrumenti, qui absoluit à iuramento instrumenti prædicti. & facit text. in c. quia plerunque. de dona. inter vir. & vxor. vbi ratione matrimonij, quod est spirituale, iudex ecclesiasticus cognoscit de dote. idē sequitur Alex. consi. clxxxvij. ij. volu. in fin. & consil. lxiij. iij. volu. & in l. quoties. C. de iud. & ibi Ias. & in l. in nam & postea. §. si minor. v. col. ff. de iureiur. Limitat singulariter Pau. de Cast. in d. l. ordinarij. dicēs, quòd semel habuit de facto in Brixia. & quod actor, ne traheretur corā ecclesiastico, ratione iuramēti corā quo sunt lites immortales, remisit iuramentum, quod facere potuit: vt dicit Bart. in l. j. §. & post operis. ff. de noui operis nunc. & in l. Labeo. ff. de iureiur. sed pars non obstāte remissione iuramenti petiit absolutionē à iuramēto ab episcopo: vt traheret ibi causam principalē. Certè id fieri non potuit: quia iuramentū erat remissum. & ideo absolutio fieri nō potuit nisi de facto sed absolutio facti non potest extēdere iurisdictionē. arg. not. per gl. in l. si pater. C. ne de stat. defuncto. & in c. cum plures. de offic. deleg. in vj. & idē cōsuluit idem Paulus in consi. lxviij. visis & ponderatis. & est num. 7 in alias. & sequitur Petrus de Petra sa. in suo singu. lxxxviij. incipiente, qui est iudex, subdēs, vt hoc nunquam exeat mentem tuam: quia fuit valde pulchra limitatio. Et si pēdente causa coram iudice laico, conuentus dicit contractum vsurarium vel simulatum coram episcopo, an & quando iudex laicus deneget remissionem dictæ causæ ad episcopum, vide cautel. Thomæ Ferrarij nu. 53. vbi plenè. Thomas Grāmatic.

Deci

DECISIO XXXI.

De eadẽ est materia cum præcedente.

SVMMARIVM.

1 *Periurij causa an possit intentari non obstãte litis pendentia super absolutione iuramenti.*
2 *Citatio super absolutione à iuramento non conceditur, nisi supersint viginti dies ad terminum solutionis, alias concessa non operatur effectum.*
3 *Causa iniusta non excusat à contumacia pœna.*
Causa qualibet etiam iniusta excusat in criminalibus à dolo.

EPiscopus Nucerinus emisit citationem super absolutione à iuramento interposito super instrumẽto mutui, in quo erant iuramẽtum & renunciationes, & aliæ clausulæ consuetæ: eò quia dicebatur, quòd illud mutuum fuit simulatum, & nulla pecunia interuenit, & dicta citatio fuit facta vltima die, qua venit dies solutionis dictæ pecuniæ, sequenti die præsentatur instrumentũ in magna curia Vicariæ iuxta ritum ipsius curiæ, & ad instantiam creditoris: postea citatur ipse debitor responsurus in iudicio super tenore dicti instrumenti. Citatus est contumax: & propter contumaciam condemnatur ad tertiam partem bonorum mobilium,
1 iuxta constitu. Regni. † Iste condemnatus appellauit ad sacrum Consilium, & causa grauaminis erat, quia pendente causa super absolutione à iuramento, prout in promptu apparebat de dicta litis pendentia, non poterat magna curia Vicariæ super periurio procedere, quia illa causa est præiudicialis ad istam, per ea quæ fuerunt allegata in proxima præcedenti decisione. In contrarium dicebatur, quòd dictus debitor nimium se arctauit, quia tempore quo ipse impetrauit citationem super absolutione à iuramento, non erat nisi vnus dies de termino ad soluẽdum. Ideo non potuit impetrasse dictã citationem, ad effectum impediendi solutionem faciẽdam in termino, quia perinde est, ac si post terminum solutionis. Et sic postquam incidit in periurium, petiisset absolutionem à iuramento, vt tenet Ioan. Andr. & domi. Anto. But. & Abb. Sicu. in c. debitores. de iureiur. & domi. Abb. in
2 c. j. eod. tit. de iureiur. super rubri. † Et fuit facta fides in sacro Consilio, quòd in curia ecclesiastica Neapolitana non conceditur citatio super absolutione à iuramento, nisi ad minus supersint viginti dies termini solutionis pecuniæ, & si per inaduertentiam conceditur citatio, non operatur suum effectum, & fuerunt examinati practicantes super ista obseruantia. Et sic fuit conclusum, quòd non obstãte dicta præuentione & litis pendentia magna curia Vicariæ po-
3 tuit procedere ad dictam condemnationem: † quia iniusta causa non excusat à pœna contumaciæ, sed debet esse iusta causa, vt notatur in l. properandum. §. sin autem. C. de iudi. & in l. qui solidum. §. j. ff. de leg. ij. in auth. de iudi. §. oportet. & notatur in c. finem litibus. de do. & contuma. & firmat Alexan. in secundo volum. consi. cxviij. ij. colum. versic. circa tertiam dubitationem. Bene tamen quælibet causa etiam iniusta excusat in criminalibus à dolo: vt notatur in l. ij. & ibi per Ange. C. de plagi. & in l. igitur. ff. de ti. causi. & sic dicta causa fuit remissa ad dictam magnã curiam Vicariæ, vt dictos contumaces admittat ad compositionem iuxta morem dictæ curiæ.

DECISIO XXXII.

De iudice pronuntiante super successiuo eius, quod principaliter agitur.

SVMMARIVM.

1 *Iudex specialis an possit pronuntiare vltra petita sine reconuentione.*
2 *Exceptio restituendi pignoris soluto debito inest contra agentem ad debitum.*
3 *Iudex ex officio potest condemnare ad restitutionem pignoris soluto debito.*
4 *Iudex an possit sententiam dicere super successiuo eius, quod petitur principaliter.*

QVidam Florentinus egit coram iudice Iudæorum deputato per Regem in causis Hebræorum contra quendam Iudæũ petendo ab eo certum debitum. † Et quia ex 1
processũ apparebat, quòd dictus Florentinus pro dicto debito habuit certas petias panni in pignus, fuit condemnatus dictus Iudæus ad soluendum dicto Florentino debitum petitum: & dictus Florentinus fuit condemnatus ad restituendum pignora iuxta no. in l. item. §. qui pararus. & ibi Bar. ff. qui po. in pig. hab. & notan l. postquàm. ff. de pact. Pro parte dicti Florentini fuit appellatum in sacro Consilio, & dicebat quòd dicta sentẽtia debet reuocari. Primo, † quia 2
iudex Iudæorum nullam habet iurisdictionẽ in ipsum Florentinum: nec ipse Florentinus fuit reconuentus, & sic iudex sententiauit vltra petita. Et consequenter sententia non debet valere, per iura vulgaria in l. ij. C. com. diui. in l. vinum. ff. si cer. pet. cap. licet Hely. de Simo. In contrarium dicebatur, quia agẽti petendo debitum, huic actioni de sui natura inest exceptio, vt restituat pignus soluto sibi debito, vt dicit text. in l. debitor. §. ij. ff. de pig. act. † & sic iudex ex officio po- 3
tuit condemnare ad restitutionem pig. soluto sibi debito, per doctrinam Bart. in l. eum qui ita. §. qui ita. ff. de verb. ob. & ideo dicebat Io. de Ana. d. c. licet Hely. vlt. charta, † quòd iudex potest pronũtiare super suc- 4
cessiuo eius, quod principaliter petitur, vt est text. in c. constitutus. de relig. do. & idem dicit Bal. in l. fi. in j. col. de fideicom. & in propriis terminis voluit Bal. in l. cùm eorum. C. de sentẽ. & interlo. omnium iudicũ. Et sic fuit votatum sacrum Cõsilium, quòd bene fuit iudicatum per dictum iudicem Iudæorum.

DECISIO XXXIII.

De examinatione testium producendorum post publicationẽ in causa.

SVMMARIVM.

1 *Clausula saluo iure impertinentium & non admittendorum, quid operetur.*
Aequalitas in iudicijs seruanda.
2 *Probare per testes post publicationem in causa non licet contrarius articulis partis aduersæ.*
3 *Articulorum copia in Regio Consilio non datur ante publicationem in causa.*
4 *Testium examinatio post publicationem, si testes sunt nulliter recepti, fieri potest.*
Testes examinantur ad concomitantiam scripturæ post dicta testificata.
Articulus contrarius an admittatur post dicta testificata, & quando.
5 *Vsura quando per indirectum palliatur, votum consiliarij*

filiarij maris peccatum mortale.
Votum mercatorum ad palliandum vsuras, non est attendendum.
5 *Scriptura non debet se extendere ad incognita.*
6 *Sententia expertorum in arte nunquam transit in rem iudicatam, & potest retractari.*
7 *Iudex non data copia articulorum decernens articulum fore pertinentem, quem pars post publicationem dicit impertinentem, an debeat illum reijcere.*
8 *Clausula saluo iure impertinentium &c. quandoque ponitur ad obturandum ora loquentium.*

1 POSTQVAM fuit iudicatum, † quòd saluo iure impertinentium, &c. Admittatur articulus in causa Alexandri Veneti, pro parte Francisci de Palmerio. post publicationem petitur, quòd ex quo ipse stabat sub confidentia voti mercatorum votantium, quòd mandatarius non tenetur dicere, cui sit facta solutio vsurarum, & ideo aliter nõ curauit probare de dicta cõsuetudine mercatorum: credens etiam quòd articulus de consuetudine contraria articulata per Alexand. non fuisset admissus per sacrum Consilium tanquam impertinens: eò quia erat contra votum dictorũ mercatorum. Ideo in præsentiarum videns dictus Franciscus dictum articulum & probatione, & decretũ sacri Consilij: per quod articuli fuerunt admissi saluo iure impertinentium, quòd similiter admittatur articulus præsentandus per dictum Franciscum super dicta contraria consuetudine ad concomitantiam voti dictorum mercatorum, & cõtentatur quòd habeatur in isto articulo ea ratio, quæ de iure habẽda est, vt seruetur æqualitas in iudicijs, vt in l. fi. C. de fru. & lit. ex-
2 pen. † Aliquibus dominis videbatur, ꝙ non licebat dicto Frãcisco post publicatum in causa probare per testes: vt in cap. cùm venisset. de test. & maximè de directo contraria, per regulam in auth. at qui semel. C. de proba. & c. fraternitatis. de testi. cum concor. Alij vt domi. Anton. de Alexand. Viceprotonotarius dicebat quòd dictus articulus debebat admitti, & testes super eo examinari, non obstante publicatione: & quòd didicita sunt testificata. Mouebatur ex eo, quia illi articuli Alexandri: videlicet quòd est consuetudo mercatorum, quòd mandatarius debeat ostendere, cui soluit vsuras, fuit impertinens, ex quo erat contra iudicium mercatorum expertorum factum ante litẽ contestatam: de quo quidem articulo ipse Franciscus non potuit habere notitiam, nisi post didicita testificata:
3 † quia in sacro Regio consilio non datur copia articulorum ante publicationem in causa. Et sic non potest imputari Francisco, quòd cõsentit, quòd dictus Alex. examinari fecit super articulo contrario voto mercatorũ: ergo poterit dictus Franc. postea opponere, ꝙ dicta testiũ deponentiũ contra votũ mercatorum non valent, per ea quæ no. Bar. in l. si duo patroni. §. idem Iulianus. ff. de iureiu. secus si posset parti aliquid imputari, secundũ Bar. ibi: ergo si illi testes de iure nõ valent, & per prius pronunciatũ sunt, ꝙ habeatur de eis ea ratio, quæ de iure habẽda est. ita similiter licere debet dicto Franc. de Palmerio ad cõcomitantiã voti mercatorũ examinare testes: & de eis habeatur ea ratio, quæ de iure habenda est, nõ obstante publicatione
4 per Cle. testium. de testi. † vbi quãdo testes sunt nulliter recepti, post publicationẽ potest fieri examinatio testiũ. Item quia testes, quos petit examinari dictus Franc. sunt ad cõcomitantiã scripturę, in qua sunt vota mercatorũ: & nõ tũc obstãte publicatione possunt testes recipi: vt habetur in c. series. de testi. Itẽ quia post didicita testificata admittitur articulus contrarius, quando articulus non fuit bene specificatus: vel quãdo de probatione contraria nõ potuit pars instrui ante publicationem: vt in c. ex tenore. de testi. Ego dicebã, ꝙ ista examinatio cũ dicta reseruatione de iure fieri non potest. Nec obstant limitationes datæ per dominũ Viceprotonotariũ ad regulã capituli, fraternitatis. quia articulus Alex. non est impertinens licet sit cõtra votũ mercatorũ, eò quia super dicto voto factũ Consiliũ nõ põt se fundare: † quia illud vo- 5
tũ est nutritiuũ peccati mortalis: quia per indirectũ palliãtur vsuræ. Secundò quia illud votũ ad alium finẽ fuit receptũ quã vt diffiniret articulũ, de quo cõtẽditur, vt retulit d. And. Mariconda cõmissarius causæ: & sic nõ debet extendi ad incognita. l. tres fratres. ff. de pact. cũ si. Tertiò quia illud votum mercatorũ nunquã trãsit in rẽ iudicatã, quia potest dici, ꝙ sit sentẽtia expertorũ. vt not. Doct. in c. proposuisti. de proba. & in c. fi. de frigi. & malefi. & no. Philip. de Cor. in 6
c. cũ cessante. & in c. intimasti. de appellat. † vbi quãdoq; sentẽtia expertorũ potest retractari. Et sic articulus Alex. nõ dicitur impertinẽs: eò ꝙ est cõtra votum mercatorũ. Nec est verũ cũ reuerentia, quòd Franc. nõ habuit notitiã ante publicationẽ de articulo ipsius Alex. super contraria consuetudine prædicta.

Quia clarè patet, ꝙ dictus Franc habuit notitiam ante publicationem dicti articuli Alex. quia super dicto articulo, ipse Franciscus fuit examinatus, vt principalis: & sic potest Francisco imputari, quare in termino dato ad probandũ non articulauit de dicta cõsuetudine iuxta votũ ipsorũ mercatorũ: & sic nõ obstat doctrina Bart. in d. §. idem Iulianus. † Bene fa- 7
teor, ꝙ si iudex nõ data copia articulorũ, parti decerneret aliquem articulũ esse pertinentem, & facta publicatione pars dicit, ꝙ est impertinens, & in veritate sic est. Tũc ex quo non est, quid possit parti imputari, ꝙ publicatio nõ nocebit, quin possit dicere, ꝙ reijciatur articulus cum probatione super eo facta, nisi processisset post publicationem ad aliũ actũ per quẽ, videretur renunciasse tacitè dictæ exceptioni impertinentium, vt per doctrinam Bar. in d. §. idẽ Iulianus.

Fuit tandẽ conclusum, ꝙ ex quo domini de Consilio secundũ eorũ conscientiam dicebant, ꝙ ille articulus Alex. de contraria cõsuetudine voto mercatorum fuit de iure admissus, † & illa clausula, saluo iure 8
impertinentiũ &c. fuit posita potius ad obturandum ora loquentiũ, quã propter aliquod dubiũ, an articuli Alex. essent impertinentes, necne. Et sic fuit votatũ, ꝙ nõ admittatur examinatio testiũ producendorũ pro parte dicti Franc. ad probandũ contrariã consuetudinẽ articulatã & probatã per dictũ Alex. licet probatio facienda per dictum Franc. esset ad concomitantiam voti mercatorum: & in hoc postea consentit Viceprotonotarius, propter dictam testificationem dominorum de Consilio.

ADDITIO.

De productione, examinatione, & repetitione testiũ post didicita testificata, & conclusam causam, vide Per. de Anch. cõsi. ccxxiij. nu. 1. Et Stepha. Bert. parte. j. cõs. clj. nu. 1. & parte ij. cõsi. clx. nu. 1. & cõs. cclxvj. Et possunt de nouo examinari attestationibus perditis

ris.Hippol.de Marsi.in rub.C.de proba. nu. 339.itẽ in causa criminali.idem in l.j.§.fi.nu.4.ff. de quæst. & in practica.§.sequens.nu.2.& 8.itẽ in causa hæresis.idem ibidẽ.itẽ testes de nouo reperti post conclusionem & tẽpus probatoriũ.idẽ in sing.ccxcvij.inci.testes. & in rub.C.de proba.nu.16.itẽ in causa matrimoniali, si producens iuret nõ subornasse.idẽ in sing.cxxviij. itẽ ex eisdẽ capitulis iusta causa iudicẽ mouente. idẽ in d. rub.C.de proba.nu.38.vbi ponit alios duos casus.itẽ super circonstantiis oportunis ad instantiam partis aduersæ.Bertran.parte j.consi.xlviij.nu.16.

DECISIO XXXIIII.

De æstimatione habitationis ad vitam propter venditionem rei obligatæ.

SVMMARIVM.

1 *Aestimatio habitationis ad vitam cum tractatur de domo vendenda, qualiter facienda.*
Alimenta relicta æstimantur ad triginta annos vitæ, si alimentarius est infra illam ætatem.
2 *Intellectus ad l.hæreditatium.ff.ad leg.Falcid.*
3 *Cautio in æstimata habitatione debet præstari, quod soluatur plus, si plus viuat.*



PATER quidam vltra dotẽ, quã debuit genero suo, promisit ei dare habitationẽ in domo sua, vita dicti sui generi durante, & proinde obligauit omnia bona sua: mortuo dicto patre eius hæres pro suis necessitatibus voluit vendere dictam domũ, in qua gener habet habitationẽ: vt ꝗ ꝙ fieri nõ potest eo inuito. Sed dictus gener obtulit, ꝙ si dictus hæres voluerit sibi soluere æstimationẽ dictæ habitationis, cõtentatur, ꝙ dictã do-
1 mũ vendat. † Fuit dubitatũ in sacro Consilio, qualiter fiat æstimatio habitationis ad vitã. Dicebat do. And.Mariconda relator dictæ causæ, ꝙ dicta æstimatio habitationis poterit æstimari, sicut æstimãtur alimenta relicta, vt æstimentur, ꝙ xxx. annis viuat ille, cui relicta sunt alimenta, si est infra istã ætatẽ xxx. annorũ vt dicit tex.sing.secundũ Doct.ibi, in l. hæreditatũ.ff.ad leg.Falc. Ita similiter dicẽdum esse putauit quando promissa fuit habitatio domus ad vitã: & ille cui facta fuit dicta promissio, erat tũc ætatis xxv.ann. & sic præsumitur v.annis viuere, & sic hæres tenetur præstare pensionẽ vnius similis domus pro quinq; annis. verũ si plus viueret ille gener, tenẽtur hæredes ad præstandũ pẽsionẽ similẽ, pro illo tempore, quo viuet ipse gener: vt dicunt gl.& Doct.in d.l.hæreditatum.

2 † Ego dicebã, ꝙ d.l.hæreditarũ, habet locũ in legato & vltima dispositione. Sed in donatione inter viuos, & sic in cõtractu nõ fit æstimatio, iuxta d.l.hæreditatũ.eò quia habemus tex.expressum in l.si quis argentũ.in §.si autẽ donator.C.de dona. vbi dicitur, in reditibus autẽ in xv.annis æstimationẽ præstet. Et sic cũ sumus in contractu inter viuos, debet fieri dicta æstimatio habitationis pro annis xv. Et sic communi voto fuerũt cõdẽnati dicti hæredes pro æstimatione dictæ habitationis ad vitã pro annis xv.ad rationẽ Tarenorũ xij.pro pensione cuiuslibet anni dictorũ xv.
3 annorum, † & quòd præstetur cautio, si plus viueret, quod soluatur illud plus, vt dicit Alex. in d. l. hæreditatum.in fi.licet ibi dicat, quòd dicta lex habet locum in transactione alimentorum ad vitam. Et sic extendit ipsum ad contractum inter viuos, & non facit mentionem de dicta l.si quis argentum.

DECISIO XXXV.

De liquidatione bonorum super iudicio petitionis hæreditatis, & de concessione beneficiorum in illa.

SVMMARIVM.

1 *Forma qualis seruãda in actione petitionis hereditatis.*
2 *Beneficium primum & secundum non conceditur in causa liquidationis post sententiam, si ante sententiam fuit concessum.*
3 *Restitutio in integrum non conceditur post sententiam super liquidatione facienda.*
Specificatio bonorum in petitione hereditatis si facta sit, & sententia condemnat salua liquidatione, liquidatio ex probationibus factis fieri debet, & non fiendis etiam per viam restitutionis in integrum.
4 *Liquidatio dicitur causa accessoria ad causam petitionis hereditatis.*
Principale regulat accessorium.
Principali extincto pereunt dependentia.

SI † actum fuit petitione hæreditatis iuxta formam traditam per Bar.& Doct. in l.j. ff.de edend. & generaliter sunt petita bona hæreditatis, & postea in articu. particulariter actor articulauit res particulares dictæ hæreditatis, & multos testes examinauit. Facta publicatione in causa, conuentus, quia erat mulier, petiit primũ beneficiũ, & demũ secundũ beneficiũ: & concessa fuerũt: & demũ per sacrũ Consilium lata fuit sententia cõtra dictã mulierẽ conuentã: quia actor fuit pronunciatus hæres defuncti: & ipse reus fuit condemnatus ad restitutionem bonorum dictæ hæreditatis liquidandorum tempore executionis dictæ sententiæ: vt in l.j.in gl.ff.de eden. iuxta practicam text.in l.defensionis.C.de iure fisci.lib.x.& in l.ij.C. de sent. quæ sine certa quantitate.& ibi per Bar.& in l.j. in fi. ff. de leg.ij.& in l.ij.C.de fruct.& lit.expen. Ad instantiam actoris petitur, ꝙ procedatur super liquidatione, & citata parte per cõmissariũ causæ, fuit datus terminus ad probandum incũbentia: & facta publicatione, dicta conuenta petit primũ beneficium super ipsa liquidatione, vtrum debeat concedi. Videbatur, quòd sic,
2 † quia causa super liquidatione bonorũ est noua causa, quia primũ iudicium fuit generale: & istud est particulare, ꝙ requirit aliam sententiam. Sed in contrarium fuit per omnes votatũ, s. ꝙ causa liquidatio-
2 nis [a] est eadem causa cum prima petitionis hæreditatis, & ideo si in firmo processu fuerunt concessa beneficia, non potest concedi tertiũ beneficium super liquidatione: quia duo tantũ beneficia conceduntur in causa secũdũ And.de Iser.in cõsti.Regni, obscuritate.
3 † Item fuit conclusum, ꝙ ex quo in causa petitionis hæreditatis fuit facta specificatio bonorum hæreditatis, & fuerũt testes examinati, quòd dicta liquidatio reseruata debet fieri ex processu iam formato, & nõ per testiũ examinationes de nouo producendorũ super bonis iã specificatis & declaratis, vt cesset timor subornationis testium. Et hoc in propriis terminis firmat Goffr.de libe.in tit.de peti. hære. Et sic fuit cõclusum, ꝙ super liquidatione bonorũ cõtenta in sententia obstat regula c.fraternitatis.de test. cũ cõcor-
4 net etiã super liquidatione concedũtur beneficia, si in principali instantia sunt cõcessa. Quia liquidatio bonor

bonorum dicitur accessoria ad causam petitionis hæ-
4 reditatis, † & principale regulat accessorium: vt in l. si vnus. §. fin. ff. de pact. secundũ Bal. in l. si plures. penul. col. C. de condit. inser. & si in causa principali non poterat concedi tertium beneficiũ, minimè in eo quòd dependet à causa principali, per id quod dicit Bal. in c. j. de vasil. decrepitæ ætatis, vbi extincto principali, pereunt dependentia.

ADDITIO.

a *Liquidationis.* In causa liquidationis non conceditur beneficium, si fuit concessum in causa principali. idem infrà in decisio. cxiiij.

DECISIO XXXVI.

De iuramenti suppletorij delatione in semiplena probatione non obstante periurio.

SVMMARIVM.

1 *Actori semiplenè probanti, an deferendum iuramentum suppletorium, si reus probet periurium illius, & quod delusit creditores.*
Materia l. admonendi & l. in bonæ fidei. ff. & C. de iureiur. tractatur.
2 *Debito in termino cũ iuramento nõ soluens, fit periurus.*
Pars non potest remittere periurium iam incursum.
Iuramentum periuro non deferendum.
3 *Periurare de facili præsumitur propter malam vitam de præterito.*
Periurus quo casu possit petere absolutionem à iuramento.
Periurus dici non potest, qui satisfecit, confessus est, & pœnituit.
4 *Peccator probando, quòd pœnituit, vltrà non dicitur peccator.*
5 *Mala fama de præterito non denigrat quem nunc existentem bonæ æstimationis.*
Infamia irrogata per sententiam, non tollitur per pœnitentiam.

1 FVIT † dubitatũ vtrum actori, qui probauit semiplenè, & per alias coniecturas, sit deferendum iuramentum suppletorium, si probetur per reũ, quòd ipse fefellit suos creditores, & incidit propterea in periuriũ. Et pro parte actoris fuit probatum, quòd ante præsentem litẽ motam ipse concordauit omnes suos creditores, postquã fefellit. Videbatur dicendum prima fronte, quòd nõ possit ei deferri iuramentum suppletorium. iuxta nota-
2 ta in c. admonendi. ff. de iureiur. † quia nõ soluẽdo debitor in tempore promisso cum iuramento fuit periurus, vt notatur in c. debitores. de iureiur. & quãquam postquam incidit in periuriũ soluit creditori, non propterea ipse debitor est absolutus à periurio, quia pars nõ potest remittere periuriũ iam incursum, secundũ Bald. in auth. quod ei. C. de nupt. & Bartol. in l. Labeo. ff. de iureiur. Et periuro nõ est deferendum iuramentum: vt in c. patuuli. de consecrat. distin. iiij. & notant Doct. in l. in bonæ fidei. C. de iureiur. Ergo non
3 potest sibi deferri iuramentum: † quia propter malam vitam de præterito præsumitur de facili periurare: vt dicit Bald. in l. quæ sub conditione. ff. de condit. instit. In contrarium dicebatur, quòd licet iste actor incidit in periurium, in non satisfaciendo debitũ iuratum suis creditoribus in tempore, tamẽ noluit persistere in peccato, sed satisfecit, & posteà cõfessus est sua peccata, & fuit absolutus à periurio, quo casu periurus potest petere absolutionem: vt dicit do. Abbas in c. j. vij. col. de iureiur. Et sic cùm fuit absolutus à sacerdote, cui confessus fuit sua peccata, & de satisfactione facta creditoribus plenè constat, non potest di-
ci periurus: † quia peccator probãdo, quòd pœnituit. nõ 4
dicitur vlterius peccator. l. distinctio. c. ferrum. de cõsecrat. distinct. iij. c. ij. de rescrip. c. eam te. de testibus. c. testimonium. not. Ioã. And. in regula, semel malus. in vj. benefacit ad hoc quod not. Bal. in l. j. in fi. C. locati. 5
† quòd si aliquando quis fuit malæ famæ[a] & nunc est a
bonæ famæ, macula præterita nunc non existens non denominat quem maculatum. alleg. ff. de edi. edict. l. j. §. fi. fallit de infamia, quæ oritur per sententiam: vt dicit Bal. in d. l. j. in fin. fuit ergo per maiorem partẽ dominorum votatum, quòd dicto Paulo Ferrando detur iuramentum suppletorium, & sic fuit iudicatum per magnam curiam Vicariæ, & posteà fuit confirmatum per sacrum Consilium.

ADDITIO.

De hoc iuramento in supplementũ plenioris probationis loquitur Pet. de Anch. cõs. ccxxvij. nu. 8. & D. de Challaneo in consi. xxxvj. nu. 3. Et Stepha. Bertr. parte j. consi. ij. nu. 8. & cõs. cxxvij. nu. 1. & cons. cclij. nu. 1. & parte. ij. consi. xiiij. nu. 4. Et ex operibus Hipp. de Marsil. colliguntur quidam casus, in quibus nõ defertur ad supplendam probationẽ. Primus, quando nõ est verisimile id super quo iuratur, vt ipse expressè tenet C. de probat. nu. 111. Secundus nõ defertur ei quẽ verisimile est deierare. in l. penul. num. 72. ff. de quæst. Tertius vsurario, in l. maritus. nu. 50. ff. de quæst. Quartus illi qui aliàs falsum iurauit, in d. l. nu. 36. Quintus in matrimonialibus, nec etiam in beneficialibus, in d. l. nu. 13. Sextus ei qui semiplenè probauit, & veritatem scire non potest. in d. l. nu. 7. Septimus super amo- litis in l. de minore. in princi. ff. de quæst. Octauus in causis criminalibus, etiam in causa criminali ciuiliter intentata. in d. l. de minore. §. tormenta. nu. 2. & l. j. nu. 83. C. ad leg. Corn. de sica. & in practica. §. postquã. nume. 2. & in singul. dcxxxv. memoriæ. Nonus vigore vnius testis deponentis non verisimile. in l. j. in princ. nu. 35. ff. de quæstio. Decimus in causa præscriptionis tanquàm odiosa. in singu. dcxxxv. incip. memoriæ teneo. Vndecimus in causis præiudicij, maxime in dicto singul. Duodecimus in spurio, qui semiplenè probauit. in singula. cclxxiij. incip. notissimũ. Decimustertius, quando probatio semiplena probat præsumptiuè & non necessariò, vel quando per præsumptionẽ eliditur contrariũ. sing. lxxxiij. inci. in ore vulgi. Decimusquartus, quando præsumptio est contra probantem per vnum testem. in singu. cccclj. incip. Dicteur. Adde Decimumquintum reo semiplenè probante, & actore plenè probante. Stepha. Bertrandi, parte j. consi. xxvij. nume. 5.

a *Malæ famæ.* Si quis olim fuit malæ famæ, & nunc bonæ, macula præterita nihil ei obest, cùm ex præterito non præsumatur de præsenti. ita Bart. in l. in cõfirmando. ff. de confirma. tut. vbi dicit, quòd talis præsumptio, quòd semel malus, non est de necessitate: quia non sequitur olim fuit talis, ergo ita & hodie præsumatur talis: vt plenè nota. per Alex. in consil. xlviij. col. v. in j. vol. & consi. lxxij. in fi. eo. j. vol. & Iaso. in l. si prius. col. xiiij. ff. de noui oper. nunciat. Thomas. Grã.

DECIS

DECISIO XXXVII.

De restitutione in integrum ex capite ignorantiæ aduersus præscriptionem xxx. vel xl. annorum. Et de extensione precarij ad bona futura.

SVMMARIVM.

1 *Restitutio in integrum an concedenda aduersus præscriptionem xxx. annorum ex capite ignorantiæ.*
Restitutio in integrum ex capite ignorantiæ datur contra præscriptionem decem annorum inter præsentes, & viginti inter absentes.
2 *Ignorantia an præsumatur in illo, qui in ius alterius succedit.*
3 *Precarium an se extendat ad bona futura.*
Precarium nullius est effectus, quando constituens non possidebat.
4 *Obligatus possidere bona futura precario à creditore, animum mutare nequit in acquisitione bonorum futurorum.*
5 *Creditori agenti hypothecaria contra tertios possessores, an sufficiat probare rem fuisse penes debitorem cum simplici allegatione dominij.*
6 *Vxor mortuo viro & superstite filio, vsumfructum antiphatum tantum lucratur, quia pro sua vxore consolidatur proprietas ad vtilitatem liberorum, vt liberorum, non autem vt hæredum.*
7 *Opinionum diuersitas ab expensis excusat.*

QVAEDAM Altruda contraxit matrimonium cum Ioanne de Thelesio, & contemplatione matrimonij dictus Ioan. confessus fuit recepisse pro dote dictæ suæ vxoris vncias tredecim, & fecit ei antiphatum pro medietate dotium prædictarum, & promisit restituere dictas dotes in casu soluti matrimonij dictæ Altrudæ & eius hæredibus in forma secundum consuetudinem ciuitatis Neapoli. Et proinde dictus maritus obligauit omnia bona sua præsentia & futura &c. Constituendo se precario nomine tenere & possidere, & renuntiauit, & iurauit, prout continetur in quodam publico instrumento dotali. Demum ex dicto matrimonio natus est presbyter Antonius Matuceus, & constante matrimonio dictus Ioannes vir emit quandam domum iuxta suos fines, ipsamque tenuit, & possedit. Posteà dictus Ioan. dictam domum emptam vendidit pro vnciis quinque A. de Raymo. Posteà idem A. de Raymo, vendidit domino Nicolao de Ritiis genitori domini Michaëlis conuenti. Ita quòd a tempore venditionis factæ per Ioannem de Thelesio, sunt transacti anni quinquaginta. Tandem soluitur matrimonium per mortem Ioannis viri superstite Altruda vxore debente consequi dotes, quæ per annos vij. vixit post mortē dicti viri, vt dicūt aliqui testes, postea moritur Altruda superstite dicto presbytero Antonio eius filio & hærede. Et est aduertendū, quòd sunt transacti anni xxx. quòd mortua fuit dicta Altruda. Nunc dictus Ant. vt filius & hæres matris suæ agit ab sistentia, & appretio super dicta domo contra dominum Michaëlem proximiorem pro dictis dotibus & antiphato. Dominus Michaël post laudationē auctorum se defendit vigore præscriptionis, nedum longi, sed longissimi tēporis cū titulo & bona fide. In cōtrarium replicatur, quòd dicta præscriptio non obstat, quia dictus Anto. filius & hæres matris suæ fuit impeditus impedimento ignorantiæ, eò quia nō habuit instrumentū dotale, quod nouiter ad eius notitiā in suo posse venit: nec etiā habuit notitiā quòd dicta domus fuisset paterna, & sic aduersus dictam præscriptionem petebat in articulis restitutionem in integ. propter dictam ignorantiam. Fuit in sacro Consilio de pluribus dubitarū. † Et primò verū aduersus præscriptio- 1
nem xxx. an. cū tit. & bona fide daretur ipsi actori restitutio in integrū propter dictā ignorantiam. Et dubiū faciebat, quòd non debet concedi dicta restitutio ex capite ignorantiæ per doctrinā Ang. in l. sicut. C. de præsc. xxx. vel xl. ann. qui dicit, quòd contra præscriptionē longissimi temporis nō datur restitutio in integrum ex capite ignorantiæ: secus cōtra præscriptionem x. an. inter præsentes & xx. inter absentes. de quà loquitur l. j. C. si aduersus cred. & refert Alex. de Imo. in ij. vol. cōs. clj. circa fi. quod incipit, viso themate supradicto. & idē Alex. in eod. vol. consi. clxij. in iij. col. versi. & non debet concedi. Idem tenet Bal. in l. j. C. qui admitt. & Pet. de Anch. in cōsi. clxix quòd incipit, contra istos litigatores. Sed contrariam opinionē tenet Bart. in l. j. §. si quis autem. ff. de itine actúq; priuato. & in l. cùm filius. §. in hac. ff. de verb. oblig. & in dictis locis Alex. de Imo. post multas allegationes dicit, quòd ista est communis opinio. Idem concludit similiter post multas allegationes do. Felyn. post Abbat. Sicul. in c. vigilanti. de præscri. Idem Abbas in c. iij. eod. tit. & Ioan. de Imo in c. fi. in x. charta, eod. tit. hanc opinionem etiam secutus fuit Alexā. in ij. volu. consi. clxxiij. incipiē. viso themate suprascripto. vbi respondit omnibus obiectis in contrariū, quæ allegabantur in dicto consil. clj. & sic videtur reprobare opinionē positam in dicto consil. clj. & secundum istā communem opinionem consuluit idem Alex. in j. volu. consi. lxxj. & in eod. volu. consi. lxxxiiij. quòd in ij. volu. consil. iiij. & consi. xiiij. & consi. xxxix. & in iij. vol. consi. vuj. in vij. col. & in consi. lxix. iiij. col. & in iiij. volu. consi. lxiij. in v. col. & in v. volum. consi. iij. circa fin. & in consi. cxvj. j. col. & in consil. lxxxj. & in consil. xcviij. in fi. Fuit ergo visum omnibus dominis istam fuisse communem opinionem, quòd tam aduersus præscriptionem x. vel xx. ann. cum titulo & bona fide, quàm contra & aduersus præscriptionem xxx. vel xl. ann. detur restitutio in integrū ex capite igno-
rantiæ: † puta quia est hæres, & succedit in ius alte- 2
rius, quo casu præsumitur ignorantia, per regulam iuris, qui in ius alterius succedit. lib. vj. cū concord. nisi probaretur de scientia, tantò magis quòd in casu de quo quæritur: quando dictum instrumentum dotale deuenit in notitiam dicti hæredis, fuit repertum cum solennitate de qua in pragmatica Regis Ferdinandi
primi sub rubrica prima, de nouo repertis. † Fuit 3
secundò dubitatum, ex quo dictus Ioannes de Thelesio non possidebat tempore obligationis, quando recipit dotes supra dictam domum, Vtrum precariū positum in instrumento dotali, extenditur ad ipsam domum posteà emptam. Videbatur prima facie, quòd non: quia precarium non operatur effectum suum,
quando constituens non possidebat ipsam rem: vt vo- 4
luit glo. & Ang. in l. ij. C. de acquir. possess. & Angel. in l. quædam mulier. ff. de rei vendicat. Et ibi etiam per Bart. & per eundem in l. j ff. quando liceat ab emptione discedere. & dominus Ant. de But. in c. cùm venissent.

sent. de restitut. spoliatorum. Et in repetitione capituli finalis, in xvj. col. de causa possessionis & proprietatis. & faciunt pro ista parte ea quæ allegat Alex. de Imol. in l. possideri. §. incertum. ff. de acquir. possess.

Sed in contrarium est veritas in casu, de quo quæritur, quia ex quo dictus Ioannes debitor obligauit omnia bona sua præsentia & futura, constituit etiam
4 precario nomine se tenere bona futura, † non potest, quãdo acquirit bona futura, mutare animum, ex quo est obligatus ratione contractus precedentis possidere bona futura precario nomine creditoris, per l. fina. C. quæ res pigno. oblig. poss. & l. quamuis de precario.

Hanc partem sequitur Alex. de Imo. in d. l. possideri. §. incertam. & Iacob. Butrig. ita tenet in dicta l. ij. & idem Salic. ibi. & Bart. in cons. punctus talis est. & Angel. in disputatione sua incipiente. in refulgenti palatio. & in consi. suo lxviij. incipiente, visis instrumentis prædictis. & Bald. in l. si quis argentum. §. sed & si quis. C. de donat. Ang. in l. j. in principio. ff. de pignor. Ioannes de Imo. & Ludouicus in l. stipulatio hoc modo concepta, de verbor. oblig. ibi allegat dictam l. quamuis. vbi dicitur, quòd si constituo precario nomine tenere ancillam, extenditur etiam ad partum ex ea nasciturum. Ergo precarium extenditur ad bona futura. Et respondet Alexan. in dicto. §. incertam ad iura & rationes in contrarium. Et sic fuit pariter votatum & conclusum per omnes Doctores
5 sacri Consilij. Fuit † etiam tertiò dubitatum, vtrũ
a agenti hypothecaria [a] contra tertios possessores, sufficiat actori probasse possessionem rei obligatæ in genere fuisse penes debitorem, allegato solùm eius dominio & non probato, vel debeat de necessitate probari de dominio vel quasi ipsius possessionis dictæ domus. Fuit conclusum, quantùm ad casum istum quòd ex quo tertius possessor habet causas per medias personas illorum de Raymo, qui emit ab illo Ioãne debitore, quòd sufficiat actori probasse possessionem dictæ domus fuisse penes ipsum Ioannem debitorem cum allegatione dominij seu quasi: & sic sufficit probare quod fuit de bonis & in bonis dicti Ioannis. hanc opinionem tenet Barto. in l. rem alienam. ff. de pignorat. action. & idem Bart. post Cyn. & Bal. in l. cùm res. C. si res aliena pignori data sit. Idem tenet Salic. in l. certi iuris. C. locati. Bal. in l. etiam. C. de executione rei iudicatæ. Florianus da sancto Petro in l. ante omnia. ff. de probat. & voluit Alex. de Imol. in ij. volu. in consi. cxcviij. in j. col. & ista dubia fue-
6 runt examinata quò ad dotem. † Quò vero ad antiphatum, res est clara, quòd vxor mortua viro non lucratur antiphatum, nisi quo ad vsumfructum superstite filio tam de iure quàm de consuetudine ciuitatis Neapoli. Et ille vsusfructus vxoris per mortẽ eius consolidatur proprietati: & sic venit ad filios mariti etiam quòd non sint hæredes mariti, vt dicitur in consuetudine Neapolitana, quæ incipit, quartam autem de iure quartæ. in verbo. fructus. circa finem glo. & est tex. in l. fœminæ. C. de secund. nupt. & in auth. heres. eod. tit. & illud quòd dicit glo. Neapo. quòd antiphatum consolidatur heredibus viri, intelligitur de liberis etiam quòd non sint hæredes per dicta iura. Et sic iste presbyter Antonius nõ potest, vt hæres matris petere dictum antiphatum constitutum, per patrem in eius bonis, etiam super ista domo alienata per patrem. Fuit ergo consensu omnium doctorum votatum assistentiam esse præstandam super dicta domo pro dictis vnciis tredecim, pro dotibus dictæ Altrudæ matris dicti presbyteri Antonij, ab aliis reus conuentus absoluatur. Et breui manu iuxta nouam pragmaticam Regis Ferdinandi primi fiat executio contra auctores laudatos & citatos. † Neutram partem con- 7
demnantes in expensis, ex causa, maximè propter diuersitatem opinionum, vt suprà retuli, per ea quæ notantur in l. terminato. C. de fructibus & litium expensis. cùm concordantiis.

ADDITIO.

Hæc dictio Antiphatum, dicitur donatio propter nuptias, vt Author exponit ĩ. decisione cclxij. nu. 1. & est lucrum dotis, ĩ. decisio. ccxcj. nu. 2. & vocatur Antipherna Græca voce in l. fi. C. de don. ante nupt. quæ apud nos sonat, contra dotem seu dotalium, vt exponunt Doctor. id est, illud quod vicissim à marito loco dotis datur. Recentiores Pragmatici Augmentum vocant. Sed an sit Latina tota, ab antè & fatum: an tota Græca, ab anti, contra, & phatizo, dico, quasi contradictum seu respondens: an verò bigena, ab anti Græcè, & fatum Latinè, iudicet candidus lector: si quidem in exemplaribus diuersam comperimus orthographiam: nescimus, an vitio librariorum, an potius amanuensium id contigerit. Porrò super nu. 5. vide, quæ dicuntur ĩ. decis. ccclxxxiij. R. Frag.

a *Hypothecaria*. An agenti hypothecaria contra tertios possessores sufficiat probare possessionem rei obligatæ in genere fuisse penes debitorem, vide plenè infrà in decis. ccclxxxiij. & in decis. xl. Thom. Gram.

DECISIO XXXVIII.

De substitutione sub nomine collectiuo filiis facta, & de iuribus matris super bonis filiorum.

SVMMARIVM.

1 *Substitutus an excludat matrem à legitima filiorum morientium matre superstite in substitutione sub nomine collectiuo filiis facta. nu. 6.*
2 *Iura matris in bonis filiorum quæ sint & qualiter illis succedat.*
Mater ad hæreditatem primi morientis admittitur cum vltimo moriente.
3 *Matri competit legitima, quando excluditur vigore substitutionis fideicommissariæ.*
Substitutio pupillaris expressa excludit matrem etiam quò ad legitimam.
Pater quo nomine faciat substitutionem pupillarem.
4 *Substitutio fideicommissaria non potest in legitimam fieri filijs.*
5 *Substitutio vulgaris continens tacitam pupillarem, non excludit matrem.*
6 *Substitutio sub nomine collectiuo facta filijs regulatur secundùm institutionem.*
Instituti particulariter colegatarij habentur, & non cohæredes vniuersales.

QVIDAM testator † instituit duos filios hæ- 1
redes, & filiam iure certa instituit, ipsiúsque sub nomine collectiuo substituit P. moritur testator. vnus istorũ filiorũ moritur superstitibus matre, fratre, & sorore. Demũ moritur ille vltimus frater substitutus. agit cõtra Bernardinã matrem, & per sententiã sacri Consilij declaratur, quòd

substitutus debet succedere saluis iuribus matris. Et
quæ sunt iura matris Sacrum Consiliū declarauit, ꝙ
præter legitimam quā debet habere super bonis dicti
filij vltimò morientis, debet habere tertiā partē hære-
ditatis primi filij morientis: quia ipsa succedit vnà cū
fratre postea mortuo & sorore prædicta, iuxta auth.
defuncto. C. ad Tertul. substitutus opponit & dicit, ꝙ
mater non debet habere legitimā. Quia ipse substitu-
tus solus succedit dictis filiis, virtute dictæ substitutio-
2 nis. Quæritur, quid iuris. † Fuit per sacrū Cōsiliū
allegatū, ꝙ mater debet succedere illi primo filio mo-
riēti vnà cū altero filio eodémq; fratre & illa sorore,
& nō substitutus, per d. auth. defuncto, quilibet pro
tertia parte, & filio vltimo morienti in legitima per
gl. no. in l. qui duos. ff. de reb. dub. & voluit Pau. de Ca.
in l. qui duos. ff. de vulg. & pupi. vbi Pau. dicit ista ver-
ba formalia. §. Aduertēdū tamē, quia cū vltimo mo-
riēte admittitur etiā mater cōmunis ad hæreditatem
primi moriētis: & hoc voluit gl. in d. l. qui duos: & tūc
portionē suā tantū transmittit ad substitutū. Ista sunt
verba do. Pauli, vbi idē firmat Bar. in d. l. qui duos. de
reb. dubiis. cū dicit, idē putarē, si superesset aliquis co-
gnatus vel agnatus &c. Et illā gl. approbat ibi Bart. &
3 no. in l. pe. C. de impu. & aliis substi. † & sic matri cō-
petit legitima, quando excluditur vigore substitutio-
nis, vt no. in c. Raynutius. & in c. Raynaldus. de testa-
mētis. vbi substitut. fideic. nō tulit matri legitimā: &
firmat Alc. in iij. vol. cōsi. xvij. in iiij. col. & Io. de Imo.
in d. c. Raynutius. & Dy. Bar. & Alc. in l. ij. ff. de vul. &
pupil. Bene verū est, ꝙ substitutio pupillaris expres-
sa excludit matrē etiā quò ad legitimā: vt in l. Papi. §.
sed ne Impuberis. ff. de inoffi. test. & ibi Pau. de Castr.
Quia pater substitutionē pupillarē nō facit nomine
filij, sed nomine suo & ratione patriæ potestatis, licet
eam faciat pro filio: & dicitur talis substitutio testa-
mentū patris, & pater pupilli nō tenebatur ad legiti-
mā matri. Ideo expressa pupillaris excludit matrē. &
de hoc est tex. ad literā. in c. si pater. de test. lib. vj. &
hoc expressè firmat Alex. in j. vol. consi. xlv. in iij. col.
& in iij. vol. cōsi. xij. in j. & in iij. col. Et Io. de Imo. in
4 d. c. Raynutius. † Est etiā aduertendū, ꝙ filiis in le-
gitimā nō potest fieri substitutio fideicommissaria, vt
dicunt Bart. & Doct. in l. j. §. si ff. de vulg. & pup. l. quo-
niam in prioribus. C. de inof. test. & in l. cohæredi. §.
cū filiæ. ff. de vulg. & pup. & in l. cū patronus. ff. de leg.
ij. & not. Doct. in l. ex tribus. ff. de inoff. test. Et pro
declaratione dicendū est, ꝙ iste frater vltimus mor-
tuus qui successit in hæreditate fratris sui, successit nō
ex testamento patris, sed vnà cū matre, per dictā auth.
defuncto. vnde nō videtur quòd substitutus in parte
primi morientis succedat, nisi dicti filij essent pariter
substituti vnus alteri. vt dicit Alex. in iiij. vol. consil.
xiiij. in vij. col. Et licet pupillaris expressa excludit
5 matrem: vt s. dictum est. † Tamen vulgaris substi-
tutio continens tacitam pupillarem nō excludit ma-
trem: vt in l. precibus. C. de impuber. & aliis substit. &
no. Bar. & Doct. in d. l. ij. de vulg. & pup. Est etiam
aduertendum, quòd substitutus non potest succedere
illi sorori particulariter institutæ postea defunctæ, &
licet substitutio sit facta filiis sub nomine collectiuo,
intelligitur & regulatur secundum institutionem: vt
dicit Bart. in l. fin. ff. ad Treb. & in l. qui hæredi. §. qui
discretas. ff. de vulg. & pupil. & in l. si plures. eo. tit. &
in l. j. C. de impuber. & in l. Lucius. §. pater. ff. ad Tre-
bel. cū ergo illa institutio particularis habeatur loco
legati, ex quo datus est cohæres vniuersalis: vt in l.
quoties. C. de hæred. instit. Et per consequens substitu-
tio non potest trahi ad dictum legatum. † Fuit er- 6
go per omnes Dominos votatum concorditer, quòd
mater, soror & frater succedunt primo morienti, qui-
libet pro tertia parte, per auth. defuncto. & in hæredi-
tate vltimi morientis habeat mater legitimam: quia
illa substitutio non excludit matrem à legitima vlti-
mi morientis, per ea quæ supradicta sunt & in hac de-
cisione decem Doctores votauerunt concorditer.

ADDITIO.

De iuribus matris super bonis filiorum, tam ab in-
testato quàm condito testamento, vide abundè per
Pet. de Anch. consi. ciiij. nu. 1. & consi. cclxxviij. nu. 1.
& consi. cccxxj. nu. 2. & Stepha. Bertran. parte. ij. con-
si. xxxj. nu. 2. & consi. lxv. nu. 1. & parte iij. consi. cxxvij.
nume. 12.

DECISIO XXXIX.

De fideiussoribus, & sententia iniusta executioni demandanda.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussor an sit obligatus, si non interuenit stipulatio in fideiussione.*
Promissor & constitutor possunt nudo pacto obligari.
2 *Constitutio pro alio qualiter fiat indebito.*
3 *Testes examinati non tacita parte ad videndum iuramenta, an probent.*
4 *Pœnitentia locum habet, quandiu scriptura non est confecta quam partes voluerunt fieri de contractu.*
5 *Sententia continens manifestam iniquitatem, mandari an possit executioni.*
Iniquitas manifesta æquiparatur nullitati.
6 *Sententia referens se ad acta, per quæ constat de contrario, est nulla, & dicitur euidens iniquitas.*
Sententia nulla non debet exequi.
7 *Sententia iniusta non propterea nulla.*

PER binas relationes latas in magna curia
Vicariæ fuit condemnatus Thomasius, vt
fideiussor Gatti debitoris Bernardi Flo-
rentini pro certo pretio certæ quantita-
tis lanæ venditæ per dictum Bern. dicto Gatto, à qui-
bus relationibus tam pro parte dicti debitoris, quàm
fideiussoris fuit appellatum. & de nullitate dictum in
sacro Consilio. & ad impediendum executionem di-
ctarum relationum dicitur, quòd sunt nullæ. † Pri- 1
mò, quia nō cōstat quòd dictus Thomasius sit fideius-
sor, quia non interuenit stipulatio in dicta fideiussio-
ne, & per consequens non est obligatus fideiussor, vt
in l. cum ostendimus. ff. de fideiussoribus tutorum. &
in l. v. §. satis acceptio. ff. de verb. obl. vbi sine stipula-
tione nō est obligatus fideiussor, licet vt promissor &
constitutor possit nudo pacto obligari: vt Institu. de
actio. §. de constituta. & Bal. in l. blanditus. C. de fide-
iussor. & in casu nostro verba dicti Thomasij non so-
nant in constitutum. † Quia constitutio per hæc ver- 2
ba fit videlicet, cōstituo me solutum, quòd ille debet,
vt dicit gl. in d. §. de constituta. & ff. de constituta pe-
cunia. l. qui autē. in fi. & sic ille Thomasius non est ob-
ligatus, nec vt fideiussor: quia non interuenit stipula-
tio: nec vt constitutor: quia verbū non sonat. Et sic
malè fuit lata sententia condemnatoria. † Secun- 3
dò, quia dicta asserta fideiussio non fuit probata, ex
quo

quo testes, qui deponunt de dicta fideiussione, fuerunt
examinati non citata parte ad videndum iuramenta
testium. Et sic testes non probant: vt in c. in nomine
domini. de testibus, cum concord. Tertiò dicitur, q
illi testes qui deponunt de dicta fideiussione, dicunt,
quòd partes ipsę dixerunt, quòd adhiberetur notarius
pro scriptura conficienda de dicta fideiussione: tunc
succedit iuris dispositio, quæ vult, † quòd donec non
4 est confecta scriptura, quam partes voluerunt fieri de
contractu, habet locum pœnitentia. Et sic cōtractus
non est perfectus, vt est tex. in l. contractus. C. de fide
instru. quia ex hoc constat, quòd intentio contrahen-
tium fuit contrahere in scriptis. Et ista est opinio Azo
nis & Placentini, & Pau. de Castr. ibi, & firmat Salic.
in auth, sed nouo iure. C. si cer. pe. & per consequens
non potuit condemnari. Quartò: quia probatum
fuit in processu, quòd dictus Bernardus creditor,
vt haberet dictum Thomasium in fideiussorem ad-
hibuit hanc fraudem: quia supposuit quendam
alium sub nomine Thomasij, & ostenso testibus dicto
Thomasio, de quo in præsentiarum agitur, dixerunt,
quòd non fuit iste homo, qui ei fuit ostensus pro fide-
5 iussore. † Et propterea dictæ duæ relationes nō pos-
a sunt mandari executioni contra dictum Thomasium
assertū fideiussorem, eò quia continet manifestam ini
quitatem, quæ manifeste iniquitas æquiparatur nulli-
tati: vt in c. inter cæteras. de re iudi. vbi dicit tex. quòd
si sententia fertur iniqua, eam euacuari oportet. Nec
ei debet stari, si iniquitatem cōtinet manifestam. vbi
per illum tex. notatur, quòd sententia continens ma-
nifestam iniquitatem, est nulla, secundùm do. Anton.
de But. & secundùm do. Abb. Sicu. ibi. hinc est quòd
dixit Inno. in c. cùm Bertoldus. de re iudic. quòd si iu-
dex dixit, condemno, quia probatū per A. & B. si ap-
paret ex illis non esse probatum, sententia est nulla.
Et licet contrarium dixerit in c. quoniam contra. de
probatio. tamen secundùm do. Abb. in c. inter cæte-
ras opinio. Innocen in dicto c. cùm Bertoldus verior
est: & videtur hoc tenere Alex. in j. volu. consi. cxxij.
6 in iij. col. † semper ergo quando iudex in senten-
tia refert se ad acta, & per acta, constat de contrario,
dicitur euidens iniquitas, & ex hoc redditur senten-
tia nulla, secundum do. Abb in d. c. inter cæteras. per
l. penult. C. de senten. quæ sine cert. quantita. & l. aic
prætor. §. j. iun. glo. ff. de re iudi. & firmat Alex. in iij.
volu. consil. lxxvij. in j. col. & quādo sententia est nul-
la, non debet exequi, vt habetur in l. iiij. §. condemna-
tum. ff. de re iudi. Et in hoc voto fuerunt aliqui ex do-
minis de Consilio. Maior pars tamen consiliorum
fuerunt in voto contrario, scilicet quòd dictæ duę re-
7 lationes licet videantur iniustæ, † tamen non possunt
dici nullæ: & ideo iuxta ritum sunt mandandæ exe-
cutioni: prout aliàs sic fuit iudicatum in sacro Con-
silio: vt patet suprà decision. xxviij. & facta executio-
ne præstita fideiussione, &c. procedatur in cau-
sa appellationis, & seruatis seruandis reuocabun-
tur dictæ relationes tanquam iniustè latæ, nisi
aliud in contrarium probetur, quod legitimè ob-
stat. & ita fuit obseruatum. vide suprà decisio-
ne. xxviij.

ADDITIO.

a *Duæ relationes* Plenè supra in decisio. xxv.

DECISIO XL.

De actione rei vendicationis, & quæ veniant in ea probanda & de tertio possessore præscribente.

SVMMARIVM.

1 *Actor an debeat probare de dominio venditorum, vel sufficiat probare de possessione.*
Creditor agens contra tertium possessorem, an debeat probare dominium vel solum allegare.
Agens contra habentem causam a debitore, non debet probare de dominio, secus contra non habētem causam.
2 *Titulum acquirens ab aliquo, an videatur fateri illum esse dominum per dictum titulum.*
Intellectus ad gl. l. si rem alienam. ff. de pignor. act. & ad gl. l. cum res. C. si alie. res pigno. data sit.
3 *Vendere rem alienam potest etiam non dominus.*
Venditor non transfert dominium, si non est dominus.
Agens rei vendicatione tenetur probare dominium sui auctoris, & qualiter.
4 *Possessio sola auctori non sufficit ad probandum dominium.*
Dominij difficilis est probatio.
Differentia qualis inter Publicianam & rei vendicationem.
Publiciana agens, quid probare debeat & allegare.
Titulus extinctus habetur pro non titulo.
5 *Bona fides licet præsumatur ex titul., debet allegari.*
Cautela Ang. is.
Precarium habet vim traditionis.
Possidentis quando melior conditio.
6 *Dolus auctoris nunquam nocet possidenti titulo singulari.*
7 *Mala fides auctoris non nocet successori mediato in præscriptione.*
Successor malæfidei mediatus præscribit spatio decem annorum.
Mala fides auctoris in Publiciana non nocet successori mediato possidenti cum titulo & bona fide.
8 *Publicianam an habeat emens bona fide à malæfidei venditore.*
Tertius possessor habens titulum à malæfidei possessore quanto tempore præscribat.
9 *Ignoranti non currit præscriptio.*
10 *Scriptura hominis mortui an probet bonam fidem, & an eis plus deferendum quam scripturæ viuentis. nu. 20.*
Scriptura est index animi, & declarat animum.
Testis vetus etiā, non in figura iudicij inductus bonā fidē.
11 *Bona fides causari potest ex rationibus temerarijs.*
Bona fides venditoris præsumitur si emit pacto res inēpta, & possessio nunquā verè tradita sit per xl. ann. emptori.
12 *Bona fides præsumitur sine titulo ex tempore.*
13 *Remedium possessorium cui competat.*
Forma lib. lis quando possidens precario non vult restituere, remissiuè.
Emptor an possit spoliationem allegare venditore precarium suscipiente, cui nunquam renocatum est precarium, nec interpellatio facta.
24 *Debitor precario possidens & denegans restitutionem, videtur spoliare creditorem.*
15 *Precarium an se extendat contra tertios possessores.*
Actio personalis non sequitur successorem singularem.
Vitium personale est, si constituens precario deneget restituere.

stituere.
Conditio ex lege quanto tempore duret.
16 *Possessio ciuilis perditur ex negligentia illius qui constituit precarium.*
Negligentia constituentis precarium arbitrio iudicis commissa est.
Emptor sciens possessionem naturalem ab alio occupatam per negligentiam decem annorum, perdit tam naturalem quàm ciuilem.
17 *Dominium ex contractu simulato non transfertur, neque possessio ciuilis per precarium.*
Precarium non valet infirmo contractu.
Contractus simulatus in fraudem vsurarum resultat ex pacto de reuendendo iniustitia pretij concurrente, resultat etiam quòd non probatur, quòd sit solitus fenerari.
18 *Contractus antequàm sit simulatus quæ requirantur.*
19 *Simulationis materia in contractibus arbitrio iudicis est submissa.*
Contractum esse simulatum quæ præsumptiones faciant.

CASVS est iste referente domino Carolo de Rogeriis, Do. Henric. Pudericus, sunt anni xlv. emit certas possessiones in terra Gragnanij pro duca. cc. à Marinello Vespulo & fratre, & constituerũt dicti venditores precario nomine possidere. vixit an. xxiij. dictus emptor, & nihil dixit, nec precariũ reuocauit. illi venditores per cõtractũ dotis & per alios cõtractus alienauerũt tertiis ista bona per prius vendita d. Henr. qui possiderũt ista bona spatio lõgi tẽporis. mortuo Henr. hæres eius, dicit de nouo, sibi peruenisse instrumentũ emptionis factę per Henricũ patrẽ, & agit cõtra possessores ipso-
1 rum bonorũ possidentiũ cũ titulo bona fide de petitorio & possessorio. † Dubitabatur de pluribus, vtrũ debeat probare de dominio venditorũ, vel sufficiat probare solũ de possessione ipsorũ. Et Bar. in l. rẽ alienã. in vers. & ideo ego dico &c. ff. de pig. act. tenet, ꝙ quãdo agitur cõtra tertiũ possessorẽ, siue nõ habeat causam à debitore, siue habeat titulũ singularẽ lucratiuum vel nõ, necesse habet creditor probare dominium. Sed alij tenent ꝙ cõtra debitorẽ vel habentẽ causam ab eo sufficit probare possessionẽ, & allegare dominiũ secundũ Cy. & Bal. in l. cũ res. C. si aliena res pign. data sit. & idẽ tenet ibi Bar. vbi tenet, ꝙ agẽs cõtra habẽtem causam à debitore, nõ debet probare de dominio, secus si agit cõtra nõ habentẽ causam à debitore, nõ debet probare de dominio, secus si agit cõtra nõ habentẽ causam à debitore. Idẽ tenet Bald. in l. in rebus. C. de do. ante nup. Et in hac materia, de qua agitur, verior mihi videtur opi. Bar. in d. l. cùm res. & aliorum, vt ꝫ. idẽ tenet ibi Saly. Sed reperio glos. &
2 Ang. in l. j. in ver. à non domino. ff. de publi. quę dicit, † ꝙ si acquiro tit. à te, non videor fateri te esse dominum per dictum titulũ, & hoc allegat Alex. in iiij. vo. cõsi. xliij. in iij. col. dicit Alb. de Ros. in d. l. cùm res, ꝙ vidit communiter obseruari, quòd si agatur cõtra debitorem vel eius hæredem, habet locũ glo. dicta l. cũ res. si agitur cõtra tertiũ, tunc seruatur gl. in d. l. si rem alienã. ff. de pig. actio. & ita sentit glo. ff. de prob. l. ante omnia. quam vidi communiter approbari. Et hoc videtur tenere in effectu Alex. in ij. volu. consi. cxxxvij. & sequenti. Sed profecto omnia ista loquuntur, quando creditor agit hypothecaria. Nos non sumus in isto casu: sed quando habens causam ex titulo emptionis, vbi est instrumentum cum precario agit virtute instrumenti contra tertium possessorem habentem causam venditore primo, vtrum debeat probare de do-
minio vel quasi venditoris: † quia etiam non domi- 3
nus potest vendere rem alienam, vt in l. rem alienam. ff. de contrahen. empt. & l. cum res. C. de proba. Et videtur dicendum, quòd in rei vendicatione debet probari de dominio sui auctoris quia venditor non transfert dominium, si non est dominus, sed tenetur tradere tantùm. l. ex empto. in princ. ff. de action. emp. l. j. ff. de rerum permu. l. traditio. ff. de acqui. rerũ do. licet competat Publiciana: vt in l. j. ff. de pub. & in §. sed ista. Institu. de actio. not. in c. abbate sanè. de re iudi. lib. vj. vnde agens rei vend. debet probare de dominio sui auctoris. l. in rem. in prin. ff. de rei ven. quod qualiter probetur, patet ex notatis in Spe. de actio. & peti. §. sequitur. versi. sin autem velis, & in tit. de loca. §. si. versi. lvj. & per Bart. & Doct. in l. rem quæ nobis. ff. de acqui. pos. & in d. l. rem alienã. & in l. vsucapio. in fi. de vsu. & in l. quidam in suo. ff. de cond. instit. &c.
in l. cùm res. C. de proba. per gl. & Doct. Et hic nihil 4
apparet de dominio Marinelli vẽditoris, † nisi quòd, Marinellus tenuit & possedit, & nihil apparet de titulo suo, ergo non est probatũ dominium: vt concludit Bar. & Ang. in l. j. in fi. ff. de pro. sun. & Inno. in c. illud. de præsum. & Alex. in iiij. vol. consi. xcviij. in fin. & in iiij. vol. consi. xj. in j. col. & in sequenti consilio. Et propterea dicitur, quòd est difficilis probatio dominij: vt in l. cùm res. C. de prob. patet ergo ex prædictis, ꝙ si velimus dicere, ꝙ fuit intentata rei vendicatio ex parte agentis, non est probatum vnum ex duobus extremis, scilicet dominium ex parte agentis. Si verò dicamus, quod fuit intentata publiciana, in qua sufficit agenti probare titulũ: item allegare bonã fidẽ & probare rem fuisse traditã verè, vel probare id quod est loco traditionis, vt in l. j. in prin. & l. sin autẽ. §. j. ff. de publicia. & no. Ang. in l. eum qui. §. publiciana. eo. tit. Itẽ oportet, quòd res non sit præscripta: vt in d. l. j. ff. de Publiciana. Videamus si omnia prædicta requisita sunt in casu, de quo quæritur. Dico, quòd licet appareat de titulo apparenter, tamẽ effectualiter, vt dicitur, ille titulus habetur pro non titulo, ex quo est euacuatus, vel ille titulus fuit resolutus & extinctus: vt j. examinabitur, & sic habetur pro non titulo. l. nec vllam. ff. de pet. hæred. cum concord. Item non fuit al-
legata bona fides: † nam licet bona fides præsumatur 5
ex tit. tamen debet allegari, vnde dicit Ang. in d. §. Publiciana. Sis cautus in allegando bonam fidem. aliâs succumbes, & ita etiã tenet Alex. in ij. vol. con. xcuij. in iij. col. & in eod. vol. consi. cxviij. in j col. & in eod. volumine consi. cxxxiiij. in iiij. colum. Item non probatur de traditione, licet constet de precario: & precarium habet vim traditionis, vt videtur sentire Bal. in l. eum qui. §. fin. ff. de Publiciana. per l. quòd meo. ff. de acquirend. possessio. & l. quidam. ff. de rei vendic. & tenet Oldr. in consi. xiij. & tenet Bart. in l. iij. C. de pignori. & in l. interdum. & in l. quamuis. §. si conductor. ff. de acquiren. possessio. Idem tenet Neapodanus super consuetudine ciuitatis Neapolita. in titu. de emptio. & vend. in j. consuetudine, in gl. in verbo, tradita. Idẽ Bal. expresse in rub. C. de cõtrah. emp. in xvj. q. Itẽ nõ videtur ꝙ cõpetat Publiciana: q̃a cõuẽti habẽt causam à tertio, & agẽs ab alio, & sic nõ ab eodẽ merito potior est cõditio possidẽtis: vt est tex. in d. l. siue autem.

6 autem.§.duobus.ff.de Publiciana.† licet posset dici,
q licet conuenti habeant causam à tertio, tamen in-
specta origine habent causam ab eodémet auctore, à
quo causam habuit actor. & sic præfertur ille, cui
primò est tradita:vt in d.§.duobus. tamen ad hoc re-
spondetur, q hoc est verũ in agente, secus in possidẽte
titulo singulari:quia nũquam dolus auctoris ei nocet:
vt in l.vitiũ.ff de diuer.& temp.præscri.& in l.ij.§.j.
ff.de dol.excep.& not.Bar.in l.rem alienam.ff.de pi-
gno.actio.& nos sumus in possidentibus conuentis
habentibus causam à diuersis, igitur nõ cõpetit Publi-
ciana. Sed in hoc posset fieri vna oppositio: nam
dolus auctoris nocet singulari successori in hoc, quia
non potest præscribere præscriptione longi temporis
cum titulo & bona fide, sed requiruntur xxx.anni: vt
in authen.malæfidei.C.de præscri.lon.temp. Sed ad
hoc respondetur, q sicut mala fides auctoris non no-
7 cet successori † mediato in præscriptione, vt tenent
omnes Doct.post gl.in dicta auth. malæfidei. Ita suc-
cessor malæfidei mediatus præscribit spatio x.ann. &
tenet Alexan.in l. Pomponius.§.j.ff.de acquir.poss.
Mala fides auctoris non nocet successori mediato,
quando agitur Publiciana cõtra successorem media-
tum possidente titulo singulari, vt sit potior conditio
possidentis. Et hoc expressè consulit Alex.de Imo.in
ij.vol.cõsi.xxxix.in iij.col.vbi tenet, q in Publiciana
mala fides auctoris nõ nocet successori possidenti cũ
tit.& bona fide & sine vitio, conuento Publiciana, &
maximè in successore mediato, vt s.dictum est. & hoc
firmat Alb.de Rosa.in l.cũ qui.§.prætor ait.ff.de Pu-
bli.& Alex.in l.rem quæ nobis.ff.de acqui.pos. Et An-
ge.in d.l.eum qui §.prætor ait.damnat gl. ibi & dicit,
8 † q emens bona fide à malæfidei vẽditore, non habet
Publicianam:nam dicit ipse, q hoc est falsum, q imò
habet Publicianã:quia auth.malæfidei non prohibet
præscriptionẽ ex mala fide auctoris, sed maius tẽpus
requirit.& gl.non refert se ad Publicianã, sed ad præ-
scriptionẽ, quod est no.dignum. Item non videtur,
q possit cõpetere Publiciana, quia isti tertij poss. flo-
res præscripserunt spacio x.an.cũ tit.& bona fide, &
sic fuot tuti exceptione præscriptionis, & sic non cõ-
petit Publiciana: vt s.dictũ est. Nam tertius possessor
cũ titulo & bona fide præscribit per x.ann. inter præ-
sentes, & xx.inter absentes.l.j.& ij C.de præscri.long.
tẽp.& not.in l.j.C.si aduer.cre. Ad hoc replicatur
per auth.malæfid. q tertius possessor habẽs titul.à ma-
læfidei possessore, non præscribit per x.ann. Sed requi-
runtur xxx.anni, per auth malæfidei. prææallegata, nisi
quando successor mediatus possedisset per x.ann. tũc
præscribit & est securus: vt dicunt omnes Doct. in di-
cta authen.malæfidei.& Alexan.in d.l.Pomponius.§.
j.& Areti.in §.sed istæ.Insti.de act.& in casu, de quo
quæritur in vno conuento cadit dicta limitatio:& nõ
9 in alijs. † Et sic nullus præscripsit xxx.annis stante
ignorantia agentis, contra quẽ effectualiter non cur-
rit præscriptio, vt cõcluditur per Alex.in l.cum filius.
§.in hac.ff.de verbo.obli. Et dictum fuit s.in causa do-
mini Anto.Maczucchi, ideo ibi me remitto. Sed
respondetur ad hoc motiuum, quia ille Marinellus &
frater qui vendiderunt do.Henr.Pulderiro, non fuit
in mala fide alienando auctoribus istorum conuen-
torum: quia ista venditio facta per Marinellum Hen-
rico fuit resoluta, vt credidit ipse Marinellus attento
eius quinterno, vnà cum pacto apposito in vno con-
tractu, inuento in protocollo, quod dicit, quòd si Ma-
rinellus intra sex menses restitueret Henrico duc. cc.
res esset inẽpta, & cõtractus esset resolutus, & stante
hoc, q nunquã fuit per xl. ann. res vendita tradita: &
sic non fuit in mala fide, sed in bona fide alienando
alijs. Quòd autem fuerit Marinellus in bona fide
ostendit eius quinternus, per quod apparet, quòd ven-
ditio fuit resoluta. † Hic quinternus hominis mortui 10
in hac lite noua probat eius bonam fidem: quia hæc
bona fides consistit in animo per scripturam declara-
to: vt dicit glo.in §.aliæ, Instit.de actio.in c. significa-
sti.de homicidio. Nec obst. q iam per prius aliena-
uit d.Henrico per instrumentum, & sic est præsum-
ptio malæfidei, quando alienauit in aliũ. Hoc est ve-
rũ, si alienatio secũda fuisset illicitè facta, sed per scri-
pturã apparet, q licitè, & licet illa scriptura nõ pro-
bet, quod fuit licitè facta secunda alienatio, tamẽ ap-
paret, q fuit in bona fide. Vnde dicit Bald.in c.j.§.si
duo j.col.de pace tenen. quòd dicta testiũ etiam non
in figura iudicij inducunt bonam fidẽ.& dixit Bal. in
l.j.C.vbi causa status, quòd bona fides causari potest
nedum ex iustis rationibus, † sed etiam iniustis & te- 11
merarijs per gl.in qua not.& voluit Pau.de Cast.in l.
Celsus.ff.de vsuca. Merito ex pacto, q solutis ducen-
tis ducatis d.Henri. res sit empta, & stante quinterno
scripto manu Marinelli, in quo ipse scripsit, q soluti
fuerunt cc.ducati.Henr.per Iac. Sartochum: & ipse
soluit Iacobo Sartocho, & instrumentũ repertũ fuit
penes hæredem Iacobi Sartochi, & sic præsumitur, q
venditio fuit resoluta per not.in l.Labeo.ff.de pactis.
cum consi.& sic apparet, q si Marinellus vel eius hæ-
res postea alienauerunt bona vendita Henrico, fue-
runt in bona fide. Et ideo volunt Doct. quòd stante di
cto pacto, quòd res sit inempta, & possessio nunquam
verè tradita per xl.ann.emptori, præsumitur bona fi-
des venditoris, vt dicit Innoc. in cap. cùm venissent.
de institutionibus.& Bal.in l.fin.in xv.op.C.de edic.
diui.Adria.tenet Paulus de Cast. in consilio ij. † Imò 12
ex possessione tanti temporis, scilicet xxx.vel xl.anni
præsumitur bona fides, etiam vbi nullus apparet ti-
tulus, secundum Bart.in l.fin. C.vnde vi. & Innoc. in
cap.ij.de restitut.in integrum. Et si dicatur hoc ve-
rum nisi in contrarium appareat de mala fide, quia
alteri vendidit. Respondetur, quòd pactum reso-
lutiuum venditionis iustificat possessionem antiquã
post venditionem, concurrente solutione pretij pro-
bata per quinternum, qui non probat: vnde posito si-
ne præiudicio veritatis, quòd ista bona fides fuisset
erronea in iure, prodest quo ad præscrip. xxx. ann. li-
cet nõ quo ad præscripti. longi temporis, vt dicit si-
gnãter Pau de Cast.in l.Celsus.ff.de vsuca. Ex qui-
bus cõcluditur, q actor nõ est in probatis, neq; in rei
vẽdicatione, neq; in publiciana. Videamus, an sit in
probatis in possessorio. dicit ipse actor, quòd ex quo
venditor alteri alienauit, dicitur interuertere posses-
sionẽ ciuilem primi emptoris, † & cõpetit sibi reme- 13
diũ possessoriũ, per l.fi.quæ est vna de l.decisionibus
Iustiniani.C.de acquit.posses. Certè tale remedium
neque in libello, neque in articulis est intentatum. si
enim fuisset intentatum tale remedium, illud sibi cõ-
peteret: vt patet in d.l.fi.& ibi gl.& gl.in l.j.C.cõmu.
de vsuca.& not.Iacob.But.in l.fi.C.de actio.& obli.
& patet ex no.per Bar.in l.non abs re.C.vnde vi.vbi
ponit libellum, quando possidens precario non vult

restituere.& Ang.& Imo.in l. exitus controuersiæ. ff.
de acquir.posses.& Lud.in consi.ccccxxxix. Nec vide-
tur actori posse cōpetere remedium recuperādæ pos-
sessionis, quia ex quo venditor non tradidit, sed con-
stituit se precario nomine possidere, & emptor nun-
quam reuocauit precarium, nec interpellauit vendi-
torem, vt restitueret possessionem: nō potest prætendere,
ꝙ venditor eum spoliauit. vt no. gl. in l. si pigno-
re.§.si post distractum. super verbo, tenetur. ff. de pi-
gno.actio. referendo glo. ad tex. qui dicit possessionē
14 non restituetur. † vnde debitor qui precario pos-
sidet, vel eius hæres, si denegat restituere, videtur cre-
ditorem spoliare: vt in l.fin.ij.respon.ff.de precario.
& ibi per Bart. qui remittit se ad not. per Cyn. in l. ij.
& iiij.C. si cert. peta. no. Bart.in l.j.C.vnde vi. per l.
cum fundum.ff.eo. bene facit l. clàm possidere. §. qui
ad nundinas.ff.de acquir.posses.& ideo dicit Innoc.
in c.bonæ el secundo, de postu.prælatorum quòd qui
precario possidet, si denegat, efficitur res dubia, &
agere debet interdicto.& hoc firmat Bal.in l. ij. ver-
sic.x.quæro.C.de seruitu.& aqua. Et si dicatur, quòd
hæres emptoris nunc agendo contra tertios possesso-
res bonorum emptorum, videtur reuocare preca-
rium: & non restituendo bona, videtur emptorem
vel eius hæredem spoliare, & sic ei competit reme-
dium possessorium d.l.fi.C.de acquir.possessione. vel
15 remedium restitutorium: vt suprà dixi. † nam preca-
rium extenditur etiam contra tertios possessores: vt
dicit Bal.in l. creditor, C. de pignori. quia possessio ci-
uilis translata fuit in emptorem à tempore contra-
ctus: vt in l. quod meo ff. de acquiren. posses. & nota-
tur in l. exitus controuersia per do. ff. de acquirend.
posses.& in d. l. fi. C eod. Sed ad hoc respondetur,
quòd ex precario non videtur penes tertios possesso-
res, quòd res sit affecta vitio reali, & sic personalis
actio non sequitur successorem singularem. l. j §. si hæ-
res. ff. ad Treb. C. de iure dotium. l. licet, quia vitium
personale est, si constituens precario denegat resti-
tuere; vt notatur in l. Pomponius. §. cùm quis. ff. de ac-
quiren. possessione. & Cyn. in l. vitia. C. eo. licet com-
petat remedium. d. l. fina. infra xxx. annos, quia tan-
tùm durat condictio ex l. secundùm Doctores in l. fi.
C. de condictione ex lege, & in casu nostro iam sunt
16 transacti anni xl. Præterea ex † negligentia illius,
qui constituit precariam, perditur ciuilis possessio. l.
quamuis. ff. de acquirend. posses. Bar. in l. si de eo. §. si
fortè eo. tit. & in l. interdum, eod. tit. & iudicis arbi-
trio committitur per quantùm tempus causetur ista
negligentia, vt concluditur in d. §. si fortè. per Ale-
xand. certè magna negligentia est, si per xl. annos
non fuit precarium reuocatum, quando res non est
vitiosa: vt suprà præsupposui. Imò secūdùm Bar. in di-
cto §. si fortè. si emptor sciret possessionem natura-
lem ab alio esse occupatam, & negligit minori tem-
pore x. ann. eam recuperare, perdit etiam possessio-
nem ciuilem. allegat l. quòd meo. §. fin. & l. quamuis
ff. de acquirend. possessione. & tenet etiam Angelus
& Alexand. in d. §. si fortè. & si ignorat tunc requiri-
tur longum tempus, secundùm Pau. de Castr. in l. iij.
§. si quis nunciet. ff. de acquir. pos. & Alex. in d. §. si for-
tè. Præterea hic nullū est vitiū reale, nec personale:
quia stante pacto de reuēdendo modicitate pretij &
17 possessione xl. ann. illa venditio est simulata. † & ex
simulato contractu non transfertur dominiū, neque
possessio ciuilis per precarium, vt dicit Bal. in l. fi. de
feudo dato in vicē legis commisso. vbi dicitur, ꝙ si nō
valet contractus, non valet precariū. & idem in l. ex
testamento. C. de fideic. & tenet Alex. in d. l. ꝙ meo. &
in l. j. si vir. ff. de acquir. posses. ꝙ iure ex pacto de reuē-
dendo cōcurrente iniustitia pretij resultet cōtractus
simulatus, etiam ꝙ non probetur, quòd sit solitus fœ-
nerari. tenet gl. in c. cōquestus. de vsur. Io. And. & Inn.
& Ant. de But. in c. ad nostram. de empt. & vendit. &
ibidem Ioan. de Imo. & dicit ꝙ ista est communis cō-
clusio: & ita etiam tenet Alex. in iij. volu. consi. xlvj.
Et licèt multi sint Doctores, qui dicunt quòd tria re-
quirunrur videlicet † pactum de reuendendo, iniusti- 18
tia pretij, & vna alia præsumptio, vt in c. illo vos. de
pign. & tenet Cy. in l. emptione. C. plus vale. quod agi-
tur. & ita tenet Ioan. And. in d. cap. illo vos. & idem
Cardina. Floren. & Lau. de Roduifis in tractatu de
vsuris. quæstio. lx. & Paul. de Castr. in consil. cccxxvj.
incipiente, in causa mota per dominam Dorotheam.
Tamen in casu nostro est tertia præsumptio, quia ven-
ditor remansit in possessione rei venditæ. Et sic præ-
sumitur contractus simulatus. l. sicuti §. superuacuum.
ff. quib. mo. pig. vel hypo. sol. secundùm Bart. in l. post
contractum. ff. de dona. & Cyn. in l. ij. C. de repudian.
hæredita. & Antonius in c. cùm venisset. de restitutio.
spolia. Et firmat Alexand. in secundo volumine, con-
silio xviij. in quarta. col. Et si dicitur, quòd in casu
de quo quæritur, non datur excessus vltra dimidiam
iusti pretij, sed intra dimidiā: nam pretium est cc. du-
ca. & res valet duca. ccclxxx. † dico, quòd in materia 19
simulationis stabitur arbitrio iudicis, an pretium sit
iustum, vel iniustum, vt præsumatur contractus simu-
latus, vt expressè firmat Bartho. Veronen. in tract. de
simulatione contractus. versic. verum quia in isto li-
bello &c. in vj. opinione: quia non reperitur expressè
à iure limitata quantitas, quando dicitur læsio in pre-
tio, ad hoc, vt præsumatur contractus simulatus: vnde
standum est iudicis arbitrio. c. de causis. in fine, de of-
fic. deleg. & per alias rationes: vt ibi per eum. Et ibi
dixit, quòd text. in c. illo vos, probat, quòd sufficit læ-
sio in viij. parte cum aliis præsumptionibus, de quibus
suprà dictum est. Item est alia præsumptio simula-
tionis: quia dominus Henricus de rebus emptis nun-
quam curauit informari: vt dicitur in dicto tractatu,
in xviij. præsumptione. Item est alia præsumptio;
videlicet liber venditoris mortui, iam sunt anni xxx.
in quo continetur solutio facta eius nomine per Iaco.
Sarroccum, & dicto Henri. † & licet non probet iste 20
liber hoc quod ibi asseritur: tamen maior fides ei ad-
hibetur propter eius mortem, qui scripsit, quàm si
esset viuus: vt dicit Bald. in l. comparationes. in vij. co-
lum. in vers. Cyn. firmat &c. C. de fide instr. & in l. in-
ter chartulas. & ibi dixi. C. de côue. fisci debito. lib. x.

Fuit propterea per omnes dominos in concordia
votatum, quod dicti conuenti possessores absoluan-
tur ab impetitione dicti actoris. Et quia actor petit
in conclusione auctoribus laudatis pecuniam sibi de-
bitam, ex quo nullus fructus recipit in casu, in quo
esset contractus pignoratitius, fuit super ista petitio-
ne ad probandum satisfactionem, & ea quæ incum-
bunt datus terminus ad probandum x. dierum post
ferias resurrect. domini nostri Iesu Christi.

AVDITIO.

De rei vendicatione, & quid requirat, priusquam
compet

competat, tractat Petr. de Anch. consi. cclxxxvj. in
prin. & consi. cccciix. & per Steph. Bertran. parte ij.
consil. ccliiij. nu. 4 & consi. ccclxx. nu. 10.

DECISIO XLI.

De priuilegiis medicorum, & de causis priuilegiatis.

SVMMARIVM.

1 *Medicorum priuilegium super declinatoria fori.*
Iurisdictioni generali non derogatur per speciale priuilegium.
2 *Limitatio ad regulam, generi per speciem.*
3 *Causæ fiscales & pupillorum, atque viduarum sunt priuilegiatæ.*

QVIDAM medicus † fuit conuentus in sa-
cro Consilio pro causa ciuili, opposuit de-
clinatoriam fori, quia est doctor de colle-
gio medicorum, qui ex priuilegio collegij
& cancellarij non potest conueniri, nisi corá cancel-
lario, produxit priuilegiū Reginæ Ioannæ secundæ,
vbi dat iurisdictioné cancellario in ciuilibus & cri-
minalibus, tangentibus doctores medicos de colle-
gio. reddendo alios incópentes. In contrariū alle-
gabatur generalis iurisdictio sacri Cõsilij, & quòd per
dictum priuilegium speciale non videtur derogatum
iurisdictioni generali sacri Consilij per l. j. C. de offic.
2 præfecti vrb. † & sic illa regula generalis, generi per
specié derogatur: fallit in iurisdictionalibus fauore
publico, secūdū Bal. in l. vnica. §. vbi autem. C. de ca-
duc. tollen. & sic tunc melior erit cõditio occupantis.
ff. de iudi. l. si quis post. In contrarium fuit determina-
tum, scilicet, q dictus medicus remittatur ad excellé-
tem cancellariū Regni, prout fuit remissus ad dictum
cancellarium: quia illud priuilegiū concessum fuit in
fauoré dictorū medicorū & collegij, & tunc videtur
adempta quo ad eos iurisdictio à iudice generali.
3 † Vt in simili dicimus, si dicat statutū, q de causis fi-
scalibus vel pupillorum, aut viduarum cognoscat ta-
lis iudex, ná Regés qui habet generalé iurisdictioné,
nõ potest se de talibus causis intromittere. hoc voluit
Bal. in d. §. vbi auté. & est tex. expressus de hoc in l. nec
quicquam. secundo responso, ibi, sanè si fiscalis causæ.
ff. de offic. proconsulis, secundum Pau. de Cast. in l. si
quis cum procur. §. Iulianus. ff. de procu. vbi idem fir-
mat. Secus videretur, si in fauorem causæ esset priui-
legium, vt ibi latius per eum, & sic pari voto dictus
medicus fuit remissus ad cancellarium.

DECISIO XLII.

De expensarum condemnatione in causa appellationis ab interlocutoria.

SVMMARIVM.

1 *Appellans condemnari an debeat in expensis, in appellatione ab interlocutoria, in qua dicitur bene iudicatum, & malè appellatum.*
2 *Iudex ad quem, omittens condemnare in expensis malè appellatum, an videatur absoluisse.*

REFERENTE domino Carlo de Rogeriis
1 fuit dubitatū, † si appellatur ab interlocu-
toria capitanei Regij ad sacrum Consiliū:
& pronuntiatur bene iudicatum, & malè
appellatum: si debet appellans condemnari in expen-
sis. Aliqui dicebāt, q non, quia non erat de stylo sacri
Consilij, sed solū in fine causæ expésæ veniūt reficien-
dæ. Sed quoniā de iure est contrarium: vt patet in c. vt
debitus. & in c. sæpe. & in c. repræhensibilis. de appell.
in c. Nicolao. eo. tit. Et in l. eos. §. ne temere. C. de ap-
pella. l. ab executore. C. quorū appel. & tenet Spec. in
tit. de expen. §. nunc videndum. in prin. & in c. cū ve-
nisset. de eo qui mit. in pos. causa rei seruandæ. idem
tenet Cy. in l. Polla. C. de his quib. vt indig. Bal. in l. fi.
C. quando prouo. nõ est necesse. & idé Bar. in l. sanci-
mus. C. de iudi. & in l. non ignorat. C. de fruct. & litiū
expen. & Lanfr. in c. quoniā contra. in verbo, expésæ.
de probat. aliâs si omiserit † iudex appellationis con- 2
demnare, videtur absoluere. dicit Bal. in l. generali. C.
de episc. & cle. Fuit ergo votatū per omnes, q con-
demnetur appellans ad expensas causæ appellationis
ab interlocutoria, & remittatur causa ad iudicem à
quo, tanquam bene iudicatum, & malè appellatum.

DECISIO XLIII.

Statutum de compromittendo inter coniunctos.

SVMMARIVM.

1 *Statutū de cõpromittendo inter coniunctos qualiter fiat.*
Agens ad vitam & militiam contra possessorem feudi, an possit compelli ad compromittendum in vim statuti de compromittendo inter coniunctos.
2 *Vita & militia est onus feudi & loco portionis.*

DICTAT pragmatica Regis Ferdinandi,
† q causæ inter cõiunctos compromittā- 1
tur ad instantiam vnius partis petentis an-
te donationé termini, ad probandū exce-
pta causa feudali. Modò secundò genitus agit in sa-
cro Consilio: & petit vitā & militiā à possessore feudi
qui habet causam à primogenito, & ipse possidens si-
militer est consanguineus agétis: reus dicit, q causa
debet cõpromitti. replicatur, quòd est quæstio de vita
& militia, quæ est loco portionis feudi seu pars feudi,
& sic nõ debet cõpromitti. In cõtrariū quòd debet
cõpromitti: quia est quæstio de fructibus feudi, & non
de portione feudi. Quæritur, quid iuris. Fuit votatū
per omnes, vno solo excepto, quòd vigore pragmati-
cæ nõ pôt cõpelli actor agens ad vitā & militiā ad cõ-
promittendū, † quia vita & militia est loco portio- 2
nis feudi & onus feudi: vt patet per And. in consti. co-
mitibus. Et semper fuit interpretatū, quòd est, vt feu-
dum, & pro eo seruit curiæ, & sic nõ debet dicta causa
cõpromitti vigore Regiæ pragmaticæ. Veruntamé
est, q si est quæstio nõ de vita & militia, sed quātū de-
bet esse, tūc pôt cõpromitti: quia nõ est qõ de feudo: &
ita etiā dicit An. in cõsti. comitibus. Ibi dū dicit iudi-
ces magnæ curiæ &c. Et ita votatū fuit in cā. Maccei
Carbo. cū filio Ant. Carb. sup petitiõe vitę & militię.

ADDITIO.

Vide decisionem xlvj. j.

DECISIO XLIIII.

De fructibus bonorum vxoris, per maritum administratorum, & de legato vxori animo compensandi facto.

SVMMARIVM.

1 *Fructus bonorum feudalium vxoris percepti per maritum,*

tum an veniant restituendi per eius heredes.
Feudum quod obuenit vxori post contractum matrimonium, an dicatur paraphernale, vel quid extra dotem.
Paraphernalia bona quæ dicantur.
2 Confessio tanquam erronea facta conclusione in causa possit reuocari.
Error probari non potest post conclusionem in causa, si sit nocinus.
Error nominis qui corrigitur, dicitur declaratio, & non mutatio.
3 Intellectus ad l. edita. C. de edendo.
Error nominis in libello quando constare dicatur.
4 Administratio tacitè viro concessa videtur, si dicatur in libello vxoris, quòd bona sunt paraphernalia.
5 Heredes viri an teneantur ad restitutionem fructuum de bonis paraphernalibus per maritum perceptorum. nume. 7.
Maritus fructus industriales ex bonis vxoris per consumptionem lucratur.
Vxor exigendo fructus naturales magni momenti ab heredibus, mariti impensas reficere tenetur.
6 Pensiones an dicantur fructus naturales, vel industriales, & dicuntur fructus ciuiles.
7 Pensiones appellatione fructuum veniunt sub larga significatione.
8 Maritus in casu dubio an præsumatur, quòd percepit fructus de voluntate vxoris.
9 Legatum factum per maritum vxori animo compensandi, an se extendat ad fructus bonorum extra dotem obuenientorum.
10 Testator legans vxori creditrici animo compensandi cum seruitiis præstitis & aliis iustis causis, an intelligat etiam de debito & de iusta causa debendi.
Testatoris mens ex verbis generalibus comprehenditur.
11 Dispositio in genere idem operatur, quod in specie.
Generaliter contenta an habenda, ac si specialiter expressa.
12 Species continentur sub genere.
Verba generalia ad omnia extenduntur.
13 Generaliter factum non satisfacit legi requirenti specialitatem.
Maritus legans vxori & non exprimens, an pro dote vel pro debito, an intelligat, quod vtrunque soluatur.
14 Expressa etiam dicuntur quæ ex coniecturis apparent.
Probatio per coniecturas dicitur probatio manifesta.
15 Expressè quando dicatur fieri, quòd per verba specialia fit.
Nouatio expressè an fieri dicatur, si per coniecturas appareat de partium voluntate ad nouandum.
Intellectus ad l. fi. C. de nouatio.
16 Probatio apertissima fieri debet, si dubitetur de qua heredis persona testator sensit.
Probatio quæ per indicia fit, an possit dici apertissima.
Compensandi voluntas qualiter probetur.
17 Mens etiam tacita in testamentis potius attendenda quàm verba.
18 Testatoris mens regulatur ex verisimili.
19 Verba in compensationem seruitiorum, in testamentis posita, qualiter intelligenda.
Verba testamentorum operari debent etiam minima.
20 Testatoris voluntas talis præsumenda, qualis esse debet, sic & de quolibet alio.
Testator in dubio quod fingatur cogitare.
Testatoris mens in dubio adhæret legi aut statuto.
21 Testator præsumitur magis dilexisse agnatos, quam extraneum. nu. 27.
Vxor de extraneis est, soluto matrimonio.
22 Testatoris verba generalia qualiter intelligenda.
23 Verba in scripturis redacta, quàm capiant interpretationem.
Testator legans id, quod debet, de quo debito intelligat.
24 Donatio nunquam præsumitur, vbi potest dari alia coniectura.
Legatum quando pro legatario interpretandum.
25 Testator non eligit viam, per quàm eius dispositio impugnetur.
26 Verisimile in interpretanda defuncti voluntate attendendum.
Verisimile habetur pro expresso.
Lex fingit, quòd testator plus dixit, quã notarius scripsit.
Verba quando impropriãda.
27 Verba sequentia post testamentum declarant animum testatoris. nu. 29.
28 Compensandi animus ex quibus coniecturetur.
Grauatus qui habet facultatem rei præstandæ, facilius præsumitur, quàm qui non habet, sed oportet redimere.
29 Vxor contenta de testamento, an videatur renunciasse iuribus suis extra testamentum.
30 Seruitium in vxore exponitur pro obedientia.
Vxor debet de iure operari viro, etiam in telis faciendis.
Mulier complacens viro, non propter hoc præstat obedientiam.
31 Legatum si factum sit animo compensandi cum fructibus, & fructus excedant, an fructus integri debeantur.
32 Partis appellatione in dubio venit medietas.
Fructus tantò minores sunt, quantò maiores sunt expensæ operarum in illis.
33 Inuentarium qui tenetur facere & non fecit, præsumitur dolosus & bonorum vsurpator.
Heres qui non tenetur ad inuentarium ex dispositione testatoris, præiudicare creditoribus non potest.
34 Legatarius iure sibi legata, heres esse censetur.

DE TRIBVS mihi occurrit esse dubitandum pro decisione præsentis causæ. Et primò verum dicti fructus percepti per dominum Thomasium Brancacium de bonis feudalibus dominæ Iuliæ eius vxori veniant restituendi per hæredes viri. Secundò an si maritus legat vxori omnia mobilia, & cum animo compensandi cum bonis seruitiis, & aliis iustis causis, videatur legare animo compensandi cum ipsis fructibus perceptis per eum spacio tanti temporis.

Tertiò si hæres dixit vxori testatoris, quòd deberet facere inuentarium bonorum mobilium, & illa dixit, quòd non vult quia omnia sunt sua, & quòd est contenta de omnibus contentis in testamento præterquam de domo. Et si deficiat aliquid in bonis mobilibus, vt ipsa asserit respectu eius, quod debet habere de fructibus perceptis per virum, esto quòd debeant fructus compensari cum legato, si propter inuentarium non factum possit petere id quod est plus in debito fructuum perceptorum per virum. Ad primum dubium † dico, 1
quòd est videndum, an dictum feudum quod obuenit dominæ Iuliæ ex successione paterna post con-
tractum

tractum matrimonij, dicuntur bona paraphernalia vel bona extra dotem. Et certè si inspicimus libellū & articulos dominæ Iuliæ, apparet, q sunt bona paraphernalia: quia sic ipsa dicta bona appellat. Et licet facta conclusione in causa reuocet illam confessionē tanquam erroneam, eò quia in contrariū est rei veritas. quia illa bona feudalia non fuerunt traducta vel tradita viro, & sic non possunt dici paraphernalia: vt patet ex dispositione l. si ego. §. dotis. ff. de iure do. & in l. fi. C. de pact. conuentis. Sed dicuntur bona extra dotem, quæ obuenerunt vxori post contractum matrimonium: vt notatur in l. maritus. C. de procur. & Abbas in c. constitutis de procur. Stat dubiū, vtrum hæc cōfessio possit reuocari probando, q obuenerūt post contractū matrimoniū, & non fuerunt tradita.

2 †Et primò videndū est, vtrum confessio post conclusum, in causa possit reuocari tāquàm erronea. Et dicendum est, quòd post conclusum in causa non potest probari error, vt dicunt Archi. & Ioan. Andr. in nouella in c. ij. de rest. in integrū. lib. vj. Sed bene potest reuocari, quando nihil venit probandū, & constat de errore: & talis error in libello non nocet, secundùm Bart. & Bald. in l. errores. C. de erro. aduo. & Bal. in l. j. C. de falsa causa adiec. leg. & Inno. in c. j. de confessis. & quando erratum est in nomine, & corrigitur, non dicitur mutatio, sed declaratio: vt dicit

3 Ang. in l. hæredes palàm. §. si quid post. ff. de testa. † Et illud quod dicitur, quòd post litem contesta. error in libello non potest corrigi, secūdùm Bal. in l. edita. C. de edendo. & in l. ex his. C. de testa. militis. nō loquuntur de errore nominis in libello, sed de alio errore. Et dicitur constare de errore, quādo constat de contrario eius quod fuit cōfessus: vt dicit Bar. in l. non fatetur. ff. de confes. & in l. de ætate. §. ex causa. & §. qui iusto. ff. de inter. actio. notat Lanfrā. in c. quoniā contra. in verbo. cōfessiones. de probat. Modò videamus, vtrū dicendo in libello, q bona sunt paraphernalia, dicatur cōstare de errore, ex eo quòd probatur, quòd obuenerūt constante matrimonio vxori. dico, q non dicitur probatus error: quia licet obuenerunt constante matrimonio, si tamē vxor cōcedit marito administrationē, idem iudicandū est de istis, sicut de bonis paraphernalibus: vt dixit Alexan. de Imol. in j. vol. consil. xlij. Et dicendo in libello, quòd sunt bona paraphernalia: tacitè inest, quod cōcessit custodiam & administrationē viro, & videtur eum constituisse procuratorē: vt notatur in d. l. maritus. esto, q obuenerunt post contractū matrimoniū: & sic non dicitur probatus error ex eo quòd bona ista obuenerūt pòst, & non probatur de mandato: vel quòd de voluntate

4 vxoris. † nam eo ipso quod dixit, quòd sunt bona paraphernalia, videtur fateri quòd habuit tacitum vel expressum mandatū: vt in dicto §. dotis. & dicit Azo in summa. C. de iure dotiū. Et probādo domina Iulia, quòd maritus nō faciebat eam dominā vnius carlini, non propterea videtur inferri quòd maritus non habuit tacitum vel expressum mandatum, ex quo vxor dixit, quòd sunt bona paraphernalia. Ex hoc sequitur conclusio, quòd non est reuocata confessio in libello & articulis tāquàm erronea, cùm error nō sit probatus. Et sic habemus de necessitate dicere, prout dixit ipsa domina Iulia, quòd ista bona sunt paraphernalia.

5 † In bonis autē paraphernalibus, vtrum hæredes mariti teneātur restituere fructus perceptos per maritum, Bart. in l. penul. ff. ad leg. Falci. distinguit: Aut loquimur in fructibus extantibus: & tunc siue sint naturales, siue industriales, & debent restitui, vt in d. l. penul. & arg. eius quod dicitur de vsuris extantibus, in d. l. fin. & l. si stipulata. §. j. ff. de dona. inter vi. & vxo. Aut fructus sunt cōsumpti: & tunc aut sunt industriales, aut naturales. Si sunt industriales non tenetur, quia per consumptionem eos lucrifecit l. de his. C. de donat. inter virum & vxorem. Et sufficit, quòd dicat consumptos, donec probetur extare, secundum Bar. in d. l. penultima. Si verò sunt fructus naturales, si sunt magni pretij, tenetur restituere quatenus est locupletior. d. l. si stipulata. §. j. & d. l. penul. si parui pretij, non tenetur. l. si id quod. §. j. & l. virum. ff. de do. inter virū & vxorē. Dicit Saly. in d. l. fi. quòd impensas in exigendo cōpensabit. secūdùm Cy. in d. l. fi. arg. l. emptor. ff. de rei vend. Istam distin. cōmuniter sequuntur Doctores in d. l. pen. & in d. l. fi. per Saly. & Docto. in d. l. maritus. & Alex. in v. vol. consi. cxliiij. vbi etiam quærit, † an affictus dicantur fructus naturales, vel industriales: & dicit, quòd iudicantur, vt de fructibus naturalibus: allegat Bald. in l. vbi adhuc. C. de iure dotū. 6

Sed contrarium tenet dominus Mari. Soci. in cōsilio, an fructus rerum paraphernaliū. vbi nihil allegat: sed Bal. in l. ij. in princ. C. de vsur. & fruc. lega. tenet, q sit industrialis: & idem tenet Bald. in l. si traditio. in fi. C. de actio. emp. & vend. vbi dicit, quòd sunt industrialissimi. Ale. in secūdo volumine, cōn. clxxx. in fi. dicit, quòd affictus & pensiones dicuntur fructus ciuiles. l. si nauis. ff. de rei vend. gl. in l. diuortio. ff. sol. mat. Bar. in l. ex diuerso. ff. de rei vendicatio. Anto. de Bur. in c. grauis. de restitutione spolia. Et licet non sint fructus naturales, tamen sunt ad similitudinem eorum l. prædiorum. ff. de vsur. iuncta. l. si nauis. † & 7 appellatione fructuum veniunt pensiones sub larga significatione, secundùm Ant. de But. in c. cùm dilectus. de consuetudine. & ibi Ioā. de Imol. Et ex his patet decisio primi dubij. Fateor tamen, quòd Bart. in consi. cxxv. incipiente, quæstio talis est, Titius habens vxorem, &c. tenet, q fructus consumptos bonorum paraphernalium siue naturales, siue industriales, nō tenetur hæres restituere. Illud consiliū Bar. refert Baldus in l. assiduis. C. qui potio. in pignore habeantur. idem Bal. in c. penul. de consuetudine. idem Bald. in c. si duo. de fratri. de nouo bene. inuest. Item Ludouicus in consi. cclxxx. in fine. Sed Paulus de Castro tenet, q fructus bonorū paraphernalium indistinctè tenetur hæres mariti restituere, in consilio, clxxxvj. incipiente, super primo. Tamen distinctio Bar. vt plurimum est communiter approbata. vide tamen Bald. in l. vbi adhuc. C. de iure dotium, cum similiter.

Sed quando non diceretur paraphernalia, sed extra dotem. Vtrum maritus, vel eius hęres teneatur restituere fructus tunc adhibetur ista distinctio, quæ sumitur ex dictis Mart. Sill. quem refert Bart. in d. l. penul. ff. ad l. Falcidiā. videlicet. Aut maritus percepit fructus de istis bonis extra dotē de voluntate vxoris!

Aut contra eius voluntatem. Primo casu si de volūtate vxoris, & tunc distinguitur, prout suprà cōclusum est in bonis paraphernalibus. Secūdo casu, si contra eius voluntatem percepit: & tunc siue extēt, siue sint consumpti, siue sint naturales, vel industriales, tenentur hæredes restituere: vt in l. si stipulatus. ff. de donat. inter vir. & in l. de hæreditate. eodem titu.

8 †Si autem sumus in casu dubio, quia non apparet
de voluntate vel de cõtractione vxoris, & istũ casum
omisit Bar. in d. l. pen. dicit Bal. in cõsilio. est sciendũ
quod non inueni in libris impressis. Sed illud refert
Alex. in consil. iiij. vol. consil. lxiij. & in d. l. penul. de
Fal. & in v. vol. consi. cxliiij. ꝙ præsumitur cõtra eius
voluntatẽ percepisse. Sed Raphaël Cu. vt refert Iason
in l. maritus. C. de procur. tenet contrariũ ꝙ in casu
dubio præsumitur eius volũtas: hoc est, quòd maritus
percepit de eius voluntate, & ita pertransiuit consi-
liũ in hoc dubio, excepto Ioanne Baptista Brancacio.
9 Ad secundum dubium.† An si maritus legat vxori
certum quid, animo cõpensandi cum seruitiis & aliis
iustis causis videatur cõpensare etiam cum fructibus
perceptis per vnum ex dictis bonis excadentialibus.
Docto. in l. si cũ dotẽ. §. si pater. ff. sol. matri. distin-
guunt inter debitum necessariũ ex legis dispositione,
& debitum voluntariũ. Primo casu inducitur cõ-
pensatio, etiam ꝙ non dicatur animo cõpensandi, vt
in d. § si pater. & in l. cùm pater. §. qui dotale. ff. de le-
gatis secundo. & not. in l. huiusmodi. & ibi plene per
Alexan. ff. de leg. primo. l. Titia. §. qui in vita. ff. de leg.
secundò. Si vero debitũ est voluntarium: & tunc si
non apparet expresse, ꝙ voluit compensare, non præ-
a sumitur animus compensandi,[a] per tex. in l. vnica. §.
sciendũ est. de rei vxo. actionẽ. per text. in l. creditorẽ.
ff. de legatis secundo. Ita etiam firmat Paul. de Cast. in
consi. cxxxij. incipiente. licet ista domina Lippa. bene
facit tex. in l. pecuniæ. ff. de alimen. & ciba. lega. idem
tenet Bal. in l. si adult. C. de hæred. actio. Ang. in auth.
præterea. C. vnde vir & vxor. Alex. de Imola in ij. vol.
consi. xij. in ij. col. & in eodem vol. consi. cxxxij. dom.
Card. & Ioan. de Imol. in c. officij. de testamentis. vbi
distinguit sic. Aut debitor legat animo cõpensan-
di, & hoc constat. & tunc creditor alterũ tantũ petet.
l. si cõpensandi. C. de hæredi. insti. l. si ab vno. ff. de leg.
secũdo, & in d. c. officij. Aut legauit animo non com-
pensandi. & hoc constat: & creditor petit vtrunque.
d. §. sciendũ. Aut est dubium, & tunc. Aut est de-
bitor ex dispositione legali, & intelligitur relinquere
animo compẽsandi. d. §. si pater. Aut est debitor ex
obligatione contracta: & non intelligitur relictum
animo cõpensandi. d. l. creditorẽ. ff. de lega. ij. & istam
distinctionem sequitur de verbo ad verbum Ioan. de
Imola ibi, ꝙ aut in casu de quo quæritur, sit inducta
compensatio per dicta verba cõtenta in testamento
domini Thomasij, probatur pluribus rationibus.
10 † Et primò, quia testator legauit vxori creditrici
animo cõpensandi cũ seruitiis præstitis. & aliis iustis
causis: quæ verba sunt generalia apta cõprehẽdere ex
quacũque iusta causa, ipse testator tenetur, ꝙ legatum
sit animo cõpensandi: nam ex verbis generalibus te-
statoris cõprehenditur eius animus siue mẽs: vt patet
in l. si quis in princ. testa. ff. de legatis tertio. & in l. fi.
C. quod cum eo. l. quam Tuberonis. §. j. ff de pecul. no.
in c. qui ad agendum. de procu. lib. vj. hæc iura ad hoc
allegat Alex. de Imola in ij. vol. consi. cxv. in vij. colũ.
Et propter dicta verba generalia videtur generaliter
cogitasse omnẽ iustã causam debendi: vt in l. qui iure
militari ff. de testa. milit. Bar. in l. sub prætextu specie-
rum. C. de transact. quæ iura ad hoc allegat Alexã. de
Imo. in j. vol. consi. xlij. in v. col. ver. iiij. quia etiam si
11 dicta domina. † Et dispositio in genere idẽ operatur,
quod operatur dispositio in specie. d. l. qui iure mili-
tari. & Doct. in d. l. sub prætextu, & Ang. in l. tres fra-
tres. ff. de pactis. secundũ Alexandrum in iij. vol. con-
silio xcvij. in j. colũ. Et sic illa verba generalia, & aliis
iustis causis probant eiusdẽ testatoris mentem, quòd
legauit animo compensandi cum fructibus perceptis
per eum de bonis extra dotem. nam ea quæ continen-
tur in genere, habẽtur ac si specialiter essent dicta, vt
in l. si quãdo. ff de leg. primo. l. si chorus. ff. de leg. iij. l.
omnes. de præscrip. xxx. anno. not. Bald. in l. in testa-
mento. ff. de mili. testa. Bal. in l. j C. de iura. cal. & in l.
fin. C. de iure ann. aute. & in c. j. in principio, per quos
fiat inuestitura. Et per consequens sub verbo, animo
cõpensandi cum seruitiis & aliis iustis causis, cõpre-
henditur causa iusta debiti & perceptionis fructuum
ex bonis extra dotẽ, † quia sub genere continetur eius 12
species, vt in d. l. si chorus. cum simi. quia verba gene-
ralia ad omnia extenduntur. l. pluribus. ff. de acceptil.
l. emptor. §. Lucius. & ibi gl. & Doct. ff. de pac. Cyn. &
Bal. in d. l. sub prætextu specierũ, & in d. l. si decreta.
C. de transact. in l. cũ tutoribus. §. fi. ff. de trãsact. & in
l. si ex pluribus. in princ. ff. de solut. & in l. Aurelius. §.
Caius. de libe lega. Doct. in c. j. de transactio. quæ iura
allegat Alex. in j. vol. consi. xlvj. in j. col. Et si dice-
retur. ꝙ vbi iura dicunt, quod specialiter aliquid ex-
primatur, non sufficit exprimere in genere. per nota.
in d. c. qui ad agendũ. & in l. ij. §. quæsitũ. ff. si quis cau-
tio. & dicit Ang. in authen. de hæredi. & falci. §. si verò
expressim. quod non videtur satisfactum legi, † vbi- 13
cũque lex requirat aliquid specialiter fieri seu expres-
sim, si fiat verbis generalibus, & idem Angel. in auth.
de nup. §. solutio. & per Bar. in l. fi. §. omnẽ. in verbo,
specialiter. C. de admin. tut. facit lex. si quando. §. &
generaliter. & ibi Bal C. de inoffic. testamẽ. quæ iura
allegat Andræas Barbatia in consilio xix. in fine. Sed
textus in d. l. vnica, §. sciendũ. de rei vxo. acti. dicit, ꝙ
quando maritus legat vxori, nisi expressè dicat, quòd
pro dote vel pro debito legat, quòd habebit vtrũque,
scilicet debitũ & legatũ: ergo &c. Ad hoc respon-
detur, † ꝙ expressa dicuntur esse, non solùm illa quæ 14
apparent ex verbis expressis, verùm & ex coniecturis:
vt in l. licet Imp. ff. de legatis primo. ff. de manu. testa-
mento. l. si quis locuples. nam & probatio per conie-
cturas dicitur probatio manifesta. l. licet. ff. de legatis
primo. l. si quis locuples. de manu. testamen. Bar. in l. si
quando. C. vnde vi. & in l. j. in fin. ff. de verborũ oblig.
vt dicit Alexan. in ij. vol. consi. xxiiij. in ij. colum. Nec
obstant in cõtrarium allegata secũdum Angelum in
d. §. si verò expressim. quòd vbi lex requirit aliquid
fieri expressè pro eo, quia factum simpliciter est con-
tra dispositionem iuris communis, tunc illud videtur
fieri expressè, quod fit per verba specialia, hæc im-
portantia, ita loquuntur cõtraria. Sed vbi per legem
aliquid requiritur fieri expressè, non ex eo quod fiat
contra dispositionẽ iuris communis, † sed quia lex sic 15
mandat, quòd fiat expressè, tunc expressè dicitur fieri
etiam si ex coniecturis apparet. ista sunt verba notã-
da Angeli in dicto §. si verò expressim. Et pro confir-
matione huius doctrinæ, allego: nam hodie requiri-
tur quòd nouatio fiat expressè. vt in l. fin. C. de noua-
tio. & ita dicit illa lex, & tamen dicitur expressè fieri
nouatio, si per coniecturas appareat, quòd partes vo-
luerunt facere nouationem, ita satisfactũ est legi vo-
lenti, quòd expressè fiat compensatio: ita tenet Ioan.
de Imo, in l. delegare. ff. de nouatio. & sentit Cyn. in
d. l. fi.

d.l. fin. hoc expresse firmat Alexander in iij. vol. con-
silio lxxiij. in j. col. Item pro hoc allego Bald. in l. in
tempus. in fi. ff. de hæredibus instituen. vbi dicit, quòd
quando dubitatur de persona hæredis, scilicet de qua
16 sensit testator, debet fieri probatio apertissime: † ta-
men dicitur apertissima probatio, si fiat per indicia,
argumen. ff. de leg. j. l. Imper. & ff. de rebus dubiis. in l.
qui habebat. & in materia cõpensationis reperio Alb.
de Ros. in l. filia legatorũ. C. de leg. vbi dicit, quod volun-
tas cõpensandi probatur, sicut aliàs probatur volun-
tas per cõiecturas. in l. cùm proponebatur. ff. de lega-
tis ij. & in l. iij. ff. de inoffic. testa. licet dicat, quod Guido
de Suza tenet, quòd debet talis volũtas expresse pro-
bari per duos testes talẽ declarationẽ voluntatis, quia
istud non est probare testamen. sed declarationem: vt
in l. hæredes palàm. §. sed & si not. ff. de testam. Si ergo
verba generalia declarant animũ compensandi, ergo
17 expresse inducta est cõpensatio, † cùm in testamentis
potius mens etiã tacita, quàm verba sint attendenda,
vt in l. iij. C. de lib. præteri. l. inter vestem. ff. de aur. &
arg. leg. l. cùm quæst. C. de leg. quæ iura ad hoc allegat
Alex. in iij. vol. consil. lv. in j. col. Secundò, quod dictũ
legatum sit factum animo compensandi cum fructibus
perceptis apparet, quia sic est verisimile, ne testator
voluerit duplici onere velle grauare suos fratres car-
nales hæredes suos proximiores in gradu & ab inte-
stato ei successuros. videlicet vt teneantur soluere le-
gatũ ita vniuersale: & ipsos fructus perceptos spatio
quadraginta ann. ascendentes ad summã ducatorum
quinquaginta per annũ: vt dicit Iurisconsultus in l. Ti-
18 tia. §. qui in vita. ff. de leg. j. † mens testatoris regulatur
ex verisimili. l. si seruus plurium. §. fi. ff. de leg. j. cum spi-
ritualis. de reg. iuris. l. sicut certi. & l. si cùm vel in vro-
re. C. de testa. milit. & l. Titius. in princ. §. j. ff. de lib.
& posthu. Alexand. in iiij. vol. consi. lxxxvij. in vj. col.
cùm ergo non videatur verisimile, quòd testator vo-
luisset suos hæredes sic duplici onere grauare, attentis
dictis verbis contentis in legato, præsumẽdum, quòd
voluit cõpensare cum dictis fructibus. Nec obstat, quod
illud verisimile, de quo loquitur tex. in dicto §. qui in
vita procedit in debito necessario, quia dico, quod ratio,
ne videatur duplici onere grauare hæredẽ, procedit
tam in debito necessario, quàm in debito volũtario,
quandò ex coniectura apparet de animo cõpensandi,
vt suprà dictũ est, quod sic bene facit tex. in d. §. qui vita
in ratione sua. Tertiò si testator legasset simpliciter
vxori dicta bona, & non dixisset in compensam serui-
tiorum & aliis iustis causis, tale legatũ præsumeretur
factum ob meritã. tex. est in l. nec adiecit. ff. pro socio.
19 † Si illa verba, in recõpensam seruitiorum, intellige-
rentur ob merita & seruitia recepta, nihil importa-
rent, quia esset expressum id, quod tacitũ inerat. l. iij.
ff. de leg. j. l. non rectè. C. de fideius. l. si arrogator. ff. de
adoptionibus, cum si. & verba posita in testamentis
debet semper aliquid operari, vt l. si quãdo. ff. de leg. j.
Ideo dicit Bal. in rub. C. de cõtrahen. emp. in ix. quæst.
quod quodlibet minimum verbũ non debet esse sine vir-
tute aliquid operandi. c. si Papa. in fine. de priui. lib. vj.
cum concord. ergo illa verba, pro bonis seruitiis &
aliis iustis causis, intelligi debent, quòd facit dictum
legatũ animo cõpensandi cum dictis fructibus, quos
20 ipso percepit. † Quartò talis præsumitur esse volũ-
tas testatoris, qualis esse debet, quia testator fingitur
cogitare, quòd lex disponit, vt dicit Bald. in l. preci-
bus. in xviij. col. C. de impube. & aliis substi. allegat l.
cum quidam. ff. de acquiren. hæred. quia voluntas alī-
cuius talis esse præsumitur; qualis esse debet. dicit in
Bald. in l. j. in v. colum. C. de sacrosanctis eccle. & di-
cit Bart. in l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebellia.
quod testator præsumitur voluisse id, quod vult lex, siue
statutum. idem Ioan. de Imo. in l. fi. de condi. insti. vo-
luit Alex. in iij. vol. consil. xxxvj. in iiij. col. Sed legis
dispositio vocat fratres ad hæreditatẽ fratris deceden-
tis sine descendentibus, vt in iurib. vulga. & præsumẽ-
dum non est, quod testator voluit præferre vxorem suis
agnatis, † quia testator magis præsumitur dilexisse 21
agnatos, quàm extraneũ. l. generaliter. §. cum autẽ. C.
de institutionibus & substitutioni. & in l. cum auus.
de conditio. & demonstratio. & in l. cùm alienã. C. de
legatis. l. j. cum glo. in verbo, paterno. ff. in ius vocaui
eant. secundùm Alex. in ij. volu. consil. cxxx. in ij. col.
Si enim testator instituit fratres hæredes in certis bo-
nis stabilibus, & vxori reliquit tam amplũ legatum
in compẽsationem seruitiorum & aliarum iustarum
causarum, & non intelligeretur animo compẽsandi
cum fructibus, solutio fructuũ facienda per hæredes
absorberet totã quasi portionem ipsorũ fratrum, &
esset expresse contra mentem testatoris, & sic vt eius
mens seruetur, debemus intelligere, quòd animo cõ-
pensandi fuit factum tale legatũ. † Quintò, quãdo 22
verba testatoris sunt generalia, debẽt ita intelligi, vt
non videatur testator alienam agnationem suæ agna-
tioni anteponere. l. cum acutissimi. C. de fideicõ. &
d. l. cum auus. & d. l. generaliter. § cum autẽ notat Ale-
xand. in ij. vol. consi. xxviij. in ij. col. Igitur illa verba
generalia, animo compensandi cum seruitiis & aliis
iustis causis intelliguntur in fauorẽ suorum fratrum
hæredũ, scilicet vt sit facta cõpensatio cum fructibus
& non in fauorẽ vxoris, vt hæredes soluãt vtrunque.
Sextò ostenditur, quòd illa verba, quod legat animo
compensandi cum seruitiis & aliis iustis causis, debẽt
intelligi ciuiliter, † quia sunt in scripturã redacta, & 23
non secundum vulgarẽ & communem vsum loquẽdi:
vt dicit Bal. in l. legẽ. in fi. C. de legit. hæred. & Cy. in l.
si cum auctoritate. C. de donat. ante nup. tenet Alexã.
in iij. vol. consi. lxxxvij. in viij. col. Sed si testator legat
id, quod debet, intelligitur de eo debito, quod potest
ab eo inuito extorqueri: vt in l. si cui. §. Flauius. ff. de
solutio. l. vel obligatus. §. j. ff. de libe. causa. l. debitor.
ff. de verb. signifi. ita debent intelligi illa verba, scili-
cet, quòd legatũ sit factum animo compensandi cum
illis seruitiis, pro quibus poterat cõueniri. Sed ad ser-
uitia obsequialia domus, quæ fecit vxor marito, non
potest cõueniri, & sunt seruitia de quibus potest con-
ueniri, quia fecit expectationem cum marito tanti
temporis deductis fructibus, meritò de hoc seruitio
intelligitur fecisse cõpensationem. † Septimò, vbi 24
potest dari alia coniectura quam donationis, cessat
præsumptio donationis. l. si cum aurũ. ff. de solutio. l.
cùm de indebito. ff. de probatio. l. eleganter. §. qui re-
probes. ff. de pign. actione. & not. Alexand. in ij. volu.
cõsi. clxxvij. in fi. & in aliis suis cõsiliis. Sed dicta ver-
ba, animo compensandi, etiam vt cessat animus do-
nandi, possunt intelligi in compensationẽ fructuum:
ergo non debet intelligi, vt importent donationem.
Octauò tunc pro legatario debet legatum inter-
pretari: vt in l. in testamentis. ff. de regul. iuris. & in c.
cùm dilecti. de donatio. quando nulla in contrarium

apparet coniectura, aliàs secus: vt dicit Cy. Baldus, & Saly. in l. vnica. §. ne autem. C. de cadu. tollend. firmat Alex. in iij. volum. consil. lviij. in fi. Sed cõtra legatarium apparent supradictæ & infrascriptæ cõiecturæ, q̃ fuit legatũ factũ animo cõpensandi cum fructibus, ergo nõ debet fieri interpretatio in fauorẽ legatarij.

25 † Nonò, non est præsumendum, quòd testator elegit viam, per quam eius dispositio impugnetur. l. Meuius, in prin. ff. de leg. ij. l. si miles qui destinauerat, ff. de testa. mili. facit l. quoties in stipula. ff. de verbor. obli. c. Abbate. de verb. sign. Sed si diceremus in casu, de quo quæritur, testatorem voluisse vxorem haberę tam amplum legatum, & tam amplos fructus ab hæredibus absque animo cõpensandi, & sic quòd haberet fructus & legatũ, sequeretur, q̃ eius dispositio non haberet locum effectualiter, quia hæredes non haberent ea quæ sunt eis relicta: & sic destrueretur eius vo-

26 luntas, quòd non est dicendum. Decimò † in interpretanda voluntate defuncti, debet attendi id, quod est verisimile. c. inspicimus. de reg. iur. in vj. l. si seruus plurium. §. fin. ff. de leg. j. & illud quod est verisimile habetur pro expresso. l. Titius. §. j. & ibi Docto. ff. de libe. & posthu. & est glo. no. in l. tale pactum. §. fi. ff. de pact. Alexan. in ij. vol. consi. xxxvj. in j. col. imò fingit lex, vt seruetur mens testatoris, q̃ testator plus dixit, quàm scripsit notarius, vt in d. l. cùm auus. ff. de cõdi. & demon. in d. l. cum acutissimi. & in d. l. generaliter. §. cum autẽ. Alex. in iiij. vol. consi. lij. in j. col. Imò verba improprientur: vt seruetur mens testatoris; vt in l. non dubiũ. C. de leg. l. Proculus. ff. de vsufr. & Alex. in

27 dicto cõsi. lij. Sed verisimile est, quòd in dubio † testator velit potius suos agnatos hæredes iuxta suam voluntatem bona relicta habere, quàm vxor: vt in l. si seruus plurium. §. j. ibi, in verbo, charitas & necessitudo. ff. de legat. ij. facit d. l. cum acutissimi. & l. fin. C. quorum bonorũ. secundum Alex. in ij. vol. consi. lxxj. in iij. col. & si secus diceremus euanesceret voluntas testatoris effectualiter, vt supra dixi. Vndecimò probatũ esse assentur, q̃ testator dixit post factum testamentum, quod ipse reliquit fratribus & dominæ Iuliæ ita claré, quod nullũ erat litigium inter eos. Ex istis verbis post factum testamentũ comprehenditur mens testatoris, quòd voluit, quòd nulla lis futura esset inter eos & sic vt induceretur cõpensatio cum fructibus: nam verba sequentia post testamentũ declarant animum testatoris. l. qui filiabus. in princ. & l. si seruus plurium. §. fin. ff. de leg. j. l. iij. ff. de lib. & posthu. facit l. & puto. in glo. fi. ff. famil. ercisc un. l. verum. ff. de peti. hæredi. l. vxor. §. fi. & ibi. Bart. ff. de lega. iij. igitur & c.

28 Duodecimò † coniecturatur animus compẽsandi ex eo, quia si non fuisset factum legatũ animo cõpensandi cum fructibus consumptis, isti hæredes non haberent facultatem soluendi æstimationẽ, nisi distraherentur bona stabilia, in quibus vxor habet vsumfructum, & hæredes proprietatem: sed si intelligeretur esse factam compensationem, cessaret ista distractio: ideo vt cesset distractio bonorum, præsumẽdum est de animo compensandi: facit quod dixit Bal. in l. vnum ex familia. §. si rem. ff. de lega. ij. vbi dicit, quòd facilius præsumitur grauatus ille, qui facultatem rei præstandæ habet, quàm ille qui non habet, sed oportet redimere, per illum text. & per no. in l. cùm à matre. C. de rei ven. Decimotertiò arguitur, quòd legatum sit animo compẽsandi factum propter verba vxoris post testamẽtum, quæ dixit, quòd ipsa est contenta de testamento, præter quàm de domo. saus colligitur, quòd non fuit eius intentionis velle agere ad fructus, † imò renuntiasse videtur, iuxta notata in c. 29 officij. de testamen. & facit, quia quando de vno dicitur, de aliis denegatur: vt not. in c. nõnne. de præsum. & l. maritus. de procu. cum concor. Decimoquartò colligitur animus compensandi, ex quo probatur, quòd post testamentũ testator fuit allocutus fratrem dicendo, quòd ita disposuerat, q̃ nullũ esset litigium inter fratres & vxorem: & sic apparet de animo compensandi: quia ex hoc quod dixit testator extra testamentum, colligitur eius mens: vt egregiè dicit Alex. de Imol. in iiij. vol. consi. c. in iij. col. Vltimò considero, quod testamentum domini Thomasij dicit, q̃ pro bonis seruitiis facit tale legatum; tunc sic, Aut dicemus, quòd domina Iulia bene seruiuit domino Thomasio, hoc est obedientiam ei præstitit: † sic exponitur seruitiũ pro obedientia: vt in authẽ. de defen. ciui. ibi, eis seruientes. id est, obedientes; quia de aliis seruitiis quæ essent digna remuneratione non est loquẽdum: quia vxor debet de iure operari viro etiam in telis faciendis: vt dicit Bald. in l. assiduis. C. qui potio. in pig. habe. & tunc dicendum est, quòd præstitit consensum, & voluntas sua accidit in fructibus bonorum paraphernaliũ perceptis per virum spatio xl. annor. & tunc fructus consumptos non tenetur restituere, sicut in bonis paraphernalibus. Aut dicemus, quòd non præstitit obedientiã, sed quòd solùm complacuit marito in taciturnitate clausis oculis, q̃ perciperet fructus, & istud claudere oculos respicit seruitium, in compensationem huius seruitij fuit factum dictum legatum ad extinguendũ aliam restitutionem fructuum prædictorum. Fuit ergo votatum, quòd dictum legatum factũ fuit animo compensandi cum dictis fructibus perceptis. Circa tertium dubium in primis præmitto, † q̃ quando legatum est factum 31 animo cõpensandi cum fructibus debitis per maritũ legantem, tunc quatenus est in legato compensatur cum fructibus, si fructus transcendunt legatum, possunt peti non obstante legato, secundum opin. communem: vt dicit Paul. de Cast. in l. si compensand. C. de hære. instit. & videtur tex. in l. Titia. §. qui in vita. ff. de lega. ij. & in l. penul. ff. de ali. & ciba. lega. & not. in d. l. si cum dotem. §. si pater ff. solu. matrimo. licet glo. in d. l. creditorem. ff. de lega. ij. teneat, q̃ in totum sit facta compensatio, quia tãtum censetur æstimasse legatum illud acceptando. Sed Paul. de Cast. in dicta l. si cõpensandi. dicit quòd glo. in d. l. creditorẽ, procedit, si testator quando legauit animo compensandi, dicit cum hoc, quòd nihil plus petere possit: secus si simpliciter legasset, & istam opin. sequitur etiã Alex. de Imo. in d. l. si cõpẽsandi. quicquid dicit ipse Paul. in d. l. creditorem. vbi secutus fuit simpliciter glo. ibi. & sic retenta ista opinio, si fructus bonorũ extra dotem percepti per virum spatio xl. ann. quia ascendũt ad summam xl. duca. per annum transcenderẽt bona mobilia & debita, & omnia contenta in legato facto vxori animo compensandi, ex hoc deberet consequi æstimationem illorum fructuũ transgredientium legatum ipsum. Sed in hoc est aduertẽdum, q̃ testes dicunt, quòd illi fructus partim fuerunt cõsumpti, & partim fuerunt venditi † & appellatione partis in 32 dubio intelligitur de medietate. l. etiam. ff. de vsufru.

Lucmeo

l.nomen.§.portionis.ff.de verb.signi.cap.ij.de deci.
lib.vj.not.in Cle.ij.§.illi verò.de æta.& quali. Item
etiam debet haberi ratio, quòd tantò minus sunt fru-
ctus, quantùm sunt expensę in conducendo in domū:
vt not.in l.insulam.§.fructus.ff.solu.matri.per Bart.
in l.si à domino.§.fi.cum l.seq.ff.de peti.hære.& tenet
Sali.in l.fi.C.de pact.cōuen.& Bar.in l.fructus.ff.sol.
mat. Item debet haberi cōsideratio, ꝙ maritus legauit
fructus, qui præsumuntur ꝙ triennio durent: vt dicit
glo.Bal.& Imo.in l.diuortio.§.interdùm.ff.sol.matr.
Bar.in l.ad præsens.C.de muril.lib.xj.licet posit cō-
trarium probari: vt declarat d.Franc.de Areti.in d.§.
interdum. Et his cōsideratis credo, quòd nihil, aut
parum deberet consequi vxor de dictis fructibus, hoc
præmisso, quando deberet multū consequi. dico re-
spondēdo tertio dubio, † ꝙ contra illum, qui tenetur
33 facere inuentariū, & non fecit, iura præsumunt, quòd
bona occupauit, & ꝙ fuit in dolo: vt patet in authen.
de hære.& Falci.§.si quis autē.& no.Bal.in l.fin.circa
princ.C.de iure deliber. nec potest ipsa legataria ob
non confectionē inuentarij præiudicare ipsis hæredi-
bus, qui petierunt tēpore mortis testatoris, ꝙ faceret
inuentariū de bonis mobilibus ei legatis, & ipsa no-
luit, sicut non potest hæres, qui non tenetur ad inuen-
tarium ex dispositione testatoris præiudicare credi-
toribus, cum præsumitur lucrosum fuisse legatum: vt
dicit Bal.in l.fin.vlti.char.C.famil.ercis. Et tam hæres
pro parte, quàm in totū tenetur ad inuentariū. vnde
in d.l.fi.§.j.& Ang.in l.fi.§.hęc stipulat.ff.si plus quàm
34 per l.Falci. † & legatarius in re sibi legata hæres cense-
tur.l.tempus.in fi.ff.de vsuca. & Bar.in l.in cōuentio-
nibus.ff.de verb.signi.& Bal.in instrumēt.de fideicō.
Spec.in tit.de testa.§.j.in fi.& sic posset dici, quòd sit
facta compēsatio in totum, postquā noluit patefieri,
quæ erant bona mobilia, tamē in hoc non facio fun-
damentū, quia credo, ꝙ iam habetur scientia de tātis
bonis mobilibus, ꝙ satisfactis dotibus & antiphato
remanent tot & tanta bona, ꝙ sunt ad satisfactionem
octingentorū ducatorum pro fructibus xl.ann. ad ra-
tionem ducatorū viginti per annū, cùm alia medie-
tas fructuum valentium ducatorū xx. consumebatur
in domo viri & vxoris. Fuit votatū per totū Con-
siliū pari voto, exceptis duobus videlicet domi. Ioan.
Baptista Brācacio & domino Frāc.de Maximis, quòd
dicti fructus censentur ex bonis paraphernalibus, &
per consequens conclusio prædicta procedit. Item ꝙ
dictum legatum fuit factum animo cōpensandi cum
fructibus, & ꝙ propterea dicti conuenti de iure sunt
absoluendi ab impetitione dictorum fructuum, & sic
lata fuit sententia sacri Consilij absolutoria in fauo-
rem fratrum domin. Thomæ Brancacij contra do-
minam Iuliam Brancaciam.

ADDITIO.

a *Compensandi.* Legatum factum per maritum vxo-
ri, nūquam intelligitur factum animo compensandi
cum dote, ad quam erat debitor: & hoc in dubio, vbi
expresè non dixit. ita Petr.de Bellaperti.in l.si com-
pensandi.C.de hære.institu. consuluit Baldus in con-
silio lviij.in ij.vol.incipiente, in restitutione dotis.&
in consilio lxxxiiij.eodem volum.incipiente, textum
Florentiæ. Raph.Cuma.consi.xxij. Paulus de Castro.
consilio ccxlvij.in nouis, incipiente, legatum præ-
dictum. Benedictus Capra, in consilio lxxij. Thomas
Grammaticus.

DECISIO XLV.

De legato generali includente speciale eidem personæ factum.

SVMMARIVM.

1 *Legatum factum vxori de dote & augmento, cui postmodum factū est legatum vniuersale omniū bonorum mobiliū & pecuniarum, qualiter veniat deducendum.*

2 *Regula, generi per speciem, quando non habeat verum.*

Legatum factum pro funere, an debeat detrahi, de legato totius pecuniæ facto vxori.

3 *Species in legatis extrahenda à genere.*

Legatis effectus non duplicandus causa non duplicata.

4 *Hæredes tenentur ad supplementum pro funere dato, & augmento, si desit in testatoris pecunia.*

Sententia magna curiæ debet esse in consideratione & reuerentia iudicantium secundo loco.

IN causa reuisionis sententiæ sacri Cōsilij
latæ in fauorē vxoris super petitione do-
tis & antiphati. M.cccc.ducatorum, &
restitutione expēsarum pro funeralibus.
Fuit † dubitatum, Si testator in testamento primò 1
legat pecuniā necessariā pro funeralibus. Et ducatos
M.cccc. in contatis vxori pro dotibus & antiphato.
Et postea legat omnem pecuniā, & omnia bona mo-
bilia, & recolligentias & supellectilia omnia, videli-
cet granum, ordeū, legumina, aurum, argentum &c.
vxori, & instituit fratres carnales hæredes diuidendo
inter eos bona stabilia. Vtrum legatū pro funera-
libus, & legatū pro dote & antiphato in contatis de-
beatur vxori vltra legatū vniuersale omniū bonorū
& pecuniarū, ita quòd hæredes teneātur vltra legatū
omnium pecuniarū & bonorum mobilium soluere
expensas funeraliū & dictas dotes, & antiphatū, vel
debeat de pecunia testatoris primò extrahi pecunia
pro expensis funeralibus, & pro dote, & antiphato: &
illa pecunia remanens debeat esse vxoris iuxta legatū
vniuersale: quia generi † per speciem derogatur, iuxtà 2
regulam.generi.lib.vj.& Bar.in l.quæsitum.§.fi.ff.de
fundo instru. Fuit pariter dictū, ꝙ testator legādo
pecuniā pro funeralibus, & pecuniam in cōtatis pro
dote & antiphato vxori, & postea legando omnem
pecuniam vxori, videtur primò extrahere de pecunia
in genere legata pecuniam pro funeralibus & pecu-
niam pro dote, & antiphato. Et in primis, quòd lega-
tum pecuniæ pro funeralibus debeat extrahi prius de
legato totius pecuniæ facto vxori, videtur text.in l.
vxorem.§.felicissimo.ff.de leg.iij.quia legatum pecu-
niæ pro funeralibus est in specie, & legatum omnis
pecuniæ factū vxori est in genere. & pro hoc facit.l.
cohæredi.§.qui patrē.ff.de vulga.& pupil. Item quādo
vni legatum est in specie scilicet pecunia pro dote, &
antiphata, & postea legatur omnis pecunia, † illud in 3
specie debet extrahi à genere: vt probatur in l.cum
de anionis.§.si cui fundū.& §.quidā.de fundo instruc.
& l.legata.ff.de supel.lega. Præterea hic fuit factū
legatū pecuniæ in contatis vxori, pro certa causa vel
pro dote, & antiphato, & posteà legauit omnē pecu-
niam vxori: tunc cùm non fuit duplicata causa, non
debet duplicari effectus legati: vt not.in l.quinqua-
ginta.ff.de proba. habebit ergo primò legatum in pe-
cunia pro dote & antiphato, & si quid remanet de pe-
cunia, suum erit vigore legati omnium pecuniarum.
Benè faciūt ad hoc not.in l.j.ff.de aur.& argē.lega.

Fuit per maiorem partem dominorũ conclusum,
quòd si in pecunia numerata non esset tanta pecunia,
quòd sufficeret pro expensis funeralibus, & pro dote, &
4 antiphato, quòd haberẽt hæredes supplere. † vnde cũ
non fuerunt reperti nisi mille & centũ ducati, debent
suppleri in dote, & antiphato ducati quadringenti, &
expensæ funeris fuerunt quadringentorũ ducatorum:
ergo hæredes debẽt soluere, ducatos cviij. Et illa lata
fuit sententia prima per sacrum Cõsilium, per quam
apparet, quòd data fuit fides in hoc vxori, quæ dixit,
quòd tantum fuit pecunia testatoris legata vxori in-
uenta in hæreditate testatoris. Sed certè quando talis
sententia non esset lata, attèro, quòd non fecit inuen-
tarium, præsumebatur contra eum, vt suprà, dictum
fuit: ideo propter auctoritatem dictę sententiæ fuit per
omnes votatum, quòd dicta sententia confirmetur.

DECISIO XLVI.

De statuto ad compromittendum inter consanguineos.

SVMMARIVM.

1 *Statuti de compromittendo inter coniunctos intellectus & restrictio.*
Infinitas est euitanda.
2 *Compromissum an possit tertia vice post causam coram arbitrio adhuc pendente, an verò semel tantùm.*
3 *Argumentum a contrario sensu, procedit in statutis.*
4 *Præsentatio bina an liberet promissorem de repræsentando toties quoties.*

1 DIcit regia pragmatica, † quòd iudex ad in-
stantiam rei conuenti consanguinei com-
pellere debet actorem, quòd fiat compromis-
sum, dummodò hoc petatur ante donatio-
nem termini ad probandũ. Quid si semel ante datio-
nem termini ad probãdum fuit factum compromis-
sum. & fuit expiratum: demũ iterum fuit factũ com-
promissum, & expiratum, actor cõparet coram iudi-
ce, & petit, quòd procedatur in causa, reus comparet
& petit, quòd causa cõpromittatur, actor replicat, quòd
non debet fieri, quia fuit bis factum & expiratũ. ideo
non debet iterato fieri, vt euitetur infinitas. Quæ-
ritur, quid iuris, videtur quòd donec causa non sit decisa
per arbitros, semper potest peti, quòd faciat compro-
missum, hoc firmat Bald. in iiij. vol. cõs. cccclxxxvij.
2 vbi dicit, † si statutum mandat causam compromitti,
intelligitur cum effectu: vnde si primũ cõpromissum
euanuit, debet tandiu compromitti, donec intentio
statuti impleatur. ff. de cond. & demon. l. hæc cõditio.
Et ex hoc concluditur, quòd ista causa debet cõpromitti.
Sed in contrariũ est veritas: scilicet quòd vltra semel
2 non debet fieri cõpromissum [a] quia pragmatica dat
tempus ad faciendũ cõpromissum ad plus tres mẽses,
ergo illis elapsis cessat pragmatica de cõpromissis fa-
3 ciendis inter conuentos: † nam in statutis valet argu-
mentũ à contrario sensu: vt not. in l. j §. huius rei. de
offi. eius cui mand. est iurisdic. cum concor. ibi alleg.
Item, quia si constitutio prædicta grauat actorem: vt
inuitus debeat facere cõpromissum, vbi de iure com-
muni non tenebatur: si cõstitutio diceret, quòd debet
renouari. quando esset expiratum: non intelligitur,
nisi per duas vices, vt in l. fidei commissa. §. si quis. ff.
de leg. iij. vt euitetur infinitas. vt in l. qui bona. §. fi. ff.
de dam. infect. vnde dicit Angel. in l. si finita. in princ.
& ibi Alexã. ff. eod. tit. quòd qui promittit repræsen-
tare reum toties quoties, facta per eum bina præsen-
tatione est liberatus, de quo per Bald. in l. superuacuã.
ix. col. C. de his quæ pœnæ nomin. Paul. de Cast. in l. si
duobus. §. quoties. de iureiur. Bart. in l. si quis reos. ff. de
custo. reo. Lucas de Penna in l. si quis de curio. C. de
decu. lib. x. Alex. in ij. vol. consi. cxlv. Fuit per hæc
votatum per omnes nemine discrepante, quòd si bis
fuit factum compromissum, & expirauit, non debet
iudex tertiò compellere partes ad compromissum vi-
gore dictæ pragmaticæ. Fuit hoc decisum in causa
inter Vincentium de Morte, & sororẽ eius actricem.

ADDITIO.

a *Compromissum.* Et quod debet toties compromitti.
quousque finem accipiat, quando virtute statuti sit
compromissum inter conuentos, tenet consulendo
Philip. Deci. qui multa allegat in consilio 22. & vide
Baldum in consilio 351. & 352. in 5. volumine, tamen
in 5. consilio seruatur contrarium: prout ita seruauit
in causa mea propria cum Loisio senechaleo de Ca-
pua, meo consobrino, in qua fuit magister à notis An-
gelus Cisa. & solùm bis promissa fuit compromitti.
& idem vidi seruatum in causa Marci Antonij de Pi-
co cum eius fratre: & fuit Sigismondus Imperatus
actuarius eius. Thomas Grammaticus.

DECISIO XLVII.

De testium examinatione parte non citata ad videndum testium iuramenta, & de testium examinatione.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata sine probatione, non dicitur nulla, sed contra ius litigatoris lata.*
Probatio non est de iuris substantia.
2 *Sententia etiam contra ius litigatoris valet.*
Sententia referens se ad acta, vbi sunt probationes testium, parte non citata examinatorum est nulla.
3 *Iudex referens se ad acta nulla, facit sententiã nullam.*
4 *Sententia quando dicatur lata contra ius litigatoris.*
Sententia an sit nulla, si appareat iudicem ex actis malè iudicasse.
5 *Sententia ex probationibus reprobatis lata reprobatur, & est nulla.*
Testes an possint examinari vltima die termini parte non citata.
Temporis extremitas monet.

FVerunt latæ duæ relationes [a] conformes a
in magna curia Vicariæ, quæ in sacro Cõ-
silio allegantur nullæ, & potissimè dici-
tur, quòd sunt nullæ, quia latæ ex testibus
examinatis parte non citata ad videndum iuramen-
ta testium. Dubitatur de duobus. Primò an dictæ
relationes sunt nullæ, eo quia testes fuerunt exami-
nati parte non citata ad videndũ iuramenta testium.
Secundò vtrum testibus examinatis parte non ci-
tata ad videndum iuramenta testium, tamen fuerunt
examinati vltima die termini, An eorum depositio-
nes valent. † Ad primum dubium dicebatur, quòd 1
dictæ relationes quæ habẽt vim sententiæ non dicuu-
tur nullæ, licet possit dici, quòd sunt latæ contra ius liti-
gatoris

garoris: quia sententia lata nullis existentibus proba-
tionibus, non dicitur nulla, sed bene dicitur lata con-
tra ius litigatoris: quia probatio non est de substantia
iudicij. l. posthumus. §. si quis ex his. ff. de inoffi. test. l.
2 cum putatem. ff. fa. erc. †Et ideo valet sententia, li-
cet sit cōtra ius litigatoris: vt est tex. in l. j. §. item cùm
contra sacras. ff. quæ sententiæ sine appel. rescin. & te-
net Inno. in c. cum venerabilis. de exec. Doct. in l. ait
prætor. §. j. & in l. præses ff. de re iudi. glo. & Doct. in l.
prolatam. C. de sentē. & l. fi. C. con. vel epi. Sed per
me fuit audacter dictum, quòd dictæ relationes sunt
nullæ: quia referunt se ad acta facta in processu, & in
processu non sunt aliæ probationes, nisi testes exami-
nati parte non citata, quę sunt nullę: vt in c. in nomi-
ne domini. de testibus. & in l. si quando. C. eo. tit. meri-
tò sententia, quæ refert se ad acta, & acta sunt nulla,
3 †redditur ipso iure vlla. hæc est communis sententia
doctor. maximè d. Ant. de But. in c. ab excommunica-
to. in ij. charta, de rescrip. & do. Abb. Sicul. in c. inter
cæteras. de re iudic. nam quando iudex expressè se re-
fert in sententia ad acta, quibus inspectis apparet de
errore iudicis, hoc casu sententia est nulla. Item tenet
Bald. & Bart. in l. j. C. de errn. calcu. idem tenet Ioan.
de Imo. & Alex. in l. rei iud. §. j. ff. sol. matr. Idem tenet
Inno. in c. cum Bertoldus. de re iudi. Bart. & Paul. de
Ca. in l. si is ad quem. ff. de acq. hære. secus si sententia
non refert se ad acta, sed dicit, quia probatum est, &
4 nō dicit prout in actis apparet, †tunc sentētia dicitur
lata contra ius litigatoris, si non reperitur probatum:
& ita loquitur Innocen. in c. quoniam contra falsam.
de proba. Et licet fuit olim maxima dubitatio in-
ter doctores Vltramontanos & Italicos. Vtrum si
apparet ex actis iudicem male iudicasse, sententia sit
b nulla, nam Iac. de Rauen. & Pe. de Bellaper. in l. j. C.
de erro. calcu. tenet, quòd sit nulla. & in hoc videntur
residere dom. de Ro. deci. cccxxxv. Item fuit dubitatū.
Sed Bar. & Bal. in d. l. j. tenent contrarium, scilicet
quòd non sit nulla. & ista est communis sententia, nisi
quādo expressè refert se ad acta: vt s. dictum est: vt de-
clarat Alex. in d. l. rei iudic. §. j. & Feli. plenè in allega-
to c. inter cæteras. Et ideo dicta sentētia, quæ referret
se ad acta, & acta probatoria sunt nulla, per d. c. in no-
5 mine domini. de test. sequitur, quòd est nulla. †Pro
hoc facit, quia sentētia lata ex probationibus repro-
batis & nullis, est ipso iure nulla: vt dicit Bald. in l. li-
bertorum. C. de testibus. & not. Ioan. Andr. in c. quo-
niam cōtra. de proba. in fin. refert hoc Alex. in d. l. rei
iudi. & Feli. in d. c. inter cæteras. Secus quādo senten-
tia non referret se ad acta, sed diceret, quia probatum
est, ideo condemno, quia possent esse probationes re-
ceptæ à iudice, quæ non sunt in processu. Quò ad
secundum dubium vtrum vltima die termini ad pro-
bandum possint examinari testes parte non citata ad
videndum iuramenta. Bald. in d. l. si quando. in iij. col.
6 versi. iuxta hoc quæro. C. de test. †dicit, quòd in vlti-
ma die termini possunt testes producti sine citatione
examinari, quia extremitas temporis est, quod mouet.
Ita dicit Bart. in l. item illa. ff. de constit. pec. allegat
notata, in cap. quamuis. de appel. in clemen. & quia
fuerunt reperti tres testes examinari vltima die ter-
mini. Non fuit visum mihi, nec aliis, quòd dictæ
relationes sint nullæ. Sed quòd procedatur in causa
appellationis, & detur terminus ad probandum in-
cumbentia.

ADDITIO.

Testes examinati parte non citata, in quibus casi-
bus probent, vide Hippoly. de Marsil. singula. xxiiij.
incipien. clarum est in iure. & de hac testium produ-
ctione pulchrè excutit singula. dcxxiij. incipiens, ex
dispositione. & vide quædam per Bertran. parte iij.
consi. cxlix. num. 5.

a *Relationes.* Vide s. in decisi. 28. & j. in decisio. cxxvj.

b *Nulla.* Circa prædicta vide Alex. in consil. cxxiij.
incipiente, discussis hæsitationibus. v. col. primo vol.
& in consil. lxix. iij. vol. Thomas Grammaticus.

DECISIO XLVIII.

De statuto quod instrumentum non reassumetur ex notarij mortui protocollo &c.

SVMMARIVM.

1 *Statutum de instrumentis non reassumendis ex notarij mortui protocollo sine certa solemnitate, qualiter intelligatur & limitetur. nume. 5.*

2 *Instrumentum adeptæ possessionis instrumenti emptionis mentionem faciens, an probet instrumentum enunciatum, in eo & quam faciat probationem. num. seq.*

Notarius dicens, prout in contractu per me facto continetur, non probat.

3 *Bonorum possessio non datur ex scriptura notarij dicentis esse reassumptum testamenti, nisi exempletur ex protocollo.*

Notario attestanti de præterito non creditur.

Protocollum facit semiplenam probationem.

4 *Probationes duæ semiplenæ coniunctæ faciunt vnam plenam.*

Instrumenta ex protocollo notarij mortui qualiter veniant reassumenda.

STante constitutione Regni, quòd instru-
mentum factum per notarium non possit
reassumi de protocollo notarij mortui, ni-
si ad minus superueniat vnus testis, & iu-
dex vel duo testes: vt not. in constitu. Regni, Baiulos.
Quæritur, †quid si mortuus est iudex, testes & no- 1
tarius, & solùm producitur protocollum, in quo est
contractus emptionis factus per notarium bonæ fa-
mæ, & de hoc constat: in quo protocollo in margine
contractus fit mētio, quòd ille cōtractus fuit per eum
reassumptus in formam publicam: quia est ibi scriptū
factum etiam assignatum, prout est de more omnium
notariorum. Producitur etiam vnum instrumentum
reassumptum in formam publicam, in quo contine-
tur, quòd talis emptor recepit possessionē rei emptæ
à tali venditore, prout constat per instrumētum em-
ptionis celebratum per manus mei notarij: & ipse em-
ptor est in possessione per longum tempus pacificè &
quietè. Verum auctoritate iudiciaria possit tale in-
strumentum assumi. hoc dubiū fuit in reassumptione
instrumenti terræ Ioānis Bernardi filij Petri Berardi
siti in capite montis prope Neapolim. Quæ terra &
Massaria nunc est magnifici militis dom. Ludouici de
Afflicto mei cōsanguinei, & fratris carnalis excellen-
tis domini Michaelis de Afflicto comitis Triuenti &
locum tenentis magni Camerarij huius regni Siciliæ.
Et prima facie videtur, quòd tale instrumentum non
possit reassumi: quia omnes. s. notarius, iudex, & testes
sunt mortui, vt patet in dicta constitutione Baiulos.

2 †Secundò, quia illud instrumẽtum captionis possessionis, in quo fit mẽtio de alio instrumẽto emptionis factæ per manus mei notarij, non probat illud instrumentum enuntiatum in eo, iuxta ea, quæ habẽtur, in auth. si quis in aliquo documento. C. de eden. Et pro hoc bene facit quod dicit Angelus, quòd si notarius dicit, prout in contractu per me facto cõtinetur, non probat, in l. si donatio. C. de donat. quia notarius non est rogatus de hoc, vnde si notarius diceret in instrumẽto prout cõstat in quodã instrumẽto procurationis facto per manus mei, nõ probat illã procurationẽ: & vt dicit Inno. in c. quoniã contra falsam de probat. faciunt ea que not. Io. Andr. in addi. Spec. in tit. de instru. edi. §. ostenso. in additione, quę incipit, miror de Rolandino & in §. restat. vers. antepenul. & eo. tit. §. j. vers. sed obiicitur. & in §. nunc dicamus. vers. pe. licet Sal. in d. auth. si quis in aliquo. dicat contrariu: tamẽ veritas est: vt §. dixi. & tenet Paul. de Ca. in d. l. si quis
3 in aliquo. & moderni bene ibi. †Bene facit id quod dixit Bar. in l. j. §. si quis duobus. ff. de bono. pos. secundũ tab. vbi dicit, quod si idẽ notarius dixit, hoc est reassumptũ testamenti Titij facti per manus meas, ex ista scriptura nõ dabitur bonorũ possessio, nisi exẽpletur ex protocollo. & Ang. & Paul. in l. licẽdũ. de ver. ob. Alex. in iiij. vol. consi. vj. in ij. col. nam notario aliquid attestanti de præterito non creditur, vt dicit Alex. in ij. vol. consi. ccv. in iij. col. Sed in contrarium, quòd possit reassumi tale instrumentũ emptionis ex protocollo, in quo omnes, scilicet notarius, & index, & testes, sunt mortui, adducitur: Certum est, quòd protocollũ facit semiplenam probationem. vt dicit Cy. in l. contractus. C. de fide instru. Item instrumentũ cautionis possessionis, faciens mentionem de instrumento emptionis facto per eundẽ notarium probata amissione instrumenti emptionis reassumpti informam publicam, facit semiplenam probationem, vt dicit Bart. in l. admonẽdi. in vij. col. vers. sed quæro quid de exemplo. ff. de iureiur. pro quo dicto dicit esse glo. no. in l. sicut iniquum. C. de fide inst. quam dicit Ang. esse sin-
4 gularẽ. †Istæ duæ semiplenę coniunguntur, & faciunt vnam plenam, vt scribunt Doc. in d. l. admonendi. & Alex. in v. volu. consi. cl. vlt. col. & sic stante ista plena probatione potest iudex ordinarius sicut est factum Consilium mandare, quòd de dicto protocollo facto per notariũ bonæ famæ & opinionis possit reassumi publicum instrumẽtum, licet omnes testes sint mortui, propter dictum instrumentum faciens mentionem de eo quod aliàs fuit assumptum, & deperditum prout dicit Spec. in tit. de institu. edi. §. postquã. iuxta no. in c. cum P. tabellio. de fi. instru. Item hic concurrit possessio dictæ terræ emptæ per emptorem & hæredem eius, tãto tẽpore c. præsumitur ex dicto titulo, de quo apparet. l. quædã mulier. ff. de rei ven. l. minus instructus. C. de acqui. poss. Item quia non est aliquis contradictor, & diu est, quòd factum fuit dictũ instrumẽtum, quod iam aliàs fuit assumptum: quia ita scriptum est in protocollo: vt §. dictũ est: & sic non potest mora vel negligentia imputari, quòd iam fuit deper-
5 ditum: vt dictum est. †Propterea fuit visum dominis de Consilio, quòd sit iuxta causa dispensandi, quòd dictum instrumentum possit reassumi per alium notarium, & sic fuit interpositum decretũ, quòd auctoritate sacri Consilij reassumatur ex protocollo prædicto dictum instrumẽtum emptionis: licet notarius iudex, & testes omnes sint mortui, propter multa quę hic concurrerunt pro veritate protocolli: quod est menti tenendum.

DECISIO XLIX.

De fideiussoribus.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussor condemnatus pro principali an debeat appellare, ne teneatur ad interesse & quando.*

2 *Fideiussor potest recognoscere bonam fidem.*

3 *Emptor cui mora est lis, bonam fidem potest agnoscere & agere de euictione.*

Fideiussor non habet regressum contra principalem, si iniuste condemnatus non appellauerit.

Conuenitur fideiussor à creditore. Et cõdemnatur per sententiam ad soluendũ iuxta formam obligationis. †Quæritur vtrum fideiussor teneatur appellare, vt possit postea recuperare id, quod soluit à principali debitore. Et si nõ appellauit, possit principalis debitor fideiussori dicere, debuisti appellare, & quia non appellasti, teneris ad interesse, per tex. in l. si procuratorem. §. si ignorantes. ff. manda. per quẽ tex. dicit ibi Iaco. But. & Bart. quòd fideiussor nõ solum cogitur appellare: sed etiam prosequi, nisi excusetur paupertate: vt in d. §. ignorantes.

Fuit votatum Cõsilio in causa Spinelli cum dicta Antonella, †quòd si fideiussor scit exceptionẽ cõpe-
tere principali debitori, tunc tenetur appellare. Sed 2
si nesciat competere exceptionem aliquam, non tenetur appellare: quia fideiussor potest recognoscere bonam fidẽ. Ita dicunt Doc. vt refert Bar. in l. Herennius. §. Caia. ff. de euictio. & gl. in d. §. si ignorantes. idẽ si metu pœnæ non opposuisset exceptionem competentem: nam non posset ei imputari, vt dicit Bar. in l.
at qui natura. §. cùm me absente. ff. de neg. ge. †& sic 3
etiam emptor, cui mora est lis, potest agnoscere bonã fidem, & aget de euictione: vt habetur per Doc. & ibi Io. de Imo. in c. si venditor. de emp. & vend. sic etiam in fideiussore, & si iustè cõdemnetur, non tenetur appellare: secus si iniuste fuit cõdemnatus: nam tunc tenetur appellare, aliàs non habet regressum contrà principalem, vt in l. si pro ea. & ibi Bal. C. mandati.

DECISIO L.

De dilatione reintegranda propter iustum metum & legitimam causam.

SVMMARIVM.

1 *Rex Carolus quo tempore adiuit Neapolim cum armis & magno exercitu.*

2 *Dilatio an debeat ampliari propter impetum armorum & iustum timorem.*

3 *Impeditus ad comparendum, an debeat protestari, vt sibi dilatio reintegretur de impedimento. 5.*

Procurator non debet cõstitui ad litigandum in causis arduis, vel mitti per absentem.

4 *Bellum an sit iusta causa excusationis ad impedimentum de non comparendo allegandum.*

Impedito quo casu non currat tempus vel restitutio est sibi concedenda.

5 *Impeditus ex facto iudicis non debet protestari, item quando impedimentum est notorium.*

Impedimentum quod superuenit in termino facit totã

reinte

reintegrare dilationem.
7 *Probationum facultas tempore non anguftanda.*

IVdices magnæ curiæ Vicariæ fecerũt relationem in facro Confilio, ꝙ dicta magna curia tẽpore regis Alphonfi fecundi, in caufa inter Raymundum de Pares Catalanum, & quendam conuentum fuper certa quantitate pecuniæ, vt afferitur debitæ ex caufa intereffe liciti, dedit terminum ad probandũ nouem menfium
5 vltra mare & extra Regnum.† Et pendente termino prædicto propter aduentum Regis Caroli Frãcorum
2 in hoc Regno cum magno fuo exercitu in Anno domini M.cccccxcv.die xxj. menfis Februarij. xiij.indic. Rex Alphonfus, & Rex Ferdinandus fecundus eius filius recefferunt à ciuitate Neapo. & fimiliter omnes Catalani recefferunt à ciuitate Neap.& fignanter dictus Raymũdus receffit ex dicto timore. In die vij. menfis Iulij eiufdem anni veniens Rex Ferdinandus fecundus per mare cum multis vafallis maritimis, exiftente Caftro nouo, & aliis fortilitiis in poffe Viceregis Francorum, intrauit per portam fori in ciuitatem Neap & fuit benignè, & cum gaudio receptus à nobilibus & plebeis ciuitatis Neap. demum die viij. mẽfis decẽbris. xiiij. indic. M.cccxcv. in die Conceptionis beatæ & gloriofæ virginis Mariæ. Vicerex, & Frãcigenæ qui tenebant Caftrũ nouũ euacuauerunt dictũ caftrum, & illud cõfignauerunt regi Ferdinando fecundo, quod fuerat obfeffum per quinque mẽfes. Et recuperato dicto Caftro nouo venit ille reus conuentus à Raymundo prædicto, & petit publicationẽ fieri: quia
2 lapfus eft terminus datus ad probandum.† Iudices magnę curiæ ftatuerunt vt citetur dictus Raymũdus, quo citato comparet, & dicit quòd publicatio nõ debet fieri, imò debet fibi cõcedi alia dilatio ad examinandũ, quia fuit impeditus in dicta prima dilatione propter prædictũ notorium impedimentũ guerrarũ, & propter iuftum timorem Gallorum fuperuenientẽ inimicorum Catalanis. Iudices magnæ curiæ noluerunt concedere dictã dilationem petitam, & publicauerũt in caufa. Et demum fuit conclufus per eos dictus proceffus pro parte dicti Raymundi. habetur infra x. dies recurfus ad facrum Confilium, quia fentit fe grauatũ, quòd facta fuit publicatio & conclufio, & non fuit fibi cõceffa dicta fecunda dilatio petita. Cõfilium decretauit more folito fupplicationẽ, vt vnus ex iudicibus de negotio informatus requifitis partibus verbum faciat in confilio, vt prouideri pofsit: venit iudex magnæ curię, & facta dicta Relatione dixit, quòd ideo per dictam magnam curiam non fuit con-
3 ceffa dicta fecunda dilatio,† quia licet contigerit mutatio ftatus, tamen femper fuit miniftrata iuftitia in magna curia Vicariæ: & licet dictus Raymũdus fit Catalanus, debuit cõftituere procuratorẽ, quia dicta caufa non eft ardua vel grauis, videlicet fuper intereffe, quo cafu tenetur litigare per procuratorẽ, fecundùm veram conclufionem Doc. in c. ij. de procu.& Bart. in l. j. ff. de diuer.& temp. pręfcrip. item ille qui eft impeditus debet proteftari de impedimento: vt dicit gl. in c. cupientes. §. quòd fi per viginti. de elec. lib. vj.& gl. in c. j.& c. plerunque. de refcriptis. vbi fi quis eft impeditus facere actum in termino ftatuto, non excufatur, nifi proteftetur de impedimento. Idem Ioann.& domi. in d. §. quòd fi per.& firmat Angel. in confi. cxl. incipiente, quidam Matthæus.& Alex. de Imol. in ij. vol. confi. cxliiij.& eft glo. in c. j. §. fi quis verò, de pace iuramẽto fir.& iftam gloff. ad præfens propofitum allegat Lucas de Penna in l. qui grauatos. de cenfi. li. xj. & talis proteftatio non fuit facta igitur &c. Item dicebat dictus iudex, prima †dilatio fuit multùm lõga: 4
vt patet in l. j. C. de dila. & infrà iftã dilationem pars ipfa non fuit vfa fua diligẽtia: quia potuiffet obtinere cõmifsionem pro partibus Vltramarinis & guerrę, & impedimẽta allegata non præftitiffent impedimentũ dictæ examinationi. Et fic guerra non habet eum excufare. arg. tex. in l. qui commeatus.& ibi Bar. ff. de re mili: & propterea dicebat Bal. in l. fi. C. de adulteriis. quòd tunc demum impedito non currit tẽpus, vel datur reftitutio, quãdo impeditus fecit quicquid potuit ne terminus curreret. & ideo debet fieri dicta proteftatio de impedimento, vt dicit tex.& gl. in l. fin. C. de tempo. appell.& tenet Bal. in l. properandũ. §. fin autẽ. C. de iudi. vt dicit Alex. in ij. volu. confi. xlix.& Bar. in l. ij. §. ꝙ dicimus. ff. fi quis cautio. Et licet dictus Raymundus dicat fe recefsiffe propter metum Gallorum, tantò fortius requirebatur proteftatio: vt dicant doc. in c. fi. de appel.& tangit Philip. in c. ex ratione. in vj. col. de appel. Auditis iftis rationibus per Cõfiliũ fuerunt dictæ rationes bene ponderatæ. Et inquãtum fuit dictum, ꝙ impeditus debet proteftari, ifta nõ eft
inftinctu vera conclufio,† pro eo, quia illa conclufio 5
non procedit, quando impedimẽtum procefsit ex facto iudicis, fecus in aliis impedimentis: & ita decidit Fel. in d. c. ex ratione.& firmat Bald. & Alex. in l. properãdum. §. fin autem vtraque. C. de iudiciis. Item illa conclufio eft vera, quãdo impedimentũ allegatũ poft terminum datum requirit probationẽ. Sed vbi impedimẽtum fuit notoriũ, prout fuit impedimentũ prædictum allegatũ, tunc non requiritur proteftatio de impedimẽto. Ita cõfuluit Paul. de Ca. in cõf. cclxxxvj. incipiente, vifis his quæ fuperius. verfi. nec obft. quod debuerit. ix. col.& Alex. in d. §. quòd diximus. Itẽ dicta caufa fuper intereffe non erat leuis, fed ardua: quia intereffe erat magnũ, prout, petebatur: & fic vertebatur magnũ præiudiciũ, ideo fecundum verã cõclu. Hoft. & Abb. in d. c. ij. abfens non tenebatur mittere procuratorẽ. Nec ob. ꝙ non fecit fuam diligẽtiam, quia illa datio termini ad probandum fuit paũ ante aduentũ Regis Caroli, ita ꝙ non potuit obtinere literas cõmif
fionales magnę curię.† Nec eft in cõfideratione, ꝙ di- 6
cta dilatio fuit longa: quia fuit de iure: vt in d. l. j. C. de dila. & ideo volũt iura, ꝙ fi pẽdente termino fuperueniat impedimentũ, tota dilatio debet reintegrari. vt in l. fi ita ftipulatus. ff. de verb. ob. no. in cle. j. de reftit. in integrũ. & in l. ab hoftibus. §. fed quod fimpliciter. ff. qui ex cau. ma. Bal. in l. fi. ff. de feriis. Idẽ dictũ impedimẽtum poteft dici, ꝙ fuperuenit ex facto iudicis: quia fuit Rex Ferdinandus primus, & eius iudices impediti propter dictã guerrã Gallorũ, ob quorũ timorẽ Rex ipfe Ferdinãdus recefsit, tunc non tenetur proteftari: vt s. dixi allegando Feli. in d. c. ex ratione. in vij. col. de appel. facit. l. quæfitum. ff. de re iud. hoc etiam firmat Feli. in d. c. ex tranfmiffa. de pręfcrip.& Pet. de Ancha. in d. c. cupientes. §. ꝙ fi per xx. †Idcò fuit vifum do- 7
minis de Confilio, ꝙ iudices magnæ curiæ refcifa cõclufione debet actori prouidere de competenti dilatione: cum nulla calumnia imputari pofsit ipfi Raymundo, nec ius aduerfarij factum eft deterius ex hoc, & ne facultas probationum tempore anguftetur. l.
quo

quoniam. C. de hæreticis. ff. de test. l. curent. c. dilecti. de testi. stantibus impedimentis allegatis notoriis.

DECISIO LI.

De recursu ad superiorem laudantis in compromisso.

SVMMARIVM.

1 *Recursus ad superiorem laudantis in compromisso an fieri debeat.*

2 *Reductio ad arbitrium boni viri habet se ad instar appellationis.*

Appellatio à sententia iudicis recurrit ad superiorem iudicantis.

3 *Literæ Regiæ præsumendum est quòd processerunt de iustitia.*

1 ITem fuit dubitatum, † si reus est de foro Regiæ Cameræ summariæ, & actor de foro sacri Cõsilij, & cõpromittunt causam in vnũ de cõsiliariis, & ille profert laudum. Vtrum iudex reductionis ad arbitriũ boni viri erit Regia camera, de cuius foro est reus, vel est sacrum Consilium quod est iudex ipsius arbitri. Certè parum dubitationis habuit hoc dubium, per id quod cõsuluit Lud. in consilio suo cclxv. vbi pro hac opi. scilicet, quòd ad arbitrium iudicis competentis pronuntiatoris laudum recurrendũ est, allegat cõsilium Bart. quod incipit, visis consiliis famoso cum doctorum Arch. ij. q. vj. non ita, Ant. de Bu. in c. quòd clericis. de foro compe. Bal in l. præcipimus. cum si C. de appel. † Et facit talis ratio
2 secundũ Lud. reductio ad arbitriũ boni viri habet se ad instar appellationis. ff. de arbi. l. non distinguemus. §. cùm quidã. Sed cum appellatur à sententia iudicis, semper recurrimus ad superiorem iudicãtis [a] d. l. præ-
a cipimus. ergo ad superiorem laudãtis est recurrendũ: & non respiciũtur in hoc litigãtes: sed persona à quo. Idẽ firmat Io. An. in c. statutũ. §. cum autẽ. de rescrip. li. vj. Et quia in discussione huius articuli venit litera dominæ Reginæ, quòd consiliũ procedat. Propterea iste articulus remansit non conclusus per Consilium. Tamen ego credo, † quòd dictæ literæ dominæ processe-
3 runt de iustitia, quia sic præsumendum est iuxta no. in c. quæ in ecclesiarum. de constitu.

ADDITIO.

a *Superiorem iudicantis.* Iudex appellationi à laudo erit superior arbitri, qui laudum protulit, & nõ actoris aut rei. vide omnino do. Ant. de Alex. in l. ij. C. vbi, & apud quem cogni. restitu. in integ. agitan. lit. ij. col. Thomas Grammaticus.

DECISIO LII.

De probatione exceptionum solutionis, & præscriptionis.

SVMMARIVM.

1 *Terminus ad probandum solutionis & præscriptionis exceptionem in vim dilatoriæ an concedendus.*

2 *Exceptio præscriptionis debet esse liquida, vt processum impediat.*

1 IN causa illorum de Vespulis fuit dubitatum, † Verũ debeat dari terminus ad probandum exceptionem solutionis præscriptionis in vim dilatoriæ, quãdo in vim dilatoriæ sunt oppositæ, quoniam potest etiam opponi in vim peréptoriæ, iuxta no. per Bar. in l. fi. ff. pro suo. & per Bal. in rep. l. ij. ff. de iureiu. co. xxij. & per Lar. & Ang. in l. emptor. ff. de præscri. lon. tem. & per Guil. de Cu. in l. elegantor. §. si quis post. ff. de cõdi. inde. & aliquid per Bal. in l. post mortẽ. ff. de adop. & per Iac. Bu. in l. intra vtile. ff. de mino. & per d. de sancto Gemi. post alios in c. j. de lit. cõte. li. vj. & Bal. in l. edicto. xiij. op. C. de edicto diui Adri. & per Bal. in auth. nisi triennalis. C. de bo. ma. Ang. in l. post decisionem, C. de fur. & in Spe. de exce. §. dicto. & per Ioan. And. in addi. Spe. in tit. de dilatio. in additione. opponi possunt. & in aliis cotis allegatis per Alex. in apostil. in d. l. fin. ff. pro suo. † Fuit conclusum per sacrum Cõsilium, quòd ex quo requirunt dictæ exceptiones altiorem indaginem, reseruentur ad merita per no. per Bar. in l. ille à 2
quo. §. si de testamẽto. ff. ad Trebel. & l. nam & posteà. ff. de iureiur. nam exceptio præscriptionis debet esse liquida, vt impediat processum: vt dicit Bald. in l. per hanc. ij. col. C. de temp. app. & fuit dictum, quòd ita aliàs fuit iudicatum, in Consilio.

DECISIO LIII.

De actionis mutatione coram iudice ad quem.

SVMMARIVM.

1 *Testamentum minus solenne an probet.*

2 *Actio in appellatione an possit mutari, & iudex super eo validè pronuntiare.*

Iudex ad quem, an possit cognoscere vltra ea, quæ cognouit iudex à quo.

3 *Electio iuris incompetentis non nocet iuri, quod ignorabatur competere.*

QVidam de Pistoribus egerunt contra certos hæredes ex testamento ad quandã certam vigore legati conuenti in testamẽto prædicto, illi hæredes cõuenti dicunt non teneri ad restitutionem, illi actores producunt testamentum. † Et quia reperitur illud testamentũ esse minus solenne, de cõsilio domini Io. Carduini fuit pronuntiatum conuentos absoluẽdos esse. Appellatur 1
ab ista sententia: & per viam principalis petitionis, illi de Pistoribus agunt petitione hæreditatis contra illos conuentos, dicẽtes hæreditatem illius testatoris spectare ad eos tanquàm proximiores in gradu ab intestato, & petunt totam hæreditatẽ concluso processu quia pro parte conuentorum nihil fuit oppositũ, fuit dubitatũ. Vtrum isti agentes primò ex testamento contra hæredes ex testamẽto, qui succubuerunt in prima instantia, & posteà ab intestato in causa appellationis petierunt totam illam hæreditatẽ ab intestato, & probauerunt incumbentia, † Si sacrum Consilium possit super hoc pronũtiare, ex quo iudex ad quẽ non 2
cognoscit, nisi de eo quod cognouit iudex à quo, secundum Bar. in l. j. C. si aduersus liber. notatur in l. eos. C. de ap. l. fi. ff. iud. sol. Fuit conclusum, quòd sic, per text. in l. si mater decedens. ff. de inoffi. test. vbi ille qui agit virtute testamenti, quod non valet, & succũbit, potest agere ab intestato, quia illa confessio fuit erronea, & sic per ignorantiam, quia testamẽtum est annullatum. † & per electionem iuris incompetentis, non videtur 3
[illegible] iuri, quod ignorabat sibi competere, vt de[illegible] sic potest agere ab intestato. [illegible] de[illegible] [illegible] ingia[illegible] [illegible]demnando.

DECI

DECISIO LIIII.

De pignorum custodia & illorum amissione.

SVMMARIVM.

1 *Custos bonorum mobiliũ, vt hostium ereptorũ, an sit in dolo, & actio cõtra eũ possit mutari & agi criminaliter.*
2 *Superioris factum censetur casus fortuitus.*
Latronum vis & exercitus est casus fortuitus.

1 QVidam Casinus † coram do. Bernardino de Valle Regio auditore conueniri fecit magistrum Ans proxenetam Angelicanum actione ciuili ad restitutionem certorum bonorum mobilium perditorũ in domo Ans, culpa & defectu ipsius Ans. Et examinatis certis testibus ad informationem, & carcerato ipso Ans, dictus Casinus mutauit actionem, & egit criminaliter, quòd dolo versatus est in illis bonis, dãdo bona illa in prædam tempore quo intrauit Rex Ferdinãdus, quo tempore bona Gallorũ fuerunt ad saccomandũ per illum diem de facto, ex quo prætendebatur, quòd Casinus erat Gallus vel partialis Gallorũ. & dato termino ad probãdum in hac actione criminali: & repertis testibus legitimè & aliis testibus examinatis, hincinde fuit 2 facta conclusio, † fuit visum, quòd ex processu non apparet, quòd Ans fuit in dolo, nec in lata culpa: nec tenetur de ipsa violentia commissa per aggressum, imò ille casus fuit fortuitus, per l. si merces. §. vis maior. ff. locati etiam quia superioris factũ censetur casus fortuitus, vt est text. in l. Lucius. ff. de euictio. & voluit Alex. in ij. vol. cons. ccxx. & Bal. in l. quæ fortuitis. de pig. actio. dicit, quòd vis latronum & vis exercitus est casus fortuitus. Ideo fuit conclusum, quòd liberetur à iudicio criminali, saluo Casino iure prosequendi litem ciuilem.

DECISIO LV.

De probationibus.

SVMMARIVM.

1 *Probationes facta dilatione finita an valeant.*
2 *Probationes factæ etiam sine dilatione data valent.*

1 TEmpore † Regis Francorum in quadam causa fuit datus terminus ad probandũ, & nihil factũ est, & dilatio fuit decursa, expulsis à ciuitate Neapo. Gallis per Regem Ferdinãdum. sine alia dilatione, factæ sunt probationes. Quæritur vtrum 2 tales probationes valeant. videbatur, quòd non. † Quia dilatio fuit data per iudices Regis Caroli, qui nullam habebat iurisdictionem iuxta decretum Regis Ferdinandi primi, qui annullauit omnia acta & processus tempore Regis Caroli, licet probatio fuit facta tempore Regis Ferdinãdi. Fuit pariter cõclusum, quòd tales probationes valent: quia valent probationes factæ etiam sine dilatione data, vt dicunt Bart. Angel. Bal. & Alex. in l. si. ff. de feriis. & Bal. in l. ij. C. de dilat. Anto. de Butri. in c. licet causam. in prin. de probatio.

DECISIO LVI.

De priuilegiis.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium maius trahit minus.*
2 *Fori priuilegium maius attenditur.*
Priuilegiator anteit priuilegiatum.

FVit die xix. Maij decretum per sacrum Consiliũ, † quòd notarius Melchion de Troianis 1 tanquàm de sequentibus sacrum Consilium possit trahere reum de foro Admiratiæ, sicut potest trahere curialis magnæ curiæ Vicariæ & Regiæ Cameræ summariæ per argumentũ, de quo minus videtur inesse: ergo de quo magis &c. nam magis est priuilegiatum regium Cõsilium, quòd repræsentat ipsum Regem, quàm priuilegium curiæ Admiratiæ. † & sic 2 attenditur illud priuilegium fori, quod est maius, vt dicit Bald. in auth. habita in § verum. in ij. col. C. ne filius pro patre. in illa questione, quando priuilegiatus concurrit cum priuilegiato &c. attenditur ergo quis est priuilegiator, vt dicit Lucas de Pen. in l. ne ad diuersa. C. de silentiariis. lib. xij. & ibi ponit vnam bonã distinctionẽ Iaco. de Are. vltra illam, quam ponit Cy. in auth. quas actiones. C. de sacrosan. eccle.

DECISIO LVII.

De incendio domus vicinæ, & qui ad illud tenentur.

SVMMARIVM.

1 *Vicinus an & quando teneatur de incendio domus cõtiguæ ad suam. 10.*
Locatarij quando teneantur de domo combusta.
2 *Locatarius vt ab incendio excusetur quid probare tenetur.*
Incendium vnde prouenisse præsumatur.
3 *Coniectura in incendio necessaria.*
Casus obscuri & ambigui per indicia probantur.
Culpa habitantis cessantibus coniecturis præsumitur in incendio.
4 *Sententia absolutoria ferri debet, quãdo non clarè constat de principio ignis.*
Ignis habitanti non imputandus, cum habet causam ab incerto auctore.
5 *Incẽdij periculum non transit in dominum per factum familiæ aut famulorum, vel hospitis.*
Incendium vt plurimum culpa hab. tantũ cõmittitur.
6 *Ignem fuisse immissum an sufficiat probasse, non probante incendiario.*
7 *Dominus an teneatur de incẽdio per famulũ immisso.*
Culpa leuissima in omittendo.
8 *Damnum ex culpa omissionis commissum non venit in actione l. Aquiliæ.*
9 *Intellectus ad §. si fornacarius. l. si seruus seruum. ff. ad legem Aquiliam.*
Illatio non fit ex diuersis.

ILlo die, quo Rex Ferdinandus secundus fuit cum magno gaudio receptus per Neapolitanos expulsis Gallis, scilicet die vij. Iulij. xiij. indictione. M.cccc.xcv. fuit combusta quædam domus domini Raynaldi de Mirabilis prope rutam Catallanam alteri locatã, & iuxta istam domum erat domus alterius, quam tenebat locatam quidam Baptista hostulanus, in qua domo d. Baptistæ hospitabãtur certi peditesd. Regis, qui fecerunt ignẽ in corticella dicti hospitij, vbi ipse Baptista per duos annos solitus fuit ibi ignem moderatum facere causa assandi carnes: & dominus Raynaldus prætendit in suo libello, quòd culpa & defectu Baptistæ sua domus fuit combusta, & de hoc nihil est probatum: imò probatum est, quòd Baptista tunc erat extra domum, quia erat in defensione repariorum contra Castrum

nouum.

1 nouum. †Et conclusio processu fuit dubitatum,
vtrũ sit aliqua præsumptio, vel coniectura, quòd ignis
venerit & principium habuerit ex domo Baptistæ, vt
ipse teneatur emendare domum vicini cõbustam. Et
certè non probatur sufficiẽter, quòd incendiũ ortum
habuit ex domo Baptistæ. Imo iuris præsumptione
dicendũ est, quòd domus domini Raynaldi cõbusta
fuit ab habitantibus in ea, & sic tenentur locatarij, vt
est tex. in l. iiij. §. j. ff. de offi. præfe. vigi. & tex. in l. si vẽ-
dita ff. de pericu. & commo. rei vendi. & in l. si modo
nulla. ff. de leg. j. ita tenet Bal. in j. vol. consiliorũ. cõs.
2 xiij. incip. factũ quæstionis tale est &c. Subdẽs, †ꝙ lo-
catarius vt non teneatur de incendio, habet probare,
quòd casu fortuito fuit factũ incendium, alias præsu-
mitur eius culpa. l. si à bonæ fidei. §. j. ff de rei vendi. &
in l. si quis fundum. §. Imperator. ff. locati. bene facit
l. si seruus seruũ. §. si fornacarius. ff. ad l. Aquil. Nam
plerunque incẽdium præsumitur cõmissum ex negli-
gentia habitantis domum: vt in d. l. si vendita. & d. l. ij.
§. j. ff. de offi. præfec. vigi. & ibi omnes scribentes fir-
mat Bal. in j. vol. consi. clxxv. inci. ad euidentiam præ-
mitto. & idem Bal. in eo. volu. cõsi. xxxvij. incip. casus
talis est. & idem in iij. volu. consi. ccccxx. inci. ad eui-
dentiam. & Ang. in consi. cxcvij. in q. proposita, dubiũ
facit mihi. Pet. de Vbal. in tractatu, de societate, in fi.
Sed quia non fuit actum contra locatarios domus
combustæ, sed contra vicinum, id est ipsum Baptistã,
cuius domus non fuit combusta: & clarè non est pro-
batũ, quòd incendiũ habuit ortũ à domino Baptista.
3 †Videamus, an per coniecturas aliquid constet. ꝙ
habuit ignis initium à domo Baptistæ, quia quãdo in-
cendium prætenditur factũ ab homine & non diuina
vltione, & vtrum interuenit culpa vel nõ, recurrendũ
est ad coniecturas, si quæ reperiri possunt; quia casus
obscuri & ambigui probãtur per indicia: vt dicit Bal.
in j. volu. Consiliorũ, consi. xxxvij. inci. casus est talis,
quoddam fenile plenũ &c. alleg. ad hoc l. non omnis.
§. à Barbaris ff. de re mili. idem dicit in iiij. volu. cõ. i.
ccclxiij. incip. Casus talis est, quoddã fenile, Aliàs ces-
santibus coniecturis præsumitur culpa habitantis: vt
in d. l. si vendita. Et profectò nullum indicium est,
ꝙ incendium in domo Raynaldi venit ex domo Ba-
ptistæ, nisi, quòd in corticella Baptistæ erat ignis in
muro cõmuni ad assandum carnes peditum hospitã-
tiũ: ex hoc arguitur, quòd potuit ignis prædictus per-
uenire ad domũ Raynaldi. ista probatio non conclu-
dit: quia iam per duos annos, in dicto loco factus fuit
ignis, & nõ peruenit ad domũ Raynaldi. item proba-
tũ fuit, ꝙ erat furnus in domo Raynaldi, in qua omni
die panis coquitur: & sic potuit venire ex dicto furno
dictus ignis. Itẽ potuit venire culpa habitãtium, vt s.
4 dictũ est. †Et quando clarè non constat de princi-
pio ignis, debet ferri sententia absolutoria; vt dicit
Ludo. Rom. in consi. ccccj. Sed posito & concesso,
ꝙ ignis in domo Raynaldi habuit initiũ ex dicto igne
facto per dictos pedites, certè nõ tenetur ipse Baptista
penitus ignorans propter eius absentiã. Nam illud
incendium diceretur commissum culpa peditum ho-
spitantiũ, & per cõsequens ex culpa hominis incerti:
quia non est probatum, quis fuit ille, qui fecit dictum
ignem. & per consequens non tenetur: vt dicit Bal. in
ij. vol. consiliorũ, consi. clvij. inci. punctus, super quo
consilium. Hinc est, quòd dicit Bal. in iij. vol. cõsi.
ccclxxij. incip. quidam magister grammaticæ, quòd
quando ignis habet causam ab incerto authore non
debet imputari habitãti: vt probatur in d. l. si vẽdita.
vnde dicit Bal. in l. quæ fortuitis. C. de pig. act. ꝙ certi
hominis factum probandũ est. †Secundò, quia fa- 5
ctum familiæ non facit transire periculũ incendij in
dominum, vt dicit Bal. in d. l. si vendita. quia dominus
non tenetur pro suo familiari: vt in c. cum ad sedẽ. de
resti. spo. multò fortius non tenetur de facto hospitis:
vt est text. in terminis, in l. j. in fi. ff. nautæ, cau. stabu-
larij. Tertiò ista quæstio deciditur per id quod vo-
luit Bal. in l. creditor. C. de pig. act. vbi dicit ista verba
formalia, Incendium vt plurimũ culpa habitantium
cõmittitur. d. l. si vendita. & d. §. si fornacarius. & tunc
habitantes vt non teneantur, debẽt probare culpam
abesse. quomodo hoc probatur, dicit ipse probandò,
vnde iam incẽdium habuit originem. Sed quid si non
potest apparere? vt in combustione hospitij Leonis,
quia non apparet an incẽdium habuit culpam ab hõ-
spitibus, an ab exercitore hospitij, famulis eius. †Cer- 6
tè in isto dubio non potest ferri cõtra eum sententia,
arg. ff. de his qui deie. vel effu. l. si verò. §. ꝙ si ex media-
no. qui est notabilis text. ad hoc. Licet Albr. de Rosa.
in ij. parte statutorum, q. lxxxiij. dicat, quòd si domus
alicuius est combusta, sufficit probare ignem immis-
sum: licet non probetur persona quæ immiserit. alleg.
l. j. §. item illud. ff. ad Silla. Et quia incẽdium præsumi-
tur culpa habitantium, a per. d. l. si vendita. Sed hoc a
non obstat, quia loquitur, quãdo est præsumptio, sci-
licet contra habitantes. Et ꝙ de incendio cõmisso
per famulum, non teneatur dominus, bene facit l. iij.
§. ait prætor. ff. nau. cau. sta. & ff. ad l. Aquil. si seruus ser
uum. §. Proculus. & ff. de ædi. edic. l. ædiles. circa prin-
cipium tenet Sali. in d. l. quæ fortuitis. C. de pig. act. in
iiij. col. vbi dicit, ꝙ si fuit famulus non deputatus ad
coquinã. qui posuit ignẽ, †nõ tenetur dominus, alleg. 7
l. j. §. familiæ ff. de publi & ff. de his qui deie. vel effu. l.
si verò plures. §. si id. & l. j. §. fi. ff. nau. cau. stabularij. be-
ne facit d. l. si seruus seruum, §. si fornacarius. ff. ad l.
Aquil. Idem voluit Augu. in additionibus ad Ange. de
maleficiis, in verbo, incendiario. Quartò si aliqua
culpa potest ascribi ipsi Baptistæ, non potest esse nisi
culpa leuissima in omittẽdo: quia non dixit illis pedi-
tibus, nõ faciatis ignẽ hic in cõmuni pariete. Certè ex
culpa leuissima in omittendo, non tenetur emendare
damnum secutum ex incẽdio cõmisso per ignẽ factũ
per dictos pedites: vt firmat Alex. in l. domos hæredi-
tarias. ff. de leg. j. vbi firmat, †ꝙ in actione l. Aquil. nõ 8
venit damnũ cõmissum ex culpa leuissima in omittẽ-
do. Secus in cõmittendo. allegat Bar. idẽ tenentem in
repetit. legis, ꝙ Nerua vltima char. ff. depositi. versic.
item quæro. vtrum leuissima culpa. & gl. in l. si mora.
ff. sol. matri. Idẽ tenet Pe. de Ancha. in materia incen-
dij, in consi. cccxlix. incip. pro decisione quæsita. Idem
latius firmat Alex. in l. si quis ex argentariis. §. fin. ff. de
edendo. Et miror, quòd Alexand. in d. l. si domos. non
allegauit tex. in terminis de hoc, in l. si cuius. §. de præ-
teritis. ff. de vsufruc. quem ad hoc allegat Alberi. de
Rosa. in d. l. ij. §. cognoscit. ff. de offic. præfec. vigi. Ita
etiam voluit Bald. in ij. volu. consil. ccclxxiij. incip.
quidam magister grammaticæ. & Alexand. de Imol.
in consil. ccxvj. in ij. volu. Ioan. de Imol. in cap j. de
commo. Bal. in l. pignus. v. col. C. de pig. act. †Nec 9
obstat dicta l. si seruus seruum. §. si fornacarius. vbi di-
citur, quòd competit vtilis Aquilia pro negligentia
quia

quia vt dicit ibi Albe. de Rosa. ibi fuit culpa in cõmittendo, scilicet in supponendo ignem, ideo tenetur de leuissima, & sic non obstat. Quintò fuit allegatus tex. in d. l. si seruus seruũ. §. si furnum. ff. ad legẽ Aquiliam. qui est immediatè post §. si fornacarius. vbi si vicinus iuxta parietem cõmunem habet ignem, qui sit in furno: non tenetur lege Aquilia pro dãno dato in pariete. Sed datur solũ actio in factũ, si paries sit exustus: ergo in pariete cõmuni licet habere ignem, & si paries est exustus, tenetur reficere. Si autẽ damnũ non sit datũ, & timetur de dãno, potest petere, ꝙ præstetur cautio dãni infecti, quæ nunquã in causa de quo quæritur, fuit petita, & ideo si sine culpa furnarij ignis dederit damnũ vicino, & non sit præstita cautio, non tenetur furnarius. iste tex. in ratione sui, bene facit, quãdo liceret in dicto loco tenere ignẽ. Sed quia dicitur, ꝙ in dicto loco non licebat Baptistę tenere ignẽ, ideo iudicio meo text. iste parũ facit. †Fuit igitur votatum per omnes, excepto cõmissario causæ & vno alio cõsiliario, ꝙ dictus Baptista absoluatur. Illi duo cũsiliarij fuerunt in voto, ꝙ condẽnetur: quia fuit in culpa: quia pro tẽpore præterito fecit ignem in loco non cõuenienti, videlicet in dicta corticella, & sic fuit in culpa, per id, quod dicit Salic. in dicta l. quæ fortuitis.

Sed ad hoc fuit respõsum, si fuit Baptista in culpa faciendo ignẽ in loco insolito, ex tali culpa non fuit secutum damnum vicino, & quando pedites fecerunt ignẽ, ibi non potest ascribi culpa peditũ ipsi Baptistę, cùm ipse erat absens, vt suprà dictũ est. & ex diuersis non fit illatio. l. cum actum. ff. de neg. gest. l. fi. ff. de cal. l. naturaliter. §. nihil cõmune. ff. de acquirẽ possessio. & sic fuit sententiatum, quòd Baptista absoluatur.

ADDITIO.

De incendio, & de culpa, quæ in eo committitur, & quis ad illud teneatur, vide Dominũ Petr. de Ancha. consil. cccxlviij. per totum. Et Stephanum Bertrand. parte j. consil. cxcvij. numero 3. Et Hippol. de Marsian l. j. in princip. nume. 113. ff. ad leg. Cornel. de sica. & singu. cccxciij. incipien. regula.

a *Culpa habitantium*. Adde quòd incendiũ licet præsumatur culpa inhabitantiũ, per l. qui insulam. §. fi. & ibi Bart. ff. loca. tamen non præsumitur nisi leuissima, nisi aliud in oppositũ probet. glo. est sing. in §. præterea. in verbo, debet. Inst. quibus mod. re contrahatur. oblig. quam notanter sequitur Saly. in d. l. quæ fortuitis. Alex. in consi. l. visis & oportunè consyderatis. primo vol. & vj. colum. idem sequitur Iason, in l. sed & si quis. §. quæsitum. ff. si quis caut. vbi subdit, ex hoc notanter sequi, ꝙ si quis conduxit domum, vel apothecam, vel sit fictabilis aut emphyteota, qui cõduxit domum cum prædiis: & domus incẽdio cõburatur, conductor ad nihilum tenetur: quia licet incendiũ præsumatur culpa inhabitantium, tamẽ cùm sit leuissima, cõductor non tenetur nisi de dolo, lata & leui culpa, & non de leuissima, per l. si vt certo. §. nunc videndũ. commod. Et ratio est, quia talis cõtractus celebratur gratia vtriusque. & idem tenet ipse Iaso. in l. si quis. §. prætor ait. in fi. ff. de eden. vbi plus subdit, ꝙ doctrina illa Bar. ibidem vult, ꝙ incendiũ præsumitur factum culpa inhabitãtiũ, procedit in casibus, in quibus quis tenetur de leuissima culpa: vt in cõmodatario. per d. glo. in d. §. præterea. quã pro sing. tenet Ioan. de Ana. in cõsilio lxxj. visis & diligenter ponderatis. Vbi plus subdit, quod ad hoc vt quis de incẽdio teneatur, oportet probari culpam certi determinati hominis: quia licet præsumatur culpa inhabitantium, tamẽ absque culpa determinatæ personæ fieri non potest, sed non præsumitur culpa determinati hominis: prout dicit esse tex. expressum in d. l. si vendita. & ita dicit tenere Saly. ibi, & in d. l. quæ fortuitis. quòd quãdo non probatur culpa determinatæ personæ, remanet incertitudo: & sic non potest sequi condẽnatio. l. licet. §. fi. ff. nau. caup. stabula. Ad hoc etiã allegat Bal. in l. si creditor. & in l. pignus. v. col. C. de pig. actio. quod valde dicit Iason esse notandũ pro defendendo amicũ. Et ideo si tegacius minus diligenter custodiẽdo lucernam in stabulo, ibi ignẽ imposuit, quòd eius dominus ad nihilum tenetur. ita dicit Saly. in l. in iudicio. C. loca. & sequitur Iason. vbi suprà. Et in materia incendij vide consil. Iacob. de Pute. inter consilia, col. iij. nume. 61. incipiente, ventura & fratres. cum alio seq. nume. 62. Thomas Grammaticus.

DECISIO LVIII.

De socida animalium societate & diuisione illius.

SVMMARIVM.

1 *Diuisio erronea inter socios super socida, an valeat.*
2 *Aequalitas semper seruata præsumitur in societate.*
Socius videns socium res malas ponere protestari debet: aliàs tacitè videtur consentire.
3 *Taciturnitas in actibus præiudicialibus consensum quãdo non inducat.*
Fauor potentiorem quem facit.
Protestatio non facta quo casu non inducat cõsensum.
4 *Aequalitas inter socios seruãda qualiter præsumatur.*
5 *Societas summam rationem in se debet continere.*
1 *Iudicis arbitrium versatur super inæqualitate rerum in societate, & super æstimationem num. 7.*
6 *Aestimatio rei eiusdẽ cẽsetur cũ re, & succedit loco rei.*
Aestimatio fundi qualiter fieri debeat.
7 *Præsumendum illud est, quod fieri est consuetum.*
8 *Voluntas datur intelligi ex actibus.*
Exercitium personale venit in societate considerãdum.
9 *Sententia ante publicationẽ reformatam in sacro Cõsilio.*
10 *Prudentiæ suæ nemo insisti debet.*

VErtitur dubium in sacro Cõsilio, quidam Masonus posuit in societate inita, dccclxxx. pecudes suas in pascuis: & sexcentas posuit notarius Nicolaus de Cerbaris, & Garganarij cõmuniter positi custodierunt. In fine trium annorum diuiserũt pecudes & omnia, & vnusquisque habuit sexcentas pecudes: quoniã aliæ videlicet trecentæ pecudes erant mortuæ: vt dicebat liber Garganarij. Mortuo notario Nicolao, Masonus † petit ab eius hæredibus ducentas pecudes cum fœtibus. 1
Dicti hæredes opponũt, ꝙ fuit facta diuisio. Replicatur, ꝙ diuisio fuit erronea, quia in veritate debet habere ducentas pecudes. Et sic non obstat diuisio, per l. si post diuisionẽ. C. de iuris & facti ignorantia. Replicatur, quòd nullus fuit error: quia illæ ducẽtę pecudes vltra numerũ pecudum positarũ per notarium Nicolaum cõpensantur, & compensatæ præsumuntur cum bonitate pecudum ipsius notarij Nicolai. Attento ꝙ est probatũ, quòd illæ pecudes Masoni erant multũ deteriores, & sexcentæ pecudes notarij Nicolai erant meliores ducatis decem pro centenario, & sic præsumitur, quòd in diuisione fuit facta ista æqualitas: &

2 ſic nulluseſt error. † Semper enim præſumitur in ſo-
cietate ſeruata æqualitas: vt in l. ſi non fuerint. ff. pro
ſocio. Dicitur in contrariũ, ꝙ iſta æqualitas conſide-
ratur reſpectu numeri pecudũ, & non reſpectu boni-
tatis vel deteriorationis rei poſitæ in ſocietate: quia
ſi ſocius videt ſociũ ponere res non bonas, debet pro-
teſtari, aliàs videtur tacitè conſentire, iuxta not. per
Bar. in l. quæ dotis. ff. ſol. matri. Sed illud de prote-
ſtatione non facta nihil obſtat: quia licet fuiſſet facta
proteſtatio, ſatis clarè oſtẽderetur de excluſione cõ-
ſenſus, ſecundũ Bal. in l. ſi quis teſtibus. C. de teſtibus.
tamen ſi non eſt facta ex hoc, non ſequitur, ergo con-
3 ſenſit, quia talis taciturnitas ſibi præiudicaret: † & ta-
citurnitas in actibus præiudicialibus non inducit cõ-
ſenſum, quando daretur reuerentia ex parte illius, qui
debebat proteſtari, tunc præſumitur diſſenſus: vt di-
cit Bar. in d. l. quæ dotis. dũ alleg. l. j. §. quæ onerãdæ. ff.
quarũ re. act. non datur. erat Maſonus propter fauo-
rem, quẽ habebat cum comite fundorũ potẽtior no-
tario Nicolao, & non audebat proteſtari contra eum
imponentẽ pecudes macilẽtas & deteriores, ideo eius
taciturnitas non inducit cõſenſum: & proteſtatio nõ
facta nõ inducit cõſenſum, cum agebatur de euidenti
præiudicio ipſius notarij Nicolai, vt in l. pe. ff. de furt.
Idem Bal. voluit in l. ſi ſine. C. ad Velle. gl. & Bal. in l.
filius. §. inuitus. ff. de procu. volui do. Ant. in c. nonne.
de præſump. Bal. in l. j. C. de bon. ma. Stat ergo du-
bium vtrũ iſta æqualitas inter ſocios debeat conſide-
rari ſolũ reſpectu numeri pecudũ, vel etiam reſpectu
bonitatis valoris & æſtimationis. Maior † pars do-
4 minorũ fuit in voto, ꝙ debeat conſiderari æqualitas
reſpectu numeri pecudũ, & non reſpectu bonitatis &
deteriorationis & valoris: allegãtes dictã l. ſi non fue-
rint. quæ dicit, ꝙ ſocietas intelligitur celebrata æquis
partibus: & ſic quòd notarius Nicolaus debeat pone-
re tot pecudes quot poſuit Maſonus: & ſic intelligitur
iſta æqualitas inter ſocios ſeruanda. bene facit l. ſi pa-
ſcenda. C. de pact. Sed ego & dom. And. Maticũda ex-
preſsè votauimus contrariũ, vt iſta ſocietas præſuma-
tur æqualiter cõtracta, non ſolũ reſpectu numeri, ſed
etiam reſpectu bonitatis, & deterioritatis & valoris
5 hincinde: per infraſcripta motiua. Et primò, † quia
ſocietas ſummã rationẽ in ſe continere debet. l. verũ
in prin. ff. pro ſoc. non enim eſſet ſumma ratio ſerua-
ta, ſi ſocietas conſideretur ſolũ reſpectu numeri, cum
conſtat de deterioribus pecudibus Maſoni, & de me-
lioritate pecudum notarij Nicolai: & in hoc multùm
verſatur iudicis arbitriũ: vt in l. ſocietas contrahitur.
§. ſocietas. & l. ſocietatẽ mecũ. & l. quid enim. & d. l. ſi
non fuerint. & in l. impoſita. ff. pro ſoc. Secũdò, ego
habeo tex. expreſſum, quòd debet haberi cõſideratio
æſtimatiõis, ex quo habeo tex. quid æſtimatio rei idẽ
cẽſetur cum re, & ſic tantùm eſt poſuiſſe centũ pecu-
des, quantũ poſuiſſe ducentũ: dũmodò illi centum in
æſtimatione ſit quantũ ducentum. tex. eſt in l. ita fide-
iuſſorẽ. ff. de fideiuſſoribus. vbi dicitur, quòd ille qui
eſt obligatus ad frumentũ, poteſt dare eius æſtimatio-
6 nem, & ibi expreſsè Paul. de Caſt. dicit, † ꝙ æſtimatio
ſuccedit loco rei, & cenſetur eſſe eadẽ. Et ideo volũt
Doctores, ꝙ æſtimatio fundi non debet fieri reſpectu
numeri ſeu menſuræ: ſed reſpectu bonitatis fundi: vt
dicit Bar. in l. ſi ex falſis. C. de tranſactionibus. Bal. in
l. ij. C. de reſcind. vendic. & Bart. in l. ſi quos. eod. titu.
Sic in caſu noſtro non debet cõſiderari iſta æqualitas
reſpectu numeri, ſed etiã reſpectu bonitatis pecudũ,
vt ſeruetur æqualitas inter ſocios: & ſic ſtãte diuiſio-
ne prædicta nõ poteſt dici, quòd diuiſio fuit erronea,
cõſiderata qualitate pecudũ poſitarũ per Nicolaum,
quæ erant optimæ, & qualitate pecudũ poſitarũ per
Maſonũ, quæ erant morboſæ lapſæ, & multũ deterio-
res. Et ſi dicatur, quòd non eſt probatum legitimè de
valore pecudũ notarij Nicolai, licet probetur, quòd
erant meliores. † Dico quòd poſito ꝙ teſtes non con- 7
cluderent deponendo de cõmuni æſtimatione, prout
debent deponere: vt notatur in l. pretia rerum. ff. ad l.
Falci. in l. ij. per Bar. & Doc. C. de reſcin. ven. Dicendũ
eſt, quòd tunc iudex ex officio debet æſtimare. l. alie-
no. §. ſi is cuius. ff. de fideicõmiſ. libert. l. non dubiũ. §.
fina. & in l. ſi quod ex Pamphila. §. ſi. ff. de leg. ij. notat
Alexan. in ij. vol. conſi. ix. Et ego æſtimarẽ tantun-
dẽ, ex quo ſic partes diuiſerũt æqualiter propter quod
eſt præſumendum, quòd de omnibus habita fuit ratio
in diuiſione, ex quo omnia diuiſerunt vſque ad calda-
rias maxariæ. Quia ſic videtur fuiſſe conſuetum, &
ſic præſumendũ eſt vt in l. ꝙ ſi nolit. §. quia aſsidua. ff.
de ædilit. edict. l. ſi prius. §. placuit. ff. de aqua plu. arcẽ.
eum ſi. Et ex actibus † enim datur volũtas intelligi. §. 8
ceruos. Inſtitu. de re. diuiſ. l. repræhẽdenda. de inſtitu-
tio. & ſubſti. Item conſidero, ꝙ notarius Nicolaus
miniſtrabat expẽſas, & ipſe viſitabat pecudes ponen-
do exercitiũ perſonale, quod ſatis debet eſſe in conſi-
deratione in ſocietate, & hoc debet multùm iudex
conſiderare: vt in d. l. ſi non fuerint. & d. l. quid enim.

Item cõſidero, quòd Maſonus ſtetit quietus viuẽte
notario Nicolao poſt diuiſionẽ & nihil dixit: & Ma-
ſonus eſt diligens in ſuis negotiis: & eo viuente nihil
dixit per octo annos: & poſteà eo mortuo moleſtauit
pupillos eius filios penitus ignorantes, & ab eis petiit
omnes pecudes, ſcilicet octingintas, nõ recognoſcen-
do bonam fidem, quòd habuit ſexcentas in diuiſione.
Et propterea ego & dominus And. votauimus, quòd
filij & hæredes dicti notarij Nicolai ſunt abſoluendi.

† Cæteri votauerunt contrariũ. Sed quoniã poſteà 9
ſequenti die præfati domini qui dixerunt, ꝙ æquali-
tas erat facienda iuxta numerũ pecudũ, mutauerunt
opinionẽ, & falſi ſunt, quòd debet haberi cõſideratio
de ipſa bonitate pecudũ notarij Nicolai, & deterio-
ratione pecudũ Maſoni: & nõ habemus certum quid
legitimè probatũ fuit. Arbitratũ extitit per ſacrũ
Conſiliũ, quòd ſolùm condemnẽtur hæredes notarij
Nicolai ad pecudes centum, & ad centũ ducatos pro
fructibus annorum xxvij. Et ſic fuit reformata prima
ſententia per quam condẽnabantur dicti hæredes ad
pecudes ducentas cum fructibus. In hoc ego & do.
And. aſſentiuimus, quia materia erat arbitraria, & nõ
habemus certam probationem de valore meliorat io-
nis pecudum notarij Nicolai: nec certã probationem
de valore pecudũ Maſoni, quæ erãt morboſæ & dete-
riores: & propter votũ aliorũ, † vt euaderemus illud, 10
Ne imiteris prudẽtiæ tuæ, vt in parabolis Salomonis.
& xvj. q. j. c. ſi clericatus. & in cap. ne imitaris. de cõſti.

DECISIO LIX.

De condemnatione fructuum lite pendente perceptorum.

SVMMARIVM.

1 *Condemnatio in fructibus lite pendente perceptis à tempore publicationis, an & quando fieri debeat.*

Fructus

3 *Fructus percepti lite pendente etiam si non sunt petiti, debentur restitui, & iudex potest ad illos condemnare.*
Fructus lite pendente & post publicationem percipiens, est malæ fidei possessor.

Dominus Camillus retulit processum causæ inter dominã Altam de Antignano matrem nobilis Motiæ de Motiis de Neapoli & Petrillum de lo Richo super quarta parte terræ cum fructibus quæ fuit olim concessa vsque ad secundã generationẽ eorum antecesso-
1 ribus: per Abbatẽ de la Ferrata: † & fuit sententiarum per capitaneũ Capuanũ in fauorem do. Altæ quòd ad terrã prædictam pro quarta parte, & quòd ad fructus Petrillus fuit absolutus: à qua sententia ambæ partes appellauerũt, quatenus a contra se facit. Fuit pariter votatũ, quòd bene fuit iudicatũ per curiã Capuanam, exceptò in fructibus in quibus debuit condemnare in fructibus perceptis lite pẽdente à tẽpore pu-
2 blicationis: † quia ex tunc est malæfidei possessor: vt in l. videamus. §. j. & ibi Bart. ff. de vsuris. & in l. cùm fundum. in prin. ff. si cer. per. & l. si filius. §. j. de ver. oblig. & in Spec. de appella. §. x. versic. Sed pone. & de expẽ. §. iiij. versic. hoc quoque. & Innoc. in c. grauis. de resti. spolia. etiã si nõ fuissent petiti, secundũ eum ibi. & Bar. in l. & ex diuerso. §. j. ff. de rei vendi. & Bald. in ru. C. de vsu. & fruct. lega. & in l. cum Archimedotam. C. vt in possess. le.

DECISIO LX.

De actione super contractu simulato.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum an excludat exceptionem simulationis in contractu, non obtenta absolutione a iuramento.*
2 *Iuramentum super contractu nullo positũ, an sit nullum.*
Feudi venditio sine Regio assensu est nulla.
Actio post litem contestatam non mutanda.
3 *Sententia absolutoria ferri debet, si actum est vna via in qua non competit ius.*
4 *Actori qui in vna via succubuit alia concedenda est.*

1 Notarius Goffredus † agit contra Petrum Anellum de sancto Patre, vt restituat sibi feudũ, quod ipse vẽdidit sibi, quia illa vẽditio est imaginaria & simulata. Replicat conuẽtus, quòd obstat iuramentũ omnia & singula vera esse, quod excludit exceptionẽ simulationis non ob-
a tenta absolutione à iuramento,[a] iuxta veram cõclusionem positã per Al. x. in l. nemó potest. ff. de leg. j. & Ioã. de Imo. in c. ad nostrã. de emp. & ven. & in c. cum contingat. in vij. membro, de iureiur. & per d. Vitalẽ in clausulis suis, char. xcix. & per Alex. in ij vol. consilio xxxvj. & per Abbatẽ in dispu. sua, stante statuto rõdito in Italia. Et ista cõclusio fuit approbata in
2 sacro Cõsilio: licet replicaret actor, quòd † iuramentum prædictũ est inualidum, quia interpositum super contractu nullo, id est super venditione feudi sine Regio assensu: & si. licet venire contra iuramentũ iure proprio per cõsti. reg. cõsti. & post litem contestatã non licet mutare actionem: l. edita. per Bald. C. de eden. Et
3 ideo succedit regula, † quòd si est actũ vna via, & non cõpetit ius illa via, sed alia, debet ferri sentẽtia absolutoria, secundũ Bal. in auth. sed & si quis. C. de secun. nu. habetur in c. examinata. de iudiciis. l. & habet. ff. de insti. Abb. in c. si de libelli oblatione. Paul. de Cast. in l. si ad quem. ff. de acquiren. hære. Bal. in l. per hanc. C. de tempo. appell. & in l. possessiones. C. de probatio. & in l. j. in fine. C. si certũ pet. & in Spe. in titu. de senten. probatione. §. qualiter. versicu. quid si lis. & in tit. de offi. iudi. §. deseruit. & Io. And. & in tit. de actio. & pet. versi. & hoc quoque. licet in veritate appareat de Regio assensu. Sed dicebatur, quòd antea fuit facta reuocatio, sed non apparebat legitime. reus replicat, quòd non egit hac via: sed via simulationis dicendo contractum simulatũ. † Fuit iudicatũ per Cõsilium, quòd 4
absoluatur reus ab obseruatione iudicij, & actor cõdemnetur in expẽsis. Et quòd sit ei licitum agere alia via sibi competenti, per l. Bebius Marcellus. ff. de pact. dota.

ADDITIO.

a *Iuramento.* Adde quòd idem tenet Bart. & Saly. in l. fin. C. de nõ nume. pecu. & sequitur Fel. in c. iij. loco. certã, de probat. in iiij. col. in versic. quartò fallit. vbi notabiliter subdit, quòd si probationes allegantis simulationem fuissent receptæ & admissæ, tunc post detectam turpitudinem licitum est eam allegare. allegat in simili Bal. in cap. intelleximus. ij. col. de iudic. & in l. si creditoribus. in fine. C. de seruo pigno. dat. manu. idem tenet Iason in l. iusiurandum. la ij. §. procurator. ix. col. ff. de iureiuran. in fol. lxxxix. & vide omnino Marc. Antonium de Bauer. in tractatu de virtut. iurament. in quæst. lxiiij. vbi habes, quòd si parte reluctante fuissent admissæ probationes, non probarẽt allegat Alex. in consi. lxxxix. ij. vol. & in consi. cxxxiij. Quod est menti tenendum: quia ita annis elapsis obtinui in audientia Regia, in fauorem Lucæ Porcelli de Neapol. contra dominum Andream de Pace alias de Viso. I.V.D. de Neapol. dum aduersus obligationem penes acta admissus fuisset ad probandum, reluctante ipso Luca Porcello: & licet suam intẽtionem probasset, fuit tandem condemnatus ad soluendum debitum petitum. Thomas Grammaticus.

DECISIO LXI.

De dotis promissione, & priuilegiis dotalibus.

SVMMARIVM.

1 *Promissio constituendi dotem an habeat eundem effectum, ac si esset constituta.*
Conuentio de donando est donatio.
Insinuatio omne tempus concernit.
2 *Dos promissa parem vim habet ac constituta.*
3 *Maritus futurus promittens vxorem dotare, cùm contrahet per verba de præsenti, an validè promittat, & quando.*
Donatio inter futuros coniuges ante contractum matrimonij quo casu teneat, & etiam post contractum.
Dos promissa constituta per virum ignobilem vxori nobili, an debeatur ab hæredibus viri matrimonio per verba de præsenti contracto copula non secuta.
4 *Statutum de lucranda certa parte dotis, an se extendat ad matrimonium sine copula.*
5 *Priuilegia dotibus & vxoribus concessa amplectuntur etiam vxores per verba de futuro.*
6 *Dos promissa constituta, & non constituta, an debeatur vxori post annum renubenti.*
Vxor per transitum ad secunda vota, vbi non sunt filij primi thori non perdit ea quæ habuit à marito.
Ratio lucrorum nuptialium & dotis datæ prætextu nobilitatis vxoris est eadem.

Vit lata quędam sententia in cōsilio prouinciali in ciuitate Licij de cōsilio do. Ioā. Baptistæ de Brācacijs, à qua fuit appellatū in sacro Consilio, & cōmissa causa d. And.
1 Mariconda. Fuit dubitatum de quatuor. † Primò vtrum promissio cō stituendi dotē habeat eundē effectum, ac si esset cōstituta. Fuit dictū, quòd sic, vt euitetur circuitus, vt dicit Ioan. And. in additio. Spec. in tit. de obligatione & solutione in restit. Secundò per id quod voluit Sali. in l. si vt proponis. de condi. ob causam. vbi si quis cōuenit donare tunc est donatio, quia infinitiuum omne tēpus concernit, & sic præsens. & licet Saly. non alleget. glo. est in l. iiij. §. Cato. super verbo, per te non fieri. ff. de ver. obli. quæ dicit, quòd infinitiuū omne tēpus respicit. Idem Alex. in ij. vol. consi. xxxj. in iij. col. & in iij vol. cōsi. lxxxiij in iiij. col. Tertiò,
2 † quia parē vim habet dos promissa vel constituta. vt dicit Bal. in l. fi. C. de dotis promissione. bene facit l. assiduis. C. qui potio. in pig. ha. & l. vnica. C. de re. vxo. act. & sunt multa cōsilia Alexan. ij. vol. consi. ccxx. in iij. col. & in iiij. vol. consi. lxij. in vij. col. & cōsi. lxvj. in fi. & Ang. in consi. lxxix. & Alex. ff. de re iudi. l. nō tantū. in penul. col. & hoc quò ad primum dubium. Item post multa idem concludit And. in c. j. de natur. suc. feudi. in quæstione illa, si dos fuit promissa, & non soluta, verū soror excluditur vbi pereum. & Alex.
3 in iij. volu. consi. xiij. vj. col. † Secundò dubitatur, vtrum si maritus futurus antequā cōtrahat per verba de præsenti, promittit dotare vxorē, cùm habet contrahere per verba de præsenti, quia vxor nobilior est viro valeat talis promissio. Et fuit cōclusum, quòd sic per ea quæ not. Bart. & Doct. in l. diuortio. ff. de verb. obli. vbi licet sit vera cōclusio, quòd etiā si vir non est ignobilis, valet donatio inter futuros coniuges ante contractum matrimonij: & post contractum matrimonij non. Fallit, nisi vxor sit nobilis: & maritus ignobilis. idē Bal. in l. fi. C. de don. ante nup. & hoc firmat Alex. plenè in d. l. si diuortio. circa finē. Tertiò dubitatur, verū hæc dos promissa cōstitui per virū non nobilē vxori nobili debeatur ab hæredibus viri, si matrimonium fuit solùm contractum per verba de præsenti, nō secuta copula carnali, nec fuit traducta in domum viri. Salyce. in l. cùm te. C. de don. ante
4 nup. tenuit, † quòd stante statuto, quòd vir lucretur certā partē dotis, non habet locum, si matrimoniū fuit solùm contractum per verba de præsenti, & non secuta copula carnali, per multas rationes, de quibus ibi per eum. Idem cōsuluit Abb in cōsi. j. in j. vol. & in ij. vol. consi. lxxix. & in c. ex publico. de cōuersi. coniugatorum. & in c. iij. loco. de præsump. & in rubr. de sponsalibus. Sed contrariū tenuit Paul. de Cast. in l. cum fuerit ff. de cōdi. & demōstra. Idem Paul. in l. de diuisione. ff. sol. mat. & in l. si donaturus. ff. de cōdi. ob causam. vbi Alex. dat multas cotas. & Bal. in l. Deo nobis. C. de epi. & cleri. Et maximè hæc cōclusio vera est in
5 casu, de quo quęritur, † quia priuilegia quę dātur doti & vxoribus, nedū dantur vxori, quæ est per verba de præsenti, sed etiā per verba de futuro; vt in l. dabimus. de priui. cred. secundùm Ang. in l. solet. de his quę notantur infra, & hoc firmat in beneficiis Abb. in d. c. iij. loco fuit. l. nō fine. C. de bonis quæ liberis. Vnde fuit votatū quòd vxor nō cognita, quæ est per verba de præsenti, debet habere dotē promissam ab hæredibus viri, licet non fuit matrimoniū carnali copula cōsummatum. Quartū dubium, vtrum debeatur talis dos promissa cōstitui & non cōstituta, si vxor transiuit ad secūda vota post annum. Fuit cōclusum, quòd de-
6 beatur, † quia per transitum ad secunda vota, vbi non sunt filij primi matrimonij, vxor non perdit ea quæ habuit à marito: vt in l. fœminę. in fi. C. de secun. nup. & in auth. de nup. §. si verò expectet. Alexan. in ij. vol. consi. cxj. in prin. quæ iura licet loquātur in lucris nuptialibus. Idē fuit per consiliū interpretatū, etiam in dote donata prætextu nobilitatis vxoris, quia eadem est ratio, quod tenementi, & sic fuit iudicatum, bene iudicatū, & male appellatū, victum victori in secūda instātia in expēsis condēnando. Math. de Affl. V. I. D.

DECISIO LXII.

De iure congrui.

SVMMARIVM.

1 *Ius congrui non impeditur per* [illegible] *vbi est via vicinalis in medio duorum territoriorum.*

2 *Viæ vicinales sunt priuatarum personarum.*

Sententiæ latæ tempore guerræ lata nulla.

Er magnā curiam vicariæ fuit iudicatum, quòd † vbi est via vicinalis in medio duarum 1 territoriū, non impeditur ius congrui. fuit appellatū, & fuit in cōsilio cōfirmata: quia hoc probat tex. in l. j. §. vicinales. ff. ne quid in loco publico. † vbi istæ viæ vicinales sunt priuatarū persona 2 rū, & ideo competit ius congrui vicino, licet via sit in medio. & hoc firmatur Neap. in cōsue. vbi domus de iure cōgrui. ner Bal. in cōsti. sancimus. de iure. prot. §. fi. & ibi dixi. Sed quia sentētia magnę curiæ fuit lata tēpore guerræ, scilicet, Regis Frāciæ fuit iudicatū esse nullam, & fuit pronnunciatū per Consiliū quòd competit ius congrui non obstante via vicinali in medio.

DECISIO LXIII.

De exceptione impediente litis ingressum.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio opposita ad impediendum ingressum, an reseruanda ad merita causæ, tanquam requirens altiorem indaginem.*

2 *Terminus ad probandum super replicatione actoris dandus reo exceptionem litis ingressum impedimentem probante peri. it* [illegible]*.*

Vit dubitatū † si contra agentem opponitur 1 exceptio iuris iurandi ad impediendum litis ingressum & transactionis, iuxta c. j. de lit. contest. lib. vj. actor replicat, quòd trāsactio & iuramentū fuit per dolū facta, & offert probare in termino probatorio, vtrum possit reseruari ad merita tanquam requirens altiorem indaginem ex replicatione actoris, iuxta ea quæ habētur in l. nam & postea. & ibi cōcor. ff. de iureiur. Fuit conclusum, quòd nō, † sed debet 2 dari terminus ab probandū super replicatione, post quā reus probauit per instrumentū exceptionē impedientē litis ingressum. hoc voluit Io. And. in c. j. de lit. cōte. in glo. in verbo, finita. in ver. sed ponē dicitur, quòd sententia non tenuit. & ista glo. non est alibi. lib. vj.

DECISIO LXIIII.

De institoria actione & bāci institore.

SVMMARIVM.

1 *Institor banci qui procuratorio nomine principalis se obligauit, an possit per creditores conueniri*

niri propter periurium, an ciuiliter. numero 3.

2 *Bancum non potest criminaliter conueniri, si non est iuratum de facie ad faciem.*

Periurij causa est criminalis.

Procurator in causa criminali interuenire non potest.

3 *Executio non fit contra procuratorem: licet sententia feratur contra eum.*

1 QVidam mercator & institor bãci † se obligauit procuratorio nomine sui principalis ad summã ducatorũ cccc. instrumento publico mediante cum causa: adueniente tempore non soluit, vtrum creditor contra eum possit criminaliter præsentare instrumentũ iuxta formã ritus magnæ curiæ Vicariæ. Fuit iudicatũ per ipsam magnã curiam Vicariæ, quod non: quia iuramentũ præ-

2 stitum est procuratorio nomine banci. † & criminaliter bancũ non potest conueniri, quia non est iuratũ de facie ad faciẽ. & hoc voluit etiam Bar. in l. qui bona. §. si alieno. ff. de dam. infec. circa fi. Itẽ quia causa super præsentatione instr. est criminalis propter periurium: vt in consti. Regni, eos. in dicta causa criminali nõ potest interuenire procurator, secundũ theoricam. Bart. in l. accusatore. §. ad crimẽ. ff. de pub. iud. & in l. seruum quoque. §. publicè. ff. de proc. & Doc. in c. veniens. de accusa. & per Ale. in ij. vol. consi. cxvj.

3 Sed bene potest procedi contra eum † ciuiliter, si est obligatus tanquam institor vel procurator banci. & hæc sententia fuit confirmata in Consilio per doctrinam Ang. in l. Plautius. ff. de procur. vbi procu. debet condemnari: sed non fit executio cõtra eum, sed contra dominũ. notatur in l. j. C. de sent. & inter. om. iud. vt dicit ibi Ang. per text. in l. hoc iure. ff. de soluti. & hoc etiã dicit Spec. in tit. de execu. senten. §. sequitur. versic. sed quid si procu. Et quid debeat ille creditor probare, vt probet eum fuisse institorem banci, vt possit bancum obligare, bene tangit Alexan. in ij. volu. consil. xliij. viso & discusso.

DECISIO LXV.

De contractu simulato & vsurario.

SVMMARIVM.

1 *Contractus in quo dignoscatur simulatus.*

2 *Contractus simulatus in fraudem vsurarum an requirat consuetudinem fænerandi vltra pactum redemptionis & vilitatem pretij.*

3 *Simulationis præsumptio oriri non potest in emptione, cum possessio est emptori tradita.*

IN causa Melchioris de auersa super simulatione contractus, vbi per capitaneum Auersæ fuit iudicatũ contractum simula-

1 tum, & fuit appellatum in consilio. † Fuit bene discussum, quòd malè iudicauit: quia contractus non est simulatus, quia non fuit bene probatum de pacto de reuẽdendo incõtinenti apposito, neque fuit probatum de iniustitia pretij: neque de consuetudine fœnerãdi, licet non omnia ista tria requirantur ad fa-

2 ciendum contractum simulatum. † Sed sufficiũt duo tantũ, videlicet pactum de reuendendo incontinenti appositum & iniustitia pretij vltra dimidiã: vt patet in c. ad nostram. de empt. & vendi. secundum glo. in c. cõquestus. de vsuris. & idem voluit Inno. & post eum Ioan. And. & Anto. de But. & Ioan. de Imola. in d. c. ad nostram. & Arcbi. xiiij. quæst. iij. c. plerique. Alb. in l. emptione. C. plus valere quod agitur: idem glo. Inno. & Host. in c. illo vos. de pig. Et licet Gyn. & Bald. in d. l. emptione. præallegata, dicat, quòd illa duo non sufficiant: tamen dn. Ant. de Alex. & dn. Andr. Mariconda retulit, sacrum Consilium aliàs iudicasse, quòd dicta duo sufficiant ad faciendũ contractum simulatum, etiam quòd non probetur cõsuetudo fœnerandi. † Item nec 3
probatur, quod venditor remansit in possessione, Imò possessio fuit emptori tradita, & sic non potest oriri præsumptio illa simulationis. de qua per Bartol. in l. post contractũ. in iij. col. ff. de don. per l. sicut. §. superuacuũ. ff. quib. modis pign. vel hypothe. soluitur. Ideo reus per sententiam sacri Consilij fuit absolutus.

ADDITIO.

Adde ibi, vt patet in cap. ad nostram. Vbi dicit Abbas Sicu. quòd si appareat emptorẽ fuisse quicquam lucratum eo casu solo censetur vsurarius. Et de illo contractu simulato vide Laur. Calca. consil. xxv. col. xj. & Carneum consi. ccxlj.

DECISIO LXVI.

De iuris iniqui retorquutione.

SVMMARIVM.

1 *Debitor impetrans moratoriam contra creditores, an possit repelli per retorquutionem iuris iniqui, si agat contra suum debitorem.*

2 *Retorquutio fit contra ius iniquum impetrãtem, etiam quòd eo non sit vsus.*

QVidam † impetrauit moratoriam, & sic ius 1
iniquum contra suos creditores, demum agit contra quẽdam suum debitorem, ille debitor dicit, quòd non potest conueniri: quia ipse est creditor ipsius, & sic ius iniquum retorquetur contra eum, per l. si quis iniquum. ff. quod quisque iuris. vbi dicitur, † quòd contra impetrantem ius ini- 2
quũ fit retorquutio etiam, quod eo non sit vsus. ille actor negat quod ille sit creditor, & sic debet procedi. Fuit conclusum in Consilio, quòd quando ille conuentus faciet constare, quòd est creditor: quòd tunc possit ius iniquum retorquere.

DECISIO LXVII.

De acquirenda quasi possessione in iuribus incorporalibus.

SVMMARIVM.

1 *Quasi possessio acquirenda in iuribus incorporalibus quæ requirat.*

Fusarium ad linum maturandum habens quando habeat ius prohibendi alterum volentem facere fusarium in suo.

Actus vnus an sufficiat ad acquirendam quasi possessionem in iuribus incorporalibus.

2 *Quasi possessio non causatur in aduersario per patientiam propter preces.*

Iurium incorporalium quasi possessio nihil releuat, si patientia aduersarij fuit precario vel violenter.

3 *Actor non probans quasi possessionem prohibendi fusarium per præscriptionem vel priuilegium corruit ab incepto.*

Iura ecclesiæ incorporalia quanto tẽpore præscribantur.

Res liberæ non acquiruntur tempore solo, quo ad prohibitionem, nisi seruitute probata.

4 *Præscriptio contra ecclesiam est quadragenaria.*

Hospitale gaudet priuilegio ecclesiæ.

SVper causa iuris prohibendi fusarium Annunciatæ in loco Agnani per monasteriũ sanctæ Claræ, & illos nobiles de Guindacis, & alios litis consortes: vbi fuit actum per dictos litis cõsortes contra hospitale Annũciatæ de Neap. interdicto vti pos. Fuit dubitatũ verum sit probatũ in istis iuribus incorporalibus, quod iure suo prohibuit fusariũ fieri per hospitale, & cum scientia & patientia œconomorũ hospitalis. Et quot vicibus fuit facta prohibitio. Et verum ex parte hospitalis fuit probata possessio faciendi fusariũ iuxta aquã Agnani prope ripam terræ hospitalis. Et per quãtum tẽpus præscribatur contra hospitale ius prohibendi
1 fusarium. †Et certè primũ dubiũ resoluitur per d. Abb. in c. cum ecclesia Sutrina. de causa posses. & proprie. in q. illa, quæ requirantur ad acquirendam quasi possessionem in iuribus incorporalibus. vbi dicit do. Abb. in iiij. col. ꝙ primò requiritur exercitium illius iuris, scilicet ꝙ in casu nostro actor prohibuerit hospitali, quãdo voluit facere fusarium, & hospitale acquieuit prohibitioni, & an vnus actus sufficiat, tangit ibi do. Abb. & Ant. de Bu. in repeti. cap. in fin. de causa posses. & proprie. & Bald. in l. ij. C. de seru. & aqua. & cõcludit Abbas ibi, quòd remittitur iudicis arbitrio, sed in casu nostro non est probatũ nisi de vnica prohibitione facta per Panzinũ regalem Algoizinum: & sic patientia fuit volẽtia præcedenti: vt infrà, dicetur.

Secundò principaliter requiritur scientia & patientia hospitalis, vt ff. de serui. rusti. prædi. l. j. in fi. & ibi concordant, & in casu nostro probatur sciẽtia & patiẽtia, sed contẽplatione cuiusdã comitis & propter
2 prohibitionẽ Panzini prædicti, † quia patientia propter preces, & propter dictã violentiã non causatur in aduersario quasi possessio. per no. per Bal. in l. ij. C. de seruit. Tertiò requiritur, quòd exercens prohibitionem, illa vtatur iure suo, & non tanquàm alieno sibi concesso, & in veritate dicta prohibitione actor vsus fuit per violentiã de facto, & postmodũ hospitale non acquieuit & exercuit fusariũ: & deuẽtum fuit ad sequestrũ iudicis auctoritate. Et sic non ob. prohibitione exercuit hospitale fusarium. vnde non potest dici, ꝙ actor fuit in possessione prohibendi, quia illa vnica prohibitio fuit violenter: & patientia fuit precario, videlicet precibus dicti comitis. & sic nõ iuuat: vt in l. j. §. sed & iure. ff. de aqua quoti. & estim. l. j. & fin. ff. de itin. actúque priua. l. fin. ff. quemad. ser. amit.

Et sic cum illa patientia hospitalis contẽplatione comitis non fuit volũtaria, sed violẽter & posteà precaria, ista non habetur pro quasi possessione: vt dicit do. An. in repe. c. si. xxxviij. col. de causa posses. & pro-
3 prie. & idẽ dicit in seq. col. †Et sic concluditur pro attenta possessione hospitalis, ꝙ exercuit fusarium in loco donato ab antiquo, eũ iure fusarij. dictus actor
a non probat quasi possessionẽ iuris prohibẽdi [a] prout requiritur. Maximè ꝙ ista facultas prohibẽdi non est cõcessa à principe, nec probatur de vetusta cõsuetudine, vel præscriptione quadragenaria contra ecclesiam, vt tenent do. Ant. & Abb. in c. significãre. de appel. & dicit Host. ibi secundùm do. Anto. ꝙ si res sunt liberæ, non acquiruntur tempore solo, quo ad hoc, vt aliud prohiberi possit, si ille qui habet ius commune pro se, nisi probet seruitutẽ sibi deberi. bene facit. ff. si ser. vend. l. si quis diuturno. & ff. de aqua quoti. & æsti. l. hoc iure. §. ductus. ff. de aqua plu. arcẽd. l. in summa. §. idem Labeo, & si cũ exercere fusariũ in lacu iuxta ripam prædij hospitalis sit licitum de iure, ista facultas prohibẽdi solo tẽpore nõ causatur, sed priuilegio aut vetusta consuetudine. Maximè quia hospitale Anuntiatæ est fundatũ auctoritate Archiepiscopi Neapo. vt est notatium, sic requiritur præscri. xl. anno. † quia 4
non minori tẽpore contra ecclesiã præscribitur, vt in c. de quarta. de præscrip. sic contra hospitale, quia hospitale gaudet priuilegio ecclesiæ, vt bene allegat & probat Fel. in c. de iiij. in pen. col. & seq. de præscri. & Alex. de Imo. in ij. vol. consil. ix. in j. col. & ex his sunt resoluta dubia. Fuit pariter votatũ, quod hospitale Annũciatæ absoluatur ab impetitione actorum, saluo iure proprietatis, si quod cõpetitur. Math. de Afflict.

ADDITIO.

De præscriptione aduersus ecclesiam vide Pett. de Anch. consi. clxxij. nume. 4. & Steph. Bertrandi parte ij. cõsi. cxlvij. nume. 14. & ccxliij. nu. 4. & Lud. Bolog. consi. xxxiij. & Repertoriũ Felini super verbo, hospitale. Et de priuilegio hospitalis, Anchara. consi. ccliij. nu. 5. & Steph. Bertrã. parte. j. consi. ccxliij. num. 3.

a *Prohibendi.* De possessione iuris prohibendi, vide infrà in decisi. ccclxxxviij.

DECISIO LXVIII.

De venditione terræ designatæ limitibus.

SVMMARIVM.

1 *Terram circundatam finibus vendens, an præsumatur omnia secundum fines vendidisse nu. 4.*
2 *Pretium rei venditæ an potius considerandum, quàm quantitas.*
Verisimile id est, quod ex pretio colligi potest.
3 *Terra vendita cum expressione corporis circunscripti, licet sit maior quantitas, cedit lucro emptoris sine auctorio pretio, secus si numerus est expressus intra fines designatos.*

QVidam creditor in vnc. duodecim executionem fieri fecit virtute sententiæ cõtra bona sui debitoris super quadã terra, sita ad Monticellũ, quæ erat dicti debitoris, & instrumentũ diuisionis bonorum dicebat, quòd erat decẽ modiorũ, executor dictæ sententiæ appretiauit quatuor modia de terra, & nemus, & tertiam partem massariæ, & omnia quæ habebat dictus Iacobus vnc. xij. & consignauit illi creditori. Creditor ille vẽdidit dom. Carlo Pignatello dicta bona, & tradidit pro dicto pretio Vnc. xij. solutarũ † Modò idẽ creditor vult 1
pro alio debito recurrere ad modia sex de terra restãtia dicti Iacobi iuxta instrumentũ diuisiõis, quæ possidẽtur per hæredes do. Carli. Qui excipiũt, ꝙ ille creditor omnia quæ habuit, vẽdidit dom. Car. nam vidit terram circundatam finibus, & secundũ fines omnia sunt vendita. In contrariũ dicitur, quòd non sunt vendita dicto do. Carlo Pignatello nisi quatuor modia, quia iiij. modia fuerunt per executorẽ appretiata & consignata. Sed in veritate non est sic. Imò fuerunt appretiata iiij. modia, & nemus, & omnia quæ habuit ille Iacobus de Cortona debitor. Et maximè ꝙ pretium correspondet rei vẽditæ. Vnde præsumendũ est in dubio, ꝙ ex pretio colligitur, ꝙ omnia fuerunt vendita pro vnc. xij. quia tantum videtur iustum pretium dictorum bonorũ illo tẽpore, quia potius consideratur pretiũ rei, quàm quãtitas terræ: vt dicit Io. And.

Andr. in regula, Inspicimus. in vj. & Bald. in l. is qui.
in iiij. char. & col. ff. de adoptio. & dicit Bal. in rub. de
côtrahen. emp. ꝙ id est verisimile, quod ex pretio col-
ligi potest. l. j. ff. de reb. dubi. & in l. j. ff. de superfi. Lu-
cas de Pen. in l. j. C. de vend. re. fis. com. cũ pri. col. ij. li.
x. vbi essemus in dubio, ꝙ nô est dicendũ, imò in casu
claro, ꝙ quicquid habuit ille Iacobus, fuit venditum.
Et pro hoc facit decisio illa posita per Bal. in rubr. de
3 contrahen. emp. circa fi. † quæ vult, ꝙ quando vêditor
vendidit terrã, incipiêdo exprimere ipsam speciẽ seu
a corpus, videlicet terrã modiorũ iiij. licet reperiatur
quòd sit plus, non propterea debet augeri pretium, &
totũ cedit lucro emptoris: si autẽ venditor incipit ex-
primere numerũ dicẽdo, vendo iiij. modia terrę iuxta
tales fines, tunc quicquid est intra fines exceptis iiij.
modiis, est venditoris. Hanc decisionem approbat
Paul. de Cast. in l. Iulianus. in §. si Titius fundum. ff. de
actio. emp. & videtur text. in l. si venditor. ff. eo. tit. ap-
probant etiam Doc. maximè Ioan. de Imo. in c. ij. de
donatio. & Oldr. in côsi. cxcvij. & in consi. ccxxxij. idẽ
Alex. in j. volu. consi. cxxxiij. & in ij. volu. consi. cxx. &
4 in consi. cxxvij. & in iiij. vol. consi viij. † Fuit ergo
per sex Doct. de Consilio votatum, quòd in illis sex
modiis nullum ius côpetit actori: tum quia sunt com-
præhẽsa in nemore vẽdito: tum quia omne & totum,
& quicquid habuit Iacobus debitor in illo loco de
Monticello, fuit appretiatum vnc. xij. & vnc. xij. ven-
ditum. Item quia id est verisimile attẽto ipso pretio,
vt suprà dictum est, tum etiam quia vẽdita fuit terra,
quæ clauditur per confines, & in finibus includuntur
illa vj. modia: & sic domi. Hector Pignatellus filius
dicti Carli, venit absoluendus. duo Doctores, quos ta-
ceo, sequentes eorum conscientiam, vt dixerunt, fue-
runt in voto contrario. Sed sententiatum fuit per
sacrum Consilium, vt suprà conclusum est.

ADDITIO.

a *Modiorum iiij.* Quãdo est inceptum à corpore, &
quãdo à mẽsura, vide Alex. in côs. lxxiij. in iij vol. & in
consi. xc. in v. vol. Et ibi, an dicatur emptio conditio-
nalis & non perfecta ante mensurationem. Et de præ-
missa quæstione vide etiam Alex in l. Iulianus. §. si Ti-
tius fundũ. ff. de acti. emp. Abb. in c. per tuas. de donat.
Fely. in c. significâte. ij. col. de rescrip. do. Ant. de Ale.
in additionibus suis ad Bal. in rubr. de côtrahen. emp.
vbi plenè. Thomas Grammaticus.

DECISIO LXIX.

De testamento filiæfa. quæ patrem instituit hæredem, & de maritalibus blanditiis.

SVMMARIVM.

1 *Testamentum ab incipiente mori factum, & sigillatum in absentia testatoris an validum.*
Statutum vel consuetudo, quòd testamentum in scriptis possit in absentia testatoris sigillari, an valeat.
2 *Mulier donans viro ob nimiam reuerentiam & subornationem, an contra eius voluntatem præsumatur donasse, vt legatum corruat.*
3 *Notariatus auctoritas præsumi facit pro testamento.*
Clausula codicillaris quid operetur.
4 *Blanditiæ maritales multa à credulis vxoribus extorquẽt.*
Metus Reuerentialis an sit sufficiens ad actum rescissionem. Et quid de metu verberum, aut minarum.
Legatum metu reuerentiali marito factum per importunitatem, & in alterius dãnum, an rescindatur nu. 8.
5 *Metu tyranni fecisse vel ad eius preces imp etratas parificantur.*
Preces tyrannorum metum inducunt, & æquiparantur iussus, quæ solent minis ad effectum ducere. secus in aliis, quæ contractum non faciunt metuulosum.
6 *Precibus compelli quis potest.*
7 *Blanditiæ maritales quando habeãt dolum annexum, & an liceat marito blandiri vxori.*
8 *Dolus per varias coniecturas ex qualitate facti percipitur.*
9 *Testamentum valere pro parte, & pro parte non, an & quando per sententiam iudicis fieri possit.*
10 *Iudex potest testamentum quo ad vnum legatum declarare nullum, & in reliquo validum.*

QVędam domina Catharina Carrasa vxor Sci-
pionis Luczuti filia Franciscelli Carrasę fecit
testamẽtum, & multa legata fecit de dotibus
suis: ex quo non habuit filios & dictum patrem suum
fecit hæredem, & d. viro suo legauit infra medietatẽ
dotium: ac legauit medietatem proprietatis domus
sedilis nidi, ex quo vsusfructus fuit reseruatus in dona-
tione, quam fecit sibi dictus eius pater. † Ea mortua 1
oritur lis de viribus testamenti conditi per dictã Ca-
tharinam, inter Franciscellum & Scipionem. Franci-
scellus dicit testamentũ nô valere ex pluribus. Pri-
mò quòd illa sua filia quãdo fecit assertũ testamentũ,
non erat in suo sensu, & incipiebat mori. Secundò,
quia illud testamentum prætenditur, quòd fuit testa-
mentum in scriptis, & non fuit sigillatũ in præsentia
testatoris, sed in sola absente testatrice, & per conse-
quens non valet, vt in l. si non speciali. & in l. si vnus.
C. de testamentis. nec statutum vel consuetudo valet
in côtrarium, vt dicit Ang. in l. iiij. ff. de testa. Ter-
tiò quia illud testamentũ præsupponitur esse suppoli-
tum, attẽta depositione iudicis ad côtractus, qui dicit,
quòd certi testes fuerunt subscripti in testamẽto do.
Catharinæ, qui non reperiuntur in testamẽto, de quo
agitur. Quartò dicitur quantum ad legatũ domus,
quòd domus non fuit in veritate legata per dictã Ca-
tharinam. Nam dicit frater Thomas confessor, & fra-
ter Petrus & Antonella testes examinati, quòd illa
Catharina disponẽs de rebus suis cum côfessore, nihil
dixit de domo. † & postea maritus stabat suprà caput 2
Catharinę: & posuit faciem suam super faciem Catha-
rinæ, & bis requisiuit rogando ipsam Catharinam, vt
vellet sibi domum relinquere, & ipsa nihil respondit,
& Scipio prædictus dicebat, Scriue notario che me
lassa la casa. Et tandem notarius eam interrogauit, &
illa mouebat caput: & tandem precibus importunis
Scipionis qui per ingannũ & dolum intrauit camerã,
dicta testatrix dixit, ꝙ sic. Et multæ aliæ côiecturę ad-
ducuntur, ꝙ testamentũ illud non fuit conditũ de vo-
luntate Catharinæ. Ex parte Scipionis ad conualida-
tionem testamenti adducitur fides notarij & septem
testium qui subscripserunt in testamẽto. † Vnde præ- 3
sumendum est pro testamento propter auctoritatem
notariatus, vt in l. cum precibus C de proba. vt dicit
Alexand. in iij. vol. in consi. xxxiij. in ij. & iij. col. & in
eo. volum. consi. xxxv. item & testes, qui dicunt quòd
Catharina erat in recto sensu tempore testamenti
prædicti: in quo testamento est clausula codicillaris,
quæ operatur, quòd videntur rogati in testamẽto hæ-

redes scripti, ut si testamentum sit minus solenne, soluant legata in eo contenta, ut seruetur mens testatoris: ut no. in l. ex testamẽto. C. de fideicommissis. cum aliis allegatis per Alex in j. vol. cōsi. xxvj. & in ij. vol. cōsi. xlij. & in consi. clij. in prin. & in iij. vol. cōsil. xvij. in vj col. & in consi. xxxj. in j. col. Et si non valet ut testamentum in scriptis, valebit ut testamẽtum nuncupatiuum: ut dicit Paul. de Cast. in l. hæredes palàm. versi. sed an valebit. ff. de testa. Fuit visum omnibus doct. de sacro Consilio, quòd attenta fide notarij & iudicis & testium, qui subscripserunt testamẽtum, di-
4 ctum testamẽtum sit validum, † præterquam ad legatum domus, ex quo dictum legatum fuit factum per vxorem ob nimiam reuerentiam mariti stantis supra eius caput, concurrentibus eius importunis precibus & blanditiis in damnum & præiudicium Frãcisccelli patris. Vnde sicut actus rescinditur stante metu reuerentiali, vel metu verberum, vel stantibus minis, ut dicit Bart. in l. j. §. quæ onerandæ. ff. quarum rerum actio non datur. Do. Abbas in c. causam matrimonij. de offi. deleg. & Bar. & Alexand. in l. interpositas. C. de transact. Ita etiam rescinditur illud legatum metu reuerentiali marito factum cõcurrentibus importunis precibus mariti in damnum alterius. Nam ista æqui-
5 parantur † esse factum cum metu tyranni, vel ad eius importunas preces: ut dicit Inno. in c. petitio. de iureiuran. & Bar. in trac. de tyrãnide. in vij. q. & preces istorum æquiparantur iussui: ut dicit gl. in l. j. in prin. ff quod iussu. & gl. in l. j. C. si rector prouinciæ. & gl. in Cle. j. in verbo, optimum. de testi. in integ. Bal. in l. si. §. necessitate. C. de bo. quæ lib. Bal. in l. si mandato. C. quod cum eo. Et firmat Ludo. in l. penulti. ff. de condi. ob turpem causam. Nec ob. quòd preces importunæ non æquiparantur metui, ut dicit Abb. in c. cùm inter R. de elect. & in c. ij. quod met. cau. nisi in tyrãno & in solito ducere minas suas ad effectum: ut etiã dicit Alex. in iij. vol. consi. xvj. & And. Bar. in c. j. de offi. delega. Quia dico, quòd præterquam in tyranno importunæ preces non sufficiũt ad faciendũ contractũ
6 meticulosum, † Sed bene sequitur, quòd quis dicatur compulsus mediantibus precibus: ut dicit Inno. in d. c. cùm inter R. Et sic comprehenditur, quòd non fuit libera & absoluta voluntas testatricis relinquere domum marito. Sed eius importunæ preces fuerũt causa relicti. Nec obstat l. fi. si quis aliquẽ testa. prohi. ubi licet marito blandiri vxori simpliciter. & istæ blãditiæ possunt dici bonus dolus: ut in l. j. §. non fuit. ff. de dolo. Quia ad hoc respondetur, quòd maritus sciebat, vel scire debebat, quòd hæc domus erat hæreditaria patris dictæ Catharinæ, & iam voluerat dicta Catha. secundùm testimonium cõfessoris, quòd pater eam haberet. Sed maritus fecit ei importunas preces: istæ preces, si valuisset relictum, inducerent damnum
7 ipsi Franciscello: † unde ista malitia Scipionis in intrando occultè per aliam portam, quãdo volebat facere testamentũ: & rogando vxorẽ suã, ut relinqueret domũ sibi importunè, habent annexum quasi dolũ: ut colligitur ex dictis per Bald. in l. quæ fortuitis. C. de pign. act. extẽduntur in præiudiciũ Franciscelli. Itẽ quia clàm & occultè intrauit, quãdo voluit facere testamentũ non permittẽdo, quòd ibi essent consanguinei dictæ Catharinæ ex parte patris, ut posset dictæ Catharinæ persuadere sibi relinquẽdum domum, prout fecit: unde nõ potest negari, quin ipse Scipio fuit dolo versatus, ut damnificaret socerũ suum in dicta domo: quã relinquere disposuerat suo patri: sed propter eius preces & persuasiones euenit damnũ dicto Franciscello, propterea dicitur in dolo fuisse: ut dicit text. In l. cum quis, ff. de dolo. Et hnc expressè tenet Ange. in l. j. C. si quis aliq. testa. prohibuerit. † Et sic non ob- 8
stat d. l. fin. quæ vult quòd si maritus in blanditiis vsus est dolo, ut sibi vxor relinquat, non valet relictum. Et sic cùm hic nedum fuerunt blanditiæ, sed importunæ preces & persuasiones, & interfuit dolus, ut percipitur ex variis coniecturis ex qualitate facti, ut dicitur in l. j ff. de excep. doli. Sacrum Consilium fuit in voto, quòd legatum prædictum de medietate domus, quò ad proprietatem solùm annulletur, & remaneat testamentum & legata in eo contenta. In cæteris succedat monasteriũ sancti Domini. quod fuit hæres institutum à dicto Franciscello. Nec videtur absonum, quòd testamentũ valeat quo ad institutionem, & quo ad certa legata non, † quia hoc potest fieri per sententiã 9
iudicis, ut dicit expressè Bald. in l. j. C. de sacro sanct. eccle. Et patet in l. nam & si parẽtibus. ff. de inoff. test. in fine. & per transactionẽ: ut in l. controuersia. ff. de transac. Et hoc verum est post facto, non ab initio, ut dicit Baldus in d. l. nam & si parentibus. Et sic hoc potest facere iudex per sentẽtiam ex postfacto, ut ibi: sed de per se à principio non potest testamentum pro parte valere, & pro parte non: ut in l. si ego. de iniusto rup. & in l. ius nostrum. ff. de regulis iuris. & in l. nam absurdum. cum conc. ff. de bonis libertorũ. Et ideo Bal in l. cùm duobus. C. de inoffi. test. dicit testamentum posse per sententiã pro parte rescindi, & pro parte confirmari. † Item quòd iudex possit testamentum 10
quãtum ad vnum legatũ declarare nullum: & quantũ ad reliqua legata validum, patet: quia si constat, quòd vnum legatũ fuit factum per vim, & alia legata non fuerũt per vim facta, illud quod fuit per vim, est nullum, & alia remanent, secundum Bal. in l. j. ij. col. C. si quis aliq. test. prohib. & est tex. in l. j. in versi. sed si legatũ. ff. si quis aliq. testa. prohi. & tenet Ang. in l. fi. eo. tit. Et sic in casu nostro illud legatũ domus fuit factũ ad persuasionẽ, & dolo interueniente. Ideo fuit iudicatũ nullũ: & alia legata sunt valida, quia sine dicta persuasione: & sic sentẽtia fuit secundùm veritatẽ, & iustitiã, & æquitatẽ, & bonitatẽ sacri Consilij lata. Matthæus.

ADDITIO.

De blãditiis & minis maritalibus vide Steph. Bertrand. parte j. consi. cccxxxvij. num. 10. & parte ij. cōsi. cccxiiij. num. 2. & Hippoly. de Marsil. sing. dcxlv. incip. aduertant. & in pract. §. diligenter. num. 88.

DECISIO LXX.

De expensis reficiendis in processu nullo, ratione inuasionis patriæ ab hostibus.

SVMMARIVM.

1 *Gesta iudicialiter tempore incursus hostium sunt nulla. Actor an teneatur ad expensas, quæ nunc non possunt liquidari.*
2 *Expensæ litis probantur per iuramentum. Expensæ procuratoris & aduocati an veniant reficiendæ in causa iterum mota propter nullitatem processus. Aduocati labor consumptus ratione litis longiùs satisfaciendus.*

Proces

3 *roceßus tempore tyranni factus omnes reficit expẽsas.*
4 *Baldus in l.eos.§.cautionem declaratus.*
Expensæ reficiuntur data processus nullitate.
Instantia perempta processum annullat.

1 Dicitur† quòd processus est nullns & omnia acta: quia facta tempore inuasionis Regni, per no. in l. decernimus. C. de episc. & cle. & Bar. in tracta. de tyrannide. Actor vidẽs processum nullo tempore Regis Fer. secundi iterum incipit dare libellum suum, reus opponit, quòd reficiantur expensæ primæ litis, in qua nondum erat lis contestata, actor non negat litem inceptam tunc, sed dicit quòd non tenetur ad expensas: quia non possunt liquidari nunc, ideo procedatur in causa: & quando liquidabuntur, offert soluere. Dicit reus, quòd expẽsæ istæ possunt nunc liquidari per suum iuramẽtum, per gl. in c. dilecti. & ibi Io. And. & Abb. Sicu. de fo. cõpe.
2 per tex. in l sancimus. C. de iudi. † vbi expẽsæ litis probantur per iuramẽtum. Dicitur etiam, quòd non debent refici expensæ procuratoris & aduocati: quia remanent aduocati, & solùm ratione mutationis iudicij reficiuntur istæ expensæ, ratione longioris litis, & sic non reficiuntur istæ expensæ in aduocato procuratore, per doctrinam Bart. in l edita. C. de edendo.

Ego dicebam, quòd istæ expensæ in aduocato & procuratore, quãtùm tangit eorum labor in illa lite, debent refici, prout taxabitur in arbitrio sacri Consilij: quia ille labor est consumptus: qnia ratione lon-
3 gioris litis, † & ideo debet refici, sicut aliæ expensæ factæ in illo processu nullo, ratione, quia factus tempo-
a re Tyranni. Omnes fuerunt in isto voto, [a] præter duos dominos de Cõsilio, qui dixerunt, quòd non deberet fieri condemnatio io expensis, per id quod dicit Bal. in l. eos. §. cautionem. de appel. in ij. col. vbi dixit quòd quando quis succumbit ex facto proprio, in quo non potest prætendi error, siue sumus in causa principali, siue appellationis, semper debet in expensis
4 condemnari. † Sed dicto actori notorius error potest imputari, iuxta l. Barbarius, de off. prẹto. & super hoc multa verba fuerunt prolata. Sed fuit replicatũ, quòd Bald. loquitur de errore in causa ioteruenieute. Sed in casu de quo agitur, est allegata nullitas processus: & non fuit aliquid replicatum de errore, & ideo debẽt refici expensæ, vt habetur in c. finem litibus. cum concor. de dolo & contu. per Inno. vbi data nullitate processus, quia perempta instantia, reficiuntur expensæ.

ADDITIO.

a *In isto voto.* Et quòd actor semper debeat, dum succumbit, condemnari in expensis, tenet Paul. de Cast. in l. destitisse. ff. de iudi. ex quo debuit bene instructus venire ad iudicium: & ideo tanquam temerarius litigator condemnabitur in expensis, per l. eum qui temerè. ff. de iudi. idem sequitur Iacob. de san. Georg. in d. l. destitisse. Et ibi subdit hoc comprobari posse optima ratione: quia actor potuit venire præuisus ad iudicium. cùm esset in potestate sua quãdo ageret. Secus est in reo: quia non est in potestate sua, quando conueniatur. l. purè. §. si de doli excep. & idem tenet Bart. in d. l. eum qui temere. ver. ad vnum aduertet, quòd in actore requiritur magis iusta causa. & idẽ tenet Bart. in l. properandum. §. sin autem reus. versi. item potest apparere ex actis. & tenet etiam Philip. Deci. in c. interposita §. ille denique. ij. col. versi. hoc de plano de appel. & faciunt dicta infrà in decis. cccxxviij. in fine, versi. xv. Thomas Grammaticus.

DECISIO LXXI.

De alimentis carceratis præstandis.

SVMMARIVM.

1 *Debitor incarceratus qui non habet, vnde se alat, & quem creditor recusat alere, an possit per iudicem liberari simpliciter.*
2 *Carcerati debitoris sumptus fieri debent per creditores.*
Carcerati pauperes pro crimine à fisco aluntur.
3 *Captus debet sibi facere expensas, aut est à suis alendus.*
4 *Carceratus pauper qui non alimentatur à creditoribus, quod remedium habeat.*
Consuetudo turpis non approbanda.

Fvit dubitatum, † si debitor ad instantiam 1
creditorum fuit positus in carceribus, & stetit ibi per aliquod tempus: deinde ipse carceratus vociferatur, quòd non habet vnde se alat, & petit, quòd prouideatur sibi de alimẽtis: iudex mandatũ facit creditoribus, ꝙ ei præstẽt alimẽta, illi non cõpatent. Vtrum iudex posit ipsum liberare simpliciter absque fideiussore, cùm illã fideiussionẽ non inuenit. Alex. de Imo. post Bart. in l. sanctum. ff. de rerum diui. dicit, quòd iudex potest eum liberare. allegat gl. in l. fi. in verbo, agnoscere. C. de cromili. anno. li. xij. & istam glo. allegat etiam Areti. in §. fi. Insti. de act. Dicitur, quòd Rayne. de For. hoc dicit in l. iudices. C. de epis. audi. Sed in veritate illa gl. boe
non dicit. Et † ideo Ange. in l. minimè. C. de appel. 2
dicit ꝙ sumptus debent fieri per creditores: sed non dicit. ꝙ si non facit, potest iudex ipsum liberare. Bene de iure carcerati pro delicto, si sunt pauperes, recipiunt expẽsas à curia, vt legitur & not. in constit. Reg. humanitate de his qui fid. dare pos. Et idem dicit gl in d. l. fin. quòd expensæ debent fieri per illum, qui facit eum custodiri, vel carcerari, & non dicit, quòd si non facit, iudex potest eum liberare. Et dicit Lucas de Pena
na ibi, † quòd captiuus debet sibi ipsi facere expensas: 3
vt ff. de re iud. l. si victũ. & ff ad l. Aquil. l. quẽadmodũ. §. magistratus. & de regula. c. ne religiosi. & in auth. vt cũ de appellatione cognoscitur. §. si vnum. & in auth. de incest. nup. §. si non cõtigerit. in quibus probatur, quòd à suis alendus est. Et dicit, quòd in regno expeditum est, quòd si habet de suo, sibi ipsi facit expensas, aliàs expensis curiæ, vt in dicta constit. humanitatem. Sed illa constitutio loquitur, quando est carceratus pro causa criminali. Et ibi vide Lucam de Pena, qui multa dicit de diligẽtia custodis carceris habẽda.
† Et propterea fuit dictum quòd si ille carceratus 4
est pauper, & non habet vnde se alat: & sumus in causa ciuili, & creditori oon potest fieri executio pro alimentis, debet carceratus petere beneficium cessionis bonorum, & liberatur, iuxta nota. in §. fin. Institu. de actioni. Et sic ista quæstio voto omnium fuit decisa, nec dubitet aliquis de consuetudine allegata: quia illa consuetudo non est legitimè probata, nec eam vt turpem approbat Consilium, maximè in hoc casu, stante ista paupertate notoria, per ea quæ notãt Doct. maximè Iason in d. §. fi. Matthæus de Afflict.

ADDITIO.

Super alimentis carcerato præstandis, vide Guidonem Papæ decisio. ccxj. & cccexlviij. in suis decisio. Delphinatus.

DECISIO LXXII.

De contractus emphyteutici simulatione, & de probatione super eo.

SVMMARIVM.

1 Emphyteusis in fraudem iuris congrui cõcessa, an præsumatur simulata. nu. 9.

Alienatio per contractum emphyteuticum facta non præbet vicino ius congrui.

2 Contractus emphyteuticus quando, & ex quibus præsumatur factus in fraudem iuris congrui.

3 Testis deponens de venditione totius, an tacitè includat medietatem altero teste de medietate deponente, & an sint singulares numero 5.

Breuitas temporis fraudem præsupponit.

4 Emphyteusis quæ conceditur cum summa requirat ingressum.

Expressa plus mouent.

5 Testes duo contestes in probatione actus ad minus requiruntur.

Testes quando dicantur singulares.

6 Testis referens se ad scripturam, non facit aliam probationem, quàm quæ continetur in scriptura.

Testes singulares non probant.

7 Contractus emphyteuticus de sui natura requirit scripturã, & contra eum facienda est probatio per scripturã.

8 Simulatio contractus quo casu in scriptis probanda.

Pecuniam pro intratura an liceat dare in contractu emphyteutico.

Mutatio propositi pœnam, quæ à principio locum habebat, non arguit.

9 Statutum prohibitorium in certo casu cum pœna, an sufficiat, quòd à principio seruetur, licet ex post facto mutetur propositum.

Pretij interuentio emptionem causat, & venditionem.

10 Attenditur quod est in veritate, & non quod partes sibi fingunt.

Materia l. quæritur. ff. de stat. ho. pulchrè per totam decisionem tractatur.

1 NArdus Andreas Fronda † quãdam terram valoris ducatorum clxxx. per contractum emphy recepit à quodam priuato, & soluit pro intratura ducatos centum, pro annuo canone terrenorum. vij. cum pactis emphyte. & cum potestate affrancandi in simili vel meliori situ, & posteà infrà quinque menses Nardus Andræas & ille dominus directus cõueniunt, ꝙ affrancatio fuit in pecunia, & sic Nardus Andræas soluit restãtes ducatos lxxx. Modò quidam vicinus dictæ terrę petit dictam terrã iure congrui, dicẽs illã in emphyteusim concessionẽ fuisse factã in fraudem iuris congrui, & simulatè fuit facta, cum rei in veritate fuit venditio, licet apparẽter fuit contractus emphyteuticus: in quo contractu emphyteutico iuxta consuetudinẽ Neapo. non habet locum
2 ius congrui. † Et ad ostendendum de dicta simulatione adducitur. Primò quòd plus est in quãtitate, quàm sit in specie. vnde præsumitur siue iudicatur de quo magis participat. l. quæritur ff. de sta. ho. l. legatis. §. si vnus. ff. de lega. iij. benefaciunt not. per Bart. in l. Aristo. ff. de dona. per Bal. in l. j. C. de rerum permu. & in præludus. feudorum per Doct. in c. ad quæstiones. eo. tit. & sic quod fuit venditio. Secundo adducitur dictum duorum testium dicentium de dicta simulatione, verum vnus dicit, ꝙ tota fuit vẽdita, alius dicit
de medietate vẽdita, † & ille qui dicit de tota re ven- 3
dita, videtur dicere de medietate: iuxta ea quæ no. per Alex. in l. j. §. si stipulanti. ff. de ver. ob. Tertio adducitur, ꝙ intra breue tẽpus fuit facta affrancatio, & sic præsumitur ex breuitate tẽporis fraus: vt in l. si vẽtri. §. eorum. ff. de priuilegiis creditorum. Bal. in l. fi. C. deposit. & in l. pro debito. C. de bonis auctoritate iud. pos. & in l. pacta nouissima. C. de pact. not. per Bart. in l. post contractum. ff. de donat. In contrarium adducitur, quòd nihil constat de simulatione. Primò, quia licitum est in contractu emphyteutico dare aliquid pro intratura: vt dicit gloss. in c. potuit. de locat.

Item, † quia si res valet centum, potest concedi in 4
emphyteusim cum intratura de quadraginta, secundùm Albe. de Rosa. in l. ij. C. de iure emphy. & ibi Iason dicit cum intratura de sexaginta. Itẽ illud quod dicitur in d. l. Aristo. & in similibus locis procedit in dubio. Sed vbi est expressum, ꝙ sit permutatio, nõ obstat, ꝙ sit plus in quãtitate, quàm in specie, quia attenditur, id quod expresse actũ est. Ita dicũt Bart. & Doc. in dictis locis: & sic non obstat primum fundamentũ.

Nec ob. dictũ duorum testium loquentiũ de simulatione: quia illi testes sunt singulares ex quo deponunt de vno cõtractu: & vnus dicit, ꝙ vẽdita fuit tota
terra: alius ꝙ medietas, † & sic sunt singulares in præ- 5
dicamento quãtitatis ipsius terræ, vt dicit Bal. in l. testiũ C. de testi. & per cõsequens redduntur singulares, & non probant. c. licet causam. de proba. c. bonæ. de electio. cum simi. Et ad probãdum actũ ad minus duo testes contestes requiruntur: vt in c. licet ex quadã. de testib. l. iusiurãdi. C. de testib. vnde cùm vnus deponat de venditione medietatis terræ, alius de tota terra, & de vno facto deponũt, dicuntur singulares: vt videtur innui in quodam consilio Alex. in ij. volu. consi. lxiiij. incipiente, visa consultatione &c. & not. Bal. in l. j. C. de testamen. & in l. actor. C. de probat. & Doct. in d. c. licet ex quadam. & domi. Anto. in c. cùm olim. de accusat. Alexand. in iiij. volu. consil. iij. in v. col. Prætereà dicit Alex. de Imo. in j. vol. consi. xviij. inci. visa
processu: † quòd illud, quòd dicitur, quòd in maiori 6
summa inest minor in testibus, non procedit in contractu facto ex causa onerosa: vt in d. §. si stipulanti. & in l. fi. ff. loca. Item dicit idem Alexãd. in consil. cxviij. incipiẽte, in causa & lite &c. quòd si vnus testis deponit, quòd res fuit vẽdita vel concessa pro decem, alius dicit, quòd fuit pro xv. sunt singulares, & non probãt: quia agitur de probãdo certum actum, & non agitur de probando aliquid in vniuersali, vel aliquid in genere. allegat Io. And. & alios post eum in c. j. de arbit. lib. vj. in nouella. & alias cotas: vt ibi per eum. Prætereà vnus ex dictis testibus, vel ambo referunt se ad
instrumentum, † vnde non facit aliam probationem, 7
quàm quæ continetur in scriptura, vt dicit Alexand. in ij. volum. consil. cxxxiiij. in ij. col. vnde cùm aliter dicat scriptura, ad quam se refert testis, non facit aliã probationem, quam quæ continetur in instrumento.

Vnde fuit mihi visum, & maiori parte dominorũ de Consilio, quòd dicti duo testes sunt singulares, & non probant: maximè cùm adducantur ad probandum simulationem contractus emphyteutici, qui secundum magis communem opinionem est contractus, qui de sui essentia requirit scripturam, vt notant Doctores in l. j. C. de iure emphyteuti. & Imol. in c.
potuit. de locato. † quo casu debet probari simulatio 8

in scri

in scriptis: vt dicunt Bart. & Bal. in l. generaliter. C. de non numera. pecun. Nec obstat, quòd illi duo testes referunt se ad scripturā simulatam, quia non deponunt de tenore, & sic non probant tenorem, iuxta not. in c. cùm olim essemus. de priuilegiis. Nec ob. quod vltimo loco dicebatur de affrācatione in pecunia post quatuor mēses: Quia mutatio volūtatis contrahentiū soluit obiectum. vnde dicit Bar. in l. cætera. §. fi. ff. de leg. j. q si statutum dicit, quòd nullus possit emere frumētum in platea, nisi pro suo vsu, si aliquis tenet frumētū pro vsu suo, si postea mutato proposito non cōuertat in causam vsus, non incidit in pœnā: & sufficit, q à principio emit in causam vsus. idē voluit Bal. in l. vnde quærit. ff. de exerci. & Io. de Ana. in c. significauit. vj. col. de Iudæis. & Felin. in c. ij. de constit. in vlt. col. sic in proposito à principio fuit facta concessio cum potestate affrancādi in simili vel meliori situ: & sic cum proposito dādi excambiū, licet postea dedit in pecunia, non ex hoc iudicatur contractus simulatus. †Vnde fuit conclusum per maiorē partē
9 dominorum, quòd Nardus Andræas debet absolui, & sic fuit lata Regia sententia. licet Ioan. Baptista Brancantius, & do. Anto. de Alex. fuerint in voto, q Nardus Andræas cōdemnetur iure congrui ad restituendum medietatem dictæ terræ. Et ego putaui ipsos benè votasse: quia licet contrahentes dictum contractū appellauerunt emphyteuticum, tamen ratione pretij interuenientis quantum ad medietatem, videtur quòd sit emptio & venditio: quia vbi pretium interuenit, dicitur emptio & vēditio, vt dicit gl. in l. fi. C. de prædiis curia. lib. x. & Bal. in l. ex conuentione. C. de pac. & in l. cum dotem. C. de iure do. Nec est in cōsideratione quòd partes eppellent eum cōtractum emphyteuticum, †quia attenditur id, quòd est in veritate, &
10 non prout partes appellant cōtractum, vt dicit gloss. in l. j. §. j. in verbo, agēdo. ff. de superficiebus. quam ad hoc allegat Bar. in disput. sua publicanus. sic etiā dicit Bar. in l. j. C. de iure emphy. quòd non est curandum. quo nomine contrahentes appellent contractū, cum similibus allegatis per Alex. in ij. vol. consi. vj. in prin. quia per nuncupationem contrahentium non potest mutari veritas ipsius contractus, vt in iuribus allega. per Ale. in ij. volu. consi. lxxxiij. incipiente, visa facti narratione. in iij. col. versic. & licet contrahentes &c. Matthæus de Afflict. V. I. D.

DECISIO LXXIII.

De redhibitoria per resolutionem cōtractus cōditionalis lapso termino.

SVMMARIVM.

1 *Redhibitoria an habeat locum lapso termino conuento de modico.*
Tempus modicum an veniat in consideratione in conditione.
Inesse videntur quæ incontinenti fiunt.
2 *Modicum dictat iudicis arbitrio, nec in modicis est vis facienda.*
Transgressor mandati tempore limitati an dicatur, qui in modico transgreditur.
3 *Conditio casualis adueniēte die deficit, & committitur stipulatio.*
Conditio infrà tempus implenda an post expressum tempus impleri possit.
4 *Tempus taxatum renuit implementum lapso termino.*
Doctoris dictū secundum legem, quam allegat, intelligendum.
5 *Conditionem elapso die non sufficit postea euenisse.*
Dispositio conditionalis si deficit in primo actu, an tota corruat.
6 *Tempus pro tempore quando poni non possit.*
Temporis peccatum quo casu sit peccatum formæ.
7 *Redhibitoria an habeat locum in promissis qualitatem rei concernentibus non seruatis.*
Tempus omne computatur de momento ad momentum nisi aliter reperiatur in iure.
8 *Laudum post diem compromissi latum per vnum momentum an valeat.*
Conuentionis lex seruanda.
Prætor voce diuina dixit, pacta seruabo.
9 *Redhibitoriam impugnans quid probare teneatur.*
Aduocati in causis dubijs concordiam tractare debent.

EMptor cuiusdam seruæ † lite pendente super 1
redhibitoria conuenit cum venditore, quòd si ancilla non habuerit mēstrua infrà, xl. dies teneatur venditor recipere seruam depositam, & soluere duc. xl. pro pretio, aliàs cessat redhibitoria: euenit, q ancila infrà quadraginta dies non habuit menstrua. Sed ipsis elapsis post duos dies habuit menstrua: & hoc propter remedia sumpta. Quæritur vtrum sit commissa stipulatio, si conditio deficit, vel possit impleri infra modicum tēpus, scilicet duorum dierū.

Videtur prima facie, quòd infra modicū tempus veniēt menstrua, mulier post tempus xl. dierum dicitur satisfecisse conditioni, per id quod no. Bald. in l. j. vlt. col. C. de oper. lib. & faciunt not. in cap. potuit. de loca. no. Bal. in l. j. de insti. & substi. sub condi. fa. Itē quia ea quæ incontinenti fiunt videntur inesse. lecta. ff. si cert. pe. l. petens. C. de pact. Item †quia modicū 2
dicitur iudicis arbitrio. l. continuus. ff. de verb. obli.

Et de his modicis non est facienda vis, vt dicit glo. in l. scio. ff. de in integ. resti. & in l. in rebus. §. possunt. ff. cōmoda. vnde dicit Alex. in ij. vol. consi. xxv. in fi. q non dicitur transgressor mandati limitati tempore, si in modico tēpore transgreditur. bene facit, quod no. Bal. in l. fi. C. de edi. actio. bene facit text. in l. si quis in graui. §. si conditioni. & ibi Bal. ff. ad Silla. vbi si hæres non impleuit conditionē infra diem implēdi, potest posteà implere post diem, si processit: quia nō potuit propter prohibitionē legalem. ergo multo fortius si propter prohibitionem naturæ non impleuit, potest implere pòst, si natura permittit impleri. †In con-
trarium facit, quia eueniente die fuit defecta cōditio 3
casualis, & sic fuit commissa stipulatio, vt in l. in illa. in l. hoc iure. ff. de ver. ob. no. Bal. in l. j de inst. & subst. sub condi. fa. Secundò, quia conditio implenda in tempus, non potest impleri post tempus expressum. vt dicit Bal. in l. si plures. C. de condi. inser. bene facit ad hoc in l. Thais. § intra certa tēpora. ff. de fideicō. liber. vbi nō admittitur ad implendū conditionē post tempus, vt habeatur, ac si esset impleta in tēpore, si stetit per eum, qui habebat implere conditionē in tēpus, & non impleuit, & sic non consequitur libertatem, licet post tempus velit reddere rationē & implere conditionem. concor. text. in l. Sticho. §. Titius. ff. de sta. lib. Et istum text. allegat Bart. in l. hæc conditio. la. ij. ff. de cond. & demon. Bald. in d. l. si plures. vbi dicit, q
†quādo tempus est taxatum, non potest impleri post
tēpus expressum, per d. §. intrà. siue loquamur in cōdi- 4
tionib

tionibus momẽtaneis, vel successiuis, arg. l. statu libe-
rum. §. scriptum. ff. de leg. ij. Nec ob. ꝙ dicit Bart.
in d. l. hæc cõditio. in fi. quia verum est quod ad actio-
nem consequendã non potest post tẽpus implere. Sed
ad excipiendũ sic. Nam hoc est verum in cõditio-
nibus potestatiuis, vt loquuntur leges allegatę ibi per
Bar. & dictũ doctoris intelligitur secundũ legẽ, quam
allegat, secundũ Bar. in l. non solũ. §. liberationis ver-
ba. ff. de libe. leg. Secus in alia cõditione non potesta-
tiua, vt si non extet in tẽpus, tunc per viã exceptionis
nõ sufficit, si post tempus sit impleta, quia per lapsum
termini purificata est cõditio: vt in l. ita stipulatus. ff.
5 de verb. obl. Item † ad ostendendũ, quòd elapso die
non sufficit conditionẽ postea euenisse, bene facit gl.
in d. §. Titius. ibi dum dicit, ꝙ si rationes serui nõ red-
diderint ĩ. quatuor mẽses, & steterit per hæredes, au-
dientur serui, si post quatuor menses, & sic post tẽpus
velint reddere rationẽ: & cõsequentur libertatẽ, aliàs
si non stetit per hæredes non audientur, & sic non ha-
bebũt libertatẽ: quia ĩ. tẽpus non posuerunt rationẽ.
Item pro hoc adducitur illud, quod dicit Ang. in
cons. cclxxviij. in j. col. vbi dicit quòd dispositio con-
ditionalis principaliter vel secundariò purificatur. &
deficit in primo actu existentiæ & defectus: quicquid
autẽ pòst cõtingit, non curatur ex quo primò deficit
aut primò purificata est totaliter, & impleta, perfecta
omni sui perfectione. ff. de verb. ob. l. si ita quis stipu-
letur. ff. iud. sol. l. cùm quærebatur. ff. de arbit. l. si duo.
6 Itẽ pro decisione adducitur, † id quod voluit Bal.
in l. liberti in v. col. C. de oper. liber. quod quando tẽ-
pus est de forma contractus, tunc peccarũ tẽporis est
peccatum formę: & tunc non potest poni tempus pro
tempore, quãdo tempus dat esse rei. ac. ff. de condi. ob
causam. l. si pecuniam. in prin. C. de re mili. l. j. lib. xij.
bene facit id quod dicit Bart. in l. si vno. §. cùm quidã.
ff. locati. quòd quando tempus est appositum in con-
tractu: & ex illo tempore nõ resultat aliquod corpus:
vt si promitto seruire de mẽse Martij, tunc non potest
seruire de mense Aprilis. Secus est, si resultat aliquod
corpus: vt promitto scribere librum hinc ad annum,
possum posteà scribere, cùm idem sit liber. At in
casu nostro nullum corpus resultat ex dicta promis-
sione, ita quòd tempus fuit pro forma: vt dicit Bal. in
7 d. l. liberti. † Item ad hãc decisionem adducitur id
quod voluit Bald. in d. l. fin. C. de ędi. ac. in ver. deinde
nos videmus &c. vbi dicit, quòd quando aliquid di-
ctũ vel promissum est per contrahentes, respicit qua-
litatem seu bonitatẽ rei, & non seruatur promissum,
habet locum redhibitoria. Sed hic fuit conuentum &
dictum, quòd si in xl. dies non habuerit menstrua, re-
solutus sit cõtractus. & in xl. dies non venerunt men-
strua, meritò habet locum redhibitoria. Præterea
omne tempus computatur de momento ad momen-
tum, nisi aliter reperiatur in iure. dicit gloss. in l. iij. §.
minorem. ff. de minor. not. Ioan. And. & Doct. in cap.
super eo. de appella. ergo elapso tẽpore conuentionis
inducitur resolutio contractus, quia sic partes volue-
runt nec potest fieri purgatio moræ, vt ita dixerim: vt
8 dicit Bald. in c. j. quo tempore miles. † Et idem tempus
compromissi est de momento ad momentum, & si
feratur laudum per horam post diem compromissi,
non valet laudum: vt dicit Bald. in secundo volumi-
ne, consi. cclxxij incipiente, proponitur quòd dictũ
compromissum &c. Item iste cõtractus accipit le-
gem ex cõuentione partium. l. j. §. si conuenerit. ff. de-
positi. ergo seruanda est lex ipsa conuentionis, vt si in-
fra terminum non venerunt menstrua, seruetur con-
uentio, & sic quòd restituatur pretium. fuit enim
vox diuina illa quasi prætoris, Pacta vox seruato: vt
dicit Raymundus de pœna fori, & sic pactis & con-
uentionibus est standum. l. auia. C. de iure dot. C. de
pact. cõuen. l. fi. in fi. ff. sol. matrim. l. quoties. Cum igi-
tur venditor dicat, ꝙ habuit menstrua in tẽpore cõuen
to, & non potest tẽpus conuentũ: † & sic debet proba- 9
re duo, videlicet quòd habuit menstrua, & in tẽpore
conuento: vt in l. actum. ff. de nego. gest. l. matrem suã.
C. de probat. in C. de petitio. hæred. l. si post moram li-
tem. l. ei qui. ff. de proba. no. Barto. in l. non solum. §.
sed vt probari. ff. de ope. no. nun. not. in Cle. fin. de ce-
scrip. aduocati videntes hanc quæstionem dubiam,
ipsam pro concordia tractauerunt expedire. & mihi
ista vltima pars visa fuit verior de iure.

DECISIO LXXIIII.

De fori declinatoria non transeunte contra singularem successorem.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio fori declinatoria competens debitori contra creditorem, an obstet singulari successori creditoris.*
2 *Declinatoria fori est exceptio personalis & cohæret personæ.*
Declinatoria fori non transit contra cessionarium, licet obstet cedenti.
3 *Exceptio cohærens rei transit cõtra singularẽ successorẽ.*
Exceptio non afficiens obligationem, sed personam repellens cessionario non obstat.
4 *Cessionarius priuilegiatus in suum forũ trahit cedentẽ.*

FVit excitatum, vtrum † exceptio declinato- 1
ria fori competẽs debitori contra suum cre-
ditorem obstet singulari successori credito-
ris, hoc est eius cessionario. Fuit decisum in causa
notarij Melchionis, qui agebat contra quendam de-
bitorẽ sui debitoris iure cesso ex causa onerosa, quòd
illa exceptio declinatoria, quæ competebat contra
cedentem, non habet obstare ipsi cessionario agenti:
qui potest trahere quemcunque in ciuitate Neapo.
Quia declinatoria fori, † est exceptio personalis, & 2
cohæret personæ, & non realis: & sic non transit con-
tra cessionarium, licet obstaret ipsi cedenti: vt tenet
Bal. in l. per diuersas. C. manda. Bar. in l. si tertius. §. si
quis prius. ff. de aqua plu. arc. Bal. in l. si cum dotem. §.
si pater. ff. sol. mat. Bart. in l. apud Celsum. §. apud Iu-
lianum. ff. de doli excepti. Idem firmat Bald. & Ange.
expresse in l. si quis rem. ff. de procu. qui dicunt, † quòd 3
exceptio non cohærens rei, sed personæ non transit
contra singularem successorem, vnde si cum cedente
debet fieri compromissum, quia sunt consanguinei:
non debet fieri cum cessionario agenti vtili actione.
Et ideo dicebat Bal. in l. qui stipendia. C. de procur.
quòd si exceptio non afficit obligationẽ, sed repellit
personã, tunc non obstat cessionario. Idem dicit Bal.
in disputatione sua quæ incipit, statuto cauetur, quòd
fœnerato. penul. Chac. Dy. in regula, si quis in ius, lib.
vj. gl. Ioan. And. in c. j. de iure patro. lib. vj. † vnde cum 4
notarius Melchiõ sit Neapolitanus: & agit cõtra vnũ
debitorẽ debitoris sui de Costa Amalfiæ iure cesso ex
causa onerosa, licet creditor non possit cõuenire de-
bitorem nisi in suo foro: tamen cessionarius, qui est
Neapo

Neapolitanus, qui agendo potest alios trahere virtute priuilegij Neapol. illa exceptio declinatoria, quę obstabat cedenti, non obstat cessionario: quia erat personalis respectu cedentis, quæ non afficit cessionarium, & sic fuit conclusum in sacro Consilio. M. de Afflict. V. I. D.

DECISIO LXXV.

De successione matris in bonis filij etiam post transitum ad vota secunda.

SVMMARIVM.

1 *Matri petenti hæreditatem filij quid competat, & quid sibi obstet. 3.*
Mater non petens tutorem filio ante binubatum, an amittat filij successionem.
Mater per asportationem bonorum à domo filij renunciasse hæreditati an videatur.
2 *Tutoris petitio an habeat locum in matre renubente ad pœnam euitandum, filijs testamentarios tutores habentibus.*
Mater est tutrix, si vult.
3 *Binuba qualiter filijs succedat.*
4 *Intellectus ad authenticam ex testamento. & l. fœminæ. & l. hac edictali. C. de secund. nup.*
5 *Renubentium pœna an hodie sublata.*
6 *Pœnæ concernentes, fauorem liberorum manent incorrecta.*

QVAEDAM Ioannella Baudice, vxor Pinti de Superello,
1 † petit pro quarta parte hæreditatē Ioānis Antonij sui filij: cuius ipsa erat relicta tutrix testamētaria cū alijs tutoribus. Ad excludendam matrem dicūt fratres & hæredes dicti Ioannis Antonij seu Angelus eius patruus & cōtutor: quod mater nō succedit filio, quia non petijt tutorem filio antequā transiuit ad secunda vota, vt in auth. eisdem pœnis. C. de secun. nupt. Item quia post mortem filij secreto asportauit bona filij in domum suā: & sic videtur repudiasse hæreditatem. per l. si quis extraneus. in prin. ff. de acqui. hæred. vbi est tex. ad literā de hoc. & ibi Bar. & Io. de Imo. & statim nu-
2 psit. † Replicat mater, quod nō oportebat petere tutorem, ex quo filij habebant tutores testamentarios, & sic nō perdit successionem filiorū: vt notatur in l. matris. C. ad Tertul. Item vt asserebatur, ipsa non acceptauit tutelam: & mater est tutrix, si vult, vt habetur in auth. matri & auiæ. C. quando muli. tute. offic. fungi potest. Nec obstat, quod trāsportauit bona, quia illa transportatio fuit iure permittente vigore testamenti Pinti, & tanquam executrix testamenti. Item quia iam fuerat confectum inuentariū per alios tutores. Et nō apparet, quod in articulis fuit articulatum pro parte conuentorū de dicta expilatione hæreditatis.
3 † Et ideo fuit votatū, quod dicta mater admittatur ad successionem pro quarta parte cū fructibus liquidandis, scilicet quo ad vsumfructum, iuxta auth. defuncto. C. ad Tertu. & quod teneatur reddere calculū cū alijs cōtutoribus de gestis & administratis per eā de bonis filij: & reliqua restituere. Et sic patet quod mater, quæ transiuit ad secundas nuptias, nō succedit filio nisi in vsufructu bonorū paternorū, sed in proprietate succedunt alij fratres, vt in auth. ex testamento. de secūd. nup. Et hoc est verū, quando mater transiuit ad secūdas nup. & postea moritur filius. Sed si filius moritur matre existente vidua. & posteà nubit, bene succedit in proprietate & vsufructu ipsa mater quæ erat vidua tempore mortis filij, licet posteà nubat, vt probatur in l. fœminæ. C. de secun. nup. † Et licet text. 4
in l. mater. C. ad Tert. voluit, quod mater quæ nupsit post mortem filij, in bonis paternis succedat, quo ad vsumfructū, tamē hoc corrigitur per auth. de nuptiis. §. cū igitur, quæ vult, quod mater succedat filio pleno iure vna cum fratribus: vt etiā declarat Ang. in d. l. mater. circa fi. C. ad Tertu. Tamen Ang. ibidē tenet per §. hinc nobis. in auth. de nupt. quod mater hodie solū succedat filio in bonis paternis in vsufructu, siue nubat ante mortē filij, siue post, & proprietas est fratrū, vt patet in auth. ex testamento, & ibi Bal. C. de secund. nupt. & firmat Alex. in v. vol. consi. lxiij Sed in bonis quæsitis per filiū succedit in totum, scilicet in proprietate & vsufru. cū alijs fratribus: vt patet in d. auth. ex testamēto. & est tex. in l. mater. C. ad Tert. & ibi etiam hoc firmat Pau. de Ca. † An autē hodie pœnæ secundò nu- 5
bentis sint sublatæ plene tangunt Doct. in c. fi. de secun. nup. Et magis cōmunis cōclusio est, quod pœnæ appositæ mulieri secundo nubēti post annū fauore filiorū, nō sint sublatæ, quia nō sunt appositæ in odiū matrimonij fauore, sed filiorū. hanc tenet Bart. post glos. ff. de his qui not. infa. l. liberorū. & in l. j. C. de secund. nup. & eā sequitur Bal. in d. l. liberorū. & pet. de Anch. in rep. c. canonum statuta. de consti. & dicit Abb. in d. c. fi. quod ista opi. tenenda est in iudicādo. Et ideo pœnæ, de quibus in l. hac edictali. C. de secun. nup. & in auth. de nup. §. qnia verò hactenus. §. si verò. hodie nō sunt correctæ, † quia illæ pœnæ cōcernunt fauorem filio- 6
rum: omnes verò aliæ pœnæ non concernentes fauorem filiorum sunt sublatæ, & in hac opin. resedit Alexan. de Imo. in iiij. volu. consi. lxviij. in iij. colum. & consi. cxxxiij. Matth. de Afflictis, V. I. D.

ADDITIO.

De pœnis renubētium vide Pet. de Anch. cōsil. cclxxviij per totum. Et consi. xxxviij. nu. 8. & Steph. Bertran. parte j. consil. clxvj. nume. 3. & consi. cccxxxviij. nume. 1. & parte ij. consil. ccclxj. nume. 7. & consil. cclxxxiiij. nume. 7. & parte iij. consi. cxxxvj. num. 1. & consi. cxcix. nu. 3. & ccxxiij. nu. 3. & ecxlj. nu. 11. Et an sint hodie hæ pœnæ sublatæ. vide Pet. de Anch. consi. xxj. nu. 7. & cclxxviij. nu. 4. Et Bertran. parte iij. consi. xxxvij. nu. 2. & cxcij. nu. 2. maximè de iure cano. Bert. parte ij. consi. cclxxx. nu. vj. & an perdat ornamenta etiam iussa tradi in casu renubij Bert. parte ij. consi. xxxvj. nu. 1. & parte iij consi. ecxlj. nu. 15.

DECISIO LXXVI.

De legitima filiæ debita in bonis patris.

SVMMARIVM.

1 *Legitima filiæ in bonis paternis, vbi sunt infra quatuor filij, qualis & quanta.*
2 *Frater petens portionem suæ sororis, habet cōdictionem ex lege contra heredes patris.*
3 *Remedium quale habeat frater pro sororis portione, quando in tertium possessorem res peruenit.*

IN causa Ioannis Brilli, petentis portionē super Castro nouo prouinciæ Principatus, tangentē partē Margaretæ suæ sororis filię cōmunis patris Roberti domini dicti Matth. de Affl.

1 Castri noui. † Fuit votatum ꝙ filiæ cōpetit legiti-
ma super dicto Castro paterno pro dote de paragio,
quæ est tertia pars eius, quā habitura fuisset ab intesta-
to, si succederet super dicto Castro. Et quando sunt j.
quatuor filij, vt notatur in auth. nouissima. C. de inoff.
testa. & notatur per Bar. in l. quoties. de hære. instit. &
in c. Raynutius. de testa. cū alijs cōcord. Sic potest suc-
2 cedere dictus Ioā. Brillus ex persona suæ sororis † ta-
men feudū prædictū nō est obligatū pro dictis doti-
bus & legitima: Sed solū habet cōdictionē ex lege cō-
tra hæredes patris, vt est tex. in auth. vt cū de appel. co-
gnoscitur. §. cæterū. & tenet Io. de Imo. in l. iiij. ff. ad
leg. Fal. & in l. suus quoq; ff. de hære. insti. Ang. in l. Pa-
pinianus. §. si conditioni. ff. de inoff. test. Saly. in l. om-
nimodo. de inoff. test. & colligitur ex no. per Andr. de
Iser. in cō. t. Regni, in aliquibus. & in cōsti. vt succes-
3 sionibus. † Quid autē si Castrū nouum peruenisset ad
tertiū possessorem, ꝙ remediū haberet dicta soror Io.
Brilli, & ipse, vt eius hæres, vide j. in decisio. clviij.

ADDITIO.

De legitima filiorum & eius deductione, vide Pet. de Anch. consil cxxviij. nu. 3. & clij. nu. 9. ccxx. nu. 2. Et per Chassaneū consi. xxxix. nu. 76. & lxvij. nu. 28. & per Steph. Bertr. parte j. cōsi. cclxij. nu. 1. & parte ij. cōs. cxix. nu. 1. & ccclxj. nu. 2. & parte iij. consi. vij. nu. 2.

DECISIO LXXVII.

De gestis iudicialiter per baronem tempore tyranni.

SVMMARIVM.

1 *Principes debitas terras armis reposcentes ab incolis earum, male audiunt, & tyranni vocantur.*
Acta per barones tempore tyranni, an sint valida, vel ob timorem facta.
2 *Tyrannus est qui Regnum Neapol. sine Papæ authoritate innadit.*
Patrimonium beati Petri quid sit.
4 *Barones habent iurisdictionem ratione territorij.*
Animus per quæ declaretur.
5 *Facta à tyrannis reuocanda, & non facta à iudicibus tyranno subditis.*
6 *Processus facti non contemplatione tyranni, sed meriti valent, secus si aliter.*
Modus consulendi principem.
Petitorium & possessoriū an sint deducta narrato primo spolio in libello, & postea conclusione restituenda terra facta.
7 *Possessio solum recte non petitur in iudicio possessorio.*
Restitutio rei, aliud est à restitutione possessionis.
Libelli conclusio attendenda.
8 *Libelli vt soluentur, verba improprientur.*
Appellatio an suspendat executionem sententiæ super fructibus in possessorio.
Causa super fructibus non est momentanea.
9 *Executio pendente appellatione non fit.*

1 
Vir satis excitatum † vtrū acta senten-
tiæ latę per Barones, vel eorum officiales
tēpore, quo Rex Frācorū tenuit hoc Re-
gnū. Si aduenīete domino Rege Ferdinā-
do secundo, statim illi barones vt partiales & fideles
Regis Ferdinandi & eorū loca & castra adhæserunt,
vt fideles ipsi Regi Ferdinando, de quo actu fuerunt
cōmendati per legatū domini Papę Alexandri, & per
literas eiusdem domini Papæ, in quibus actibus non
nominatur Rex Frācorū, sed solū ipsi barones & eius
officiales, qui habebant iurisdictionē à domino Rege
Ferdinando: licet per timorē & impressionē erāt sub
vexillis Regis Francorū, sint ipso iure nulla tanquam
facta tempore dicti Regis Franc. qui vt dicitur per po-
tentiā, & sine actibus legitimis accepit Regnum, vel
sint valida. Prima facie vnusquisque diceret, ꝙ sint
inualida, quia facta tempore prædicto, vt dicitur in l.
decernimus. C. de sac. san. ecc. † Nam tyrannus dicitur 2
ille, qui de facto occupat Regnū sine auctoritate sum-
mi Pōtificis: vt dicit ibi tex. & Bal. vnde ille, qui occu
pat, quod est propriū principis, dicitur tyrānus: vt di-
cit tex. quē ibi not. Bal. in l. sacri affatus. C. de diuers.
rescrip. & no. do. Abbas in c. Abbas. quod metus cau-
sa. omnis enim qui se facit Regem regni, sine summo
Pontifice, tyrannus est, quia dominium huius regni
est speciale patrimonium beati Petri, vt dicitur in c.
Apostolicæ. de re iudicata, lib. vj & Bar. in l. j. ff. ad le-
gem Iul. maie. & ideo acta & sententiæ latæ tempore
tyrānidis non debent valere, tanquam facta à carente
iurisdictione. Benefaciunt ad hoc notata per domi-
num Abb. in c. P. & B. in fi. de offi. deleg. & quod not.
gl. fi. in c. olim. el iij. de restit. spo. † vbi gesta tempore 3
tyranni non valent, tanquàm facta ob timorē. & not.
Bart. in tractatu de tyrannide, in vij. q. & plenè istam
materiam tangit Io. de Ana. in c. j. in j. & ij. col. de schis
maticis. & Bal. in marga. in verb. tyrānus. post Inn. in
c. cùm ex iniuncto. de ope. no. nun. Sed in contrariū
per omnes dominos de Consilio fuit de iure visum:
scilicet quòd & illa acta & processus, & sententiæ la-
tæ per officiales baronū, qui recedente impressione
statim reduxerunt se ad fidelitatem Regiam facti, &
prolatæ inter personas priuatas sub nomine officia-
lium baronis, valent & tenēt. Pro hoc adducitur de-
cisio Bart. in dicto tractatu de tyrannide, in vij. quęst.
principali, vbi dicit quòd si populus est sub potestate
tyranni, tamen populus solet creare certos officiales
ad decisiones quarundam causarum: & tyrannus pati-
tur istas causas ventilari per officiales populi sub re-
gula iustitiæ, tunc illa acta valent, quia voluntariè &
non coactè facta sunt. † Idem dicendū est in baroni- 4
bus, qui regulariter habent iurisdictionem, saltem ra-
tione territorij, vt dicit And. de Iser. in c. j. quid sit in-
uesti. vt si tempore tyranni ferant sententias non no-
mine tyranni, sed tanquàm baro, valet, quia latæ sunt
sub regula iustitiæ, & non per impressionem vnde nō
inspicitur animus tyranni, sed animus ipsius baronis,
prout in simili notat Bar. in l. j. ff. de iti. actúque priua.
qui animus declaratur per reductionē fidelitatis sta-
tim factam cessante tyranno. Ex quo comprehendi-
tur, quòd animus suus fuit actū exercere licito modo,
hoc est, vt baro auctoritate veri domini, & nō tyran-
ni, per ea quæ notantur per dominū Abb. in c. nisi es-
sent viri prouidi. de præbendis. † Hinc est, quòd di- 5
cit And. de Iser. in constit. Reg. Priuilegia. la ij. quòd
facta à tyrannis debent reuocari, nō autem facta à iu-
dicibus tyranno subditis, qui non peccauerunt, quia
necessitas non habet legem. l. j. de offi. consulis. cum
simi. Et odio alterius quis non debet grauari. C. de
Inoffi. test. l. si quis in suo. Imo dicendū est aperto
ore, quòd si isti barones protulerunt sententias sub
eorum nomine, quòd non est dicendum, quòd videā-
tur protulisse nomine tyranni, ex quo ille tyrannus
nō habetur pro superiore eorum, vt videtur innuere
Bart.

Bart. in tractatu repressaliarũ, in v. q. secũdæ quæstionis principalis, dũ allegat l. decernimus. & sic videtur quòd lata sit sententia per baronẽ auctoritate sui superioris, & non illius, qui non erat eius verè superior.
6 † Et ideo bene dicebat Bal. in d. l. decernimus. in versi. venio ad secundũ, quod si quidem isti processus fiant obtentu personæ timentis tyrannũ, puta contra partem expulsam, nõ valẽt: quia illi expulsi nõ valent cõparere: vt in Clem. pastoralis. de re iudicata. aut nõ fiunt contemplatione tyranni, sed meriti, vel demeriti, & tunc valent: quia vbi est iusta causa & auctoritas iurisdictionis, ibi non potest esse vitiũ, tamen fuit dictũ ex quo nõ est nostrũ ista iudicare, nec iudicauit, quòd consulteretur Regia maiestas, & dicatur in consultatione, quòd de iure isti processus facti per barones vt suprà, valent & tenent Matthæus de Afflicto. V. I. D.

Item in hacmet causa fuit dubitatum, si in libello narretur spolium, & posteà cõcluditur ad restitutionem terræ, si per hoc sit deductũ petitorium & possessoriũ. Multi ex dominis dicebãt quod est deductũ petito-
7 riũ & possessoriũ: † quia in iudicio possessorio petitur solũ restitui possessio, vt in toto tit. ff. de vi & vi arm. & in c. cũ ecclesia. de causa possessio. & proprie. & in c. cũ super. eod. titu. quia aliud est restitutio rei, aliud possessionis. l. officium & l. qui restituere. ff. de rei. ven. l. si duo. §. si. ff. vti possi. & tenet expressè Alexan. in ij. vol. consi. cxvij. in j. col. & in iiij. vol. cõsi. xlvij. in j. col.

Tamen dominus Viceprotonotarius dicebat, quòd ipse vidit de hoc dubitari, & fuit conclusum, quòd si narretur spoliatio, & concludatur ad restituendum rem, quòd videtur solùm possessoriũ fuisse intentatũ, & pro ista decisione allegabat in terminis Federicum de Senis in consi. cclxxiij. & do. Anto. de Butr. in c. sæpe. de restitut. spoliat. vbi hoc expressè firmat, & ibi dicit Ioan. Andrea. quòd rectius fuisset dictum, quod petit possessionem restitui, quàm petere rẽ restitui, tamẽ secundũ eũ saluatur libellus, quia intelligitur rem restitui, scilicet quò ad possessionẽ. Bene facit quod not. Bart. in l. sed & si possessori. §. item si iurauero. ff.
8 de iureiu ran. vbi dicit † quod verba impropriantur pro saluatione libellorũ, pro hoc est tex. in c. auditus. & in c. cũ venissent. iuncta glo. de restit. in integr. & maximè hoc est verum, si pars declarat, quòd solum possessorium vult prosequi, prout fuit in casu, de quo quæritur. Item etiam fuit dubitatum, si fuit lata sententia in possessorio, & ad restitutionem fructuum, & appellatum, & pendente appellatione fuit facta executio per legem vnicam. C. si de moment. possessio. fuit appellatum. An potest fieri executio etiam pro fructibus, vel super fructibus appellatio suspendat executionem sententiæ in posses. Et fuit votatum secundum Bald. in dicta l. vnica. quòd causa super fructibus non est momentanea, vt C. de appellat. l. & in maioribus. Idem si sententia super posses-
9 sorio condemnet ad interesse: † quia non fit executio pendente appellatione, secundum Bald. & ibi Bartol. in l. creditor. §. iussus. ff. de appellatio. Et Specul. idem voluit, in titul. de appellat. §. in quibus. versic. sed qui appellatione. bene tamen fateor, quòd si fiat executio rei spoliatæ, fit executio consequenter in fructibus pendentibus, quia pars soli sunt, vt in l. fructus pendentes. ff. de rei vendicat.

DECISIO LXXVIII.

De sententiis senatus à quibus fuit reclamatum reuidendis non obstantibus appellationum temporibus.

SVMMARIVM.

1 *Sententia senatus longo tempore lata à qua fuit reclamatum infrà tempus cum protestatione reuidendi, an possit reuideri.*
2 *Sententia præfecti prætorio post duos annos transit in rem iudicatam.*
Fatalia an currant in regio senatu.
Fatalium lapsus appellationem eneruat.
Pactum tacitum lapsu temporis roboratum plus operatur, quàm expressum.
3 *Appellationi expressè renuntiari in criminalibus non potest.*
4 *Fatalia in causa appellationis introducta in principis consistorio quando currant.*
5 *Diuisio quando non præiudicet reuisioni.*
Protestatio fiendæ solutionis salue iure reuisionis trahitur ad actus futuros.
Actus contrarius protestationi non nocet.
6 *Protestatio iudicialis contraria facto iuuat protestantem.*
Stilus curiæ seruandus.

IN causa Firmani de Racaneto † dubium fuit, vtrũ sententia sacri Consilij lata, iam sunt ferè anni xviij. à qua fuit reclamatum infrà tempus, & præstita cautio de restituendo &c. Et protestatum, quòd sit saluum ius reuisionis, iuxta auth. quæ supplicatio. C. de preci. imper. offe. & fuit facta diuisio bonorum inter sorores vigore sententiæ. Si dicta sententia possit reuideri, vel transierit in rem iudicatam. Et si per diuisionem bonorum videatur renuntiatum reclamationi. Et prima facie quilibet diceret, quod causa non potest reuideri. Ex quo per cursum tanti temporis sententia transiuit in rem iudicatam, cũ omnia fatalia sint discursa. 1
† Item quia sententia præfecti prætorij post duos annos transit in rem iudicatam, vt dicit gl. not. in l. j. C. de senten. præfec. præto. Item quia est regia pragmatica, quòd etiam in sacro Consilio currunt fatalia, & fatalibus elapsis habetur, ac si non esset reclamatum vel appellatum: vt in l. tempora. & in l. per hanc C. de temp. appel. & dicit Bal. in l. cũ anterioribus. eo. tit. quod tacitum pactũ cursu temporis roboratũ, s. patiendo labi tẽpus appellandi, plus operatur, quàm expressum † nam in criminalibus nõ potest renũtiari expressè appellationi: & tamẽ põt pati labi tẽpus, & hic nõ solũ lapsum est bienniũ, vt dicitur in auth. ei qui. C. eo. ti. sed spatiũ lõgissimi tẽporis, s. xx. ann. ergo &c. 2 3

Itẽ quia post sententiã fuit facta solutio, i. diuisio bonorũ, & sic videtur recessum à reclamatione, per l. ad solutionẽ C. de re iudi. In contrariũ facit auth. sed lis. C. eo. tit. vbi dicitur, quod postquã causa appellationis est introducta in cõsistorio principis, non currũt tempora appellationis, donec princeps cõstituat quis cognoscat. qui tex. est canonizatus in Decretis ij. q. vj. in c. anteriorũ. in §. ad hoc sancimus si quãdo lex. & sumitur ex auth. de appella. & j. quæ temp. in princ. col. iij. quẽ tex. alle. Spe. in tit. de app. §. septimo. Et dicit

4 cit Arch.in d.c.anteriorũ.† quòd in consistorio prin-
cipis qualitercũque appellans sit impeditus, non cur-
runt tempora, annale vel biennale. Sola enim ne-
gligẽtia imputatur. idẽ Alex. de Imo. in j. vol. cõsi. xix.
At in casu, de quo agitur, lata sententia Regia fuit
reclamatũ: & fuit facta executio præmissa protestatio-
ne saluo iure reuisionis, & virtute sententiæ in vim
executionis fuit facta diuisio, & dicitur, quod nulla fuit
negligentia ex parte reclamantis, propter impedimẽ-
ta allegata: videlicet præsidens in Consilio lacerauit
supplicationẽ prosecutionis, vnde diuisio videtur fa-
cta citra præiudiciũ causæ reuisionis stante præcedẽ-
ti protestatione, quod sit saluũ ius reuisionis ante diuisio-
nem: cùm diuisio non videtur actus contrarius actui
reuisionis & protestationis, sed possunt ambo scilicet
5 diuisio & reuisio stare insimul. † & sic per diuisionem
non videtur recessum à protestatione & reuisione: sed
talis protestatio refertur ad omnes actus futuros, vt
dicit Bar. in l. nõ solũ. ff. de oper. no. nun. versi. ex præ-
dictis apparet, quod sit huius protestationis effectus: quia
protestatio, quod fiat solutio saluo iure reuisionis, hoc
importat, vt trahatur ad actus futuros: vt dicit Ioã. de
imo. in c. cũ M. & ibi per Felin. char. lxxv. in j. col. de
constit. Et firmat Pau. de Cast. in l. pacta nouissima. C.
de pact. Item si protestatio fiat ex causa probabili,
licet posteà fiat actus etiam contrarius protestationi,
non videtur recessum à protestatione, vt dicit do. Ab-
bas in d. c. cũ M. in versi. venio ad secundũ. de constit.
6 Item † quia protestatio, etiã quod sit cõtraria facto, si
est facta in iudicio, iuuat protestantem: quousque re-
iiciatur per iudicem, & nõ audiatur: vt dicit Io. And.
in c. solicitudinem. de appel. & Imo. & Fel. in d. c. cùm
M. char. lxxvj. in iij. col. Sed ista protestatio nũquam
fuit reiecta per sacrũ Consilium. ergo. &c. Item quia
diuisio in vim executionis sententiæ omnino non ha-
bebat fieri etiam contra voluntatem suam, vnde non
vitiatur tunc protestatio: vt dicit Io. And. post Hosti.
in c. Cumana. in ij col. de elect. ideo fuit visum sacro
Consilio, quòd attentis prædictis & etiam stylo sacri
Consilij, quòd sententiæ Consilij, à quibus fuit recla-
matum, semper reuidentur, non obstãtibus tempori-
bus appellationum, quòd in dicta causa procedatur
ad reuisionem, de quo stylo etiam capta fuit informa-
tio à practicantibus.

DECISIO LXXIX.

De reuisione interlocutoriæ ex eisdem actis, non obstantibus literis Regiis in oppositum.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio an sit deserta propter non præsentationem processus infrà terminum styli curiæ.*
2 *Impedimentum potest per iuramentum probari, si ex longinquo appellatio afferatur.*
3 *Sententia interlocutoria ex eisdem actis reuidetur de iure.*
4 *Causarum longæuus vsus potest pro iure allegari.*



1 IN causa appellationis † ab interlocutoria
lata per D. Io. Baptistã Brãcatium fuit ap-
pellatum per Gasparem de Scotio ad sa-
crum Consilium per nobilem Iaco. Sana-
zarium. dicitur, quòd appellatio est deserta, quia non
fuit præsentatus processus infra 50. dies iuxta formã
constitutionis Regni, Appellationũ tẽpora. Imò non
fuit facta citatio, nec causa fuit cõmissa infra dictum
tempus. Ex parte altera allegatur impedimentum:
& produxit literas do. Siluestri auditoris, quæ literæ
satis probant eius diligentiam. Et impedimentũ fuit
ex eo, quia secretarius noluit ponere manũ in signa-
tura. † Licet aliâs impedimentum possit per iura- 2
mentũ partis probari: vt dicit Fede. de Se. in consi. cix.
incip. super puncto vbi allegat multa iura. & in c. vt
circa. in fi. de ele. in vj. & Doct. in c. ex ratione. de ap-
pell. & in Spe. de appel. §. nunc. ver. quid ergo. & vers.
quid appellatum. tamen Ioan. And. dicit ibi prædicta
procedere in appellationibus ad curiam de longin-
quo, secus quãdo appellatur ad locum propinquum,
tunc impedimentum debet aliter probari, quàm per
iuramentum per tex. in l. fi. §. illud. C. de temp. appel.
Tamen fuit dictum per omnes de Consilio, quòd
stylus in sacro Consilio est, † quòd de sententiis inter- 3
locutoriis & etiam diffinitiuis, quãdo est causa deser-
ta propter modicũ tempus, semper solet reuideri ex
eisdem actis, & maximè sententia interlocutoria, quæ
de sui natura reuidetur ex eisdem actis de iure: vt in
Cle. appellanti. de appel. & Bar. in l. ait prætor. §. per-
mittitur. ff. de mino. & in l. per hanc. C. de temp. appel.
& in l. eius qui. ff. de app. & Bart. in l. eos. §. si qui autẽ.
C. de appel. fallit in certis casibus: vt per Bald. in d. l.
per hanc in vltima col. Vnde fuit votatum, quòd
reuideatur dicta causa in sacro Cõsilio, literis Regiis
non obstantibus, in quibus dicebatur, quòd fiat iusti-
tia iuxta Regni constitutiones & capitula: quia de iu-
stitia non obstant literæ: quia impedimentum excusat
à desertione: vt s. dictum est. † Item quia ritus sacri 4
Consilij sic vult, vt reuideatur, si medio tempore esset
deserta appellatio ab interlocutoria ex eisdem actis.
Et ideo dicebat Cardinalis Florentinus in Cle. sæpe.
§. quia verò. de verb. signi. quòd longæuus vsus causa-
rum potest allegari pro iure siue tendat ad litem or-
dinandã, siue decidendam. Faciunt ea, quæ solent alle-
gari de efficacia styli per Doct. in c. fi. de consue. & in
c. ex literis. de consti. & in c. ij. de præb. in vj. & per do.
Geor. in repe. d. Cle. sæpe. in §. quia. & per Feli. in c. ij.
de rescrip. in vj. col. & per Bal. in l. prolatam. C. de sen.
& in l. iubemus. C. de iudic. Ioã. de Ana. in c. quàm sit
graue. de crimi. falsi. cum concor.

ADDITIO.

De stylo curiæ attendendo, vide Chassaneum con-
si. lxviij. nu. 57. Et Hyppo. de Marsi. singul. cxviij. inci.
stylus. Et Bertr. parte. j. cõs. ccclxxviij. nu. 7. & parte. ij.
consi. cxxiiij. nu. 4. & parte iij. consi. ccxiiij. nu. 7.

DECISIO LXXX.

De iure emphyteutico, & de iure commissi propter non solutum canonem intra triennium in re magna pro paruo censu concessa.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteutica res magni valoris pro paruo censu submissa, an cadat ex toto in commissum propter non solutum canonem lapso triennio.*
2 *Clausula, dedit maiorem valentiam: quid operetur: & an faciat cessare remedium legis fin. a. C. de rescinden. venditio.*

Pacta

1 *Pacta omnia in contractu emphyteutico sunt licita.*
Pretium totum perdere propter cessationem vnius nummi graue est.
4 *Pactum regulatur secundum principale propositum.*
Donatio non dicitur, vbi potest capi alia coniectura.
Necessitas liberalem neminem facit.
Obligatio ex necessaria causa magis succurritur, quàm ex voluntaria.
5 *Iuramentum potest per partem remitti.*
6 *Iudex compellit ad remittendum iuramentum etiam per captionem personæ.*
Iuramentum verum habet tres comites.
Homines simplices circunducti & errantes reperiunt.
Iustitia consistit in naturalibus argumentis.
7 *Iuramentum quando excludat erroris allegationem.*
Iniquitas debet abesse à iuramento.
8 *Differentia est inter solutionem census in recognitionem directi dominij, & solutionem census respectu pecuniæ receptæ.*
Contractus nomen non inspiciendum, sed rerum substantia.
Sensus inspiciendus potius quàm verba.
9 *Iustum vnum prohibetur propter vnum iniustum.*

1 FVit magnum dubium in Consilio, † verũ res emphyteutica incidat in commissum propter reditum non solutũ per trienniũ in emphyteota priuati in totũ, vel solùm pro illa quantitate pecuniæ, pro qua fuit res illa submissa. Verbigratia, res quæ fuit submissa sub natura emphyteutica valebat ducatis mille: dominus in naturam emphyteuticam pro ducatis ccc. quos recepit, submisit rem illam pro ducatis xv. annuatim in naturam emphyteuticam: verũ tota incidat in cõmissum, vel solũ pro illa parte, videlicet pro ducatis tricẽtis.

Videtur ꝙ in totũ incidat in cõmissum. quid enim refert, si concedatur res magna sub natura emphyteutica pro paruo censu? Si enim non soluitur census intra [illegible]enniũ, certè cadit à iure suo: vt in l. ij. C. de iure emphy. & in c. potuit. de locato. & Insti. loca. §. adeò.
2 Nec est in consideratione, ꝙ sub vno nũmo pro [illegible] in naturam emphyteuticam, & cessatum sit in [illegible]ione per triennium, quòd tota cadit in commissum, vt dicit glo. in auth. qui rem. in verbo, repelli po[illegible] C. de sacrosan. eccl. Et licet glo. hoc nõ firmet, tamen Bal. hoc firmat ibi. & in l. cùm allegas. in vij. op. C. [illegible] vsur. firmat Ias. in d. auth. qui rẽ. & facit xij. indu[illegible]nes, vt ibi per eum. Et si aliquis habens rem suam [illegible]m magni valoris, totã rem illam mihi submit[illegible]o certo paruo censu sub natura emphyteutica [illegible] donationis, vel titulo venditionis cum clausula [illegible]let etiam in maxima quantitate, quòd donat [illegible]uramento pro paruo pretio. quo casu cessat re[illegible]um l. ij. C. de rescin. vend. secundùm communi[illegible] doct. ibi certè nulla ratio diuersitatis assignari po[illegible], vt incidant in commissum, si non sit solutus [illegible]us intra biennium in re ecclesiæ, vel triennium in re priuati, si non sit solutus redditus intra bienniũ [illegible]nnium. † Quia vlterius pacti seu conuentionis [illegible] operatur: & omnia pacta sunt licita in contractu [illegible]teutico: vt dicit dicta gl. in dicta auth. qui rem. [illegible]d in contrarium facit illud, quod dicit dicta gl. in [illegible]ut. qui rẽ. ꝙ graue est, ꝙ propter cessationẽ vnius [illegible] totũ pretium & res perdatur: vt ibi per eã. Ita [illegible]nimis graue est, vt pro ccc. ducatis perdat rem valentẽ mille ex tardata solutione iij. ann. cũ censum semper posset petere: vt dicitur in d. auth. qui rem. Item licet in instrumento dicatur, quòd si non soluatur census intra trienniũ, res incidat in cõmissum: tamẽ principale propositum fuit partium rem ipsam submittere pro ducatis ccc. † & sic illud factum regulatur secundũ principale propositum. l. si quis nec causam. ff. si cert. peta. aliâs illud pactũ inducet donationẽ, & ibi potest capi alia coniectura quàm donationis, non debet dicit quòd fuit donatio. l. si cũ aurũ. ff. de solu. l. cũ de indebito. ff. de proba. & l. elegãter. §. qui reprobos. ff. de pign. act. Et maximè cũ in necessitatibus nemo liberalis existat: vt in l. rem legatã. ff. de adimẽ. leg. gl. in l. si vsufruct. ff. de iur. dot. Magis enim succurritur illi, qui ex necessaria causa se obligat, quàm ei qui voluntariè. l. si fideiussor. §. si necessaria. ff. qui satisd. cog. 4

Cum ergo volẽs summittere domum pro ccc. ducatis erat in necessitate constitutus: quia sic dicendũ est à communiter accidẽtibus, nõ est dicendum quòd voluisset pro ccc. ducatis ob tardatã solutionẽ iij. ann. amittere rem valentẽ ducatis mille † & si secus diceremus, esset hic dolus re ipsa, quãdo pactum sic esset expressum, scilicet quòd tota incideret in cõmissum. vt not. in l. ij. C. de rescin. vẽd. & in l. si quis cùm alter. ff. de verb. obl. Et licet vbi esset in instrumento iuramentum, nõ possit venire cõtra iuramentũ, per no. per gl. & doct. in l. ij. C. de rescind. vend. & per Ioã. de Imo. in c. cùm contingat. de iureiur. tamẽ iudex posset partẽ cõpellere ad dimittendũ hoc iuramentum: quia pars potest remittere iuramentũ: vt not. in c. cõsuluit. de vsu. Io. And. in c. ij. de spon. ex quo non continet illos tres comites, s. veritatẽ, iudiciũ, & iustitiam. c. animaduertendum. xxxij. q. ij. nã iustitia deficit in hoc iuramento, quia nõ cõtinet licitũ & honestum, nõ enim est honestũ, vt pro trecentis ducatis habeat rem valentem mille, iuxta notata in c. debitores. de iureiuran. & Bal. in c. j. §. item sacramenta. de pace iuramen. firmã. dicit, † quod boni præsides per capturã personæ faciunt talia iuramenta relaxari per l. illicitas. ff. de officio præsidis. Præterea simplices homines circunuentionibus inducti reperiunt tanquã errantes. dicit Bal. in l. j. C. ne filius pro patre. Vnde potius crederẽ quòd per simplicitatem & circunuentionem aduersarij fuit tale pactum factum attenta iniustitia pacti, quàm quòd ex certa scientia voluerit donare, stante dicta necessitate, quam habuit in submittendo domũ prædictam. Iustitia enim cõsistit in naturalibus argumẽtis. dicit Bal. in l. ædem. C. locat. dum allegat. l. scire oportet. §. sufficit. ff. de excu. tut. Nec obstat, quod iuramentum excludit erroris allegationem, vt dicit Alex. in iij. vol. consi. xvij. in j. col. † Quia illud verum, quando iuramentũ habet illos tres comites, vt suprà dictũ est, secus quando non continet iustitiã & honestatẽ, prout est in casu, de quo quæritur secundũ Io. And. in nouella in c. j. de iureiur. lib. vj. Prætereà in tali pacto, quòd tota res incidat in commissum, quæ valet mille, vbi recepit trecẽtos, nõ videtur, ꝙ sit causa, vnde potius præsumitur erronea, nisi probetur certa scientia: vt dicit Alex. in iij. vol. consi. xix. in j. col. Nec obstat iuramentum, quia respondetur, vt s. magnam enim iniquitatẽ continet tale iuramentum, quæ debet abesse à iuramẽto c. quãto. de iureiur. auth. quòd eis. C. de secun. nup. & Io. And. in nouel. in d. c. j. de iureiur. Nec obstat illud quod dictum est suprà

5 (marg.) 6 (marg.) 7 (marg.)

suprà, ꝙ non potest ratio diuersitatis assignari inter il'ũ qui cōcedit rem magni valoris pro censu vnius denarij vt si non soluat intra terminum, cadat à iure suo: vt tenet Pet. & Bal. in d. auth. qui rem per text. in auth. de non alien. §. itaq. & dicit, ꝙ ita obseruat con-
8 suetudo, & dicit Bal. in rub. C. de iure emphy. † quod fallit in ecclesia, Republica, & minore, & illum qui submittit rem suā valentē mille pro ccc. ducatis &c.

Quia dico, est magna differentia. Nā in primo casu census soluitur in recognitionē directi dominij, vt dicunt Doct. in d. auth. qui rē. Sed in secundo casu in veritate cēsus soluitur ad ratione quinq; pro cētenario: & sic respectu pecuniæ recept. vnde nō inspiciēdū est nomē cōtractus: sed potius rerū substātia, vt dicit in simili Bal. in d. l. ædem. versic. sed quid de eo qui emit. C. locati. & in l. si eū. C. de ter. permu. & in l. licet. C. loca. & Bal. in l. si quanteā. C. de don. ante nup. vbi potius sensum quā verba inspicimus. Idē Bal. in l. j. C. de æ li. actio. Se l vt consideretur potius effectus quàm ipsa nominatio emphyteusis, ex quo non conti-
9 net iustitiam & honestatē: † ideo propter vnum iniustum prohibetur vnū iustū. xij. q. j. habebat. xxj. distin. deniq; ff. de damn. infect. l. si finita. §. ex hoc edicto. & sic cùm tale pactū appositum in cōtractu emphyteutico deber obseruari: quia omnia pacta in tali contractu sunt obseruanda, tamen quia resultaret talis inhonestas & iniustitia, prohibetur hoc iustum propter iniustum: vt dicit Spec. in au eo lib to suo. in tit. de vetitis seu permisis. & sic fuit iudicatum in Consilio, ꝙ propterea d . tum non solutum pro tricentis ducatis tantum, res illa incidat in commissum, & nō tota res, quæ valet ducatis mille. Matth. de Afflict. V. I. D.

DECISIO LXXXI.

De restituendis pecuniis hęreditatis cessionario exactis per cedentem ante transactionem.

SVMMARIVM.

1 *Hæres cedens ex causa transactionis hæreditatem, an teneatur debita ante transactionem exacta restituere cessionario, vt pecuniam hæreditariam. nu. 3.*

2 *Hæreditas vendita cessante cōuentione trahit illa quantitatem tempore mortis testatoris.*

4 *Tempus contractus quando inspiciendum & non præcedens, si actum sit.*

1 TEstamentaria hæres † vnius mercatoris nomine Infabrica, ex causa transactionis cessit hæreditate dictæ Infabricæ suę filiæ, vxori Anto. Folletij, pro certis alimentis præstan 'is annuis vsq; ad summam ducatorum centum per annum. Antequam fieret dicta transactio, hæres exegit certos debitores hæreditarios. Vtrum hæres teneatur istam pecuniā per eum exactam post mortem testatoris, vt pecuniam hæreditariam restituere huic cessionario ex causa transactionis? Et sumus in casu, quando non est aliquid actum inter partes, quid de istis pecuniis hæreditariis debitis dictæ hære ditati. † Dico quòd istud dubium expresse deciditur in
2 l. ij. in §. j. ff. de hære. vel actio. vendit. vbi dicitur, quòd ille qui vendidit hæreditatem cessante conuentione, debet illa quanti erant tempore mortis testatoris, & tenetur hæres de eo quod ad eum peruenit cum effectu restituere emptori hæreditatis, & sic ista hæres debitum hæreditarium per eum exactum ante transactionem debet restituere dicto cessionario, cùm nihil aliud in contrarium sit conuentum: † licet plerunq; 3 conueniri solet, vt inspiciatur tempus contractus: tamen si hoc conuentum non sit, tenetur pecunias hæreditatis exactas restituere. vt probat tex. in d. l. ij. in versi. plerunq; & in versic. peruenisse. & in versi. illud.

Nec obstat gloss. ibi posita, quæ dicit quòd tempus contractus inspicitur, & non tempus præcedens nisi actum sit. Quia † illa gl. procedit quando res fue- 4
runt demonstratæ tempore contractus: vt declarat tex. in l. qui filijfamil. ibi. nisi de substantia eius affirmauerit. ff. eod. tit. Aliàs si secus vellemus dicere, ista glo. esset falsa: quia cōtra tex. §. illud. & in versi. sed rerum. & melior est tex. in l. venditor ex hæreditate. in versic. cum hæreditas venit, tacite hic agi videtur &c. Et sic fuit mihi visum de iure dicendum: quia fui commissarius causæ, & facta relatione in Consilio, Consilium fuit eiusdem voti.

DECISIO LXXXII.

De exercitoria, & de domino nauis, an teneatur de damno dato.

SVMMARIVM.

1 *Dominus ad damni emendationem, an & quando teneatur pro familia. 3. 5.*

2 *Familiares contra voluntatem principalis Simoniam committentes, an ligent principalem, & idem de alio delicto. nu. 8.*

3 *Administratoris gesta etiam in excessu præsumuntur à domino approbata.*

Exercitoris factum an obliget nauis dominum, etiam quo ad dolum & culpam, & quando. nu. 9. & 10.

4 *Famuliam bonam dominus tenetur eligere.*

Publicanus tenetur ex facto ministrorum exigentium, & an liberetur si delinquentem exhibeat. nu. 7.

6 *Forma libelli offerendi à familia, qui vult contra dominum agere.*

Familia extra districtum delinquente, dominus non tenetur.

7 *Dominus ratum habens tenetur de facto familiæ liberæ, licet non mandauerit.*

8 *Dominus præponens aliquem, ne furta committantur, an teneatur de furto commisso.*

9 *Intellectus ad l. j. §. sequitur. ff. de exercitoria.*

10 *Casus specialis an exclusus a regulis iuris communis.*

DVbitatur, an dominus nauis † teneatur 1
ad emendationem damni illati Georgio Veneto, cuius grippum cum bonis captū fuit per nautas & exercitores nauis: ipso domino absente & ignorante, ac dante eis in mandatis expresse, ꝙ capiant bona Venetorum. In hoc dubio dico prima facie, quòd stante mandato domini expresso facto exercitoribus & nautis nauis suæ, quòd non capiāt bona Venetorū, si ipsi exercitores faciunt contrarium eius quod dominus non tenetur de damno dato Venetis per dictos exercitores & nautas.

Ad hanc decisionem fundandam, allegatur tex. in c. Petrus diaconus. de homicidio. vbi illi consanguinei & familiares contra prohibitionem illius diaconi fecerunt delictum & homicidium, dicit ibi Papa, quod non tenetur ipse Diaconus, quia cōtra eius prohibitionem expressam factum fuit delictum. † Item 2
allegatur tex. in c. sicut. de Simonia. vbi si consanguinei

aci & de mea familia contra meam prohibitioné &
cõtra mea voluntatem à qua minime recessi, Simo-
niam commisecunt. ego non teneor de dicto delicto.
Item allegatur tex. in c. constitutus. in præsentia
nostra. de testib. vbi delictum præstitum à consangui-
neu cõtra prohibitionem principalis, non nocet ipsi
principali. Item allego tex. in c. quia præsulatus. j. q.
iiij. vbi si clericus spoliauit alium clericum possessio-
ne sua, & consanguinei clerici spoliati reuulserunt
oculos clerico spoliatori, dicitur ibi, quòd delictum
non imputatur clerico spoliato: quia illud ideo est,
quia ignorauit consanguineos velle offendere aduer-
sarium: multo fortius nõ imputatur, si expressè prohi-
buisset, licet in administratoribus & nautis & exerci-
3 toribus hoc. l. de ignorantia non procedat: † quia il-
lud quod gerit administrator etiam ꝙ excedat, præsu-
mitur approbatũ à domino: vt est tex. in c. si. de iureiu.
lib. vj. bene facit l. iiij. in prin. ff. de dã. infec. & in l. j. in
prin. ff. nau. cau. stabul. Vnde dicit eleganter tex. in l. j.
§. magistrũ. ff. de exercito. ꝙ dominus nauis obligatur
ex omni facto magistri nauis. Item tenetur ex dolo &
culpa nautarũ, & sic ex delicto eorũ: vt expressè etiam
dicit tex. in l. debet exercitor. ff. nau. caupo. stabularij.
Item allego tex. in l. j. §. igitur præpositio. ff. de exer-
cit. vbi dicitur ꝙ forma mandati est inspicienda: & si
magister nauis excessit formã mãdati dominus nõ te-
netur, aliâs cessante dicto mandato seu prohibitione
prædicta, si familia deliquit in illo officio seu mini-
sterio, in quo dominus eã præposuit, tũc tenetur do-
minus de delicto familiæ, quia tunc non põt domino
4 imputari, † ex quo non elegit bonam familiam: vt di-
cit tex. in l. j. §. familiæ. ff. de publicanis. vbi præposi-
tus ad vectigal tenetur ex facto familiæ suæ, quam sibi
adiunxit in illo ministerio. Et tunc si dominus illam
familiam delinquentem exhiberet, liberaretur: vt in
d. §. familiæ. & l. ij. post. C. de accessoribus. & l. cum si
ex [illegible] ibuissent. ff. de publicanis. hoc verũ secundum do.
Abb. in cap. j. de restit. spoliatorum, cùm quis exerce-
bat officium publicum, secus si priuatum: vt quia re-
gebat hospitiũ, tũc nõ sufficit exhibere malefactoré:
sed est in electione damnũ passi an agat contra domi-
num, an contra familiam: vt in l. vnica. ff. furti aduer-
sus naut. cau. sta. alleg. Bar. etiã in d. §. familiæ. & sic in
casu nostro cessante dicta prohibitione nõ liberare-
tur exhibendo nautas & exercitorem. Et in hoc vo-
to fuit magna pars dominorum de Consilio. Regu-
5 lariter † in isto dubio, an dominus teneatur ex delicto
familiæ, sic dicendũ est, quantũ ad casum, de quo agi-
tur, quòd si dominus sciuit delictũ fieri a familia, &
potuit prohibere, & non prohibuit, & tũc tenetur. Si
autem nesciuit, & tũc nõ tenetur. ita tenet Spe. in tit.
de lapsis dispẽsa. §. iuxta vet. quid si amici. & Bal. in l. j.
iij. col. de seruis fug. dum allegat capitulũ, cũ ad sedé.
de resti. spol. & ibi glo. & hanc conclusionem firmat
Alex. de Imo. in l. de pupillo. §. si quis ipsi prætori. ff. de
ope. noui. nuntia. Bene facit tex. in d. l. ij. iij. & iiij ff.
de noxalibus. Et bene probatur hæc conclusio in
d. c. cùm ad sedem. Et ideò Spec. in tit. de restit. spolia
§. j. versi. si verò tu me non expulisti, sed familia tua.
po [illegible] formam libelli quando quis spoliatus est à fa-
6 milia, & vult agere cõtra dominum: † nam debet di-
cere, quod ipse est spoliatus à familia talis de tali re-
quam expulsionem dominus ratam habuit, vel res,
spoliata ad eum peruenit. & idem dicit j. eo. §. versic.
item circa interdictum. Et sic puto quo debet intelli-
gi illud, quod dicitur, quòd dominus tenetur de dile-
cto familiæ, vel ex damno per eam dato: vt dicitur in
d. §. si quis ipsi prætori. & vt dicit Spec. in tit. de iniur.
& dam. dato. in fine, dum allegat l. si verò. §. j. ff. de his
qui deie. vel effuderunt. & idem in Spe. de furtis. §. j.
versi. alia quoque. hoc addito, quod si familia delin-
quit extra districtum, dominus non tenetur. l. debet.
ff. nau. cau. sta. & ibi. Bar. Item datur alia regula, ꝙ
licet dominus prohibuerit vel nesciuerit delictum fa-
ctum à familia, si tamen ex facto familiæ res peruenit
ad dominum, dominus tenetur: vt dicit Ioan. de Imo.
in dicto c. cum ad sedem. licet gloss. Innocen. & domi.
Anton. hoc non firment: † sed in hoc non est du- 7
bium, quòd quando dominus mandauit, vel non
mandauit, sed ratum habuit, tunc dominus tenetur:
vt dicit ibi gloss. & patet in l. prima. §. ait prætor. &
§. quod ergo adiicitur. ff. de vi & vi arma.
Et hoc procedit in familia libera. Sed in familia
seruorum, dominus tenetur, etiam si non mandauit,
vel si nõ ratum habuit, si res ad ipsum dominum per-
uenit, vel tenetur actione noxali: vt dicit gloss. in d. c.
cùm ad sedem. Item est alia regula in proposito no-
stro, quòd si dominus præposuit familiam in aliquo
exercitio, puta fecit exercitorem in naui, & ibi posuit
nautas, & exercitor deliquit contra prohibitionem
& mandatum, tenetur dominus, si familia deliquit in
exercitio: vel nauta in naui: secus si extrà nauim. text.
est in l. debet. ff nau. cau. stabularij. Item datur alia
regula, quam ponit Bar. in l. nequit. ff. de incen. naufra-
gi. vbi dicit, † ꝙ si aliquis poneret aliquem ad custo- 8
diam totius territorij, ne committantur furta & ro-
bariæ, ille custos disrobauit, certè dominus qui eum
posuit tenetur, licet fecerit contra mandatum. bene
ad hoc facit id, quod dicit Bart. in d. l. j. §. familiæ. ff. de
publicanis. Ista regula est satis ad decisionem huius
causæ. Nec obstant in contrarium allegata. quia
illi consanguinei, qui deliquerunt, præsumuntur deli-
quisse de ordinatione illius beneficiati: contra istam
iuris præsumptionem probari potest contrarium, ꝙ
non de eius ordinatione, imò contra eius ordinatio-
nem. quod non est sic in casu, de quo quærimus: quia
cum ista familia, scilicet exercitor & nautæ deliquue-
rint, videtur dominus in culpa ipsam eligendo talem
familiam delinquentem. Ideo tenetur ex hac commis-
sa cõtra prohibitionem & mandatum. † Tota vis est 9
in respondẽdo textui in l. j. §. igitur. ff. de exercitoria.
vbi nõ tenetur dominus si magister nauis excessit for-
mam mandati. Aliqui dicunt quòd ibi est casus
specialis, vt ibi patet. Regulariter autem dominus te-
netur ex omni contractu & facto magistri nauis, & de
omni delicto nautarum: vt dicto §. magistrum. Imò si
dominus prohibuit exercitoré, vt nõ faceret substitu-
tũ, & ille cõtra prohibitioné substituit, & substitutus
deliquit, tenetur dominus. per tex. in l. j. §. magistrum.
& ibi Bald. ff. de exercito. vt dicit ibi Bald. quod est
speciale in exercitoria. Sunt ergo duo iura contra-
ria, quæ reddũt causam istã dubiã, videlicet. §. igitur.
& §. magistrũ. Sed Bal. ibi dicit, ꝙ in §. magistrũ. est
casus specialis: † ergo in cõtrarium est ius cõmune, vt 10
in l. ius singulare. ff. de legibus. Vnde dicendũ est, ꝙ
ex facto nautarum non tenetur dominus, si dominus
expressè prohibuit delictum: quia fecerũt cõtra man-
datum: vt in dicto §. igitur. Vel potest dici domi-

nus tenetur ex delicto institoris, etiã quòd delinquat contra eius mandatum. Secus quando cõtrahit cõtra eius mandatũ, vt innuitur in gl. in l. deber. ff. nau. cau. sta. in §. itẽ si prædixerit. Et licet per sententiã magnæ Curiæ Admiratiæ, Io. Thomasius Galataui fuisset cõdemnatus: tamẽ per sententiã sacri Cõsilij fuit reformata in eius fauorem: quia aliqui testes fuerunt examinati minus legitime, aliqui fuerũt repulsati, aliqui examinati post conclusum in causa contra formam pragmaticæ, per dictam curiam Admiratiæ.

DECISIO LXXXIII.

De iure emphyteutico, & de confinibus antiquis.

SVMMARIVM.

1 *Verbis enuntiatiuis instrumenti quando stetur. & nu. 3.*
Limitatio ad legem optimam C. de contrahen. stipul.
Verba enuntiatiua quæ dicantur.
2 *Confines in instrumento enuntiati maximè in facto antiquo probant dominium inter partes enuntiantes, & illis statur.*
Confines rei suæ quilibet scire præsumitur.
3 *Confessio iurata omnem repellit allegationem in contrarium, nisi iusta ex causa.*
Iuramentum validat actum sine iureiurando inualidũ.
Actus iuratus regulis iuris positiui non subest.
4 *Verba in instrumento partibus probata præsentibus fidem semper contra eas faciunt.*
Confessio instrumentalis ad vnum prolata effectum inter partes easdem nocet ad alium.
Confessio in vna instantia nocet in alia inter easdem partes, nisi procurator illam fecisset.
5 *Verba enuntiatiua propter aliud emissa dispositionem inducunt fauore piæ causæ, vt pro dote & monasterij.*
6 *Iudex dicens quod inter partes actum est, siue in sensu, seu in pretio, licet de illis aut de quantitate nihil constet.*
Pretij quantitas expressa in instrumento subiicitur iudicis moderamini, si de re contendatur, non de pretio.
7 *Fama in antiquis factis multum operatur.*
Factum antiquum de quanto tempore dicatur, & an illius limitatio iudicis arbitrio submissa sit.
8 *Probatio plena an resultet ex vno teste oculato & duobus de visu in factis antiquis, si coniungantur.*
9 *Condemnatio ad non petita quandoque fit.*
10 *Solutio censis erronea est, si constet de proprietate soluentis, nec nocet: & in illa verba enuntiatiua nihil possunt.*
11 *Liber terrarius & censualis an, & quando fidem faciat.*
12 *Emphyteusis an finiatur re emphyteutica destructa.*
13 *Religiosus proximus suis succedens acquirit suo monasterio.*
Descendentium appellatione monasterium post mortem monachi non venit in emphyteusi pro se & descendentibus concessa.
Contrahentium verba stricte sunt interpretanda sunt.
14 *Monasterium dicitur filius fictus in contractibus, & non descendens.*
Redintegratio fit eo, quòd loco rei surrogatur.
Æstimatio rei locum habet, vbi res præstari non potest.

IN causa antiqua sancti Sebastiani super duabus apothecis, quæ per illos de Blãca possidentur: & per eos dicitur, quòd attento instrumẽto emptionis factæ iã sunt anni xc. per antecessores eorũ, quòd fuot Franciæ: & monasterium S. Sebastiani dicit, quòd sunt indebite distractæ & alienatæ à dominio & possessione ecclesiæ: petitur eas reintegrari. Vtrum probetur de iure monasterij taliter quòd sufficiat. Et fuit mihi & aliis dominis visum, quòd non probetur de dominio vel possessione apothecarũ ipsius monasterij: sed solùmodo probatur, quòd monasteriũ super dictis duabus apothecis habet censum perpetuum: quòd declaratur per libros monasterij videlicet de terris xj. hoc modo. Nã producitur instrumentum, in quo continetur, quòd monasterium concedit Pet. de Blanca duas alias apothecas in emphyteusim coniunctas dictis duabus apothecis, de quibus cõtenditur, quæ sunt ad censum perpetuò concessæ per dictũ monasterium dicto Pet. Et in isto instrumento est illa assertio partium, quæ eis nocet per l. optimã. C. de contrab. stip. Nec ob. quòd
† verbis enunciatiuis instrumenti nõ statur, quando 1
contingit principaliter dubitari de eo quod enuntiatur. sic limitat Alex. d. l. optimã. in consiliis suis, consi. xxj. in j. vol. & in eo. vol. cons. cxxxvj. in vij. col. & in ij vol. cõsi. ccj. in ij. col. Et firmat d. Ant. in c. illud. de præsump. & Alex. in l. ex hac scriptura. ff. de dona. & Bal. in l. ad probationẽ. C. loca. Quia ad hoc respondetur, quòd verba enũtiatiua dicũtur illa, quæ continent præambulũ vel procemium, in quibus nõ consistit volũtas, seu per se nõ stãt, & non est verbũ principale orationis, & de istis verbis enuntiatiuis intelligitur dicta doctrina: vt dicit Alex. in consi. lxxxij. in vij. col. in iij. vol. Secus † autem si in instrumento partes di- 2
cũt & enuntiãt cõfines. nã statur illis cõfinibus enuntiatis inter partes maxime in facto antiquo: vt not. in l. cũ aliquis. per Bald. C. de iure deliber. vbi dicit An. quòd illi fines probãt dominiũ inter ipsas partes, hoc idẽ expressius firmat Ant. in d. l. optimam. in apostilla mea ibi: quia quilibet dominus præsumitur scire confinia rei suæ. dicit Alex. in iij. vo. consi. lxxxvj. in ij. col. præsumitur enim Petrus qui contraxit, & dixit iuxta bona censuaria in perpetuum dicti monasterij, quòd sciẽter hoc dicit, & quòd ipse sciebat esse cẽsuaria dicti monasterij. Maximè etiã considero, quòd
ista confessio facta per Pet. fuit iurata † contra quam 3
non admittitur aliqua in cõtrariũ allegatio, quæ tendit in eius annulationẽ, nisi ex iusta causa: vt dicit gl. in c. fi. in verb. iusta. de iureiu. in v. gl. xxxij. q. j. c. apud misericordem. vbi si confessio est redacta in scriptis. non potest ipsam mutare. & not. Bal. in l. generaliter. C. de non nume. pec. Et pro hoc facit, quia vbi actus non valet sine iuramento, cũ iuramẽto valet: vt patet in multis exẽplis relatis per Alex. in j. vol. consi. xxvij. in v. col. nam actus iuratus nõ dicitur subesse iuri positiuo, vt dicit ibi Alex. & in iiij. vol. consi. cij. Item licet Alex. & do. Ant. dicant. quòd verba enũtiatiua nõ probant quando principaliter dubitatur de enuntiato, tamen reperio quòd Io. And. in c. cùm in iure. circa fi. de offic. deleg. † dicit quod verba in instrumen- 4
to prolata præsentibus partibus, semper faciunt fidẽ contra eas: & hoc refert Pet. de Anc. in Cle. j. de proba. Et ideo hæc confessio facta ad vnum effectum in instrumẽto nocet ad alium effectum inter easdẽ partes, iuxta not. per Inn. in c. cautam. de testib. & Bart. in l. cum lite. ff. de iudi. solut. Abb. in c. dilectus. in verbo, confessus. de ca. mo. vbi confessio facta in vna instantia nocet in alia instantia inter easdem partes etiã variato modo agẽdi, fallit nisi esset facta per procuratorem, vt dicit Cõpostellanus in c. per inquisitionem. &

ibi

ibi Abb.Sic.de elec.de cuius intellectu per Felin.in c.
j.vlti. col.vt lite nõ contest. Bene ad hoc facit quod
dic. Abb.Si. in c.cũ dilectus.de succ.ab intest. quod
5 tractatur de fauore piæ causæ, † Verba enuntiati-
uæ propter aliud inducunt dispositioné. & te-
net Bar.in l.j.C.de sacr.san.ecc.vnde dicit Bart.in cõ-
si.q incipit,factum sic se habet, Titius & Seius &c.q
verba enũciatiua pro dote inducunt dispositionẽ,vbi
alias non inducerent,per not.in l.ij. C. de dotis pro-
missione.& hoc fauore piæ causæ:scilicet dotis.cũ er-
go dicta cõfessio Pet sit in fauorem piæ causæ, s. mo-
nasterij,esto q sit enuntiatiua propter aliud ,dico q
inducunt dispositionẽ,vt habetur in c. cùm dilectus.
per Abb.Sic.de suc.ab inte.& Bar.in l j.C.de sac.sanc.
ecc. Nec ob.q in instrumento prædicto nõ dicitur
6 pro quanta quantitate sit census: † quia potest iudex
hoc liquidare,per id q dicit Bar.in l.si quod ex Pam-
phila.ff.de leg.ij.& Bar.in l.vinũ.ff.si cer. pet . & Ang.
in l.pretia rerũ.ff.ad leg.Fal.Vnde dicit no.Bar.in l. si
duo.§.Marcellus.ff.de iureiu.quòd si pars confiteatur
q emit vel vẽdit, licet de pretio nihil sit dictũ,potest
iudex hoc declarare.Et idem tenet ibi Bal.idẽ firmat
Raph.Cu.in l sciendũ.ff.de verb.obl.si tempore con-
fessionis non fiebat disputatio de pretio,sed de re: de
quo per Bal.& ibi remisi.in l.j.C.de re.ali.nõ alie. &
per Albe.de Rosa.in l.hæc venditio.§.huiusmodi.ff.de
contrahend.emp. Vnde postquã tunc non erat quę-
stio de quantitate pretij,nõ curamus an quantitas sit
expressa,secus si fuisset contentio de pretio , & istud
placet Alex.in d.§.Marcellus.Licet dicat aliter Paul.
de Cast.ibi. Item probatur q dictæ duæ apothecæ
erant dicti monasterij per famam,& in factis antiquis
7 † fama multum operatur,vt dicit Bald. in auth. quas
actiones.C.de sacrosanc.ecc.& in l.cùm super vernis,
cum multis concord.in Bal.meo.C.de de rei vendic.
& dicitur factum antiquum,quod excedit metam xl.
ann.vt dicit do.Anto.in c.peruenit.de empt. & vend.
& Doct.moder.in l.sciendum.de verb. obl. & firmat
Alex.in consi.lxxix.in j.vol.in iiij.col. & in ij. volu.
cõsil.iiij.in vij.col.Licet in alio consilio dicat , q re-
quiritur meta centum ann.videlicet in j.volu . consi.
vj.in ij.col.tamen hoc iudicis arbitrio remittitur,se-
cundum Alex.in iij.vol.consi.ix. in iiij.col. Tamẽ
in hoc pro nunc non facio vim,quia fama nõ est for-
miter probata. Item est depositio vnius testis de
visu perceptionis pensionis factæ per monasteriũ de
dictis apothecis,& sic vnus testis de visu,& duo de fa-
8 ma,quando esset probata,coniungerentur † ad plenã
probationem faciendã,vt dicit Bal.in rub .de cõtro.
inuesti.& ibi sunt remissiones in aliis locis. & in c. fi.
de succes.ab intesta.& in l.admonendi.ff.de iureiur.&
Alex.in ij.vol.consi.cxliij.in ij.col.& idẽ Alex. in iiij.
vol.consi.xj.& in eo.volu.consi.xix.in fi.& in eo.vol.
consi.xxj.in ij.col. Vnde fuit mihi visum,q pronũ-
tietur,q monasterium redintegrandum est in iuribus
suis.s. licet in dicto perpetuo censu . quem habet su-
pradictam domum,videlicet terrenorum xj.prout di-
cebat liber dicti monasterij,& licet fuisset petita red-
integratio apothecarũ,& non census , tamen sacrum
Consilium potest condemnare cõuentos ad censum:
9 quia † sic fecit Papa ,in c.constitutus.de reli.do. vbi
fuit facta condemnatio ad censum, licet non esset pe-
titũ.& not.Io.de Ana.in c.licet Hely.de Simo. & Ias.
in l.vnum.ff.si cer. pet.in vij.limit.aliâs de necessita-
te haberem dicere,q conuenti sunt absoluendi , quia
monasterium non plene probat dominium nec pos-
sessionem ipsarum domorum,maxime stãte antiqua
possessione aduersarij possidentis domos, vt francas,
& producunt instrumentũ antecessorum ipsorũ con-
uentorũ.Et illa verba enuntiatiua possunt dici erro-
nea enuntiata,vt dicit Bart.in l.si rem aliquam.de ac-
quir.pos.dum loquitur de eo,qui conduxit in emphy-
teusim rem suã ab ecclesia tanquam ecclesiæ. Et con-
cludit,q si constat de proprietate soluendis censum,
† tunc nõ nocet sibi soluisse censum , & idẽ dicit An. 10
in auth.de non alien.§.emphyteusim.& Spe.in tit.de
loca.§.nunc aliqua.versi.vij.Ias.in l.ij.col.xxxij.C. de
iure emphyteutico.& Bald.in l.cùm falsa.& in l. post
diuisionem.C.de iu.& fac.igno.& Bal.in l. ad proba-
tionem.C.locati hoc etiam firmat Alex.de Imo.in v.
volu.consiliorum,consi.lxix.in iij.col. Tamen quia
in casu nostro probatur per illos testes de auditu, q
dictæ apothecæ erant monasterij ,& ille qui tenuit
fuit procurator monasterij,& solum vbi sunt apothe-
cæ,aliâs fuit solùm monasterij, vt plenè fuit hoc pro-
batum in processu,& ibi monasterium habet aliâs
apothecas coniunctas , & depositio testis vnius
de possessione monasterij , & sunt dicta verba enun-
tiatiua iurata in dicto instrumento, vt suprà, dictum
est , & liber perceptionis pensionum & reddituum
monasterij. † Fuit visum omnibus dominis de Cõ- 11
silio,quòd solummodò monasterium habeat dictum
censum territorum xj.in perpetuum prout dicebant
dicta verba enũtiatiua,licet nõ dicebãt de quantita-
te:sed quantitas declaratur ex libro,qui liber licet nõ
faciat fidem de iure,quia non concurrũt requisita, de
quibus in c.ad audientiã de præscript. & in l. census.
ff.de proba. cum concord. tamen ita totum sacrum
Consilium arbitratur:postquã partes dixerunt , quòd
erãt dictæ apothecæ cẽsuales. q cẽsus debuit esse mo-
dicus,s.dictorum territorũ xj.cũ dictæ apothecæ sint
redditus xl.ducatorũ annuatim,per no.in d.l.si quod
ex Pamphila.§.fi.ff.de leg.ij.& sic fuit lata sententia,q
monasterium redintegretur ad dictum censum pro
tempore præterito & futuro in perpetuum.

Aliæ duæ apothecæ petitæ dirutæ, quia de eis fuit
facta via publica iussu Regis,& dominus Rex Ferdi-
nandus primus,vt seruaret monasterium illæsum de-
posítauit ducatos quadringentos pro eius pretio,quia
descendentes sunt extincti & nõ existunt iuxta formã
instrumẽti,† & quia periit emphyteusis,ex quo redu- 12
ctæ sunt apothecæ in viam publicam quæ fuerunt cõ-
cessæ in emphyteusim quibus destructis finita est em-
phyteusis vt dicit Bar.in l.fi.ff.de superficie secus quã-
do solũ fuisset cõcessum vbi erat domus, tũc resoluta
domo remanet emphyteute solũ secũdũ Bal.in l. j. in
j.& iiij.col.C.de iure emphy.& Ang.in auth.de nõ ali.
§.lex itaq;.in fi.de quo in c.potuit.locati.& in §.adeo.
Insti.de locat.& in Spec.in tit.de loca. §. nũc aliqua.
ver.cxxxviij.de quo per Ias.in v.& viij.col.d.l. j.quod
quidem solũ minime remansit in casu nostro, quia
solum factũ est publicũ:id est, via publica. Et stan-
te dubitatione,an valuit concessio in emphyteusim
ex defectu solẽnitatis omissæ,de qua in c. hoc consul-
tissime.de reb.eccle.non alie.in vj. Fuit pariter ve-
tatũ,q sunt deuolutæ dicto monasterio,& per conse-
quens dictum depositum cccc.ducatorum subrogatũ
loco dictarum apothecarũ , debet consignari dicto
monast

13 monasterio. † Sed potißima ratio me strinxit: quia
linea erat extincta, quia omnes filij Petri sunt mor-
tui, solùm remansit quidam frater ordinis prædicato-
rum, filius dicti Petri, qui cõfessus est dictas duas apo-
thecas fuisse dicti monasterij sancti Sebast. & quando
ipse succederet, acquireret monasterio sancti Domi-
nici, per auth. ingreßi. C. de sacrosan. eccl. & not. in c.
in præsentia. de proba. Et monasterium sancti Domi-
nici nihil dicit, & quando se opponeret, dico, quòd in
contractibus concessa emphyteusi pro se & descéden-
tibus nõ intelligitur, quòd appellatione descenden-
a tium veniat monasterium [a] post mortem monachi
vt dicit Anto. de Butr. in c. in præsentia. de probatio.
quia verba contrahentiũ stricte intelliguntur. l. quic-
quid astringendę. ff. de verb. obl. & sic non intelligitur
14 in cõtractibus verbũ descédés de monasterio. † quòd
per ingressum dicitur filius fictus & nõ descendés: vt
plenè hoc probat do. Andr. Barb. in cõsilio xiij. in iij.
col. quod incipit, circa hanc existimationem. Fuit
ergo conclusum per totum Consiliũ, quòd dictũ mo-
nasterium monialium sancti Sebast debet reintegra-
ri in dictis apothecis dirutis, cuius solum est facta via
publica prope plateam Piscium ciuitatis Neapo. ius-
su Regio, depositatis ducatis quadringentis pro ea-
rum apothecarum æstimatione, & quia in eis non po-
test fieri redintegratio, fiat in dictis cccc. ducatis tan-
quam subrogatis loco dictarum apothecarum iuxta
not. per Doct. in l. vinum. ff. si cert. petat. vbi quando
non potest fieri præstatio rei, fit condemnatio in eius
æstimatione.

ADDITIO.

De verbis pronuntiatiuis etiam ad aliud emißis, an disponant & probent, videatur Pet. de Anc. consi. ij. in ij. nu. 2. & cõsi. xxxiiij. nu. 6. & consi. cxx. nu. 3. & cõsi. cxxvj. nu. 6. & cõsi. clxxij. nu. 6. Et D. Iacob. de sancto Geor. in l. epistola. nu. 1. ff. de pac. Et Bertran. parte ij. consi. xciij. nu. 4. & consi. cxviij. nu. 10. & parte ij. consi. lxxviij. num. 4. & parte iij. consi. cliij. nu. 6. Et Bartho. Chassaneus consi. v. nu. 2. & consi. xx. nu. 10. & cõsi. xliiij. nu. 18. & Hippol. de Marsi. in sing. ccccxlij. inci. vulgata iuris regula. & in l. j. nu. 39. C. ad legem Cor. de sica. Et de confinibus & probatione illorum nonnihil videre poteris per Iacobinũ de sancto Geor. in l. cũ aliquis. nu. 10. & C. de iur. delib. & Hippol. de Marsil. in l. de minore. §. plurimum. nu. 78. ff. de quæstio. Et de libro terrario & de fide & probatione librorũ censualiũ, vade ad Pet. de Anch. consi. xliiij. nume. 5. & Iacobin. in l. census. nu. 1. ff. de probat. & Chassaneũ consi. vj. nu. 3. & cõsi. xv. nu. 4. & cõsi. xviij. nu. 13.

a *Monasterium.* Adde quòd manasterium habetur loco filij, in casibus à iure expreßis, vide plenè Felyn. in c. in præsentia. xvij. col. xv. char. extrà, de probatio.

DECISIO LXXXIIII.

De statuto compromittendi inter consanguineos.

SVMMARIVM.

1 *Statutum de compromittendo inter consanguineos, an habeat locum in spolio recenti.*

2 *Regula in non exceptis stat firma.*

Causa incalescens criminalitati propter violentiam in spolio resistit statuto de compromittendo, & cur.

3 *Criminalis ciuiliter mota potest compromitti.*

Fraudulenter factum ab omni dispositione excluditur.

P Vit dubitatum, vtrum hæc causa debeat
comprromitti vigore Regiæ pragmaticæ.
† actor agit spolio contrà conuenium in- 1
terdicto vnde vi, pro re stabili: reus qui
spoliauit, quia est consanguineus actoris, petit φ cau-
sa compromittatur: actor dicit, φ nõ debet compro-
mitti, quia spolium est recens factum. Et pro hoc alle-
gat id quod in simili dicitur, φ non habet locum pri-
uilegium hosticæ, de quo in constitutione regni hosti-
cæ. Si de recenti facta fuit spoliatio. Actor dicit, quòd
Regia pragmatica loquitur generaliter, & non exci-
pit nisi duos casus, istum nõ excipit, † ideo manet sub 2
regula, vt in l. nam φ liquide. §. j. ff. de pe. leg. Quæ-
ritur quid iuris fuit conclusum in consilio, φ ex quo
in spolio prædicto arguitur violentia, & sic causa in-
calescit criminalitati, quòd nõ habet locũ dictum cõ-
promissum, vt not. in l. non distinguemus. §. Iulianus.
ff. de arbi. & probatur in l. fi. C. vbi & apud quem. &
in c. causa. de resti. in integ. & Alexan. j. vol. cõsi. lxxxij.
in iij. col. & voluit Lanfran. in tract. de arbit. in q. su-
per quibus rebus & quibus causis poßit fieri compro-
missum, & hoc est propter pœnam, quæ applicatur
fisco. † Bene tamen causa criminalis ciuiliter mota 3
potest de iure cõmuni cõpromitti: vt habetur in d. §.
Iulianus. & no. Abb. Sicu. in c. irrefragabili. §. cæterũ.
in iij. col. de offi. ordi. Item quia ab omni dispositione
excluditur id quod factum est in fraudem. arg. l. credi-
tor. §. Lucius. ff. manda. no. Ang. in l. si pater. ff. de his
quæ in fraud. credi. Sed istud spolium dicitur esse fa-
ctum parum antequam sit peritũ compromissum, vt
de eo coram arbitris cognoscatur ad fraudandam iu-
risdictionem iudicis ordinarij, & vt causa protelet ur
in longũ, & ideo bene facit in hoc ratio disputationis
allegatæ constitutionis Hosticæ. Fuit ergo votatũ di-
ctis rationibus consideratis, quòd nõ fiat compromis-
sum, & procedatur in causa in sacro Consilio.

DECISIO LXXXV.

De processu facto à laico contra ecclesiam &c.

SVMMARIVM.

1 *Iudex laicus an procedat in spolio contra clericum spoliantem instigante laico.*

Clericus etiam volens non trahitur coram laico.

2 *Iudex laicus per modum defensionis extraordinariæ cognoscit clericum.*

Spoliatus duo regulariter probare debet.

Extrema probanda in iudicio restitutorio.

3 *Litis pendentia an impediat rem contentiosam alienari, titulo permutatorio.*

Priuilegium l. omnes & l. bene à Zenone. C. de quadri. præscri. competit causam habenti a Rege.

4 *Iudicij substantialia quæ sint.*

5 *Emphyteusis eccl. sie super qua non interuenit decretum Apostolicum, est nulla.*

Pacta quæ fiunt in emphyteusi sunt seruanda.

6 *Scriptura priuata † nõ verificata nullam facit fidem.*

D Iu est φ fuit litigatũ inter Leonar. Mazaiũ & venerabile monasteriũ S. Trinitatis de ciuitate Cauæ sup possessorio & petitorio cuiusdã fundi. Primò in magna curia Vicariæ, & posteà in sacro Cõsilio corã diuersis cõmissariis. Tãdé viso p magnificũ Viceproto. dicto, pcessu, & eo relato per eũ in Consilio de pluribus fuit excitatũ.

Et

1 † Et primo, verũ processus factus super spolio, vt asseritur facto de dicto fundo in magna curia Vicariæ per procuratores dicti monasterij sit nullus. Et videbatur, quod non posset dici nullus, quia super spolio iudex laicus pôt procedere cõtra clericũ ad instantiam laici spoliati, vt patet in illis tribus capitulis Regni, quorũ vnum incipit. Ad regale fastigiũ. aliud incipit, finis præcepti charitas. aliud incipit, Charitatis affectus. In contrariũ fuit allegatũ, quod processus magnæ Curiæ dicit nullius ipso iure, quia factus à iudice laico contra monasteriũ: vt in c. si diligẽti. de foro cõp. vbi volẽs etiã clericus nõ pôt cõueniri corã iudice laico.

2 † Nec obstant dicta capitula, quia illa loquuntur quãdo Rex per viã extraordinariæ defensionis præstat charitatiuũ subsidium clerico oppresso vel laico oppresso à clerico, nõ per viã cognitionis iudiciariæ, sed per modũ extraordinariæ defensionis, vt dicitur in dictis capitulis. At magna curia nõ sic processit. Sed citando nominatim procuratores laicos dicti monasterij, & per viã cognitionis iudiciariæ examinando testes nulliter. Et ideò fuit pariter votatũ, quod stante dicta nullitate processus, dictus Leonar. non probat extrema requisita in causa possessorij, videlicet se possedisse, & spoliatũ fuisse, iuxta iura vulgaria, de quibus in c. cõsultationibus. de officio delegati. & in l. si quis ad se fundũ. C. ad l. Iuliã de vi. cũ multis cõcordantiis.

3 † Secundò fuit excitatum, ex quo dictũ monasterium dictũ fundũ, de quo dictus Leonar. dixit se spoliatũ, dicta lite pendẽte (si pendentia dici potest) permutationis titulo alienauit Regi Ferdinando primo cum decreto commissarij Apostolici. Et postea dictus Rex habens tenens, & posidens dictum fundũ ex causa prædicta illum per suũ authenticũ priuilegium per donationem irreuocabilem inter viuos donauit Ioãni Bugliario suo seruitori, & ei tradidit corporalem possessionem. Et eo tenente & possidente dictus Leonardus citari fecit dictum Ioannem super restitutione dicti fundi, comparuit dictus Ioannes, & produxit priuilegium donationis Regiæ, per quam dicit se non posse in ius vocari: tum quia princeps reuocauit iurisdictionem iudicibus in dicta causa, tum vigore l. omnes. & l. bene à Zenone. C. de quadri. præscriptione.

4 † In contrariũ dicebat dictus Leonardus, quod prædicta procederent quando nulla pẽderet lis super dicto fundo. Sed lite pendente facta fuit dicta permutatio & alienatio, & sic res fuit effecta litigiosa: & ideo iste contractus habetur ac si non esset factus in sui præiudicium, per text. in l. ij. C. de litigiosis. Pro parte dicti Ioannis dicebatur, quòd de iure nulla fuit litis pendẽtia inter Leonardum & monasterium, ex quo illa lis non fuit coram iudice competenti. & tria sunt quæ substantiant iudiciũ, videlicet actor, reus, & iudex: vt in c. forus. de verb. signifi. cum concord. ibi allegatis. Sed in dicto processu deficit persona iudicis, ergo nulla est litis pendentia. Fuit per factum Consilium votatum, quòd dicto Leonardo obstat satis dictũ priuilegium donationis Regiæ. Tertiò fuit excitatum

5 † vtrũ concessio in emphyteusim facta dicto Leonar. per dictum monasterium pro annis xxix. sub annuo canone valeat, ex quo nõ interuenit decretũ Apostolicum. Et fuit conclusum, quod nihil valet per text. in c. hoc cõsultissimo. de reb. eccl. non alie. lib. vj. Et tantò magis quia in dicto contractu promisit ex pacto expendere in dicto fundo, & per eum nihil fuit adimpletum, quæ pacta sunt seruanda in contractu emphyteutico: vt in l. j. C. de iure emphyt. & si non seruãtur pacta, res incidit in commissum: vt ibi. Et tantò magis, quia non probauit legitimè soluisse canonem, † nisi per certas priuatas, & non verificatas, quæ nullam fidem faciunt: vt not. in l. scripturas. cũ auth. ibi posita, & ibi per Ang. C. qui pot. in pign. hab. Ideo fuit votatum & sententiatum, quòd dictus Ioannes absoluatur ab impetitione dicti Leonardi. 6

ADDITIO.

Materia huius decisionis magnificentius examinatur superius in decisio. ij. & maximè decisio. xxxiiij. ad quas remisisse sufficiat. Et super secundo dubio vide Doct. in c. fin. de restit. spoliat. in vj.

DECISIO LXXXVI.

De dotis inofficiosæ rescisione.

SVMMARIVM.

1 *Fratres an possint agere aduersus maritum sororis de inofficiosa dote per patrem filiæ promissa constante matrimonio. nu. 4.*

Dotatio filiæ per patrem an rescindenda per inofficiosæ dotis querelam fiuis in legitima fraudantis.

Dotatio per pactum in fraudem creditorum facta, soluto matrimonio reuocatur.

2 *Argumentum de maiori parte adiutum, est validum, vt in alienatione bonorum fraudulenta.*

Reuocatoria dotis inofficiosæ an detur contra maritum constante matrimonio.

3 *Intellectus ad l. j. C de inoff. doti. & ad l. fin. §. si à socero. ff. de his quæ in frau. credi.*

Q VIT dubitatũ † verum per fratres posit agi cõtra maritũ sororis de inofficiosa dote, promissa per patrẽ filiæ constante matrimonio. Quidam ex dominis de Cõsilio dicebant, quòd sic, per id quod dicit Pau. de Cast. in l. j. C. de inof. dotibus vbi si filij per dictam dotationẽ sunt defraudati legitima, rescinditur ipsa dotatio per querelam inofficiosæ dotis, & decisio tex. in l. fin. quæ incipit, si fraudator. §. si à socero. ff. de his quæ in frau. credi. quæ vult, quòd dotatio facta per pactum in fraudem credito. soluto matrimonio reuocatur, reuocatoria per creditores, habet locũ in hoc casu, secundum Pau. de Cast. in d. l. j. nisi diceres quòd Paul. loquitur, quando pater omnia bona dedisset in dotẽ filiæ, tunc non præiudicat filius in legitima etiam constante matrimonio, per d. l. Idem dico si nõ omnia bona dedit in dotem, sed maiorẽ partem. † Nam sicut alienatio omnium bonorum præsumitur in fraudem, ita & alienatio maioris partis. Alex. in iiij. volu. consi. cviij. in j. col. Item quia dicta l. j. loquitur, etiam si non totam substantiam, sed modicam dotem dedit, vt filius posit reuocare, si est inofficiosa quo ad legitimam. Quid dicendum an constante matrimonio posit filius agere contra maritum reuocatoria, quia dos est inofficiosa: nam tex. in d. §. si à socero. dicit, quod soluto matrimonio potest agere creditor reuocatoria: textus in l. ij. C. de reuo. his quæ in frau. credi. nihil dicit an solu. matr. vel constante. Sed l. j. C. de inoffic. doti. loquitur, † quòd creditor in legitima reuocat siue constante matri. siue soluto, secus in alio creditore, qui reuocat solut. matri. vt dicitur in d. §. si à socero. & ibi Bar. & Ange. & ita intelligit Pau. illam l. & dicit do. Ant. de Alex. quòd ad idem tenet Raphaël fulgosius. 3

Quidam

Quidam alij de Consilio dicebant contrarium,
per dictum §.si à socero,& pro eis facit decisio. Bald.
in d.l.j.qui dicit quòd tunc habet locum d.l.j.quando
doti permixta est donatio,puta pactum de lucranda
dote,& tunc concurrit remedium.d.l.j.cum reme-
dio l.hac edictali.C.de secund.nup.vt dicit gl.in d.l.j.
Fuit tandem cóclusum per omnes,quòd licet opi.
Pau. sit æquior,tamen in contrarium mihi ardispositio
4 dicti §.si à socero. †Vnde fuit votatum,quòd fra-
tres constante matrimonio contra maritum non pos
sunt agere de inofficiosis dotibus,sed soluto matri-
monio filij recuperabunt legitimam ab hæredibus
viri,per d.§.si à socero.Et licet à principio aliqui do-
mini de Consilio tenuerunt cum Paul.de Cast.postea
putantes,quòd sententia Pau.non poterat iure feuda-
ri per dictum §.si à socero.mutauerunt votum,& ac-
cesserunt,vt suprà fuit conclusum.

DECISIO LXXXVII.

De alienatione rei minoris sine decreto.

SVMMARIVM.

1 *Alienatio rei pupilli immobilis per tutorem absque de-creto facta etiam ad damnum euitandum,an valeat.*
2 *Fundus pupilli inutilis & sterilis an possit sine decreto alienari.*
Decretum iudicis iustam facit causam alienandæ rei pupilli.
Alienatio in commodum minoris decretum præcedere an requirat.
3 *Tempus futurum in alienatione rei minoris an & quando potius considerandum quàm præsens.*
4 *Tutor in donatione & remissione non potest auctorare.*
Transactio rei stabilis pupilli remittentis non valet sine decreto.
Decretum est de substantia alienationis rei minoris.
Decretum alienanda rei pupillaris qualiter fieri oporteat.
5 *Fundus pupillaris etiam cum decreto nisi ob æs alienum non venit alienandus.*
6 *Expensæ vtiles & necessaria ad perpetuam rei vtilitatem emptori fundendæ restituenti rem pupilli male alienatã.*
Fructus an veniant computandi in expensis reparationum per emptorem in re minoris, sine decreto alienata factarum.
Reparationes quando nõ miscendæ cũ fructibus perceptis.
7 *Emptor pretij priuatus pretij soluti lucratur fructus.*
Fructus pro vsu pecuniæ non debetur.
Pecunia caret vsu.
8 *Opinio Doctorum aliquorum insignium iustam credendi causam validitatis in contractu nullo præbet,& ouuat credentem.*

1 MAGNVM est dubium,Vtrũ † valeat alie-
natio rei stabilis facta per tutorem sine
decreto,si illa alienatio facta fuit,vt pupil-
lus euitet damnũ hoc modo, nam res em-
phyteutica & soluebat censum,& percipiebatur tan-
tum,quantum erat census soluendus, cessit alteri.
Vtrum talis cessio gratuita sit nulla,ex quo non
interuenit decretum.Quidam moderni Papienses di
cunt in l.ij.ff.de offic.eius cui man.est iurisdictio, q si
fundus non affert impensam nec vtilitatem,& est ste-
rilis,non potest alienari sine decreto.& ita intelliga-
tur gl.in l.si fundus,ff.de rebus eor.& gl.in l. ob æs.C.
de prædi.mino. Si autem fundus afferat damnum
pupillo,& tunc potest alienari sine decreto:ita intel-
ligatur gl.in d.l.ij.& in l.cum hi.§.causa.ff. de transa.
Et dicunt quòd ista decisio est Bal.& Alberi.in d.l.ij.
§.si tutores.ff.de offic.eius. † Sed certe nec Bald.nec 2
Alb.aliquid dicũt de impensis:sed bene dicunt, quòd
si res non affert commodum nec incommodum non
potest alienari:sed si afferat incommodũ,est iusta cau
sa alienãdi:quod intelligo præcedente decreto.nã di-
cit Bal.q ista est iusta causa alienandi scilicet præce-
dente decreto.& firmat hoc Pau.de Cas.in l.cũ hi.§.
causa.ff.de trãsa.& tenet gl.in l.ob æs.C.de præd.min.
Bene tamen fateor,q Bal.in d.l.cũ hi,ita dicit : q
sine decreto valet alienatio rei minoris, si contineat
manifestam vtilitatẽ minoris. Sed idem Bald.in l.
quæcunque.C.bo.quæ libe.tenet,q si alienatio sit fa-
cta in vtilitatẽ minoris,decretum debet antecedere,
& pro hoc l.non solùm.& l.ob æs.C.de prædi.mino.
vbi sine decreto nõ valet alienatio rei stabilis pupil-
li.Et benẽ facit pro hoc,quod dicit Alex. in i.j. volu
consi.liij.in v.col. † Nec iudicio meo debet esse in- 3
consideratione in remissione bonorum stabiliũ præ-
iudiciũ quod est de præsenti,sed præiudiciũ,quod po-
test euenire.secundũ glo.& Arch.aij.q.ij.c.sine exce-
ptione.& ideo non potest fieri talis remissio rei stabi-
lis propter damnũ de præsenti,si in futurũ potest esse
vtile sine decreto iudicis.Bene facit ad hoc text. in l.j.
ff.de reb.eor.aliàs si in futurũ pupillus efficeretur lo-
cupletior,valeret sine decreto:vt sentit illa glo. per
tex.in l.si pupilli.in prin.ff.de neg gest.licet dicat Bal.
in l.j.C si aduer.dona.q impossibile est, q in remis-
sione & donatione tutor possit auctorare. Et ideo su-
per donatione nõ potest interponi decretũ : vt dicit
Bal.i.& Alex.in j.vol.consi. cxxv. Et propterea dicit
Bart. † q non valet transactio rei stabilis, quando pu 4
pillus ipsam rem stabilem remittit sine decreto , in l.
nulli.ff.de transa Bene ad hoc facit tit.ff.de rebus eo-
rum.& signanter l j.& l.si pupillorum. §.si prætor . &
ff.de fideius. l.cũ lex.& not.in d.l. ob æs. C. de prædi.
mino.vbi nõ valet alienatio rei minoris sine decreto,
ex quo decretũ est de substantia in alienatione rei mi-
noris,& decretum debet fieri præcedente causæ co-
gnitione,videlicet q subsit causa,& quòd liqueat iu-
dici:vt in l.magis puto.§.ne passim. ff.de rebus eorũ.
& in d.l.cũ hi.§.causa.& §.si prætor.ff.de transa.†Et ad 5
hãc decisionẽ,q etiã si expediat pupillo prædiũ aliena-
rẽ,nõ pôt alienari sine decreto , imò cũ decreto nisi
ob ęs alienũ.est tex.in d.l.magis puto.§.si ęs alienũ.ibi
dum dicit,vel certè istis carere. Ideo fuit per om-
nes dominos nemine discrepante votatũ,q talis ces-
sio non valeat.Et ideo debet Ang.de Lama conuẽtus
condemnari ad restitutionẽ dictæ rei stabilis. vrà cũ
fructibus perceptis à tempore dictæ cessionis compẽ-
satis fructibus expensarum factarũ in reparatione di-
ctæ domus pro rata,& refectis expensis ipsarum me-
liorationum liquidandis tempore executionis, neu-
trãm partium in expensis condemnando ex causa.
Nam † istæ expensæ in reparationibus factæ debẽt 6
restitui ipsi expendenti , quia vtiles & necessariæ ad
perpetuam rei vtilitatem,iuxta no. in l.domos cum.
seq.ff.de leg.j.& l.sed si quid inædificauerit.in princi.
cum ibi no.ff.de vsufruct. Item ex quo in veritate
ipse Ang.fecit expensas,vt dominus dictæ domus , &
sic habet ius retentionis:vt dicit Alex.in ij. volu. con-
sil.xxxvij.in iiij.col.& fructus non debent excompu-
tari

tari cum istis sumptibus, ex quo iure dominij percepit fructus, licet percipiẽs teneatur restituere rem, vt dicit not. Ang. in l. emptor. ff. de rei vẽd. Item quia fructus sunt percepti propter expẽsas meliorationis. Ideo ipse expendens habebit fructus pro rata, ex quo
7 de re sua prouenerunt pro rata. † sicut emptor prædij pro rata pretij soluti lucratur fructus: vt dicit Alexã. in ij. vol. consi. lxxiij. in prin. & probatur in l. curabit. C. de action. emp. & licet nullus fructus debeatur pro vsu pecuniæ, quia non est dare vsum in pecunia, vt dicit Alex. in iiij. vol. consi. xxj. Tamẽ in casu isto fructus percipiuntur ex re, quæ effecta est fructuosa propter expẽsas, & sic recuperabit expẽsas integras, & fructus non cõputabuntur cum illis expensis: vt dicit Ang. in dicta l. emptor. & sic de sumptibus recipiet fructus.

Nec obstat, q contractus fuit nullus, quia habuit iustã causam credẽdi esse validũ, ex quo iste cõtractus habet pro se opin. Bal. & Iaso. vt supra retuli, scilicet,
8 † quòd valet iste cõtractus sine decreto, vt suprà dixi. & sic cùm fecit expensas in re tãquam sua: licet nunc res ipsa veniat restituenda, & sunt vtiles necessariæ, & ad perpetuam rei vtilitatem, debet illas recuperare, & non excomputantur in fructibus: vt d. l. domos. ff. de leg. j. & in dicta l. emptor. præallegatis.

DECISIO LXXXVIII.

De fideiussore de iudicio sisti.

SVMMARIVM.

1 *Fiscus an sit idoneus fideiussor vel depositarius.*
Fiscus est ad conueniendum inhabilis.

1 IN causa Ioannis Vitalis cum Marco Bergandino de Venetiis, Vtrum † Regius fiscus sit idone⁹ fideiussor de iudicio sisti, vel depositarius. Fuit conclusum, q non: quia non habilis ad conueniendum. ita not. Bald. in l. sententia. C. de fideiusso. glo. in l. ij. in princ. ff. qui satisda. cogan. text. in l. ij. ff. de fideiussor. Et ideo debet dare idoneum, qui posit faciliter conueniri.

DECISIO LXXXIX.

De restitutione in integrum, & de superpositis per ecclesiam post publicationem in causa.

SVMMARIVM.

1 *Beneficiũ super de nouo ponendis ecclesiæ concessum post publicationẽ in causa, an admittat de directo contraria articulis partis, & eam repellat à productione aliorum.*
2 *Ecclesia ponens de directo contraria non ponit noua, sed antiqua: & an repellat partem a beneficio, super positis in beneficio de nouo ponendis.*
3 *Beneficium debet esse inter partes commune maximè restitutionis in integrum.*

1 FVit decisum tale dubium. † Ecclesia sancti Petri ad Aram agebat vẽdicatione ad rem contra possessionem rei dato termino ad probandum, ecclesia nihil posuit vel probauit. Reus articulauit, & super illis articulis testes examinari fecit. Publicatur in causa. Ecclesia petit primum beneficiũ super de nouo ponendis, & cõcessum fuit, in isto beneficio ecclesia ponit de nouo de directo contraria articulis, & probationibus partis, pars vult producere alios testes super eisdẽ articulis, dicens, ego confisus in meis probationibus non produxi alios testes: nunc video, quòd ecclesia vult debilitare meos testes: † ego volo producere alios, iuxta 2
not. per doct. in c. fraternitatis. de testa. dicit ecclesia, tu nõ potes vti beneficio super positis, si ego nolo beneficiũ nisi super de nouo ponẽdis, hoc quod dicis est super positis, ergo nõ potes. Replicat cõuentus, & dicit illud, q ecclesia ponit, non est de nouo ponere, sed ponit cõtraria positis, & ideo licet super eisdẽ examinare. Fuit per sacrum Consiliũ decretum, q illud, quod ecclesia ponit de directo contraria, non est de nouo ponere, sed est ponere antiqua de directo contrariis. † Et ideo aut recipiat beneficiũ simpliciter, 3
super positis & de nouo ponendis: aut super positis tantùm, aut super de nouo ponendis tantùm: & noua ponenda non intelliguntur de directo contraria ad hoc, vt beneficium sit commune inter partes: prout esse debet, iuxta not. in l. petendæ. C. de in integ. restitu. minorum.

ADDITIO.

Latius in practica hunc articulum inuenies decisum cum multis aliis pulchrè. infrà decisione ccxvj. ad quã recurre, quia mirabilis est. Vide decisio. xxxiij. suprà & quæ ibi adduntur.

DECISIO XC.

De mutatione monetæ, & de illius valore, & solutione mutata pecunia.

SVMMARIVM.

1 *Solutio an fieri debeat de pecunia currente contractus tempore, an verò solutionis in termino.*
Pecunia qua mutata est tempore solutionis, qualis esse debeat.
2 *Pecunia solutoria, eandem bonitatem in materia tenere debet, qualem habebat, cum mutuabatur.*
3 *Moneta mutata quomodo veniat in solutione.*
Debitor morosus qualiter soluat mutato nummo.
4 *Depositum in argenteis eiusdem æstimationis numerandum.*
Monetam princeps non potest facere minoris valoris in forma quam in lamina expensis deductis.
Expensa pecunia cudenda de publico spendenda monetarijs.
Pecunia ære vitiata non venit in solutione argentea, nec cogendus quis eam recipere.
5 *Consuetudo inualuit pro assibus aurum pendente, & econtra, consistandum est.*

HOc tempore expenduntur quintinæ, quæ expenduntur quatuor pro vno carlino. Sed in veritate nõ sunt valoris vnius carlini de argento i tempore contractus currebant carlini. † Tempore solutionis currunt quintinæ, debitores volunt soluere de quintinis ad rationẽ quatuor quintinarum pro carlino. Creditores nõ volunt recipere quintinas, nisi detur illud, quod minus est in quintinis respectu carlini. Quæritur, quid iuris. Bartol. in l. cùm quid. ff. si certũ petatur dicit, quod debet reddi de antiqua moneta vel eius æstimatio: tamen remittit se ad l. Paulus. ff. de solutionibus. Ibi Bar. in versicul. declara. dicit, quòd pecunia debet esse talis, q præbeat suam vtilitatem in forma æqualiter sicut in materia l. j. ff. de contrahen. empt. † & sic solutio debet fieri de pecunia argentea eiusdẽ 2
ligæ, hoc est. eiusdem bonitatis in materia, licet esset diuersæ formæ. vnde si carlinus valet granis x. & quatuor quintinæ valent grana. x. quia tamen est ibi de materia argenti, quantũ in vno carlino, idem videtur

solui. Sed si dares monetam alterius formæ, & alterius materiæ, quia non esset eiusdẽ ligæ, de iure posset creditor licite refutare, quia aliud pro alio solui non potest. l. ij. §. j. ff. si cer. pet. cum côcor. Et subdit Bar. ꝙ licet hoc sit de iure, de consuetudine obseruatur in contrariũ in ciuitate Perusij, & in multis alijs partibus, cui consuetudini debemus stare: vt ipse dicit.

Posteà idem Bar. in l. Paulus. subdit aliam quæstio-
3 †quid si moneta est mutata, de qua moneta debet solui, & dicit, ꝙ aut mutatio monetæ fit in bonitate, vt si mutetur materia & forma. Aut non mutatur materia vel forma. Sed mutatur eius bonitas in hoc, ꝙ florenus auri valet plus vno tẽpore quàm alio, & de hoc ego nõ loquor. Sed bene Bar. ibi examinat distinguẽdo. aut debitor fuit in mora aut nõ, vt ibi per eũ.

Sed in primo casu, quando mutatur materia, vel forma, & tunc aut vsus primæ monetæ non est reprobatus, & debet de antiqua moneta solui: si reprobatus est vsus primæ monetæ, & debet solui æstimatio illius monetæ antiquæ. l. elegãter. §. qui reprobos. ff. de pig. actio. Subdens ibi Bart. ꝙ si depono penes te centum
4 florenos cum hoc ꝙ restituas centũ florenos, † etiã ꝙ non dicatur in eadẽ æstimatione, intelligitur in eadẽ æstimatione, & sic quòd tẽpore solutionis debet reddi æstimatio florenorũ, & sic in casu isto debet reddi debitum in æstimatione carlinorũ. Et hoc verum, nisi cõsuetudo vel ordinatio regis aliud suaderet: licet in moneta Inno. in c. quãto. de iureiur. an. dicat, quòd princeps non potest facere monetã, quæ non sit valoris in forma quantũ in massa deductis expensis: licet Inno. dicat, quòd expensæ debent fieri de publico. Et in effectu in hãc sententiam inclinat etiam Bar. in l. j. §. j. ff. de auro & argen. leg. dicẽs, ꝙ si pecunia noua est ære contaminata: quia quãdo contraxit, pecunia non erat ære contaminata, non tenetur recipere. allegat l. j. C. de fabric. lib. xj. & de cano. fru. vr. Rom. l. j. quia non est eiusdem æstimationis in forma, sicut materia, & dicit hoc esse de iure, sed de consuetudine seruatur
5 contrarium. quia pro † pecunia minuta soluitur aurũ, & econtrà. Dom. Ant. de But. & post eum do. Abb. in prædictis locis videntur in effectu sequi Barto. ibi vide remissiones de ista materia.

DECISIO XCI.

De solutione vsurarum propter mandatum, & de materia interesse.

SVMMARIVM.

1 *Mandatũ datum mandatario vt recipiat ad vsuram, & numeret creditori, an ligat mãdantem ad pecuniã, & interesse refundendum mandatario, & illum indemnem releuare etiam vbi non iurauit.*

2 *Mandatarius an teneatur nominare, cum vsuras soluit, ad in. mandantis mandatum, nume. 6. & 12.*

3 *Mandatarius si soluit creditori mandantis, an debeat probare solutionem verè, vel sufficiat confessio creditoris, numero 3.*

Solutionem allegans, illam probare tenetur.

Papa non possit condemnare ad debitum, quod non est probatum.

4 *Mandatis ad recipiendum pecuniam cum vsura forma, libello ad. ornate.*

Mandatis verba, vt vobis placebit, vel videbitur, an inducant liberum arbitrium, vt arbitrio boni viri intelligantur.

5 *Verbum prout visum fuerit, in mandato expressum, quid importet, & qua iter probet.*

Verbum omne: etiam liberam voluntatem inducens, est reducendum ad boni viri arbitrium, si de vitando damno tractetur.

Mandatario vsuras dicenti se soluisse, an quæstio possit referri.

6 *Nominare nõ arctatur, qui ad probandũ non est ligatus.*

Nominatio venit appellatione probationis.

7 *Mandatarius non tenetur cadere nisi facta solutione.*

Vsurarũ solutio per eum quis reperit, qualiter probetur.

8 *Pecunia sine vsura mutuo vt plurimum inueniri non potest.*

Consuetudo creditoris vsuras recipientis, attendi debet in quantitate vsurarum probanda.

Consuetudo super vsuris non valet.

9 *Consuetudo illud facere potest, quod potest pactum.*

Mandati verba diligenter consideranda.

Mandatum quicquid facies, sum contentus, an valeat.

Mandati verba in præiudicium mandãtis latè sunt intelligenda.

Mandatum inducens mandatarium ad delinquendum, an teneat.

10 *Pactum quod super interesse stetur dicto partis cum iuramento reducitur ad viri boni arbitrium, si debitum modum excedat interesse.*

Consuetudo ligat ac si expressè in cõtractu deductũ esset.

11 *Mandatarius fœnerator habens mandatum ad recipiendum sub vsuris, nullo modo repetit a mandãte propter præsumptionem lucri interesse. Bartolus reprobatur propter opinionem quam tenet in l. fi. ff. de prat. stip.*

12 *Mandans potest probare contra, ꝙ num eius, quod dum mandatarius vigore conuentionis de stando dicto partis super interesse, non autem conuentionem reuocare.*

13 *Argumentum à consuetudine procedit.*

Actũ hoc inter partes tacitè videtur, quod est consuetũ.

14 *Conuentio partium operatur contra ius commune, & regulariter omne inualidum facit validum.*

15 *Fructus rei emptæ percepti per emptorem ante numerationem, an restituendi venditori sint.*

Vsurarum taxatio pro centenario.



ITerum in causa Alexandri Chalcedonij Veneti conuenticum Francisco de Palmerio de Neapol. actore super solutionẽ interesse. Duo sunt principaliter examinanda post ostensionẽ mandati dati Francisco de Palmerio per dictum Alexandrũ. Primũ, † vtrum 1
Franciscus mandatarius Alexandri posit de iure repetere vsuras, quas soluit pro pecunia quam mutuo recepit, vt pecunia illa solueretur creditori ipsius Alexandri ex causa venditionis Massariæ, quæ fuit ei soluta. Secundũ, vtrum ipse mandatarius, qui habuit mandatũ recipere pecuniam prout sibi videbitur, & placebit ad interesse: teneatur probare vel nominare personas, quibus ipse soluit ad effectũ, vt mãdans posit illas repetere. Et si quid ipse mandatarius probauit de solutione ipsius interesse. Ad primum dubiũ dico, ꝙ si mandatarius soluit vsuras de mãdato domini debitoris pro eo quo æquum & iustum est, ꝙ mandans, qui dedit mandatum recipiendi pecuniam ad interesse, debet ipsum mandatariũ seruare indemnem, etiam vbi non iurauit, quia si iurasset, non est dubium. Istam setentiam approbat Ioan. Andre. in mercu. in regula. damnum. in vj. & dicit, ꝙ ita tenent Theolog.

Theologi. Idem firmat Paul. de Rodolfis in repet. c.
consuluit. in xlvij. q. de vsur. Idem concludit do. Car.
Flo. in c. peruenit. de fideiuſ. Idẽ expreſsè firmat Bald.
in l. si verò non remunerandi. §. si mihi. ff. manda. vbi
est tex. de iure ciuili. Et dicit ibi Bal. ꝙ idem dicendũ
est de iure canonico. Ita cõsulendo affirmat Alexan.
de Imola. in j. vol. consil. lvij. & in ij. volu. consi. cxix.
2 †Ad secundũ dubium prima facie videtur dicen-
dum, ꝙ mandatarius nedum tenetur exprimere, cui
soluit vsuras, verùm tenetur probare solutionẽ vsu-
rarum, quam fecit pro pecunia mutuo habita vt pos-
sit illas repetere vt intereſſe ab ipſo mandante: quia
qui allegat se soluiſſe, debet probare, vt probatur in
l. j. C. de prob. not. gl. & doct. in l. ij. C. de iure emphy.
Bar. in l. in illa. ff. de verb. obli. Nec papa poſſet con-
demnare ad debitum, quod not. Bart. in l. in illa. ff. de
verb. oblig. Nec papa poſſet cõdemnare ad debitum,
quod non est probatũ, vt dicit Alex. de Imo. in ij. vol.
cõsi. ij. in j. col. ille enim qui dicit soluiſſe, debet pro-
bare solutionem, vt probat Alex. in ij. vol. consi. ccxj.
in ij. col. Et intantum hoc est verum, ꝙ dubitant do-
3 ctores, † si mandatarius vel fideiuſſor soluit creditori
mandantis, sufficiat probare solutionem per confeſ-
sionem creditoris: Alex. allegat pro & contrà. finali-
ter concludit ꝙ sufficit probare solutionem per cõ-
feſsionem creditoris, in iij. vol. consi. xc. in ij. col. Sed
verba mandati inferunt, quòd non neceſsitatur ipſe
mandatarius ad aliquam probationem, nec ei aliqua
quæstio replicari poteſt. Et pondero verba man-
dati, iuxta legem diligenter. ff. mandati. dicitur enim
in mandato. Et pero ve piacera in quello modo che
meglio ad vui piacera per la prima paga, che ei al vl-
timo de Septembro proximo de prouedere de ducati
cccc. per vno anno con quello damno parera & pia-
cera ad vui. Et subditur, de liquali pregoue faciati lia-
no pagati al tempo. Et tuto quello farete, restero cõ-
tento si per l'intereſſe, como per omne altra cosa &c.
Et subditur, & si in quæsto haueſſe mãcato per questa
scripta, supplita per me Ioanne de rise nostro. Et sera
4 con voi de tutto quello accadera &c. †An ergo di-
cta verba importent liberum arbitrium, vel impor-
tent arbitriũ boni viri, remitto me ad Alex. de Imo.
in l. si sic. ff. de lega. j. & ad ea quæ not. Bart. in extraua.
ad reprimendam. in verbo videbitur. & in l. alio. ff. de
ali. & ciba. lega. & ad ea quæ not. Ioã. de Imo. in cap. j.
de his quæ fiunt à maio. parte capituli. & Alexan. in ij.
vol. consil. cij. in vij. col. Et magis communis con-
clusio est, quòd verbũ placuerit, intelligitur arbitrio
boni viri: vt dicit Abbas in cap. verum. ij. col. de foro
competenti. & in cap. j. de const. & Bald. in l. fin. §. j. C.
com. de leg. per l. Thais. §. sororem. ff. de fideicõ. liber.
5 cum simi. †Tamen verbũ, prout visum fuerit, im-
portat voluntatem, non arbitrium: vt dicit Bal. in c. j.
in verbo, animam nostram. de pag. Const. alleg. l. cre-
dito. j. §. Lucius. ff. manda. idem dicit Abbas in cap. ex
parte. de consuet. Sed posito, quòd dicta verba im-
portent arbitrium boni viri, prout in veritate sic est,
in casu de quo agitur, per id ꝙ dicit Bal. in l. j. in xiiij.
col. ff. de lega. ij. vbi dicit, quòd vbi tractatur de dãno
vitando, omne verbum etiam quod inducat liberam
voluntatem, debet reduci ad arbitriũ boni viri. alle-
gat Cy. in l. iij. C. de dotis promiſ. certè dicto Franci-
sco dicenti se soluiſſe vsuras, non poteſt quæstio re-
ferri, nec neceſsitatur aliquid probare. istud voluit
Ioan. And. in c. ij. de iuramẽ. calũ. vbi dicit, ista verba
formalia super verbo, videat expedire. Idem verbum
de maiore. & obe. c. cùm in ecclesijs. in fi. de præben.
cap. pro illorum. in prin. de rest. cap. ij interim autem
hæc relinquitur iuſsioni & arbitrio iudicis, vbi hæc
vel similis clausula apponitur: nulla probationis ne-
ceſsitas imponitur, nec quæstio de hoc poteſt referri,
si. not. de reſcriptis. c. statutũ. §. cùm verò. in fi. Et dicit
Per. de Ancha. in d. c. ij. & etiam Domi. ibi, ꝙ quando
verbum videbitur refertur ad partem licet intelliga-
tur arbitrio boni viri, tunc nulla probatio super tali
arbitrio & visione sit exigẽda. † Et si dicatur mihi 6
fateor ꝙ nõ tenetur virtute mãdati probare solutio-
nem vsurarũ, tamen non poteſt se excusare, quin non
teneatur nominare personas. & licet in hoc varie de-
ponant mercatores & experti: tamen dico, quòd illo
qui non tenetur aliquid probare, non tenetur & no-
minare. nec de hoc poteſt inquietari, vt sonant verba
Ioannis And. ibi: non poteſt ei referre quæstionem.
Item quia si non tenetur aliquid probare, non te-
netur nominare: quia appellatione probationis ve-
nit etiam nominatio: vt probat textus, iuncta glossa
in l. prima. in verbo, nomina ediderit. ff. de officiis.
consulen. si enim teneretur nominare & non proba-
re, hoc nihil eſſet: quia si diceret talibus & talibus
solui vsuras, & illi hoc negarent, & non poſſet pro-
bari, non poſſent vsuræ repeti à mandante: & tamen
tenetur illas soluere tanquã intereſſe ipsi mãdatario,
& sic frustrà eſſet ipsa nominatio, si nominarè tene-
retur. †Item mandatarius non tenetur cedere nisi 7
facta solutione: vt dicit Bal. in l. si procuratorem. §. si
tutores. ff. mandati. Imò dico, quòd in casu, de quo
quæritur, poteſt dici, quòd probatũ est, ꝙ Franciſcus
ipſe soluit vsuras, hoc modo prout in simili dicit Ioã.
And. in cap. ex literis. de iureiur. vbi dicit, quomodo
probatur quòd vsuræ sunt solutæ per illum qui rece-
pit: dicit, ipſe probato mutuo. Item probata solutio-
ne, ex quibus apparet quanto tẽpore debitor retinuit
mutuum. Item probata consuetudine creditorum, ꝙ
tantũ pro centenario solent recipi. Licet aliud vo-
luerit Cyn. in l. j. C. de prob. Tamen opin. Ioan. Andr.
ibi, & in c. ij. de vsuris. approbatur per Paul. de Castr.
ibi. Vnde cùm notorium sit, †quòd pecunia non solet 8
vt plurimũ inueniri mutuò sine solutione vsurarum
arbitrio boni viri. Et probatum est de solutione
facta creditori ipſius mandantis per mandatarium.
Item mutuum probatum est per illum mercatorem
Cruigliæ per illum de Risio. Meritò poſſemus dicere
prout dicit Ioan. And. vbi suprà, quòd sicut ex cõsue-
tudine illius creditoris præsumitur solutio vsurarũ:
ita ex consuetudine præsumitur mandatariũ non so-
litum fœnerari habuiſſe pecuniã mutuò, quam soluit
creditori, & soluiſſe vsuras postquàm habuit mãdatũ.
Nec obstat ꝙ consuetudo super vsuris non valeat
vt in Clementi. j. de vsuris, quia dico, † ꝙ illud quod 9
poteſt facere pactum, poteſt facere consuetudo, vt di-
cunt doctor. in l. de quibus. ff. de lega. sed per pactum
poteſt fieri, quòd super intereſſe stetit simplici verbo
tuo: vt infrà. ergo idem poteſt & cõsuetudo. Præterea
ea dico attenta forma dicti mãdati, videtur inferri,
ꝙ inter ipſum mandantẽ & mandatariũ fuit cõuen-
tum, ꝙ quicquid faceret Frãciſcus tam pro intereſſe,
quàm pro alia re, ipſe Alex. remanebit cõtentus, quod
tantum importat, quantũ ꝙ fuerit conuentum, ꝙ de

interesse & vsuris stetur dicto mādatarij: quia in præ-
iudiciū mandantis verba debent late intelligi: vt in c.
cùm dilectus.de cōsuetudine. Stat modò dubium,
vtrum valeat talis conuentio. Aliqui dicebant, ꝙ
non, vt fuit Petrus & Cyn. in l.si quis in conscribēdo.
C.de epis.& cle. quia induceret mandatariū ad delin-
quendum.l.cōuenire. ff. de pactis dota. Et idem tenet
Specu.in titu.de proba.§.videndum.in ver.quid si ibi.
Sed in contrariū est veritas. Nam Alber.Papie.
& Ioan.And.in addi.Spec.in tit.de proba.§. videndū.
tenent, ꝙ valet talis cōuentio,& sic non necessitatur
10 aliquid probare. †Bene tamen verum est, ꝙ si ipse
mādatarius vigore dictæ conuentionis iurauerit sol-
uisse vsuras vel interesse vltra debitum interesse, tunc
arbitrio boni viri reducetur ad debitum interesse,
prout consuetū est: quia consuetudo ita legat & obli-
gat, ac si expræssè in contractu deductū esset: vt dicit
Alex.in ij.vol.consi.clxxxix.& in iij. vol. consil.cviij.
in ij.col. Et sic stāte dicta cōuentione si mādatarius
dicit soluisse vsuras, creditur sibi, sed taxātur arbitrio
boni viri iuxta cōsuetudinē ipsius regionis: vel ipsius
mandatarij, si est homo magni creditus, prout est ipse
Franciscus. Fallit hæc conclusio nisi mandatarius
stante dicta cōuentione esset persona solita mutuare
11 ad vsuras, †tunc præsumitur, ꝙ ipse de suo mutuauit,
vt lucraretur vsuras: & tunc nullo modo ei debēt per
mādantē solui: vt dicit Io.And. vt suprà. Et ista opin.
scilicet ꝙ valet talis conuentio, approbatur à Bar.in
l.fin.ff.de præto.stipu.& ab Alex.de Imo.in ij.vol.cō-
sil.liiij.in ij.col.& in consi.cij. in ij.col. Licet idem
Bar.dicat, ꝙ quò ad quantitatem interesse, reducetur
ad arbitriū boni viri. Idem firmat in l.Theopom-
pus.ff.de dot.præleg. Et licet Bar.in d.l.fin.dicat, quòd
talis conuentio potest reuocari: Tamē Bar.in hac cō-
muniter reprobatur, scilicet ꝙ non possit dicta con-
uentio reuocari: vt tenet Bal.in l. iusiurandū quod ex
conuentione.ff.de iureiurādo.& ibi per dictum Alex.
de Imo.idem concludentē.& idem Bal. in l.ij.eod.tit.
& Ang.in d.l.fin.& ibi Paul.de Cast.vbi dicit, ꝙ talis
conuentio non potest reuocari. Idem consulendo
firmat Alex.in j.vol.consi.cxxx.in fin.& Modet.idem
12 concludūt in §.actionū.Inst.de actionibus. †Bene
tamen fateor, quòd altera pars potest probare cōtra-
rium eius quod dicit mādatarius vigore dictæ cōuen-
tionis: vt dicit Iacobus Butrig.in l.eleganter. C.de re-
bus credit.& refert & sequitur Paul.de Cast.in d.l.fin.
ff.de præto.stip.& tamē non statur eius iuramento, vt
dicit do.Abb.in c.proposuisti. de proba.& Alex.in l.
qui bona.§.qui damni.ff.de dam.infect.& Bald.in l.j.
C.de rebus credi.& Bal.in l.contra negantem. C.ad l.
Aquil.Inno.in c.si.quod met.cau. Et sic cū ex con-
uentione præsumi non necessitatur ipse mandatarius
dicere quibus soluit, nec probare quantū m soluit, sed
tenetur dicere quantitatē solutam, quæ postmodum
13 per iudicem reducetur arbitrio boni viri: †hoc tacitè
videtur esse actum inter partes, quia sic est cōsuetum.
Istud interesse per regulas iuris venit restituendū
ipsi Frācisco mādatario, attenta eius bona fama: quia
non est suspectus de vsuraria prauitate. nec præsumē-
dum est delictū in eo: scilicet ꝙ ipse fecisset vsuras. l.
meritò.ff.pro socio. aliàs secus esset dicendum, prout
suprà dictū est. Conuentio partiū facit hoc, quòd
aliàs secus esset. Multa enim conceduntur stante par-
tium cōuentione, quæ aliàs cessarent: vt patet in exē-
plis infràscriptis. † Nam partes possunt facere, ꝙ 14
credatur parti, cui factū est mandatum, vt dicit Bart.
in d.l.fi.de præto.stipul. Item possunt facere, quòd
credatur testibus in causa propria: vt dicit Bal.in l.fi.
j.col.C.de fideius. Item possunt facere, ꝙ credatur
copię, cui aliàs non crederetur, vt dicūt doct.in authen.
si quis in aliquo.C.de eden. Item possunt facere, ꝙ
probationes inualidæ valeant, secundū Inno. in cap.
eùm causam.de testi. Bald.in l.fi.C.de testi. Bar.l.j.§.j.
ff.de feriis.ideo dicit Ioā. And. in cap. veniens.el.ij.de
testi. ꝙ partes possunt se submittere minus sufficien-
tibus probationibus. Item possunt facere, ꝙ creda-
tur dicto vnius testis. Specu.in tit.de test.§. restat.ver.
hoc tamē Bal.in l.in bonę fidei.v.col.C.de rebus cred.
Item possunt regulariter omne inualidum facere
validum. Bal.in l.j.in fi. C.de iuris. om.iudi.l.j.C.cum
vtri.iudicij.& sic de multis aliis exemplis, quę omitto
causa breuitatis. † Accedit ad hanc conclusionem 15
ratio alia inconuincibilis & naturalis. Alex. Venetus
erat debitor in ducatis mille pro pretio massariæ,
cuius possessionē habuit a filio Ber. Franc. de Palme-
rio soluit pro di. Alexand.ducatos dcccc. pro pretio
dictæ massariæ vēditori, vel aliis pro eo. & habuit ces-
sionē à venditore, ponēte eum in locū &c. & antequā
ipse Alex.soluisset pretiū, recepit de fructibus massa-
riæ vltra ducatos centum. quia dubitat, ꝙ illos debeat
restituere venditori, & sic habēti causam ab eo, per l.
curabit. C.de actio. emp. & ibi dixi in apostilla mea
ad Bal. Et hæ sunt rationes, quæ me mouent, quòd
ipse Alex. debet condēnari ad interesse, remittendo
me de quātitate interesse arbitrio sacri cōsilij. Posteà
pariformiter fuit votatū, quòd ad promissionē Alex.
dicta pecunia per vsurarios fuit mutuata Frācisc. pro
solutione pretij massariæ, ad rationem octo pro cen-
tenario per annum, ita interesse summauit, cētum &
duos ducatos, & duos tertios, ad quod interesse soluē-
dum fuit dictus Alexan condemnatus, & sic lata fuit
sententia de præsenti mense Ianuarij. M.cccc.xcvij.

DECISIO XCII.

De procuratoribus.

SVMMARIVM.

1 *Procurator partis an cogi possit ad deponendum, vt principalis procuratorio nomine.*

FVit dubitatum, †Vtrum procurator acto- 1
ris non ad illam litem, licet sit constitutus
etiam ad lites, possit ad instantiā conuenti
compelli ad deponendum, vt principalis
procuratorio nomine, etiā si principalis, est præsens,
& potest examinari: vt principalis. Fuit conclusum
in sacro Consilio, quòd sic, per not.per Bal. & Angel.
in l.non solum.ff.de procura.& hoc fuit bis isto anno
determinatum in Consilio in duabus causis.

DECISIO XCIII.

De assistentia pro dote & vsufructu illius.

SVMMARIVM.

1 *Assistentia pro dote vxoris & illius vsufructu an debeat præstari a tempore moræ.*

2 *Dotis vsufructus ex consuetudine debitus, etiam solui debet lite pendente viduis.*

3 *Sententia non inducit nouationem primæ actionis.*

Si fuit

1 SI fuit actum † assistentia & appretio virtute instrumenti dotalis, & ad vsufructũ dotis à tempore motæ secundum consuetudinem Neapolitanam, licet de iure sit dubium, vt habetur per scribentes in l. si insulam. §. vsuras ff. in l. mat. & in c. salubriter. de vsuris. & latum fuit decretum assistentiam esse præstandam pro dote
2 & vsufructu dotis. Fuit reclamatũ † vtrum pendẽte causa reclamationis debeatur ille vsusfructus dotis. Videbatur ꝙ non per no. in l. fi. C. de vsur. rei iudica. tamen fuit in contrarium determinatũ quia consuetudo Neapolitana dat vsumfructũ pro dote non soluta ad rationẽ tarenorum ij. pro qualibet vncia, & istud debetur virtute instrumenti dotalis, & consue-
3 tudinis potius, quàm decreti, † imò nõ inducitur nouatio per decretum, sicut est in sententia, quæ non inducit nouationem primæ actionis, secundum Bar. in l. j. C. de iudi. & in l. nepoti. ff. de fundo instrum. & firmat Alexander in l. singularia. in xiij. col. versi. item fallit secundum cum. ff. si certum petatur. & not. glo. in l. duobus. ff. de exceptio. rei iudicatæ.

DECISIO XCIIII.

De duobus sociis reis credendi, quorũ factum vnius præiudicat alteri.

SVMMARIVM.

1 *Confessio recepta solutionis per vnum ex reis credendi, quando præiudicet alteri socio.*
Verba accepisse & habuisse fauore liberationis, inducunt dispositionem post triginta dies.
2 *Fideiussor probans solutionem per confessionem creditoris repetit a debitore.*
3 *Bartolus reprehenditur in l. ex duobus. ff. de duobus reis tenens confessionem creditoris non sufficere fideiussori ad repetendum a debitore.*
4 *Stipulatio sine cessione alteri per alterum quando quæratur.*

1 SVnt duo socij rei credendi † vnius negationis: vnus ex eis confitetur se recepisse solutionem debiti, vtrum hæc confessio præiudicet alteri socio reo credendi. Barto. in l. ex duobus. ff. de duo. reis. versic. viij. quæro dicit, quòd in confessione ad liberandum dicendũ est, prout in pacto de non petendo, & dicit, dic vt dixi suprà in pacto, & ibi tenet, ꝙ si sunt socij, pactum & nouatio alteri nocet, quãdo pecunia ab vno tantũ est profecta. Sed quoniam in casu, de quo agebatur, debitor in instrumento debiti promisit vni ex correis soluere, & ipse creditor asserit pecuniã fuisse suam, meritò talis con-
2 fessio receptione debiti nocet socio. † Eò maximè, quia aliud est confiteri per creditorem accepisse & habuisse; aliud est facere pactum de non petẽdo: nam illa verba accepisse & habuisse, fauore liberationis, inducunt dispositionem post xxx. dies: vt bene declarat Paulus de Cast. in l. si ex pluribus. ff. de solutioni.

Et per consequens, Sicut acceptilatio & solutio facta vni ex reis credendi nocet alteri correo credendi, vt dicit Bar. in d. l. ex duobus. versic. iuxta prædicta quæro. in ij. col. ff. de duobus reis. ita dicta verba confessionis recepisse & habuisse: nam retenta vera opin.
3 † ꝗ fideiussor qui habuit confessionẽ à creditore ꝙ est satisfactus à fideiussore. vigore istius confessionis, potest agere contra debitorem, non aliter probata numeratione: vt bene examinat Alexand. de Imo. in l. ex duobus. §. j. ff. de iureiur. & idem firmat Alex. in duob. consiliis, prout remisi in d. l. ex duobus. & in hoc Bar. communiter reprehenditur, in quantùm tenet, quòd non sufficit confessio creditoris ipsi fideiussori. Et certè dignè & bene reprehenditur, vt ibi per dominũ Alexan. Eò maximè, ꝙ in casu, de quo quæritur, reus credendi, qui agebat contra debitorẽ, qui soluerat reo creditori, cui facta fuit promissio solutionis. Agebat sine cessione, † & sic ineptè egit. vt dicit Bald. 4
in l. cum te. C. de dotis promissione. Nec iste casus est vnus de illis qui ponuntur in l. stipulatio ista habere licere. §. si stipuler. ff. de verb. obli. vbi alteri per alterum quæritur stipulando sine cessione. Ideo fuit conclusum in Consilio maximè, quia apparet de vera solutione facta illi creditori, cui facta fuit stipulatio per confessionem in iudicio factam, & per alium testem omni exceptione maiorem, quòd talis confessio nocet alteri creditori, & ille debitor est liberatus: sed benè potest agere talis creditor contra ipsum creditorem, qui confessus fuit recepisse, & ita fuit datus terminus ad probandum inter ipsos. & debitor fuit absolutus. vide ad hoc consilium Ludo. ccix. in titulo, de solutionibus.

DECISIO XCV.

De emphyteuta alienante cum debito censu de præterito, & de hypothecaria.

SVMMARIVM.

1 *Possessor rei emphyteuticæ potest conueniri hypothecaria pro censu præterito. j. & numero 3.*
2 *Hypotheca an transeat cum alienante emphyteuta, quòd alteri obligauerat.*
Solutio census correspondens proprietati afficit quemlibet successorem.
3 *Fiscus qualiter agat contra possessorem rei emphyteuticæ pro solutione temporis præteriti, & quod remedium detur possessori.*
4 *Tributum onus rem sequitur.*
Feudale seruitium transit ad emptorem pro tempore præterito, vasallo feudum de Regis consensu alienante.
5 *Emphyteuta primo ius suum vendens transfert pensionis præteritæ onus in emptorem.*
Canonis solutio correspondet iuri reali afficiens quemlibet successorem singularem non admittendum, nisi de pensione satisfaciat.
Legatarius prædij tributarij agit contra hæredem pro censu præterito.
6 *Actio personalis non sequitur feudum, nec competit contra singularem possessorem.*
7 *Taciturnitas an operetur consensum obligationis, & quando.*
Narrare factum coram principe an sufficiat.
Clausula petendo ius & iustitiam sibi fieri cuius sit effectus.
8 *Pronuntiari quando possit super materia non petita.*

ANgelus Galiota submisit domũ quandam suam cuidam Iulio producẽris ducatis in emphyteusim ad soluendũ ducatos decem annuatim. Demum post sex menses idem Ang. vendidit dictam domũ Christofano saluo dicto censu ducatorum decem debendorum in medietate Augusti. † An ille Iulius possit agere contra ipsum 1

Christofanũ pro toto censu præterito, an verò solum à die venditionis. Ego dicebam, quòd possessor rei emphyteuticæ potest cõueniri hypothecaria pro censu præterito. Et pro hoc allegabam Bal. in auth. si quas ruinas. in v. col. C. de sacrosan. eccle. vbi dicit, ꝙ etiam per modũ directæ petitionis potest ad hoc cõueniri: nã pro isto canone est obligatio ipsa emphyteusis: vnde possessor potest conueniri hypothecaria pro canone. allegat tex. quem reputat multũ not. in §. scire. in auth. de nõ alie. Sed Iason dicit, ꝙ ille tex. nihil probat, in l. j. in xxxiij. col. de iure emphy. & remittit se ad Io. de Imo. in l. quod dicitur. in xij. col. ff. de verb. oblig. & ad Angel. in l. qui vniuersas. C. ne rei do. vel templorũ. ibi Angel. nihil de hoc dicit Alexan.
2 in ij. vol. in cõsil. clxxij. in iij. col. tenet, † ꝙ si emphyt. alienat id quod habet iure emphyteutico quod alteri obligauerat, tunc nulla subest ratio quare illa hypotheca, quæ est ius reale, non transit cũ re, l. si fundus. §. in vendicatione. ff. de pig. l. pignus. C. de pig. & sic trãsit ius hypothecæ in successorẽ. Item quia solutio cẽsus correspondet proprietati, ergo afficit quemlibet successorẽ. ff. de acti. emp. l. in vendi. secũdùm Bal. in l. ij. in vij. col. versi. si emphyteuta facit alium em-
3 phyteutã. C. de iur. emphy. Quid plura: † possessor rei emphyteuticæ tenetur ad censum pro tẽpore præterito, quo tenuit illam emphyteuticã rem. tex. est in l. fi. C. de censi. lib. xj. ita tenet Saly. in l. fi. C. sine censu vel reliquis. Semper enim quãdo res est obligata, trãsit sic obligata in emptorẽ, & sic tenetur soluere pro tẽpore præterito, vt declarat Paul. de Cast. in l. Imperatores. ff. de publica. ibi, dum dicit, intellige tamen sanè, non ꝙ fiscus agat de directo contra possessorem vt soluat pro tẽpore præterito: quia pro illo non est obligatus ipse possessor, sed ipsa res possessa, sed agit per indirectum scilicet hypothecaria, & si possessor vult euitare ꝙ sibi res non auferatur, cogetur soluere fisco pro tempore præterito, & posteà recuperabit ab auctore suo. facit l. si vsusfruc. nominc. ff. de vsufruct. quemadmo. caue. & l. in venditione. ff. de actio. emp.
4 secundũ Pau. de Cast. ibi. † Onus enim tributi rem sequitur. vt d. l. Imperatores. & de pac. l. inter debitores. & propterea dicebat Archi. xvij. q. j. c. si quis loca. quòd si quis à me habet prædiũ, cui inest onus, si illud alienat emptor siue possessor, conuenitur ad omnia: quia onus tunc sequitur ipsam rem, & sic potest loqui l. omnes. C. sine censu vel reliquis. Idem dicimus in feudo, vt si vasallus habens feudũ illud vendidit cum consensu Regis, & tenebatur ad seruitium pro feudo pro tempore præterito, poterit emptor cõueniri pro seruitio pro tẽpore præterito debito, vt dicitur in c. j. §. sed nõ est alia iustior. per. And. de Iser. quæ sit j. causa bene. amit. & Luc. de Pen. in l. ij. in fin. C. de fundis rei priuatæ. lib. xj. & pro hac cõclusione allego etiã Spe. in tit. de loca. §. nunc aliqua. versi. clxxvij. † vbi dicit,
5 ꝙ quãdo primus emphyteuta vendit ius suũ, videtur quòd res trãsit ad nouum possessorẽ cum onere pensionis ab eo soluẽdæ. alleg. l. fi. in verbo, idoneas ad soluendũ C. de iure emphy. & in l. cum fundus. C. cõmunia prædi. Idem tenet Cyn. in d. l. ij. vbi dicit, ꝙ solutio canonis correspondet iuri reali, & afficit quemlibet successorẽ singularem, qui non debet admitti nisi satisfaciat de pensione. arg. l. in vẽditione. ff. de actio. emp. Pro hac cõclusione est decisio in l. apud Iulianum. in §. hæres. ff. de leg. j. vbi legato prædio tributario pro censu tẽporis præteriti legatarius potest cogere hæredẽ vt soluat, & sic videtur, ꝙ legatarius potest cõueniri vt soluat censum, siue tributũ pro præterito: sed ad eius instantiam cogitur hæres soluere. & declarat ibi glo. in verbo, præteritũ. Idem firmat Lud. Roman. in consi. cccxj. incip. in casu propositæ cõ-
sultationis. † Vbi cõpetit actio hypothecaria si agatur 6
hypothecaria vel agatur hypotheca ad pensionẽ, contra singularẽ successorem, quia personalis actio non sequitur fundũ. l. fi. ff. de contrahen. emp. l. j. §. si hæres. ff. ad Trebel. l. æris alieni. C. de dona. ff. de iudi. l. fideicom. §. tractatũ. Tamen hoc modo intentãdo: videlicet quia dum talis emphyteuta recipit emphyteusim ab ecclesia annua pẽsione, ipse emphyteuta quãdo alteri vendidit ipsam rem emphyteuticam, declarabit ipsam rem subiectã pensioni annuæ, cui pensioni ipse emptor non cõtradixit, assensum præstitisse videtur, & consequenter se obligasse. & licet ista taciturnitas non operetur cõsensum obligationis, per l. sicut. §. nõ videtur. ff. qui. mod. pig. vel hipo. soluitur. & in l. filiusfamil. §. inuitus. ff. de procura. † Tamen hoc fallit 7
fauore pupilli. & ecclesiæ. & piæ causæ, vt ibi latius per Ludo. Sed hoc vltimũ non militat in casu, de quo quæritur: quia non est fauor piæ causæ. nec est pupillus. Et si dicatur non fuit actũ hypothecaria, sed solùm generaliter petit sibi fieri ius & iustitiã. Dico, ꝙ sufficit de iure coram principe narrare factum, & petere iustitiã: nã intelligitur omni meliori via &c. vt in c. dilecti. de iudi. do. Car. in c. dilectus. ꝙ metus causa. Ioan. And. in c. dudum. de decimis. & etiam de iure ciuili coram principe sufficit narrare factum: vt in l. penul. ff. de auto. tuto. & not. xiiij. q. iij. cap. quæritur. & nota. Inno. in c. j. de libel. obla. plus dico, † quã- 8
do est vnum pactũ, & posteà discussum est inter partes de alia materia non petita, potest super hoc pronuntiari, vt dicit Abb. Sicu. in c. abbate sancti Syluani. de verb. sign. allegat etiam Innoc. in cap. cum ecclesia Sutrina. de causa pos. & proprie. ita in proposito dicendum est, ex quo partes disputauerunt super dicta hypotheca, igitur &c.

DECISIO XCVI.

De facto spurio succedente fratri suo spurio exclusa vxore.

SVMMARIVM.

1 *Spurius vtrinque coniunctus succedit ab intestato fratri spurio, etiam ex accusabi. 5 10. ru. 5. 6.*

2 *Coitus damnatus an tollat successionem ab intestato.*

3 *Intellectus ad legem. si spurius. ff. unde cognati. 7. 10.*

Coitus vulgò quæsitorum non est accusabilis.

Infecta priuatiua, inficitur & deriuatiua.

4 *Cognatio non cadit in damnatos ex coitu damnato.*

Nati ex accusabili coitu an succedant collateralis ex latere materno.

5 *Fructus non nascitur ex radice putri, facta & arida.*

6 *Reuerentia discipulis aduersus magistrum.*

7 *Cognatio denotat sanguinem, id est naturalitatem.*

8 *Stirpes corruptus corrumpit fructum in paterna linea.*

Intellectus ad legẽ, si qua illustris. C. ad Senatusc. Orfici.

9 *Domus & familia nõ cõstruatur ex spuriis dãnati coi⁹.*

Agnationis & cognationis differentia est hodie sublata.

10 *Spurius coitus accusabilis cognationem cum coniunctis ex parte matris retinet.*

Spuriorum appellatione qui veniant: & unde deriuetur

netur tali nomen.
1 *Correctiua non extenduntur.*
Sententia Regia facit ius in regno quò ad omnes.

FVit in sacro Consilio ista dubitabilis quæ-
1 stio. †Quidam Marcus de Ricza Grande
de ciuitate Muri egit petitione hæredita-
tis contra Mariam de lo Gallo vxorem
quondam Gasparis de Lariza fratris carnalis ex vtro-
que parente dicti actoris pro eo, quia indebite & mi-
nus iniuste tenet & possidet hæreditatem & bona hæ-
reditaria dicti Gasparis sui fratris d functi ab inte-
stato sine filiis superstite sibi dicto Marco suo fratre
carnali & proximiore in gradu succedente et legíti-
mè exclusa dicta sua vxore. Replicat dicta vxor, quòd
imo ipsa est legitima successitrix dicto viro suo, per
auth. præterea. C. vnde vir & vxor. ex quo non super-
sunt filij, & dictus frater non succedit, quia tam di-
ctus Marcus actor, quam dictus Gaspar defunctus
fuit natiex damnato coitu: Nam pater dictorum fra-
trum fuit presbyter in sacris, videlicet donni Petri
de Laricza. & mater eorum nomine Margareta fuit
concubina dicti donni Petri, & sic natiex damnato
2 coitu: †& per cōsequens frater non succedit fratri ex
eadem matre, vt in §. fin. in auth. quibus modis natu.
effi. sui. & in §. nouissimè. Insti. ad senatuscon. Orfi. &
not. gloss. in l. si qua illustris. C. ad Orficia. In con-
trarium dicitur, quòd frater spurius natus ex eadem
matre fratri suo spurio succedit: vt dicit tex. in l. si spu
rius. & in l. ex parte. ff. vnde cognati. Quæritur modò
quid iuris. Istam quæstionem examinat Alex. de Imo.
in v. volu. consil. clxxiiij. incipiente, super eo de quo
quæritur &c. & finaliter consulendo concludit, quòd
talis spurius natus ex damnato coitu nō succedit fra-
tri vterino, potissimè fretus authoritate Bart. in l. fin.
ff. de his quib. vt indig. versic. quæro an succedat ma-
3 tri. †Qui dicit, quòd d. l. si spurius, non habet locum
in spuriis natis ex damnato coitu, sed in spuriis, qui
dicuntur vulgò quæsiti, quorum coitus non est accu-
sabilis, vnde sicut non contrahitur cognatio inter
matrem & filium natum ex damnato coitu accusabi-
li: ita inter ipsos fratres natos ex damnato coitu. Quia
infecta primitiua, inficitur & deriuatiua, vt dicit Bal.
in l. fin. C. de verb. signi. cum sim. vt latioribus, verbis
ibi allegat Ale. Hanc opini. refert tenuisse Dyn. in
tracta. de succes. ab intest. dum tractat de successione
ab intestato transuersalium. versic. de incestuosis &
nefariis. Idem refert tenuisse Matth. de Mathelylanis
in tractatu successionum ab intestato. penult. charta.
versi. secundum membrum principale. Hanc par-
tem reperio tenuisse Benedictum de Barzis in suo
tracta. de filiis non legitimè natis, in iiij. charta in q.
An licet natus ex coitu accusabili non possit succe-
dere matri, possit succedere collaterali, dicens, quòd
ista quæstio est satis difficilis, & non est diu, quòd per
omnia studia Italiæ fuerunt requisita hincinde consi-
lia. & dicit, quòd ipse bene ruminauit istum articu-
lum, & finaliter concludit, quòd non potest succede-
re, neque per caput vnde legitimi, neque per caput
4 vnde liberi, †quod non habet locum in bonis mater-
nis, neque per caput vnde cognati: quia inter tales na-
tos ex damnato coitu non est dare cognationem: vt
in l. j. § permittit. ff. vnde cognati. Et sicut filius non
potest matri succedere, quando natus ex damnato
coitu: vt in l. fin. § fin. C de natu. libe. ita non succedit
collaterali ex latere materno, quia est stipes & radix
infecta & sicca, ex qua non potest fructus in ramis
nasci desiccata radice: vt in l. fi. C. de natu. libe. Hāc
opi. tenet Hostien. in sum. in tit. qui fil. sint legit circa
prin. dicit enim audiuisse semper dici à domino suo,
quod leges quę loquuntur de spuriis ad successionem
admittendis etiam secundum terminos legis, ex hac
parte. & l. si spurius. & l. Modestinus. ff. vnde cognati.
†debent intelligi de spuriis vulgò quæsitis seu coitu 5
non accusabili, non autem de spuriis natis ex coitu
accusabili. Hanc partem consulendo tenuit do.
Benedi. Capra. Item videtur tenere Ioan. Fa. in d. l. si
qua illustris. prout allegat Ioan. Bapti. de sancto Se-
uerin. Idem tenet Ange. de Are. Instit. de succe. cog. §.
vulgò. Sed contrariā partem, scilicet, quòd spurius
natus ex dānato coitu succedit fratri spurio vterino,
similiter nato ex damnato coitu defuncto sine filiis,
expressè tenuit legendo & cōsulendo do. Ioan Petru-
cij de monte Sparello, in d. l. si qua illustris. C. ad sena-
tusconsultum Orficianum. Cuius rationes & motiua
refert in repeti. d. l. si qua illustris præfatus do. Ioan.
Baptista aduocatus consistorialis, dicens, quòd in hac
opinione ipse perseuerauit per annos. xl. & vltrà, &
sic consuluit, & dicit, quòd hanc partem tenuit con-
sulendo domi. Philip. de Corninis de Florentia, &
do. Torellus de Prato. Item hāc partem tenuit etiam
quidam auditor Rotæ, do. Nicolaus de Rabat: vt re-
fert præfatus domi. Ioan. Bapti. Idem tenet etiam Ni-
colaus de Vbaldis. Ipse tamen Ioan. Bapti. †nihil fir- 6
mat, ob reuerētiam sui magistri, scilicet, Ioannis Pe-
trucij. Cuius motiua delectat referre: quia reperta
fuit quædam sententia diffinitiua olim in sacro Con-
silio regnante Rege Ferdinando primo lata: & tunc
præsidebat in consilio do. Lucas Tozulus Romanus,
qui fuit discipulus Ioan. Petrucij, per quam sacrum
Consilium admisit ad successionem sororem spuriam
natam ex damnato coitu vterinam fratri suo spurio
de domo de Amettano de Neapoli. Et sic inter tan-
tas varietates fuit facta interpretatio in sacro Consi-
lio, quòd spurius natus ex damnato coitu succedat
fratri. Et ideo ad comprobationem istius sententiæ: &
interpretationis registri, hic vide rationes præfati d.
Ioan. Petrucij. †Et primò dicit ipse, facit textus in
d. l. si spurius. generaliter loquens de quolibet spurio:
ergo de nato ex damnato coitu: vt in l. j. §. & generali-
ter. ff. de leg. præstandis. Secundò, cognatio deno-
tat sanguinem, idest, naturalitatem: vt Insti. de succe.
cogna. quæ non potest negari, quòd non sit in istis,
ergo bonorum possessio vnde cogna. Tertiò, quia
licet. §. fi. in auth. qui mod. natu. effi. sui. & §. fi. in auth.
qui. mod. na. effi. legitimi, corrigunt in ascendentibus
& descendētibus, vt spurij ex damnato coitu iis non
succedant, tamen non corrigunt in transuersalibus:
ergo, &c. l. sancimus C. de testa. Quarta ratio est di-
uersa, quia ascendentes ex delicto puniuntur, ergo nō
transuersales. †Quinta. l. fin. ff. de sta. libe. quæ di- 8
cit, quòd infecto stipite inficitur sequens, loquitur in
paterna linea. Sexta, hanc partem tenet Cy. in aut.
itaque. C. com. de suc. per d. l. si spurius Septima, quia
si mater non est illustris, si sint venientes ex latere
matris, inter cōiunctos, ex latere matris est successio,
per d. l. si spurius. Sed quando est mater illustris, & le-
gitimos habet, dicit Cy. quòd inter cōiunctos est suc-
cessio, & punitio de matre illustri, de qua in d. l. si qua

illustris.non se extendit ad illos gnatos. Octaua pro hac parte consuluerunt Philip. & Torellus suprà nominati. Nona, odia restringantur, ergo dispositio illorum text. in dictis authenticis suprà alleg. non extenditur ad cognatos. Decima ratio dictæ l.fi.C.de natu.liber.videtur tédere ad finem, ne in tales agnatio extendatur: quia tractatur de conseruatione do-
9 mus & familiæ,†quę in talibus spuriis non conseruatur, secundum Bald.in l.libertinum.C.de interdi.ma. & in l.fi.C.de ver.sig. sed hæc ratio non habet locum in descendentibus ex matre, inter quos non cadit ratio prædicta. Item consanguinei ex parte matris certi sunt, secus ex parte patris. Hæc sunt motiua quæ fecit in lectura pro ista parte. Sed in cōsilio fecit ista alia motiua omittendo eius allegationes causa breuitatis. Et primò. Nam hodie sublata est differentia agnationis & cognationis Inst.de suc.cogna.§.placebat. vnde prior in gradu cognationis sicut præfertur aliis vlterioribus cognatis, ita præfertur aliis vlterioribus agnatis. vnde natus ex dānato coitu, pręfertur in successione mortui cōsanguinei sibi ex parte matris omnibus etiā consanguineis dicti mortui ex parte patris, si sunt vlteriores dicto nato ex damnato coitu in
10 gradu, sicut aliis etiam consanguineis vlterioribus ex parte matris pręfertur. †Secūdò, quia licet spurius natus sit ex damnato coitu, tamé retinet cognationé cū cōiunctis ex parte matris. d.l.si spurius. quæ loquitur generaliter, nec potest dici, quod loquatur de vulgò concepto tātum, de quo tamé locuta erat l.hac parte. vnde cum appellatione spuriorum cōtineantur non solum vulgò cōcepti, sed etiā qui habent patré certū, tamen illicitū, puta patré monachū vel incestuosum: vt formaliter dicit gl.in l.vulgò. ff.de sta.ho.ergo l.si spurius, loquitur etiā in spurio nato ex dānato coitu: quia lex ita interpretatur spurium, patet etiam in virtute vocabuli spurius, quod vocabulum secundùm Guidonem dicitur immundus & extra puritatem: vt in Spec.de succes.ab intest.vers.nunc de naturalibus. & sic gloss.in l.si suspecta. §.in testamento. ff.de testa. mili.intelligit d.l.si spurius, etiam in natis ex damnato coitu, vt querelet testamentum matris iure illo, cum dicat corrigi hodie in natis ex damnato coitu, ergo loquitur ille text. in eis. aliâs non dixisset gloss.
11 quòd corrigitur. †Ex quo sequitur quòd dictus §.fin. correctiuus non extēditur: & multum extendit istam secundam rationem, vt ibi per eum. Tertiò, quia non reperitur expressè prohibita in transuersalibus successio, quando sunt nati ex damnato coitu, & ibi respondet ad rationes, quę in contrarium allegantur.

Ego autem per istas rationes non recederem à cōclusione domi.Alexan.de Imo. Sed quia in hoc dubio fuit producta dicta Regia sententia, quæ declarauit in regno tale dubium iuris, talis sententia Regia facit ius quo ad omnes in regno, vt dicit Bal.in l.fi.C. de legi.& domi.Ant. in c.cùm Bertoldus.de re iud. & ideo virtute dictæ sententiæ fuit pariter in Consilio votatum, quòd dictus frater spurius succedit fratri suo spurio vterino, licet ambo sint nati ex damnato coitu.exclusa dicta vxore. Sententia lata fuit die iiij. Februarij.M.cccc xciiij.

ADDITIO.

De spuriis & eorum speciebus iuribúsque eorum, & de spurinatu plura vide per Petr. de Ancha.consil. cccxx.nu.4.Bertran.par.ij.cxxxv.nu.12.& consil.cliij. num.3.Iacob de sancto Geor. in l.iiij. §.prætor ait.nu. 4.ff.de in ius vocan.Chassaneum, consi.xxxix.num.37. Hyppo.de Marsi. singu.cclxxv.incip.notissimum. & singu.cccclxxviij.incip.spurius. & an dicatur spurius natus ex vi cognita, Hyppo.l.j.nu.15.C.ad legem Cor. de sica. Et de etymologia huius nominis extra Guidonem hic allegatum, quòd ab ex & puro deriuatur: nonnulli à verbo Græco deducunt σπείρω, quod est seminare, quasi nihil à patre retineat præter semen. hunc Græci vocant, nothum.

DECISIO XCVII.

Do iure emphyteutico, & de domino expellente emptoré rei emphyteuticæ sine eius consensu &c.

SVMMARIVM.

1 *Dominus directus an possit propria auctoritate emptorē rei emphyteuticæ expellere ementē sine suo consensu.*
2 *Dominus qui spoliauit à possessione emptorem rei emphyteuticæ ementem absque suo consensu. an possit conueniri interdicto recuperandæ possessionis.*
Emphyteuta alienans irrequisito domino cadit ipso iure.
3 *Emphyteuta an possit per dominum expelli propter canonem non solutum.*
Emptor rei emphyteuticæ sine citatione & sentētia non potest de facto spoliari per dominum irrequisitum.

VTrum dominus†Directus rei emphyteuticæ possit expellere propria auctoritate emptorem ipsius rei emphyteuticæ ementem ipsam rem emphyteuticam sine domini directi requisitione, vel cōsensu à possessione rei emphyteuticæ ad effectum, vt si priuauit eum possessione: & ipse emptor egit possessorio, non teneatur dominus directus vel habens causam ab eo ad restitutioné. Et prima facie videtur quòd dominus propria auctoritate possit expellere emptorem, qui emit rem emphyteuticam sine eius consensu, & per consequens non tenetur restituere possessionem.& hoc per glo.fi.in verbo, cadet.in l.fi. C.de iure emphy.quæ expressè tenet, quòd quando emphyteuta alienat rem emphyteuticam irrequisito domino, quòd cadit ipso iure.& sic non requiratur sententia. †Istum articulum in alienatione facta irrequisito domino. Vtrum possit dominus propria auctoritate spoliare, non reperio tactum. Sed bene reperio copiosissimè tactā istam quæstionem, an propter canonem non solutum dominus possit expellere emphyteutam, prout copiosè examinat dominus Iason, colligendo v.opin. in l.ij.C.de iure emphy. Et remitto me ad eum ibi. 1 2

Et pro decisione huius principalis dubij, dico quòd licet ipso iure perdatur res emphyteutica, si alienetur sine domini requisitione: tamen quo ad aduocandam possessionem requiritur sententia, ex quo oportet emptorem & possessorem citare: †quia posset 3 multas exceptiones opponere ipse emptor, propter quas non incideret res in commissum. Et ideo sine citatione & sententia non posset de facto spoliari, vt patet in c.licet episcopus.de concess.præben.lib.vj. & in c.cum secundum.de hæreti.lib.vj.& dixi in c.j quo tempore miles.& in c.j.de feudo sine culpa non ami. hoc expressè firmat d.Ant.de Bu.in consiliis suis cōsi. xxij.& Ale.& in v.vol.consil.cxxviij.in j.col. Et sic fuit votatū & iudicatū in causa illorū de Tancredo.

ADDITIO.

Nota aliquos casus, in quibus emphyteuta irrequisito domino potest alienare. Primò, si alienet partem suam alteri emphyteutæ. ita dicit Hyppo. de Marsil. sing.xxviij.incip.emphyteuta. Itē si alienatio sit nulla, quia cōtractus non tenet. idem in l.fi.nu.xij.ff.de quæstio.& in l.j.§.preterea.nu.xx.ff.ad legem Cor.de sica. & in predicto sing. ne si paciscatur de retrnuendendo statim re. idem in l.fin.nu clviij.ff.de iurisd.om.iud. Itē si alienat salun iure domini. idem in l.is qui cum telo. nu.xl.C.ad legem Cor.de sica. Item si rem non tradiderit, vel se non cōstituerit precario. idē sing.cccxij. incip.plures. Item si ignoranter alienet. idem in l.qui falsam monetā.nu. lxx.ff.ad leg.Cor.de fal. Itē si alienet propter dotem vel donationē propter nuptias: vt firmat idem Hyppo in singu. ccccxliij.in c.postquàm sunt. Et Bertrā.par.ij.consi.ccclxxx. nu.j. Et super isto casu, vide materiam diffusam j.in deci.cxj. vbi super feudis & emphyteuticis alienationes ponderantur.

2 *Emphyteutam.* Ob canonem non solutum non potest dominus propria auctoritate expellere emphyteutam. Adde, quòd contrarium consulendo tenet Philip.Deci. vbi multa allegat, in consil.cxlvj.in ij. col.j.vol. Thomas Grammaticus.

DECISIO XCVIII.

De sequestro rei immobilis facto lite pendente per iudicem ad quem.

SVMMARIVM.

1 *Iudex appellationis an possit in dto possessorum rem contentiosam lite pendente sequestrare.*

2 *Possessione nemo priuandus lite pendente.*

Iudex an possit procedere in causa principali, pendente lite super innouatis.

Innouatur in causa per sequestrum.

3 *Attentata & innouata prius diluenda, quàm eatur ad negotium principale.*

Ordo seruandus maximè in iudicijs.

Possessorio agens facit supersedere in petitorio per alteram partem opposito.

Exceptio petitorij opposita in actione possessorij reijcienda.

4 *Attentata præferuntur nullitati, super quibus prius prouidere debet.*

Interdicto vnde vi, agenti obstat exceptio alterius spoliationis.

Exceptio spoliationis non obstat agenti remedio attentatorum.

5 *Iudex iniustitiam offendit non reuocans attentata pendente appellatione a diffinitiua.*

6 *Sequestrum disquestrari petens intra sex dies allegationes proponere debet.*

Tempus sex dierum non importat interesse partis.

Attentatorum remedium cessat, quando notorie constat de non iure petentis reuocationem.

PVlchrum est dubium † lata sententia con-
1 tra possessorem rei stabilis, vt restituat na-
turalem possessionem: ab ista sententia ap-
pellatur, & de nullitate dicitur. lite huius-
modi pendēte iudex appellationis propter timorem
armorum euitandum sequestrat, facto sequestro pe-
titur, quòd non obstante appellatione facta senten-
tia mādetur executioni, quia est super possessorio, per
l.j.C.si de mo.pos.fuerit appella. Dicit, quòd sententia
est nulla, & non debet mandari executioni, sed quòd
reuocetur sequestrum factum lite pendēte, quod fieri
non potuit, ex quo constat de possessione sua, de qua
fuit expoliatus per sequestrum lite pendente. Dicta
pars insistit in executione sententiæ latæ in possesso-
rio. An iudex possit & debeat reuocare sequestrum?
Nulli dubium est, quòd sic, † quia lite pendente quis 2
non debet priuari sua possessione, per tit. vt lite pen-
dente. Iudex non reuocauit sequestrum, sed dedit ter-
minum ad ostēdendum de nullitate sententiæ, ab hoc
appellatur, & terminus est elapsus. Vtrū potuit iudex
non reuocatis prius attētatis, id est, non reuocatio se-
questro: hoc est, vtrum pendente lite super innouatis,
iudex possit procedere in causa principali. Videtur
quòd prius est procedēdum super innouatis: quia ista
de sui natura habent ordinem in se, † sicut dicimus in 3
possessorio & petitorio, in l.ordinarij.C.de rei vendi.
c.ij.de cau. poss. & proprie. & sic donec causa pendet
attentatorum, non proceditur in negotio principali.
Nam sicut agens possessorio facit supersedere in peti-
torio apposito per alteram partem: vt in c.j.& ibi no.
de restit.spo.& in c.ex conquestione.eo.tit. ita petens
reuocari attentata, facit supersedere in negotio prin-
cipali, donec attentata reuocentur: vt habetur in cap.
non solùm.de appel.lib.vj. Item si actor proponit
possessorium, & reus excipit de petitorio, non est au-
diendus, vt dicit Abb. in c.fin.de ordi.cogni. Ita si
conuentus petit reuocari attentata, & actor dicit, fiet
executio sententiæ, quæ allegatur nulla, † non potest 4
videri de nullitate, nisi prius prouideatur super atten-
tatis. Itē quia licet agenti interdicto vnde vi, obstet
exceptio alterius spoliationis: vt in c.ij.& fin.de ordi.
cogni.& in c.frequens.de resti.spo.lib.vj. tamen agēti
remedio attentatorum, non obstat exceptio spolia-
tionis: vt dicit Inn.in c.j.de ordi.cog. & do.Abb.in c.
bonæ.de appel. Et pro hoc videtur tex. in c.non solū.
in verb.debet. de appel.in vj. vbi expreßè probatur,
quòd iudex ante omnia habet reuocare attentata:
† adeò quòd iudex faceret iniustitiam, si non reuoca- 5
ret ante omnia attentata appellatione pendente à
difinitiua, secundum Ioan. Andr. in d.c.non solùm.
Et ita expreßè firmat Ioan.Mo.in c.cupientes.§.pen.
in fin.de ele.lib.vj. Licet Dominicus in d.c.non so-
lùm referat opin. Doct.super hoc. Tamen Philippus
in d.cap.dilecti filij versic.ij.quæritur de appell.tenet
opi.Ioan.Mo.d.& Ioan And.& idem Bald. in l.appel-
latione.in princ.C.eo.tit.& Pet.de An.ha.in d.c.non
solùm. Et cum ego allegassem in sacro Consilio Ioan.
Mo. ita dicentem, Viceprotonotarius voluit videre
ipsum originaliter, & nullus Doctor ipsum habuit, &
sic ostendi meum Ioan.Mo. in pergameno, quo vi-
so. † Fuit prouisum, vt ille qui petit sequestrum 6
dissequestrari intra sex dies, alleget, quare sentētia la-
ta cōtra eum non debet mandari executioni, & nulli-
tates, vt possit prouideri. & quia tempus erat modicū,
& tempus sex dierum non importat interesse partis.
Ego accesi ad hoc maximè quia remedium attenta-
torum ad instantiam partis non habet locum, quādo
notoriè constat de non iure petentis reuocationem
attentatorum, secundùm vnam opin. prout dicit Io.
de Imol in c.bonæ.de appella.& Rota, decisi.xiiij.in
fi.& Ioan.Mona. & Pet.de Ancha.in c ad decimas.de
restitu.spolia. licet alij contrà, vt refert Philippus in
d.c.bonæ.& probatur in c.significasti.de diuor.

DECI

DECISIO XCIX.

De emphyteusi recepta pro se & filio spurio, & suis hæredibus.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteusis, potest per patrem recipi pro se & filio spurio, & eius hæredibus.*
Spurij hæredes, an possint ab intestato succedere in emphyteusi, recepta per patrem pro se & spurio filio, & eius hæredibus.
2 *Spurius potest de nouo acquirere feudum in emphyteusim.*
Argumentū de spurio ad seruū in emphyteusi militat.

1 SI pater †mediante pecunia recepit emphyteusim, pro se & Titio & hæredibus Titij filij sui spurij nati ex dānato coitu. Vtrū in re ista post mortem patris succedant hæredes ab intestato, vel ipse spurius virtute stipulationis. Bis in duabus causis in ciuitate Capuæ & posteà in sacro Consilio per remedium appellationis euenit iste casus: & fuit iudicatum in Consilio, per no. per Bald. in l. ij. C. de iure emphyte. quòd spurius habebit ipsam emphyteusim virtute stipulationis Est ratio, quia nedum spurio, sed etiā seruo potest de nouo dari feudum & emphyteusis: vt in c. j. §. per-
2 sonam. per quos fiat inuesti. †verùm illa pecunia videtur donata pro alimentis: si ipse non habet vnde se alat, iuxta not. in cap. cùm haberet de eo qui duxit in matrimonio quam pollu. per adulter. & habetur in authentica licet. C. de nat. liberis. & not. gloss. & Angel. in authen. de trien. & semisse. §. consideremus. Et illa emphyteusis computabitur etiam in alimentis. Do. Alexā. Seuerinus Regius Consiliarius. & Nobilis Neapolitanus fuit commissarius causæ. Et ipse cum aliis fuit in hoc iudicio.

ADDITIO.

Super hac decisione vide dom. Stepha. Bertrandi parte iij. consil. lxxxvj. num. 15. & quæ notantur suprà decisione xcvj. & in additione.

DECISIO C.

De iure emphyteutico.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteusis concessa minus solenniter pro se & hæredibus an transeat ad hæredes extraneos.*
2 *Emphyteusis ecclesiæ transit ad hæredes extraneos.*
Alexander de Imola sibi contrarius.
3 *Alexandrum de Imola sufficit allegare in cōsilijs propter eius copiam & veritatem.*

1 IN causa sancti Petri ad Aram de Neapoli, †Fuit dubitatum, si emphyteusis concessa minus solenniter pro se & hæredibus trāseat ad extraneos hæredes. Fuit cōclusum, quod non: quia non fuit legitimè concessa. Et quia cōmunis opinio est, quòd non transit emphyteusis ecclesiæ ad extraneos hæredes. Nisi dicatur, quando legitimè facta est cōcessio: quia si potest ecclesia in casu a iure permisso in totum alienare, &
2 sic quòd transeat ad hæredes extraneos: † sic potest rē ritè & rectè concedere in emphyteusim, vt trāseat etiam ad extraneos hæredes, vt firmat Alex. in ij. vol. consil. ix. & in j. volu. consi. xcj. in xij. col. & in ij. volu. consi. xxxviij. in iij. col. & in eo. j. vol. consi. clxxxviij. in j. colum. sed in v. colum. aliud sentit, & videtur sibi contrariari. & in iij. volu. consil. xj. in xj col. tenet vt
3 suprà. †Tamen veritas est, prout in dicto ix. consilio cōtinetur, nec miretur aliquis, quòd vt plurimum allegantur consilia Alexandri, & non iura, quæ loquuntur de materia: quia dictus Doctor est copiosissimus, & gratia breuitatis elegi eum allegare solum, quia ipse allegat ad propositum semper copiosè. Et ita fuit per sacrum Consilium iudicatum. vide in cap. in præsentia. quotas quas allegat Felinus, de probationibus.

DECISIO CI.

De tabellionibus episcopalibus.

SVMMARIVM.

1 *Notarij episcopales, an sint reuocabiles post episcopi decessum, maximè officium magistri actorum.*
Gratia per mortem successoris an expiret.
2 *Priuilegium prædecessoris potest per successorē reuocari.*
Episcopus quo casu potestatem habet disponendi de futuro in successoris præiudicium.
3 *Ecclesia est immortalis.*
Facultas non se habet in futuris.

ARchiepiscopus Bochus Salernitanus concessit †officium actorum magistri ad vitā notario Baptistæ: mortuo dicto Archiepiscopo successor in prælatura concessit alteri dictum officium. notarius Baptista dicit, quòd non potuit successor priuare eum: quia ad sui vitam fuit facta concessio dicti officij, & de iure contractus seu gratia facta non expirat per mortem concessoris: vt dicit Ioannes Andreas in no. in c. ex tua. de fil. presby. & in c. si super gratia. de offic. deleg. Io contrarium dicitur, †quòd successor potest reuocare priuilegium prædecessoris, per ea quæ no. Bald in cap. j. qui successio. tenea. tur. vbi dicit, quòd prælatus non potest concedere futura in præiudicium successoris, nec habet potestatem disponendi de futuro. fallit, nisi fuisset facta dicta concessio ad vitam, cum cōsensu capituli, tunc ipsa ecclesia videtur contrahere, †quæ nunquam moritur. xij. quæst. ij. c. liberti. hoc firmat Ioan. de Ana. in c. fi. ne præla. vic. suas. & Car. in consil. xcv. versic. sed etiam ex alio capite. Abb. Sicu. in cap. j. de dolo & contu. Alex. in j. volu. consil. cxxiiij. vnde cum prælatus non potest administrare futura post eius obitum, sed præsentia tantùm: quia facultas non se habet in futuris, secundū Inno. in c. j. de maio. & obe. secundum Bal. in d. c. j. qui succes. tene. non potuit Archiepiscopus vltra vitam suam viuente notario Baptista concedere dictum officium eius vita durante, sed tantum durante vita ipsius Archiepiscopi. Et ita fuit iudicatum in sacro Consilio.

DECISIO CII.

De legato concubinis facto.

SVMMARIVM.

1 *Legatum factum concubinæ pro seruitijs præsbytero præstitis an debeatur proportionaliter.*

1 LEgatum †factum per presbyterū concubinæ pro bonis seruitiis, licet moderatum respectu seruitutis, & probetur seruitia debetur secundum qualitatē seruitiorū. Et ita fuit iudicatū in sacro Consilio. allegabatur hoc ad consiliū Pet. de Ancha. in cōsi. ccxlvij. incipien. dubiū facit aliàs incipit, quæstio talis est, quidā presbyter. nam fuerunt taxata seruitia minus quàm fuit legatū. & hoc est not. dignū.

DECI

DECISIO CIII.

De iudiciis, & de accusatione falsi contra partem & testes causa ciuili pendente.

SVMMARIVM.

1 *Testes possunt accusari de falso cum parte ante conclusionem in causa.*
Præiudicialia in Regno Neapolitano hodie sunt sublata.
2 *Causa ciuilis pendente falsi accusatione contra partem & testes, an possit expediri.*

SI agitur ciuiliter & in ipsa causa sunt exa-
1 minati testes. †Pars aute conclusionem
potest partem & testes accusare de falso.
Vtrum pendēte causa criminali super fal-
sitate cōtra partē, & testes, procedetur in causa ciuili,
ex quo præiudicialia hodie in regno isto sunt sublata:
2 vt in cōstit. Regni. si ciuiliter agēs. †cū de iure clarū
est, quod non potest expediri causa ciuilis pendēte accu-
satione falsi contra partem, & testes: vt dicit Bald. in l.
fi. C. de fide instr. & plenè per Cy. & Bald. in l. j. C. qui
accusa. non poss. Fuit per sacrum Consilium pari-
ter votatum, quòd procedatur in vtraque causa, sed
nō expediatur ciuilis, nisi prius expediatur causa cri-
minalis super falsitate, nec cōstit. Regni habet locum
in hoc casu: vt dicit ibi glo.

ADDITIO.

Hic articulus de falso in causa ciuili incidenti la-
tius examinatur & ponderatur infra decisi. ccxxix. Et
vide Petr. de Ancha. consi. lxij. per totum & Hipp. de
Marsi. in rubr. ff. ad legem Corneliam. de fal. num. xx.
& quæ per eum allegantur.

DECISIO CIIII.

De apochis & fide illarum.

SVMMARIVM.

1 *Apocha per tertium scripta, & signata per debitorem & subscripta per tres testes, an faciat plenam fidem.*
2 *Confessio dicentis se subscripsisse in testium præsentia parē vim habet, sicut si testes vidissent eum subscribere.*
Scriptura priuata a tertio cōfecta & subscripta à testibus tantum probationem inducit, si testes deponunt de partium voluntate & mandato.
3 *Paria sunt constare per partium subscriptionem, vel testium depositionem.*

DVbium contingit in sacro Consilio, quòd
ego non inueni tactum nisi in quibusdam
recollectis do. Caroli de Rogeriis in l. ad-
monendi. ff. de iureiu. tale est. †Quidā hæ-
1 res creditoris agit contra hæredem debitoris virtute
apochæ scriptę factæ à tertio & subscriptę ab ipso de-
bitore & à tribus testibus. Examinātur ipsi testes sub-
scripti, & dicunt, quòd illa subscriptio eorū est manu
propria eorū, & quòd debitor in præsentia creditoris
rogauit ipsos testes vt scriberēt dictam apochā, quam
dicebāt debitor & creditor fuisse subscriptam manu
debitoris, non tamen viderunt debitorem scribere.
Vtrum dicta scriptura sic adiuuata, faciat plenam
2 fidem. In illis recollectis dicitur quòd sic. †Quia parē
vim habet confessio debitoris, dicētis se subscripsisse
in præsentia testium, sicut si testes vidissent eum scri-
bere. Vnde dicit Ludo. in d. l. admonendi. quòd si pro-
ducitur priuata scriptura facta à tertio non subscri-
pta à partibus, sed à testibus: si tamen testes deponant
de partiū voluntate, & mādato, quod scriptura sit à tertio
confecta, sufficit vt probatio inducatur: †cum paria 3
debeant censeri de partiū voluntate cōstare per eorū
subscriptionē, vel per testium depositionē. l. in exer-
cendis. C. de fide instru. de quo in l. scripturas. C. qui
po. in pig. hab. & per Bar. in l. nuda. ff. de dona. & in c.
ij. de fi. instru. & mirādum est pro certo quod Alex. & Ia-
son in d. l. admonendi. vbi examinant istum articulū,
& alij Doctores hunc casum omiserūt, nec aliquis ex
dominis Consiliariis inuenit aliquam decisionem in
terminis nisi vt suprà. Nihilominus fuit iudicatum di-
ctam scripturam sic comprobatam, facere fidem.

DECISIO CV.

De confessione debiti soluti probata per testes.

SVMMARIVM.

1 *Confessioni per duos testes probatæ standum contra confitentem.*
2 *Exceptio non numeratæ pecuniæ intra biennium non habet locum, nisi in contractu mutui, & in alijs contractibus non opponitur post xxx. dies.*
3 *Confessio enuntiatiuè facta non probat, secus si probetur quòd principaliter etiam ex semiplenis probationibus.*
Confessio solutionis probanda per testes rogatos in obligatione in scriptis redacta.
4 *Contractus in scriptis celebrari quando dicatur.*

IN causa reductionis ad arbitrium boni vi-
ri inter Iacobum Rissum conuentum &
Isabellam de Palagano vxorem domini
Andreæ de Pace actricem de & super peti-
tione ducatorum quingentorum, ex causa depositi
probāri per scripturam manu propria recognitam.
†Dubitatur, vtrum probetur de restitutione to- 1
tius depositi vel partis. Mihi fuit visum, quòd per
duos testes probetur de cōfessione Isabellæ facta præ-
sente parte ad liberandum in ecclesia Annuntiatæ;
de ducatis ccc. Igitur standum est suæ confessioni,
contrà se: vt in l. Publia. in fin. ff. depositi. & not. Bal.
in l. minoris. C. qui dare tuto. possunt. nec potest op-
ponere exceptionem nō numera. pecuniæ: †quæ non 2
habet locum nisi in contractu mutui intra biēnium:
in aliis verò contractibus non potest opponi exce-
ptio non numeratæ pecuniæ nisi infra triginta dies:
vt est tex. & Bal. in l. in contractibus. C. de non nume-
ra. pecu. & glo. Institu. de lite. obli. in verbo, extenda-
tur. & in l. pecuniæ C. de solut. Et licet ipsa Isabella
conata fuit illos repulsare. Tamen repulsa non
fuit sufficiens. Maximè quia probatum fuit ex pro-
cessu ex multis probationibus semiplenis, quòd di-
cta confessio fuit vera. Item quia recepit mul-
tas partitas, ita quòd non solum confessio verifica-
tur in dictis trecentis ducatis, sed etiam quòd plus
habuit. Et ego credo, quòd plus habuit vel ratio-
ne lucri, vel ratione salarij domi. Andreæ pro aduo-
catione præstita, vel alicuius beniuolentiæ. Ideo fui
in voto, quòd condemnetur in ducatis ducētis dictus
Iacobus, prout condemnauit domi. Andreas arbiter;
sic quòd eius sententia veniat confirmanda. †Et in 3
hoc voto fuit maior pars Doctorū sacri Consilij, nisi
vnus cōsiliarius, qui fuit in opinione, quòd dicta con-
fessio

fessio facta præsente parte in dicta ecclesia fuit enun-
tiatiuè facta,& ideo non probat,per c.fi.de success.ab
intestato. Sed certè fuit principaliter facta. Et vnus
alius cōsiliarius cōcurrebat cum eo,& dicebat, quòd
confessio debiti soluti in totum vel in partem debet
probari per testes rogatos, allegabat iij.quæst.ix.c.de
his.& ibi gl.aliàs testes non probant, vt dicit ille text.
sed fuit eis responsum, quòd illud procedit, quando
contractus obligationis fuit in scriptis celebratus,
4 iuxta l.contractus.C.de fide instru.†& dicitur in scri-
ptis celebrari contractus,quādo actū est, quòd fiat in
scriptis,& nō aliter, vt ibi dicitur.& tunc solutio de-
biti vel eius confessio debet probari per testes roga-
tos:vt in l.testium. C.de testibus.& in auth.ab.posita.

DECISIO CVI.

De supellectili legata, & de specie contenta sub genere in legatis generis.

SVMMARIVM.

1 *Legatum generis omnium, & quorumcunque bonorum mobiliū an restringatur per verbum supellectiliū vltimò per testatorē prolatū,vel amplietur,aut declaretur.*

2 *Supellex legata, an ponatur ex superabundanti in legato generis omnium mobilium.5.*

3 *Domus ponitur pro patrimonio.*

Voluntas ex antecedētibus & sequētibus deprehenditur.

4 *Legato generali non derogatur per speciē ex abundanti imperitiè enumeratam.*

Legatum pecuniæ quæ in domo est,non egreditur foras.

5 *Species contenta sub genere, quandoque per testatorem exprimitur ad dubitationem tollendam.*

6 *Legatum supellectilis domus an comprehēdat venalia, & quid de bonis ad negotiandum.*

Signa duo vniuersalia voluntatem contrahentium ostendunt latiorem,& sunt fortiora vno.

7 *Regula generi per speciem derogatur, exponitur, & limitatur.*

8 *Copulatiua, &, quos effectus habeat.*



Vidam Petrus de Monte alto, diues in mobilibus & pecunia fecit testamentum:& quia non habēbat filios instituit nepotem ex fratre hæredem.& fecit multa legata,ad pias causas,& non pias,& vxori reliquit vsumfructū omnium & quoruncunque bonorum mobilium &
1 supellectilium domus suæ. †Vtrum illud verbum,
& supellectilium domus suæ,restringat verba præce-
dentia omnium, & quoruncunque bonorum mobi-
lium,vel sit positum ex abundanti, scilicet vt habeat
omnia bona mobilia quæcunque,& etiā supellectilia
domus suæ. Omnes domini de Consilio fuerunt in
voto,quòd illa vltima verba, & supellectiliū domus
suæ restringant illa verba generalia præcedentia,quia
generi per speciē derogatur: vt in regula generi.in vj.
cum omnibus aliis iuribus, quæ ibi allegātur. Ego
solus fui in contraria opinione, & iudicio meo veri-
2 tatem dixi secundum iuris dispositionem, †quòd illa
verba, & supellectilia domus suæ, non restringunt
legatum generis omnium & quoruncunque bonorū,
sed sunt posita ex superabundanti, vt videatur legasse
vsumfructum omnium & quorumcunque bonorum
mobilium,etiam supellectilium domus suæ. Quia te-
stator primò legauit in genere, & postea legauit spe-
ciem cōtentam sub genere.hic est text.in l.quæsitum.
§.si quis fundū.ff.de fun.instr.vbi testator legauit fun-
dum instructum,& adiecit cum supellectili. Propter
illud verbū supellectili,non videtur diminutū legatū
generis, sed potius illud verbum cum supellectili vi-
detur adiectū ex abundāti.Et illud verbū domus suæ,
exponitur,id est,sui patrimonij: vt dicit Bald.l.si vo-
luntate.C.de fideic. Albe.in l.j.C.de inge.& ma. sicut
accipitur.ff.si cer.pet.l.lecta ff.de off.præsi.l.fi. †Et 3
maxime quia ex aliis antecedentibus & sequentibus
comprahenditur hanc fuisse voluntatem defuncti &
quando esset dubium, præsumitur ex abundāti posita
illa verba,& supellectilium domus suæ.dicit glo.in d.
§.si quis fundum.& pro hoc optimus text.in l.pedicu-
lis.in §.Labeo.ff.de auro & arg.leg.& l.supellectili le-
gata. ff. de supellectili. lega.vbi legato generis, si ali-
quid quod continetur in genere legauit,non detrahi-
tur,sed ex superabundāti videtur legatū.illa sunt ver-
ba tex.legata supellectili.†cum species ex superabun- 4
danti per imperitiā enumeretur,generali legato non
derogatur.& istum tex.allegat Bal.in ij.vol.consi.cij.

Quando enim illa verba,& supellectilium domus
suæ,determinarent quòd restringerent verba præce-
dentia ad locum domus suæ:tunc esset quærendum an
veniant pecuniæ extra domum, & etiam nomina de-
bitorum. Et certè non,vt dicit tex.in l.quæsitum.§.
j.& ij ff.de leg.iij. vbi legando omne argentum & su-
pellectilem quacūque in domo habeat, non venit ar-
gentum & supellex,quæ alibi esset. Et quia in veritate
illud verbum,& supellectiliū domus suæ,non restrin-
git verbum omnium & quorūcunque bonorum præ-
cedens:sed venit ex abundanti:vt suprà dictū est:ideo
d.l.quæsitum non meretur allegari ad hoc dubiū de-
cidendum. †Maximè prædictum votum verificatur 5
verum de iure: quia colligitur quòd voluntas testato-
ris fuit,vt causa dubitationis tollēdæ species conten-
ta in genere sit expressa, vt deponit magister Grego-
rius doctor in Theologia:& confessor ipsius Petri, li-
cet notarius ei contradicat. Et sic non potest negari,
quòd dubia sit voluntas:& per consequens in dubio,
species predicta fuit expressa ex superabundanti: vt
dicit Bart. in d.§. si quis fundum. An autem in tali
legato generali veniāt etiam pecuniæ causa mercan-
tiæ,& venalia. Dico, quòd quando legatum prędictū
restringeretur,ad bona supellectilia domus, non ve-
nirent venalia.Bal.in rubr.C.de verb. significatione.
in iiij.quęst.Bart.in l.generali.§.vxor.ff.de vsufru.leg.
Barto.in l.diuus.ff.de bonis dam.& in l.si res.§.fi.ff.de
leg.iij.not.in l.cū tabernā.& ibi Bar.ff.de pign.Doct.
in l.si cōstante.ff.solu.matrimo.& Bal.in l.vbi adhuc. 6
C.de iure dot. †Sed quia dictum legatum,& supel-
lectilium domus suę,non restringit genus omnium &
singulorum mobilium,veniunt etiam bona ad nego-
tiandum.ita Bartol.in d.l.generali.§.vxori.& Pau.de
Cast.ibi.Iason in l.ij.§.prætor ait.ff.qui satisda.cog.&
voluit Alex.de Imol. in v.volu.consi.cxviij.in ij col,
vers.ij.probatur.vbi dicit,quòd si factum sit legatum
cum signo vniuersali, omnium rerum, quæ quoquo
modo sunt in domo, veniunt etiam res venales in do-
mo existentes, per l.pediculis.§.Labeo.ff.de auro &
arg.lega.& in l.Iulianus.ff.de lega.iij.Et tantò magis,
quando sunt duo signa vniuersalia, scilicet, omnibus
& quibuscunque, latiorem voluntatem contrahen-
tium ostendunt.l.Balista.ff.ad Treb. Salic.in l.si serui
vestri.

7 vestri.iij. col. C. de noxali. vbi vult, † quòd propter dicta verba generalia dispositio nõ patitur interpretationem restrictiuã. hæc Alex. vbi supra. Sed posset mihi obiici, nónne quando præcedit genus, & sequitur species, tunc species ex toto restringit genus & copula, &, exponitur pro, id est, vt dicit Abbas in c. sedes, quinta columna, de rescrip. Quia ad hoc respondetur, quòd prædicta procedunt, quando genus & species non sunt diuersa. Et tunc stat expositiuè, pro, id est, sed si differant vt genus & species, quia copula non diuersificat, tunc venit vtrũque, vt lego alimẽta & medicinas: alimenta est genus, medicinæ species: & sic venit vtrũque. ita Ioã. de Imo. in l. si cùm dotem. §. si autem. ff. sol. matri. Felin. in cap. ij. ix. col. de rescrip.
8 Item † quando copula ponitur inter talia, in quibus vnum includitur in alio, tunc vnum resoluitur, vt l. quæsitum. §. fi. ff. de fundo instructo. sed suppellex includitur sub verbo, omnia mobilia, ergo non restringit, & ita fuit iudicatum per sacrum Consilium. Licet multi fuerunt in voto contrario. & propterea fuit reclamatum ad Regem, & dominus Rex cum suis auditoribus iudicauit, quòd bene fuit pronunciatum secundùm prædictum votum.

DECISIO CVII.

De rebus ecclesiæ non alienãdis vltra solitum, & lege prohibente.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteusis in perpetuum concessa post concessionem vsque ad secundam generationem nondum finitam, an valeat sine solennitatibus. & an contractus resoluatur vsque ad secundam generationem.*
2 *Contractus contra solitum an reddatur nullus.*
Locatio facta vltra tempus permissum, nõ valet etiam in tempore permisso 4.
3 *Nullitas potest per tertium allegari.*
Episcopus in indulgentijs concedendis tempus limitatum excedens, an destruat tempus concessum.
5 *Solennitates extrinseca, an & quando ex temporis diuturnitate præsumantur.*
6 *Probatio nulla maior, quàm rei euidentia.*
Præsumptionis allegatio, excursu temporis non venit, vbi veritas patet.
7 *Euidentia facti plus operatur, quàm vocis efficacia.*
8 *Solennitas extractu tempo is præsumitur, probata superioris scientia & patientia.*

1 IN causa domini † Motiæ de Motiis, fuit dubitatũ vtrum secunda cõcessio in emphyteusim facta ab ecclesia in perpetuũ, nondũ finito tẽpore primæ concessionis vsque ad secundã generationẽ, quia sic fuerat cõcessa, valuerit sine solennitatibus à iure requisitis? Fuit per me dictũ, quòd non valet, quia nõ fuit ecclesia solita cõcedere in perpetuũ, sed ad secundã generationẽ: & si
2 concessit in perpetuum contra solitum, † contractus redditur nullus quò ad perpetuitatem: & solum valet vsque ad secundã generationẽ, prout erat solitum: allegabam in propriis terminis cõsilium Alex. de Imol. in ij. vol. consi. xxxviij. in iij. col. allegat not. in c. præsenti. de reb. eccle. nõ alie. in vj. & Bal. in auth. si quas ruinas. in j. col. C. de sacsan. eccle. & idẽ Bal. in l. si pupillorũ in fi. ff. de rebus eorũ. & Io. de Imo. in c. ij. circa fi. de feudis. licet Bar. in auth. qui rem. C. de sacsan. eccle. tenuit, quòd in totum sit nullus. Tamen reliqui domini dicebãt, quòd sit nullus inquantũ est contra solitum: sed do. Iaco. de Gello dicebat, quòd in totum dictus cõtractus non valebat, & allegauit suum Doct. Ioan. in d. aut. qui rem. qui firmat opi. Bar. & dicit esse verã de iure, per tex. in §. emphyteuum, in authen. de non alienãdis aut permutan. rebus eccleliæ. co. ij. & alleg. Bal. in multis locis tenere contrariũ eius quod dicit, in aut. si quas. vt ibi per eum, & allegat etiam Alex. in cõsulis suis. Maior pars dominorũ de cõsilio tenuerũt, quòd ex quo prima cõcessio facta ab ecclesia fuit vsque ad secundã generationẽ, & secunda concessio fuit in perpetuũ, quòd non valet etiam ad secundã generationem, finita prima, ex quo lege prohibente facta fuit in perpetuũ: vt dicit Ioan. de Imo. in l. quod dicitur. & ibi etiam Alex. ff. de verbo. obliga. & subdit ibi Alex. † quòd talis nullitas potest allegari per tertium: 3
dato quòd ecclesia nihil dicat secundũ Bal. in l. j. C. de rebus eccle. non alienã. Ioan. de Imo. in c. ea noscitur. in iiij. col. de his quæ fiunt à præla. pro hoc ego allegabam in simili Dom. in cap. fi. de pœniten. & remissio. in vj. vbi dicit Ioan. Mo. dicere Episcopus non potest dare nisi quadragĩta dies de indulgẽtia: si dedit quinquaginta, non valebit etiã quo ad quadraginta, licet Ioan. And. ibi, teneat contrariũ. facit etiam quod in simili dicit Paul. de Cast. in l. precibus. in fi. C. de precibus Impera. offeren. vbi dicit, quòd princeps potest dilationẽ quinquennalẽ concedere, sed excedere non potest, quòd si excessit, quia cõcessit vsque ad septem annos, non valebit concessio etiam quo ad quinque.
† Item in propriis terminis allegauit Lapũ, allega. lxxx. volentẽ post multa iura allegata pro & contrà, quòd si locatur res ecclesiæ vltra tẽpus permissum, quòd etiã non valebit in tẽpore permisso. & ibi dicit idem voluisse Bar. in consi. incipiente, visa quadã constitutione epi. Flor. clix. & in hanc partẽ distinguendo videtur inclinare Ioan. de Imola. in l. quod dicitur. ff. de verb. obli. & procius dixit. facit quod dicit Bart. in l. fin. ff. de iurisd. om. iudi. & Alexã. in iiij. vol. consi. xvij. in iij. col. Et sic stante secũda cõcessione nulla propter pacta insolita ibi apposita, standũ est primæ cõcessioni, & per cõsequens ius est pro domino Motiæ, qui venit per ius accrescendi, quod nõ est præscriptũ, & sic prima & secũda sententia debet cõfirmari. Nec obstat quod dicitur, quòd ex antiquitate secundę concessionis, præsumuntur omnia solenniter acta: † & solennitates extrinsecæ præsumũtur, si earum defectus nunquã fuit allegatus, vt dicit Cõpostellanus & Ioã. And. in c. cũ dilectus. de consue. per tex. in c. ea noscitur. de his quæ fiunt à prælato. & notant Moder. in l. sciendũ. & in concord. ff. de verb. oblig. Quia respondetur, quòd illud est verũ, nisi producatur instrumẽtum, in quo apparet, quòd nõ interuenerũt solennitates, tunc ex cursu longissimi tẽporis non præsumũtur solennitates interuenisse, ita dicit Paul. de Cast. in cõsi. xlviij. Incip. in causa quæ vertitur inter reuerendũ patrem, post mediũ, dicens, quòd si ex facie instrumenti apparet, quòd non interfuit citatio ad sententiã, non statur dictæ præsumptioni propter antiquitatem: quia sublata est per euidentiam facti: † cùm nulla sit maior probatio, quàm rei euidentia: vt not. Inno. in c. proposuisti. de proba. Facit l. emptorẽ. in princi. ff. de actio. empti. & istud cõsiliũ Pauli allegauit Alex. in iiij. vol. in cõsi. j. in vj. col. Sed ista secũda concessio est producta taliter, quòd per eam apparet, quòd non interuenerunt so-

lennia requisita de iure in perpetuis concesſionibus rerũ ecclesiæ, ex quo ſimpliciter apparet facta, ergo vbi habemus veritatẽ, non cedit præſumptionis alle-
7 gatio ex curſu temporis, †quia plus demonſtratur per facti præſentiã, quàm per vocis efficaciã, ſecundũ Bal. in l.j. ij.col. C. de ædi. action. tollitur ergo dicta præſumptio, per id ꝙ in contrariũ apparet: vt in l.cũ multæ.C.de do.ante nup. Præterea iſta ſecũda concesſio in perpetuũ, quæ dicitur alienatio, nõ potuit fieri ſine decreto ſummi Pontificis, cui eſt ſubiectũ monaſteriũ, vt in c.dudũ.de rebus eccleſiæ non aliená.in vj. & habetur in Cle.j.eo.tit.& in c.vt ſuper.eo.tit.in antiquis.per Inno. & alios. & Bald. in auth.hoc ius porrectũ.C.de ſacroſanctis eccleſiis. Et cũ non ſit probatum, ꝙ Papa ſciuerit, quòd talis cõceſsio ſecũda facta fuit ſine eius võlũtate, ideo nõ poteſt præſumi decretum prædictũ ex antiquitate tẽporis: vt dicit Bal.in l. ij.C.de leg.hæredibus. & in l. ſi aliena. verſi.ſed ſi non adierit.ff.de acqui.hæred.& in l.ſi filius.C.de peti. hæredi.vbi ex antiquitate præſumitur ſolẽnitas, quia interuenit ſciẽtia & patiẽcia illius, cuius auctoritas vel cõſenſus præſumitur: igitur cùm nõ ſit probata ſcientia Papæ; qui habebat conſentire, nõ oritur dicta præſumptio.& ita reperio tenuiſſe Alex.in iiij.vol.conſi. xvij.in ij.col.& in iij.vol.cõſi.ix.in iij.col. Item ſemper pro parte Motiæ fuit negatũ, ꝙ in dicta ſecunda concesſione interuenerunt ſolennitates requiſitæ, & ideo non poſſunt præſumi ex antiquitate tẽporis xxx. anno.vt nota.in c.j.& ij.de his quæ ſi.à præ. & hoc firmat Abb.Sic in c.ea noſcitur.eod.titu. & voluit Alex. in dicto nono conſi. & ſic fuit iudicatum in fauorem Motiæ prædictæ. vide infrà deciſio.ccclxiij.

ADDITIO.

Emphyteuſis eccleſiæ an poſsit in perpetuũ fieri, Anchara.conſil.cccxliij. nume.iij. & vſque ad quem gradũ venientes vocet, idem d.conſi xliij.in prin.& cõſil.cccxcuj.in princ. & quæ requirantur in alienatione eius.idem d.conſi.cccclxiij.nu.1.& Bertran.parte j.conſil.vj.nu. 5. Et in quibus caſibus teneat ſine ſolennitate, vide per Hippoly.de Marſil. ſingul.cxxxij. incipien. in alienatione. & in practica. §.ij.nu.xxvij. Bertran.parte ij.conſi.cclvj.in princ.

DECISIO CVIII.

De cautione fideiuſſoria præſtanda in caſu ſuſpitionis in tranſactione.

SVMMARIVM.

1 *Cautio de adimplendo adueniente conditione, an peti poſſit pendente conditione appoſita in tranſactione.*
Fideiuſſorem dare non tenetur, qui recepit, & promiſit de non conueniendo.
2 *Intellectus ad l.in omnibus.ff.de iudicijs.& ad l.dedi.ff.de condictio.ob cau.*
Tranſactio eſt contractus innominatus & stricti iuris.
3 *Cautio fideiuſſoria habet locum etiam in actionibus stricti iuris.*

PRocuratot patris Raymundi in partes cõuentus fuit in ſacro Cõſilio per dictũ Raymundum procuratorẽ ſui patris ad reſtituendũ ſibi maximam ſummã pecuniæ ex cauſa adminiſtrationis: tandem deuenerunt ad tranſactionẽ publico inſtrumẽto mediante, in quo dictus procurator cõuentus promittit dicto Raymundo ex cauſa dictæ adminiſtrationis ſoluere per eius hæredes

vel

vel eius vxorẽ poſt eius mortem ducatos octo mille dicto Raymundo procuratori, vt ſuprà, vel eius principali. Et eſt præmittendũ, ꝙ ante dictã tranſactionem, dictus procurator donauit irreuocabiliter inter viuos ſuæ vxori vltra dotes ducatos duos mille, & vltrà, cũ iuramento, & iſta trãſactio fuit facta in ciuitate Neapoli, demũ poſt aliquot mẽſes iſte procurator præparauit ſuas ſarcinulas pro eundo extra regnũ, in quo nihil poſsidet. † Quæritur verũ pendẽte dicta 1
cõditione contenta in dicta trãſactione poſsit petere dictus Raymundus nomine quo ſuprà, vt dictus procurator idoneè caueat, ꝙ poſt eius mortem eius hæredes vel vxor ſatisfaciant dictos octo mille ducatos.

Dubiũ facit l.dedi in princ.ff.de condi. ob cau.vbi dicitur, ꝙ ſi dedi tibi decẽ, ne me cõuenias in iudicio, non poſſum petere vt caueas mihi idoneè, ꝙ non me conuenias. iſta lex allegatur per Bar. in l.in omnibus. ff.de iud.pro cõtrario ad dictã l.vbi dicitur, ꝙ ille qui tenetur ad diẽ vel ſub cõditione, poteſt conueniri ad cauendũ cum fideiuſſore. Soluit Bar. ſecundũ glo. in d.l.in omnib. videlicet, † ꝙ lex in omnibus, loqui- 2
tur in bonæ fidei iudiciis: lex, dedi, loquitur in cõtractibus innominatis & ſtricti iuris, ſed trãſactio eſt cõtractus innominatus & ſtricti iuris, vt dicit gl.in verbo, ex pacto.in l.ſiue apud acta.& ibi Bart.ver. quæro ſecundò vtrum.C.de tranſac.& ibi Bal. etiam, in ver. quærit hic Bar.& Bal.in rubr. C.de rerũ permu. ergo videtur, quòd nõ, debet præſtari dicta idonea cautio, niſi quando dictus debitor de facili poteſt præſtare dictã fideiuſſoriam cautionẽ, vt dicit gl.& Bar. in l.ij. in prin.ff.ſo.ma. †Sed cõmunis cõcluſio eſt, quòd 3
dicta fideiuſſoria cautio nõ ſolũ habet locũ in actionibus bonæ fidei, ſed etiam in ſtricti iuris: vt dicunt Ang.Ioan.de Imo.& Pau.de Caſt. & Alex. in d. l.ij.nõ habita diſtinctione, an facilè debitor poſsit inuenire fideiuſſorẽ.hoc verum cauſa ſuperueniente, puta quia debitor effectus eſt ſuſpectus, prout erat in præſenti themate: vt multũ egregiè per multa iura firmat Alex. in d.l.ij.in princip.in v.col.& ſequen.vbi hoc limitat tribus limitationibus: vt ibi per eum. Fuit per omnes votatũ, quòd ſtante dicta ſuſpitione, quòd dictus debitor retineatur, donec idoneè caueat, quòd eius hæredes vel vxor adimpleant promiſſa per eum.

DECISIO CIX.

In ius vocati vt eant, vel cautum dent.

SVMMARIVM.

1 *Actione perſonali cõuentus, cauere debet de ſtãdo iuri.*
Satiſdare de iudicio ſiſti, non tenetur poſsidens immobilia in Regno.
Regnum ponitur pro vna prouincia.
2 *Cauendum eſt de iudicio ſiſti, donec pendet quæſtio an debeat cauere.*

ACtor agit † actione perſonali contra cõuentũ, & petit, quòd reus caueat de ſtando 1
iuri, iuxta formam §.ſed hodie. Inſtitu.de ſatiſdatio. Replicat reus, ꝙ ipſe poſsidet immobilia in Regno, & ſic cum totum Regnũ ſit pro vna prouincia: vt dicit Lucas de Penna, in l.fin.C.de diſcuſſoribus, lib.x.nõ tenetur ſatiſdare, vt in l.ſciendum.ff.qui ſatiſd.cog.reſpõdit actor, ꝙ donec cõſtet, ꝙ poſsideat bona immobilia in Regno, debet cauere iuxta formã dicti §.ſed hodie: quia interim poſſet recedere, & ſic iudiciũ eſſet eluſorium. †Fuit pariter 2
votatum

votatum in Consilio, quòd iste casus non reperitur in specie decisus. Sed bene potest iuridicè decidi per titulum, in ius vocati vt eant aut satisdent. vbi præstetur fideiussio de eundo ad iudicem, & postea præstatur cautio de stando iuri. Idem dicit Alexan. in l. iij. §. si quis in ius voc. non ierit. Et cõclusum fuit, quòd reus caueat iuxta formam iuris de stando iuri donec probauerit se possidere bona stabilia in Regno, & hoc constituto, sit annullata dicta fideiussio.

DECISIO CX.

De nõ numeratæ pecuniæ exceptione.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio non numeratæ pecuniæ potest in contractu mutui, per debitorem etiam post biennium opponi, si probatum fuit de non solutione, 2.*
Confessio geminata an excludat ab exceptione non numeratæ pecuniæ.
2 *Exceptio non numeratæ pecuniæ quando proponi possit post solutionem.*
Prorogatio intelligitur facta, iuxta qualitatem primæ obligationis.

Vincentius de foresta, est obligatus ex causa mutui ad soluendum Ioan. Colæ ortilæ duca. lx. elapso biennio exequitur obligatio in magna Curia contra Vincentiũ in certis bonis mobilibus. Facta executione, Vincentius vult probare, quòd pecunia nõ fuit numerata, & q̃ causa, per quã fuit facta obligatio non fuit secuta, & hoc probat per confessionem Io. Colæ ortilæ pro-
1 batã per testes. † Ioan. Cola in contrariũ post istã confessionẽ producit instrumentũ factum post dictã confessionẽ, per quod apparet q̃ Io. Cola ortila prorogauit terminum solutionis dictorũ ducatorũm lx. virtute obligationis debitorũ, & sic virtute geminatæ confessionis excluditur ab exceptione non nu. pe. per id q̃ dicitur in l. in cõtractibus. C. de non nu. pe. & facit l. cùm fidẽ. C. eod. tit. In contrariũ dicitur, q̃ dicta prorogatio intelligitur facta, iuxta qualitatẽ primæ obligationis. arg. in l. cũ stipulatus sum mihi à
2 Proculo. ff. de ver. obli. † sed cõtra obligationẽ poterat promittens post bienniũ probare de non numeratione: vt plenè per Io. de Imo. in c. fi. de sol. & Bal. in l. si sub specie. C. de postulando. Bal. & Sal. in l. si nõ singul. C. si cer. pe. Fel. in c. si cautio. v. char. de fi. instr. Idẽ post prorogationem. & pro hoc allega. glo. Cy. &
3 Albe. de Rosa. in d. l. cũ fidẽ. C. de non nu. pecu. † vbi licet post solutionẽ, nõ possit allegari exceptio nõ nu. pec. tamẽ post secundã & tertiam promissionẽ sic. Et ita fuit votatũ in sacro Cõsilio. Benefacit quod dicit Ludo. in l. si verò. §. de viro. ff. sol. mat. Et sic fuit dictũ, q̃ executio virtute dictæ obligationis retractetur.

DECISIO CXI.

De dote sub cautione obligationis bonorum feudalium data, & de reuocatione ipsius.

SVMMARIVM.

1 *Assensus Regis, an possit per vxorem mortuo viro impetrari, iure obligationis bonorum feudalium, non obstante reuocatione per heredem facta.*
2 *Alienatio feudi sine Regio assensu, reuocari iure proprio potest, per alienantem vel suus heredẽ, nisi in dote.*
3 *Fraus excepta intelligitur in omni dispositione legali.*
4 *Reuocatio alienationis feudi præcedens Regium assensum, fraudem arguit.*
Maiorum nostrorum magna est auctoritas.
5 *Alienatio feudi facta in augmentum feudi, permissa est sine consensu domini.*
Alienatio feudi in proximũ, immediatè successurum, sine assensu valet.
6 *Alienatio in fraudem non præsumitur, quando fit pro vxore ducenda.*
Feudum obligari nõ potest, pro dote irrequisito principe d. assensu quod si fecus non reuocatur ante r. quisitionẽ.
Maritus in eadem voluntate mori præsumitur, in qua permansit in vita.
7 *Heres futuro dotis, tenetur habere ratum defuncti factum, maximè fauore dotis.*
Donatio facta alteri, vt postea donet ecclesiæ, an possit reuocari per donantem in ecclesiæ præiudicium: & an ius illud reuocandi transeat in heredem.
8 *Feudum ex pacto & prouidentia obligatum pro dote sine Regio assensu, reuocatur per heredem, secus in feudo hereditario.*
Verba generalia reuocatoria, non capiunt illud, quod in specie non posset reuocari.
Verba generalia, non adaptantur ad impossibilia proferentium.
Ius reuocandi, non transit ad heredes.
9 *Mentio de notatu dignis specifice fieri debet, & non generaliter.*
Specificanda sub generalitate non includuntur.
10 *Alimentorum legatum, non venit sub legato, non ademptione in genere.*
Dos æquiparatur alimentis.
Dos succedit loco legitimæ.
Dotis contractus, non venit in generali contractus reuocatione.
11 *Legatis pijs, iure legitimè, & doti nunquàm sub generalitate videtur derogatum.*
Generalitas quando in specialitatem vertatur.
12 *Clausula generalis, an possit de vno tantum verificare.*
Filij lucris nuptialibus priuari non possunt.
13 *Reuocatio generalis, non extenditur ad obligationes iuratas.*
Statuta per Papam, aut Imperatorem abrogata, an includant iurata.
14 *Saluus conductus, non extenditur ad contractũ iuratũ.*
15 *Maritus an possit pro dote vxoris bona filij heredis aliunde quæsita obligare, si filius nullum confecit inuentarium, vel minus iuridicè.*
Defunctus an bona heredis obligare possit.
16 *Alexander de Imola, aliter in lectura, & aliter in consilijs dicit.*
Dicere pro Titio & nomine Titij, idem est.
Heres adeundo hereditatem sine inuentario, videtur quasi contrahere.
17 *Hypothecaria accedit obligationi personali.*
Heres per aditionem, videtur ratum habere obligationem bonorum heredum factam per defunctum.

Fuit dubitatum, † ecce maritus habet bona 1
feudalia, recipit dotem, & proinde obligauit omnia bona sua burgẽsatica & feudalia saluo Regio assensu. Moritur maritus, superstite filio ex anteriori matrimonio eius herede cum beneficio inuentarij: antequam vxor im-

petret assensum Regium. Hæres mariti reuocat gene-
raliter omnem alienationē & obligationē bonorum
feudaliū factam per eius patrem virtute constitutio-
nis Regni. Postea vxor impetrat Regiū assensum,
super obligatione bonorū feudaliū pro dote. An telis
reuocatio noceat mulieri. Prima facie videtur, ꝙ
sic: quia constitutio Regni, constitutionem diuæ me-
moriæ, permittit obliganti vel alienanti feudū, reuo-
care ipsam alienationē vel obligationem sine Regio
assensu factam, tanquàm nulliter factam, tamen ex iuris
2 dispositione, † quia cauetur ꝙ si quis sit alienās feudū,
alienatio sit nulla: vt in l. Imperialē. cum concor. de
prohi. feudi ali. per Feu, quàm vigore dictæ constitut.
Regni: quæ constitutio nouū ius inducit, quo ad hoc,
vt sicut primitus perdebatur feudum per alienationē:
per constitutionē non perditur, sed permittitur alie-
nanti iure proprio vel iure speciali reuocare aliena-
tionem feudi, & sic venire contra factum proprium.

Tamen hoc non obstante in casu de quo quæritur,
fuit visum, quòd talis reuocatio nō nocet mulieri ex
3 multis rationibus. † Et primò, semper in omni di-
spositione legali intelligitur fraus excepta. l. Imperia-
lem. §. j. de probi. feud. ali. per Fed. Maxima fraus esset,
si mulier quæ dedit dotem sub cautione obligationis
bonorum feudaliū reseruato Regio assensu deciperetur in eius restitutione propter ipsam reuocationem.
vbi in petitione ipsarum dotium, id est, tempore quo
petuntur dotes, interuenit Regius assensus. Intelli-
getur ergo constitutio permittens reuocationē con-
tractus feudalis: vt talis reuocatio tūc possit fieri iure
proprio, quando princeps fuit interpellatus vt assen-
tiret, & expressè tenuit: tunc permittatur contrahēti
reuocare non obstante iuramento, quòd tacitā con-
ditionē habere videtur, si dominus alienationi con-
sentiat. arg. c. venientes. de iureiu. & de rescrip. c. con-
stitutus. secundū Lucam de Pen. in l. nulli. C. de fundis
patri. lib. xj. vnde antequàm princeps sit requisitus an
velit consentire, & antequā ipse Rex recuset, est pro-
hibita reuocatio ipsi cōtrahenti. Si ergo princeps cō-
sensit, licet reuocatio præcessit, talis reuocatio vide-
tur facta in fraudem ipsius mulieris, † meritò non de-
4 bet valere. Et quidam antiqui practicantes, videlicet
dom. Ant. de Alex. & do. And. de Mariconda, dicebāt,
quòd ipsi viderunt, ꝙ de huiusmodi reuocationibus
præcedentibus Regium assensum, interdum non fuit
habita aliqua ratio: ex quo videtur in fraudem facta.
Profectò ista est maxima restrictio ad dictā const. nō
Regni, & hoc pro nunc non affirmo esse verum secū-
dum meā conscientiā, quia mens & verba dictæ cōsti-
tutionis non sonāt hanc restrictionem, sed magna est
auctoritas maiorum nostrorum. Melius videtur mihi
posse dici, quòd dicta cōstitutio permittit cōtrahenti
de feudo iure proprio, reuocare contractū factum de
feudo sine cōsensu domini, quia hoc ipso præsumitur
dolosus contractus. Sed contra istā præsuppositionē,
potest contrariū probari, quòd non in fraudem, puta
5 † quia facta fuit alienatio in augmentum feudi, quo
casu licita est alienatio feudi: vt dicit And. de Iser. in
dicta cōstit. Constitutionem. & And. in c. j. an ille qui
interfecit fratrē domini sui. in additione. & in l. Im-
perialē. in princ. de prohi. feud. alie. per Fede. vel quia
est facta alienatio in proximiorē agnatū immediatè
successurū: vt in c. j. per And. de aliena. feudi paterni.
& in c. j. §. sed res. per quos fiat inuestitura. Bald. in c. j.
de ali. feud. Vnde si probetur, ꝙ non dolosè facta fuit
alienatio, non permittitur reuocatio, vt sentit glo. in
dicta constit. in verbo, reuocare. semper enim dolosa
præsumitur, & reuocatur à cōtrario sensu. Sed cer-
tum est, ꝙ † producēda vxore, non præsumitur quòd 6
obligatio bonorū feudaliū; fiat in fraudē. verum est,
ꝙ non potest obligari feudū sine Regio assensu, pro
dote, sed si obligetur saluo Regio assensu, non potest
reuocari, antequā princeps sit requisitus, si vult assen-
tire: si assentit, reuocatio præcedens nihil valet, quia
obligatio non fuit fraudulēter facta, & ideo non po-
tuit reuocari. Si enim princeps requisitus nō assensit,
sine dubio pōt reuocare; vnde si constat, ꝙ fraus præ-
sumpta cessauit, non permittitur reuocatio, ante re-
quisitionē factam ipsi principi; & ista videtur mihi ꝙ
sit mens dictæ cōstitutionis. Secūdò, maritus toto
tēpore quo vixit, non reuocauit obligationē bonorū
feudaliū, & sic cum eadem voluntate mortuus est: vt
in l. cum hic status. §. ij. ff. de do. inter virum & vxo. l.
cùm tacitum. ff. de proba. not. in l. siue possideris. C. de
proba. hæres eius vbi posset reuocare, in dote, † fauo- 7
re dotis tenetur ratū habere factū defuncti, & sic non
potest reuocare. tex. in l. si ego. §. si res. ff. de iure. dom.
vbi fauore dotis, & ne mulier remaneat indotata, ne-
cessitas imponitur hæredi cōsentire ei quod defunctus
fecit, vnde licet maritus potuisset ipsemet reuocare,
tamen si non reuocauit, non potest in dote hæres eius
reuocarē, per d. §. si res, & facit quòd not. Bar. in l. qui
Romæ. §. Flauius. ff. de verb. oblig. vbi si quis donauit
alteri fundū, vt post certum tempus esset ecclesiæ, iste
contractus potest reuocari per ipsum donantē, per l.
iij. ff. de seruis exportan. & tamen illud ius reuocandi,
non trāsit ad hæredē, secundùm Bar. ibi. & Bal. in l. cū
à socero. C. de iure do. ubi allegat d. §. si res. ponens ibi
causam in terminis in do. §. si res. vbi fauore dotis ius
reuocandi cōpetens defuncto, non competit hæredi:
& sic ista talis reuocatio non nocet mulieri, quando
feudū esset hæreditariū. † Secus quando esset ex pacto, 8
& prouidentia, per c. Titius. si de feu. fue. cōtro. inter
do. & agna. Illud secundū motiuū est fortissimum. Et
per consequens sub istis verbis generalibus reuocato-
riis, nō venit illud, quod in specie nō posset reuocari:
vt est tex. in c. tua. de decimis. & in c. ecclesia. de cōsti.
per do. Ant. de But. & in c. fi. de immu. eccle. in vj. vbi
verba generalia, nō adaptātur ad ea, quæ sunt impos-
sibilia de iure ipsius proferentibus verba generalia.
voluit Bal. in l. fi. §. in cōputatione. de iure deli. & in l.
omnes populi. de insti. & iure. Eò maximè, ꝙ cōsti-
tutio Regni permittit solū eisdem contrahentibus &
alienātibus reuocare, nō dixit hæredibus. vnde ad hæ-
redes extēditur: qa ius reuocādi non trāsit ad hæredes.
l. fin. C. de reuo. dona. Tertiò, † de eo quòd est not- 9
dignum debet fieri expressa & specialis mētio, & non
sufficit in genere mentionē facere. l. apud Labeonē. §.
hoc edictum. ff. de iniuriis. Bar. in l. j. §. non fuit autē.
ff. de dolo. Alexā. in j. vol. consi. ciiij. in fi. Sed recipere
dotem, & pro ea obligare feuda reseruato Regio as-
sensu est notatu dignū. Vnde reuocando generaliter
obligationes feudorum, in ista generali reuocatione
non venit reuocatio huius obligationis bonorū feu-
dalium pro dote, nisi specificè facta fuisset mentio.

Quartò ad idem facit. certum est, quòd ista obli-
gatio bonorum feudaliū, in casu restitutionis dotiū,
facta fuit in fauorē vxoris, ne vxor remaneat indota-
ta, &

ta,& sic fauore dotis, si postea sequatur generalis reuocatio obligationũ bonorũ feudalium, non videtur derogatũ dictæ speciali prouisioni & obligationi bonorum feudaliũ pro dote. allegatur dictum Bal. Perusini moderni in tractatu de specialibus in doub. per tex. in l. libertis. §. posthumis. ff. de alimen. & ciba. leg.
10 †vbi factis certis legatis, & legatis alimentis, si testator de legatis ademit tertiã partem sub ista generali ademptione, non videtur aliquid ademptum legato alimentorũ. Istũ tex. allegat Ludo. Ro. in l. sed & si quis. §. quæsitũ. ff. si quis cautio. vbi dicit, quòd in generali oratione non venit quid fauore alimentorũ, per tex. in d. §. posthumis. Idem dicendũ est in dote æquiparãdo dotẽ alimentis, vt in generali reuocatione cõtractus non veniat reuocatio contractus dotis, nisi specificè fiat mentio. Et pro hoc facit, quia cum dos succedat loco legitimæ l. quoniã nouella. C. de inof. test. cum si. sub verbis generalibus non videtur derogatũ iuri legitimæ: & per cõsequens nec doti. l. si quãdo. §.
11 & generaliter. C. de inof. test. & quãdo aliquid † deber fieri verbis specialibus, nõ sufficit quòd fiat verbis generalibus: vt in d. §. & generaliter. & Angel. in l. de his. ff. de trãsa. accedãt no. per Ale. in consi. cxxiij. in j. co. in iiij. vol. Itẽ quia in restitutione fideicõmissi, non venit restitutio legati pro dote, vt cõsuluit do. Franc. de Are. in cõsi. cliiij. Sed destruitur & confunditur ista quarta cõsideratio, ex eo, quòd in processu nõ apparet maritũ fecisse aliam alienationẽ bonorũ feudaliũ, vel obligationẽ bonorum feudaliũ sine assensu. Tunc talis reuocatio generalis non refertur nisi ad illã alienationem, quæ apparet. Ista cõclusio probatur per id quod voluit Bal. in auth. hoc inter liberos. C. de testa.
12 vbi dicit, † quòd clausula generalis derogatoria sufficit, quãdo vnũ tantùm præcedit, ad quod solum, & nõ ad aliud referri potest, quia tũc circa id tantũ operatur. Idem voluit Abb. in c. pastoralis. §. quoniã. j. col. de rescrip. & in c. ex parte. el. j. de offi. deleg. Et pro hoc est tex. in l. Labeo. §. cum quæritur. ff. de au. & arg. leg. quẽ tex. ad hoc alleg. Ludo. Ro. in d. l. sed & si quis. §. quæsitum. ff. si quis cautio. Bene antẽ concedo, quòd ista reuocatio sit generalis, & nõ extẽditur ad obligationem pro dote. & pro hoc allego tex. in §. solu. in auth. de nupti. vbi filij. non possunt priuari lucris nuptialibus, nisi expressim in aliũ transtulerim, non quidem verbis generalibus, sed specialibus. Et sic probat iste tex. quòd sub generali oratione non cõprehenduntur dotes, & lucra nuptialia. & sic sub ista generali reuocatione non cõprehenditur reuocatio obligationis dotiũ, etiã quòd non apparet de alia alienatione: quia
13 hoc est speciale fauore dotis. † Et quòd hoc sit verum etiam, quãdo non haberet alia bona pater, nisi lucra nuptialia, & instituerit hæredẽ extraneum in bonis suis, certe non intelligitur de lucris nuptialibus per illum textũ, qui est satis ad propositũ. Item ista generalis reuocatio, nõ extẽditur ad obligationes iuratas, nisi specificè dicatur, quòd reuocat obligationes iuratas. pro hoc allegatur glo. fi. in c. cum non deceat. de ele. in vj. per quã glo. dicebat Ang. in l. j. §. quæ onerandæ. ff. quarũ rerum actio non datur, quòd si Imperator vel Papa cassat cõsuetudines vel statuta, nõ intelligitur cassare statuta iurata. Idẽ dicit Ioã. And. in c. j. de fin. presby. in vj. Inno. & Io. de Imo. in c. dilecto. de præb. & do. Abb. in c. j. de his quæ fiunt à maio. par. c. tenẽt Cy. & Sali. in l. fin. C. si cõtra ius. Inno. in c. cum inter. de renun. Alex. in j. vol. cõsi. xxvij. vlti. col. & in eodẽ vol. cõsi. cxxv. in ix. col. & in ij. vol. cõsi. cxxv. in vij. col. & in ij. vol. cõsi. xxxvij. in vij. col. & in iiij. vol. consi. cij. ij. col. † Et ideo saluus cõductus nõ extenditur ad debitũ iuratum, si non facit mentionẽ de iuramẽto: vt consuluit idẽ Alex. in ij. vol. cõsi. cciij. in fin. 14
& idẽ in iij. vol. consi. xxxviij. in ij. col. & dictum fuit suprà, deci. v. Vnde fuit cõclusum, quòd talis hæres nõ potest reuocare obligationẽ bonorũ feudalium pro dote. Et hæc fuit in causa comitissæ Ogenti cõtra comitem Castri. Secundũ dubium est vtrum pater pro dote quam recepit, potuit obligare ne dum bona sua; sed etiã bona hæredis sui, quæ ad eum peruenerunt ex successione materna, † quãdo ipse filius nullũ cõficit 15
inuentariũ, vel non legitimũ. iuxta l. fi. C. de iure delib. Io. Fabri. Insti. de actionibus. §. fuerat. tenet, quòd defunctus nõ potest obligare bona hæredis. Idem tenent Cyn. & Sali. in l. assiduis. C. qui po. in pig. ha. Idẽ tenẽt Io. de Imo. Pau. de Cast. & Franc. de Aretio in l. si hæredis seruus. ff. de leg. j. Idẽ tenet Albe. de Rosa. in l. ij. C. commu. de successio. & in d. l. assiduis. & Bal. in d. l. j. C. cõmu. de leg. Sed in contrariũ, quòd defunctus possit obligare bona hæredis, tenuit Bal. & Ang. in d. l. assiduis. qui dicit sic fuisse per eum consultum. & ita etiã consuluerunt Doct. Florentini secundum eum. & ita fuit iudicatũ Perusij. Idem tenet Bal. in l. si vxor. C. de bonis auto. iudi. possidẽ. & in l. vbi adhuc. ix. col. C. de iure do. & in l. j. ff. sol. mat. & Pau. de Cast. in consi. viso puncto. & Alex. in ij. vol. consil. clxxij. & in consi. ccvij. & in iiij. vol. consi. xj. & consi. xcj Sed idem Alexan. in d. l. si hæredis seruus. ff. de leg. primo,
† aliter dicit, quàm in consiliis. Nam in lectura dicit, 16
quòd si defunctus obligat bona sua & bona hæredis nomine hæredis, tũc potuit obligare. Sed si obligauit bona sua & hæredum, tunc non sunt obligata bona hæredũ. Ego & aliqui domini mirabamur de ista distinctione, cum in effectu idẽ est dicere pro Titio, & nomine Titij: vt dicit Bar. in l. j. §. nuntiatio. ff. de ope. noui nuntia. dum allegat l. fideicõmissa. §. interdum. ff. de legatis tertio. Et ideo totum Consilium fuit in opinione, quòd defunctus potest obligare bona hæredis per hanc rationem potissimam: hæres adeundo hæreditatem sine beneficio inuentarij, videtur quasi contrahere, & obligare actione personali, cui personali accedit hypothecaria: vt in l. j. in fin. ff. de pig. act.
† Vnde obligante defuncto bona sua & suorum hæredum, per actum aditionis, videtur hæres ratificare illam obligationem bonorum hæredum factam per defunctum. Et dicebant domini de Consilio, quòd huic rationi non respondẽt Doctores, qui tenent contrarium, & in ista ratione fundantur consilia Alexãdri, suprà allegata. Et licet Franciscus de Aretio in d. l. si hæredis seruus, conetur respondere, tamen fuit dictũ, quòd non sufficienter respondit. Et propterea fuit communi voto conclusum, & postea sententiatum, quòd defunctus potest obligare bona hæredis non cõficientis inuentariũ. Et fuit in causa comitissæ Ogenti contra comitem Castri, vbi fuit iudicatum assistentiam esse præstandam pro dotibus xviij. milia ducatorum super bonis defuncti possessis per eum, quæ in veritate erant ipsius filij comitis Castri, qui dixit se hæredem patris. & nullum demonstrauit inuẽtarium confectum infra legitima tempora. hæc sententia fuit die xxiij. Decembris, primæ ind. M. cccc xcvij. 17

ADDITIO.

Quæ causæ priuent vasallũ à feudo, tractat Anch. consilio cclxxvij. nu. 2. & ex quibus causis perdat feudum, Hippo. in singu. incipi. Vasallus.

DECISIO CXII.

De alienatione patris de bonis filij.

SVMMARIVM.

1 *Alienatio feudi facta per patrem sine filij consensu interueniente Regio assensu an possit per filium reuocari.*

2 *Ius reuocandi alienationem feudi, an transeat in successorem, & in quo feudo habeat verum.*

Feudum in quo viuitur iure Francorum, non potest per patrem alienari in præiudicium primogeniti.

3 *Feudum paternum filius non potest habere nisi sit hæres, quamuis cum fecisset inuentario adueniat.*

4 *Filius & hæres non potest contra factum patris venire.*

5 *Feudum nouum quando dicatur, licet etiam sit paternum.*

6 *Feudum nouum potest alienari per patrem cum Regio assensu sine filij consensu.*

7 *Fiscus quod impugnari nequit, nec causa habens ab eo.*

8 *Assensus Regis præstitus super alienatione feudi non præiudicat Regi, quòd alienante sine descendentibus mortuo non reuocatur per Regem.*

Dominus consentiens vasallo feudum alienanti, videtur ius suum remittere.

INter dominam Lauram Pignatellam relictam quondam Thomasij Guidacij filij quondã domini Cicci Antonij Guidacij de Neapoli, singularissimi legũ doctoris & famosi, tutricem Antonij Guidacij eius filij vtiles dominos terræ Mirabellæ ex vna parte. Et magnificũ dominũ Gasparẽ de Aquino ex parte altera. Vertitur lis in sacro Consilio, super medietate cuiusdã territorij seu massariæ de pertinẽtiis dictæ terræ Mirabellæ. In qua causa multa in facto & in iure fuerũt discussa. Solum ego referã decisionem vnius dubij, quod mihi videtur dignũ recitatione. Et dubium est, ex quo quondã dominus Raymundus de Lautrico vtilis dominus dictæ terræ Mirabellæ vendidit cum Regio assensu per necessitatẽ, vt satisfaceret certis suis creditoribus medietatẽ dicti territorij, siti in pertinentiis Mirabellæ, dicto magnifico Gaspari pro vnc. xxx. ei
1 solutis per dictum emptorem. † Verum talis venditio præiudicet Ioã. Bernardino eius filio vt asseritur, qui non cõsensit in dicta venditione. Et posteà mortuus fuit dictus Raymundus superstite dicto Ioan. Bernardino: & dicti agentes post mortem Ioan. Bernardini prędicti sine descendentibus prętendunt se succedere in illo iure ex Regia concessione. Et fuit conclusum in hoc dubio, Quòd aut istud castrum in persona Raymundi est feudum antiquum: aut est feudum nouum. Si est feudum antiquum, aut est feudum ex
2 pacto & prouidentia, aut hæreditariũ. † Primo casu, si est antiquum, quia dicitur, quòd dictum castrum Mirabellæ fuit patris ipsius Raymundi: & tunc aut istud feudum est ex pacto & prouidentia, & confecto inuentario poterit reuocare, vt in c. Titius. si de feud. fue. controuer. cum cõcordan. ibi alleg. Idem si in eo viueretur iure Francorũ, qui non potuit alienari per patrẽ in præiudiciũ filij primogeniti: vt est clara decisio Andr. de Iser. in c. j. §. hoc quoque, de successio. feudi. & ideo habentes feuda antiqua, in quibus viuitur iure Francorum, non alienant sine consensu filij primogeniti, & sine eius consensu facta ei non præiudicant. Ego tamẽ vidi declaratoriã Regis Alfonsi primi de hoc. Sed dictum feudũ Mirabellæ non est ex pacto & prouidentia, nec in eo viuitur iure Francorũ. Ideo istud caput non facit ad hanc causam. † Si verò 3
dictum feudũ antiquum est hæreditarium concessum sibi & hęredibus, prout dicit forma inuestiturę patris dicti Raymundi. Et isto casu ex quo filius non potest habere feudũ paternũ nisi sit hæres, vt in c. j. an agnatus. & in c. j. §. j. de cap. qui curiã vendidit. & in c. j. per And. de ali. feudi paterni. & in d. §. hoc quoque etiã quod fecisset inuentariũ, nihil operatur in feudo hæreditario, secũdùm And. in d. c. j. an agnatus. & in c. j. de ali. feud. pa. non põt filius & hæres patris venire cõtra alienationẽ eius factã per patrem cum cõsensu Regio: † quia 4
filius & hæres non potest venire contra factũ patris. l. cùm à matre. C. de rei vendic. l. quæ à patre gerũtur. de testamen. mili. cum similibus. hanc conclusionem vltra And. de Iser. firmat Ioan. And. in additio. Spec. in tit. de feudis. §. fin. in additio. quæ incipit, debet dicere &c. quam ad præsens propositũ allegauit Alexã. de Imo. in v. vol. consil. xxviij. incipiente, in causa & lite vertente. Igitur sicut iste filius Raymũdi non potest infringere dictã venditionẽ factam dicto Gaspari, per cõsequens nec habẽs ius ab eo ex eius persona.

Secundo casu si feudũ Mirabellæ in personã dicti Raymundi est nouum. Et profecto nouũ dici potest, ex quo in Regia inuestitura facta dicto Raymundo adiecta est noua qualitas, † & est addita noua forma: 5
quia dictum est quòd dictus Raymundus habeat partem dicti castri. Mirabellæ stante pace inter dictum Raymundum & Leonetum Lautricum, & non stante pace nihil habeat dictus Raymundus, & sic ratione huius nouæ qualitatis inuestitura dicti Raymundi in eius persona reputatur feudum nouum, licet fuit paternum. hoc voluit Oldra. in consi. clxxviij. incipiẽte, Factum tale est, quidã nobilis. vbi dicit quòd videtur nouum feudũ ratione nouarum conuentionum &c. Et dicit Bald. in c. j. an agna. in viii. col. quod noua causa facit nouum feudum. & idem dicit idem Bal. in l. Imperialẽ §. insuper. in fi. de prohibi. feudi alie. per Fede. & idem Bal. in l. j. ij. col. ff. de rerum diui. & idem dicit Paul. de Cast. in consi. ccxxxij. & Bal. in consiliis suis. cxvij. incip. verba inuestituræ. Itẽ dicit Bal. quod quãdo fit noua inuestitura: quia fit sub nouis pactis, videtur tacitè feudũ in manibus Regis inuestiẽtis refutari. Et deinde per Regẽ ipsum refutantem de nouo inuestiri. in c. j. versi. iij. istud videtur. de alie. feu. & refert & sequitur Francis. de Areti. in consi. iij. † Sed clarũ est, quod 6
pater habens feudũ nouũ, si illud alienat cũ consensu Regis, filius nõ potest cõtradicere, vt firmat expressè And. in c. j. de aliena. feu. paterni. & Bal. in c. j. de vasal. decre. æta. & Ioan. de Imo. in l. filiusfa. §. cum pater. in princ. ff. de leg. j & in l. si domus. §. fi. in fi. eod. tit. & in cap. potuit. x. col. de loca. & Alexan. de Imol. in v. vol. in dicto consilio. xxviij. Igitur iste assertus filius Raymundi si fuisset viuus non posset alienationẽ factam dicto domino Gaspari per suum patrem infringere, ergo nec alius eius successor. Et tantò magis, quia dictus Ioan. Bernardinus nunquã eo viuo contrauenit, & mortuus fuit sine filiis, & fiscus ei successit. & dicti actores habẽs causam à fisco. † Si ergo fiscus nihil 7
posset dicere contra dictum Gasparem. ergo nec habens causam à fiscu. quòd autem fiscus nihil possit dicere

cere contra Gasparem, patet manifestè. nam fiscus vi-
delicet Rex assentiit venditioni factæ dicto Gaspari
pro se & hæredibus suis per dictũ Ioã. Bernardenũ de
medietate dictæ Massariæ, esto quòd venditor postea
moriatur sine descendentibus, & fiscus ei succedat
propter assensum præstitum in dicta venditione, non
resoluitur dicta venditio per mortem venditoris sine
filiis: vt concludit And. de Iser. in c. j. qui successo. te-
neatur. & in c. j. §. & si clientulus. de ali. feudi. & in c. j.
§. qui ergo. de inue. de re. ali. facta. & in c. j. §. sed nec est
alia. quæ fit in prima causa bene amit. & in d. l. Impe-
rialem. in fin. princ. & Pet. de Ancha. in consil. lxij. vbi
allegat bonum text. in c. vnico, de iure patr. lib. vj. &
1 dicit Bal. in d. c. j. de ali. feu. iiij. col. † quòd quis potest
alienare feudum de cõsensu domini, & tunc domino
consentiente præiudicatur in totum, & excluditur ab
omni iure suo: vt dicunt Iaco. de Are. Cy. & Bald. in l.
dotalem. ff. sol. matri. quod si dominus consentit va-
sallo vendẽti feudum, quòd videtur remittere totum
ius suum ad hoc bene facit quod dicit Bar. in l. qui Ro
mæ. §. duo fratres. in viij. q. ff. de ver. obl. Ideo ex præ-
dictis & aliis rationibus. Fuit votatum per sacrum
Consilium, quòd dictus Gaspar absoluatur ab impe-
titione dictorum actorum.

ADDITIO.

Feuda de consuetudine regni Franciæ an alienari
possint sine domini voluntate, consuluit Bertrandi
parte ij. cons. xviij. nu. 4. Quæ in Francia vasallorum
sunt patrimonia. idem parte j. consi. excj. nu. 7. & adeò
sunt alterata, vt redacta sint ad instar patrimoniorũ.
idem parte j. consi. cclxxvj. num. 7. Chassãneus consil.
lxvj. num. 1.

DECISIO CXIII.

De tabulis exhibendis, & testamento falso non authenticando.

SVMMARIVM.

1 *Notarium an exhiberi possit ne testamentum extrahat de falsitate suspectum.*

2 *Practica quòd testamẽtarij testes examinentur diligenter in suspitione falsitatis testamenti, & qualiter.*

F Vit dubitatum: si dicatur, † quòd testamẽ-
1 tum est falsum, & nullum, quod est penes
notarium, an possit iudex parte petente
mandare notario, quòd illud non reassu-
mat in formam publicam, donec aliter fuerit proui-
sum. Fuit conclusum in Consilio, quòd fiat manda-
tum pœnale dicto notario, quòd dictum assertum te-
stamentum non reassumat in formam publicam, do-
nec aliter fuerit prouisum, & hoc per not. per Bartol.
2 in l. fi. in fi. ff. de tab. exhib. † Et fuit hęc practica serua-
ta per sacrũ Consilium, quòd testes descripti in testa-
mento exhibito in sacro Consilio examinentur dili-
genter cum interuentu vnius consiliarij mediante iu-
ramento vocatis quorũ interest: & si testes ipsi dicant
in eorum depositione in fauorem testamenti, tunc
detur licentia per sacrum Consilium notario, quòd
dictum testamentum reassumat in publicam formã.
Si verò deponat contra testamentum, publicẽtur ipsi
testes, & detur copia eorum depositionum partibus:
& detur ipsis partibus terminus ad defendendũ super
ipsa reassumptione petita. Et proceditur super causa
petitionis hæreditatis intentatæ per hæredes ab inte-
stato contra scriptos hæredes in testamento asserto,
hæc practica fuit obseruata in causa testamenti do-
mini Martini Marizalis per sacrum Consilium.

DECISIO CXIIII.

Si sæpius in integrum restitutio postuletur.

SVMMARIVM.

1 *Restitutus in causa principali, an restituendus in processu executiuo liquidationis, si sit minor, vel mulier, vel ecclesia.*

Restitutiones pendente lite postulatæ non curant læsionis probationem.

2 *Restitutiones plures etiam minoribus concedere non est licitum.*

Beneficium restitutionis in principali causa concessum, non impedit secundum concedi in causa liquidationis.

3 *Renunciatio & cõclusio nihil obstant quo minus læso minori secundum beneficium concedatur.*


N sententia diffinitiua aliquid fuit reser-
uatum liquidari post sentẽtiam, † vtrum 1
dato termino ad probãdum super liqui-
datione & facta publicatione in causa si
vna ex partibus est mulier, vel minor, vel ecclesia, &
petatur primum beneficiũ super liquidatione, si sibi
sit concedendum, & quando illę restitutiones petun-
tur, pendente lite de iure non est necesse probare læ-
sionem, vt dicunt Math. & Paul. de Leaza & Card. in
xx. q. in Clemen. de resti. in integ. sed sufficit læsionem
allegare. idem Bart. in l. ij. ff. de in inte. resti. Et fuit de-
cisum in Consilio, quòd si primum & secundum be-
neficium fuit concessum in causa principali ante dif-
finitiuam sententiam, quòd non est concedendum
nec primum nec secundum beneficium, quia essent
plures restitutiones, † quod non est licitum: vt dicit 2
Bal. in l. j. & ij. C. si sepius in integrũ resti. postuletur.
& Andr. de Iser. in constit. Regni, obscuritatem. si autẽ
in causa principali non est concessum nec primum
nec secundum beneficium, quòd debet cõcedi in cau-
sa liquidationis: & si vnum tantùm fuit concessum in
causa principali, potest concedi secundum beneficiũ
in causa liquidationis: quia conclusio & renuntiatio
in causa non habet obstare, † quia hoc ipso quòd re- 3
nuntiauit, est læsus: vt in l. interdum. & l. si iudex. ff. de
mino. & tenet And. in dicta cõsti. obscuritatem. Et ita
fuit postea bis determinatum in Consilio in diuersis
causis: vt patet suprà deci. xxxv.

DECISIO CXV.

De scripturis publicis impugnatis probandis post conclusionem in causa.

SVMMARIVM.

1 *Scripturæ publicæ productæ non planè comprobatæ, quæ post causæ conclusionem improbantur an possint defendi, & pars ad illas comprobandas venias admittenda.*

2 *Conclusio causæ tacitè videtur reuocata in admittendis post conclusionem articulis.*

Iudex tacitè vel expresse potest suam reuocare interlocutoriam.


N causa illorum de Percatiis fuit excita-
tum, † si ante cõclusionem in causa sunt 1
præsentatæ scripturæ publicæ, quæ indi- 2
gent comprobatione, deinde partes fece-
runt conclusionem in causa, demum pars, quæ præ-
sentauit scripturas, videt, quòd illæ scripturæ impu-

gnantur, petit terminum ad ipsas cõprobandas. Verũ talis terminus sit dandus. Fuit determinatũ in Consilio ad veritatem indagãdam recisa dicta conclusione tacitè vel expressè ex causa iusta, vt dicunt domini
2 de Rota, decisio. quinta, †quòd si post conclusionem admittuntur articuli, tacitè videtur reuocata conclusio. & patet in decisio. Bellame. decisio. lv. & decisio. lvij. Nam iudex tacitè vel expressè potest reuocare suam interlocutoriam. c. cum cessante, de appella. l. quod iussit. ff. de re iudi. Ita expresse firmat Abb. Sicu. in c. quoniam contra. in ix. col. in gl. in verbo, productionis. de probationi. quòd detur terminus ad impugnandũ & cõprobandum dictas scripturas. Et hoc potissimè fuit decisum auctoritate decisionis Rotæ. vj. ar. no. per Inn. in c. illud de præsum. & de verb. sig. c. veniens. Sed si illæ scripturæ fuissent priuatæ. Sacrũ Cõsilium subsistit, vt melius & maturius deliberetur.

ADDITIO.

a *Conclusionem.* An post conclusum in causa, detur terminus ad probandum scripturas productas ante conclusionem, vide j. in deci. xxvij. & ccxvj.

DECISIO CXVI.

De restitutione rebellis ad feudũ amissum alienatum surreptitie.

SVMMARIVM.

1 *Rebellis ad feudum amissum & alienatum restituitur pro bono pacis.*

2 *Exceptio dominij non admittitur in iudicio restitutorio, & quid si promptè probetur.*

3 *Surreptio in rescriptis committitur per suppressionem veritatis & expressionem falsitatis.*

4 *Difficilius concedi per principem, qualiter intelligatur & exponatur.*

5 *Exceptio conuenti dubia non releuat opponentem contra probantem possessionem & spolium.*

Spoliati per literas regias remedio possessorio conueniri possunt.

6 *Surreptio fundata super vno articulo non vitiat totum priuilegium restitutionis plenariè, sed articulum solum.*

PRinceps Bisignani alienauit quoddã feudum paternum cum consensu sui filij primogeniti cuidam nobili pro certo pretio, & tradidit, & interuenit Regius assensus, demum tam emptor, quàm venditor ipsius feudi, & ipse primogenitus commiserunt culpam contra Regem huius Regni, per quàm feudum & totus status eiusdem principis deuolutus fuit ad Regem, & ipse Rex possedit dictum statum persistente illo primogenito in rebellione post mortem patris; ipso adhærente Regi Francorum, hosti Regis Ferdinãdi secundi dictus princeps primogenitus recuperauit statum suum. & dictum feudum tẽpore Regis Caroli dominantis in Regno. Rex Ferdinandus secundus deinde recuperauit Regnum, & eo dominante vẽdidit illud feudum Petro Baccario, & tradidit, & eo tenente & posidente princeps Bisignani concordauit se cum Rege Ferdinando secundo, & pro bono pacis restituit eum ad bona feudalia alienata, & ad feudum alienatũ dicto Petro Baccario, & ad integrum statum suum.
1 †quę restitutio de iure pro bono pacis & bono publico potest fieri, vt dicit Alex. & ibi concor. in l. si. C. de sen. passis. in apostil. Et ego dixi in c. j. de vasallo decrepitæ ætatis. Et sic princeps vigore dictæ restitutionis capit possessionem dicti feudi, spoliando de facto dictũ Petrum Baccariũ. vt dicit vnus testis, licet appareat, quòd fuit inductus in possessione auctoritate cõmissarij Regij deputati ad restituẽdum principem in possessione sui status & dicti feudi. Modò dictus Petrus agit interdicto recuperandi possessionem dicti feudi, de qua dicit se spoliatũ, & probat se possedisse virtute dictę emptionis, & spoliatũ fuisse à dicto principe, vt suprà dictum est. Dubitatur an obstet exceptio, quòd ipse princeps est restitutus à rege etiam ad bona alienata per contractũ ob statum publicũ & beneficiũ pacis. †Et videbatur, quòd ista sit exceptio 2
dominij, quę regulariter non obstat agẽti possessorio recuperẽdæ possessionis: vt no. in l. naturaliter. §. nihil cõmune. ff. de acqui. poss. Et licet sit dubium, quòd si in prõptu appareat de exceptione dominij, an impediat restitutionem. de quo in d. §. nihil commune. & per And. in consti. Reg. violentia. cum concor. quæ ibi alleg. Tamẽ posito sine prȩiudicio veritatis, quòd dicta exceptio dominij in prõptu probata impediat restitutionẽ possessionis. Dubium est, an dictus princeps sit restitutus ad dictũ feudũ ex quo tempore dictæ restitutiones dictum feudum fuerat alteri alienatum per dictum principẽ præfato nobili, qui fuit rebellis Regis, & propterea deuolutum fuit dictũ feudũ ad Regẽ, & sic non erat de statu principis, & licet dicatur in restitutione, quòd restituit principẽ etiã ad feudum alienatum Petro Baccario, hoc intelligitur, si feudũ fuisset ipsius principis: & non si fuisset alienatũ p principẽ: fuit enim in dicta restitutione facta principi suppressum Regi, quòd dictũ feudum per rebellionẽ illius nobilis qui emit a principe feudũ, fuit deuolutum ad Regem. & per rebellionẽ prædictam feudum venit in possessionem Regis. †item fuit expressum 3
mẽdacium, quòd dictum feudum erat de statu suo, & consequenter quantum ad hoc feudum illa restitutio dicitur surreptitia, & non extenditur ad hoc feudum venditũ Petro Baccario. vnde stante suppressione veritatis: & expressione falsitatis & mẽdacij dicta restitutio non comprȩhendit dictum feudum existens in posse tertij, iuxta notata in l. præscriptione. C. si cõtra ius vel vti. pub. & in c. super literis. & in c. postulasti. de rescri. Item dicta restitutio fuit surreptitia: quia non expressit illud, quod si fuisset expressum; difficilius concessisset princeps: vt not. in d. cap. postulasti.
†Et quando dicitur, quòd difficilius concessisset, 4
dicit Lapus allegatione lxxxix. quòd colligitur, si princeps fuit consuetus illa facere, non dicitur difficilius, si autẽ non est consuetus, dicitur difficiliter. Vnde cum in casu nostro nõ reperitur, quòd princeps sit solitus restituere rebellem ad bona quę ipse delinquens per prius alienauit: sed solum consuetus est restituere bona rebellis quæ fuerãt rebellis, & alienata per principẽ, ad quem deuenerunt ex causa rebellionis ipsius restitut; & non reperitur, quòd sit solitus restituere bona per prius alienata per contractũ. vt suprà igitur dicendũ, quòd non debet extẽdi ipsa restitutio ad hũc casum, & hoc est quod facit dubia exceptio opposita per principẽ Bisignani. †Et propterea exceptio con-
uenti dubia non releuat opponentẽ contra probantẽ 5
possessionem & spolium. Et ideo princeps debet condemnari ad restitutionem possessionis feudi vnà cum fructibus & expẽsis. Nam illi qui spoliantur mediantibus literis Regis, possunt cõueniri remedio possesso

rio.

no:vt in l. meminerint. & l. auctoritate. C. vnde vi Et
quia so'um possessorium fuit deductum, fuit reseruata
exceptio dominij dubij in causa proprietatis, & de-
claratum quòd non fuit intentionis Regis iuri tertij
præiudicare: Nec per hoc cætera contenta in pri-
uilegio restitutionis plenariè factæ d. principi Bisi-
6 gnani annullatur: †quia illa surreptio non fuit causa
obtinendi omnia, sed solùm illud capitulum: vt dicit
do. Abb in c. se tēaper e. super literis. de rescrip. & do.
Anto. in cap. exhibita. in fin. de iudi. Et ita fuit per
omnes votatum nemine discrepante.

DECISIO CXVII.

De promissione causata ex laudo nullo emologato.

SVMMARIVM.

1 *Promissio ex laudo nullo emologata tenet.*
Laudum latum super non compromisso nullum est.
2 *Laudum latum extra compromissum non potest emo-*
logari nec valet auctoritate partiū ordine prætermisso.
3 *Obligatio efficax oritur ex promissione super præcedenti*
obligatione, & in vim constituti transit.
4 *Promissio facta ex certa scientia de eo ad quod non te-*
netur, valet.
Iurisdictio ad vnam rem quando possit ad aliam pro-
rogari.
5 *Laudi executio quando peti possit, licet de compromisso*
non doceatur.
Laudum nullum non potest ratificari, vt valeat in
vim laudi, sed pacti.


1 PRomissio †facta & causata ex laudo nullo
emologato valet & tenet, nec potest dici
erronea, eò quia laudum latum est super
re, de qua non fuit compromissum, & sic
laudum nullum. l. non distinguemus. §. de officio. ff.
de arbi. & no. Alex. in ij. vol. con l cxxiiij. quia vale-
bit virtute promissionis & pacti per no. in l. j. C. con.
vtriusque iudi. Nec obstat, quòd laudum nullum
nō potest emologari: vt dicit Bal. in tit. de pace Con-
2 stan. §. sententiæ quoque. dicēs, †quòd laudum latum
extra cōpromissum non potest emologari. nec valet
auctoritate partium ordine prætermisso: vt in l. pro-
latam. C. de sen. & inter. om. iudi. Quia licet laudum
& emologatio sit nulla, tamen promissio tenet. nam
licet causa promissionis fuit laudū, tamē ex quo pro-
missio oritur ex causa diuisionis bonorū, & sic super
precedēti obligatione etiā, quòd illa precedens obli-
gatio esset inefficax, tamē oritur efficax obligatio ex
3 promissione, †& transit In vim constituti: vt in l. j. &
l. Titius. ff. de constitu. pecunia. Item quia ista pro-
missio facta fuit ex causa diuisionis factæ, licet causa
propter quam fuit facta diuisio, profuit laudum nul-
lum, & facta fuit ex certa sciētia, licet promissio facta
de eo ad quod quis non tenetur, præsumitur erronea,
quia si probetur certa scientia, valet: vt dicit Alex. in
j. vol. consi. xiij. Nec est probatum, quòd ad dictos
vndecim ducatos tenebatur. Ideo non præsumitur er-
ronea, sed facta ex certa scientia. Præterea licet cō-
promissum fuit de certis rebus, & laudum de aliis re-
4 bus, †tamē potuerunt partes tacitè prorogare de istis
aliis rebus: vt firmat pulchrè Bald. in l. j. iiij. col. C. si à
non compe. iudi. vbi dicit not. q iurisdictio ad vnam
rem potest prorogari ad aliam, secus putat in proro-
gatione formę; & in prorogatione de persona ad per-
sonam: vt ibidem per Bal. in ij col. & idem Bal. in c. j.
de inuesti. de re. alie. fac. Et in c. j. §. ad hæc. de pace iu-
ra. firman. Et in specie hoc idem firmat Alex. in v. vol.
cōsi. lxxxiiij. incip. super cōsultatione. pro hoc allegat
Ange. in l. sciendū. ff. de verb. ob. †vbi dicit, quòd si ar- 5
biter tulit sentētiam partibus præsentibus & emolo-
gātibus, poterit peti executio laudi, licet de compro-
misso nullatenus doceatur: quia partes tunc potuerūt
facere illum arbitrum, sed non potuerūt eum facere
iudicem ordinariū vel delegatū: vt clarè per Alex. ibi,
& sic dictū Bal. vt suprà relatū non est verùm, quando
intelligeremus eum quòd non potest ratificare laudū
nullum, vt valeat vt pactum: sed bene est verum, quòd
non potest ratificare vt valeat vt laudum. Et sic con-
cordatur suprà dicta doctrina Angeli & Alex. Idem
dicit Lud. Ro. in consi. clxxv. quod incipit, dictum vl-
timum laudum &c. †quòd laudū nullum non potest 6
ratificari vt valeat in vim laudi, vt in capite exami-
nata. de confirm. vti. vel inuti. quem allegat Bal. in d.
§. sententiæ quoque. bene tamen partes possunt face-
re quòd laudum nullum valeat in vim pacti, per not.
in l. ij. C. commu. vtr. iudi. nisi altera pars non obser-
uasset: quia frangenti fidem fides frangatur eidem, vt
in c. peruenit. cum concor. de iureiurando.

DECISIO CXVIII.

De interdictis, & de libello continente duo remedia possessoria.

SVMMARIVM.

1 *Possessoria duo adipiscendæ & restituendæ possessionis*
an possint in eodem libello cumulari, & adinuicem cō-
currere.
Libellus interdicti quorum bonorum, quam conclusionē
requirat.
2 *Interdictum restituendæ possessionis competit hæredi.*
Interdictum adipiscendæ quando detur hæredi.

FRater dicit se debere & posse succedere
fratri in feudo, & obtinuit inuestituram à
Rege. Et quia frater suus fuit spoliatus pos
sessione dicti feudi petit restitutionem di-
cti feudi. †Conuentus replicat, quòd iste libellus 1
continet duo possessoria remedia, videlicet adipi-
scendæ, & restituendæ possessionis, quæ adinuicem
sunt contraria, & non possunt cumulari, per ea quæ
not. Bald. in l. incerti. in xj. quæstio. C. de interdictis.
Item quia etiam in libello quorum bonorū, con-
cluditur: vt restituat possessionem, vt dicit text. in l. j.
C. quorum bonorū. & patet in forma libellādi in in-
terdicto quorū bonorū, quā ponit Spe. in tit. de testa.
§. nunc dicendum. in princip. Tandem per sacrum
Consilium vnanimiter fuit votatum, quòd ista duo
remedia in casu prędicto non sunt contraria, & com-
patiuntur: †nam vt hæredi competit interdictum re- 2
stituēdę possessionis: vt ff. de vi & vi arma. l. j. §. hoc in-
terdictum. & hæredi & cæteris successoribus compe-
tit, vt etiam contra hæredes & bonorum possessores:
vt dicitur in eadem l. j. in fin. Sic etiam hæredi datur
interdictum quorum bonorum, quando defunctus
possedit tempore mortis suæ, & sic adipiscendæ pos-
sessionis: & per cōsequens non tenetur sic taliter agēs
declarare, an agat interdicto restituēdę vel adipiscen-
dæ, cum ambo possunt concurrere in casu prædicto:
quia nulla cadit in hoc casu contrarietas.

DECI

DECISIO CXIX.

De dispositione successionis in feudo legitimis hæredibus facta sine assensu Regio.

SVMMARIVM.

1 *Dispositio nulla valet in feudis sine Regio assensu, & qualiter intelligatur num. 3. & 5.*
2 *Francorum ius in feudis quale.*
3 *Assensus Regius quo casu non requisitus in feudis.*
4 *Filia hæres instituta, petens immissionem in possessionē, an mittenda in rebus feudalibus.*
6 *Remedium l. fi. C. de edicto diui adri. tollen. cui cōpetat, & in quibus locum habeat, & qualiter intelligatur.*
7 *Hæreditas propriè non possidetur.*

1 VTrum † dispositio l. fin. C. de edicto diui
Adri. tollē. habebat locum in feudis qua-
ternatis, vbi non apparet, ꝙ testamētum
sit factum præcedente Regio assensu: cùm
de iure nulla dispositio testatoris valeat in feudis; vt
in c. j. in prin. de successione feudi. ergo si in feudis te-
stamentū non valet sine assensu, quomodo potest peti
missio in possessionē vigore dictæ l. fi. Ad hoc fuit
2 responsum per totū Consiliū, † quòd quando testator
habens feuda disponit de feudis aliter, quàm ius velit,
puta in feudis antiquis, in quibus viuitur iure Fran-
corum, disponit dimittēdo feuda omnibus filiis, ista
dispositio non valet, quia est cōtra ius Fran. & è con-
tra si pater habet feuda antiqua in quibus omnes filij
debēt succedere, prout dicit tex. in c. omnes. si de feud.
fue. contro. inter do. & agna. & ibi concor. & ipse di-
sponit, quòd solus primogenitus succedat, ista dispo-
sitio nō valet. & sic intelligitur dicta regula. Sed si ha-
bens feuda disponit, prout ius vult, valet, si in feudis
non viuitur iure Francorū, sed iure cōmuni feudorū,
quo iure omnes filij succedunt, nisi in feudo Comita-
3 tus & Marchionatus. † Et in regno omnes filij succe-
dunt, nisi probetur, ꝙ in illis feudis viuitur iure Fran-
corū, vt plenè per And. in l. Imperialē. §. præterea du-
catus. de prohibi. feudi. ali. per Feder. & ibi qualiter
probetur. & si pater instituit omnes filios hæredes in
omnibus bonis suis, licet ipsi filij debeant de necessi-
tate habere feudum paternū ex dispositione iuris: ta-
men valet illa institutio facta in testamēto de eis ad
operādum eis fauorem etiam sine assensu Regio: quia
ius assentit, & ideo poterunt petere isti filij immissio-
nem in possessionem vigore dictæ l. fi. feudorū pater-
norum: quia de iure ipsi erant successuri: vt dicit Alb.
de Rosa. in d. l. fi. hoc expressè firmauit d. Barth. de Ca
pua, in allegationibus suis, quas fecit pro Rege Ro-
berto instituto hærede à Rege Carolo secundo suo
patre, in ver. præterea prænominatus dominus noster
Rex Robertus &c. Et ego in lectura mea in d. cap. in
prin. in v. not. multum prolixè hanc conclusionem
firmaui. & firmat etiam hanc conclusionem Alexan.
4 in d. l. fi. vbi alle. Ioā. And. in addi. Spe. in tit. de test. §.
pe. in fi. † vbi dicit, quòd filia hæres instituta petens se
immitti in possessionem, mittetur etiam in posses-
sionem rerum, quæ fuerunt patri in feudum concessę,
nec agnati masculi erunt legitimi contradictores ad
impediendum hanc immissionem, per tex. in c. ij. si de
feudo fuerit contro. inter do. & agna. Et vltrà Alexā.
ego allego Oldr. in cons. cclxx. qui idem tenet & Bal.
multum egregie in iiij. vol. consi. cccxcvij. Hanc par-
tem secutus fuit consulendo Alex. in iiij vol. consi. lv.
incip. prospectis his quæ in themate &c. in xvij. col.
vbi dicit, † quòd illa regula quæ dicit, quòd nulla dis-
positio valet in feudis, intelligitur quando tenēs feu- 5
da ordinat quod extraneus hæres succedat excluso
fratre qui debebat succedere. Sed quando habens feu-
da disponit vt succedant legitimi hæredes: tunc valet
dispositio. Et idem in v. vol. consi. iij. in iij. col. Et cum
iste casus contigisset de facto post mortem, dominus
Ioan. de Anniclyno qui fuerat dominus multorū ca-
strorum in prouincia Aprucij, inter Alfonsum pri-
mogenitum ex prima vxore, & Antonium & Berar-
dinum ex secunda vxore, quos dominus Ioan. [illegible] in-
stituit hæredes in testamento, & filij ex secundo ma-
trimonio petierūt se immitti in possessionem feudo-
rum, iuxta formam dicti testamenti vigore d. l. fin. &
citato dicto Alfonso primogenito & contradicente,

Fuit decretum per totū Consilium quòd ponātur
dicti fratres in possessionē dictorum feudorū, reser-
uatis exceptionibus in iudicio petitorio forsan inten-
tandis. D. Marcellus fuit commissarius dictæ causæ.

† Quid autem si primogenitus statim post mortē 6
patris venisset ad Regem, & nulla facta mentione de
testamēto patris, in quo sunt instituti hæredes omnes
filij; obtinuit à Rege cōfirmationem illorum castro-
rum tanquam primogenitus, dicens se succedere iure
Francorum, dominum alij fratres intentauerunt reme-
diū dictæ l. edicto. & frater primogenitus dicit, quòd
tale remedium cessat, ex quo ipse possidet mediante
inuestitura Regis: & dictum remediū non datur con-
tra titulo possidentem, vt dicit gloss. in d. l. fi. Fuit
conclusum, quod illud procedit quando titulus esset
quæsitus ante mortem testatoris. Sed si titulus est quę-
situs post mortem testatoris, ille titulus non impedit
immissionem virtute dictæ l. finalis, secundum doct.
ibi. & firmat hoc Alex. in ij. volu. consi. iiij. in viij. col.
quod incipit, videretur inspectis. † Omnia enim quæ 7
opponuntur contra dictum remedium d. l. fin. quæ re-
quirunt futuram indaginem, non officiunt huic pos-
sessorio quia est possessorium quasi recuperandæ pos-
sessionis, ac si diceremus, quòd hæreditas fuerit quasi
spoliata in persona hæredis restituenda, & redinte-
granda, licet hæreditas propriè non possideatur. hæc
sunt verba. Bal. in suo iij. vol. consiliorum, cons. cxxvj.
incip. præmissis verbis.

DECISIO CXX.

De stipulatione per verbum promitto probata per testes.

SVMMARIVM.

1 *Promissio per testes probata, an sit stipulatio vel pactū nudum.*
2 *Verbum promitto inducit pactum nudum & stipulationem propter æquiuocationem.*
Pactum nudum non parit actionem de iure ciuili.
3 *Testium dubia depositio contra producentem interpretanda.*
4 *Verbum promitto, repetitum stipulationem operatur.*
Partium præsentia in depositione testium de promissione stipulationem causat.
Actio de dolo in pacto nudo quando detur.
5 *Pactorum tota materia quomodo limitetur & intelligatur.*

Obliga

Obligatio naturalis ex nudo pacto procedens, executionem ex iudicis officio habet.
6 *Rex est monarcha in Regno.*
Senatus regis personam gerit.

LAta fuit sentẽtia in magna curia Vicariæ
in fauorem notarij Francisci de Iungano
contra dominam Helenã Carasolam re-
lictam quondã do. Syluestri Galioræ phy-
sici, & Petrum Iacobũ eius filium, à qua dicta domina
Helena appellauit pro suo interesse ad sacrum Consi-
1 liũ, & dubitatũ fuit in eius discussione. † Verũ si dicta
domina Helena probauit, quòd dictus Frãciscus pro-
misit reuocare & annullare cõtractum submissionis
factæ per dictũ Petrũ Iacobũ dicto notario Frãcisco
de quadam domo pro cẽsu ducatorũ decẽ annuatim:
& ipsa domina Helena promisit restituere dicto no-
tario Frãcisco ducatos xx. quos soluit dicto Petro Ia-
cobo: quam promissionẽ nolens dictus Frãciscus ob-
seruare, domina Helena ipsum conueniri fecit in ma-
gna curia Vicariæ, quæ seruatis seruãdis per diffiniti-
uam sententiã absoluit dictũ Franciscũ. Verũ inquam
promissio per testes probata, sit stipulatio vel pactũ
nudũ. Et dubiũ facit, quia dicta promissio probata
est per testes: & sic non videtur quod fuerit stipulatio, sed
2 pactũ nudũ: † quia verbũ promitto, prolatũ à testibus
intelligitur per pactũ nudũ: vt not. in l. j. C. de vsuris.
& in l. j. C. de contra. & cõmit. sti. & habetur in l. scien
dum. ff. de ver. ob. & ex pacto nudo non oritur de iure
ciuili efficax actio ad agendũ: vt in l. iurisgentiũ. §. igi-
tur. ff. de pact. Sed in contrariũ facit, quia verbum
promitto, est æquiuocũ, & potest referri ad pactũ nu-
dum & ad stipulationem: vt in l. sciẽdum §. dictũ. ff. de
3 ædil. edict. † Sed dubia depositio testiũ interpretatur
cõtra producẽtẽ testes: vt in c. in præsentia. de probat.
& testes quos produxit notarius Frãciscus, dicunt, quod
notarius Frãciscus Per humanita hauea promesso a la
matre de dicto Petro Iacobo &c. ergo debet fieri in-
terpretatio quod fuit per stipulationẽ facta promissio. Et
tanto magis, quia testes dicuntur audiuisse à notario
Francisco dicẽte se promisisse dictæ dominæ præsenti,
4 & sic deponunt de confessione partis. † & quando
verbum promitto repetitur in confessione partis, in-
telligitur per stipulationẽ: vt dicit Bal. in l. j. C. de cõ-
trahen. & cõmit. stip. & dicit Ludoui. Ro. in d. l. scien-
dum. quòd data præsentia partiũ testes deponentes de
promissione intelligitur per stipulationẽ. Præterea
vbicunque ille, cui pro pacto nudo expromissum est,
pateretur damnum si sibi promissa non seruarẽtur, &
nulla actio separaretur, tunc vigore talis pacti contra
eum nõ seruantẽ dabitur actio de dolo. tex. est in l. ele-
ganter. §. seruus pactionis. & ibi Bar. ff. de dolo. & no.
Bal. in l. cùm mora. iij. col. C. de trãsact. & Ang. in cõsi.
j. & tenet Ale. in l. iurisgentiũ. §. sed cũ nulla. ff. de pa-
ctis. Sed si dictæ dominæ helenæ non seruaretur dictũ
pactũ per notarium Franciscũ, dicta domina Helena
sustineret damnum clausuræ cuiusdã fenestræ, iuxta
pactum inter Petrũ Iacobum prædictũ & dictum no-
5 tarium Franciscũ. † Igitur ex dicto pacto quando esset
nudum cõpetit sibi actio ad agendũ, & isto modo li-
mitatur tota materia pactorũ, & dicit plus Alex. in d.
§. sed cùm nulla. quòd licet ex pacto nudo nõ oriatur
actio de iure ciuili, tamen naturalis obligatio, quæ
surgit ex nudo pacto, debet habere executionem ex
lato iudicis officio allegat Anto. de Butr. in c. quæ in
ecclesiarum. de consti. post Compostella. & Inno. Sed
Ioan. de Imo. ibi dicit, quòd in practica non tenetur
nisi aditetur Imperator, sed Rex habet iura imperii,
† quia est monarcha in Regno: vt dicit gloss. in proœ. 6
constitu. Reg. & sacrum Consilium repræsentat per-
sonam Regiam, & ideo potest reformare sententiam
magnæ curiæ Vicariæ, & cõdemnare dictũ Franciscũ
ad obseruandã dictã promissionẽ per testes probatã.
& in hoc voto fuit totum Cõsiliũ, & sic fuit iudicatũ.

DECISIO CXXII.

De compensationibus, & de illarum exceptionibus post sententiam.

SVMMARIVM.

1 *Compensatio an admittenda in sententiæ executione.*
2 *Iudici necessitas ad compensandum imposita.*
Exceptio compensationis ipso iure extinguit actionem, cæteræ elidunt.
3 *Compensatio post sententiam quæ in rem transiuit iudicatam, opponitur.*
4 *Compensatio non venit contra instrumentum dotale.*
Exceptio compensationis vim habet soluti.
Compensare vel soluere nihil refert.
5 *Agentis non interest agere.*
Renuntiatio eorum quæ naturalem lædunt æquitatem nulla.
Renuntiatio in his quæ iudex ex officio facere potest inualida.

FVit dubitatum in Consilio, si hæres mulie-
ris petit ab hæredibus viri dotem median-
te instrumẽto dotali, & hæredes viri nihil
dicunt, quòd hæredes vxoris sunt per in-
strumẽtum mutui obligati ad certam pecuniæ quan-
titatem: fertur sententia contra hæredes viri: & illa
sententia transiuit in rem iudicatã, deinde petitur, quod
sentẽtia exequatur, in executione: dicunt, quòd hæres
mulieris debet soluere dictum mutuum. Quæritur de
duobus. Primò vtrum ipso iure sit inducta cõpen-
satio. Secundo vtrum ista compensatio possit op-
poni post sententiam, quæ trãsiuit in rem iudicatam.
Tertiò vtrum stante consuetudine ciuitatis Nea-
poli: quæ incipit, contra instrumentum autem dotale
nulla probatio admittitur. possit admitti exceptio
compensationis. † Ad primum fuit decisum per sa- 1
crum Consilium, quòd postquàm constat per instru-
mẽtum mutui liquidũ contra hæredẽ mulieris, quòd
inducta sit ipso iure compensatio: & quod hæredi mulie-
ris non cõpetat actio, & licet istud dubium sit de api-
cibus iuris, vt dicit Pau. de Cast. in l. si cõstat C. de cõ-
pensationibus. vbi gl. tangit hoc dubium, & sunt opi-
niones inter doctores: tamẽ ista est verior opinio, quã
firmat Bar. in l. verum. ff. de cõpensatio. & quia textus
in §. bonæfidei. Institutis, de actio. † Imponit iudici 2
necessitatem ad compensandum. Et firmat hoc Tin-
darus discipulus in suo solenni tractatu de compen-
satione, per iura & auctoritates: vt ibi per eundem,
nam speciale est in ista exemptione compensationis,
vt ipso iure extinguat actionem, sed aliæ exceptiones
elidunt: vt in l. si vnus. § pactus ne peteret. ff. de pactis.
† Ad secundum dubium fuit decidendo respon- 4
sum per sacrum Consilium, quòd compẽsatio potest
opponi etiam post sententiam, quæ transiuit in rem
iudicatam, vt cõcludunt Abb. post alios & Felinus in
c. suborta. de re iudi. & videtur text. in l. ij. C. de com-
pensa.

pensa.& in l.si cùm militi.§.cùm intra.ff.de compẽsa. & firmat Alex.in l.si duo patroni.§.si quis iurauerit. ff.de iureiurand.Ang.in consi.cxxx.incipiente,quidã nomine Nicolaus. & Antonius de Butrig.in c.bona fi.les depositi.Ludouic.in consi.lxxvj. Ad tertium dubium fuit dictum,quòd gloss.Neapolit.super dicta consuetudine,in verbo ,solutum.tangit dictum du-
4 bium,†& concludit quòd contra instrumentum dotale potest opponi exceptio compensationis,quæ habet vim solutionis.vt in d.l.si constat.& qui compensat non facit contra instrumentum dotale ,imò acceptat validum esse instrumẽtum:sed est satisfactum & solutum per compensationem,cum nihil intersit an quis soluat vel compẽset. l.si debitor.ff.qui potio. in pig.habe.Idem firmant Bart.& Bal.in l.diuortio.§. donationes.ff.solu.mat. Facit quòd not.Bart.in l.amplius non peti.ff.rem ra.habe.& idem sentit Neap.in consuetudine,dns.in verbo,peti. Et si dicatur in instrumento dotali fuit renuntiatum exceptioni com-
5 pensationis. †Respondetur ,quòd non fuit renuntiatum, nec iuratum non opponere exceptionẽ solutionis,nec id quod hab- tur loco solutionis nec exceptioni carentiæ actionis, quæ propterea possunt opponi,& sic repellit agentem: quia agẽtis non interest agere,vt in l.iij.ff.de cõpensatio. Secundò respondetur ,quòd non valet renuntiatio vt non possit opponi cõpensatio,quia esset contra naturalẽ æquitatẽ, vt in d.§.in bonæ fidei.Item esset cõtra bonos mores,
6 vt in l.alia.§.eleganter ff.sol.mat. †Item non valet renuntiatio in his, quæ iudex ex officio facere potest; vt dicit Hostien.in summa de offic.iudi.§.verum desideret. Sed iudex ex officio debet facere compensationem,vt in d.§.in bonæ fidei.ergo renuntiatio.non tenet. Et sic fuit conclusum per Consilium quod talis renuntiatio non debet esse in consideratione.Mat thæus de Afflicto.

DECISIO CXXII.

De mero & misto imperio non concesso per verba generalia.

SVMMARIVM.

1 *Imperium merum & mistum an veniat sub generalitate alienationis.*
2 *Imperium merum & mistum de regalibus est.*
3 *Verba generalia nõ sufficiunt,vbi specialia requiruntur.*
Specialis est dictum quid dicatur.
Regalia non transeunt per generalia verba.

Si comes alienauit cum Regio assensu castrum cum iurisdictione & pertinentiis suis nihil sibi reseruando, non tamen dixit cum mero & misto imperio,quod ipse co-
1 mes habebat a Rege in dicto Castro: † an videatur alienasse ipsum merũ & mistũ imperium? Videtur q sic: quia cum sit alienatũ castrum cum vniuersitate nihil sibi reseruando, videtur alienatum etiam merũ & mistum imperium,q habebat a Rege,hoc expressè firmat Bal.in c.j.de capi.qui curiam vendi.tit.& Bal. in l.j.in initio.ff.de offi.præfect. vrbis.& Bal.in l.ij. ff.de consti.princ.& in l.penul.C.de bonis,quæ lib.& Alb.in l.imperium.ff.de iurisd.om.iud.& Bar.in consi. clxxxix.incip.primò quæritur.& Ale.in iiij.vol.consi. xxv.& Io.And.in addi.Specu.in tit.de iurisdi.om.iud.in addi.quæ incipit, vide istas duas opi.& Host.in sum.
2 de potesta.iudi.deleg.§.qui delegare,circa fi.†Sed in isto Regno nunquam veniunt regalia per generalia verba:vt dicit And.de Iser.in c.j.§.si quis aliũ de pace.tenen. Nam merum & mistum imperiũ est de regalibus, vt in c.j.quæ sint regalia.& ideo nisi specialiter cõcedatur,non venit per verba generalia, vt in cõsti. regni.Ea quæ ad decus.† & vbi requiruntur verba spe- 3
cialia.non sufficiunt generalia , vt in c.fi.de offi.vica. lib.vj.& illud dicitur specialiter dictũ,q est a generalitate verborũ extractũ l.vxorem.§.felicissimo ff.de leg.iij.Item ea quæ sunt regalia non transeunt per generalia verba,vt in c.quod translationẽ.de offi.leg.& Alex.in l.j.col.j.ff.de iur.om.iud. Et propterea fuit iudicatũ in Consilio in causa comitis Consiæ contra dominũ Terræ saluæ, q non sit cõcessum merum & mistum imperiũ,licet sit dictũ, nihil sibi reseruando: sed ipse comes habebit merum & mistum imperium in dicto castro prout habebat ante alienationem.

DECISIO CXXIII.

De promissione vulnerati chirurgo facta.

SVMMARIVM.

1 *Promissio infirmi medico facta an valeat.*
Promissio defuncti obligat heredes.
2 *Medico an liceat ab infirmo recipere promissionem pecuniæ pro curatione.*
3 *Intellectus ad l.archiatri.de profess.& medi.lib.x.C.*

Dominus Carolus copula chirurgicus petit †ducatos centum ab hæredibus Petri de 1
Blancha tanquã sibi promissos tẽpore quo ipse Chirurgicus medicinabat eius feritã. Verũ debeantur sibi:Omnes domini dicebant,q sic, quia illa promissio defuncti obligat hæredes,l.si pactum.ff.de probatio.cum cõcord. Ego fui per momẽtum in cõtraria opinione,q non debetur: † quia non 2
licet medicis recipere ab infirmo promissionem pecuniæ pro eo curãdo,& si ipsam promissionẽ recipit, non valet,allegabã tex.in l.archiatri.& ibi Bart.C.de professo.& medicis,lib.x.alle.ff.de variis & extraord. cogn.l.medicos.Sed melius cogitãdo dixi,quòd dicta lex,archiatri. loquitur in medico, qui habet salariũ à publico,& ideo non †facit ad factũ.Item in d.l.medi- 3
cos, loquitur quãdo medicus dedit mala medicamẽta,& infirmus promisit centũ vt curaret ipsum, talis promissio cassatur.Et ideo Spe.in ti.de salariis, ponit versum Ioan.de deo. Dum dolet infirmus,medicus sit pignore firmus.Licet Io.An.ibi dicat, q hoc nõ est bene dictũ. Et ideo per sacrũ Consiliũ vnanimiter fuit conclusum, q valuit dicta promissio. & hæredes dicti infirmi,qui cõualuit de illa ferita , fuerunt condẽnati ad dictos centũ ducatos soluẽdos d.chirurgico.

DECISIO CXXIIII.

De restitutione in integrum aduersus probationem omissam,& de dilatione in ea.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium quod denegari non pot.si proficere debet.*
2 *Beneficium restitutionis in integrum aduersus probationẽ omissam,& aliis temporibus sed ea arbitrarium.*
3 *Tempus ad def. ....nes faciendas in beneficio debet esse congruum.*
4 *Citationis tẽpus sõ...ctum debet ac etiam redd. nulla.*

Ecce

1 ECce † datus est terminus ad probandum
incumbentia arbitrio iudicis i facta publi-
catione reus cui competit beneficium, pe-
tit beneficium primum per extra Regnũ,
& petit dilationẽ competentem, dicitur, ꝙ nõ debet
habere nisi medietatem primi termini, quia sic sem-
per fuit obseruatum. In contrarium dicitur, ꝙ dictũ
beneficium postquàm non potest sibi denegari, debet
esse sibi proficuum, vt arbitretur à iudice tempus se-
2 cundùm distantiam loci vbi sunt testes, † quia tem-
pus beneficij est arbitrarium iudici: vt dicit Inn. c. co-
ram. de restit. in integ. & Cardi. in Cle. j. eo. tit. in vlt.
q. aliâs si esset medietas primi termini, esset terminus
impossibilis ad faciendum suas defensiones, & per in-
directum tollitur sibi beneficium, id est, restitutio in
integrum aduersus probationem omissam, per quam
omissionem perderet possessionem siue dominium:
vt dicit Bart. in l. ab hostibus. §. sed quod simpliciter.
3 ff. ex quib. cau. maiores. & in l. interdũ. ff. de mi. † tem-
pus ad faciendum defensiones in beneficio debet esse
congruum, sicut dicimus in tempore quod ponitur
in citatione, quod debet esse congruum, aliâs citatio
redditur nulla, secundùm Barto. in l. aut qui aliter. ff.
quod vi aut clam. & Old. in consi. xliij. anci. quæritur
verum &c. Et Abb. in c. cum dilecti. de dolo & contu.
& Bar. in extrauaganti, ad reprimendã, in verbo, per
edictum. Fuit tandem cõclusum in Consilio, ꝙ pri-
mum beneficium arbitretur secundùm distantiã lo-
ci, & non prout vulgariter dicitur, quod sit medietas
primi termini, & ita postea vidi fuisse pluries serua-
tum, & maximè in causa Ia. Rubei cum domina.

DECISIO CXXV.

De inofficioso testamento, & legitima à legatis immuni.

SVMMARIVM.

1 *Soror quæ fratris testamentum pro quarta parte dixit inoffi. ipsum, an teneatur ad leg. ta pro illa parte.*
2 *Legitima debetur fratri vel sorori in institutione turpis personæ, & quanta sit.*
3 *Testamentum in quo turpis instituta est persona, qualiter rumpatur, & in quibus.*
4 *Legata an præstanda in testamento inofficioso per turpitudinem institutionis.*
Clausula codicillaris quam habeat virtutem.

1 SOror † dixit testamẽtum fratris inofficio-
sum, quia in eo fuit instituta turpis perso-
na, puta frater spurius. Et fuit pronuntiatũ
testamentum inofficiosum, & hæres scri-
ptus fuit condemnatus ad restituendum quartã par-
tem hæreditatis defuncti sorori: in quo testamento
testator multis personis fecit certa legata, & etiam ad
pias causas. Verum illa soror teneatur ad legata pro
quarta parte. Fuit votatũ per totũ sacrum Consiliũ
ꝙ non, quia fratri vel sorori debetur legitima turpi
persona instituta: vt in l. si fratres. & in l. fratres. C. de
2 inoffi. test. & in l. j. ff. eod. tit. † ista legitima est quarta
pars; vt firmat Ang. in d. l. j. quando fratres sunt infra
quatuor, aliâs esset semis: vt dixit ibi Ang. & Alex. in
ij. vol. consi. lxiij. in ij. col. Et ista legitima debetur sine
onere: vt C. de inoff. test. l. omnimodo. & l. quoniam
in prioribus. vnde hæres scriptus tenetur soluere lega-
ta integra, si habet tantum ꝙ de bonis testatoris rema-
net sibi Falcidia de legatis. Et sic hæres scriptus qui ha-
bet tres partes hæreditatis soluet integra legata. † Et 3
sic testamentũ nõ rumpitur instituta turpi persona
quo ad legata, sed solũ quo ad institutionẽ, hoc est quo
ad ipsam legitimam, secundũ Pau. de Ca. in l. Titia fi-
lia. ff. de inoff. test. licet alij velint ꝙ si testamentũ di-
citur inofficiosum per fratrem, quia fuit in eo turpis
persona instituta, nõ præstantur legata, vt volũt ma-
gis cõmuniter doctores in auth. ex causa. C. de liber.
præt. per Ale. & Ias. tamen hoc esset, quando tenere-
tur illa opinio, ꝙ in totũ testamentum in quo turpis
persona est instituta, ruit. Sed secũdũ opi. Ang. in d. l. j.
quæ vult, ꝙ solũ cõpetit fratri legitima, † vitiatur in- 4
stitutio quantũ ad legitimã, & legata soluuntur: vt fir-
mat etiam Alex. in l. si patroni. §. fi. ff. ad Treb. vt fir-
mat hoc indistinctè procedere, vbi in testamento esset
clausula codicillaris, quæ operatur vt venientes ab in-
testato sint grauati restituere hæreditatem hæredi scri-
pto: & tunc detrahit quartam sine honore: vt ibi la-
tius per eum. Et sic fuit votatum, ꝙ legatum alimẽ-
torum factum tertiis soluatur integrè per hæredes
scriptos, & nihil contribuat illa soror.

DECISIO CXXVI.

De possessione restituenda per inquilinos possidentes.

SVMMARIVM.

1 *Inquilinus de possessionis restitutione condemnatur propter simplicem possidendi assertionẽ in principio causæ.*
2 *Expensarum condemnatio propter mendacium.*

PEtrus Gammitella egit contra certos cõ-
iuges, † eò ꝙ ipsi occupatũ tenẽt quoddã 1
membrũ terraneũ domus suæ: illi cõiuges
interrogati si tenẽt & possident: dicunt ꝙ
sic, postea in limine conclusionis dicunt ꝙ tenent vt
inquilini monasterij sanctæ Mariæ Carmino, & pro-
duxit instrumentũ locationis per tres ano. Petr. actor
probat suã possessionẽ dicti mẽbri, quæ possessio in-
debitè peruenit ad dictum monasterium. Dubitatur
modò, vtrum illi conuenti sint condemnandi ad re-
stitutionem membri prædicti. Videtur ꝙ non per no.
in l. j. C. vbi in rẽ actio. † quia possessor possidet vt in- 2
quilinus, & nominat dominũ in iudicio. In cõtra-
rium, quia semel dixerunt se possidere, ideo debent cõ-
demnari ad restitutionem possessionis quam habent,
ex quo semel se obtulerunt liti, per l. qui se liti obtu-
lit. ff. de petit. hæred. & l. is qui se obtulit. ff. de rei vend.
Et sic fuit votatum citra præiudicium iurium di-
cti monasterij. Sed ipsi conuenti propter dictum mẽ- 1
dacium debent condemnari in expensis: & sic fue-
runt condemnati.

DECISIO CXXVII.

De augmento dotis, & de successione in illa.

SVMMARIVM.

1 *Soror vterina præfertur proximioribus alterius in successione antiphati.*
2 *Causa proxima & non remota inspicitur.*

MAter habet duas filias, † vnam ex primo 1
viro, & aliam ex secundo viro, lucrata
fuit antiphatum quo ad vsumfructum.
Demum deuenitur ad conuentionem
& transactionem, vt pro vsufructu antiphati habeat
talem rem stabilem pro vsufructu & proprietate: mo-

ritut marer superstitibus ipsis filiabus hæredibus ma-
tris. Demum moritur filia ex primo matrimonio
supecstite sorore vterina, & superstitibus agnatis ex
parte patris sui. Vtrum in illo antipharo succedant
proximiores ex parte patris, vel soror prædicta vteri-
na. Fuit iudicatum in Consilio nemine discrepan-
te, q soror vterina succedat: quia antiphatum proce-
dit à matre tanquam causa proxima. & licet proces-
2 sit à patre, tamen ista est causa remota; † & causa pro-
xima, & non remota inspicitur, vt fuit concordantię
per me in c.j. Imperator Lothatius. hoc concludit gl.
in consuetu line ij. de succes. ab intestato, in verbo,
obuenerunt. & in gl. in verbo, materna. tene menti
istam decisionem, quia prodest ad multa.

DECISIO CXXVIII.

De priuilegio legitimandi reuocato per successorem.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium legitimandi spurios mortuo concedente, an expiret & quando. 8.*
Priuilegiorum confirmatio per nouum Regem consilij est, cuius defectu non inficiuntur.
2 *Indulgentia post indulgentis mortem non protrahitur, & eadem ratione dispensatio. 3.*
Sententia tractum successiuum habens sine causa cognitione lata effectum in tempus successoris non extendit.
4 *Licentia concessa cum concedente, an moriatur. 5.*
Neapolitanum regnum liberum est ab imperio.
6 *Indulgentia ex causa necessaria concessa durat post concedentis mortem.*
7 *Confirmatio ex certa scientia & cum causa cognitione protrahitur in tempus successoris.*
9 *Successor Laici in feudo habet ratum factum defuncti etiam consummandum.*
10 *Priuilegium in vim contractus concessum, est irreuocabile.*
11 *Princeps quæ iuris ciuilis sunt, facilè tollet.*
12 *Princeps legitimatum ad illegitimationem reducere potest.*
13 *Legitimationes sunt de iure ciuili.*
14 *Rescriptum principis habet vim legis.*


Vtdubitatum: Ecce Imperator dedit pri-
uilegium do. Michaeli Ricio, ll. doctori,
& eius filio in doctorali dignitate in futu-
rum existenti legitimandi spurios in re-
gno; & Rex Alfonsus primus dictum priuilegium con
1 firmauit. † Vtrum mortuo Rege Alfonso tale pri-
uilegium expirauerit. Multi dicebant, q non: quia de-
fectus confirmationis noui regis, non inficit priuile-
gium, licet sit consilij q confirmetur, vt dicit Cy. in l.
priuilegia. C. de sac. sanct. eccl. & Bal. in consil. xcvj. in
iij. vol. Alij dicebant, q illa licentia legitimandi con-
cessa ab Imperatore, & confirmata per Regem Alfon
sum expirauerit in Regno per mortem Regis Alfonsi
2 per glo. in c. pen. de cleri. non residen. quæ dicit, † q
indulgentia nõ extenditur post mortẽ illius qui con-
cessit. & pro hoc facit l. fi. ff. de pœnis. & Instit. de per-
petuis & temp. actio. Vnde sicut sententia quæ habet
tractum successiuum, si est lata sine causæ cognitione,
non durat vltra tẽpus proferentis eã, & non operatur
effectum suũ in tempus successoris: vt dicit gl. & Abb.
Sicu. in c. à nobis. el j. de senc. excõ. Ita videtur dicen-
dum in ista licentia data per dominũ Regẽ. & illam
gl. in d. c. penul. sequuntur Pet. de Anch. & Cardi. Flo.
ibi, licet referat alios tenere contrariũ. Io. And. tenet
ibi, q si licentia est data causa nõ cognita, expirat per
mortem cõcedentis eã. do. Gasp. de Calda. simpliciter
sequitur illam gl. † Et dicit, q indulgentia extingui- 3
tur per mortem, & eadem ratione dispensatio. Post-
ea dicit, q si indulgentia fuit cũ causæ cognitione cõ-
cessa, valet etiam intra tempus successoris. Et dicit Io.
de Imo. in d. c. penul. q ista est cõmunis opinio. & hoc
firmãt domini de Rota in decisionibus antiquis in ix.
char. inci. camerarius Papæ &c. Quare videbatur esse
dicẽdum, q si illa cõfirmatio facta per regem Alfon-
sum fuisset facta in forma communi & sine causæ co-
gnitione, de qua in c. j. de cõfir. vti. vel inuti. & not. in
c. inter dilectos. de fide instr. q talis cõfirmatio extin-
guitur per eius mortem. † Et si diceretur, q ista cõfir- 4
matio Regis nõ potest dici licẽtia, sed priuilegiũ, per
ea quæ no. in l. & quia. ff. de iur. om. iud. trãsiens in fi-
liũ doctorẽ. Ad hoc quidã respondebãt, q priuilegiũ
Regis Alfonsi non est aliud in effectu, nisi q dat licẽ-
tiã do. Michaeli & eius filio do. Pirrho Loisio doctori
vt possit in Regno legitimare spurios, quos legitima-
re nõ poterat sine licentia Regis: vt dicit Card. Flor.
in Cle. fi. in ver. v. quarto. de elec. quia hoc Regnum li-
berũ est ab imperio: vt dicit And. in prælu. feu. & per
consequẽs Imperator in successionibus bonorũ, non
potest legitimare spuriũ in isto Regno: vt habetur in
c. per venerabilẽ. qui filij sint leg. igitur ista licentia
nõ transit intra tempus Regis successoris. Sed domi.
Card. in loco prælegato dicit, q mortuo † concedẽ- 5
te licẽtiã, licentia nõ expirat. & idẽ firmat Abb. Sicu.
in d. c. penul. allegãs Inn. in c. q trãslationẽ. in fi. de of-
fic. lega. vbi vult, quòd indulgentia vel licentia semel
cõcessa nõ expirat per mortẽ cõcedentis, secus in pœ-
nalibus, per d. l. fi. ff. de pœnis. Ideo res ista fuit effecta
dubia in Cõsilio. Dicebãt do. Ant. de Alexan. quòd
ista licẽtia Regis Alfonsi fuit concessa ex causa volũ-
taria, & non necessaria. vnde re integra nõ durat post
mortem concedentis licentiã. l. inter causas. in princ.
ff. manda. Si enim † licentia cõcedatur ex causa neces- 6
sariã, tunc durat post cõcedẽtis licentiã. vt habetur in
l. fundi. ff. de acquir. pos. & not. Bal. in l. j. C. de postul.
Itẽ dicebat idẽ doctor, quòd ista cõfirmatio Regis Al-
fonsi importat cõcessionem volũtariæ iurisdictionis
scilicet, legitimare spurios. & per consequens re inte-
gra finitur morte delegantis, vt in d. l. & quia. ff. de iu-
risdi. omn. iud. c. gratum. & c. relatum. & c. licet. de of-
fic. deleg. vbi morte mandãtis re integra statim expi-
rat mandatũ. Ego dicebam, quòd ex quo priuilegium
Regis Alfonsi erat cum inserto tenore priuilegij Im-
peratoris, † quòd talis confirmatio dicitur facta ex 7
certa scientia, & dicitur facta cum causæ cognitione,
vt volũt doct. in c. j. de transla. & in d. c. j. de confir. vti.
vel inuti. & ibi per Abb. & in Spe. de instru. edi. §. nũc
autem. versi. Item opponitur contra confirmationẽ.
Ex hoc sequitur, quòd si confirmatio est facta ex certa
scientia, & cum causæ cognitione transit in tẽpus suc-
cessoris: vt Io. de Imo. in d. c. penul. Et donec successor
in regno non reuocauerit illam licentiam datam per
Regem Alfonsum, durat illa licentia & confirmatio:
vt dicit Alb. de Rosa. in l. digna vox. C. de legi. Et quã-
do fieret talis reuocatio, non operatur in præiudiciũ
legitimationum factarum de filiis spuriis per domi.
Pirrhum Loisium Ricium antequam fieret ipsa reuo-
catio

catio: vt dicit Albe in d. l. digna vox. Dicebat do.
8 Carolus de Rogeriis,† quod licet mandatũ legitimandi expiret post mortem mandatoris re integra, per Cle. si. de procu. tamen fallit nisi actus veniat gerendus post mortẽ defuncti mandantis: vt est tex. in c. cum tibi. de testa. vt est etiam videre exemplũ in executore testamẽti. vt in c. Ioãnes. de test. & not. in d. c. licet. & in d. c. relatum. per Abb. Sic. & probat tex. in l. si procuratorem. §. idem Marcellus. ff. manda. Ego. dicebã, quòd actus legitimationis poterat fieri per dictum Michaëlem tam ante mortem Regis Alfonsi: quàm post. & ideo secundũ dicta iura allegata per dominum Carolum, morte mandantis debet finiri dictũ mandatum: vt Insti. manda. §. rectè. & d. l. inter causas. & l. si quis. §. morte. ff. manda. Vnde videbatur, quòd dicta cõfirmatio nõ potest dici mandatum, sed potius licentia quæ operabitur effectum suum donec nõ sit reuocata: vt s. dictum est.
9 † Et pro hoc facit: quia successor laici in feudo habet ratum factum defuncti, cuius est hæres, etiam nõ cõsummatum, sed consummandũ: vt in c. j. qui success. teneãtur. secus in successore, qui non est hæres, sicut in prælato ecclesiæ: vt ibi dicitur. & c. si. ne prælati vi. suas & idem in successore, qui non est hæres ex identitate rationis: & in hoc remanserũt domini de Consilio. Sed dubitauerũt an Rex Ferdinandus secundus possit reuocare priuilegiũ legitimandi sui prædecessoris cõcessum domino Michaeli & filio doctori sine causa. & quid de legitimationibus factis
10 vigore illius cõfirmationis. † Fuit dictũ, quòd si illud priuilegium confirmationis fuit concessum pretio mediante, vel ob seruitia [a] & sic in vim contractus, nõ possit reuocari per id quod dicit Bal. in l. qui se patris. C. vnde libe. & And. de Iser. in consti. Reg. Ea quæ ad decus. & Alexan. de Imo. in ij. volu. consi. j. in vj. col. & consi. ccvuj. in iiij. col. & in consi. ccxv. Secus si illud priuilegium non transiuit in vim contractus, quia tũc potest reuocari, vt dicit Andr. in c. j. de vasal. decrepitę æta. & Inn. in c. nouit. de iud. & not. in l. qui fundos. C. de omni agro deserto. lib. xj. & firmat Card. Floren. in repetit. in c. perpendimus. de sent. excom. in distin. magna, an princeps possit tollere priuilegium, & ponit exemplum in priuilegio legitimationis: & de hoc dixi in c. j. de natura feudi. & not. Bald. in l. rescripta.
11 C. de preci. Imperat. offe. † Id ergo quod fuit acquisitum facto principis, sine causa princeps potest tollere. dicit Ange. in l. Lucius. ff. de euic. nam ea quæ sunt de iure ciuili princeps de facili tollit. dicit Bal. in l. fi. pen. col. C. sent. rescin. non pos. & Abb. Sic. in consil. lxxxv. incipiente illud in summa. vbi firmat, quòd ius quæsitum mediante iure ciuili princeps potest tollere. idem Bau. de Cast. in l. cùm hæredes. ff. de acquir. posses. habetur per scribentes in c. quæ in ecclesiarum, maximè per Moder. de constitu. At illa confirmatio Regis Alfonsi non transiuit in contractum, quia non interuenit pretium, nec seruitia fuerũt expressa, ideo
12 successor Rex potest ipsam reuocare. † Sicut enim princeps de illegitimo facit legitimum cum clausula, non obstante &c. Ita legitimatum ab eo potest reducere ad primum statum, tollendo illã legitimationem factam virtute sui priuilegij, & hoc per totum titulum C. de interdi. matrimo. & per id quod voluit Bar. in l. si is qui pro emptore in iij. quæst. princip. ff. de vsuca. Fuit igitur votatum post longam discussionem, quòd donec licentia & confirmatio Regis Alfonsi priuilegij, Imperatoris concessi domino Michaëli Ricio, & post eius mortem dicto dom. Pyrrho Loisio Ricio doctori, legitimandi spurio, non fuerit reuocata per Regem, quòd potest ipse Pyrrhus Loisius legitimare spurios, licet non habuerit confirmationem à Rege Ferdinando primo & successoribus. Et facta relatione de prædictis Regi Ferdinando secundo, dictus Rex scripsit sacro Consilio quòd ipse reuocat illam licẽtiam datam per Regem Alfonsum prædictum, & etiam omnes legitimationes factas per do. Pyrrhum Loisium Ricium post mortẽ Regis Alfonsi: † quia istæ legitimationes sunt de iure ciuili, 13
quæ possunt per Regem tolli sine causa: vt not. in c. proposuit. de conces. preb. & in iuribus præallegatis, & in consiliis Alex. in ij. volu. consi. lxxxviij. Et licet pro parte ipsius domini Pyrrhi Loisij fuisset de hac reuocatione reclamatum ad dominũ Regem Ferdinandum secundum. Et idem Rex decretasset supplicationem quod sacrum Consilium iustitiã faciat tamen hæc decretatio non tollit illam reuocationẽ: † quia quã- 14
do princeps mãdat per literas aliquid seruari, de quo potest disponere, talis litera habet vim legis. dixit Ang. per illum tex. in l. item veniunt. §. cæterum. ff. de peti. hæred. sed dictus Rex potuit facere dictam reuocationem: vt s. ergo iustitia est, quòd seruetur dicta reuocatio. & sic illa decretatio quòd fiat iustitia, nihil profuit impetranti.

ADDITIO.

a *Suis.* Priuilegium concessum pretio mediante, vel ob seruitia, transit in contractum, & nõ potest reuocari sine causa, per tex. in l. fundum. C. de fund. patri. & in c. j. de feud. sine culp. nõ amitt. Et dicit Bal. in l. j. ff. de cõsti. prin. quod cõcessa per principem iure contractus, non possunt per eundẽ vel eius successorẽ reuocari. ita Pet. de Anc. in c. quoniã. de conces. præben. in vj. Ale. in consi. cxcij. iiij. col. ij. vol. ex quo Deus, nõ subiecit contractus sub potestate principis. dixit Bal. in c. j. de natura feud. vnde nõ poterit reuocare, nisi ex causa: vt quando scilicet nõ adimpletur, quod adimpleri debet, secundũ Bal. in l. pe. C. de don. inter vir. & vxo. Bal. in addit. Spec. in tit. de senten. col. xxiij. versi. sententia quoque. Petr. de Anch. in repetitio. c. canonum statuta. q. xiiij. ij. col. ext. de constitutio. Alex. cõsi. v ij. col. j. vol. Roma. in l. si verò. §. de viro. xxiiij. fallen. ff. solu. mat. & in consi. lxvij. & cclv. & cccl. Thomas Grammaticus.

DECISIO CXXIX.

De iure emphyteutico.

SVMMARIVM.

1 *Feudo redditus res est, ergo est feudalis, non tenet consequentia.*
2 *Reditus non est de feudi substantia sed fidelitas.*
Feudum propriè quid dicatur.
3 *Feudum non est sine inuestitura.*
4 *Feudalis res non concessa in feudo, de qua præstatur annua pensio in dubio, an sit præsumenda emphyteutica vel censualis.* 8.
5 *Iason modernus doctor clarus.*
6 *Dominium vtile & directum per contractum censualem alienatur.*
Contractus feudalis verè nõ est quando soluitur pecunia.
7 *Feudalis res in emphyteusim à domino concessa, sub canone, alienata sine consensu, commissum contrahit.*

8 *Superficiarius sine domini consensu non potest sua meliorámenta vendere, sic nec emphyteuta.*
9 *Pensio per alienantem soluta procuratori ante declaratum commissum per dominum, an præiudicet domino scienti. Et quid si procurator ignorauerit. 10.*
10 *Dominus an ignorare videatur gesta per procuratorē.*
11 *Procuratoris factum quando noceat domino.*
Procurator generalis recipiendo canonem, ius domini donare non potest.
12 *Procurator non potest ad solutionem recipiendam dilatare terminum.*
13 *Consuetudo res feudo redditítias alienare concedens, requisito domino, quid requirat.*
14 *Feudi dominus incultam rem sub canone potest redigere sine Regio consensu, ut colatur & fertilescat.*
Domus dicitur modica causa.
15 *Medica non curanda.*

Omes sancti Angeli agit tãquam vtilis dominus terræ Cirignolæ de prouincia Apuliæ cõtra archipresbyterũ dictæ terræ possidentem quandam domũ cum Casaleno, vbi aliàs erat furnus dictæ curiæ, quam petit redintegrari ad feudũ. Et in articulis dicit, quòd debet redintegrari; ex eo quia Iosue vendidit dictam domum & Casalenum dicto archipresbytero sine eius consensu. Quæritur modò de quinque. Et primò, vtrum sit probatũ, quòd dicta domus cũ Casaleno sit feudalis de dicto feudo Cirignolæ. Secundo, an si nõ probetur, q sit feudalis, vtrũ præsumatur emphyteutica vel censualis. Tertiò, vtrũ per receptionem census sine redditus factũ ab ærariis comitis ab ipso emptore videatur præiudicatum in iure caducitatis ipsi comiti? Quartò, vtrũ sit probata cõsuetudo quòd res redditítiæ feudo possint alienari sine consensu domini. Quintò, vtrũ in Regno si res sterilis feudalis sit vendita sine consensu domini, dominus possit illam vendicare? †Ad primã quæstionẽ fuit decisum, quòd ex
2 processu nõ apparebat, quòd dicta domus cum Casaleno esset feudalis. Sed tantùm apparebat, quòd erat redditítia feudo annuatim in tarenis vj. & nõ sequitur, res est redditítia feudo, ergo est feudalis: vt dicit Bal. in l. liberti libertiq; C. de oper. lib. Idẽ tenet Iaco. de Beluis. in prælu. feud. †quia redditus nõ est de sub-
[2] stãtia feudi, sed fidelitas, secundũ And. in cap. j. §. item qui domino, quæ sit prima causa bene. amit. ideò dicit Cyn. in auth. ingressi. in vlti. col. vers. circa præmissa ad hoc quæro, C. de sacrosan. eccl. quòd illud propriè dicitur feudũ, in quo quis habet præstare seruitiũ personale. Sed quãdo præstatur seruitiũ reale, nõ dicitur
3 propriè feudum. †Item quia sine inuestitura non est feudũ; vel id quod habetur pro inuestitura, secundùm Bald. in l. j. C. de rer. permu. & in Spec. de loc. §. nunc aliqua. versic. lxxxv. notant scribẽtes in l. si stipulatus sum Damã. ff. de verb. oblig. not. Alex. in j. vol. consil. cxxxvj. in iij. col. nec obstat testes dicẽtes, quòd dictæ res sunt feudales, quia pro eis soluuntur annuatim dicti vj. tt. & gr. xv. quia per hoc non probatur quòd dicta domus, cũ Casaleno sit feudalis: vt in propriis terminis firmauit Alex. in præalleg. consi. cxxxvj. in iiij. col. & sic in isto dubio fuit cõclusum per totum Consilium. Ad secundam quæstionem dicit Bald. in d. l.
4 liberti. †quòd præsumitur cõtractus emphyteuticus, vel contractus innominatus. Et idem videtur dicere Bal. in l. falsa. C. de iur. & fac. igno. vbi dicit quòd est contractus emphyteuticus vel locationis. Sed in veritate potius est iudicandus cõtractus censuarius: vt dicit Alb. de Ros. in l. ij. in iiij. col. C. de iure emphy. vbi dicit, Quid de quæstione à me quæsita per quendam priorẽ cuiusdam monasterij, in cuius instrumẽtis fuit repertum vnũ, in quo continetur, q Titius dare promiserat omni anno ipsi monasterio sextaria decẽ frumenti pro quodam fundo: Nunquid ex cessatione cadat à iure suo per l. j. C. de iure emphy. dixi q quantocunque tẽpore cessaret, quia non constat esse emphyteuticum vel colonum. Idem si cessaret in solutione census perpetui vel in eleemosyna vel in legato: vt in dicto vers. lxxxvj. & not. in c. constitutus. de reli. do.
†Hoc dictũ reassumit in scriptis suis iste modernus 5
doctor clarus Ias. in d. l. ij. in ix. q. col. cccxiij. dicens; quòd solus Io. Fab. in l. j. C. de iure emphy. tangit istã quæst. & dicit, q si in regione illa magis frequentatur contractus emphyteuticus, præsumitur emphyteuticus. Si verò magis frequentatur contractus censualis, præsumitur censualis. Sed idẽ Iason. ibi in xxj. col. solũ refert dictũ Albe. & remittit se ad id quod dixit in vj. q. Sed ibi quærit, si per quadraginta annos possedit vt emphyteuta, an præsumatur perpetuus emphyteuta ille qui tanto tempore soluet canonem: & distinguit vt ibi per eum. Quæstio nostra est, quis contractus in dubio præsumatur, quando non apparet an soluit vt emphyteuta, vel vt censuarius, & nulla allegatur con-
suetudo regionis. & istã tangit Alber. vbi suprà. †Ego 6
dicebam, q iste casus nõ est decidendus per dictas authoritates: quia res istæ, de quibus annuatim soluuntur domino feudi Cirignolæ tt. vj. & gr. xv. & sunt intra fines dicti feudi, impossibile est, q possit præsumi censualis contractus, quia per talem contractum esset res alienata in totum, scilicet vtile & directum dominium, vt not. in d. c. constitutus. & no. Io. de Imo. in c. ad audientiã. de reb. eccle. non alie. in ij. col. & feudales res non possunt alienari taliter vt transferatur omne dominiũ: vt in constit. Regni, Constitutionem diuæ memoriæ. Nec obstat, q dictum est in j. q. quia concedo q non est contractus feudalis verè, quando soluitur pecunia, sed tamen res de feudo, & sic non potest res quæ est de feudo, concedi ad censum, ita
nõ poterit præsumi concessa ad censum. †Ex quo se- 7
quitur, quòd dicta domus cũ casaleno præsumitur cõ- 11
cessa à domino feudi in emphyteusim sub dicto canone, & sic non poterit alienari sine eius consensu. Et si alienauerit sine consensu, & dominus feudi declarauit, q vult ex hac culpa, q dictæ res sint amissæ; ex quo malè versatus est alienando sine eius cõsensu etiã dictæ res incidũt in cõmissum, vt not. in d. l. ij. & firmat Alex. in ij. vol. cõsi. xiiij. in j. col. & in eodẽ vol. consi. clxxxvj. in iij. col. & in iij. vol. cons. xliiij. in j. colum. & in hac mea opin. maior pars dominorũ assensit. Illi qui noluerunt cõcurrere, dicebant contractum prædictũ esse potius censualem. Mouebantur per id quod dicit Ang. Are. in §. adeò. in fi. Insti. locati. vbi dicit, q sicut emphyteuta nõ potest vendere sua melioramenta sine cõsensu domini, †ita etiã censualis vel superficiarius, & sic dominus nõ solũ habet illũ censum, sed etiam habet ius q censuarius nõ potest vendere illam rem censualem sine consensu eius cui debet soluere censum. Ego dicebam, quòd Ang. ibi non loquitur de censuario in quem omne dominium est translatum, sed de superficiario vel censuario, qui soluit aliquid 8
nomine

nomine pēsionis, & sic de eo censuario qui habet vtile dominium, qui non potest alienare sine consensu domini. Vel illud dictũ procedit, vbi expressè apparet de contractu cēsuali, secus vbi sumus in præsumendo quis contractus sit, vbi præstatur annua pensio de re quæ est de feudo: licet non sit concessa in feudũ, & sic in dubio præsumitur in emphyteusim, vt s. dictum est.
9 Ad tertiã q. fuit dictũ ꝙ non est dubium, † ꝙ procurator vel ærarius recipiẽdo pensionẽ ab eo cui fuit facta alienatio rei, quæ præstabat canonẽ, antequã fuerit per dominũ declaratũ, ꝙ volebat, ꝙ illa res incideret in cõmissum propter canonẽ non solutũ præiudicauit domino: vt tenẽt gl. Io. And. & Io. de Imo. in c. potuit. de locato. & cõmuniter doct. in d. l. ij. C. de iure emphyt. & firmat Alex. & alij, vt ipse refert in iiij. volu. consi. cxij. in ij. col. Quod est verũ, si procurator & dominus sciuerunt, ꝙ res illa inciderat in cõmissum ob aliquã culpã: nam recipiendo pensionẽ, videntur remittere illã culpã. Sed stat dubium, quid si procurator ignorauit caducitatem, & recipit pensionẽ, domi-
10 no ignorante. Vtrũ † domino præiudicauit: videtur ꝙ id quod facit procurator, probabiliter videtur ignorari à domino: vt in l. vulg. ff. pro empto. l. fina. ff. pro suo. gl. in l. si res obligata. ff. de leg. j. in l. & si quis delegauerit. ff. de noua. Non enim sufficit scientia procuratoris vt dominus constituatur sciens: sed propria scientia domini requiritur: vt in l. j. C. de acquir. poss. l. ij. §. si seruus. ff. pro empto. hæc iura ad hoc allegat Alex. in iiij. vol. consi. lxiij in iiij. col. In contrariũ facit, quia dominus potuit procuratorem vel ærariũ certiorare, ꝙ fuit facta alienatio rei quæ est de feudo sine eius consensu, ideo caueat ne recipiat reditum. Et sic non certiorando ipsum, videtur quòd factum procuratoris noceat domino: vt dicit Bar. in l. in illa stipulatione in fi. ff. de verb. oblig. & in l. si fideiussor. §. si
11 mandato. ff. mandat. † Solutio, ille ærarius fuit constitutus procurator ad exigendum & recolligendũ: vnde non videtur sibi data potestas, vt possit per receptionem canonis alienare ius domini, per l. quicunque. §. item si institor. ff. de institori. quẽ allegat ad hoc Lu. doui. in singularibus suis, in verbo, procurator. Item quia procurator generalis recipiendo canonem, non potest donare ius domini. l. contra iuris. ff. de pactis. no. Bal. in l. nec ambigi. C. de donat. & Bar. in l. si procurator. ff. de condi. indeb. Et tanto magis, quia præsupponitur, quòd dominus ignorante procuratore protestatus fuit, quòd voluit rem ipsam incidisse in commissum: per quam declarationem domus cũ Casaleno effecta fuit ipsius domini: & per consequens
12 † sicut non posset de ea transigere, vt no. in c. petitio. de procu. per Abbatẽ Sicu. & per Bart. in l. nulli. ff. de transac. & Abb. Sicu. in c. contingit eo. tit. & not. in c. qui ad agendum. de procu. in vj. ita recipiendo solutionem, non posset domino post dictam declarationem præiudicare. Item procurator ad solutionem recipiendam non potest prorogare terminũ: vt in l. qui Romæ. §. Callimachus. ff. de verb. obl. & not. Bal. in l. non abstulit. C. de noua. ergo nec recipere solutionẽ per quã domino præiudicaret in remissione ipsius rei. Item ille ærarius erat propositus ad recipiendas pensiones domini: ergo non ad consentiendum alienationi rei: vt in l. j. §. igitur propositio. ff. de exerci. nec ad præiudicandum domino: vt in l. creditor. §. Lucius. ff. mandati. l. ignorantis. ff. de procur. l. si quis hac lege, §. si seruus. ff. de rei ven. † Ad quartã quæstionem roues insistere: quia non probatur legitimè, ꝙ 13
sit consuetudo in terra Citignolæ, ꝙ habẽtes res reddititias feudo possint alienare ier quilibet domino, iuxta requisita in l. ij. per Albert. C. quæ sit longa consue. & in l. de quibus. ff. de legi. & in c. fin. de consuet. Ad quintũ dubiũ fuit dictũ, ꝙ est clara decisio ꝙ dominus feudi potest concedere res steriles & incultas cũ redditu sine Regio cõsensu: quia dicit And. in c. j. in ea quæ incipit, an ille qui interfecit fratrẽ domini sui, † ꝙ dominus feudi res parum vtiles de dominio feudi potest 14
concedere, vt plantetur, & certa portio fructuum inde reddatur annuatim domino nõ in pecunia, tũc valet concessio, & nõ reuocatur. Secus si modica portio reddatur ita vt possit fraus præsumi. Idem puto dicendum de vna domo vel de vna vinea, quia ista dicitur modicæ causæ: vt dicit constit. regni, quæ incipit, Causas per magistros camerarios. Ad hoc facit c. terrulas. xij. q. ij. cum concor. suis. & not. in l. Senatus. §. Marcellus. ff. de leg. j. ideo dicitur, † de modicis non est 15
curandum: vt per Bal. in l. si prædium. C. de adi. act. & per Iac. But. in l. si post moram. ff. commo. & per Præpositum in c. Moyses. vij. dist.

DECISIO CXXX.

De fideiussoribus reorum de re præsentando toties quoties & de liberatione eorum.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussor de repræsentando reum toties quoties, an liberetur a fideiussione per incarcerationem rei, maxime si propter aliam causam. 4. 5.*

2 *Nouatio prioris obligationis non inducitur, nisi expressè dicatur.*

3 *Commodatarius iussu depositarij rem tradens, etiam si per latorem perdatur à custodia liberatur.*

Extraordinariam viam eligens videtur renunciare ordinariæ.

4 *Furem capiens & ad iudicem ducens an pœnæ dupli sibi debitæ renunciet tacitè.*

5 *Cautela pro fideiussoribus de repræsentando, vt liberentur à fideiussione.*

6 *Fideiussores de repræsentando toties quoties, per binam præsentationem liberantur.*

5 *Fideiussores non tenentur principali causa reipublicæ recedente.*

HAbuimus istum casum bis in Cõsilio, quidam † fideiusserunt pro quodam accusato, 1
de stando iuri, & sc. præsentando in curia toties quoties fuerit requisitus. post hæc curia fecit capi de persona ipsum accusatum, & posuit in vinculis publicis, ipse accusatus aufugit à carceribus, curia requirit fideiussores, ꝙ præsentent accusatũ, & si nõ præsentant intendit exigere pœnã cõtentã in fideiussione. fideiussores dicunt, ꝙ per illam carcerationẽ sunt liberati. Quid iuris? Istam quæstionẽ posuit Lucas de Penna in l. si quis decurio. C. de decurion. lib. x. vbi arguit ad partes. & tandẽ concludit, ꝙ si accusatus iustè positus fuit in carceribus, fideiussores tenentur per iura ibi per eũ allegata. istã q. posuit dominus Bartholomeus de Capua in l. ij. ff. de cust. reor. vbi primò allegat, ꝙ fideiussores per capturam illius principalis non sunt liberati, & sic eum

2 non præsentant tenentur ad pœnam: † quia per præ-
dictam capturam nõ est inducta nouatio prioris obliga-
tionis, nisi expressè dicatur. l. fi. C. de nouation. Se-
cundò arguit per locũ à sufficiẽti partiũ enumeratio-
ne, cũ certis modis finiatur obligatio. ff. de act. & obl.
l. obligationũ ferè. §. j. Inst. quib. mod. tol. oblig. per to-
tum. hic non interuenit aliquis modus ex eis obliga-
tionis tollendæ, per quẽ liberati sint à fideiussione, er-
go si non sunt liberati, remanent obligati ob fideius-
sionem nõ sublatam. ar. l. expressè. ff. de pacto. l. stipul.
l. pen. In contrariũ ipse arguit: nam recipiendo cu-
ria ab isto accusato fideiussores, nihil aliud fuit quàm
ipsum eorũ custodiæ cõmittere: vt l. expressè. dig. ff.
de custo. reor. l. ij. ex quo ergo curia accepit ipsum vt
haberet cũ in custodia sua, videtur renunciare custo-
3 diæ fideiussorũ: † nam si quis deposuit vel commoda-
uit rem alicui, & ipse misit aliquẽ qui rem ipsam ad
eum perferat, si missus fugiat cum re cõmodata vel de-
posita, commodatarius nõ tenetur: quia liberatus fuit
à custodia rei. ff. commod. l. cum qui. §. fin. & l. si mei
causa. Præterea dicit ipse, curia accepit fideiussores
ab accusato, hoc ordinarium fuit: quia lege cauetur,
vbi quis potest dare fideiussores, non est carcerandus.
Sed postea accipiendo ipsum de persona, hoc fuit ex-
traordinarium, & ideò nõ est dubium, quòd quis eligen-
do viam extraordinariam, videtur renuntiare ordi-
4 nariæ. ar. l. si filius emancipatus. ff. de mi. † Item si
aliquis accepit furẽ ducendo ipsum ad præsidem, vi-
detur renuntiare iuri ordinario cõpetenti sibi ad pœ-
nam dupli vel quadrupli vt ff. de fur. l. interdũ. §. qui
furẽ. Solutio. dicit ipse, vera cõclusio est, quòd ex quo
Curia non fuit contenta fideiussoria cautione, sed fe-
cit ipsum accusatũ capi de persona, quòd eius fideius-
sores nõ tenentur, imò sunt liberati de ipso repræsen-
tando per iura præallegata. Et dicit Lucas de Penna
in loco præallegato, quòd ipse reperit hanc opinio. te-
nere And. de Iser. Sed nõ dicit vbi. Istam quæstionem
posuit Io. And. in iij. parte, in tit. de accusat. §. sequitur.
in addit. quæ incipit, Odofr. super l. sed & si quis, &c.
5 Concludit, † quòd si ex causa propter quã ipse accu-
satus dedit fideiussores, fuit captus, fideiussores sunt li-
berati. Secus si ex alia causa fuit captus, & aufugit:
quia nõ sunt liberati, nisi fideiussores, quando ille est
carceratus, protestati fuissent, quòd habent illũ præ-
sentatũ per eos in carceribus, & amplius nolunt esse
obligati: vt dicit ibi Io. And. quem in ista limitatione
sequitur Ang. in l. nullus. C. de exhi. reis. Sed idẽ Ang.
in d. l. ij. §. qui exhibendi. ff. de custod. reo. refert Ioan.
And. prout s. retuli. Et dicit, quòd ipse credit eius opi-
nionẽ esse verissimã, nisi promissio fideiussorũ habe-
ret in se clausulã, quòd teneantur præsentare toties
quoties videbitur iudici, & dicit ita consuluisse, scili-
6 cet, † quòd facta bina præsentatione sunt liberati. &
idem dicit in l. si finita. in prin. ff. de dam. infect. dictã
opin. Io. And. secutus fuit Bal. licet nõ alleget Io. And.
Sed dicit, fideiussores per carcerationẽ accusati sunt
liberati, licet aufugerit accusatus: quia culpa custo-
dum non debet nocere fideiussoribus. Lud. in l. iij. §. in
fideiussorem. ff. qui satisd. cog. dicit istum casum ha-
buisse de facto in ciuitate Bononiæ, & tenuit partem
contra fideiussores, quòd nõ sunt liberati, & sic quòd
teneãtur ad pœnam. Sed in consiliis suis, in cõs. cxxxvj.
incipiente, ista promissio. transit cum opin. Io. Andr.
istam quæstionem posuit etiã Lud. in l. stipulatio. §. in-
ter certam. ff. de verb. oblig. & idẽ in consi. cxciij. in-
cipiente, negari non potest. vbi tenet, † quòd si recesserit 7
serit principalis ob causam reipublicæ, fideiussores
non tenentur. dominus Carolus de Rogeriis de Saler-
no vnus ex consiliariis portauit in cõsilio Digestum
nouum suum antiquum, in quo erat ista apostilla an-
tiqua, quæ sic dicebat. Et ego habens istã quæstionem
quam habuit d. Barth. de Capua, prout ipse scripsit in
d. l. ij. dum essem iudex in ciuitate Neapol. consului
do. Ioan. de Auersana magnæ authoritatis virum, qui
dixit, quòd tempore suo do. Bartho. de Capua deter-
minauit in fauorẽ fideiussorum, deinde ipse habuit in
regno pluries de facto, & ita determinauit, quòd fideius-
sores per carcerationẽ accusati si postea aufugit, sunt
liberati. Et ita dicit fuisse determinatum per Con-
silium Neap. Et habita magna discusione istius quæ-
stionis nuperrime in sacro Consilio fuit visum maio-
ri & seniori parti cõsiliariorũ, quòd illi fideiussores
sunt liberati, & quòd nõ tenentur ad pœnam conten-
tam in obligatione propter dictam incarcerationem
factam ex dicta causa, pro qua fideiusserũt. Et hoc bis
fuit decisum in Consilio tempore meo.

DECISIO CXXXI.

De attentatis lite pendente reuocandis.

SVMMARIVM.

1 *Attentata lite pendente an reuocanda.*

2 *Attentatorum causa non impedit quominus non procedatur in causa principali.*

QVidam cõcessit feudũ Titio in emphyteu-
sim, & constituit se precario nomine Ti-
tij tenere & possidere. Demum conclu-
dens agit contra Titiũ, & petit illum con-
tractum declarari nullũ. Et citatur ille Titius lite hu-
iusmodi pendente: ille Titius reuocat precariũ [a] † ca- a
pit possessionẽ fundi, ille qui concessit petit à iudice 1
reuocari attẽtata lite pendente. Ille Titius dicit quòd
iure permittente reuocauit precarium. Et sic ante li-
tem motam possedit ciuiliter, iuxta l. quod meo. & l.
interdum. ff. de acquir. poss. an debeant reuocari dicta
attentata. Fuit in sacro Consilio iudicatum in causa
magistri Francisci Chiani de Neapoli, quòd debent
reuocari dicta attentata per decisionẽ Rotalem in de-
cisionibus Bellameræ, c. j. † Et in dicta causa fuit 2
dubitatum, vtrum lite huiusmodi pendente super at-
tentatis, sit procedendum in causa principali super
nullitate ipsius contractus. Fuit conclusum quòd
potest procedi in vtraque causa simul, nec vnum iudi-
cium suspendit alterum: vt probatur in l. si constite-
rit. C. finium reg. Et firmat Bart. & Alex. in l. naturali-
ter. §. nihil commune. ff. de acquir. poss. quicquid di-
cant alij Moder. scribentes in d. §. nihil commune, vt
est Aretius & Iason, vt ibi per eos.

ADDITIO.

a *Precarium.* Pro prædictis facit optima ratio: nam
licet possit quis ex pacto, vel aliàs sua propria auctori-
tate aliquid facere: si prius de ipso facto adiuit iudicẽ,
nõ poterit variare, & redire ad exercẽdũ suã potestatẽ,
ita Inn. in c. bonæ. el. ij. de postul. prælato. vers. requi-
situs. Bal. in l. ædẽ. C. loca. in iij. q. Idem Bal. in propria
materia in l. j. v. col. in x. q. C. de ser. & aqua. non enim
hoc fieri potest in contẽptũ iudicis, & præiudiciũ litis
pendentis: vt per totũ tit. vt lite pendente. Th. Gram.

DECI

DECISIO CXXXII.
De tempore recursus ad arbitrium boni viri à laudo arbitrorum.

SVMMARIVM.

1 *Arbitrium boni viri intra quod tempus peti debeat, & adiri à laudo arbitrorum, vt transeat in rem iudicatam.*

Q Vit dubitatū in Consilio in causa duorū
1 mercatorū, † intra quantū tēpus possit ha-
beri recursus ad arbitriū boni viri à lau-
do arbitrorū. An intra x. dies sicut in ap-
pellatione. vt in aut. hodie. C. de app. si intra x. dies nō
fuit habitus recursus ad arbitriū boni viri, laudū trāsi-
eat in rē iudicatā, sicut sententia. vt in c. quod ad cōsul-
tationē. de re iudi. Fuit pariter votatū, q potest ha-
beri recursus ad arbitriū boni viri à laudo arbitrato-
ris intra ann. xxx. ipsis elapsis, transit in rē iudicatam:
vt concludit Abb. Sicu. in c. Quintauallis. de iureiur.
in viij. differentia. vbi refert opi. pro & contra hanc
sententiam firmat Bart. in l. societatem. §. arbitrorū.
ff. pro soc. Idem concludit do. Baptista de Sancto Bla-
sio in tractatu differentiarum inter arbitrum & arbi-
tratorem, q. lxxxiiij.

DECISIO CXXXIII.
De renuntiatione priuilegij fori per contumaciam.

SVMMARIVM.

1 *Contumacia tollit priuilegium fori si expressè renuntiari posset. 5.*
2 *Fori declinatoria contumacia timet in suo priuilegio.*
3 *Priuilegium facilius perditur, quam ius commune.*
4 *Cautio de iudicato soluendo præstita non excludit declinatoriam fori.*

F Verunt citati ad instantiā filij do. Ioan. de
Monsorio Neapoli, quidā de ciuitate Ca-
puæ pro causa ciuili de mandato magnæ
Curiæ Vicariæ, illi citati fuerunt reputa-
ti contumaces, posteà cōparuerunt & purgauerunt
1 contumaciā. † Et allegant declinatoriam fori: quia
Capuani habent priuilegium, q in primis causis pos-
sint conueniri nisi in ciuitate Capuæ. Replicatur, q
illud priuilegium militat, nisi citatus per interlocu-
2 toriam iudicis sit factus contumax: † quia tunc per-
dit priuilegium declinandi forum. hoc voluit Ang. in
l. eum qui. la. j. ff. de priuileg. credit. vbi dicit, quòd in
pœnam suæ contumaciæ perdit. vt non possit oppo-
nere exceptionem declinatoriam fori. alleg. gl. in d. l.
si finita. §. itē videamus. ff. de dam. infect. & dicit esse
casum, quem alibi nescit, in l. de die. §. planè. ff. qui sa-
3 tisd. cog. † facilius enim perditur priuilegium, quàm
ius cōmune. vt in l. eius militis. §. qui militia missus. ff.
de test. mili. Magna curia noluit admittere dictam
exceptionem. Fuit appellatū ad sacrū Consilium,
& dicebant illi Capuani, q habēt priuilegium quòd
etiam si sunt contumaces debent remitti. Item quia
& si præstitissent cautionem de iudicato soluendo,
4 † non videntur renunciasse priuilegio fori, vt dicit
Bart. in l. vir bonus. ff. iudi. solui. & per Io. de Imo. in l.
quidam consulebant. ff. de re iud. Viso per Consi-
lium dicto priuilegio fuit per omnes votatum, quòd
sicut ipsi Capuani possunt expressè dicto priuilegio
declinandi forum renuntiare per iura vulgaria, ita
possunt renuntiare per contumaciam, vt bene firmat
Ioan. de Imola in d. §. item videamus. licet Bart. in l. si
pupillus. §. j. ff. de peculio. hoc non decidit, sed re-
liquit cogitandum. † Secus esset dicendum quando 5
haberent declinatoriam, non possent illi expressè renun-
tiare: vt in c. si diligenti. de for. compe. quia tunc con-
tumacia non excluderet dictam exceptionem.

DECISIO CXXXIIII.
De codicillis, & de exceptionibus contrariis per reum oppositis.

SVMMARIVM.

1 *Testamentum tempore pestis factum sine solemnitate requisita an valeat.*
2 *Intellectus ad legem si. C. de codicil.*
3 *Exceptiones contrarias plures reum opponere posse.*
4 *Codicillus dicitur testamentum large.*

Q Vædam mulier Neapolitana fuit dotata à
fratribus secundùm consuetudinem Nea-
politanam in scriptis redactā, & dote tra-
dita marito & consummato matrimonio
fuit infirmata morbo pestifero, & portata in loco de-
putato in monasterio sancti Ianuarij extra mœnia ci-
uitatis Neap. Et ibidem existens in persona presbyte-
ri, & quatuor testium deposuit relinquendo marito
suo medietatem suarum dotium: quia non habebat
filios, & in ista dispositione non fuit facta hæredis in-
stitutio, neque fuit clausula codicillaris. Fratres dictæ
mulieris tanquàm eius hæredes ab intestato, petunt
in sacro Consilio integras dotes eis debere restitui à
marito, virtute instrumenti dotalis maritus † exce- 1
pit, quòd eius vxor reliquit sibi medietatem ipsarum
dotium. Illi fratres replicant, quòd relictū est nullius
momenti, pro eo, quia illa dispositio sororis nō est te-
stamentum, quia non interfuerunt septē testes, prout
de iure requiritur. Item nō interuenit institutio hære-
dis, quæ est vnum de requisitis in testamento, vt in iu-
ribus vulgaribus. Replicat maritus, quòd si illa dispo-
sitio nō valet vt testamentum, debet valere vt codi-
cillus. Respondent fratres, q maritus semper in toto
processu & vsque ad conclusionē inclusiuè semper di-
xit, q ei erat relicta medietas dictarū dotiū per suam
vxorem in testamento, & nunquā dicit q codicillan-
do legauit sibi medietatē. † ideo non potest post con- 2
clusionem allegare, q dicta medietas est sibi legata in
codicillis, per tex. in l. si. C. de codic. Quæritur quid
iuris. Fuit per totum Consilium determinatū, quòd
d. l. si. habet locum quādo actor agebat virtute testa-
mēti, & posteà vult dicere quòd agit virtute codicil-
li, tunc non potest, si ibi nō est clausula codicillaris.
Sed quando reus replicat de testamento, licet non va-
leat testamentum, potest dicere, q valet iure codicil-
lorum, † quia reus potest plures exceptiones, etiam 3
contrarias opponere, vt in c. nullus pluribus. de reg.
iur. lib. vj. Sed actori non licet: vt habetur in l. j. C. de
furt. Imo debet eligere, vt probatur in d. l. fin. iuncta
l. quòd in hærede. §. eligere. ff. de tributo. & facta ele-
ctione non potest variare. vt not. in l. si stipulatus sum
Damā. ff. de verbor. oblig. & not. Bald. in l. si à patre. §.
si possessor. ff. de petit. hæred. Et pro ista decisione
facit, † quia largo sumpto vocabulo codicillus dici- 4
tur testamentum: vt est glo. in l. prima. ff. de testamen.
per quam glossam determinat Bald. ibi, quòd si di-

 citur

citus, talis fecit testamentum in quo legauit Titio x. & non apparet de institutione hæredis, quod intelligitur testamentum, id est, codicillus. Et firmat hoc Pau. de Cast. in l. proximè. ff. de his quæ in testamento delentur. firmant hoc moder. Papienses in l. non codicillum. C. de testamen. Fuit ergo maritus condemnatus ad soluendum dictis fratribus medietatem dictæ dotis: & ab alia medietate fuit absolutus.

DECISIO CXXXV.

De pœna obligationi facti adiecta.

SVMMARIVM.

1 *Pœna facto adiecta an de iure debeatur.*
2 *Præsumptio fraudis vsurarum cessat in pœna obligationi quantitatis addita.*
3 *Stylus curiæ attendendus, qui vim legis habet.*
4 *Pœna obligationi in fieri consistenti adiecta limitatur secundùm interesse ad quod concurrit, & eadem ratione in pœna, quæ parti debetur pro contumacia.*
5 *Obligatio apud acta facta quando dicatur.*
Iuramentum stipulationem operatur pro absente.
6 *Notarius potest absenti stipulari.*

QVidam Venetus nomine Ioannes Berganidi, egit in sacro Consilio contra certos particulares homines de monte Fusculo, petendo ab eis ducatos mille quingentos pro pœna, ex quo contrauenerunt Regio privilegio concesso eidem Ioanni, quòd nullus audeat extra Regnum extrahere auellanas sub graui pœna, nisi ipse Ioann. & pœna contrafacientium applicetur ipsi Io. Item quia dicti de monte Fusculo se obligauerunt penes acta curiæ montis Fusculi sub pœna prædicta de non extrahendis nucellis extra Regnū. & postea contraueniendo extraxerūt extra regnum multam quantitatem auellanarū. Illi conuenti duas excusationes allegabant. Primū quòd ipsa extractio auellanarum facta per eos nullum interesse parauit dicto agenti.

Secundum, quia illa obligatio penes acta fuit facta
1 absente dicto Io. cui ius nō quæritur. †Dubitabatur an dicto actori sit debita dicta pœna. Ego dicebam, quòd dicta pœna de iure est debita d. Io. quia ista pœna est adiecta facto, videlicet extrahentibus auellanas extra Regnum, & sic cessat præsumptio, quòd sit apposita
2 in fraudē vsurarum, † quæ præsumptio habet locum quando pœna est addita obligationi quantitatis. Ista est vera & indubitata cōclusio Canonistarum, prout refert Abb. Sicu. in c. cū dilecti. de arbit. not. in l. cùm allegas. C. de vsuris. Et not. gl. & doct. in l. Iulianus. §. ibidem Papi. & in l. Lucius. ff. de act. empt. & in c. fin. de pœnis. & pro hoc l. si dictum. in prin. & in l. prius. in princ. ff. de euict. & in l. sed & si quis. §. fi. & ibi plenè. ff. si quis cau. & in l. rogasti. §. si tibi. ff. si cert. pet. & in l. stipulatio ista. § alteri. ff. de verb. oblig. & Bart. in l. iiij. §. Cato. eod. tit. firmat Alex. in iiij. volu. consi. lj.
3 Dicebant alij domini, quòd licet ita sit de iure: † tamen stylus sacri Consilij est, quòd siue pœna sit opposita obligationi quantitatis, siue facti ad pœnā ipsam, sacrum Consilium nō solet condemnare, nisi quatenus interesse concurrat, & iste stylus habet vim legis, secundùm Cyn. & Bal. in l. j. in fi. C. quæ sit longa consue. & in l. de quibus. ff. de legib. & iste stylus debet attendi secundùm Bart. in l. Iurisperitos. ff. de excus. tut. & in l. iij. ff. de testib. Et dicebat do. Ant. de Alex. Viceprotonotarius, quòd Ioan. de Ligna in d. c. cùm dilecti. tenet, quòd etiam, † quando pœna est adiecta ob- 4
ligationi, quæ consistit in fieri, nō debetur pœna, nisi quatenus cum interesse concurrat. Idem tenet Laur. de Rodulphis in repetic. consuluit. de vsu. in q. lxvij. & in hoc videtur residere Ioan. de Ana in c. fi. de vsu. & Alex. in præalleg. consi. ij. sicut etiam dicimus in pœna, quæ debetur parti pro contumacia, quæ non debetur parti nisi quatenus cum interesse concurrat, secundùm Abbatem in d. c. cū dilecti. dum allegat l. sancimus. C. de iudi. Et sic fuit pariter votatū, quòd dicti de monte Fusculo condemnentur ad dictam pœnam, quatenus cum interesse dicti Ioannis concurrat, quod interesse liquidabitur in executione. † Nec ob- 5
stat, quòd obligatio non est facta in præsentia iudicis, & sic non potest dici apud acta facta: vt dicit Lucas de Penna in l. ij. C. de iure fisc. lib. x. quia satis dicitur apud acta facta dicta obligatio, postquā constat, quòd de mandato iudicis notarius actorum scripsit, & sic omnia nostra facimus, quibus auctoritas nostra impartitur: vt in l. j. § sed neque. C. de vete. iu. enu. & ff. de mi. vin. l. paret. in fi. & ff. de fallis. l. diuus. §. item Senatus. ibi videri etiam &c. Item non obstat, quòd non fuit in dicta obligatione præsens altera pars, quia propter iuramentum præstitum per ipsos obligantes, quæritur ius absenti cuius interest, per not. vij. q. j. c. quoties cordis & firmant doct. in l. stipulatio illa. §. si stipuler. ff. de verb. obl. † Item quia notarius potest 6
stipulari absenti: vt not. Bald. in l. j. viij. colum. C. per quas personas. & Bart. in l. ij. ff. rem pupil. saluam fo. & Bald. in l. cùm à socero. C. de iure dor. & in l. j. ff. de iusti. & iure. licet Andr. dubitauerit de hoc in c. j. §. item sacramenta. v. colum. de pace iur. firm. Tamen hodie non oportet dubitare, vt ipsimet dicit. & firmat Specu. in titu. de satisdando. §. expedito. versicu. item quæritur. & tenet Bal. in l. non enim. ff. de adop.

DECISIO CXXXVI.

De æstimatione subsidij charitatiui.

SVMMARIVM.

1 *Subsidium charitatiuum quantū æstimandum in consecratione episcopi vasallis illum super adoa Regiæ curiæ debitæ.*

SVper charitatiuo subsidio petito per episcopum Liciensem à vasallis suis [a] sancti Pe- a
tri pro sua consecratione iuxta constitutionem Regni, quam plurimum &c.
† Fuit dubitatum quantum erit istud charitatiuum 1
subsidium, fuit die xviij. Iulij, M. cccc xcviij. declaratum per sacrum Consilium considerata dicta causa que continetur in dicta constitutione Regni. & considerato c. regni. incipiente, comites. & quadam declaratione antiqua Regis Caroli secundi, quòd tale subsidium sit quarta pars valoris annui ipsius feudi. sui terræ sancti Petri, hoc est medietas seruitij siue adoæ quæ debetur Regiæ curiæ, quando imponitur feudatariis & baronibus Regni per Regem.

ADDITIO.

a *Vasal. suis.* Adde apostillam d. Ant. de Alex. super And. de Iser. in constit. Regni, quam plurimū sub. tit. de adiutoribus exigendis. vbi dicit quòd per dictā cōstitutionē, dū dicitur de adiutorio prestādo per vasallos prælatos, fuisse decisum, quòd vasalli ecclesiæ Liciensis teneantur ei contribuere: & fuit taxata contributio per sententiā sacri Consilij ad medietatē collectæ generalis

netalis seu focalariorum, quam soluit Regi quolibet anno, & ad medium ducatũ pro foculari. cùm Regio eo tempore soluebatur vnus ducatus pro foculari: & hec taxatio sumpta fuit ex quibusdam capitulis antiquis. Aduerte tamẽ ꝙ in quibusdam registris regis Roberti fuit inuenta litera eiusdẽ regis, per quã mandabatur, quòd si abbas Cauensis probauerit, quod suis prædecessoribus consuetum fuerit per vasallos dictæ abbatiæ subueniri pro sua consecratione & benedictione, debeat ei iuxta consuetum & debitum subueniri, quæ verba requirunt, quòd probetur prælatos præcedentes illum qui petit consueuisse habere talem subuentionem. Cogita. Thomas Grammaticus.

DECISIO CXXXVII.

De instrumentorum cancellatione, & de fideiussoribus in loco iudicij præstandis.

SVMMARIVM.

1 *Cautio fideiussoria an præstanda in partibus vel in iudicio vbi causa tractanda est.*

2 *Actor in preparatorijs iudicij non excusatur, quòd scit se debere venire cum sacco paratum.*

Contumax purgando moras nõ remittitur ad locum domicilij pro cautione præstanda, nisi in loco iudicij satisdare non posset.

3 *Satisdare promittens dare debet loco promissionis fideiussorem.*

Necessitati magis succurritur, quàm voluntati.

4 *Testes in loco iudicij reperti si non examinentur, an fienda remissio ad locum illorum.*

Practica pro actore de præstanda cautione in loco domicilij.

1 Dictat nouella pragmatica Regis Ferdinãdi primi, † ꝙ si aliquis præueniat aliquem vt cassetur instrumentũ debiti ex aliqua iusta causa quã allegat, debet, antequã citetur pars, præstare fideiussoriam cautionẽ de probando causam legitimã allegatam, aliâs soluere. Dubitatur, verũ isti fideiussores sint præstandi in loco iudicij, vel fieri debeat remissio in loco domicilij ipsius petentis præuentionẽ, id est, vt præstetur fideiussor in loco domicilij. Videbatur dicendũ, ꝙ sufficit ꝙ præstetur fideiussores in loco domicilij vbi præstari possunt, per no. per Pau. & Alex. in l. j. & in l. de die. §. iutor. ff. qui satisdar. cog. & in l. si fideiussor. §. sine. ossitia. eo. tit. In contrariũ fuit decisum, & determinatum per sacrũ Cõsiliũ: scilicet ꝙ dicta fideiussio debet dari in loco iudicij, vbi petitur cassari instrumentum: quia iste debitor præueniendo potuit antequam præueniret scire se oportere dare fideiussorem de probando, aliâs de soluendo. † ideo debuit in primis
2 inuenire fideiussorẽ ante citationẽ: quia hoc est præparatorium dicti iudicij, si ergo fuit in mora in non dando in primis dictos fideiussores, non debet audiri petendo ꝙ fiat remissio in loco domicilij pro dictis fideiussoribus dandis: vt dicit Bald. & Alex. in d. §. tutor. Item si citatus est cõtumax, & vult purgare cõtumaciã, & præstare fideiussorẽ de stando iuri, prout tenetur de iure, & petat ꝙ fiat remissio in loco domicilij pro præstãdis dictis fideiussoribus, certè nõ debet fieri remissio: vt dicit Alex. in d. §. tutor, sic in illo, qui non aliter potest agere nisi prius præstita dicta fideiussione. Item quia qui promittit satisdare, † debet dare fide- 3
iussorẽ in loco promissionis: secundũ Bar. & Alex. in d. §. si necessaria. qui text. loquitur quãdo reus est conuentus, & nõ potest satisdare in loco iudicij, remittitur in loco domicilij pro dicta fideiussione: quia magis subuenitur ei qui ex necessitate fecit, quam ei qui ex volũtate: vt ibi. & in l. ꝙ si minor. §. restitutio. ff. de mino. & l. cũ postulassem. ad fi. ff. de dam. infec. sed iste qui vult præuenire nõ est in necessitate præueniendi, sed voluntarie præuenit, igitur &c. Et dicit Paul. de Cast. in d. §. tutor. in fi. † ꝙ si pars potuit testes suos 4
examinari facere in loco iudicij, & neglexit, & sic recesserũt testes, quòd nõ potest petere remissionẽ ad locum vbi sunt, & dicit hoc esse mẽti tenẽdũ: sic dicendum in illo debitore volẽte præuenire suũ creditorẽ, vt præuideat in primis de dicto fideiussore iuxta formã dictæ pragmaticæ, & nõ citare faciat suũ creditorem, nisi prius inuẽta & præstita dicta fideiussiõe. Bene tamẽ ante citationẽ poterit impetrare à iudice, vt rescribat iudici in loco domicilij, quod recipiat idoneos fideiussores iuxta formã Regiæ pragmaticæ, & dictã fideiussionẽ trãsmittat, quãdo quidẽ ipsi fideiussores sunt sub eodem Rege, per ea quæ no. Bar. in l. iij. penul. q. ff. de fideius. & Alex. in l. j. ff. qui satisda. cog.

DECISIO CXXXVIII.

De vita & militia secundo genito per primogenitum debita in feudis antiquis non obstante feudo per patrem relicto secundogenito.

SVMMARIVM.

1 *Transactio & compromissum in feudis regulariter sine regio assensu non procedunt, & quid de laudo super vita & militia.*

Compromissum de vita & militia inter primogenitum & secundogenitum factum, qualiter procedat.

2 *Laudum latum super feudo sine Regio assensu etiam homologatum est alienatio, nec tenet.*

Vita & militia est portio feudi & onus.

3 *Secundogenitus pro vita & militia præstat seruitium militare.*

Laudum latum super feudo sine consensu Regis in quæstione fratrum super quantitate vitæ & militiæ tenet.

4 *Vita & militia, an debeatur secundogenito super feudis paternis primogeniti, si pater secundogenito reliquit [illegible] [illegible] compensandi [illegible]*

Debetur ex dispositione legis [illegible] [illegible]

5 *Pater non tenetur dare vitam & militiam filio secundogenito, sed tantum ad alimenta.*

Stante cõstitutione Regni, & cõstitutionẽ diuæ memoriæ, quæ vult, ꝙ transactio, cõpromissum, & laudũ super feudis sine regio assensu nõ valeant. † Quæritur quid si post factũ cõpromissum inter primogenitũ & secũdogenitũ super vita & militia, & deinde lato laudo super ipsa vita & militia sine Regio assensu, Verum istud laudũ sit exequẽdũ. Multa hinc inde possunt allegari, de quibus dixi in l. Imperialẽ. §. præterea ducatus. de prohibita feudi alien. per Feder. sciũ. Sed die xxiij. Martij. anno M.cccc.lxxxx. fuit decisum per sacrũ Cõsiliũ, ꝙ si obiquæstio, verũ vita & militia debeatur secũdogenito, quia secun

secundogenitus dicit se ad illá non teneri ex causa, &
túc non valet nec cópromissum, nec laudú sine regio
assensu per dictá cóstitutioné Regni. Cósti. diuæ me-
moriç. & And. in c. j. §. inter pares. de lege. Corra. Doc.
in c. cú ipse. de arbi. Alex. in l. j. §. & post operis in fi. ff.
de ope. noui nun. Bal. in j. vol. consi. cccxxij. incip. à ca
2 pite inchoantes. col. pen. † quia est species alienatio-
nis etiá quòd sit emologatú secundú Bal. in c. j. in ver-
bo, sententiam. de pace Constan. & ita debet intelligi
illud consiliú Bal. in iij. vol. cósi. cclix. incip. cú essent
plures. quia vita & militia est portio feudi. idem dicit
And. de Iser. in consti. comitibus. & Io. And. in c. licet.
de voto. Abb. Sic. in consi. xij. incipiéte casus talis est.
& Marti. de Laude. in tract. de primogenitura. Item
quia vita & militia est onus feudi: vt dicit Andr. de
Iser. in dicta consti. Comitibus. & in consti. aliqui-
bus. ix. col. & in c. Regis Roberti, quod incipit, aliena-
tionis actus. & Neapo. in consuetudine ciuitatis Nea-
poli. quæ incipit, si qua mulier. in verbo de bonis. Ité
3 † quia pro vita & militia secundogenitus præstat ser-
uitium militare, vt in consti. Regni, Comitibus. Sed si
est quæstio non super vita & militia, sed super quanti-
tate vitæ & militiæ, quia frater primogenitus dicit, q
vita & militia est xx. frater secúdogenitus dicit, quòd
est xl. & est differentia inter plus & minus, tunc valet
cópromissum & laudú sine regio assensu. hoc colligi-
tur ex méte And. de Iser. in consti. Regni, Comitibus.
Et ita fuit iudicatum in causa Cubelli curialis cum
Ioan. Antonio curiale de sancto Seuerino. & iterum
in eodé mense fuit iudicatú in causa inter Ladislaum
Denteca, & vxorem Ioannis de Sangro de Neapoli.
Et in dictis causis fuit dubitatú de alio dubio, vide-
licet pater reliquit vnum castrum filio secundogeni-
to. Et filius primogenitus habet omnia alia feuda pa-
4 terna. † Verú super feudis filij primogeniti paternis
filius secundogenitus debeat habere vitam & militiá,
vel cése atur habere illud feudú relictú à patre in có-
pensationem vitæ & militiæ sibi debitæ à primoge-
nito super ipsis feudis. Videbatur dicendum, quòd ta-
le castrum videtur relictum animo compensandi cú
vita & militia debita secúdogenito. Pro hoc facit illa
regula, quæ vult, quòd quando aliquis est debitor ex
dispositione legali, & legat suo creditori, videtur re-
liquisse animo compensandi: vt cócluditur in distin.
tradita per Alex. in l. si cùm dotem. §. si pater. ff. solut.
matri. licet aliqui teneant, quòd quando debitum est
in quantitate, & legatum est in specie, non videtur re-
lictum animo compensandi: vt dicunt Pau. de Cast. &
quidam alij in l. huiusmodi. §. cum pater. fin. de lega. j.
tamen alij tenent contrarium, vt dicit Alex. in d. §. si
5 pater. vi. † Tamen domini de Consilio dicebát, quòd
legatum feudi factum à patre filio secúdogenito, erat
factum ab eo, qui non tenebatur dare vitam & mili-
tiam filio secundogenito, nec ipse filius iure amoris
poterat à patre petere vitá & militiá, sed officio iudi-
cis tenebatur ad alimenta, vt in l. si quis à liberis. ff. de
libe. agno. ideo videtur relicta animo compensandi
vt dicit Alb. de Ros. in l. vnica. in prin. in iij. col. C. de
rei vxo. actio. allegat l. creditorem. ff. de leg. ij. & sub-
debát, quòd feudum relictú secundogenito erat feu-
dum nouiter quæsitum per patrem cum potestate dis-
ponendi inter filios. Sicut pater potuisset alienare cú
cósensu Regio in præiudicium primogeniti & omniú
6 filiorú, † ita potest alienare in secundogenitum: vt di-
cit And. in c. j. de alie. feudi paterni. & in c. j. de natura
succes. feudi, cum concor. habebit ergo secundogeni-
tus feudum à patre relictum, & habebit vitam & mi-
litiam à fratre primogenito super feudis antiquis: nisi
fuisset expressè relictú dictum feudum in cópensatio-
nem vitæ & militiæ sibi debitæ super feudis antiquis.

DECISIO CXXXIX.

De tertio possessore ignorante & præscribente alienam hypothecam.

SVMMARIVM.

1 *Possessor tertius ignorans hypothecam alienam an præscribat, & quanto tempore.*
Remedium l. fi. C. de acqui. poss. exceptionem præscriptionis longi temporis admittit.
Intellectus l. j. C. si aduer. credi.
2 *Precarium resoluitur contractu resoluto.*
3 *Precarium regulatur secundum naturá sui principalis.*
Condictio ex lege, personalis est,
4 *Precarium quomodo tollatur.*
Tempore liberatus, similis est ei qui satisfecit.
Præscriptio lógi temporis cum titulo & bonafide æquiparatur pacto, & pro veritate habetur, & habet vim satisfactionis.
5 *Precarium an sit accessorium ad hypothecam vt leuata hypotheca tollatur & ipsum.*
Accessorium non est sublatum sublata principali præscriptione.
6 *Condictio ex lege durat triginta annos.*
Precarium an trahatur ad futura.
7 *Possessor tertius an conueniendus indiscusso principali in obligatione bonorum precariata.*
8 *Intellectus ad l. fi. ff. de acquir. poss.*
9 *Constitutum maius est precario, & in quo.*

MAgna fuit dubitatio in causa domini Ro-
berti Piciscelli Archiepiscopi Brundu-
sij ex vna, & dominá Mariá de Tocco ex
altera, † Si tertius possessor cum titulo 1
& bona fide nesciens quòd res possessa per eú fuerat
per prius alteri hypothecata, præscribat cótra credi-
torem habenté per prius rem ipsam hypothecam cú
precario spatio x. vel xx. anno. iuxta l. j. & ij. C. si ad-
uer. credi. vel requiratur cursus xxx. ann. Et mihi
& aliquibus doctoribus videbatur dicendum, quòd
tertius possessor aduersus creditoré agenté hypothe-
caria & remedio l. fi. C. de acquir. posses. & l. iij. C. de
pigo. & l. fi. C. de iure do. impetran. potest opponere
exceptionem præscriptionis longi temporis x. annorú
inter presentes, & xx. inter absentes, per tex. in d. l. j. C.
si aduer. cred. Et hoc firmát Pau. de Cast. in cósi. cxvj.
in fi. & Old. in cósi. xix. & Spec. in tit. de præscrip. in fi.
& Bar. in consi. incipiéte, quæritur nunquid. & Spec.
in tit. de oblig. & solu. §. j. volui. gl. & Bar. in l. j. §. cum
prædium. ff. de pigno. gl. est ordinaria in l. cum notissi-
mi. in prin. & ibi Ange. C. de præscrip. xxx. vel xl. ann.
firmat Alexand. in consil. cxxvj. j. colum. in ij. volu.
† Tamen in dictis locis nulla fit mentio quando 2
omnia dicta remedia sunt cumulata cum hypo-
thecaria: sed dicta iura & doctores loquuntur,
quando creditor agit solùm actione hypothecaria.
Quid dicendum quádo creditor habuit bona debito-
ris sui obligata, & ille debitor constituit se precario
nomi

nomine poßidere. Et demum debitor bona obligata
quæ cõstituit se precario nomine tenere & poßidere
alienauit in tertiũ: & ille tertius poßedit cũ titulo &
bona fide per x. an. inter præsentes vel xx. inter absen-
tes. Vtrum hoc casu habeat locum dispo. d. l. j. C. si
aduersus credit. Prima facie videtur dicendũ, ꝙ sic,
per tex. in l. si debitor. ff. de precar. vbi dicitur, ꝙ reso-
luto contractu resoluitur etiã precariũ appositum in
ipso contractu. Et d. l. ad præsens propositum, allegat
Bar. in l. ab emptiõe. ff. de pact. Sed hypotheca vbi est
appositũ precariũ est extincta per præscriptionẽ lõgi
temporis: ergo & precarium similiter est extinctum.
3 † Et pro hoc facit, quia regulariter precariũ regula-
tur secundũ naturã sui principalis. dicit Bal. in c. j. de
feudo dato in vicem l. commiß. & idem Bal. in l. ex te-
stamento. C. de fideic. & Alex. in ij. vol. consi. lxxij. in
ij. col. & in iiij. vol. consi. xl. in iiij. col. hanc partẽ fir-
mat Rapha. Cuma. in consi. liiij. vbi dicit ꝙ illa per-
sonalis actio ex l. fi. C. de acqui pos. quæ durat ann. xxx.
vt in l. j. C. de condict. ex l. quãdo est in rem scripta, si-
cut est in casu proposito: tunc sicut tollitur realis, id
est, hypothecaria, ita tollitur illa personalis. ff. de ca-
ptiuis. l. in bello. §. si quis seruum. & ff. de vsucap. l. se-
quitur. §. fructus. & C. de fur. l. ancillæ. non enim tolli-
tur citius realis, quàm personalis. Secundo pro ista
parte allegatur id quod dicit Bar. in l. si rem alienam.
4 ff. de pign. act. vbi dicit, † ꝙ precarium tollitur solu-
tione, vel sublato cõtractu de voluntate partiũ: secus
si alia iuris solennitate vel statuto. Sed sublata hypo-
thecaria per præscriptionem longi temporis cum ti-
tulo & bona fide, videtur sublatum precariũ ex taci-
to cõsensu partiũ, qui est in præscriptione, vt in l. fi. C.
de his qui à nõ domino manu. & in l. j. §. si quis cum. ff.
de dolo. & not. Bal. in l. licet. C. de iure delib. nam qui
tempore liberatur, similis est ei qui satisfecit. text. est
in l. pupillus. in fi. ff. de admin. tut. Itẽ ista præscriptio
æquiparatur pacto. vt in l. ij. C. de dotis promiß. & ha-
betur pro veritate dicit Bal. in cõsi. xxj. in ij. vol. ergo
si sublata est hypotheca virtute præscriptionis longi
temporis, quæ vim habet satisfactionis & pacti, & sic
tacitè inest voluntas partium, merito debet esse sub-
latum illud precarium tanquam accessoriũ ad ipsam
5 hypothecam. Sed ista ratio confunditur, † quia Bart.
in multis lecturis dicit in dicta l. si rẽ alienam, quòd
sublato contractu, præscriptione vel statuto, non tol-
litur precarium: & sic sublata hypothecaria remanet
precarium, & sic remedium agendi, ex l. fi. C. de acqui.
poss. quod remedium durat annis xxx. & hoc expres-
se firmat Petr. de Anchar. in regula accessorium. lib. vj.
char. lxxiiij. & seq. vbi dicit, quòd sublato principali
præscriptione, nõ est sublatum accessorium. idem di-
cit Cyn. in l. intelligere. C. de luitio. pig. Et ideo dicen-
dum est quòd quando debitor hypothecauit omnia
bona sua: & cõstituit se precario nomine tenere & pos-
sidere &c. tunc creditor vel hæres creditoris poterit
agere contra tertium possessorem, qui possedit rem
hypothecatam cum titulo & bona fide longo tempo-
re intra ann. xxx. cõdictionẽ ex d. l. fi. C. de acquir. poss.
6 † quia tanto tempore durat cõdictio ex lege: vt in l. j.
C. de condi. ex lege. & firmant scribentes in l. exitus,
ff. de acquir. pos. Et hoc expreßè firmat Rapha. Ful. in
consi. ccxiiij. & in propriis terminis hanc conclusio-
nem posuit quidam doctor Moder. do. Franc. de Cre-
ma in suis cautelis, cautela lxij. Et hæc vera sunt quo

ad bona: quæ poßidebat debitor tempore constituti
precarij. Sed quo ad bona quæ postea quæsiuit non ex-
tenditur precarium: vt not. Alex. in l. iij. §. incertam.
ff. de acquir. poss. Item hodie in regno non est dubium
propter pragmaticam Regis Ferdinandi primi, quæ
vult, ꝙ vbi est precarium in obligatione bonorũ, po-
test agi cõtra tertiũ possessorẽ absq; discußione prin-
cipalis debitoris, † cũ de iure cõmuni erat contrariũ: 7
vt consuluit Alex. in v. vol. consi. lvij. in fi. co. vt in au-
then. hoc si debitor. C. de pign. & sic creditori nõ cur-
rit præscriptio longi temporis, nisi à tẽpore quo fuit
facta discußio, & à tempore quo principalis debitor
fuit excussus & repertus non soluendo, quia antea age-
re non potuit, & sic nõ currit tempus x. ann. & ibi re-
spondet ad obiecta in contrariũ. Nihil tamen dicit,
quando est precarium. Dicebant quidã domini pro
limitatione prædictorum, quod Ang. in l. quod meo.
ff. de acqui. posseß. dicit quando precariũ generaliter
constitutum est super omnibus bonis, nõ transit pos-
seßio ciuilis in creditorem, quasi velit, ꝙ d. l. fi. de ac-
quir. posseß. loquatur solũ, quando specialiter quis cõ-
stituit aliquas res precario nomine tenere & poßide-
re, & nõ quãdo generaliter. Sed Raph. Cuma. in dicto
consi. lj. & Ange. in l. stipulatio hoc modo. ff. de verb.
obl. & in d. l. exitus, tenent cõtrariũ: scilicet ꝙ semper
† vbi est precariũ, habet locũ remediũ dictæ l. fi. quæ 8
loquitur de his qui poßident alieno nomine. Nã licet
debitor habeat naturalẽ, & creditor ciuilem, vt dicit
Bart. in l. Pomponius. ff. de acquir. posseß. tamen dicit
Bal. in d. l. fin. ꝙ illa lex habet locũ etiam in debitore,
qui precario nomine creditoris sui constituit sua bo-
na poßidere, etsi illa bona vel eius partẽ alienat, in-
teruenit possessionẽ ciuilem ipsius creditoris. & ideò
si primo fuit res vendita vni, & venditor constituit se
precario nomine tenere & poßidere, si postea idem
venditor alteri vẽdidit & tradidit, præfertur primus
propter possessionẽ ciuilẽ traditam per precariũ: &
tantò fortius si fuisset constitutum, † quòd est plus, 9
quàm precariũ, cùm per constitutum transeat ciuilis
& naturalis posseßio: vt plenè per Alexand. in l. quod
meo. & in l. interdum. ff. de acquir. posseß. & volunt
Bald. in iiij. volu. consi. ccccxciiij. & Modernus do-
ctor Iason ponit in l. quoties. C. de rei vendic. Fuit
ergo per maiorem partem dominorum votatum in
causa prædicta, quòd licet sit sublata hypotheca per
præscriptionem longi temporis, non est sublatum
precarium, & sic nec remedium dictæ l. fina. C. de ac-
quiren. posseß. Et per sententiam fuit præstita aßi-
stentia dicto creditori contra dictum tertium posses-
sorem, qui possedit longo tempore cum titulo & bo-
na fide. Et in eodem anno iterum sic fuit iudicatum
contra Antonellum de Alexandro.

DECISIO CXL.

De feudo hæreditario in personam descendentium.

SVMMARIVM.

1 *Feudum hereditarium quod est.*
2 *Feuda omnia sunt hodie hereditaria.*
3 *Argumentum à ſæpius iudicatis.*

TEnementi, ꝙ sacrũ Consiliũ bis isto anno
pronũciauit, † quòd data communi forma 1
inuestituræ tibi & tuis hæredibus ex tuo
corpore legitimè descendentibus, quòd
istud

istud sit feudũ hereditariũ in persona descendentium

Et dicebat do. Ant. de Alexan. quòd maiores nostri ita tenuerunt, referendo ita tenuisse do. Io. Ant. Carrasam de Neapoli, & do. Gof. de Gaieta. Et ita tenuit dominus Neapo. Sebastianus in consuetudine Neapolitana, quę incipit, & si testator, in verbo, disponit. di-
2 cens, † quòd hodie omnia feuda sunt hæreditaria: quia communis est dicta forma. Idẽ voluit Bal. in c. j. de eo qui sibi & hæredibus suis. & Pau. de Cast. in l. ex facto. §. si ff. ad Trebell. Et Bald. in auth. hoc amplius. C. de fideicom. & sic fuit iudicatum in causa domini Bernardini de Marchisio contra certas mulieres de domo de Samfiramundo. Idem fuit iudicatum in causa nobilis Cubelli curialis de sancto Seuerino cũ eius nepote. Egoautem legendo tenui contrariam sententiam: vt patet in c. j. ex quibus causis feu. amit. Sed quia sæpius iudicatum est, quòd dicta forma facit feu-
3 dum esse hæreditarium, † minimè sunt mutanda quæ antiquam interpretationem habuerunt, sed de libero meo arbitrio quando non fuisset, vt suprà iudicatum, ego iudicassem contrarium, & crederem non errare in iure in materia feudali in isto articulo: vt patet in scriptis meis super feudis.

DECISIO CXLI.

De testamentis & perduellionibus.

SVMMARIVM.

1 *Casus omissus reman. in dispositione iuris communis.*
2 *Immorig. ratio non conuenit nobilibus.*
3 *Dict. o tir, qualiter exponatur.*
4 *Immorig. ratio in testamento posita quomodo interpretetur.*
Delictum cadit statim post infantiam.
Adolescentiæ via incogn. ta.

Qvidam Franciscus de Racta fecit testamentum, & instituit Thomasium de Racta suũ nepotem hæredem, cum hac qualitate, quòd durante eius minori ætate, vsque ad decem & octo annos magistri hospitalis sanctæ Mariæ Annuntiatæ de Neapo. sint gubernatores personæ dicti Thomasij & bonorum, & si in fine dictorum xviij. annorum dictus Thomasius fuerit immorigeratus: tunc in bonis ipsis succedat dictum hospitale sanctæ Mariç Annuntiatæ, & quòd teneatur prçstare certa alimenta limitata dicto Thomasio. Et cum hac voluntate decessit dictus testator superstite dicto Thomasio. Et dicti magistri Hospitalis prædicti gubernauerunt bona prædicta iuxta dictam voluntatem defuncti, & etiam personam dicti Thomasij minoris. Sed erat maior infante. Demum adueniente in regno Rege Carolo Francorum iste Thomasius qui erat tunc ann. xij. se posuit ad seruitia cuiusdam domini Gallici. Et demum recedente Rege Carolo recessit cum dicto domino Gallico in Fràciam, & ibi dictus Thomas mortuus fuit dum esset ætatis annorum xiij. Euenit quòd dominus Girardus Gambacurta qui fuerat factus aduocatus pauperum, habuit dono à Rege Federico nõnulla bona existentia in territorio Carsatano, quæ fuerunt dicti quondam Francisci & dicti Thomasij eius hæredis, tanquàm bona spectantia Regi ob rebellionem dicti Thomasij, qui recessit cum hostibus Regis Federici, & virtute dictæ donationis quam osten-
1 debat per priuilegium Regis Federici, cepit possessionem dictorum bonorum. Insurgunt magistri dicti hospitalis, & dicunt quòd dominus Girardus non potuit turbare dictos magistros possidentes dicta bona virtute dispositionis prædictæ dicti quondam Francisci. Et subdunt, quòd si diceretur, quòd casus comprehensus in dicta dispositione non venit: quia dictus Thomas non fuit mortuus in xviij. anno immorigeratus, sed solum fuit mortuus in ætate xiij. annorum.
† Et sic iste casus fuit omissus, qui remanet in di- 1
spositione iuris communis. Et per consequens bona dicti Thomasij propter dictum delictum, quia accessit cum hostibus deuoluta fuerunt ad Regem Federicum, & Rex Federicus illa donauit domino Girardo.

Ad hoc respondebant dicti magistri, quòd ex quo testator disposuit quòd si in ætate decem & octo annorum dictus Thomasius esset immorigeratus, quòd dictum hospitale succedat, certè si fuisset interrogatus testator, quid si ante decem & octo annos fuisset immorigeratus, idem verisimiliter statuisset: vt est glo. singularis in l. tale pactum. §. fina. ff. de pact. quam omnes doctores approbant. facit text. in l. Lucius Titius. & ibi Bartol. & doct. ff. de libe. & posthu. & l. fina. C. de
posthu. hær. instit. † Ad hoc respondebat do. Girar- 2
dus, quòd testator non intelligit de immorigeratione, qua adhæsit hostibus Regis Federici, nec de hoc cogitauit. Sed de immorigeratione circa ea quæ non conueniunt nobilibus personis. Si ergo dictus Thomasius fuit rebellis, quia iuit cum hostibus, non potuit dici, quòd de ista immorigeratione intellexerit testator. & sic bona dicti Thomasij non spectant ad dictum hospitale, sed sunt deuoluta ad Regem Federi-
cum, & sic ad habentem causam ab eo: † nam illud 3
verbum, immorigeratus, exponitur, in pro non: vt in l. si cùm dotem. §. transgrediamur. ff. solut. matri. ibi, iniussu patris, id est non iussu. & in authen. quomodo opor. episcopos. §. si non inter. col. j. & in c. Romana. de sentent. excomm. in § fina. ibi, innoxios. & sic non morigeratus, id est, qui non habuerit bonos mores. inde rex dicit improbato more in l. j. circa. si. ibi, & vt generaliter dixerim. ff. de actio. emp. & tantùm est dicere, quantùm dicere si dictus Thomas stultus fuerit: vt dicit Plautus in Tri. Amor mores hominũ, & morosos efficit: & non intellexit de moribus qui respi-
ciunt omnes virtutes: † Vel exponitur immorigera 4
tus, id est, nõ obediens: vt dicit Terentius in Adelph. Si adolescenti esses morigeratus, quasi dicat, si dictus Thomas in xviij. anno non erit obsequiosus & obediens, quibus debet esse obediens. Cùm igitur casus superueniens, id est, mors Thomasij superuenit ante xviij. ann. & repertus fuit moram trahere cum hostibus in ætate annorum xiij. in qua ætate cadit delictũ: quia non est infans: vt dicit text. in cap. j. de delictis puerorum. & C. si aduersus delictum d. p. & in l. præteritas. C. de pœnis. Nec est verum, quòd verisimiliter idem disposuisset testator, si fuisset interrogatus: quod si infra ætatem xviij. annorum dictus Thomas fuisset non morigeratus, quòd ei succedat hospitale. ex quo via adolescẽtis est incognita: vt dicit Salomon. prout refert gloss. Instit. de iust. & iur. § j. in verbo, atterit. & ideo non est verisimile, quod idem disposuisset.

Vnde videbatur dominus de Consilio, quòd dictũ hospitale in dictis bonis non fauebat, ius. hoc intelligens habuit concordiam cum domino Girardo: nam de dictis possessionibus vnam habuit hospitale, aliam dominus Girardus.

DECISIO CXLII.

De diuisione debiti per creditorem agentem cõtra certos debitores insolidũ obligatos, & non cõtra omnes.

SVMMARIVM.

1 *Protestatio non requiritur in creditore conueniente debitores insolidum obligatos, vt diuidere videatur d. bitum in commentò tito.*

Diuisionem debiti non inducit receptio partis.

2 *Creditor agens pro virili contra suos debitores, diuidere videtur debitum.*

3 *Diuisio debiti non inducitur, vbi aliquis debitorum non est soluendo.*

4 *Lex expressa in petente non praescripta.*

Imo l. si ex toto ad l. inter eos. §. j. ff. de fideiuss.

Qvidam creditor plurium suorum debitorum insolidum obligatorum pro ducatis trecentis egit cõtra dictos debitores suos, excepto vno debitore, qui erat clericus

1 & haeres sui debitoris. †Fuit dubitatum an per hoc videtur facta diuisio per creditorem, ex quo creditor non fuit protestatus, quod vnica solutione sit contentus: vt not. in authen. hoc ita. C. de duob. reis. Prima facie videbatur, quod non erat facta diuisio, per text. in l. inter eos. §. j. ff. de fideiuss. vbi per receptionem partis debiti, non inducitur diuisio, sic videtur dicendũ si creditor agit contra partem debiti, & non sit inducta diuisio.

In contrarium facit tex. in l. si creditores. C. de pa-

2 ctis. Vbi dicitur contrarium, † quod si creditor plurium debitorum insolidũ obligatorũ exegit pro virili, videtur diuidere: ita si egit contra eos sine protestatione excepto vno clerico, quem non poterat cõuenire coram iudice seculari, videtur diuidere inter eos illud debitum. Fuit votatum & iudicatum in Consilio, quod ex quo omnes debitores sunt soluẽdo, agendo contra aliquos sine dicta protestatione videtur diuidere,

3 & vltra virilẽ non possunt conueniri, † secus si non essent omnes soluendo, quia tunc non esset facta diuisio. Bene aduertendũ est, quòd ista iura nõ loquuntur in creditore petente, sed in creditore recipiente partem debiti. Ideo dubitatur quid in creditore agente contra aliquos debitores insolidum obligatos & non cõtra omnes. pro eo quia dicit Francis. de Aretio in l. si ex toto. §. si ita. ff. de leg. j. quòd in petente non habe-

4 mus legem expressam, † sed bene habemus legem expressam aequiparantem creditorẽ recipientẽ partem debiti, creditori petenti partẽ debiti in d. l. si ex toto. §. si ita, praeallegata. Nec obstat l. inter eos. §. j. praeallegata: quia illa lex habet locum quando obligati insolidũ haberent beneficiũ diuisionis inuito creditore, vt sunt fideiussores. & tunc non praeiudicatur sibi: & ad hoc fuit lecta pulchra distinctio Bal. in d. §. si ita, de quo ibi per eum, & per alios scribentes ibi.

DECISIO CXLIII.

De testamento in scriptis per multas rationes inualido.

SVMMARIVM.

1 *Testamentum in scriptis quae requirat. 2. 3.*

2 *Testamentum suppositum inualidum, Notarius in testamento recipiendo debet esse rogatus, & de hoc constare debet.*

Testamentum ad interrogationem notarij conditum quando validum.

4 *Testamentum sanae mentis testando non esse, quae facimus apparere.*

5 *Senatus Romanorum seriosius cuiusdam validum iudicauit testamentum propter eius perfectionem.*

6 *Testari in scriptis quando appareat testatorem valuisse.*

Testamentum nuncupatiuum expressionem nominis haeredis coram testibus requirit explicitè vel implicitè per relationem ad aliam scripturam.

7 *Legatum implicitè relictum per relationem ad aliam scripturam valet.*

Vtrum testamentum † Martini Martialis scriptum per manus notarij Modestini, clausum & sigillatũ valeat vt testamẽtum in scriptis. Et si non valet vt testamentum in scriptis, valeat vt nuncupatiuũ. Et certè tale testamentum non potest valere vt testamentũ in scriptis, propter multos defectus. Et primò, quia illud testamẽtum non fuit subscriptũ a testatore manu propria, quando testator scit scribere, prout erat ipse Martinus, & in testamento in scriptis requiritur ista solennitas vt expressè dicitur in l. hac consultissima. C. de testamen. Secundò probatũ est, quòd dictus testator non tenuit dictum testamentũ in manus suas, nec dixit, quòd istud erat suum testamentũ. Sed notarius praedictus tenebat in manibus suis certas chartas, quas extraxit à pectore suo, & interrogauit praefatum Martinum infirmũ, si vellet istud esse suum testamentum: aliqui testes dicunt, quod Martinus respõdit, nullet

2 si. Alij dicunt quod dixit, mase si, † & per consequens istud testamentum potuit esse suppositum à dicto notario: & ideo tale testamentum non debet valere per d. l. hac consultissima. Tertiò non apparet aliquo modo, quòd dictus notarius fuit rogatus, quando interrogauit testatorem si volebat testamentum, quod ipse notarius tenebat in manu sua, quod esset suum testamentum, & testator dixit, vt suprà, qui rogatus est de vno requisito in testamento in scriptis: vt dicit Bar. in l. ij. ff. quemad. testa. ape. Et licet glo. communiter approbata in l. iubemus. C. de testa. voluerit, quòd testamentum conditum ad interrogationem notarij, hoc modo, videlicet, vis talem facere haeredem: & testator dicit, quod sic, quod tale testamentũ est validũ. tamẽ illa glo. procedit in testamento nuncupatiuo. Secus

3 in testamento in scriptis: † quia in eo si interrogetur testator si vult illud esse suum testamentum, & ille respondit sic, non valet tale testamentũ in scriptis. Ita expressè firmat Io. And. in addi. Specu. in tit. de testa. §. in primis. Et multi doctores sic cõsuluerunt in suis consiliis, vt fuit dominus Bartholomeus Suczina, dominus Ioã. Baptista de Caccialupis in simili materia. & Móder. Papienses in d. l. iubemus. Et totũ Consilium pro maiori parte affirmabat ita fuisse per sacrum Consilium aliàs iudicatũ in quodã testamento in scriptis facto in ciuitate Auersae. Quarto dictũ testamentũ non fuit scriptum & sigillatum à testibus in praesentia testatoris. sed in sala extra cameram vbi iacebat in lecto testator, vt deponunt testes: quo casu non valet testamentum: vt in d. l. hac consultissima.

4 Quintò, † illud testamentum fuit factum eo tempore, quo testator grauatus infirmitate non erat in recto sensu, vt deponebant certi testes, licet quidam alij testes deponebant contrariũ. Tamen quia dictum

testamentum erat ita in discretè conditum, quia ideo instituit vxorem suam iuuenem hæredem, & fratres carnales nõ instituit hæredes. & certa verba indiscreta continentur in dicto asserto testamento, quod attenta qualitate dicti testatoris, qui fuit vir prudens & commissarius Regius, quod ex his multi præsumpserunt dicere, quòd dictus testator tunc non fuit in recto sensu.

Ad hoc accedat id quod dicit Valerius Maximus,
5 † quòd senatus iudicauit testamentum cuiusdã furiosi esse validum: quia bene fuit dispositum: vt refert Bal. in l. ij. de test. & in l. furiosum. C. eod. tit. & idem Bal. in cap. j. in prin. per quos fiat inuestitu. Et refert Alex. in ij. vol. consi. lxxxv. in j. volu. consi. cxlj. ita econtrà dicẽdum videtur. Sextò de voluntate testatoris nihil constat nisi per scripturã dicti notarij, & sic cùm non appareat de voluntate testatoris nisi per dictam scripturam, non potest valere vt testamentũ: vt dicit Ioan. Andr. in d. §. in primis. Ex quibus & multis circonstantijs consideratis fuit per omnes dominos votatum, & postea sententiatum, quòd dictum testamentum non valet vt testamẽtum in scriptis. † Fuit deinde dubitatum, an saltem posset valere, vt testa-
6 mentum nuncupatiuum. † Et certè cùm appareat, quod dictus testator voluit testari in scriptis, & non nuncupatiuè, quod apparet ex eo, quia voluit, quod voluntas sua non esset nota testibus, & sic apparet, quia voluit in scriptis testari: vt dicit Paul. de Castr. in l. hæredes palàm in ij. col. ff. de test. & Cyn. in l. hac consultissima. §. per nuncupationẽ. C. de testa. nec potest valere vt nuncupatiuum: quia testator coram testibus non expressit nomina hæredum, nec explicitè nec implicitè per relationem ad aliam scripturam: vt dicitur in l. asse toto. ff. de hære. instit. & per Bart. in l. si ita scripsero. ff. de conditio. & demonstratio. & per Moder.
7 in d. l. hæredes palàm. † Valet enim tam legatũ, quod est implicitè relictum per relationem ad aliam scripturam, secundùm Bart. in d. l. si ita scripsero. quàm hæredis institutio, secundùm Bald. & Ang. in d. l. asse toto. vnde si testator nominauit hæredem nec implicitè nec explicitè, non potest valere tale testamẽtum vt testamentum nuncupatiuum. Et sic fuit iudicatum, quòd dictum testamentum non valebat, & quòd hæreditas dicti Martini spectat ad Ianorũ & ad Ant. fratres carnales dicti Martini tãquàm hæredes ab intestato. lata fuit sententia die iiij. Iulij. M. cccccxxix.

DECISIO CXLIIII.

De testamento in scriptis resoluto in nuncupatiuum propter clausulam, omni meliori via.

SVMMARIVM.

1 *Testamentum, an quo nullus testis dicit se subscripsisse loco testatoris imperiti, qui nesciebat scribere, an validum.*

2 *Clausula, omni meliori via & c. an testamento facit valere testamentum in scriptis vt nuncupatiuum.*

IN quodam testamento condito per quendã testatorẽ de ciuitate Terami. † Fuit
1 dubitatũ si in dicto testamento in scriptis condito sunt subscripti nedum septem testes: sed quatuordecim: tamen vnus ex dictis quatuordecim testibus non dicit, quòd ipse se subscribit loco testatoris non valentis subscribere dictum testamentum. Andictam testamentum fuit validum? quidam dicebant, quòd non valet: quia l. hac consultissima. C. de testamen. expressè dicit, quod si testator scribere nequeat, octauo subscriptore pro eo adhibito, eadem seruare decernimus. & ita iudicauit dominus Guilielmus Fricina tunc auditor prouinciæ Aprucij. à qua sententia fuit appellatum ad sacrum Consilium. Et in sacro consilio fuit probatum quod, † testator dixit, quod 2 volebat testamentũ prædictum valere omni meliori via, modo, & forma, quibus melius valere potest & debet, quod sic testator non se astrinxit velle testari solenniter in scriptis. Ideo fuit omnibus visum, quod dictum testamentum propter dictam clausulã valeat vt testamentum nuncupatiuum, vt firmat Alex. in v. vol. consi. clxxvj. & sentit Host. in summa. de testa. §. qualiter conficiatur. Et sic fuit reuocata dicta sententia, & pronuntiati fuerunt dicti hæredes scripti in testamento esse hæredes dicti testatoris.

DECISIO CXLV.

De sentẽtia lata in interdicto vti possidentis, contra defunctum non exequenda contra hæredem.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata contra defunctum an exequenda contra eius hæredem infra tempus conficiendi inuentarij. a.*

Possessio noua an præsumatur in persona hæredis.

2 *Hæres non tenetur ex defuncti delicto.*

LAta fuit sententia super interdicto vti possidetis, contra B. quæ transiuit in rem iudicatam: sed non fuit mandata executioni. Mortuus est ille cõdemnatus superstite eius hærede: hæres continuat possessionem, quam defunctus possidebat, & fuerat condemnatus ad desistendũ à turbationibus. petitur vt illa sententia mandetur executioni contra hæredem condẽnati, & imploratur iudicis officiũ nobile pro executione dictæ sententiæ contra hæredem defuncti cõdemnati. † Ci- 1
tatur hæres: qui comparet, & dicit, quod sententia non potest exequi contra eum, quia tenet & possidet pacificè post mortem defuncti cõdemnati, & in eius persona est noua possessio: vt in l. cùm hæredes. ff. de acquiren. posses. Io contrarium dicebat, quod sententia lata contra defunctũ potest exequi contra hæredem etiam infrà tempus conficiendi inuentarium: vt dicit Paul. de Cast. in l. fi. §. donec. C. de iure deliberan. not. Inno. in c. quia gu. de iudicijs. Fuit votatũ in Consilio per omnes, quòd sententia † lata in interdicto vti 2
possidetis contra defunctum, non mandatur executioni contra eius hæredem ex facto hæredis. hoc voluit Inno. in cap. abbate. de verbo. signi. in ij. colum. vbi dicit ista verba. Sed oppo. nónne actio in factum ex re iudicata datur in hæredem. ergo si iudicatum est in interdicto, quòd aliquis non turbet, ergo & hæres per hanc sententiam compescetur. Respondeo, quando actio in factum est ex re iudicata, dabitur in hæredem ex turbatione defuncti cõtra quem lata fuit sententia. sed non dabitur ex turbatione hæredis, quia fortiter iste turbat, vt puta, quia non vi, nec clam, nec precario possidet ab aduersario. Item hæres non tenetur ex delicto defuncti &c. Et istam doctrinam Innocen. alleg. Baldus in l. de eo. §. hæres. ff. ad exhibendum.

DECIS

DECISIO CXLVI.

De habitatione genero per socerum promissa in domo postea variata.

SVMMARIVM.

1 *Socer promittens genero suo habitationem in sua domo, an possit reuocare & alibi sibi illam constituere.*

2 *Variare an liceat ei qui semel elegit.*

1 Dominus Antonius Maczucca † maritauit quandam filiam suam, & vltra dotem traditam genero suo promisit dare sibi habitationē, quam sibi dedit in domo sua. Postea idem dominus Antonius vult generū & filiam expellere à domo sua, & offert dare habitationem seorsum à domo sua. Ille suus gener replicat, quod semel ipse elegit dare habitationem in domo sua, & ibi steterunt, non licet ei variare: vt nota. in l. serui 2 electione. ff. de leg. j. & in regula, quòd semel. † de reg. iuris. in vj. cum simi. Fuit determinatum, quod dictus dominus Antonius potuit variare, per text. in l. si sterilis. §. fi. ff. de actio. empti.

DECISIO CXLVII.

De depositario liberato per restitutionem illegitimo tutori factam.

SVMMARIVM.

1 *Depositarius potest restituere ei, qui non erat legitimus tutor, & liberatur.*

2 *Monacho potest solui, licet actio quæsita sit monasterio.*

1 Quidam gerebat † se pro tutore, & nō erat, quia non fecerat solennia, deposuit res & bona pupilli penes aliquem, publico instrumēto mediante, in quo stipulatus fuit, dictas res restitui sibi vel pupillis, demum pupillis factis maioribus, agunt contra depositarium, depositarius dicit, quod bona ipsa restitui tutori. & probat per scripturam primam verificatā, replicant illi qui fuerant pupilli, quod ille non erat tutor, & per consequens male fuit ei facta restitutio. Fuit determinatum, quod ille depositarius potuit restituere res depositas per eū 2 qui non erat legitimus tutor eidē: † quia & monacho qui mutuauit potest ei solui, licet actio sit quæsita monasterio: vt not. Bartol. in l. filius. C. de pactis. & l. cum quis. in princ. ff. de solution. & in l. non ideo. ff. de noua. faciunt ea quæ not. Bar. & scribētes in l. si vrbana. ff. de cond. inde. & sic ille depositarius consecutus fuit liberationem ab illis pupillis effectis maioribus, saluo iure recuperandi res illas ab illo asserto tutore.

DECISIO CXLVIII.

De compromisso nouo ex detractione vnius ex arbitris de partium consensu, & de confessione procuratoris facta coram arbitro compromisso perempto.

SVMMARIVM.

1 *Compromissum nouum an dicendum propter detractionem vnius ex arbitris inter partes.*

2 *Arbiter tertius per partes electus nouum reddit compromissum.*

Libellus renouatur per detractionem vel additionem.

3 *Acta probatoria non pereunt instantia perempta, nec confessiones.*

Confessio procuratoris coram arbitris facta perempto compromisso non perit.

4 *Confessio procuratoris nomine procuratorio, an noceat sibi, si aliter de veritate constet.*

In causa Iuliæ de Vrso de Neapol. fuit de duobus dubitatum. Et primò. † Ecce quod 1 partes fecerūt cōpromissum in duo, deinde ipsæ partes prolongauerunt cōpromissum in longiorē dilationē, & voluerunt, quod vnus tantum ex illis arbitris haberet cognoscere & determinare: vtrum istud sit cōpromissum nouū, vel compromissum prorogatum. Secūdò, posito quod sit nouum cōpromissum, vtrū confessio procuratoris facta procuratorio nomine tēpore primi cōpromissi extincti sit nulla, vel valida tempore secūdi cōpromissi: ita quod ille arbiter possit in ea se fundare. Ad primum dubiū fuit per sacrū Consiliū votatū, quod sit nouū cōpromissum, propter illam detractionem. ad hoc allegat. Bal. in l. ius ciuile. ff. de iusti. & iur. & ibi per Iasonem. † Itē si eligitur per partes tertius arbiter, dicitur nouū 2 cōpromissum: vt dicit Bar. in l. si dominiū. ff. de furt. ita dicitur nouum, si de duobus detrahitur vnus. Item sicut interuentu nouæ personæ in cōpromisso prorogato censetur nouum cōpromissum secundum Dy. & Bal. in l. Titius. ff. de excu. tut. ita ratione detractionis personæ arbitri censetur nouum cōpromissum, sicut dicimus si aliquid additur vel detrahitur libello, censetur nouus libellus: vt habetur in l. edita. C. de edēdo. Ad secundū dubium fuit votatū, † quod sicut instātia 3 perempta non pereūt acta probatoria, neque confessiones: vt tenet expressè Bal. in l. cū antea. C. de arbit. doct. in l. ij. C. de edendo. & Alex. in ij. vol. consil. lvij. & consi. lxj. in iij. col. ita non perit confessio procuratoris facta coram arbitrio perempto cōpromisso, vt videtur firmare Bal. in d. l. cū antea. Et ideo valuit sententia illius vnius arbitri fundata super cōfessione procuratoris facta pendēte primo compromisso coram duobus arbitris expirato, vigore cuius facta fuit solutio per reum cōdemnatū. Sed resultabat aliud dubium in hac causa. † Vtrum cōfessio facta per pro- 4 curatorem procuratorio nomine noceat sibi tanquam personæ propriæ. Si apparet, quod aliter se habeat veritas, quàm quod continetur in confessione procuratoris: fuit votatū quod re integra nō nocet. per l. cum quidam. C. de admini. tut. & l. aduersus. §. si tutor. ff. de inoffic. 2 test. & l. inter officium. ff. de rei vend. & per glo. in c. cùm inter canonicos, de elec. & Bald. in l. de sua. C. de rei vendic. Secus quando res non est integra, tunc illa confessio nocet sibi. Faciunt not. per Lucam de Penna. in l. fin. in iij. col. C. de tabul.

DECISIO CXLIX.

De contractu ad commodum carcerantis cum carcerato indebitè: & de fideiussore pro carcerato soluente.

SVMMARIVM.

1 *Promissio & fideiussio facta per carceratum an valeat. Carceratus an teneatur fideiussoribus soluentibus, quos dederat per obligationem factam per metum incarcerantibus.*

2 *Carceratus in priuato carcere ad vtilitatem detinentis vel participis contrahere an possit.*

3 *Latrunculis promittens vt euadat, an obligetur & teneatur, & quando.*
Contractus ad commodum carcerantis, non valet cum carcerato.
4 *Fideiussor soluens ex contractu nullo pro incarcerato an possit repetere, maximè si sponte soluat. num. 5.*
Imputari an debeat ei qui non opposuit quod admissum non fuisset.
6 *Iudex compellere partes ad compromissum an possit, & quando.*
7 *Quies publica violatur per magnatum discordiam.*
8 *Tribunalia maiora qualiter compellant partes ad compromittendum.*

IN causa magistri Palamedis de Caua architecti cum archiepiscopo Brundusino
dubitatur. Vtrum promissio facta per
dictum Palamedem certis Francigenis de
soluẽdo eis certo termino ducatos centũ, & proinde
dedit fideiussorem ipsum archiepiscopũ q si ipse Palamedes non soluerit dictos ducatos centũ dictis Gallis pro talia & excarceratione ipsius, ipse fideiussor
promisit soluere, & postea fideiussor soluit: & nunc
repetit à dicto Palamede, qui dicit se non teneri: quia
obligatio nõ valuit tãquàm facta per metũ dictorum
Gallorum, qui tenebant eum incarceratũ vt faceret
taliam. Fuit votatũ per Consilium, q talis obligatio cum fideiussoribus non valuit, per tex. in l. metũ.
§. sed licet. ff. quod met. caus. vbi promissio facta illi
qui metum intulit, non valet. Hinc est q dicit Io.
1 de Imo. in l. qui à latronibus. ff. de test. † quòd quando
quis detinetur in carcere priuato, non potest contrahere ad vtilitaté detinentis vel participis, per l. qui in
carcerem. ff. quod met. caus. & per d. §. sed licet. Sed si
detineretur in carcere publico: & ipse carceratus est
iniustè carceratus respectu ordinis omissi: & sic non
ritè fuit carceratus, vt quia fortè erat verus debitor,
non tamen erat casus, in quo de iure potuisset capi
personaliter & carcerari: sed propter potentiã creditoris de facto fuit captus & carceratus in vinculis publicis. Et tunc dicendum est, prout dictum est, quãdo
detinetur in carcere priuato. Multò fortius idem dicendum est, si nec ritè nec rectè fuit detentus in carceribus publicis propter potentiã asserentis se creditorem, secundũ Io. de Imo. vbi suprà. Idem tenet Bal.
in l. nã & seruus. in prin. ff. de neg. gest. vbi dicit Ang.
2 † q si quis esset captus à latrunculis, & eis promitteret
pecuniã, iste promittens nec ciuiliter nec naturaliter
est obligatus effectualiter, saluo nisi esset iustum bellum, puta inter Ecclesiã & subditos, vel inter Imperatorem & subditos, & captus esset de rebellibus Ecclesiæ vel Imperatoris: patet ergo, q cõtractus factus ad
vtilitaté carcerantis cum iniustè carcerato non valet:
vt not. in d. l. qui in carcerem. & ibi Ang. Et si non valet contractus principalis, minimè contractus accessorius, scilicet ipsius fideiussoris. Sed an fideiussor qui
soluit ex isto contractu nullo, posset repetere à principali: quilibet prima facie diceret, quòd non: quia
obligatio illa non valuit. Tamen fuit dictũ, q in
3 contrarium est veritas, † quia licet fideiussor potuisset
opponere, quãdo fuit cõuentus vt solueret pro principali illam taliã, quòd illa obligatio nõ valet: tamen
apud ipsos Gallos talis exceptio non fuisset admissa,
ideò nõ debet imputari si illã non opposuit, & soluit,
per id quod dicit Io. de Imol. in c. peruenit de fideius.
& Alex. de Imo. in ij. vol. consi. ccix. in j. col. Et idem
dicit in j. vol. consi. lvij. Et pro hoc facit glo. in d. §. sed
licet. in verbo, operæ. quę dicit, quòd si habes bonum
propter me, æquum est vt habeam pro te. Sed principalis qui fecit taliam fuit liberatus à carcere propter
dictam fideiussoriam cautionem, & dictus fideiussor
postea soluit, meritò æquũ est vt ipse non sit in dãno.
Et hoc procederet, quando dictus fideiussor coactè
soluisset. Sed quid si spontè soluisset sine aliqua coactione, an possit repetere à principali? † tunc recurrendum est ad materiã l. creditor. ff. de sol. cum concor. & ad votum quod sequitur in sequenti decisione.
hæc causa non fuit sentẽtiata: quia erant certæ coniecturæ contra dictum fideiussoré. per quas coniecturabatur, quòd ipse fideiussor fuit causa capturæ dicti
principalis: & propterea non tenebatur dictus principalis ad restituendum id quod apparet soluisse, per
not. in d. l. metum. & tamen non erant legitimè probatæ. sed in conscientia credebantur veræ. Fuit partibus persuasum per Consiliũ, vt partes ipsam causam
compromittant, & sic partes causam ipsam compromiserunt in arbitratores, qui postea concordauerunt
dictas partes. hic dominus Viceprotonotarius quæsiuit. † Vtrum sacrum Consiliũ possit, si sibi videbitur, ex aliqua iusta causa cõpellere partes ad compromissum? Et fuit cõclusum, quòd regulariter iudex
non potest cõpellere partes ad compromissum: vt dicit glo. & Bar. in l. furti. §. qui iussu. ff. de his qui notan.
infa. & idem credit Bal. in cap. j. § si quis quinque solidos. de pace tenen. & idem tenet Bald. in l. ex stipulatione. C. de senté. & interloc. omnium iudic. & Alex.
in l. æquissimum. ff. de vsufruct. Paul. de Cast. & Alex.
& Iason in l. quidam existimauerunt. ff. si cer. per. &
idem Alex. in l. j. §. & post operis. ff. de ope. noui nunti.
Sed hæc regula fallit nisi fortè esset lis inter magna-
tes, & esset timor ne venirent ad scandalum. † Et ideo 6
turbaretur quies publica. arg. l. congruit. ff. de offic.
præsi. & in d. l. æquissimum. & in auth. de man. prin. §.
titulos. Item fallit nisi lis diu durasset, & non fuit determinata, per tex. xc. distin. c. placuit. & not. do. Ant.
de But. in cap. j. de mutuis pet. quæ iura ad hoc alleg.
Lud. Ro. in consi. cxxvj. incip. considerato ad quid. &
Alex. in d. l. æquissimum. Item fallit, nisi esset Papa vel
Rex qui habet liberam administrationé: vt in c. cum
inter. de electio. facit ad hoc c. cum pridem. de pactis.
firmat Alex. in d. l. æquissimũ. & Pau. de Cast. & Alex.
in d. l. quidam existimauerunt. & Alex. in d. §. & post
operis. & dicebat do. An. de Alex. Viceprotonotarius,
quòd etiam sacrum Consiliũ habuit hanc potestatem
compellendi partes ad cõpromissum, prius mouendo
& requirendo, q compromittatur, si sacro Consilio
videatur: quia sacrũ Consiliũ repræsentat personam
Regiam: tamẽ ipse nunquã vidit facere cõpulsionem
pœnalẽ, & exigere pœnã, vel ipsas partes carcerãdo.
Tamẽ sicut posset Rex facere, ita dicebat posse facere
sacrum Consilium, maximè facta relatione Regi de
causis, quæ mouẽt sacrũ Consiliũ. Itẽ posset esse causa
iusta, si quæstio esset dubia, & non esset decisio in terminis, & essent rationes pro & contrà: vt dicit Pet. de
Anc. in consi. ccx. inci. inter contraria & varia cõsilia
excellentissimorũ doctorũ &c. Et ego vidi, quãdo
causa est multũ dubia, sacrũ Consilium monet partes
ad cõpromissum, & ad monitioné Consilij partes faciunt cõpromissum, & non permittunt se compelli.

DECISIO CL.

De debitore moroso, qui tenetur de casu fortuito propter non solutionem in loco & tempore.

SVMMARIVM.

1 *Alfonsus timēs aduētum Caroli octaui Neapolitanum regnum Ferdinando primogenito renuntiat.*
2 *Neapolis per quadrimestre à Gallis possidetur.*
3 *Ferro viam aperit, qui per contraria transit.*
Periculum casus fortuiti eueniens post moram an imputandum debitori. 10. 11. 31.
Casus fortuitus post moram cadens, an & quando liberet debitorem. 7.
Mora contrahitur in non reddendo rationem statuto tempore.
4 *Fur & morosus debitor æquiperantur.*
Debitor morosus tenetur, si res pereat.
5 *Debitor morosus superueniente casu tenetur de casu, & quid si solutio fuit in culpa.*
Differentia inter moram & culpam. 9.
6 *Mora quando trahat ad se periculū casus fortuiti. 32.*
7 *Periculum interitus proueniens debitor intra tempus purgando moram non liberat.*
8 *Debitor exactus iniuriam creditoris an sibi imputandum quòd soluerit, an verò creditori noceat iniuria. 12. 17. 25. 26.*
11 *Debitor tenetur offerre debitum creditori congruo loco tempore, ne in se transferat periculum propter moras.*
Oblatio debiti congruo loco & tempore non facta habetur infecta.
12 *Debitor generis vel quantitatis morosus iussu præsidis soluens tyranno, an liberetur, maximè si de facto cogitur. 14. 33.*
13 *Debitor morosus exactus à tyranno propter auri sacram famem, qualiter liberetur. 15. 27.*
Tyrannus à tyranno differt.
16 *Metus sufficiens debitori tyranno soluenti qualis probari debeat, vt excusetur.*
18 *Debitor soluens alteri quàm creditori propter simplex mandatum præsidis, an liberetur.*
19 *Debitoribus odio creditorum exactis non imputandum.*
Iniuria facta debitori creditori quādo nō debeat nocere.
Limitatio ad regulam, bona fides. ff. de reg. iuris. & hic amplè tractatur materia ad illam regulam.
20 *Debitor necesse habet parere magistratui.*
21 *Debitor spoliatus vel euictus propterea non liberatur.*
Debitor creditori intuitus esse non debet.
22 *Soluens alteri quàm creditori metu statuti pœnalis iussu metu videtur soluere. 37.*
23 *Debitor ab alio exactus bona fide debet esse munitus.*
24 *Mora debitoris cum culpa creditoris compensatur. 29.*
Iudicis iussus coactionem an operetur.
25 *Debitor morosus soluens iniusto creditori creditoris sui, an liberetur.*
26 *Præceptum iniustum excusat.*
28 *Iussus superioris debitorem exigens ad quid cōsideretur.*
29 *Compensatio fit de dolo ad culpam.*
Morosus est culpabilis.
30 *Creditoris vltima culpa præponderat præcedenti culpæ debitoris.*
Dolus dolo creditoris ...
31 *Intellectus ad l. si vebenda. ff. ad l. Rho. de iact.*
33 *Solutum excusat à mora.*
34 *Mora ex lapsu temporis quando non veniat imputāda.*
35 *Confessio non probat numerationem in tertij & creditoris præiudicium.*
36 *Differentia inter confessionem & numerationem.*
Confessioni vnius non statur in tertij præiudicium.
38 *Mora in quibus sine interpellatione non committatur.*
Exitus acta probat.

REx Alfonsus secundus multos habebat debitores ex diuersis causis in diuersis summis. Et aliqui ex dictis debitoribus fuerūt condemnati per Regiam cameram, aliqui non condēnati, sed fuerunt similiter in mora soluendi, quia venit dies & non soluerunt, sed non fuerunt interpellati vt soluerent, aliqui fuerunt interpellati vt soluerent: † venit Rex Carolus Francorum, cum 1
magno exercitu. Et Rex Alfonsus perterritus renuntiauit Regnum filio primogenito, videlicet Regi Ferdinando secundo, & recessit à regno relicto ibi eius filio, qui se contulit in quandam ciuitatē fortissimam quæ dicitur Iscla. & Rex Carolus cœpit Neapolim cum Castro nouo & aliis fortalitiis: & per † quatuor 2
menses possedit Neapolim, & magnā partem regni: qui Rex Carolus suis hominibus fecit diuersa dona de debitoribus præfactorum regum de Aragonia. Qui debitores iussu officialium Regis Caroli fuerūt condemnati ad soluendum virtute donationū factarum diuersis Francigenis per dictum Regem Francorum, qui debitores aliqui soluerunt realiter virtute mandatorum ipsorum officialium ipsis donatariis. Aliqui verò se concordauerunt soluendo partem, & receperunt quictationem de toto. Aliqui ostendunt confessionem factam per dictos Gallos, qui confitentur se recepisse illud debitum totum. Post dictos quatuor menses, Rex Ferdinandus recuperauit Neapolim expulsis Gallis, & deinde totum Regnum. procurator fiscalis Regis Ferdinandi prædicti citari fecit dictos debitores ad soluendum, ex quo dicit illos non esse liberatos, quia fuerunt omnes in mora soluendi. Illi ostendunt dictas quictationes, & mandata prædicta.

Quæritur, vtrum dicti debitores sint liberati, vel teneantur soluere [a]? Multi doctores Consiliarij fuerunt requisiti à Regia curia, vt in scriptis votarent, & a
inter alios fuit mihi hoc onus impartitum: ideò præsens votum perfecit. Ista quæstio multos tangit, & tractatur de magno interesse. Ideò procedā per contraria: † quia dicit Bald. in l. petens. C. de pactis. ferro 3
viam aperit, qui per contraria transit. ideo videtur q; illi debitores soluentes Gallis post morā contractam, non sunt liberati. Et pro hoc primo adducitur illa regula, quæ dicit, quod quando debitor est in mora periculum casus fortuiti contingens post dictam moram spectat ad ipsum debitorem: no. glo. Bar. & doct. in l. quod te. ff. si cer. peta. vbi si debitor generis in pecunia fuit in mora: periculum contingens spectat ad debitorem, vt in l. in crēditum. C. si cer. pet. Inst. quibus modis re contra. ob. §. item is cui. per Ioan. Fab. Idem dicit Azo in summa. C. locati. & Sal. in l. in iudicio. C. eod. probatur in l. in ratione. §. incertæ. ff. ad l. Fal. & in l. si ex legati causa. ff. de verb. oblig. Ideo dicit Bar. in ij. vol. consil. ccxxviij. incipiente, alia vice. in fine. Quòd post moram superueniens casus fortuitus non liberat debitorem. allegat d. l. quod te. Et subdit, quòd ille, qui debet reddere rationem, & reliqua restituere

non reddendo rationem statuto tempore est in mora.
Et periculum interitus etiam per casum fortuitum
4 nocet debitori. † Item per hoc facit fur, & moro-
sus debitor æquipantur: vt in l. in re furtiua. in fi. ff. de
cond. furti. & in l. inter stipulantem. §. fin. ff. de verb.
oblig. Sed fur tenetur de omni casu contingenti, siue
naturaliter, siue fortuito, vt in l. penult. ff. de vi & vi
arma. ergo idem in debitore moroso. Nam dicit Spe-
cul. in titulo, de interrog. §. ij. versic. verum. quod de-
bitor morosus tenetur, si res pereat: vt in legibus ibi
per eum allegatis: quia ratione moræ aliquid fit, quod
aliter non fieret. dicit Specul. in tit. de petito. & pos-
session. §. j. versi. sed nunquid potest simul agi. Et vbi
periculum est propter moram, non seruatur iuris re-
gula. dicit item Spec. in tit. de proba. §. j. versic. sed vbi
vterque vult testes. & in titu. de instru. edi. §. compen-
diosè. versic. quid de consuetudine alicuius loci. Sed
clarũ erat, quòd illi debitores regis Alfonsi post mo-
ram videbant periculum perditionis Regni, propter
aduentum Regis Caroli, debuerunt ei soluere, vt eui-
tarent periculum, quod postea incurrerunt: quia ille
qui est obligatus ad quantitatem, si casu contingit in-
teritus quantitatis, debitor qui primò fuit in mora
non liberatur: vt in d. l. incendium. & in d. §. incertæ.
tenent hoc Alb. de Ros. in l. quæ fortuitis. C. de pign.
actio. & Bar. in l. si vt certo. §. sed interdum. ff. cómo-
dati. vbi si debitor fuit in mora, & † postea superuenit
5 casus, tenetur de casu. Si autem fuit solum in culpa,
& non in mora, distinguitur. Aut illa culpa non est
ordinata ad casum, & nõ tenetur de casu. l. non omne.
ff. de statu liber. l. si alius. §. est alia. ff. quod vi aut clam.
Aut illa culpa fuit ordinata ad casum. Et tunc subdi-
stinguit Bar. ibi, omitto illam distinctionem referre,
quia non est ad casum. Facit ergo Bart. differentiam
inter moram & culpam. Et in quibus differunt, patet
etiam ex nota. per Ludouicum in l. quod te. ff. si cer-
tum petatur. & not. in l. & in totum. ff. de impensis. &
patet ex scriptis per Ioan. de Imol. in l. creditor. ff. de
solution. & per Pau. de Cast. in l. j. §. si rem. ff. depositi.
6 † Item semper mora trahit ad se periculum, quan-
do sumus in actione personali, etiam si quantitas esset
peritura penes creditorem, sicut penes debitorem, vt
dicit Bar. in d. l. quod te. in versi. iuxta hoc dubitatur.
Et dicit, ego dico vobis hic solùm puram veritatem.
& in l. item si verberatum. §. si seruus. ff. de rei vend.
Idem tenet, dum se remittit ad distinctionem suam
in d. l. quod te. Ita etiam dicit expressè gl. magistra
in l. mora. ff. de vsur. Et hoc etiã notatur in l. j. C. quod
metus causa: & in l. si de possessione. C. vnde vi. Et ac-
cedit ad hoc gl. not. in l. contractus. ff. de regulis iur.
quæ dicit, quòd licet in contractibus debitor non te-
neatur de casu fortuito: vt in d. l. cõtractus. & in l. j. ff.
commoda. tamen fallit, nisi mora debitoris intercess-
serit, tunc enim tenetur de casu superueniẽti, per tex.
7 in l. si in Asia. §. fi. ff. depositi. † Et dicit glo. quòd hoc
procedit sine distinctione, licet alij distinguant, aut
res erat eodem modo peritura penes actorẽ, vel non,
vt ibi peream. Facit ad hoc c. mora. de regulis iuris. in
vj. vbi mora sua debet esse sibi nociua. & dicit ibi Dy-
nus, ꝙ si debitor est in mora soluẽdi, erit sibi nociua,
quantũm ad rei interitũ ex casu contingenti: vt in d.
l. si in Asia. §. fin. & d. l. si ex legati causa. & l. si seruum.
ff. de verbo. oblig. & l. apud Iulianũ. §. ipsius quoque.
& l. cũm res. §. fi. ff. de leg. j. Et in tantum hoc est verum,
quòd si periculum interitus perueniat ad debitorem
intra tempus purgãdi moram, non liberatur: vt dicit
notanter Bar. per illum tex. in l. sancimus. C. de fideius.
Idem volunt ibi Bal. & Ang. Idem dixit Bart. in l. qui
ob rem. ff. de condict. indeb. & Alex. in d. l. si ex legati
causa. Et ad confirmationẽ prædictorum allego Ang.
in l. creditor. ff. de solut. vbi dicit ista verba formalia:
† Si autem debitum erat in genere, & solùm in iniu- 8
riam creditoris debitor est exactus, tunc creditori
iniuria nocet, & non debitori. l. si merces. §. culpæ. ff.
locati. l. si per imprudentiam. ff. de euic. fallit fortè si
debitor fuit in mora soluẽdi: quia illa mora præpon-
derat. licet idem Ang. postea dicat. arg. tamen contra:
quia non fuit ordinata ad illum casum: vt in l. si ve-
henda. §. idem iur. ff. ad legem Rhodi. de iac. Sed si fuit
exactus in iniuriam debitoris, sequitur debitorẽ: nisi
creditor fuisset in mora recipiendi pecuniam, quam
si recepisset, non fuisset debitor exactus, per l. qui de-
cem. in prin. ff. de solution. Et hoc sine dubio esset ve-
rum, si mora fuisset ordinata ad casum, aliàs est du-
biũ: vt prædixi de debitore moroso. Et licet ipse Ang.
loquatur per verbum fortè, & dubitatiuè. & dicat, ꝙ
vbi mora non est ordinata ad casum &c. Tamẽ Ioan.
de Imol. ibi tenet opinionem Angel. Et illud ꝙ mora
non fuit ordinata, ad casum &c. non tenet: quia l. si
vehenda, † non loquitur in mora, sed in culpa. Et est 9
maxima differentia inter moram & culpam, vt suprà
dictum est. Et præcedente mora debitoris generis, in-
distinctè, secundũ gl. & doctores, casus nõ liberat de-
bitorem. & cum Ioan. de Imol. in hoc casu concurrit
dominus Vitalis de Cambanis, qui fuit consiliarius
Regis Renati, in lib. Clausularum, in clausula, de me-
tu carceris. in vj. col. char. cxiij. dicens, quòd si talis
debitor fisco soluens fuisset in mora soluendi, quia
erat obligatus ad diem certam, vel quia fuit interpel-
latus, & non soluit, † tunc non liberatur debitor pri- 10
uati per solutionem factam fisco: quia periculum est
debitoris post morã, per d. l. quod te. & d. l. si ob rem.
& non dicit plus. In contrariã partem adducitur
ad probandum, quòd isti debitores, qui iussu officia-
lium Regis Francorum donatariis Regiis soluerunt,
sunt liberati de iure, & non tenentur soluere Curiæ
Regis Ferdinãdi secundi. Et primò auctoritas Bar.
in d. l. creditor. ff. de solut. vbi dicit ista verba, † quòd 11
prima facie isti debitores sic soluentes, sunt liberati
per dictam l. creditor. quæ vult effectualiter, vt decla-
rat Pau. de Castro ibi, ꝙ ex quo debitor non obtulit
congruo loco, & tẽpore debitũ creditori, periculum
pertinet ad ipsum debitorẽ, qui tenetur in genere vel
ad quantitatẽ: vt in d. l. incendiũ. Aliàs si oblatio fuis-
set facta congruo loco, & tempore, & creditor fuisset
in mora, periculũ est creditoris, vt in d. l. qui decem.
Et sic propter oblationẽ non factam cõgruo loco &
tẽpore, per ipsum debitorẽ, talis oblatio habetur pro
non facta, & sic videtur ꝙ debitor fuit in mora. Et ta-
men Bar. & Pau. de Cast. respondent ad dictam l. cre-
ditor. ꝙ ideo ille debitor, non est liberatus, quia iniu-
riam debitoris fuit exactus. Si autem fuisset debitor
in mora, & iussu præsidis fuisset exactus, ob iniuriam
creditoris: tũc periculum pertinet ad creditorẽ, quia
culpa debitoris est exactus: vt in l. si merces. §. culpæ.
ff. locati. secundùm Paul. de Cast. ibi. & in d. l. credi-
tor. Et ex hoc infero quòd Bar. in d. l. creditor. sentit,
† quòd quando debitor generis vel quantitatis est in 12
mora

mora, si soluit iussu præsidis tyranno est liberatus. Et
subdit, aut res publica habet bona illius creditoris
obligata, & de hoc nihil ad casum nostrum. Aut bona
creditoris erant publicata ex iusta causa: & similiter
de hoc nihil ad casum nostrum. Aut bona non erant
publicata, vel erant publicata iniuste: & tunc si debi-
tor est exactus, ad iniuriam debitoris, non est libera-
tus: vt in d. l. creditor. puta, quia fuit exacta pecunia vt
pecunia debitoris: ideo eo etiam existēte non moro-
so non est liberatus. Si verò est debitor exactus ad in-
iuriam creditoris, puta propter suas inimicitias: tunc
periculum est creditoris, per dictum § culpę. & l. pen.
ff. sol. matri. vbi idem firmant scribentes. & Ioann. de
Imol. in ij. §. itē si in facto. ff. de verb. oblig. & pro hoc
est text. in l. Paulo Callimacho. in fin. ff. de leg. iij. vbi
debitor alterius fuit exactus à fisco ob iniuriam cre-
ditoris, & consecutus fuit liberationem ex solutione
facta fisco, iussu procuratoris Cæsaris. Et tamē secun-
dùm veram intelligētiam Bartoli, ille debitor quan-
do fuit exactus, iam fuit in mora, vt suprà dictum est.
Bene facit l. liberto. § Lucius. ff. de annu. lega. & ita te-
net post Barto. Pau. de Cast. ibi. & Ange. in alia lectu-
13 ra, quàm illa quam suprà retuli. Si verò † tyrānus sim-
pliciter exegisset debitorem, nec ob iniuriam debi-
toris, nec creditoris, sed exegit propter cupiditatem
habendi pecuniam, distinguitur: aut erat debitor spe-
ciei, aut generis. Si generis, periculum est debitoris: &
hic non est casus noster: quia Rex Francorum fuerat
hostis & inimicus dictis regibus de Aragonia: & sic
ob inimicitiam, mandauerat exigi à suis officialibus,
pecuniam debitam à debitoribus Regis Alfonsi & sui
filij, vt est notorium: & sic Bart. in d. l. creditor, quem
omnes doctores sequuntur, tenet quòd debitor exa-
ctus ob iniuriā creditoris, etiam quòd fuisset in mora
est liberatus. Hanc sententiam firmat ipsemet Bart.
in tract. de tyrannide, in vij quæst. vbi dicit, quod si
debitor ciuitatis soluit tyranno qui non potest infer-
re terrorem nec metum, non est liberatus, per not. in
l. si vrbana. ff. de condict. indeb. & per Inn. in c. nihil.
14 de elect. † & de isto tyranno debet intelligi conclusio
ista, quam firmat Lucas de Penna in l. j. versi. secundò
quæro, quid si prout fuit de facto, coactus est debitor
&c. vbi multa pro hoc allegat. C. vt nullus ex vicariis
pro alienis vicariorum debitis teneatur. lib. xj. vbi
tenet, quòd soluens tali tyranno non est liberatus. Si
autem tyrannus potest vim & metum inferre seu mi-
nacem feruorem ratione iurisdictionis, quam exercet
licet de facto, quia erat subditus, & non valebat sibi
resistere: & tunc soluendo ei vel alteri, eius iussu, est li-
beratus. alleg. dictā l. Paulo Callimacho. §. fi. & dicto
§ Lucius. vbi est casus. & allegat istam rationem, vi-
delicet: Nam ista violentia exactionis, quæ fit debi-
tori, fit in iniuriā ciuitatis, cui ipse est debitor: ipsam
enim ciuitatem tyrannizat: & ideo culpa ipsius credi-
toris videtur contingere: vt in d. §. culpæ. & dicta l. pe-
nult. ff. sol. matr. Sed quando quantitatis debitor cul-
pa creditoris est exactus, debitor liberatur ope exce-
15 ptionis, per l. qui decem. in princ. ff. de sol. † Sed quan-
do est debitor speciei, tunc minus est dubium: quia li-
beratur per solutionem factam tyranno ob iniuriam
creditoris ipso iure: vt ff. de peric. & com. rei vendi. l.
lectos. & se. cum si. ibi allegatis per Bartol. Similem
distinctionē facit text. Aut vis infertur ab eo, qui ha-
bet iurisdictionem, aut non. ff. si quis cau. l. ij. in fin. Et
subdit ipse Bartol. Sed forsan posset dici, quòd si talis
tyrannus esset talis conditionis, à quo sine magna
difficultate solutum posset repeti, tunc debitori ei
soluenti non daretur exceptio, vt in dicta l. ij. in fine.
secus si non esset facilis repetitio: vt in l. fin. ff. de eo
per quem factum erit &c. Et subdit postea Bartolus
dicens, Ego puto, quòd hæc diffinitio habet locum,
quando alicui infertur violentia in iniuriam debito-
ris, secus in iniuriam creditoris, per supradicta. Et di-
cit plus Bartolus ibi, quòd ad inducendum metum
ipsi debitori soluenti tyranno sufficit, † si probetur, 16
quòd tyrannus legem fecerit, vel præconium, quòd
quilibet debitor talis debeat sibi soluere. idem si spe-
ciale mandatum fecerit, qui enim propter dictum
præconium, vel mandatum soluit tyranno, iuste ti-
muit, & hoc sufficit ad eius excusationem. textus est
egregius in l. nouissimè. ff. quod falso tuto. aucto. gest.
hoc firmat etiam Lucas in dicta l. j. in j. quæstio. versi.
quid si debitor. C. vt nullus ex vicariis. lib. xj. vbi al-
legat multa iura. & dicta l. Paulo Callimacho. ff. de
leg. iij. & pro hoc facit ratio liberationis: vt Dy. dicit
in dicta l. creditor. & Cy. & Bald & Alberi. de Rosat.
in l. ij. C. quod metus cau. & hoc firmat Ioan. Cal. in
cap. significauit. de censibus. vbi dicit ista verba, vi-
delicet in quæstione præposita fuit accepta pecunia
in iniuriam creditoris, ergo non debet nocere debi-
tori: vt in dicta l. si merces. §. culpæ. & dicta. l. penulti.
ff sol. matri. Et ista procedunt, quando bona credito-
ris non sunt confiscata: † quia si essent confiscata non 17
est dubium, quòd bene soluissent debitores, per l. bo-
norum. ff. de verb. sign. ex quo tunc fiscus est loco hæ-
redis: vt in l. si fideiussor. ff. de solu. Patet ergo ex præ-
dictis, quòd in quæstione præposita, debet ponderari
in cuius iniuriam factum fuit debitori mandatum,
vt soluat alteri quàm creditori: vt si in iniuriam cre-
ditoris, si soluit, est liberatus, si in iniuriam debitoris,
non est liberatus: vt dicta l. creditor. Si non apparet,
vtrum sit exactus in iniuriam creditoris vel debito-
ris, quia simpliciter factum est mandatum debitori
pœnale, quòd soluat: † tunc soluēdo alteri quàm cre- 18
ditori est liberatus, secundùm Barto. & alios, vt suprà
retuli. Sed aduertendum est, quòd Speculator
& post eum Ioan. And. in addi. Specu. in tit. de oblig.
& solutio. §. nunc aliqua. tangunt istam quæstionem
& arguunt ad partes, & referunt disputationem Al-
berti Galeoti, qui dicit debitorem soluentem iussu
curiæ exceptione tutum, sed non determinat. tamen
dicit quòd Marti. de Fano dixit, quòd si fuit iusta cau-
sa iubendi debitori, si ipse soluit, est liberatus. secus si
non fuit iusta causa iubendi. Et quoniam Ioann. And.
non ad plenum refert dictos doctores antiquos, quos
ego non habeo Propterea volui videre Albericum
de Rosa. in libro statutorum, in prima parte, quæstio.
xxiij. qui refert dictos doctores antiquos, & vltra eos
Albertum Papiēsem & Guidonem de Suza. in secun-
do folio suarum disputationum. & ibi refert argumē-
ta pro & contrà. Et postea refert quandam distinctio-
nem, quæ non comprehendit casum, de quo loqui-
mur: ideo ea non refero. † Tamē ipse dicit, quòd si de- 19
bitores odio creditorum sunt exacti, non est imputā-
dum ipsis debitoribus, per d. §. culpę. & illud quòd di-
citur, quòd iniuria facta debitori, non debet nocere
creditori: vt in l. si per imprudentiā. ff. de euictio. pro-
cedit, nisi iniuria odio creditoris facta sit. Itē illud.

quod dicitur, quòd solutio facta per debitoré alteri,
quàm creditori non liberat debitoré, procedit quan-
do debitor sponte soluit, secus si coactè: tunc bona fi-
des non patitur, quòd semel iterū exigatur. l. bona fides.
ff. de reg. iu. c. bona fides. eo. ti. lib. vj. quia magistratus
habet potestatē etiam ius iniquum statuendi: vt patet
20 in l. j. ff. quod quisque iuris. †Et ipse debitor necesse
habet parere magistratui: vt in auth. vt omnes obe. iu-
di. prouin. & in l. j. ff. de iust. & iur. Et in hoc iudicio
meo cōsistit quasi tota decisio huius quæstionis: prout
etiā aperto ore cōcludit Bal. in d. l. nouissimè. ff. quod
fal. tuto. auct per illum tex. ibi, quid si compulsus &c.
& per tex. in l. nam & seruus. §. j. ff. de neg. gest. & dicit
Bal. ibi in l. nouissimè. quòd tales debitores, sic soluē-
tes, liberantur ope exceptionis doli. Quia non debēt
soluētes damnum pati, ex eo quòd solutio fit propter
odiū creditoris expulsi: vt d. l. nam & seruus. §. j. Nec
obstat, quòd dicit Bal. in l. si re bonis. C. de iure delib.
quòd si expulsus vel spoliatus est debitor, nō est propter-
21 ea liberatus à suis creditoribus: †quia licet debitor ab
alio patiatur iniuriam, non tamē ipse debet esse iniu-
riosus suo creditori: vt in gl. secūdum Bal. ibi. nam ad
hoc respondetur: quia vt dicit Pau. de Cast. ibi ista co-
actio & spoliatio fit in odium expulsi: ideo non debet
creditori nocere, per dictum §. culpæ. Accedat ad
hoc id quod dicit ipse Bal. in l. falsus. vlt. col. C. de fur.
vbi dicit, quòd si debitor est compulsus per viam facti ad
soluendū alteri quàm creditori, & ipse debitor adhi-
buit omnē diligentiā suam, quam potuit, ne solueret,
tamen cōtra superioris imperiū resistere non potuit:
tūc debitor est excusatus, etiam si debitor sit generis.
Secus dicendum est, in priuato extorquēte solutionē:
vt in l. qui hominē. ff. de sol. quia tunc in priuato com-
pellēte, sunt remedia. Et dicit ibi Bal. quòd si debitor
sine compulsione solueret alteri quàm creditori, non
22 est liberatus. Item dicit, †quòd ille qui soluit alteri quàm
creditori metu statuti pœnalis, videtur soluere iusto
metu. Allegat Bar. in d. l. creditor. Item dicit ibi, quòd
si debitor suscepisset in se periculū casus fortuiti, iussu
superioris soluendo priuato esset liberatus: quia non
intelligitur de isto casu fortuito extraordinario, pro-
cedente facto odio & inimicitia ipsius creditoris, arg.
l. fistulas. §. frumenta. ff. de cōtrahen. emptione. Et hoc
verum secūdùm Bart. in l. ij. §. quæsitū. ff. si quis cautio.
quando prius non tenebatur de casu fortuito. Sed si
primò tenebatur de casu fortuito, vt in debitore mo-
roso, tūc si promittit in se suscipere casum fortuitum;
tunc operatur, quia & prius tenebitur de casu contin-
gēte, absque culpa alterius partis, & nunc per dictam
promissionem tenebitur etiam si contingat culpa al-
terius partis, dummodò dolus absit. l. qui officij. §. fin.
ff. de contrahen. emp. quæ quidem promissio non est
23 in præsenti quæstiōe, de †qua quæritur. †Et finali-
ter concludit Bal. in d. l. falsus, quod debitor quando
exigitur ab alio, debet habere bonam fidem, vt lega-
litatē obseruet. & sic dolum velatum adhibet, in hoc
non liberatur à creditore. Item dicit, quòd ipse debi-
tor, qui compellitur iussu magistratus alteri soluere,
non tenetur prius subire carceres, vel cruciatum. Sed
agat quicquid honestè licet, vt non soluat salute sua
salua: l. nepos Proculo. ff. de verb. signi. l. ea demum. ff.
de ope. lib. Et hæc omnia iudex debet considerare,
æquo suæ mentis oculo, & sic non solam moram de-
bitoris, quando est exactus debitor ob iniuriā credi-
toris, prout erat Rex Alfonsus & eius filius, qui erant
hostes & inimici Regis Caroli Francorum. sed consi-
deret iussum magistratus dicti Regis, factum suis debi-
toribus, qui non poterant resistere, †& ponderet mo- 24
ram debitorum ex vna parte, & exactionem in iniu-
riam creditoris inimici Regis Francorum, quæ culpa
creditoris compensatur, cum mora debitoris. Ad
confirmationem prædictorum, allegatur ad hoc id
quod voluit Pau. de Ca. in l. ij. §. consensisse. ff. de iudi.
vbi dicit, quòd non dicitur coactus facere ille, cui iu-
dex iubet, nisi ipse resistat iubenti, & dicat se non te-
neri hoc facere. Et dicit hoc facere, ad quæstionē de-
bitoris exacti, per officialem tyrāni, vt debeat resiste-
re tyranno, iussum facienti. Et tunc ei soluendo libe-
ratur, aliàs si non resistit, & sponte soluit non libe-
ratur. Facit ad hoc, quòd dicit Petr. de Ancha. in c.
fundamenta, in fin. de elect. lib. vj. vbi dicit ista verba
formalia: †Certè, quia ista exactio contingit propter 25
odium creditorum expulsorum, debitores, coacti sol-
uere, liberantur, per l. Paulo Callimacho. in fin. ff. de
leg. ij. alleg. etiam Bart. in l. creditor. & Bal. in d. l. no-
uissime: & nō dicit plus. Idē firmat ipse Pet. de Ancha.
in c. ad Apostolicæ. in xv. not. de re iud. li. vj. vbi dicit,
quòd si debitores sunt expulsi, à tyranno, qui fortè oc-
cupauit regimē ciuitatis, soluēdo debita ipsi tyranno,
liberātur per talem solutionem à veris creditoribus,
& hoc dixit dixisse plenius, in c. j. quod metus causa.
Et pro hac decisione facit, quòd si debitor fuit in mora
soluēdi creditori, deinde soluit creditore inuito: cre-
ditor creditoris sui liberatur, quia soluit iure permit-
tente: vt in l. si liber homo. ff. de nego. gest. & l. soluen-
do. & l. cùm pecuniam eod. tit. ff. de pigno. actio. l. so-
lutum. §. solutam. not. Hostien. & Abb. in c. cam te. de
iureiuran. Sed si possidens iurisdictionem de facto,
†facit iussum, vt debitor soluat alteri, quàm creditori 16
ob iniuriam creditoris, iste iussus tantum valet, quan-
tùm permissio legis, quando debitor soluit creditori
creditoris. Et est sciendum, quòd Ioan. de Imo. in c. ex
literis. in fi. de pigno. firmat eandem opinionem Bart.
in d. l. creditor. prout suprà retuli. Et ad prædicta ac-
cedat id quod dicit Bartol. in l. si mulier. ff. rerum
amo, vbi parēs præceptis Marchionis iniustè, non te-
nebitur: quia excusatur propter dictum præceptum
iniustum. Et ita dicit fuisse determinatū in l. nec mi-
norem. ff. quod metus causa. l. prohibere. §. penulti. ff.
quod vi aut clàm. Idem dixit Alexā. de Imo. in j. volu.
consi. lvij. incipiente, quoniam in quæstione propo-
sita. circa finem. vbi allegauit ad hoc etiam Barto. in
tractatu de tyrannide. †vbi dicit, quòd qui soluit ty- 27
ranno, ex suo præcepto est liberatus à suo creditore,
per text. in d. l. nouissimè. ipsius iudicis excusat: vt ibi.
& in l. si quis, id quod. §. doli. ff. de iurisdict. om. iudi. l.
quanquam in princ. ff. de aqua plu. arc. not. Ang. in l. si,
superatur. ff. de pignoribus. & in l. in rem actio. §. ri-
gorum alienum. ff. de rei vendica. hoc etiam firmauit,
Paul. de Cast. in consi. cclxxvj. incip. visis his, quæ su-
perius narrantur. versi. super tertio passu dico &c. vbi
concludit quòd iussus superioris cōsideratur ad effe-
ctum, vt debitor sit liberatus à creditore. Secūdò
consideratur, quòd ad iniuriam creditoris sit exactus.

Tertiò consideratur, †quòd verè & realiter soluit, ita 28
quòd non sufficit probare solutionē per cōfessionem
illius, cui factum fui donum per Regem Carolū: quia
talis cōfessio nō nocet vero creditori, per multa iura,
quæ

quæ allegat ibi Pau. de Ca. quæ omitto causâ breuita-
tis. Si vellem tenere istam partẽ in decidendo, possem
respondere iuribus in contrarium allegatis, quòd
omnia illa iura procedunt, quando casus superueniẽs,
post moram debitoris, venit sine culpa creditoris.
Sed si casus superueniens, veniat ex culpa creditoris,
puta propter inimicitiam creditoris, tunc compen-
29 satur mora debitoris, cum culpa creditoris: † quia de
dolo ad culpam fit compẽsatio. l. si ambo. & ibi Paul.
de Cast. ff. de compens. & culpa, id est, mora debitoris:
quia qui est in mora, est in culpa. ff. loca. l. videamus. in
gl. in verbo, nomine. in fi. & not. Azo in summa. C. ad
l. Aquil. compensantur cum culpa creditoris, propter
eius inimicitias: vt. d. l. si ambo. & l. si planè. ff. pro soc.
& habetur in l. semel mora. ff. sol. matr. & in c. ad do-
corem. de instit. Ioan. Andr. in regula, frustrà. in vj. si-
cut aliàs dicimus, quòd mora debitoris compensatur
cum mora creditoris: vt dicit Bart. in l. item illa. ff. de
30 constitu. pecu. † Imò vltima culpa creditoris præpon-
derat præcedenti culpæ debitoris. Sicut vltima mora
nocet. l. si seruũ. §. sequitur. ff. de verb. oblig. ff. de acti.
emp. l. si per emptorem. cap. veniens. de decimis, sicut
dolus cum dolo compensatur. d. l. si ambo. & l. si duo.
de compensatio. l. si mulier. ff. sol. matr. & paria deli-
cta mutua cõpensatione tolluntur. l. viro atque vxo-
re. eod. tit. Pro solutione & decisione huius dubita-
tionis, ego fui in voto, quòd ista exactio facta iussu of-
ficialium Regis Caroli, non potest dici, quòd sit facta
ob culpam Regis Alfonsi & Regis Ferdinãdi secundi
eius filij, ex quo isti Reges nullam inimicitiam cau-
satam ex eorũ facto habuerunt cum dicto Rege Fran-
corum, vt est notorium. & ideo iste casus exactionis
potius ascribi debet casui fortuito. Et ex hoc sequi-
31 tur ista cõclusio. † quòd illi debitores dictorum Regum
de Aragonia, qui fuerunt in mora soluendi dictis Re-
gibus, pecuniam debitã in genere, & iussu Regis Ca-
roli & suorum officialium soluerunt ipsis donatariis,
quòd non sunt liberati, & tenentur soluere dictis Re-
gibus veris creditoribus: quia mora eorum eis debet
nocere, & non creditori: vt firmat Ioan. de Imo. in d.
l. creditor. Nec obstat, quòd mora debitoris non
fuit ordinata ad istum casum superuenientem, per l. si
vehenda. ff. ad legem Rho. de iac. prout dicebat Ang.
in l. creditor. quia dicit Ioan. de Imol. in d. l. creditor.
quòd non est verum, quòd l. si vehenda, loquatur in
mora, sed in culpa. Et ideò, debitor qui fuit in mora, si
alteri soluit quàm creditori, etiã iussu superioris, te-
netur soluere vero creditori. Et ideò dicebat Bart. in
32 l. si vt certo. §. sed interdum. ff. commo. † quòd si mora
præcedit casum fortuitum, ille qui fuit in mora, tene-
tur de casu fortuito. vt in l. si ex legati causa. ff. de ver.
oblig. & in d. l. quod te. cum simi. suprà allegatis. Et in
hanc sententiam fuerunt certi Domini consulentes.

Secunda conclusio sit ista, quòd illi debitores, qui
non fuerunt in mora soluendi dictis creditoribus, sed
iussi fuerunt ab officialibus Regis Franciæ, quòd sol-
uant illis Gallis, virtute largitatis Regis, & ipsi fece-
runt quicquid eis fuit possibile, vt non soluerent, &
realiter eis soluerunt propter iussum pœnale, & isti
sunt liberati per omnia illa iura allegata, quòd iussus
excusat vt suprà ostensum fuit. Tertia conclusio sit
ista, quòd si debitor fuit in mora, sed erat infra tem-
pus purgandi moram, & infra illud tẽpus sit exactus
ab illis Gallis iussu magistratus: tunc soluendo Gallis
perinde habetur, ac si non esset in mora: & sic erit li-
beratus. & hoc per l. sancimus C. de fideius. quòd per
id quod voluit Bar. in l. qui ob rem. ff. de cond. indebi.

† Quarta conclusio sit ista, quòd debitor qui soluit 33
gallis illam pecuniam debitam Regibus de Aragonia,
virtute iussus magistratus, cui non potuit resistere, &
pecuniam illam debitã post diem solutionis faciẽdæ,
erat solitum, quòd ipsi debitores penes se retinebant
pro expẽsis occurrentibus in administratione officij
nomine Regio, si ipsam pecuniam Gallis soluerunt,
sunt liberati, etiam quòd fuerint in mora: quia illud
solutum excusat eos à mora arg. ff. de peti. hære. l. sed si
lege. §. quòd autem. & ff. de acquiren. hære. l. cùm quidã.
& ff ad l. Aquiliam. l. qui foueas. & ff de vsu. l. qui se-
misses. §. quæsitum. & ff. de iure do. l. ita constante. Et
pro hoc allego optimum cõsilium Ange. cccxj. incip.
prout patet ex themate. in ij. col. vbi dicit, † quòd non 34
potest mora imputari ex decursu tẽporis, nec potest
adscribi culpæ, si ex more & consuetudine debitoris
post diem expectatur per aliquod tempus. allegat l.
vel vniuersorum. ff. de pign. actio. & alia iura & ra-
tiones, de quibus ibi per eum. Quinta conclusio sit
ista, quòd illi debitores, qui solutionem probant per
confessionem Gallorum publicam, vel priuatam, ita
quòd non probant veram numerationem pecuniæ
eis factam, non sunt liberati, sed debent soluere veris
creditoribus quantũcunque ostenderint dictum ius-
sum: vt dicit Pau. in allegato cons. cclxxxvj. † quia per 35
confessionem non probatur vera numeratio, maxi-
mè in præiudicium creditoris & tertij: vt no. per glo.
in l. si ex pretio. C. si cert. pet. & in l. si ex cautione. C.
de non nu. pecu. & not. in cap. si cautio. de fi. instru. &
Bar. & doct. in l. si ita stipulatus fuero §. Chrysogonus.
de verb. obli. cum concor. & ideo glo. in l. duobus. §. à
fideiussore. ff. de iureiu. voluit, quòd si fideiussor pro-
bat per confessionem creditoris, quòd ipse soluit de-
bitum, ex illa confessione non potest agere ad repe-
tendum contra debitorem. Et illam glo. secutus fuit
ibi Bart. & in l. & per iusiurandum. §. antepen. in fin. ff.
de accep. & in l. cũ filius. in fi. priu. ff. de verb. oblig. &
in l. reos. de duo. reis. in v. q. & Lud. secutus fuit illam
glo. in l. prædia. ff. de acquiren possessio. licet contra-
rium teneat Sali. ibi, & Pau. de Cast. & Alex. ibi, & in
consi. xxv. in ij. vol. & in iij. vol. cõsi. xc. & licet illa gl.
communiter non teneatur: & multi doctores contra
eam consuluerunt. † Hoc solùm induxi ad ostenden- 36
dum differentiam inter confessionem & numeratio-
nem, & non vt illam gloss. sequar: quia non expedit
nunc illam gl. examinare. Sed bene ad hoc facit illud.
quod dicit Paul. in dicto consilio, quòd confessioni
vnius non statur in præiudicium tertij, per multa iu-
ra ibi per eum allegata, & per Alexand. in v. volum.
consil. xlvj. in j. colum. & per Franc. de Aret. in consil.
xxj. Sexta conclusio, quòd illi debitores, qui se
concordauerunt, & non ostẽdunt veram solutionem
in totum, vel in partem, non sunt liberati: vt dixi in
præcedenti cõclusione: quia debitor tractat de lucro,
& creditor de damno: vt dicit Pau. in d. consi. quod se-
cutũ fuit per me & alios in ista materia. Superuenit
aliud dubium. † Quidam barones regni quãdo venit 37
Rex Carolus Neapolim, reperti sunt carcerati ordi-
natione dictorũ Regũ de Aragonia, & fiscus dictorũ
Regũ exegit debitores ipsorũ baronũ. Demũ illi ba-
rones liberãtur à carceribus, & cõuenire faciunt illos
debito

debitores coram officialibus Regis Franciæ. Illi ostẽdunt soluisse fisco, & ostenderunt iussum pœnalem. Barones replicant, quòd isti iniustè fuerunt carcerati. Nec contra eos lata fuit sententia de prætensis culpis, & ideò malè soluerunt, & tenentur iterum eis veris creditoribus soluere, maximè quia fuerũt in mora soluendi ipsis baronibus. Fuit per me respõsum, quòd illi debitores, qui fuerunt in mora soluendis dictis creditoribus, & post moram soluerunt Regię curiæ, quòd ille iussus non liberat eos, per ea quæ supradicta sunt in j. conclusione. Sed si possent moram purgare: puta quia essent debitores instrumentarij, & iuxta ritum magnæ curiæ possent, quando fuissent citari, comparere cum pecunia, & purgare moram: tũc iussus pœnalis dictorũ Regum, & solutio eis facta liberat eos. Idem si essent debitores, & non erat dies & pœna, & non fuerunt interpellati à baronibus, vt eis soluerent: tunc quia non sunt in mora soluentes per
38 iussum pœnalem sunt liberati, †quia in istis sine interpellatione non committitur mora: vt habetur in l. magnam. C. de contrahen. & committen. stipula. no. Bar. in l. fi. ff. quorum lega. & glo. in cap. cupientes. §. si verò. de elect. lib. vj. & gloss. in Cle. quia contingit. in verbo, annis singulis. de relig. do. & Bald. in c. j. an ille, qui interfecit. & Iaco. de Bel. in c. j. hic finitur. l. Corradi. Exitus rei approbauit istas conclusiones.

ADDITIO.

a *Teneantur soluere.* An debitor, qui fuit in mora, si est exactus per tyrannũ, teneatur iterum soluere. vide omnino Philip. Deci. in consi. xxv. incipiente, diuino præsidio pro tenui facultate &c. Petr. de Ancha. cõsi. lxiiij. incipiente, in causa, quæ vertitur. Vide omnino Bal. in consi. ccxxviij. incipiente, factum tale proponitur. in ij. volu. Thomas Grammaticus.

DECISIO CLI.

De baptismo paruulorum Iudæorum, & de eorum educatione.

SVMMARIVM.

1 *Iudæorum filij inuitis parentibus an possint baptizari. 4. 7.*
2 *Militem voluntarium Christus elegit.*
Iudæis nulla iniuria inferenda.
Dominus temporalis non habet potestatem super animam subditi.
3 *Seruus liber est quò ad sacramenta.*
4 *Filij Iudæorum non sunt in parentum potestate. numero 9.*
5 *Baptismus paruulorum Iudæorum quid requirat.*
Baptizandis paruulis fides offerentium sufficit.
6 *Fides parentum vel offerentium paruulos baptizatos obligat ad fidem.*
7 *Baptizatus paruulus Iudæus an tradendus parentibus vel educandus cum Christianis. 10.*
8 *Baptizatus Iudæus paruulus ad fidem seruandam est cogendus.*
9 *Baptismi character in fide parentis spiritualis imprimitur in infante.*
10 *Pueri Iudæorum baptizati apud Christianos alendi.*
11 *Baptizatus infans factus postea pubes non potest baptismo contradicere. 13. nec renuntiare charactere, sed effectui tantum.*
12 *Differentia inter voluntatem requisitam in baptismo, & voluntatem requisitam in matrimonio.*
Baptizatus Iudæus reuersus ad Iudaismum vt hæreticus puniendus.

SErenissimus rex Federicus voluit intelligere, vtrum Rex Portugalliæ potuit de iure compellere consanguineos vnius infantis filij Ioseph Hebræi absente ipso Ioseph patre, vt baptizare faciant à sacerdote ipsum infantem. Item vtrum imprimatur character in animo ipsius infantis ex dicto baptismo ei dato per sacerdotem sine consensu parentum, vel pater possit ipsum filium suum trahere in domo sua ad Iudaismum. †Et fuit per me & alios doctores dictum & rescriptum quò ad primum dubium, quòd glos. Ioan. 1
Theoto. in cap. Iudæorum. xxviij. quæstio. j. expressè, tenet, quòd paruuli Iudæorum non possunt eripi à parentibus eorum, & baptizari; quia si possent eripi in processu temporis, nullus esset Iudæus in mundo, & sic non posset adimpleri illa prophetia Esai. x. & Roma. ix. cap. quòd reliquię Israel saluę fierent. hanc gl. sequitur Cardina. Florenti. & Marianus in cap. sicut. de Iudęis. Istam opinio. tenet supra Thomas de Aquino, ij. quæstio. x. articulo vi. Idem firmat Richardus in iiij. Sententia. dist. in. vj. Idẽ firmat do. Abb. Sicu. in d. cap. sicut. Idem firmat Calderi. in consil. ij. in tit. de Iudæis. quia nullus ad fidem est cogendus: vt dicit text. in d. c. sicut. †& quia voluntarium militem 2
Christus elegit. xv. quæstio. j. cap. non est. & quia iura cõmunia volunt, quòd nulla iniuria & nulla violentia debeat fieri Iudæis: vt in l. Christianis. C. de paga. & sacrific. eor. & in capitulo si Iudæos. de Iudæis. Et quia dominus temporalis huius mundi licet habeat potestatem super personam subditi vel serui, non habet potestatem super animam: vt dicit Arch. vij. q. j. c. si quis inde. dicit Car. in c. de vxore. in fin. in princ. de sepultu. †quòd quò ad sacramenta seruus liber est. de 3
coniugio seruo. cap. j. hanc sententiam firmant etiam Card. Flo. in Cle. j. in fin. de Iudæis. & Ioan. de Ana. in dicto cap. sicut. & Ioan. de Ligna. qui dicit, quòd communiter approbatur illa gloss. Ioan. Theoto. Et idem Alexand. de Imo. in l. ij. ff. de his qui sunt sui vel alieni. Et illam gloss. sequitur Canonista noster Neapolitanus Stephanus de Caieta in suo sacramentali, in sacramento baptismi, quæstio. xlij. in fi. Et idem dicit, quòd tenet Laudinus in sacramento de baptismo, penult. colum. & frater Ang. de Clauasio in summa sua, in verbo, baptismus. §. ij & Cardinalis Alexandrinus, xlv. distinct. cap. qui syncera. & Petr. de Palude in iiij. Sententiarum, distinctione iiij. idem in summa Pisanella in verbo, Iudæus. iij. in summa Confessorum, ibi allegata. †Sed contrariã partem, scilicet, quòd 4
Rex Portugalliæ potuit compellere consanguineos huius infantis, & ipsum infantem ad baptismum etiã sine consensu parentum. hoc voluit Archid. in d. cap. qui syncera. per rationem, quia Iudæi sunt serui Regis, & non habẽt filios in potestate: nam possunt ipsos vendere, & fortius ad baptismum ducere. Ista ratio Archi. non est vera: quia veritas est, quòd filij Iudęorũ non sunt in potestate parentum: vt firmat Alex. in d. l. ij. & in ij. vol. consil. lxxj. & clarius Io. de Ana. in c. & si Iudæos. de Iudęis. & idem firmat Car. Alexandrinus in d. cap. qui syncera. & hanc partem tenet Scotus in iiij. Sen. distin. iiij. quem refert Ioan. de Lig. in cap. & si Iudæos.

Iudæos.eo.tit.dicens, quòd opinio Scoti posset de ri-
gore iuris defendi.hanc opi.tenet beatus Anto.Archi
Flo. in iij.parte suæ summæ.tit.xiij.c.iij.char.19.
5 qui dicit, †quòd quando baptizatur paruuli Iudæorũ,
sufficit oblatio parẽtum spiritualiũ: quia sicut in fide
parentũ carnalium paruuli baptizati recipiunt cha-
racterem cum offeruntur à parẽtibus: vt in c.maio-
res. de batis. ita quando offeruntur à parẽtibus spiri-
tualibus. Et si diceretur, dicit ipse, ꝙ illa oblatio pa-
rẽtum spiritualium intelligitur, si voluntate parentũ
carnaliũ fiat dicta oblatio. dicit beatus Antoninus, ꝙ
illa gl. non reperitur in iure. & probatur hoc in c. par-
uuli.de consecra.dist.iiij.vbi dicitur indistinctè, quòd
paruulis sufficit fides offerẽtium, nulla facta mẽtione
de fide parẽtum, & hoc est maximum in ista materia.
6 & firmat hoc Per. de Ancha. in consil. [illegible] †vt fides
parentũ vel alterius offerentis obliget pueros ad fidẽ.
tex.est in c.illud.de consecr.dist.iiij. & in c.paruuli.
hãc opin. sequi videtur Io. And. in præalleg. c.sicut de
Iudæis.& domi.de sancto Gem.in d.c.qui syncera. &
quidã magister Theologus in libro quem nominauit,
Firmamẽtum fidei.qui tenet quòd ex causa Rex sicut
potest filios Iudæorum parẽtibus inuitis [illegible]
facere & instrui ad bellandũ: ita potest ipsos infantes
recipere, vt baptizentur: quia legislatores possunt or-
dinare ad salutem vniuscuiusque subditi, velit nolit.
Nec obstat illa prophetia Esaiæ, quia potest intel-
ligi de fidelibus, vel potest intelligi de aliquibus Iu-
dæis, qui sunt in aliqua insula, quia tunc salui erunt.&
per ista patet generalis respõsio ad fundamẽta docto-
rum tenẽtium contrariã partẽ. †Sed posito propter
7 authoritatem tantorũ patrum, quòd paruuli Iudæorũ
inuitis parẽtibus non possint baptizari: vt tenet bea-
tus Thomas de Aqui. per tres rationes, quas refert &
sequitur beatus Antoninus in secunda parte summæ.
tit.xij.c.ij.§.pueri Iudæorũ. Quæro & nunc trãseo
ad secundã quæstionẽ. Quid si Iudæus paruulus ba-
ptizatus sit ordinatione Regia inuitis parẽtibus car-
nalibus sub oblatione alicuius Christiani, si talis ba-
ptizatus recipiat characterẽ baptismi, verũ tradẽdus
sit parentibus Iudæis. dicit beatus Thomas de Aqui. in
loco præallegato, ꝙ paruuli baptizati inuitis parenti-
8 bus sunt verè baptizati. †& cogendi sunt ad fidem ser-
uãdam. Sed Pet. de Palude in loco vbi suprà, videtur
dicere, ꝙ talis non sit obligatus: & idem videtur tene-
re Cardina. sancti Sixti post argumenta pro & con-
tra. in d.c.qui syncera. Et idem Card. Ale. ibi, scilicet
quòd non recipiat characterem. Quę opi. sit tenenda?
dico prout dicit beatus Antoninus in iij. parte sum-
mæ, char.19. quòd licet iste paruulus filius Iudæi non
debeat baptizari inuitis parentibus carnalibus, tamẽ
si baptizetur, tenet baptismus. Idem tenet summa Pi-
sanella in verbo, Iudæus. & sic tenet opin. beati Tho-
mæ, scilicet ꝙ talis baptizatus recipiat characterem.
Nec obstat, quòd parentes huius paruuli non con-
sentiũt in baptismo paruuli: quia sufficit, quòd in fide
patrinorum, vel alicuius Christiani sit oblatus in ba-
ptismo. de consecra. dist.iij. c.illud perscrutari. & c.hi
qui.& de cõsecra. dist.iij c.paruuli.& c cõstat. vt dicit
dominus Stepha. de Gaieta in dicto sacramentali de
9 baptismo, in quæst.xxxviij.& q xlj. †Nec paterna po-
testas Iudæorum est in cõsideratione: tum quia Iudæi
non habẽt filios in potestate: tum quia quò ad animã
nõ est potestas temporalis: vt suprà dictũ est. Nam in

isto baptismo huius pueri omnia requisita ad baptis-
mum interhaberent, videlicet materia, & forma, &
intentio seu voluntas sacerdotis baptizantis, & volun-
tas parẽtis spiritualis offerẽtis eum in baptismo: & sic
in fide parẽtis spiritualis recepit characterẽ baptismi
ipsum infans, qui non habet nec nolle nec velle: vt dicit
beatus Antoninus in d.§.pueri Iudæorũ. & postquàm
sic est baptizatus, debet cogi ad ea, quæ sunt fidei, vt
in c.Iudæorum.xxviij.q.j.& c.de Iudæis.& c.sicut vi-
demus. Et dicit Io. de Ana. in d.c.sicut referẽdo dictũ
cõsiliũ Cal. †ꝙ si de facto sunt baptizati ipsi paruuli 10
Iudæorum sunt alendi cum Christianis, & non cum
parentibus Iudæis, per text. in c.fide conuer. infideliũ.
& sic videtur inferre, quòd recipit characterem. Eò
maximè, quòd iste puer filius Ioseph nõ posset dicere,
quòd violenter fuit baptizatus: quia erat infans, qui
non habet nec velle nec nolle.& quãdo fuisset maior
infante, non interuenit violentia præcisa, quæ est,
quãdo ligatus manibus & pedibus deductus fuisset ad
baptisma: tunc non reciperet characterem: aliàs com-
pulsus per vim conditionatam recipit characterem:
vt concluditur in d.c.maiores. per scribentes. †vnde 11
baptizatus in infantili ætate sub fide parentis carna-
lis vel spiritualis postquàm venit ad pubertatem, nõ
potest contradicere: vt in cap.quamo. de diuor. & de
conse. distin.iiij. c.quæris. & c.paruuli. & firmat Car.
in d.c.maiores. §.item quæritur. & firmat gloss. in c.
contra Christianos.de hære.lib.vj. Et in hoc est dif-
ferentia in voluntate, quæ requiritur in matrimonio
& in voluntate, quæ requiritur in baptismo: nam ma-
trimonium cõtractum per vim. conditionatam non
valet, quia requiritur absoluta voluntas: vt in c.cum
locum. de sponsa. Sed in baptismo coacta voluntas
conditionata, voluntas est, & talis baptizatus coactè
recepit characterẽ. ita firmat Host. in summa, in tit.
de baptis.§.quæ sit eius forma. versic. hi qui baptizan-
tur inuiti. & pro ista parte videtur tex. in c.de Iudæis.
§.qui autem. xlv.dist. † Et sic negari non potest quòd 12
iste infantulus baptizatus de ordinatione Regis ad
oblationem sui patrui Christiani, & in fide ecclesiæ
absente patre carnali non sit baptizatus, imò recepit
verum characterem baptismi, & est verus Christia-
nus. Et si velit reuerti ad paternum iudaismum, puni-
ri posset vt hæreticus: vt in cap.contra Christianos.de
hære.lib.vj. Nec est verum illud, quod dicit Fely.
in d.c.sicut referendo consilium Cald. dicens, quòd
talis infans baptizatus inuitis parentibus detinebitur
per parentes, si præstabunt cautionem, quòd ponent
eum in libertate cum fuerit ætatis maturę. Et interim
non detestabitur fidẽ, aliàs non est restituendus, & ita
videtur trãsire Io. de Anania in d.c.sicut. & sic viden-
tur sentire, quòd non imprimitur interim character
dando idoneam cautionẽ: †quia imprudens dictũ est, 13
quòd character in anima depẽdeat à cautione prædi-
cta: nam dicit Io. And. quòd paruuli recipiunt chara-
cterem. Et eo semel recepto renuntiari non potest. de
diuor. c.quãtò. Et si reclamat, quãdo venit ad perfectã
ætatem, tamen characteri renuntiare non potest, sed
effectui tantùm sic: quia dãnatio & saluatio dependet
ab eius arbitrio: vt patet de consecra. dist.iiij. c.quæri-
tur. & c.paruuli. Et sic illa cautio prædicta solũ potest
habere locum quo ad educationem apud parentes
quousque puer venerit ad ætatem perfectam. Et tunc
si renuntiet propriæ saluti, punitur vt hæreticus, vt
in d.

-læs d. c. contra Christianos. de hæret. in vj. Sum igitur voti, quod non debeat iste paruolus filius Iudæi baptizatus restitui dicto Ioseph patri suo propter fauorem fidei Christianæ, ne dictus baptizatus morãdo cum patre Iudæo incidat in hæresim. Et in hoc vero fuerunt multi Theologi & doctores iuris Canonici de Consilio suæ maiestatis: & ita postea executum fuit.

DECISIO CLII.

De iudice laico prouidente super alimentis vxori præstandis causa matrimoniali pẽdente coram delegato Apostolico.

SVMMARIVM.

1 *Iudex laicus an possit pendente causa matrimoniali coram Apostolico delegato prouidere super alimẽtis vxori per virum præstandis. 6.*
2 *Argumentum de iudice ad quem ad iudicem laicum super alimentis incidenter præstandis.*
3 *Alimentorum præstantia non impeditur per litis pendentiam.*
Appellatio non admittitur à sententia præstationis alimentorum.
4 *Casus, in quibus repetitio præstiti non datur.*
5 *Alimenta debentur vxori per virum.*
Sententia in causa matrimoniali non transit in rem iudicatam.
6 *Præsumptio fit in dubio pro iudice, qui sententiã protulit.*
7 *Casus vnus inferendus ad alios per Spec. in quibus licet attentare pendente lite in causa appellationis.*

1 FVit dubitatum in Consilio † vtrum iudex secularis possit decernere ad petitionem mulieris, quæ litigabat corã iudice ecclesiastico super fœdere matrimonij, & obtinuit sententiam pro matrimonio, à qua maritus appellauit: & causa appellationis pendet coram delegato Apostolico petentis alimenta à dicto marito lite pendente, & maritus dicebat quòd lite pendẽte nihil est innouandum, & sic non potest iudex secularis prouidere super ipsis alimentis petitis: cùm sit quæstio an illa sit vxor. Super quo dubio dicebatur, quòd iudex secularis non potest super dictis alimentis petitis
2 se intromittere: † quia si iudex à quo est appellatum super dictis alimẽtis non potest prouidere per titulũ, nil nouari appella. pen. & c. bonæ. & c. secundò requiris de appella. ergo nec iudex laicus, postquam scit, quod appellatio pendet super causa, an sit vxor. In contrariũ dicebatur, quòd si iudex appel. potest prouidere super dictis alimẽtis: vt no. in c. ex parte, de accusa. ita per viã principalis petitionis super ipsis alimentis potest iudex laicus prouidere: quia hoc nõ est de pro-
3 cessu causæ. † Quia talis pendentia litis non impedit præstationem alimẽtorum stante paupertate mulieris & diuitiis viri: vt in simi. dicit Specu. in tit. de appellatio. §. penult. versi. illud autem. Item quia licet sit appellatum à sententia lata in fauorem matrimonij, tamen dicta sententia continet tacitè præstationem alimentorum, & à sentẽtia præstationis alimentorum non admittitur appellatio: vt in l. fin. ff. de appel. reci. & no. Bald. in l. Mela. ff. de alimen. & ciba. lega. & per consequens super alimentis tam iudex ecclesiasti-
4 cus, quàm secularis potest prouidere: † quia hæc alimenta lite pendente sunt præstanda per maritum vxori in omnem euentum, & si in secunda instãtia vxor vicerit, bene factum est, si succumbit, maritus non repetit: sicut dicimus quando dantur ab herede vel substituto alimẽta mulieri ventris nomine missæ in possessionem, non repetuntur, si non est prægnans, nisi per calumniam dixerit se prægnantem: vt in l. j. §. interesse. ff. si mu. ven. no. in posses. mis. Idẽ si est quæstio, Vtrum talis sit filius, & agitur ex Carboniano edicto, debent ipsi filio lite pendente præstari alimenta, vt dicit Specula. in tit. de primo & secundo decreto. §. videndum restat. versi. idem quoque. † Ego dicebam, 5
quòd ista mulier habuit sententiã in fauorem matrimonij, & sic est vxor, & vxori à marito debentur alimenta: vt nota. in l. si cùm dotem. §. si maritus. ff. sol. matri. cum concor. & licet sit appellatum, tamẽ quia sententia in causa matrimoniali non transit in rem iudicatam, vt in c. lator. de re. iudi. & c. consanguinei. de frig. & male. ideò speciale est in hoc casu, vt lite pendente præstentur mulieri, quæ obtinuit per sententiam in fauorem matrimonij alimẽta à viro, cum præsumendum † sit in dubio pro iudice, qui protulit 6
illam sententiam: vt dicit Inno. in c. ij. de feriis. & ibi allegat opti. tex. in c. in præsentia. de renunc. nec dicitur attentatum hoc casu attenta æquitate, sicut non dicitur attentatum quando lata est sentẽtia super beneficio contra eum, qui non possedit triennio, à qua fuit appellatum, & iudex à quo sequestrauit beneficiũ, quia magna æquitas hoc dictat: vt in Cle. prima, de sequestra. pos. & fructuum. Et ideo fuit determinatum, quòd iudex laicus potest pẽdente causa matrimoniali coram delegato Apostolico per appellationem à sententia lata in fauorẽ matrimonij decernere & cõpellere maritum ad præstandũ alimenta vxori: nec dicitur attentatum: † quod est notandum, & ad- 7
dendus est iste casus ad alios casus positos per Spec. in tit. de appella. §. penul. in prin. vbi ponit casus, in quibus licet attentare lite pendente in causa appellationis, & non reuocantur tanquàm attentata: vt ibi per eum. & Card. in dicta Cle. prima, de seq. pos. & fru. in ix. no.

DECISIO CLIII.

De collateralibus euincentibus rem emphyteuticam & diuidentibus, & de solutione canonis in illa, & de commisso.

SVMMARIVM.

1 *Diuisio rei emphyteuticæ inter collaterales per ius prælationis euicta, an operetur canonis solutionem insolidum pro qualibet parte ad integrum censum. 3. 5.*
2 *Emphyteutica res ecclesiæ in plures diuisa, an debeat pro qualibet parte integrum canonem.*
Fiscus & ecclesia æquiparantur.
Fiscus quemcunque tenentem tributarium fundum conuenit ad tributum.
3 *Emphyteuta canonem soluere per partes non potest inuito domino.*
Obligatio ad canonem est realis.
4 *Emphyteutica res inter heredes diuisa per non solutionẽ canonis in vna parte, an tota in commissum cadat.*
Solutio particularis non sufficit ad euitandam pœnam.
Obligationis prima conditio ex facto heredum non mutanda.

Emphy

emphyteuticam rem diuidentes, quid consilij capere debeant.

Venditur domus emphyteutica cum cõsensu directi domini. ille emptor conuenitur iure congrui à duobus collateralibus iuxta consuetudinẽ Neapolitanã, condemnatur ille emptor ad vendendũ pro pretio, prout fuerit appretiata dictis collateralibus. Illi duo collaterales habita illa domo ipsam diuiserunt inter se. †Quæritur verũ dominus directus possit vnumquẽque ipsorũ collateraliũ conuenire insolidũ ad totum canonem, vel solummodo pro parte. Aliqui ex dominis dicebãt, ꝙ sicut plures emphyteutæ possunt inter se diuidere rem emphyteuticã, & tunc quilibet tenetur pro parte soluere canonẽ, vt dicit Bart. in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de ver. obl. & in l. si domus. §. fi. ff. de leg. j. & idem quando sunt plures hæredes: vt firmãt Moder. scribentes in l. fin. col. lxxiiij. & seq. C. de iure emphyt. Ita dicendum videbatur quando plures collaterales euincũt rem emphyteut. iure cõgrui, & diuidũt eam vt quilibet teneatur ad canonem pro parte eum
2 tangente. † Alij dicebãt contrariũ, si ista erat emphyteusis ecclesiæ: quia fiscus & ecclesia æquiparãtur: vt not. in l. j. C. de iure fi. lib. x. & fiscus quemcũque tenentem fundũ tributariũ potest conuenire ad tributum. l. fi. C. sine cen. vel reliquis. hãc æquiparationem faciunt Moder. Papien. in d. l. fi. licet eam nõ sequantur: sed referunt Io. de Imo. illam sequentem in c. potuit. xxxvij. col. de locato. Et pro hoc facit talis ratio:
3 †nam emphyteuta inuito domino non potest soluere canonem per partes, sed semel totum & integrum tenetur soluere: vt dicit Pau. de Cast. in l. quidam existimauerunt. ff. si certũ petat. ergo nec hæredes debentes canonẽ possunt dicere, ꝙ volũt soluere vnusquisque pro parte sua, quia oblatio ad canonẽ est realis, licet ipsi hæredes diuidant inter se, tamen quilibet tenetur insolidũ ad censum. & hoc per glo. in l. cõmuni diuidundo. ff. cõmuni diuidũ. in verbo, confundetur, quæ vult, ꝙ si hæredes emphyteutæ diuiserũt inter se rem emphyteuticã, & vnus soluit pro parte sua canonẽ, &
4 alter non, †tota res incidit in cõmissum. & istam glo. cõmuniter sequuntur ibi doct. & Alex. in v. vol. cõsi. vij. iiij. col. istud etiam tenet Host. in summa, in tit. de loc. §. fi. versic. quid si vnus ex pluribus. Et Alb. de Rosa. in l. ij. ix. col. C. de iure emphy. & ibi etiam Moder. Papien. in xxx. col. Idem firmat Spec. post argumẽta pro & contrà, in tit. de locat. §. nunc aliqua. ver. lxxj. Idem Ioan. And. ibi Dy. Bar. & Lud. in l. fraudati. ff. de public. quia quo ad euitationẽ pœnæ non sufficit particularis solutio. l. in executione. §. fi. de verb. ob. Item quia ex facto hæredũ non debet mutari conditio primæ obligationis. l. ij. §. ex his. ff. de ver. oblig. cum concor. hoc idem tenet Fede. de Senis, in consil. ccxxviij.
5 incip. duo fratres. † ita per diuisionẽ istorũ collateralium non potest fieri præiudiciũ primæ obligationi, quæ erat vt emphyt. teneatur ad integrũ censum non per partes, sed ad integrũ & totum censum, & sic quilibet eorum tenetur insolidum ad integrum censum, tanquã duo rei debendi insolidũ obligari. Solutio: Fuit per sacrum Consiliũ decisum, ꝙ si dominus cõsentiit dictæ diuisioni, sibi præiudicauit in hoc, quòd si vnus soluit partẽ suam, & alter non soluit per biennium vel triennium: solùm pars non soluentis incidit in commissum, non autem pars alterius soluentis, & hoc sentit Bar. in d. l. fraudati. † & ideo in ista diuisio- 6
ne diuidentes procurent habere consensum dicti domini. Si autem non interuenit consensus domini directi in diuisione necessaria, sicut est, quando hæredes diuidunt inter se, vel collaterales vincentes rem iure congrui, tunc quilibet eorum tenetur insolidũ ad canonem, & si vnus soluit partem suam, & alter nõ per biennium in emphyteusi ecclesiæ, vel triennium in emphyteusi priuati, tota res incidit in commissum: vt firmat Alb. de Rosa. in d. l. communi diuidundo. circa fi. quæstionis prædictæ, quam ibi bene examinauit, & retulit doctores antiquos: vt ibi per eum. Et sic fuit decisum in sacro Consilio.

DECISIO CLIIII.

De pactis dotalibus & dotis restitutione.

SVMMARIVM.

1 *Dos & Antiphatum non obstante pacto de non petendo, an peti possit per mulierem.*
2 *Pactum per quod dotis conditio fit deterior in præiudicium mulieris, est nullius momenti.*
3 *Pactum soluto matrimonio factum à muliere de dote restituenda primo quoque die post annum luctus, an & quando valeat.*
Pactum remissionis antiphati loco pœnæ succedit.
4 *Dotis priuilegia cõmunicantur constitutioni antiphati.*
Dotium lucra sunt æqualiter seruanda, vt dotes in pactis eorum.


Vædam mulier de ciuitate Caiaciæ soluto matrimonio per mortem sui viri fecit conuentionẽ & pactũ cum illis qui tenebantur ad restitutionem dotis, ꝙ si ab eis peteret dotẽ intra quatuor annos perderet quartam
& basaturã per eam lucratam. †Demum dicta mulier 1
petit dotem & quartã ab intra dictũ tempus quatuor annorũ. opponitur per conuentos pactum de non petendo, quia incidit in pœnam petendo intra quatuor annos. ex parte mulieris dicitur, ꝙ ipsa non tenetur ad obseruantiã pacti. Lata fuit sententia per Capitaneum Caiacie ꝙ tale pactum valet: fuit appellatum
ad sacrum Consilium. Quæritur vtrum †dicta sen- 2
tentia fuerit bene lata. Fuit dictũ per dominos consiliarios quod pactum per quod conditio dotis fit deterior in præiudicium mulieris paciscentis, nõ valet: vt in l. Attilicinus. & l. de die. cum duabus ll. seq. ff. de pact. dotali. hoc firmat etiã Io. de Imo. in l. si socer. §. Lucius Titius. ff. sol. mat. vbi dicit, ꝙ si pactum fuit in præiudicium mulieris soluto matrimonio non valet, nisi iusta causa interueniat: sed in casu, de quo agitur,
nulla iusta causa potuit esse, igitur &c. † Bene tamen 3
valere pactum soluto matrimonio factum à muliere de sibi restituenda dote per hæredes mariti vlteriori die vltra annum ex causa fortè propter paupertatem hæredũ mariti, qui post annum non possunt soluere. iuxta l. j. §. exact. C. de rei vxor. act. Ita dicit glo. in l. licet. ff. de pact. dot. Item quia istud pactũ remissionis antiphati seu quartæ succedit loco pœnæ. & stylus est in sacro Consilio nunquàm condẽnare ad pœnã, nisi quatenus cum interesse cõcurrat, & ex parte hęredum mariti nullum est interesse. Ideo per sacrum Consilium fuit iudicatũ malè iudicatũ per dictum Capitaneum. Nec obstat ꝙ dicta iura loquuntur in pacto super dote, sed casus iste loquitur de pacto super lucro

dotis:scilicet quarta & basatura: quia patet respõsio.
4 † Nam priuilegia dotis sunt communicata constitu-
tioni antiphari, siue quartæ: vt in l.fi. & in authentic.
sed iam necesse. & in l.cum multæ. C.de donat. ante
nuptias. & not.in l.vbi adhuc.C.de iure dot.cum con-
cord.bene ad hoc accedat id quod dicit Ang. in auth.
de æqual.do. §. j. quòd in pactis super lucris dotium
seruanda est æqualitas, sicut in dote. vnde sicut non
valet pactum soluto matrimonio, vt mulier perdat
dotem: ita nõ valet pactum, vt mulier perdat lucrum
dotis, vel antipharum, vel quartam.

DECISIO CLV.

De seruitute viæ.

SVMMARIVM.

1 *Seruitus intentata per interdictum vti possidetis, an possit iungi cum proprietatis causa, vt in simul procedatur per curiam.*
2 *Possessorium retinendæ concurrit cum petitorio super iuribus incorporalibus, & possunt in prima instantia accumulari. numero 4.*
3 *Petitorium intentari non potest pendente causa reuisionis super interdicto retinendæ.*
Iudex appellationum non cognoscit extra deducta in prima instantia.
4 *Reconuentio de proprietate in causa appellationis super interdicto retinendæ non admittitur.*
5 *Agens interdicto retinendæ super re corporali, an possit agere petitorio.*
6 *Iudex de possessorio cognoscens, de petitorio non cognoscit, si alterius iurisdictioni præiudicatur.*


FVit lata sententia in sacro Consilio per
quam confirmata fuit sententia viceducis
ducatus Amalfiæ quæ fuit lata super inter-
dicto vti possidetis in fauorem actoris, vt
conuētus desistat à turbatione & molestatione cuius-
dam seruitutis viæ per domũ ipsius conuenti, eò quia
actor est in quasi possessione dictæ seruitutis saluo iure
proprietatis. Fuit pro parte conuenti reclamatum à
dicta sententia sacri Consilij, & cõmissa causa recla-
mationis pro parte ipsius reclamantis. petitur termi-
nus ad probandum super proprietate viæ. dicit altera
pars, non potest dari super proprietate, quia non fuit
actũ super proprietate, sed solum actũ fuit interdicto
vti possidetis. & lata fuit sententia in sui fauorem, &
1 condēnatus fuit ipse reclamãs ad expensas, † & nisi re-
nuntiauit reclamationi, & soluat expensas, nõ potest
procedi in sacro Cõsilio super proprietate dictæ viæ.
Sed procedi posset corã viceduce ducatus Amalfiæ,
quia vigore priuilegiorũ primarum causarum dicta
causa proprietatis debet ibi videri, & non in sacro
Consilio. replicat iste reclamans, quod ipse in prima
instãtia fuit reus super interdicto vti possideris dictæ
seruitutis viæ, & nũc ipse in causa reclamationis vult
se defendere super dicto interdicto vti possidetis di-
ctæ seruitutis viæ, nec non potest cumulare etiã pro-
prietatem dictæ viæ: quia dicit Bar. in l.naturaliter. §.
nihil cõmune. in prima & secunda cõbinatione. ff.de
2 acqui. poss. † quod quãdo agitur super iuribus incor-
poralibus, vt in seruitutibus, prout erat casus, de quo
agitur, concurrit possessoriũ retinendæ cũ petitorio.
hoc etiam firmat Bal. in l. incert. C. de interd. & Abb.
Sic. in cap. pastoralis. v. col. de causa poss. & proprie. &
pro hoc soleo allegare tex. in l. iij. §. inter dictũ autem
hoc. ff. de itin. actúque priua. pro parte illius qui ha-
buit sententiã in sui fauorem replicabatur, quod licet sit
verum, quod quando sumus in iuribus incorporalibus,
concurrit possessoriũ retinendæ cum petitorio: † quia 3
non sunt contraria: vt dicit Bar. in loco præallegato,
tamen hoc procedit in prima instantia, non autem in
tertia instãtia causæ reuisionis. nam pendēte causa ap-
pellationis, imò verius pendente causa reuisionis su-
per interdicto retinēdæ non potest appellans inten-
tare petitoriũ: vt dicit Bal. in auth. & cõsequenter. C.
de sen. & inter. om. iud. not. in Cle. j. de causa posses. &
proprie. Item quia iudex causæ appellationis habet
iurisdictionē per deuolutionē circa ea, quæ in prima
instantia vertuntur. & non super aliis: vt dicit Bal. in
l. per hanc. vj. col. C. de tempo. appel. † Item quia non 4
admittitur recõuentio de proprietate in causa appel-
lationis super interdicto retinendæ: vt dicit Bal. in l.
incerti. C. de interdictis. & in auth. & cõsequenter. C.
de sent. & inter. om. iud. & sic cum vicedux iudicauit
super possessorio retinēdæ saluo iure proprietatis, nõ
potest in causa appellationis cognosci de proprieta-
te, licet in prima instantia in iuribus incorporalibus
super interdicto retinēdæ pos. petitoriũ accumulari
posit, vt dicebat Bar. in d. j. & ij. cõbinatione. & Bal.
in d. l. incerti. quod non est sic in rebus corporalibus.
nam † si actum fuit interdito retinēdæ super re corpo- 5
rali, si postea ageret petitorio, esset sibi contrarius:
quia diceret aduersariũ possidere: vt dicit Bar. in d. §.
nihil cõmune in tertia lectura. & pro hoc est tex. in l.
exitus. ff. de acquir. pos. quem Ang. sic summat, posses-
soriũ retinendæ prius debet terminari ad hoc, vt peti-
torium intentari posit, & videri quis partibus peti-
toris fungatur: & idem quando possessoriũ retinendæ
intētatur ab vno, & petitoriũ ab alia parte: quia non
licet vt dicit Bart. in d. §. nihil com. in v. col. non qui-
dem ratione cõtrarietatis, sed ratione ordinis. Fuit
votatũ in Consilio, quod non potest procedi per sacrum
Consilium in dicta causa petitorij in reuisione causæ,
sed remitti debet ad viceducē ratione priuilegij pri-
marum causarũ, per id quod dicit Bald. in l. si de pro-
prietate. in fi. C. si à non cõpetenti iud. vbi dicit, quòd
† ille iudex, qui cognouit de possessorio, de petitorio 6
non cognoscit, si per hoc alterius iurisdictioni & co-
gnitioni præiudicatur. Allegat Ioã. Mon. in c. accusa-
tus. de hæret. lib. vj. not. Pan. de Cast. in l. si de certa. C.
de transact. Tamen quia partes prorogauerunt iuris-
dictionem sacri Consilij, & voluerunt facta execu-
tione sententiæ super dicto interdicto retinendæ, quod
cognoscatur de causa proprietatis, quæ quidem pro-
rogatio fieri potuit, ex quo vicedux Amalfiæ nõ con-
tradixit, vt dicit Cyn. in l. si qui ex conseosu. C. de epi-
scop. audien. Fuit postea iudicatum in causa pro-
prietatis in fauorem illius, qui obtinuit sententiam
super dicto interdicto retinendæ.

DECISIO CLVI.

De interdictis retinēdæ, & recuperandæ, & illorũ misione in eadē causa.

SVMMARIVM.

1 *Interdictum recuperandæ an intentari posit omisso iudicio retinendæ, & super eo iudicatis.*
2 *Iudicis officium implorandum, ne quid lite pendēte innouetur.*

Pro



Ro parte venerabilis Monasterij sanctæ Mariæ de Tremite actum fuit coram Vicerege prouinciæ super certis territoris interdicto retinendæ contra Galiacium Caraczolū. Demum nondum lite finita coram Vicerege, causa certo modo deuoluta fuit ad sacrū Consilium. lite huiusmodi pendente dictus Galiatius dicta territoria possedit. pro parte monasterij supplicatur lite pendente super interdicto retinendæ, ꝙ prouideatur sibi de restitutione possessionis, ex quo fuit
1 spoliatum. †Fuit dubitatum vtrum posit iudicari super possessorio recuperādæ omisso modo pronuntiandi super interdicto retinendæ. Fuit dictū, ꝙ istam quæstionē posuit Bal. in l. si de proprietate. vlti. col. C. si à non compe. iudi. ꝙ si coram iudice intentatum est interdictū retinēdæ, & pendente iudicio vnus spoliat alterum, nunquid omisso iudicio retinēdæ posit intentari iudiciū recuperandæ. dicit ipse, argumentum est, quòd sic. l. iij. §. Iulian. ff. de aqua plu. arcen. l. si post
2 acceptū. ff. de rei vend. dicit ipse. dic contrariū, † sed debet officium iudicis intentati: quia nihil debet innouari lite pendente, vt no. Archi. ij. q. j. in primis. in j. col. versi. sed quæro fretus hac authoritate. Cōsilium condemnauit dictum reum ad restituendum dicto monasterio possessionem dicti territorij, & ea restituta, vt desistat à molestationibus & turbationibus iuxta naturam dicti interdicti retinendæ.

DECISIO CLVII.

De sententia præstandæ rationis, quæ ad reliqua extenditur.

SVMMARIVM.

1 *Sententia an debeat extendi ad id, de quo nō loquitur.*
Sententia redditionis computi extenditur ad reliqua.
2 *Rationem reddere duo continet.*

Lata fuit sententia in Curia cōsulatus Catalanorum contra Bernardū de Paul. per quam fuit condemnatus ad præstandum computum & rationē cuidam Iaimo de gestis & administratis. Hæc sentētia transiuit in rem iudicatam, & in vim executionis ipsius petitur, quòd
1 exequatur in eo, in quo apparebit esse debitorē. †dicit ipse Bernardus, quòd sententia non cōdemnat ipsum ad soluendum: & ideò non debet extendi ad id, de quo non loquitur: fuit habitus recursus ad consilium.

Quæritur an dicta sententia contineat in se condemnationem ad reliqua. Fuit conclusum, ꝙ sic.

Primò per tex. in l. quamuis. ff. de cond. & demon. vbi dicitur quamuis rationes reddere nihil aliud sit, quam reliqua soluere &c. Secundò ad idem tex. in l. cum seruus. ff. eo. tit. vbi dicit si seruo legata sit libertas ea conditione, si rationes reddiderit hæredi: non hanc solam habet significationē, si cautiones instrumentáque omnia actus sui exhibuerit hæredi: sed & si qua soluerit. Tertiò idem habetur in l. si ita fuerit, §. quæro. ff. de ma. testa. & in l. purè. in fi. ff. de fideicommiss. libe. & ff. de statu lib. l. statuliber. §. si quis nō dare. & ff. de verb. signi. l. boues. §. fin. & ff. de libet. lega. l.
2 non solum. §. is qui rationes. † in quibus legibus dicitur ꝙ reddere rationem duo continet, scilicet computum dare, & reliqua restituere. Et ideo posita ratione in eo quod apparebit Bernardum debitorem fuit declaratum, quòd contra eum fiat executio virtute dictæ sententiæ transactæ in rem iudicatā etiam sine citatione. vt dicit Ang. in l. instar. C. de iure fis. lib. x. & est tex. not. in l. ij. §. de frumentaria. & ibi Bartol. ff. de admin. reg. ad ciuit. pertinen.

DECISIO CLVIII.

De filia maritata & dotata non dicente testamentum nullum causa præteritionis propter constitutionem in contrarium.

SVMMARIVM.

1 *Masculi præferuntur in successione bonorum paternorum fœminis per constitutionem Neapol. 3.*
Testamentum an possit dici nullum ex causa præteritionis non obstante constitutione in contrarium. 6.
2 *Substitutio vulgaris verbis directis, an sit nulla per testamentum nullum ex causa præteritionis.*
4 *Fœmina exclusa per masculum eo mortuo admittitur propter temporalem exclusionem.*
5 *Dotata excluditur à bonis eius, cuius fuit dotata.*

Dicit constitutio Regni in aliquibus, patre mortuo superstitibus filiis masculis & fœminis in successione bonorū paternorū,
†filij masculi præferuntur fœminis: dummodo 1
tamen fratres masculi sorores pro modo facultatum secundum paragiū debeant maritare. Euenit ꝙ pater maritauit filiam, & ei dedit dotē. post hæc pater fecit testamentum & instituit filios hæredes. dictam filiam maritatā & dotatam scienter præterit in testamento, nullā de ea faciendo mentionem, filiis verò suis fecit certam substitutionē. Demum mortui sunt filij, ita ꝙ locus est substitutioni: venit illa filia & dicit testamētum nullū: quia fuit præterita. Quæritur vtrū ista filia præterita stante dicta constitutione regni posit dicere testamentū nullum post mortē fratrum: & excludere substitutos. †Et videbatur aliquibus, quòd 2
ipsa filia præterita posit dicere testamentū nullum, & per cōsequens substitutio nulla, per auth. ex causa, C. de libe. præte. quādo substitutio facta esset vulgariter verbis directis, secundum Bart. in d. authen. in iiij. char. vers. quid de substitutione fideicommissa. quæ substitutio conseruatur per d. auth. secundū communem opi. vt ibi per scribentes. Mouebātur autoritate Bal. in l. si auus. C. de libe. præte. & Pet. de Ancha. in cōsil. ccxxj. incip. hæc quæstio iam vulgaris dici potest. & Bal. in l. si quis posthumos. §. si filiū. ff. de libe. & posthu. vbi tenent, ꝙ defuncto masculo, filia præterita admittitur: † quia fuit filia exclusa tēporaliter, scilicet donec superest masculus. Et ideò dicebat Andr. 3
in dicta cōstitutione, in aliquibus. in iiij. col. ꝙ si frater non vult maritare sororē & dare ei dotē, soror potest petere partē successionis, cum secundū iura constitutionis sub modo maritandi masculus in successione præfertur fœminæ. quo non adimpleto per fratrem, filiæ non repelluntur à successione. bene ad hoc facit id, quod dicit Bal. in c. j. §. quinetiā episcopum vel abbatem. vbi dicitur, †ꝙ fœmina est exclusa per masculum, sed eo mortuo succedit: quia temporaliter fuit exclusa. hoc firmat Bart. in l. fi. ff. ad Tertul. vbi sunt concor. in apost. Alex. de Imol. & dicit Alex. postquā retulit doc. pro & contrà, ꝙ veritas est, ꝙ ante mortē filij ista filia præterita non potest dicere testamētum illud nullū, nec illud impugnare. Sed post mortē fratris statutū videtur eam permittere succedere, vt ibi 4

latius per Alexã. in d. l. si auus. Aliis dominis videbatur contrariũ dicendũ, ꝙ filia prædicta maritata & dotata à patre, & prærerita, nunquã poterit dicere
5 testamentũ nullum. †Nam dicta constitutio excludit
filiam maritatã & dotatam de bonis paternis à bonis eius, cuius fuit dotata: vt dicit ibi Andr. dũ allegat l. quoniam nouella. C. de inoffic. test. & sic habuit portionem sibi contingentẽ de bonis paternis, ideò perpetuò à bonis paternis est exclusa. & sic per dotationem constitutio excludit eam perpetuò. Sed quando non est dotata, non excluditur nisi modaliter, videlicet si non dotetur. cùm igitur filia pręterita fuit maritata & dotata, & postea mortui sunt filij, non potest tanquã præterita rumpere testamẽtum patris. & pro ista opi. do. Ant. allegabat. Neapol. Sebast. in consuet. ciuitatis nostræ Neap. in prima consuetudine, in glo. in verbo, succedũt. Et pro ista opin. allegabã ego consilium Alex. in ij. vol. consi. xlvij. incipiente, abundè per celeberrimos Iurisconsultos &c. ver. j. ideo totum
6 fundamentũ videtur &c. vbi dicit, † ꝙ dicta præteritio filiæ non reddit testamentum nullum vel irritum stante dicta constitutione Regni, disponente, quod filius masculus in successione præferatur fœminæ. Et si excludatur per dictam constitutiõẽ fœmina ab intestato si maritetur & dotetur à fratre, dicitur etiam excludi condito testamẽto ab omni iure dicendi nullum vel rumpendi, secundum magis veras cõclusiones cõmunes, saltim quando filius masculus est institutus: vt communiter concludunt Ang. & alij cõmuniter in l. Gallus. §. & quid si tantum. & in §. in omnibus. ff. de libe. & posthu. & doctores alij in locis allegatis per Alex. in d. consil. xlvij. Fuit ergo per omnes dominos votatum, quòd filia maritata dotata à patre nunquam poterit dicere testamentum nullum vel irritum stante dicta constitutione Regni. Et maximè etiam consue. dictæ ciuitatis Neapolis.

DECISIO CLIX.

De mora fratris in non prouidendo sorori de viro & dote, sæpius requisiti.

SVMMARIVM.

1 *Soror an admittenda ad partẽ successionis propter matrimonium sæpius postulatũ & denegatũ per fratrem.*
2 *Mora fratris in non maritanda sorore, an noceat sibi in bonis paternis.*

FVit dubitatum, Si mortuo patre, filio re-
1 licto & filia, †frater nõ maritauit sororem
intra xv. annos. Et ipsa soror pluries interpellauit fratrẽ, vt eam nuptui traderet, & det dotem de paragio: & frater fuit in mora, & soror petit à fratre in iudicio partem successionis. An frater possit ipsam excludere à successione, si offerat velle dare dotem. Fuit per omnes dominos cõclusum, ꝙ nunquã soror succedit, si quocunque tempore frater paratus est dare dotem, etiam si frater fuisset in mora. hoc voluit And. in constit. Regni in aliquibus. in iij. col. ibi. sed quid si fratres masculi nolunt maritare? Et idem dicit gl. Neap. in prima consuetudine ciuitatis Neapo. super verbo paternis. vbi firmat, ꝙ in regno quantũcunque frater differat maritare sororẽ: soror ipsa non potest petere successionem, sed tantum agit ad dotẽ de paragio per dictam constitutionem in ali-
quibus. †Sed aliud est de iure cõsuetudinario Nea- 1
politano secundum dictam gl. ibi. nam si soror interpellauit fratrem, vt ipsam maritet, & dotet post xvj. annos, soror ipsa tanquam masculiata poterit petere successionem, vt dicitur in dicta prima consuetudine. Sed extra ciuitatem Neapolis nunquam ex mora fratris potest soror petere successionem, sed paragium tantum. Et ita firmat glo. Neapol. in consuetudine, si moriatur, in verbo, differentibus. dum dicit, quòd de iure Longobardo frater excludit sororem simpliciter absque temporis præfinitione, sed tenetur secundum paragium maritare, dicit ipse. Et idem videtur in Regno per constit. Regni in aliquibus.

DECISIO CLX.

De dote & paragio sorori per fratrem debito.

SVMMARIVM.

1 *Paragium debitũ à fratre sorori, quantùm debeat esse.*
2 *Dos congrua in innupta potest esse vltra legitimam.*
3 *Dos quanta d[illegible] beat esse in maritatam.*

ALiud fuit dubium, †quantum erit istud pa- 1
ragium debitum à fratre sorori. Fuit per omnes dominos conclusum, quòd si soror non est maritata, paragium est vltra legitimam, considerata quantitate patrimonij, qualitate coniugũ & numero liberorũ: vt est tex. in l. quæro. ff. de iure dotiũ. & in l. filiæ. & ibi Bart. ff. de leg. iij. firmat And. in consti. in aliquibus. circa fi. Si verò soror est maritata, puta propter pulchritudinẽ sine dote: vel fuit maritata à patre de bonis paternis: † & pe- 2
tit soror paragium à fratre de bonis maternis, vel fuit maritata & dotata ab extraneo: tunc paragium erit non minus legitima, quæ sibi cõpetebat in bonis patris & in bonis matris. hoc firmauit Andr. de Iser. in dicta constit. In aliquibus. in multis partibus, & singulariter in j. col. item in vij. col. item in x. col. Et sic dos cõgrua in nõ maritata potest esse vltra legitima. vt dicit Bald. in auth. res quæ. C. com. de leg. Et voluit Iac. de Belui. in auth. de restit. & ea quæ parit. in xj. q.
† Sed in maritata dos erit vt legitima. & tunc minus 3
legitima esse non poterit: vt in auth. res quæ. Et ita postea vidi pluties iudicatum per sacrum Consilium.

DECISIO CLXI.

De fratre mortuo ab intestato superstitibus sororibus nupta & innupta, & de succedentibus in bonis illius.

SVMMARIVM.

1 *Soror à fratre dotata an succedere debeat cum alia indotata, si frater intestatus d[illegible]cedat.*
2 *Collatio in bonis collateralium cessat.*
3 *Soror à fratre dotata quæ [illegible] hereditati fraternæ, an excludatur à fratris successione.*

MOrtuus est pater † superstitibus filio ma- 1
sculo & duabus feminis. Iste frater maritauit vnam ex dictis sororibus, & dedit ei in dotem ducatos mille: postea moritur iste frater sine filiis superstitibus sibi, illa sorore maritata & dotata, & superstite alia sorore existente in capillo. An in bonis istis fraternis solum succedat soror in capillo, vel ambæ. Neapolitanus in consuetudine Neap. prima, in verbo, ipsi successores. tangit
istam

istam quæstionem, & facit differentiam inter ius Longobardum, & ius Francorum. Sed eius differentia non habet locum, nisi in feudis quaternatis: quia constitutio Regni, Vt de successionibus. quam ipse allegat, dicit Andr. ibi, ꝙ non habet locum, nisi in feudis quaternatis. quia in bonis burgẽsaticis fuit conclusum in Cõsilio, ꝙ illa gl. Neapolitana habet locũ, quando tractatur de succedendo ascendẽti. Sed quãdo tracta-
2 tur de succedendo fratri, id est collaterali, † quo casu cessat collatio: vt in l. emancipati. cum concordãtiis. C. de colla. tunc ambæ sorores succedunt. Sed soror in capillo habet prius in bonis fratris defuncti suum paragiũ, & deducto paragio ambæ succedent æqualibus partibus: quia illud paragiũ est sicut æs alienum: vt in constit. in aliquibus. Et ita fuit iudicatũ in Cõsilio.

Sed fuit dubitatum retento dicto themate, quid si ipsa soror maritata renuntiauit fratri & eius hæredibus hæreditati paternæ, maternæ, & fraternæ: an tunc quãdo frater mortuus est, succedat, vt suprà dictũ est?
3 Dicebat do. And. de Alexand. † quòd tunc solùm succedit soror in capillo, & non illa, quæ renũtiauit fratri & eius hæredibus: quia hæres fratris est soror in capillo, ideo virtute renuntiationis exclusa est. allegabat ad hoc consilium Angeli. l. ij. incipiens, dominus Gilius. circa finem. Eandem opinionẽ ego confirmabam authoritate Bal. in iiij. vol. consil. xcvj. vbi dicit, quòd si soror renunciauit fratri bonis paternis & maternis per cõtractum donationis, licèt postea eius frater moriatur, standum est dictæ refutationi, & hæreditas fratris deueniet ad eius hæredẽ etiã extraneum: vt in l. si aura vestra. C. de dona. Et similẽ differentiam inter renuntiationẽ per contractum, & quando simpliciter renuntiat, facit Paulus de Cast. in consi. cccx. incipiente; viso puncto superscripto &c.

DECISIO CLXII.

De paragio debito filiæ in bonis patris per tacitam obligationem dotis legatæ.

SVMMARIVM.

1 *Bona paterna alienata in tertium possessorem an transeant cum onere paragij filiæ debiti.*
2 *Feudalia bona transeunt in tertium cum onere præstandi vitam & militiam.*
Paragium est legitima.
Legitima est quota bonorum.
3 *Ius eligendi legitimæ super aliqua re hæreditaria arbitrio boni viri.*
Filius dicitur creditor in legitima.
Grauamen omne de legitima deducitur.
4 *Bona patris non sunt obligata filio pro legitima ipsius.*
5 *Condictio ex lege est personalis actio.*
Obligatio personalis non sequitur possessorem rei.
6 *Verbum, super, importat obligationem.*
Dotare filiam pater tenetur.
7 *Demonstratio non inducit onus rebus ipsis.*
Rei vendicatio contra tertios possessores pro legitima competit filio.
8 *Agere vno modo vel alio multum refert.*

Pater reliquit bona burgensatica & feuda-
1 lia, & filium & filiã. † frater alienauit feuda & multa bona burgẽsatica. Deinde moritur sine filiis superstite eius sorore in capillo & quondã nepote ex fratre præmortuo. ista soror petit dotem de paragio super bonis burgensaticis & feudalibus, quæ fuerunt communis patris, & alienatis per fratrem existẽtibus penes tertios possessores. [a] Illi 2 possessores citati se defendunt, ꝙ bona, quæ ipsi possident, non sunt de iure expressè, nec tacitè hypothecata pro dote: quia nulla lex vel constitutio hoc dicit: & sic ipsi nec actione reali, nec personali possunt cõueniri. Dicit illa soror, frater tenebatur ad paragium de bonis paternis: quia propterea fuit exclusa à successione bonorũ paternorũ à fratre. Si ergo alienantur in tertium, debent transire cum onere suo. † sicut 2 trãseunt bona feudalia in tertiũ cum onere præstandi vitam & militiam, vt continetur in declaratione facta per Regem Robertũ, quæ incipit. Alienationis actus. char. xliij. in libro Capitulorũ Regni. Item dicit illa soror: paragium ad minus est tertia pars eius quam habitura esset ab intestato. Et sic est legitima: sed legitima cõpetit super omnibus bonis hæreditatis: quia est quota bonorũ. l. Pap. §. quarta. ff. de inoffi. testa. Bar. in l. generaliter. §. in his. C. de secundis nup. facit tex. in aut. hæc res. C. eo. tit. † & habet ius eligẽdi 3 super aliqua re hæreditaria arbitrio boni viri: vt dicit Iac. de Belui. in auth. de restit. & ea quæ parit. in iij. q. per tex. in §. quãobrem. eod. tit. nam filius dicitur creditor in legitima, secundùm Cy. in aut. res quæ in fi. C. cõmonia de leg. & Io. de Imol. in l. Marcel. §. res quæ, in fi. ff. ad Trebellia. Et firmat Old. in consi. cvij. incipiẽte, cùm ius municipale. & tenet Io. And. in c. Raynaldus. de testa. & Bar. in l. suis quoque. in fi. principij. ff. de hæredibus inst. in tantũ, ꝙ omne grauamen deducitur de legitima: vt in cap. Raynutius. & in c. Raynaldus. de testa. & not. in l. quoniam. & in l. sancimus. in prin. C. de inoffi. test. firmat Alexan. in ij. vol. consi. xliij. incip. attẽta & cõsiderata. & in eo. vol. cõsi. ciiij. & in cõsi. cxxj. in j. col. & in iij. vol. cõsi. xiij. in iiij. col. † Dicebant illi tertij possessores, ꝙ licet prædicta 4 sint vera tamen bona patris nõ sunt obligata filio pro legitima ipsius. Sed solum habet condictionẽ ex lege, contra hæredes patris: vt est casus in §. cæterũ in auth. vt cum de appella. cognoscitur. & ita cõmuniter firmant doct. in l. in quartã. ff. ad l. Falcidiam. & in l. suus quoque, in prin. ff. de hæred. & Ang. in l. Papi. §. si conditioni. ff. de inoffi. testam. & Salic. in l. omnimodo. in prin. C. eod. tit. quæ condictio ex lege, est actio personalis, & non realis: vt not. in l. actionum. ff. de acti. & obl. & in l. sicut. C. de præsc. xxx. ann. & dixi suprà decisio. cxxxix. † & de iure obligatio personalis non se- 5 quitur possessorem rei. l. fi. & ibi Bar. ff. de contrahen. emp. Quærebatur quid iuris. Fuit dictũ, ꝙ And. de Iser. in consti. Reg. in aliquibus. v. col. versi. quid si desinat habere feudũ. tangit istam quæstionem, & post multa hincinde allegata concludit, quòd debet prius conueniri frater vel eius hæres, vt præstet paragium sorori: & ipse debet condẽmnari. & si non habet vnde possit soluere paragium, si tenens feudum cõfiteatur, ꝙ fuit de bonis patris, potest fieri executio pro ipso iure paragij in dictis bonis. Si verò neget illa bona fuisse paterna, iudex dabit curatorẽ bonis paternis, qui reuocet alienata per filium, & facta reuocatione fiet executio pro dote de paragio debita in bonis paternis. Si enim constitutio Regni dixisset, quòd super bonis paternis filia habeat paragium: tunc quæstio esset clara: † quia omnia bona essent obligata pro ipso 6

paragio, per tex. in l. codicillis. §. instituto. ff. de leg. ij.
vbi illud verbum super, importat obligationē: vt not.
ibi Bar. Sed nec dicta constitutio, nec capitulum ali-
quod Regni, nec ius commune reperitur, vt bona pa-
tris sint obligata pro dote filiæ, nisi expreßè obliga-
uerit: licet pater teneatur dotare filiam: vt in l. obli-
gamur. §. j. ff. de actio. & oblig. l. filiæ. ff. de leg. iij. l. qui
liberos. in princip. ff. de ritu. nup. l. fin. C. de don. pro-
miſ. cum simili. Ergo cum de iure filia nō habeat pro
paragio bona patris obligata, si bona illa sunt aliena-
ta per fratrem, non habebit nisi remedium narratum
per And. in loco vbi suprà. Hanc eandē quæstionem
posuit noster Neapo. in consuet. Neap. de successio. ex
testa. quæ incipit, si qua mulier. in gloſſ. in verbo, bo-
nis. & post ij. col. concludit & dicit, quòd ex quo con-
stitutio Regni, In aliquibus. mandat sorori dari para-
gium, & vnde debet illud solui: † Ista demonstratio,
7 vnde debet solui, nō inducit onus rebus ipsis, per tex.
in l. quidam testamento. ff. de lega. j. & l. Paulo Calli-
macho. §. fin. ff. de leg. iij. & ff. de alimen. leg. l. Lucius.
& sic non cōpetit tacita nec expreßa hypotheca pro
dicto paragio in bonis paternis contra tertios poſſeſ-
sores: quod secus est in legitima, pro qua competit rei
vendicatio filio contra tertios poſſeſſores, quādo hæ-
res non possidet tantum quod sufficit pro legitima:
vt dicit Paulus de Castro in consilio cclxiij. incipien-
te, super primo dubio. per text. in l. sancimus. §. reple-
tionem. C. de inofficio. testamen. de quo per Bart. &
Alex. in l. in quarta. in vlt. col. ff. ad leg. Fal. Fuit igi-
tur votatum, quòd stātibus oppositionibus factis per
dictos tertios poſſeſſores illa mulier malè egerat pe-
tendo paragium, sed debuit petere legitimam, & hoc
intelligētes aduocati mulieris produxerūt testamen-
tum patris, in quo faciebat hæredem filium, & filiæ
8 reliquerat dotes de paragio, † & sic cum virtute dicti
legati, omnia bona burgēsatica erant tacitè obligata
pro dote de paragio legata: vt in §. sed nostra. instit.
de lega. & in l. j. C. communia de lega. & not. d. tex. in
l. j. ff. de legatis. j. quòd ipsi tertij poſſeſſores poſſunt
condemnari ad dandum vacuam poſſeſſionem ipso-
rum bonorum paternorum tacitè obligatorum vir-
tute legati dotis de paragio. Et ita fuerunt postea
per sententiam sacri Consilij Condemnati dicti ter-
tij poſſeſſores ad consignandam poſſeſſionem dicto-
rum bonorum paternorum alienatorum per filium,
tenendam per illam mulierem iure hypothecæ virtu-
te dicti legati. Saluo iure declarandi quantum sit ipsa
dos de paragio.

ADDITIO.

a *Tertios poſſeſſores.* An filia pro legitima seu paragio
poſsit agere contra tertios poſſeſſores, tenentes bona
paterna, vide additionē do. Ant. de Alex. ad Bar. in l. j.
C. de inofficio. do. vbi dicit fuiſſe iudicatum in sacro
consilio contra Paul. de Cast. in d. l. j. tenentem, quòd
poſsit agi cōtra tertios poſſeſſores. & vide plenè Phi-
lip. Deci. in consi. xxvj. in j. vol. Thomas Gram. Adde
Bal. in consi. clxxj. incipiente, condemnatus fuit &c.
in j. vol. vbi dicit. quòd si fiscus habet bona cōmunia
ratione condemnationis cum illis, qui prætendunt
habere ius in eis, puta in vxore condemnati propter
dotem, vel in filiis, quibus debetur legitima, quòd potest
illa vendere vt cōmunia: tamen vxor potest illa bona
retinere, donec sibi dos soluatur, pariter & filius, do-
nec sibi legitima aßignetur: & hoc ratione hypothecæ
tacitæ. idem in terminis cōsuluit Fulgo. cōsi. lxxxiiij.
incipiente. Bonatusius condidit testamentū. ij. col.
in fine. vbi concludit, quòd sicut datur hypotheca pro le-
gatis, ita etiam datur pro supplemento legitimæ: quia
in hoc non debēt eſſe filij deterioris cōditionis quàm
extranei legatarij. Tamē contrariū consuluit Philip.
Deci. respondendo prædictis in suo consilio ccxxxv.
iiij. col. in ij. vol. vltimo, incipiente. in casu magnifici
domini. & sub dit, quòd hæc videtur verior opinio,
quod not. Thomas Grammaticus.

DECISIO CLXIII.

De exceptione compensationis opposita & probata per debitorem exactum.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio compensationis probata an obstet contra agentem ad debitum pecuniarium sibi promiſſum cum iuramento. 4.*
2 *Iuramentum in forma specifica seruandum.*
Iuramentum non potest mutari de vno ad aliud propria authoritate.
3 *Iuramentum Deo factum præcisè seruandum, & non per æquipollens etiam melius.*
Iuramentum in obligationibus factis, quid operetur.
Iuramentum non adimpletur compensatione, vbi est promiſsio de soluendo.
4 *Debitor conuentus potest opponere debiti ceßi compensationem.*
Confeßio credentis post ceßionem an noceat ceßionario.

DIe vij. Octobris. iiij. ind. fuit discuſſum in
Consilio, † vtrum contra agentem ad de- 1
bitum pecuniariū sibi promiſſum cū iura-
mento, obstet exceptio compensationis
opposita, & probata. Fuit conclusiuè responsum,
per tres maximos Consiliarios, videlicet dominum
Antonium de Palmario, dominum Carolū de Roge-
rio de Salerno, & dominum Iacobū de Gello de Tra-
no, quòd ipsi sunt in voto secundum opinionem Bar.
in l. amplius nō peti. ff. rem ratam haberi. vbi voluit,
quòd agenti obstet exceptio compēsationis, etiam quòd
promiſsio de soluendo fuerit iuramento firmata per
rationes Bartol. ibi positas: cuius opin. secuti fuerunt
Angel. & Rapha. Cuma. ibi. Idem tenet Ioan. Fabri.
Institut. de actio. §. bonæ fidei. in viij. col. Hanc opin.
Barto. secutus fuit Abb. Sic. in cap. ad nostram. el j. de
iureiur. & in cap. cùm dilectus. xij. col de ord. cogn. &
in cap. cùm inter. de excep. Eandem opi. tenuit Ioan.
de Imola. in l. Iulianus, la j. ff. de condi. & demon. fir-
mauit hoc etiam Bald. in d. cap. ad nostram. hanc par-
tem firmauit dominus Tyndarus in suo pulchro tra-
ctatu de compensatione, dicens opin. Bar. eſſe huma-
niorem de iure, per rationes suas, & per alias quas ipse
allegat in dicto tractatu. & Alexan. de Imol. in ij. vol.
consil. xij. † Quidā alij domini non minus scientifici a
fuerunt in cōtrariam opi. scilicet, quòd propter pro-
miſsionem iuratam ipse conuentus qui promisit &
iurauit, debet omnino soluere pro obseruatione iura-
menti, & nō potest impedire solutionem per dictam
excep. compensationis: quia iuramentum est seruan-
dum in forma specifica. Hanc sententiam firmauit
glo. Ber. in d. cap. ad nostram. post eam Inn. Ioan. An.
Io. de Imo. ibi. hanc eandem opi. firmauerunt do. Ma-
rianus

rianus Socinus.& Ioan.de Ana.in c.querelã.de iureiu.
& Bal.in c.quæ in ecclesiarũ.in vj.col.de consti.& cu-
mulatius doctor.Feli.in d.c.ad nostrã , quia aliàs mu-
taretur iuramẽtum, de vno in aliud.quod non potest
3 fieri propria authoritate. † debet ergo iuramentum
Deo factũ præcisè seruari,& non per æquipollẽs,etiã
si æquipollens melius esset:vt ibi latius per eum. alle-
gat Inn.in c.peruenit.lo ij.& in c.debitores,de iureiu.
Lud.Ro.in l.stipulationes non diuiduntur. ff.de verb.
obl.in q.illa. An in obligationibus facti iuramentum
operetur,vt possit præcisè cogi ad factũ.tenet opi.gl.
in d.c.ad nostrã.quæ vult,quòd ille qui promisit cum
iuramẽto soluere,non adimpleuit compensando.Idẽ
videtur tenere ibi Ant.de But.& reperio, quòd Alex.
de Im.doctor famosus secutus fuit hanc opi. in consil.
xcj.in ij.vol.Et eandẽ opi.secutus fuit similiter famo-
sus doctor Francis.de Aret.in consi.xcix.Ego stimulo
conscientiæ alligatus dixi, ꝙ si ille , qui promisit cùm
iuramẽto, non potest soluere (quia est onere filiorum
oppressus , vel paupertate) iudicarem secundùm opi.
4 Bart.arg.rationis.c.breui.de iureiu. †Sed quando de-
bitor esset diues & pecuniosus,tunc iudicarem secun-
dùm opi.glo.& aliorũ in d.c.ad nostrã. Et quia fuit
visum ,quòd ille cõuentus non erat diues, fuit iudica-
tum & sententiatũ per sacrum Consiliũ,in quo præsi-
debat illustris do.Ferdinandus de Aragonia frater il-
legitimus Regis Federici,secundum opi.Bar.& sequa-
cium. Sed in dicto processu, incidit aliud dubium,
videlicet vtrũ iste debitor , qui promisit soluere cum
iuramẽto possit compensare debitum, ad quod tene-
batur ipse actor cuidam tertio suo creditori,qui cessit
huic cõuento illud debitum.Dyn.tãgit istud dubium
in c.cum quis in ius.de reg.iur. lib.vj. & Cy.& Bal.in
l.eius quod. C.de cõpensatio. Et fuit cõclusum per
5 omnes dominos,quòd stante opi.Bart.pro vera, †de-
bitor conuentus potest opponere cõpensationem de-
biti cessi. Et sic fuit iudicatum stãte dicta paupertate.
vt suprà dictum est. Itẽ in dicto processu insurrexit
aliud dubium, videlicet vtrum cõfessio cedentis post
cessionem noceat cessionatio.quam quęstionẽ perfe-
ctè tetigit Pau.de Cast.post Bart.in l.facta.§.si hæres.
ff.ad Trebel.& Alex.in v.vol.consi.cix.in ij.col.versi.
nec obstat.& Cyn.in l.fi.C.de procurato. Et fuit con-
clusum,quòd cedens post cessionẽ si confitetur, quòd
sibi fuit satisfactum antequam cederet,talis confessio
non nocet cessionario:quia non potuit ei præiudica-
re.arg.l.si partem.§.fin.ff.quemadmo.serui.amit.cum
concor.

DECISIO CLXIIII.

De recognitione enuntiatiua iurata, & sæpius repetita ad probandum dominium.

SUMMARIUM.

1 *Confessio recognitionis enuntiatiuè facta an probat dominium rei.*
2 *Intellectus ad l.fi.C.de sacrosan.ecclesiis.*
3 *Confessio ex interuallo pluries repetita, habetur ac si facta esset in iudicio.*
4 *Confessio enuntiatiua iurata videtur facta Deo,& præiudicat confitenti.*
Fauor piæ causæ quas habeat specialitates in contractibus remissiuè.
5 *Confessio ad obligandum absente parte , valet fauore animæ.*
Confessio ad exonerandam conscientiam parte absente, tenet.



IN causa monasterij sanctæ Mariæ domi-
natũ de Amalfia fuit dubitatũ. †Vtrũ 1
confessio & recognito facta per quẽdam
secularẽ,quòd certum territorium,quod
ipse tenebat,erat ipsius monasterij in quodam instru-
mento,absente monasterio,probet territorium illud
in dominio & possessione esse ipsius monasterij , vbi
aliter nõ apparet de dominio,& possessione dicti mo
nasterij. Videbatur dicendum esse, quòd talis con-
fessio nõ probat dominium rei esse dicti monasterij.
†Quia l.fi.C.de sac.san.eccl.quæ vult, quòd ex cõtra- 2
ctu transit dominium in ecclesiã sine traditione,non
habet locũ nisi in quatuor casibus, inter quos non est
casus simplicis recognitionis vel confessionis : vt di-
cit Bal.in propriis terminis in rubrica ,extrà de præ-
scri.ver.quid si confiteor rem meã esse ecclesiæ: quan-
doquidem talis cõfessio & recognitio facta est enun-
tiatiuè,& non dispositiuè, prout erat in facto : nam si
dispositiuè & ex certa scientia facta est dicta recogni-
tio,tunc probaret dominiũ:vt dicit Bal. in l.cum fal-
sa.C.de iur.& fac.igno.in iij.col.de quo per scribẽtes
in l.si rem aliquam.ff.de acquiren.posses.& per Bal.in
l.Titius.§.falsam. ff.de condi. & demon.& per Bal.in
l.nõ idcirco.C.de iur.& fact.igno.& in Spe.de loca.§.
nunc aliqua.ver.vij.& per mod.Pap.in l.ij.col.cxxxij.
C.de iure emphy.& ibi cõcordantiæ. In contrariũ
in dicta causa fuit cõclusum,quia non solũ inerat pro
parte dicti monasterij , supradicta recognitio enun-
tiatiua,sed etiam†probatum fuit per testes, quòd ille 3
qui tenebat & possidebat dictum territoriũ , pluries
dixit , & confessus fuit ex interuallo dictum territo-
rium esse dicti monasterij. & sic habetur ac si esset fa-
cta in iudicio.secundum Barto.in l.cum scimus.C.de
agri.& censi.lib.xj.& no.Feli.in c.si cautio.vers.quin-
tus casus.de fide instr.& Ludo. Ro.in l.si verò.§.de vi-
ro in sua solenni repetitio. in xxxj. fallen. ff.solu ma.
vbi posuit xviij.potẽtias geminationis actus:vt ibi per
eum.& per Feli.in c.nõnulli.ver.vj.fallit.de rescrip.&
per moder. Papi.in l.sed & si possessori.§.item si iura-
uero.ff.de iureiurã.Item,dicta confessio enuntiatiua,
fuerat iurata in dicto instrumẽto:& sic propter iura-
mẽtum,†videtur facta Deo,qui est præsens vbique & 4
per consequens præiudicat cõfitenti,& eius heredi:vt
dicit Bar.in l.cum quis decedẽs.§.codicillis. in fi.ff.de
lega.iij.& voluit hoc Ant.de But.in c.cum dilectus.de
suc.ab intesta & Bal.in rub.C.res inter alios acta.Ioã.
de Imo.in repe.c.cùm contingat.in 31.char.de iureiu.
& Feli.in d.c.si cautio. vbi ponit xij fallẽ. ad regulam
l.certum.§.si quis absente.ff.de cõfessis. Item accedat
ad hæc fauor piæ causæ , quæ habet multas specialita-
tes etiam in contractibus, vt plenè per Ludo. in repe.
aut.similiter.C.ad l.Falcid. & inter aliàs specialitates
est ista:†quòd fauore animæ, & de æquitate canonica 5
valet confessio ad obligandum absente parte : vt not.
in cap.fin.de succes.ab intesta. & notat Bal. in l.gene-
raliter.C.de non numera. pecu.in.x.q.& Feli.in d.c.si
cautio Itẽ dicta confessio probata per testes,vt aliqui
dicunt,fuit facta,ad exonerandam cõscientiam : quo
casu valet, licèt sit facta absente parte : vt bene con-
suluit Alex.de Imo.in ij.volu.consil. clxxxv.& in iij.

volu.consil.xlv.in iij.col. Et ita fuit iudicatum in fauorem dicti monasterij.

DECISIO CLXV.

De testamenti reassumptione non obstante falsi accusatione.

SVMMARIVM.

1 *Testamentum, an reassumendum per notarium pendente accusatione de falso.*

2 *Index in causa ciuili ante litem cõtestatam, an debeat officium suum impartiri.*

Materia l.fi.C.de edic.di.Adri.tol.tractatur aliquantulum.



QVidam hæres scriptus in testamento volebat agere remedio l.fin. C.de edicto diui Adria.tollend. Sed non habebat testamẽtum in scriptis in forma probãte. Sed erat illud testamẽtum schedula notarij, quia notarij non po-
1 nunt testamenta in protocollis: †petit à iudice, quòd mandet notario, quòd illud in publicam formam reducat, cum subscriptione iudicis, & testiũ, iuxta formam constitu. Regni, instrumentorum robur. hæres sanguinis vel alius de cuius interesse agitur, hoc sentiens, vadit ad iudicem, & porrigit accusationem de falso, dicẽdo, quòd illud est falsum, & pendente quæstione falsi non est reassumendum. Replicat hæres scriptus, quòd debet reassumi, quia si non reassumitur pendente quæstione falsi, testes descripti de facili possunt mori, & posteà non possunt testes subscribere, & illud testamentum nihil probaret, secundum dictam constit. quæ habet locum etiam in testamentis secundum gl. & And. ibi. & sic fieret sibi maximum præiudicium. Dicit ille, qui accusauit de falso: Citò possunt examinari testes descripti in testamẽto nuncupatiuo ex officio antequam subscribant se: dicit altera pars
2 hoc non debet fieri: †quia in causa ciuili ante litem contestatam iudex non debet illud officium impartiri, fuit quæsitum, quid debet facere iudex. Fuit in consilio per omnes dominos consiliarios votatum, & conclusum, quòd testamentum reassumatur per notarium & subscribatur per iudicem & testes, si se subscribere velint, & non tradatur hæredi scripto. Sed sit testamẽtũ illud in sequestro in posse sacri Consilij, donec causa falsitatis decidatur, & procedatur in dicta causa falsitatis, ad actus incumbẽtes: & ista decisio sumpta fuit ex l. de tabulis. ff. de tabulis exhibẽdis.

DECISIO CLXVI.

De testamentis, & testamento per tres testes subscripto reliquis descriptis.

SVMMARIVM.

1 *Testamentum per manus publici notarij in præsentia septẽ testium descriptorũ cum subscriptione triũ testiũ sumptum an valeat. 3. 6. 8. Et in quibus casibus. 11. 12.*

Argumentũ de contractibus ad testamẽta an procedat.

3 *Testamentum nuncupatiuum, an contentum sit descriptione testium, sine subscriptione.*

Testamentum esse factum coram septem testibus, probatur per duos testes. & quando. 10.

Constitutionis interpretatio, in dubio qualiter facienda.

4 *Iuris communis interpretatio, per constitutionem, quatenus procedat.*

5 *Testes in testamento debent esse præsentes.*

Subscriptio testis in testamento vocatur testimonium, &

tunc demum testificari videtur, cum se subscribit.

7 *Testis nesciens se subscribere in testamento in alterius præsentia facit notas alio manum eius ducente.*

9 *Notariorũ cõsuetudo in testamẽtis nuncupatiuis qualis.*

13 *Periculum non est adeò grande in contractibus, sicut in testamentis.*

PVit dubitatum, Si ad probandũ testamentum nuncupatiuũ, sufficiat produxisse instrumẽtum conditum, per manus publici notarij, qui asserit, quod in dicto testamento interuenit talis, iudex ad contractus, & septem testes, nominando eos per nomina propria, & cognomina. Verum de illis vij. testibus non sunt subscripti nisi tres testes, nec alij quatuor descripti, possunt se subscribere, quia sunt mortui: & illi tres subscripti non possunt examinari, vt deponant, quòd illa scriptura est manus propria: nec de solẽnitate dicti testamenti, nec de volũtate dicti testatoris: quia nescitur quid sit de eis, vel quod de necessitate in isto Regno testes omnes requisiti de iure in testamento nuncupatiuo, debeant se subscribere, ita quòd si vnus de septẽ testibus requisitis & descriptis se non subscripserit, testamentũ dicatur minus solenne & inualidum. †Aliqui ex do- 1
minis dicebant, quòd dictũ testamentũ factũ per manus publici notarij in præsentia iudicis & vij. testium descriptorum cum subscriptione trium testiũ, valet.

Quia constitutio Regni, Instrumentorum robur, dicit, Statuimus, vt si quantitas quæ in contractu deducitur, excedit libram auri, tres testes probatæ fidei præter iudicem & notariũ, in eodẽ instrumento subscribant &c. Contra prædictã autẽ formã, instrumẽta cõfecta in posterũ, nullã habeant firmitatẽ. & clarum est quòd licet dicta constitutio loquatur in contractibus, tamen idẽ in testamentis, secundũ gl. & And. ibi. ergo sufficit, quòd dictũ testamẽtũ habet subscriptionem trium testium de septem descriptis. Secundò dicebãt dicti domini de iure communi. Vera est sentẽtia, quòd testamentũ †nuncupatiuũ factum in præ- 2
sentia vij. testium rogatorũ, de quo notarius rogatus, & conficit publicum instrumentũ cum descriptione dictorũ vij. testium, probat testamẽtum esse validũ & solenne: vt est glo. no. in l. hæredes palam ff. de testa. & alia gl. magistra est, in l. fi. C. de fideicõmis. & istas glo. communiter à Bartolo vsque ad præsentia tempora sequuntur doctores scribentes ibi, & in aliis locis. superuenit constitutio prædicta Regni, quæ vult, quòd in contractibus, & testamentis tres testes se subscribant, & iuri communi addit istam solennitatẽ. Igitur cum non reperiatur constitutio, quæ dicat, quòd in testamento nuncupatiuo septem testes debeãt se subscribere, †sed tantum dicta constitutio loquitur de 3
tribus testibus: remanet ergo incorrecta dicta sententia dictarum glossarum, vt sufficiat descriptio aliorũ quatuor testium, & sic tale instrumentum testamenti cum subscriptione trium testiũ in Regno probat testamẽtum esse factũ coram septẽ testibus descriptis. sicut in simili dicit Bal. in l. ij. C. de bo. pos. secundum tab. vbi per duos testes probatur testamentum esse factum coram septem testibus. Tertio dicebant, semper facienda est interpretatio cõstitutionis in dubio, quantùm minus corrigere potest ius commune. l. ij. C. de noxa. c. cùm dilectus. de consue. Et vt dictum est de iure communi, non requiritur subscriptio testium vt dicit ibi gloss. per iura allegata per eam in dicta constit.

constitu.& gl.in aut.de hære.& Falci.§.si verò absunt.
in verbo,ad hoc cõpetit.& dicta constitutio requirit
subscriptionẽ testiũ statuendo numerũ ipsorũ,quide-
4 bẽt subscribere.videlicet tres testes:vt supra.† Ergo in
hoc solũ corrigit ius cõmune,& remanet ius cõmune
in reliquo non correctũ,quòd in reliquis testibus suf-
ficiat descriptio.facit ad hoc tex.& glo.in aut. de non
alie.§.fi.in verbo,tamẽ. Alij domini erãt in cõtraria
opinione, scilicet q testamentũ nuncupatiuũ prædi-
ctũ, requirat subscriptionẽ omniũ septẽ testiũ. Et
inducebãt primò verba And. de Iser. in d.consti. vbi
dicit ista verba formalia. Itẽ no.q nõ sufficit testes
esse præsentes nisi subscribant propria manu cõtra ius
Romanũ.& sic in Regno testes descripti debẽt se sub-
scribere. Et debemus de necessitate intelligere illud
dictũ And.quòd illi testes debẽt se subscribere,qui de
necessitate requiruntur in actu:vt si in cõtractu,infra
librã auri duo testes sufficiãt,si vltra libram tres:si in
5 testamẽto illi septẽ testes, † qui debent esse præsentes
de iure cõmuni:vt C.de testa.l.hac cõsultissima.§.per
nuncupationẽ.& Insti.de testa. §.vlt.debẽt se subscri-
bere: quia si vnus ex eis diceret se non interfuisse, &
nollet se subscribere testamentũ non valeret.l.si vnus.
C.de testa.Bar.in l.j.§.si quis se neget. quẽadmo.testa.
ape.& no. Inn.in c.cùm Ioann.hæremita.de fide instr.
quia dicit Andr.non sufficit testes esse præsentes, nisi
se subscribãt. Et credo esse rationẽ,quia quãdo testis
se subscribit ,talis subscriptio appellatur testimoniũ.
dixit Bal.no.in l.fi.C.si cer.peta.dicens , q tunc testis
testificari videtur.cum se subscribit.cũ igitur tres te-
stes tunc se subscripserunt,& non alij quatuor:In Re-
gno tãtum operatur illa descriptio sine subscriptione
testiũ,qui necessariò requiruntur,tanquã si nihil actũ
esset:quia septẽ testes debẽt se subscribere in testamẽ-
to,vt dicit idem And.in suo repertorio super consti-
tutionibus Regni.in verbo,Instrumentũ. Secundò,
6 † pro hac parte allegabatur Lucas de Penna.in l.vni-
cuique.ij.q.C.de proximis sacrorũ scriniorum. li.xij.
vbi dicit ista verba formalia:hæc faciunt ad quæstionẽ
vulgatã,sæpe tamen malè decisam,videlicet verũ per
duos aut tres testes,vel per publicũ instrumentum ha-
bens subscriptionẽ trium testium sufficiat probari te-
stamentũ conditũ coram vij. qui necessario requirũ-
tur in testamento nuncupatiuo, vel in scriptis: & ar-
guit ad partes,& remanet cum illa parte,q testamen-
tum non valet:licet rationes suæ parum stringant. Est
bene verũ,quòd idem Lucas in l.nulli. in §.omnia. C.
de numeratiis. lib.xij.in verbo, mentione. dicit ista
verba formalia: hinc inoleuit fortè mos quem seruãt
hodie tabelliones in Regno dicentes in principio in-
strumentorũ: Nos talis iudex & talis notarius & sub-
scripti testes videlicet talis & talis notũ facimus & te-
stamur, & ibi multa dicit de materia subscriptionis,
7 † vbi dicit.vnũ verbũ notandũ,quod alibi non est re-
pertum,quòd si aliquis testis nesciat scribere, tũc per
alium portetur eius manus:& hoc fiat in præsentia te-
stium ipso mãdante,quòd satisfacit ad limitationẽ gl.
in d.l.instrumentorũ robur. Tertiò pro hac parte
allegatur Lucas de Penna,in l.ij.C.de conuenien. fisci
debitoribus. lib.x.in verbo , subnotauit. vbi dicit ista
verba formalia: aliud tamen in testamentis in quibus
oportet testes subscribere:& quia hoc posset intelligi
de testamento in scriptis,deinde subditur : in Regno
est necessaria subscriptio iudicis,notarij,& testium:vt
in cõsti.instrumentorũ robur. Et dicit,quòd satis pru-
dẽter cogitatur in hoc latore dictæ cõstitutionis,ad tol-
lendũ materiã fabricãdi falsa instrumẽta &c. † Nec 8
obstant in contrariũ allegata : quia cõstitutio instru-
mentorũ robur , nihil dicit de subscriptione testiũ in
testamento. Sed doctores extendunt illã ad testamen-
tum,vt in eis descripti testes debeãt se subscribere: nõ
tamẽ dicũnt docto.quòd de vij.testibus descriptis,suffi-
ciat tres esse subscriptos : quia daretur materia fabri-
cãdi falsa testamẽta in Regno, si ita dicerẽt doctores,
& tamen nullus hoc dicit.subiecta materia testamẽti,
in quo requirũtur septem testes, præstat omnibus in-
terpretandi viã.dicit Bal.in l.omnes populi.circa fin.
ff.de iusti.& iur.dum allegat Cle.exiui.de verb. signi.
scilicet,quòd omnes septẽ debeãt se subscribere,post-
quàm in testamẽtis vij.requirũtur præsentes, & And.
dicit,quòd præsentia nõ sufficit sine subscriptione:vt
suprà dictũ est. † & tanto magis,quia cõsuetudo nota- 9
riorũ est,quòd testamẽta nuncupatiua etiam faciant
subscribere à septẽ testibus,& consuetudo est optima
legũ interpres:vt in l.minimè.ff.de legi.& not.in l.de
quibus.e.tit.no.in c.j.de treug.& pace,cum simi.& sic
cessat primum motiuum. Nec obstat secundũ:quia
illud procederet, si cõstitutio prædicta loqueretur de
testamẽtis,sed non loquitur de testamentis,sed docto-
res extendunt ad testamẽta:vt requiratur subscriptio
vij.testiũ,postquàm de iure cõmuni septẽ testes debẽt
esse præsentes:& illud,quod dicitur,quòd testamentũ
factũ corã septem testibus potest probari per duos te-
stes:vt no.in d.l.ij C.de bono.posses.secundũ tabulas.
intelligitur,secundũ quod intelligit Bar.in l.hæredes
palàm.in prin.ff.de testa.† vbi dicit,quòd tunc potest 10
probari testamentum factum coram septem testibus
per duos testes,quãdo illi duo testes deponerẽt , quòd
in testamento fuerunt descripti.supple in Regno isto,
& subscripti septem testes.Sed quando illi duo testes
non sic deponerent:tunc esset quæstio , non solum de
solennitate,sed de voluntate testatoris : quia in testa-
mento licet sint descripti septem testes, tamẽ non suf-
ficit nisi sint subscripti : quia , vt dixi, illa subscriptio
est testificatio testium in regno isto,& sic instrumen-
tum testamenti cum subscriptione trium testium de
septem testibus descriptis non probat , nec volunta-
tem nec solennitatem,† nisi in duobus casibus notatis 11
per Modernos Papienses in d.l.ij.de bo.pos.secũdùm
tabu. Primus,quando testator fecit testamẽtum,in
quo instituit filium hæredẽ: & in illo testamẽto fecit
legatum alicui,& stipulatus est ab hærede pro legata-
rio:& sic immiscuit contractũ testamento:quo casu si
hæres negat testamentum, potest per duos testes pro-
bari illud legatum, quod transiuit in cõtractum cum
hærede.alleg.Bart.& Io.de Imo.in l.nemo potest.ff.de
leg.j.& alia:vt ibi per eum. Secundus casus, quãdo
de testamento fuisset cõdita publica scriptura manu
notarij,quæ postea fuisset perdita : certè talis amissio
& tenor posset probari per duos testes , per text.in l.
testium.C.de testi.& ibi per Bal.& Sali.de quo plenè
per Alex.in d.l.ij.C.de bo.pos.secundùm tabu. Nec
obstat tertium motiuum : † quia procedit , quando 12
constitutio faceret mentionem de testamento : sed
nullam de hoc facit mentionem.& doctores exten-
dunt illam ad hoc , scilicet , sicut in contractibus re-
quiritur subscriptio testium necessariorum in cor-
tractu : ita in testamento , testes descripti debent se
subscri

ſubſcribere in teſtamento, vt euitetur falſitas: & ma-
ximè quia illud, quod dicitur, ꝙ teſtamentũ nuncupa
tiuum probatur per inſtrumentum, vbi ſunt deſcripti
ſeptem teſtes, eſt, ſecundùm opi. Ioannis, de conſuetu-
dine: ſed Azo dicebat, ꝙ de rigore iuris erat ſecus. Sed
Dy. Bart. & alij. tenẽt, quòd etiá de rigore iuris proce-
dit opi. Ioan. Non eſt ergo lædere ius commune, ſi in-
terpretetur, quòd illi ſeptem teſtes deſcripti in teſta-
mento debeant ſe ſubſcribere, ex quo cõſtitutio hanc
13 ſubſcriptionem requirit in contractibus, † vbi non
eſt tantum periculum, ſicut in teſtamento: vt dicit gl.
in dicta conſtitu. Inſtrumentorum robur. Et cum iſta
diſcuſsione non fuit ſuper hoc ſententiatum: ſed ego
ita ſententiãdo crederẽ bene iudicare per ſupradicta.

DECISIO CLXVII.

De poſſeſſione defuncti per colonum hæredi continuata.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio ex quibus probetur.*
Poſſeſſio an probata per cuſtodis impoſitionem.
2 *Acceſſus frequentatus ad rem, an probet poſſeſſionem.*
3 *Poſſeſſio an tranſeat ad filium hæredem niſi per hæredẽ*
apprehendatur.
Fructuũ perceptio clandeſtina non probat poſſeſsionem.
4 *Poſſeſſio tempore defuncti poſsidens per hæredem tur-*
bari an poſsit.
Præceptum firmum manet, ex quo contumacia per ci-
tatum incurritur.
5 *Aduocato ſtrenuo in agitandis cauſis opus eſt.*
6 *Poſſeſsio hæredi acquiritur defuncto ſuo animo poſsiden-*
te, & corpore alieno.
7 *Conſeruatoriũ poſſeſsionis parte nõ vocata eſt ineſſicax.*

GAbriel de Dato, maritus & procurator
ſuæ nobilis vxoris de domo Gaietanæ egit
in ſacro Conſilio interdicto vti poſsideris
contra quendã Rubinum filium Iſaac He-
bræi, ſuper quodã territorio exiſtente in pertinentiis
1 terræ Summę. † Et dict⁹ Gabriel probat, ꝙ poſt mortẽ
Iſaac dictũ territoriũ ipſe intrauit, & de eo cœpit poſ-
ſeſsionem. Item producit conſeruatoriũ poſtea factũ
per reginalẽ Maiæ. Item producit bannũ emiſſum ad
eius inſtãtiam obtentũ à Reginali curia, quòd nullus
intret dictũ territoriũ. Item probat impoſuiſſe poſt-
modũ cuſtodes ad cuſtodiẽdum dictũ territoriũ, per
quam impoſitionẽ cuſtodis probatur poſſeſsio, ſecun
dùm doct. & ibi Ale. in l. iij. ff. de acqui. poſſeſ. Itẽ pro-
bat, quòd fuit viſus pluries accedere ad dictũ territo-
2 rium. † & pro hoc dicit etiam, quòd probat ſuam poſ-
ſeſsionem. allegat Bald. in l. indicia. C. de rei vend. &
Alex. in j. volu. conſi. cxxxiij. in iiij. col. Ex parte di-
cti Rubini dicitur, quod licet dictus Gabriel poſſedit
poſt mortem Iſaac ſui patris ipſo Rubino abſente, illa
poſſeſsio fuit clandeſtina inſcio & ignorãte ipſo Ru-
bino, & ſtatim quòd habuit ſcientiam de morte ſui
patris, Iacobus de Martina eius nomine cœpit poſſeſ-
ſionem dicti territorij, & recepit fructus. Dicit ipſe
Gabriel, quòd licet Iſaac pater Rubini poſſedit tanto
tempore vitæ ſuæ, licet iniuſtè: quia dictum territo-
rium ſpectabat ad ſuam vxorẽ ex ſucceſsione patris:
3 † tamen illa poſſeſsio non tranſit ad filium hæredem:
niſi appræhendatur per hæredem: vt eſt text. in l. cùm
hæredes. ff. de acquiren. poſſeſsio. & ſtatim mortuo
Iſaac ipſe videns poſſeſsionem vacantem, animo &
corpore intrauit poſſeſsionem dicti territorij. Et eo
tenente & poſsidente ipſe turbatus & moleſtatur per
dictum Rubinũ: & quãuis ipſe Rubinus poſsidente
dicto Gabriele percipit fructus, hæc perceptio fru-
ctuum fuit clandeſtina, & non probat poſſeſsionem,
ex quo ipſe Gabriel per prius fuit in poſſeſsione: vt
eſt text. & ibi doct. in l. quamuis. §. ſi conductor. & ibi
Alex. ff. de acqui. poſ. & in l. Pomponius. ff. quib. mod.
vſusfruc. amit. † ſic poſsidẽte ipſo Gabriele poſt mor- 4
tem Iſaac, nõ licuit Rubino eius filio turbare dictum
Gabrielẽ per prius poſt mortẽ Iſaac poſsidentẽ dictũ
territorium vacãs, vt bene hoc firmat Alex. in ij. vol.
conſi. cxcix. in j. col. Et tanto magis dicit ipſe Gabriel:
quia factum fuit mandatum iuſtificatum ad inſtantiã
dicti Gabrielis dicto Rubino, quòd nõ debeat ipſum
Gabrielem turbare in poſſeſsione dicti territorij &
ipſe Rubinus non comparuit, & contra eum fuit ac-
cuſata contumacia, & ſic dictum præceptũ remanſit
firmũ, iuxta notata in l. ea quidem. C. ſi manci. ita fue-
rit alienatũ. & in l. de pupillo. §. meminiſſe. ff. de oper.
no. nuntia. & Bal. & Sali. in rubrica. C. cõminationes,
epiſtolas. Superuenit in iſta diſcuſsione aduocatus
egregius dicti Rubini, & oſtẽdit vnum inſtrumẽtum,
† in quo cõtinebatur, ꝙ dictus Iſaac pater dicti Rubi- 5
ni quãdo viuebat, conceſsit dictum territoriũ ad cul-
tiuãdum & laborandũ cuidam Sabbatino pro certo
tempore nondum finito tempore mortis dicti Iſaac,
ipſúmque conſtituit eius procuratorẽ. Et poſt mortẽ
Iſaac dictus Sabbatinus coluit dictũ territorium, &
fructus ſoluit dicto Iſaac. Et hac de cauſa dicebat Ru-
binum poſsidere ſtatim poſt mortem Iſaac patris ſui
per dictum colonum, per id quod volunt doct. & ibi
Alex. in l. qui vniuerſas. §. quod per colonũ. ff. de acqui.
poſſeſ. vbi dicit, Nota ꝙ poſſeſsio defuncti non trãſit
in hæredem, niſi appræhendat, vbi defunctus poſside-
bat per ſe animo & corpore. † Sed ſi defunctus poſsi- 6
debat animo ſuo & corpore alieno, puta per colonũ,
acquiritur poſſeſsio hæredi, ſi continuet colonus in
poſſeſsione nomine hæredis, vt eſt tex. in d. §. quod per
colonũ. & per iſtud motiuũ fuit hæc lis deciſa. Nec eſt
facienda vis de dictis actibus poſſeſsiuis dicti Gabrie-
lis: ex quo ſtante poſſeſsione filij per colonum conſti-
tutum à patre laborantem nomine hæredis Iſaac, ipſe
Gabriel dicitur turbare & moleſtare dictum Rubinũ
& conſeruatoriũ ipſius Gabrielis eſt nullius momẽti
factũ, † quia parte non vocata, prout eſt de iure, & per 7
pragmaticã Regis Ferdinandi primi. Ideo fuit vo-
tatum, & poſtea ſentẽtiatum in Conſilio quòd dictus
Rubinus & Iacobus prædictus eius procurator abſol-
uantur ab impetitione facta per ipſum Gabrielem, &
dictus Gabriel abſoluatur ab expenſis: quia ignora-
bat dictum Sabbatinum fuiſſe colonum Iſaac & eius
hæredis.

DECISIO CLXVIII.

De confeſsione facta in mortis articulo ſucceſſori non præiudicante.

SVMMARIVM.

1 *Albatiſſa ægrotans an poſſit in detrimentum monaſte-*
rij & ſuccedẽtis cõtrahere ſine ſuperioris authoritate.
Confeſſio prælati ad liberãdum valet, & ſucceſſori præ-
iudicat.
2 *Infirmitatis tempus non ita commodum ad contrahen-*
dum, quantùm ſanitatis.

Prælatus

Prælatus in mortis articulo contrahens dicitur vsurarius bonorum ecclesiæ, & non vsusfructuarius.
3 *Confessio debiti facta in vita nocet hæredi: & in morte si iuretur.*
4 *Abbatis confessio gratuita in præiudicium monasterij, non tenet tanquam ambitiosa.*
Confessio prælati extra præiudicium ecclesiæ, an noceat, & quam habeat distinctionem.

VTrum quictatio facta per abbatissam sanctæ Mariç de Capua suo procuratori tempore infirmitatis dictæ abbatissæ, ex qua infirmitate mortua fuit, valeat in præiudicium monasterij & abbatissç successitricis in dicto monasterio. Prima facie videbatur quòd dicta quictatio debebat esse valida dicto quondam procuratori:
1 †Quia confessio prælati ad liberandum valet & prçiudicat successori: vt no. in c. de Constātinopolitana. xxij. dist. cum concordantiis, quæ ibi allegabantur.

In contrarium fuit votatum & decisum per sacrū Consilium, scilicet quòd dicta quictatio non præiudicat monasterio nec abbatissæ, quç successit canonicè in abbatissatu, pro eo, quia facta fuit tempore infirmitatis, de qua mortua fuit, & sic licet sit facta ad li-
2 berādum, fuit in mortis articulo facta: †quo tempore prælatus dicitur vsurarius bonorum ecclesiæ, & non vsufructuarius. Et sic non potest in morte, nec etiam confitendo in prçiudicium ecclesiç aliquid confiteri, iuxta ea, quæ notatur in c. præsenti. de offic. ordin. lib. vj. quia dicta confessio & quictatio satis habetur pro suspecta respectu ꝙ est facta tempore mortis propter præiudicium successoris & ecclesiæ & pro hoc ego allegabam bonum tex. iuncta gl. in c. de his. de sepulturis. vbi actus factus in morte non præiudicat alteri, de cuius præiudicio tractatur. Secus si actus ille factus
3 esset in sanitate. Hinc est, †quòd dicimus, ꝙ confessio debiti facta in vita nocet hæredi. C. de non numera pecu. l. generaliter. Sed in morte non nisi sit iurata: vt in aut. quòd obtinet. C. de probat. Ego vltrà dicebā, quòd illa cōfessio illius abbatissæ, non potest nocere ecclesiæ, nec successori sine authoritate superioris, nisi probetur veritas: vt dicit Fede. de Senis in consil. cxliij. incipiente, concessio facta &c. quia per confessionem non dabit monasterij bona, vt not. in c. cum in officiis. de testamen. Et ideo Pau. de Cast.
4 in j. consi. incipiente, ego Paulus. tenet, †quòd confessio gratuita abbatis non valet in præiudicium monasterij tanquā ambitiosa, per iura ibi per eum allegata. Et firmat dominus Abb. Sicu. in c. fin. de præscriptio. vbi extrà iudicium confessio prælati non nocet ecclesiæ. Idem Ioan. And. in addi. Spec. in Rub. de rebus eccle. non alienan. si per illam confessionem deuenitur ad alienationes bonorum immobilium. Iste articulus an confessio prælati noceat ecclesiæ, habet distinctionem magnam, de qua per Abb. in d. c. fin. & ibi per Feli. & in c. edoceri. de rescript. & per Io. And. in cap. fi. de solu. & per Ang. in consi. cxlv. & per Abb. Sicu. in consi. xlij. in v. & vj. col. & per Pet. de Ancha. in consi. ccxxiij. & per Ioan. Calde. in tit. de confessis. col. v. Abb. in c. dilectus. de capel. mona. glo. in c. ij. in verbo, conuentum. de resti. cum simi. & in aliis locis, quæ omitto breuitatis causa. Fuit ergo iudicatum, quòd non obstante dicta quictatione dictus procurator det rationem, & reliqua restituet.

DECISIO CLXIX.

De in litē iurādo propter cōtumaciā.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum in litem an deferendum parti propter alterius contumaciam.*
2 *Iuramentum in litem non præstatur hæredi.*
3 *Iuramentum dandum est ei, qui scit veritatem.*
Probationis omne genus transit ad hæredem, nisi priuilegium probationis per iuramentum.
4 *Iuramentum in litem vt possit deferri, quid requirat.*
5 *Tutor iurare in litem volens in causa pupilli admittitur.*
6 *Tutor & prælatus ecclesiæ an æquiparentur, & in quibus.*
7 *Affectio non cadit in quantitate.*
8 *Iuramentum in litem datur legis authoritate.*
9 *Decisio Consilij noua vim habet legis.*

IN dicta causa post dictam sententiam latam contra dictum procuratorē fuit excitatū, quoniā procurator prædictus fuit cōtumax in ponēdo rationē, & abbatissa, quæ successit in abbatissatu petit cum instātia sibi deferri iuramētum in litē contra dictū procuratorē: †si 1
dictæ abbatissç sit dandū iuramentū in litem ob dictā contumaciā procuratoris non ponētis rationē iuxta condēnationem sententiç sacri Cōsilij. Dicebat dominus Carolus de Rogerus, ꝙ ex quo tractatur de fructibus perceptis & assignatis per dictum procuratorē abbatissæ præteritæ, & ista successitrix abbatissa non potest verisimiliter habere notitiā de annis præteritis tēpore abbatissæ nouissimæ prædefunctæ, quæ quictauerat dictū procuratorē, vt in præcedenti decisione. Ideo non potest successitrici abbatissæ deferri iuramentum. Et pro hoc allegabat gl. in l. in bonæfidei. C. de iureiurā. †vbi tale iuramentū in litē non præstatur 2
hæredi: & patet hoc in l. generaliter. C. eo. tit. quia hæres nōn nouit veritatē: quia factum erat alienū, etiam si dicat ꝙ per famā scit: quia ista notitia non est notitia quantùm ad istū effectum: vt dicit gl. & Bal. in d. l. in bonæfidei. & Innoc. in c. cum causam. de iuramen. calum. & firmāt doct. in l. admonendi. ff. de iureiur. & in c. fi. de successio. ab intest. Ideo dicit Bar. †quòd iu- 3
ramentum dandum est ei, qui scit veritatem. in l. j. §. pœna. ff. de libe. agno. & doct. in d. l. in bonæfidei. & in d. l. admonendi. & Pau. de Cast. in consil. lxxxvij. Et hanc conclusionem, scilicet quòd iuramentum istud non est dandum hæredi, firmat Bald. in l. ait prætor. circa princ. ff. de iureiuran. & Ludo. ibi in § iurari. & in l. non erit. eo. tit. & hoc per text. in d. l. generaliter. Idem voluit Bal. in l. ij. ff. de condi. indebi. vbi dicit, ꝙ omne genus probationis transit ad hæredem, nisi priuilegium probationis per iuramentum: debet ergo concurrere habilitas personæ iurantis, †vt possit de- 4
ferri iuramentum in litem: vt dicit Bart. in l. in actionibus. in iij. col. versic. quartò & vltimò. ff. de in litem iuran. in ista abbatissa non est habilitas personæ: quia verisimiliter non potest habere notitiam facti alieni, scilicet abbatissæ suæ prædecessoris: ergo non potest ei deferri iuramētum in litem. Sed dicebat dominus Iacobus de Iello, in contrarium, non habemus ꝙ tutor volēs iurare in litē in causa pupilli debet admitti: vt est tex. in l. videamus. ff. de in litē iuran. †& tutor 5
& prælatus ecclesiæ per gl. æquiparātur, quò ad quid: vt ipsa dicit in c. fi. v. q. iij. & alia gl. in verbo, iute. in c. auditis. de resti. in integrum. Cùm igitur ista abbatissa cum

cum maxima instantia petat sibi iuramētum in litem deferri à sacro Cōsilio. Et præsumēdum est de ista abbatissa religiosa, quòd iurabit de eo quòd scit. Ideo sibi deferendum est iuramētum in litem. Nam Bart. & doct. in l. in actionibus. ff. de in lit. iurād. in ij. col. ex presse dicit, q̄ si res nō restituitur ad mandatū iudicis
6 seu eius præceptū, dicitur arbitraria, †vt iudex habeat potestatem deferendi iuramentum in litem, per l. qui restituere. in fi. ff. de rei vendi. & sequitur ibi Alex. in d. l. in actionibus. in ij. col. vbi allegat multos doctores sequentes. Sed iste procurator iam fuit condemnatus ad ponendum rationē: ergo cùm non ipsam posuit ad mandatum iudicis, debet dari iuramentum in litem cōtra eum: sicut dicitur in tutore non ponēte rationē, vt contra eum iuretur in litem. l. j. §. officio. ff. de tute. & ratio. distra. Nec ob. q̄ ista abbatissa fuit successitrix in dicto abbatissatu: quia ex quo monasteriū patitur damnū ex dolo & contumacia procuratoris in non redēdo rationē, ad quam est condēnatus: & ipsa est canonicè creata abbatissa monasterij, potest ipsa quæ habet sciētiam introituum & exituū monasterij
7 iurare non de affectione: †quia in quātitate non cadit affectio: vt in l. nummis. ff. de in litem iurād. sed de veritate, quod locū habet quia cōcurrit difficultas probationis, scilicet propter rationem non redditam: vt dicit Alexand. in ij. vol. consi. cxcvj. in iij. col. quo casu potest sibi deferri iuramentū in litē: vt bene cōcludit Pau. de Cast. post Ang. in l. si. §. hoc iudicium. ff. ne quis eum qui in ius voca. est. & ibi per Alex. vbi hæredi do-
8 lum passo potest dari iuramētum in litem: quia †hoc iuramentū datur legis authoritate. Itē quia vbi hæres potest habere notitiam verā, potest sibi deferri etiā iuramentū decisiuum: vt dicit ibi Alex. & tantò fortius huic abbatissæ, quę dicit velle iurare de veritate: & est fœmina illustris & timoratę conscientiæ. Satis totum Consilium laborauit, si posset particularis decisio inueniri, q̄ successori in beneficiis ecclesiasticis, de facto tempore sui prædecessoris posit vel non posit iura-
9 mentū in litem petitū per iudicē deferri: †tamē quia particularis decisio de hoc non potuit reperiri, per dicta iura fuit decisum & sententiatum, q̄ deferatur dictæ abbatissæ iuramentū in litem, arbitrandum arbitrio sacri Consilij, per nota. in d. l. videamus. §. iurare. ff. de in litem iurando. Et quia ista est noua decisio sacri Consilij, quæ habet vim legis, & sic facit ius: vt dicit Bal. in l. fi. C. de legibus. & Alex. in l. ja. v. col. ff. de feriis. Abb. in c. in causis. de re iudi. And. de Iser. in c. j. §. præterea. de cap. Corra. ideo dico, quòd notarius Marinus Ruta magister actorum sacri Consilij habet dictum processum & sententiam.

DECISIO CLXX.

De cautione de stando iuri super articulo, an iudicium debeat assecurari propter suspitionem.

SVMMARIVM.

1 *Citatio debitoris suspecti & fugitiui quid requirat.*
2 *Debitor fugitiuus, qui per statutum tanquam consanguineus petit compromitti, an teneatur interim cauere.*
3 *Cautio de stando iuri semper præstanda est, vbicunque est suspitio aliqua.*
4 *Suspectus de fuga an veniat liberandus sub fideiussione de stando iuri, vel soluendi iudicati.*



Habuimus in facto hoc dubium. dictat Regia pragmatica Regis Ferdinandi primi, quòd causa inter consanguineos compromitti debeat. †vnus consanguineus vadit 1
ad iudicem, & dicit quòd talis suus debitor vt apparet per instrumentum, quod non est liquidum, est suspectus de fuga: & paratus est iurare, ideò petit, quòd capiatur, vt assecuret iudicium. iudex mādat, quòd realiter citetur ille debitor comparet, & dicit, quòd ista citatio fuit minus legitimè facta, quia non cōcurrunt ea, quæ ponit Ioan. Baptista Cazalup. in suo tractatu de debitoribus suspectis & fugitiuis, Item dicit, quòd ipse est consanguineus actoris, & dicit, quòd debeat compromitti iste articulus. † An debeat præstari ista 2
cautio cum sid iussoribus propter allegatam suspitionem: actor dicit donec videatur an iste articulus debeat compromitti, hic reus debet assecurare iudicium. Videbatur aliquibus dominis, quòd etiam quando est dubium super eo, quod cōcernit ordinem iudicij, super eo etiam causa debet compromitti: vt dicit Paul. de Cast. in l. si quis in conscribendo. C. de pactis. & dicit, quòd ita fuit obtentum in facto. Alij dicebant, quòd ex quo dubium erat, an iudicium debeat assecurari, hoc non debet compromitti: quia interim posset reus aufugere: †& propterea debet caue- 3
re de stando iuri super dicto articulo, an iudicium debeat assecurari. & si decidetur per arbitros, quòd iudicium debeat assecurari, tūc renouetur idonea cautio de stando iuri coram eis, iuxta formam capituli, consulatus Catalanorum. Et ita fuit per sacrum Consilium. limitata & intellecta præfata doctrina Pau. de Cast. vbi supra. Quia illa cautio semper debet præstari vbicunque est suspitio aliqua: vt dicit Bartol. in auth. nisi debitor. C. de sol. & Ang. in l. nemo carcerem. C. de exacta. tribu. lib. x. & Bal. de pace iura. fir. in princ. de quo latè per Bart. & alios in l. ait prætor. §. si debitore. ff. de his qui in frau. credi. †Sed magnum 4
fuit dubium in Consilio, Vtrum ille, qui est suspectus de fuga, & concurrunt requisita, vt posit capi, posit liberari sub fideiussione de stando iuri, vel requiratur, quòd fideiubeat etiam de iudicato soluēdo. Et fuit decisum in Cōsilio, q̄ debet fideiubere de iudicio sisti & iudicato soluendo: quia sic dicit Paul. de Cast. in l. nec impuberes. §. qui in ius. ff. de in ius voc. Et ita fuit visum do. Io. Baptistę prędicto in allegato tractatu suo, quæst. ix. vbi dicitur, quòd iste articulus est dubius, & nō reperitur à doctorib' bene dilucidatus.

DECISIO CLXXI.

De fideiussorio cautione, de euictione, & non retractanda solutione propter euictionem.

SVMMARIVM.

1 *Solutio an retardanda imminente euictione.*
2 *Cautione fideiussoria de euictione non præstita, an pretium retineri possit.*
3 *Auctor laudatus suscipiens in se iudi. ium, habetur vt fideiussor.*
Fideiussor non dandus, vbi principalis est idoneus.

Quidam †vendidit fundū habita fide de pretio 1
soluēdo ad certū tēpus, & promisit de euictio ne emptori, antequam veniret tēpus soluēdi pretiū, tertius mouit litē in magna curia Vicarię huic emptori

emptori super dicto fundo. iste empor laudat in auctorem suũ illũ venditorẽ,& sibi denuntiat litẽ prædictam. ille venditor cõparet,& paratus est suscipere In se defensionem,& suscipit in se iudicium. Et laudat in auctorẽ suũ illũ, qui sibi per prius vendidit dictum fundum,& ei denuntiat in forma omnia acta: ille cõparet & suscipit similiter in se defensionẽ & iudicium. lite huiusmodi pendente venit tẽpus solutionis pretij prædicti,& dictus venditor petit pretiũ ab emptore.
a dicit emptor, nunc imminet euictio. † paratus sum soluere dummodò præstes fideiussoriá cautionem de euictione, aliâs volo retinere pretiũ: quia ita dicit l. si post perfectam. C. de euict. Replicat ille venditor, ꝙ pretium debet sibi solui, & non tenetur ad dictam fideiussionem, quia ipse laudauit suum auctorem, qui est diues in bonis stabilibus, & ipse comparuit: & suscepit in se iudicium, & per consequens habetur vt fideiussor. & ideo ad aliá fideiussionẽ non tenetur. Per magnam Curiam Vicariæ fuit condemnatus em-
3 ptor ad solutionem pretij, fuit ab eo appellatum.

† Fuit votatũ per Consiliũ, ꝙ illa susceptio iudicij facta per illum diuitem, habetur vt fideiussio: & ideo ad aliá fideiussionẽ non tenetur. Et pro hoc facit, quia vbi debet dari fideiussor, si principalis est idoneus, nõ est dandus fideiussor. secundum Bal. in l. cùm clericis. C. de epis. & cler. Et sic fuit remissa causa ad magnam Curiam Vicariæ,& ista sunt addenda ad ea, quæ scribit Pau. de Cast. post Bar. in l. j. §. stipulationum. ff. de præt. stipula. & Bart. in l. stipulationum. §. an ie. ff. de peri. & com. rei vend. quod est satis menti tenendum.

DECISIO CLXXII.

De depositione pro executione laudi iterum non fienda propter superuenientem inopiam depositarij.

SVMMARIVM.

1 *Depositarij superueniens inopia an noceat deponenti pro executione laudi, vt iterum deponere cogatur. 5.*

2 *Satisdare an iterum teneatur, qui ex promissione semel satisdedit, & fideiussor factus est non soluendo.*

Periculum inopiæ subsecutæ ad quem spectet.

IN sacro Consilio me existẽte relatore fuit excitatũ, Si partes in cõpromisso fecerũt pactũ, ꝙ quilibet eorũ intra certũ diem deberet depositare ducatos mille, qui habeant permanere, vt in eis posit exequi laudũ feren-
1 dum per arbitros. Demũ † vnusquisque eorum fecit depositum ducatorum mille penes diuersos banchariros, iuxta dictum pactũ,& lato laudo cum cõdemnatione vnius dictorũ banchorũ, qui cõfessus fuit habere dictos ducatos mille in depositum ab illa parte, quæ fuit condemnata, sed condemnatio nõ est liquidata, patrimoniũ decoxit. vtrũ teneatur iterum deponere pro executione laudi? allegabatur Bar. in l. præ-
2 toriæ. ff. de præto. stip. vbi dicit, † quæro quid in eo, qui tenetur satisdare ex promissione, & satisdedit: & fideiussor factus est nõ soluendo, an iterũ teneatur satisdare: dicit Bar. puto, ꝙ nõ: quia periculum inopiæ subsecutæ pertinet ad creditorem. l. pupilli. §. soror. ff. de sol. Secus in prætoriis stipulationibus: vt ibi per Bar. & in concor. allegatis per Alex. ibi in apostillis.

Et pro hoc facit gl. in l. si pro parte. §. versum. ff. de in rem verso. iuncto tex. in l. Martius. ff. locati. Quia nulla culpa vel factũ illius, qui deposuit potest ei imputari, quare nõ potest exequi laudũ in illis mille ducatis depositatis. † Secus si ex facto suo nõ duraret depositum, prout est in casu quẽ not. Bart. & doct. in l. si fideiussor. §. meminisse. ff. de leg. j. & in l. inter Castellianum. ff. de arbit. Et his allegationibus consideratis.

Fuit in Consilio votatum, quòd illa pars non tenetur iterũ deponere: faciunt ad hoc omnia illa quæ allegat Felin. in c. innouamus. de treuga & pace, quòd sufficit semel actum fuisse adimpletũ: vt ibi per eum. Et ego subdebã, quòd solùm non tenetur iterũ deponere, sed etiam non potest in aliis bonis ipsius deponentis exequi laudum: vt dixit Bart. in l. pignus. C. de pignorati. actione. in fine.

DECISIO CLXXIII.

De clerico reconuento coram iudice laico pro causa merè ciuili &c.

SVMMARIVM.

1 *Clericus an possit reconueniri à laico coram iudice laico pro causa merè ciuili.*

2 *Opinionum diuersitas dubias facit casuum decisiones.*

3 *Consuetudo in casu dubio est legum interpres.*

4 *Renuntiatio per clericum facta super desistentia à conuentione coram laico non obstat, quin non possit procedi in reconuentione.*

5 *Actori nõ licet desistere post iur. reo quasi ĩ lite contest.*

IN causa Hectoris de Dato duo dubia resultant. † Primum vtrum clericus pos- 1
sit reconueniri à laico coram iudice laico pro causa merè ciuili. istud est magnum dubium apud Doct. vtriusq; censuræ. Et licet Bald. in auth. & consequentet. ij. col. vers. quæro vtrũ clericus agens &c. C. de sent. & interloc. om. iudi. dicat, quòd hoc casu potest fieri recõuentio corá iudice seculari, per tex. in auth. de san. episc. §. reuerendissimi. & dicit, ꝙ hoc dictat naturalis æquitas. iij. q. xj. c. prius. & Bal. In c. j. de cõtro. feu. apud pares terminanda. & hoc tenent multi doctores, quos refert do. Abb. Sicu. in c. at si clerici. de iudi. in vij. col. tamen quia multi alij doctores, quos refert idẽ Abb. in d. c. at si clerici. tenent
cõtrariũ: † ideò dicendũ est, ꝙ hoc dubiũ est forte ad 2
dicendũ, propter multas authoritates hincinde contrarias: vt refert Abb. in d. c. at si clerici. & ideò dicit Io. And. & Abb. in d. c. at si clerici. ꝙ in decidẽdo isto articulo videndum est, quid fuit obseruatum de consuetudine: vt si consuetum sit, ꝙ clericus agens coram iudice seculari contra laicum pro causa ciuili sit reconuentus coram iudice seculari pro causa ciuili, poterit iudicari, ꝙ clericus posit reconueniri corá iudi-
ce laico pro causa ciuili: † quia consuetudo in casu du- 3
bio est optima legũ interpres. Et quia notoriũ erat, ꝙ in ciuitate Neapoli in magna Curia Vicariæ, & in aliis tribunalibus consuetum est ꝙ clericus actor in causa ciuili semper fuit reconuentus coram eodẽ iudice laico pro mera causa ciuili, ideo Consilium processit sine dubitatione. hoc præsupposito dubitabatur Ecce ꝙ clericus cõuenit laicum coram iudice laico pro causa ciuili, dicit clericus, ego volu desistere à conuentione, & nolo vlterius procedere in dicta causa, & sic debes me cõuenire corá iudice ecclesiastico, an iste clericus bene dicat? Specul. tangit istam quæ-
stionem in tit. de reconuentione, in fi. † Et concludit, 4

quòd potest procedi in reconuentione cõtra clericũ non obstante dicta renuntiatione facta contra clericum.arg.c.ij.de ord.cogn.à contrario sensu.facit c. j. de mu.peti.Idẽ firmant Guido de Suza.& Bal.in d.authen.& consequenter.quia ista prorogatio est necessaria,& iudiciũ redditur inuitũ.l.inter stipulantẽ.§.
5 sacrã.ff.de ver.obl.† & post ius quæsitũ reo lite cõtestata nõ licet actori desistere,vt in auth. qui semel.C. quomo.& quan.iud.& habetur in l.postquã li■. C.de pac.not.Io.And.in c.j.de rescrip.lib.vj.& Iac.de Are. in l.ex persona.ff.de fideiuss.Et pro hoc facit,quia post datum libellum per actorem iudici & parti intimatũ non licet actori in totum desistere:vt dicit text.in d. auth.qui semel.secus si vult corrigere addendo vel retrahendo:vt in l.edita.C.de eden.per Bal.& in d. auth. qui semel.hanc conclusionem firmant etiã Bal.in l. si cõuenerit.ff.de iurisd.om.iud.& Guil.de Cuneo in l.j. ff.de iudi.& Pet.de Anch.in d.c.j.ver. venio ad glo. & omissa prima &c.& Bal.& Pau.de Cast.in l.iij.in principip.ff.quod quisq; iur.& ibi per Alex.de Imo.Cyn.in d.auth.& cõsequenter.in j.quæst.Et Ant.de But.in c. j. in xv.& sequẽ.col.de mu.peti.& in c fi.eod.tit. Et sic fuit votatum per totum Consilium, quòd in præiudicium reconuenientis actorem clericum actor non potest desistere à lite:quod est menti tenendum.

DECISIO CLXXIIII.

De mora non purganda propter retardatam canonis solutionem

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuta,qui per triennium non soluit canonem, an possit moram purgare deponendo penes iudicem,max. me si sit emphyteuta priuati.*
2 *Emphyteutica res domino volente cadit in commissum propter non solutum canonem in triennio absque mora purgatione.*
3 *Mora non purgatur resoluto contractu.*
4 *Clausula rato manente pacto, moræ purgationis exclusionem operatur.*
Mora non venit purganda,cùm illi est renuntiatum.
5 *Iuramentum habet vim clausulæ specialis, & tollit moræ purgationem.*
Iuramentum effectum litis contestationis operatur.
6 *Moram purgare post litem contestatam non licet.*

QVidam rusticus quendam fundum publico instrumento mediante recepit à Petro laico in emphyteusim cum pactis emphyteuticis solitis opponi in similibus cõtractibus,& promisit omni anno soluere canonẽ conuẽtum cũ pacto,ꝙ si intra triennium non soluerit,cadat ipso iure à dicto fundo,euenit,quòd dictus emphyteuta nõ soluit per triennium,dictus Petrus in præsentia rei declarat,quòd vult,ꝙ fundus incidat in commissum,& capit possessionem ipsius. Et facit à iudice fieri mandatum,vt euacuet dictum fundũ,& resignet pos-
1 sessionem ipsius dicto Petro.† comparet ille rusticus & facit depositum penes iudicẽ de canone debito pro annis tribus. Petrus replicat,ꝙ nõ potest morã purgare. Ille rusticus dicit, quòd potest moram purgare. iuxta nota.in c.potuit.de loca. Quæritur quid iuris.

Fuit votatum & sententiatũ per Consilium, quòd ille rusticus non potuit moram purgare rationibus ĩ.scriptis. Et primò,quia licet de iure cano.emphyteuta ecclesiæ possit moram purgare:vt in d.c.potuit tamen de iure ciuili in emphyteuta priuati non reperitur iure cautũ,ꝙ possit moram purgare. † Imò tex. 2
in l.ij.C.de iure emphy.vult,quòd absque moræ purgatione ob cessationem solutionis canonis intra triẽnium res emphyteutica domino volente incidit in commissum:vt firmat Alex.in iij.vol.cõs.cij.& Mod. Papienses in d.l.ij. Secundò, quia per instrumentũ publicũ constat rem esse emphyteuticam: & rusticus etiã confitebatur,ꝙ fundus erat emphyteuticus, & ꝙ non soluerat per triennium, vt dicebat depositũ per eũ factum.Et per instrumẽtum publicum apparebat, ꝙ antequàm fieret dictum depositum,dominus directus declarauit,ꝙ volebat rem illam incidisse in cõmissum,† & sic facta fuit resolutio cõtractus, quo ca- 3
su nõ licet moram purgare:vt dicit Spec.in tit. de loca.§.nunc aliqua.vers.xlviij.& Io.de Imo.& alij in d. c.potuit.& præfati Mod.in d.l.ij.Item quia dicit Bal. in c.j.iij.col.quo tempore miles,ꝙ quotiescunq; iure permittente facta est resolutio contractus à iure vel ab homine,nõ est tractandum de moræ purgatione. Idem dixit idem Bal.in l.super.C.de trãs.& in l.si plures.pen.col.C.de cond.inser.Facit quòd no.Bar.in l.si quis.§.si plures.ff.iudi.sol.& in l.qui ob rem.ff.de condi.indebi.& in l.si insulam.ff.de verb.obli. † Tertiò 4
in instrumento emphyteutico erant multæ clausulæ, propter quas non poterat mora purgari,nam erat ibi clausula rato manente pacto:quæ operatur moræ purgationis exclusionẽ:vt volũt doctores,maximè Alex. in d.l.si insulam. Item erat clausula, ꝙ renũtiabat moræ purgationi:quo casu non potest mora purgari: vt dicunt Ang.& Lud.Rom.in d.l.si insulã.& hoc probatur per tex.in l.pen.C.de pact.& per tex.in l.sancimus.vers.nisi pacto.C.de fideius. Item est renuntiatum omni legum auxilio,defensioni iuris & facti, & sic specificè videtur renuntiasse facultati purgandi morã.iuxta not.in l.quæsitum.ff.quis cautio. † Item 5
in dicto instrumento est iuramẽtum,quod habet vim clausulæ specialis. iuxta not. in l.cùm pater.§.filius matrem.ff.de leg.ij.Et vbi est iuramẽtum,non potest mora purgari:vt in l.si quis maior.C.de transac.& firmat Bart.& doct.in d.l.si insulam.& in d.l.si quis maior.& in l.& si post tres per Bal.& Ang.ff.si quis caut. & Saly.in l.si pacto quo pœnam.C.de pact. Et pro hoc facit illa ratio:iuramentum etiam operatur effectum litis contestationis,secundùm Bart.in l. nam & postea.ff.de iureiur. † Sed post litem cõtestatam non 6
licet moram purgare.vt dicit glo.in d. c.potuit. Ergo idem dicendum est vbi est iuramentum. Et sic fuit per Consilium condemnatus dictus rusticus ad restituendum dictum fundum, & eius possessionem vacuam & expeditam dicto domino directo.

DECISIO CLXXV.

De restitutione in integrum propter læsionem.

SVMMARIVM.

1 *Vniuersitas appellans & intra quinquaginta dies non petens in integrum restitutionem aduersus tempus, quod omisit processum præsentare, an possit intra quadriennium illam petere.*
2 *Vniuersitas læsa,quod tempus restitutionis in integrum habeat.3.5.*
4 *Restitutionis in integ.petitio in ecclesia est quadriennis.*
6 *Restitutio in integrum an petenda intra tantum tempus,*

pus quantum fuit impedimenti.
Intellectus ad Cle.j.de restitu.in integrum.

Vniuersitas, quæ appellauit à sententia diffinitiua, nõ præsentauit processum iudici ad quem intra quinquaginta dies secundum quod vult constitutio Regni quæ incipit, Appellationum tempora. Et sic habetur ac si nõ esset appellatum, vt dicitur expreßè in dicta cõstitutione.
1 † Quæritur modò. vtrum dicta vniuersitas, si intra alios quinquaginta dies non petiit restitutionem in integrũ aduersus tempus decursum, intra quod omisit præsentare processum, & sic est læsa, posit intra quadriennium petere dictã restitutionẽ in integrũ aduersus dictũ tempus decursum: constito q̃ fuit ex hoc læsa, vel debeat pronũtiari appellationem esse desertã, & sententiam transactã esse in rem iudicatã. Et deci-
2 sio huius dubij dependet ab illo dubio. † Verũ vniuersitas ad petendũ restitutionẽ in integrũ aduersus lapsum temporis prædicti quinquaginta dierum habeat quadriẽnium, vel tantũ tempus, quantũ est dictũ tempus quinquaginta dierũ. Magna differentia est inter Legistas & Canonistas super hoc. nã Legistæ, vt est gl. in l. superuacuam. C. de temp. in integ. restit. & Azo in summa, de restit. militum. §. superest. & glo. in l. di-
3 uus. ff. de in integ. restit. tenet, † q̃ quando vniuersitas est læsa in tempore minori quadriẽnio, nõ datur quadriennũ ad petendũ restitutionẽ in integrum. Sed tãtum tempus ad petendũ dictam in integrũ restitutionem, quantũ fuit tempus, quod induxit ei læsionẽ. Et hoc etiã tenuit Dy. in §. rursus. Institu. de actio. & Iac. de Are. in l. quod tempore. C. de restit. mili. hoc idem expreßè tenent Bar. & Bal. in l. interdũ. ff. de mino. & in d. l. quod tẽpore. licet aliter dicat in l. ab hostibus. §. sed quod simpliciter in vij. col. ff. ex quib. cau. maio.
4 Vbi pẽnißimè hunc articulũ examinat. Et tenet, † q̃ in ecclesia est speciale, vt detur quadriennium ad petendam in integrum restitutionem aduersus minus tempus quadriennio. Sed in minore aliud est: sed de vniuersitate nihil dicit. Et cũ hac opi. concurrit Pau. de Cast. in l. j. & in d. l. quod tempore. C. de rest. mili. & pro ista opi. multa iura allegantur & signanter tex. in l. ait prætor. §. si conditionalis. ff. de his quæ in frau. cred. & tex. in d. l. interdũ. ff. de mino. quẽ ad hoc alleg. Iac. de Aret. in d. l. quod tempore. hãc partem secutus fuit Iac. Butr. in d. §. rursus. secundũ Ias. ibi vbi dicit, q̃ ipse nõ recedere t ab opin. Bulgari, qui fuit in ista opi.
5 Idẽ tenuit Inn. in c. dilecto filio. de verb. sign. † Sed multi doct. tenuerunt contrarium, scilicet q̃ tempus quadriennij quod datur ad petendã restitutionem in integrum, est vniforme, siue læsio sit respectu contractus, siue respectu sententiæ, siue respectu tẽporis vltra quadriẽniũ, siue minus quadriennio, vt sunt placentinus, Martinus, Odofredus, Guido de Suza, Petrus de Bellapertica, Cy. Albe. de Rosa in d. l. superuacuã. Et dicit ibi Alb. q̃ ista opinio est approbata de iure canonico in Cle. j. de resti. in integrum. Et hoc tenet Io. And. ibi gl. & dicit ibi Pau. de Leazariis, q̃ ista opi. est
6 approbata. Idem firmat Car. Flo. ibi dicens: † q̃ iure non probatur q̃ restitutio in integrũ debeat peti intra tantũ tempus quantũ fuit tempus impedimenti. vnde dicit, q̃ cõmuniter d. Clem. j. intelligitur, q̃ sufficit proponere restitutionem in integrum intra quadrienniũ. & hãc partem tenet Io. Fab. in d. §. rursus. & Pau. de Cast. in l. diuortio. §. nõ solũ. ff. sol. mat. dicens, quòd opi. Martini cõmuniter tenetur. Hãc eandẽ opi. tenet Pet. de Anc. in c. j. de rest. in integ. lib. vj. vbi dicit, q̃ licet de hoc. fit magna altercatio inter Legistas, tamẽ hodie, quæstio est decisa per dictã Cle. j. vt s. dictũ est, & cum ista opi. pertransiuerunt in isto articulo omnes domini de Consilio: & sic fuit decisum.

DECISIO CLXXVI.

De confeßione adulterij incidenter in inquisitione super furto facta.

SVMMARIVM.

1 *Quæstio non irrogatur sine sufficientibus indicijs.*
2 *Adulterium in iudicio conf. ssum an punible.*
Inquiri non potest de adulterio ex officio sine accusatore, si crimen non est notorium.
Notoriũ resultat ex cõfeßione facta de crimine in iudicio.
3 *Confeßio in causa ciuili non inducit notorium, nisi facta conclusione in causa.*
4 *Confeßio adulterij incidenter in inquisitione super furto facta an præiudicet confitenti, vt puniatur, & quando, & ad quid proßit.*
5 *Confeßio sine instantia non trahit post se pœnam.*

Vædam † mulier vidua in magna curia Vicariæ fuit inquisita de magno furto bonorum cuiusdam clerici beneficiati, fuit examinata vt principalis, & negauit: nec erãt indicia sufficientia ad torturam: iterum examinata similiter negauit. Sed confessa fuit aliud delictum, videlicet quòd tempore, quo viuebat suus maritus eo inscio commisit adulterium cũ quodam iuuene. serua tis seruã dis fuit per sententiam absoluta à furto. Magna curia deinde carcerauit eam pro adulterio per eã confessato, & intendit eam punire de adulterio. dicta vidua appellauit ad sacrum Consilium, & vocato vno ex iudicibus dicebat, q̃ iure † licito dicta mulier debet puniri de adulterio, ex quo constat de adulterio per eius confessionem in iudicio factam. Et licet de adulterio non posit inquiri ex officio sine accusatore, tamẽ fallit, quãdo crimen adulterij est notorium: vt dicit And. de Iser. in constitu. Regni, Humanitatẽ. notorium enim resultat ex confeßione facta de crimine in iudicio: vt dicit Barto. in l. scriptus. ff. de reli. & sumpt. fu. & not. in l. ictus fustium. ff. de his qui not. infa. & not. Bal. in l. pro petendum. in fi. principij. C. de iud. not. in c. vestra. de cohab. cle. & mulie. Dicebat aduocatus dictæ mulieris, † quòd tunc ex confeßione mulieris de adulterio posset sequi condẽnatio, quando ipsa fecisset suas defensiones: & aduersus confeßionem suam non esset aliquid probatum: quia sic in simili dicimus, quòd confeßio in causa ciuili non inducit notorium, nisi facta cõclusione in causa: vt nor. glo. in c. significauerunt. in verbo, liquere. de testibus. & ibi per Io. de Imo. & per Feli. in c. ex insinuatione. de appel. Per sacrum Consilium communi voto fuit decisum, quòd dicta confeßio fuit facta incidenter in inquisitione super furto, quo casu ex ea non potest nunc fieri condemnatio. † etiam quòd ex dicta iudiciali confeßione sequatur notorium. sed oportet, quòd specialiter inquiratur de adulterio, & detur sibi copia defensionis: vt dicit Bart. in l. j. §. fi publico. ff. de adulter. & voluit Bart. in l. si confessus. ff. de custo. reo. & pro decisione huius quæstionis allegatur decisio Bald. in l. mercalem. C. de cond. ob turp. cau. vbi dicit, quòd dicta confeßio valet ad iudicem instruendum,

dum,vt posit formare inquisitionē,& nnn vt ex hac
sola condemnetur:quia dicta confesio fuit sine instā-
5 tia:& ideo non potest puniri, † qnia iudicium non
erat ad boc ordinatum. Bene ad boc facir, quod dicit
Abb.Sic.in c.causam quæ lo j.in ij.col.de test. vbi di-
cit, quòd iudex ex officin suo ratione confesionis fa-
ctæ in processu inter priuatas persooas potest inchoa-
re oouam instantiam contra illum virtute confesio-
nis.& ibi alleg.alias quotas:vt ibi per eū. & hoc nor.
etiam Alex.in l.capite quinto,in apo.ff.de adul. & in
l.ij.ff.vi bo.rap.& ibi allegat alias quotas: vt ibi per
eum.fuit ergo liberata dicta mulier ex voto sacri Cō-
silij.à carceribus præstita fideiusione de se præsentan-
do toties quoties pro crimine adulterij: & proceda-
tur,prout iuris fuerit.

DECISIO CLXXVII.

De expensis pro examinatione absentis tanquam principalis.

SVMMARIVM.

1 *Principalis examinandus expensis suis procuratore suo relicto.*
Absentia vnius litigatorum alteri nocere non debet.
2 *Principalis licet procuratorem reliquerit, quando per iudicem mandari possit ad personaliter veniendum.*
3 *Expensæ per quem veniant soluenda in examine absentis.*

NObilis quidam litigabat in Consilio super
re merè ciuili,& suum coostituit procura-
torem dato termino ad probandum. di-
ctus nobilis se absentanit pro suis familia-
ribus negotiis,pars altera petit,quòd ille nobilis exa-
minetur cum iuramento tanquam principalis, dicit
suus procurator,quòd ipse,qui hoc petit,soluat expē-
sas pro examinatore. dicit altera pars, quòd expensis
1 ipsius nobilis debet fieri ipsa examinatio. †Quæri-
tur quid iuris. Fuit per omnes dominos de Cōsilio de-
cretum,ꝙ expensis ipsius nobilis absentis debeat ipse
examinari vt principalis: vt in propriis terminis di-
cit Petr. de Ancb. in c.statntū.§.insuper. de rescriptis,
in sexto,quia per absentiā vnius ex litigatoribus non
debet effici alterins cōditio deterior: vt in l. ij.ff.qui-
bus ex cau.in posses.eatur. Bar.in l.si actor. ff. de pro-
2 curat.dicit, † quòd si principalis in iudicio est inter-
rogandus tanquam melius sciens veritatē, quàm pro-
curator,tūc iudex potest ei facere mandatum, quòd
personaliter veniat, vel debet mitti ad domū vbi est:
sed non dicit coius expensis. Sed bene vltra Petr. de
Anch. hoc idem dicit Ang. post Guil. de Cuneo in d. l.
actor. Idē Dy. ff. ad Treb. l. sed sciendum. hoc bene fir-
mat Alb. de Rosa. in d. l. actor. qui arguit ad partes: &
posteà concludit, quòd expensis absentis debet ipse
deponere. Idem clarius firmat Bal. in d. l. actor. allegās
d. l. ij. §. defendi. vbi est gl. or. & ibi Bart. ff ex qui. cau.
3 in pos. ea. & per consequens † non veniunt restituen-
dæ per succumbentem in ipsa causa absenti, vel eius
procuratori. qui fortè vinceret in causa: quia ex causa
suæ absentiæ factę fuerunt: quod est menti tenendum.

DECISIO CLXXVIII.

De successione filiorum in bonis maternis.

SVMMARIVM.

1 *Successio filiorum in bonis maternis qualiter procedat.*
2 *Parentum appellatione veniunt pater & mater.*
3 *Renunciatio generalis bonorum paternorum & maternorum per filiam facta non includit legitimam, nisi expresse nominauerit.*
4 *Soror quæ renunciauit bonis paternis & maternis, non videtur bonis fratrum renunciasse.*
5 *Decretum iure dicendi nullum quanto tempore præscribatur.*
6 *Clausula liceat propria authoritate bona capere, operatur quod decretum dici non possit nullum defectu citationis.*
7 *Notorium inter partes & non iudici, non impedit sententiæ prolationem.*
8 *Decretum non est nullum, si erratum est in æstimatione rei, secus si erratum in arbitrio.*
9 *Scriptura minus solennis probat semiplenè.*
10 *Processus minus solennis cuius probationis sit.*
Confessio facta coram arbitris facit fidem coram iudice.
11 *Emptor ab titulum & possessionem habente per longa tempora an sit in mala fide, si fama est, quod res sit ecclesia.*
Fama sæpe à veritate discordat, & magis pro ipsa quam pro titulo præsumitur.
12 *Iudex est vir bonus.*
Tempus longissimum malam fidem euacuat.
13 *Intellectus ad legem si. C. de dotis promissio.*
14 *Bona fides debet concurrere & allegari cum titulo præscribere volentis.*
Bona fides non præsumitur, si non allegatur.
15 *Bona fides an possit tempore disputationis allegari.*
Bona fides non alleganda iudice in causa ciuili iudicante, & ex præsumptione non allegata.


N causa filiorum & hæredū Iesuæ Vulca-
ni de Surrento cōtigit io sacro Consilio
de pluribus dubitari. Et pramò ex quo
contracto matrimonio inter Paulū Vul-
canum & Catharinam de Alaneo,à qua habuit dotes
vnciarū lxxx. in pecunia & iocalibus.& vnciatū xxx.
in quadam terra per Italiam,secuodū consuet. nobi-
liom ciuitatis Neap. vt apparet per instrumentū do-
tale cū omnibus clausulis cōsuetis. Et ex dicto matri-
monio nati fuerūt tres filij: videlicet Philip. Iaco. Mu-
rus,& Priscida. Et poltea mortua fuit dicta Catharina
superstite dicto marito,& dictis tribus filiis. Quæritur
modò,io dictis dotibus maternis an succedāt filij vel
solum succedāt filij masculi cū onere dotādi de bonis
maternis ipsam Priscidā. †Super hoc dubio fuit cō- 1
clusum,ꝙ sicut in bonis paternis filius masculus præ-
fertur filię fœminę in successiōe,dū tamē sororē ma-
ritet secūdū paragiū. vt in cōstit. Regni, In aliquibus.
ita in bonis maternis masculus præfertur sorori in
successione bonorū maternorū,dūmodò sororē ma-
ritet & dotet secūdū paragiū. quia dicta cōstitutio di-
cit,parentū. † & sic intelligitur de patre & de matre: 2
vt dicit And. in dicta constitutione, in prin. in verbo,
parentum. & boc est verum, quando apparet sic fuisse
interpretatam dictam constitutionē per consuetudi-
nem: aliâs si nō appareret de dicta cōsuetudine, filius
masculus & filia fœmina pariter succedunt in bonis
maternis: & in hac conclusione residet And. in dicta
consti. in viij. & ix. col. vers. sed nunquid filius præfer-
tur in successione bonorum maternorum &c. Vnde
cùm appareat consuetudo Neapo. in scriptis redacta,
quæ incipit si moriatur aliquis vel aliqua, quæ vult, ꝙ
si moritur mater superstitibus filijs masculis & fœmi-
na,

na, masculi succedunt: sed tenétur ipsam maritare se-
cundum paragium. cum ergo secundũ consuet. Neap.
factum fuit dictũ introductũ dictæ Catharinæ matris
sequitur à patre, ꝙ dicta Priscida non succedebat ma-
tri propter existentiam dictorum masculorum. Et
3 ita fuit votatum per Consiltum. † Secundò in dicta
causa dubitatur, pone quòd ista Priscida post morté
matris fuit maritata à patre, qui ipsam dotauit de pa-
ragio, & ipsa renuntiauit patri & eius hæredibus bo-
nis paternis & maternis. nunquid videtur ipsa renun-
tiasse patri postquã nõ succedit propter existentiam
filiorum masculorũ. & fuit cõclusum, ꝙ ex quo repe-
ritur ista filia maritata & dotata à patre, licet renun-
tiauerit bonis paternis & maternis, non dicendo ex-
pressè legitimæ, quòd non videtur renunciasse legiti-
mæ per illã generalé renuntiationem, vt dicunt Guil.
de Cuneo, Bal. & Ang. in l. de his. de transa. & firmat
Neap. in consuetud. contra instrumentum. in glo. in
verbo, solutum. & Alex. de Imo. in j. vol. consi. lxix. qđ
incipit, Pet. de Rodulphus. Sed aliud ius in bonis ma-
ternis non competebat filiæ propter existentiã mascu
lorum: ergo illa renuntiatio nihil operatur. Et ita
4 fuit decisum in Consilio. † Tertio dubitabatur vtrũ
mortuis illis fratribus vtrinque coniunctis dicta Pri-
scida possit eis succedere in dotibus maternis, posito
sine præiudicio veritatis, quòd illa renuntiatio bono-
rum paternorum & maternorum facta patri & eius
hæredibus valeat, possit dictis fratribus succedere in
dictis dotibus maternis. Et certè nulli dubium fuit, ꝙ
soror, quæ renuntiauit bonis paternis & maternis nõ
videtur renuntiasse bonis fraternis: vt firmat Lucas de
Penna, in l. j. C. quãdo. & quib. quar. pars debetur Bal.
in l. pactũ. C. de collat. & in l. si tibi. ff. de pact. & bene
hoc firmat Alex. in l. j. §. veteres. in vlt. char. ff. de acq.
poss. vbi allegat multas quotas. & sic ista soror potuit
succedere fratribus in dote materna. Et ita fuit vo-
5 tatum per totum Consilium. † Quartò dubitatur,
ex quo dicta Priscida post mortem dictorum suorum
fratrum vigore instrumenti dotalis matris suæ volẽs
sibi satisfieri de dotibus maternis prædictis, cœpit pos
sessionem cuiusdam terræ sitæ in ciuitate Massę, in lo-
co Villaczani iuxta suos fines. Et adiuit curiã baiulo-
rum ciuitatis Surrenti, & obtinuit decretum adiudi-
cationis dictæ terræ pro ea quantitate qua appretia-
bitur dicta terra, quæ postea fuit appretiata vnciis
lxxxv. & post hæc dicta terra fuit tenta & possessa à di
cta Priscida & ab habentibus causam ab ea vltra ann.
xxxv. Vtrum nunc dicti agentes possint dicere dictũ
decretum nullum? Et fuit conclusum, quòd non licet
dictis agentibus dicere dictum decretum nullum ob-
stante cursu xxxv. ann. quia tanto tempore præscribi-
tur iuri dicendi nullum: vt dicit Spec. in tit. de senten.
§. iusta. vers. si. per viam principalis petitionis, prout
dixerũt dicti agentes. Secus per viam exceptionis: vt
cõcludit multum egregiè Philippus in c. dilecto. vij.
col. vers. quintò quæritur. not in l. sicut. C. de pręscrip.
xxx. vel xl. ann. & in c. in nostra. de procur. Et sic fuit
6 appunctatum per totum Consilium. † Quintò du-
bitatur posito sine præiudicio veritatis, quòd licuis-
set nõ obstante cursu temporis prædicti, opponere de
nullitate. Vtrum dictum decretum potuit dici nullũ,
ex eo ꝙ hæredes dicti Pauli non fuerunt in eo citati
super dicta adiudicatione. Ego dixi, quòd non potest
dici nullũ: quia instrumentũ dotale dicebat, ꝙ liceret
propria authoritate capere bona dicti Pauli, dictæ
Catharinæ & eius hæredibus, & in solutum retinere
pro dicta quantitate dotium. & sic non erat faciendũ
nisi appretium dictæ terræ: quod factum fuit, vt s. sed
nõ apparet de citatione hæredũ ipsius Pauli in appre-
tio: sed ex hoc non potest dici nullum: quia dicti hære-
des non poterant contradicere, ꝙ non fieret appretiũ
ex quo notorium erat, quòd non poterant illi hære-
des Pauli hoc denegare, & sic nõ requirebatur citatio:
vt dicit Bart. in l. j. §. quod de frumentaria. cum simi-
libus, de admin. rerum ad ciui. perti. † Item posset 7
dici, quòd minus fuit dicta terra appretiata: & ideo
debebant citari hæredes dicti Pauli, per not. per Bar.
in l. à diuo Pio. §. si pignora. ff. de re iudic. Ad hoc pos-
set responderi, quòd similiter notorium est, quòd di-
cta terra non erat tanti valoris, quantum erant dictæ
dotes, prout etiam hodie dicta terra nõ est tanti valo-
ris, quantum sunt dotes, vt cõstat ex processu, vnde ex
hoc non potest dici appretium nullũ vigore nulli de-
creti adiudicationis: cũ illa adiudicatio est potius de-
claratio adiudicationis propter pactum, vt possit sibi
in solutũ retineri tantùm de bonis debitoris, ꝙ possit
sibi satisfieri de debito. & pro hoc facit dictũ Inn. in c.
tua. de coha. cle. & mulie. vbi dicit, quòd si iudici non
fuit factũ notoriũ, & iudex ferat sententiam antequã
probetur, ꝙ factũ sit notoriũ, si tamẽ in rei veritate fa
ctum sit notoriũ, licet iudici nõ sit, valet sententia, vt
firmãt do. de Rot. in deci. anti. char. xliiij. in iij. col. in
parua impressione. † Allegatur etiã nullitas decre- 8
ti baiulorũ ex alio capite: quia dicitur, ꝙ plus debito
fuit dicta terra adiudicata: vt in l. si non sorté. §. si cen-
tũ. ff. de cond. indeb. per Bar. & doct. Sed ad hoc re-
spondetur, prout dicit Io. Petrucij. ibi. & idem Mod.
Papi. ibi, dicentes, quòd si in æstimatione rei est erra-
tum, decretũ non est nullũ, & valet pro rata debiti. se-
cus quando esset erratũ in debito. Hoc fuit originale
dictũ Bal. in c. quoniã frequenter. §. si autem. in j. col.
vt lite non cõte. Idẽ voluerunt Pau. de Ca. & Alex. in
d. §. si centũ. Prætereà nõ habet locum regula d. §. si
centũ. quando virtute Pacti executiui quis possedit &
recepit in solutũ, per tex. in l. j. in §. si duæ. ij. respon. ff.
quorũ leg. vt dicit Fran. de Are. in l. j. §. pen. v. col. ff. de
verb. oblig. † Sextò maximè fuit dubitatum, vtrum 9
sit legitimè probatum, quòd dicta Priscida filia dicti
Pauli renuntiauit bonis paternis & maternis dicto
Paulo & eius hæredibus: ex quo producitur quædam
charta papyrea, quæ dicit, quòd est sumpta ex quodã
protocollo, vbi mortui sunt iudex, notarius & testes.
Certè ista charta non probat, nisi semiplenè: vt dicit
Cy. in l. Contractus. de fide instru. Sed in Regno per
constitu. Regni, Instr. robut. crediderũt omnes domi-
ni, ꝙ nõ probat. Sed ad coadiuuandũ dictã chartã fuit
adducta quædã confessio facta per dictã Priscidam in
processu arbitrorum: in qua cõfitebatur se renuntias-
se patri & eius hæredibus bonis paternis & maternis.
Sed quia contra talem confessionẽ multa fuerũt op-
posita. Et signanter, ꝙ processus, vbi est dicta cõfessio,
non est productus in forma probãte, quia nõ † habet 10
subscriptioné arbitrorũ & actorum notarij: vt dicit
Pau. de Cast. in l. fi C. de testi. Item quia non apparet,
quòd talis cõfessio in processu arbitrorũ sit facta par-
te præsente, vel coram ipsis arbitris, & propterea ha-
betur vt confessio extra iudiciũ: vt not. Cy. in l. j. C. de
confessis. & firmat Alex. in ij. vol. conf. xiij. Septimò

fuit dubitatum, vtrum confesslo facta coram arbitris faciat fidem coram iudice? & cõclusum fuit, quòd sic, per l.penul.in fi.C.de arbit. & firmat Abb. in c. præsentata in j.col.de testib. sed intelligitur, vt valeat vt extraiudicialis, secundùm Cyn. in l.j.C.de confessis. & Ioan.And.& do.Anton.in d.c.præsentata. & idẽ Ant. de Butr.in c.Quintauallis.vers.xiiij.differentia.de iureiur. sed Ioan.de Imo.in d.c.præsentata. tenet, quòd valet vt iudicialis. Tamen domini votauerunt, quòd dicta confessio probat corã iudice vt extra iudicium, & maximè quando illi essent arbitri & arbitratores, & nõ apparet, quòd processerint vt arbitri, sed vt ar-
11 bitratores. † Octauò dubitatur, vtrum isti, qui habuerunt causam à dicta Priscida, qui sunt cõuenti ab hæredibus dicti Iesuæ possunt dici, ꝙ fuerunt in mala fide pen eo, quia dictus Iesua denũtiauit eis, quòd non emerent: quia dicta terra spectabat ad eũ, & hoc non obstante ipsi emerunt, sic possunt dici malæfidei possessores. Allegabatur per aduocatũ conuẽtorũ, quòd sunt pro boc malæfidei possessores, per tex.& gl.in l. si fundũ.C.de rei vend. Sed ad boc fuit responsum per id quod dicit Bal.in c.vigilanti.de præscrip. vbi dicit, quòd si emi ab eo, qui titulum habet, & possedit longissimo tẽpore: tamen est publica fama, ꝙ res illa est ecclesiæ, per hoc nõ dicor habere malã fidẽ: quia fama sæpe à veritate discordat, & magis præsumitur pro titulo, quàm pro ipsa, nec tenetur credere nisi quod credit bonus vir, i. iudex: qui in facto alieno non debet credere nisi probationibus. ideo nec ex vno teste
12 debeo habere conscientiam læsam. & dicit † ita tenuisse magnũ Iuristã & de isto dicto Bal. fuit memor Feli.in c.si diligenti.in iij.col.de præscrip. Cùm igitur isti conuenti, qui emerunt ab illa Priscida, viderunt instrumentũ dotale matris post mortẽ fratrũ decretũ curiæ baiulorum, super dicta adiudicatione, meritò non crediderunt dictæ denuntiationi: & bona fide dicuntur emisse: posito quòd in aliquo errauerunt siue in facto, siue in iure, attenta longissima earum possessione, non possunt dici in mala fide, per ea quæ habentur in c.de quarta.per Feli.de præscript. Nouum dubium fuit vtrum dispositio l.fi.C.de dotis promissio. quæ vult, ꝙ si pater dedit dotem pro filia, & in instrumento dotali dicatur, quòd ipsam dotat de bonis paternis & maternis, & non expressit in specie quantũ dabat de bonis paternis, & quantum de bonis maternis, quòd non præsumitur pro medietate de bonis ma-
13 ternis. Sed † præsumitur totum dedisse de bonis patris, si substantia patris sufficit. habeat locũ, si substantia patris sufficit. habeat locũ, si filia renuntiauit quãdo fuit maritata à patre bonis paternis & maternis.

Fuit cõclusum, ꝙ dispositio d.l.fi. habet locũ in dicta renuntiatione & pro boc allegatur Pet. de Anch. in c.quãuis.de pact.lib.vj. & tenent doctores moder. in l.stipulatio hoc modo concepta. ff. de verb. oblig.

Decimum & vltimum dubium est, ex quo isti conuenti allegauerunt se emisse & possedisse vltra xxx. annos dictam terram: & ideo opposuerunt exceptionem præscritionis, non tamen in processu dixerunt se bona fide possedisse. Vtrum requiratur ad præscriptionem perficiendam, quòd allegent bonam fidem: & si non allegent, non dicitur fundata præscriptio. Et vtrum talis allegatio posit fieri post conclusionem
14 in causa. † Fuit per omnes dominos cõclusum, quòd licet appareat de titulo præscribere volentis: tamen debet allegare bonam fidem, & ista bona fides præsumitur ex titulo, aliâs si non allegatur, nõ præsumitur. hoc voluit Bal. in c.si quis per xxx.si de feu. fue. contro. inter dominũ & agna. & in l.super lõgi. in iij.col. C.de præscrip. long. temp. per l.si adulterium cũ incestu. §.idem Pollioni. ff.de adult. hoc tenuit Alex. in ij. vol.consi.lxxvj.ij.col.& in consi.cxxxvj.in vj. col. & in iij.vol.consi.lxix.iij.col.& Feli. multa ad hoc allegat in c.cum ordinem.de rescript.& Alex. in l. à diuo Pio §.si super.ff.de re iud. Licet Archi. teneat contrarium in c.episcopũ.de præbend.lib.vj.& Abb.Sicu.in c.fi.de præscrip. quorum opi. nõ tenetur, vt videri potest per Alex. in d.§.si super. Et factum Consilium totum conclusit, quòd bona fides debet allegari. Sed
in facto isto non fuit allegata. † Fuit habitũ studium 15
si potest allegari tempore disputationis. Et inuenimus Ant.de Butr.& Io.de Imo. in c. peruenit. de empt.& ven. vbi tenet, ꝙ talis allegatio bonæfidei potest allegari post conclusum tempore disputationis. hoc firmauit Alex.de Imo.l.vnica, ij.col.C.vt quæ desunt. & pro hoc facit id quod dicit Bart.in l.eum qui ita.§.qui ita.ff.de ver.obl. Alia præsumptio quàm bona fides non oportet ꝙ allegetur ex quo iudex potest in causa ciuili iudicare ex præsumptione non allegata: vt est tex.in c.afferte.de præsump.& istum tex. ad hoc allegat Abb.Sicu.in repe.c.ecclesia sanctæ Mariæ.iij.col. de consti. Et cum ista decisione fuit ista causa decisa, & confirmata prima sententia sacri Consilij: & impositum perpetuum silentium dictis actoribus per diffinitiuam sententiam sacri Consilij.

DECISIO CLXXIX.

Materia l.fin. C.de dotis promis. & de paupertate patris dotantis filias.

SVMMARIVM.

1 *Pater an dicatur in egestate non habens bona nisi pro dote vnius filiæ, cum plures habeat.*
2 *Inops est, qui nihil habet.*
3 *Pauper quis dicatur.*
4 *Commodè fieri posse, quando aliquid dicatur.*

IN quadam causa certorũ nobiliũ fuit dubitatum, ex quo dispositio l.fin. C. de do-
tis promissione, † dicit, ꝙ si pater dotat 1
filiam de bonis paternis & maternis, & substantia patris sufficit ad illã dotem, ꝙ videtur de suo dotasse. Quid si substantia patris sufficit ad dotandum illã filiã, sed nõ pro omnibus filiabus, an dicatur tũc pater esse in egestate? Ego dicebam, ꝙ hoc dubium nõ reperi esse tactum ab aliquo doctore sic in specie. Sed dicebã, ꝙ ex quo tex. in d.l.fi. dicit penitus inopia
quòd non consideratur numerus filiarũ. † Sed verũ 2
pater sit in inopia, quòd non posit illã dotẽ soluere de suo? Et pro hoc bene facit id quod dicit Pau.de Ca. in l.id quod pauperibus. C.de epis.& cler. vbi dicit, quòd inops est, qui nihil habet. allegat Archi. viij.dist. c.quo iure. Sed d.l.fi. dicit penitus inopia: ergo consideratur inopia respectu dotis promissæ pro filia, & nõ respectu aliarũ filiarum. Et pro hoc domini allegabãt Bal.in authen. præterea. C.vnde vir & vxo. vbi dicit.
† Quæro quis dicatur inops. Respondeo aut lex facit 3
mentionem de inopia respectu certi & determinati effectus, puta respectu certi debiti soluendi. Et tunc

ille

ille dicitur pauper, cùm vires non sufficiuut ad soluē-
dum illud debitum: vt in auth. de fideiuss. §. sed neque.
Aut lex loquitur absolutè, & statur iudicis arbitrio.
At in casu, de quo agitur inopia consideratur respectu
certi effectus, scilicet respectu dotis promissæ filiæ: er-
go non consideratur paupertas partis, si nun sufficit
eius substantia ad æqualiter dotandum omnes filias
4 suas. † Et quando dicatur aliquid posse commodè fie-
ri, tangitur per gl. xxij. q. ij. c. faciat. & per Feli. in c. po-
stulasti. de rescrip. & vigore dictæ authoritatis Bal. in
d. auth. præterea. Sic fuit per omnes Doctores sacri
Consilij votatum.

DECISIO CLXXX.

De consensu patris interueniente in causa filij cùm ratificatione actorum post conclusionem in causa.

SVMMARIVM.

1 *Consensus paternus an requisitus in causis filij, & quid si consentiat post conclusionem in causa.*
2 *Iudicium factum nomine filij, an possit per patrem ratificari.*
3 *Consensus patris sufficit quòd interueniat in quacunque iudicij parte.*
4 *Consensus patris generalis in omnibus causis præsentibus & futuris sufficit.*

1 Filiusfa. † egit cōtra alium hypothecaria,
& assistentia, & adiudicatione super qua-
dam terra, probauit omnia requisita, prę-
terquā ꝙ non interuenit cōsensus patris
in iudicio. facta cōclusioue in causa pater consentit in
iudicio filio agenti, nec non ratificat omnia acta in
præteritum facta per dictum filiū sine eius consensu.
Quæritur vtrū dictū iudicium sit conualidū. Spe.
in tit. de actore. §. j. ver. sed nūquid filius. ponit casus,
in quibus filiusfa. potest esse in iudicio sine consensu
patris. Et ex dictis eius bene potest decidi hæc quęstio:
tamē ipsam non attingit in specie. Sed Bal. in l. cū nō
solū. §. necessitate. C. de bon. quæ liber. in verbo, pone
ꝙ pater. dicit, ꝙ nō ratificat iudiciū nulliter cœptū:
quia quod ab initio non valet &c. vt in l. quod ab ini-
2 tio. ff. de reg. iur. † Item quia iudiciū nun est factū no-
mine patris, sed filij: ideo nō potest per partē ratifica-
ri. l. si pupilli. §. si ego. ff. de neg. gest. Itē quia consensus
patris requiritur ad solennizandū iudiciū, & integrā-
dam personam filij, quæ non est integra persona in iu-
dicio. Et propterea consensus patris debuit interueni-
re in ipsa litis cōtestatione, & nō post. & ista fuit opi.
glo. in d. §. necessitate. & ipsam sequitur Pau. de Castr.
ibi. & dicit Bal. ibi, quòd opi. gl. est sequenda. Sed ad-
uerteudum est, quòd illa gl. refert opi. Ottonis, qui te-
nuit quòd sufficit, ꝙ consensus patris interueniat in
quacunque parte iudicij. Et opi. Ottonis secutus fuit
Iacu. de Are. Richardus Malum. Cy. Bart. & Ang. ibi,
3 † quia consensus patris quando filius agit vel conue-
nitur, requiritur, si tractatur de re vbi patri quæritur
vsusfructus: tunc aduersarius potest dicere in signum
repudiationis vsusfructus, volo ꝙ pater consentiat.
Sed vbi in illa re, quæ ventilatur in iudicio nō quæri-
tur patri vsusfructus, nō requiritur cōsensus patris in
iudicio. Et ideo si pater consentit in quacunq; parte
iudicij, satis constat de eius repudiatione: & ideo va-
let iudiciū: vt patet ex dictis Bar. in d. §. necessitate. &
hāc partē sequitur Sali. dicens, ꝙ ista opi. est verior de
iure. Sed de consuetudine approbatur opinio gl. hanc
partem tenuit etiam Guido de Suza: vt refert Io. And.
in addi. Spec. in loco præallegato, in versi. verūtamen.
Et idem voluit Innoc. in c. consuetudinē. de consuet.
& tenuit hoc Alex. de Imo. in j. vol. consi. cvj. incipien
te, quo ad præsens quæsitum. versi. & differentia est. Et
dicit idē Alex. in ij. vol. consi. lix. † quòd sufficit con- 4
sensus patris generalis in omnibus causis præsentibus
& futuris. Et idē dicit Bal. in consi. cliij. inci. casus co-
ram episcopo. circa fi. dicens, quòd sufficit consensus
patris generalis. in j. vol. Alb. de Rosa. in d. §. necessita-
tem. Bene attigit istam quæstionem. & refert Old. te-
nere indistinctè quod in quacunq; parte iudicij potest
consensus patris interuenire, & refert Inn. in d. c. con-
suetudinem. idem tenere. Sed postea refert Host. tene-
re cōtrarium. Et postea ponit multos casus in quibus
filius potest esse in iudicio sine consensu patris. Tan-
dem pari voto per iudices magnæ Curiæ Vicariæ &
per decem doctores Cōsiliarios, cùm quibus ego fui,
decisum fuit, quòd vbi de re, de qua litigatur, patri nō
quæritur vsusfructus, non requiritur consensus patris.
Et tūc si interuenit sufficit, ꝙ in quacūq; parte iudicij
interueniat. Sed vbi patri quæritur vsusfructus, sunt
opin. vt patet ex relatis per Albe. vbi suprà. Tamen
per sacrum Consilium cum voto magnæ Curiæ Vica-
riæ fuit votatum, quòd sufficit consensus patris in
quacunque parte iudicij.

DECISIO CLXXXI.

De fide priuatarum scripturarum, & literarum comparatione, & probatione illarum.

SVMMARIVM.

1 *Apocha priuata quomodo & quando fidem faciat. numero 6.*
2 *Probatio plena an possit resultare ex literarum comparatione.*
3 *Apocha negata an probet.*
4 *Scriptura ad quam fit comparatio quæ sit, & qualis. 6.*
Cautela pro mercatoribus in conficiēdis apochis priuatis.
5 *Scribendi forma quotidie mutatur ex multis accidentibus.*
7 *Comparatio sola non sufficit ad condemnandum.*
Apocha sine subscriptione testium per comparationem approbata semiplenè probat.
8 *Testes de præsentia deponentes in confectione apochæ plenè probant.*

IN quodam processu fuit † producta vna 1
apocha, quæ dicebatur scripta manu Ale-
xandri, per quàm confitebatur se recepis-
se certam pecuniæ quantitatem, & illa
apocha non habebat subscriptionem vel descriptio-
nem testium: altera pars negabat illam apocham
esse scriptam manu dicti Alexandri defuncti. dicit
reus, ego volo verificare per testes, quòd illa apocha
est scripta manu dicti Alexand. dato termino ad pro-
bandum super ista verificatione, examinat mul-
tos testes, qui dicunt, quòd ipsi non interfue-
runt, quando dictus Alexand. scripsit dictam apo-

cham. Sed habent notã eius manũ,& facta cõparatio-
ne cũ alijs scripturis dicti Alex. eis videtur, illa apo-
cha sit scripta per dictũ Alex. Fuit dubitatũ, an de di-
cta apocha debeat haberi de iure aliqua ratio. Dice-
bãt quidã domini, per dictã scripturam priuatã si-
ne testibus cũ depositionibus dictorũ testiũ deponen-
tiũ, vt s. de cõparatione literarũ, dicta apocha semi-
2 plenè probat: † sed tanta potest esse vis cõparationis,
 etiã plenè probaret: vt dicit Bart. in l. admonendi.
in vj. col. versi. circa primã. ff. de iureiur. & hoc refert
etiã Alex. in iiij. volu. consi. cxviij. & sequitur Ant. de
But. & do. Abb. Sic. in c. ij. de fid. instr. in iij. col. & seq.
Alij dicebant, illud dictũ Bart. potest procedere,
quãdo cõparatio scripturarũ fieret per iudicem, & in
præsentia expertorũ, tunc tanta potest esse cõparatio
scripturarũ, haberet locũ dictũ Bart. vel testes pos-
sent esse ita viri prudentes, quibus esset credendũ, &
cũ comparatione literarũ, vt probatur in §. si quis igi-
3 tur. in auth. de instr. cau. & fide. † Tertij dicebant,
dicta apocha negata nõ probat: per l. instrumenta. C.
de probatio. & l. inter chartulas. C. de cõuen. fisci de-
bito. lib. x. Nec est verũ illud dictum Bar. videlicet:
tanta potest esse cõparatio, plene probaret, vt dicit
Io. de Imo. in d. c. ij. de fide instr. in v. col. in fi. & seq. &
contra Bart. tenet Sali. in hoc in d. l. admonẽdi. & ita
pertransit Ias. in d. l. repeti. in iiij. & ij col. & seq. Ego
dicebã, quòd Ange. in auth. si quis. posita super l. scri-
ptura. C. qui po. in pig. hab. dicit ista verba formalia,
in gl. j. ibi: l. comparationes. hic articulus scholaribus
est difficilis. † Et ideò scias, quòd scriptura, ad quã fit
4 cõparatio, est illa scriptura principalis, quæ producitur
in iudicio ad debitũ consequẽdũ: & negatur scri-
ptura manu eius cuius asseritur, & si illa scriptura est
priuata, non potest peti vt per illam fiat comparatio
literarum, nisi habeat subscriptionem trium testium
vel probetur per tres testes, qui viderint illam scribi:
vt hic. Sint ergo cauti mercatores, vt nõ confidant in
simplicibus apochis in absconso factis, & à nullo sub-
scriptis: quia si producantur in iudicio, & debitores
negant eorũ manu scriptas, vel forsan debitores mor-
tui sunt, non poterit peti, vt per talem simplicem apo-
5 cham fiat comparatio literarũ: vt hic in fi. † Bene
poterit interrogari an manu sua scripta sit ex æquita-
te. l. vbicunq;. ff. de inter. acti. & s. de ingenu. & manu.
l. ad cognoscendas. poterit etiã compelli ad scriben-
dũ: tamẽ hæc nõ erit sufficiens comparatio, cũ quoti-
die forma scribendi mutetur ex multis accidentibus:
vt in auth. de fide instru. circa principium. Scriptura
autem, ex qua est illa, quæ producitur in iudicio, ad
hoc, vt fiat cõparatio ex illa scriptura, oportet, sem-
per sit indubitata, & ideo oportet, sit publica, aut
de archiuo publico sumpta, aut trino teste notata,
6 quorũ saltẽ duo eorũ subscriptionẽ attestentur: † aut
dictas subscriptiones eorũ manu factas esse per cõpa-
rationem probent: vt in l. cõparationes. vel illa scri-
ptura, ex qua petitur comparatio per aduersariũ, pro-
ducatur velut scriptura scripta manu eiusdẽ: vt in au-
then. ad hæc. de fide instru. Et subdebã, quãdo pe-
titur comparatio de simplici apocha sine testibus cũ
alia scriptura eiusdem, qui dicitur fecisse illam apo-
cham, quæ est simplex & sine testibus, talis compara-
tio non potest fieri: quia facilius, contrafit scriptura
vnius, quàm scriptura vbi sunt plures subscriptiones:
vt dicit Salyc. in d. l. cõparationes. in iiij. col. in princ.

† Et ideo famosus doctor Franc. de Are. in cõsi. lxiiij. 7
incipiente, diligenter & mature discussis. tenet, quòd
ista testificatio testiũ deponentiũ, quòd ipsi non fue-
runt præsentes quando fuit scripta dicta apocha, sed
habent illã pro scripta manu illius, quia habent notam
manũ illius, nõ probat, quia sola cõparatio non suffi-
cit ad condemnandum. & hoc tenet Bart. in auth. at si
cõtractus. C. de fide instru. dum dicit, quòd circa com
paratione de facili erratur &c. & in seq. col. vbi dicit,
quòd apocha sine subscriptione testiũ si approbetur
per cõparationẽ, nõ facit plenã, sed semiplenam pro-
bationẽ. Itẽ idẽ, si testibus tantũ approbetur: quia se-
miplenè probat. Sed si vtroq; modo testibus & com-
paratione, plenè probat. † Et intelligitur de approba- 8
tione testium, qui viderunt eum præscribere illã apo-
chã, vt declarat Bart. in l. nuda. in ij. col. ff. de dona. Et
ibidem tenet illud idẽ, quòd dixit in d. auth. at si con-
tractus. vt s. retuli. Et idẽ tenet Bar. in d. l. admonendi.
& Ant. de But. in d. c. ij. de fide instr. Sed Io. de Imo. in
d. c. ij. & Lud. in l. nuda. tenent, quòd quãdo testes[a] de- a
ponunt se fuisse præsentes, quãdo ille debitor scripsit
illam apochã, tunc plenè probant: quia tunc bene de-
ponũt. & sequitur Feli. in d. c. ij. ver. vij. limita. in quin-
ta col. bis sic discussis. Fuit totum Consilium in hoc
voto, quòd † illa scriptura priuata sine subscriptione 9
testium, & sine depositione testium, qui viderint illa
scribere. sed sunt testes qui dicunt, quòd ipsi habent
notam manum illius, & eis videtur, quòd sit eius ma-
nus: tamen non viderunt eum subscribere, quòd talis
apocha nullam fidem facit. & sic fuit iudicatum.

ADDITIO.

a *Quando testes.* Idem consuluit Alex. in consi. cl. in
vij. col. in v. vol. & consi. lxxx. incipiente, viso proces-
su. in iiij. vol. Iac. Butr. in d. auth. at si contractus. Bart.
in l. scripturas. qui potio. in pig. habean. Panor. in d. c.
ij. extra, de fid. instr. Et nimirũ, si testibus dicentibus se
habere notã scripturã illius, qui scripsit, nõ credatur:
quia dicit Bar. in d. auth. at si contractus. ij. col. versic.
oppono, dicitur hic. & doct. in d. c. ij. quòd testes pos-
sunt de facili decipi propter similitudinẽ literarum:
& quia potest quis literas alicuius de facili contrafa-
cere. & idem in particulari consuluit Stephan. Bertr.
in suo consilio cxl. incipiente, locatio, seu arrenda-
mentum. in ij. volum. Thomas Gramm.

DECISIO CLXXXII.

De stipulatione iudicatum solui contra fideiussorem, & de iure edendi non reseruato propter clausulam generalem.

SVMMARIVM.

1 *Iudicatum dici ex quo principalis nunquam fuit citatus an possit.*
Citatio non est necessaria, vbi notoriè competere nullam defensionem apparet.
2 *Condemnatio ex processu nullo sequi an possit ex debitoris confessione.*
Stipulatio iudicatum solui priusquàm committatur, quid requiratur.
3 *Stipulatio iudicatum solui contra fideiussorem quando committatur. 8.*

Sentent

Sententia sine substãtialibus nõ habet vim rei iudicatæ.
Citatio vbi non est, ibi nulla est sententia.
4 *Paria sunt non esse iudicatum, vel nulliter esse iudicatũ.*
Citatio inualida nullius est effectus, sicut nec litis cõtestatio.
5 *Exceptio carcerationis & spoliationis bonorum an impediat processum ad vlteriora.*
6 *Apocha per carceratum facta ex commissione iudicis, dicitur facta in figura iudicij.*
Carceratus pro læsæ maiestatis crimine ante condemnationem est integer homo, nec inculpandus ante sententiã.
7 *Carceratus an citari possit.*
Iudex sciens impedimentum an procedere possit.
8 *Carceratus cum spolio omnium bonorum æquiparatur deportato.*
9 *Confessio non contentatur habere vim sententiæ vbi requiritur mysterium iudicis in sententiando.*
10 *Exceptio cedendarum cui competat.*
Fideiussores in instrumento possunt renunciare beneficio cedendarum. 12.
11 *Clausula renunciatoria omni legum auxilio &c. an includat exceptionem cedendarum. nu. 14.*
13 *Cautela pro contrahentibus vel renunciantibus vt caueant à verborum generalitate.*
14 *Creditor in instrumento liberationis confideiussoris reseruans sibi ius contra alios fideiussores, an videatur reseruasse ius faciendi cessione in alijs fideiussoribus.*



Via Regia maiestas voluit mittere me pro certis negotiis tangentibus interesse suum in ciuitate Trani, fuit mihi iniunctum, vt in causa Iacobi de Rubeis cũ nobili Maczeo Arcella de sedili Capuanæ deberem relinquere votum meum in scriptis, visa discussione ipsius causæ cũ dominis de Consilio & Regiæ cameræ summariè fuit mihi visum, ꝙ totũ fundamentũ huius causæ
1 stat in hoc. † Vtrum committatur stipulatio de iudicato soluendo contra dictum Maczeum fideiussorem, si reus principalis nunquã fuit citatus ad instantiam Iacobi creditoris, nec lis fuit cõtestata inter debitorem & creditorem, & per consequens non potest dici iudicatum, ex quo principalis nunquam fuit citatus: & per consequens non potest dici cõdemnatus.

Dicebatur pro parte Iacobi, quòd citatio contra debitorem nõ erat necessaria, ex quo notorium erat sibi non competere defensionẽ, ex quo constabat de debito trium milium & vltrà ducatorũ, per scripturam debitoris, videlicet illustris Hieronymi de sancto Seuerino recognitam, vt dicit gl. in c. cùm olim. & ibi Abbas in vj. col. de re iud. & in c. ex insinuatione. in fi. de appel. cum concor. per Inno. Bart. in l. ij. §. quod de frumentaria. ff. de administ. re. ad ciui. pert.
2 † Item dicebatur, ꝙ non remansit per Iacobum, quin citaretur ipse debitor, qui erat carceratus pro crimine læsæ maiestatis. Sed noluerũt fiscales, ꝙ citaretur, præsumitur ex iusta causa factum, iuxta plene not. per Feli. in c. quæ in eccle. de constitu. Itẽ quia stante confessione dicti Hieronymi in dicto albarano recogni-
a to, potuit sequi condẽnatio contra eum sine citatione, ex quo clara decisio est, ꝙ ex processu nullo potest sequi condẽnatio ex confessione debitoris, secundùm Inno. in c. fi. de restit. spo. & ibi Abb. in c. at si clerici. de iudi. & Bal. in l. mercalem. C. de condi. ob turpem causam. Sed pro parte dicti Maczei fideiussoris dicebatur, regula est, quòd ad hoc, vt cõmittatur stipulatio iudicatum solui, requiritur, ꝙ lis sit contestata cum reo principali post præstitam satisdationẽ, aliâs contra eum absentem nõ posset ad diffinitiuam procedi: † & sic non committitur stipulatio iudicatum 3
solui contra fideiussorem, nisi lata sententia præmissa citatione contra principalem, & facta litis contestatione, & quòd sententia ipsa transiuerit in rem iudicatam. ita voluit Pau. de Cast. in l. cùm qua reicitur. ff. iudi. solui. per l. j. eod. tit. Vnde cùm in casu, de quo agitur, reus principalis nũquam fuit citatus, nec lis contestata cum eo, esto quòd per sententiam magnæ cameræ fuit condemnatus ad dictum debitum vigore suæ scripturæ recognitæ, talis sententia nõ habet vim rei iudicatæ: ex quo deficiunt substantialia, vt res iudicata dicatur: quia vbi non est citatio, quæ est de iure diuino & naturali, ibi nulla est sententia. nota. in l. vir bonus. ff. iudi. solui. not. in Clem. pastoralis. de re iudi.
† Nam paria sunt, non esse iudicatum, vel nulliter esse 4
iudicatum. l. iiij. §. condemnatum. ff. de re iudic. Faciũt multa similia allegata per And. de Iser. in c. j. §. præterea. & quæ ibi dixi, quæ sit prima causa. Sic etiam dicitur, quòd inualida litis contestatio, & inualida citatio nihil operatur. dixit Bal. in l. j. C. ex delictis defunctorum. Et sic patet, quòd non est commissa contra fideiussorem stipulatio de iudicato soluẽdo. Nec obstat primum motiuum: quia negatur, quòd sibi nõ competebat defensio: imò dicto domino Hieronymo carcerato competebat defensio: quia potuisset opponere, quòd ipse est in carceribus Castri noui, & non potest exire ad se defendendum: vt dicit Spec. in tit. de citatione. §. j. ver. item est, quòd detentus à magistratu. & sic postea processus factus esset nullus, si iudex sciuit impedimentum: vt dicunt Bart. & Pau. de Cast. in l. ij. § ij. ff. si quis cau. Io. de Imo. in l. is qui reus. vltima char. ff. de pub. iudi. per l. quæsitum. ff. de re iudic.
† Itẽ opposuisset, ꝙ erat notoriũ, quòd absq; citatione 5
& processu fuit de facto captus & spoliatus omnibus bonis & statu suo, & ideo potuit se defendere, & clarũ est, quòd illa exceptio impedit processum ad vlteriora: b vt dicit Anto. de Butr. in c. olim. el ij. de restitu. b
spolia. ita intelligendo c. frequens. el j. eod. tit. lib. vj. licet Abb. Sicu. in d. c. olim. non sequatur dictum Anto. in hoc tamen do. Anto. melius dicit, ex quo ratio inductiua dispositionis dicti capituli, frequens fuit calumnia opponentis, ergo vbi constat notoriè, quòd cessat calumnia, cessat dispositio dicti capituli. Et idẽ reperio tenere Specu. in titu. de citatione. §. j. versic. item quòd est spoliatus. & Ang. in recollectis. in l. si te bonis. C. de iure deliberan. Item potuisset opponere exceptionem particularis solutionis dictæ scripturæ, quæ probata est in processu formato contra fideiussorem. Item potuisset opponere, quòd dicta ratificatio scripturæ non est facta in iudicio, sed debitore
existente in dicto carcere: † licet si appareret de com- 6
missione iudicis, diceretur facta in figura iudicij: vt dicit Bal. in j. volu. consi. cxxviij. secus quando esset facta coram notario, nõ de commissione iudicis: vt not. glo. in l. iubemus. C. de libe. caus. & sic multa potuisset opponere si citatus fuisset. & propterea non obstat primum motiuum. Nec obstat secundum motiuũ, ꝙ fiscus non permisit, quòd citaretur dictus dominus Hieronymus, quia hoc non apparet legitimè ex processu. Nam carceratus pro crimine læsæ maiestatis, donec non est conuictus & condemnatus, est integer homo: quia donec non sequitur sententia præmisso ordine

ordine iuris naturæ, non potest dici, quod inculpatus de
crimine læsæ maiestatis sit reus dicti criminis, secun-
dum Ant. in c. j. quo tẽpore miles. in c. j. de fundo sine
culpa non amit. cũ cõcordantiis ibi per me allegatis
7 † & ideo poterat citari; sed ipse potuisset allegare im-
pedimentum carceris vt s. dictum est: & sic non po-
tuisset procedi ad condẽnationẽ, & si processum est,
non valet ipsa condẽnatio, vt s. dixi: cum etiam Papa
& Imperator inaudita parte dicunt se non posse con-
demnare, vt in l. fin. C. de lega. c. j. de cau. poss. & pro-
prie. & habetur in c. olim. & in c. cũ in causa. de re iud.
& not. Io. Andr. in add. Spec. in tit. de senten. prolat.
§. iusta. ver. est etiam. & per Lud. cõsi. cclxxix. & Old.
cõsi. xliij. Item si iudices sciebãt illum carceratũ, scie-
bant impedimentũ, & per cõsequens nõ poterãt pro-
cedere: vt in allegata. l. quæsitum. & procedentes ad
condemnationẽ, nihil valuit: & sic nõ potest dici cõ-
8 demnatus. Nec † obstat tertium motiuum: quia illa
recognitio & confessio principalis debitoris nõ po-
test præiudicare fideiussori iudicatum solui; quia illa
confessio fuit, quando dictus dominus Hieronymus
principalis fuit spoliatus omnibus bonis: quo casu
non potest esse in iudicio, vt dicit Bal. in l. ij. C. de iu-
ris. om. iudi. & licet Bal. loquatur in deportato, qui est
exulatus omnibus bonis: tamen dicta carceratio prin
cipis de facto cũ spolio omnium bonorum non esset
peccatum in spiritum sanctũ, si hoc æquiparetur de-
portato, licet non sit conuictus, nec condẽnatus. Item
per dictã confessionem in carcere factam per dictum
debitorem licet resultet notorium, quando facta esset
in iudicio, & sic haberet vim sententiæ: vt no. Bar. in l.
ictus fustiũ ff. de infamib. & in l. is qui bonis. de verb.
obligan. & in l. si decesserit. ff. qui satisd. cogan. tamen
quando requiritur ministerium iudicis in sententiã-
9 do, † non sufficit quòd confessio illa habeat vim sen-
tentiæ: vt dicit notanter Bal. in c. j. qualiter dominus
proprie priuetur. vbi dicit, quòd quando requiritur
ministerium iudicis in pronunciando, nunquam no-
torium habet vim sententiæ. Sed ad hoc vt commit-
tatur stipulatio iudicatũ solui, requiritur ministeriũ
iudicis, scilicet vt condemnet reũ principalem: vt in
l. fina. C. de vsuris rei iudica. ergo dicta confessio etiã
quòd ex ea resultet notorium, nõ potest facere com-
mittere stipulationẽ de iudicato soluendo, cum nõ sit
iudicatum. Et in casu isto non potest dici iudicatum:
quia nulliter ex defectu citationis; vt in Cle. pastora-
lis. de re iudic. cum similibus. & per ea quæ supradicta
sunt. Ex quibus cõcludo, quòd contra ipsum fideius-
sorem nõ est cõmissa stipulatio iudicatum solui. stan-
te ista conclusione dictus nobilis Maczeus de libero
voto meo debet absolui ab impetitione dicti Iacobi,
& nõ oportet venire ad discussionem aliorum dubio-
rum. Sed quia allegatur pro parte dicti fideiussoris,
quòd dictus Iacobus creditor liberauit magnificum
domi. Antonium Carrafam à fideiussione iudicatum
solui, quàm fecit insolidum cum dicto nobili Mac-
zeo Arcella. Et ideo prætendit se liberatum pro me-
dietate dictorum trium milium centum ducatorum
quando prædicta nõ militarẽt. Ideo primò formabo
10 dubium: deinde veniam ad eius resolutionẽ. † Cre-
ditor per instrumentum publicũ stipulatus est à duo-
bus fideiussoribus insolidum de iudicato soluendo cũ
pœna, & obligationibus, & renuntiationibus, & iura-
mento. deinde creditor liberauit à dicta obligatione
vnum ex dictis fideiussoribus insolidum obligatis. de-
mum creditor agit insolidum contra alium fideiusso-
rẽ: & in ipsa liberatione reseruauit sibi ius cõtra aliũ
confideiussorem insolidũ obligatum, secundũ theo-
ricam Bartol. in repetit. auth. hoc ita. C. de duob. reis.
Iste fideiussor dicit, obstat tibi exceptio cedendarum
actionum: quia si vellem tibi soluere totum debitum,
teneris mihi cedere actionem, & iura contra illum
confideiussorem insolidum obligatum, quam cessio-
nem facere nõ potest, quia eum liberasti: ideo quãdo
essem obligatus, nõ teneor nisi pro medietate. Quæ-
ritur quid iuris. Dicebant aduocati dicti Iacobi cre-
ditoris, quòd dicti fideiussores renuntiauerunt bene-
ficio cedendarum in dicto instrumento: vt j. dicetur.
& tali beneficio à principio in ipso instrumento ipsi
fideiussores potuerunt renuntiare, per gl. in l. nisi hoc
actum. ff. de pact. & gl. in l. si stipulatus. §. si ex duobus.
ff. de fideiuss. vbi dicit gl. quòd renuntiauit beneficio
cedendarum, quando intercessit, quod potuit & vo-
luit. Spec. in tit. de renun. & conclu. §. primo. vers. po-
stremò. † Quod autem dicti fideiussores renuntiaue- 11
runt etiam beneficio & exceptioni cedendarũ, vt pa-
tet per illa verba posita in instrumento, omni legum
auxilio & omni alio iuri, per quę verba includitur ex-
ceptio cedendarũ, vt illi videatur renuntiatũ à prin-
cipio, & in hoc allegauerũt multa similia, quæ breui-
tatis causa omitto. Aduocati verò Maczei dicebãt,
quòd Bar. in l. si stipulatus. §. si ex duobus. pręallegato,
dicit in sua distinctione, quod quando creditor liberauit
vnum ex fideiussoribus, si alius fideiussor non con-
sentit illi liberationi, nec fideiussor renuntiauit bene-
ficio cedendarum, & fideiussit simul in vno & eodem
contractu cũ aliis fideiussoribus nõ diuersis tempori-
bus, tũc creditori obstat exceptio cedendarũ: nec ali-
ter tenetur ipse fideiussor nisi sibi fiat cessio valida: vt
est tex. in l. cũ aliter. C. de fideiuss. & in l. vt fideiussor.
ff. eo. tit. & in l. Modestinus. & ibi Bar. & materia. ff. de
solu. hanc conclusionem approbant Ang. & Paul. de
Cast in d. §. si ex duobus. per tex. in l. Stichum. §. fi. ff. de
solu. Et ideo imputet sibi creditor, secundũ Pau. quare
ademit sibi potentiam cedendi: quia ille non fideius-
sisset, si sciuisset sibi non debere cedi actionem. † Et 12
quia dictus Iacobus in dicta liberatione facta domi-
no Antonio confideiussori insolidum non reseruauit
ius cedendi, meritò non censetur reseruata facultas
cedendi, fallit quando vnus fideiussor alteri successit.
de quo per Alex. in l. de die. §. si fideiussor. ff. qui satisd.
cogan. Nec obstant in contrariũ allegata de renun-
tiationibus generalibus factis in instrumento fideius-
sionis: quia sub illis verbis generalibus non includi-
tur, quòd sit renuntiatum per fideiussores exceptioni
cedendarum, dixit Bal. in l. si diuisa. C. locati. & tenuit
hoc Ludo. in consilio suo cccclxxij. incipiente, in eo
quòd quæritur. bene fateor, quòd in specie exceptioni
cedendarum potest renuntiari: vt s. dictum est: vel
quãdo renuntiatur beneficio de fideiussoribus, & be-
neficio nouarum constitutionũ de fideiussoribus, de
pluribus reis debẽdi: tunc ita renuntiãdo renuntiatur
beneficio cedendarum, tam in hypothecaria, quã in
personali, secundùm Bal. in l. ij. C. de fideiuss. & Vita-
lem, in pen. char. suarum clausularum, † nam ista ex- 13
ceptio cedendarum cõpetebat de iure antiquo confi-
deiussori insolidum obligato: vt in l. si fideiussores. §.
fi. ff. de fideiuss. & ideò renuntiando beneficio de fide-
iussorib

iussoribus, renunciauit beneficio cedendarũ. Sed melius considerando, idem videtur dicendum, quando renuntiauit omni legum auxilio, vt renũtiare videatur etiam beneficio cedendarũ, quod est de iure communi: vt patet in d. l. si fideiussores. §. fin. & propterea dicebat Bal. in l. pactum. C. de colla. in xvj. q. caueant contrahentes vel renuntiantes à verbis generalibus. ne effuso sermone in periculum incidant: vt in l. fi. C. de dotis promissi. faciunt multa quæ inducit Alex. de virtute generalium verborum, in v. vol. consi. lxviij. incipiente, visis & opportunè consideratis, & maximè quando interuenit iuramentum: vt consuluit Alexan. in eod. volu. consi. cxxxiij. incipiente, super quæsitis. Et ideo in hoc dubio propter renuntiationes appositas in instrumento fideiussionis, sum in voto, ꝙ dictus Maczeus fideiussor non potest se iuuare de exceptione cedendarum propter liberationem factam à creditore confideiussori cum protestatione de con-
14 sequendo totum ab alio fideiussore. † Dicebat dom. Anton. de Alex. Vice protonotarius, quòd ipse in recollectis suis quando legebat l. nisi prællegatam. dicebat, quòd ex quo creditor in instrumento liberationis confideiussoris, reseruauit sibi ius contra alios fideiussores, videtur in consequentiam reseruasse ius faciendi cessionem aliis fideiussoribus contra ipsum fideiussorem liberatum. argum. l. ij. ff. de iurisd. omniũ iudic. tamen reliquit hoc recogitandum. Sum igitur in voto, vt s. in primo dubio. Et hoc voto consignato domino Iulio de Scornatis locum tenenti Magnæ cameræ & aliis dominis de consilio accessi pro seruitio Regio: vt s. & postquam reuersus fui, reperi quod dictus Maczeus mediantibus aliquibus dominis de Consilio ductus fuit ad concordiam cum dicto Iacobo producatis quingentis.

ADDITIO.

a *Condemnatio.* Stante processu nullo, si est confessio, sequitur condemnatio. Adde ĩ. in decis. cclxxij.

b *Ad vlteriora.* Adde, exceptio spoliationis omniũ bonorũ impedit processum ad vlteriora. Idem tenet Ioan. And. in d. c. cùm olim. in fi. Ange. in l. si maritus quondam. C. de dona. inter vir. & vxo. Io. Petru. in l. si te bonis. C. de iur. delib. Inno. & Abb. in c. nouit. de appel. Et ideo dicit Io. Fa. in §. fi. Instit. de actio. quòd si quis est spoliatus propter guerram, æquum & pium est, vt conueniatur eatenus quatenus facere potest. quod etiam refert & sequitur ibi Iaso. Nec aduersus dictam exceptionem spoliationis, obstaret excipere de iuramento præstito per debitorem. ita In. And. in c. ij. de ord. cognit. Quia non haberet locum, quando spolium esset factum post iuramentum: vt in specie declarat Imo. in d. c. ij. & in propriis terminis Philip. Fran. in c. frequens & assidua. de resti. spolia. in sexto. & Socy. in suis fallen. in regula ccxxv. subdens, quòd periurium etiam euitatur per impotentiam soluendi, quæ excusat à periurio. c. breui. de iureiur. & sic omnes actiones actiuæ & passiuæ essent in fiscum spoliantem translatæ ipso iure: & spoliatus esset à suis creditoribus liberatus. text. est in l. ij. C. ad leg. Iul. de vi publ. per quem tex. dicit ibi Bal. esse notandũ, ꝙ banniti nostri téporis, quibus adimitur omnia bona, sunt ab eorũ creditoribus liberati. tex. est in l. si debitor. & in l. si ademptis. C. de sent. pass. & in l. si marito publico. ff. solut. matr. & in l. j. ff. de duob. reis. & in dictis iuribus glos. Bart. & Doct. Thom. Gram.

DECISIO CLXXXIII.

De tutoribus, & matre præferenda auo paterno in tutela filiorum.

SVMMARIVM.

1 *Mater in tutela an veniat præferenda auo paterno, nume. 5. 6.*

2 *Filiusfamiliàs non potest dare tutorem filia in potestate aui.*

Emancipatus quando præsumatur quis non probata emancipatione.

3 *Emancipatio r. quirit scripturam.*

4 *Filiusfamiliàs de bonis castrẽsibus põt testamẽtũ facere.*

QVis debeat † præferri in tutela Faustinæ, 1
an mater videlicet do. Trusiana de Borsis de Neapoli vxor Annibalis de Furgiano de Suexa filij Gasparis de Furgiano, vel ipse Gaspar auus dictæ Faustinæ. Et præsupponitur. ꝙ dictus Annibal fecit testamentũ, in quo instituit hæredem dictã Faustinã eius filiam: & ei dedit tutricẽ, scilicet personæ & bonorũ dictã Trusianã eius vxorem & matrem dictæ pupillæ. Prima facie vnusquisque diceret, ꝙ dictus auus paternus debet præferri in dicta tutela, vt in auth. matri & auiæ. C. quãdo mul. offi. tu. fungi pos. & in l. nam ciuiũ. cum côcor. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. tum quia ipse habet dictã Faustinã eius neptem ex filio in potestate: † tum quia filius- 2
familiàs in potestate patris nõ potest facere testamentum, nec dare tutorẽ filiæ in potestate aui. Inst. quibus non est permis. facere testa. §. j. & l. qui in potestate. cũ simil. Tamen his non obstantibus fuit decreta tutela dictæ Trusianæ matri, ex rationibus ĩ. scriptis. Et primò, quia fuit allegatũ, ꝙ dictus Annibal fuit emãcipatus à patre: & probatum fuit, ꝙ per x. aut xx. ann. vixit seorsum à patre, vt filius emancipatus: licet non sit probata aliter emancipatio, præsumitur emãcipatus, secundũ Albe. de Ros. & Bal. in l. post mortem. ff. de adopt. & not. gl. & Bar. in l. ij. C. si aduer. rem iudi. & not. Bal. in l. j. C. de pat. pote. dum se remittit ad dicta per eũ in d. l. post mortem. no Moder. in l. sciendũ. ff. de verb. obl. † Nec obstat, ꝙ in emãcipatione de- 3
bet interuenire scriptura, secundũ Cyn. & Bal. in l. de emancipatione. C. de fid. instru. quia satis dicitur præsumpta scriptura in emancipatione interuenisse, vbi scriptura allegatur. & probatur quasi possessio emãcipationis, per xx. ann. tũc præsumitur emancipatio: vt s. allegatũ est: & sic ista neptis nõ est in potestate aui, sed patris: & pater potuit facere testamentum, & dedisse tutricem matrem suæ filiæ. Secunda ratio est, quia dictus Gaspar dedit pro alimẽtis dicti filij & nurus irreuocabiliter inter viuos dicto Annibali & eius hæredibus quoddam feudũ de la Roccha montis Draconis, & medietatem feudi de Saluatico, & tradidit: & ipse Annibal per se & alios eius nomine tenuit & possedit vsque ad tempus mortis suæ: † quæ feuda sunt 4
bona castrensia: vt dicit Bal. in l. cùm multa. C. de bonis quæ lib. & in bonis castrensibus filiusfamiliàs potest facere testamẽtũ etiã ꝙ esset in potestate patris ex quo in istis bonis reputatur vt paterfamiliàs: vt in l. Macedoniani. C. ad Maced. & l. pen. & fi. C. qui test. face. pos. & not. in l. fi. C. de inof. test. intelligendo tamen secundum disp. cap. prim. de succes. feudi. scilicet quando disponit in immediatũ successorem. Tertia ratio est, quòd dicta tutela dictæ pupillæ non debet

dari dicto auo paterno, sed matri: quia dictus auus ha-
bet filium masculum secundo genitum qui per mor-
tem huius pupillæ succederet in omnibus dictis feu-
dis, & probatur, quod dictus auus odio habebat dictũ
patrem huius pupillæ, etiam vt cesset omnis suspicio,
5 † fuit visum dictis dominis, ꝙ tutelam ipsius pupillæ
mater, quæ est mulier honestissima & prudens admi-
nistret, per tex. in l. j. ff. vbi pupil. educari debeat. vbi
dicit, Solet prætor frequentissimè adiri, vt constituat
vbi filius vel alatur, vel moretur, non tantùm in post-
humis, verum omnino in pueris. Et solet ex persona,
& ex conditione, & ex tempore statuere, vbi potius
alendus sit, & nonnunquam à voluntate patris rece-
dit prætor. Denique cum quidam testamento suo ca-
uisset, vt filius apud substitutum educaretur, Impera-
tor Seuerus rescripsit, prætorẽ existimare debere præ-
sentibus cæteris propinquis liberorum. Id enim age-
re prætorem oportet, vt sine vlla maligna suspicione
alatur partus & educetur. dicit glo. in verbo, suspicio-
ne, quia fortè eum occideret propter substantiam. ac-
cedat ad hoc tex. in l. pen. eod. tit. vbi dicitur causa co-
gnita debet id prætor statuere, vt etiã euitetur suspi-
tio pudicitiæ. & alius tex. in l. j. C. vbi pupill. educ. de-
beat. dicit educatio liberorum nulli magis quàm ma-
tri committenda est. & alius tex. in l. ij. eod. tit. dicit,
quòd ille præferendus est, qui non est successionem
6 pupilli speratutus propter suspicionem. † Quarta
ratio est: quia prouisum est per capitulũ Regni, quòd
incipit, feudatarius &c. quòd mater præferatur aliis
coniunctis, quando mater est honesta & sobria
in ipsa tutela, quando feudatarius mortuus est ab in-
testato. Quintò & vltimo ad dictam decisionem
faciendam multum mouit authoritas Andr. de Iser. in
constitu. mino. in fi. vbi dicit, quòd si baiulus datus est
pupillo per testatorem, qui nõ habet ipsum in pote-
state, & ille baiulus vult administrare: pater qui habet
pupillum in potestate contradicit, quia vult ipse ad-
ministrare, concludit, ꝙ baiulus datus per testatorem
præfertur. Et quia magna curia Vicariæ sic pronun-
tiauit, & pro parte Gasparis fuit appellatum ad sacrũ
Consilium; auditis istis rationibus fuit decretum,
quòd benè fuit decisum per magnam curiam Vicariæ
quòd dicta mater præferatur in tutela dictæ filiæ
præfato auo paterno.

DECISIO CLXXXIIII.

De re aliena reposita in domo conducta ad tempus volente domino non obligata pro pensione tacite.

SVMMARIVM.

5 Executio pro pensione an possit fieri in bonis alienis in domo conducta repertis: & quid sit super hoc distinguẽdũ. n. 4.
2 Illata vt tollantur ante finitam locationem, non habentur pro inuectis.
3 Bona aliena inducta in domo, vt tacitè obligata habeantur, tria requiruntur.
4 Lecti locati an sint tacitè obligati pro pensione domus, & quid de veste penes sartorem.


Obilis quidam locauit domum pro cer-
ta mercede per annum. iste inquilinus pa-
titur, ꝙ in hac domo locata quidam ami-
cus suus ponat aliqua mobilia, cuius custo-
diam ipse inquilinus recepit: deinde ille suus amicus
recessit alibi, eo existẽte absente, ille nobilis aduenie-
te mense Augusti in quo tempore debet fieri solutio
pensionis secundùm consuetudinem Neapolitan. va-
dit cum Alguezиriis in domum prædictam locatã, &
pro pensione facit executionem super illis bonis re-
positis per dictũ amicum Inquilini: quia alia bona nõ
erãt in dicta domo, vt de eis posset pro pensione fieri
executio. † Dubitatur an super istis bonis inuectis 1
& illatis in domo conducta, quæ constat esse aliena,
potuit fieri executio pro pensione: vel veniat retra-
ctanda. Fuit dictum, quòd istam quæstionem posuit
Cyn. Bald. & Sal. in l. certi iuris. C. locati. vbi distin-
guunt, quòd aut res aliena est inuecta & illata domi-
no rei sciente & patiente, & tunc erit tacitè obligata
pro pensione: aut eo ignorante, & tunc non erit obli-
gata l. aliena ff. de pigno. actio. Sed aduertendum est,
quòd illud quod dicitur ꝙ si res aliena inducta est in
domo conducta de voluntate domini, ipsius rei, quòd
est tacitè obligata pro pensione, procedit, si res illa
perpetuò, id est, durante locatione erat mansura in
domo. † Secus si ad certum tempus ibi reposuit, tunc 2
non est tacitè obligata pro pensione, nisi aliter appa-
reat de consensu domini ipsius rei illatæ, quod voluit
rem illam obligari pro pensione: vt dicunt doct. in l. si
sine. C. ad Velleian. Debet ergo fieri articulus pro par
te domini domus, quòd dominus rei illatæ imposuit
in domo cõducta res illas, vt toto tẽpore conductio-
nis ibi starent. aliàs illata, vt tollantur ante finitam lo
cationem, tunc non habentur pro inuectis & illatis.
arg. l. j. C. de verb. sig. secundum Saly. in d. l. certi iuris.
post Bal. ibi & pro hoc videtur tex. in l. prædiis. §. vi-
dendum. ff. in quibus cau. pig. taci. contrahi. vbi dicit
tex. videndũ est, ne non omnia illata & inducta, sed ea
sola quæ, vt ibi sint illata, scilicet perpetuò. dicit glo.
non temporis causa &c. Et pro hoc gl. in d. §. videndũ.
allegat l. debitor. ff. de pigno. ibi, eos duntaxat, qui hoc
animo induci possent, vt ibi perpetuò, scilicet quan-
diu essent ibi, non temporis causa accommodaren-
tur &c. † & pro hoc tex. in l. si non inducta. C. in quib. 3
cau. pig. taci. contra. vbi dicit glo. quòd tria requirun-
tur. vt bona aliena inducta in domum sint tacitè obli
gata. Primò, vt res sit inducta. Secundò, vt do-
mino rei sciente & patiente. Tertiò, ꝙ sit inducta,
vt perpetuò sit ibi, id est, durante locatione, & si ali-
quid de tribus prædictis deficiat, res illa nõ est tacitè
obligata, vt declarat Pau. de Cast. in l. item quia. ff. de
pac. procedit ergo opinio gl. d. l. certi iuris. quæ dicit,
ꝙ sola patientia domini permittentis, ꝙ res sua intro-
ducatur in domum conductam per alium, facit quòd
res illa est obligata, procedit, quãdo interuenit fraus,
vel apparebat de eius consensu, ꝙ voluit rem suã esse
obligatam, vel fuit inducta, vt sit in domo, donec du-
rat locatio. † Fuit ergo votatum, ꝙ res aliena re- 4
posita de voluntate domini in domo cõducta ad tem-
pus non est obligata tacitè pro pensione domus, & sic
fuit retractata illa executio. Sed ista causa cecidit
aliud dubium: quia Vincentius Malfitanus inquilinus
dictæ domus locauit duos lectos quos induxit in do-
mo locata. Vtrum isti lecti locati sint tacitè obligati
pro pensione domus. dicit Io. Fa. Instit. de actio. §. item
Seruia. quòd non: quia si conductor rem alienam ex-
pressè obligare non potest inuito domino, multoma-
gis nec tacitè. C. si res aliena pign. data sit l. ij. tunc
enim

enim res aliena tacitè est obligata pro pensione domus. quæ est illata ibidem, quando interueniet fraus ex parte domini ipsius rei, fortè quia commodauit rem inquilino ad finem, vt appareret ditior, & locator allliceretur ad locandum & c. secundum Io. Fab. dicens idem esse si dedi sartori vestem, vt arctaret, non est tacitè obligata pro pensione: quia non fuit tradita vestis animo, vt durante locatione ibi esset. & ibi etiam per Aretinum.

DECISIO CLXXXV.

De causis non compromittendis inter consanguineos post litẽ contestatã.

SVMMARIVM.

1 *Contumacia an repellat consanguineum petentem beneficium compromittendi inter consanguineos, secundum constitutionem Neapo. lite contestata & termino dato.*

2 *Facultas eligendi iudicem durat vsque ad litis contestationem.*

Facultas petendi, vt in arbitros compromittatur, durat ad litis vsque contestationem.

Dictat Regia pragmatica Regis Ferdinandi primi, quòd debeat causa compromitti inter consanguineos vna parte petente.

Consanguineus dedit supplicationem suam in Consilio, petendo actione reali & personali aliquid à suo consanguineo: committitur causa: commissarius eum citat in termino dato, citatus est contumax, & in contumaciam iudex dedit terminum ad comprobandũ & defendendũ: intimato termino ille citatus petit, ꝙ causa compromittatur iuxta formam pragmaticæ: replicat altera pars, ꝙ non debet cõpromitti: quia datus fuit terminus ad probandũ in con-
1 tumacia. †Fuit determinatum in Cõsilio, ꝙ postquam est lis cõtestata, vel datus terminus ad probandum, non potest peti, ꝙ causa compromittatur: quia ista allegatio, quòd causa cõpromittatur inter consanguineos vigore dictæ pragmaticæ, est exceptio declinatoria: vt dicit Bald. in auth. habita. C. ne filius
2 pro patre. in §. verum. ver. iiij quæritur. † vbi dicit, ꝙ quando quis habet electionẽ eligendi iudicẽ, ista potestas durat vsque ad litis contestationẽ: vt C. de exception. l. fin. Sic ista facultas petendi, vt in arbitros compromittatur, non durat vsque ad litis contestationem. Et ita in propriis terminis determinauit Lanfran. in suo tractatu de arbitris. in vlti. q. & dicit ista cõsuluisse famosum doctorẽ d. Iac. de Zochiis de Ferra. qui optimè scripsit super iiij. lib. Decr. & sic postea pluries fuit determinatũ in Cõsilio in diuersis causis.

DECISIO CLXXXVI.

De reuocandis decretis, quò ad pœnam pro tertiis possessoribus.

SVMMARIVM.

1 *Creditor secundus præfertur primo quo ad pœnam.*

2 *Vsuræ præferunt secundum creditorem primo.*

Quidam tertij possessores fuerunt conuenti assistentia, & appretio, & adiudicatione super quibusdam bonis hypothecatis per prius pro debito principali, pœna damni & interesse: qui quidem tertij possessores habuerunt causam onerosam à debitore, qui per prius obligauerat ipsa bona: dicto agenti fuit præstita assistentia per magnã curiã Vicariæ pro debito principali & pœna.

Dicti tertij possessores appellauerunt dicentes, ꝙ pro pœna ipsi vt secundi creditores præferuntur primis, & ideò debet quò ad pœnam retractari dictum decretum magnæ curiæ Vicariæ. †Fuit decisum in 1
Cõsilio, ꝙ reuocetur dictum decretũ quò ad pœnam: per id quod voluit Spec. in titu. de oblig. & so. §. ante omnia igitur. ver. Illud etiã quæritur. vbi dicit, quòd quò ad pœnam secundus creditor præferatur primo, per l. Lucius. ff. qui pot. in pign. habe. †quæ dicit, quòd 2
in vsuris secundus creditor præfertur primo. Idem dicit Spec. in tit. de teste. §. nunc tractemus. & Ioannes And. in cap. si propter. de rescrip. libro vj. Saluo iure agendi dictis possessoribus condemnatis pro debito principali pro euictione contra suos autores.

DECISIO CLXXXVII.

De iure offerendi post sententiam.

SVMMARIVM.

1 *Ius offerendi debitum, & petendi cessionem an possit peti post decretum & sententiam.*

2 *Appellatio substinet ius offerendi post sententiam.*

Creditor secundus habet ius offerendi primo, item debitor & quilibet possessor.

3 *Agens remedio l. vetustissimam. C. de iu. do. impetran. an gaudeat iure offerendi.*

Dominium non transfertur nisi re appretiata.

4 *Ius offerendi ante litem contestatam locum habet.*

5 *Mora potest purgari vsque ad sententiã quò ad pœnã.*

Facta relatione in Consilio per iudicem magnæ curiæ Vicariæ de causa Nardi Andreæ Frõdæ ortum fuit dubiũ. †Verum 1
lato decreto per magnã curiam assistentiam petitam & c. præstandam esse super bonis stabilibus, & ipsa præstita appretianda esse, & ipsis appretiatis adiudicanda & c. posuit reus offerre debitum, & petere cessionẽ. Videbatur, ꝙ habet locum ius offerendi post dictum decretum & sententiam, per id ꝙ dicit Bart. in l. si quis stipulatus fuerit x. in melle. ff. de so. vbi si quis sit condẽnatus ad decem in tali fundo, & sic decem sunt in obligatione, & aliud est in executione, id est, super fundo, habet locũ ius offerendi post sententiam, donec non sit lis contestata super executione illius sententiæ. hoc etiam firmat Bar. in l. stipulationes non diuiduntur. in vlti. char. ver. non o restat videre. de ver. oblig. Et propterea dicebat Bald. in l. per hanc. C. de tempor. ap. † ꝙ ius offerendi non est 2
extinctũ etiam post sententiam, si fuit appellatum ab illis quibus cõpetit: vt est possidens, qui conuenitur hypothecaria: vt in l. mulier. ff. qui. mo. pig. vel hy pot. sol. Item secũdus creditor habet ius offerendi primo: vt in l. j. & ij. C. si antiquior creditor. Item debitor & quilibet possessor. de quo per Are. in §. si quis in fraudem. in iij. char. Inst. de actio. Illa fuit originalis theorica Spec. in tit. de oblig. & sol. §. j. versi. quid l. mihi. vbi dicit, ꝙ ius offerendi, habet locũ post sentẽtiam, vsque quo suscipiat iudiciũ in actione iudicati, per l. item venijt. §. idẽ rectè. ff. de pet. hære. Alij domini dicebant, ꝙ supradictæ doctrinæ loquuntur, quando actũ est hypothecaria. Sed casus noster est, quãdo actũ est non solũ hypothecaria, sed etiã remedio l. vetustissimã. C. de iure domi. impetrãdo. †quo casu dicit Ang. 3
ibi, ꝙ si in ordine iudiciario facta est adiudicatio, nõ habet locũ ius offerendi. & firmat Bal. in l. properan-

dum.§ sin autem reus.C.de iudiciis. Per omnes do-
minos fuit ita cõclusum, ꝙ quãdo latũ est decretum,
asistentia est præstanda & appretiũ fiendũ, & appre-
tio facto sit adiudicata res illa ad disponendum &c.
donec non est factũ appretiũ, non est translatũ domi-
nium, habet locũ ius offerẽdi: sed si appretium est fa-
ctum, cessat ius offerendi: quia tunc translatũ est do-
miniũ: & propterea cessat ius offerendi, per doctrinã
Ang. præallegatã. interdũ lata est sentẽtia siue decre-
tum iuxta dictam formã, & petiit executio dicti de-
creti & sententiæ, & super hoc datur libellus, & lis
4 cõtestatur: † & tunc ante litẽ contestatã habet locum
ius offerendi: sed post litẽ contestatã nõ habet locum,
vt firmat Bar. in d. l. si stipulatus quis fuerit x. in mel-
le. cũ si. supra allegatis. Et hoc verũ, vt post litem con-
testatam super actione iudicati non habeat locum ius
offerendi, nisi per viam purgationis moræ: quæ mora
potest purgari vsque ad sententiã, per no. per Bal. in l.
& si post tres. v. col. ff. si quis cautio. per legẽ, si maior.
& legem. siue apud acta. C. de transact. Nec obstat
lex si insulã ff. de verb. ob. vbi post litem contestatam
non purgatur mora: quia verum est, quò ad pœnam,
secus quo ad alios effectus, secundùm Bald. & Paul. de
Cast. in d. l. si maior annis. & Bart. & alios in d. l. si in-
5 sulam. † vbi admittitur purgatio moræ vsque ad sen-
tentiã exclusiuè quò ad alios effectus: licet Cy. in d. l.
siue apud acta, dicat, ꝙ sit purgatio moræ vsque ad pri-
mum actũ, qui postea fit. Sed quia in dicta causa obla-
tio verbalis facta post dictum decretum non fuit ef-
fectualis, fuit dictum decretum executum per dictam
magnam curiam.

DECISIO CLXXXVIII.

De fructibus medio tempore cadentibus inter appretium factum & appellationem.

SVMMARIVM.

1 *Fructus existẽtes lite pendente in bonis an spectẽt ad ter-*
tios possessores qui appretio appellauerint, an ad actorem
cui fuerunt adiudicata & appretiata bona. 3. 6.
2 *Fructus rei vẽditæ post vẽditi. nẽ spectãt ad emptorem.*
3 *Fructus pendentes tempore sententiæ sunt pars fundi.*
4 *Appellare licet à sententia expertorum.*
5 *Appellatio suspendit pronunciatum, quatenus respicit*
futurum, sed præsens extinguit.
Ablatiui absoluti inducunt conditionem.
Fructus recepti per actorem ante completam æstima-
tionem pro rata extinguunt sortem principalem.
6 *Appellatio debet esse præsidium innocentiæ.*
7 *Fructus sequestrantur, si dubium est de dilapidatione.*
Fructuum adiudicatio ex sententia prebitum pendet.

1 SI conuenitur † tertius possessor hypothe-
caria, asistentia, & appretio, & adiudica-
tione, & seruatis seruandis profertur sen-
tentia siue decretũ asistentiam esse præ-
standã, qua præstita dicta bona esse appretianda, qui-
bus appretiatis adiudicanda esse, prout præsenti de-
creto adiudicantur ad faciendũ & disponendum &c.
& hoc decretũ transiuit in rem iudicatã, petitur pro
parte actoris, ꝙ cõmittatur dictum appretiatũ tabu-
larijs ciuitatis Neapoli. & facta cõmisione dicti de-
putati appretiauerunt dicta bona, & fecerũt relatio-
nem in scriptis quantùm valent dicta bona. Illi tertij
possessores ab ista relatione tabulariorũ sentientes se
grauari, quia minus appretiauerunt, intra legitima
tempora appellauerunt, & reuisio dicti apptetij com-
missa est alijs commissarijs. Dubitatur modò, quid
de fructibus ipsorum bonorum existentibus in dictis
bonis lite pendente, an spectent ad ipsos tertios pos-
sessores. An verò ad dictũ actorem cui fuerunt dicta
bona adiudicata, & demum appretiata, licet à dicto
appretio fuit appellatum. † Dicebatur pro parte 2
actoris, ꝙ fructus dictorum bonorum post adiudica-
tionem iudicis spectant ad eum: quia per dictam sen-
tentiam & decretũ, dominium fuit in eum trãslatum:
vt in l. iij. C. de iure do. impe. & l. ordo. C. de execu. rei
iudic. sic etiam dicimus, ꝙ facta vẽditione fructus rei
venditæ post venditionẽ spectant ad emptorẽ: vt in l.
fructus. & ibi Bal. C. de actio. emptio. no. in l. fin. §. fi. &
ibi cõcor. ff. de iure fisci. Sic etiam dicimus, ꝙ fructus
post litem contestatam ex re quæ petitur in iudicio, si
fertur sententia pro actore, spectant ad eum: vt in l. si
fundus. §. in venditione. ver. interdum. ff. de pign. facit
tex. in l. fi. §. fructus. ff. de his quæ in frau. credi. vbi qui
possedit fundum plenum fructibus fundum possidet,
licet plus valeat fundus propter fructus pendentes.
Dicebat, † conuentus tertius possessor, decretũ di- 3
cit, ꝙ primo dicta bona, super quibus est præstita as-
sistentia, debeant appretiari, quibus appretiatis adiu-
dicamus &c. & sic antequã sit factum appretium, non
est translatũ dominium in agentem: vt dicit Bar. in l.
Iulian. in vij. col. ff. de condi. inde. & in l. Pompon. §.
si iussu. ff. de acqui. pos. & in l. exceptio. ff. de excep. rei
iudic. & in l. sunt & aliæ. §. ait prætor. ff. de publi. & in
l. ordo. C. de execu. rei iud. iuncta d. l. iij C. de iure do.
impetran. quia isti fructus extantes tempore sentẽtiæ
siue decreti sunt pars fundi: vt in l. fructus pendentes.
ff. de rei vendi. & in l. in l. Falcidia placuit. ff. ad leg.
Falci. & sicut de fundo non est trãslatum dominium,
ita de fructibus pendẽtibus. Replicabat actor, imò
factum est appretium, & sic translatum dominium.
† Respondet conuentus, quòd licet sit factum ap- 4
pretium, à dicto appretio fuit appellatũ, quod licuit:
quia à sententia expertorum licet appellare: vt dicũt
Bart. Bal. & Ang. in l. arbitro. ff. q. de satisd. cogã. & Io.
de Imo. in l. fi. qui & à quibus. quæ appellatio suspen-
dit illam relationẽ tabulariorũ. l. j. in fin. ff. ad Turpil.
vnde sicut operatur pendentia inter decretum & ap-
pretium faciendum, quæ pendentia facit, vt non sit
translatũ dominiũ, nisi secuto appretio: ita operatur
pendentia appellationis à relatione tabulariorum, se-
cundùm Ioan. de Imol. in l. qui à latronibus §. si quis
incapax. per illum tex. iuncta l. si quis post. ff. de testa.
& per consequens fructus sunt ipsorum possessorum,
donec non est cõpletum appretium. Et per hoc facit
illud dictum Bal. in l. tale pactũ. §. qui prouocauit. ff.
de pact. † vbi dicit, ꝙ appellatio, suspendit pronun- 5
ciatũ, quatenus respicit futurũ. Sed quatenus respicit
præsens, extinguit. Secundo dicebant isti cõuenti:
decretum transfert dominium in creditorẽ sub con-
ditione, videlicet bonis appretiatis, & sic sunt abla-
tiui absoluti, qui inducunt cõditionem: vt in l. à testa-
tore. ff. de condi. & demon. & sic non facto appretio
dominium ipsorum bonorũ remanet penes conuen-
tum tertium possessorem, & sic fructus ipsorum bo-
norũ sunt ipsius rei. Et si fructus recipiantur per acto-
rem ante completum appretium, illi fructus pro rata
exting

extinguunt sortem principalem, iuxta nota. in l. à
6 diuo Pio. §. si pignora. ff. de re iudi. † Per totum sacrum Consiliũ fuit votatum, quòd si in causa appellationis à relatione tabulariorũ reuisores ipsius appretij augent æstimationẽ, vel illam confirment, fructus pendentes à tempore primi appretij erũt ipsius actoris vt dicũt Io. And. & Abb. Sicu. in c. fi. de seque. pos. & fru. quia appellatio conuentorum à dicto appretio non debet esse vinculũ iniquitatis, sed præsidiũ innocentiæ: vt in c. cum speciali. §. porro. & c. consuluit. el ij. de appel. Secus si illi reuisores pronuntiauerunt in eorum relatione, quòd malè æstimauerũt dicta bona: quia sunt maioris æstimationis: tunc ipsi côuenti possessores faciunt fructus suos: quia iustè appellauerint: & appellatio illa iustè suspendit illam relationẽ Tabulariorum: vt in c. pastora. §. verum. de appel. & cap.
7 venientes. de iureiur. † Et interim dicti fructus possunt sequestrari, si est dubium de dilapidatione: vt dicitur in d. c. fi. de seq. pos. & fruct. Tamen dicti fructus non fuerunt sequestrari, quia actor & conuenti erant personæ diuites, & nõ erat timor dilapidationis, pendet ergo acquisitio fructuum ex relatione dictorum reuisorum: vt suprà dictum est.

DECISIO CLXXXIX.

De declaratione producentis testes, si velit vti depositionibus eorum.

SVMMARIVM.

1 *Declaratio super depositionibus testium per vnam ex partibus productorũ, qualiter fienda in vsu eorum. §. 4.*
Aduocati cauti quam protestationem faciant super testibus producenaus.
2 *Cautela circa instrumentorum & testium productionem, & qualiter ad illam se debeat habere iudex.*
3 *Instrumẽto vel testibus vtens cum protestatione, quando pœnam falsi non contrahat.*
Responsio super obscuris anceps, an sufficiat.
4 *Testem falsum producens, vel eo vtens perdit causam.*

Acta publicatione in causa fuit petitũ ab vna partium, quæ litigabat, quòd altera pars
a debeat declarare, [a] si vult vti depositionibus testiũ nominatim expressorum ille respondet, quòd vult vti dictis testibus, si apparebit eos veritatẽ dixisse. Replicatur, quòd debeat præcisè sine dicta qualitate respõdere, an velit vti dictis testibus: ita vel
1 non. † Quæritur, quid iuris. Dicebat Bal. in l. si aduersarius. C. de fi. instru. in fi. quòd cauti aduocati semper solent facere tales protestationes, quòd non intẽdunt vti depositionibus testiũ nisi inquantũ verum dicũt. Et ideo dicebat Specu. in tit. de instru. edi. §. vj. qui incipit, videndũ restat qualiter. ver. quod si vel si &c. quòd si producatur instrumentum in iudicio, quòd altera pars habet eum suspectũ de falso, producẽs poterit dicere, quòd si reperietur falsum, non vult eo vti, nec haberi pro producto ac si vsus nõ fuisset, nec aduersarius potest partem cõpellere, vt sine dicta protestatione respondeat. arg. l. si quidẽ. C. de except. & l. de pupillo. §. si quis ipsi. ff. de ope. not. nun. & dicit Cy. in l. si falsos.
2 quòd talis protestatio prodest. C. de falsis. † Sed contrarium tenuit Bart. in l. diuus. la ij. ff. ad l. Corne. de falsis dicens, quòd quando iudex videt talem protestationem, debet dare terminum ei ad deliberandum, an velit vti dicto instrumẽto: & quod dicit de instrumento, idem dicit de attestationibus. Et cũ Bar. transit Lapus alle. cxix. incipien. quarto pone procurator. & Bart. Veronensis in suis cautelis, chat. ix. vbi alleg. pro opin. Bart. vnum consilium Bal. & etiam Alex. in apostil. in d. l. diuus. Ego autẽ ostendi vnum notabile consilium Rapha. Fulg. clxxvij. incip. publicato processu &c. vbi post allegationes pro & contrà, dici, videtur posse dici horũ doctorum non esse notas contrarias. † Nam no. Bar. & Cy. procedunt, cũ aduer- 3
sarius producens instrumenta vel testes, vlterius post huiusmodi attestationem non instat apud iudicẽ, vt clarius & certius respõdeat. Quinimò loquitur quãdo nec vlla per iudicem vel producẽtis aduersarium interrogatio facta præcesserat: tunc namque verũ est, quòd vtens instrumentis vel testibus cum huiusmodi præmissa protestatione in pœnam falsi nõ incidit, & hoc aiunt dicti doctores, vbi suprà. Cæterum si interrogatio facta sit producenti instrumenta vel testes post publicationẽ, an eis vti velit, nécne, eò quòd aduersarius eos vel ea falsi suspectos vel suspecta habet, non arbitror secundum Bart. eam responsionem sufficere tanquã incertam & obscurã, & interrogantem rursus in incerto relinquentẽ. arg. l. de ætate. §. nihil. ff. de inter. action. † Sed si interrogatus se dicat dubitantem, 4
dandum est spatium tẽporis, vt sic certioretur. alleg. d. l. si aduersarius. & tex. & gl. in l. qui interrogatur. ff. de interrog. act. & l. iusiurãdum quod ad pecunias. §. j. ff. de iureiur. Viso isto Consilio fuit votatũ per sacrum Consiliũ, quòd producens dictos testes, si pars petit, quòd simpliciter respõdeat, an velit ipsis vti, tenetur simpliciter respõdere, & maximè, quia dictat Regia pragmatica Regis Ferdinandi primi, quòd producẽs falsum testem vel eo vsus fuerit, ipso iure perdat causam, nisi intra octo dies post publicationem renuntiauit specificè &c. Et sic sicut specificè debet renuntiare vsui dicti testis: ita specificè debet dicere, si interrogetur, an velit vti, nécne, sine dicta protestatione.

ADDITIO.

a *Debeat declarare.* An debeat præcisè declarari, si quis velit vti testibus, ita, vel nõ, vide plenè Fely. in c. præsentiũ. & quæ ibi addidi, extrà, de testib. Thomas Gramma.

DECISIO CXC.

De primo creditore, non reuocante solutum secundo.

SVMMARIVM.

1 *Pecunia soluta posteriori creditori per debitorem an repeti possit per creditores anteriores. §. 7.*
Creditor ille potior est, cui primò numeratum est.
2 *Ius commune scriptum est, vigilantibus, & non pigris.*
3 *Intellectus & limitatio ad l. pecuniam. C. de priuileg. fisci.*
4 *Hypotheca consistit etiam in pecunia.*
Creditor primus quomodo agat aduersus secundum super solutione à debitore facta de eo prius sibi hypothecata.
Pecunia ad numerum soluta dicitur genus.
Genus perire non potest.
5 *Consulti valentissimi pro vtraque parte nominantur.*
6 *Hypotheca primo credit. ripro pecunia soluta secundo creditori in pecunia bona fide consumpta non competit.*
7 *Sententia Regis Cum Consilio facit ius vniuersale in Regno.*



PVlcbrum fuit dubium in sacro Consilio.
1 Vtrum † Magdalena creditrix Fráciscí in cassas vigore publici instrumenti cum hypotheca generali omniũ bonorũ cum constitutione precarij &c. quæ est anterior creditrix potuit agere cótra dominũ Guilielmũ, ad quem peruenerunt ducati quatuor mille ex causa transactioois initæ & firmatæ inter eum & dictum Franciscum hypothecaria actione ad dictos quatuor mille ducatos per prius obligatos dictę Magdalenę: licet dictus Guilielmus dicat illos fuisse cósumptos. Pro parte dicti Guilielmi conuenti allegabatur, ꝙ contra cum non poterat agere hypothecaria ad dictam pecuniam sibi solutam & consumptá. Quia regula est, ꝙ quádo sunt plures creditores vnius debitoris, ille est potior, cui primò satisfactum est. l. si non expedierit. ff. de bo. autho. iud. possi. quia solutio facta à communi debitore mihi solerti non retardatur per alium creditoré, qui fuit in negligentia in non petendo sibi debitum: vt probat tex. in l. pupillus. ff. quæ in frau. credi. ibi alle-
2 gator ratio, † quia vigilantibus & non dormientibus ius cómune scriptum est. In contrarium multùm fortiter allegabantur pro parte primi creditoris istæ rationes & authoritates: nam certum est, ꝙ ista pecunia soluta secundo creditori, fuit prius hypothecata primo creditori, & sic in illis cópetit hypotheca vel condictio indebiti, vel condictio sine causa, vel condictio ex lege: vt dicit glo. in d. l. si non expedierit. & voluit Bar. in d. l. pupillus. & in d. l. si nó expedierit. §. j.

Secundò dicebatur de hoc esse casum in l. pecuniá. C. de priui. fisci. vbi pecuniam, quam creditor à debitore suo fuit consecutus fiscus, qui anteriorem hypothecá habebat, fortius ius habet in illa pecunia, quàm ille secundus creditor, qui pecuniá fuit consecutus, & dicebatur ꝙ ista. l. ponit gladium ad radicem, nec
3 est verum, quòd d. l. ponit priuilegiũ fiscale: † quia gl. ibi dicit, quòd dicta lex habet locũ etiam in creditoribus priuatis. & idem tenet ibi Salice. & Ang. qui dicunt hoc esse notandum & quotidianum. Tertiò pro hoc bene facit tex. in l. ex facto. §. fi. ff. de peculio. & l. deferre. §. fi. cum l. sequenti. ff. de iure fisci. Et dicit Raphaël Cuma. in d. l. pupillus, ꝙ est communis opin.

Quartò pro decisione huius dubij allegabatur authoritas Ioan. And. in addi. Spec. in tit. de obli. & solu. in rub. versi. videamus generaliter, an vnus creditor reuocare posit, quòd alteri iam solutum est &c. vbi concludit, quòd si primo creditori non est cósultum contra principalem debitoré: quia non est soluendo, prout erat in isto casu: tunc debet distingui, Aut ille secúdus creditor, cui satisfactũ est, recepit vltra suum debitũ, & tenetur primo creditori restituere per condicti. indebiti. ff. de códi. indebiti. l. tutor. Aut recepit, quòd sibi debebatur, & tunc aut id quòd recepit, erat obligatũ priori creditori, aut non. primo casu reuo-
4 catur quod solutũ est per hypothecariá: † quia etiam in pecunia cósistit hypotheca. ff. qui potio. in pig. habean. l. idémque. in fi. de pig. l. si fundus. §. in vendica. per quem. §. dicitur idem esse, si dolo desiit posidere secundus creditor, cui facta fuit solutio. Si verò pecunia soluta bona fide cósumpta sit: tunc primus creditor agere poterit condictione ex lege, vel actione in factum. d. l. deferre. §. fi. cum l. seq. & d. l. pecuniam. C. de iure delibe. l. si verè creditor. quia cùm dicta pecunia soluta sit ad numerum, dicitur genus: & genus perire non potest. l. in ratione. §. incertæ. ff. ad l. Falci. & in l. incendiũ. & ibi Bal. in fin. C. si certum petatur.

Quintò allegabatur ad hanc sententiam comprobandam authoritas Iacobi de Arena doctoris Bononiensis, quem refert & sequitur Bald. in l. fi. v. quæstione. C. depositi. & aliqualiter Bal. in l. j. in lect. antiqua. ff. de distra. pig. Et authoritas Io. Fab. Insti. de actionibus. §. item si quis in fraudem. xij. col. vbi etiam refert verba præfacti doctoris Iacobi de Arena: vt latius ibi per eum. & per Bal. in d. l. j. in lectura antiqua. † Et 5
iuribus in contrariũ suprà allegatis, Respondebatur pro parte primi creditoris: quia illa iura loquuntur, quãdo omnes illi creditores erant pares: quia omnes habebant tãtum actionem personalem: nec vnus habebat maius priuilegium altero: vt in l. priuilegia. cum ibi not. ff. de priui. le. creditorum. Sed in casu isto primus creditor habebat hypothecam anteriorem.

Vltimò allegabatur, quòd cùm istud dubium aliàs contigisset in facto inter quendá Heliam Hebræum primum creditorem Dulczettæ Hæbreæ, & secundos creditores Dulczettæ, quæ effecta fuit non soluendo.

Fuit per dicta iura consultum in fauoré primi creditoris contra secundũ creditorem, cui soluti fuerunt floreni quingéti & vltrà, per infrà scriptos doctores: videlicet do. Angelum de Gambiglonibus de Aretio, legentem tunc in studio Ferrarienũ, & per dominum Alexandrũ de Tartagnis de Imola, & dominũ Franciscum de Acolitis de Aretio, & dominũ Benedictum de Medicis de Luca, & do. Ciccum Antonium Guindarium de Neapo. & dominũ Troilum de Aczarolis de Florentia, aliàs de Firmo. & do. Antonium de Alexandro de Neapo. & do. Nicolaum Antonium Orilia de Neapoli. & fuit dictũ consiliũ cum dictis subscriptionibus dictorum doctorũ præsentatũ in Consilio.

† Tãdem die ix. Octobris, iiij. ind. M. cccclxxxiiij. 6
sacrum Consilium, in quo erant infrà scripti Consiliarij, videlicet do. Ioánes Baptista de Bentiuolis, do. Ba holomeus de Vermo Maiorchinus. & dom. Antonius de Alexãdro tũc Viceprotonotarius, & dominus Nicolaus Antonius Orilia, & dominus Andræas Mariconda de Neap. & do. Antonius de Ianuario, & do. Franciscus de Ana. fuerunt in voto contrario, scilicet quòd pro pecunia soluta secũdo creditori non competit hypotheca primo creditori, quando pecunia est bona fide consumpta: nec est verum, quòd Bar. in d. l. pupillus. dicit illud ad quod allegatur: quia Bar. loquitur quando concurrit primus creditor priuilegiatus. Sed in casu isto creditor habens prioré hypothecam non dicitur creditor priuilegiatus: de quibus creditoribus priuilegiatis loquitur titulus, de priuil. credi. qui non loquitur de creditore, qui habet anteriorem hypothecam, in quo non consistit priuilegiũ, vt patet in l. j. ff. de priui. credit. & quãdo gl. in d. l. si pecuniam. dicit idem in priuato, intelligitur de priuato credito-
re priuilegio. † Et si secus diceretur, sequeretur vnũ in- 7
conueniens, ꝙ si essent plures creditores vnius debitoris falliti, & ille debitor soluisset secundis creditoribus tempore, quo habebat creditum, ꝙ ille primus creditor posset agere contra illum secundũ creditorem, qui habuit suum, & totus mundus esset in litibus, & mercatores non possent contrahere. Et in hoc versatur æquitas sacri Consilij. Et ita sub nomine Regio fuit sententiatum, & dictam sententiam legit notarius Iacobus de Balnoo de Amalfia vnus ex actorũ

notariis

notariis facti Cõsilij. Hæc sic notaui in specie: quia iste articulus erat dubius, & nunc est decisus per sententiam Regis cum Consilio, quæ facit ius vniuersale in Regno. vt in l. fin. cum concordan. alias allegatis in hoc opere. C. de legibus.

DECISIO CXCI.

De re emphyteutica data in solutum ex causa necessaria irrequisito domino.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteutica res in solutum data ex decreto curiæ irrequisito domino an cadat in commissum ex causa voluntaria, & quid in necessaria. 4.*
Domini contemptus commissum in re emphyteutica contrahit.
Alienare prohibitus irrequisito domino, an excusetur ex causa necessaria.
2 *Solutio ex causa necessaria quando dicatur.*
3 *Emphyteutica in generali bonorum hypotheca veniunt.*
Emphyteutica possunt obligari sine domini consensu.
4 *Decretum sine suis solemnitatibus an nullum.*
5 *Ordo iudicij non seruatus decretum annullat.*
Differentia inter sententiam & decretum.
Instrumenti liquidi præsentatio vim habet libelli.
6 *Confessio debiti per debitorem in iudicio inducit litis contestationem.*
Citandus non est, qui impedimentum non præstat.
7 *Iudex de partium voluntate potest omittere, quòd sententia in scriptis feratur.*
Iuramentum testium per partium voluntatem remitti potest.
Libellus omittitur ad voluntatem partium.
8 *Ordo iudicij forma illis de consensu litigantium remittitur.*
9 *Confessio locum tenet libelli & litis contestationis.*
Sententia ex sola confessione sequi potest, licet processus sit nullus.
10 *Confiteri tripliciter quis potest.*

ABbas Rusulus egit contra certos creditores Virgilij, possessores cuiusdã domus emphyteuticæ pro eo, quia dictus Virgilius dedit dictã domũ emphyteuticã in solutum, & pro soluto mediante decreto magnæ curię Vicarię sine cõsensu dicti Abbatis directi domini: ideò petiit declarari, quòd incidit in comissum, & facta relatione in Consilio fuit de duobus dubitatum. Primò, vtrum dicatur dicta datio in solutũ alienatio ex causa necessaria. Secũdò, vtrum decretũ magnæ curiæ sit ipso iure nullum, eò quia in eo non interuenerunt re-
3 quisita in ordine processus. † Ad primũ dubiũ fuit dictum, quòd vera conclusio est ista, quòd datio in solutum domus emphyteuticæ sine cõsensu domini si fiat ex causa volũtaria non potuit fieri. Et ideò quia dominus est contemptus, incidit res illa in cõmissum: vt habetur in c. potuit. de loca. & in d. l. fin. C. de iure emphyteu. Si autẽ fiat ex causa necessaria sine cõsensu domini, non incidit in commissum: quia prohibitus alienare sine cõsensu domini, non videtur prohibitus, si alienat ex causa necessaria, sine cõsensu domini, vt probatur in l. pater filii. & ibi per Bar. ff. de leg. iij. in l. j. C. de fundo dota. & per Bart. in l. j. C. de prædiis minor. & in auth. res quæ. C. commu. de leg. & Bal. in l. voluntas. & in l. quoties. C. de fideicom. & in l. per hoc. §. prædium. ff. de

leg. ij. † dicitur autem datio in solutum ex necessaria 2
causa facta, quando iudiciaria authoritate, & sic cum decreto iudicis est facta: vt dicit Bald. in c. j. in principio. & in iiij. col. de prohi. feu. ali. per Fede. allegat no. in l. si finita. §. si de vectigalibus. ff. de dã. infecto, & ibi per Bart. & alios. hoc voluit Alb. de Rosa. in secunda parte statutorũ, in ij. q. & per Ale. in j. vol. cõsi. lij. circa finẽ. & per Spe. Io. And. ibi, in titu. de emptio. & vẽd. §. nunc dicendũ restat. versi. sed pone. Sed hic interuenit decretum iudicis, & præcessit ista causæ cognitio: quia contra debitorẽ productum fuit instrumentum publicũ de debito, in quo obligauit omnia bona sua. Et licèt Lud. Ro. in l. si constante. in prin. ff. sol. mat.
† voluerit, quòd sub hypotheca generali omniũ bonorũ 3
non veniunt bona emphyteutica: Tamẽ eius opi. cõmuniter non tenetur opi. Bar. ibi, quòd in generali obligatione bonorũ veniũt bona emphyteutica: vt firmat Alex. ibi. Et bona emphyteutica possunt obligari irrequisito domino: vt in l. tutor. §. fi. & ibi Bal. C. de pig. actio. & tenet glo. Bal. & Saly. in d. l. fi. C. de iure emphy. & in Spec. de loca. §. nunc aliqua. versi. cxxij. & secundũ opi. Bart. vidi pluries iudicatum fuisse. Et quia fuit obligata dicta domus emphyteut. & dictus Virgilius non habẽs modũ soluendi fuit carceratus, vt euitaret carceres, cõfessus fuit debitũ, & dedit in solutũ dictã domũ emphyteuticã suis creditoribus, propter
quam non est eis integrè satisfactũ. † & hoc videntes 4
iudices magnæ Curiæ interposuerunt decretũ, quòd fiat talis datio in solutum, & sic fuit alienatio necessaria, & per cõsequens dicta res emphyteutica non incidit in commissum, ex quo non interuenit consensus dicti domini directi. Ad secundũ dubium aliquibus fuit visum, quòd supradictũ decretum magnæ curiæ Vicariæ fuit nullũ: & per cõsequens, quòd datio in solutũ fuit sine decreto, & sic ex causa voluntaria facta: nam in dicta causa nõ interuenit libellus, nec litis cõtestatio nec datio termini ad defendendũ, nec cõclusio. & sic
non fuit seruatus ordo iudicij. † & sic sententia iudicũ 5
est nulla: vt in l. prolatã. C. de senten. cum concordan. Sed in veritate nõ potest dici sententia illud decretũ magnæ curiæ, sed decretũ: vt dicit Bart. in l. nec quicquam. §. vbi decretũ. ff. de officio proconsulis: & in l. si finita. §. Iulianus. vlti. col. ff. de dam. infect. & dicit Alex. in iiij. vol. consi. lxxiij. in vj. col. In hoc decreto sufficit prædicta causæ cognitio adhibita. Et si bene consideretur omnia solennia interuenerunt: nam interuenit libellus, dum per creditores presentatũ fuit instrumentũ debiti, quæ præsentatio instrumẽti liqui-
di, habet vim libelli. † Itẽ interuenit litis cõtesta- 6
tio: quia debitor cõfessus fuit debitũ: & dixit non habere modũ aliter satisfaciendi, & de eius paupertate erat notoriũ: & sic per ista inducitur litis contestatio secũdũ Bal. & Pau. de Cast. in l. j. C. de litis cõtestatio. Item cõstat dictam domum fuisse hypothecarã: vt suprà dictũ est. fuit per ambas partes imploratũ iudicis officiũ super interpositio decreti prædicti, nec dominus directus si fuisset citatus, potuisset dictũ decretum impedire: & ideò non erat citãdus: vt dicit Bald. in d. §. vbi decretũ. in iij. cha. & Paul. de Cast. in consi. cccxxiiij. per l. recusare. in principio. ff. ad Treb. & no. doc. in l. maiorẽ. ff. de pact. & sic non potest dici, quòd
dictũ decretũ sit nullũ. † Præterea nõne iudex de 7
voluntate partiũ potest omittere, quòd sententia feratur in scriptis, vt dicit Bar. in l. quoties. C. de priui. schol.

lib.x.& tamé de iure requiritur scriptura in sentétia:
vt in l.ij.C.de sen.ex pericu.recitan. Ité de volun-
tate partiũ potest remitti iuramentũ testium: vt not.
in l.j.ff.de feriis.& in l.ij.§.sed quia.C.de iura.calum.
Item de volũtate partiũ potest omitti libellus, vt
in auth.offeratur.C.de litis cõtest. licet quidá contrà.
de quo per Abb.Sic.in c.j.de libelli obla. & per glo.in
Cle.sæpe.in verbo.necessario.de verbo.significatio.
Item tacitè potest remitti iuramétum calumniæ,
8 licet non expressè:vt not.in d.§.sed quia. †Ité pos-
sunt partes ex toto remittere ordinem iudiciorũ,non
tamen substãtialem: sicut est litis contestatio: vt in c.
vnico,de litis cõtestatio.& in dicta Cle.sæpe.in fi.no.
Io.And.& Abb.Sicu.in c.de causis.de offic.deleg.in
glo.in verbo,partiũ,allegat glo.in c.fi.de re iudi.lib.
vj.Cùm igitur per confessioné instrumentalé consta-
bat in iudicio de debito,& hypotheca, & per confes-
sionem debitoris in iudicio de debito,& quod nõ ha-
beat modũ satisfaciendi, & quòd sine alia solénitate,
vt liberaretur à carcere petiit instanter interponi di-
9 ctum decretũ, † non potest dici nullum ex omissione
ordinis iudiciarij.hoc voluit expressè Bar.in l.credi-
tores.C.de pig.vbi dicitur, quod si facta est cõfessio,non
requiritur libellus nec litis contestatio. Sicut etiam
dicimus, quòd ex sola cõfessione potest sequi cõdem-
natio,licet processus sit nullus, secundum Bart.in l.si
cõfessus.de cust.reo.Bal.in l.mercalé.C.de condic.ob
turpem cau. ista confessio non potest dici solum sibi
confitenti præiudicare: vt dicit glo. in l.duobus.§.j.&
ibi per Moder. Papien. ff.de iureiur. sed etiam omni-
bus:quia cum ista confessione concurrit rei euidétia:
10 vt dicit glo.no.in c.nullus.de præsump.quæ dicit. † quod
tripliciter quis confitetur,ore, rei euidentia, & con-
tumacia: & sic cũ cõfessione partis in iudicio & cum
instruméto prædicto satis videtur posse dici,quòd de-
cretum prædictũ fuit interpositum cum causæ cogni-
tione, & non potest dici nullum. Inde vocatũ fuit,
quòd dicti creditores cõuenti absoluantur ab impe-
titione dicti Abb. doctissimi dicta domus, quæ
prætendebatur incidisse in cõmissum propter dictũ,
dationem in solutum sine consensu domini directi.

DECISIO CXCII.

De compensationibus.

SVMMARIVM.

1 *Officialis duarum fiscalium statiõnũ an possit creditum vnius cum debito alterius administratione durante compensare. & quando.*

2 *Compensatio peto an possit per hæredem administratoris duarum stationum vnius cum altera.*

Limitatio ad l.j C.de compensatio.

3 *Abbas rem vnius monasterij vendens pertinentem ad aliud de mensa sua,an illam reuocare possit.*

Præses duarum prouinciarum negotia vnius in alia prouincia potest tractari.

Consuetudo in dubijs attenditur.

Michael Bonobasso socius omnium bono-
rum fratris sui, qui habuit pro regia cu-
ria administrationẽ olei in ciuitate Tra-
ni,& in dicta administratione per com-
puta sua, repertus est creditor curiæ in certa summa
per introitũ,& exitum,& antequã recuperasset debi-
tum à Regia curia,mortuus est, iste Michaël antequã
decederet, fuit arrendator gabellarũ Regiæ curiæ, &
in dicto arrendamento per suum quinternum,in quo
continebatur introitus,& exitus,repertũ est,quòd erat
debitor Regiæ curiæ:hæres eius petit, quod fiat compen-
satio cum eo, in quo ipse est creditor in administra-
tione olei. †Dicebat procurator fiscalis, quòd nõ 1
potest fieri cõpensatio,per l.j.C. de cõpensationibus.
Dicebant omnes præsidentes Regiæ cameræ,quòd
illud, quod dicitur, quod officialis duarũ fiscaliũ stationum
non potest cõpensare creditum vnius stationis & ad-
ministrationis cũ debito alterius stationis, donec du-
rant ipsæ administrationes penes eũ.Secus si ipse offi-
cialis qui habuit duas stationes mortuus fuit: tũc eius
hærede petẽdo, quòd fiat cõpensatio,debet fieri com-
pensatio,& isto modo limitabát l.j. Fuit super hoc
consultatũ Regium Consiliũ:aliqui ex dominis dice-
bant, quod ista limitatio bene potest in iure fundari:† nã 2
d.l.j.habet locũ, quãdo diuersæ stationes essent penes
diuersos officiales. Sed si diuersæ stationes admini-
strantur per vnũ: tunc potest fieri compẽsatio cũ de-
bito vnius stationis cũ credito alterius stationis pro
hoc facit id, quod dicit Bal.in l.ij.C.ne fiscus rem quã
vendi.euin.lib.x.vbi dicit authoritate gl.ibi,†quòd si 3
abbas vẽdidit rem vnius monasterij sibi subditi, quã-
quam sit alterius, quod non potest illam reuocare, si illa
duo monasteria erant de mẽsa abbatis. Item facit,
si aliquis est præses duarũ prouinciarũ, negotia vnius
potest tractare in alia prouincia,secundùm Innoc.in
cap.nouit.de offic.de leg.not.Alexan.in l.fi.j.col.ff.de
iurisdict.om.iudi. Alij dicebát, quod istæ inductiones
sunt multùm à remotis. Ego dicebam, quòd d.l.j.
dat priuilegium fisco,vt non possit obijci cõpensatio
ex diuersa statione:vt no.Bal.in l.j.C.de hære.vel act.
vendi. nisi quãdo fiscus succedit debitori & creditori:
vt dicit gl.in l.iij.C.de solu.& in d.l.j.C. de compensa-
tio.Et sic non videtur vera dicta limitatio dominorũ
præsidentium. †Et propterea ipsi recurrebant ad 4
consuetudiné dicendo, quod semper sic fuit obseruatum.
Et ideo domini de Consilio decreuerunt, quòd fiat
relatio domino Regi de prædictis, & facta relatione
voluit Rex, quòd fieret dicta compensatio, postquam
præsidentes dicunt sic fuisse consuetum fieri.

DECISIO CXCIII.

De protestationibus ante litem contestatam faciendis in possessorio recuperandæ.

SVMMARIVM.

1 *Protestatio ante litem contestatam in actione possessorij recuperandæ non facta, locum præbet iudici super proprietate.*

2 *Priuilegio per patientiam renunciatur.*

3 *Actor litem contestatus super exceptione proprietatis videtur consentire.*

Cautela pro aduocatis.

Fuit decretũ in Consilio, † quod si agens pos- 1
sessorio recuperandæ ante litem contesta-
tam non protestatur, quòd non audiatur
reus excipiens de proprietate, & lis cõte-
stetur, & detur terminus ad probandũ incũbentia, &
facta publicatione taget, & nihil actor dicit, & pro-
ceditur ad conclusioné, quòd iudicandũ est etiam de
proprietate.hoc voluit expressè Abb.in c.fin.de ordi.
cognitionum.Et est ratio quia patiendo, quòd aduer-
sarius

sterius excipiat de proprietate, renuntiasse videtur suo
2 priuilegio, † quod vult, vt spoliatus ante omnia restituatur: vt in c. j. & ibi Abb. Sicu. de restit. spolia. Vbi notanter dicit Bal. si consentat qui restitutionem possessionis petit, potest quæstio proprietatis referri. & subdit, Et ideo caueat sibi actor, ne litem contestetur super proprietatis exceptione: quia tunc videretur consentire: vt in l. sed si susceperit. in princ. ff. de iudi.
3 † vnde actor contra excipientem replicet, quod sua exceptio non debet admitti: vt in glo. quæ incipit, duo dixerunt. in aut. de testi. Idem dicit Ang. in l. si quis ad se fundum. C. ad l. Iul. de vi. & ideo dicit, Sit cautus aduocatus agentis, vt non permittat examinari testes super exceptione proprietatis.

DECISIO CXCIIII.

De restitutione dotis.

SVMMARIVM.

1 *Dos an restituenda ad monetam temporis contractus vel restitutionis.*

Nomina doctorum collegij Neapolitani.

2 *Moneta mutata in valore post tempus contractus qualiter soluenda.*

Pecunia in eadem bonitate reddenda.

Condemnatus soluit ad monetam tempore sententiæ, & non executionis.

3 *Pecuniæ mutatio ex interuallo nocere creditori non debet debitore etiam non moroso.*

4 *Tempus medium inter contractum & solutionem an considerandum non data mora.*

5 *Pecuniæ bonitas est respectu vsus principaliter.*

Filiusfamilias duxit vxorem, & eius pater recepit dotem mille & centum florenorũ, quo tempore in ciuitate Aquilæ ducatus Venetus valebat baiocchis lxx. & lxx. baiocchi sunt floreni duo, & baiocchi iij. cũ vno tertio. & sic illo tẽpore ducatus Venetus erat valoris duo florenorum & baiocchorũ trium cum vno tertio. Deinde post mortẽ patris alij filij & hæredes eiusdẽ patris ex alia vxore ipsam dotem per longum temporis interuallũ restituũt, & soluunt eorum fratri & marito florenos M. & centũ: & tẽpore restitutionis prædictæ dotis probatum est, quòd ducatus Venetus erat valoris centum & decẽ baiocchorum: sed centum & decẽ baiocchi sunt floreni tres & baiocchi. x. habuit ergo filius minus pro quolibet ducato Veneto florenũ vnũ & baiocchos sex cum duobus tertiis, & sic facto bono calculo filius restat habere vsq; ad complementũ ducatos &c. de dictis dotibus. † Quæritur modò, vtrũ
1 ista dos veniat restituẽda secundũ valorẽ monetæ quæ currebat tẽpore traditæ dotis? vel secundũ valorẽ monetæ, quæ currit tẽpore restitutionis & cõsignationis dictæ dotis. Istud dubium fuit decisum per collegiũ Neapo. cum subscriptione infra scriptorum doctorũ de collegio, videlicet d. Io. Antonij Carrafe, do. And. Mariconda. d. Thomæ vaxallo, d. Cicci Abbate, d. Nicolai Carduino, d. Antonij de Alex. d. And. Angrensi, d. Rencij copulæ, d. Andreoli de Alex. d. Antonij Orilia. d. Nicolai Antonij Orilia, do. Pauli de Marchesiis & ego, qui de cõmissione collegij scripsi decisionem tanquàm iunior. Quòd restitutio dictę dotis debet fieri secundum valorem monetæ tempore, quo soluta fuit dos patri ipsius mariti. Et non secundum æstimationẽ & valorẽ monetæ tempore restitutionis dictæ dotis, & hoc per id quod voluit And. de Iser. in c. j. in verbo, monetæ. in ij. col. quę sint regalia. vbi tenet, † quòd quãdo 2
mutatur moneta in valore post tẽpus contractus, debet solui secundum valorẽ tẽporis contractus, allegat c. olim. de censi. & c. cum canonicis. & quia tẽpus contractus inspicitur. ff. de euic. l. si fundũ. & ff. de contrah. emp. l. Rutilia Polla. debet ergo reddi pecunia in eadem bonitate: vt no. in l. cum quid. ff. si cert. pet. & ibi Cyn. & Albe. de Rosa. & idem Cyn. in l. in minorum. in quibus causis in integ. resti. non est necessaria. allegabatur ad hoc id, quòd dicit Old. in cons. xxxj. vbi dixit, quòd condẽnatus ad centum, debet soluere de illa moneta, quæ currebat tẽpore sententiæ, & non de moneta, quæ currebat tẽpore executionis. allegat l. vxorem. §. testamento. ff. de leg. iij. & aliud consi. Old. xiij. & in alio consi. cel. volẽs, quòd si tẽpore legati currebat vna moneta: & tẽpore solutionis alia debet solui secundum tẽpus legati. Item allegabatur Bal. in l. acceptam. C. de vsuris. vbi dixit, quòd si ista mutatio fiat ex interuallo, nõ debet nocere creditori, etiã si debitor nõ fuit in mora: † quia cum debitor sentit cõmo- 3
ditatẽ ante morã, & nemo debet lucrum habere cum aliena iactura: vt in l. nam & natura. ff. de condi. inde. Itẽ allegabatur Bal. in l. illud. C. de sac. san. ecc. qui dicit in vj. col. quòd in contractibus inspicitur moneta, quæ currit tẽpore contractus. alleg. Spec. in tit. de obl. & sol. §. nunc aliqua. versi. si. & quod no. in Cle. fin. de decimis. Idẽ Abb. Sicu. in c. olim præallegato, de cẽsi. post Io. An. ibi, in vlt. gl. Nec ob. id quod dicit Bar. in l. cũ quid. vlt. col. versi. & hæc faciunt ad quæst. &c. & ad id quòd dicit Bar. in l. Paulus, & ibidem Pau. de Castro. ff. solu. quòd quando non mutatur pecuniæ bonitas, sed variatur valor, prout erat in casu, de quo loquimur; quia florenus valebat plus tẽpore cõtractus, quã tempore solutionis, † si debitor fuit in mora, debetur il- 4
lud plus, secus si non fuit in mora, & idẽ dicit Bart. ff. de auro & ar. leg. l. cum certũ. & quia in facto constabat, quòd filij & hæredes ex secunda vxore patris, qui habuerunt dotes vxori filij primi patrimonij, fuerũt in mora in non restituendo dotẽ prędictã. & sic mutatio monetę in valore inter tẽpus contractus & solutionis non considerasur non data mora: & ita tenet Card. in d. Cle. ij. de censi. xiij. q. in si. Sed quando mutatur moneta aliter quàm in valore, tunc siue sit mora debitoris, siue non, non inspicitur tẽpus solutionis, sed tẽpus contractus, vt suprà dictũ est. Et dicebant dicti domini, quòd etiã quando in hoc casu non fuisset mora, debet fieri æstimatio secundum valorem tẽpore contractus; prout firmant Odof. in d. l. in minorum. C. in quib. cau. & Ant. de Bu. in c. quanto, de iureiur. † quia 5
bonitas pecuniæ est respectu vsus principaliter. ideo in illa bonitate debet fieri restitutio: vt in dicta l. cum quid. si ista diminutio valoris habet durare in perpetuum vel longo tempore. Si autẽ parum haberet durare, tunc cõsideratur an fuit in mora soluẽdi nec ne; vt declarat domi. Abb. in d. c. quanto. v. col. & sequen.

Fuit ergo per dictũ collegium votatum, quòd dicti hæredes condemnentur ad dictos ducatos marito & fratri eorum secundũ valorem monetæ tempore contractus. Collegium prædictũ fuit electum tanquàm arbiter per ambas partes ad votandum in dicta causa, quæ vertebatur inter filios quondam domini Colucij de ciuitate Aquilæ prouinciæ Aprutij.

DECISIO CXCV.

De succeßione spuriorum in feudis.

SVMMARIVM.

1 *Feudorum specifica mentio in legitimatione fieri debet.*
Legitimatus nihil differt à legitimis & naturalibus.
2 *Legitimatio clausulam derogatoriam continere an debeat, & qualiter.*
3 *Legitimatus licet sit verè legitimus, non est tamen legitimè natus.*
4 *Leges, quibus est derogandum circa legitimationem.*
5 *Actus medius non habetur in consideratione.*
Inuestituræ primæ tenor attendendus.
Extrema spectantur, non inter media.
6 *Origo rei probanda.*
7 *Surreptitium quid, & quando dicatur.*
Feuda hæreditaria quæ sint.
8 *Spurius legitimatus per Regis priuilegium, an gaudeat nobilitate paterna.*
9 *Spurius re & vita honestis fungitur muneribus & honore.*

DIctat capitulũ Regni, quod incipit, ex præsumptuosa, q aliquo feudatario decedente
sine prole legitima, quę ad succeßioné eius
de aperto iure claróque vocetur, possesionem huiusmodi intra annum cõputando ab obitu defuncti, nec fisco nec priuato prodesse: sed possesio
ipsa per modum sequestri sit penes fiscum &c. Modò
cõtingit, quòd magnificus dominus Franciscus Branchacius vtilis dominus castri Loriani & Trẽtulæ fuit
violenter occisus extra Neapolim superstite filio suo
bastardo, sed legitimato etiam ad feuda prædicta specificè per Regem Ferdinandum primum, vt cõstabat
1 authentico priuilegio legitimationis, † prout de iure
debet fieri specifica mentio In legitimatione de feudis: vt dicit Bal. in c. naturales. si de feudo fuerit controuersia inter dominum & agnatũ. dictus filius legitimatus supplicabat Regi Federico, quòd vellet eum
inuestire de dictis feudis, ex quo claro & aperto iure
filius legitimatus succedit, ex quo nil differt à filiis legitimis & naturalibus: vt dicit text. in aut. quibus modis naturales efficiam. sui. §. si quis ergo filium. Fiscales dicebant, quòd fiscus debet facere sequestrũ, prout
incontinẽti factũ fuit: dictus filius reclamauit à dicto
sequestro ad Regem prædictum. Rex commisit sacro
Consilio, vt videret, si de iure dictum sequestrum poterat fieri, iuxta formam prædicti capituli Regni.

Dicebat d. Ant. de Alox. Viceprotonotarius, quòd
dictum sequestrum potuit de iure fieri: quia si dicta legitimatio præsentata ad feuda esset adeò certa, quòd
non haberet dubium, tunc non potuisset fieri dictum
2 sequestrum. † Sed cõtra dictam legitimationé opponebat ipse do. Antoninus: quia iam dixerat Regi,
quòd potuit fieri dictum sequestrum: ad id comprobandũ dicebat, quòd dicta legitimatio non continebat clausulam derogatoriam specificè, non obstante
cap. naturales. præallegato, quæ debet poni in tali legitimatione, vt inquit Bal. in l. eam quam. C. de fideicommissis. & ideo redditur dubia dicta legitimatio.

Secundò dicebat, ipsa feuda prædicta erant antiqua concessa prædecessoribus pro se & hæredibus suis
ex suo corpore legitimè descendẽtibus, & de hoc non
erat facta mentio in legitimatione: meritò legitimatio non extenditur ad dicta feuda: vt videtur tenere
Bal. in l. Gallus. §. si eius. ff. de libe. & posthu. & doctores in d. c. naturales. & Pet. de Ancha. in consil. cccj. &
Bal. in d. l. eam quam. C. de fideicommissis. Et pro hoc
benefacit, quòd dicebat ipse, † quia licet legitimatus 3
sit verè legitimus, tamé non est legitimé natus: vt dicit Bart. in l. si is qui pro emptore. dum loquitur de fictione inductiua. ff. de vsucapio. Tertiò dicebat, in
dictis feudis supererat agnatus, videlicet domina Catharina Brãchacia amita, quæ prætẽdebat se successuram in dictis feudis, licet reuocaretur in dubiũ: vt patet ex notatis per And. de Isernia in c. j. Imperator Lotharius. & per gl. in cõstit. regni. Vt de succeßionibus.
prętendebat dicta amita, q in sui præiudiciũ dicta legitimatio non valebat, ex quo de agnatis non erat facta mentio; vt patet ex notatis per And. in d. cap. naturales. Ego autem & do. Marcellus de Gaeta, &
quidam alij Consiliarij dicebamus contrarium, quòd
de iure dictum sequestrum non debebat fieri, & factũ
debeat reuocari, attento quòd iste filius legitimatus
in prõptu ostendit priuilegium legitimationis etiam
in dictis feudis. & sic dicitur claro apertóque iure succedere. † Nec est in cõsideratione, quòd non fit ibi 4
mentio de clausula, non obstante cap. naturales. & §.
si. in aut. quibus mod. natura. effici. sui. & l. qui contra.
& auth. ex complexu. C. de incestis nup. & l. licet. C. de
natur. liber. Quia in dicto priuilegio legitimationis
sunt verba æquipollentia, videlicet, non obstantibus
omnibus legibus, cõstitutionibus, & quibusuis in contrarium facientibus. quæ clausula derogatoria generalis tantùm operatur, quantùm clausula derogatoria specialis dictis legibus in materia ista legitimationis: vt expressè dicit Alex. in v. vol. consil. clxxxvij.
in vij. col. allega. glo. in l. j. iuncto tex. C. de natur. libe.
& ibi Bal. & Ang. & consiliũ Petri de Ancha. cccxxiij.
& sic sublatũ fuit in veritate primum dubium. Nec
obstat secundum dubium quòd feuda prædicta erant
antiqua pro se & hæredibus ex suo corpore descendentibus, & in dicta legitimatione non fit mentio
de ista qualitate dictorum feudorum. Et sic non videtur, quòd legitimatus per priuilegium veniat sub appellatione hæredis ex suo corpore, secundum conclusionem And. in d. c. naturales, Vbi latè etiam hoc examinat. † Quia ad hoc respondebamus alta voce, 5
quòd in facto clarè constabat, quòd dominus Paulus
Branchacius emit dicta feuda pro se & hæredibus &
successoribus. & præfatus dominus Franciscus mortuo patre habuit confirmationem à Rege pro se &
hæredibus absque illis verbis ex suo corpore &c. Et
licet media confirmatio facta in personam domini
Raynaldi Branchacij patris dicti domini Frãcisci diceret pro se & hæredibus ex suo corpore, hæc mediata confirmatio non debet attendi, sed prima & vltima
inuestitura. Nam dicit Baldus in consilio, sanctißima
& illustrißima domina Regina. & in præludiis Feudorum, quòd tenor primæ inuestituræ debet considerari. Item, quia extrema considerantur, & non
media: vt dicit Bal. in l. si plures, in 1. char. C. de condi.
inser. no. in l. sed & si. §. si seruus. ff. de hæred. institu. &
in concordan. allegatis per Spec. in aureo repertorio
suo, vlt. char. † Nam prima inuestitura, quæ dicit sibi 6
& hæredibus. & potißima per l. j. ff. de orig. iuris. cum
similibus allegatis per Albe. in l. qui de crimine. de
accusationi. in ii. col. inde dicit text. in l. creditores.
ff. de pignora. actio. si originem rei probare potes. de

quo

quo per Alex. in l. deniq. §. si quis. ff. de minoribus. in apostillis. & in l. rogasti. ff. si cer. pet. Dicebat dominus Ant. quod propter dictā mediā inuestiturā ipse dubitabat de dicta legitimatione. Tamen ego & dominus Marcellus & d. Carolus de Rogeriis, & dominus Iacobus de Gello dicebamus, quòd nos non dubitamus, quod ex isto capite legitimatio est valida, licet non fecerit mētionem, quòd media inuestitura prædicta quæ dicebat pro se & hæredibus ex suo corpore legitimè descēdētibus: ex quo prima & vltima inuestitura simpliciter dicebat pro se & hæredibus, & ideo nō potest
7 dici legitimatio surreptitia. † & hæc si fuissent expressa, non reddidissent Regem difficiliorem: & ideò non potest dici surreptitia, vt in c. super literis. de rescriptis. Nec obstat tertiū dubium: quia posito, quod illa media inuestitura diceret, quòd cōfirmat pro se & hæredibus ex suo corpore legitimè descēdentibus, secundum hoc dicta feuda sunt hæreditaria, secundū cōmunem opi. Et sic pluries fuit iudicatū. ergo si sunt hæreditaria, potuit pater facere à Rege legitimare filiū suum spurium etiā ad dicta feuda hæreditaria in præiudicium agnatorū, qui poterāt succedere, declarādo, quod vult, quod succedat: vt firmant cōmuniter doct. in l. Gallus. §. & quid si tātum. ff. de lib. & posth. & Præpositus
8 in c. per venerabilē. xviij. col. qui filij sint legit. † quando pater non habet alios filios, prout erat in isto casu: vt dicit Alexā. in l. ex facto. viij. col. de vulg. & pup. & Bal in l. nam ita diuus. j. col. ff. de adop. Et bene firmat Pet. de Ancha. in consil. cclxx. incip. prima facie &c.

Et ideo illa allegatio de amita est impertinēs stante dicta legitimatione. hæc omnia fuerunt dicto Regi relata, commisit do. Ferdinando, attento, quòd ipse desiderat, quòd dicta feuda habeat Paulus Brāchatius gener Iacobi de Grisono sui domestici & familiaris, quòd procuret concordare dictum filium legitimatū cum dicto Paulo. Et sic facta fuit de volūtate ipsarum partium certa cōcordia: vt in ea cōtinetur. An autem filius spurius legitimatus per priuilegiū Regis, & restitutus natalibus cum omnibus clausulis derogatoriis gaudeat nobilitate paterna. Bald. dicit, quòd non est de stirpe nobili. in c. per tuas. de maio. & obe. & Alex. in l. ex facto. in fi. prin. ff. ad Treb. fatetur, quòd non est de stirpe nobili, nisi per principē restitutus est natali-
9 bus, † quod quidem facere potest ipse princeps: vt in aut. quib. mo. na. ef. sui. & in auth. quib. mo. na. effic. legitimi. Imò spurius, si est honestus re & vita ad decurionatū admittatur. ff. de decurio. l. generaliter. §. spurij. ad quem plebei non assumuntur. in eo. tit. l. honores. §. j. vt dicit Lucas de Penna in l. mulieres. C. de digni. lib. xij. vbi ponit nouem species nobilitatis.

DECISIO CXCVI.

De actione super feudi possessorio.

SVMMARIVM.

1 *Possessorium recuperandæ in feudis, an possit post annum intentari.*



IN quadam alia causa fuit dubitatū. Ecce mortuo Barone sine filiis superstite sorore maritata à patre, quæ statim recepit possessionē Casalis Vallis, & ea tenēte & possidente intra annum fuit de facto priuata possessione, & intra annum fiscus Regius scripsit, quòd teneret in sequestrum possessio, iuxta c. Regni, quòd incipit, ex præsumptuosa. deinde finito anno dicta soror egit possessorio contra fiscū. Opponebatur, quod non poterat agere possessorio, sed de proprietate tantū. Verū pos-
sit agi de possessione, vel solū de proprietate. † Fuit 1
per sacrū Cōsi. decisum & determinatū, quòd post annum non possit agere dicta soror de possessorio recuperandæ, sed solū agere potest de proprietate. Et ita dictū c. intelligit And. de Iser. in l. Imperialē. §. illud. de prohi. feu. al. per Fede. & idem dicit do. Barth. de Capua, in quadā apostilla sua super d. c. ex præsumptuosa: & de illo c. facit mētionem Lucas de Penna in l. facultas. iij. col. in verbo. constituitis. de iure fisci. lib. x. & dicit Lucas in quadam apostilla super d. c. quòd illud c. fuit sumptum ex l. apud Iulianum. ff. de iure fisci.

DECISIO CXCVII.

De feudi possessoribus sine Regio assensu priuandis.

SVMMARIVM.

1 *Fiscus an possit possessores feudi priuare, qui illud possederunt sine Regio assensu.*

Feudum alienatum sine Regio assensu, an possit penes fiscum sequestrari.

2 *Alienatio feudi sine Regio assensu etiam in contractu nullo non excusatur propter nullitatem.*



QVædam mulier nomine Cōstanzella de Bisignano habebat duo feuda in prouincia Calabriæ, vnum vocabatur feudū S. Georgij, Aliud feudum de Iudica. Feudū sancti Georgij donauit Nicolao suo marito per publicū instrumentū: aliud donauit Io. Baptis. suo nepoti consobrino, & tradidit istis possessionē. demū ista Constanzella mortua fuit sine filiis. fiscus vult priuare dictos possessores dicta possessione vigore dicti cap. ex præsumptuosa. quia non succedunt claro apertoque iure.

Fuit dubitatum, † Vtrum in hoc casu possit fieri di- 1
ctum sequestrū, attēto quòd illi possederūt per annos ante mortē feudatarij dicta feuda, nullo tamen interueniēte Regio assensu super dictis donationibus. Fuit decisum per doctores Regiæ cameræ & aliquos sacri Consilij, quòd ex quo claro apertoque iure constat, quòd dictæ donationes sunt ipso iure nullæ: quia possessores interrogati an habeant consensum Regiū, & dixerunt, quòd adhuc non impetrauerūt, quòd potest per Regiam curiā fieri dictum sequestrum. † Et sic 2
notādum, quòd dictum c. ex præsumptuosa. habet locum etiam si successor per viam contractus inualidi habuit possessionem feudi etiam viuente feudatario vertute contractus sine Regio assensu.

DECISIO CXCVIII.

De solutionibus.

SVMMARIVM.

1 *Debitor, qui dimidiā summam debiti solutam probat per apocham, alteram per testes, an liberandus in totum quasi numeratio. vt in duabus vicibus.*

2 *Pluralitas non præsumitur.*

Confessio debiti soluti probata per testes non est noua dilatio, sed probatio.

QVidam creditor petebat centum à suo debitore ex causa mutui vigore scripturæ propriæ manus. ille debitor recognouit in iudicio illud chirographum esse scriptum manu propria. Sed dicit satisfecisse dato termino ad probandum, aliàs ad soluendum. Iste debitor produxit quandam scriptu-

scripturam manu propria dicti creditoris, in qua continetur, quòd dictus debitor in cētum ex causa mutui sibi soluit ducatos quinquaginta. & ista scriptura est recognita per dictū creditorē. Itē produxit depositionē triū testiū, qui deponūt, ꝙ dictus creditor cōfessus fuit se recepisse à dicto debitore ducatos quinquaginta, & isto modo dicebat satisfecisse dictos ducatos centū. Creditor dicebat, quòd solum habuit ducatos quinquaginta: vt constat per suā scripturā productā per dictum debitorē: & ꝙ verū est, quòd postea confessus fuit recepisse ducatos quinquaginta, si illos, de quibus in scriptura sua. & sic vna fuit summa.
1 †Quæritur quid iuris. Facto verbo in Consilio de prædictis per vnum ex iudicibus magnæ curiæ Vicariæ in Consilio fuit decisum & determinatum, quòd ex quo dictus debitor probauit per scripturam manu creditoris se soluisse quinquaginta, & per testes probauit, ꝙ dictus creditor confessus fuit postea se recepisse & habuisse quinquaginta, quòd vna præsumitur
2 quantitas soluta: & non duæ solutiones: †quia confessio illa probata per testes non est noua dispositio, sed probatio: vt in l. Publia. in fi. ff. depositi. Est ergo eadē summa probata per scripturam. & per confessionem probatam per testes: vt dicit Bart. in l. triticum. ff. de verb. oblig. per l. Sempronius. ff. de leg. ij. Idem tenet Flori. de sancto Petro in l. quinquaginta. ff. de probatio. & Alex. in j. vol. consi. iiij. in iij col. Fuit votatū, quòd contra dictum debitorem fiat executio pro ducatis quinquaginta: quia tantùm quinquaginta ducatos de centum soluit.

DECISIO CXCIX.

De iure offerendi dotem mulieri per creditorem ob viri inopiam.

SVMMARIVM.

1 *Dotis restitutio constante matrimonio viro ad inopiam vergente, fieri an possit.*

2 *Creditor posterior an habeat ius offerendi dotem mulieri propter viri inopiam.*

3 *Possessor tertius an habeat ius offerendi, quando vxor vult se assecurari constante matrimonio super bonis per virum alienatis priusquam ad inopiam vergeret.*

VXor habens instrumētum dotale vnciarum cētum & vnciarum l. de antiphato, quia maritus suus vergit ad inopiam, petit se assecurari pro dotibus & antiphato super quadam massaria ipsius viri ei hypothecata pro dictis dotibus & antiphato, quādo casus obuenerit re
1 stitutionis dotium & antiphati. †& quia viro vergēte ad inopiam potest fieri dicta restitutio dotium & antiphati constante matrimonio, per l. si constante. in princ. ff. solu. ma. quæ solum loquitur in dote. & per l. vbi adhuc. C. de iure dotiū. quæ loquitur in antiphato: opponit se quidem creditor mariti, qui desiderat habere dictam massariā, licet sit posterior hypotheca & offert dictæ mulieri integrè soluere dictas dotes & antiphatū, & petit, ꝙ cedat iura sua. vxor dicit, quòd ipsa vult illam massarā pro sustētatione sua, & viri &
2 filiorum. †creditor ille secūdus dicit, quòd ipse habet ius offerendi debitum: vt in l. fin. C. si antiquior creditor &c. & ius petēdi cessionē, & se ponendi in locum suum: vt in l. j. c. de his qui in prio. credi. locum. & ibi Bal. & habetur in l. Modestinus. ff. de sol. com concor. Quæritur quid iuris? An dictus creditor contra dictam mulierē habeat ius offerendi dotem & antiphatum stante dicta inopia viri? Fuit bene discussum hoc dubiū. & dictum, quod super isto dubio doctores sunt varij. Nam & Bar. in l. si cōstante. in princ. fuit in opi. quòd dictus creditor non habeat dictum ius offerendi dotē & antiphatū: & per consequens nec potest
consequi dictā massariam [a], sequutus opi. Iac. de Are. 2
& Cy. in l. cum cibi. C. qui potio. in pig. habe. & in l. vbi adhuc. in xiij. q. Et idem tenuit Ioan. And. in addi. Spe. in tit. de dona. inter vir. & vxor. §. formatis instrumentis. in additione, quæ incipit, vt no. in l. vbi. idem in socero &c. & idē voluit Bal. in d. l. vbi adhuc. in iij. col. in tex. ibi, quæsiuerit. & idem dixit in l. j. vlt. col. ff. solu. matri. Et idem dicit Paul. de Cast. in l. ij. in princ. ff. sol. matri. Idē consuluit Bal. in j. vol. consi. cclxxxij. incip. præmittendum &c. hanc opi. firmat etiam Bal.
nouel. in trac. dotiū, in vij. parte, in priuilegio xlvij. [b] b
Sed contrariam opin. scilicet quòd creditori cōpetat dictū ius offerendi in dicto casu, firmauerūt Bal. Ang. Ioā. And. de Imo. Ludo. Ro. & Pau de Cast. & Alex. de Imo. in d. l. si constante. in prin. & Bal. in aut. quod locū. C. de colla. & Bartho. Veronēsis in lib. Cautelarū, cxxj. circa fi. Sacrum Consiliū bis pronuntiauit secundum primā opi. quia tunc dicta assecuratio nō est vera restitutio dotis, sed tenet dicta bona loco pignoris & hypothecæ, & ideo creditor non habet ius offerendi. Secus esset dicendū quādo mulier ageret hypothecaria & adiudicatione super bonis mariti: tūc creditor haberet ius offerēdi, secūdùm Cy. in d. l. cū tibi.
†Quid autē si mulier vellet illā massariā vendere, 3
quando super ea fuerit assecurata cōstante matri. pro dote & antiphato, an tunc cōpeteret dicto creditori ius offerendi, tangit Bal. nouellus in loco preallegato. Quid autem si vxor vult assecurari constante matri. super certis bonis alienatis per virum antequā vergeret ad inopiam: an ille tertius possessor habet ius offerendi? Per iudices magnæ curię fuit iudicatū, quòd ille tertius possessor & dominus habet ius offerendi, & per theo. Bal. in d. aut. quòd locum. & per text. in l. Paulus. §. qui pig. ff. qui. mo. pig. vel hypo. soluitur.

ADDITIO.

a *Dictam massariam*. Adde decisionē Capellæ Tholosanæ, no. 338. quæ idem tenet. & allegat Ioā. Petr. de Ferra. idem tenere.

b *In priuilegio xlvij*. Sed præterito anno 1530. fuit cōtrarium iudicatū per magnā curiam Vicariæ, & successiuè confirmatū per sacrū Consilium, contra Sebastianum de Secca Setayolum. & hoc per consiliū Bar. quod incipit, quæritur vtrum per viam retentionis. & per consilium Pau. de Cast. num. 119 quod incipit, In causa, quæ vertitur, & idem Paul. de Cast. in l. ij. in princip. ff. sol. matri. vbi tenent, quòd mulier eo casu nō poterit impedire creditores mariti, nisi prius agat contra virum. idem refert & sequitur Hippo. Marsil. in sua practica causarū criminaliū, in versi. aliàs. §. aggredior. in antepenul. col. 61. char. Thomas Gramma.

DECISIO CC.

De dotis restitutione soluto matrimonio.

SVMMARIVM.

1 *Bona heredum defuncti non sunt obligata pro dotis restitutione, nisi defunctus specialiter bona heredis obligasset, & distinguitur. 3.*

Defun

2 *Defunctus an & quando rem sui hæredis obligare possit.*

INstrumentū dotale dicebat, quòd vir pro restitutione dictæ dotis receptæ obligauit omnia bona sua, & se & suos hęredes, & successores, non autem obligauit bona sua & suorum hęredū. Soluto matrimonio vxor vel hęredes vxoris agunt hypothecaria assistentia, & appretio, & adiudicatione contra certa bona hæredum viri, quæ non fuerunt hæreditaria ipsius viri: sed fuerunt acquisita per dictos hæredes viri, vel aliter eis obuenerunt.

1 †Quæritur, an dicta bona sint obligata pro restitutione dictæ dotis? Bis fuit iudicatum in Consilio, quòd bona dictorū hæredum per dicta verba nō sunt obligata. hoc voluerunt expresse Bal. & Ang. in l. assiduis. C. qui po. in pig. hab. vbi dicunt, quòd bona hæredis non sunt tacitè obligata pro restitutione dotis, nisi defunctus expressè obligauit bona sua, & suorum hæredum. Et dicit ibi Ang. ꝙ sic iudicatū fuit Perusij se existente aduocato. Idem tenet Cyn. in d. l. assiduus. Idē voluit Bal. in l. si vxor C. de bo. autho. iud. pos. & in l. vbi adhuc. ix. col. C. de iure do. Ita etiam tenuit Pau. de Ca. cōsulendo in consi. cclxxiij. incip. viso puncto supradicto. Idem consuluit Alexan. consi. clxxij. in ij. vol. & in consi. ccvij & in iij. vol. cons. xj. & consi. xcj.
2 & in v vol. cōs. lxxiiij. in j. col. †vbi dicit, ꝙ licet bona patris sint obligata pro restitutione dotis, non tamē sunt obligata bona eius hęredis: vt est tex. in l. Paulus. aliàs incipit, generaliter. ff. de pig. Idem dicit Albe. de Rosa in l. ij. C. com. de succes. imò dico vnū, quod est fortius secundùm Albe. in d. l. ij. quòd defunctus non potest obligare rē hæredis acquisitā per eum, nec competit hypothecaria, si obligauit bona hæredis ad ipsa bona acquisita. Et idem tenet Bal. in l. j. C. communia de leg. & Franc. de Aret. in l. si hæredis seruus. ff. de leg. j. Idem tenet Cyn. & Salice. in d. l. assiduis. Io. de Imo. & Pau. de Cast. in d. l. si hæredis seruus. Ioan. Fab. in §.
3 fuerat. Insti. de actio. †licet Alex. in d. l. si hæredis seruus distinguat, aut defunctus obligauit bona hæredis nomine hæredis, & potuit obligare, aut simpliciter obligauit bona sua & suorum hæredum, & non sunt obligata bona hæredum: vt ibi per eum. vide ad hoc Bal. in l. tabernam. in fin. ff. de pigno.

DECISIO CCI.

De bonorum obligatione pro dotis obligatione.

SVMMARIVM.

1 *Hypotheca an inducatur in bonis hæredum defuncti per clausulam, cum potestate capiendi propria authoritate bona sua & suorum hæredum.*
2 *Textus, qui non est alibi in toto corpore iuris.*

1 EVenit aliud dubiū in dictis causis. †Quid si in instrumento non sunt expressè obligata bona hæredis, sed dictū fuit in dicto instrumento, ꝙ dictus vir dedit potestatem in casu contrauentionis capiendi propria authoritate de bonis suis & suorū hæredū. An per ista verba videantur obligata bona hæredum? Prima facie videbatur, ꝙ illa verba, cum potestate capiēdi propria authoritate bona sua & suorum hæredum, inducant hypothecam, per tex. in l. creditor. §. post diuisionem. ff. qui po. in pign. habe. qui text. non est alibi in toto corpore iuris, secundùm Bal. in l. creditores. C. de pig.
3 †Sed certè fuit votatum in Consilio, quòd ille tex. in §. post diuisionem. non dicit, quòd important illa verba obligationem bonorum hæredis, sed ipsius cōtrahentis: non autem important obligationem bonorum hæredis, quæ non sunt ex causa hęreditaria, sed aliter acquisita per hæredem, quod est multum no. & menti tenendum.

DECISIO CCII.

De successione cōsanguineorum matris ab intestato per consuetudinem nobilium Capuæ.

SVMMARIVM.

1 *Hæres extraneus filij mortui post mortem matris excludit proximiores ex parte matris in ipsis dotibus.*
2 *Argumentum à contrario sensu militat.*

COnsuetudo nobilium Capuæ & Nidi est, quòd in cōtrahendis matrimoniis faciunt hoc pactum, videlicet, quòd si ex eodem matrimonio supersint filij & decesserint in pupillari ætate, vel ab intestato quādocunque, dos debeat reuerti ad proximiores cōsanguineos matris: mortuis istis cōiugibus superstitibus duobus filiis hæredibus patris & matris. Deinde moriuntur isti filij vnus post alium cum testamentis validis. Et relinquerunt in testamento multa legata. vnus frater vltimo moriens, qui fuit hęres fratris sui fecit hæredē quandā filiam suam naturalem in ducatis mille & centum.

†Vtrum consanguinei ex parte matris possint petere restitutionem dotis prædictæ à dictis hærede & legatariis? Fuit iudicatum in Consilio, quòd non competit dictis cōsuangineis ius petendi dictas dotes à dictis legatariis: quia dictū pactum à cōtrario sensu excludit dictos consanguineos: quia cōsanguinei possunt petere dotem, quando filij moriuntur ab intestato: †ergo à contrario sensu, si moriuntur cum hærede testamentario, non possunt petere dotem ab hærede testamētario, per tex. in l. inter sincerum §. cum inter. ff. de pact. dota. firmant scribentes in l. j. §. huius rei. ff. de offi. eius cui man. est iurisdi. & Bald. in l. venditi. ff. de actio. emp. Et ita fuit dictum, quòd semper fuit obseruatum. 1
2

DECISIO CCIII.

De successione spuriorum.

SVMMARIVM.

1 *Nati ex vilissimo scorto & viro dignissimo sunt spurij.*
2 *Spurij ex ancilla in domo retenta vt concubina, relictorum sunt incapaces.*

VVlt †dispositio l. j. C. de natura. libe. quòd nati ex concubinis vilissimis & parentibus in dignitate positi sint spurij & incapaces tam per viam vltimæ voluntatis, quàm cōtractus. modò euenit, quòd quidam nobilis, quē causa honestatis taceo, ex ancilla retēta in domo vt concubina habuit filium & filiam, demum iste Nobilis fecit testamentum, & reliquit libertatem dictæ ancillæ & dictis filiis suis. similiter reliquit libertatē, & certa legata eis fecit. †Quærebatur, an isti filij sint capaces taliū relictorū. Aliqui doctores dicebant, ꝙ sic, per text. Insti. de ser. cog. Per totum Consiliū fuit cōclusum, ꝙ dicti filij sunt incapaces relictorum. 1
Nec ob. ille tex. quia intelligitur, quando dominus retinuit

retinuit ancillam in domo, & cum ea de facto con-
traxit matrimonium, cum inter eos non poretat esse
matrimonium, tunc tales filij succedūt, vt filij natu-
rales, quem text. sic intelligit gl. ibi in verbo, veniant.
& Ang. & Alexād. in l. ex facto. §. si quis rogatus. ff. ad
Trebel. & Fel. in cap. in præsentia. de proba. Et Areti.
Inst. de serui. cog. vbi ponit rationem, quare hoc est. &
refert Matth. de Matesila. Idem tenet Ioan. Bapti. de
sancta Seuerina aduocatus cōsistorialis. in repe. auth.
si qua illustris. in vij. chat. d. ad Orfi. & idem Areti. In-
stitu. de succes. agna. in §. vulgò.

DECISIO CCIIII.

De inofficioso testamento, & legitima fratris turpi persona instituta.

SVMMARIVM.

1 *Soror an possit testamentū fratris in toto expugnare tur-*
pi persona instituta, si quicquam est sibi relictum. 3.
2 *Querela inofficiosi, vbi est minus legitima, non expugnat*
in totum testamentum.
3 *Legitima fratris turpi persona instituta, quanta sit.*
4 *Ascendentium legitima quanta olim erat.*

QVidam Archiepiscopus fecit testamentū,
& instituit certos fratres suos spurios hæ-
redes, sorori verò suæ reliquit certū quid:
& post eius mortem soror dicit testamen-
tum fratris inoffic. & agit contra dictos fratres suos
1 spurios. Quæritur de duobus. †Et primò, verū ista
soror legitima & naturalis, cui in dicto testamēto re-
lictum fuit minus legitima, & expugnat testamētum
prædictum ex toto, an solum aget ad supplementum
legitimæ. Pau. de Cast. in l. omnino do. in princ. C. de
inof. test. tenet, quòd si frater in testamento fratris ha-
buit minus legitima, in quo fuit turpis persona insti-
tuta, quòd expugnat testamentū ex toto: vt dicit Guil-
liel. de Cuneo. & Bal. in l. fratres. C. de inof. testa. quod
non est sic in descendentibus, quibus ab ascendētibus
relictum est minus legitima: quia non expugnat testa-
mētum in totū, sed vsque ad legitimā: vt in d. l. omni-
modo. & hanc opi. scilicet quòd rūpatur testamētum
in totum dicit Paulus esse veriorē. & idem tenet Pau.
2 de Ca. in consi. lxj. & dicunt Mod. Papi. †quod cōmu-
nis sentētia est, quòd odio instituti rūpat testamētum
in totum. l. pātonius. in prin. ff. si quis à par. fuerit ma.
hanc opi. tenuit etiā Salic. in d. l. fratres. in iij. q. Sed
istorum opi. per sacrum Consiliū non fuerunt appro-
batæ. Sed fuit approbata opi. Ang. in l. j. ff. de inof. test.
vbi tenet reprobando dictas opi. quòd non expugnat
testamentū in totū, sed vsque ad legitimam, quādo est
aliquid relictum: quia non debet esse melioris condi-
tionis frater, quàm descendentes in bonis ascendentis
vel econtrà. Secundò quia est contra casum in d. l.
omnimodo. vbi apertè litera dicit, ꝙ omnes illi, qui
ad querelam vocātur, si non habent legitimā integrā,
non expugnant testamentum in totum, sed agunt ad
supplementum. Idē tenet And. in aut. res quæ. C. com.
3 de suc. †Et sic hodie in Regno est approbata per sen-
tentiam Regiam trāsactam in rem iudicatā, ꝙ frater
vel soror turpi persona instituta in testamentum fra-
tris, qui aliquid reliquit sorori, non rūpit testamentū
in totum. sed aget solum per viam querelæ ad supple-
mētum legitimæ. Secundò dubitatur, quantū erit
ista legitima fratris turpi persona instituta. dicit An-
gel. in d. l. j. ff. de inof. test. ꝙ non habemus in iure cau-
tum. & subdit ꝙ gl. in auth. de hære. & Falci. §. j. tenet,
ꝙ fratri debetur legitima. Vnde necessario oportet
nos dicere, ꝙ erit quarta illius portionis, quam habi-
turus fuisset ab intestato. †Nam eadē erat olim legiti- 4
ma ascendentiū: vt in l. cū quæritur. C. de inofti. testa.
& ff. eod. tit. l. Papinianus. §. si quis mortis. & §. quoniā
autē quarta. Et sic legitima ascendentiū & descēden-
tium hodie est aucta: & est triēs vel dimidia secūdum
numerum liberorū: vt in aut. de triē. & semis. §. j. & in
auth. nouissima. C. de inofti. testa. Tamē in fratre legi-
tima est quarta. & tenet Bal. in d. l. fratres. in iij. q. ista
sunt verba Angel. in d. l. j. licet aliud voluit Alex. in ij.
vol. cōsi. lxiij. inci. super primo dubio. in ij. col. Ta-
mē sacrū Cōsiliū die xxvij. Iunij. xv. ind. M. cccc xcvij.
in causa dictæ sororis de Mormilo de sedili Portę no-
uæ iudicauit secundū opi. Ang. in d. l. j. quòd in sorore
legitima sit quarta illius portionis, quā habitura fuis-
set ab intest. & sic dicta sententia fuit executa.

DECISIO CCV.

De mora non commissa in liquidādis.

SVMMARIVM.

1 *Mora an committatur, quando debitum nō est liquidū.*
2 *Oblatio debiti illiquidi qualiter fieri debeat.*

QVidam clericus nomine Cæsar de Borsis
locauit certū territoriū beneficiale cuidā
Petro Burdono pro certa quantitate fru-
menti, & pro certis annis, quæ frumenta
non fuerunt integrè soluta per dictum Petrum, tum
propter temporis sterilitatē, tum etiam propter guer-
ras. †Dicebatur per dictū clericum, quòd per dictum 1
Petrum fuit commissa mora in soluēdo quantitatem
frumenti promissam, & ideo frumenta sunt soluenda
pretio, quo plurimi valuit post moram, iuxta not. in
l. vinum. cum cōcor. ff si certum peta. replicabat con-
uentus, quòd quantitas debita non est liquidata: & sic
non potest dici, quòd fuit in mora. Quæritur an sit
commissa mora, quando debitum non est liquidum,
sed venit liquidandum. Fuit decisum in Consilio,
quòd in liquidādis non cōmittitur mora, antequam
per iudicem sit liquidatum & declaratum, per l. ij. C.
de vsuris. Ita dicit Bald. in l. acceptam. iij. col. versi. vi.
opp. C. de vsu. Idem consuluit Alex. de Imo. in ij. vol.
consi. xlix. in j. col. faciunt not. per Alex. in l. j. §. si sti-
pulanti. ff. de verb. obl. †Qualiter autem debeat fieri 2
oblatio debiti illiquidi, tangit Bal. in l. si residuum. C.
de distrac. pign. & per Alex. in iij. volu. consi. xxiij. &
in l. iij. §. ait prætor. ff. de re iud. & Ang. in l. prætor. §.
si quis paratus. ff. de ope. no. nuntia.

DECISIO CCVI.

De fideiussoribus clericorum, & de excessu in defendendo.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussor laicus clerici non remittitur ad ecclesiasti-*
cum iudicem.
2 *Exceptio declinatoria competens principali non compe-*
tit fideiussori.
3 *Defensionis excessus qualiter puniendus.*
4 *Prouocatus excedens alleuiatur in pœna excessus.*

REnes & apud acta magnæ curiæ duo iuue-
nes adinuicem sub pœna vnciarum xxv.
promiserunt vnus alterū nō offendere, &
dederūt fideiussores. Vnus istorū offendit
alterum:

alterum: offenſus ſe defendit, ſed exceſsit modũ in de-
1 fendendo. Dubitatur de duobus. †Et primò, ex quo ille, qui offendit eſt clericus beneficiatus, vt conſtat ex literis ſignificatorialibus Vicarij archiepiſcopi Neapoli. & ſic curia Vicariæ non poteſt procedere contra eum, an poſsit procedere ad pœnã contra eius fideiuſſorẽ laicum. Et fuit concluſum per iudices magnæ curiæ, & per ſacrum Conſiliũ, quòd fideiuſſor laicus clerici non debet remitti ad iudicem eccleſiaſticum, per id quod voluit Spec. in titu. de cõpe. iudi. addition. §. regulariter. verſic. pone fideiuſſor quẽ allegauit ad hoc Bald. in l. j. in fin. C. de priui. dot. & eſt
2 tex. in l. ſi reus. ff. iudi. ſolui. † vbi exceptio declinatoria cõpetens principali, non competit fideiuſſori ſeu ceſsionario. & probatur bene in l ſed & ſi reſtituatur. §. j. ff. de iudi. Et dicit Lud. Ro. in ſingul. ſuis in verbo, fideiuſſor. ꝙ hoc alibi non habes, niſi in dictis locis.

Secundò dubitatur, vtrum ille, qui exceſsit in defendendo, debeat puniri pœna cõtenta in obligatione vel pœna exceſſus. Facta relatione in Conſilio per vnum ex iudicibus ſequenti die fuit votatũ, quòd non debet puniri pœna dictę obligationis: ſed tãtum pro exceſſu in defendendo: Quia iſte, qui ſe defendit, fuit prouocatus. & ſi exceſsit, imputatur offendenti, qui incœpit, ad excuſationem: vt non teneatur pœna, qua tenetur offendens. per l. j. §. cũ arietes. ff. ſi quadru. paupe. feciſ. dica. & in l. vt vim. per ſcribẽtes. ff. de iuſt.
3 & iure. & in l j. C. vnde vi. † Sed quia exceſsit modum in defendendo, punitur ſolum pro iſto exceſſu, ſecundum Io. An. in c. ſignificauit. de pœnit. & remiſ. quem allegauit Bald. in c. j. in prin. iij. col. de pace tenenda. not. Abb. Sic. in c. ſignificaſti. de homi. ſcribentes. in c. ſicut. de iureiur. Alex. in j. vol. conſil. lxxvj. incip. Redemptoris noſtri viſa inquiſitione. & Franci. de Are. conſi. lxxx. circa fin. & Lud. in ſingularibus ſuis in ver-
4 bo, defenſio. † Multum alleuiat pœnam, quando quis fuit prouocatus, & exceſsit modum in defendẽdo, ſecundum Lucã de Penna in l. erat. C. de Caſtren. pecul. mi. lib. xij. Et vltra prædicta ad oſtendendũ, ꝙ ſecundus offendens, quia prouocatus, non incidat in pœnã dictæ obligationis, allegabatur Bald. in l. qui fidem. ff. de tranſact. & in l. cum proponas. C. de pact. & Ioan. And. in c. j. de treu. & pace. & Bart. in l. pater. §. libertis. ff. de leg. ij. & Bald. in l. cùm mulier. in vj. oppo. ff. ſolu. matri. Bal. & Ioan. de Imol. & Paul. de Caſt. in l. ſemel. eo. tit. Et fuit concluſum, quòd iudices leuiter puniant dictum offenſum pro dicto exceſſu, non autem puniãt eum, nec eius fideiuſſorem pœna contenta in obligatione de non offendendo.

DECISIO CCVII.

Quando mulier officio tutelæ fungi poſsit.

SVMMARIVM.

1 *Tutela priuationem quæ inducant, & cauſæ ſint ſufficientes. 2. 4.*
Mater tutrix aut auia an poſſint propter litem, quam habent cum pupillo, à tutela remoueri.
5 *Tutor etiam pro cauſa leuiſſima poteſt à tutela expelli.*
6 *Inuentarij omiſſio reddit tutorem ſuſpectum.*

Q Vædam domina Polixena auia filiorum quondã nobilis Colę Gaietani tutrix ipſorum filiorũ fuit citata per magnã curiam Vicariæ ad dicendum quicquid voluerit, quare non debeat priuari tutela dictorum filiorum.

Et cauſæ quæ allegabãtur vt deberet priuari dicta tutela, ſunt iſtæ, videlicet. † Et prima, quia dicta 2
tutrix habet litẽ cum ipſis pupillis. dicebant iudices magnæ curiæ Vicariæ, ꝙ hæc cauſa non eſt ſufficiens: quia licet regulariter tutor propter litem quã habet cum pupillo, debeat remoueri à tutela, tamẽ fallit in matre & auia ſecundũ Bal. Salic. & ſcribẽtes in auth. matri & auiæ. C. qñ mulier tutel. offic. fungi poſſ. ſed propter iſtam cauſam debet dari adiunctus: vt in l. ſi tutor ab aliquo. ff. de ſuſpe. tut. & in l. cũ quẽ. C. eo. tit.

†Secũda cauſa ſuſpicionis erat: quia propter dictã 2
litem in magna curia Vicariæ dictæ tutrici temporibus pręteritis dedit in adiunctum tutorẽ magnificum do. Ioannẽ de Cicinellis de ſedili Montaneæ. Et dicta domina Polixena non patitur, ꝙ contutor prædictus poſsit adminiſtrare, propter quod redditur ſuſpecta: vt in l. actus. & ibi Bart. ff. de admin. tuto. Tertia cauſa ſuſpitionis erat: quia omnia bonis pupillorum diſsipabat dando filiabus fœminis. † & volunt iura, ꝙ 3
tutor etiam pro leuiſsima cauſa poteſt remoueri à tutela, ſecundũ Bar. in l. fi. ff. de ſuſpec. tuto. & Bald. in l. quæ fortuitis. viij. col. C. de pig. actio. Quarta cauſa, quia iſta tutrix habuit perfectam notitiã de teſtamento præfati Nicolai, in quo fecit ipſam tutricem, & adminiſtrauit nullo confecto inuentario, & ideo quia non fecit inuentarium tutoris, ipſo iure redditur ſuſpecta: vt eſt tex. in l. fi. in fi. C. arbi. tute. Et hoc caſu etiam tutor teſtamentarius poteſt allegari ſuſpectus: vt in l. etiam. C. de ſuſpectis tuto. & iſto caſu nõ debet dari adiunctus, ſecundũ doct. in d. l. fi. † Fuit indica- 4
tum per magnã curiam dictã tutricẽ debere remoueri à dicta tutela dictorũ ſuorum nepotum tanquam ſuſpectã, maximè quia non confecit inuentarium. Et licet pro parte dictæ dominæ Polyxenæ fuiſſet appellatum ad ſacrum Conſilium: Tamen per omnes dominos ſacri Conſilij fuit votatum, quòd bene fuit prouiſum per iudices prædictos.

DECISIO CCVIII.

De confeſsione minoris ſpontanea facta in iudicio ſine curatore.

SVMMARIVM.

1 *Minor ex confeſſione iudiciali facta ſine curatore an poſſit ad pœnam condemnari.*
Apices iuris vbi de mera voluntate agitur, non conſiderantur.
2 *Minor an torqueri poſſit, & qualiter.*
Minor delictum confeſſus in iudicio ſine curatore reſtituendus in integrum ſi dicat ſe læſum.

M Inor adultus non habens curatorẽ inquiſitus eſt de furto, & examinatus cõfitetur, ſe participẽ eſſe in dicto delicto commiſſo per alium, nihil tamẽ ad eum peruenit.

†Fuit dubitatũ in Conſilio vtrum dictus minor ex 1
confeſsione iudiciali facta ſine curatore poſsit condemnari ad pœnã, ſicut fieſſet maior. Aliqui dicebãt, quòd talis confeſsio eſt valida, & poteſt per eam condemnari: quia dicebat Dy. vt refert eum Bal. in l. clarum. C. de autho. præſtanda, ꝙ tenet confeſsio adulti facta in iudicio ſine authoritate curatoris. & ideo dicebat ibi Nico. de Matth. ꝙ quãdo minor ſine authoritate curatoris cõfitetur ad veritatis indaginẽ. tunc nõ requiretur authoritas curatoris, & ideo eſt, † quia 2

vbi agitur de mera voluntate, non est curandum de iuris apicibus: vt ff. mand. l. si fideiussor. §. quædam.

Item dicebant illi, pone, quod sunt iudicia contra minorem de delicto, quod prætenditur cōmisisse, nōnne iudex poterit ipsum quæstionare? certè sic, vt dicit Iac. But. in aut. sacraméta pub. C. si aduersus vendi. & valebit talis cōfessio extorta per tormentū, secundū eum, & Bal. in d. l. clarum, licet ponat vnum granum salis, videlicet, quod prius ipse minor sit examinatus cum

3 authoritate curatoris: & causa cognita † tunc tortura est executio præcedentis adhibitæ causæ cognitionis: vt ff. de adul. l. postulauerit. §. quæstioni. Sed idem Bal. in addi. Spec. in tit. de cōfess. dicit, quod propter iussum iudicis tantùm valebit cōfessio minoris in tormētis, quantū valet authoritas curatoris in actibus agendis. dicit tamen Sali. in d. l. clarum. quod ista opin. vbi agitur ad veritatis indaginē, non est curandū de ista solennitate curatoris, potest toletari, si iudex præstitit authoritatē adulto iurādi dicere veritatē: quia tunc simpliciter videtur in respōsionibus præstitisse authoritatē. aliàs forsitan non sufficeret. per d. l. clarū. & dicit hoc

4 dixisse in l. j. C. de confessis. † Dicebat do. Ant. de Palmerio doctor memoriosus, quod Cyn. in d. l. clarum. simpliciter tenet, quòd in delictis spontanea cōfessio minoris in iudicio sine curatore nō nocet sibi, & hoc firmat Aret. in tractatu maleficiorum, in verbo, comparent inquisiti. Idem dicit Alb. de Rosatis in d. l. clarum dicens, quòd quando confessio delicti facta est à maiore infante sine curatore, indistinctè nō valet, & subdit, quod ipse sæpe impugnauit cōfessiones minorum etiam factas in tormētis. & dicit se obtinuisse per hāc l. clarum. & idem dicit d. l. j. in ij. col. C. de confessis. Idem dicunt duæ gl. coniunctæ in constit. Regni, minorum iura. vna est prima gl. alia quę debet coniungi

5 cum ista est in verbo, tutorū. † Fuit tandem per totum Consilium votatum & cōclusum, quòd si minor cōfessus est delictum in iudicio sine curatore, & post ea allegat se læsum ex dicta confessione, & petat se restitui in integrū aduersus dictam confessionē, quod talis confessio nihil sibi nocet. ita singulariter dixit Ange. in l. certum. §. in pupillo. ff. de confessis. vbi ad hoc allegat tex. cum gl. ij. in c. ij. de restit. in integrum. lib. vj. & dicit quòd est valde notandum & quotidianum. & hoc tenet Alex. multum notanter in l. nam & postea. §. si minor. ix. col. ff. de iureiuran. & eum sequuntur moder. Papien. ibi. & idem Alex. in iij. vol. cons. cxvj. in j. col. incipiente in causa inquisitionis &c.

DECISIO CCIX.

De venditione rei pro dote obligatæ facta per virum vxore cōsentiente.

SVMMARIVM.

1 *Coniuges vendentes & se pretium recepisse confidentes, an præsumantur quilibet pro parte recepisse & quando. Et an talis confessio vxori præiudicet. 3. 5.*

2 *Cautela pro mulieribus in venditione rerum pro dote obligatarum.*

4 *Mulier non potest se obligare pro viro.*

1 IN causa sororis domini Antonij de Rao dubitabatur, † vir & vxor vendunt quandam rem stabilē ipsius mariti, quæ fuit paterna mariti sui obligata pro dote. & cōfitentur in instrumento se recepisse pretium. Soluto matrimonio per mortē viri, vxor petit dotē ab hæredibus viri. dicunt hæredes, quādo fuit vēdita per te & maritum tuum illa res stabilis, habuistis pretiū, quod pretium præsumitur, quod pro medietate peruenit ad vxorem, & pro medietate ad virū: vt dicit Bart. in cōsilio suo, incipiéte, domina P. nupsit &c. per tex. in l. reos. §. cum in tabulis. ff. de duobus reis. Et de isto consilio facit mentionē Bal. in auth. si qua mulier. C. ad Velle. & in l. j. C. de duobus reis: licet ibi nō determinet. Sed bene determinat Bald. in l. mater. in vij. col. versi. sed hic quæro, quid in tali casu. C. de rei vendi. & sic cùm sit doti satisfactū pro medietate pretij prædicti dictæ vxori, id quod deficit vsque ad cōplementū dotium offerūt velle soluere. † In contrariū pro parte dictæ 2 vxoris dicitur, quod quanquā in instrumento vēditionis dicatur, quod vir & vxor confitentur se recepisse pretiū, & sic præsumitur, quod pro medietate pretiū peruenerit ad vxorē: tamen in rei veritate totum dictū pretium peruenit ad virum, & eius in vtilitatē cōuersum fuit.

Et bene sacrū Cōsilium habuit de hoc veritatem, quòd totum pretiū peruenit ad virum, quo casu tollitur illa præsumptio, vt dicit Bal. in d. auth. si qua mulier. subdens, quòd cautæ mulieres quādo vendunt res dotales vel res viri sibi obligatas pro dote faciunt sibi fieri cautelā de totis dotibus super reliquis bonis viri, vel quod vir cōfiteatur, quod totū pretium peruenit ad eum.

Quæritur modò quid iuris. † Fuit pariter & 3 vnanimiter votatū, quod quando vir & vxor confitētur se pretium recepisse nunquā talis cōfessio præiudicat mulieri, quādo repetit dotes: nisi doceatur, quòd medietas dicti pretij sit versa in vtilitatē mulieris. hanc sententiā firmauit Spec. in tit. de oblig. & sol. §. ante omnia. versi. sed pone. & dicit Ioā. de Imol. in repet. c. cùm contingat. de iureiur. quòd ipse hanc partem putat veriorem de iure, per d. authen. si qua mulier. Et quia, vt docet experientia, dicit ipse, maritus videtur pretiū recepisse; nec cōmodè vxor potuisset resistere voluntati viri. ideo satis est iustum, quòd nō teneatur medietatem dicti pretij in dicta dote excōputare. & hoc est de mente Cy. in d. auth. si qua mulier. † Nec 4 obstat dictus §. cùm in tabulis. quia ille tex. & quæ ibi dicūtur, procedūt in his personis, quæ possunt inter se obligari. Sed nō in muliere, quæ nō potest se obligare pro viro, vt in d. auth. si qua mulier. & in l. j. & per totum tit. ff. ad Velle. Et sic cōcludit, quod ad hoc, vt mulier obligetur, quādo cōtrahit vnà cum viro, & cōfitetur se pretiū recepisse, est necesse aliter apparere, pecuniā esse versam in vtilitatē vxoris: & dicit hoc esse valde consentaneū rationi. Idem firmat Bal. in l. j. C. de duobus reis. & ideo dicebat Bal. in d. l. mater. licet dicta confessio coniugum de receptione pretij facta in instrumento probet inter emptorē & mulierē: non tamen inducitur probatio inter mulierē & maritū, cū quo nō est facta cōfessio. † & ideo Alex. in ij. vol. cōsi. xxx- 5 viij. incip. cōsideraro, dicit, quia cōtra opin. Bar. nonnulli tenuerūt: non ponit illā opi. pro cōstanti. Et secundū istud votum fuit iudicatū, & licet pro parte illorū de Malotibus conuentorū fuisse reclamatum. Tandē seruatis seruādis illa sententia iterū per sacrum Consiliū fuit cōfirmata, & impositū perpetuū silētiū.

DECISIO CCX.

De restitutione in integrum.

SVMMARIVM.

1 *Restitutio in integrum quibus personis competat.*

Instans

Instantia inter priuilegiatos litigantes non perit.
2 *Beneficium petitum per minorem qui factus est maior lite pendente, an concedendum.* 4.
Finis consideratur, & non principium.
3 *Initium est spectandum.*
4 *Minores litigantes facti maiores quando in integrum veniant restituendi.*
6 *Actor an possit vti restitutione, quando minor est læsus dolo aduersarij.*
Dilatione cessante dolo gaudet aduersarius.

1 MVltæ sunt personæ, † quibus de iure communi & per constitutiones Regni cõpetit restitutio in integrum, vt sunt minores: vt in l. auxilium. ff. de mino. & in consti. Reg. minorũ iura, & illi qui eisdem cõparantur. Item mulieres in iudiciis: vt in const. Regni, Obscuritatẽ. item fiscus: vt in const. Regni, Beneficiũ restitutionis. item ecclesia, vt in toto tit. extrà, de in integrum restitu. Et cõcludit An. q in iudiciis istis personis bis tantũ conceditur restitutio in dicta consti. Regni, Obscuritatẽ. Et hodie ex vetusto vsu prima restitutio vocatur primum beneficiũ. Secunda restitutio vocatur secũdum beneficiũ. Fuit dubitatũ in Cõsilio. Ecce fiscus vel ecclesia agit actione reali contra minorẽ: & proceditur in causa vsque ad publicationẽ. Et quia isto casu non perit instantia, vt in l. properandũ. in prin. C. de iudiciis. & in c. penul. de iudi. durat ista causa per longum tẽpus: ita q infrà istud tẽpus ille minor factus est maior, dum postea causa sollicitatur, iste qui fuit mi-
2 nor, & tũc maior est, petit primũ beneficiũ. † Quæritur, an sit concedendũ vel denegandum? videbatur dicendum, quòd non debet concedi: quia tẽpore, quo petitur, erat maior cui non cõpetit: nam idẽ videmus in filiofamiliàs, qui stipulatus est mutuũ, quo tẽpore nõ obligatur, si postea effectus est paterfamiliàs, & sibi numerata fuit pecunia, cessat exceptio Macedoniani: quia finis cõsideratur, & non principiũ: vt in l. si filiusfamiliàs. §. si. ff. ad Maced. & no. gl. in l. iij. §. j. ff. de min.

In contrariũ facit tex. in l. iij. C. ad Maced. vbi dicitur, origo enim potius obligationis, quàm titulus actionis cõsiderãdus est. sic videtur dicendũ, q tẽpus incepti iudicij debemus inspicere, vt indicetur, an sit cõcedendũ primũ beneficiũ. Idem dicemus in electo: vt tẽpus electionis consideretur, an electus habeat aliquem defectũ: vt in c. dudũ. lo j. & ibi glo. quæ allegat multas cõcordantias, † q initium est spectandũ, extrà
3 de electione. & alia iura in contrariũ: vt ibi per eam. & ibidẽ per Ant. de But. de isto brocardo. sed Bart. in d. l. iij. §. j. dat in ista materia vnam regulã, videlicet, q quãdo finis habet necessariã consequentiã ad principium: vt est in auth. qui semel. C. quomodo & quando iudex. vbi actor habet de necessitate prosequi litẽ vsque ad finẽ, & sic reus de necessitate habebat persistere in lite, & sic habet necessariã consequentiam ad principiũ: & super ista restitutione concedẽda inspicitur principiũ litis quo tẽpore sibi competebat. ergo & nunc licet sit maior, & ad hoc facit id, quod dicit
4 Bar. in l. & an eandẽ. §. actiones. ff. de excep. rei iud. † q si lite pendẽte superueniat ius, quod habet dependentiam ex causa de præterito, debet haberi ratio, vt ibi per eum. Tandem fuit allegata decisio Guilliel. de Cug. in l. sancimus. C. in quib. cau. in integ. restit. non est neces. quam refert ibi Alberi. de Rosa. quòd quãdo impedimento aliquo, vel malitia aduersarij protrahentis causam currit tẽpus, tunc lapsus temporis non nocet ipsi minori. allegat l. intra vtile. ff. de mino. ff. de excus. tut. l. si cũ ipso. ff. de inoff. test. l. cõtra maiores. Alij dicebant, q si minor lite pendente factus est maior, & intra quadriennium postquam factus est maior, petit beneficiũ, q est sibi cõcedendum, secus si elapsi sunt quatuor anni, qui dantur ad petendum restitutionẽ in integrum post ætatem perfectam: † quia 5
tunc non potest cõcedi beneficium, per id quod dicit Bar. in l. superuacuũ. C. de tẽpo. in integ. resti. & Ang. in §. illud. in auth. de hære. & Falcidia. & not. in c. j. de restitu. in integ. lib. vj. & habetur in l. Aemilius. ff. de mino. Tandẽ fuit per omnes Doctores votatũ, q ex quo dolo & malitia actoris lis prædicta fuit protracta in longũ, idem si ex causa iudicis, quòd concedenda est restitutio, & beneficium minori tẽpore publicationis, & nunc maiori tẽpore quo petit beneficium, secundũ Guilliel. & Bal. in d. l. iij. §. j. nisi in minori ætate cõclusum esset in causa. allegat. C. de adult. l. quamuis. & in authen. vt eum de appel. cogno. §. j. & idem dicit Alberi. in d. l. iij. §. j. Et sic fuit concessa dicta restitutio, quæ dicitur primum beneficium?

† An ipse actor poterit vti dicta restitutione quan- 6
do minor est læsus dolo aduersarij? Et fuit conclusum q non, per id quod dicunt Bart. Paul. & Ludo. & Moder. scribentes in l. j. §. nuntiatio. ff. de operis noui nũtia. per tex. in l. qui res. in prin. iuncta gl. ff. de solut. sed dolo cessante beneficio, quod cõceditur reo, gaudere debet actor: vt in Specu. de dila. §. fina. versic. in summa. & ibi Io. And. cum concor. quæ ibi allegãtur.

DECISIO CCXL.

De restitutione in integrum competente hærede minoris.

SVMMARIVM.

1 *Restitutio in integrum an concedenda hæredi minoris defuncti.*
2 *Priuilegium ætatis non transit in successorem.*
3 *Minoritas sine læsione non sufficit in restitutione in integrum.*

PVpillus litigabat cum curatore dato ad litem, vel cum tutore, lite pendẽte moritur pupillus superstite suo hærede maiore ante conclusionem, † iste hæres maior petit 1
primum beneficium ex persona minoris defuncti, an debeat sibi cõcedi. dicit Bal. in l. si infanti. in antepen. col. C. de iure deliberan. q si minor succedit maiori, debet censeri secundũ suam ætatẽ non secundũ ætatẽ prædecessoris, quantũ ad beneficia consequenda. quæ sumunt originem ex persona, & non reperiebatur in persona prædecessoris cõseruata, sed consumenda. ff. de mino. l. Aemilius. † Item quia priuilegiũ ætatis 2
non trãsit in successorem: vt in l. priuilegium. & in l. omnibus. ff. de reg. iur. & in regula, priuilegiũ. lib. vj.

Sed in cõtrarium allegatur tex. in l. minor autem magistratus. ff. de mino. vbi dicitur: nõ solum autem minoribus, verũ successoribus quoque minorũ datur in integrum restitutio, & si sint ipsi maiores. † Fuit 3
votum in Consilio, prout dicit Bart. in l. interdum. ff. de mino. quòd causa restitutionis in integrũ non est principaliter fauore personæ minoris, sed est causa restitutionis deceptio siue læsio, & ideo transit talis restitutio ad hæredem maiorem. Idem dicit Bart. in l. non solùm. ff. de in integ. restitu. mino. & firmat Dyn.

in dicta regula, priuilegium. & firmat Oldra. in consi. ccxxiiij. in c. istæ sunt allegationes. in xvj. col. & tenet Bar. in l. quia tale. ff. sol. matri. & ideo beneficiũ, quod competebat minori ratione læsionis, competit eius hæredi licet maiori. Et ita concessum fuit hæredi maiori non quidem ratione personæ minoris, sed ratione, quia minor fuit læsus.

DECISIO CCXII.

De restitutione in integrum minori non concedenda.

SVMMARIVM.

1 *Restitutio in integrum an concedenda minori hæredi maioris, qui litem inchoauerat.*

Minor succedens defuncto non vtitur iure suo, quod habet in restitutione in integrum.

2 *Priuilegiatus succedens non priuilegiato, an vtatur suo priuilegio.*

1 LItigatur inter maiores, † & proceditur vsque ad conclusioné. vnus ex litigãtibus moritur superstitibus filiis minoribus, per eius tutorem petitur primum beneficium. Fuit votatum & determinatum, quòd nõ sit concedendũ. Quia minor non vtitur iure suo, quádo succedit defuncto, cui non competebat restitutio in integrum propter aliquam probationẽ non factam: vt not. Bar. in l. cum filius. §. in hac. ff. de verb. oblig. & probatur in l. j. & ij. C. si aduers. vend. pig. & in l. apud Iulianũ. in prin. ff. quib. ex cau. in poss. ea. & not. doct. maximè Bal. in auth. quas action. in iiij. & v. col. C. de
2 sac. sanct. eccle. in illa q. † Vtrum priuilegiatus succedés non priuilegiato vtatur priuilegio suo, dum alleg. l. Aemilius Largianus. ff. de minor. Secus esset dicendũ, quando fuisset datus terminus ad probandum cum ipsis minoribus, & sic aliquid esset factum per ipsos minores in causa, tunc competeret restitutio in integrum. per doctrinam Bart. in d. §. in hoc. Et ita fuit determinatũ in Regia camera summariè in causa filiorum & hæredum minorum Petri Collæ de Alexand. & in magna curia Vicariæ, & in sacro Consilio in diuersis causis, diuersis temporibus.

DECISIO CCXIII.

De beneficio minori debito non trahendo ad maiores eiusdem litis consortes.

SVMMARIVM.

1 *Restitutio in integrum fauore minoris an extendatur ad maiores eiusdem litis consortes.*

2 *Restitutio in integrum quæ minori conceditur in indiuiduis, trahitur ad consortem litis maiorem.*

3 *Connexorum electio in melioribus cadit, quorum idem est iudicium.*

4 *Hypotheca ius est indiuiduum.*

AGitur hypothecaria, assistentia, & appretio, adiudicatione contra hæredes debitoris, qui diuiserunt inter eos bona obligata super quibus agitur hypothecaria & dictis remediis. Vnus istorum hæredum est minor: reliqui sunt maiores. Minor petit primum beneficiũ, & con-
1 ceditur. † An isto beneficio gaudebunt alij litis consortes maiores. gl. in l. vnica. C. si in eo. eadémque causa in integ. restit. postu. distinguit inter diuidua & indiuidua: vt in diuiduis restitutio, quæ conceditur minori, non trahatur ad maiores, Secus in diuiduis: vt in seruitutibus &c. vt dicit ibi glo. & Azo in summa. eo. tit. Sed aduerte, quia Cy. ibi approbat gl. in quantum dicit, quòd in diuiduis non extenditur restitutio, quæ cõpetit minori ad maiores. Sed in indiuiduis; in quibus dicit, quod beneficiũ competens minori extenditur ad consortẽ maiorẽ. Cyn. ibi hoc non tenet, & reprobat gl. & contra glo. in hoc tenẽt etiã Guido de Suza, Alb. de Rosa. & Paul. de Cast. ibi. † Sed reperio, quòd 2
idem Alb. de Rosa. in l. j. C. si vnus ex pluribus. in fin. expressè tenet, quod in indiuiduis restitutio in integrũ, quæ cõceditur minori extenditur ad consortem litis maiorem, per l. si communem. ff. quemadm. seruit. amit. quã allegauit gl. in d. l. vnica. Idem dicit Ang. in d. l. si communẽ. Idem Bal. in l. ead. vj. col. C. de commer. ob causam. nam in istis cõnexis eligendũ est, quod magis prodest, quàm quod nocet. ff. de iure fis. l. non intelligitur. ff. de libe. causa. l. liberis. §. si duobus. faciunt ad hoc multa. quæ allegantur per Alex. in l. præcipimus. C. de appellat. † quod de connexis idem est iudicium. & 3
quæ alleg. Ioã. And. in c. j. de iure patrõ. lib. vj. & Moder. Papien. allegant xvij. similia in l. emancipati. C. de collat. & aliàs concor. alleg. Felin. in c. j. de præscriptio. Alex. in iiij. vol. consi. cxxxj. in inj. col. & sequen.

Fuit per sacrum Consiliũ conclusum, quod in indiuiduis & connexis beneficium, quod competit minori, extenditur ad consortes eiusdem litis maiores, & hoc per doctrinam Bald. in propriis terminis in l. ij. §. sed vtrũ. in fi. ff. de mino. Sed dubitatum, vtrum istud iudicium intentatũ sit diuiduum vel indiuiduum: Et fuit conclusum & votatũ per omnes dominos de Cõsilio, † quod ius hypothecæ est indiuiduum [a] licet res hy- 4
pothecatæ sunt diuiduæ. & quot sunt res obligatæ, tot a
sunt obligationes: vt in l. scire debemus. ff. de verbor. obligatio. Et quia dicti hæredes diuiserunt sibi bona obligata, beneficium quod cõpetit minori, non trahitur ad maiores consortes eiusdem litis.[b] Secus esset si b
possiderent omnia bona obligata pro cõmuni & indiuiso. Et ita post his vidi iudicatũ per sacrũ Consiliũ.

ADDITIO.

a *Indiuiduum.* Ius hypothecæ est indiuiduum.

b *Litis* Et idem dicit idem Matth. in constitutione Regni, Obscuritatem.

DECISIO CCXIIII.

De testibus Iudæis.

SVMMARIVM.

1 *Iudæi testes in causa ciuili an faciant fidem contra Christianum.*

2 *Iudæi in actis iudiciariis nõ admittuntur in testimoniũ.*

3 *Iudæi, hæretici, & excommunicati testes in quibus esse possint.*

QVidam Iudæi sunt debitores cuiusdam neophyti, & fuerunt in mora soluendi: & propter dictam morã per eos cõmissam fuerũt extracti à certis Gallis, Cõueniuntur à dicto neophyto ad dictũ debitum soluẽdum: ipsi debitores ad ostendendũ, quòd non fuerunt in mora, allegant, quod dictus neophytus creditor prorogauit eis terminum ad soluendũ, & pendente termino fuerunt compulsi à dictis Gallis ad soluendum, & dictam prorogationẽ termini in termino probatorio probauerunt per quatuor testes Iudæos, qui non sunt cõtestes.

Sed

1 Sed posito, quod essent cõtestes. † Fuit dubitatũ, vtrum in causa ciuili testes Iudæi faciant fidem cõtra Christianum. dicit glo. in l. quoniã. in verbo, augustetur. in fi. C. de hære. quod nulli Iudęo permittitur ferre testimonium contra Christianũ siue orthodoxum. alia glo. in c. Iudæi. de testi. dicit, quod nullus infidelis cõtra fide lem debet admitti in testimoniũ: vt in c. nõ potest. & in c. si hæreticus. ij. q. vij. & in c. miramur. xxiij. q. j. & not. in c. cum sit. de Iudæ. & tenet Spec. in tit. de teste. §. j. ver. item quod Iudæus. Dicebat do. Carolus de Rogerus valẽtissimus doctor, quod Azo in summa. C. de hæret. dicit quòd in cõtractibus & in vltimis voluntatibus
2 Iudæi possunt esse testes contra Christianũ: † secus in probandis actis iudicialibus. & hoc voluit glo. in d. l. quoniã in verbo, iudicialia. Felinus in d. c. Iudæi. ponit pro regola, quod Iudæus non potest esse testis contra Christianũ. Deinde ponit septem fallentias: vt ibi per eum. & aliam limitatio. posuit Paris de Puteo in tractatu de syndicatu, in verbo, testis Bartholomæus de Capua in quadã apostilla, in d. l. quoniam dicit, quod de iure canonico Iudæus nõ potest esse testis cõtra Christianũ, secus de iure ciuili, per tex. in l. quoniã. vbi tex.
3 dicit, † quod Iudæus vel hæreticus in quocũque cõtractu inter viuos est idoneus testis, sic excommunicatus potest esse testis in contractu: vt dicit Inn. in c. pia. circa fi de excep. lib. vj. sed non vt testis de eo cõtractu cum iuramento in iudicio. Fuit tandem conclusum per dominos de Consilio, quòd Iudæi non faciunt fidem contra Christianum, quãdo examinantur vt testes in iudicio regulariter, nisi in dictis casibus specialibus: & ita dicit Alex. in j. vol. consi. xxxv. in fi. & in conti. lxx. & in ij. vol. consi. lxxviij. in fin. & Alb. in d. l. quoniam. & Ioan. de Ana. in d. c. cùm sit. de Iudæis.

DECISIO CCXV.

De executione contra certos ex pluribus debitoribus insolidum pro rata facienda.

SVMMARIVM.

1 *Debitores plur. insolidum obligati condemnati simpliciter tenentur pro rata.*

2 *Obligatio quæ oritur ex sententia super aliquibus ex pluribus debitoribus diuidit debitum per partes quò ad omnes.*

3 *Condemnantur non vocati, quando certum est eos n. n habere defensionem.*

4 *Sententiam interpretari & declarare speciale est in principe.*

Executio contra non condemnatum non fienda.

Sexdecim Iudæi se obligauerunt soluere ducatos quadringentos cuidam nobili, ratione cuiusdã debiti insolidum. † Ille nobilis creditor conueniri fecit quatuor Iu-
1 dæos ex illis sexdecim in ducatis quadringentis in solidũ cum protestatione, quod vnica solutio ne erit contentus. Fertur sententia simpliciter per sacrum Consilium, & condẽnantur illi quatuor ad soluendũ ducatos quadringentos. Illi quatuor condemnati reclamauerunt à tali condẽnatione, & dicunt per l. primã. C. si plures vna sententia. quæ vult, quod si plures debitores in solidum obligati condemnantur simpliciter, vnusquisque tenetur pro rata sua: quia licet originalis obligatio sit in solidum: tamẽ illa, quæ oritur ex sententia, non est sic, quia quilibet videtur cõdemnatus pro parte, † nisi contrarium iudex dixerit in sententia: 2
vt declarat Paul. de Cast. ibi. Sic quod isti quatuor debitores ex sexdecim condemnati, censentur condẽnati pro rata habito respectu ad omnes sexdecim, & non respectu ipsorũ quatuor cõuentorum. Replicabatur pro parte illius nobilis, quod dicta lex prima, non dicit, quando alij debitores in solidũ obligati non fuerunt conuenti: sed loquitur, quando omnes debitores in solidum obligati fuerunt conuenti: tunc si simpliciter condẽnantur, intelligitur pro rata. Per sacrum Consilium nemine discrepante fuit votatũ & decretum, quod illi quatuor debitores condemnati ad dictos quadringentos, intelliguntur condemnati pro rata, habito respectu ad sexdecim Iudæos obligatos, & nõ pro rata ipsorum quatuor cõdemnatorum addictos ducatos quadringẽtos: † quia licet alij debitores non 3
fuerunt vocati in iudicio: tamen illi non vocati non habeont aliquam defensionẽ: vt pro rata non teneantur, & omnes in virilem censentur condemnati: vt dicit tex. in l. qui separatim. §. quoties. ff. de appellat.
Et sic fuit interpretata dicta sententia per dominos de Consilio, licet dictos quatuor condemnasset ad quadringentos ducatos, vt intelligatur pro rata respectu omnium obligatorum. Nam speciale est in principe, vt possit suam sententiã interpretari etiam corrigendo, secundum Bar. in l. ab executore. ff. de appellat. & Ioan. de Imola in l. iudex postquàm, cum si. de re iudica. Et sic facta fuit executio contra illos quatuor pro rata habito respectu ad sexdecim obligatos ad dictam summam quadringentorum. † Sed 4
contra illos alios non citatos non poterit fieri executio: quia non sunt condemnati, nec habuerunt scientiam huius litis, iuxta not. in l. sæpe. cum materia sua. ff. de re iudi. Bene tamen ille nobilis creditor posset de nouo agere contra quem vellet insolidum obligatum, vt sibi soluat totum integrum debitũ, secundum glo. & Paul. de Cast. in d. l. j. C. si plures vna sententia. Et fuit mihi visa ista decisio ita noua, quòd nunquam aliàs legi, nec audiui: tamen habet æquitatem, & ideo menti tenenda propter authoritatẽ tantorum sapientium, qui sic declarauerunt, qui fuerunt do. Antonius de Alexandro, do. Carolus de Rogeriis, do. Antonius de Palmerio, do. Iacobus de Gillo de Trano. & ego accessi ad eos: quia dicta declaratio habet conformitatem cum dispositione rationis dictæ l. j. & dicti §. quoties.

DECISIO CCXVI.

Variæ practicæ super testium examinatione & eorum productione post publicationem.

SVMMARIVM.

1 *Testes post dicta in testificata produci & examinari an possint. §.*

Articulus in causa appellationis similes primis an liceat ponere, & quid inde directo contrarijs. 4.

2 *Minor excl. sia mulier per vim restitutionis in integrum possum ponere idem, & contraria articulis partis.*

3 *Pars admittitur ad probandum per rei euidentiam post dict. tm testificata.*

1 Votidie habemus in facto, † ꝙ facta publi-
catiõe in causa petitur repulsa cõtra testes,
& dicta. Et partes formant articulos de di-
recto contrarios articulis partis aduersæ.
interdũ ponunt illud idem, quod positum fuit in pri-
mis articulis, ex quo illi articuli non fuerũt probati.
Et sine dubio hoc non licet etiã in causa appellatio-
nis: vt no. in Cle. secunda, de testi. & in c. fraternitatis.
eod. tit. in antiquis. & in auth. qui semel. C. de probat.
Et istud datur pro regula: tamen cõtra istam regulam
dantur plures limitationes, de quibus per Ioan. And.
& post eum per Abba. in c. fraternitatis. de test. & per
Spec. in titu. de teste. §. satis vtiliter. in princ. Et inter
2 alias limitationes. † Semper fuit practicata ista, ꝙ
minor, ecclesia, mulier per viam restitutionis in inte-
grum possunt ponere idem & contraria articulis al-
terius partis. Ista practica fuit sumpta ex theorica In-
noc. in c. auditis. de restit. in integrum. quem sequun-
tur dominus Ant. de But. Abbas Sicu. & Ioan. de Imo.
firmant Bald. & Salyc. in d. authen. qui semel. Bart. in
l. j. §. nuntiatio. iiij. col. ff. de ope. not. nuntiat. & Bald.
in l. eos. §. si quid autem. de appel. & Spec. in tit. de re-
stitut. in integrum. §. videndum. versi. quid si in causa
minoris &c. Item fuit practicatũ in Cõsilio, quòd
perẽpta instãtia & noua incboata, licet ponere idem
& contraria articulis partis aduersæ. ita voluit Ang.
in l. si quis in seruitute. ff. de furt. & Abb. in d. c. frater-
3 nitatis. in iiij. fal. † Item fuit practicatũ, quòd post
didicita testificata super eisdẽ & de directo cõtrarius,
fuit pars admissa ad probandum per euidentiam rei,
puta rector ecclesiæ dicit rem ad se deuolutã: quia est
deteriorata contra pacta. & hoc probauit, si pars di-
cit, quòd per rei euidentiã vult probare contrariũ, &
illud idem, quod ipse posuit, debet audiri, per id quod
dicit Bald. in l. si quis testibus. in fin. C. de testib. & in
Spec. de prob. §. videndum. versi. hoc quoque. Bald. in
l. de quibus. penul. char. ff. de leg. Ant. de Butr. in cap.
causam. in fin. de probat. facit quod not. Bart. in l. j. §.
si. ff. quemadmodum testa. appel. & Cyn. in l. ij. C. quæ
4 sit longa consue. † Item fuit practicatũ in Cõsilio,
ꝙ quãdo testes examinati super articulis datis in ter-
mino probatorio non plenè probant, pars altera in
causa appellationis potest facere articulos de directo
cõtrarios illi articulo partis aduersæ, & inducere te-
stes super eis, secundum Antonium de Butr. in c. at si
clerici. de iudiciis. Item, fuit practicatum in Con-
silio, quòd si pars probauit articulum suum per duos
testes, & altera pars probauit cõtrarium, ego qui pro-
baui per duos testes facta publicatione in termino re-
pulsatorio, vel in causa appellationis, potero facere
articulũ illum eundẽ, & inducere alios testes ad pro-
bandum illum eundem: quia non potest mihi impu-
tari, quare in primo termino illos non produxi: quia
5 confidebam de illis duobus, quos examinari feci: † &
sic cessat præsumptio subornationis. ita dicit Innoc.
in c. cùm clamor. de testibus. & voluit expreßè Abb.
Sic. in cap. fraternitatis præallegato. in vij. col. voluit
etiam Bald. in l. j. in fi. ff. de leg. ij. Item fuit practi-
catũ, quòd si producitur instrumentum, quod indiget
aliqua probatione per testes ad concomitantiã ipsius
instrumenti, possunt producere testes post publica-
a tionem [a] secundum do. Ant. de But. in c. series. de testi.
& ibidem per Abb. Item fuit practicatum, quòd
facta publicatione & concesso termino ad repulsam,
licet ponere articulum de directo contrariũ articulo
partis aduersæ, si articuletur, quòd testes examinati
super articulo partis aduersæ falsum deposuerũt cor-
rupti vel subornati. Ita volunt doctores in c. licet. de
probat. & Abb. in d. c. series. in iij. col. in fine.

ADDITIO.

Vide quæ annotata sunt suprà decisione xxxiij. & decisione lxxxix. in hac materia practicabili & quotidiana.

a *Post publicationem*. Adde Alexan. in consi. lviij. in iiij. vol. Fely. in cap. fraternitatis. extrà, de testib. vide suprà. in decis. cxv. & infrà cclxij. Tho. Gramma.

DECISIO CCXVII.

De nominatione domini in iudicium in causa possessorij recuperandæ.

SVMMARIVM.

1 *Possessorio recuperanda conuentus, an possit euitare iudicium nominando dominum.*

2 *Conuentus de delicto ex facto proprio non potest iudicium declinare.*

3 *Nominatio domini in iudicium quando locum habeat.*

Vit dubitatum, † Vtrum cõuentus pos- 1
sessorio recuperandæ posit euitare iudi-
cium, dicendo, quòd ipse tenet & posidet
nomine talis nobilis, & ipsum ad euitan-
dum iudicium nominat eum in dominum & posses-
sorem. Bart. in l. ij. versic. quarto extra glossa. C. vbi in
rem actio. tangit istam quæst. & refert glo. contrarias.
Item Abbas in cap. quoniam frequenter. §. in altis. in
xxv. col. vt lite non contesta. vt ibi per eos. Fuit in
hoc dubio votatum per omnes dominos de Consilio,
quòd conuentus possessorio recuperandæ, si in libel-
lo narratur, quòd ipse est ille, qui spoliauit, vel man-
dauit spolium fieri, vel ratam habuit spoliationem, &
quòd non posidet nomine alterius, sed suo nomine,
non habet locum nominatio domini in iudiciũ: quia
conuenitur de delicto & facto proprio, † ideo non 2
potest iudicium declinare. hoc tenet Abbas in loco
præallegato. & idem Ioannes de Imola ibi. Sed si
ageretur conditione cap. sæpe. de restitutione spolia.
vel remedio constitution. Regni, Circa violentiam.
vel remedio capitul. reintegranda. iij. quæstione j. in
quibus non agitur de facto conuenti, † tunc habet lo- 3
cum nominatio domini in iudicium, secundum ve-
ram conclusionem dictorum in dictis locis. Et ita
fuit determinatum in causa inter magnificum domi-
num Carolum licentiatum vtroque iure de Amotra-
no, & eius fratres.

DECISIO CCXVIII.

De decreto interposito super bonis non obligatis.

SVMMARIVM.

1 *Decretum super bonis non obligatis an nullum & quid si sit erratum in adiudicatione bonorum obligatorum.*

2 *Missio facta in vero debito in re maiori, quam sit debitum, valet vsque ad concurrentem quantitatem.*

3 *Decreta tot sunt, quot sunt res.*

4 *Decretum iudicis est indiuiduum.*

5 *Fructus authoritate iudicis percepti non debent restitui.*

Petita



Etita fuit assistẽtia & adiudicatio pro ducatis mille super multis bonis stabilibus, & ex processu cõstabat, ꝙ quædã bona ex illis nõ erãt obligata: interponitur decretũ assistentiã esse prçstandã, & dicta bona contenta in libello appretiãda esse &c. & ipsis appretiatis adiudi-
1 cãtur: †dicitur tale decretũ nullũ: quia interpositũ super bonis nõ obligatis. & ideo decretũ dicitur nullũ, quãdo fecit obligatio. l. j. §. hæc verba. ff ne vis fiat ei. no. Bal. in repe. l. ij. ff. de iureiur. & est tex. in l. cũ verò. § subuentũ. ff de fideicõ. liber. habetur in l. iustè. ff. de acqui. pos. Dicebãt aliqui domini de Cõsilio, ꝙ tale decretũ non sit nullũ, per id quod dicit Bal. in c. quoniã. §. sin autẽ. vt lite nõ cõte. vbi dicit, Quid si missio facta est partim ex falso debito, partim ex vero? Re-
2 spõdeo, ipso iure nõ valet in aliquo. †Sed si totũ debitũ est verũ, prout erat in præsenti causa, sed facta est in re maiori, quàm sit debitũ, valet vsque ad eius concurrentẽ quantitatẽ. casus est no. in l. fi. §. j. de bo. auth. iud. pos. Ita dicebãt domini dicendũ esse in ista adiudicatione pro vero debito super bonis obligatis & nõ obligatis, vt valeat pro bonis obligatis tantũ. Et licet Bal. in d. §. fin autẽ. & Paul. de Ca. & Alex. in l. si nõ sortẽ. §. si centũ. ff. de cõdi. indebiti. & Bal. in l. fi. ij. col. C. de iure do. impetra. loquãtur, quando erratũ est in æstimatione rei adiudicatæ, quo casu decretũ non est nullũ, vt ipsi dicunt. Idem dicebãt dicti domini de Cõsilio esse, quãdo est erratũ in adiudicatione bonorum obligatorũ, & est erratum in vna re, quæ nõ fuit obligata, vt remaneat decretũ validũ, quãtũ ad bona
3 obligata: †quia tot sunt decreta, quot sunt res. l. scire debemus. ff. de ver. obli. Ista extẽsio nunquã potuit residere in animo meo: quia aliud est, quando est erratũ in çstimatione, & aliud est quãdo est erratũ in adiudicatione rei, quæ nõ est obligata: licet sint adiudicata bona obligata, & in ista adiudicatione fit erratũ super vna re: quia in primo casu nõ errat iudex, qui interponit decretũ: sed errat ille, cui cõmittitur appretiũ. Sed in secũdo casu, errat iudex, qui interponit decretũ, & illud est in parte verũ, & in parte falsum: & per cõse-
4 quẽs in totũ ruit, †quia iudicis decretũ est indiuiduũ: vt in d. §. hęc verba, vt dicit Bal in l. certi cõdi. §. quoniã igitur. ff. si cer. pet. Et ideo fuit iudicatũ, ꝙ illud decretũ in totũ fuit nullũ, nec est verũ, ꝙ tot sunt decreta, res, quãdo decretũ latũ est super pluribus rebus sub vno cõstructu verborũ indiuisibili: quia dicit, dicta bona petita adiudicanda esse, & sic vniuersaliter, quo casu nõ habet locũ dispositio. d. l. scire debemus. secundũ Bar. ibi. & ille creditor non fecit fructus suos illorũ bonorũ: vt virtute nulli decreti perceptos: sed illi fructus medio tẽpore percepti iure creditoris debẽt excõputari in sortẽ, per l. j. & fin. C. de pig. actio. &
5 no. in l. si dominiũ. C. de pig. †nec obstat, ꝙ fructus iudicis authoritate percepti nõ debẽt restitui: vt est tex. in l. fi. c. C. de Carb. edi. quia illud intelligitur, secundùm Bald. ibi nisi authoritas iudicis sine ordine esset concessa. Idem similiter per l. non putauit §. non quęius. ff. de bono. posses. contra tabu. cum concordan.

DECISIO CCXIX.

De iudice laico super testium falsitate incidenter cognoscente.

SVMMARIVM.

1 *Testes falsi ad ecclesiasticum iudicem remittendi.*
2 *Iudex quilibet propter magistratuum diuersitatem iurisdictionem habet.*
3 *Præuentio, quæ per citationem fit, attenditur.*
4 *Pœna per ecclesiasticum super falso imponenda non tollitur per falsi pœnam à iudice laico imponendam.*
5 *Iudex secularis an cognoscat incidenter de causa matrimonij in quæstione facti.*
6 *Iudex laicus procedit contra falsos testes præueniens curã ecclesiastico.*
Sententia contra sententiã diuersorum iudicum in eadem materia.



IN foro archiepiscopi Neapolitani vertebatur causa super fœdere matrimonij, & ibidẽ fuerũt producti & examinati testes in fauorem matrimonij. Altera pars, cui displicet dictum matrimoniũ, accusat ipsos testes de falso in magna curia Vicariæ, qui rigorosè procedit contra dictos testes. Pro parte ipsorum testiũ habetur recursus ad sacrum Consiliũ, & corã †sacro Consilio 1
aduocatus dictorũ testiũ dicit, quòd magna curia Vicariæ non potest procedere super dicta falsitate: quia si testes cõmiserunt falsum, deliquerunt in curia Archiepiscopi, & aures iudicis ecclesiastici offenderunt: ideo causa debet ad eum remitti: vt dicitur in l. nullũ. C. de testibus. vbi testis falsus punitur per iudicẽ, corã quo falsum testificauit. In contrarium dicebatur, quòd etiam iudices magnæ curiæ possunt procedere. Et habet locũ inter eos in præuentio: †quia dicit Bal. 2
in l. j. in fi. C. quomodo & quãdo iudex, quòd propter diuersitatẽ magistratuum quilibet habet iurisdictionem, quia sunt diuersi fori. Et idem Bal. in d. l. nullũ. in simi. q. dicit, quòd in hoc vterque magistratus habet imperium. & dicit Bal. in l. executorem. in viij. col. C. de execu. rei iudi. quòd istæ remissiones non fiunt nisi in locis, qui sunt sub eodẽ dominio, sed diuersa est iurisdictio iudicis ecclesiastici à iurisdictione iudicis tẽporalis: ergo non habet locũ remissio, nec potest fieri inhibitio: vt dicit Alex. in apostillis in l. iudicium soluitur. ff. de iudi. per no. per Inno. in c. volentes. de offi. deleg. & Archi. in c. de persona. xj. q. j. †Fuit votatũ 3
in Consilio, quòd curia reuerẽdissimi domini archiepiscopi Neapolitani procedat in causa matrimoniali. & magna curia procedat super causa falsitatis testium, quia accusatio falsi fuit primò inchoata in magna curia Vicariæ, quàm fuisset incepta per iudicem ecclesiasticũ inquisitiõ super dicta falsitate: & in his, quæ concernunt iurisdictionem per præuentionẽ attenditur præuẽtio per citationẽ: vt in l. si quis postea. ff. de iudiciis. not. Bal. in l. pluribus. ff. de leg. j. Bene tamen fuit dictum, quòd si curia archiepiscopi vult inquirere super falsitate dictorũ testium, quòd potest:
†quia per pœnam falsi imponendam à iudice laico, 4
non tollitur pœna imponenda per iudicem ecclesiasticum pro dicto testimonio falso, per id quod dicit Cy. in l. ij. C. de sportu. & Bal. in d. l. executorẽ. & Bar. in l. sepulchri ff. de sepul. viola. & Bal. in l. cunctos populos. ix. col. ver. modò circa hoc. C. de summa tri. & Io. And. in c. felicis. de pœnis. lib. vj. in nouella. & Abbas Sicu. in c. de causis. vlti. col. de offi. dele. cum concor. Nec obstat, quod dicitur, quòd iudex secularis etiam incidenter non cognoscit de causa matrimonij, & si cognosceret de falsitate contra testes, qui deposuerunt pro matrimonio incidenter, cognosceret de causa matrimoniali, quod ei non licet: vt in c. tuã.

5 de ordi.cogni. quia †diuisa est iurisdictio est spiritua-
lis à temporali.c.causam.in glo. qui filij sint legitimi.
Quia ad hoc respondetur, quòd si incidit quæstio
facti, an sit matrimonium cõtractum, iudex secularis
potest cognoscere: vt dicit Bart. in l. omni nouatione.
C.de epis.& cler.& in l.quoties.C.de indiciis.& in l.ij.
ff.de iurisd.om.iud.& tenẽt scribẽtes in l.iij.ff.sol.ma.
Sed si dubitetur, an ibi sit aliquod impedimẽtum, vel
an sit validũ dictũ matrimoniũ, vel aliter dubitetur
in iure, an sit matrimonium: tunc nec incidenter, nec
principaliter iudex laicus potest cognoscere, secundũ
doctores in dictis locis: & ideo iudex laicus potest
procedere cõtra testes accusatos de falso testimonio
6 deposito corã iudice ecclesiastico: †nec per hoc impe
ditur iurisdictio iudicis ecclesiastici, qui similiter pœ-
na canonica poterit illos falsos testes punire, vt suprà
dictũ est. Et si iudex laicus absolueret, & iudex eccle-
siasticus cõdemnaret testes de falsitate, quia meliores
testes haberet, qui deponerẽt de falsitate testium, eius
sententia valeret, secundũ Bal. in c.fi.de re iud.iunctis
nota. per Io.And.in d.c.felicis.in nouel. cum concor.

DECISIO CCXX.

De transactionibus, & de absolutione à iuramento. Et de surreptione in rescriptis habilitationis ad effectum agendi.

SVMMARIVM.

1 *Remedio l.ij.C.de rescin.vẽdi. partes an possint specificè renuntiare, item & omni legum auxilio.*
2 *Transactio an rescindatur prætextu læsionis vltra d. midiam.*
3 *Remediũ l.ij.C.de restinden.vendi. quãdo locũ habeat.*
Æstimatio dubij litis euentus consideratur.
Transactio ad quid inducta.
4 *Transactionem ex capite læsionis rescindere volens, an acceptum offerre teneatur.*
Restituere qui tenetur, agere non potest, nisi opponente parte offerat.
Debitũ petere non potest, qui quod debet facere, differt.
5 *Clausula rato manente pacto, in transactione posita, quid operetur.*
6 *Dolus ex proposito in transactione allegatus, qualiter probandus.*
Dolo futuro per renuntiationem exceptionis doli non renuntiatur.
7 *Dolum excludit ratificatio.*
Iuramentum non obligat constito de dolo.
Transactio quæ per consensus defectum est inanis adueniente consensu vires assumit.
8 *Dolus præteritus qualiter remittatur.*
9 *Iudex laicus cognoscit de obreptione, de qua non cognoscit ecclesiasticus.*
Iudex laicus quando ecclesiastico obedire teneatur.
10 *Absolutio ad finẽs agendi parte non vocata, non obstante iuramento an fieri possit & valeat, & an concedi possit etiam inuita parte.*
11 *Surreptio opponi an possit aduersus habilitationem parte non citata & inuita concessam.*
12 *Absolutio à iuramẽto est inefficax si Papa fuit obreptiũ in illius impetratione.*
Iuramentum cogitur seruare, qui iurat absolutionem non petere, & quando illum Papa possit absoluere.
Surreptio opposita in absolutione, quid denotat.
13 *Rescriptum an reddatur surreptitium, si de litis pendentia mentio non fiat.*
Lis pendere dicitur per citationem ad instantiam actoris emanatam.
14 *Lis in aliquo statu non est ante litis contestationem.*
15 *Gratia an debeat mentionem facere de litis pendentia, vel de primo rescripto.*
16 *Mentio generalis non sufficit, vbi particularis in non dignis deficit.*
17 *Clausula, omnia pro expresso habenda, quã habeat vim.*
Periurus an, & quãdo possit absolutionem à iuramento petere.
18 *Litis simpliciter renuntians, an & quando videatur causæ renuntiasse. 19.*
19 *Dictio lis, quid importet.*
Regressus aduersus renuntiationem non datur.
20 *Ratificatio allegationem tollit nullitatis.*

IN causa domini Ioannis de Sangro de se-
dili Nidi & Adrianæ Denticis coniugum
ex vna parte, & Ladislai Denticis de sedili,
Capuanæ. Super quadam transactione
fuit de pluribus in sacro Cõsilio excitatum & discus-
sum.[a] †Et primò posito quòd in instrumẽto trans-
actionis non esset iuramentum si liceret dictis coniu- 1
gibus transigentibus dicere, se deceptos dolo re ipsa,
vbi quidem in instrumẽto renuntiatũ est exceptioni
doli, vis, metus, in factum, & omni legũ auxilio. Et
fuit conclusum in Consilio, quòd partes possunt re-
nuntiare remedio l.ij. C.de rescind. ven. specificè: vt
concludit Ioan de Imo. c.cum contingat. de iureiur.
& docto.in d.l.ij. Item possunt renuntiare omni le-
gum auxilio: vt patet ex scriptis per Bart. in authen.
matri.& auiæ.C.quando mulier tutelę offi.fungi pos-
sit.& consuluit Alex.in j.volu.consi.xliij. & in ij.vol.
consi.xj. †Item quia transactio non potest rescindi 2
quia transactio non potest rescindi prætextu læsionis
vltra dimidiã iusti pretij.vt dicunt Cyn.Bald.& Sali.
in d.l.ij.C.de rescin.ven. & Bal.in l.ordo. C.de execu.
rei iudi.& in l.fi.§.j.C.commu.de leg.glo. in l.Lucius.
§.fi.ff.ad Trebel. & tenent quasi communiter docto.
in l.si quis cùm aliter. ff.de verb.oblig. & moderni in
l.fratris.C.de transac.vbi dicunt istam esse communẽ
opin. & firmant Cano.in c. cum causam de emp. &
vend.& Alex.in d.consi.xliij.inci.super pręmisso the-
mate.& hoc verũ, nisi habito respectu ad æstimatio-
nem dubij euentus litis, super qua transactio facta est,
†tunc habet locum remediũ, d.l.ij.licet cum Bart.cõ- 3
currant ibi Ang.& Io.de Im.in c.Quintauallis, in 16.
char.de iureiu.& Ang.& Io.de Imo.in d.l.si quis cum
aliter.& Abb.in c.cum causam.de emp.& ven.tamen
cõtraria opinio est verior.& pro hoc facit, quia trãsa-
ctio inducta est vt sit litium finis. Et sic sacrũ Con-
silium votauit contra opinionem Bart. in d.l.ij. & sic
etiam tennit Alex.de Im.post multa in d.l.si quis cùm
aliter.& ibi multa allegat: vt ibi per eum. Secundò
dubitatur ex quo dicti coniuges ex causa dictę transa-
ctionis habuerunt castrum Pescasi, & volunt venire
contra dictam transactionem ex capite læsionis. An
teneatur offerre restitutionem dicti castri: & si non of-
ferunt an non debeant audiri. Et allegabant aduo-
cati Ladislai prædicti testes. in l.si diuersa.C.de trãsac.
†vbi is qui vult rescindere transactionem, tenetur re- 4
stituere acceptum.& ibi hoc not. Sali.& Pau.de Cast.
& Bal.

& Bald.in c.j.§.notandum.de his qui feu..dare pos. Et
pro hoc facit illud, quod dicitur, quòd si aliquis tene-
tur aliquid restituere: nisi id offerat parte opponente,
non potest agere: vt not.doct.in l.iurisgentiũ.in prin.
ff.de pact.& in l.filiæ licet.C.de colla.& in l.Iulianus.
§.offerri.ff.de actio.emp.& Bal.in l.si traditio.in iij.q.
C.de emp.& vendi. Fuit votatum in Cõsilio, quòd
dicti coniuges debebant offerre restitutionem castri,
si volunt rescindere dictã trãsactionem: ideò dicebat
Bal.in auth.dos data.C.de do.ante nupt.quod qui dif-
fert facere quod debet, non potest petere, quod ei de-
betur.concordat.l.si non fuerit. ff.de iureiur. Nec
obstat, si dicatur, quòd Ladislaus talem oblationẽ nõ ac-
5 ceptasset, ex quo vult stare trãsactioni: †quia stãte clau
sula apposita in instrumẽto trãsactionis, videlicet, ra-
to manente pacto, operatur in fauorẽ eius, qui seruat
contractũ, non autem in fauorẽ eius, qui contrauenit:
imo operatur in eius odium: vt dicit gl.in l.qui fidem.
ff.de transac.& in l.iij C.de iure emphy.facit c.ex eo.
de iureiur.in vj.& voluit Vitalis in dicta clausula, in
3.char.& ideo debuit fieri dicta oblatio, ex quo dictus
Ladislaus opposuit, quòd aduersarij agere nõ possunt
obstãre dicta trãsactione.& ideò debet absolui, prout
dicit Pau.de Ca.in d.§.offerri. Tertiò fuit dubitatũ,
posito quòd in transactione non fuisset iuramentum,
& esset renuntiatũ exceptioni doli.vis, metus, & omni
legum auxilio. Verum posset dicere, quòd dicta trans-
6 actio facta fuit dolo ex proposito interueniẽte: †Fuit
votatum, si allegatur transactio dolosa ex proposito,
debet dari terminus ad probandum ipsum dolum: vt
dicit Io.And.in c.j.de litis contesta.lib.vj.Nec obstat
renuntiatio doli facta in instrumento: quia dolo futu-
ro renuntiari non potest. l.si vnus.§.illud nulla. ff.de
pactis.Item quia eadem facilitate, qua cõtraxit, indu-
cta per dolũ, renũtiauit dolo, & sic non valet: vt dicit
Bar.in consi.xc. inci.dilecto domino.alleg.l.doli ex-
ceptio.ver.diuersum.ff.de noua.facit quod not.Bar.in
l.fi.§.item. quæsitũ est.ff.de cõdictio.indebiti. Sed
in casu isto non habet locum ista allegatio, ex quo di-
cta transactio fuit postea ratificata. Et illa ratificatio
7 non allegatur dolosa ex proposito. †Et propterea nõ
fuit datus terminus ad probandum de dolo ex propo-
sito, secundum Io.And.in d.c.j.de litis cõtesta.Imò &
si fuisset iurata, & fuisset facta dolo ex proposito, iura
mentũ non obligat constito de dolo: vt bene cõsuluit
Alex.in iij vol.consi.liij.quod est duplicatum in j.vol.
consi.xxv.in ij.vol.cõsi.lxxxix.in iiij.col.Sed propter
dictã ratificationẽ factã ex interuallo, etiam quòd illa
transactio fuisset nulla ex defectu cõsensus, validatur
postea interueniẽte cõsensu: vt dicit Bar.in l.si mater.
§.hoc iure.ff.de excep.rei iud.per l.ratum.ff.rem ratã
habe.& de reg.iur.c.ratihabitio.lib.vj. Et ideo dicit
Bar.in l.Pomponius.v.col.versi.venio ad versi.sed su-
8 perius &c.ff.de nego.gest.†quòd dolus præteritus potest
remitti in alio contractu ex interuallo: vt ff.de pact.l.
iurisgen.§.si paciscar.secus si fuisset dolus cõmissus in
ratificatione.Idẽ dicit do. Bar.in eadẽ l.in penul.col.
in ver.venio ad ratihabitionẽ. Quartò fuit dubita-
tum, ex quo pro parte dictorũ coniugũ fuit primò ex
cõmissione Apostolica cõmissa causa rescissionis iu-
ramenti interpositi super dicta transactione vicario
Neapolitano, & citata fuit pars, & lite huiusmodi pẽ-
dente impetrauit secundũ rescriptum absolutionis à
iuramento ad effectũ agendi, & fuit facta absolutio &
habilitatio ad effectũ agendi, absque partis citatione,
& dicta habilitatio fuit præsentata in sacro Consilio,
& contra illam oppositum, quòd non valet, quia est
subreptitia, & tacita veritate impetrata. Verum fa-
crum Consiliũ possit cognoscere an dicta habilitatio
& absolutio sit surreptitia & obreptitia? †Et fuit 9
votatum per sacrũ Consiliũ Petri de Anch.ccclxxxij.
quòd incip.retento ordine dubiorum.vbi dicit, quòd
iudex secularis non obedit iudici ecclesiastico, nisi
quando iudex ecclesiasticus processit seruato iuris
ordine: vt ibi latius per eum.& firmat Felynus in c.
cùm sit in v.col.de foro competenti. Et ideo sacrum
Cõsilium votauit, quòd si opponitur, quòd absolutio
est surreptitia, quòd potest de hoc cognoscere, & ita
pluties fuit in Consilio practicatum. Quintò fuit
dubitatũ, verum dicta absolutio & habilitatio, vt pos-
sit agere, non obstante iuramento, possit dici subre-
ptitia? Dicebat aduocatus dictorum coniugum,
quòd non potest allegari subreptio: quia ista absolu-
tio à iuramento facta est ad effectum agendi, vt possit
solùm agere non obstante iuramento, & ostendere
de iure suo, non autem est absolutus, vt non teneatur
ad obseruantiam iuramenti interpositi in contractu.
†Et ita absolutio seu habilitatio secundùm magis cõ- 10
munem opinionem potest fieri etiam parte non ci-
tata: vt dicit Ioan.Andr.in addi. Specu. in tit.de iure-
iuran.in versic. vbi autem iurasset. & Oldr.in consil.
cxx. incipiente, ad duplicem finem. & idem tenent
Calde.in consi.vij.de iureiuran.& Ant.de Bur.in cap.
debitores.de iureiuran.& in antepenul.colum. versi.
sed in principali proposito.& Ioan.de Imol. in c.j.de
iureiur.& in d.cap.debitores.in ix.col.versic.alia fuit
practica.eo.tit.Idem tenet in consilijs suis Pau.de Ca.
ccxvj.incipien.circa primũ quæsitum.vbi dicit, quòd
etiam inuita parte potest concedi.& Alex.in iiij.vol.
consi.xlix. non est consilium Alex.sed do.Antonij de
Prato Veteri. vbi magistraliter loquitur in ista ma-
teria.sed bene consuluit idem Alexan.in ij.vol.consil.
ccxxij.& in ij.consi.liij.& Petr.de Anchara.in consil.
xviij.incipiente, in quæstione inter Nicolaum &c.&
Lapus allegatio.decima. Idem concludit Laurentius
de Rodulfis in repe.c.consuluit.q.cxxv. de vini.Iason
in l.nec quicquam.§.vbi decretum.ff.de offi. procon-
sulis.& in l.si opus.ff.de ope. no.nun.do.Ant.de Alex.
de Neapo. in recollectis suis in Rubr. C. qui admitti.
Marianus Sozinus in tractatu de citationibus, articu-
lo septimo, in charta 77.Florianus de sancto Petro
in lege Aquil.si deletum.ff.ad l.Aquiliam.Lud.Rom.
in singu.suis in verbo, absolutio. Petrus de Anchar.in
consi.cxcix.& d.Bartholomæus Veronensis in tracta-
tu cautelarum, char.18.& do.Ant.Corsetus in sua ta-
bula super abbate Siculo.in verbo, absolutio.& Io.de
Milis in suo aureo repertorio, in verbo, iuramentũ.Fe
lynus in c.j. de iureiur. †Si ergo potest ista absolutio 11
ad dictum effectũ concedi parte non citata & inuita:
quia ei non sit præiudiciũ.ergo non potest opponi de
surreptione, cum ius suum remaneat saluum, vt dicit
cõsilium Cardi. Florẽtini nouiter impressum xcij.in-
cipiẽs, nobilis viri de Vinciguerra.quod allegat Fely.
in c super literis. de rescriptis. Fuit per omnes do-
minos de Consilio dictũ & cõclusum, quòd licet ma-
gis cõmunis cõclusio sit, quòd ad effectũ agẽdi posset
cõcedi absolutio à iuramẽto interposito in contractu
ex causa iusta allegata in rescripto Apostolico sine
partis

partis citatione per allegationes supradictas. Tamen
si summo Pontifici fuit obreptum vel subreptum in
impetratione absolutionis, talis absolutio non tenet:
vt in l.& si legibus cósentaneũ.C.si cótra ius vel vtili.
publicam.& in distin. text.in c.super literis de rescri-
ptis, vt est videre exemplũ, quãdo iuratum est in con-
tractu non venire contra cótractum,& omnia & sin-
gula vera esse,& nó petere absolutioné etiam ad effe-
ctum agendi: si impetrauit absolutionem à iuraméto
12 ad effectum agendi,†& non fecit mentioné, quòd iu-
rauit non petere absolutioné à iuramento, non est ab-
solutus, nec habilitatus, vt possit agere, nisi prius sit
absolutus à iuraméto de non petéda absolutione à iu-
ramento: vt voluit Bal.in repe.l.ij.ff.de iureiur. & Idé
Bald.& Ioan.de Imo.in l.hæc scriptura.ff.de condi.&
demon.& firmat Felynus in d.c.debitores.licet Ludo.
de Roma.in cons.cccxxvj.incipiéte, in præsenti con-
sultatione.dicebat, q iurans non petere absolutioné,
cogitur tale iuramentum seruare: licet possit denun-
tiare per Euangelicã denuntiationem illum existenté
in peccato, qui recepit tale iuramentum: Tamen non
est dubium quòd Papa à tali iuramento potest absol-
uere, quando expressè sibi narratum est: vt dicit Bal.
in d.l.ij.Ergo quando opponitur de surreptione, tan-
tùm est dicere.quòd illa absolutio non tenet: quia nó
est absolutus.& sentit d.Ant.in d.c.j.de iureiur.Et hoc
tenet Lud.Roma.in consi.ccclxxix. incipiente, circa
primũ quæstionis articulum. & idem Felynus c.cósti
tutus.vij.col.de rescrip. Sextò dubitatũ fuit vtrum
dictum rescriptũ impetratũ, vt dicti coniuges possint
absolui à iuramento pręstito in dicta transactione ad
effectum agendi, tãtum possit dici surreptitiũ & ob-
13 reptitium ex surreptionibus allegatis. †Et prima
surreptio, quæ allegatur per dictum Ladislaũ est, quia
non fecit mentionem dependétia litis coram vicario
archiepiscopi Neapolitani ex delegatione Apostoli-
ca, super absolutione petita per dictos cóiuges à iura-
mento præstito super dicta transactione ad effectum
rescindédi: propter quod redditur rescriptum impe-
tratum super absolutione ad effectũ agendi inualidũ,
per not. in c.cæterũ. & in c.super literis.de rescriptis.
& per Abb.Sic.in c.cùm causam.el.ij.de testibus &in
c.prudentiã.§.sexta.de offi.deleg.Et dicitur lis pédere
per solam citationé emanatam ad instantiã actoris: vt
est gl.in c.vt debitus, de appel.& patet in cle. ij.vt lite
pendente.de cuius intellectu per Lud.in cons.cccxxx.
incipiente, circa primum in ij.col.& Feli.in d.c.super
literis. Dicebatur per aduocatũ dictorũ cóiugum,
14 †quòd tunc debet fieri métio de litis pendétia, quãdo
est lis contestata.sed si non est lis contestata, non red-
ditur rescriptum subreptitium, si non est facta métio
de dicta litis pendentia, per illud dictum Bal. in l.j.C.
de relationibus.& Archi.iij.q.iij.c.induciæ. v.col.vbi
dicit, quòd ante litem contestatam non est lis in ali-
quo statu.& refert eum Abb.Sicu.in d.c.prudentiam.
§.sexta. Ista limitatio nó est vera per iura & rationes,
quas allegat Felynus in c.cæterum.in ij.col. de rescri-
ptis: Item dicebatur per dictũ aduocatũ, quòd vbi
impetratur gratia, nó est necesse in gratia facere mé-
tioné de litis pendétia, secundùm Io.And. in c. dudũ.
el.j.de elect.quem sequitur Ant.de But.in c.ij.de resti.
in inte.& meminit Felynus in c.cæterũ. de rescriptis,
Sed ista absolutio ad effectum agendi dicitur gratia,
igitur valet etiam quòd non fiat mentio de litis pen-
détia: nec propterea potest dici surreptitia. Respó-
debatur ad hoc, †quòd licet in gratiosis, vbi non tra- 15
ctatur de præiudicio tertij, non debeat fieri métio de
litis pendentia, tamen debet fieri métio de primo re-
scripto, aliàs secundũ dicitur surreptitiũ: vt in d.c.cæ-
terum.& in c.ex tenore.de rescriptis.& in c.ij.de dolo
& contumacia. Secunda surreptio est, quia in dicto
rescripto habilitationis ad effectũ agédi, non fit men-
tio, quòd dicti coniuges in instrumento transactionis
renunciauerunt cum iuraméto non impetrare priui-
legia & rescripta. iuxta not. per gl.& doc.in c.tua nos.
de vsuris.& Bal.in d.l.ij.ff.de iureiu.& Lud. in d.consi.
cccxxvj. Nec obstat, quòd satis fuit facta mentio
de dicta renuntiatione, ex quo dicitur in dicto rescri-
pto habilitationis, ex quo Papa se refert ad dictum in-
strumentum, per tex.in l.ait prætor.§.si iudex.ff.de re
iudica.& l.asse toto.ff.de hære.instituen.& l.si ita scri-
psero.ff.de cõdi.& demon.& in c.cùm venerabilis.§.
quia de excep.& in c.cóstitutus de reli.domi.quę iura
allegat Anto.de But.in consi.ij.& meminit Fely.in c.
nónulli.in prin.de rescriptis. Quia vbi requiritur spe-
cifica métio, †non sufficit generalis: vt est text.in l.fi. 16
C.de indicta viduitate.& est tex.in Cle.constitutioné
de elect.& glo.in c.inquisitionis.de hære. lib.vj.& est
alia glo.in Cle.j.in verbo, specialiter.de indi.& tenet
Ioã.And.in c.j.de rescri.li.vj.& in l.si quando.§.& ge-
neraliter.ff.de inoffi.test.quæ iura allegat Alex.in iiij.
vol.consi.cxxuj.in j.col.Sed de renuntiatione debuit
fieri specialis métio: quia de eo, quod est not.dignum
debet fieri specialis mentio: & non sufficit in genere
mentionem facere: vt in l.apud Labeonem.§.hoc edi-
ctum.ff.de iniuriis, secundum Alex.in j vol.cósil ciiij.
in fi.Sed quia posset negari, quòd dictæ renũtiationes
non sunt no.dignæ. Propterea de ista allegata sur-
reptione domini non fecerunt vim, maximè propter
illam clausulam, pro expresso habentes, † quæ habet 17
vim specificę mentionis, vt probat tex.in l.omnes.C.
de quadri.præscriptione.& ibi Ang.cum cócor.alleg.
per Felynũ.in c.nonnulli vij.col.de rescriptis. Ter-
tia surreptio est: quia quando impetrauit dictũ rescri-
ptũ habilitationis, non fecit mentioné, quòd ipse iam
erat periurus: quia in instruméto trãsactionis iurauit,
quòd in dicta trãsactione non interuenit dolus, fraus,
vel deceptio aut læsio, imò quòd dicta trãsactio cedit
in eorum coniugũ vtilitaté.si ergo postea dicũt, quòd
dicta transactio est dolosa re ipsa, & q sunt vsi ex ea,
sunt periuri: & periurus non potest petere absolutio-
nem à iuraméto, nisi petita prius absolutione à periu
rio vt dicit do.Abb.in c.j.de iureiur.& voluit Fede.in
consi.ccc.incip.factũ proponitur.& Pet. de Ancha.in
cons.clxxxix.inci.prędictis subtiliter.& Spe.in tit.de
actore.§.j.ver.ité q est periurus. Alex.in cons.xvij.in-
cipiéte, ponderatis his.in iij.vol. Sed quia posset dici, q
generaliter fecit mentioné de dicto periurio, ex quo
retulit se quãdo supplicauit Papæ pro dicta habilita-
tione ad dictũ instrumentũ, vbi prædicta erãt expres-
sa,& Papa se refert ad illud, ideo de ista surreptione nó
fuit facta magna vis. †Quarta surreptio, quia nó fuit 18
facta mentio, q in causa vertente super absolutione à
iuraméto corã vicario Neapo ex delegatione Aposto
lica ad effectũ rescindédi, fuit renuntiatũ liti & causę,
& consequenter non potuit impetrare dictã habilita-
tioné, etiã si simpliciter renuntiasset liti.nam videtur
etiã causæ renunciasse, vt voluit gl.in l.postquã liti.C.
de pa

de pactis.& Bald Ang.& Sali.& Paul.de Cast.ibi:licet Bat.ibi teneat cõtra.tamen eius opi.non tenetur, nec opi.Ant.in c.veniés.de renun. vt patet ex scriptis per Alex.ibi.Et maximè eius opinio non procedit,quãdo renuntiatur liti ante litem contestatam post partis citationem:nam tunc etiam videtur renuntiatũ causæ, secus si pars nõ fuisset citata:vt ibi per Alex.quia verbum lis,potest importare instantiam & ius in iudicio deductum.l.litem. C.de procura.†Item lis importat
19 ius in iudicio deductum:vt est glo.& ibi Domi.in c.j. de procura.lib.vj.& per cõsequens renuntiando liti, videtur iuri suo renuntiasse:& ad ius renuntiatũ non datur regressus.l.item quæritur.§.si véditor.ff.de edil. edic.cum simi.& Bal.in d.l.postquam liti. Et sacrũ Consilium tenuit secundum dist. Alex.in d.l.postquã liti.quòd si pars fuit citata in iudicio, & actor renuntiauit liti,quòd videtur renuntiasse iuri suæ causæ, vt ibi per eum. Quinta & vltima subreptio est,quia nõ fuit facta mentio, quòd dicta trãsactio fuit posteà ratificata,quæ ratificatio facit,vt licet primus cõtractus
20 fuerit nullus,†tamé ratificatio tollit allegationẽ nullitatis,vt probatur in l.fin.C.ad Maced.& l.licet.ff.de iudiciis.nec dictum fuit,φ fuit dolosè facta, vt suprà dictum est.Ideo.die iij. Aprilis iij.indi. M n.per totũ Consilium votatum & pronuntiatum fuit stante dicto instrumento transactionis iurato non esse procedendum ad vlteriora in dicta causa non obstãte dicta habilitatione obtenta tanquam obreptitia.

DECISIO CCXXI.

De dotis assecuratione in pecunia viro debita.

SVMMARIVM.

1 *Vxor an possit assecurari in pecunia viro debita marito ad inopiam vergente.*
2 *Dos in pecunia assecurata qualiter tractanda.*
3 *Intellectus & extensio ad c. per vestras. de dona. inter vi. & vxo.*

IN causã cuiusdã Franciscæ petentis assecurationem dotium[a] super quadam pecunia
2 debita viro,quia alia bona non sunt;†du-
1 bitaint,an marito vergente ad inopiã possit vxor assecurari in pecunia prædicta. Videtur,quòd non: quia si pecunia prædicta veniret in posse vxoris vel mariti,consumeretur,& ipsa remaneret indotata.

Per omnes dominos de Consilio fuit votatũ,quòd dicta vxor assecuraretur pro dotibus suis & antiphato,iuxta l.vbi adhuc.de iure dotium,super dicta pecunia debita viro, dũmodò pecunia ipsa deponatur penes fidum mercatoré, vt ex lucro honesto alimétetur ipsa.& eius vir.arguméto.c.per vestras.de dona.inter
2 vi.& vxo.†vbi vir inops agit,vt sibi tradatur dos promissa, dummodò deponatur penes fidum mercatoré, vt de lucro alantur. Idem dicédum per eandem rationem,quãdo vxor petit assecurationem dotium super pecunia viri, vel debita viro. & dictum c.per vestras. allegat Bal.in d.l.vbi adhuc.in vj.col. versi. sed pone, quòd vir non confidit.per rationẽ l.si soluturus. ff.de solut.& etiã Bal.Nouellus.in vij.parte,in vj.col.versi. secũdò fallit.vbi dicit,quòd de dicta pecunia poterit etiã emi prædiũ,vt deseruiãt fructus oneribus matrimonij:vt not.in c.cõquestus.de vsuris.cum simi.& in l.si constante.in fi.ff.sol.mat per Bat.& per Cy.in d.l.
3 vbi adhuc. in x.quæst. Et licet † in propriis terminis non potest inuenta decisio huius dubij,tamen ego allegaui quod dicit Bal.in auth.quòd locum.C.de colla. vbi viro vergente ad inopiam si vxor constante matrimonio agit hypothecaria super rebus obligatis;creditores mariti possunt dotem in pecunia consistenté offerre, & sic fiet assecuratio super dicta pecunia, secundùm Bal.ibi.& l.si constante.in princi. & ibidem Ange. Ioan.de Imol.& Paulus de Castro,& Ludouic. licet Bat ibi teneat contrarium,per l.cùm tibi.C.qui po.in pigno.habe.& ibi per Cy.& alios. Tamé Alex. in d.l.si cõstante.dicit, quòd verior est prima opinio. & sic poterit fieri assecuratio dotis etiam in pecunia, iuxta rationem dicti capituli,per vestras. vt suprà dictum est.& ista decisio est menti tenenda:quia est noua,& non reperitur alibi tacta, & est noua extensio ad dictum capitulum,per vestras.

ADDITIO.

a *Dotium*.In hac materia assecurationis dotiũ vide decisionem Capellæ Tolosanæ,num.3 8. incipiẽtem, item fuit quæsitum, si mulieri. Et quòd talis assecuratio dotium petatur per vxorem, dum vir vergit ad inopiam,& malè vtitur substãtia sua.tenet etiam Lucas de Penna,in l.litibus.penul.colum.C.de agrico.& censit.lib.xj.Thomas Grammaticus.

DECISIO CCXXII.

De iure dotium.

SVMMARIVM.

1 *Dotis restitutio qualiter fiat.*
2 *Maritus non cõuenitur in plus quàm facere possit, nisi in viginti casibus.*

DIctat cõsuetudo Neapolitana in scriptis, redacta,quæ incipit,vbi dos.in tit.de iure dotium. † quòd si dos in casu restitu- 1
tionis dotis debet restitui ab eo, qui tenetur dotem restituere, fit cõdemnatio & exactio in solidũ,nec habetur respectus ad l.maritũ.ff.solu. matri. & ad l.rei iudicatæ.eo.tit.& l.non tãtum.ff.de re iudi. quæ vult,quòd maritus non tenetur, nisi in quantùm facere potest.nisi in xx.casibus:vt ibi per Alex.nec tali beneficio maritus potest renuntiare: vt in l.alia.§. eleganter.ff. solu.matri. An dicta consuetudo debeat extendi ad casum,quando promissa est dos marito, vt promittens exigatur in solidum absque eo in quãtum facere potest. Fuit iudicatum in Consilio contra Fabriciũ de Zangonissa, qui promisit dotem pro filia Galeazzo Caracxulo, quòd in solidum exigatur, & non in quantum facere potest. †Et idem fuit postea 2
iudicatum per Regiam cameram summariè pro filio, Iuliani de la Foresta, contra Franciscum in Torres, contra l.sicut autẽ.ff.de re iudicata. Vbi socer,qui promisit dotem pro filia genero, matrimonio manẽte si agatur contra eum, non tenetur, nisi in quantum facere potest. Profectò ista est magna extensio & decisio,quare minimè sunt mutanda, quæ ab antiquis interpretationem habuerunt, l.minimè ff. de leg. cum concordantiis.

DECISIO CCXXIII.

De iure protomiseos.

SVMMARIVM.

1 *Ius congrui in vicinis qualiter se habeat.*
2 *Vicinus in re rustica an præferat vr vicino in vrbanis per ius congrui.*
Rusticum non trahit ad se vrbanum.

Cιuium

3 *Coniunctus terræ tantum non habet ius congrui ad domum coniunctam dicta terra.*

IN ciuitate Neapolitana est consuetudo de
1 iure congrui, †quòd vicinus & collateralis rei immobilis venditæ potest iure congrui rem illam petere intra annum, & soluere pretium, prout fuerit æstimata per appretiatores Neapolis. Euenit quòd venditur quædam domus, quæ est collateralis & coniuncta horto vel curti domus cuiusdam vicini & coniuncta domui alterius vicini.

Quæritur vtrũ dominus horti vel curtis, qui hortus vel curtis est de domo, quæ habet introitũ & exitũ ad dictum hortum vel curtim, possit petere iure con-
2 grui dictam domum venditam. †Bis fuit iudicatũ, quòd vicinus horti vel curtis non habet ius cõgrui ad domum cõiunctam dicto horto, vel curti: quia dictus hortus vel curtis licet sit de domo, tamen est res rustica: & rusticũ non trahit ad se vrbanum. arg. ff. de actio. empt. l. fundi. & ff. de leg. iij. l. Lucius. §. collegio secundum gl. Neap. in j. consuetu. de iure congrui. in versic.
3 domũ. & alia gl. in verbo, terrã. in fi. vbi dicit, †quòd coniunctus terræ tantùm, non habet ius congrui ad domum coniunctã dictæ terrę, etiam si per ipsam domum habeatur aditus ad terram. Et sic postea fuit iudicatum per regiam Cameram summariè in causa appellationis Georgij Scarczæ cum benigno de Spanothij.

DECISIO CCXXIIII.

De seruitutibus.

SVMMARIVM.

1 *Seruitus fenestræ quomodo consideretur.*
2 *Extensio ad consuetudinem Neapolitanam super seruitute fenestræ.*

COnsuetudo ciuitatis Neapolis in titulo, de seruitutibus, quæ incipit, si quis habet domum dicit, † quòd habens domum iuxta
1 curtim vel hortum domus vicini, & habet fenestram vel aperturam, per quam habet aspectum ad dictam curtim vel hortum vicini cum cantonibus modulatis. Si supradictam domum velit fabricare, & facere aliud membrum, potest facere fenestram cum cantonibus, prout est illa inferior per directũ. Fuit dubitatum in sacro Consilio, vtrũ sicut potest facere fenestram per directum fenestræ inferioris in membro superiori, ita possit facere fenestram per directũ fenestræ superioris membri in membro inferiori in
2 quo non erat fenestra. †Et fuit votatum in pleno Consilio doctorum, quòd licet in membro inferiori facere fenestram per directum in membro inferiori eiusdem latitudinis, prout erat fenestra existens in membro superiori. & sic fuit extensa dicta consuetudo, vt non solum liceat facere aperturam in membro superiori. prout est apertura in membro existente in medio duorum membrorum. Sed etiam licet facere aperturam similem in membro inferiori per directũ suprà solum vicini, dum tamen illa cancellet, ne de facili habeat introitum & exitum ad curtim vel hortum vicini.

DECISIO CCXXV.

De seruitute fenestræ.

SVMMARIVM.

1 *Fenestra quando veniat claudenda ad petitionem domini soli, vbi habet aspectum.*

EST cõsuetudo Neapolitana in tit. de serui. quæ incipit, & vbicunque. quæ vult quòd apertura vel fenestra debet esse cum cantonibus, quãdo est supra solum vicini ad hoc vt vicinus possit ipsam retinere supra solum vici-
ni. †Fuit dubitatum, quid si fenestra supra hortum 1
vel solum vicini non est cum cantonibus, sed est cum cancella ferrea fabricata calce & puteolana, verum possit claudi. videtur quòd sic: quia non est cum cantonibus. Fuit facta fides in Consilio, quòd semper fuit obseruatũ, quòd si apertura non est cum cantonibus, sed cum cancella ferrea, quòd illa cancella ferrea vel de lapide marmoreo habetur loco cantonum: secus si cancella est lignea. Et ita fuit postea pluries iudicatum: secus si cãcella esset de ligno in fenestra sine cantonibus, quia tunc deberet claudi ad petitionem domini soli vbi habet aspectum.

DECISIO CCXXVI.

De dotis exactione.

SVMMARIVM.

1. *Contractus matrimonialis in dubio an intelligatur factus secundum lo. i consuetudinem.*
2 *Consuetudo regionis in contractibus, an & quando considerand. 6. 7.*
Doctor cõductus ad legẽdũ an possit legere per substitutũ
3. *Testandi facultas concessa loci respicit consuetudinem.*
4 *Contractus interpretatur secundum loci cõsuetudinem.*
Testator in dubio id videtur voluisse, quod statutum sua patria.
5 *Feudum concessum morem sua patria trahit.*
7 *Dos est sequela matrimonij, quæ deb. exigi secundum loci viri modum. 9.*
Instrumentum dotalium secundum consuetudinem loci mulieris, in quo fit contractus, celebrandum.
8 *Baldus varius.*
Forus legis municipalis ibi est, vbi est forus solutionis.

SErenissimus rex Ferdinandus primus voluit intelligere à doctoribus suis consiliarijs decisionem huius dubij. Rex Alfonsus tũc dux Calabrię, eius filius primogenitus cum eius voluntate filiã suam dedit in vxorẽ illustrissimo duci Mediolani, & Matrimonium per verba de præsenti cõtractum fuit in ciuitate Neapolis: & ibidẽ fuit promissa fieri solutio dotis. †Quæritur vtrũ ca- 1
pitula matrimonialia debeãt stipulari secundũ cõsuetudinẽ Neapolis, vbi fuit factus cõtractus matrimonialis; & vbi solui debet dos, vel secundũ cõsuetudinẽ Mediolani, cuius dominus est illustrissimus dux Mediolani, & ibi natus est. Per dictos doctores fuerũt allegata infrà scripta iura, ad ostendendũ, quòd cõtractus prædictus matrimonialis: & promissio dotiũ intelligitur in dubio factus secundũ cõsuetudinem loci, vbi fuit factus dictus cõtractus. Et primò allegatur tex. in c. j. de precario. ibi, & antiqua cõsuetudo renouetur de quinquẽnio in quinquenniũ. dicit ibi Iono. scilicet
patriæ, vbi fit cõtractus. †Nã in cõtractibus veniũt 2
ea, quæ sunt moris & consuetudinis regionis: vt in l. quòd si nolit. §. quia assidua ff. de ędi. edic. pro hoc l. si finita. in prin. ff. de dam. infec. l. si quis reum. ff. de cust. reorũ. l. si prius. ff. de aqua plu. arcen. not. Abb. Sicu. in c. quãto. de iureiur. cum concor. Hinc est, quòd dixit Bar. in l. nemo est qui nesciat. ff. de duob. reis. quòd si doctor conductus est ad legendum in aliqua ciuitate, & de iure

est

eſt, quòd nõ poteſt legere per ſubſtitutũ: quia videtur
electa induſtria perſonę: vt in l.inter artifices. ff. de ſo-
lu. tamẽ ſi eſt cõſuetudo loci, ꝙ doctores poſſunt lege-
re per ſubſtitutũ, intelligitur tacitè actũ, ꝙ poſsit lege-
re per ſubſtitutũ, & ſic ſecundũ conſuetudinem loci,
vbi fit contractus. Et pro hoc facit quod dixit Bal. in
l. j. ff. ſol. mat. ꝙ contractus intelligitur celebratus ſe-
cundũ cõſuetudinem, vbi fit. Et idẽ Bal. in l. fi. C. de fi-
deic. † dicit, ꝙ ſi alicui data eſt poteſtas teſtandi, intel-
3 ligitur ſecundũ conſuetudinẽ loci, vt fit teſtamentũ.
hinc eſt, quòd dicit Bart. in l. vt iuriſiurandi. §. ſi libe-
ri. ff. de oper. lib. ꝙ ſi pater recepit rem in emphyteu-
ſim pro ſe & filiis ſuis maſculis & fœminis, admitten-
tur poſt mortem patris in dicta re emphyteutica pa-
riter maſculi, & fœminæ: vt in §. emphyteuti. in auth.
de nõ alien. ſed ſi loco illo erat ſtatutũ vel cõſuetudo
diſponens, ꝙ exiſtentibus maſculis filiæ fœminæ non
ſuccedant, tunc admittentur ordine ſucceſsiuo, ſcili-
cet primo maſculi, poſtea fœminæ maſculis deficiẽti-
bus: quia verba dicti contractus intelliguntur ſecun-
dum ſtatutũ loci, vbi eſt factus, per notata in l. Gallus.
§. quidam rectè. ſecundũ quintã lecturam. ff. de libe. &
poſth. Et de iſta deciſ. fuit memor Alex. in j vol. conſi.
4 cxxvij. inci. viſo teſtamento &c. † Semper enim cõ-
tractus interpretatur ſecundũ cõſuetudinem loci, vbi
celebratus eſt. l. domini prædiorũ. C. de agri. & cenſi.
lib. xj. not. Bar. in l. nemo eſt qui neſciat. ff. de duo. reis.
Io. And. in regula, qui facit. in mercurialibus. Bald. in
l. j. C. pro ſoc. in iij. q. & in l. huiuſmodi. ff. de leg. j. Si-
cut etiã dicimus, ꝙ teſtator in dubio videtur id voluiſ
ſe, quod voluit ſtatutũ ſuæ patriæ ſecundũ Dyn. vt re-
fert Bar. in l. hæredes mei. §. cũ ita. ff. ad Trebel. Et hoc
voluit Io. de Imo. in c. potuit. circa fi. de locat. & Pet.
de Anch. in conſi. ccccxiij. prout alleg. Alex. in iiij vo-
lu. conſi. lij. in ix. col. & idem Alex. in v. vol. cõſi. xlvj.
in fi. & And. Barb. in c. ꝙ tranſlationẽ de offi. leg. vbi
multa circa hoc dicit. Secundò pro hac parte alle-
gabatur Bal. in c. j. §. ſi qua controuerſia. de pace Con-
5 ſtan. † vbi dicit, quòd ſi Imperator dat feudũ in Ala-
mania mihi Tuſco, videtur conceſſum ſecundũ con-
ſuetudinem Alamaniæ, & non ſecundũ conſuetudinẽ
Tuſciæ. & ſic econtrà. Et eſt ratio, quia præſtatio rei
intelligitur ſecundum locũ, vbi debet fieri traditio. l.
ſemper in ſtipulationibus. ff. de reg. iur. Io. Andr. in c.
Raynutius. de teſt. aliud de iure Longobardo. ſecundũ
Bal. ibi. Tertiò pro hac parte allegabatur Bal. in l.
vnica. § taceat. C. de rei vxo. act. vbi dicit, ꝙ indefinita
conuentio in matrimonio intelligitur ſecundũ con-
ſuetudinẽ regionis, vbi fit cõtractus. alleg. l. ex ea par-
te. in prin. ff. de verb. oblig. Accedat ad hoc quod not.
And. de Barulo, in l. miſsi opinatores. C. de exacto. tri-
bu. lib. x. vbi dicit, ꝙ mandatum regiũ, ꝙ quis exigat
pecuniam fiſcalem, intelligitur ſecundũ conſuetudi-
nem loci, vbi debet fieri ſolutio ſiue exactio pecuniæ.
hoc etiam retulit Bal. in l. j. C. ſi propter publ. penſita.
6 & Lud. in conſi. cxj. † Et licet regulariter conſuetudo
loci, vbi fit contractus debeat inſpici, per l. ſi fundum.
ff. de euict. hoc verum, quando agitur quo ad originẽ
vel ordinẽ contractus: nam tunc in actu gerendo in-
ſpicitur conſuetudo loci, vbi fit contractus: vt dicit
Bar. in l. j. in fi. ff. de ven. inſpi. Sed ſi agatur quò ad re-
ſolutionem contractus, inſpicimus locũ iudicij, vbi
debet conueniri, per tex. in l. exigere dotem. ff. de iudi.
bene facit l. cõtraxiſſe. ff. de act. & oblig. ſecundũ Guil.
de Cun. & alios ſcribentes. in d. l. exigere dotem. vt re-
fert Bal. in l. cunctos populos. & ibi Bar. C. de ſumma.
trin. Idem dicit Alb. de Roſa. in d. l. exigere dotem. di-
cens, ꝙ ſi quidem tractatur de cõficiendis inſtrumen-
tis dotalibus, & ſuper pactis in eis apponendis ſecun-
dum quæ debet celebrari inſtrumentum dotale, † & 7
tunc debet ſeruari cõſuetudo loci, vbi celebratur ma-
trimonium: quia dos eſt ſequela matrimonij, ſecus ſi
tractatur de repetitione dotis: tũc inſpicitur conſue-
tudo viri, per d. l. exigere. ita etiã dicit Abb. Sic. in c. j.
de ſponſa. Sed in caſu, de quo quæſiuit Regia maieſtas
tractatur de inſtrumentis dotalibus conficiendis, &
nõ de reſtitutione dotis, meritò debet celebrari dota-
litiũ inſtrumentũ ſecundũ cõſuetudinẽ loci mulieris
vbi fit cõtractus. Et ſic debet intelligi quòd dicit Bal.
in l. fi. C. ſi à non cõpe. iudi. & in l. volũtas. C. de fideic.
ꝙ in cõtractu dotis inſpicitur conſuetudo viri, ſi vxor
traducitur in domum viri. Secus ſi vir ad domiciliũ
vxoris, per d. l. exigere dotẽ. quæ loquitur in repetitio-
ne dotis, & nõ in traditione dotis. licet Bald. in auth.
omnes peregrini. C. commu. de ſucceſ. dicat, ꝙ tam in
promittenda dote, quàm in reſtituenda inſpicitur cõ-
ſuetudo viri. † Sed Bal. in hoc fuit varius: quia aliter di 8
cit in c. j. §. fi. de inueſti. de re. ali. facta. vbi dicit, quòd
tunc inſpicitur cõſuetudo viri, quãdo cõtractus eſt ce-
lebratus in loco domicilij viri, vel in quodã loco ter-
tio. Sed ſi contractus eſt celebratus in loco domicilij
vxoris: tunc inſpicitur conſuetudo loci, vbi fit cõtra-
ctus. Et vbi eſt forus ſolutionis, ibi eſt forus legis mu-
nicipalis. alle. Ioan. And. in c. j. de ſponſa. & dicit quòd
iſtud dictũ eſt paucis notum, his ſic diſcuſsis. Sumus
ergo in cõcluſione in huiuſmodi quæſito, quòd in do-
te exigenda attenditur cõſuetudo loci ipſius viri, per
d. l. exigere dotẽ. quæ induxit hoc ſpeciale, ſecundùm
Bar. ibi, in dote, vt maritus non ſortiatur forũ in loco
cõtractus, qui locus eſt domiciliũ vxoris, ſed ſortitur
forum in domicilio proprio. licet Pau. de Caſt. ibi, in
d. l. exigere dotẽ. dicat, quòd nõ eſt ſpeciale in dote, vt
ibi per eum. †. Tamen Bar. & Bal. dicũt, quòd ſi in lo- 9
eo domicilij mariti ſtatutũ diſponit, ꝙ vxore dece-
dente ſine liberis, maritus lucretur tertiã partẽ dotis
ſed in loco domicilij vxoris, vbi celebratus eſt cõtra-
ctus dotis, eſt alia conſuetudo: attenditur ſtatutũ loci,
in quo maritus habet domiciliũ, ſecus in aliis cõtracti
bus: vt in d. l. ſi fundus. cũ ſimilib. & ita tenet expreſsè
Ang. in d. l. exigere. licet ponat alias opi. Idem Bart. in
d. l. cunctos populos. & Arch. xxxij. diſt. c. illud. & hanc
concluſionem firmant Ant. de But. & Abb. in d. c. j. de
ſponſali. & etiam Prępoſitus ſancti Ambr. ibi. & Abb.
in c. fi. xij. col. de foro compet. firmat Alex. de Imo. in
iij. vol. conſi. cj. incipiente, ex inſpectione dictorũ ſta-
tutorum &c. † Quare nobis videtur, quòd fiat ſti- 10
pulatio in reſtitutione dotium ſecundùm cõſuetudi-
nem ciuitatis Mediolani inter magnates & illuſtres
perſonas. Et ita ſcriptum fuit præfatæ Regiæ maieſta-
ti, & dicit ibi Angel. quòd hæc eſt veritas, quòd eſt
ſpeciale, quòd in dote quis non ſortitur forum in lo-
co contractus. Et hoc tenendum eſt, & ita audio quòd
factum fuit.

DECISIO CCXXVII.

De officio delegati.

SVMMARIVM.

1 *Iuriſdictio delegata non eſt prorogabilis ad perſonas*

non expressas.
2 *Annexa veniunt in delegata iurisdictione.*
Citatio est de annexis ad litem.
Venditor in foro emptoris debet emptorem defendere.
3 *Ius exorbitans ratione connexitatis extenditur.*

QVidam nobilis agit petitorio & possesso-
rio cõtra quendã tenentẽ & posidentem
quandã rem stabilem,& impetrauit iudi-
cẽ delegatũ à Reg.C. Citatur ille possessor,
cõparet & laudat auctorẽ suũ,& idẽ iudex delegatus
citat illũ auctorẽ laudatum,qui non est nominatus in
rescripto delegatorio. ille auctor laudatus est contu-
1 max. † Fuit dubitatũ, vtrum iudex delegatus prædi-
ctus potuit citare illũ auctorẽ nõ nominatũ in rescri-
pto. Videbatur dicendũ, ꝙ nõ per c.P.& G.de offi.de-
leg. Vbi iurisdictio delegata non est prorogabilis ad
personas non expressas,intantũ, ꝙ si est impetratum
contra Titiũ,qui tempore impetrationis erat mor-
tuus,nõ transit in eius successorem:vt in l.Neratius.ff.
de reg.iur.not.Abb.in c.significauit.de rescrip. in fin.
2 Tamen in contrariũ fuit decisum,† videlicet,ꝙ iu-
dex delegatus in dicta causa potuit citare illũ auctorẽ
laudatũ nõ nominatum in rescripto vel supplicatio-
ne,quia hoc venit in consequentiam primæ litis,&
sic hæc citatio est de annexis ad dictã litem, secundũ
Pau.de Cast.in l.venditor.ff.de iudiciis. hoc etiã vo-
luit Abb Sicu.in d.c.P.& G.& ꝙ hoc in consequentiã
videtur sibi cõmissum,probatur in l.j. C. vbi in rem
actio.venditor in foro emptoris debet emptorem de-
fendere.ad idẽ l.venditor.ff.de iudic.& licet do. Abb.
in loco præallegato dubitauit de hoc:tamẽ And.Bar-
ba.ibi dicit,istam decisionem esse verissimam, ex eo,
3 † quia ratione connexitatis extenditur ius exorbitãs:
vt in l.ij.C.de consorti.eiusdẽ litis.& in Clem. si reli-
giosus.de procurat.& ꝙ not.in c.fin.de postu.facit c.
prudentia.§.sexta.eo.tit.de offi.deleg.vbi fit extensio
ratione accessorij ex iuris dispositione. & ibi allegat
alia similia.& ideo quia constabat, quòd tenebatur
de euictione, fuit condemnatus vt breui manu fiat
executio contra eum,iuxta formam Regiæ pragma-
ticæ Regis Ferdinandi primi.

DECISIO CCXXVIII.

De hæreditatis possessione data contra possidentem titulo.

SVMMARIVM.

1 *Hæreditatis petitio, an & quando detur contra titulo possidentem.*
2 *Titulus nullus habetur pro non titulo.*

QVidam egit petitione hæreditatis contra
conuentum, qui opponit, ꝙ ipse posidet
1 cũ titulo,& † petitio hæreditatis nõ datur
cõtra titulo posidentẽ:vt in l. regulariter.
ff.de peti.hære.& not.in l.hæreditatis.C.eod.tit.& ibi
Bart.ponit rationem,quare petitio hæreditatis non
datur contra titu.posidentẽ.& est tex. in l. hæredita-
tem.C.in quib.cau.cessat longi temp. præscrip. Fuit
determinatum in Consilio ꝙ ex quo repertum est, ꝙ
ille titulus donationis fuit quæsitus post mortẽ illius,
de cuius hæreditate agitur, ꝙ petitio hæreditatis da-
2 tur contra posidentẽ titulo ² quæsito post mortem
illius,de cuius hæreditate agitur: vt bene firmat hoc
Pau.de Cast.in consi.vj idem quando ille titulus fuis-
set quæsitus ante mortẽ eius,de cuius hæreditate agi-
tur,& fuisset nullus † tunc titulus nullus habetur pro 2
non titulo.vt in l.nec vllam.ff.de peti.hære. & si titu-
lus fuisset quæsitus viuo defuncto,de cuius hæreditate
agitur,& esset validus,tũc petitio hæreditatis non da-
tur contra titulo valido posidentem.ita Bal. in l.fin.
xj.op.C.de edic.diui.& ibi Pau.de Cast.in dicto con-
silio.& Bart.in l.etiã.§.si quis sciens.ff.de petit.hæred.

ADDITIO.

a *Possidentem titulo.* Petitio hæreditatis datur cõtra
titulo posidentem.in contrarium tenet Alex. consil.
clxxxix.in v.vol.cum seq.Thomas Gram.

DECISIO CCXXIX.

De quæstione falsi incidenter cadente in causa ciuili.

SVMMARIVM.

1 *Falsum incidens an faciat supersedere in causa ciuili.*
2 *Accusatori nimium se arctanti imputandum.*
3 *Limitatio ad legem fi.C.de ordi.cogni.*
4 *Testes plures in vna accusatione de falso possunt accusare.*

SÆpe & sæpius euenit,ꝙ pendente causa ci-
uili in sacro consilio accusantur testes ali-
qui examinati in dicta causa ciuili de falso
& principali, qui eos produxit in magna
curia Vicariæ:& pro parte accusatoris petitur in sa-
cro Consilio,quòd pẽdente dicta causa falsitatis non
procedatur in causa ciuili. † Dubitatur an pendẽte 1
dicta causa falsitatis sit supersedẽdum in causa ciuili.
Fuit per me ostensus Tancredus in sua cõpendiosa, in
titu.de iudiciis.in x.q.qui tenet,quòd ista causa falsi-
tatis est præiudicialis ad causam ciuilem. & ideò de-
bet supersederi in causa ciuili,per l.fin.C.de ord.iudi.
& bene examinatur ista quæstio in l.j.C.qui accu. nõ
pos.per Cyn.& Bald.& dicit gl.& And.de Iser.in con-
stitu.Regni,si ciuiliter agens,ꝙ per dictam constitu.
est correcta d.l.ij.quia in Regno pariter procedi po-
test super vtraque causa. Dicebant alij domini, ꝙ
in hac quæstione est sic distinguendum, Aut nomen
receptum est inter eos,id est quòd sit lis contestata,&
non liquet de causa,nec est causa conclusa,& tunc de-
bet in ciuili supersederi.Si verò liquet de causa. & est
conclusum in causa ciuili,tũc per accusationem præ-
dictam nõ debet supersederi in causa ciuili: vt in l.ne-
ganda.C.qui accu.non pos.& dicebant dicti domini,
ꝙ ita dicit Bar.in l.is qui reus.in fi.ff.de publi.iudiciis
licet Bal.contra in l.si quis testibus. C. de testi. † quia 2
imputandum est dicto accusatori,qui nimiũ se arcta-
uit:vt in l.ij.§.si quis.ff.si quis cautio. Item quia vbi
dicto accusatori potest negligentia vel mora imputa-
ri,tunc per accusationem falsi prædictam, non super-
sedetur in causa ciuili.& hoc dicunt voluisse Cyn. in
d.l.j.vlti.quæstione.C.qui accu.non pos. arg.l. peten-
dę.C.de tẽp.in integ.rest.& de tẽp.app.l.nemo.& hoc
tenet Sali.in l.si docueris.C.de fals. Io. And.in loco j.
allegando do.Ant.de Alex.& do. Ant.de Baldaxi,sub
debant aliã distinctionem, ꝙ vbi nõ potest mora vel
negligentia imputari,aut ius totius causæ consistit in
illis testibus accusatis de falso: & tunc debet superce-
deri in causa ciuili.& hoc per duas authoritates con-
iunctas,videlicet, per id quod dicit Bald.in l.fi. C.de
fide instru. & per id quod dicunt Cyn. Richardus &
Bal.in d.l.j.C.qui accu.non pos.& per id quod dicit
Abb.Sicu.in i.volu.consi.xvj.inci. in præsenti q.fra-
trum

trum &c.& sic intelligitur, quod dicit Bart.in l.si te-
3 stamentum.ff.de peti.hære. † quod si accusatur principa-
lis & testis debet supersederi.& ad hoc faciunt omnia
iura, quæ allegat Pet.de Anch.in consil.lxj. incip. du-
plici respectu. Si vero ius totius causæ non consistit in
illis testibus accusatis, sed tantùm adminiculatur in
causa: & tunc non supersedetur in causa ciuili: vt dicit
glo.vj.q.j.in summa.& ita limitatur d.l.si.C.de ordin.
cognitio.& sic intelligitur d.gl.in dicta cõsti. Siciui-
liter. Et licet istud dubiũ tangatur diffusè in d.l.j.C.
qui accus.non pos.& in locis præalleg.& per Alex.in
apostil.in l.ij.ff.vi bono.rap.& in l.quod ait.§.quod
ait.ff.de adult.& per Io.And.in rub.de crimine falsi
in addi.Spec.vbi se remittit ad additionem suam, quã
posuit in spe.in tit.de offi.deleg.§.restat.in addit.quæ
incipit. Oldra.in sua disputatione, versic.& quia &c.

Tamen in dicto casu sic præposito in Consilio Re-
gio, vbi fuerũt vndecim doctores Consiliarij. Ita fuit
conclusum vt s. An approbata sententia Ang. † quòd
4 plures testes in vna accusatione possunt accusari de
falso, vt ipse concludit in l.hos accusare.§.lege Iulia.
ff.de accu.& Io.de Ana.in c.ij.eo.tit. Et dicebat domi-
nus Andreas Mariconda vnus ex dictis regis Consi-
liariis, quòd cum ista distinctione de qua s. fuit aliâs
deliberatũ, in Consilio Regio Ferdinandi primi in
causa castrorum Cogliani & Sinerchiæ inter Roge-
rium de Iesualdo & eius vxorem ex vna, & Amelium
de Cinerchia ex altera.

DECISIO CCXXX.

De clerico falsum deponente coram iudice seculari.

SVMMARIVM.

1 *Clericus falsum coram iudice laico deponens, qualiter & per quem puniendus.*
Intellectus ad l.nullum.C.de testibus.
2 *Clericus delinquendo quem sequatur forum.*
3 *Iudex causa ciuilis non potest criminaliter procedere.*
Opinio quæ magis adheret conscientiæ tenenda.
4 *Conscientia decidit maledicta continere.*
Vsurpare iura nemo debet alterius.

1 FVit per relatorem causæ dubitatum, † si
clericus deposuit falsum coram iudice se-
culari, qualiter sit contra eum proceden-
dum per iudicem secularem. fuit dictum,
quod super isto dubio sunt tres opiniones. Prima fuit
opinio gl.in l.nullum.C.de testib. quæ vult, quod iudex
laicus potest punire testem clericũ falsum deponen-
tem coram se. Et istam opinionem secuti sunt Cy. Bal.
& Salic.ibi. Secunda fuit opinio Host. videlicet, quod
d.l.nullum.non astringit clericos.& sic iudex laicus
nec principaliter, nec incidenter poterit punire te-
stem clericum deponentem falsum coram se.& pro
ista opinione allegatur tex.in authen.statuimus.C.de
epis.& cle.vbi dicitur, statuimus vt nullus ecclesiasti-
cam personam in ciuili vel criminali trahere ad iudi
cium seculare præsumat. concordat.c.si diligenti.de
fo.compe. hanc opi.secuti sunt do.Anto.de Butr. post
Inn.& Io.And.in c.verum.de foro compe.& Io.And.
in c.at si clerici.de iudiciis & communiter Canoni-
stæ in c.dilectus filius.de pœnis.& in c.ij.de crimine
falsi.& ibi per Io.de Ana.post alios. † Nec obst. id
2 quod dicitur, quod clericus delinquendo sequitur forum
in loco delicti: quia intelligitur de foro ecclesiastico,
& non de foro iudicis laici: vt in c.dilecti.de foro cõ-
petenti. hanc opinionem Canonistarum secutus fuit
Bar.in l.diuus.ff.de fals. facit bonus tex.in auth.de te-
stib.§.& licet, vbi ille iudex potest punire Falsum te-
stem, qui habet authoritatem super eum. hoc etiam
tenet Arch.xj.q.j.c.presbyteri.& Pet.de Anch.in l.
quoties.C.de iudic. Tertia fuit opinio Fedor.de Se-
nis in consi.xcij.incipiente, factum tale est. vbi vo-
luit, quòd iudex secularis non ad accusationem par-
tis, sed ex officio extraordinariè in pecunia vel con-
tra fideiussores potest punire clericum. Sed extraor-
dinariè & per viam accusationis non potest, sed de-
bet remittere ad episcopum suum. hanc opinio. dicit
æquam esse Pet.de Anch.in regula, ea quæ.in xxj.q.&
eam tenet Ang.in d.l.quoties.C.de iud.& idem Ang.in
l.si vacantia.C.de bonis vac. Bene facit, quod dicit
Pet.de Anch.in consi.clxxij. inci. circa primum du-
bium &c. vbi tenet, quòd iudex delegatus in causa ci-
uili beneficiali pro falsitate commissa coram eo po-
test punire iactura causæ, & imponere perpetuum si-
lentium, & sic non ordinariè, sed extraordinariè. sed
istud consilium parum facit, quia ille iudex erat eccle
siasticus, licet causa esset ciuilis. † quia iudex causæ ci- 3
uilis non potest criminaliter procedere: vt dicitur in
dicto consilio. Quàm opi.ex dictis tribus opi. elegerit
sacrum Consilium, non possum cum veritate decide-
re, quia vota erant varia. nec Viceprotonotarius stri-
xit Consiliarios ad votandum, prout erat moris. Sed
prout ego comprehendere potui, domini de Consilio
magis inclinabant in secundam opi. Et ex libero vo-
to meo concurro cum dictis doctoribus tenentibus
opinionem Hosti. quæ fuit secunda in ordine, quia
illa est magis secura quò ad conscientiam.& ita vide-
tur inclinare Aret.in tractatu maleficio.in verbo, fal-
sario.& ibidem adiicio Augustinum in duobus locis
ibi, & dicit quòd in practica ab opi. Bart.in d.l.diuus.
la ij. nũ recedas. † Conscientia enim didicit maledi- 4
cta continere, vt dicit Philosophus secundum Abb.
in c.magnæ.ij.col.de voto: quia Diuisum imperium
cum Ioue Cæsar habet, secundùm Virgilium.& alibi,
Nolite tangere Christos meos, id est clericos. cum to-
ta humana creatura diuisa sit in duas partes, scilicet in
laicos & clericos: vt in c.duo.xij.q.j.& sic distinctos
habet iudices. iura sunt vulgaria: vt in c.solitæ.de ma-
io.& obe.& in toto tit.de fo.compe.& xcvj.dist.c.duo
sunt.& nullus debet iura alterius vsurpare. xcvj.dist.
c.cùm ad verum.

DECISIO CCXXXI.

Reuisionis materia.

SVMMARIVM.

1 *Reuisionis causa est ad instar causæ appellationis.*
2 *Arresta parlamentorum non suspenduntur per recla-mationem.*
3 *Reclamatio à reuisionali arresto non admittenda.*

DIcit Regia pragmatica Regis Ferdinandi
primi, quòd qui in causa principali nihil
posuerit vel probauerit, cùm in sententia
condemnatur in expensis, & condemna-
tus appellat, quòd non proceditur in causa appella-
tionis, nisi prius reficiat expensas, ad quas fuit cõdem-
natus &c. † Fuit dubitatum, vtrum ista pragmatica 1
habet locum in causa reuisionis à sententia sacri Con
silij, vt non audiatur in causa reuisionis, nisi prius re-

fectis expensis, ad quas fuit condemnatus in sententia
sacri Consilij, ex quo in prima instantia nihil posuit
vel probauit. Dubitatum fuit: quia causa reuisionis est
ad instar causæ appellationis: licet in multis inter se
differant, vt paret in Spec. in tit. de supplicatione §. au-
te penultimo. Sed in cõtrarium fuit decisum in Con-
silio, quòd dicta pragmatica nõ habet locum in cau-
2 sa reuisionis à sententia sacri Cõsilij. Et est ratio, † quia
sententia sacri Consilij non suspenditur per reclama-
tionem, imò mandatur executioni non obstante re-
clamatione, vt in l. j. C. de senten. præfect. prætor. & in
auth. quæ supplicatio. C. de precib. imperat. offeren. &
in auth. eo. vt sponsalia legi. §. illud. & notatur in c. suscita-
ta. de in integ. restit. præstita tamen fideiussoria cau-
tione de restituenda executione in casu retractatio-
nis, vt in dictis iuribus. non tamen fiet executio in ex-
pensis contentis in prima sententia sacri Consilij,
etiam quòd nihil sit propositum vel probatum in pri-
ma instantia. Et quando illa sententia cõfirmabitur,
3 tunc fiet executio in expensis. † Et ab illa sententia la-
ta in causa reclamationis non est licitum reclamare:
nec admittitur, si reclametur: vt in l. si quis. C. de pre-
cib. Imperat. offeren. & in l. j. C. ne liceat in vna ea-
démque causa tertiò prouocare. & sic semper obser-
uatum fuit.

DECISIO CCXXXII.

De renuntiatione hypothecæ rei feu- dalis sine domini consensu.

SVMMARIVM.

1 *Renuntiatio hypothecæ super feudis per creditorem feu-
datario, an teneat facta sine Regio assensu.*
*Pactum omne est contractus etiam ordinatum ad di-
strahendum.*
Contrahere prohibitus, an prohibitus sit distrahere.
2 *Liberatio est donatio.*
Remittere idem est quod donare.
3 *Commercium omne super feudis sine domini consensu est
prohibitum.*
4 *Vinculum ad soluere debet, quod ligauit.*
5 *Remissio iurium ad feudum dicitur donatio.*
6 *Alienatio feudi sine consensu domini quando teneat.*
7 *Remissio pignoris & hypothecæ non est prohibita inter vi-
rum & vxorem.*
8 *Feudatarius non potest remittere minimum quid de
feudo.*
9 *Refutatio non plus operatur, quàm carentia iuris à
principio.*

Feudatarius habens feudum, quod erat alte-
ri obligatum & hypothecatum pro certa
pecuniarum quantitate interueniente Re-
gio assensu in forma probãte, venit ad con
uentionem cum dicto creditore, quòd dictus creditor
dicto feudatario renuntiet iuri hypothecæ, quam ha-
bet super dicto feudo: & super ista renuntiatione hy-
1 pothecæ nullus interuenit assensus Regius. † Dubi-
tatur an talis renuntiatio hypothecæ super feudis va-
leat sine Regio assensu. Prima facie videbatur, quòd
non sit valida: quia ista remissio hypothecæ facta di-
cto feudatario est contractus, vt apparet ex instrumẽ-
to: hinc est quod dicit Bal. in rub. C. de pac. Omne pa-
ctum est cõtractus, etiam si ad distrahendum ordine-
tur. alleg. gl. ff. de act. & obl. l. j. Item quia prohibi-
tus distrahere, secundùm Bald. in dicta rubr. Et idem
Bal. in l. fin. in prin. C. si tutor vel cura. inter. Et prohi-
bitus contrahere est etiã prohibitus contrahere ad li-
berandum: † quia liberatio donatio est, secundùm 2
Bart. in l. si vnus. §. pactus. iij. col. ff. de pact. per l. in edi-
bus. §. j. ff. de dona. cum simil. & tenet Bar. in l. ij. de cer-
ti. C. de transact. etiam si remittatur hypotheca, vt di-
cit Bar. in l. iubemus. C. ad Velle. & gl. in l. j. ff. quib.
mod. pig. vel hypo. sol. Item quia idem est remittere
quod donare. l. qui etiam. ff. de calum. no. in c. venien-
s. j. de testibus. Et voluit Abb. Sic. in cons. lxxxij. in-
cip. conditoris omnium postulatio suffragio. quan-
quam &c. circa fi. in j. vol. † Præterea dicit text. in 3
c. j. de prohibi. feud. ali. per Loth. quòd omne cõmer-
cium super feudis est prohibitum sine consensu domi-
ni. Sed sub prohibitione commercij est etiam prohi-
bitus contractus resolutiuus obligationis feudi: quia
per talem resolutionem fit commutatio de persona
ad personam: quod non licet sine consensu domini: vt
dicit And. in l. Imperialem. in prin. de prohib. feudi.
ali. per Fede. nam verbum commercium, est generale
verbum, comprehendens omnem contractum: vt di-
cit gl. in l. ex hoc iure gentium. ff. de iust. & iur. & ideo
dicit Ang. in consi. cclxij. inci. dictum statutum. quòd
magis lata est prohibitio commercij, quàm prohibi-
tio alienationis. † Præterea vnumquodque vinculum, 4
per quod ligatum est, eodem vinculo debet dissolui,
vt in l. nil tam naturale. ff. de reg. iur. Et ea solennitas
quæ requiritur in contractu, requiritur in distractu:
vt no. in c. cùm dilecti. de emp. & vend. Cùm eiusdem
naturæ sit distractus, prout contractus, secundũ Bart.
in l. & ideo. ff. de condict. furt. Item ea solennitas,
quæ requiritur in conficiendo, requiritur etiam in
commutando, secundùm Bar. in l. hæredes palam. §. j.
ff. de testa. sed in contrahenda hypotheca super feudis
requiritur regius assensus: vt in consti. Regni. consti-
tutionem diuæ memoriæ: ergo & in remittendo hy-
pothecam. Inde tex. in l. imperialem, præallegata, ex-
pressè prohibet etiam distractus super re feudali. &
idẽ in c. j. de prohibi. feudi. ali. per Luth. † Præterea 5
donatio dicitur non solùm cùm donatur feudũ, sed
etiam quando remittuntur iura ad feudum: vt dicit
And. in constitutione Regni, præallegata, constitutio-
nem diuæ memoriæ. per l. quærebatur. ff. ad leg. Falc.
& l. si mulier. ff. de condict. ob caus. & l. magis puto. §.
si pupillus. ff. de reb. eor. ergo &c. Et pro ista parte be-
ne facit dictum Bald. in l. Iulianus. ff. de fund. dot. vbi
dicit, quòd vbi prohibetur alicuius rei alienatio, pro-
hibita est eius iuris remissio, per illum tex. & in l. j. C.
de au. pre. & l. j. §. ait prætor. de his quæ in frau. credi.
In contrarium dicebatur, quòd regula est in feudis,
† quòd licet feudum non possit alienari directè vel 6
indirectè sine consensu domini: tamen in augmẽtum
feudi potest fieri alienatio feudi sine consensu domi-
ni: vt dicit And. in c. j. §. econtrario. de inuesti. de re
aliena facta. & in c. j. an ille qui interfecit fratrem do-
mini sui. & in d. l. Imperialem. in princ. in x. col. & in
c. j. §. fi. de capi. qui cur. ven. in add. & in l. j. §. præterea.
de capi. Corra. creditor ergo renuntiando iuri hypo-
thecæ, quam habet in feudo. feudatario, facit augmen-
tum & vtilitatem feudi: quia eum liberat à dicta obli-
gatione: ergo valida est sine assensu. Ideo dicit And. in
dicta constit. Constitutionem diuæ memoriæ, † quòd 7
alienationes teneat, quando non præiudicant rei pu-
blicæ, nec ipsi domino feudi. Et est ratio: quia non est

alio

alienatio, sed potius consolidatio. hinc dicit tex. in l. si pignus. ff. de his quæ in frau. credi. quòd licet sit prohibita donatio inter virum & vxorem: tamen remissio pignoris & hypothecæ non est prohibita: quia non est donatio talis remissio. concordan. sunt ibi in gl. & maximè tex. in l. j. §. j. & l. Lucius. ff. quib. mod. pig. vel hypo. soluitur. vbi dicitur, quòd si est prohibita donatio non est prohibita remissio obligationis. do. Anto. de Alex. dicebat feudatarius qui habet feudũ, non potest
8 remittere aliquod ius feudale: † imò redditum vnius gallinæ nõ potest remittere, vt dicit And. in dicta constitut. Constitutionem diuæ memoriæ, & sic intelliguntur omnia iura in contrarium allegata. Sed si tertius, qui non possedit feudum, sed habet actionem ad feudum, quod ab alio possidetur: tũc habens istud ius potest liberare feudum ab illo iure vel obligatione, & in hoc non requiritur assensus, & dicebat quòd ita dicebat do. Bartholemæus de Capua in quadam apostilla, quàm ipse habebat in libro suo in l. iiij. §. fin. ff. de manu. vinci. per illum tex. & hoc probatur per quandam literam Regis Caroli secundi, quæ incipit, vniuersis præsentes literas inspecturis. & per quandam literam Regis Roberti, vniuersis tenore præsentium.
9 † Et per hoc facit, ꝙ non plus operatur refutatio, quã carentia iuris à principio, secundũ Bal. in l. si mihi. ff. de ser. rusti. prædio. & in ista vltima opi. remansit totum Consilium, & sic fuit conclusum & deliberatum.

DECISIO CCXXXIII.

De confessione defuncti reuocanda per hæredem.

SVMMARIVM.

1 *Hæres an possit reuocare confessionem defuncti, & quando. 3.*

2 *Reuocatio non operatur effectum suum post concedentis mortem.*

3 *Hæres & defunctus pro vna persona habentur.*

Limitatio ad legem, quæ à patre. C. de testamen. milit.

PAter in quodam instrumento confessus fuit cum iuramento aliquid sic non esse enuntiatiue: eo mortuo filius & hæres in iudicio probat per veras probationes totum contrarium eius, quod dixit pater in dicto instru-
1 mento. † Quæritur vtrum dictus hæres possit dicere confessionem patris fuisse erroneam, & eam reuocare, sicut posset reuocare pater si viueret. Bal. in l. error. in fi. C. de iur. & fact. ignor. tangit istam quæstionem. & dicit, casus est in l. nõ idcirco eo. tit. Sed idem Bal. in l. j. C. ex delict. defunct. in iij. col. dicit, quòd hæres potest reuocare confessionem defuncti, probãdo contrarium eius, quod defunctus fuit confessus, allegat not. ff. de appel. l. creditor. §. iussus. In contrarium facit l. fi. C. de reuo. dona. vbi ius reuocandi de
2 sui natura non transit ad hæredem, ad idem in c. fin. de donation. nõ. Bald. in l. cũm antiquitas. C. de vsufruct. inde dicit Alber. de Rosatis in l. digna vox. C.
2 de leg. † quòd reuocatio non operatur effectũ suum post mortem concedentis, Ego pro decisione huius quæstionis vltra Bal. in d. l. j. C. ex delictis defunct. allegaui Bal. in l. Titia. §. Caius. ff. de leg. ij. Vbi dicit, quòd si sint verba negatiuè prolata per modum abnegationis domini j, hæres potest probare contrarium vnde si testator confiteatur debitorem nihil debere, ista confessio præiudicat hæredibus testatoris, nisi hæredes probent contrarium. Nam tunc præsumitur confes-
sio erronea. † Omnes domini fuerunt in voto, ꝙ 3
talis confessio defuncti, eò quòd hæres per publicam scripturam probat cõtrarium, quòd potest ipsam reuocare, sicut posset defunctus: quia hæres & defunctus vna & eadem persona esse censetur: vt in auth. de iureiuran. à mo. præsti. §. j. & quia hæres potest vti iure defuncti, vt in l. cùm quidam. §. fiscus. ff. de vsuris. quod venit ad limita. l. quæ à patre. C. de test. milit. cum concord. & hæc decisio fuit in causa illorum de Momilis, de Neapoli.

DECISIO CCXXXIIII.

De fideiussoribus de iudicio sisti.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussor de iudicio sisti ad quid teneatur. 3.*

2 *Intellectus ad glos. l. fin. ff. si quis in ius voca. non ierit.*

FIdeiussor de iudicio sisti, † si non stetit 1
principalem, agitur contra eum ad interesse, nisi pœna sit apposita: tunc ad pœnã solum agitur. tex. est in l. fin. ff. si quis in ius voca. non ierit. Sed quærit ibi glo. quid si interesse est plusquàm sit pœna. Vtrum fideiussor teneatur ad
interesse, quod est vltra pœnam. [a] Et dicit, quòd sic. a
& illam glo. communiter sequuntur doct. & dicit ibi Pau. de Ca. quòd est in electione actoris, an velit agere ad pœnam vel ad interesse. licet Pau. in l. ij. §. in fideiussorem. ff. qui satisd. cogan. dicat, quòd fideiussor de iudicio sisti ad certam quantitatem non tenetur ad
aliud interesse. † & respondet ad illam glo. videlicet, 2
quòd glos. illa loquitur in principali, qui est obligatus ad pœnam, non tenetur ad interesse, quod est plus quam in pœna, sed nõ in fideiussore, & dominus Marcellus Cancella de Gaieta Regius consiliarius, quem diligo ob eius conscientiam, erat in ista opinione. Sed dom. Iacobus de Iello de Trano similiter Regius Consiliarius dicebat, quòd Ias. eius doctor reprobat Pau. de Castr. dicens Paulum non benè dicere. ex quo illa glo. loquitur in fideiussore de iudicio sisti ad certam pœnam: & tamen tenetur ad interesse. Fuit tandem
conclusum per totum Consilium, † quòd ex quo ille 3
fideiussor promisit sistere in iudicio principalem pro causa criminali ad certam pœnam, quæ pœna venit applicanda fisco & non parti: vt dicit Bart. in l. si quis reum. ff. de custo. reorum, quòd vltra pœnam debitam fisco tenetur parti ad interesse. & hoc fuit in causa Manfredini cum vno Ianuense.

ADDITIO.

a *Vltra pœnam.* Fideiussor de iudicio sisti an vltra pœnam teneatur ad interesse parti. Adde quòd idem quod hic domi. Anton. de Alexan. in additionibus ad Barto. in dicta fi. l. vbi firmat etiam si interesse excederet pœnam, per gloss. ibi. & hoc fuit seruatum in persona Manfredini cum Vberto de Nigris Ianuense, Licet in contrarium allegaretur Paul. de Castr. in dicta l. ij. in fi. vbi vide omnino Iaso. Tamen præsenti anno 1531. fuit seruatum contrarium per magnam curiam Vicariæ in causa Francisci Peragalli cum Francisco de Vighena Hispano, qui promiserat sistere Hieronymum suum nepotem, in causa criminali, qui aufugit, & ipse carceratus soluit pœnam fisco, & liberatus fuit. Thomas Gram.

DECISIO CCXXXV.

De tertio producente testes post publicationem in causa.

SVMMARIVM.

1 *Tertius veniens ad causam pro suo interesse an possit testimonia producere post causa publicationem.*
2 *Tertius comparens pro suo interesse, an sufficiat, quòd sciat litem & non publicationem.*
3 *Tertius post didicita testificata super articulis directo contrariis, an audiendus.*
4 *Tertius veniens ad incitandum reum contra agentem approbare videtur omnia per reum gesta, quæ sibi pariunt præiudicium.*
5 *Reus malitiosè introducens tertium ad quæ faciat ipsum admissum.*
6 *Tertius pro interesse suo veniens in causa arctatur, & qualiter.*

1 AN tertius † veniens ad causam pro suo interesse possit producere testes, quos principalis non producit post didicita testificata. Bar. in l. si pro lusorio de appel. tāgit hoc dubium, & sic determinat, ꝙ si iste tertius veniat post dilationes datas ad probandum, vel publicationem testium factam, & non potest de nouo testes producere: quia primũ processum prosequitur & nō nouum. allegat ad hoc Inn. in c. cùm super. de re iud. hoc verum dicit ipse, quādo iste tertius sciuit istas dilationes dari, & testes examinari. Sed si ignorauit, tunc auditur: vt ipse plenè dicit se dixisse in l. sæpe. de re iudi. nō tamen tangit specificè Bar. an sufficiat scire litem, vel specificè debeat scire publicatum esse in causa.
2 † Bene tamen do. Ant. de But. in d. c. cùm super. hoc tangit post Inno. & dicunt, ꝙ sufficit, quòd iste tertius comparens pro suo interesse sciat litem, licet nesciat publicationem. & ita tenet Io. de Imo. in l. à sententia. de appel. allegat Ant. de But. in d. c. cum super. Et licet Bar. solum tangat, quando tertius venit post dilationes datas ad probandum, & post publicatum in causa nihil tamen dicit, quando post didicita testificata. Fuit super dubio votatum per sacrum Consiliũ quòd tertius veniens pro suo interesse, qui sciuit litem motam, licet ignorauerit publicationem & ignorauerit didicita testificata, debet audiri in terminis, in quibus reperitur causa. Et sic si est publicatũ, & didicita sunt testificata, non poterit tertius audiri nisi super articulis nouis, † non super eisdẽ vel directò contrariis, iuxta c. fraternitatis. de testib. & in auth. qui semel. C. de proba. vel poterit producere scripturas & instrumenta, & testes pro eorum confirmatione & approbatione, iuxta not. in c. series. de testib. Sed si tertius ignorauit litem, tūc potest inducere testes in causa, etiam quòd sint didicita testificata, etiam super eisdem vel directo cōtrariis, vt dicunt doct. in d. c. super. & in d. l. si prolusorio. & in l. si quis libertatem. ff. de peti. hære. inquantum ibi dicitur, ꝙ tertius, cuius interesse potest opponere & facere differri illud iudiciũ. Sed melius hoc declarat Ang. in l. si instituta. vbi gl. ff. de inof. test. vbi dicit, ꝙ si tertius venit ad causam ad inuitandum reũ conuentum aduersus agentem, & hic est propriè casus noster, & admittitur, nec tenetur libellũ offerre de nouo, nec litem contestari: sed sufficit contestatio facta per reum, secundũ Inn. in d. c. cũ
4 super. † & ideo tertius approbare videtur omnia gesta facta per reũ, & illa gesta pariunt sibi præiudiciũ. & ideò potest opponere exceptiones peremptorias, & producere testes in causa, nō tamẽ poterit producere testes attestationibus publicatis, nisi casu quo potuisset producere reus principalis. Idem dicit Bald. in auth. nūc si hæres. C. de litigiosis. quod intelligendum est, quando sciuit litẽ motā: vt s. dictũ est. Sed quando ignorauit litem motā, potest nō obstāte publicatione inducere testes: quia licet principalis sit exclusus propter publicationem, nō est exclusus ipse tertius ignorans litẽ, per tex. in c. cōstitutus. de testib. secundũ Bar. in d. l. si prolusorio. & Abbatẽ Sicu. in d. c. cùm super.

† Fallit nisi reus principalis malitiosè procurasset hunc tertium ignorantem, vt deberet cōparere: quia tunc admitteretur solũ in terminis, in quibus est causa, vt in c. ij. in fi. vt lite pendente. lib. vj. & ibi gl. & voluit Cardi. Flor. in c. veniẽs. in ij. & iij. oppo. de testib. Et sic intelligitur, quod dicit Bar. in l. ita tamẽ. §. quoties. ff. ad Treb. vbi dicit ꝙ tertius veniẽs opponit exceptionem, quā conuentus nō potest opponere, vt in cōcor. ibi allegatis. Cætera de materia vide in d. c. cũ super. per scribẽtes, & in iuribus allegatis per Bar. in l. Titia. ff. sol. mat. & Bal. in l. si eo tẽpore. C. de remissio. 5
pig. † vbi dicit, ꝙ tertius veniens pro suo interesse in causa arctatur illis terminis, quibus vtuntur principales citati, vt in c. vt circa. de elect. lib. vj. Sed si venit, vt ex se, bene potest post terminũ cōparere, & omnia fiant de nouo quo ad eum: vt in l. à diuo Pio. §. si post. & §. si super. de re iudi. & habebit locũ l. si is à quo. ff. de rei ven. nō tamen potest opponere exceptiones dilatorias vel declinatorias, secūdũ Bal. in d. l. si eo tempore. in fi. nec poterit opponere ꝙ dicta acta sunt nulla, eò quia non citatus: vt dicit Inn. in c. statuimus. vlt. col. vers. sed si non est appellatũ. de elect. lib. vj bene tamẽ poterit recusare iudicẽ vt suspectũ, vt dicũt doc. in c. cũ super. de offic. deleg. & doct. maximè Anto. de But. Abb. & Philip. in c. cùm speciali. xx. q. de appella. 6

DECISIO CCXXXVI.

De nato in octauo mense, cui non succedit pater in dote matris.

SVMMARIVM.

1 *Filius ex aditione factā per patrẽ succedit matri in dote.*
2 *Pater succedit filio mortuo in bonis maternis exclusis ex parte matris proximioribus.*
3 *Virginitatis signa per maritum ostensa.*
Virginitas de præterito qualiter probetur.
Confessio geminata maiorem veritatem inducit.
4 *Mulieri se grauidam dicenti credendum.*
Natus in octauo mense non potest viuere. 5. & habetur ac si mortuus natus sit. 6.
Mortuus habetur, qui viuere non potest.
5 *Dos à patre profecta ad quem reuertatur.*

PEtrus de sancto Iuliano † petit in sacro 1
Consilio à Georgio de Falco restitutionẽ dotium Caradoniæ suæ filiæ, quas sibi tradidit propter eiusdẽ Caradoniæ mortem sine liberis: dicit dictus Georgius conuentus, ꝙ nō tenetur restituere dictas dotes: quia dicta Caradonia mortua fuit superstite filio, qui successit matri in dotibus maternis, iuxta no. in l. post dotem. ff. sol. mat. & in l. dos à patre. C. eod. & in auth. defuncto. C. de leg. hær. Maximè ex aditione facta per patrem. Et licet dictus filius post aliquos dies mortuus fuit, pater succedit

dit ei in dotibus maternis, iuxta l. si infanti. C. de iure
delibe. & hoc tenet gl. Neapo. in consuet. si quis vel si
qua. in glo. j. in versi. sed puto verius. in glos. in verbo,
2 præter quàm. † vbi tenet, ꝙ pater filij sui defuncti suc
cedit in bonis maternis ad ipsum filium spectantibus
exclusis proximioribus ex parte matris: licet Lucas
de Penna faciat hoc dubium, per argumenta pro &
contrà. in l. j. in v. rol. C. de imponen. lucra. desc. lib. a.
. Dicit pater dictæ Caradoniæ, ꝙ ille filius natus ha-
betur pro non nato: quia natus fuit in octauo mense,
& probauit hoc bene concludenter. Nam probauit,
quòd dicta Caradonia fuit virgo vsque in diem festi
sancti Martini, quod est xj. die Nouembris: & hoc cō-
fitetur dictus eius vir. Item eo die fuit consummatum
matrimonium per carnis copulam, & ostendit pan-
num sanguinolentum consanguineis, secundum mo-
3 rem Ciuitatis Nolen. † & iste mos erat in veteri testa
mento: vt patet Deuter. cap. xxij. & de ista authoritate
facit mentionem gloss. in c. hæc imago. xxxiij. q. v. &
Abb. in c. proposuisti. de probatio. Et in iudicio confi-
tetur maritus dicta nocte, quòd habuit eam virginem:
ita probatur virginitas de præterito, vt in c. requisisti.
xxxiij. q. j. & in c. j. & in c. laudabilem. de frigi. & ma-
le. & in c. continebatur. de desponsa. impube. & maxi-
mè cùm fuit pluries geminata confessio, ex quo præ-
sumitur vera, vt dicit Io. And. in addi. in tit. de instru.
edi. §. porro. in addi. quæ incipit, hæc subscriptio. &
quibus vel sæpius dicit, videtur velle, ꝙ contra id ni-
hil possit opponi, secundū Bal. in cōsulto scismatis po-
ttro. C. si quis aliquē testa. prohib. Item probatur per
testes, ꝙ ab illa die fuit prægnans, & sic dicebat ipsa
Caradonia. ad hoc allegabatur glo. Ang. in l. illud. ff.
4 si pars hære. pet. † vbi dicit, ꝙ creditur mulieri dicen
ti se prægnantem, etiam si non dicat ex quo sit præ-
gnans, secundū Bar. in l. iij. §. j. ff. de lib. agno. Item
probatur, ꝙ dictus vir semper dicebat, quòd vxorem
suam impregnauit die prædicto festi sancti Martini.
Et de die in diem seruata & confirmata fuit dicta in-
grauidatio. die aij. mensis Iulij peperit filium, & post
partum per duos dies pòst mortua fuit mater. & sic pa
tet, ꝙ dictus filius natus fuit in octauo mense: & cla-
rum est in iure, ꝙ filius natus in octauo mense nō po-
test viuere, & ideo habetur pro mortuo: & sic non suc
cedit pater filio: sed succedit pater filiæ in dictis do-
tibus. Et pro hoc alleg. Cyn. in l. septimo mense. ff. de
statu homi. vbi refert epistolarem literam magistri
Gentilis de Fulginio tunc legentis in studio Perusino:
5 † vbi tenet, ꝙ natus in octo mense & etiam duobus
diebus de nono, non potest viuere. hoc etiam firmat
Pau. de Cast. in l. vxor. C. de posth. hære. insti. & Bal. in
l. ea quidem. iij. col. C. de accus. & multi Philosophi
fuerunt super hoc dubio examinati, & pro maiori par
te dixerunt, ꝙ natus in octauo mense non potest viue-
re. & sic dos profecta à patre liberis non extantibus,
debet reuerti ad patrem filiæ, per l. dos à patre. C. sol.
matr. & per iura supradicta stante isto dubio per se-
cretum Consilium fuit habitum iudicium à valentissi-
mis doctoribus in Philosophia in scriptis, videlicet à
magnifico domino Siluestro Galiota protomedico
Regis Ferdinandi primi, à domino Luca Tonto, à do-
mino Nardello, & quamplurimis aliis medicis: qui
omnes votauerunt, quòd natus in octauo mense non
a potest viuere.[a] † Et tandem post longam delibe-
6 rationem votauerunt do. de Consil. ꝙ talis filius ha-
beatur ac si mortuus natus sit. Et fuit postmodum lata
sententia in fauorem patris ipsius mulieris, condem-
nando dictum maritum ad restitutionem dictæ do- b
tis.[b] Et licet fuisset reclamatum, fuit postea confir-
mata, & impositum perpetuum silentium.

ADDITIO.

a *Viuere*. Et idem tenet Michaël Scotus in libris Phi-
losonomiæ. c. x. quòd natus octauo mense non potest
viuere vltra octauum diem. Thom. Gram.
b *Dotis*. Vide do. Ant. de Alea. in additionibus ad
Bart. in l. septimo mense. ff. de stat. hom. Tho. Gram.

DECISIO CCXXXVII.

De additione hæreditatis maternæ per filium hæredē patris inducente vnionem bonorum paternorum & maternorum, & non solutionem.

SVMMARIVM.

1 *Consuetudo Neapolitana super dote restituenda.*
2 *Dotes aucta sunt p opu. r auct. si diuitias.*
3 *Hypotheca qualiter extinguatur.*
4 *Aditio hæreditatis vim solutionis habet inter creditorem & debitorem, si alter alteri succedat.*
5 *Hæres succedens creditori, quando inducat solutionem.*
6 *Aditio hæreditatis quando habeatur pro solutione.*

NObiles Capuanæ & Nidi habēt istā cōsue-
tudinē, quæ instrumētis dotalibus expri-
mitur, videlicet. † Si dictū matrimoniū 1
dissolui cōtingat per mortē viri vxore su-
perstite, liberis ex dicto matrimonio superstitibus,
vel nō superstitibus dictæ dotes datæ & per virū rece-
ptæ restituātur, & earū restitutio & assignatio realiter
fiat dictæ vxori superstiti, seu eius hæredibus. Si vero di
ctū matrimoniū dissolui cōtingat per mortē vxoris su
perstitibus liberis ex dicto matrimonio, dictę dotes so
lutæ restituātur, & eorū restitutio fiat ipsis liberis ex
dicto matrimonio procreādis superstitibus. Et vbi & in
casu ꝙ nō superessent liberi ex dicto matrimonio su-
perstites, vel etiā si tēpore mortis dictæ vxoris liberi
ex eodē matrimonio superessent, & postea adita hęre-
ditate vel nō adita per eos vel aliū, seu alios eorū no-
mine liberi ipsi decederēt vel morerentur in pupilla-
ri ætate vel post quādocunq; ab intestato sine liberis
legitimis & naturalibus, dictæ dotes modo prædicto
receptæ veniant & deuenire debeant, & ipsarū resti-
tutio realiter fiat & fieri debeat hæredibus & succes-
soribus dictæ vxoris seu hæredibus dotantis in pace &
sine molestia & cōtrarietate quacūq;, ac omni exce-
ptione & exceptiōe remota. Ita ꝙ eo casu quo, vt prę-
dicitur, restitutio est facienda de dictis dotibus hære-
dibus & successoribus vxoris, vel eius hæredibus &
successoribus eius viro, vel aliis quibuscūq; personis,
eisdē liberis, sicut prędicitur decedētibus in pupillari
ætate, vel post qñcunq; ab intestato sine liberis legiti-
mis & naturalibus ex paterna linea, vel etiā succedēte
eis vigore pupillaris substitutionis vel aliter, nullū ius
in eisdē dotibus sicut prædicitur datis & receptis ac-
quiratur. Sed ipsas dotes, vt prædicitur, & quicunque
hæres dictorū filiorum procreādorū, vt s. dictū est ex
matrimonio s. dicto eis vel ab intestato vel ex pupil-
lari substitutione succedēs, vel aliquo iure quocūque
hæredibus & successoribus dictæ vxoris restituere te-

neatur absq; detractione alicuius portionis iure natu-
ræ forsan debitæ seu debẽdæ dicto marito in eisdẽ do-
tibus dictorũ filiorũ suorũ exinde procreandorum ex
dicto matrimonio, salua potestate testandi dictę vxo-
ri, iuxta vsum consuetudinis Neapol. in scriptis reda-
ctã. Et vbi contigerit virum premori superstite vxore
ac superstitibus liberis ex dicto matrimonio vno vel
pluribus, postmodũ filij ipsi morerẽtur, seu alter ipso-
rum moreretur in pupillari ætate, vel pòst quãdocũq;
ab intestato sine legitimis liberis & naturalibus, nul-
lum ius eisdẽ, vxori & suis hæredibus & successoribus
seu matri suæ ex materna linea ratione successionis
debeatur, nec sit eis vel alteri ipsorũ quomodolibet
acquisitũ super bonis paternis ipsorũ filiorum, nec eis
succedãt, nec succedere debeãt, nec ipsa vxor succede-
re debeat quoquomodo, nec de bonis ipsis paternis
suorũ filiorũ detrahere possit Trebellianicã, Falcidiã
etiam legatũ debitũ iure naturæ, & ius aliquod por-
tionis cuiuscunq; in quantũ ipsa vxor vel eius mater,
& aliis quibuscũq; ex materna linea debeatur, quibus
omnibus iuribus ac successionibus ipsis & legitimè
debitis in casu prædicto dicta vxor & sic partes adin-
uicem renuntiauerunt per stipulationem &c. & iu-
2 rauerunt &c. Stante † ista consuetudine euenit in-
ter dictos nobiles, quòd contracto matrimonio &
solutis dotibus vnc. ducentarũ, prout olim solidũ erat
in præsentiarum autem dantur dores excessuè, & vt
plurimũ nõ secundũ dictã cõsuetudinem, sed secundũ
consuetudinem baronum: quia auctæ sunt diuitię in
particulari. Moritur vir superstite filio & vxore, filius
se immiscuit in hæreditate paterna absq; inuentario,
& mater stetit in viduitate moritur deinde mater su-
perstite filio suo & hærede, deinde hic filius decessit
maior ab intestato superstitibus sibi proximioribus
ex parte patris, & proximioribus ex parte matris. Sed
proximiores ex parte patris sunt sibi magis coniuncti
in gradu. Quæritur in illis dotibus, quæ fuerũt matris
suæ, quis succedat, an magis sibi proximiores vel re-
motiores ex parte matris? Dubiũ facit, ex quo iste fi-
lius successit patri, & sic fuit debitor matris in dote.
Demum iste filius debitor dotis successit matri cre-
ditrici, per cuius aditionem videtur induci solutio, quòd
ipse filius vt hæres patris debitoris soluit sibi ipsi vt
3 hæredi matris suæ creditricis dictarũ dotiũ; † & sic so
lutione eius quod debetur extincta sit hypotheca pro
ipsis dotibus: vt est tex. in l. grege. ff. de pig. nec rei pro-
priæ cadit hypotheca, vt in l. neque pignus. ff. de pign.
cũ cõcor. Et hoc est verũ, quãdo hæres nullũ cõmodũ
vel incõmodũ patitur ex aditione; quia vnus est credi
tor, & vnus est debitor; vt dicit Bar. in l. Vranius. ff. de
fideiuss. & ibidẽ clarius Pau. de Cast. Idem vult Bar.
in l. hæres à debitore. §. fi. ff. de fideius. & in l. si is qui
pro emptore. ver. vj. principaliter quæ fuit causa intro
ducẽdæ fictionis. ff. de vsucap. col. xxvj. & pro hoc est
text. in l. si ei cui. ff. de euic. & in l. Stichũ. §. aditio. ver.
aliquãdo. ff. de solutionib. & Bar. & Pau. de Cast. in l. si
4 soce. ff. sol. mat. vbi ponũtur duæ conclusiones. † Pri-
ma cõclusio, quòd si vnus creditor & vnus debitor, & al-
ter alteri succedit, habet vim solutionis ipsa aditio hæ
reditatis: quia ex hoc nõ sequitur nec damnũ nec lu-
crum. Secũda conclusio est, quòd si sunt duo rei debendi,
& creditor vni tantum eorum succedit, vel econtrà,
essent duo rei credendi, & alter eorũ succederet cre-
ditori, tunc aditio nõ habet vim solutionis, sed con-
fusionis: vt in l. fi. ff. de duo. reis. Et est ratio: quia si ha-
beret vim solutionis, liberaretur correus: & sic pate-
retur damnum, non sic si haberet vim confusionis:
quia tunc persona tantùm illius, cui succeditur, ab
obligatione eximitur, & alter remanet obligatus. hoc
voluit tex. in l. Vranius. §. si cùm duo. ff. de fideius. hoc
firmat, & sic declarat Pau. de Ca. in consi. ccclxx. sed
notandum est ad euidentiam. Cùm igitur ista aditio
hæreditatis inducit solutionem ipsius debiti dotalis,
vt s. dictum est: quia vnus est debitor & creditor, &
non patitur damnum nec lucrum, & per solutionem
debiti extincta est hypotheca: vt in d. l. grege. §. etiam,
ergo proximiores ex parte patris succedunt dicto fi-
lio exclusis cognatis ex parte matris remotioribus.
† In contrarium tamen facit id, quod dicit Pau. de 5
Cast. in l. debitor. ff. ad Trebell. vbi dicit, quòd si hæres,
qui succedit creditori, nullam habet commodum vel
incommodum, tunc demum inducit solutionẽ, quã-
do ad ipsum hæredem hæreditas illa obuenit irreuo-
cabiliter, secus si reuocabiliter: tunc enim aditio hæ-
reditatis non extinguit illã hypothecam: quia illa hæ-
reditas materna quæ filio obuenit, habetur pro non
sua, eatenus, quatenus potest reuocari à cõsanguineis
ex linea materna, & tunc aditio non habet vim solu-
tionis, & sic nõ extinguitur hypotheca. & pro hoc l.
ex sextante. §. Latinus. ff. de excep. rei iudica. & quod
no. Cyn. post glo. in ij. opi. & si antiquior credi. l. j. &
Bal. in l. si vxor. C. de bonis autho. iud. poss. & scriben-
tes in d. l. debitor. vnde cum ista dos ad filiũ post mor-
tem matris peruenit reuocabiliter in casu, in quo nõ
fecisset testamentum & decederet sine filiis. quia tunc
debet peruenire ad proximiores matris per dictam
cõsuetudinem, absque obstaculo præscriptionis. Ideo
dicta aditio non habet vim solutionis, sed confusio-
nis, & ideo remanet ipsis proximioribus ex parte ma-
tris hypotheca pro dotibus prædictis contenta in in-
strumento dotali, si dos consistat in pecunia. † Quid 6
dicendum in hoc dubio? Aliqui et dominus pro solu-
tione huius dubij dicebãt, prout vltimo loco dicebat
Neapol. Sebastianus in consuetudine huius ciuitatis
Neapolis quæ incipit, si quis vel si qua, de successio. ab
intesta. in gl. in verbo, à matre. circa finem. vbi dicit,
quòd per l. si ei cui. §. si is qui. s. allegatam, videtur pos-
se dici, quòd aut debitor succedit creditori, & tunc
aditio non habetur pro solutione, sed habetur pro
confusione. Aut creditor succedit debitori, & tunc
tollitur actio solutione, quasi ipse creditor videatur
sibi soluisse ante de bonis hæreditatis. ar. l. j. §. si debi-
tor. ff. ad leg. Falcidiam. Et hoc verum, nisi sibi euince-
retur hæreditas: quia tunc non est credendum, quòd
ipse sibi soluisset, à quo hæreditas euincitur. ff. de solu.
l. Stichum. §. si creditor. Per alios dominos, videlicet
dominum Antonium de Baldaxi, & alios, dicebatur
quòd d. l. si cui. §. si is qui. loquitur in casu diuerso à ca-
su præposito, vbi erat vnus debitor, & vnus creditor.
sed in casu in dicta l. si cui. § si is qui erant duo debito-
res, videlicet principalis & fideiussor, ideo illa aditio
non inducit solutionem, vt liberetur correus fideius-
sor, vt suprà dictum est in secunda conclusione.
Fuit ergo per omnes dominos sacri Consilij vo-
tatum, quòd dicta aditio hæreditatis maternæ fa-
ctæ per filium, qui fuit hæres patris, inducat so-
lùm confusionem & vnionem bonorum paterno-
rum & maternorum, & non solutionem, ex eo quia
ista

ista dos materna, quæ peruenit ad filium, peruenit reuocabiliter irreuocabili post eius mortem sine filiis & ab intestato, qui veniunt adueniento proximiores ex parte matris huius filij descendentis sine liberis, vel ipsi liberi sine descendentibus ab intestato vertute dictæ consuetudinis contentæ in instrumento dotali, possunt agere hypothecaria in bonis dicti filij vltimò morientis ab intestato contra eius proximiores ex parte patris eius hæredes, per iura pro hac parte inducta. Et dum iste casus iterum fuisset de facto in persona proximiorum dominæ Margaretæ Capanæ, quæ fuit mater nobilis Ioan. Thomasij Branchacij, & post mortem dicti Ioan. Thomasij sine filiis & sine hærede testamentario dicti proximiores ex parte matris egerunt hypothecaria contra bona viri pro dotibus dictæ dominæ Margaretæ, & fuit pronunciata dicta sententia per sacrum Consilium; & postea per ius offerendi fuit eis satisfactum. Matthæus de Afflict.

DECISIO CCXXXVIII.

De locato & conducto, & nouo colono non expellente veterem.

SVMMARIVM.

1 *Colonus anni præcedentis pensionem volens illam facere quam nouus, non possit per dominum fundi expelli, & quando.* 3.

Casus omissus à consuetudine deciditur per ius commune.

Dominus fundi an teneatur inuitus relocare eidem, si non vult.

2 *Emphyteusis finita denuo concedenda descendentibus.*

4 *Inquilinus nouus an possit veterem expellere.*

DIcit consuetudo Neapolitana in scriptis redacta in titulo de locato & conducto, quæ incipit, Sed & si fundum. quod si conceditur fundus ad pensionem in pecunia, vel pro victualibus, debet dominus de mense Maij denunciare vel prohibere, quòd non vult pro sequenti anno dimittere sibi dictum fundũ. Et similiter ipse locatarius debet intra mensem Maij domino fundi se præsentare, & dicere, quod pro sequenti anno non vult dictum fundũ, & quòd illud assignabit in medietate mensis Augusti. Fuit dubitatum in Consilio, pone, quòd nec dominus fundi, nec colonus de mense Maij aliquid dixerunt, postea de mense Augusti dicit dominus fundi ipsi colono, quòd euacuet fundũ: quia vult ipsum alteri locare, vel quod locauit alteri. dicit ille colonus, tu nihil mihi dixisti in tempore debito. ego volo pro anno sequenti colere dictum fundum, & paratus sum pensionem soluere prout solui anno præterito. vel sicut alius conductor. dominus fundi dicit, ego volo fundum meum, & nolo vlterius tibi locare.

1 † Quæritur, verũ dominus fundi pro ea mercede, quã soluit anno præterito, teneatur cõcedere, vel prout alius cõductor vere vult soluere: vel dictus cõductor teneatur restituere possessionẽ dicti fundi. Hic casus est omissus à dicta consuetudine, ideo debet decidi secundum ius commune: vt in l. si extraneus. ff. de condi. ob cau. & in l. commodissimè. ff. de libe. & posthu. cum si. Sed ius commune vult, quod dominus fundi nõ tenetur inuitus relocare eidem si non vult: vt dicit tex. in l. ne cui. C. locati. & dicit l. conductores. quæ est pen. eo. tit. quod qui rem conductam non restituet ante sententiam, post sententiam condemnatoriam teneatur tanquã inuasor, ad idem in l. si quis. conductionis. eo. tit. In contrarium allegabatur id, quod dicit Bart. in l. j. §. per hæc verba. ff. de aqua quotidia. & æstiu. † vbi 2 dicit, quod si emphyteusis est finita descendentibus debet concedi, & si non conceditur fieret eis iniuria, & possent appellari ad superiorem, cõcordantiæ sunt in apostillis Alex. ibi. Eadem ratione dicendũ est in colono: vt si velit dare tantum quantum ab alio reportitur, fieret ei iniuria & posset appellari. Ideo dicit Lucas de Penna in l. congruit. C. de locat. præd. ciuilium. lib. xj. quòd dicta lex, congruit. probat, quòd colonus antiquus debet præferri nouo, si tantundem pro prædiis soluere sit paratus. † neq; d. l. ponit casum specialẽ in 3 locatione prædiorũ publicorum, sicut in domo conducta per scholarem: vt in c. j. extra de locato: quia regulariter hoc est, quod quando conductor nouus vult veterẽ expellere, antiquũ videtur, vt si antiquus velit tantundẽ exoluere, depellatur, nec per hoc onera perpetuæ locationis subiicitur: nam si neutri locare vult, nõ cõpellitur, sed potest eã pro libito retinere. Fuit ergo conclusum per sacrũ Consiliũ, quod si colonus anni præcedentis vult tantũ soluere, quantũ nouus de pensione, dominus fundi nõ potest ipsum expellere, secus si vult retinere fundũ pro se in dominio, quia tunc potest ipsum expellere. † Quid autẽ in inquilino: an 4 nouus inquilinus possit expellere veterẽ inquilinum, qui offert se paratũ tantundẽ soluere de pensione? & fuit conclusum, quod nouus inquilinus potest expellere veterẽ inquilinũ, qui velit tantundem soluere, per d. l. ne cui. Dicta ergo cõsuetudo solũ habet locũ in fundis rusticis, nõ autẽ in fundis vrbanis, vt dixerunt antiqui doctores extra Consiliũ, & doctores Consiliarij dicebant, quod hoc expressè dicit gl. Neapo. in dicta consuetudinẽ, Sed & si fundũ. vbi dicit, quod sic fuit interpretata semper dicta consuetudo, vt non habeat locum in domibus sitis in ciuitate.

DECISIO CCXXXIX.

De consuetudine Neapolitana, quòd ripa sit domini terræ superioris, & non inferioris.

SVMMARIVM.

1 *Ripa in terris confinibus duorum ex consuetudine Neapolitana cui accedat, nu. 6.*

Titulum habere an præsumatur, si alleget, qui triginta annis possedit.

2 *Verbum eius est, qualiter expediatur.*

3 *Exceptio firmat regulam.*

4 *Consuetudo potest possessionem totam transferre ratione partis.*

Verba commissionis causam sub verbo de iustitia, infinitas petitorium & possessorium.

Causa petitorij quando absorbeat causam possessorij.

5 *Consuetudines Neapolitanæ sunt factæ per verba vsitata.*

Generali casu faciunt, vt quis dominus præsumatur.

Consuetudo non transfert possessionem sine actu corporeo.

6 *Possessio immemorialis vim habet constituti & effectum publici instrumenti.*

ALia cõsuetudo ciuitatis Neapolis in scriptis dicit: Si duorum terræ sunt cõfines, & vna est in eminentiori loco, alia in inferiori siue in loco depresso, ripa pertinet

ad

ad dominum superiorem, & non ad inferiorem, nisi
contrarium probetur per terminos finales, vel instru
mentum &c. Quæritur in facto, quid si dominus ter
ræ inferioris probat se possedisse ripam vsq; ad sum-
mitatem & planitiem terræ superioris, & dominus
superioris dicit, quod dicta ripa est sua: quia ita dicit præ-
sens cõsuetudo, & si dominus terræ inferioris possedit
ipsam ripam, talis possessio est sine titulo & cõtra di-
1 ctam consuetudinem. † Quæritur modò, an suffi-
ciat domino terræ inferioris probare solam posses-
sionẽ ripæ, vel debeat probare etiam titulũ. Prima
facie videtur dicendum, quod sufficiat domino terræ infe
rioris probasse possessionẽ ripæ absque titulo, quãdo
possessio est antiqua cũ allegatione tituli sicut dici-
mus in c. si quis per xxx. si de feud. fuerit contro. quòd
probata possessione xxx. ann. feudi, & allegato titulo,
præsumitur, quòd inuestitura præcessit. accedat ad
hoc not. per gl. in l. cùm de in rem verso. ff. de vsur. &
notant doctores iuxta gl. ti. in l. si certis annis. C. de pa
ctis. In contrarium allegatur. nam dicta consuetu-
do dicit, quòd ripa est eius, cuius est terra in eminen-
tiori loco: & sic ripa erit virtute consuetudinis quò ad
dominium & possessionem domini terræ superioris:
2 † quia verbum istud, eius est, exponitur, id est, rema-
nere debet; vt in l. si patronus. ff. de concubinis. & in
l. Iulianus ait in gl. ff. de iudi. vel exponitur, id est per-
tinet: vt in l. non solùm. §. hæc actio. ff. de aliena. iudi.
mutan. causa facta. vel exponitur, eius est, id est, esse
præsumitur: vt ff. de iudic. l. si debitori. ff. de donat. in-
ter vi. & vxo. l. vir mulieri. Itẽ quia istud verbum, eius
est, non solùm respicit præsens tempus sed etiam præ-
teritum. vt ff. de verb. signif. l. verbum erit, sed propriè
præsens tempus significat: vt ff. de auro & arg. leg. l. in-
ter vestem. §. idem scribit. Et sic consuetudo facit do-
minum & possessorem ripæ illum, qui possedit terrã
ex parte superiori, nisi dominus terræ inferioris pro-
basset, quòd termini diuisorij sunt in parte superiori,
ita quod propter dictos terminos apparet, quod ripa esset
domini terræ inferioris, vel probasset per instrumen-
3 tum. † hæc ergo exceptio confirmat regulã præter in
exceptuatis. l. quæsitum. § inde Neratius. ff. de fundo
instructo. l. in his. ff. de legib. cum ergo duos casus exci
pit consuetudo à regula, videlicet quando apparent
termini in contrariũ, vel instrumentum publicũ. Er-
go excludit possessionem antiquam. In contrarium
dicitur, bene enim sciuissent dicere cõpositores con-
suetudinũ, inter quos fuit ille magnificus doctor Bar-
tholemæus de Capua, nisi ripa fuisset per longa tem-
pora possessa per dominum terræ inferioris. nõ ergo
excepit hũc tertiũ casum. ergo cõprehenditur sub re-
gula, vt non obstante naturali possessione dictæ ripæ
domini terræ inferioris, ripa sit domini terræ superio-
ris. Itẽ ista cõsuetudo est realis: quia respectu rei lo-
quitur: & sic dicit ripã esse domini superioris respe-
ctu dominij & possessionis ratione partis terræ, quam
possidet ex parte superiori. arg. l. ij. in prin. ff. de acqui-
4 posses. † Et cõsuetudo potest transferre possessionem
totius ratione partis, iuxta nota. in c. ij. de consuet. Et
sic dominus terræ superioris possedit ciuiliter, sed
propriè loquẽdo ciuilissimè, secundùm Bald. in rubr.
de cau. posses. & proprie. dictam ripam: licet dominus
terræ inferioris naturaliter possederit, ciuilis posses-
sio est validior naturali possessione, per dictam con-
suetudinem, quæ trãsfert dominium & possessionem
in dominum terræ superioris ripæ prædictæ, & ha-
bent respectum super mera iustitia, Sicut quando prin
ceps committit causam de iustitia, sub isto verbo, de
iustitia, comprehenditur petitorium & possessorium:
vt dicit glo. in c. dilectus de ord. cog. & in c. si. eo. tit. &
not. Bald. in l. si de proprietate. C. ita non compe. iud.
sic etiam dicimus, quòd quando constat de proprie-
tate, de qua fuit cognitum, causa petitorij, absorbet
causam possessorij: vt habetur in cap. cùm dilectus. de
causa poss. & proprie. & in c. ecclesia. eod. tit. & in c. j.
de restit. spo. † Præterea in dicta consuetudine di- 5
citur, quòd ripa est eius, cuius est dominus terræ supe-
rioris: & sic statuit, quòd non solùm dominium, sed
possessio est eius: vt probat tex. in l. quòd autem. ff. de
lib. causa. ibi, in libertate fuisse, id est, in possessione li-
bertatis. Præterea istæ consuetudines Neapol. sunt
formatæ per verba vsitata: vt dicit gloss. Neapol. in
proœmio dictarum consuetudinum in fin. Et Neapo-
li. dicit, ista terra est talis per genitiuum, significat,
quòd talis ipsam posidet, & quòd est sua, accedant ad
hoc not. Bart. in rub. ff. de oper. noui nuntia. & ibi sunt
multæ concordantiæ. Nec obstat illud, quod posset
dici, quòd consuetudo non potest transferre posses-
sionem sine actu corporeo, secundùm Bald. in l. j. C.
commu. de lega. Quia respondetur, quòd satis inter-
uenit actus corporeus per possessionem terræ ex par-
te superiori, vt per eam videatur posidere ipsam ri-
pam: vt s. dictũ est. & sic consuetudo potest per istum
actum transferre possessionem ripæ per nota. in d. c. ij.
de consuetu. per Inno. & Doct. & tenet Alex. in ij. vo-
lumi. consil. lxxxiij. incipiente. visa facta narratione.
† Fuit tandem per doctores sacri Consilij decisum, 6
& determinatum, quòd nõ obstante possessione pro-
bata xx. ann. per dominum terræ inferioris dictæ ri-
pæ, condemnetur ad restituendum ipsam ripam do-
mino terræ superioris virtute dictæ consuetudinis:
quia non probauit per instrumentum vel per termi-
nos finales: vt dicit dicta consuetudo. Bene tamen
fuit dictum, quòd si illa possessio fuisset longissima
tanti temporis, in cuius contrarium memoria homi-
num non existit, tunc haberetur vt constitutum: &
tunc non esset opus allegare titulum, secundùm Ioan.
Andr. in c. j. de præscript. lib. vj. cum concord. quæ so-
lent ad hoc allegari. Et sic dicta possessio antiquissi-
ma haberet effectum publici instrumenti, secundùm
Innoc. in c. nouit. de iudiciis. & in c. super quibusdam.
§. præterea. de verb. signi. & Bald. in l. j. C. de emanci-
pa. liberorum.

DECISIO CCXL.

De fructibus hæreditariis restituendis per hæredem in iudicio petitionis hæreditatis.

SVMMARIVM.

1 *Fructus hæreditarij an veniant restituendi in iudicio petitionis hæreditatis.*
Heres iustam habet ignorantiæ causam, ob id bona fidei possessor dicitur.
Possessor bona fidei cum titulo fructus facit suos.
2 *Possidens triginta annis bona fide à restitutione fructuum excusatur.*

Iudicium

2 *Iudicium petitionis hereditatis est vniuersale.*
Fructus bonæ fide percepti in iudicio petitionis hereditatis, augent portionem.
3 *Mala fides allegari non potest post triginta annos.*
Mala fides patris nocet filio successori vniuersali quò ad restitutionem fructuum.
4 *Testes discordantes in summa, an solum probent de minori, & qualiter concordentur.*
5 *Summa minor in testibus, quando insit in maiori. 6.*
Instrumenta duo diuersarum summarum ex eadē causa & eodem die confecta, an pro vno aut duo debita.
7 *Dispositio nulla in feudis tenet sine Regis assensu.*
Filius an teneatur acceptare omnem dispositionem factam per patrem, & illa possit reuocare, sicut potuisset pater.
8 *Heres nōn tenetur approbare factum defuncti à iure reprobatum.*
Obligare ad vniuersum debitum vnum ex suis heredibus an quis possit.
9 *Legatum relictum creditori à debitore an valeat.*
Dispositio feudalis sine Regio assensu procedit quò ad fructus feudi hereditarij.
10 *Feudum hereditarium ex forma inuestiture deprehenditur.*
11 *Heres etiam cum inuentario non venit contra factum defuncti in feudo hereditario.*
Defunctus heredem suum obligare potest.



N causa Cubelli Curialis de sancto Seuerino ex vna, & Io. Ant. Curialis eius nepotis ex fratre primogenito prædefuncto. De tribus fuit dubitatum in sacro Consilio. Et primò, ex quo dictus Cubellus egit petitione hæreditatis petendo portiones aliquorum bonorū paternorum cōtentorum in inuentario, tam ex persona propria, quàm duorum fratrū, quibus ipse successit, contra præfatum Io. Ant. filium & hæredem quondam Io. Curialis fratris dicti Cubelli ex parte patris
1 tantùm. Dubitatur † vtrum dictus Io. Ant. conuentus teneatur ad restitutionem fructuum dicto Cubello pro rata sua à tempore mortis patris, & à tempore mortis fratrū, & pro tēpore, quo eis fructus portionis bonorum paternorum non fuerunt soluti ipsis fratribus. Dubiū faciebat, quòd dictus conuentus fuit bonæ fidei possessor, ex quo fuit hæres, qui habet iustam causam ignorantiæ: vt in l. qui in alterius. ff. de reg. iur. & bonæ fidei possessor si habet titulum, facit fructus suos etiam naturales: vt in l. bonæ fidei. ff. de acqui. rer. domi. & firmat Bart. in l. ex diuerso. ff. de rei ven. & voluit Io. Ant. in c. grauis. de restit. spolia. & Io. de Imo. in §. Nesennius. §. j. ff. de re iud. Item quia in materia de grauis, ille qui possedit xxx. ann. bona fide, excusatur à restitutione fructuum, secundum Bal. & Ang. in l. penult. C. in quib. non ob. longi temp. præscriptio. & iste conuentus bona fide possedit bona prædicta vltra
2 xxx. ann. ergo &c. † In contrarium dicebatur, in iudicio petitionis hæreditatis, quod est iudicium vniuersale, vt dicit gl. in l. j. ff. de euict. & probatur in l. si quo tempore. & l. cùm hæreditatem. ff. de petit. hæred. not. glo. in c. cùm ecclesia. de causa posses. & proprie. in quo quidem iudicio fructus etiam bona fide percepti augent portionem: vt in l. item veniunt. §. fundus. ff. de pet. hæred. hoc voluit etiam Bal. post glo. & Cyn. in l. non est ambiguum. C. famil. ercisc. Imò fortius dicebatur quòd etiam si essemus in iudicio particulari, adhuc dictus cōuentus teneretur restituere fructus dictarum portionum: quia dicti fructus sunt consumpti, & ipse factus est locupletior: vt dicit Ang. in l. item veniunt. in princ. per glo. ibi. ff. de pet. hære. Fuit per totū Consilium votatum, quòd dictus reus licet sit hæres patris sui, tamen pater suus fuit in mala fide: quia sciebat dictas portiones competere dicto Cubello &c. ideo tenetur ad restitutionem fructuum, vt dicit Bal. in l. post sententiam. C. de senten. nec obstat, † quòd post 3
xxx. ann. non potest mala fides allegari: vt dicit Bart. in l. fi. C. vnde vi. & Bal. in c. sæpe. de resti. spolia. quia quando incepta fuit hæc controuersia inter illos coniunctos, adhuc non erant transacti xxx. an. Et illa mala fides patris nocet huic conuento eius hæredi vniuersali: vt in l. vitia. C. de acqui. pos. & not. Bal. in l. ij. C. de petit. hære. & tenet Bart. in d. l. & ex diuerso. circa finem. & illa mala fides patris sui nocet hæredi vniuersali etiam quòd ipse sit in bona fide, quo ad restitutionem fructuum: vt dicit Bart. in d. l. & ex diuerso. dum allegat l. ij. in fi. C. de fru. & lit. exp. & maximè in hoc iudicio vniuersali. Secundò dubitatur, vtrum testes variantes super quantitate fructuum ex quo variè & diuersimodè deponunt de minori quantitate, alij qui de maiori fructuum quantitate, iudex possit condemnare ex depositionibus ipsorum testium deponentium de minori quantitate, ita quòd illi testes qui deponunt de maiori quantitate, possint dici contestes in minori quantitate. Bal. in l. ex facto. §. item quæro. ff. de vul. & pupil. & hoc dubitauit, & non determinauit † Io. de Imo. in l. j. §. si stipulanti. ff. de verb. obl. 4
ponit istā quæstionē quā dicit habuisse de facto. quidam dicit se mutuasse Titio xx. probat per duos testes vnus dicit, quòd vidit numerari x. isti testes non probant: quia sunt singulares. Ioan. An. in c. j. de arbitris, 5
in nouella. pro ista parte dicit, si non valet testimonium testium discordantium in loco vel tempore iij. q. ix. c. nihilominus. multò minus cū discordant in re. c. cum ecclesia. de causa pos. & proprie. Idem concludunt Pet. de Anc. & Lud. Ro. in d. §. si stipulanti. Idem tenet Archid. per verbum fortè. in d. c. nihilominus.

Contrariam opi. tenuit Spec. in tit. de teste. §. postquam. vers. quid si plures. vbi dicit, quòd si vnus testis deponat de x. alter de xv. alter de xx. non videntur ad inuicem contradicere. Idem dicit Ang. in d. §. item quæro. dicēs, quòd si volo probare fructus perceptos ex vinea per testes. & vnus deponit, quòd recolligit x. corbes, alter dicit de octo. Isti dicuntur cōtestes: quia de nouo recollectiuo vineæ quæritur. Secus dicit in eo, qui agit ex mutuo ad centum: & vnus testis deponit de centum, alius de quinquaginta, quòd non probatur mutuum de centum: sed non dicit an probent de quinquaginta. Sed bene Io. de Imo. in l. inter pares, ff. de re iudi. dicit, quòd probant de quinquaginta: & dicit quòd hæc pars videtur verior. Alex. de Imo. in l. qui quartam. ff. de leg. j. dicit, quòd istud est magnum dubium, & ibi dat plures remissiones vt ibi per eum.

† Dicebant domini Consiliarij, quòd Alex. in ij. volu. consi. xliij. inci. visa consultatione præmissa. post 5
argumenta pro & contrà, tenet, quòd ad probandum, quòd ego passus sum damnum pro tali ad talem summam & vnus testis deponit, quòd damnum est vsque ad summā x. alius vsque ad summā xv. quòd isti testes non sunt cōtrarij in decem, & multa allegat pro hoc, quæ omitto causa breuitatis, & ibi respōdet singulis obiectis.

ctus. Accedat ad hoc aliud consilium Alex. in v. volu.
cósi.lxxv.inci.in causa vertéte inter Ioanné.in pe.col.
Per totú Consiliú fuit votatú super isto dubio, ꝙ
ex quo dicti testes deponnnt de quantitate & valore
fructuú eiusdé anni,& de eiusdem bonis: tunc in ma-
iori summa inest minor in testibus. Et pro hoc allega-
batur Bal.in l.Imperator.ff.de sta.hom.vbi dicit, ꝙ si
producuntur duo instrumenta eodem die cófecta di-
uersarum summarú ex eadé causa,nó præsumútur duo
debita,sed valebút in minori summa,per l. Sempro-
nius Procnlo.ff.de leg.ij.& hoc vnluit Alex.in d.§.sti-
6 puláti.vbi sic cócludit, † ꝙ aut ex diuersitate summa-
rum resultat singularitas testiú,& non probát etiá in
minori summa iuxta c.licet causam.de proba.aut non
resultat singularitas testium, & túc in maiori summa
deposita per testé inest minor per d.l.Sempronius. Et
sic testes sunt cócordes in minori summa. vnde cú sic
deponebát dicti testes, qui erát discordes de quantita-
te & valore fructuú eorundé bonorú,sed respectu té-
poris & bonorú,erant concordes. Ideo illi testes, qui
diuersimodè de quátitate & valore deponebant, sunt
cócordes cú illis testibus qui deponebant de minori
summa,& secundú minorem summam fuerunt dicti
fructus per sactú Consiliú taxati. Tertium dubium
est,quia quondá Iac.Curialis pater Ioan.primogeniti
& Cubelli in suo testaméto solenni grauauit dictum
Ioan.vt ipse solus satisfaciat dotes ad quas ipse testa-
tor tenetur,& nihil ab alus cohæredibus suis petatur.
Et demum dictus Ioan.hæres dictum testamentú ac-
ceptauit,& in snotestamentn,in quo instituit dictum
Io.Ant.eius hæredem,& mandauit adimpleri omnia
legata facta per quondá Iacobú patrem suum. Modò
dictus Io.Ant.hæres cú beneficio inuentarij petit di-
7 ctas dotes pro rata à dicto Cubello: † & dicit, ꝙ dictæ
dispositiones inquantum tangunt bona feudalia,non
valent,ex quo nó interuenit Regius assensus: quia di-
cit tex.in c.j.de succes.feu.in prin. ꝙ nulla dispositio
manet in feudis,cú cócor.ibi allegatis: quantú ad bo-
na burgensatica nó tenetur vltra vires hæreditarias,
per l.fi.C.de iure delibe. Ité quia filius nó tenetur ac-
ceptare vllá dispositionem factam per patrem suum,
imò ipse filius potest reuocare,sicut potuisset eius pa-
ter: vt dicit An.in c.j.§.donare.in vij.colum.qualiter
olim feu.alie pote.& in c.j.in prin.in xvj.col. in addi-
tione de prohib.fend.alien.per.Feder.alleg. auth. hoc
amplius ibi,lege repræsentatú.C.de fideic.& l.quem-
8 admodum.C.de agri.& censit.vbi probatur, † ꝙ hæ-
res nó tenetur approbare factú defuncti à iure repro-
batum,& ꝙ ipsemet,qui fecit, potest reuocare. facit
ad hoc glo.in l.Lucius.ff.sol.mat.quæ vult, ꝙ hæres nó
tenetur appobare factú defuncti, ex quo contra illú
non competebat actio nec exceptio. Sic in proposito
patris Ioan.Ant.qui acceptabat testamentum Iacobi,
inquantùm tangit bona feudalia, in quibus successit
Io.Ant.est ipso iure nulla: quia sine Regio assensu. er-
go ipse nó tenetur illam dispositionem habere ratam,
& ideo cohæredes tenentur contribuere in dictis do-
tibus,quæ minuunt dictam hæreditatem. Pro parte
dicti Cubelli replicatur: nam licet aliâs in contractu
quis nó possit vnú ex suis hæredibus obligare ad vni-
uersum debitum: vt in l.eum qui ita.§.j.& l.cótinuus.
§.fi.ff.de verb.obl.tamé bene potest in vltima volun-
tate,ad effectum,vt ipse hæres grauatus ab illis cohæ-
redibus actione ex testamento vel familiæ ercisc. ad
vniuersum debitum compellatur,non tamen ad effe-
ctum,vt creditores agere nó possint cótra omnes hæ-
redes.l.seruo legato.§.si testator.ff.de leg.j.l.pacto suc
cessorú.C.de pac.hoc volunt doct.in d.l.continuus.§.
fi.per tex.in l.cú ab vno.ff.de leg.ij.& Cy.in l. pro hæ-
reditariis.C.de hære.act.& vbi hæres damnatus est nó
petere à cohærede, videtur legata cohæredibus libera-
tio.l.ij.in prin.ff.de lib.leg.not.Bar.in l.iij.in princ.ff.
eo.tit. † Nec obst.si diceretur, ꝙ tale legatú, ꝙ hæres 9
primogenitus non possit petere à cohærede dictas do
tes,nó valet: quia hæres erat creditor & non debitor,
& sic tale legatú tanquá relictum creditori à debito-
re non valet: vt in l.si creditor.ff.de leg.j. Quia respó-
detur, ꝙ licet nó valeat quò ad ipsum primogenitum
creditoré,valebit tamen quò ad ipsum Cubellú: quia
ei pro hoc videtur relicta liberatio dictarum dotium
per tex.in l.Aurelius.§.cú qui.ff.de lib.leg.& in l.si fi-
deiussor.in prin.ff.de leg.j. Nec obst. ꝙ dicta dispo-
sitio quantú ad feuda sine Regio assensu nó valet: quia
valuit quò ad fructus feudi hæreditarij viuéte ipso Io.
qui acceptauit dictú testamentú Iacobi patris sui, de
quibus potuit in eius vita disponere,secundú And. in
l.Imperialem.in prin.in ij.col.de prohib. feu. ali.per
Fede.in consti.Reg.Const.diuæ memoriæ, circa fi. &
in c.j.§.quid ergo.de inuest.de re alie.facta.& in con-
sti.Regni.Si quis post litem.& sic tenetur ad dictas do
tes relictas in testamento Iacobi virtute acceptatio-
nis factæ per eius hæredem de fructibus bonorú feu-
dalium tempore Ioan.hæredis Iacobi. Præterea ista
feuda,quæ fuerunt dicti quondam Iac.sunt feuda hæ-
reditaria: quia inuestitura dicit, tibi & hæredibus ex
suo corpore legitimè descendentibus. † Et iam ho- 10
die decisum est, ꝙ inuestitura, quæ sic dicit, designat
feudum esse hæreditariú, vt dicit Neapo.in consuetu-
dine Neapolitana, quæ incipit,& si testator.super ver
bo, disponere.& And.in c.j.de aliena.feudi paterni.&
in c.j.ex quibus cau.feud.amittatur.& in c.j.de capita.
qui cur.vend.& patet ex notatis per And.in c.j.an co-
gna.& in multis aliis locis. Et clarum est, quòd in feu-
dis hæreditariis sicut potest fieri executio in fructibus
feudi pro obligatione personali ipsius defuncti: ita
etiam in persona hæredis, qui similiter est obligatus,
sicut defunctus in fructibus feudi hæreditarij, potest
fieri executio in fructibus dicti feudi, vt concludit
And.in consti. Regni si quis post litem.& in d.§. quid
ergo.de inuestit.de re aliena facta: † quia in feudo hæ- 11
reditario etiam quòd hæres fecisset inuentarium, non
potest venire contra factum defuncti secundum An-
dræ.in c.j.an agnatus. Nec obstat si diceretur, quòd
obligatio bonorum feudalium & dispositio testato-
ris super feudis,& transactio hæredis est ipso iure nul-
la.& licet filio dicti Ioan.reuocare iure proprio, per
constit.Regni, constitutionem, diuæ memoriæ, quòd
non erat permissum per iura feudorum. Quia ad
hoc facilis est responsio, quia fateor, quòd obligatio
& dispositio tangens feuda non valet sine assensu do
mini. Sed bene defunctus potest personaliter se obli-
gare & eius hæredem. Ita vt in fructibus feudi hæredi-
tarij fiat executio: quia defunctus potest obligare hæ-
redem: vt notatur in l.assiduis.C. qui potio.in pigno.
habe.cum cócord. alleg.in deci.xxvj.& fiet executio
in fructibus feudi hæreditarij, ex quo ipse hæres est
obligatus, sicut defunctus est obligatus. Et per istas al-
legationes pro parte Cubelli adductas. Fuit votatum

& conclusum, quod dictus Cubellus attenta dicta liberatione facta, vt non teneatur ad contribuendum in dictis dotibus in testamento Iacobi ratificato per patrem Ioan. Antonij: vt suprà, absoluatur ab impetitione dicti Ioannis Antonij. Et ista decisio fuit bene ruminata per sacrū Consiliū per multos dies: aliam decisionē super ista causa vide suprà decisio. ccxxxiij.

DECISIO CCXLI.

De restitutione fructuum beneficij ecclesiastici per patrem filio fienda.

SVMMARIVM.

1 *Filius beneficiatus an repetat à patre fructus beneficij perceptos.*

2 *Peculium clericorum dicitur quasi castrense, de quo possunt disponere, & in quo pater nullum habet vsumfructum, nec conferitur.*

Filius aduentitia non potest alienare patre viuente.

3 *Beneficium ecclesiæ in filiofamilias iudicatur peculium quasi castrense.*

Fideiussor in quibus casibus contra principalem priusquam soluat, agere possit.

4 *Fideiussor pro euictione diu stans in fideiussione an possit petere liberationem.*

5 *Obligatio pro dote conditionalis an habeat effectum agendi ad liberationem obligationis.*

Qvidam notarius Iacobus habens Antonellum clericum beneficiatum filium suum, recepit fructus beneficiorū ecclesiasticorū dicti filij sui per plures annos. Demū dictus clericus duxit vxorem, & dictus eius pater fideiussit de dotibus restituēdis in casu soluti matrimonij, post hæc pater petit à filio, vt liberet eum à dicta fideiussione, filius dicit, quod non tenetur & reconuenit patrē, vt sibi restituat fructus beneficij per eum perceptos: pater dicit, quòd non tenetur. Quæritur de duobus.

1 † Et primò vtrum pater, qui percepit fructus beneficiorum ecclesiasticorum sui filij, teneatur ipsos restituere filio petenti ab eo. Fuit deliberatum per omnes Consiliarios, quòd ex quo clerici dicuntur habere peculiū quasi castrense, & possunt de ipso disponere, iuxta glo. in c. præsenti de offic. ordin. licet fuerint & sint filij familiàs & in potestate patris. & possunt succedere cum fratribus, & non conferunt dictū peculiū, & in dicto peculio non habet pater aliquem vsumfructum, vt est tex. & ibi expresse Bal. in l. sacrosanctæ. C. de epis. & cleri. Nam filius clericus de fructibus sui beneficij potest facere alienationem: vt in

2 d. l. sacrosanctæ. † & clarum est, quod si pater habet vsumfructū in bonis aduentitiis filij, filius nō potest alienare illa bona patre viuente. tex. est in l. cum nō solum. §. filij. C. de bonis quæ libe. ergo in bonis ecclesiasticis pater nullū habet vsumfructū. Et ideo tenetur fructus perceptos ex bonis ecclesiasticis, quæ filius habebat in beneficiū ecclesiasticū restituere ipsi filio vel eius pretiū. hoc firmauit expresse Abb. Sic. in c. quia nos, de testa. Cardi. Zabarel. ibi dicit allegādo, quod in his pater non habet vsumfructum: quia in istis beneficiis est filiusfa. extra patriā potestatē. c. fin. de iudi. lib. vj. Azo in summa. C. de bo. quæ lib. & text. in auth. de sanctis.

3 episc. §. præsbyteros. † quod in filiosfamiliàs beneficia ecclesiæ iudicantur peculiū quasi castrēse. & idem dicit Hostien. in summa. de peculio clericorū. Et idem expresse dicit Cardinal. in c. indecorū. de ætat. & qual.

Secundò quæritur, an dictus notarius Iacobus debeat liberari à dicta fideiussione, quam fecit pro filio. Et fuit votatum per omnes, quòd non: quia regula est, quod fideiussor non potest agere contra principalem antequàm soluat, vel vt eū liberet à fideiussione, nisi in certis casibus: vt est textus in l. Lucius Titius. §. fin. ff. mādati. vbi dicit gl. in no. quod in casibus antequam soluat fideiussor agit actione mādati. Primò si cōdēnetur. Secundò si diu steterit in obligatione, quod intelligitur iudicis arbitrio, secundùm glo. not. in d. §. fin. & l. si pro ea. C. manda. Tertiò obtulit, consignauit, & deposuit: vt ff. manda. l. qui mutuam. §. fideiussor. Quartò si hoc actum est, vt ad tempus teneatur: vt C. mandati. l. si pro ea. Quintò si cœpit principalis sua bona dissipare: aliàs non nisi soluat. ff. de condic. indeb. l. indebitam. & de istis fallentiis loquitur tex. in c. fin. de fideiusso. & in aliis casibus de quibus per doc. in d. l. si pro ea. & ibi per Sali. † At in casu contingēte in 4
facto ille fideiussor non stetit diu in fideiussione pro dotibus restituēdis, nec adhuc solutum est matrimonium, nec mora cōmissa per principalē: meritò non potest petere se liberari à dicta fideiussione. hoc voluit Bal. in l. j. C. de fideiuss. mino. allegat Iac. de Aret. in l. facere posse. ff. soluto matri. Et pro hoc fuit allegata decisio Cyn. in d. l. si pro ea. vbi quæritur, Si datus est fideiussor pro euictione, & diu stetit in fideiussione, an possit petere vt liberetur à fideiussione? Et dicit, quod non: quia euictio non est secuta: vt dicit Iaco. de Aret. Item quia sub cōditione est obligatus: nam non venit dies, nec conditio: vt Insti. de verbo. oblig. §. ex conditionali. Idem Bal. in d. l. si pro ea. requiritur ergo, quòd principalis diu in solutione cessauerit, vt fideiussor possit petere se liberari à fideiussione: non autē si diu stetit in obligatione: vt bene declarat Ant. de But. & Ioan. de Imo. in d. c. fin. de fideiussor. Et hoc etiam sequitur Salic. in d. l. si pro ea. Bene facit ad hoc id quod dicit Bal. in l. ex prædiis. in fin. C. de euict. † quod 5
si vendidi tibi rem meā francam & liberā, & illa erat per prius obligata generaliter, puta pro dote vxoris meæ, non potest agere cōtra me, vt liberē ab illa obligatione, si ego habeo alia bona, in quibus poterit dos satisfieri soluto matrimonio, ex quo obligatio pro dotibus est conditionalis, & non potest agi vt liberetur à dicta obligatione, secus si esset pura. Idem voluit Andr. in additio. Spec. in tit. de iudiciis. §. j. versi. sed vero fideiussor. & ideò volunt doct. quòd ille qui diu stetit in fideiussione, non potest petere se liberari, secus si diu stetit in obligatione, scilicet post moram principalis, secundum Cyn. & Bal. in l. certum. C. famil. erciscun. & hoc volunt Alexā. post alios doctores antiquos in l. facere posse. ff. solu. matri. quod tene mentis quia vidi aliquos errasse super isto dubio.

DECISIO CCXLII.

De dotis promissæ tardata solutione.

SVMMARIVM.

1 *Donatio propter nuptias an debeatur dote promissa in termino non soluta.*

2 *Augmentum dotis promissum vel constitutum viuā morius vire quando debeatur.*

3 *Matrimonium esse potest sine dote.*

4 *Mulier minus soluens de dote quā promisit, de tantum lucrans facit pro rata quantitatis soluta.*

5 *Dos dona donationem propter nuptias meretur.*



IN causa inter Lisam sororē quondam Be-
cardinæ relictæ quondā Francisci filij dñi
Gabrielis Pagensis de ciuitate Auersæ ex
vna, & do. Gabrielem prædictū ex altera;
1 Fuit dubitatum, † Verum si dos promissa viro incerto
tempore solui, nō fuit soluta, si quarta promissa con-
stitui per mortē viri vxore superstite sit debita vxori,
a vel solùm pro rata dotiū solutarum. [a] Iura apertè
dicunt, ꝙ si vxor differt dotem soluere, non meretur
donationem propter nuptias: vt in auth. dos data. C.
de donat. ante nup. & hoc verum, quādo antiphatum
seu donatio propter nuptias fuit promissum, vel pro-
missa seu constitutū vel cōstituta, aliàs si non est pro-
missum, vel non constitutum, non debetur, si non fuit
petitum constante matrimonio cōstitui soluta dote:
vt dicit glo. in d. auth. dos data. cōmuniter approbata
per doc. ibi. & tenet glo. Neapo. in consuetu. Neapol.
quæ incipit, quartā autem. in verbo. constitutam. &
videtur tex. in l. si intra illum diē. & ibi Bar. ff. de pact.
& Ang. in auth. de æqua. do. in princ. & Inno. & Abb.
Sic. in c. donat. de do. inter vir. & vxo. & Ang. in auth.
2 de non eli. secundo nu. §. fi. † Patet ergo, ꝙ antipha-
tum promissum vel constitutū tunc est debitū vxori
per mortē viri, quando dos fuit soluta: ita etiam dicit
gl. in auth. de æqualitate dotis. §. hoc igitur. in verbo.
virū. vbi dicit, ꝙ si dotem promissam vxor nō dedit,
nihil ex pacto lucratur. Si verò partē dotis soluit, pro
partē lucratur donationē propter nuptias. text. est in
§. illud quoque. in auth. de non eligen. secūdò. nuben.
& ibi Angel. & C. de pact. dot. l. ex morte. Sed si nulla
dos fuit promissa nec data, tūc antiphatū promissum
vel constitutū lucratur vxor: vt dicit gl. in l. lege Leo-
3 nis. C. de pactis dota. † quia matrimonium potest esse
sine dote. ff. de relig. l. quod si nulla. cum præceden. Et
pro ista decisione fuit ostensa quędā apostilla domini
Barthol. de Capua in c. Regni, quòd incipit, dotariū.
Et pro registro dictam apostillam seu gl. de verbo ad
verbū ponam. Intelligas hoc c. quando dos nō fuit
data nec promissa: tunc enim lucrifacit mulier dota-
rium seu donationē propter nuptias, etiam si nullam
dotem dedit. sic no. C. de pac. dota. l. lege Leonis. in gl.
quæ incipit, quid si in dotem nihil pactus est &c. per
quam legem veterē determinatur nouū capitulū seu
const. ff. de leg. sed & posteriores. potest enim esse ma-
trimoniū sine dote. ff. de reli. l. ꝙ si nulla. cum ll. præ-
ceden. C. de dona. propter nup. l. fi. circa prin. Sed vbi
dos promititur, & de ea nihil datur, nō lucrifacit ali-
quid mulier de dotario seu tertiaria, vel donatione
4 propter nuptias. † Itē si minus soluit mulier quàm
promisit in dotem pro quātitate quam soluit, lucrari
facit dotarium seu tertiariū vel donationem propter
nuptias & non vltrà: vt in auth. de non elig. secundò
nup. §. fi. quę signatur, C. de pactis dot. l. ex morte. in fi.
Et sic vidimus de facto pronūtiati in cōflictu sapien-
tum. Istorū autem diuersitatis ratio patet apertè: quia
quando fit matrimoniū nulla dote promissa per mu-
lierē, quod plerunque fit contracto matrimonio sine
dote, vt in dictis ll. ꝙ si nulla. cum ll. præcedētibus, &
maritus promittit dotariū seu tertiariā, talis promis-
sio dotarij nō respicit dotem, cùm nulla est promissa,
sic intellige dictā l. lege Leonis. Sed vbi dos promitti-
tur per mulierē & dotarium seu tertiaria per virum,
talis promissio dotis respicit dotariū seu tertiariam:
5 † quia dos data donationē propter nuptias meretur.
C. de donat. propter nupt. auth. dos data. & promissio
dotarij seu tertiariæ respicit dotem, vnde dote defi-
ciente in toto vel in parte debet deficere solutio do-
tarij seu tertiariæ pro modo seu quantite non solutæ
dotis. arg. l. mortæ. prælega. Et per ista iura fuit
votatum per omnes Consiliarios, ꝙ ex quo dos pro-
missa solui in tempore statuto non fuit soluta, & post
morā vxoris in soluēda dote maritus mortuus fuit, ꝙ
pro rata dotis solutæ soluatur dicta quarta, & si nihil
sit solutum de dote, nihil soluatur de antiphato seu
quarta. Vide decisionem. 37. suprà.

ADDITIO.

a *Solutarum.* Vide infrà in decis. cccxxxiij. vbi lo-
quitur dum adhuc non venit tempus soluēdi dotem:
nam eo casu debetur totum antiphatum. Tho. Gram.

DECISIO CCXLIII.

De suffeudo vendito cum baronis assensu & non Regis.

SVMMARIVM.

1 *Suffeudum cum consensu baronis & non Regis vendi-
tum, an valeat.*
2 *Feudum de tabula per consuetudinem.*
Neapo. assensu baronis contentatur in alienatione:
3 *Assensus baronis in alienatione feudi interueniens an
legitimè probetur per testes sine scriptura.*
4 *Gratia principis scripturam videtur exigere.*
5 *Stylus curiæ Neapolitanæ super processibus præsentatis
ante pronuntiationem appellationis desertæ.*

NArdus Cocus emit medietatē cuiusdam
suffeudi plani & de tabula à Suprano de
Lagonissa cum cōsensu domini Francisci
de Lagonissa domini castri sancti Marti-
ni cū assensu dicti Francisci directi domini dicti suf-
feudi publico instrumento mediante, vbi est preca-
rium &c. Et omnes clausulæ cōsuetæ & iuramentum.
Et per aliud instrumentū dictus Nardus locauit dicto
Suprano dictā medietatē feudi pro certis annis pro
certa quātitate victualium, & pro primo anno dictus
Supranus pro dicto afflictu soluit dictam quantitatē
victualiū dicto Nardo. Demū sequenti anno nō soluit
dictum afflictum. Et sic Nardus vocari fecit in magna
curia Vicariæ dictum Supranum agendo petitorio &
possessorio, & seruatis de iure seruādis fuit condēna-
tus Supranus ad restitutionem dictæ medietatis fundi
cum fructibus. Procurator Francisci prædicti ap-
pellauit ad sacrū Consiliū pro dicto suprano. Et causa
introducta in sacro Consi. & concluso, de tribus fuit
excitatum principaliter. † Et primò, Vtrum dicta 1
emptio sit valida, ex quo nō interuenit Regius assen-
sus, sed solū assensus baronis probatus per testes. Istā
quæstionem ego plenè examinaui in l. imperialem. in
princ. in vj. q. de proh. feudi ali. per Fed. ideo non me
extendo: sed solū referā quid fuit decisum per sacrum
Consiliū. Fuit igitur decisum, ꝙ si alienatur feudū
planum, & de tabula quod dicitur Excandeciale, vel
Actenesia; vel feudum rusticum solitum concedi per
baronem: vt dicitur in constit. Regni, constitutione
diuæ memoriæ. in illa alienatione sufficit, quòd in-
terueniat cōsensus ipsius baronis, & iste est sensus gl.
in dicta cōstitutione, consti. diuæ memoriæ. in verbo
licentia, & dicit And. de Iser. in d. l. imperialem. quòd
ita vtimur in Regno: licet postea dicat, ꝙ verius est,
ꝙ requiratur consensus vtriusque, scilicet Regis &
baronis

baronis in alienatione feudi quaternati & non quaternati, & hoc sentit etiam in dicta consti. cõstitutio-
3 nem. † tamẽ de generali cõsuetudine regni in istis feudis de tabula semper fuit obseruatũ, ꝙ sufficiat consensus Baronis nam in istis feudis nõ quaternatis, sed de tabula nõ habet locũ dicta constitutio, consti. diuæ memoriæ: vt dicit glo. in d. constit. in verbo, magistri iustitiarij. Et ex hoc inferebãt alij. do. de Consi. ꝙ dicta constit. constitutionẽ, quæ permittit alienantis sine cõsensu Regis feudũ iure proprio reuocare, non
a habet locum, nisi in alienatione feudi quaternati, vel in feudis, in quibus Rex debet cõsentire: sed vbi Rex non habet consentire, sicut est in istis feudis rusticis: planis & de tabula, tunc non licet alienanti iure proprio reuocare: quia nõ reperitur iure cautũ, vt in istis feudis quãdo alienãtur sine cõsensu Regis, liceat iure proprio reuocare, ex quo valet contractus, si cõsensus Baronis interuenit, & pro ista decisione est capitulũ Papæ Honorij, quod incipit si cõtingat sub feudatarum. & dicebãt antiqui doc. Cõsiliarij, ꝙ ita semper fuit interpretata dicta constit. constitutionem. Et sic fuit votatum per Consil. ꝙ sufficiat cõsensus Baronis in alienatione feudi plani & de tabula, nec licet reuocare alienationẽ, ex eo ꝙ non interuenit consensus
5 Regius. † Secundò dubitatur, an iste assensus Baronis sit legitimè probatus per testes, vel debeat in scriptis probari. Et fuit conclusum, ꝙ sufficit probare assensum Baronis per testes. Et ita firmant glo. Andr. & cõmuniter doctores in c. j. in glo. iiij. de probi. feu. ali. per Lothariũ. Et licet And. teneat idẽ in consensu Regis, tamẽ mihi cõtrariũ fuit visum: vt patet ex scriptis
4 meis in d. c. j. super gl. iiij. † quia omnis gratia principis videtur fieri hoc actu, vt inde cõficiatur scriptura. secundũ Bal. in c. j. ij. col. per quos fiat inuesti. Idẽ Dominicus post alios in proœmio Sexti & Feli. in rub. de const. & gl. idẽ tenet in cõsti. Regni, si dubitatio, tamen quia casus iste non fuit necessariò tunc decidendus, non fuit tunc votatũ vtrum assensus Regis possit probari per testes: licet secundum And. in loco præallega. dicatur ꝙ sic. Tertiò dubitatur. Ecce cõsti. Regni, appellationum tẽpora expressè dicit, ꝙ à die appellationis, processus debeat præsentari corã iudice ad quem, & responsum recipere intra quinquaginta dies, aliàs habetur ac si nõ appellasset. & hæc cõstitutio per nouã pragmaticã Regis Ferdinandi primi habet locũ etiam in sacro Cõsilio. Modò quæritur, præsentatus est processus per appellationẽ in sacro Consilio post quinquaginta dies: pars instat, ꝙ pronũcietur, ꝙ appellatio sit deserta. † Fuit in consilio seruatũ, prout de isto stylo capta fuit informatio, ꝙ si antequã pronuncietur, ꝙ appellatio sit deserta, processus reperitur præsentatus in sacro Consilio, stylus est, quòd videatur processus ex eisdem actis, & iudicetur prout iustitia suadebat, an bene vel male fuit iudicatum.

DECISIO CCXLIIII.

De legato relicto sancto debito ecclesiis eorum.

SVMMARIVM.

1 Legatum relictum sanctis an debeatur ecclesiæ, in qua sunt eorum reliquiæ, vel ecclesiis illis dicatis. n. 5.

2 Dictio alijs est implicatiua similium, & ponitur inter eiusdem qualitatis fatis, & impropriatur. 4.

2 Mulieres plerunque impropriè loquuntur.

3 Legata fiunt ecclesijs sanctorum, & non sanctis qui sunt in cœlo.

Legata sanctis facta conducunt saluti animarum.

4 Index gratificandi potestatem in quibus habeat, remissiue.


Llustrißimus Alphõsus primogenitus Regis Ferdinandi primi dux Calabriæ voluit intelligere à me & à doctoribus sacri Cõsil. votum in isto dubio, videlicet, Illustrissima ducissa Calabriæ eius vxor in testamẽto legauit ecclesiæ sancti Ianuarij certam pecuniæ quãtitatem & ecclesiæ scilicet Arpini, & alijs sanctis patronis Neap. Et est sciẽdum ꝙ in eccle. scilicet Ianuarij sunt iiij. corpora sanctorũ patronorum Neapo. Item sunt in ciuitate Neap. eccle. sub nomine dictorum sanct. patro. Neap. † Quæritur, an dictũ legatũ debeatur 1
sanctis prædictis existentibus intus maiorem eccle. Neap. vel eccle. sub nomine dictorũ sanctorũ existẽtium in ciuitate Neapo. Ad præsens dubiũ sic fuit responsum, ꝙ illa dictio, aliis sanctis, posita in dicto legato est implicatiua similiũ: vt dicit Abb. Sic. in c. sedes. de rescri. vbi dicit, ꝙ dictio aliis, facit positionẽ eiusdem qualitatis, quando ponitur inter ea, quæ sunt eiusdẽ rationis. allegat no. in l. quidam relegatus. ff. de rebus dubiis. Idẽ Abb. hoc voluit in c. officij. an ij. not. de pœni. & remis. & in c. mulieres. in princ. de senten. excom. hinc dicit Ang. in consil. lxxxiij. incipi. subtiliter & eleganter &c. ꝙ dictio ista, aliis, implicatiua est de sui natura. † Et sic cum dicta testatrix primò a
legauit ecclesiis, & postea dixit, aliis sanctis, intelligitur ecclesiis dictorũ sanctorũ. Accedat ad hoc glossa cõmuniter ponderata per doctores in l. si fugitiui. in verbo, alia pœna. C. de seruis fugitiuis. vbi in verbo, alia, subauditur simili: quia hæc dictio implicat, vt dicit Cyn. in auth. sed neque. C. de episc. & cler. & C. quomodo & quando iudex. auth. qui semel. in glo. in verbo, aliud. Nec debet esse in cõsideratione, ꝙ testatrix dixit, aliis sanctis, & nõ dixit, ecclesiis dictorum sanctorũ: quia secundũ vulgarẽ vsum loquendi fœminarũ, cũ volunt nominare ecclesias, nominãt sanctos, verbi gratia: cum vult nominare ecclesiã sancti Petri martyris, dicit lego sancto Petro martyri, intelligitur de ecclesia sancti Petri martyris: † quia legata fiũt 3
ecclesiis sanctorũ, & non sanctis, qui sunt in cœlo. Et propterea dicit tex. ꝙ legata, quæ fiunt sanctis, proficiunt ad salutem animarũ: vt in c. iniustum. de rerum permut. not. in c. requisiti. de test. de pœni. distin. j. c. quamobrẽ. xiij. q. ij. c. animæ defunctorũ. Et ideo quãdo legatur alicui sancto, debetur legatũ ecclesiæ illius sancti: vt not. in l. ij. ff. de rebus dubiis. Bene fatendum est, ꝙ si non essent ecclesiæ in ciuitate Neapo. sub nomine sanctorũ patronorũ ciuitatis eiusdẽ: & corpora illorum sanctorũ essent in maiori ecclesia Neapolitana, dicta legata venissent soluenda dictæ maiori ecclesiæ Neapolitanæ: quia tunc illa dictio, aliis, impropriatur: vt dicit gl. in auth. ex testamẽto. C. de colla. † vt cum dicitur Christus est crucifixus, & alij duo la- 4
trones. vt dicit Spec. in tit. de sponsa. in prin. & Albe. de Ros. in l. non solum. §. quæritur. ff. de procur. Et si essent plures ecclesiæ dictorũ sanctorum, legatum deberetur pauperiori: & si essent pares in paupertate, Episcopus posset gratificari: vt dicit Hostien. in summa de testamẽtis. §. si do. Spec. in tit. de inst. edi. §. xiiij. versi. quid si quis. & not. in auth. de eccle. tit. §. si quis

in nomine. in multis enim iudex habet potestatẽ gratificandi: de quibus per Ludo. in l. j. §. si cum omnes. ad Sylla. & Bald. in l. adoptione. C. de adopti. & not. in l. per agrum. ver. in his. C. de serui. & aqua. & in c. venerabilem. in §. obiectioni. de elec. & in c. quòd autẽ de iure patro. & in l. fi. ff. de religio. Bar. in l. hoc articulo. ff. de hære. instit. & in multis aliis legibus, quæ omitto breuitatis causa. Quare cõcluditur, ꝙ legata facta dictis sanctis patronis, debentur ecclesiis sub nomine dictorum sanctorum patronorũ existentibus in dicta ciuitate, & non maiori ecclesiæ, vbi sunt corpora di-
5 ctorum sanctorum: † quia legatum factum Deo vel sanctis, intelligitur factum ecclesiæ, secundum Bart. in l. j. §. id municipium. ff. ad l. Fal. per text. in authen. de eccle. titul. §. si quis in nomine magni Dei. & ita postea fuit factum & executum.

DECISIO CCXLV.

De instrumentorum cautela & fide.

SVMMARIVM.

1 *Instrumẽtum temporis immemorialis an faciat fidem stante negatione, maximè factum per notarium Apostolicum de rebus ad ecclesiam spectantibus.*

2 *Iudex ad contractus non requiritur.*

3 *Notarius instrumenti antiquissimi non meretur probationem notariatus.*

Præsumptio ex actis antiqua oritur.

Sententia antiqua facit præsumptionem sine productione actorum.

4 *Factum antiquissimum, ex quo tempore dicatur.*

Verba enunciatiua in antiquis probant.

5 *Notarium fuisse in quasi possessione notariatus, an sufficiat pro instrumentorum robore.*

6 *Nomen pluribus congruens oportet exponi cum duabus qualitatibus.*

7 *Notarius non potest facere instrumentum, nisi de his quæ coram se gesta sint.*

8 *Notarius de actibus iudiciariis scribere non potest sine iudicis mandato nec defertur iuramentum parti.*

Confessio facta in absentia iudicis non potest dici facta in figura iudicij.

Notarius non requisitus per partem, instrumentum sumere non potest.

9 *Notario asserenti se rogatum, credendum est.*

10 *Citatio debet antecedere omnes actus in præiudicium partis.*

Citatio est solẽnitas iuris naturalis, quæ omitti nõ potest.

Sindicatum capituli ecclesiæ quando ſit valere debeat.

11 *Confessio non præiudicat nisi ipsi confitenti.*

Confessio prælati sine capitulo quando non præiudicat ecclesiæ.

12 *Inuentarium temporis antiquissimi præsumptionem inducit.*

13 *Iuri petenti executionẽ alicuius decreti, vel iuri implorandi iudicis officium nobile quãdo tẽpus præscribatur.*

MAgnifici nobiles sedilis montaneæ ciuitatis Neapolis egerunt in sacro Cõsilio contra ciues de platea Forcellæ stauritarios stauritæ sancti Arpini de dicta Platea Forcellæ super eo, videlicet, ꝙ ipsi magnifici nobiles prætendunt, quòd in gubernatione dictæ stauritæ debeat creari vnus nobilis stauritarius de sedili prædicto eligendus per sex dicti sedilis, qui debet gubernare dictã stauritam cum aliis quatuor stauritariis, qui creantur per homines dictæ plateæ Forcellæ, & ꝙ illi quatuor nihil possint facere sine illo quinto nobili, & illi quatuor stauritarij habeant ponere rationem dicto nobili de gestis per eos pro dicta staurita. Illi stauritarij dato termino ad probandũ & defendendum, dicunt, quòd dicta staurita sancti Arpini semper à tanto tẽpore, in cuius contrarium memoria hominũ non existit, fuit recta & gubernata per quatuor stauritarios amouibiles per annũ per homines dictæ Plateæ Forcellæ, & nunquàm fuit à sex dictis sedilis Montaneæ creatus & electus dictus quintus stauritarius cum dictis quatuor stauritariis: & hoc fuit bene probatum.

† Pro parte dictorũ nobilium nihil sufficiens fuit probatũ per testes: sed solum fuit præsentatum vnum instrumentum, quod fuit factum sunt anni lxxx. per vnum assertũ notarium Dionysiũ de A.ertis, qui asseritur, ꝙ erat notarius Apostolicus, qui dicit, ꝙ ipse attestatur, quòd quidã pauci de Platea Forcellæ dixerunt coram Reuerẽ. quondã Archiepiscopi Neapolitani & quondã asserto commissario Apostolico, quòd ipsi viderunt quoddã instrumentum, quomodo dicta staurita fuit fundata & dotata per nobiles sedilis Montaneæ. Et deinde subiungit, ꝙ ipse attestatur ex parte dicti reuerendissimi Archiepiscopi & commissarij in præsentia quondã serenissimæ Reginæ Ioannæ, quòd in gubernatione dictæ stauritæ debeant quatuor ab hominibus dictæ Plateæ deputari: & vnus nobilis de dicto sedili, à sex sedilis prædictis: & omni anno debeãt ponere cõputum vni nobili à sex sedilis prædicti ordinando facta conclusione in causa prædicta. Fuit de duobus dubitatũ. Et primò vtrum dictũ instrumentum faciat fidem stante negatione procuratoris hominũ dictæ plateæ, quòd illud nõ est in instrumentum publicũ. Et quãdo esset, vtrum præiudicet hominibus dictæ Plateæ. Secundò posito, quòd fidẽ faceret, vtrũ contra dictum instrumentũ pro parte hominũ Plateæ Forcellæ sit præscriptũ. † Ad primum 2
dubium dicebatur pro parte dictorũ magnificorum nobiliũ, ꝙ dictum instrumentũ, ex quo est factũ per notariũ Apostolicum de rebus spectantibus ad ecclesiam, licet ibi non interuenit iudex ad cõtractus, nec testes sint subscripti iuxta cõst. Regni, instrumẽtorũ robur. valet & tenet: tum quia de iure communi non requiritur iudex ad cõtractus, nec subscriptio testiũ, vt aliàs dictũ est: tũ quia notarius Appostolicus potest de rebus eccl. leuare fidesq; instrumẽtum in Regno: quia sic est consuetũ. mod Lucas de Pẽna tenet, quòd etiam in prouinciis in l. si an vij. q. C. de loca. prædio. ciuili. lib. xj. Sed eius opinio in hoc non tenetur; sed opinio contraria And. in d. cõstitutione, instrumentorũ robur. † tum quia dictum instrumentũ est antiquũ: quo 3
casu voluit Bal. in auth. quas actiones. in fi. C. de sacr. sanct. eccle. quòd in instrumentis antiquissimis non expedit probare, quòd notarius, qui scripsit fuit notarius, quia ex ipso actu ita antiquo oritur præsumptio: vt notat c. de vestig. l. ... dicit Bald. in l. Barbarius. ff. de offi. præto. si reperiuntur plura instrumenta. & idem Bald. in l. j. C. ad Maced. & in l. j. v. col. C. de fideic. & Abb. Sicu. in c. j. de fide instrum. & Feli. in c. sicut. xviij. col. de re iudi. Sic etiã dicitur, quòd præsumitur pro sententia antiqua sine productione actorũ, & præsumitur etiã citatio, secundum Inno. in c. Albericus. de testi. secundũ Bal. in c. j. v. col. de milite vasallo qui contumax est. nisi altera pars neget, secundũ Alex. in iij. vol. cõsil. in fi. In contrariũ dicebatur, quòd illud instrumentũ non potest dici antiquissimum, ex

quo

4 quo nõ excedit metã centum annorũ: † tunc enim di-
citur factũ antiquissimũ, quando excedit metam cen-
tum annorũ, secundũ Inno. in c. veniẽs de testibus. &
in c. quid per nouale. de verb. signi. & in Spec. de pro-
bat. §. j. ver. valer. & Ioã. de Imo. in l. ij. §. idem Labeo.
ff. de aqua pluuia arcẽda. & in dictis instrumẽtis pro-
bantur ea, quæ ibi enuntiatiuè narrantur: vt dicunt
Bal. & Salic. in l. cùm aliquis de iure delibe. & Alex.
in iiij. vol. consil. xij. in fine. & consil. lxxv. incip. visis
põderatis. Et ideò, vt tale instrumentũ antiquissimũ
probet, debet coadiuuari istis probationibus, videli-
cet, quòd ille, qui scripsit dictum instrumentum, fuit
notarius: vt dicunt doct. in cap. j. de fide instrumen. &
Spec. in titu. de instru. edi. §. restat, versi. illud autẽ no-
tandum. & ibi per Ioan. And. & Ioan. de Imo. in l. ad
testamentum. §. j. ff. de testa. & Ang. in consi. cclxxiiij.
5 † vel quòd fuit in quasi possessione notarius, secundũ
Bar. in d. l. Barbarius. Alberi. ibi. & Ang. in auth. de ta-
bellio. §. j. & Ang. in l. j. ff. ad Maced. & Io. Fab. Insti. de
testa. §. sed cũ ali juis. & Ang. in consil. cxl. incipiente,
quidã Matth. Inno. in cap. innotuit. de eo qui tur. or-
dinem suscepit, quod non fuit factũ in præsenti causa.
Ideò tale instrumentũ nõ probat, maximè quod dicitur,
quòd dictum instrumentũ est factũ per manus notarij
Dionysij de Seruo, quia de eo non habetur aliqua no-
titia, nec est notus per duas qualitates, videlicet per
cognomẽ, prout de iure requiritur: vt in Specu. de in-
strumen. edi. §. breuiter. & Ang. in cõsi. cclxxiiij. inci-
6 piente, ex themate. † quia vbi nomen potest pluribus
congruere, oportet illud exprimi cum duabus quali-
tatibus: vt dicitur in l. hac consultissima. C. qui testa.
face. possunt. & Bar. in l. demõstratio. falsa. ff. de con-
ditio. & demonstratio. ibidẽ concordãtiæ. Sed posito,
quod dictũ instrumentũ esset verum. Vtrũ probet, quòd
ea, quæ ibi enuntiãtur, faciant probationẽ. pro parte
dictorũ nobilium de Sedili Montaneæ dicebatur, quod
standum est enuntiatiuis verbis dictis instrumenti. Ex
quo dicta ecclesia sancti Arpini sita est in pertinentiis
Sedilis Montaneæ, & staurita rix gubernãtur per lai-
corum personas Platearũ: vt dicit Neap. in consuetu-
dine ciuitatis Neapo. quæ incipit, si ecclesiæ. in titulo
de iure congrui, ideò quæ cõtinentur in dicto instru-
mento, habent concomitantiã secundùm cõsuetudi-
nem ipsorum stauritarũ, nam sedile Nidi habet stauri-
tam sanctæ Trinitatis, quæ ita est iuxta domũ quon-
dam magnifici & excellentis domini Neardi de Af-
flicto legũ doctoris, Cãcellarij Regni Siciliæ, & post
ea locũ tenentis magni Camerarij, & regitur & gu-
7 bernatur per nobiles sedilis Nidi. † Item quia asseri io
dicti notarij asserentis, quod decretum fuit per archiepi-
scopũ Neapolitanũ, quòd in gubernatione exstauri-
te sancti Arpini debeat esse quintus nobilis de sedili
Montaneæ &c. debet facere plenã fidem de dicto de-
creto, ex quo interuenit etiam consensus commissarij
apostolici, vt ipse notarius assertus asseruit, argumẽto
eorum, quæ dicit Bal. in l. omnium. C. de testamentis.

Sed profectò non est standum verbis dicti asserti
notarij: quia notarius non potest facere instrumentũ,
nisi de his, quæ corã se gesta sunt: vt dicit Bal. in rubri.
C. de fide instrumentorũ, in v. & vj. col. & in l. cũ pre-
cibus. C. de probat. & Inn. in c. fraternitatis. de hære-
ticis. Sed iste assertus notarius attestatur, quòd quidã
pauci de Platea Forcellæ dixerunt coram reuerendis-
simo Archiepiscopo & coram asserto commissario
Apostolico, quòd ipsi viderunt quoddam instrumen-
tum &c. & quòd ipse assertus notarius attestatur ex
parte dicti reuerendissimi Archiepiscopi &c. & non
dicit, quòd Archiepiscopus fuit præsens, & quòd dicta
cõfessio fuit facta in præsentia domini Archiepisco-
pi, & sic iste notarius assertus nihil potuit scribere de
istis actibus iudicialibus sine mandato iudicis; secun-
dum Bald. in l. j. viij. col. C. qui accusa. non possunt. &
voluit do. Anton. de But. in c. tuis. j. col. de testibus. vbi
dixit, † quòd notarius non potest deferre iuramẽtum 8
in litẽ, nisi præsente iudice, & mandante; & tenet Feli.
in c. quoniã contra, in vij. col. de proba. Imò dicta cõ-
fessio duorũ de Platea Forcellæ facta corã dicto no-
tario absente iudice cõtra dictos cõsentientes non face-
ret plenam probationẽ: secundũ Bal. in l. iubemus. C.
de liber. causa. & ideò non potest dici facta in figura
iudicij, cùm non sit facta in præsentia iudicis: Vtitur
Bald. in l. interrogata. co. tit. & Lucas de Penna in l. ij.
C. de iure fis. lib. x. & Bal. in l. si eã. C. qui accu. non pos.
& in c. j. §. item si camera. de pace iur. fir. Præterea,
notarius non potest conficere instrumentũ de aliquo
actu, nisi sit requisitus ab eo, cuius interest: vt dicit
Bal. in rubr. C. de q. instr. & in l. j. vlt. col. C. plus vale-
re quod agi. per tex. in §. nos autẽ in auth. de tabellio.
& Bal. in l. ij C. quando fiscus vel priua. & Bart. in aut.
si quis in aliquo. C. de edendo. dnc. in l. sciendum de
verb. obli. † & si diceret se rogatũ, staretur eius dicto 9
de rogitu: vt dicit Alex. in iij. vol. cõsil. cx. circa finem.
& in consi. clij. incipien. videtur prima cõsideratione
dicendum &c. dum allegat Inno. & alios in c. j. de fide
instrumen. Sed iste Dionysius assertus notarius non
dicit ab aliquo se rogatũ, vt de asserta confessione di-
ctorũ duorũ de Platea Forcellæ conficiat instrumen-
tum, ac de illa asserta ordinatione archiepiscopi Nea-
politani, meritò nullã fidem facit dictũ instrumentũ.

Præterea, quando Archiepiscopus fuisset præsens
in tali confessione duorum de staurita Forcellæ, non
potuisset interponere tale decretum enuntiatum in
dicto instrumento. non citatis ciuibus Plateæ Forcel-
læ. vel saltim stauritarijs, ex quo in tali decreto re-
quirebatur causæ cognitio, vt in l. fi. C. si per vim vel
alio modo. † Et vbi tractatur de præiudicio partis, 10
semper debet præcedere citatio. l. de vnoquoque. ff. de
re iudicata: quæ quidẽ citatio est solẽnitas iuris natu-
ralis, quę omitti non potest, iuxta notata in Clemen-
tina, pastoralis. de re iudicata. Nec illa confessio
duorum de Platea Forcellæ poterat nocere toti Pla-
teæ, quæ consistebat in vocibus vltra lx. per nota. per
doctores in cap. quãto. de his quę fiunt à Præla. & not.
Bar. in l. fi. C. de prædiis curiali. lib. x. vbi dicit, quòd si
in instrumento dicatur, tales canonici cõstituunt ta-
lem syndicũ, non valet syndicatus, nisi dicatur, quòd
constituentes faciebant maiorẽ partem capituli. Me-
ritò confessio dictorũ duorũ de Platea Forcellæ non
potuit præiudicare toti stauritę. † ideò dicitur, quod con- 11
fessio non præiudicat nisi inter confitentes. l. duobus.
§. j. & ibi per Mod. Papien. ff. de iureiur. Benefacit id
quod dicitur, quòd confessio prælati sine capitulo,
non nocet ecclesiæ nisi habeat à capitulo mandatum
litigandi: vt dicit glo. in c. dudum. de elec. & in cap. fi.
de præscriptio. & ibi plenè per Abb. Sicu. & ibi con-
cordantiæ. Et proptereà concluditur, quòd cõfes-
sio illorum duorum non præiudicat toti plateæ, per
not per Bal. in l. j. C. de confessis. cum concordantiis,

quæ ibi allegantur. Nec obstat, si dicatur, quòd in dicto instrumento enunciatur illos duos esse staurita-rios: quia illa verba enunciatiua non probarent illos esse stauritarios secũdùm communem conclusionem doctorum. in auth. si quis in aliquo documento. C. de edendo. & in c. cum in iure. de offi. delega. & in l. opti-mam. C. de cõtrahen. & cõmitten. stipul. nisi inter se, non autẽ in præiudiciũ absentiũ. Benefacit, id quod dicit Bar. in l. quòd si forte. ff. de castren. pecu. & Vitalis, in clausula, verba enunciatiua, in contractibus. &
12 doct. in d. l. optimã. & ibi cõcordan. † Et tantò magis, quia illa cõfesio non est vera, cùm constet per inuen-tarium ecclesiæ & testes & antiquam famam, quòd dicta ecclesia est staurita dotata per homines Plateæ For-cellæ: quod inuentariũ excedit metã centũ annorum. & sic pro eo præsumitur stãte dicta antiquissima scri-ptura. per iura suprà allegata. Et ex his cõcludebatur, quòd dictum instrumentũ nihil præiudicabat homi-nibus de Platea Forcellæ stauritatis sancti Arpini.

Et in hoc voto fuerũt omnes Cõsiliarij per supra-dicta iura, & alias rationes, quas omitto breuitatis causa.

Ad secundùm dubiũ breuiter fuit respõsum, quòd
a iuri petenti executionẽ decreti archiepiscopi Nea-politani contenti, vt asseritur in dicto instrumento, est præscriptũ spatio xxx. anno. per l. fi. C. de præscrip. xxx. vel xl. anno. & not. Bald. in l. creditor. C. de pact.
13 Ioan. And. in tit. de execu. sententiæ. §. post me. † nam & tanto tẽpore præscribitur iuri implorandi iudicis offitiũ nobile: vt in l. sicut. cum ibi notatis. C. de præ-scrip. xxx. vel xl annorum. nota. in c. in nostra. de pro-curatoribus. etiam si quid pro parte nobilium contra præscriptionẽ prędictã fuit allegatũ, fuit peremptum per interemptionem facti, ideò non oportet aliter in hoc insistere. Et ex his & aliis longissimis discussioni-bus habitis. Fuit conclusum & deliberatum per omnes dominos Consiliarios, quòd absoluãtur dicti homines de Platea Forcellæ ab impetitione prædicta dictorum Nobilium, sedilis Montaneæ, & sic lata fuit sententia.

ADDITIO.

a *Iuri petenti* Ius petendi executionem decreti seu sententiæ præscribitur spatio xxx. annorum, vide in-frà in deci. cccxlv. Thomas Gram.

DECISIO CCXLVI.

De contractu meticuloso metu verberum inter virum & vxorem.

SVMMARIVM.

1 *Maritus est ignobilis, qui sine causa vxorem verberat.*
2 *Hæredes mulieris qui probant per testes maritum eam verberasse, an sufficienter probent.*
Instrumentum meticulosè factum, qualiter probetur.
3 *Verba quando probent contractum meticulosum. 4.*
4 *Intellectus c. causam matrimonij. de officio delegati.*

1 QVidam † maritus nobilis origine, sed non moribus, continuè suam vxorem nobilem verberabat secretè: tamen non poterat ita secretè verberare eam sine iusta causa, quòd vicini & consanguinei, & aliæ personæ non audirent voces vxoris, & percussiones, quas recipiebat à viro, non vidissent & audiuissent, tandẽ vna die in publico testimonio corã iudice notario & testibus in numero sufficienti dicta vxor & dictus vir venerunt ad quan-dam conuentionẽ, vt dictæ vxori præstentur alimen-ta annuatim vsque ad tantam summam, & hoc fuit in læsionẽ vxoris, & in dicto instrumẽto interuenerunt clausulæ consuetæ, & iuramẽtum. hæredes † mulieris 2
agunt contra virum, dicendo, illud instrumentũ fuis-se meticulosè factum: & probant per certos idoneos testes, quòd ante dictum contractum maritus verbe-rauit vxorem: non tamen probatur, quòd ex dicta causa eam verberauit. Vtrum præsumantur dicta verbera esse facta pro dicto cõtractu faciendo. Aliqui nimium subtilizantes allegabant Inno. in c. accedens. de con-uersi. coniugato. hoc modo: dicitur in d. c. accedens. quòd vir petebat ab vxore licentiam, vt potuisset intrare religionẽ. vxor propter verbera annuit votis mariti. nihil dicitur in tex. quòd verba fuerunt facta occasio-ne, vt cõsentiret vxor viro volenti intrare religionẽ. superuenit Inno. & fecit ibi glo. quæ dicit, quòd ob hoc verberabat, vt licentiã præberet intrãdi monasteriũ, & sic præsumitur pro ipsa, quòd verbera ob hoc fuerunt.

†Omnes alij domini fuerunt in contraria opinio- 3
ne, scilicet quòd nõ sufficit probasse vxorẽ esse verbera-tam, nisi probetur, quòd fuit verberata, vt faceret dictũ contractũ. & hoc per authoritatẽ Inno. in c. accedens. & ita dicit Bart. in l. si ob turpem. ff. de condi. ob tur. causam. & ita intelligitur illud, quod dicitur, quòd suffi-cit, quòd maritus semel verberauit vxorẽ, vt consen-tiret cõtractui, tunc semper præsumitur durare idem metus, donec durat matrimoniũ: vt in l. si per impres-sionẽ. C. quod met. cau. & doc. & in l. interpositas. C. de transact. & in c. causam matrimonij. de offi. dele. & in c. perlatũ. quod met. cau. & pro hoc ego solus al-legaui ad hoc decisionẽ Inno. & Ioã. And. in nouella. in c. cum locũ. de sponsalibus. vbi dicit ista verba for-malia: † si metus vel coactio interuenerit super eo, vbi 4
cõsensus requiritur, verbi gratia, si cogitur cõtrahere matrimoniũ non valet secus si super diuersis interue-niat consensus & vis, vt si carcerauit quis alium, vt pe-cuniam ab eo extorqueat, si alium cõtractum faciat, valet &c. quia non ob illum contractum fuit adhibi-tus metus: vt in l. qui in carcerẽ. ff. quod metus causa: vt habetur in l. qui a latronibus. ff. quod me. cau. cum igitur non fuit probata causa, ex qua fuit verberata, non potest dici dictus contractus meticulosus, ex eo, quia fuit verberata, nisi probetur, quòd fuit verbera-ta, vt faceret dictum contractum. quod est menti te-nendum pro intelligentia eorum, quæ scribuntur in dicto cap. causam matrimonij.

DECISIO CCXLVII.

De collatione cessante bonorum con-sumptorum sine dolo & culpa.

SVMMARIVM.

1 *Bona mobilia in dotem data & consumpta, an expel-lant sororem à successione paterna.*
2 *Conferendum quid sit in restitutione dotis conferenda marito ad inopiam redacto.*
Librorum collatio qualiter fiat.
3 *Bona in collatione veniunt prout reperiuntur tempore mortis.*
4 *Collatio cessat in bonis sine dolo & culpa consumptis.*

HAbuimus in consilio super quodam pro-cessu fabricato in ciuitate Potentię, † vtrũ 1
soror, quæ habuit in dotẽ certa bona mo-bilia inæstimata, quæ vsu consumuntur, ex sic debent restitui soluto matrimonio, prout repe-riuntur

riuntur. Mortuo patre ab intestato vult succedere et vna cum aliis sororibus suis in bonis Burgēsaticis, dicunt illæ sorores, tu nō potes succedere, quia nō potes dotes, quas habuisti, cōferre: quia dotes prędictæ sunt cōsumptæ. Quæritur quid iuris: fuit votatū in Cōsilio, quòd si illa bona mobilia data in dotē sunt consumpta non dolo vel culpa cōiugum, quòd illa soror debet admitti ad successionē, etiam q̀ dicta bona nō possint conferri, per tex. in l.aj.§.de illis.ff.de colla.bonorum. Et pro hoc benefacit, id quod noan aut. quòd
2 locum.C.de collat.in ver.his testantibus. †Accedat ad hoc illud, quod dicitur, q̀ si debet fieri restitutio dotis, & maritus non est soluendo, & dos debet cōferri, solum debet conferri illud, quòd maritus soluere potest: vt in l.j.§.cū dos.ff.de colla.dotis. Licet hodie per dictā auth. quod locū. cōfert solum actionē ad dotem licet inanem. Et ideò dicunt doc. in l.illud. C.de collat. maximè Pau de Ca. q̀ libri conferuntur prout sunt tempore mortis patris, & non prout sunt empti.
3 †Itē in collatione veniunt bona, prout reperiuntur tempore mortis, & non ea, quæ sunt consumpta, secundum Bal. & Ang. in l.ea demū.C.de colla.& Bal. in aut.ex testamento.versi xv.& xvij. Nec obstat; quòd æqualitas in materia ista collationis debet attēdi: quia intelligitur si bona reperiūtur tēpore mortis defuncti. Sed si sunt consumpta sine dolo & culpa, cessat collatio, & admittitur ad successionem: vt in d.§.de illis.& d.l.ea demum. Aliud esset, quādo bona data
4 essent in dotem æstimata: †quia tunc pretiū debet restitui: vt in l.quoties.& l.inter virum.& l.si cum dote. C.de iure do.& no. in l.æstimatę.ff.solut.ma. Et ita fuit iudicatum ex voto dominorum de sacro Cōsilio.

DECISIO CCXLVIII.

De feudo nouo nouiter obuento per legatum cum Regio assensu.

SVMMARIVM.

1 *Feudum antiquum an possit alienari sine consensu primogeniti.*
2 *Soror succedit fratri in feudis, quibus viuitur iure Francorum.*
Soror dotata à fratre, non succedit fratri in feudis iure Longobardorum.6.
3 *Ius speciale allegatum est probandum in feudis.*
4 *Feudatarij in feudis iure Francorum quando dicātur.*
5 *Testis de auditu, non probat.*
7 *Personam primitiuam inficiēs, deriuatiuā vituperat.*
8 *Feudum nouum causa noua facit, item & noua forma.*
9 *Legatarius, largo modo hæres dicitur.*
10 *Clausula in fine contractus posita, quando extendatur ad præcedentia.12.*
11 *Conditio apposita in principio orationis, censetur repetita in tota oratione.*
Dictio, ita, qualiter sit.
13 *Qualitas vnius facti aliud factum, quādo non qualificet, licet ambo regantur eodem verbo.*

Fvit diu in consilio dubitatum: Vtrum casale sancti Nicolai de Vmfredis in persona dominæ Catharinæ de Castiglono, in persona Gulielmi de Griphis sit feudum nouum, & an antiquū. Ex quo istud feudum olim fuit quondam magnifici Antonelli de Castiglono, quod habuit ex successione materna: cui Antonello successit Iacobus eius filius primogenitus, qui maritauit & dotauit dominam Catharinam eius sororem carnalē vtrinque coniūnctam de bonis maternis & fraternis. Vidēs posteà dictus Iacobus, quòd non habebat filios, supplicauit Regi, vt cōcederet sibi facultatem, quòd possit in vita vel in morte donare vel legare dictum feudum, cui voluerit: & Rex Ferdinandus primus, fecit talem gratiam. post hæc dictus Iacobus fecit testamētum & Codicillum, & legauit præfatæ suæ sorori, & Gulielmo de Gripho eius filio & nepoti dicti Iacobi dictum feudū: & sic mater & filius virtute dicti legati pręcedente dicto Regio assensu receperunt possessionem dicti feudi, & soluto releuio habuerūt confirmationem à Rege Ferdinādo primo. deinde dicta domina Catharina cum Regio assensu donauit suam medietatem dicti feudi eidem Iacobo Gripho, filio suo secundogenito, cum hoc pacto, quòd si ipse decederet sine filiis in dicto feudo, succedat Gulielmus Griphus. Et euenit casus, quòd dictus Iacobus fuit mortuus sine filiis, superstite dicto Gulielmo, qui virtute dicti pacti succedit in dicta medietate dicti feudi, & sic totum dictum feudum supradicto modo peruenit in possessionem dicti Gulielmi, qui Gulielmus tenēs & possidens dictū feudū Regio assensu donauit inter viuos Alberico de Griphis eius filio quartogenito & tradidit. †dicit Ioannes Griphus filius primogenitus 1
dicti Gulielmi, q̀ dictus eius pater non potuit donare dictū feudū dicto Alberico eius filio quartogenito in eius præiudicium: quia dictū feudū est antiquū in quo viuitur iure Francorū, & ipse tanquam primogenitus debet succedere. In contrariū dicitur pro parte Gulielmi & Alberici, quòd dictū feudū est nouū. & ideo potuit dictus Gulielmus cum Regio assensu illud alienare in dictū Albericū, sicut in extraneū: vt cōcludit And. in c.j.de alie feudi pater. & in cōstit. Regni, constitutionē. & in c.j.de natura succe. feudi. in iiij.col. & Bar. in c. de vasal. decre. ætatis. & Io. de Im. in l.i. filiusfamilias.§.cùm pater. in princip. & in l.si domus.§.fi. ad fi de leg j.& in c.potuit.x.col.de locato. & Alex in iiij.vol.consi.lv.in viij.col.& in v.vol.cons.xxviij. Secus, si esset antiquum, & viuitur iure Frācorum, tunc non potuisset alienare in præiudiciū primogeniti: vt in d.c.per And.& c.j in agnatus.& in c.j.ad finem, qui succe. teneātur.& in c.j.§.hoc quoque.de succe.feu.& in c.j.§.quid ergo.circa.fin.per And.de inuestitu.de re ali.facta. Alex. in iiij.volu.consil.cvj.& sequenti.& est producta super hoc quædam declaratoria Regis Roberti, & quædam alia Regis Alphonsi primi. Et dubium faciebat, quòd esset dictū, quòd feudū antiquū: quia dicebatur, quòd domus de Castiglono viuebat iure Francorū, & sic soror videlicet domina Catharina, tanquā, viuens iure Francorum succedebat de iure fratri suo Iacobo, etiā sine legato, vt dicit declaratio Reginæ Ioannæ secundæ, quæ fuit facta cum consilio valētissimorum doctorum ad instātiam dominæ Catharinæ Filigiriæ, vxoris quondam excellētis domini Ioānis Carazoli magni senescali Regni Siciliæ. †vbi 2
dicitur, quòd soror succedit fratri in feudis, in quibus viuitur iure Francorū, secus si viuitur iure Longobardorū: quia tunc maritata & dotata à fratre, non succedit fratri. Et sic intelligitur gl. Marini de Caramanico in cōsti & de successionibus. in verbo. dotatas. & sic intelligitur id quod dicitur, q̀ dotata à fratre, non succedit fratri, per l.quoniā nouella.C.de inoffi.testa. & not. Andr. in c.j.de natura succe.feudi.& tenet Lu-

cas de Penna in l.fin.C.quando & quibus quarta pars debeatur.li.x.& iudex Blasius de Morcono in longobarda, de succes. l.pater filiã, & dicit ita tenere dominum Bartholemæũ de Capua. Et ego ita cõclusi in c.j. §.quinetiã.episcopũ vel abbatẽ.vbi allegaui alias sententias Regias sic esse latas, & isto casu fiscus excludit sororem a successione fratris in feudo, in quo viuitur iure Longobardorũ.& istã distinctionẽ dicta domina Regina mandat seruari in causis præsentibus & futuris.& hoc factũ fuit per viã legis cõdẽdæ. Et sic in eius persona feudũ fuerat antiquũ, & ipsa tanquã in antiquo feudo debebat succedere. & ideo si erat antiquũ, non potuit ipsa donare, in aliũ, quàm in mediate successurum, qui erat Gulielmus suus primogenitus, qui debebat ei succedere in feudo paterno. Et in illo feudo materno debebat succedere Ioãnes primogenitus dicti Gulielmi vigore constit. Regni, vt de successionibus. In contrarium dicitur, quòd dictum feudum Sancti Nicolai in persona dominæ Catharinæ de Castiglono, & Gulielmi fuit nouũ, & non antiquũ. Quia domina Catharina tanquã dotata & maritata à dicto suo fratre de bonis paternis & fraternis non poterat succedere dicto fratri in dicto feudo fraterno, ex quo nõ est probatũ quod dominus de Castiglono vixerit iure

3 Frãcorũ, quod de iure † debuit probare dictus Ioãnes: quia quòd iure Francorũ vixerit, debet probari: quia est speciale ius, vt dicit text.& And.in constit. Regni, vt de successionibus.& in l.Imperialẽ.§.præterea ducatus, de prohi. feudi alie. per Fede. aliàs præsumitur, quòd iure Lõgobardo viuat, vt dicit And.in præludiis feudorũ, in iij.q.principali.& idem And. in constitutione Regni, puritatẽ.vbi dicit, quòd fallit in Neapoli & Aversæ, & in medietate Salerni.bene facit quod not.idem And.& in d.§.præterea ducatus. Non apparet per priuilegia, quod dicta domus vixerit iure Francorũ. Nec apparet, quòd in dicta domo fuerint plures fratres: quia semper fuit vnus primogenitus, quo casu non potest probari per testes, quòd viuitur iure Francorum: vt dicit And.in d.l.Imperialẽ §.preterea ducatus.& in consti Regni, constitutionẽ diuæ memoriæ. & in consti.vt de successionibus. Nec obstat, quòd dictus Ioannes probauit, quòd omnes barones mõtis Fusculi viuũt iure Francorũ: & ideo presumitur, quòd sic viuatur in isto Castro: vt in c j.§.& quia.per And. de his qui feu-dare possunt. & sic res sequitur cõditionem personæ. vt ibi.& in l.j.C.de imponen. lucra. de

4 scrip.lib.x.& ibi per Lucam de Penna. † Quia responsum fuit: quod per hoc non probatur, quòd domus de Castiglono vixerit iure Francorum: vt dicit And.de Iser. in §.preterea ducatus.preallegato, in additione.in dicta constitu.constitutionẽ. Bene tamen verũ est, quòd si probetur, quòd talis viuat iure frãcorum, sed dubitatur in quibus, quòd tunc recurritur ad consuetudinem vicinorũ ita dicit And:in d.additione.& pro hoc e sopitæ, & e super eo.de cẽsibus. Vnde probato quòd barones montis Fusculi viuunt iure Francorum, non probat cõsequenter, quòd domus de Castiglono vixerit iure Francorũ in successionibus, stãte hoc quòd in domo de Castiglono nunquã fuit, nisi vnicus primogenitus. Idem dictũ castrum per auth priuilegium fuit separatũ à pertinẽtiis montis Fusculi in omnibus, & per omnia, & sic nõ potest restringi dictum castrũ eum cõsuetudine mõtis Fusculi, vt dicit And in cõsti. in aliquibus. in ix.col.& melius in c.j.§. similiter. iij. col.de cap.Corradi.per.l.j.C.quæ sit longa consuetudo. Nec obstant testes deponentes de auditu quòd domus de Castiglano viuat iure Frãcorum: † quia testes de auditu non probant.l.testium.C.de testi.l.solã. eo.tit.no.in l.ij.§.idem Labeo. ff.de aqua plu.arc.Inn. in c.preterea.& in c.causam quæ.de testib.& tãto magis, quia ratio quare hoc audiuerunt, est, quia barones montis Fusculi in successionibus viuunt iure Frãcorum, prout audiuerunt. Et tamẽ productum est vnum instrumentum, in quo domina Catharina dicit se viuere iure Longobardorũ. Secũdò dicebatur, quòd posito, quod dicta domina Catharina vixerit iure Francorum, ex quo fuit maritata à patre, & postea dotata à fratre, vt cõnnietur dictus Ioanes in xij.exce. Alberici, sine dubio dotata à fratre repellitur à successione bonorum fratris: vt dicit And.in cõstit. Regni, in aliquibus.in xij.col. vbi dicit nõ obstat l.si pater filiam. in Longobarda, à qua sumpsit originẽ text.in constit. vt de successionibus.ibi, coniugatæ & dotatæ à fratrũ successione. repelluntur: quia ille text. debet referre singula singulis, vt quod dicit de paterna substantia. referatur quando pater dotauit. quod sequitur de fraterna, quando frater dotauit: semper † enim vt repellatur soror à successione propter dotem, requiritur, quòd sit dotata de bonis eius, de cuius hæreditate agitur, per d.l.quoniã nouella in fi. C.de inoffi.testamento C.de colla.l.vt liberis.& idem dicit idem And.in consti. vt de successionibus. & Lucas de Pẽna in loco præallegato.& Alex.in j.vol.cõs.xxix.in iij.col. Et sic patet, quòd domina Catharina tanquam soror post mortem fratris non poterat succedere in feudo. Cùm ergo præcedente Regio assensu dictus Iacobus de Castiglono ei reliquit feudum prædictũ pro medietate dictæ dominæ Catharinæ dicitur habuisse medietatẽ dicti feudi de nouo vigore dicti legati cum Regio assensu per quem assensum dicitur habuisse medietatẽ dicti feudi à Rege: vt dicit And.in c j.qui succe. test.& & in l.Imperialem.in principio, de prohib.feudi.alie. per Fede.& in c j.de ali.feudi.allegat l.lege obuenire. ff.de verbo.signific.bonus est text, quem non allegat And.in l.si liqueat. C.de inoffic. dona & in authen.de defen.ciuit.§ interim & voluit Cyn.in l.neque. C.de confir.tuto. Et similiter alia medietas dicti feudi legata dicto Gulielmo, per dictum Iacobum de Castiglono eius patruum erit feudum nouum in persona dicti Gulielmi: ex quo ipse non erat immediatè successurus dicto Iacobo: nec ex persona sua, nec ex persona matris, quæ non † poterat succedere fratri, & qui 7 primitiuam inficit deriuatiuam vituperat: vt dicit Bal.l.fi.C.de verbo.signi.& in l.maximum vitium.C. de libe. præteritis. & in l.quoties. C.de suis. & legi.& in auth.quas actiones.C.de sacr.sanct. eccle. & in c.j. §.& quia.de his, qui feudare poss. Et ideò de necessitate dicendum est, quòd in persona dominæ Catharinæ in persona Gulielmi dictum casale de nouo obuenit non virtute successionis, sed virtute Regij assensus, vt Bal.in c.j.§.hoc quoque.de succes.feu.& in c.j.de fratri.de nouo bene.inuesti.& in c.j.de gra.succed.in feudum.& in c.j.de natura succ.feu.& in c.j.in pri.de ali. feu.paterni.& in c.j.de vasa.decrepi.æta. & in c.j.qui testes sint necessarij ad probandum nouam inuestit.

Quare fuit votatũ per maiorem & sanctiorẽ partem dominorum de Consilio, quòd dictũ feudum sancti Nicolai in persona dominæ Catharinæ, & Gulielmi fuit

mi fuit

mi fuit nouum feudum nouiter eis obuentum per legatum cum Regio assensu. Et ista vota habet notarius
Vincentius Saponus, & tanto magis, quia princeps in
confirmatione facta dictæ Catharinæ & Guilielmo
expressè dicit, quòd virtute legati prædicti cũ Regio
assensu admittit eos ad successionẽ, & sic ex noua cau-
8 sa virtute legati cum Regio assensu, & noua † causa fa-
cit esse nouũ feudũ: vt dicit Bal. in c. j. viij. col. an agna
tus. & vult, quòd illud habeãt tanquã noui domini, &
sic dicitur feudũ nouum: vt dicit And. in c. j. de eo qui
fidẽ fecit agnatis. & voluit Pau. de Cast. in consi. cliij.
incipiente, circa præsentẽ casum. & ibi allegat ad hoc
c. j. de duobus fra. à canuo. Et ideo dicebat Bald. in d. l.
Imperialẽ. §. insuper. de prohi. feud. alie. per Fed. quòd
noua forma facit nouum feudum. Et idem dicit Oldr.
in consil. clxix. incipiente, quidam nobilis tenebat
quoddã castrũ &c. Nec obstat, quod dicitur quòd
fuit per dominam Catharinam & Gulielmum solutũ
releuium, quòd non soluitur, nisi per successionẽ habeatur feudum: vt not. per Andr. in c. j. §. similiter. de
cap. Corradi: & vsus curiæ est, quòd legato feudi cum
Regio assensu præcedẽti soluitur releuium. Et iste fuit
9 bonus mos: † quia legatarius largo modo dicitur hæ-
res: secundum Bald. in d. l. Imperialem. in principio.
penult. col. & Bar. in l. in conuentio. ff. de verb. sign. &
Bal. in l. instrumẽta. versi. oppo quod imo instrumen-
ta. C. de fideicommis. & non tenetur ad releuium se-
cundum Andr. in d. §. sed & res. not. Andr. in constitu.
Regni post mortem. Sed quia post dictum votum
aduocatus dicti Ioannis hoc sentiens, dixit, quòd etiã
si feudum prædictum fuisset nouum, nõ potuit dictus
Gulielmus donasse cum Regio assensu dicto filio suo
quartogenito in sui præiudiciũ, pro eo, quia iste Gu-
lielmus donauit dictũ feudum per prius Iacobo illo
tertiogenito, cum certis conditionibus, & cum tali
declaratione, quòd in omni casu & euentu & omni
tempore debeant masculi de domo de Griphis succe-
dere in dicto feudo, seruata prærogatiua prædicta, sci-
licet ætatis & sexus: igitur per istam clausulam vlti-
mam, quæsitum est ius dicto Ioanni primogenito, sci-
licet, vt ipse sit futurus successor post mortem patris.
Et hanc clausulam pater non potuit reuocare donan-
10 do postea Alberico prædicto: quia † dicta clausula in
fine cõtractus prædicti apposita, extenditur ad omnia
præcedentia, scilicet vbi dictum est, quòd pater mor-
tuo Iacobo succedat &c. per l. talis scriptura. & ibi
Bar. ff. de leg. j. in l. fi. ff. de rebus dubiis. & Bar. & doct.
in l. si eadem cum eodem. ff. de iurisdi. omn. iudi. & Bal.
in l. j. C. de libe. præter. & Abb. Sic. in c. sedes. de rescrip.
& in c. ij. requiris. de appella. & Abb. & Inn. in c. cùm
dilectis de dona. cum multis simi. & sic virtute dictæ
clausulæ positæ in instrumento donationis factæ Ia-
cobo, fuit quæsitum ius dicto Ioanni primogenito, &
non potuit Gulielmus mortuo Iacobo donare Albe-
rico in præiudicium iuris quæsiti virtute dictæ clau-
sulæ dicto Ioanni primogenito. Ad præsens mo-
tiuum ego respondebam, quòd dictus Gulielmus in
donatione, quã fecit dicto tertiogenito apposuit duas
conditiones. Prima si ipse donatarius moriatur sine
filiis viuo Gulielmo patre, pater ipse succedat. Se-
cunda conditio, si ipse Iacobus moriatur post mortem
Gulielmi, superstitibus filiis, filij succedant, seruata
sexus & ætatis prærogatiua. Si moriatur sine filiis mas-
culis, succedat Albericus & eius filij. Si Albericus mo-
riatur sine filiis masculis, succedat Antonellus frater
dicti Gulielmi. Ita quòd in omni casu & euentu, & in
omni tẽpore debeãt masculi succedere seruata sexus
& ætatis prærogatiua. & sic hæc clausula, in omni ca-
su & euentu intelligitur repetita in omnibus verbis in præ-
senti vltima conditione apposita, videlicet si Iacobus
mortuus fuerit post mortẽ Gulielmi patris: † nã con- 11
ditio apposita in principio orationis, censetur repe-
tita in tota ipsa oratione continuatiua: vt voluit Bar.
in l. in repetendis. ff. de leg. iij. & gl. in l. auia. ff. de cõdi.
& demon. & in l. Seiæ. §. Caio. ff. de fundo instru. & in
l. si tibi purè. ff. de leg. iij. Dictio enim illa, ita quòd in
omni casu &c. est cõtinuatiua: vt patet in d. l. si tibi pu
rè. vbi de dictione, ita. & tenet expresse Bart. in l. qui-
bus diebus. §. Terentius. ff. de condi. & demon. & est
text. ad literã in l. libertus. §. j. ff. de manu. testa. & in l.
ita tamẽ. ff. ad Treb. cũ ergo euanuit conditio, quia Ia
cobus tertiogenitus mortuus fuit sine filiis, superstite
Gulielmo patre, nullũ ius potest prætẽdere dictus Io.
fuisse sibi quæsitũ ex dicta clausula. Nec illa clausula,
ita quòd in omni casu, cẽsetur repetita in cõditione,
si tertiogenitus moriatur sine filiis superstite patre:
† quia clausula apposita in vna cõditione, nõ censetur 12
repetita in alia conditione: vt not. in c. cum dilecti. de
dona. & tenet Bart. in d. l. talis scriptura. de lega. j. Et
ideò dicit Bar. in consilio, quod incipit, testator reli-
quit &c. quòd si testator dixit, relinquo vxori meæ ha
bitationẽ domus meæ, si castè & honeste vixerit. Item,
lego ei omnes pãnos, non intelligitur repetita illa cõ-
ditio seu qualitas, si castè & honeste vixerit: quia si vo-
luisset, dixisset: vt in l. j. §. sin autẽ. C. de caduc. tollẽ. &
firmat hoc do. Bartholo. Sucza de Senis in consil. x. in
vj. colum. Bene ad hoc facit quod dicit Abb. Sicu. in c.
ecclesia vestra. lo x. de elec. q clausula in fine apposita
non refertur ad præcedentia capitula, quando ex tali
relatione sequeretur absurdũ, vel aliud inconueniẽs,
seu iurium correctio, vel posset reddi ratio diuersita-
tis & idem dicit Alex. in ij. vol. cons. ccxiij Item clau-
sula in fi. posita, non refertur ad omnia præcedentia,
quando est posita ad dispositionẽ aliam qualificandã,
tunc nunquam refertur ad omnia præcedentia, secun-
dum Bat. in l. fin. ff. de rebus dubiis & Alex. vbi supra.
† Item ad hoc facit, vbi plura facta distinguuntur in 13
eadẽ dispositione, qualitas apposita inter aliqua actus
facti, non qualificat aliud factũ, licet ambo facta re-
gantur eodẽ verbo. gl. est in Cle. ne Romani. in verbo
cœtus. de electio. Abb. in c. j. requiris de appel. Bart. in
d. l. talis scriptura. & in l. prætor. ff. vi bon. rap. Et ideò
talis clausula non refertur ad primã conditionẽ, quã-
do tertiogenitus mortuus esset superstite patre casu,
prout euenit, & sic nullum ius quæsitum fuit per dictã
clausulã dicto Ioanni. Et pendẽte decisione huius du-
bij mortuus fuit Ioannes & eius filius: & deinde mor-
tuus est ipse Albericus post mortẽ patris. Et sic dicta
causa non fuit determinata per sententiam, tamen ex
prædictis patet decisio dictæ causæ. Matth. de Afflicto.

DECISIO CCXLIX.

De alienatione rei stabilis pupilli.

SVMMARIVM.

1 *Alienatio rei immobilis pupilli, vt valeat quid requiratur.*

2 *Decretum iudicis in alienatione rei minoris interloqui debet.*

Fuit

1 FVit in Consilio in quadam causa pupillari discussum, †quæ sunt necessaria, vt valeat alienatio rei stabilis pupilli. Et fuit pariter conclusum, ad hoc vt valeat & teneat dicta alienatio: quòd requiruntur ista: Videlicet, primò vt existat causa vrgens alienandi, vt in l. ob æs. C. de prædiis min. & in l. magis puto. §. ne passim. ff. de reb. eorum. Secundò, quòd debitum pupilli ex bonis mobilibus non possit solui: vt in d. §. ne passim. & in §. in primis. in eadem lege. Tertiò, quòd hoc liqueat iudici per discussionem bonorum: vt in d. §. ne passim. & in d. §. in primis. Quartò, quòd vendatur res minus damnosa, vt in dictis iuribus. Quintò, quòd pro paruo debito non vendatur res magna, vt in l. & si sine. §. j. ff. de minori. & in d. §. ne passim. Sextò, vt interueniat tutoris authoritas. l. neque. & l. eum qui. C. de authorita tuto. & Insti. de autho. tut. per totum. & debet constare de tutela, iuxta no. per Bar. in l. legitimos. de legi. tuto. & de inuentario tutoris. de quo in l. tutor qui repertorium. ff. de admi. tuto. Septimò, quòd omnia ista præcedant decretum iudicis, & his præcedentibus interueniat iudicis decretum in dicta alienatione rei stabilis ipsius minoris: vt in l. j. ff. de reb. eorũ. & in l. lex quæ tutores. C. de admi. tut. & in l. si pupillorum. §. j. ff. eo. tit. & no. in l. cum lex. ff. de fideius. & in d. l. ob æs. C. de prædiis mino. firmat. Ludo. Roma. in consi. cccxxj. inci. in casu præpositæ consul-
2 tationis. † & dicit Spec. in tit. de procurato. §. j. versic. quid ergo si cõstitueris, quòd si iudex sine dicta causæ cognitione interposuerit decretum prædictum, quòd valet decretum. Sed in contrarium alleg. l. cum hi. §. si prætor. ff. de transac. & l. in testamento. ff. de testamen. tute. & l. quãuis. ff. de rebus eorum. de quo dixi in l. Imperialem. §. in prin. in xij. no. in xvj. q. de prohibita feudi ali. per Fed. Octauo, quòd post decretum interueniant subhastationes. vt in l. ii fine. §. j. iuncta gl. & ibi Bart. ff. de mino. & in Specu. de empti. & vendi. §. nunc dicendum. versi. igitur tutor: & vide in tractatu de emptione & vendi. in quæstione principali, versi. sequitur tertia pars de forma & solennitate cõtractus. de quo per Bar. in l. alio. ff. de alimen. & ciba. leg. & in l. si tempora. C. de fide instrumẽ. & iure hast. lib. x. & quia ista sunt necessaria, & continuè accidũt. Ideò mihi fuit visum, quòd hæc sunt digna annotatione.

DECISIO CCL.

De temporis declaratione in interdicto vnde vi.

SVMMARIVM.

1 *Tempus spolij, an per actorem debeat declarari, quando agitur interdicto vnde vi.*

Remedium famosum tam ciuiliter, quàm criminaliter intentatum expressionem loci, & temporis requirit.

2 *Libellus ciuilis quo casu non valeat sine temporis declaratione.*

Exceptio continens infamiam sine tempore declarato non tenet.

3 *Remedia c. reintegrandæ. iij. q. j. cap. sæpè. de restitu. spo. quæ remedia sint, & cui competant.*

4 *Iudicium summarium, temporis expressione non eget.*

SApe & sepius per aduocatos cõuentorum super possessorio recuperãdæ possessionis petitur, quòd declaretur tempus spolij, &
1 actor dicit, quòd non tenetur. †Fuit determinatum pluries in Consilio, in diuersis causis, quòd quãdo agitur interdicto vnde vi, tunc debet declarari tẽpus spolij: quia tale interdictum producit infamiã, saltim facti. l. honori. & l. licet. ff. de obsequi. & in l. j. §. interdictum hoc. ff. de vi & vi. ar. & not. gl. in l. neq. eo. tit. & ideò quando intẽtatur remedium famosum, etiam si ciuiliter agatur, requiritur expressio loci & tẽporis, sicut quando criminaliter agitur. l. itẽ exigit. de dolo. l. prætor edixit. in princip. & ibi Bar. ff. de iniuriis. & expresse firmat Bar. istam conclusionem in l. j. §. siue autẽ. ff. de vi & vi. arma. habet in c. tuæ. de procura. & in l. edita. C. de edendo. †Semper enim quãdo 2
libellus ciuilis continet infamiam, debet declarari tẽpus: vt dicit Bar. in l. inde Neratius. ff. ad legẽ Aquiliam. & in l. j. ff. de edendo. & in l. viro atque vxore. ff. solu. matri. & Salic. in l. atrocem. C. de iniur. & Bart. & Bal. in d. l. item exigit. & Pet. de Ancha. in c. vt circa. de elect. in vj. & in c. præsentium. §. testes. de testib. eo. lib. & Bart. in d. l. prætor edixit. Item quãdo exceptio continet infamiam, debet declarari tempus, secundum Bar. in d. l. prætor edixit. & in d. l. j. ff. de excep. Sed quando agitur remedio c. reintegranda. iij. q. j. vel remedio c. sæpe. de restit. spo. vel constitutionis Regni, circa violẽtiarum, tunc non requiritur, quòd declaretur tempus: †quia ista sunt remedia ad recupe 3
randam possessionẽ & non infamiam: quia agitur cõdictione ex dicto canone, vel ex dicta consti. vel ex d. c. sæpe. quæ condictiones intentatæ non infamant: vt in l. cessat. ff. de actio. & obli. & firmant hoc doct. post gl. in c. cum ad sedẽ. in verbo, interdictũ. de resti. spoli. & Archi. in d. c. reintegrãda. & Ant. de But. in c. sollicitæ. de resti. spo. & Ale. de Imo. in iij. vol. cõsi. vj. inci. circa processum causæ. in j. col. vbi dicit vnum verbũ multum notandũ in isto Regno, vbi est c. Regni, quod incipit, detestãtes. bene glossatũ per Paridẽ de Puteo in suo tractatu de syndicatu, per quod mãdatur iudicibus, quòd causę expediãtur summariè, simpliciter & de plano, sola veritate inspecta quòd †attento, quòd istæ so- 4
lẽnitates: quòd declaretur locus & tẽpus, sunt inductæ de iure ciuili: vt in d. l. prætor edixi. & in l. libellorũ. ff. de accu. & per dictũ c. sunt sublatæ solẽnitates iuris ciuilis: vt no. in Cle. sæpe. de verb. sig. & per Bar. in extra. ad reprimendum. in verbo, sine figura, quòd vbi deberet exprimi tempus, non est de necessitate exprimendum, quando iudiciũ est summarium. & istud dictũ fuit approbatum per Consiliũ, quando agebatur causa inter Gasparẽ de Strotiis, & nobilem Iacobum Senezanũ super spolio certorum montium ad faciẽdum alumẽ, in qua fuit commissarius do. Ioan. Bapti. Brãchacius.

DECISIO CCLI.

De tabellionibus & fide instrumentorum propter notarium.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum extra Regnum factum, quod qui fecit, non probatur notarium nisi aliter monetur.*

2 *Instrumẽtis publica forma præsumptionem inducit pro notario.*

3 *Notarius pro præsumptione sui tabellionatus, quod id probet, sufficiat.*

Fama & communis opinio quem fuisse notarium, det vires officio.

4 *Tabellio de longinquis partibus, reputatione tabellionis satis habet.*

Notario

5 *Notario suffi. si notariatus quasi possessio.*
6 *Instrumenta antiquissima non requirunt notariatus probationem.*
Antiquitas operatur, quod statur probationi imperfectæ.

1 DEterminatum fuit in Consilio, † quòd si producatur vnum instrumentum factũ extra Regnum, & non est facta fides per officialem loci, vbi factum est instrumẽtum, quod ille est notarius publicus, bonæ famæ & opinionis, prout requiritur per ritum magnæ curiæ Vicariæ, charta mihi 9. in j. col. & no. Cardi. in Cle. j. de procu. in iij. quæstione. & potest probari in Regno per testes idoneos, quòd ille est notarius, publicus existens in quasi possessione notariatus conficiendi publica instrumenta; & hoc offertur probari, quòd debet dari terminus ad verificandum per testes, quòd ille est notarius, & bonæ famæ. aliàs dictum instrumẽtum non probat, nisi probetur, quòd ille sit notarius. hoc tenet And. in constit. Regni, instrumentorum robur. & Ioan. And. in titulo, de instru. edi. §. restat. versi. quid si producatur. & Ant. de But. in c. j. de fide instru. & Ang. in auth. de tabellio. & Bal. in auth. sed nouo iu-
2 re. C. licet. pet. in iij. col. † Licet contrarium tenuerit Goffred. in summa de fide instru. scilicet quòd tale instrumentum probat, licet non constet notarium, qui scripsit, esse notarium: quia præsumitur, ex quo apparet in publica forma, in qua dicit se notarium. & idẽ tenuit Angel. in authen. de hæredibus & Falci. §. hinc nobis. Bene tamẽ cõclusum fuit in Consilio, quòd sufficit probare, quòd ille fecit plura instrumẽta tanquã notarius, & fuit in longa possessione conficiendi instrumenta: vt dicit Inn. in d. c. j. de fide instr. & Spec. in tit. de probat. §. j. & Bal. in l. ij. xix col. C. de seruitu. & aqua. & Bal. in l. Barbarius. ff. de officio præto. licet Bar. in l. actuarios. C. de num. & actu. lib. xij. & in l. Herennius. ff. de decurio. dicat, quòd hoc non sufficit. & idem dicit Alex in j. vol. consi. cxxxviij. incipien. videtur circa primum. in iiij. col. Sed potest intelligi dictum Bart. quando est quæstio inter ipsum notarium
3 & alium, qui negat ipsum fuisse notarium: † tunc debet probare de titulo suo, quòd est notarius, vt dicit Alex. in d. l. Herennius. & ibi vide multas remissiones.

Ad hoc accedat, quod dicit Paul. de Cast. in l. scriniarios. C. de testa. mili. quòd præsumitur notarius ex eo, quòd est descriptus in matricula notariatus. & Baldus in l. ij C. de sent. & interlocu. omnium iudi. de quo per Felyn. in d. c. j. de fide instrumento. & idem dicit Bald. in d. l. Barbarius. dicens plus, quòd fama & communis opinio, quòd est notarius, dat robur officio.

Et post longam examinationẽ Albericus de Rosa. in d. l. Barbarius. cõcludit, quòd ipse vidit obseruari,
4 quòd † si tabellio est de longinquis partibus, sufficit, quòd probetur, quòd reputatur tabellio: & quòd adhibetur eius instrumentis fides, vt publicis. Si autem tabellio est de loco, de quo agitur, sufficit, quòd probetur eum esse vel fuisse in quasi possessione notariatus, & quòd publicè reputatus sit notarius. Et dicit Bal. in l. j. iiij. col. C. de fideicom. quòd ille, qui fuit in possessione notariatus pro decem annis, præsumitur notarius, secus si pro tribus annis, nisi inter contrahentes. vide ad hoc multas remissiones positas per Alex. in d. l. actuarios. C. de numerariis & actua. libr. xij. tamen Ang. in authen. de tabellionibus in ij. colum. expressè
5 dicit, † quòd sufficit quòd notarius sit in quasi possessione officij notariatus. allegat Innocen. in c. dilectus. de fi. instru. & Spec. eod. tit. in §. postremò. versic. quid ergò, si tabellio. Et dicit Bald. vnum verbum notandum in l. comparationes. C. de fide instru. quòd si instrumentum esset multum antiquũ, & notarius dicit, se illud fecisse, sed non potest probare propter antiquitatem temporis, neque per famam, neque per alia instrumenta, quæ ipse scripsit. quòd credendum est ei. sed in d. l. Barbarius, dicit, quòd sufficit si reperiantur plura instrumẽta confecta per eundẽ notariũ: nam ex hoc præsumitur notarius. Quid autẽ, si vnum instrumentũ producatur excedẽs metam centũ annorũ vel ducẽtorum, & nõ est fama, quòd ille fuit notarius, neque sunt alia instrumẽta eiusdem notarij, nec aliter potest probari quòd ille est notarius, an præsumatur notarius ex eo, quòd reperitur se nominare notarium, & ibi sunt subscriptiones testiũ † Dicit Bal in auth. quas actiones. 6
C. de sacrosan. eccle. quòd in instrumentis ita antiquissimis nõ expedit probare, quòd notarius fuit notarius, vel in quasi possessione notariatus: quia ex ipso actu ita antiquo oritur præsumptio: vt not. Inno. in c. veniens. de verbo signifi. Nam propter temporis antiquitatem præsumuntur omnia solẽniter acta, etiam quando solennitates sunt extrinsecæ, vt probat Alex. in j. volu. consil. lxxix. in iij. col. & in consi. cxlj. ij. col. nam & propter dictam antiquitatem statur probationi imperfectæ: dicit Alex. in iiij. vol. cons. circa fin.

DECISIO CCLII.

De vita & militia secundogenito debita.

Et de solutione adoæ per primogenitum.

SVMMARIVM.

1 *Vita & militia qualiter deducatur, & an primogenitus teneatur ad solutionem adoa.*
2 *Adoa solutio an sit perpetua vtilitatis, vel temporalis.*
Secundogeniti an debeant contribuere in adoa soluẽda.
Vsufructuarius quas expensas teneatur subire.
3 *Adoa quid sit, & qui ad illam teneantur.*
Vsufructuarius manibus proprijs, & non alienis vsumfructum recipit.
4 *Vxor ad quas expensas pro re dotali factas teneatur.*
Maritus cõstante matrimonio, rei dotalis est dominus.
Euentus tristis non consideratur.
Vsufructuarius ad collectas & tributa rei, in qua habet vsumfructum, tenetur.
Fisco cõtra non soluentẽ collectas, quomodo subueniatur.
5 *Vita & militia equiparantur alimentis.*
6 *Alimenta vita & militia secundogenito de quibus præstanda.*
Feudi fructus veniunt, deductis expensis.
7 *Expensa omnes non minuunt fructus.*
Adoa solutio fauorem publicum respicit.
8 *Alimentorum præstatio, est pia causa.*
Quæstio indecisa, differenda.
9 *Iudiciũ in rebus ambiguis quãdo nõ debeat esse absolutũ.*

MAgnificus do. Anto. de Alexãd. viceprotonotarius proposuit in Consilio differentiam ortam inter Marinum de Alexand. ex vna & Robertum & Iulium filios quondam Iacobocij de Alexand. sui fratris carnalis, quæ talis erat. Vtrum stante testamento dicti Iacobocij, qui de nouo acquisiuit

siuit feudum casalis Cardeti cum potestate testandi de eo inter dictos filios, habita à Regia Maiestate Regis Ferdinãdi, primi dicti filij secundogeniti, quibus præstatur certa portio fructuũ dicti feudi ex dispositione testatoris, debeant contribuere in solutione adoæ, ad
1 quã tenetur Regiæ Curiæ dictus Marinus. †Et quãtũ ad istũ casum omnes domini fuerunt in voto, quòd dicti fratres secundogeniti non tenẽtur cõtribuere in
a solutione adoæ: [a] sed totum onus soluendi adoã pertinet ad dictũ Marinũ primogenitum; quia dicti fratres secundogeniti non habẽt illã portionẽ fructuũ Castri Cardeti pro vita & militia, sed pro alimẽtis eorũ legatis per dictũ Iacobociũ, & post mortẽ Iacobocij per instrumẽtum actũ fuit, quòd dicti fratres capiãt dictã portionẽ fructuũ à manibus ipsius Marini; & sic non sunt vsufructuarij pro illa portione castri Cardeti, sed legatarij, iuxta doctrinã Bar. in l. fundi Trebatiani. ff. de vsufru. leg. & no. in l. defuncta. §. fi. ff. de vsufru. & sic cum dicti fratres non percipiãt vitam & militiã à primogenito, sed tantum dictũ legatũ pro alimẽtis, non tenẽtur cõtribuere in dicta solutione adoæ, nec in releuio; quia limitata causa legati limitatũ producitur effectũ. l. in agris. ff. de acquirẽdo re. do. & in l. age cum Geminiano. C. de transac. no. Feli. post gl. in c. cũ ordinem. de rescriptis. Sed ponamus, quòd feudũ esset antiquũ, in quo viuitur iure Francorũ, quo iure solus primogenitus debet succedere, & habet fratrẽ secundogenitũ, cui debet præstare vitã & militiã per cõsti. Regni, comitibus. Et contingit guerra in Regno, propter quam Rex imponit adoã in Regno. Vtrũ in solutionæ huius adoæ debẽt contribuere alij fratres secũdogeniti, quibus præstatur vita & militia. Dicebãt præfatus do. viceprotonotarius, quòd totũ dubiũ
2 cõsistit in hoc: Vtrũ †solutio adoæ fiat ad perpetuam vtilitatẽ feudi, vel sit tẽporalis. Si enim fiat ad perpetuã vtilitatẽ, sine dubio fratres secundogeniti nõ debent cõtribuere. Sed si fiat ad tẽporalem vtilitatẽ, fratres secundogeniti debent contribuere. Nam idem dicimus in vsufructuario, qui expẽsas tẽporales debet ipse subire, & nõ proprietarius: vt in l. hactenus. & l. si pendẽtes. §. si quid cloacarij. ff. de vsufr. Sed expensas concernentes perpetuam rei vtilitatẽ debet subire proprietarius, & nõ vsufructuarius. Et pro hoc est gl. not. in l. pen. §. fi. ff. de leg. iij. & firmat Bar. in l. quæro. ff. de vsufru. lega. & gl. & Bar. in l. qui concubinã. §. qui ortis. ff. de leg. iij. Et firmat Lud. in cõs. ccxxviij. incip. præmissorũ doctorum conclusionẽ. Et dicebãt dictus dominus viceprotonotarius, quòd ipse est in opinione, quòd adoa, quæ soluitur Regi, respicit perpetuam vtilitatem feudi, pro eo, quia adoa est seruitium, quod præstatur pro feudo, quãdo princeps declarauit velle seruitium prædictũ in pecunia, debet vasallus interpellatus præstare illud seruitium. vt in c. j. §. sed nec est alia iustior. quæ sit prima causa bene. amit. Nec vasallus potest dicere, ego volo seruire personaliter, vt dicit And. in l. Imperialẽ. §. firmiter. de prohibi. feu. alie. per Fede. & in c. j. vlti. col. quis dicatur dux, comes vel
3 marchio. & ibi declaratur quantum est ista adoa. †Et si non soluitur adoa, quæ est seruitium feudi, vasallus debet perdere feudum, vt dicit text. in d. §. sed nec est alia iustior: non tamẽ ipso iure, sed per sententiam, vt dicit ibi And. dũ allegatur, quod no. in l. si quis in tantam. C. vnde vi. & dicit And. in d. §. firmiter. quòd hæc est culpa contra dominum indirectè: scilicet in non

iuuando. & ideò constitutio Regni, si vasallus. dicit si vasallus non præstat seruitium, potest dissaisiri, nisi quãdo propter paupertatem non præstitit seruitium: tunc dominus per sententiam ponetur in possessionẽ feudi pro adoa non soluta; vt declarant Andr. in d. §. firmiter. in vlt. col. ergo ista adoa soluitur pro perpetua vtilitate, & sic vsufructuarius non debet participare de dicta impensa, & per consequens nec frater secũdogenitus. Ego dicebam, quòd ista vita & militia, quæ præstatur fratri secundogenito, non potest æquiparari vsufructuario, quia vsufructuarius non recepit vsumfructum à manibus alterius: sed ipse recipit manibus propriis, vt dicit Bartholomæus in dicta l. fundi Trebatiani. sed frater secundogenitus recepit portionem sibi tangentem de fructibus feudi à manibus primogeniti, vt patet ex scriptis per And. in prædicta constitu. comitibus. & per Hostien. cap. licet de voto & voti redemp. Nec etiam videtur mihi, quòd sit bona æquiparatio, si vellemus æquiparare fratrem secundogenitum recipientem vitam & militiam, marito, qui recepit fundum dotalem, qui præstabit expensas temporales: sed si facit expensas ad perpetuam vtilitatẽ, tunc †vxor soluet istas impẽsas: vt per Alex. 4
in l. diuortio. §. impendia. ff. solu. mat. quia maritus est constante matri. dominus rei dotalis: vt in l. doce ancillã. C. de rei vend. & in l. in rebus. C. de iure dotium. Similiter non videtur, quòd culpa in omittendo soluere adoam post requisitionem, faciat censeri solutionem adoæ esse factam ad perpetuam feudi vtilitatem: quia iste casus non est in consideratione: quia ex quo vasallus iurat præstare fidelitatẽ & seruitium, nõ est præsumendum in dubio, quòd velit deierare. arg. l. meritò. ff. pro socio. & quia tristis euentus non est in consideratione: vt in l. inter stipulantẽ. §. sacram. ff. de verborum oblig. Item, quia vsufructuarius debet soluere collectas & tributum rei: in qua habet vsumfructum. vt in d. l. hactenus. & in d. §. si quòd cloacarij, quia indicatur ista solutio temporalis. Et tamẽ si non soluitur, procurator fisci mittetur in possessionem rei pro tributo non soluto: vt scribit Lucas de Penna. in l. fi. C. de exacto. tribu. lib. x. & in l. obsistere. C. de anno. & tributis, eodem libro. Et ideò ego dicebã, quòd And. in prima constit. comitibus. ante constitutionẽ, in aliquibus dicit, quòd fratres minores tenentur facere seruitium curiæ de ipso feudo ad expensas, & equos, & arma fratris maioris: semper tamen debet maiori tantum remanere, & tantum dare minori, vt inde possit viuere, sicut primogenitus. †& sic tenet And. quòd frater 5
minor debet seruire Regi ad expensas primogeniti. & sic primogenitus etiam alimentabit eum non solum quando seruiet, sed etiam quãdo non seruiet. & tamen de istis alimentis nihil detrahendum est. arg. l. cùm hi. ff. de transactio. Et propterea sat est, quòd teneatur seruire personaliter, & si Rex non vult seruitiũ personale, sed solutionẽ adoæ: ipsam soluet primogenitus, & præstabit alimenta fratri, nec detrahet aliquid de eius alimentis: quia ista vita & militia æquiparatur alimentis, secundùm And. in dictis constitutionibus, comitibus. Sufficere debet primogenito, quòd ipse est honoratus in succedendo in feudo, cuius ipse est dominus, nec inuideat fratri secundogenito, qui solùm ab eo recipit alimenta, & tenetur seruire personaliter Regiæ curiæ, quando est guerra in Regno, & dominus vult seruitium personale: nec detrahẽdum est

tius alimentis, quãdo dominus vult seruitiũ, in pecunia, quia sutacii, q lex grauauit in hoc, quòd nõ succedit. Item grauauit, q in alijs alimentis nihil in morte potest disponere, ex quo finitur illa vita & militia cũ persona, & non trãsmittit ad filios suos: secundũ glo. & And. in d. constit. comitibus. & ista alimenta licet fiũt loco portionis feudi, secundũ And. in dicta const.
6 comitibus. † tamen ista portio est ita exigua, quòd nõ potest supportare aliud onus. arg. l. Titia. §. qui in vita. ff. de lega. ij. & l. nauis onustæ. ad legem Rhodiam de iactu. quæ iura allegat And. de Iser. in c. j. in verbo, extraordinaria, quæ sint regalia. & facit illud generale, qui in vno grauatur, in alio releuatur: vt in l. eum qui. in princip. ff. de iureiurando. cum concor. ibi alleg.

Nec obstat illud, quod posset dici, q ista alimenta pręstãda secundogenito præstãtur de fructibus feudi, vt colligitur ex mente gl. & And. in dicta cõsti. comitibus. & fructus feudi intelligũtur deductis impensis: vt in l. fructus. & in l. diuortio. §. impendia. ff. solu. mat. cum alijs iuribus allegatis per Spec. in tit. de expensis. §. j. vnde si feudũ valet ducentũ, portio vitæ & militiæ erit xxxiij. & tertiũ, secundũ And. in dicta cõstitutione. Si frater soluet centum pro adoa, nonne minuitur portio illius vitæ & militiæ? prima facie diceretur, q
7 sic. Et tamẽ non est sic dicendũ: † quia non omnes expensæ minuũt fructus, sed illæ quæ fiũt gratia fructuũ: vt dicunt glo. & doct. in d. §. impẽdia. Itẽ vbi datur fauor diuinus vel iuris publici, qui æquiparãtur: vt in l. fi. C. de sac. san. eccle. non cõsiderantur expensæ, quæ necessariò fiunt pro habẽdis fructibus: vt in c. tua nobis. & c. pastoralis. de decimis. sed solutio adoæ respicit fauorẽ publicũ: quia præstantur tẽpore guerræ, vt Regnum sit securum. & ideò dicit Paul. de Cast. in d. l. fructus. ff. solu. matri. q stante statuto, q de fructibus soluatur gabella, debet solui absque deductione expẽsarũ ratione iuris publici. Idem dicit Bal. in l. si à domino. §. fi. ff. de peti. hæred. in d. l. fructus. & Salt. in l. j. C. de fruct. & liti. expen. & licet Ang. teneat cõtrariũ in gabella: tamẽ in solutione adoæ nõ est dubitandũ, q soluitur ratione iuris publici: vt patet in c. j. §. similiter. per And. de capi. Corradi. Sed posset dici q ista cõsideratio militat inter primogenitũ soluentẽ adoã & Regem. non autẽ inter primogenitũ & secundo ge-
8 nitũ, cui soluit vitam & militiã. † Dico, q ex quo præstatio alimentorũ est pia causa, consideratio iuris publici militat ratione piæ causæ. Cui piæ causæ iura cõcedunt etiã priuilegia iuris publici: vt patet ex scriptis per Lud. in auth. similiter. C. ad leg. Falci. Præterea dicit Hostien. in d. c. tua nobis. quem refert ibi Abb. Sicu. q quando tractatur de restitutione quotæ, vel alicuius partis, tunc fructus deducũtur sine aliqua deductione expensarũ. Idem dicit ibi And. post Inno. & Spe. in tit. de locato. §. postquã. versi. quid si tibi. & sic tamẽ certa portio fructuũ soluitur secũdogenito, non est in cõsideratione, q frater debet soluere adoã, quando est guerra. Pro hoc bene facit, quod dicit Ioan. And. in d. c. tua referendo Inno. q vbi præstatio soluitur pro aliquo seruitio, vel custodia, vel defensione damnis, vel simili causa, nõ cõsideratur; quòd decisum, ita nõ cõsideratur in fructibus, quãdo feudum soluit adoam. Hæc motiua placuerunt dicto insigni
9 doctori & multis dominis de Consilio. † Et dicebat do. And. Mariconda, quòd ipse nunquàm vidit hoc in quæstione deductum, & semper vidit primogenitum soluere adoã, & non petere à fratribus minoribus, q diminuãtur eorũ alimenta, propter solutionẽ adoæ, & postea dum veniret ista quæstio inter Anto. Puldericum primogenitũ, & Iacobum secundogenitũ, fuit propter eius dubietatẽ per sacrũ Consiliũ reseruata deliberatio, sed q interim primogenitus soluat adoã. Quia non reperitur ista quæstio tacta per aliquẽ doctorẽ. ideo non est nunc decidẽda, sed differẽda. sic facit And. qui nõ determinauit quantum erit ista vita & militia: vt patet ex scriptis eius in dicta consti. comitibus. inde dicit text. Gregorij xxxiij. d. c. fin. in rebus ambiguis absolutũ non debet esse iudiciũ, quando de præiudicio alterius tractatur, secundũ glo. ibi, & text. in c. graue. xj. q. iij. Et supradicta q iam appareet decisa per alia media & rationes. placuit tamẽ hæc inserere, quia in lectura mea in l. Imperialem. §. præterea ducatus. de probi. feu. alie. per Federic. aliud sensi legendo illam l. sed hic credo scripsisse veritatem.

ADDITIO.

a *In solutione adoa.* Adde do. Ant. de Alex. super And. de Iser. in constit. comitibus. sub tit. de adiutoriis pro militia fratris. vbi dicit, facere ad quæstionẽ, de qua sæpe vidi dubitari, an in adoa seu seruitio militari, quod imponitur in Regno, teneatur contribuere secundogenitus pro vita & militia, quã habet à primogenito super feudo. Et vidi decidi, q non, per Regiam camerã summariè in causa filiorũ Iacobocij de Alex. nam si hoc dictũ intelligatur, post habitam vitam & militiã, q non minus debet habere equos & arma, & expẽsas secundogenitus à primogenito pro militãdo, ergo non tenetur cõtribuere ei, à quo ipsi deberet cõtribui, si militare vellet si non intelligimus, quòd vita & militia detur secundogenito pro omnibus his, quæ hic dicuntur, sequeretur quod ipsi debet pro sua rata contribuere, sicut deberet in persona seruire: quoniã hoc militare seruitium, quod soluitur in pecunia, succedit loco seruitij, quod personaliter debet præstari, & sic probarent verba Andr. contra dictam decisionem, Thomas Grammaticus.

DECISIO CCLIII.

De assensu Regio super alienatione feudi per verbum, fiat.

SVMMARIVM.

1 *Assensus Regius in alienatione feudi factus per verbum, fiat, an valeat.*
2 *Sigillum est substantiale literæ Regiæ.*
3 *Litera principis materialiter considerata, est tantum titulo probatio, secus si intell. aliter.*
Gratia sine scriptura non valet.
4 *Scriptura ad effectum gratiæ principis, non requiritur, sed ad eius probationem.*
Stylus Cancellariæ Regiæ habet vim legis.
Usus causarum longæuus, pro iure potest allegari.
5 *Styli principis virtus & efficacia, remissiuè.*
Rescriptum aut priuilegium principis, an expediat quod mandetur scriptura.
6 *Verbum, fiat, quid importet.*
Sensus vig. his non contemnendus.
7 *De Veritatis effectu, & ipsius laudes nonnullæ.*
8 *Scientia certa principis probari potest per testes.*
9 *Gratia an possit valere sine bulla.*
10 *Artifici cuique experto in sua arte credendum.*
11 *Virtus, vt alicui sine literis credatur, facit.*

DVo Regij Consiliarij, videlicet dn. Ioã. Baptista de Bentiuoglis, & do. Bartholemeus
de Vetino fuerunt Regij delegati in causa
cuiusdam Castri inter Ioannē Baptistam
Branchaciū filium domini Masellì Brancacij ex vna,
& dominã Antonellam Deciticem. Et proposuerūt
1 dubiū in Consilio, † vtrū si Rex in memoriali oblato,
in quo supplicāt, φ præstet assensum super alienatione
feudi dicat, fiat, per scripturā suæ propriæ manus,
& antequã expediatur assensus in forma cancellariæ
Regiæ ipse idē alienās reuocat ipsam alienationē virtute
cōstitutionis Regni, constitutionē diuæ memoriæ.
& contrahit cū alio de dicto feudo, & Rex assentit,
& sigillatur assensus. Verū stante dicto memoriali
expedito per fiat, potuit vel nō potuit fieri dicta
reuocatio? Et videbatur, φ dicta reuocatio fieri potuit,
quia nō dicitur in alienatione feudi interuenisse
Regiū assensum, nisi quādo Regius assensus in scriptis
2 fuit sigillatus: † quia sigillū est substantiale literæ Regiæ:
vt dicit And. in c. j. in additio. de prohi. feud. alien.
per Lotharium. Et pro hoc facit l. Tribunos. §. ti. ff. de
test. mil. Vbi attenditur tēpus sigillationis. Secūdò
pro ista parte facit id, quod dicit Bald. in l. falsus. in x.
col. C. de furt. vbi dicit, φ licet in priuilegio inspicietur
tēpus datæ, quo ad nunciationē gratiæ, tamen quo
ad eius executionē requiritur, quòd literæ exierint de
cancellaria: cum non contineāt in se actū perfectum
statim signata supplicatione. & pro hoc l. bene à Zenone.
& ibi Bal. in l. ij. lec. C. de quadri. præscrip. Idem
firmat Card. Flo. in proœ. Cle. §. nec sane. in Cle. j. §. j.
versi. ij. quarto. de priuilegiis. Tertiò adducitur,
supplicatio seu memoriale porrectū vel oblata Regi
fuit signatū vel signata per verbum futuri temporis,
videlicet per fiat, & supplicatū, φ assensus expediatur
in forma, tunc de vi sermonis requiritur actus secundum
eiusdē loquentis explicatus, & sic habet in se ipso
intrinsecus debitam substantiā, scilicet φ expediatur
assensus. Ista sunt verba assumpta ex Bal. in c. j. in finalibus
verbis, de his qui feu. dare pos. Idem Bal. in l. fin.
3 C. de commu. seruo manu. † Quartò allegatur id
quod dicit Ant. de But. in c. in nostra de rescript. vbi
dicit, φ si consideretur litera principis materialiter,
ipsa nō est titulus etiam remotus, sed probatio tituli,
sicut charta testamēti non est testamentū, sed probatio
testamēti. Si verò consideretur ipsa litera ratione
contēti intellectualiter, & tunc si princeps facit gratiam
in forma literarū, & in qua cōmuni stylo literæ
effici solēt, dicit ipse, credo, quòd scriptura sit de esse,
& tunc effectiuè litera est titulus. de esse enim gratiæ
est litera, ex quo sic se habet stylus: vnde nō valet gratiā,
nisi adsit scriptura. vt not. gl. de censi. cap. j. lib. vj.
Alex. in l. contrahitur. ff. de pign. & hæc procedunt tenendo
id, quod curiales tenent, quòd literæ sunt de
substantia gratiæ. de quo latè per Archidi. & Io. And.
in dicto procemio. libri vj. vbi allegat multa bona iura
pro ista parte: quem refert Dominicus de sancto
Gemi. ibi, & per glo. in constitu. Regni, si dubitatio.
Quintò allegatur quod dicit Bald. concludendo in l.
si qua per calumniā. C. de episc. & cle. & in l. humanum.
4 C. de legib. † vbi voluit, quòd ad effectū gratiæ principis
non requiritur scriptura, sed ad eius probationem
sic, vnde si Papa interim moritur antequā literæ
fierent, non expirat gratia, sed debent de illa gratia
expediri literæ sub bulla successoria, faciendo mentionem
de gratia facta per prædecessorē. ergo si literæ
non expediātur per successorē, illa gratia non probatur
per illā signaturā. Sextò stylus Regiæ curiæ est,
quòd assensus Regij fiant cū sigillo magno Regis, &
stylus cancellariæ Regiæ habet vim legis: quia dicit
Card. in Flo. in Cle. sæpe. §. & quia. de verbo. significa.
quòd longæuus vsus causarū potest allegari pro iure,
siue tendat ad litem ordinandā, siue decidenda. vnde
lex appellat stylum vsum Imperatoris: vt in l. iij. in fi.
ff. de supel. lega. Et propterea actus principis, non dicitur
consuetudo, sed stylus: vt dicit Alberic. de Rosa.
in l. de quibus. cn. xlvj. ff. de legibus. Innoc. & Abb. in
cap. bone. el ij. de postu. præla. glo. est in l. circa. ff. de
probatio. & Rota in antiquis, 10 titulo, de consuetud.
fol. xiij. & nota. Cyn. & Bal. in l. ij. C. quæ sit lōga consue.
& Card. Floren. in c. fin. v. col. de consuetu. & de
effectu † & potentia styli principis, multa cumulat 5
Fely. in cap. ij. de rescript. Sed Regij assensus expediti
perficiat, de stylo est, quòd expediantur literæ cùm sigillo
magno Regis: ergo omissio styli prædicti facit,
quòd non probatur assensus per dictam signaturam
Regiam, nisi ad effectū, vt expediantur literæ in forma
cancellariæ. Ad hoc accedant omnia illa, quæ allegat
Lucas de Penna in l. vnicuique. C. de proxi. sacro.
scrini. in iij. col. lib. xij. dum probat, quòd nihil de
solennibus est omittendū, maximè quæ sunt consuetudinis:
iuxta not. in l. semper. ff. de reg. iur. cū concor.

In contrariū adducitur id, quod dicit Pau. de Cast.
in l. j. C. vt lit. penden. vbi dicit, quòd rescriptū habet
vim à tempore signaturæ supplicationis, licet ex post
literæ expediantur. & hoc in gratiosis: per c. tibi qui
de rescrip. lib. vj. Secūdò adducitur authoritas Angel.
in l. j. in fi. C. de senten. passis. vbi dicit. nam hic videtur
casus. quòd priuilegiū principis non sit necesse,
quod redigatur in scripturā, eodem modo nec Papæ,
& pro hoc videtur mihi, quòd sit casus in Clem. j. de
sepult. Et ideò si Papa cōcessit ecclesiæ sanctæ Mariæ
Angelorū, & Beato Francisco de Assisio, & etiam ecclesiæ
beati Dominici de Perusio illā indulgentiam,
quæ ita notoriè proclamatur in Calēdis Augusti, sufficit:
licet priuilegiū nō appareat in scriptis. † Ter- 6
tiò adducitur. c. Regni, quòd incipit, detestātes. quòd
dicta, quòd iudices debeant iudicare sola veritate inspecta,
secundùm veritatem princeps suum præstitit
assensum, per verbū, fiat, φ verbum, fiat, importat de
præsenti & non de futuro, id est, φ nunc assentimus:
vt voluit Ioan. Calde. in c. quisquis. de elect. & illud
dictum refert Feli. in c. j. de constitutioni. & per consequens
nullus debet dicere, φ princeps non assensit
pro eo, quia eius assensus non est sigillatus: quia nullus
regalem sensum debet contēnere. dicit tex. in l. fin. C.
de legibus. & in l. ij. C. de crimi. sacrilegij. & si opponatur
de stylo, replicatur de veritate, quæ vincit stylū.
c. veritati. viij. disti. † Veritas enim est res solidissima 7
& murus inexpugnabilis: vt dicitur in ij. lib. Esdræ. c.
iij. & sic not. Bal. in c. licet, de probatio. inde Isidorus
de summo bono ita exclamat, O quàm magna est vis
veritatis, quæ omnia ingenia, astucias, & calliditates
superat, quæ cētera ficta simulataq; figmenta seipsam
defendit, quæ denique post Deum colenda est: quia
proxima Deo est. Imò Deus est via, veritas, & vita. Et
quia dicebat Bald. in c. licet causam. in v. charta. de
probatio. quòd qui confidit in veritate, non vadit per
mēdicata suffragia, sed festinat, vt veritas inquiratur.

Fuit

Fuit per directos commissarios veritas reperta, quòd
memoriale illud fuit verè per Regem expeditum, per
8 fiat, ex certa scientia, scilicet Regis,† quæ certa sciẽtia
principis potest etiã probari per testes: secũdùm Bal.
in c. j. in prin. per quos fiat inuesti. & not. And. de Iser.
in constit. Regni, dignum. de iure cur. obseruando.
Et pro hoc est vna optima & singularis decisio Rotæ
cccxxxij. quæ incip. licet Romana curia. de quo dixi
post Bal. in c. j. §. sed & res. per quos fiat inuestitura. Et
sic assensus potuit probari per testes, secundũ And. in
c. j. de prohi. feudi. ali. Lotha. & Lucã de Penna in l. si
quos. in verbo, consensum. de decurio. lib. x. igitur dicta
reuocatio fieri nõ potuit. Quartò, pro hoc allega-
tur glo. Io. An. in Cle. dudum. §. nos etenim. in verbo,
verbo. de sepul. vbi dicit, quod ibi videtur casus expres-
9 sus, † quòd priuilegiũ vel gratia Apostolica valet, de
qua cõstat, licet scriptura super ea cõfecta non sit. al-
legat gl. xxv. q. ij. c. institutionis. quæ vult, quod princeps
sine scripto dat, priuilegiũ. Quintò, adducitur au-
thoritas Inn. in c. constitutus. in verbo iuramentò. de
rescrip. qui dicit, quòd exceptio, quod in rescripto nõ est
facta mẽtio, quòd canonici iurauerunt non recipere
canonicũ vltra numerũ, semper potest opponi vsque
ad diffinitiuã sententiã, tanquam verè peremptoria:
quia hæc exceptio non afficit literas. sed gratiã Papæ,
quæ potest fieri sine literis. Patet ergo, quòd princeps
potest facere gratiã, & valet gratia etiam sine literis.
10 Sextò adducitur, † si de iure credendũ est vnicuiq;
de arte sua: vt l. distinct. cap. vt constitueretur. nam &
notario creditur de suo officio. C. de falsis. l. si quis de-
curio. & not. Inno. in c. cùm in iure. in gl. hoc videre.
de offic. deleg. & plenè per Bart. in proœ. ff. Veteris, in
iij. col. & And. in const. Regni, terminũ vitæ. & plenè
per Alexã. ix. distin. c. vt veterum. Lucas de Penna in
l. curiosi. C. de curiosis. lib. xij. Bald. in l. compensatio-
ne. de fide instrumen. in vj. col. & Alex. in j. vol. consi.
xv. & in ij. vol. consi. j. & consi. cvij. & in iij. vol. consi.
cxvij. & in iiij. vol. consi. lv. & Bar. in l. j. §. si. ff. de ven-
tre inspi. cum concor. quæ ibi allegãtur. Quintò ma-
gis credendũ est scripturæ principis asserentis in me-
moriali per verbum, fiat, quando cõstat, quòd illa est
11 scriptura principis: † cùm & legato principis sine li-
teris legationis credi debet, vbi ipse est vir magnæ
virtutis. xcvij. distin. cap. nobilissimus. Igitur maiori
ratione credendum est scripturæ principis asserentis
per verbum, fiat, in memoriali super assensu eiusdem
Regis impetrando. Quare fuit votatum & senten-
tiatum per Regiam maiestatem Regis Ferdinãdi pri-
mi, dictam reuocationem fieri non potuisse post me-
moriale signatũ per Regem super alienatione castri
per verbum fiat, licet adhuc non fuerit sigillatum, ex
quo constabat de veritate, quòd dictus Rex assensit
dictæ alienationi per scripturam suam, fiat. Nec
obstant in contrarium allegata: quia habent locum
in alia materia, quã in materia assensus Regij, qui nõ
requirit scripturam, sicut requirit scripturam eius
priuilegium. Hæc sunt digna memoriæ commendan-
da: quia fortè quilibet diceret contrariũ prima facie.

ADDITIO.

a *Verbum fiat*. Et quòd gratia dicitur perfecta ex so-
lo verbo, fiat, not. Bal. in l. fi. in princip. C. de commu.
seruo manumi. & in l. fi. ij. col. versic. & ideo fuit q. C.
senten. resc in. non posse. facit quod not. Bald. in l. hu-
manũ. in fi. C. de leg. & cõsuluit Decius in consi. lxxv.
incipiente, in causa falsitatis. vij. col. Thomas Gram.

DECISIO CCLIIII.

De communione nulla propter defectum Regij assensus.

SVMMARIVM.

1 *Communio inter duas ciuitates sine Regio consensu præscribi an possit longissimo tempore.*
2 *Feudum inter priuatos, vt feudum an præscribatur longissimo tempore.*
Præscriptio longissima omnem tollit actionem.
3 *Præscriptionis patientia alienationis est species.*
4 *Feudi pars nullo tempore præscribi potest.*
Possessio immemorialis vim Regij assensus & priuilegij habet.
5 *Clausula nulla præscriptione obstante, non excludit præscriptionem immemorialem.*

SÆpe fuit iste casus in sacro Consilio, quòd
inter duo castra, vel inter duas ciuitates est
contracta communio super aquis, herbis
& pascuis & lignis, & in tali communione
non interuenit assensus Regius, & sic communiter
vixerunt per lxxx. annos: † Demum vna pars non 1
vult stare in dicta communione, & altera pars vult
stare in communione. Vtrum ex possessione lxxx.
annorum sit quæsitum ei aliquod ius super dicta com-
munione. In isto Regno est declaratio Reginæ
Ioannæ secundæ, quæ incipit, pondus æquũ &c. Quæ
dicit, quòd talis communio continet speciem aliena- 3
tionis, quæ in feudalibus absque superioris licẽtia est
penitus interdicta, & ideò talis communio non valet.
Fuit dubitatum, verum per præscriptionem præ-
dictam longissimã allegato solum assensu dicta com-
munio dicatur præscripta & nõ possit rumpi? Di-
cebant quidam doctores de Consilio Regio, quod tex. in
cap. j. §. præterea. de cap. Corradi, qui dicit, nulla præ-
scriptione obstãte. intelligitur de præscriptione lon-
gi temporis, non de longissima, † quia feudum inter 2
priuatos vt feudũ potest præscribi præscriptione lon-
gissima: quia per eam omnis tollitur actio. l. sicut. C.
de præscrip. xxx. annorum, ne dominia rerum sint sub
incerto. & ita tenet glo. in d. §. præterea. quam sequun-
tur Bal. & Iaco. de Bel. & pro hoc facit cap. si quis per
xxx. si de feu. fuerit controuersi. Et hanc opinionem
firmant Iac. Aluerotti, & Mart. de Laude, & præposi-
tus in d. §. præterea. & pro hoc Andr. in cap. j. §. illud
de prohib. feu. ali. per Federic. Sed illi non viderunt
Andr. in d. §. præterea. qui dicit, quod nulla præscriptio
etiam lõgissima habet locum in feudis contra domi-
nũ. hæc opinio approbatur in summa Iacobi de Ardi.
in rubri. Vtrum currat præscriptio in feudis: & hoc
probatur per tex. in l. Imperialem. quæ dicit, quod nullo
tempore præscribitur feudum: quia sicut vasallus pro-
hibetur alienare feudum, † ita videtur prohibitus pati 3
præscriptionem, cùm in fraudem domini videatur
fieri. l. alienationis verbo. ff. de verborum significat.
Et dicit, quòd propterea emanauit cõstitutio Regni,
consuetudinem, de præscriptionibus, quæ dicit, quòd
omnis præscriptio est sublata contra dominum Re-
gem in feudis nisi centenaria, & pro hoc facit quod
dicit Bart. in l. cùm satis. C. de agri. & censi. lib. xj. vbi
dicit, quod illud verbum, nulla præscriptione obstante,
comprehendit etiam præscriptionẽ xxx. vel xl. anno.
Alij dicebant, quòd prima opinio glo. quam secuti



IN causa inter Lisam sororẽ quondam Be-
rardinæ relictæ quondã Francisci filij do.
Gabrielis Pagensis de ciuitate Auersæ ex
vna, & do. Gabrielem prædictũ ex altera,
1 Fuit dubitatum. † Vtrum si dos promissa viro incerto
tempore solui, nõ fuit soluta, si quarta promissa con-
stitui per mortẽ viri vxore superstite sit debita vxori,
a vel solùm pro rata dotiũ solutarum. [a] Iura apertè
dicunt, ꝙ si vxor differt dotem soluere, non meretur
donationem propter nuptias: vt in auth. dos data. C.
de donat. ante nup. & hoc verum, quãdo antiphatum
seu donatio propter nuptias fuit promissum, vel pro-
missa seu constitutũ vel cõstituta, aliàs si non est pro-
missum, vel non constitutum, non debetur, si non fuit
petitum constante matrimonio cõstitui soluta dote:
vt dicit glo. in d. auth. dos data. cõmuniter approbata
per doc. ibi. & tenet glo. Neapo. in consuetu. Neapol.
quæ incipit, quartã autem. in verbo. constitutam. &
videtur tex. in l. si intra illum diẽ. & ibi Bar. ff. de pact.
& Aug. in auth. de æqua. do. in princ. & Inno. & Abb.
Sic. in c. donat. de do. inter vir. & vxo. & Ang. in auth.
2 de non eli. secundo nu. §. fi. † Patet ergo, ꝙ antipha-
tum promissum vel constitutũ tunc est debitũ vxori
per mortẽ viri, quando dos fuit soluta: ita etiam dicit
gl. in auth. de æqualitate dotis. §. hoc igitur. in verbo.
virũ. vbi dicit, ꝙ si dotem promissam vxor nõ dedit,
nihil ex pacto lucratur. Si verò partẽ dotis soluit, pro
partẽ lucratur donationẽ propter nuptias. text. est in.
§. illud quoque. in auth. de non eligen. secũdò. nuben.
& ibi Angel. & C. de pact. dot. l. ex morte. Sed si nulla
dos fuit promissa nec data, tũc antiphatũ promissum
vel constitutũ lucratur vxor: vt dicit gl. in l. lege Leo-
3 nis. C. de pactis dota. † quia matrimonium potest esse
sine dote. ff. de relig. l. quod si nulla. cum præceden. Et
pro ista decisione fuit ostensa quędã apostilla domini
Barthol. de Capua in c. Regni, quòd incipit, dotariũ.
Et pro registro dictam apostillam seu gl. de verbo ad
verbũ ponam. Intelligas hoc c. quando dos nõ fuit
data nec promissa: tunc enim lucrifacit mulier dota-
rium seu donationẽ propter nuptias, etiam si nullam
dotem dedit. sic no. C. de pac. dota. l. lege Leonis. in gl.
quæ incipit, quid si in dotem nihil pactus est &c. per
quam legem veterẽ determinatur nouũ capitulũ seu
const. ff. de leg. sed & posteriores. potest enim esse ma-
trimoniũ sine dote. ff. de reli. l. ꝙ si nulla. cum ll. præ-
ceden. C. de dona. propter nup. l. fi. circa prin. Sed vbi
dos promittitur, & de ea nihil datur, nõ lucrifacit ali-
quid mulier de dotario seu tertiaria, vel donatione
4 propter nuptias. † Itẽ si minus soluit mulier quàm
promisit in dotem pro quãtitate quam soluit, lucrari
facit dotarium seu tertiariã vel donationem propter
nuptias & non vltrà: vt in auth. de non elig. secundò
nup. §. fi. quę signatur. C. de pactis dot. l. ex morte. in fi.
Et sic vidimus de facto pronũciari in cõflictu sapien-
tum. Istorũ autem diuersitatis ratio patet apertè: quia
quando fit matrimoniũ nulla dote promissa per mu-
lierẽ, quod plerunque fit contracto matrimonio sine
dote, vt in dictis ll. ꝙ si nulla. cum ll. præcedẽtibus, &
maritus promittit dotariũ seu tertiariã, talis promis-
sio dotarij nõ respicit dotem, cùm nulla est promissa,
sic intellige dictã l. lege Leonis. Sed vbi dos promitti-
tur per mulierẽ & dotarium seu tertiaria per virum,
talis promissio dotis respicit dotariũ seu tertiariam:
5 † quia dos data donationẽ propter nuptias meretur.
C. de donat. propter nup. ex auth. dos data. & promissio
dotarij seu tertiariæ respicit dotem, vnde dote defi-
ciente in toto vel in parte debet deficere solutio do-
tarij seu tertiariæ pro modo seu quantitate non solutæ
dotis. arg. l. morte. præallega. Et per ista iura fuit
votatum per omnes Consiliarios, ꝙ ex quo dos prõ-
missa solui in tempore statuto non fuit soluta, & post
morã vxoris in soluẽda dote maritus mortuus fuit, ꝙ
pro rata dotis solutæ soluatur dicta quarta, & si nihil
sit solutum de dote, nihil soluatur de antiphato seu
quarta. Vide decisionem. 37. suprà.

ADDITIO.

a *Solu. earum.* Vide infrà in decis. cccxxxiij. vbi lo-
quitur dum adhuc non venit tempus soluẽdi dotem:
nam eo casu debetur totum antiphatum. Tho. Gram.

DECISIO CCXLIII.

De suffeudo vendito cum baronis assensu & non Regis.

SVMMARIVM.

1 *Suffeudum cum consensu baronis & non Regis venditum, an valeat.*
2 *Feudum de tabula per consuetudinem.*
Neapo. assensu baronis contentatur in alienatione:
3 *Assensus baronis in alienatione feudi interuentus an legitimè probetur per testes sine scriptura.*
4 *Gratia principis scripturam videtur exigere.*
5 *Stylus curiæ Neapolitanæ super processibus præsentatis ante pronunciationem appellationis desertæ.*

NArdus Cocus emit medietatẽ cuiusdam
suffeudi plani & de tabula à Suprano de
Lagenissa cum cõsensu domini Francisci
de Lagonissa domini castri sancti Marti-
ni cũ assensu dicti Francisci directi domini dicti suf-
feudi publico instrumento mediante, vbi est preca-
rium &c. Et omnes clausulæ cõsuetæ & iuramentum.
Et per aliud instrumentũ dictus Nardus locauit dicto
Suprano dictã medietatẽ feudi pro certis annis pro
certa quãtitate victualium, & pro primo anno dictus
Supranus pro dicto afflictu soluit dictam quantitatẽ
victualiũ dicto Nardo. Demũ sequenti anno nõ soluit
dictum affictum. Et sic Nardus vocari fecit in magna
curia Vicariæ dictum Supranum agendo petitorio &
possessorio, & seruatis de iure seruãdis fuit condẽna-
tus Supranus ad restitutionem dictæ medietatis fundi
cum fructibus. Procurator Francisci prædicti ap-
pellauit ad sacrũ Consiliũ pro dicto suprano. Et causa
introducta in sacro Consil. & conclusio, de tribus fuit
excitatum principaliter. † Et primò, Vtrum dicta 1
emptio sit valida, ex quo nõ interuenit Regius assen-
sus, sed solũ assensus baronis probatus per testes. Illã
quæstionem ego plenè examinaui in l. Imperialem. in
princ. in vj. q. de proh. feudi ali. per Fed. ideo non me
extendo: sed solũ referã quid fuit decisum per sacrum
Consiliũ. Fuit igitur decisum, ꝙ si alienatur feudũ
planum, & de tabula quod dicitur Excandeciale, vel
Actenesia, vel feudum rusticum solitum concedi per
baronem: vt dicitur in constit. Regni, constitutione
diuæ memoriæ. in ista alienatione sufficit, quòd in-
terueniat cõsensus ipsius baronis, & iste est sensus gl.
in dicta cõstitutione, consti. diuæ memoriæ. in verbo
licentia, & dicit And. de Iser. in d. l. Imperialem. quòd
ita vtimur in Regno: licet postea dicat, ꝙ verius est,
ꝙ requiratur consensus vtriusque, scilicet Regis &
baronis

baronis in alienatione feudi quaternati & non quaternati, & hoc sentit etiam in dicta consti. cõstitutionem.
3 † tamẽ de generali cõsuetudine regni in istis feudis de tabula semper fuit obseruatũ, ꝙ sufficiat consensus Baronis: nam in istis feudis nõ quaternatis, sed de tabula nõ habet locũ dicta constitutio, consti. diuæ memoriæ: vt dicit glo. in d. constit. in verbo, magistri iustitiarij. Et ex hoc inferebãt alij. do. de Consi. ꝙ dicta constit. constitutionẽ, quæ permittit alienantis sine cõsensu Regis feudũ iure proprio reuocare, non habet locum, nisi in alienatione feudi quaternati, vel in feudis, in quibus Rex debet cõsentire: sed vbi Rex non habet consentire, sicut est in istis feudis rusticis: planis & de tabula, tunc non licet alienanti iure proprio reuocare: quia nõ reperitur iure cautũ, vt in istis feudis quãdo alienãtur sine cõsensu Regia, liceat iure proprio reuocare, ex quo valet contractus, si cõsensus Baronis interuenit, & pro ista decisione est capitulũ Papæ Honorij, quod incipit si cõtingat sub feudatarum. & dicebãt antiqui doc. Cõsiliarij, ꝙ ita semper fuit interpretata dicta constit. constitutionem. Et sic fuit votatum per Consil. ꝙ sufficiat cõsensus Baronis in alienatione feudi plani & de tabula, nec licet reuocare alienationẽ, ex eo ꝙ non interuenit consensus Regius.
3 † Secundò dubitatur, an iste assensus Baronis sit legitimè probatus per testes, vel debeat in scriptis probari. Et fuit conclusum, ꝙ sufficit probare assensum Baronis per testes. Et ita firmant glo. Andr. & cõmuniter doctores in c. j. in glo. iiij. de prohi. feu. ali. per Lothariũ. Et licet And. teneat idẽ in cõnsensu Regis, tamẽ mihi cõtrariũ fuit visum: vt patet ex scriptis
4 meis in d. c. j. super gl. iiij. † quia omnis gratia principis videtur fieri hoc acto, vt inde cõficiatur scriptura. secundũ Bal. in c. j. ij. col. per quos fiat inuesti. Idẽ Dominicus post alios in proœmio Sexti & Feli. in rub. de const. & gl. idẽ tenet in cõsti. Regni, si dubitatio, tamen quia casus iste non fuit necessariò tunc decidendus, non fuit tunc votatũ vtrum assensus Regis possit probari per testes: licet secundum And. in loco præalleg. dicatur ꝙ sic. Tertiò dubitatur. Ecce cõsti. Regni, appellationum tẽpora. expressè dicit, ꝙ à die appellationis, processus debeat præsentari corã iudice ad quem, & responsum recipere intra quinquaginta dies, aliàs habetur ac si nõ appellasset. & hæc cõstitutio per nouã pragmaticã Regis Ferdinandi primi habet locũ etiam in sacro Cõsilio. Modò quæritur, præsentatus est processus per appellationẽ in sacro Consilio post quinquaginta dies: pars instãt, ꝙ pronuncietur, ꝙ appellatio sit deserta.
5 † Fuit in consilio seruatũ, prout de isto stylo capta fuit informatio, ꝙ si antequã pronuncietur, ꝙ appellatio sit deserta, processus reperitur præsentatus in sacro Consilio, stylus est, quòd videatur processus, ex eisdem actis, & iudicetur prout iustitia suadebat, an bene vel male fuit iudicatum.

DECISIO CCXLIIII.

De legato relicto sancto debito ecclesiis eorum.

SVMMARIVM.

1 *Legatum relictum sanctis an debeatur ecclesiæ, in qua sunt eorum reliquiæ, vel ecclesiis illis dedicatis. n. 2. 5.*
Dictio alijs est implicatiua similium, & ponitur inter eiusdem qualitatis facta, & improprianur.
Mulieres plerumque impropriè loquuntur.
3 *Legata fiunt ecclesijs sanctorum, & non sanctis qui sunt in cœlo.*
Legata sanctis facta conducunt saluti animarum.
4 *Iudex gratificandi potestatem in quibus habeat, remissiue.*

Illustrissimus Alphõsus primogenitus Regis Ferdinandi primi dux Calabriæ voluit intelligere à me & à doctoribus sacri Cõsil. votum in isto dubio, videlicet, Illustrissima ducissa Calabriæ eius vxor in testamẽto legauit ecclesiæ sancti Ianuarij certam pecuniæ quãtitatem & ecclesiæ scilicet Arpini, & aliis sanctis patronis Neap. Et est sciẽdum ꝙ in eccle. scilicet Ianuarij sunt illij. corpora sanctorũ patronorum Neapo. item sunt in ciuitate Neap. eccle. sub nomine dictorum sanct. patro. Neap. † Quæritur, an dictũ legatũ debeatur 1
sanctis prædictis existentibus intus maiorem eccle. Neap. vel eccle. sub nomine dictorũ sanctorũ existẽtium in ciuitate Neapo. Ad præsens dubiũ sic fuit responsum, ꝙ illa dictio, aliis sanctis, posita in dicto legato est implicatiua similiũ: vt dixit Abb. Sic. in c. sedes. de rescri. vbi dicit, ꝙ dictio aliis, facit positionẽ eiusdem qualitatis, quando ponitur inter ea, quæ sunt eiusdẽ rationis. allegat no. in l. quidam relegatus ff. de rebus dubiis. Idẽ Abb. hoc voluit in c. officij. in ij. not. de pœni. & remis. & in c. mulieres. in princ. de senten. excom. hinc dicit Ang. in consil. lxxxiij. incipi. subtiliter & ulleganter &c. ꝙ dictio ista, aliis, implicatiua est de sui natura. † Et sic cum dicta testatrix primò 2
legauit ecclesiis, & postea dixit, aliis sanctis, intelligitur ecclesiis dictorũ sanctorũ. Accedat ad hoc glossa cõmuniter ponderata per doctores in l. si fugitiui. in verbo, alia pœna. C. de seruis fugitiuis. vbi in verbo, alia; subauditur similis: quia hæc dictio implicat, vt dicit Cyn. in auth. sed neque C. de episc. & cler. & C. quomodo & quando iudex, auth. qui semel: in glo. in verbo, aliud. Nec debet esse in cõsideratione, ꝙ testatrix dixit, aliis sanctis, & nõ dixit, ecclesiis dictorum sanctorũ: quia secundũ vulgarẽ vsum loquendi fœminarũ, cũ volunt nominare ecclesias, nominãt sanctos, verbi gratia: cum vult nominare ecclesiã sancti Petri martyris, dicit lego sancto Petro martyri, intelligitur de ecclesia sancti Petri martyris: † quia legata fiũt 3
ecclesiis sanctorũ, & non sanctis, qui sunt in cœlo. Et propterea dicit tex. ꝙ legata, quæ fiunt sanctis, proficiunt ad salutem animarũ: vt in c. iniustum. de rerum permut. not. in c. requisiti. de test. de pœni. dist. j. c. quamobrẽ. xiij. q. ij. c. animæ defunctorũ. Et ideo quãdo legatur alicui sancto, debetur legatũ ecclesiæ illius sancti: vt not. in l. ij. ff. de rebus dubiis. Bene fatendum est, ꝙ si non essent ecclesiæ in ciuitate Neapo. sub nomine sanctorũ patronorũ ciuitatis eiusdẽ: & corpora illorum sanctorũ essent in maiori ecclesia Neapolitana, dicta legata venissent soluenda dictæ maiori ecclesiæ Neapolitanæ: quia tunc illa dictio, aliis, impropriaretur: vt dicit gl. in auth. ex testamẽto. C. de colla.
† vt cum dicitur Christus est crucifixus, & alij duo latrones: vt dicit Spec. in tit. de sponsa. in prin. & Albe. de Rosa in l. non solum. §. quæritur. ff. de procur. Et si essent plures ecclesiæ dictorũ sanctorum, legatum deberetur pauperiori: & si essent pares in paupertate, Episcopus posset gratificari: vt dicit Hostien. in sum. de testamẽtis. §. si. & Spec. in tit. de inst. edi. §. xiij. versi. quid si quis. & not. in auth. de eccle. titu. §. si quis 4

in nomine. in multis enim iudex habet potestatē gratificandi: de quibus per Ludo. in l. j. §. si cum omnes. ad Sylla. & Bald. in l. adoptione. C. de adopti. & not. in l. per agrum. ver. in his. C. de serui. & aqua. & in c. venerabilem. in §. obiectioni. de elec. & in c. quòd autē de iure patro. & in l. fi. ff. de religio. Bar. in l. hoc articulo. ff. de hære. instit. & in multis aliis legibus, quæ omitto breuitatis causa. Quare cōcluditur, quòd legata facta dictis sanctis patronis, debentur ecclesiis sub nomine dictorum sanctorum patronorū existentibus in dicta ciuitate, & non maiori ecclesiæ, vbi sunt corpora di-
5 ctorum sanctorum: † quia legatum factum Deo vel sanctis, intelligitur factum ecclesiæ, secundum Bart. in l. j. §. ad municipium. ff. ad l. Fal. per text. in authen. de eccle. titul. §. si quis in nomine magni Dei. & ita postea fuit factum & executum.

DECISIO CCXLV.

De instrumentorum cautela & fide.

SVMMARIVM.

1 *Instrumētum temporis immemorialis an faciat fidem stante negatione, maximè factum per notarium Apostolicum de rebus ad ecclesiam spectantibus.*
2 *Iudex ad contractus non requiritur.*
3 *Notarius instrumenti antiquissimi non meretur probationem notariatus.*
Præsumptio ex actis antiquis oritur.
Sententia antiqua facit præsumptionem sine productione actorum.
4 *Factum antiquissimum ex quo tempore dicatur.*
Verba enunciatiua in antiquis probant.
5 *Notarium fuisse in quasi possessione notariatus, an sufficiat pro instrumentorum robore.*
6 *Nomen pluribus congruens oportet exponi cum duabus qualitatibus.*
7 *Notarius non potest facere instrumentum, nisi de his quæ coram se gesta sint.*
8 *Notarius de actibus iudiciariis scribere non potest sine iudicis mandato nec defectu iuramentum prestem.*
Confessio facta in absentia iudicis non potest dici facta in figura iudicii.
Notarius non requisitus per partem, instrumentum sumere non potest.
9 *Notario afferenti se rogatum credendum est.*
10 *Citatio debet antecedere instantiam procedendi partis.*
Citatio est solēmnitas iuris naturalis, quæ omitti nō potest.
Sindicatus capituli ecclesiæ quando scalere debeat.
11 *Confessio non præiudicat nisi confitenti.*
Confessio prælati sine capitulo quando noceat ecclesiæ.
12 *Inuentarium temporis antiquissimi præsumptionem inducit.*
13 *Iure petenti executionē alicuius decreti, vel iudici implorandi iudicis officium nobile quādo tēpore præscribatur.*

MAgnifici nobiles sedilis montaneæ ciuitatis Neapolis egerunt in sacro Cōsilio contra ciues de platea Forcellæ stauritarios staurite sancti Arpini de dicta Platea Forcellæ super eo, videlicet, quòd ipsi magnifici nobiles prætendunt, quòd in gubernatione dictæ stauritæ debeat creari vnus nobilis stauritarius de sedili prædicto eligendus per sex dicti sedilis, qui debet gubernare dictā stauritam cum aliis quatuor stauritariis, qui creantur per homines dictæ plateæ Forcellæ, & quòd illi quatuor nihil possint facere sine illo quinto nobili, & illi quatuor stauritarij habeant ponere rationem dicto nobili de gestis per eos pro dicta staurita. Illi stauritarij dato termino ad probandū & defendendum, dicunt; quòd dicta staurita sancti Arpini semper a tēto tēpore, in cuius contrarium memoria hominū non existit, fuit recta & gubernata per quatuor stauritarios amouibiles per annū per homines dictæ Plateæ Forcellæ, & nunquàm fuit à sex dictis sedilis Montaneæ creatus & electus dictus quintus stauritarius cum dictis quatuor stauritariis: & hoc fuit bene probatum.

† Pro parte dictorū nobilium nihil sufficiens fuit probatū per testes, sed solum fuit præsentatum vnum instrumentum, quod fuit factum sunt anni lxxx. per vnum assertū notarium Dionysiū de Acerris, qui asseritur, quòd erat notarius Apostolicus, qui dicit, quòd ipse attestatur, quòd quidā pauci de Platea Forcellæ dixerunt coram Reuerēn. quondā Archiepiscopi Neapolita. & quondā asserto commissario Apostolico, quòd ipsi viderunt quoddā instrumentum, quomodo dicta staurita fuit fundata & dotata per nobiles sedilis Montaneæ. Et deinde subiungit, quòd ipse attestatur ex parte dicti reuerendissimi Archiepiscopi & commissarij in præsentia quondā serenissimæ Reginæ Ioannæ, quòd in gubernatione dictæ stauritæ debeant quatuor ab hominibus dictæ Plateæ deputari, & vnus nobilis de dicto sedili, à sex sedilis prædictis: & omni anno debeāt ponere computum vni nobili à sex sedilia prædicti ordinando, facta conclusione in causa prædicta. Fuit de duobus dubitatū. Et primò, vtrum dictū instrumentum faciat fidem stante negatione procuratoris hominū dictæ plateæ, quòd illud nō est in instrumentum publicū. Et quādo esset, vtrum præiudicet hominibus dictæ Plateæ. Secundo posito, quòd fidē faceret, vtrū contra dictum instrumentū pro parte hominū Plateæ Forcellæ sit præscriptū. † Ad primum 2 dubium dicebatur pro parte dictorū magnificorum nobiliū, quòd dictum instrumentū, ex quo est factū per notariū Apostolicum de rebus spectantibus ad ecclesiam, licet ibi non interuenit iudex ad cōtractus, nec testes sint subscripti iuxta cōsti. Regni, instrumētorū robur. valet & tenet: tum quia de iure communi non requiritur iudex ad cōtractus, nec subscriptio testiū, vt aliàs dictū est: tū quia notarius Apostolicus potest de rebus ecclesiæ facere instrumētum in Regno: quia sic est consuetū. mod Lucas de Pēna tenet, quòd etiam in prophanis in l. fi. in ult. q. C. de loca. prædio. ciuili. lib. xj. Sed eius opinio in hoc non tenetur; sed opinio contraria. And. in d. cōstitutione, instrumentorū ro-
3 biret: tum quia dictum instrumentū est antiquū: quo casu voluit Bal. in auth. quas actiones. in fi. C. de sacr. sanct. eccle. quòd in instrumentis antiquissimis non expedit probare, quòd notarius, qui scripsit fuit notarius: quia ex ipso actu sic antiquo oritur præsumptio: vt notat circa sententias veteres de vestigiis, idē dicit Bald. in l. Barbarius. ff. de offi. præto. si reperiuntur plura instrumenta. & idem Bald. in l. j. C. ad Macedo. & in l. j. v. col. C. de fideic. & Abb. Sicu. in c. j. de fide instrum. & Feli. in c. sicut. xviij. col. de re iudi. Si etiā statur, quòd præsumitur pro sententia antiqua sine productione actorū, & præsumitur etiā citatio, secundum Inno. in c. Albericus. de testi. & secundū Bal. in c. j. v. col. de multis, vala qui obtemtat est nisi altera pars neget, secundū Alex. in iij. vol. cōsi. ix. in fi. In contrarium dicebatur, quòd illud instrumentū non potest dici antiquissimum, ex

quo

4 quo nõ excedit metã centum annorũ: † tunc enim dicitur factũ antiquissimũ, quando excedit metam centum annorũ, secundũ Inno. in c. veniẽs. de testibus. & in c. quid per nouale. de verb. signi. & in Spec. de proba. §. j. ver. valet. & Ioã. de Imo. in l. ij. §. idem Labeo. ff. de aqua pluuia arcẽda. & in dictis instrumẽtis probantur ea, quæ ibi enuntiatiuè narrantur: vt dicunt Bal. & Salic. in l. cùm aliquis. de iure deliberã. & Alex. in iiij. vol. consil. xij. in fine. & consil. lxxv. incip. visis põderatis. Et ideò, vt tale instrumentũ antiquissimũ probet, debet coadiuuari istis probationibus, videlicet, quòd ille, qui scripsit dictum instrumentum, fuit notarius: vt dicunt doct. in cap. j. de fide instrumen. & Spec. in titu. de instru. edi. §. restat, versi. illud autẽ notandum. & ibi per Ioan. And. & Ioan. de Imo. in l. ad testamentum. §. j. ff. de testa. & Ang. in consi. cclxxiiij.

5 † vel quòd fuit in quasi possessione notarius, secundũ Bar. in d. l. Barbarius. Alberi. ibi. & Ang. in auth. de tabellio. §. j. & Ang. in l. j. ff. ad Maced. & Io. Fab. Insti. de testa. §. sed cũ alij iuris. & Ang. in consil. cxl. incipiente, quidã Matth. Inno. in cap. innotuit. de eo qui fur. ordinem suscepit, quod non fuit factũ in præsenti causa. Ideò tale instrumentũ nõ probat, maximè ꝙ dicitur, quòd dictum instrumentũ est factũ per manus notarij Dionysij de Seruo, quia de eo non habetur aliqua notitia, nec est notus per duas qualitates, videlicet per cognomẽ, prout de iure requiritur: vt in Specu. de instrumen. edi. §. breuiter. & Ang. in cõsi. cclxxiiij. inci-
6 piente, ex themate. † quia vbi nomen potest pluribus congruere, oportet illud exprimi cum duabus qualitatibus: vt dicitur in l. hac consultissima. C. qui testa. fac. possunt. & Bar. in l. demõstratio. falsa. ff. de conditio. & demonstratio. ibidẽ concordãtiæ. Sed posito, ꝙ dictũ instrumentũ esset verum. Vtrũ probet, quòd ea, quæ ibi enunciãtur, faciant probationẽ. pro parte dictorũ nobilium de Sedili Montaneæ dicebatur, ꝙ standum esse enuntiatiuis verbis dictis instrumenti. Ex quo dicta ecclesia sancti Arpini sita est in pertinẽtiis Sedilis Montaneæ, & staurita eius gubernãtur per laicorum personas Platearũ: vt dicit Neap. in consuetudine ciuitatis Neapo. quæ incipit, si ecclesiæ. in titulo de iure congrui, ideò quæ cõtinentur in dicto instrumento, habent concomitantiã secundùm cõsuetudinem ipsorum staurita rũ, nam sedile Nidi habet stauritam sanctæ Trinitatis, quæ ita est iuxta domũ quondam magnifici & excellentis domini Neardi de Afflicto legũ doctoris, Cãcellarij Regni Siciliæ, & post eã locũ tenentis magni Camerarij, & regitur & gu-
7 bernatur per nobiles sedilis Nidi. † Item quia assertio dicti notarij asserentis, ꝙ decretum fuit per archiepiscopũ Neapolitanũ, quòd in gubernatione ex stauritæ sancti Arpini debeat esse quintus nobilis de sedili Montaneæ &c. debet facere plenã fidem de dicto decreto, ex quo interuenit etiam consensus commissarij apostolici, vt ipse notarius assertus asseruit, argumẽto eorum, quæ dicit Bal. in l. omnium. C. de testamentis.

Sed profectò non est standum verbis dicti asserti notarij: quia notarius non potest facere instrumentũ, nisi de his, quæ corã se gesta sunt: vt dicit Bal. in rubri. C. de fide instrumentorũ, in v. & vj. col. & in l. cũ precibus. C. de probat. & Inn. in c. fraternitatis. de hæreticis. Sed iste assertus notarius attestatur, quòd quidã pauci de Platea Forcellæ dixerunt coram reuerendissimo Archiepiscopo & coram asserto commissario Apostolico, quòd ipsi viderunt quoddam instrumentum &c. & quòd ipse assertus notarius attestatur ex parte dicti reuerendissimi Archiepiscopi &c. & non dicit, quòd Archiepiscopus fuit præsens, & quòd dicta cõfessio fuit facta in præsentia domini Archiepiscopi, & sic iste notarius assertus nihil potuit scribere de istis actibus iudicialibus sine mandato iudicis; secundùm Bald. in l. j. viij. col. C. qui accusa. non possunt. & voluit do. Anton. de But. in c. cùm. j. col. de testibus. vbi
dixit, † quòd notarius non potest deferre iuramẽtum 8
in litẽ, nisi præsente iudice, & mandante, & tenet Feli. in c. quoniã contra, in vij. col. de proba. Imò dicta cõfessio duorũ de Platea Forcellæ facta corã dicto notario absente iudice cõtra dictos cõsentientes non faceret plenam probationẽ: secundũ Bal. in l. liberis. C. de liber. causa. & ideò non potest dici facta in figura iudicij, cùm non sit facta in præsentia iudicis: vt dicit Bald. in l. interrogata. co. tit. & Lucas de Penna in l. ij. C. de iure fis. lib. x. & Bal. in l. licet. C. qui accu. non pos. & in c. j. §. item si quis iurauerit. de pace iur. fir. Præterea, notarius non potest conficere instrumentũ de aliquo actu, nisi sit requisitus ab eo, cuius interest: vt dicit Bal. in rubr. C. de fi. instr. & in l. j. vlt. col. C. plus valere quod agi. per tex. in §. nos autẽ in auth. de tabellio. & Bal. in l. ij C. quando fiscus vel priua. & Bart. in aut. si quis in aliquo. C. de edendo. doc. in l. sciendum de
verb. obli. † & si diceret se rogatũ, staretur eius dicto 9
de rogitu: vt dicit Alex. in iij. vol. cõsil. cx. circa finem. & in consi. clij. incipien. videtur prima cõsideratione dicendum &c. dum allegat Inno. & alios in c. j. de fide instrumen. Sed iste Dionysius assertus notarius non dicit ab aliquo se rogatũ, vt de asserta confessione dictorũ duorũ de Platea Forcellæ conficiat instrumentum, ac de illa asserta ordinatione archiepiscopi Neapolitani, meritò nullã fidem facit dictũ instrumentũ.

Præterea, quando Archiepiscopus fuisset præsens in tali confessione duorum de staurita Forcellæ, non potuisset interponere tale decretum enuntiatum in dicto instrumento, non citatis ciuibus Plateæ Forcellæ, vel saltim stauritariis, ex quo in tali decreto requirebatur causæ cognitio, vt in l. fi. C. si per vim vel
alio modo. † Et vbi tractatur de præiudicio partis; 10
semper debet præcedere citatio. l. de vnoquoque. ff. de re iudicata: quæ quidẽ citatio est solẽnitas iuris naturalis, quę omitti non potest, iuxta notata in Clementina, pastoralis. de re iudicata. Nec illa confessio duorum de Platea Furcellæ poterat nocere toti Plateæ, quæ consistebat in vocibus vltra lx. per nota. per doctores in cap. quãto. de his quę fiunt à Præla. & not. Bar. in l. fi. C. de prædiis curiali. lib. x. vbi dicit, quòd si in instrumento dicatur, tales canonici cõstituunt talem syndicũ, non valet syndicatus, nisi dicatur, quòd constituentes faciebant maiorẽ partem capituli. Meritò confessio dictorũ duorũ de Plateæ Forcellæ non
potuit præiudicare toti stauritę. † ideò dicitur, ꝙ con- 11
fessio non præiudicat nisi inter confitentes. l. duobus. §. j. & ibi per Mod. Papien. ff. de iureiur. Benefacit id quod dicitur, quòd confessio prælati sine capitulo, non nocet ecclesiæ nisi habeat à capitulo mandatum litigandi: vt dicit glo. in c. dudum. de elec. & in cap. fi. de præscriptio. & ibi plenè per Abb. Sicu. & ibi concordantiæ. Et propterea concluditur, quòd cõfessio illorum duorum non præiudicat toti plateæ, per not. per Bal. in l. j. C. de confessis. cum concordantiis,

quæ ibi allegantur. Nec obstat, si dicatur, quòd in dicto instrumento enuntiatur illos duos esse staurita-rios: quia illa verba enuntiatiua non probarent illos esse staurita rios secũdùm communem conclusionem doctorum. in auth. si quis in aliquo documento. C. de edendo. & in c. cum in iure. de offi. delega. & in l. opti-mam, C. de cõtrahen. & cõmitten. stipul. nisi inter se, non autẽ in præiudiciũ absẽtiũ. Benefacit, id quod dicit Bar. in l. quòd si forte. ff. de castren. pecu. & Vitalis, in clausula, verba enuntiatiua, in contractibus. &
12 doct. in d. l. optimã. & ibi cõcordan. † Et tantò magis, quia illa cõfesio non est vera, cùm constet per inuentarium ecclesiæ & testes & antiquam famam, quòd dicta ecclesia est staurita dotata per homines Plateæ Forcellæ: quod inuentariũ excedit metã centũ annorum. & sic propterea præsumitur stãte dicta antiquissima scriptura. per iura suprà allegata. Et ex his cõcludebatur, quòd dictum instrumentũ nihil præiudicabat hominibus de Platea Forcellæ stauritariis sancti Arpini.

Et in hoc voto fuerũt omnes Cõsiliarij per supradicta iura, & alias rationes, quas omitto breuitatis causa.

Ad secundũm dubiũ breuiter fuit respõsum, quòd
a iuri petenti executionẽ decreti archiepiscopi Neapolitani contenti, vt asseritur in dicto instrumento, est præscriptũ spatio xxx. anno. per l. si. C. de præscrip. xxx. vel xl. anno. & not. Bald. in l. creditor. C. de pact.
13 Ioan. And. in tit. de execu. sententiæ. §. post me. † nam & tanto tẽpore præscribitur iuri implorandi iudicis offĩtiũ nobile: vt in l. sicut. cum ibi notatis. C. de præscrip. xxx. vel xl annorum. nota in c. in nostra. de procuratoribus. etiam si quid pro parte nobilium contra præscriptionẽ prędictã fuit allegatũ, fuit peremptum per interemptionem facti, ideò non oportet aliter in hoc insistere. Et ex his & aliis longissimis discussionibus adhibitis. Fuit conclusum & deliberatum per omnes dominos Consiliarios, quòd absoluãtur dicti homines de Platea Forcellæ ab impetitione prædicta dictorum Nobilium, sedilis Montaneæ, & sic lata fuit sententia.

ADDITIO.

a *Iuri petenti* Ius petendi executionem decreti seu sententiæ præscribitur spatio xxx. annorum, vide infrà in decis. cccxlv. Thomas Gram.

DECISIO CCXLVI.

De contractu meticuloso metu verberum inter virum & vxorem.

SVMMARIVM.

1 *Maritus est ignobilis, qui sine causa vxorem verberat.*
2 *Hæredes mulieris qui probant per testes maritum eam verberasse, an sufficienter probent.*
Instrumentum meticulosè factum, qualiter probetur.
3 *Verba quando probent contractum meticulosum. 4.*
4 *Intellectus ad c. causam matrimonij. de officio delegati.*

1 QVidam † maritus nobilis origine, sed non moribus, continuè suam vxorem nobilem verberabat secretè: tamen non poterat ita secretè verberare eam sine iusta causa, quòd vicini & consanguinei, & aliæ personæ non audirent voces vxoris, & percussiones, quas recipiebat à viro, non vidissent & audiuissent, tandẽ vna die in publico testimonio corã iudice notario & testibus in numero sufficienti dicta vxor & dictus vir venerunt ad quandam conuentionẽ, vt dictæ vxori præstentur alimenta annuatim vsque ad tantam summam, & hoc fuit in læsionẽ vxoris, & in dicto instrumẽto interuenerunt clausulæ consuetæ, & iuramẽtum. hæredes † mulieris a aguñt contra virum, dicendo, illud instrumentũ fuisse meticulosè factum: & probant per certos idoneos testes, quòd ante dictum contractum maritus verberauit vxorem: non tamen probatur, quòd ex dicta causa eam verberauit. Vtrum præsumantur dicta verbera esse facta pro dicto cõtractu faciendo. Aliqui nimium subtilizantes allegabant Inno. in c. accedens. de conuersi. coniugato. hoc modo. dicitur in d. c. accedens. quòd vir petebat ab vxore licentiam, vt potuisset intrare religionẽ. vxor propter verbera annuit votis mariti. nihil dicitur in tex. quòd verba fuerunt facta occasione, vt cõsentiret vxor viro volenti intrare religionẽ. superuenit Inno. & fecit ibi glo. quæ dicit, quòd ob hoc verberabat, vt licentiã præberet intrãdi monasteriũ, & sic præsumitur pro ipsa, quòd verbera ob hoc fuerunt.

† Omnes alij domini fuerunt in contraria opinione, scilicet quòd nõ sufficit probasse vxorẽ esse verberatam, nisi probetur, quòd fuit verberata, vt faceret dictũ contractũ. & hoc per authoritatẽ Inno. in c. accedens. 3
& ita dicit Bart. in l. si ob turpem. ff. de condi. ob tur. causam. & ita intelligitur illud, quod dicitur, quòd sufficit, quòd maritus semel verberauit vxorẽ, vt consentiret cõtractui, tunc semper præsumitur durare idem metus, donec durat matrimoniũ: vt in l. si per impressionẽ. C. quod met. cau. & doc. & in l. antepositas. C. de transact. & in c. causam matrimonij. de offi. dele. & in c. perlatũ. quod met. cau. & pro hoc ego solus allegaui ad hoc decisionẽ Inno. & Ioã. And. in nou. illa. in c. cum locũ. de sponsalibus. vbi dicit ista verba formalia: † si metus vel coactio interuenerit super eo, vbi 4
cõsensus requiritur, verbi gratia, si cogitur cõtrahere matrimoniũ non valet secus si super diuersis interueniat consensus & vis, vt si carcerauit quis alium, vt pecuniam ab eo extorqueat, si alium cõtractum faciat, valet &c. quia non ob illum contractum fuit adhibitus metus: vt in l. qui in carcerẽ. ff. quod metus causa: vt habetur in l. qui a latronibus. ff. quod me. cau. cum igitur non fuit probata causa, ex qua fuit verberata, non potest dici dictus contractus meticulosus, ex eo, quia fuit verberata. nisi probetur, quòd fuit verberata, vt faceret dictum contractum. quod est menti tenendum pro intelligentia eorum, quæ scribuntur in dicto cap. causam matrimonij.

DECISIO CCXLVII.

De collatione cessante bonorum consumptorum sine dolo & culpa.

SVMMARIVM.

1 *Bona mobilia in dotem data & consumpta, an expellant sororem à successione paterna.*
2 *Considerandum quid sit in restitutione dotis conferenda marito ad inopiam redacto.*
Librorum collatio qualiter fiat.
3 *Bona in collatione veniunt prout reperiuntur tempore mortis.*
4 *Collatio cessat in bonis sine dolo & culpa consumptis.*

HAbuimus in consilio super quodam processu fabricato in ciuitate Potentię, † verũ 1
soror, quæ habuit in dotẽ certa bona mobilia inæstimata, quæ vsu consumuntur, ex sic debent restitui soluto matrimonio, prout reperiuntur

riuntur. Mortuo patre ab intestato vult succedere el
vna cum alus sororibus suis in bonis Burgensaticis, di-
cunt illæ sorores, tu nõ potes succedere, quia nõ potes
dotes, quas habuisti, cõferre: quia dotes prędictæ sunt
cõsumptæ. Quæritur quid iuris: fuit votatũ in Cõ-
silio, quòd si illa bona mobilia data in dotẽ sunt con-
sumpta non dolo vel culpa cõiugum, quòd illa soror
debet admitti ad successionẽ, etiam ꝙ dicta bona nõ
possint conferri, per tex. in l.j.§. de illis.ff. de colla.bo
norum. Et pro hoc bene facit, id quod no. in aut. quòd
2 locum. C. de collat. in ver. his testantibus. †Accedat
ad hoc illud, quod dicitur, ꝙ si debet fieri restitutio
dotis, & maritus non est soluendo, & dos debet cõfer-
ri, solum debet conferri illud, quòd maritus soluere
potest: vt in l.j.§. cũ dos.ff. de colla. dotis. Licet hodie
per dictã auth. quod locũ. cõfert solum actionẽ ad do-
tem licet inanem. Et ideò dicunt doc. in l. illud. C. de
collat. maximè Pau. de Ca. ꝙ libri conferuntur prout
sunt tempore mortis patris, & non prout sunt empti.
3 †Itẽ in collatione veniunt bona, prout reperiun-
tur tempore mortis, & non ea, quæ sunt consumpta,
secundum Bal. & Ang. in l. ea demũ. C. de colla. & Bal.
in aut. ex testamento. versi xv. & xvij. Nec obstat;
quòd æqualitas in materia ista collationis debet attẽ-
di: quia intelligitur si bona reperiũtur tẽpore mortis
defuncti. Sed si sunt consumpta sine dolo & culpa, ces
sat collatio, & admittitur ad successionem: vt in d.§.
de illis. & d.l. ea demum. Aliud esset, quãdo bona data
4 essent in dotem æstimata: †quia tunc pretiũ debet re-
stitui: vt in l. quoties. & l. inter virum. & l. si cum dote.
C. de iure do. & no. in l. æstimatę.ff. solut. ma. Et ita
fuit iudicatum ex voto dominorum de sacro Cõsilio.

DECISIO CCXLVIII.

De feudo nouo nouiter obuento per legatum cum Regio assensu.

SVMMARIVM.

1 *Feudum antiquum an possit alienari sine consensu pri-
mogeniti.*
2 *Soror succedit fratri in feudis, quibus viuitur iure Fran
corum.*
*Soror dotata à fratre, non succedit fratri in feudis iure
Longobardorum. 6.*
3 *Ius speciale allegatum est probandum in feudis.*
4 *Feudatarij in feudis iure Francorum quando dicãtur.*
5 *Testis de auditu, non probat.*
7 *Personam primitiuam inficiẽs, deriuatiuã vituperat.*
8 *Feudum nouum causa noua facit, item & noua forma.*
9 *Legatarius, largo modo hæres dicitur.*
10 *Clausula in fine contractus posita, quando extendatur
ad præcedentia. 12.*
11 *Conditio apposita in principio orationis, censetur repeti-
ta in tota oratione.*
Dictio, ita, qualiter sit. 1.
13 *Qualitas vnius facti aliud factum, quãdo non qualificet,
licet ambo regantur eodem verbo.*

Vit diu in consilio dubitatum: Vtrum ca-
sale sancti Nicolai de Vmfredis in perso-
na dominæ Catharinæ de Castiglono, in
persona Gulielmi de Griphis sit feudum
nouum, & an antiquũ. Ex quo istud feudum olim fuit
quondam magnifici Antonelli de Castiglono, quod
habuit ex successione materna: cui Antonello succes-
sit Iacobus eius filius primogenitus, qui maritauit &
dotauit dominam Catharinam eius sororem carnalẽ
vtrinque coniũnctam de bonis maternis & fraternis.
Vidẽs posteà dictus Iacobus, quòd non habebat filios,
supplicauit Regi, vt cõcederet sibi facultatem, quòd
possit in vita vel in morte donare vel legare dictum
feudum, cui voluerit: & Rex Ferdinandus primus, fe-
cit talem gratiam. post hæc dictus Iacobus fecit testa-
mẽtum & Codicillum, & legauit præfatæ suæ sorori,
& Gulielmo de Gripho eius filio & nepoti dicti Iaco-
bi dictum feudũ: & sic mater & filius virtute dicti le-
gati pręcedente dicto Regio assensu receperunt pos-
sessionem dicti feudi, & soluto releuio habuerũt con-
firmationem à Rege Ferdinãdo primo. deinde dicta
domina Catharina cum Regio assensu donauit suam
medietatem dicti feudi cuidam Iacobo Gripho, filio
suo secundogenito, cum hoc pacto, quòd si ipse dece-
deret sine filiis in dicto feudo, succedat Gulielmus Gri
phus. Et euenit casus, quòd dictus Iacobus fuit mor-
tuus sine filiis, superstite dicto Gulielmo, qui virtute
dicti pacti succedit in dicta medietate dicti feudi, &
sic totum dictum feudum supradicto modo peruenit
in possessionem dicti Gulielmi, qui Gulielmus tenẽs
& possidens dictũ feudũ Regio assensu donauit inter
viuos Alberico de Griphis eius filio quartogenito &
tradidit. †dicit Ioannes Griphus filius primogenitus 1
dicti Gulielmi, ꝙ dictus eius pater non potuit donare
dictũ feudũ dicto Alberico eius filio quartogenito in
eius præiudicium: quia dictũ feudũ est antiquũ in quo
viuitur iure Francorũ, & ipse tanquam primogenitus
debet succedere. In contrariũ dicitur pro parte Gu-
lielmi & Alberici, quòd dictũ feudũ est nouũ. & ideo
potuit dictus Gulielmus cum Regio assensu illud alie-
nare in dictũ Albericũ. sicut in extraneũ: vt cõcludit
And. in c.j. de alie. feudi pater. & in cõstit. Regni, con-
stitutionẽ. & in c.j. de natura succe. feudi. in iiij. col. &
Bar. in c. de vasal. decre. ætatis. & Io. de Im. in l.j. filiusf-
familias.§. cùm pater. in princip. & in l. si domus.§. fi.
ad fi. de leg. j. & in c. potuit. x. col. de locato. & Alex in
iiij. vol. consi. lv. in viij. col. & in v. vol. cons. xxviij. Se-
cus, si esset antiquum, & viuitur iure Frãcorum, tunc
non potuisset alienare in præiudiciũ primogeniti: vt
in d.c. per And. & c.j. in agnatus. & in c.j. ad finem, qui
succe. teneãtur. & in c.j.§. hoc quoque. de succe. feu. &
in c.j.§. quid ergo. circa. fin. per And. de inuestitu. de re
ali. facta. Alex. in iiij. volu. consil. cvj. & sequenti. & est
producta super hoc quædam declaratoria Regis Ro-
berti, & quædam alia Regis Alphonsi primi. Et du-
bium faciebat, quòd esset dictũ, quòd feudũ antiquũ:
quia dicebatur, quòd domus de Castiglono viuebat
iure Francorũ, & sic soror videlicet domina Cathari-
na, tanquã, viuens iure Francorum succedebat de iure
fratri suo Iacobo, etiã sine legato, vt dicit declaratio
Reginæ Ioannæ secundæ, quæ fuit facta cum consilio
valẽtissimorum doctorum ad instãtiam dominæ Ca-
tharinæ Filigitiæ, vxoris quondam excellẽtis domini
Ioãnis Catazoli magni senescali Regni Siciliæ. †vbi 2
dicitur, quòd soror succedit fratri in feudis, in quibus
viuitur iure Francorũ, secus si viuitur iure Longobar-
dorũ: quia tunc maritata & dotata à fratre, non succe
dit fratri. Et sic intelligitur gl. Marini de Caramanico
nico in cõsti. & de successionibus. in verbo. dotatas. &
sic intelligitur id quod dicitur, ꝙ dotata à fratre, non
succedit fratri, per l. quoniã nouella. C. de inoffi. testa.
& not. Andr. in c.j. de natura succe. feudi. & tenet Lu-

cas de Penna in l.fin.C.quando & quibus quarta pars
debeatur.li.x.& iudex Blasius de Morcono in longo-
barda, de succes.l.pater filiā,& dicit ita tenere domi-
num Bartholemaū de Capua. Et ego ita cōclusi in c.j.
§.quinetiā episcopū vel abbatē.vbi allegaui alias sen-
tentias Regias sic esse latas, & isto casu fiscus excludit
sororem a successione fratris in feudo, in quo viuitur
iure Longobardorū.& istā distinctionē dicta domina
Regina mandat seruari in causis præsentibus & futu-
ris.& hoc factū fuit per viā legis cōdē.Lr. Et sic in eius
persona feudū fuerat antiquū, & ipsa tanquā in anti-
quo feudo debebat succedere. & ideo si erat antiquū,
non potuit ipsa donare, in aliū, quàm immediate suc-
cessurum, qui erat Gulielmus suus primogenitus, qui
debebat ei succedere in feudo paterno. Et in illo feu-
do materno debebat succedere Ioānes primogenitus
dicti Gulielmi vigore constit. Regni, vt de successio-
nibus. In contrarium dicitur, quòd dictum feudum
Sancti Nicolai in persona dominæ Catharinæ de Ca-
stiglono & Gulielmi fuit nouū, & non antiquū. Quia
domina Catharina tanquā dotata & maritata à dicto
suo fratre de bonis paternis & fraternis non poterat
succedere dicto fratri in dicto feudo fraterno, ex quo
nō est probatū q dominus de Castiglono vixerit iure
3 Frācorū, quod de iure † debuit probare dictus Ioānes:
quia quòd iure Francorū vixerit, debet probari: quia
est speciale ius, vt dicit text.& And.in constit. Regni,
vt de successionibus.& in l.Imperialē.§.præterea du-
catus.de prohi. feudi alie. per Fede.aliàs præsumitur,
quòd iure Lōngobardo viuat, vt dicit And.in præludiis
feudorū, in iij.q.principali.& idem And. in constitu-
tione Regni, puritatē.vbi dicit, quòd fallit in Neapo
li & Auersæ, & in medietate Salerni.bene facit quod
not.idem And.& in d.§.præterea ducatus. Non ap-
paret per priuilegia, q dicta domus vixerit iure Fran-
corū. Nec apparet, quòd in dicta domo fuerint plures
fratres: quia semper fuit vnus primogenitus, quo casu
non potest probari per testes, quòd viuitur iure Fran-
corum: vt dicit And. in d.l.Imperialē §.prætereaduca-
tus.& in consti Regni, constitutionē diuæ memoriæ.
& in consti.vt de successionibus. Nec obstat, quòd
dictus Ioannes probauit, quòd omnes barones mōtis
Fusculi viuūt iure Francorū: & ideo præsumitur, quòd
sic viuatur in isto Castro: vt in c j.§.& quia. per And.
de his qui feudare possunt. & sic res sequitur cōditio-
nem personæ. vt ibi.& in l.j.C.de imponen. lucra. de
4 scrip.lib.x.& ibi per Lucam de Penna. † Quia respon-
sum fuit: q per hoc non probatur, quòd domus de Ca
stiglono vixerit iure Francorum: vt dicit And.de Iser.
in §.præterea ducatus.præallegato, in additione.in di
cta constit.constitutionē. Bene tamen verū est, quòd
si probetur, quòd talis viuat iure frācorum, sed dubi-
tatur in quibus, quòd tunc recurritur ad consuetudi-
nem vicinorū ita dicit And.in d.additione.& probne
c.sopitæ,& c.super eo.de cēsibus. Vnde probato quòd
barones montis Fusculi viuunt iure Francorum, non
probat cōsequenter, quòd domus de Castiglono vixe-
rit iure Francorū in successionibus, stāte hoc quòd in
domo de Castiglono nunquā fuit, nisi vnicus primo-
genitus. Idem dictū castrum per auth priuilegium
fuit separatū à pertinētiis montis Fusculi in omnibus,
& per omnia, & sic nō potest restringi dictum castrū
cum cōsuetudine mōtis Fusculi, vt dicit And in cōsti.
in aliquibus. in ix.col.& melius in c.j.§.similiter.iij.
col.de cap.Corradi.per l.j.C.quæ sit longa consuetu-
do. Nec obstant testes deponentes de auditu quòd
domus de Castiglano viuat iure Frācorum: † quia te- 5
stes de auditu non probant.l.testium.C.de test.l.solā.
co.tit.no.in l.ij.§.idem Labeo. ff.de aqua plu.arc. Inn.
in c.præterea.& in c.causam quæ.de testib.& tāto ma-
gis, quia ratio quare hoc audiuerunt, est, quia barones
montis Fusculi in successionibus viuunt iure Frāco-
rum, prout audiuerunt. Et tamē productum est vnum
instrumentum, in quo domina Catharina dicit se vi-
uere iure Longobardorū. Secūdò dicebatur, quòd
posito, q dicta domina Catharina vixerit iure Fran-
corum, ex quo fuit maritata à patre, & postea dotata
à fratre, vt contietur dictus Ioanes in xij.exce. Albe-
rici, sine dubio dotata à fratre repellitur à successione
bonorum fratris. vt dicit And.in cōstit. Regni, in ali-
quibus.in xij.col. vbi dicit nō obstat l.si pater filiam.
in Longobarda, à qua sumpsit originē text.in constit.
vt de successionibus.ibi, coniugatæ & dotatæ à fratrū
successione. repelluntur: quia ille text. debet referre
singula singulis, vt quod dicit de paterna substantia.
referatur quando pater dotauit. quod sequitur de fra-
terna, quando frater dotauit: semper † enim vt repel- 6
latur soror à successione propter dotem, requiritur,
quòd sit dotata de bonis eius, de cuius hæreditate agi-
tur, per d.l.quoniā.nouella in fi. C.de inoffi.testamen
to.C.de colla.l.vt liberis.& idem dicit idem And.in
consti. vt de successionibus. & Lucas de Pēna in loco
præallegato.& Alex.in j.vol.cōs. xxix.in iij.col. Et sic
patet, quòd domina Catharina tanquam soror post
mortem fratris non poterat succedere in feudo. Cùm
ergo præcedente Regio assensu dictus Iacobus de Ca-
stiglono ei reliquit feudum prædictū pro medietate
dicta dominæ Catharinæ dicitur habuisse medietatē
dicti feudi de nouo vigore dicti legati cum Regio as-
sensu per quem assensum dicitur habuisse medietatē
dicti feudi à Rege: vt dicit And.in c j.qui succe.test.&
& in l.Imperialem in principio, de prohib.feudi.alie.
per Fede.& in c j.de ali.feudi.allegat l.lege obuenire.
ff.de verbo.signific.bonus est text, quem non allegat
And.in l.si liqueat. C.de inoffic. dona & in authen.de
defen.ciuit.§ interim & voluit Cyn.in l.neque. C.de
confir.tutn. Et similiter alia medietas dicti feudi le-
gata dicto Gulielmo, per dictum Iacobum de Casti-
glono eius patruum erit feudum nouum in persona
dicti Gulielmi: ex quo ipse non erat immediatè suc-
cessurus dicto Iacobo: nec ex persona sua, nec ex per-
sona matris, quæ non † poterat succed. ræ fratri, & qui 7
primitiuum inficit derivatiuam vituperat: vt dicit
Bal.l.fi.C.de verbo.signi.& in l.maximum vitium.C.
de libe.præteritis. & in l.quoties. C.de suis. & legi.&
in auth.quas actiones.C.de sacr. sanct. eccle. & in c.j.
§.& quia.de his, qui feudare poss. Et ideò de necessita-
te dicendum est, quòd in persona dominæ Catharinæ
in persona Gulielmi dictum casale de nouo obuenit
non virtute successionis.sed virtute Regij assensus, vt
Bal.in c.j.§.hoc quoque.de succes.feu. & in c.j.de fra-
tri.de nouo bene.inuesti.& in c.j.de gra.succed.in feu
dum.& in c.j.de natura succ.feu.& in c.j.in pri.de ali.
feu paterni. & in c.j.de vasa.decrepi.æta. & in c.j.qui
testes sint necessarij ad probandum nouam inuestit.
Quare fuit votatū per maiorem & sanctiorē par-
tem dominorum de Consilio, quòd dictū feudum San
cti Nicolai in persona dominæ Catharinæ, & Guliel-
mi fuit

mi fuit nouum feudum nouiter eis obuentum per le-
gatum cum Regio assensu. Et ista vota habet notarius
Vincentius Saponus, & tanto magis, quia princeps in
confirmatione facta dictæ Catharinæ & Gulielmo
expressè dicit, quòd virtute legati prædicti cũ Regio
assensu admittit eos ad successionẽ, & sic ex noua cau-
8 sa virtute legati cum Regio assensu, & noua † causa fa-
cit esse nouũ feudũ: vt dicit Bal. in c. j. viij. col. an agna
tus. & vult, quòd illud habeãt tanquã noui domini, &
sic dicitur feudũ nouum: vt dicit And. in c. j. de eo qui
fidẽ fecit agnatis. & voluit Pau. de Cast. in consi. cliij.
incipiente, circa præsentẽ casum. & ibi allegat ad hoc
c. j. de duobus fra. à capuo. Et ideo dicebat Bald. in d. l.
Imperialẽ. §. insuper. de prohi. feud. alië. per Fed. quòd
noua forma facit nouum feudum. Et idem dicit Oldr.
in consil. clxix. incipiente, quidam nobilis tenebat
quoddã castrũ &c. Nec obstat, quod dicitur quòd
fuit per dominam Catharinam & Gulielmum solutũ
releuium, quòd non soluitur, nisi per successionẽ ha-
bentes feudum: vt not. per Andr. in c. j. §. similiter. de
cap. Corradi: & vsus curiæ est, quòd legato feudi cum
Regio assensu præcedẽti soluitur releuium. Et iste fuit
9 bonus mos: † quia legatarius largo modo dicitur hæ-
res: secundum Bald. in d. l. Imperialem. in principio.
penult. col. & Bar. in l. inconuentio. ff. de verb. sign. &
Bal. in l. instrumẽta. versi. oppo quod imo instrumen-
ta. C. de fideicommiss. & non tenetur ad releuium se-
cundum Andr. in d. §. sed & res. not. Andr. in constitu.
Regni post mortem. Sed quia post dictum votum
aduocatus dicti Ioannis hoc sentiens, dixit, quòd etiã
si feudum prædictum fuisset nouum, nõ potuit dictus
Gulielmus donasse cum Regio assensu dicto filio suo
quartogenito in sui præiudiciũ, pro eo; quia iste Gu-
lielmus donauit dictũ feudum per prius Iacobo illo
tertiogenito, cum certis conditionibus, & cum tali
declaratione, quòd in omni casu & euentu & omni
tempore debeant masculi de domo de Griphis succe-
dere in dicto feudo, seruata prærogatiua prædicta, sci-
licet ætatis & sexus: igitur per istam clausulam vlti-
mam, quæsitum est ius dicto Ioanni primogenito, sci-
licet, vt ipse sit futurus successor post mortem patris.
Et hanc clausulam pater non potuit reuocare donan-
10 do postea Alberico prædicto: quia † dicta clausula in
fine cõtractus prædicti apposita, extenditur ad omnia
præcedentia, scilicet vbi dictum est, quòd pater mor-
tuo Iacobo succedat &c. per l. talis scriptura. & ibi
Bar. ff. de leg. j. in l. si. ff. de rebus dubiis. & Bar. & doct.
in l. si eadem cum eodem. ff. de iurisdi. omn. iudi. & Bal.
in l. j. C. de libe. præter. & Abb. Sic. in c. sedes. de rescrip.
& in c. ij. requisitis. de appellã. & Abb. & Inn. in c. cùm
dilecti. de dona. cum multis simi. & sic virtute dictæ
clausulæ positæ in instrumento donationis factæ Ia-
cobo, fuit quæsitum ius dicto Ioanni primogenito, &
non potuit Gulielmus mortuo Iacobo donare Albe-
rico in præiudicium iuris quæsiti virtute dictæ clau-
sulæ dicto Ioanni primogenito. Ad præsens mo-
tiuum ego respondebam, quòd dictus Gulielmus in
donatione, quã fecit dicto tertiogenito apposuit duas
conditiones. Prima si ipse donatarius moriatur sine
filiis viuo Gulielmo patre, pater ipse succedat. Se-
cunda conditio, si ipse Iacobus moriatur post mortem
Gulielmi, superstitibus filiis, filij succedant, seruata
sexus & ætatis prærogatiua. Si moriatur sine filiis mas-
culis, succedat Albericus & eius filij. Si Albericus mo
riatur sine filiis masculis, succedat Antonellus frater
dicti Gulielmi. Ita quòd in omni casu & euentu, & in
omni tẽpore debeãt masculi succedere seruata sexus
& ætatis prærogatiua: & sic hæc clausula, in omni ca-
su &c. intelligitur repetita in omnibus verbis in præ-
senti vltima conditione apposita, videlicet si Iacobus
mortuus fuerit post mortẽ Gulielmi patris: † nã con- 11
ditio apposita in principio orationis, censetur repe-
tita in tota ipsa oratione continuatiua: vt voluit Bar.
in l. in repetendis. ff. de leg. iij. & gl. in l. auia ff. de cõdi.
& demon. & in l. Seiæ. §. Caio. ff. de fundo instru. & in
l. si tibi purè. ff. de leg. iij. Dictio enim illa, ita quòd in
omni casu &c. est cõtinuatiua: vt patet in d. l. si tibi pu
rè. vbi de dictione, ita. & tenet expresse Bart. in l. qui-
bus diebus. §. Termilius. ff. de condi. & demon. & est
text. ad literã in l. libertus. §. j. ff. de manu. testa. & in l.
ita tamẽ. ff. ad Trebel. ergo euanuit conditio, quia Ia
cobus tertiogenitus mortuus fuit sine filiis, superstite
Gulielmo patre, nullũ ius potest prætẽdere dictus Io.
fuisse sibi quæsitũ ex dicta clausula. Nec illa clausula,
ita quòd in omni casu, cẽsetur repetita in cõditione,
si tertiogenitus moriatur sine filiis superstite patre:
† quia clausula apposita in vna cõditione, nõ censetur 12
repetita in alia conditione: vt not. in c. cum dilecti. de
dona. & tenet Bart. in d. l. talis scriptura. de lega. j. Et
ideò dicit Bar. in consilio, quod incipit, testator reli-
quit &c. quòd si testator dixit, relinquo vxori meæ ha
bitationẽ domus meæ, si castè & honestè vixerit. Item,
lego ei omnes pãnos, non intelligitur repetita illa cõ-
ditio seu qualitas, si castè & honestè vixerit: quia si vo-
luisset, dixisset: vt in l. j. §. sin autẽ. C. de caduc. tollẽ. &
firmat hoc do. Bartholo. Sozza de Senis in consil. x. in
vj. colum. Bene ad hoc facit quod dicit Abb. Sicu. in c.
ecclesia vestra. lo x. de elec. quod clausula in fine apposita
non refertur ad præcedentia capitula, quando ex tali
relatione sequeretur absurdũ, vel aliud inconueniẽs,
seu iurium correctio, vel posset reddi ratio diuersita-
tis & idem dicit Alex. in ij. vol. cons. ccxiij. Item clau-
sula in fi. posita, non refertur ad omnia præcedentia,
quando est posita ad dispositionẽ aliam qualificandã,
tunc nunquam refertur ad omnia præcedentia, secun-
dum Bar. in l. fin. ff. de rebus dubiis & Alex. vbi supra.
† Item ad hoc facit, vbi plura facta iunguntur in 13
eadẽ dispositione, qualitas apposita inter aliqua vnius
facti, non qualificat aliud factũ, licet ambo facta re-
gantur eodẽ verbo. gl. est in Cle. ne Romani. in verbo
cœtus. de electio. Abb. in c. j. requiris de appel. Bart. in
d. l. talis scriptura. & in l. prætor. ff. vi bon. rap. Et ideò
talis clausula non refertur ad primã conditionẽ, quã-
do tertiogenitus mortuus esset superstite patre casu,
prout euenit, & sic nullum ius quæsitum fuit per dictã
clausulã dicto Ioanni. Et pendẽte decisione huius du-
bij mortuus fuit Ioannes & eius filius: & deinde mor-
tuus est ipse Albericus post mortẽ patris. Et sic dicta
causa non fuit determinata per sententiam, tamen ex
prædictis patet decisio dictæ causæ. Matth. de Afflicto.

DECISIO CCXLIX.

De alienatione rei stabilis pupilli.

SVMMARIVM.

1 *Alienatio rei immobilis pupilli, vt valeat quid requiratur.*

2 *Decretum iudicis in alienatione rei minoris interloqui non debet.*

Fuit

1 FVit in Consilio in quadam causa pupillari discussum, †quæ sunt necessaria, vt valeat alienatio rei stabilis pupilli. Et fuit pariter conclusum, ad hoc vt valeat & teneat dicta alienatio: quòd requiruntur ista: Videlicet, primò vt existat causa vrgens alienandi, vt in l. ob æs. C. de prædiis min. & in l. magis puto. §. ne passim. ff. de reb. eorum. Secundò, quòd debitum pupilli ex bonis mobilibus non possit solui: vt in d. §. ne passim. & in §. in primis. in eadem lege. Tertiò, quòd hoc liqueat iudici per discussionem bonorum: vt in d. §. ne passim. & in d. §. in primis. Quartò, quòd vendatur res minus damnosa, vt in dictis iuribus. Quintò, quòd pro paruo debito non vendatur res magna, vt in l. & si sine. §. j. ff. de minori. & in d. §. ne passim. Sextò, vt interueniat tutoris authoritas. l. neque. & l. eum qui. C. de authorita tuto. & Insti. de autho. tut. per totum. & debet constare de tutela, iuxta no. per Bar. in l. legitimos. de legi. tuto. & de inuentario tutoris. de quo in l. tutor qui repertorium. ff. de admi. tuto. Septimò, quòd omnia ista præcedant decretum iudicis, & his præcedentibus interueniat iudicis decretum in dicta alienatione rei stabilis ipsius minoris: vt in l. j. ff. de reb. eorũ. & in l. lex quæ tutores. C. de admi. tut. & in l. si pupillorum. §. j. ff. eo. tit. & no. in l. cum lex. ff. de fideius. & in d. l. ob æs. C. de prædiis mino. firmat. Ludo. Roma. in consi. cccxxj. inci. in casu præpositæ consul-
2 tationis. †& dicit Spec. in tit de procurato. §. j. versic. quid ergo si cõstitueris, quòd si iudex sine dicta causæ cognitione interposuerit decretum prædictum, quòd valet decretum. Sed in contrarium alleg. l. cum hi. §. si prætor. ff. de transac. & l. in testamento. ff. de testamen. tute. & l. quáuis. ff. de rebus eorum. de quo dixi in l. Imperialem. §. in prin. in xij. no. in xvj. q. de prohibita feudi ali. per Fed. Octauo, quod post decretum interueniant subhastationes. vt in l. si sine. §. j. iuncta gl. & ibi Bart. ff. de mino. & in Specu. de empti. & vendi. §. nunc dicendum. versi. itigitur tutor: & vide in tractatu de emptione & vendi. in quæstione principali, versi. sequitur tertia pars de forma & solennitate cõtractus: de quo per Bar. in l. alio. ff. de alimen. & ciba. leg. & in l. si tempora. C. de fide instrumẽ. & iure hast. lib. x. & quia ista sunt necessaria, & continuè accidũt. Ideò mihi fuit visum, quòd hæc sunt digna annotatione.

DECISIO CCL.

De temporis declaratione in interdicto vnde vi.

SVMMARIVM.

1 Tempus spolij, an per actorem debeat declarari, quando agitur interdicto vnde vi.

2 Remedium famosum tam ciuiliter, quàm criminaliter intentatum expressionem loci & temporis requirit.

Libellus ciuilis quo casu non valeat sine temporis declaratione.

Exceptio continens infamiam sine tempore declarato non tenet.

3 Remedia c. reintegranda. iij. q. j. cap. sæpè. de restitu. spo. quæ remedia sint, & cui competant.

4 Iudicium summarium, temporis expressione non eget.

1 SApe & sepius per aduocatos cõuentorum super possessorio recuperãdæ possessionis petitur, quòd declaretur tempus spolij, & actor dicit, quòd non tenetur. †Fuit determinatum pluries in Consilio, in diuersis causis, quòd quãdo agitur interdicto vnde vi, tunc debet declarari tẽpus spolij: quia tale interdictum producit infamiã, saltim facti. l. honori. & l. licet. ff. de obsequi. & in l. j. §. interdictum hoc. ff. de vi & vi ar. & not. gl. in l. neque. eo. tit. & ideò quando intẽtatur remedium famosum, etiam si ciuiliter agatur, requiritur expressio loci & tẽporis, sicut quando criminaliter agitur. l. itẽ exigit. de dolo. l. prætor edixit. in princip. & ibi Bar. ff. de iniuriis. & expressè firmat Bar. istam conclusionem in l. j. §. siue autẽ. ff. de vi & vi arma. habet in c. tuæ. de procura. & in l. edita. C. de edendo. †Semper enim quãdo 2
libellus ciuilis continet infamiam, debet declarari tẽpus: vt dicit Bar. in l. inde Neratius. ff. ad legẽ Aquiliam. & in l. j. ff. de edendo. & in l. viro atque vxore. ff. solu. matri. & Salic. in l. atrocem. C. de iniur. & Bart. & Bal. in d. l. item exigit. & Pet. de Ancha. in c. vt circa. de elect. in vj. & in c. præsentium. §. testes. de testi. eo. lib. & Bart. in d. l. prætor edixit. Item quãdo exceptio continet infamiam, debet declarari tempus, secundum Bar. in d. l. prætor edixit. & in d. l. j. ff. de excep. Sed quando agitur remedio c. reintegranda. iij. q. j. vel remedio c. sæpe. de restit. spò. vel constitutionis Regni, circa violẽtiarum, tunc non requiritur, quòd declaretur tempus: †quia ista sunt remedia ad recupe- 3
randam possessionẽ & non infamiam: quia agitur cõdictione ex dicto canone, vel ex dicta consti. vel ex d. c. sæpe. quæ condictiones intentatæ non infamant: vt in l. cessat. ff. de actio. & obli. & firmant hoc doct. post gl. in c. cum ad sedẽ. in verbo, interdictũ. de resti. spoli. & Archi. in d. c. reintegrãda. & Ant. de But. in c. sollicitæ. de resti. spo. & Ale. de Imo. in iij. vol. cõsi. vj. inci. circa processum causæ. in j. col. vbi dicit vnum verbũ multum notandũ in isto Regno, vbi est c. Regni, quod incipit, de testãtes. bene glossatũ per Paridẽ de Puteo in suo tractatu de syndicatu, per quod mãdatur iudicibus, quòd causæ expediãtur summariè, simpliciter & de plano, sola veritate inspecta quòd †attento, quòd istæ so- 4
lẽnitates: quòd declaretur locus & tẽpus, sunt inductæ de iure ciuili: vt in d. l. prætor edixi. & in l. libellorũ. ff. de accu. & per dictũ c. sunt sublatæ solẽnitates iuris ciuilis: vt no. in Cle. sæpe. de verb. sig. & per Bar. in extra. ad reprimendum. in verbo, sine figura, quòd vbi deberet exprimi tempus, non est de necessitate exprimendum, quando iudiciũ est summarium. & istud dictũ fuit approbatum per Consiliũ, quando agebatur causa inter Gasparẽ de Strociis, & nobilem Iacobum Senetatũ super spolio certorum montium ad faciẽdum alumẽ, in qua fuit commissarius do. Ioan. Bapti. Brãchacius.

DECISIO CCLI.

De tabellionibus & fide instrumentorum propter notarium.

SVMMARIVM.

1 Instrumentum extra Regnum factum, quod qui fecit, non probatur [illegible] momenti.

2 Instrumẽtu publica forma præsumptionem inducit pro notario.

3 Notarius pro præsumptione sui tabellionatus, quid vt probet, sufficiat.

Fama & communis opinio quem fuisse notarium, dat [illegible] officio.

4 Tabellio de longinquis partibus, reputatione tabellionis satis habet.

5 *Notaria suffi. si notari. stat quasi possessio.*
6 *Instrumenta antiquissima non requirunt notariatus probationem.*
Antiquitas operatur, q. statur probationi imperfectæ.

1 DEterminatum fuit in Consilio, † quòd si producatur vnum instrumentum factũ extra Regnum, & non est facta fides per officialem loci, vbi factum est instrumẽtum, quod ille est notarius publicus, bonæ famæ & opinionis, prout requiritur per ritum magnæ curiæ Vicariæ, charta mihi 93. in j. col. & no. Card. in Cle. j. de procu. in iij. quęstione. & potest probari in Regno per testes idoneos, quòd ille est notarius, publicus existens in quasi possessione notariatus conficiendi publica instrumenta, & hoc offertur probari, quòd debet dari terminus ad verificandum per testes, quòd ille est notarius, & bonæ famæ. aliàs dictum instrumẽtum non probat, nisi probetur, quòd ille sit notarius. hoc tenet And. in constit. Regni, instrumentorum robur. & Ioan. And. in titulo, de instru. edi. §. restat. versi. quid si producatur. & Ant. de But. in c. j. de fide instru. & Ang. in auth. de tabellio. & Bal. in auth. sed nouo iu-
2 re. C. sicut. pet. in iij. col. † Licet contrarium tenuerit Goffred. in summa de fide instru. scilicet quòd tale instrumentum probat, licet non constet notarium, qui scripsit, esse notarium: quia præsumitur, ex quo apparet in publica forma, in qua dicit se notarium. & idẽ tenuit Angel. in authen. de hæredibus & Falci. §. hinc nobis. Bene tamẽ cõclusum fuit in Consilio. quòd sufficit probare, quòd ille fecit plura instrumẽta tanquã notarius, & fuit in longa possessione conficiendi instrumenta: vt dicit Inn. in d. c. j. de fide instr. & Spec. in tit. de probat. §. j. & Bal. in l. ij. xix. col. C. de seruitu. & aqua. & Bal. in l. Barbarius. ff. de officio præto. licet Bar. in l. actuarios. C. de num. & actu. lib. xij. & in l. Herennius. ff. de decurio. dicat, quòd hoc non sufficit. & idem dicit Alex in j. vol. consi. cxxxviij. incipien. videtur circa primum. in iiij. col. Sed potest intelligi dictum Bart. quando est quæstio inter ipsum notarium
3 & alium, qui negat ipsum fuisse notarium: † tunc debet probare de titulo suo, quòd est notarius, vt dicit Alex. in d. l. Herennius. & ibi vide multas remißiones.

Ad hoc accedat, quod dicit Paul. de Cast. in l. scriniarios. C. de testa. mili. quòd præsumitur notarius ex eo, quòd est descriptus in matricula notariatus. & Baldus in l. ij C. de sent. & interlocu. omnium iudi. de quo per Felyn. in d. c. j. de fide instrumento. & idem dicit
3 Bald. in d. l. Barbarius. dicens plus, quòd fama & communis opinio, quòd est notarius, dat robur officio.

Et post longam examinationẽ Albericus de Rosa. in d. l. Barbarius. cõcludit, quòd ipse vidit obseruari,
4 quòd † si tabellio est de longinquis partibus, sufficit, quòd probetur, quòd reputatur tabellio: & quòd adhibetur eius instrumentis fides, vt publicis. Si autem tabellio est de loco, de quo agitur, sufficit, quòd probetur eum esse vel fuisse in quasi possessione notariatus, & q. publicè reputatus sit notarius. Et dicit Bal. in l. j. iiij. col. C. de fideicom. quòd ille, qui fuit in possessione notariatus pro decem annis, præsumitur notarius, secus si pro tribus annis, nisi inter contrahentes. vide ad hoc multas remißiones positas per Alex. in d. l. actuarios. C. de numerariis & actua. libr. xij. tamen Ang. in authen. de tabellionibus in iij. colum. expressẽ
5 dicit, † quòd sufficit quòd notarius sit in quasi possessione officij notariatus. allegat Innocen. in c. dilectus. de fi. instru. & Spec. eod. tit. in §. postremò. versic. quid ergò, si tabellio. Et dicit Bald. vnum verbum notabdum in l. comparationes. C. de fide instru. quòd si instrumentum esset multum antiquũ, & notarius dicit, se illud fecisse, sed non potest probare propter antiquitatem temporis, neque per famam, neque per aliã instrumenta, quæ ipse scripsit. quòd credendum est ei. sed in d. l. Barbarius, dicit, quòd sufficit si reperiantur plura instrumẽta confecta per eundẽ notariũ: nam ex hoc præsumitur notarius. Quid autẽ, si vnum instrumentũ producatur excedẽs metam centũ annorũ vel ducẽtorum, & nõ est fama, q. ille fuit notarius, neque sunt alia instrumẽta eiusdem notarij, nec aliter potest probari q. ille est notarius, an præsumatur notarius ex eo, q. reperitur se nominare notarium, & ibi sunt subscriptiones testiũ? † Dicit Bal. in auth. quas actiones. 6
C. de sacrosan. eccle. q. in instrumentis ita antiquissimis nõ expedit probare, quòd notarius fuit notarius, vel in quasi possessione notariatus: quia ex ipso actu ita antiquo oritur præsumptio: vt not. Inno. in c. veniens. de verbo signifi. Nam propter temporis antiquitatem præsumuntur omnia solẽniter acta, etiam quando solennitates sunt extrinsecæ, vt probat Alex. in j. volu. consil. lxxix. in iij. col. & in consi. cxij. ij. col. nam & propter dictam antiquitatem statur probationi imperfectæ: dicit Alex. in iiij. vol. cons. circa fin.

DECISIO CCLII.

De vita & militia secundogenito debita.

Et de solutione adoæ per primogenitum.

SVMMARIVM.

1 *Vita & militia qualiter deducatur, & an primogenitus teneatur ad solutionem adoæ.*
2 *Adoæ solutio an sit perpetuæ vtilitatis, vel temporalis.*
Secundogeniti an debeant contribuere in adoa soluẽda.
Vsufructuarius quas expensas teneatur subire.
3 *Adoa quid sit, & qui ad illam teneantur.*
Vsufructuarius manibus proprijs, & non alienis vsumfructum recipit.
4 *Vxor ad quas expensas pro re dotali factas teneatur.*
Maritus cõstante matrimonio, rei dotalis est dominus.
Euentus tristis non consideratur.
Vsufructuarius ad collectas & tributa rei, in qua habet vsumfructum, tenetur.
Fisco cõtra non soluentẽ collectas, quomodo subueniatur.
5 *Vita & militia æquiparantur alimentis.*
6 *Alimenta vitæ & militiæ secundogenitis de quibus præstanda.*
Feudi fructus veniunt, deductis expensis.
7 *Expensæ omnes non minuunt fructus.*
Adoæ solutio fauorem publicum respicit.
8 *Alimentorum præstatio, est pia causa.*
Quæstio indecisa, differenda.
9 *Iudiciũ in rebus ambiguis quãdo nõ debeat esse absolutũ.*

MAgnificus do. Anto. de Alexãd. viceprotonotarius proposuit in Consilio differentiam ortam inter Marinum de Alexand. ex vna & Robertum & Iulium filios quondam Iacobocij de Alexand sui fratris carnalis, quæ talis erat. Vtrum stante testamento dicti Iacobocij, qui de nouo acquisiuit

fuit feudum casalis Cardeti cum potestate testandi de
eo inter dictos filios, habita à Regia Maiestate Regis
Ferdinãdi, primi dicti filij secundo geniti, quibus pre-
statur certa portio fructuũ dicti feudi ex dispositione
testatoris, debeant contribuere in solutione adoæ, ad
1 quã tenetur Regiæ Curiæ dictus Marinus. †Et quã-
tũ ad istũ casum omnes domini fuerunt in voto, quòd
dicti fratres secundogeniti non tenẽtur cõtribuere in
a solutione adoæ: [a] sed totum onus soluendi adoã perti-
net ad dictũ Marinũ primogenitum; quia dicti fratres
secundogeniti non habẽt illã portionẽ fructuũ Castri
Cardeti pro vita & militia, sed pro alimẽtis eorũ lega
tis per dictũ Iacobociũ, & post mortẽ Iacobocij per
instrumẽtum actũ fuit, quòd dicti fratres capiãt dictã
portionẽ fructuũ à manibus ipsius Marini: & sic non
sunt vsufructuarij pro illa portione castri Cardeti, sed
legatarij, iuxta doctrinã Bar. in l. fundi Trebatiani. ff.
de vsufru. leg. & no. in l. defuncta. §. fi. ff. de vsufru. & sic
cum dicti fratres non percipiãt vitam & militiã à pri
mogenito, sed tantum dictũ legatũ pro alimẽtis, non
tenẽtur cõtribuere in dicta solutione adoæ, nec in re-
leuio; quia limitata causa legati limitatũ producitur
effectũ. l. in agris. ff. de acquirẽdo re. do. & in l. age cum
Geminiano. C. de transac. no. Feli. post gl. in c. cũ ordi-
nem. de rescriptis. Sed ponamus, quòd feudũ esset
antiquũ, in quo viuitur iure Francorũ, quo iure solus
primogenitus debet succedere, & habet fratrẽ secun-
dogenitũ, cui debet præstare vitã & militiã per cõsti.
Regni, comitibus. Et contingit guerra in Regno, pro-
pter quam Rex imponit adoã in Regno. Vtrũ in so
lutione huius adoæ debẽt contribuere alij fratres se-
cũdogeniti, quibus præstatur vita & militia. Dice-
bat præfatus do. viceprotonotarius, quòd totũ dubiũ
2 cõsistit in hoc: Vtrũ† solutio adoæ fiat ad perpetuam
vtilitatẽ feudi; vel fit tẽporalis. Si enim fiat ad perpe-
tuã vtilitatẽ, sine dubio fratres secundogeniti nõ de-
bent cõtribuere. Sed si fiat ad tẽporalem vtilitatẽ, fra-
tres secundogeniti debent contribuere. Nam idem
dicimus in vsufructuario, qui expẽsas tẽporales debet
ipse subire, & nõ proprietarius: vt in l. hactenus. & l. si
pendẽtes. §. si quid cloacarij. ff. de vsufr. Sed expen-
sas concernentes perpetuam rei vtilitatẽ debet subire
proprietarius, & nõ vsufructuarius. Et pro hoc est gl.
not. in l. pen. §. fi. ff. de leg. ij. & firmat Bar. in l. quæro.
ff. de vsufru. lega. & gl. & Bar. in l. qui concubinã. §. qui
ortis. ff. de leg. iij. Et firmat Lud. in cõs. ccxviij. incip.
præmissurũ doctorum conclusionẽ. Et dicebat dictus
dominus viceprotonotarius, quòd ipse est in opinio-
ne, quòd adoa, quæ soluitur Regi, respicit perpetuam
vtilitatem feudi, pro eo, quia adoa est seruitium, quod
præstatur pro feudo, quãdo princeps declarauit velle
seruitium prædictũ in pecunia, debet vasallus inter-
pellatus præstare illud seruitium, vt in c. j. §. sed nec est
alia iustior. quæ sit prima causa bene. amit. Nec vasal-
lus potest dicere, ego volo seruire personaliter, vt di-
cit And. in l. Imperialẽ. §. firmiter. de prohibi. feu. al.
per Fede. & in c. j. vlti. col. quis dicatur dux, comes vel
3 marchio. & ibi declaratur quantum est ista adoa. †Et
si non soluitur adoa, quæ est seruitium feudi, vasallus
debet perdere feudum, vt dicit text. in d. §. sed nec est
alia iustior: non tamẽ ipso iure, sed per sententiam, vt
dicit ibi And. dũ allegatur, quod no. in l. si quis in tan-
tam. C. vnde vi. & dicit And. in d. §. firmiter. quòd hæc
est culpa contra dominum indirectè: scilicet in non
iuuando. & ideò constitutio Regni, si vasallus. dicit, si
vasallus non præstat seruitium, potest dissaisiri, nisi
quãdo propter paupertatem non præstitit seruitium:
tunc dominus per sententiam ponetur in possessionẽ
feudi pro adoa non soluta; vt declarant Andr. in d. §.
firmiter. in vlt. col. ergo ista adoa soluitur pro perpe-
tua vtilitate, & sic vsufructuarius non debet partici-
pare de dicta impensa, & per consequens nec frater
secũdogenitus. Ego dicebam, quòd ista vita & mi-
litia, quæ præstatur fratri secundogenito, non potest
æquiparari vsufructuario, quia vsufructuarius non re-
cepit vsumfructum à manibus alterius: sed ipse reci-
pit manibus propriis, vt dicit Bartholomæus in dicta
l. fundi Trebatiani. sed frater secundogenitus recepit
portionem sibi tangentem de fructibus feudi, à mani-
bus primogeniti, vt patet ex scriptis per And. in præ-
dicta constitu. comitibus. & per Hostien. cap. licet de
voto & voti redemp. Nec etiam videtur mihi, quòd
sit bona æquiparatio, si vellemus æquiparare fratrem
secundogenitum recipientem vitam & militiam, ma-
rito, qui recepit fundum dotalem, qui præstabit ex-
pensas temporales: sed si facit expensas ad perpetuam
vtilitatẽ, tunc† vxor soluet istas impẽsas: vt per Alex. 4
in l. diuortio. §. impendia. ff. solu. mat. quia maritus est
constante matri. dominus rei dotalis: vt in l. doce an-
cillã. C. de rei vend. & in l. in rebus. C. de iure dotium.
Similiter non videtur, quòd culpa in omittendo sol-
uere adoam post requisitionem, faciat censeri solu-
tionem adoæ esse factam ad perpetuam feudi vtilita-
tem: quia iste casus non est in consideratione; quia ex
quo vasallus iurat præstare fidelitatẽ & seruitium, nõ
est præsumendum in dubio, quòd velit deierare. arg.
l. meritò. ff. pro socio. & quia tristis euentus non est in
consideratione: vt in l. inter stipulantẽ. §. sacram. ff. de
verborum oblig. Item, quia vsufructuarius debet sol-
uere collectas & tributum rei: in qua habet vsumfru-
ctum. vt in d. l. hactenus. & in d. §. si quòd cloacarij.
quia indicatur ista solutio temporalis. Et tamẽ si non
soluitur, procurator fisci mittetur in possessionem rei
pro tributo non soluto: vt scribit Lucas de Penna. in
l. si. C. de exacto. tribu. lib. x. & in l. obsistere. C. de an-
no. & tributis, eodem libro. Et ideò ego dicebã, quòd
And. in prima constit. comitibus. ante constitutionẽ,
in aliquibus dicit, quod fratres minores tenentur facere
seruitium curiæ de ipso feudo ad expensas, & equos, &
arma fratris maioris: semper tamen debet maiori tan
tum remanere, & tantum dare minori, vt inde possit
viuere, sicut primogenitus. †& sic tenet And. quod frater 5
minor debet seruire Regi ad expensas primogeniti. &
sic primogenitus etiam alimentabit eum non solum
quando seruiet, sed etiam quãdo non seruiet. & tamen
de istis alimentis nihil detrahendum est. arg. l. cùm hi.
ff. de transactio. Et propterea sat est, quòd teneatur
seruire personaliter, & si Rex non vult seruitiũ perso
nale, sed solutionẽ adoæ: ipsam soluet primogenitus,
& præstabit alimenta fratri, nec detrahet aliquid de
eius alimentis: quia ista vita & militia æquiparatur ali
mentis, secundùm And. in dictis constitutionibus, co-
mitibus. Sufficere debet primogenito, quòd ipse est
honoratus in succedendo in feudo, cuius ipse est do-
minus, nec inuideat fratri secundogenito, qui solùm
ab eo recipit alimenta, & tenetur seruire personali-
ter Regiæ curiæ, quando est guerra in Regno, & do-
minus vult seruitium personale: nec detrahẽdum est

tius alimentis, quãdo dominus vult seruitiũ, in pecu-
nia, quia sufficit, quòd lex grauauit in hoc, quòd nõ succe-
dit. Item grauauit, quòd in aliis alimentis nihil in morte
potest disponere, ex quo finitur illa vita & militia cũ
persona, & non trãsmittit ad filios suos: secundũ glo.
& Andr. in d. constit. comitibus. & ista alimenta licet
sint loco portionis feudi, secundũ And. in dicta const.
6 comitibus. † tamen ista portio est ita exigua, quòd nõ
potest supportare aliud onus. arg. l. Titia. §. qui in vita.
ff. de lega. ij. & l. nauis onustæ. ad legem Rhodiam de
iactu. quæ iura allegat And. de Iser. in c. j. in verbo, ex-
traordinaria, quæ sint regalia. & facit illud generale,
qui in vno grauatur, in alio releuatur: vt in l. eum qui.
in princip. ff. de iureiurando. cum concor. ibi alleg.
Nec obstat illud, quod posset dici, quòd ista alimenta
præstãda secundogenito præstãtur de fructibus feudi,
vt colligitur ex mente gl. & And. in dicta cõsti. comi-
tibus. & fructus feudi intelligũtur deductis impensis:
vt in l. fructus. & in l. diuortio. §. impendia. ff. solu. mat.
cum aliis iuribus allegatis per Spec. in tit. de expensis.
§. j. vnde si feudũ valet ducentũ, portio vitæ & militiæ
erit xxxiij. & tertiũ, secundũ And. in dicta cõstitutio-
ne. Si frater soluet centum pro adoa, nonne minuitur
portio illius vitæ & militiæ? prima facie diceretur, quòd
sic. Et tamẽ non est sic dicendũ: † quia non omnes ex-
7 pensæ minuũt fructus, sed illæ quæ fiũt gratia fructuũ:
vt dicunt glo. & doct. in d. §. impẽdia. Itẽ vbi datur
fauor diuinus vel iuris publici, qui æquiperãtur: vt in
l. fi. C. de sac. san. eccle. non cõsiderantur expensæ, quæ
necessariò fiunt pro habẽdis fructibus: vt in c. tua no-
bis. & c. pastoralis. de decimis. sed solutio adoæ respi-
cit fauorẽ publicũ: quia præstantur tẽpore guerræ, vt
Regnum sit securum. & ideò dicit Paul. de Cast. in d. l.
fructus. ff. solu. matri. quòd stante statuto, quòd de fructibus
soluatur gabella, debet solui absque deductione expẽ-
sarũ ratione iuris publici. Idem dicit Bal. in l. si à do-
mino. §. fi. ff. de peti. hæred. in d. l. fructus. & Sali. in l. j.
C. de fruct. & liti. expen. & licet Ang. teneat cõtrariũ
in gabella: tamẽ in solutione adoæ nõ est dubitandũ,
quòd soluitur ratione iuris publici: vt patet in c. j. §. simi-
liter. per And. de capi. Corradi. Sed posset dici quòd ista
cõsideratio militat inter primogenitũ soluentẽ adoã
& Regem. non autẽ inter primogenitũ & secundo ge-
8 nitũ, cui soluit vitam & militiã. † Dico, quòd ex quo
præstatio alimentorũ est pia causa, consideratio iuris
publici militat ratione piæ causæ. Cui piæ causæ iura
cõcedunt etiã priuilegia iuris publici: vt patet ex scri-
ptis per Lud. in auth. similiter. C. ad leg. Falci. Præ-
terea dicit Hostien. in d. c. tua nobis. quem refert ibi
Abb. Sicu. quòd quando tractatur de restitutione quotæ,
vel alicuius partis, tunc fructus deducũtur sine aliqua
deductione expensarũ. Idem dicit ibi And. post Inno.
& Spec. in tit. de locato. §. postquã. versi. quid si tibi. &
sic tamẽ certa portio fructuũ soluitur secũdogenito,
non est in cõsideratione, quòd frater debet soluere adoã,
quando est guerra. Pro hoc bene facit, quod dicit
Ioan. And. in d. c. tua referendo Inno. quòd vbi præstatio
soluitur pro aliquo seruitio, vel custodia, vel defensio-
ne dantis, vel simili causa, nõ cõsideratur; quòd deci-
mauit, ità nõ cõsideratur in fructibus, quãdo feudum
soluit adoam. Hæc motiua placuerunt dicto insigni
9 doctori & multis dominis de Consilio. † Et dicebat
do. And. Mariconda, quòd ipse nunquàm vidit hoc in
quæstione deductum, & semper vidit primogenitum
soluere adoã, & non petere à fratribus minoribus, quòd
diminuãtur eorũ alimenta, propter solutionẽ adoæ,
& postea dum veniret ista quæstio inter Anto. Pulde-
ricum primogenitũ, & Iacobum secundogenitũ, fuit
propter eius dubietatẽ per sacrũ Consiliũ reseruata
deliberatio, sed quòd interim primogenitus soluat adoã.
Quia non reperitur ista quæstio tacta per aliquẽ do-
ctorẽ. ideo non est nunc decidẽda, sed differẽda. sic fa-
cit And. qui nõ determinauit quantum erit ista vita &
militia: vt patet ex scriptis eius in dicta consti. comi-
tibus. vnde dicit text. Gregorij xxxiij. d. §. fin. in rebus
ambiguis absolutũ non debet esse iudiciũ, quando de
præiudicio alterius tractatur, secundũ glo. ibi, & text.
in c. graue. xj. q. iij. Et supradicta q. iam apparet decisa
per alia media & rationes. placuit tamẽ hæc inserere,
quia in lectura mea in l. Imperialem. §. præterea. du-
catus. de prohi. feu. alie. per Federic. aliud sensi legen-
do illam l. sed hic credo scripisse veritatem.

ADDITIO.

a *In solutione adoæ.* Adde do. Ant. de Alex. super And.
de Iser. in constit. comitibus. sub tit. de adiutoriis pro
militia fratris. vbi dicit, facere ad quæstionẽ, de qua
sæpe vidi dubitari, an in adoa seu seruitio militari,
quod imponitur in Regno, teneatur contribuere se-
cundogenitus pro vita & militia, quã habet à primo-
genito super feudo. Et vidi decidi, quòd non, per Regiam
camerã summariè in causa filiorũ Iacobocij de Alex.
nam si hoc dictũ intelligatur, post habitam vitam &
militiã, quòd non minus debet habere equos & arma, &
expẽsas secundogenitus à primogenito pro militãdo,
ergo non tenetur cõtribuere ei, à quo ipsi deberet cõ-
tribui, si militare vellet si non intelligimus, quòd vita
& militia detur secundogenito pro omnibus his, quæ
hic dicuntur, sequeretur quod ipsi debet pro sua rata
contribuere, sicut deberet in persona seruire: quoniã
hoc militare seruitium, quod soluitur in pecunia, suc-
cedit loco seruitij, quod personaliter debet præstari,
& sic probarent verba Andr. contra dictam decisio-
nem, Thomas Grammaticus.

DECISIO CCLIII.

De assensu Regio super alienatione feudi per verbum, fiat.

SVMMARIVM.

1 *Assensus Regius in alienatione feudi factus per ver-*
bum, fiat, an valeat.
2 *Sigillum est substantiale literæ Regiæ.*
3 *Litera principis materialiter considerata, est tantum*
instrumentum probationis, secus si intell. formaliter.
Gratia sine scriptura non valet.
4 *Scriptura ad effectum gratiæ principis, non requiritur,*
sed ad eius probationem.
Stylus Cancellariæ Regiæ habet vim legis.
Vsus causarum longæuus, pro iure potest allegari.
5 *Styli principis virtus & efficacia, remissiuè.*
Rescriptum aut priuilegium principis, an expediatur
quòd mandetur scriptura.
6 *Verbum, fiat, quid importet.*
Sensus verborum non contemnendus.
7 *De Veritatis effectu, & ipsius laudes nonnullæ.*
8 *Scientia certa principis probari potest per testes.*
9 *Gratia an possit valere sine bulla.*
10 *Artifici cuique experto in sua arte credendum.*
11 *Virtus, vt alicui sine literis credatur, facit.*

DVo Regij Consiliarij, videlicet dn. Ioã. Baptista de Bentiuoglis, & dn. Bartholemeus de Verino fuerunt Regij delegati in causa cuiusdam Castri inter Ioannẽ Baptistam Branchaciũ filium domini Maselli Brancacij ex vna, & dominã Antonellam Deciticem. Et proposuerũt
1 dubiũ in Consilio, † verũ si Rex in memoriali oblato, in quo supplicãt, ꝙ præstet assensum super alienatione feudi dicat, fiat, per scripturã suæ propriæ manus, & antequã expediatur assensus in forma cancellariæ Regiæ ipse idẽ alienãs reuocat ipsam alienationẽ virtute cõstitutionis Regni, constitutionẽ diuæ memoriæ. & contrahit cũ alio de dicto feudo, & Rex assentit, & sigillatur assensus. Verũ stante dicto memoriali expedito per fiat, potuit vel nõ potuit fieri dicta reuocatio? Et videbatur, ꝙ dicta reuocatio fieri potuit: quia nõ dicitur in alienatione feudi interuenisse Regiũ assensum, nisi quãdo Regius assensus in scriptis
2 fuit sigillatus: † quia sigillũ est substantiale literæ Regiæ: vt dicit And. in c. j. in additio. de prohi. feud. alie. per Lotharium. Et pro hoc facit l. Tribunos. §. ti. ff. de test. mil. Vbi attenditur tẽpus sigillationis. Secũdò pro ista parte facit id, quod dicit Bald. in l. falsus. in x. col. C. de furt. vbi dicit, ꝙ licet in priuilegio inspiciatur tẽpus datæ, quo ad nuntiationẽ gratiæ, tamen quo ad eius executionẽ requiritur, quòd literæ exierint de cancellaria: cum non contineãt in se actũ perfectum statim signata supplicatione. & pro hoc l. beneà Zenone. & ibi Bal. in l. ij. lec. C. de quadri. præscrip. Idem firmat Card. Flo. in proœ. Cle. §. nec sane. in Cle. j. §. ij. versi. ij. quæro. de priuilegiis. Tertiò adducitur, supplicatio seu memoriale porrectũ vel oblata Regi fuit signatũ vel signata per verbum futuri temporis, videlicet per fiat, & supplicatũ, ꝙ assensus expediatur in forma, tunc de vi sermonis requiritur actus secundum eiusdẽ loquentis explicatus, & sic habet in se ipso intrinsecus debitam substantiã, scilicet ꝙ expediatur assensus. Ista sunt verba assumpta ex Bal. in c. j. in finalibus verbis, de his qui feu. dare pos. Idem Bal. in l. fin.
3 C. de commu. seruo manu. † Quartò allegatur id quod dicit Ant. de But. in c. in nostra de rescript. vbi dicit, ꝙ si consideretur litera principis materialiter, ipsa nõ est titulus etiam remotus, sed probatio tituli, sicut charta testamẽti non est testamentũ, sed probatio testamẽti. Si verò consideretur ipsa litera ratione contẽti intellectualiter, & tunc si princeps facit gratiam in forma literarũ, & in qua cõmuni stylo literæ effici solẽt, dicit ipse, credo, quòd scriptura sit de esse, & tunc effectiuè litera est titulus. de esse enim gratiæ est litera, ex quo sic se habet stylus: vnde nõ valet gratiá, nisi adsit scriptura. vt not. gl. de censi. cap. j. lib. vj. Alex. in l. contrahitur. ff. de pign. & hæc procedunt tenendo id, quod curiales tenent, quòd literæ sunt de substantia gratiæ. de quo latè per Archid. & Io. And. in dicto procœmio. libri vj. vbi allegat multa bona iura pro ista parte: quem refert Dominicus de sancto Gemi. ibi, & per glo. in constitu. Regni, si dubitatio. Quintò allegatur quod dicit Bald. concludendo in l. si qua per calumniã. C. de epis. & cle. & in l. humanum.
4 C. de legib. † vbi voluit, quòd ad effectũ gratiæ principis non requiritur scriptura, sed ad eius probationem sic, vnde si Papa interim moritur antequã literæ fierent, non expirat gratia, sed debent de illa gratia expediri literæ sub bulla successoria, faciendo mentionem de gratia facta per prædecessorẽ. ergo si literæ non expediãtur per successorẽ, illa gratia non probatur per illã signaturã. Sextò stylus Regiæ curiæ est, quòd assensus Regij fiant cũ sigillo magno Regis, & stylus cancellariæ Regiæ habet vim legis: quia dicit Cardin. Flo. in Cle. sæpe. §. & quia. de verbo. significa. quòd longæuus vsus causatũ potest allegari pro iure, siue tendat ad litem ordinandã, siue decidendã. vnde lex appellat stylum vsum Imperatoris: vt in l. iij. in fi. ff. de supel. lega. Et propterea actus principis, non dicitur consuetudo, sed stylus: vt dicit Alberic. de Rosa. in l. de quibus. cn. xlvj. ff. de legibus. Innoc. & Abb. in cap. bone. el ij. de postu. præla. glo. est in l. circa. ff. de probatio. & Rota in antiquis, in titulo, de consuetud. fol. xiij. & nota. Cyn. & Bal. in l. ij. C. quæ sit lõga consuet. & Card. Floren. in c. fin. v. col. de consuetu. & de
effectu † & potentia styli principis, multa cumulat 5
Fely. in cap. ij. de rescript. Sed Regij assensus expediri perfiat, de stylo est, quòd expediantur literæ cùm sigillo magno Regis: ergo omissio styli prædicti facit, quòd non probatur assensus per dictam signaturam Regiam, nisi ad effectũ, vt expediantur literæ in forma cancellariæ. Ad hoc accedant omnia illa, quæ allegat Lucas de Penna in l. vnicuique. C. de proxi. sacro. scrini. in iij. col. lib. xij. dum probat, quòd nihil de solennibus est omittendũ, maximè quæ sunt consuetudinis: iuxta not. in l. semper. ff. de reg. iur. cũ concor.
In contrariũ adducitur id, quod dicit Pau. de Cast. in l. j. C. vt lit. penden. vbi dicit, quòd rescriptũ habet vim à tempore signaturæ supplicationis, licet ex post literæ expediantur. & hoc in gratiosis: per c. tibi qui de rescrip. lib. vj. Secũdò adducitur authoritas Angel. in l. j. in fi. C. de senten. passis. vbi dicit. nam hic videtur casus. quòd priuilegiũ principis non sit necesse, quod redigatur in scripturã, eodem modo nec Papæ, & pro hoc videtur mihi, quòd sit casus in Clem. j. de sepult. Et ideò si Papa cõcessit ecclesiæ sanctæ Mariæ Angelorũ, & Beato Francisco de Assisio, & etiam ecclesiæ beati Dominici de Perusio illã indulgentiam, quæ ita notoriè proclamatur in Calẽdis Augusti, suf-
ficit, licet priuilegiũ nõ appareat in scriptis. † Ter- 6
tiò adducitur c. Regni, quòd incipit, detestãtes. quòd dicta, quòd iudices debeant iudicare sola veritate in-
specta, secundùm veritatem princeps suum præstitit 8
assensum, per verbũ, fiat, ꝙ verbum, fiat, importat de præsenti & non de futuro, id est, ꝙ nunc assentimus, vt voluit Ioan. Calde. in c. quisquis. de elect. & illud dictum refert Feli. in c. j. de constitutioni. & per consequens nullus debet dicere, ꝙ princeps non assensit pro eo, quia eius assensus non est sigillatus: quia nullus regalem sensum debet contẽnere. dicit tex. in l. fin. C. de legibus. & in l. ij. C. de crimi. sacrilegij. & si opponatur de stylo, replicatur de veritate, quæ vincit stylũ.
§. veritati. viij. disti. † Veritas enim est res solidissimá 7
& murus inexpugnabilis: vt dicitur in ij. lib. Esdræ. c. iij. & sic not. Bal. in c. sicut de probatio. inde Isidorus de summo bono ita exclamat, O quàm magna est vis veritatis, quæ omnia ingenia, astutias, & calliditates superat, quæ cætera ficta simulataq; figmenta seipsam defendit, quæ denique post Deum colenda est: quia proxima Deo est. Imò Deus est via, veritas, & vita. Et quia dicebat Bald. in c. licet causam. in v. charta. de probatio. quòd qui confidit in veritate, non vadit per mẽdicata suffragia, sed festinat, vt veritas inquiratur.

 Fuit

Fuit per directos commissarios veritas reperta, quòd memoriale illud fuit vere per Regem expeditum, per
8 fiat, ex certa scientia, scilicet Regis, † quæ certa sciẽtia principis potest etiã probari per testes: secũdùm Bal. in c. j. in prin. per quos fiat inuesti. & not. And. de Iser. in constit. Regni, dignum. de iure cur. obseruando. Et pro hoc est vna optima & singularis decisio Rotæ cccxxxij. quæ incip. licet Romana curia. de quo dixi post Bal. in c. j. §. sed & res. per quos fiat inuestitura. Et sic assensus potuit probari per testes, secundũ And. in c. j. de prohi. feudi. ali. Lotha. & Luca de Penna: in l. si quos. in verbo, consensum. decurio. lib. x. igitur dicta reuocatio fieri nõ potuit. Quartò, pro hoc allegatur glo. Io. An. in Cle. dudum. §. nos etenim. in verbo, verbo. de sepul. vbi dicit, ꝙ ibi videtur casus expres-
9 sus; † quòd priuilegiũ vel gratia Apostolica valet, de qua cõstat, licet scriptura super ea cõfecta non sit. allegat gl. xxv. q. ij. c. institutionis. quæ vult, ꝙ princeps sine scripto dat, priuilegiũ. Quintò, adducitur authoritas Inn. in c. constitutus. in verbo iuramento. de rescrip. qui dicit, quòd exceptio, ꝙ in rescripto nõ est facta mẽtio, quòd canonici iurauerunt non recipere canonicũ vltra numerũ, semper potest opponi vsque ad diffinitiuã sententiã, tanquàm verè peremptoria: quia hæc exceptio non afficit literas. sed gratiã Papæ, quæ potest fieri sine literis. Patet ergo, quòd princeps potest facere gratiã, & valet gratia etiam sine literis.
10 Sextò adducitur, † fide inte credendũ est vnicuiq; de arte sua: vt l. distinct. cap. vt constitueretur. nam & notario creditur de suo officio. C. de falsis. l. si quis decurio. & not. Inno. in c. cùm in iure. in gl. hoc videre. de offic. deleg. & plenè per Bart. in proœ. ff. Veteris, in iiij. col. & And. in const. Regni, terminũ vitæ. & plenè per Alexã. ix. distin. c. vt veterum. Lucas de Penna in l. curiosi. C. de curiosis. lib. xij. Bald. in l. compensatione. de fide instrumen. in vj. col. & Alex. in j. vol. consi. xv. & in ij. vol. consi. j. & consi. cvij. & in iij. vol. consi. cxvij. & in iiij. vol. consi. lv. & Bar. in l. j. §. si. ff. de ventre inspi. cum concor. quæ ibi allegãtur. Quintò magis credendũ est scripturæ principis asserentis in memoriali per verbum, fiat, quando cõstat, quòd illa est
11 scriptura principis: † cùm & legato principis sine literis legationis credi debet, vbi ipse est vir magnæ virtutis. xcvij. distin. cap. nobilissimus. Igitur maiori ratione credendum est scripturæ principis asserentis per verbum, fiat, in memoriali super assensu eiusdem Regis impetrando. Quare fuit votatum & sententiatum per Regiam maiestatem Regis Ferdinãdi primi, dictam reuocationem fieri non potuisse post memoriale signatũ per Regem super alienatione castri per verbum fiat, licet adhuc non fuerit sigillatum, ex quo constabat de veritate, quòd dictus Rex assensit dictæ alienationi per scripturam suam, fiat. Nec obstant in contrarium allegata: quia habent locum in alia materia, quã in materia assensus Regij, qui nõ requirit scripturam, sicut requirit scripturam eius priuilegium. Hæc sunt digna memoriæ commendanda: quia fortè quilibet diceret contrariũ prima facie.

ADDITIO.

a *Verbum fiat.* Et quòd gratia dicitur perfecta ex solo verbo, fiat, not. Bal. in l. fi. in princip. C. de commu. seruo manumi. & in l. fi. ij. col. versic. & ideo fuit q. C. senten. rescin. non posse. facit quod not. Bald. in l. humanũ. in fi. C. de leg. & cõsuluit Decius in consi. lxxv.

incipiente, In causa falsitatis. vij. col. Thomas Gram.

DECISIO CCLIIII.

De communione nulla propter defectum Regij assensus.

SVMMARIVM.

1 *Communio inter duas ciuitates sine Regio consensu præscribi an possit longissimo tempore.*
2 *Feudum inter priuatos, vt feudum an præscribatur longissimo tempore.*
Præscriptio longissima omnem tollit actionem.
3 *Præscriptionis patientia alienationis est species.*
4 *Feudi pars nullo tempore præscribi potest.*
Possessio immemorialis vim Regij assensus & priuilegij habet.
5 *Clausula nulla præscriptione obstante, non excludit præscriptionem immemorialem.*

SÆpe fuit iste casus in sacro Consilio, quòd inter duo castra, vel inter duas ciuitates est contracta communio super aquis, herbis & pascuis & lignis, & in tali communione non interuenit assensus Regius, & sic communiter vixerunt per lxxx. annos. † Demum vna pars non 1
vult stare in dicta communione, & altera pars vult stare in communione. Verum ex possessione lxxx. annorum sit quæsitum ei aliquod ius super dicta communione. In isto Regno est declaratio Reginæ Ioannæ secundæ, quæ incipit, pondus æquũ &c. Quæ dicit, quòd talis communio continet speciem alienationis, quæ in feudalibus absque superioris licẽtia est penitus interdicta, & ideò talis communio non valet. Fuit dubitatum, verum per præscriptionem prædictam longissimã allegato solum assensu dicta communio dicatur præscripta & nõ possit rumpi? Dicebant quidam doctores de Consilio Regio, ꝙ tex. in cap. j. §. præterea. de cap. Corradi, qui dicit, nulla præscriptione obstãte intelligitur de præscriptione longi temporis, non de longissima, † quia feudum inter 2
priuatos vt feudũ potest præscribi præscriptione longissima: quia per eam omnis tollitur actio. l. sicut. C. de præscrip. xxx. annorum, ne dominia rerum sint sub incerto. & ita tenet glo. in d. §. præterea. quam sequuntur Bal. & Iaco. de Bel. & pro hoc facit cap. si quis per xxx. si de feu. fuerit controuersi. Et hanc opinionem firmant Iac. Aluerot, & Mart. de Laude, & præpositus in d. §. præterea. & pro hoc Andr. in cap. j. §. illud de prohib. feu. ali. per Federic. Sed illi non viderunt Andr. in d. §. præterea. qui dicit, ꝙ nulla præscriptio etiam lõgissima habet locum in feudis contra dominũ. hæc opinio approbatur in summa Iacobi de Ardi. in rubri. Verum currat præscriptio in feudis: & hoc probatur per tex. in l. Imperialem. quæ dicit, ꝙ nullo tempore præscribitur feudum: quia sicut vasallus prohibetur alienare feudum, † ita videtur prohibitus pati 3
præscriptionem, cùm in fraudem domini videatur fieri. l. alienationis verbo. ff. de verborum significat. Et dicit, quòd propterea emanauit cõstitutio Regni, consuetudinem, de præscriptionibus, quæ dicit, quòd omnis præscriptio est sublata contra dominum Regem in feudis nisi centenaria, & pro hoc facit quod dicit Bart. in l. cùm satis. C. de agri. & censi. lib. xj. vbi dicit, ꝙ illud verbum, nulla præscriptione obstante, comprehendit etiam præscriptionẽ xxx. vel xl. anno. Alij dicebant, quòd prima opinio glo. quam secuti

sunt prædicti doctores, loquitur, quando tractatur de
præscribendo feudum inter priuatum, & priuatum,
præstito seruitio, prout loquitur tex. in cap. si quis per
triginta. allegato. Secũda opinio procedit; quan-
do esset quæstio inter fiscum & priuatũ. Sed nunc non
est quæstio inter fiscum & priuatũ, sed inter priuatos
de ista communitate: ideo ista communio potest præ-
scribi allegato titulo, & præstito seruitio, iuxta d. c. si
quis per triginta. Ego dicebam, quòd ista communio
non est quota feudi, sed est pars feudi, † & pars feudi
4 nullo tempore potest præscribi: quia in dicta cõmu-
nione nullum est certum seruitium taxatum dicit ex-
presè tex. in constit. Regni. consuetudinem. in §. cæ-
terũ præallegata. Vnde omnes domini votauerunt,
quòd dicta communio est ipso iure nulla propter de-
fectum Regij assensus, non obstãte dicta præscriptio-
ne longissimi temporis; si tamen fuisset probata pos-
sessio centum annorum, vel tanti tẽporis, cuius initij
memoria hominum non existit: ista præscriptio ope-
ratur vim Regij assensus & priuilegij, & constituti: vt
in cap. super quibusdam. §. præterea. de verbo. signifi-
cationibus, cum concordan. ibi allegatis in gl. & not.
in l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quoti. & æstiua.
& in cap. veniens. & in cap. quid per nouale. de verb.
significat. & in l. si arbiter. ff. de probat. & in l. j. §. idẽ
Labeo. ff. de aqua plu. arcen. voluit. Andr. de Iser. in l.
Imperialem. §. præterea ducatus. de prohib. feud. alie.
per Federic. & in tit. quæ sint rega. in verbo, flumina.
5 & Bal. in l. de quibus. ff. de leg. Et sic † illa verba, nulla
præscriptione obstante, non excludunt præscriptio-
nem tanti temporis, cuius initij memoria hominum
non existit: vt dicit Ang. in l. j. C. ne rei dominicæ, vel
templorũ. vt patet ex nota. in cap. j. de præscrip. lib. vj.
& de hoc est glo. in authen. vt de cętero rerum eccle.
commut. & c. in §. de cetero. quam ad hoc ponderauit,
ibi Angel. & alleg. ipsum Bald. in l. j. C. de annuali ex-
cept. & idem tenet Ludo. Rom. in l. j. ff. de vsucapio. &
Bald. in authen. quas actiones. C. de sacrosanct. eccle.
Vbi autem in cõmunione prædicta interuenisset Re-
gius assensus, vel possessio centenaria, & postea vnum
ex dictis castris effectum esset inhabitatum, vt solet
contingere in guerris, tunc dominus illius castri in-
habitati posset dicere, quòd non vult vlterius stare in
communione, vt dicitur in d. cap. pondus æquum.

DECISIO CCLV.

De alienatione feudi, vt res Burgensis.

SVMMARIVM.

1 *Feudum, tanquam res Burgensis, alienatum, an sit devolutum.*
Feudalis res qualiter probanda.
2 *Venditoris culpa an trãseat in singularem successorem.*
3 *Feudum ipso iure deuoluitur non petita inuestitura.*

HAbens feudum rusticum sine vasallis in
baronia baronis sub certo paruo annuo
reditu, stetit per multos, & non præstitit
domino dictũ reditum, nec dominus pe-
tiit. demum iste habens hoc feudum, alienauit magno
pretio recepto illud, tanquam rem burgensaticã em-
ptori ignoranti rem esse feudalẽ, & tradidit. isto em-
ptore tenente & possidente, dominus baroniæ facit
conuenire in Consilio istum emptorẽ, dicens feudum
1 ad baronem spectare: † quia fuit alienatũ tãquam res
burgensatica: ideò feudũ est deuolutum iuxta mate-
riam c. si vasallus feu. si de feudo fuerit controuersia
inter do. & agna. dato termino ad probandum & de-
fendendũ. dominus probat, quòd illud territoriũ est in-
frà fines feudi, & quòd est scriptũ in publico inuentario
authentico, quòd est feudum de sua baronia, & quòd fuit
solutum concedi in feudũ sub annua præstatione per
vnum instrumentũ. Item quòd est fama publica, quòd est
feudum, Item probat, quòd semel ipse venditor præstitit
reditũ, & sic probauit, quòd venditor sciebat esse feudũ.
Item probauit quòd dictus vẽditor dixit extra iudicium,
quòd dictum territoriũ est de feudo baronię. Ille emptor
conuenius laudauit suum authorẽ, & ille cõparuit &
suscepit in se iudiciũ, sed nihil fecit. Sed emptor dedit
articulos suos, dicẽdo, quòd ipse emit dictũ territorium,
vt rem burgẽsaticã: & nunquã sciuit, quòd erat feudalis,
† quòd illa culpa venditoris non transit in singularẽ suc- 2
cessorem, qui non fuit in culpa: quia culpa vnius non
debet esse pœna alterius: vt notatur in c. venerabilẽ.
de ele. qui per ignorantiã contraxit, puniri nõ debuit.
arg. ff. admit. tut. l. chirographis. §. fi. cũ ipse nõ debuit
diuinare. ff. ad leg. Aquil. l. si putator. cũ concor. & of-
fert soluere redditũ præteritũ & futurum. Dicebat
dominus baroniæ, quòd rei vendicatio intẽtata con-
tra emptorem prædictum competit ipsi actori, cõtra
quemlibet possessorem, secundum Bal. in cap. j. §. por-
ro. quæ sit prima causa benefi. amitten. alleg. C. de do-
nat. quæ sub modo. l. j. nam illud directum dominium
domini sufficit ad vendicandum, nec emptor repli-
care potest de vtili dominio: quia replicatur de cul-
pa, & in modũ replicationis priuabitur iure suo. ver-
ba sunt Bal. ibi facit id quod dicit Bald. in l. Imperia-
lem. in §. insuper. de prohib. feu. alien. per Feder. dum
dicit, quòd partis demeritũ ponderatur: & non obla-
tio competentis satisfactionis. Fuit per omnes do-
minos votatũ, quòd ex quo per dictam alienationem
feudi alienati, vt burgẽsatici à vasallo, qui habuit no-
titiam, quòd erat feudum, † ipso iure feudum est deuo- 3
lutum ad dominium, per text. in d. cap. si vasallus feu-
dum. vbi dicit text. ex hoc feudum amittat, exponi-
tur. id est. ipso iure: vt not. in cap. j. §. j. porrò. præalle-
gato. & not. Andræas in cap. j. quo tempore miles. &
in capit. j. de feudo sine culpa non amit. & tunc quia
iniuria commissa in dominum ex dicta alienatione,
vt in §. fin. quæ sit prima causa bene. amitten. trahit
secum executionem, & transit illa pœna etiam in sin-
gularem successorem, sicut in hæredẽ: vt in l. iij. quod
ait. ff. quod quisque iuris. & not. Bald. in d. §. insuper.
Et pro hoc melius facit id. quod dicit Andræas in d. §.
porrò. vbi dicit, quòd ista pœna est rei persecutoria,
& sequitur rem, & trãsit penes quencũque res transit.
Et sic fuit iudicatum, quòd dictum feudum debeat
dicto baroni applicari cum fructibus à tempore di-
ctæ alienationis, & breui manu fiat executio contra
venditorem pro euictione promissa, iuxta formam
dicti instrumenti ad instantiam dicti emptoris.

DECISIO CCLVI.

De curatore ad litem pupillo conuento dando.

SVMMARIVM.

1 *Curator ad litem pupillo conuento, an dari debeat. 3.*
2 *Intellectus ad §. si pupillus. l. qui habet. ff. de tutelis.*

Mater

MAter vidua egit contra tutorem pupilli pro dotibus suis, quia volebat transire ad secunda vota: & petiit, ꝙ compellatur tutor ad producendū solennia, vt iudicium valeat. ille tutor non curat producere solennia & sic causa dilatatur. pro parte matris fit instantia, ꝙ postquàm nō possunt baberi solennia, quòd huic pupillo
1 detur curator ad litē. †Quæritur, vtrum posit hoc de iure fieri? Videbatur prima facie dicendū, quòd hoc non potest fieri: per text. in l. qui habet. §. si pupillus. ff. de tutelis. vbi dicitur, sciendum est siue pupilli agant, siue cōueniantur, dari his curatorem posse. sed non aliter, quā si ipse petat cui dari eū oportet. ergo si infans non petat sibi curatorē dari, iudex nō potest sibi dare curatorē ad litem. Itē tunc iudex potest dare curatorē ad litem pupillo, quādo pupillus non habet tutorē præsentem vel absentem. Sed si habet tutorem præsentem vel absentē, non valet datio curatoris: vt in l. curatorem. ff. de tuto. & curat. datis ab his. & not. Bar. in l. curator. ff. eo. tit. & ibi per Alex. in Apostillis.
2 †Pro intelligētia iurium prædictorū fuit conclu-
a sum in Consilio,[a] ꝙ dictus §. si pupillus, intelligitur solū in casu suo, scilicet quādo tutor agit cōtra pupillum. Sed quādo alius non tutor agit in iudicio contra pupillum maiorē infante, tunc datur per iudicē curator ad litem, etiā ꝙ ipse pupillus nō petat, seruata tamen forma l. j. C. qui pet. tut. vel cura. quæ forma est, vt ad instantiā actoris iudex facit mandatum pupillo maiori infanti, ꝙ veniat ad petendū curatorē ad litē: & si comparuit, dabitur curator ille, quem petierit. Sin autē sit contumax, iudex dabit sibi curatorem ad litem. Idem dicit ibi Salic. aliàs si pupillo conuento iudex non posset eo non petente curatorem ad litem prouidere ei de curatore ad litem, sequeretur, ꝙ nunquam pupillus nō habens tutorē non posit cōueniri, nisi prius ei prouiso de tutore, cū ipse nunquā peteret sibi curatorē dari ad litē: quod nō est dicendū secundum Sali. ibi. & idē dicit Bal. in l. ait prætor. §. permit-
3 titur. ff. de minoribus. †Ad secundā inductionem dicebatur, ꝙ satis dicitur pupillū non habere tutorē, si habet & nō potest exhibere solennia. l. elegāter. §. si seruus. de dolo, cum cōcor. allegatis per And. in c. j. §. præterea. quæ sit prima causa bene. amit. & ideò quia habetur ac si nō esset tutor, potest eo non petēte, dummodo primò præcedat dictū mādatum per iudicem, potest dari ei curator ad litē & ita tenēt moder. scribentes post Io. Fabri. Insti. de curatoribus. §. itē inuiti. & cum ista doctrina, ita fuit prouisum in Consilio de curatore ad litem, & non secundum illum ritum antiquum magnæ curiæ corruptæ intellectum à procuratoribus, ꝙ sine difficultate datur pupillo curator ad litem. verum est, scilicet secundum dictam intelligentiam, aliàs processus esset nullus ex defectu personæ inhabilis in iudicio sine dicta solennitate.

ADDITIO.

a *Consi. 10.* Vide etiam infrà in decis. cclxij.

DECISIO CCLVII.

De priuilegio eligendi forum miserabilium personarum.

SVMMARIVM.

1 *Miserabiles personæ quæ sint.*
Ecclesiastica persona an habeat priuilegium eligendi forum sicut miserabiles personæ.
2 *Ecclesia quando habeat fori electionem.*
3 *Feudi quaternati cognitio ad quem pertineat.*
4 *Fori electio miserabilibus personis non datur ad eligendum incompetentem iudicem.*
5 *Fauor miserabilium personarum in iniustitiam operari non debet.*
6 *Causa vtentis iure communi fortior est quàm qui elegit forum secundum priuilegium.*

DIcit constitutio Regni, statuimus, ꝙ miserabiles personæ babeat priuilegiū eligēdi forum magnæ curiæ vicariæ, si iurant se aduersariorū potentiam perhorrescere in loco iudicis ordinarij. †Et miserabiles personæ, secū- 1
dum Azo. in summa. C. quādo Imperator inter pupil. vidu. vel miserab. perso. sunt pupilli, viduæ, miserabiles personæ: vt senes & decrepiti, & diuturno morbo fatigati, & debiles, & omnes hi, de quibus natura mouetur ad miserandū. Fuit dubitatū: vtrum ecclesiastica persona pro bonis ecclesiæ habeat hoc priuilegium eligendi forū magnæ curiæ Vicariæ, hoc nō dicit consti. Regni, nec lex vnica. C. quādo Imperator. Sed bene An. de Iser. in dicta cōstitutione, statuimus. dicit, ꝙ de hoc vidit dubitari. Et determinatū fuit in Cōsilio, ꝙ sic, & exinde facta fuit declaratio Regis Roberti, quādo fuit Vicarius Regis Caroli secūdi patris sui Et pro hoc facit c. cū sit generale de foro competenti. †Sed illud c. intelligitur data violētia vel ra- 2
pina vel fraude, aliàs cessantibus his ecclesia non habet fori electionē, sed debet sequi forū rei: vt dicit ibi expresè Io. And. in nouel. quē sequitur Alex. in v. vol. consi. ciij. in fi. Et dicebant domini de Cōsi. quòd istud quod dicitur, ꝙ miserabiles personæ & ecclesia, per declarationē prædictā sacri Consilij Regis Roberti, vt refert And. possunt eligere si volunt agere iustitiariū regionis, est verū, si iustitiarius regionis est iudex cōpetens conuenti, aliàs si reus non potest conueniri coram eo, puta quia conueniebatur de feudo quaternato, † cuius cognitio nō spectat ad iustitiariū regio- 3
nis, sed ad magnā curiam Vicariæ: vt in constitutione Regni, iustitiarij nomen & normā, tunc ecclesia non potest eligere iustitiariū regionis. & hoc expresè firmat And. in dicta cōstitutione, statuimus. in versi. item quid si pupillus & vidua. Et eadē ratione, si pupillus, vidua, ecclesia, vel miserabilis persona vellet conuenire aliquem nobilem curialē, qui non potest conueniri ex priuilegio nisi corā illustri magno Seneschallo, corā iustitiario prouinciæ, vel in magna curia Vicariæ, vel in sacro Cōsilio, non posset: quia illa electio fori, quæ datur miserabilibus personis, intelligitur & impetratur, si ille iudex electus per miserabilem personam, habeat iurisdictionē in ipsum cōuentū: † quia 4
non datur electio fori dictis miserabilibus personis eligere iudicē incompetentē: vt firmat Andr. in dicta consti. statuimus. in versi. generalia tamen verba &c. sic etiam debet intelligi dictum c. cùm sit generale. vt ecclesia data violētia vel fraude posit forum eligere secularē vel ecclesiasticū, dummodò ille iudex electus sit iudex cōpetens ipsius conuenti. Et ita fuit pronuntiatū per sacrum Cōsilium tempore Regis Federici de voto omnium Consiliariorū, in quo tunc præsidebat ille doctissimus iurisconsultus dn. Antonius de Alex. qui me ob suas virtutes nimia charitate dilexit, & me coram nostris superioribus extollebat, qui multū ingeniū meum erudiuit, & ab eo multa docui,

cuius anima requiescat cũ sanctis Angelis, & præsen-
5 tiam Dei videat.† Et naturalis ratio hoc suadet: quia
propter fauorẽ impensum miserabilibus personis in
tribuendo eis priuilegiũ eligendi forum conuenien-
dorum, vbi illi rei habent plures iudices, non est ipsis
reis iniustitia facienda: vt not. in c. ex tenore. de foro
cõpe. & in c. volentes. de priuileg. lib. vj. ibi, quia cer-
tus iudex datus est. Dicit tamen Dominicus in d. c.
volẽtes. §. & idipsum. ꝙ istud, quod dicitur, ꝙ misera-
bilis persona habet ius eligendi iudicem rei, vbi reus
habet plures iudices, procedit, quãdo reus habet plu-
res iudices de iure cõmuni, vt est videre exemplũ in
auth. habita. C. ne filius pro pa. Si verò reus habet plu-
res iudices de iure cõmuni, & alium ex priuilegio sibi
& actori tributo, vt in miserabilibus personis, tunc
ille qui elegit forum secundùm ius cõmune, præfertur
6 eligendi forum secundũ priuilegiũ: † quia fortior est
causa vtentis iure cõmuni, quàm eius qui elegit forũ
secundum priuilegiũ. C. de edic. d. l. fina. & in auth. de
consang. & vte. fra. §. fin. & sunt concor. in cap. sugge-
stum. de decimis. & per alias rationes. vt per Domi. in
d. §. & idipsum. & cessante priuilegio dictæ constitu-
tionis, statuimus, & d. l. vnicæ, quando Imperator. si
reus habet plures iudices, electio est rei, secũdùm Bal.
notanter in l. clericis. C. de epis. & clc. & idem Bal. in
l. cum longi. C. de præscrip. longi. tempo. siue agatur
actione personali, siue reali. de quo in Spec. de cõpe.
iudi. ad §. j. versic. septimus. & habetur in l. fin. C. vbi
in rem actio. & per Ioan. And. & Anto. de But. in cap.
si dilectus. lo ij. de rescript. & per Abbatem Sicu. in c.
diligenti. de foro competen.

DECISIO CCLVIII.

De pensione inquilinis non remittenda propter pestem.

SVMMARIVM.

1 *Pensionis remissio propter pestem, an inquilinis fieri debeat.*
2 *Consuetudo & pactum parem vim habent: & tenet argumentum de vno ad aliud.*
3 *Dictio integer intelligitur sine diminutione.*
Locatio non ad longum tempus, an mereatur remissionem propter pestem.

POstquam cessauit pestis in ciuitate Nea-
poli superuenit lis inter inquilinos & do-
minos domorũ locatarum. Nam domini
domorum petebant pensiones domorum,
inquilini dicebant, ꝙ ipsi non potuerunt inhabitare
1 propter pestem superuenientem. †Fuit dubitatum
apud Regẽ & eius sacrũ Cõsilium, an propter pestem
superuenientẽ debeatur inquilinis fieri remissio pen-
a sionis? a Videbatur aliquibus, quòd sic: per l. habitato-
res. ff. loc. & per Alex. in l. si vno. §. item cum quidã ff.
eod. Philippus in c. ex parte. de appel. & per id, quod
dicit Bar. in l. j. §. pensio. ff. de migrãdo. & per consiliũ
Gasparis de Calderino in tit. de locato. quinto in or-
dine. Alex. in v. vol. consi. xxx. & idẽ dixit Abb. Sicu.
in c. propter sterilitatẽ. de locato. licet dicat, quòd vix
potuit obtineri in practica Cõcordantiæ sunt in dicta
apostilla Alex. & idem Alex. in apostilla in l. inquili-
no. ff. de damno infect. & per Alex. in j. vol. consi. cxij.
& in ij. vol. consi. cvj. & in iij. vol. consi. cviij. & vltra
vide tractatũ de gabellis, editum per dom. Io. de Pir-
mo, in ij. parte, q. xxiiij. Et profectò benè dixit Abbas,
quòd in practica nõ potuit obtineri. Nam tẽporibus
nostris rex Alphõsus secũdus declarauit, ꝙ nulla fiat
remissio pensionis accedentibus votis dominorũ de
Consilio, propter pestem superuenientẽ ipsis inquili-
nis. b Et de dicta determinatione patent literæ dicti b
Regis registratæ in magna curia Vicariæ: expeditæ die
xiij. mensis Iunij. M. cccc xciiij. quia sic fuit solitum &
consuetũ pro præterito. † Et pro ista determinatione 2
facit, ꝙ consuetudo & pactũ parem vim habẽt. gl. est
in rub. C. de decretis decuri. lib. x. & voluit Bald. in l.
liberti. xv. col. versi. quæritur. C. de ope. liberto. & Bal.
in l. j. C. de ser. fugi. Sed clarũ est, ꝙ si fiat pactũ, ꝙ etiã
in tẽpore pestis soluatur pensio, vel quòd integrè fiat
solutio pensionis, non est facienda remissio pensionis
propter pestẽ: quia bona fides exigit, vt quod cõuenit
fiat. dicit tex. in l. cum venderẽ. ff. locati. † & verbum, 3
integer, intelligitur sine diminutione: vt in l. j. §. cum
dicitur. ff. si cui plus, quã per leg. Falci. Alex. in ij. vol.
consi. cxlj. in fi. Idem dicendum est si consuetudo hoc
dictat. Maximè hoc procedit, si locatio fuisset perpe-
tua: vt in l. malè agitur. C. de præscri. xxx. vel xl. anno.
& Alber. de Rosa. in l. j. C. de iure emphy. Quid de
locatione non ad longũ tempus: tangit Bal. in d. l. j. &
Ang. in §. quia verò Leonis. auth. de nõ alienan. rebus
eccle. & Lucas de Pẽna in l. quicũque. C. de fundis pa-
tri. lib. xj. Alex. in j. vol. consi. cxiij. & in ij. vol. consil.
vj. & in iiij. vol. consi. xxviij. in ij. colum.

ADDITIO.

a *Remissio pensionis.* Adde in hac materia decisionem
Guido. Papæ in parlamẽto Gratianopolitano. nume.
630. & incipit, thesauratius Delphinalis. vbi pulchrè
& magistraliter loquitur & concludit quòd non re-
cordatur vidisse decidi hũc casum pestis. Tho. Gram.
b *Ipsis inquilinis.* Adde ꝙ Io. Baptista de sancto Seue-
rino in repetitione l. diem functo. ff. de offic. assess.
tenet, quòd ad hoc ne inquilinus teneatur ad pensionẽ
tẽpore pestis, debeat cõsignare claues domus domino
locatori, & sic excusabitur à solutione. ita consuluit
ipse. Et idem refert & sequitur Io. Fran. de sancto Na-
zario in trac. de peste, in iiij. char. in j. col. in versi. in-
cipiente, secundò dubitatur. in verbo, sed subtiliter
dubitatio. & alleg. Ioann. Baptista ita dicere in xl. q.
Thomas Grammaticus.

DECISIO CCLIX.

Qui potiores in pignore habeantur, & de iure offerendi.

SVMMARIVM.

1 *Creditor primus, an & quando teneatur rem hypothecatam secundo creditori tradere.*
2 *Oblatio per secundum creditorem, an habeat locum creditore priore possidente.*
3 *Offerẽdi ius superueniente cuilibet possidenti competit.*

FVit decisum in Consilio in facto contin-
gente, † quòd si fundus reperitur duobus 1
obligatus & hypothecatus, & ille cui secũ-
do loco fuit obligatus, offerat debitum illi
primo creditori, qui fundum ipsum possidet, tenetur
iste primus creditor dare & tradere fundum huic se-
cundo creditori. Nisi ipse primus creditor & posses-
sor dicti fundi pro dicto suo debito offerat illi secun-
do creditori soluere debitum suum, si fundus ille est
sufficiens pro debito primi & secundi creditoris. Hoc
probatur per l. j. C. qui potio. in pignor. habeant. vbi
dicit

dicit tex. qui pignus secũdo loco accepit, ita ius suum
cõfirmare potest, si priori creditori debitam pecuniã
persoluat, aut cũ obtulisset, isque accipere noluisset,
eam obsignatam deposuit, nec in suos vsus conuertit,
2 †dicit ibi gl. quòd si prior creditor possideat rem hy-
pothecatam, an habeat locum oblatio per secundum
creditorem. & dicitur, quòd sic, nisi ipse primus cre-
ditor offerat secũdo: nam tunc poterit retinere, sicut
quilibet possessor: vt in l. Paulus. §. qui pignoris. ff. qui.
mod. pig. vel hypothe. soluitur: quia ius offerendi com
petit cuilibet possessori: vt in l. Paulus. & in l. mulier.
ff. qui. poti. in pig. habean. & in l. Sempronius. §. j. eod.
3 tit. Et in tantum hoc est verum, †quòd etiam si posses-
sor esset iniustus, haberet ius offerẽdi: vt tenet gl. in d.
l. mulier. quam sequuntur ibi Bart. & Sali. & commu-
niter doctores. Et ita fuit iudicatum in sacro Con-
silio. Licet aliud voluerit Paul. de Cast. in l. si res obli-
gata. ff. de leg. j. Matthæus de Afflicto, I.V.D.

DECISIO CCXL.

De testamẽto mulieris siue mundual-do ex iure Longobardorum.

SVMMARIVM.

1 *Statutum disponens, quòd mulier non possit testari sine viri consensu, an valeat.*
2 *Vidua vel virgo plus habet conditionis in iure testandi per Longobarda, quam nupta.*
Mulieres minis & precibus facilè inducuntur ad alienandum.
3 *Mulier soluta in vita sua Longiores habet habenas, quã coniugata.*
Filiusfamilias potest in morte pro anima disponere.
4 *Maritus est legitimus vxoris mundualdus.*
Alienare prohibitus, an vllum possit actum facere, per quem dominium transferatur.
Testamenti factio requirit personam integram.
5 *Personã integrã non habet, qui est in alterius potestate.*
6 *Testamentum continetur appellatione contractus.*
7 *Mulieris consilium fragile.*
8 *Statutũ rationabile patitur interpretationẽ extensiuã.*
9 *Lex prohibens cõtractum sine consensu alicuius, an extendatur ad testamentum, & vltimam voluntatem.*
10 *Mundualdus mulieris quis dicatur remissiuè.*


Vnquid mulier de iure Longobardorum
sine mũdualdo possit facere testamentũ?
. De hoc fuit satis dubitatum, apud Re
1 gios consiliarios. †Et per aliquos insignes
dominos dicebatur, quòd vbi conceditur alicui posse
disponere cum consensu alterius, non intelligitur de
actu testãdi: quia talis actus non potest pendere ab ar-
bitrio & potestate alterius. l. captatorias. & l. illa insti
tutio. ff. de hære. insti. no. in l. tam is. §. j. ff. de donatio.
causa mor. & l. seniũ. C. qui testamenta facere possunt.
In tantum, ꝙ dicit Pau. de Cast. in l. ex facto. in princ.
ff. de vulga. & pupil. quòd statutum disponens, quòd
mulier non possit testamentum facere sine consensu
viri, non valet. & ita tenet etiam Alex. in ij. vol. consi.
clv. incipiente, visis actis &c. Sic dicendum est in isto
dubio, ius Lõgobardum dicit, quòd mulier sine mun-
dualdo non potest cõtrahere, & si dixisset nec testari,
non valeret. In contrarium allegabatur gloss. Ca-
roli in Longobarda, de sanctimonialibus in l. si qua
mulier. in gl. in verbo, cæterũ. quæ dicit, quòd mulier
coniugata nec pro anima, nec aliter potest sine mun-
dualdo de rebus suis in vltima voluntate aliquid iudi
care. Hoc idem tenet alia gl. ordinaria in Lõgobardo,
qualiter mulieri alienare permissum sit, l. j. in j. gloss.
Mulier enim sine mundualdo nec potest viuere, nec
vitam ducere. Imò dicere potest, morior sine mun-
dualdo, sicut piscis sine aqua: vt in d. l. j. Subdit autem
Carolus, vbi suprà, †ꝙ mulier virgo vel vidoa potest 2
sine mundualdo vsque ad tertiam partem bonorum
suorum disponere pro anima in vltima volũtate, per
casum in allegata l. si qua mulier. in ver. nam si in do-
mo remanserit. Rationem diuersitatis cur hoc tam
varie, ipse ibi non dicit. Sed ratio diuersitatis est ista.
Nam ius Longobardorum strictius prohibuit aliena-
tionem rerum suarum mulieri coniugatæ, quàm solu-
tę, quod patet ex eo, quòd de ipso iure, vt alienatio rei
mulieris coniugatæ, valeat, requiritur consensus mun
dualdi, & debent esse præsentes consanguinei duo vel
tres mulieris, aliàs non valet, vt est text. in Longobar-
da, qualiter mulieri alienare permittitur. l. si qua mu-
lier. & hoc ideò, quia eius maritus minis & precibus
facilè induceret ipsam ad alienandum. Sed in aliena-
tione bonorum mulieris non maritatæ sufficit con-
sensus mũdualdi tantũ: quia in ea cessat talis formido.
ita not. Carolus glossator in allegata. l. si qua mulier.
†Nam mulier soluta in vita sua lõgiores habet habe- 3
nas, quam coniugata, nimirum si in morte etiam. Et
pro ista opinione glossatoris prædicti optimè facit:
quia in casu speciali permittitur mulieri nõ cõiugatæ
pro anima disponere in morte sine mundualdo. Ergo
in contrarium est ius in aliis: vt in l. j. ff. ad muni. l. ius
singulare. ff. de leg. Sicut in simili dicimus: filiusfami-
lias in potestate patris constitutus, potest pro anima
sua in morte disponere. c. licet. §. fin. de sepul. lib. vj. &
tamen de iure regulariter testari non potest. Et pro
hac parte consuluit doctor egregius dominus Petrus
Picculus de monte Forti, sepultus in ecclesia sanctæ
mariæ Donneromatæ in sedili Nidi, prout repertum
fuit in Lõgobarda domini Anelli Arcomoni, V.I.D.
& Regij consiliarij: vbi tenet, quòd testamentum mu-
lieris sine cõsensu mundualdi factum ex iuris Longo-
bar. censura, sit ipso iure nullũ, maximè mulieris con-
iugatæ: quia tunc de ipsius mundualdi prçiudicio tra-
ctatur, †hoc est mariti, qui est legitimus mundualdus 4
vxoris: vt in l. j. qualiter mulieri ali. permis. sit ratione
successionis &c. Cõfirmatur prædicta opinio: quia
mulier de rebus suis non potest aliquid alienare sine
mundualdo: vt in dicta l. j. Et qui est prohibitus alie-
nare, intelligitur non posse facere actum aliquem, per
quem dominium transfertur. l. fi. cum simi. C. de rebus
alie. non alienandis. Sed per testamentum transfertur
dominium recta via: vt in l. cùm hæredes. in prin. ff. de
acquiren. possessio. l. à Titio. ff. de furtis. ergo &c. Ad
idem adducitur, testamenti factio. requirit personam
integram, vt valeat testamentum: vt dicit Iaco. But. in
l. senium. C. qui testa. facere possunt. †Sed qui est in 5
alterius potestate, non habet personam integram: vt
dicit gl. in l. cùm non solùm. §. necessitate. C. de bonis
quæ lib. Sed de iure Longobardo, mulier est in pote-
state mũdualdi: nec potest sine eo viuere: vt dicit tex.
in allegata l. j. ergo ad hoc vt mulier de iure Longob.
testari possit, oportet interuenire consensum mun-
dualdi, qui habet suam integrare personam, vt dicit
glossa in simili in allegato. §. necessitate. Præter-
eà, lex Longobarda mandat, quòd mulier non pos-

sit contrahere sine cõsensu mundualdi: vt in d.l.j.Sed
de contractibus ad vltimas voluntates & econtrà va-
lidum est argumentũ.l seruũ filij.§.cum qui chirogra
6 phũ.ff.de leg.ij. †Itẽ appellatione cõtractus, cõti-
netur testamentũ:vt in l.eandem.ff.de duobus reis.&
no.gl.de qua Bal.alibi facit magnum festum in tit.de
pace iuramento firma.§.item sacraméta in gl.magna,
vltra medium.verbum enim, contractus latum est: vt
in l.omnem.ff.de iudiciis. Et quòd latè dictum verbũ
intelligatur, probatur per id, quod alibi dicit Bart. Si
statutum dicat, quòd mulier non possit sine consensu
duorum consanguineorum contrahere, certè nec po-
terit hæreditatẽ adire.& sic istud verbum, cõtrahere,
largè interpretatur, vt comprehédat omnem obliga-
tionem, & etiam quasi contractũ, qui causatur ex adi-
tione hereditatis.ita dicit ipse Bar.in l.mutuum.§.j.&
in l.more.ff.de acquir.hære. Pro hoc bene facit gl. in
consti.Regni, instru.robur.quam tenet ibi And.quòd
constitutio illa loquẽs de cõtractibus extenditur etiã
ad testamenta. Et potissimè hæc decisio debet habere
locũ in præsenti dubio, ex quo iure Longobardo mu-
7 lier non potest contrahere sine mundualdo, †propter
sexus fragilitatem ac imbecillitatem cõsilij mulieris:
vt no.gl.in l.ij.qualiter mulie. permis.aliena.ergo di-
ctum ius est extẽdendum potius, quam arctandum.l.
cum quidam.ff.de lib.& posthu. Nec talis extensio di-
cetur fieri per hominem, imò est legis interpretatio,
propter verbum alienandi, positum in allegata l j.ꝙ
verbum lex interpretatur in omni actu, per quem do
minium transfertur, vt in l.alienationis verbo. ff.de
verb.signi. Sed per testamẽtum transfertur dominiũ:
vt in l.si quis ita.§.ea lege.ff.de ver.obli.& ita in simili
facit lex, quæ legem loquentẽ de seruo, extendit ad fi-
liũ: vt dicit gl.in l.si quis seruo.C.de furt. & tamen nõ
est extensio, sed legis interpretatio: vt in l.quod verò.
ff.de legib. quam alleg.gl.in d.l.si quis seruo. Nam ne-
dum ius Longobardum, quod est ius speciale in Re-
8 gno.vt in consti.Regni puritatẽ. †Sed etiã statutũ ra-
tionabile patitur interpretationẽ extensiuam: vt not.
Iaco.But.& Bald.in d.l.quod verò.& Bart.& alij in l.
omnes populi.ff.de iusti.& iu. Sed lex prædicta Longo
bardorum rationabiliter prouidet mulieri de mun-
dualdo propter eius fragilitatem & cõsilij imbecilli-
tatem ratione sexus, sicut prouidet ius cõmune pupil-
lis & adultis de tutore & curatore propter imbecilli-
tatẽ iudicis intellectus ratione ætatis. Et tantò fortiùs:
quia magis timetur de cõsilij imbecillitate in vltimis
voluntatibus, quã in cõtractibus. Nã humana fragili-
tas mortis cogitatione turbata.&c. dicit text.in l hac
cõsultissima.§.at cùm humana.C.qui testamẽ.fa. pos.
Si ergo est eadẽ ratio seu maior imbecillitatis cõsilij,
sequitur necessario, quòd eadẽ debet esse iuris dispo-
sitio, per iura vulgaria. Et si diceretur, quòd hoc est in-
troductum de iure Lõgobar.in fauorẽ mulieris: ergo
si vult, potest renuntiare in contrariũ disponendo: vt
in l.si quis in conscribendo.C.de pactis, cũ concordã.
9 †Respõdetur, quòd ex quo lex Longobardorũ pro-
hibet & vetat verbis prohibitiuis, huic fauori intro-
ducto, per d.l.Longobar. non potest renuntiari per
mulierẽ, in cuius fauorẽ hoc fuit introductũ: vt voluit
gl.in l.j C.ne fideiusso.dotiũ dentur: nec posset talis re
nuntiatio iuramento firmari. Præterea, quãdo lex
prohibet contractũ fieri sine consensu alicuius, exten
ditur lex etiam ad testamentum & vltimã voluntatẽ
vt in c.j.de prohibi.feu.alie. per Loth.& l.Imperialẽ.
§.callidis.de prohi.feud.alie. per Federic.& pro hoc
bene facit quod no.Bal.in c.j.§.donare.qualiter olim
feud.alie.poterat.& in l.vxor patrui.C.de legat. Et
his rationibus cõsideratis Domini de Consilio incli-
nabãt in hanc partẽ, ꝙ mulier viuẽs iure Lõgobardo,
sine mũdualdo, nõ potest testari, & hoc propter sexus
fragilitatẽ, vt suprà dictũ: quicquid dixerit Pau.de Ca.
in d.l.ex facto.qui non considerauit fragilitatẽ sexus.
†Quis autem dicatur mundualdus mulieris an pater, 10
vel frater, vel maritus, plenè hoc examinat Lucas de
Penna in l.quicunque.in j.glo.C.de re milita. lib.xij.

DECISIO CCLXI.

De executione appellatione non obstante.

SVMMARIVM.

1 *Executio appellatione non obstãte, in quibus casibus fie-
ri possit, vt decretis, & numerantur plures casus.*

ESt ritus in magna curia Vicariæ, quòd à
decreto ipsius curię non appellatur, vt in
illo ritu, qui incipit, itẽ in causis duarum
vnciarum. deinde superuenit Regia pra-
gmatica Regis Ferdinãdi primi, quę dicit magnę Cu-
riæ Vicariæ ritũ, quòd à decreto super asistẽtia affir-
matiuo nõ appelletur, intelligitur, ꝙ non appelletur
ad effectum retardãdi executionem. Sed bene potest
appellari ad effectum reuocandi decretũ, si est iniustè
latum. †Fuit in Cõsilio iudicatum, idẽ in quocun- 1
que alio decreto magnæ curiæ affirmatiuo, vt si appel
letur, mandetur executioni, præstita idonea cautione
de restituendo executionẽ in casu retractationis dicti
decreti: & facta executione proceditur ad vlteriora
in causa appellationis. Quæ autẽ sunt ista decreta,
patet ex not.per Bal.in l.nec quicquam.§.vbi decre-
tum.ff.de offic. proconsulis & lega. & in Spec.in tit.
de j.& ij.decreto, & vt aliqua perstringamus. Est de-
cretũ super alienatione rei stabilis minoris: vt in l.j.
& in l.ob æs.C.de prædiis mino.& C.de admini.tut.l.
lex quæ tutores.quod interponitur ob æs alienũ: vt in
d.l.ob æs. Itẽ in dote & donatione propter nuptias:
vt in d.l.lex quæ tutores.& C.de prædiis mino.l.præ-
dia. Itẽ propter famẽ.ff.de tu.& ratio.distra.l.j.§.sed
nonnullos. Itẽ decretũ iudicis, quãdo est discordia
inter creditores de remittẽda debitori parte debiti:
secundũ Bal.Pau.de Castr.& Modet.in l.iurisgẽtium.
§.hodie.ff.de pactis. Decretũ iudicis in tutela, secun-
dum Bar.in l.legitimos.ff.de legi.tut. Decretũ iudi
cis in transactione, quæ fit super re stabili minoris: vt
per Bal.in l.præses.C de transac. Itẽ decretũ super
alimẽtis futuris: vt in l.cum hi.ff.de transac. Itẽ de-
cretum ad cõfirmationẽ actus Bal.in l.nõ aliter.C.de
adoptio. Itẽ decretũ insinuationis: vt dicit Bar.in l.
Modestinus.ff.de sol. Item decretũ iudicis in reuo-
catione curatoris: arg.l.si vt proponis.C.de nuptiis.
Itẽ decretũ in inuentario tutoris. Bal.in l.si tutor.
in prin.C.ex qui.cau.integ.resti.non est neces. Item
decretũ emãcipationis, manumissionis, adoptionis,
vt in propriis titulis. Itẽ in omni contractu potest
peti interponi iudicis decretum, secundum Bar.in l.si
quos.in prin.C.de decurio.lib.x. Item decretum in
diuisione, quam petit pupillus: vt in l.inter pupillos.
ff.de autho.præstan. Item decretũ in constitutione
actoris, vt insti.de curato.§.si. Itẽ in alienatione rei
stabilis

stabilis dotalis, vbi requiritur causa in alienatione: vt
dicit noster Sebastianus in cõsuetudine Neapolitana,
quæ incipit: Et si mulier iustam. Item decretum su-
per tutela matris, de quo in authen. matri & auiæ. C.
quando mu. tu. officio fungi potest. Item decretum
iudicis in contractu filijfamiliàs habentis procurato-
rem insanum, vt per Bal. in l. si furiosi. C. de nup. & in
rubri. C. de contrahen. emp. in fi. Item decretum in
causis, vbi imploratur iudicis officium: vt in d. §. vbi
decretum. in alijs casibus notatis per Lucam de Pẽna
1 in l. ordinis. C. de decretis decurio. lib. x.

DECISIO CCLXII.

De curatore ad litem infanti dato.

SVMMARIVM.

1 *Tutor testamentarius infantis an possit dari curator ad litem.*
Infans an citari possit, vt legitimè compareat.
2 *Agnati & cognati citandi pro infante quãdo tutorem non habent.*
Pupillus maior septennio, potest citari, vt legitimè compareat.
3 *Processus quando possit valere, licet citatio sit nulla.*
4 *Processus cum tutore factus infanti an noceat.*
Curator infanti non conceditur.
5 *Curator ad litem non datur nisi petenti.*
6 *Constitutus à tutore, dicitur actor.*
Administratio bonorum pupilli, quando à iudice tutori non decernenda.
7 *Tutor ante litem contestatam procuratorem quando possit constituere.*
8 *Practica ad reualidandum processum nullum.*

1 FVit in Cõsilio dubitatum, † si citatur per
iudicem delegatum sacri Cõsilij pupillus,
qui in veritate est infans, quòd legitimè
compareat: & pro eo cõparet tutor testa-
mẽtarius, sed non adimpleuit solennia. Ideò petitur,
quòd prouideatur sibi de curatore ad litẽ: iudex dele-
gatus fecit illum tutorem testamentariũ curatorẽ ad
litem, & iste curator ad litẽ cõstituit procuratorẽ, &
cum eo processus est conclusus, dicitur quòd iste pro-
cessus est nullus, ex multis. Et primò quia iudex nõ
potuit citare infantẽ, quòd legitimè cõpareat, per id,
quod dicit Ioã. And. in tit. de reo. §. j. in additione quę
incipit, quærit Goffre. vbi tenet, quòd ille, qui vult cõ
uenire hæredes alicuius, debet prius diligenter inqui-
rere, si aliquis hęres est infans intra septem annos, & si
2 ibi sit infans, non faciat citationem contra ipsum, vt
hæredẽ, q legitimè cõpareat: quia citatio esset nulla.
2 † Sed citari faciat tutorẽ pro eo, si habet, per tex. in l. j.
§. sufficit. ff. de administratio. tut. & tenent hoc Bar. &
Pau de Cast. in l. ij. ff. de condictio fur. Et si non habet
tutorẽ, citari facit agnatos & cognatos, vt veniant ad
ipsum infantem defendendũ: vt dicit Bal. notanter in
c. j. de milite vasallo, qui contumax est. Et idem dicit
Bart. in d. §. sufficit. Tũc enim citabitur pupillus, quòd
legitimè cõpareat, quando est maior septennio, secun
dum Ioan. And. vbi suprà. & Bar. in d. §. sufficit. & Bal.
in l. donatarũ. C. de acqui. poss. Et in tãtum hoc est ve-
3 rum, † quòd si citatur ille qui est infans, vt legitimè
compareat, nõ potest procedi ad primum decretum:
vt dicit Ioan. de Imo. in l. contra pupillum. ff. de re iu-
dicata, qui refert de facto ita fuisse decisum: licet ali-
ter velit Bar. in d. §. sufficit. & in l. qui habent. §. si pu-
pillus. ff. de tutelis. Sed in hoc cadit vna dubitatio,
pone, quòd est citatus infans, quòd legitimè cõpareat,
& sic nulliter est citatus. Tamẽ pro eo cõparuit tutor,
& ipsum defendit, an valeat processus. Pau. de Cast. in
d. l. contra pupillum. tangit quando pupillus nulliter
est citatus, & comparet pro eo tutor, & ipsum defen-
dit, quòd valebit processus, licet citatio fuisset nulla.
Idem firmat ibi Alex. Sed ista decisio non facit ad 3
hoc, quando citatur infans nulliter. † Vtrũ proces- 4
sus factus cum tutore, noceat infanti. Bene tamẽ Ang.
dicit in l. ij. §. j. ff. de in ius vocan. quòd citatio facta in-
fanti, est ipso iure nulla, etiã si citetur vt maior, & in
veritate appareт, quòd sit infans: vt dicit Alex. in d. §.
sufficit. & in l. si ex legati causa. ff. de ver. obli. & in l. ij.
& in l. neque. ff. de in ius vocan. & vide ad hoc Bal. in l.
si quis fundũ. C. sine cen. vel reliquis. & in l. si minor.
ff. de bon. authoritate iudi. possidẽ. Cõcludit ergo,
quòd infans nõ potest citari, quòd legitimè cõpareat;
sed solum maior infante, & sic minor potest sic citari:
vt notat gl. in d. l. si minor. quam ad hoc allegat Bal. in
l. non eo minus. C. de procuratoribus. Secundò di-
citur, quòd dictus processus est nullus: quia iudex de-
dit curatorem infanti, qui non potest petere curatorẽ
sibi dari. Quia illa ætas quicquid videt, ignorat: † & 5
curator ad litem nõ datur nisi petenti: vt in d. §. si pu-
pillus. Et firmat Alex. in j. vol. consi. xxij in fi. & Bal. in
in d. c. de milite vasallo, qui contumax est. Tertiò
ille procurator cõstitutus ab illo tutore dato per iu-
dicem curatore ad litem, non est legitimus actor vel
procurator, ex quo in eius constitutione ante litẽ con
testa. non interuenit decretũ iudicis, prout de iure re-
quiritur: vt in §. fi. Instit. de cura. inde dicit tex. in l. so-
let. ff. de tutelis. solet prætor permittere &c. intelligi-
tur de permissione per decretũ: vt dicit Anch. de ætà.
& quali. c. j. & nota Bart. in l. actor. ff. rem ratã haberi,
de curatore. Nec est vis in nomine, siue dicat: cõstituo
actorem siue procuratorẽ: † quia constitutus à tutore 6
dicitur actor: vt dicit Bar. in l. neque. C. de procu. In
contrariũ dicebatur, q licet ille tutor testamentarius
non adimpleuisset solennia: tamen ex testamento ap-
parebat, q pater infantis nõ solum fecit eum tutorẽ,
sed etiã administratorẽ bonorũ pupilli: quo casu non
requiritur, quòd ei à iudice sit decreta administratio,
secundum Bar. in l. legitimos. ff de leg. tuto. & firmat
Anto. in consi. ciij. dicẽs, quòd idẽ est in curatore, qui
non adimpleuit solennia, vt sufficiat, si sibi fuit in te-
stamento cõcessa libera administratio. Et tunc potuit
constituere procuratorẽ ad litem prædictã sine decre
to, secundum Bal. in ij. oppo. l. j. C. de bonis maternis.
vbi dicit quòd si in testamẽto tutori data esset libera
administratio, potest ad litem contestatã constituere
procuratorẽ, si fecit inuentariũ vel non fecit, † & sibi 7
fuit remissa confectio inuẽtarij: vt in l. fi. C. arbi. tute.
& ibi per Bar. Sed in dicto testamento non fuerat re-
missa inuentarij confectio, nec dictus administrator
fecit inuẽtarium. ideo istud motiuũ parum operatur.

Domini de Consilio videntes vincula dictæ litis
non posse dissolui per regulas iuris, nisi pronuntiare-
tur processus nullus, ac videntes, quòd ipse assertus
tutor fecit quicquid potuit: & iustitia erat contra
ipsum pupillũ. Magni. d. Anto. de Alex. viceprotono-
tarius inuenit hanc viam, quòd dictus pupillus factus
maior infante, petat curatorẽ sibi dari per sacrũ Con-
silium. & sic factũ fuit. Et cum illo curatore ad litem
omnia

omnia acta fuerunt reintegrata: prout dixit Bart. in l. si vt proponis. in ij. col. C. quomodo & quando iudex, & vnico contextu dicendo, recipio libellũ, contestor litẽ, recipio terminũ ad probãdum, & sic omnia acta repetantur: vt in simili dicit Bar. in l. j. ij. col. C. de senten. & interlo. om. iudi. & idem Bart. post gl. & Guliel. de Cugneo in l. mutari. ff. de procura. Idem tenet Bal.
3 ibi & Ang. & in d. l. j. †Et dicebat ipse viceprotonotarius, quòd ipse vidit hoc practicari, quando processus redditur nullus ex defectu: quia factus cum minore: licet gl. & doct. in d. l. mutari. non loquãtur in ista nullitate processus: quia factus cum minore sine solennibus: verùm fuit data sibi restitutio in integrum ad ponendũ, & probãdũ quicquid voluerit. & sic facta fuit conclusio cum dicto curatore, & fuit lata sententia in fauorẽ actoris contra pupillũ. & in alia causa sic vidi fuisse seruatũ. & iudicatũ post mortem dicti do. Ant. Hæc sunt notãda: quia nõ reperiũtur scripta à doctoribus: sed sufficit, ꝙ sic bis fuit extensa gl. & doct. in d. l. mutari. & in dicta l. j. per doctores sacri Consilij.

ADDITIO.

a *Nõ faciat citationẽ.* Quomodo citabitur pupillus & processus teneat, vide etiã 3. in decis. c. lvj. Tho. Grã.

DECISIO CCLXIII.

De iuramẽto per metum extorto, &c.

SVMMARIVM.

1 *Renuntians & cedens ius suum, cum iuramẽto an possit agere.*
Periurium incurri an possit veniendo contra iuramentum absque absolutione, si constet de vi & metu.
2 *Iuramentum per vim & metum, an sit ipso iure nullũ.*
3 *Iuri canonico in materia iuramenti standum.*
Absolutio à iuramento, quando requiratur, priusquam iurans agere possit.
Iuramentum accumulat forum foro.
4 *Iuramenta illicita an seruanda.*
5 *Iuramentum per metum extortum an, & quatenus sit obligatorium, & quotuplex ex eo obligatio oriatur.*

1 IN causa Lucillæ de Apenna, †in qua contra eam opponitur exceptio iurisiurãdi, pro eo, quia renũtiauit & cessit omne ius suum: prout patet publico instrumento. Et ideo non potest agere. Pro eius parte replicatum fuit, quòd tale iuramentum fuit ab ea exactũ per vim, & metum illatũ ab eius marito. Et de tali vi & metu constat in sacro Consilio per alium processum factũ inter easdem partes, & sententiatũ per sacrum Consilium. Dubitatur, verũ dicta Lucilla constito de vi & metu possit dici periura veniendo contra dictũ iu-
a ramentum absque absolutione à iuramento? [a] Dicebant domini de Consilio, quòd licet doct. Legistæ, vt est Cy. Bar. Pan. de Cast. & Saly. & communiter alij
2 teneant, †quòd iuramentũ præstitum per vim & metum sit ipso iure nullũ, & nõ obligat tale iuramẽtum præstitum, vt dicunt ipsi in aut. sacramenta puberum. C. si aduersus vendi. & Bal. in c. j. §. item sacramenta. de pa. iur. fir. Tamen doct. Canonistæ tenent, quòd de mero iure iuramẽtum exactũ per vim. metũ obligat, licet possit peti absolutio, vt tenet Inno. in c. ad aures. quod me. cau. & Io. An. in c. si verò. de iureiu. & eo. tit. c. verũ. & in c. ad audiẽtiam. quod met. causa. & Abb. Sicu. in d. c. si verò. vbi allegat bea. Tho. idem tenentẽ ij. quæ. lxxxix. art. vij. & hoc tutius est secũdum Arch. in c. quamuis. de pac. li. vj. & est gl. in c. authoritate. xv. q. vj. & Ioan. de Imol. in c. cum contingat. in ij. col. de iureiur. Et in materia iuramenti tãquam rei spiritualis standum est iuri cano. & non ciuili. per Io. And. & doc. in c. j. de oper. no. nun. & per Legistas in l. priuilegia. C. de sacrosan. ec. & Alex. in j. vol. consi. xxvij. in v. col. & in iij. vol. consi. liij. cum cõcor. Dicebat do. Ant. de Alex. & tres domini vel quatuor secuti sunt eum, sicut sunt dominus Marcellus Cãcella. & d. Iac. de Iello, & d. Carolus de Rogerio, & d. Ioannes Bap. Brancacius, †quòd prædicta habent locũ, quando vis 3
& metus non esset detecta & detectus, tunc requiritur absolutio à iuramẽto: aliàs agere non potest secundũ opi. Canonistarũ. Secus si de vi & metu legitimè constat, prout erat in præsenti causa: tũc ex quo cõstat de vi & metu iudex secularis potest cõpellere partẽ, cui iuratũ est ex eius violẽtia & metu illato ad relaxandũ dictũ iuramẽtũ, per l. illicitas. ff. de offi. præsi. secundũ Bal. in d. §. itẽ sacramẽta. Ideò dicit Abb. Sicu. in c. cũ sit generale. de fo. cõpe ꝙ si agitur, ꝙ iuramentũ seruetur, vel non seruetur, & cõstat ꝙ iuramentũ est licitũ, & tunc potest esse iudex laicus & iudex ecclesiasticus, & sic iuramẽtũ accumulat forũ foro: vt in c. cũ laicus. & ibi Domi. de foro cõpe. lib. vj. quando verò cõstat, quòd iuramentum est illicitum, Abb. in c. cum sit generale. multũ dubitat. sed potius inclinat, quòd debet adiri iudex ecclesiasticus pro absolutione. Sed in c. venerabilẽ. vlt. col. de elec. tenet expressè, quòd quando iuramentũ constat esse illicitum: & tunc propria authoritate poterit cõtrauenire. allegat xxij. q. iiij. quasi per totum. Sed ego dicebã, quòd si constat iuramẽtum esse exactum per vim & metũ, hoc non potest cognoscere, nisi iudex ecclesiasticus, secundum opi. Canonistarũ, secundũ quam est iudicandũ in foro ciuili.
†Nec ob. ꝙ detectum & probatũ est de vi & metu: 4
quia fateor, ꝙ maritus posset compelli ad relaxandũ per iudicẽ secularẽ: per d. l. illicitas. Sed ex ista renuntiatione iurata quæsitũ est ius tertio, videlicet ei, cui facta est renuntiatio ob vim & metum illatũ vxori: cui tertius nullam vim & metum cõmisit. Et ideò ego fui in voto contrario solus, quòd etiã quando detectũ est de vi & metu, ꝙ iudex ecclesiasticus debet cognoscere, an constet de vi & metu, & ipse habet absoluere à dicto iuramento. Nec obstat, quòd iuramenta illicita non sunt seruanda, quoniã iuramentũ per vim & metũ exactũ, de iure canonico de mero iure obligat, sed potest peti absolutio: tamẽ hoc meo voto non obstante fuit processum ad vlteriora, dicta exceptione periurij opposita nõ obstãte. Omnes domini secuti fuerunt opinionẽ Legistarũ in d. aut. sacramẽta puberum. Accedat pro opinione dominorum de Consilio consiliũ Raph. Cuma. clxxx. incipiens, videtur prima frõte. & consiliũ d. Frãcisci de Zabarellis cõsi. cxxvij. incipiẽs, & fuit quæstio Regis Cypri. †vbi dicit, quòd 5
licet iuramẽtum per lucrum extortũ obligatoriũ sit, vt in c. j. & in c. Abb. quod met. cau. & de resti. spolia. c. solicitæ. & in d. c. si verò. vbi hoc tenet gl. tamẽ hoc non est simpliciter verũ, imò quo ad extorquentẽ nõ obligat. & allegat beatum Th. in loco præallegato, q. lxxxix. arg. vij. in responsione ad tertium arg. quòd ex iuramento exacto per metũ duplex oritur obligatio, vna qua obligatur homini: & talis obligatio tollitur per coactionem: alia autẽ est obligatio, qua quisquis Deo obligatur, vt impleat: & in ista requiritur absolutio.

lutio. Sed ego in his non cõsentio in casu, de quo agitur: quia ille tertius cui ius quæsitum est ex renuntiatione meticulosa, nullum adhibuit metũ vel vim dictæ Lucillæ cui fuit vis & violentia illata per maritũ, vt renuntiaret ius suum illi tertio, per not. in l. qui in carcerem. ff. quod me. cau. cum cõcord. nisi dicetur quòd postquã detectum est de vi & metu dictę renuntiationis, ipse qui commisit vim & dolum, scit quòd eius contemplatione fuit illatus metus & vis, & sic potest compelli ad relaxãdum dictũ iuramẽtum exactũ per vim & metũ. Tamẽ salubrior est mea opinio.

ADDITIO.

a *Iuramento.* Iuramentũ præstitum per vim & metũ an sit ipso iure nullũ, & an requiratur absolutio, vide infrà in decis. cccxxij & in decis. cclxiij. Tho. Gram.

DECISIO CCLXIIII.

De silentio perpetuo, post binam monitionem imponendam.

SVMMARIVM.

1 *Intellectus & practica ad l. diffamari. C. de inge. & manu.*
Cõtumaci, an & quãdo possit imponi perpetuũ silent. n.
2 *Claritas amica legibus.*
3 *Ius quæsitum illi, qui se iactat ad agendum infra tẽpus à iure statutum, an possit tolli per sententiam, nisi bina præcedat solutio.*
4 *Silentium perpetuum non imponit vnica monitio.*

Quidam baro habens nonnulla feuda quaternata, dedit supplicationẽ in sacro Consilio, quòd quidã nobiles se iactãt habere
1 ius in quodam suo feudo, †petiit quòd cõpellatur ad agendũ, aliàs imponatur eis silentiũ, iuxta nota. in l. diffamari. C. de ingenu. & manu. & Cyn. & Bal. in l. si ea quæ. C. qui accusa. non pos. not. per Inn. in c. cum in twa. qui mat. accu. pos. iudex delegatus, cui commissa est causa, citat illos nobiles ad dicẽdum & allegandum, & illi sunt cõtumaces, & in cõtumaciã iudex statuit terminum dictis conuentis ad agendum infra xx. dies. & infrà illos dies minimè illi nobiles [illegible]runt. Quæsiuit commissarius causæ, si poterat imponere silentium perpetuũ illis contumacibus. Et dicebant ipse, quòd sic, & portauit declarationem regis Roberti, quę erat huiusmodi tenoris: Robertus &c. regẽ [illegible] curiam Vicariæ Regni & iudicibus eiusdem curiæ Cõ[illegible]liariis, familiaribus, & fidelibus suis &c. Bartholemæus de Capua, miles & Logotheta & protonotarius Regni Siciliæ &c. Nobis nuper exposuit, quòd [illegible] baroniam Iohẽ cum cassalibus, hominibus, iuribus, & pertinentiis suis omnibus sitam & positã in iustitiariatu prouinciæ terræ Laboris & comitatus Molisi, tenet & possidet ex celsitudinis nostræ dono. C[illegible]ia tamen de Franco consors sorũ de Palmerio de Capua se iactat in baroniã iam dicta ius sibi cõpetere, quam dicit se velle suo loco & tẽpore vendicare, propter quòd Logotheta præfatus nobilis supplicauit hu[illegible]ili[illegible], vt ad succedẽdũ circa hoc cuiuslibet confusion[illegible] inuolucrum & dubietatis incertum ius declarari prædictum mandare humanius dignaremur. Nos autem nostrorũ fidelium ingesto prædictis, finem vo-
2 lentes imponere, †illudque in amicã legibus reddere claritatem: præcipuè cum in hac parte nostrę curiæ fi[illegible]r aus versetur, qui baroniam ipsam in feudum Bartholemæo cõcessimus memorato, fidelitati vestrę præsentium tenore committimus & mandamus, quatenus si veritas cõcordat expositis, mulieri iam dictæ certum competentem & peremptorium statuatis terminũ, quòd ipsa ad curiam veniat, & ius suum, si quod in baronia ipsa sibi credit competere, coram vobis ostendat, facientes super hoc vocatis, qui vocandi propter ea fuerint, nec nõn procuratoribus & aduocatis fisci nostri, qui in his iura nostræ curiæ inquantum exinde tangitur, tueantur, quod iustitia suadebit. Quòd si fortè dicta Claricia in statuẽdo per vos præfato termino ad curiam ipsam non curabit accedere, & de suo iure legitimè in illa docere. Vos ei & suis posteris, & quibuslibet aliis ab ea super hoc causam habentibus circa petitionem iuris ipsius perpetuũ silentium imponatis: vt refrænetur præsumpta calumnia, & nubilata iustitia notis terminis præmisses, & circa præmissa audientiam denegamus tenore præsentium vestrę iurisdictionis & magistratus alterius cuiuscunque præsidium, vt per hoc coram quocunque tribunali nullatenus audiatur. præsentes autem literas &c. datum &c. †Fuit dictum per aliquos dominos de 3
Consilio, quòd dictus rex potuit fecisse dictam literã. Sed de iure nisi iudex moneat bis illum, qui dicitur, quòd se iactet, vt agat infra dictum terminũ, non obstante lapsu termini potest agere: quia ius quæsitũ illi, qui se iactat ad agẽdum infra tempus à iure statutum, non potest sua interlocutoria tollere, nisi bina monitio interueniat. ita ègregiè firmat Ang. in auth. de hæredibus & Falcidia. §. si quis autem. & idem dicit in §. si quis autẽ. de ecclesiasticis titulis. licet in fine dicat, hoc tamen non firmo. & hanc doctrinam Angeli secutus fuit Alex. in j. vol. consi. cviij. incipien. viso thęmate. in fin. & Marianus Sozinus in c. licet. de accusatio. & idem Alex. in l. Titia. C. de accusatio. Sed Ludouic. Roma. in l. quamdiu. §. j. ff. de acquirenda hæreditate reprehendit hæc dicta Ang. per rationes, de quibus ibi per eum, quibus rationibus non obstãtibus iudex pronuntiauit secundum dictam sententiam Ang. vt ipse Ludouic. dicit. ista dicta Ang. refert Alex. in l. ii. ff. de feriis. & dictam contra Ludo. Roma. refert Ang. in Apost. super Angel. in trac. de ma. in vers. nec non ad querelam. & Fel. in c. ex literis de constitutio. †Alij 4
domini dicebant, quòd ante dictam sententiam ipsi seruassent opini. Angel. sed post dictam sententiam ipsi non annullaret dictam sententiam, ex quo nõn interuenit nisi vna monitio. Et sic fuit conclusum, quòd iterum dicti nobiles moneantur infra dictum terminum assignatum ad proponendum iura sua, aliàs impertietur silentium. & quia posteà non comparuerũt.

Fuit eis per sententiam impositum silentium, & quòd nõn audiantur vlterius.

DECISIO CCLXV.

De obligationibus vasalli ad dominum, & econtra.

SVMMARIVM.

1 *Vassallus vicem domino reddere debet, qua adinuicem obligantur.*
2 *Dominus & vasallus an & quando iudicantur ad paria.*
3 *Vassallus fidelitatem domino iurat, non econtrà.*
4 *Dominus vasallo non tenetur iurare, nec astringitur ad eum iurandum, nisi ex vrbanitate.*
Superior agere potest pro subditorum iniuria, & alij

illis auxiliari tenetur.

6 *Dominus inquirere non tenetur cõtra subditum de maleficio commisso extra suam iurisdictionem.*

7 *Preceptum cadit domino in vasallos.*

8 *Vassalli ad dominum qualiter se habeant.*

9 *Prelatus precepto non efficitur sed obedientia.*

10 *Filius ad obsequendum parentibus obligatur, non econtrà.*

Iurisdictio per solum preceptum non probatur, nisi interueniat obedientia precepti.

11 *Obedientia per obedientiam possidetur.*

Subditi præsentiam Regis desiderãt, & de ipso multùm letantur.

12 *Vascones dicunt, quòd non subsunt Regi Angliæ, nisi ipso præsente.*

13 *Dominus in vasallum delinquẽs, non cadit à feudi proprietate, sicut econtrà.*

14 *Papa est omnia, & super omnia.*

15 *Persona magna non venisunt in generali locutione.*

16 *Episcopatus non includitur appellatione dignitatis.*

17 *Feudorum titulatorum qualis natura.*

18 *Feuda titulata, in quibus differant à quaternatis.*

19 *Differentia adueniens generi ponit speciem.*

20 *Prælatus, appellatione capituli non includitur.*

21 *Rei vendicatio an competat, si quis comitatum vel marchionatum iure dominij petat.*

22 *Mentio specialis de eo, quod est notatu dignũ, facienda.*

23 *Generalitas non comprehendit quod alterius est naturæ.*

24 *Ecclesia proprietatem feudi non perdit propter prælati delictum.*

25 *Pactum per dominum fractum, an mereatur eandem pœnam, cui obnoxius est vassallus.*

26 *Extensio de persona ad personam in cõtractibus non fit.*

27 *Reuerentia respicit vassallum & non dominum.*

Vassallus contra fiscum Regium sine licentia non agit.

28 *Vasallus cuius cogitationis aduersus dominum suum esse debet.*

29 *Rex potest aliquid de facto, & quæ priuilegia habeat remissiuè.*

30 *Adulterum vasallum occidere, an domino permissum.*

31 *Delictum domini in vasallum non transfert feudi proprietatem in vasallum, sicut econtrà.*

32 *Vasallus non excipit de dolo contra dominum suum.*

33 *Feudi alienatio sine consensu, an cadat tam in vasallo, quàm domino.*

34 *Pugna indici potest per dominum vasallo, non ecõuerso.*

35 *Licentia domini an requisita, vasallo conuento coram alio iudice.*

36 *Vasallus non vocabit in ius dominum sine venia.*

37 *Rex effectus monachus, non transfert Regnum in monasterium.*

Feudum transit in ecclesiam, quandoque viuente vasallo.

38 *Iuramentum legitimum præstatur regi.*

39 *Vasallus Burgensis ad fidelitatem iurandam tenetur.*

40 *Iuramentum fidelitatis quid contineat.*

41 *Iuramenti fidelitatis effectus.*

42 *Reuelare secretũ hostibus, est crimẽ læsæ maiestatis.*

43 *Vasallus non debet obstare negotio domini.*

44 *Malefactorem quando quis teneatur iudicare.*

45 *Vasallo non sufficit abstinere à malo nisi faciat bonum pro domino.*

Vassallus aduocare contra dominum non potest.

46 *Iudicium dicitur iudiciale certamen.*

47 *Dominus vasallum fidelitatem iurantem feudo priuare non potest stante fidelitate.*

49 *Ingratitudo arguit vasallum.*

Donatio propter ingratitudinem reuocatur.

49 *Vasallus præstãs opem domino, excusatur etiam à bello iniusto, si iussus erat.*

50 *Vasallus an teneatur iurare extra patriam.*

51 *Adoa dicitur, seruitium pecuniarium.*

52 *Vasalli in quibus obligentur erga dominum præliãtem.*

53 *Vassallus feudum remittere non potest domino nolente.*

54 *Vasallus in quibus teneatur adiuuare dominum.*

55 *Simulatio re probatur.*

56 *Barones sine literis Regiis subsidium non exigunt à subditis.*

57 *Burgenses vasalli, an teneantur ad subsidia.*

58 *Pudicitia seruanda per vasallum etiam in concubina domini.*

59 *Iniuria vasalli dominum afficere non debet.*

60 *Crimen læsæ maiestatis quot modis committitur.*

61 *Linguam cõpescere contra dominũ, tenetur vasallus.*

62 *Disputare de factis Regis, non licet.*

63 *Proditio vasallum maculare non debet, etiam contra fratrem domini.*

64 *Proditoriè occidere, quando quis dicatur.*

65 *Animus magis venit in consideratione, quàm factum.*

66 *Iudei animo erat cum Iudæis, & corpore cum Christo.*

Animus ex coniecturis multis deprehenditur.

67 *Assensus domini requiritur in feudi alienatione.*

68 *Dominus an semper teneatur consentire in feudi alienatione.*

69 *Dominus vasallis inuitis an possit feudum alienare.*

70 *Reædificare caducum, an possit vasallus sine licentia.*

71 *Fideiubere dominus an teneatur pro vasallo.*

72 *Feudo priuatur vasallus in male tractãdo rem feudalẽ.*

73 *Dominio suo abutens, eo se facit indignum.*

74 *Arbores incidere fructiferas, non licet vasallo.*

75 *Vasalli angarij & perangarij recedentes à feudo, possunt compelli ad reuertendum.*

76 *Iustitiam vasallo facere tenetur dominus.*

77 *Resistere impune, an quis possit propter iustitiæ defectũ.*

78 *Principem tyrannum peccata populi faciunt.*

79 *Pax per iustitiam acquiritur.*

80 *Rex obligatus est ad iustitiam faciendam.*

81 *Sermon Regis iniquas legis condentis non durat.*

Regnorum redditus, Regum sunt stipendia pro administranda iustitia.

82 *Rex terras suas quomodo concedat,*

83 *Clausula apponi consueta, si non exprimitur, videtur expressa.*

85 *Secretum dicitur etiam id, quod quinque homines sciunt.*

86 *Testimonium dicere cõtra dominum, vasallus an possit.*

87 *Titulum possessionis ostendere tenetur vasallus domino requirente.*

88 *Vxor ac more vasalli à domino interrogari esse debet.*

89 *Receptor exulum acriter punitur.*

90 *Iuramentum fidelitatis non ex contempta dimissum leuiter punitur.*

91 *Temporis angustia vasallos iuris ignaros non debet afficere.*

92 *Fidelitatis iuramentum propria authoritate per dominum exactum feudum perdere facit.*

93 *Contumax per tertiam citationem feudi possessione priuatur.*

Vasalli

94 *Vasalli qualitates.*
95 *Pot. ntio. ibus nostris pares esse non possumus.*
96 *Arma prohibita, an liceat baronibus portare.*
97 *Barones vasallos impedire non debent ad querendam iustitiam.*
98 *Vasallus filium delinquentem domino præsentare debet.*
99 *Literas domini sui tenetur honorifice vasallus recipere.*
100 *Vasallus alium vasallum coram iudice ecclesiastico trahere an debeat.*
101 *Barones qui sine priuilegio vsurpant merum & mixtum imperium, qua puniantur pœna.*
102 *Inuestitura vim contractus extendit.*
103 *Inuestitura tenor omni feudorum naturæ derogat.*
104 *Vasallus tractare dominum tenetur opere & sermone.*
105 *Dominus res proprias vasallorum vendicare potest pro necessitate.*
106 *Bona vasalli pro domino debitore rapi possunt.*
107 *Vasalli baronum etiam contra barones tenentur regem adiuuare.*
108 *Intellectus ad l. si quis sepulchrum ff. de relig. & sump. funer.*
Viam domino per pred um tenetur præstare vasallus.
109 *Vasallus feudum perdit, qui viam hostibus domini facit.*
110 *Vasallus cedere bonis an possit, vt euitet collectas & debita fiscalia.*
111 *Vasallus ad hospitium pro familia Regis tenetur.*



ILlustrissime do. Dux. Quoniam ex parte vestræ illustris. dominationis mihi commissum fuit referente Antonello Piczulo domestico & familiari V. illu. D. vt cunctos casus in quibus vasallus de iure est domino obligatus. Et ecõtra, in quibus dominus tenetur vasallo, colligere. & vestræ Illu. sapiētiæ transmittere. Cuius votis volēs summo amore & affectione parere, statim calamū assumpsi, & plus solito me implicui. Et incipiens de prępositis quæstionibus attingere, necessariū imprimis putaui regulā ante oculos ponere, demū limitationes ad regulā, & posteà ad solutionem oneris
1 iniuncti pertingere. † Regula est, ꝙ dominus debet reddere vicē vasallo. Nā sicut dominus habet vasallū obligatū in multis, vt infra dicetur: ita vasallus in eisdem habet dominū obligatū, vt l. Imperialem. in fi & ibi per And. de Iser. de prohib. ali. per Fed. Sunt enim ista quasi correlariua, dominus & vasallus, vt dispositum in vno, censeatur dispositū in alio: vt not. per Iac. de Aluaro. in c. j. §. præterea. in ij. not. quid sit inuesti.
2 Ideo dicit tex. in c. j. de for. fide. circa fi. † ꝙ dominus & vasallus inducuntur ad paria. & dicit Bal. ibi, quòd iste tex. debet videri dominis terribilis, qui tex. est canonizatus in decretis. xxij. q. v. c. de forma. & patet in c. j. §. si enim. in fi. quid sit inuesti. & in c. j. §. fi. de milli- se vasal. qui contu. est. per And. & in c. j. §. porrò. in fi. quæ fit prima cau. bene amit. & in §. qui domino. e tit. & in c. j. §. fi. hic finitur lex Feder. & no. Bald. in l. si is, qui. ff. de adopt. & in c. j. qualiter dominus propri. pri.
3 Sed hæc regula habet xv. fallentias. † Et prima fallentia est, quia vasallus iurat fidelitatē domino suo: vt in c. j. qua vasal. iu. debe. fid. cum duobus se. ti. Sed dominus non iurat fidelitatē suis vasallis: vt in c. j. de for. fide. & in c. j. qua. do. proprie. priue. & in c. domino. si de feu. fue. contro. inter do. & agna. & in c. nulla. per quos fiat inuesti. licet enim dominus teneatur vasallo prout vasallus tenetur domino: tamē strictius tenetur vasallus domino, quàm ecõtra: † quia vasallus iurat do- 4
mino, & dominus non iurat vasallo. hæc scribit And. in c. j. de for. fide. in fi. & in d. c. j. quali. do. proprie. priue. sicut etiā dicitur, ꝙ vasallus tenetur iuuare dominum: vt in c. j. in princ. qui. mo. feud. amit. cū concor. ibi alleg. Sed dominus nō potest astringi ad iuuādum vasallum, nisi ex vrbanitate. ar. l. creditores. & l. ancillæ. C. de pig no. doct. in c. breui. de iureiur. licet Bal. in c. j §. conuenticula. in princ. de pace iur. fir. dixerit, ꝙ dominus debet iuuare vasallum, etiam iniustè, in tantum ꝙ nō debet ipsum tradere suo inimico, etiā si fecisset mille delicta. † inde dicit Old. in cōsi. cc vj. in ri. 5
in causa Carnonensi. quòd superior agere potest pro vexatione, quæ subditis infertur arg. c. licet. in fi. & ibi per Host. de proba. & dicit Bal. in c. j §. iudices. de pace tenē. ꝙ dominus nō debet esse beccarius sui subditi, quē tanquā pater debet fouere: † nec tenetur inqui- 6
rere contra suum subditū de maleficio cōmisso extra suam iurisd. secundū Bal. in §. iudices. & Alex. in v. vol. cōsi. xv. ij. col. versi. sed dominus feudi. vbi dicit, quòd dominus debet auxiliari vas. quemadmodū vasallus domino: vt ibi per eū. Secunda fallen. est in materia imperatiua & iurisdictionali: † nam dominus præci- 7
pit vasallo. & in eum habet iurisdictionem: vt in l. Imperialem. §. præterea inter duos. de prohib. feu. ali. per Fed. & in c. domino cōmite. si de feu. fuer. contro. per And. & in c. j. quid sit inuesti. per And. Sed vasallus nihil potest domino præcipere, nec iurisdictionē aliquā habet in eū imperatiuā, sed subiectiuā. † Nā vasalli & 8
subditi habētur loco materiæ, cuius natura est subiectum passionis: domini habentur loco formæ, cuius natura est actiua in subiacentem materiam. Et sicut in naturalibus materia debet esse obediens formæ: quia actus actiuorū sunt in patiēte bene disposito: vt dicit Philo. secundo de anima. Sic in arte iuris ciuilis: † vnde præceptū nō facit quē prælatū, sed obedientia sup- 9
positorū. hæc notāter inquit Bal. in c. j. xij. col. de his, qui feu. dare pos. & sic etiā dicemus, ꝙ filius debet obedire parentibus, † & nō econuerso: vt not. in l. veluti. 10
ff. de iusti. & iure. Et propterea dicimus, ꝙ per solum præceptū, quod facit dominus, non probatur iurisdictio domini, nisi probetur, ꝙ subditi obedierunt præcepto. & id dicebat Bal. in c. j. de maio. & obe. † quòd 11
obediētia per obediētiā possidetur, & qui præcipit, & sibi nō paretur, nihil in aliū possidet. subdēs, quòd subditi desiderant præsentiā Regis, & multum lætantur de ipso. † Et ideò Vascones dicunt, quòd non subsunt 12
Regi Angliæ, nisi ipso præsente: vt not. in l. j. ff. de offi. præsi. nam vt ait Inn. in c. quapropter. de elect. dulcius est bibere de aqua fontis, quàm de aqua torrentis.
† Tertia fallentia est, quia illud, quod dicitur quòd 13
dominus & vasallus iudicātur ad paria, vt si vasallus delinquat in dominum, perdat vtile dominiū rei, quā habet à domino in feudū: ita si dominus delinquat in vasallū, perdat directum dominiū: vt in d. c. j. qualiter dominus proprie priuetur. vt non habeat locū quādo dominus directus est Rex, vel dominus non recognoscens superiorē, vt si delinquat in vasallum, non proptereà cadat à proprietate feudi vel Regni, & sic in hoc non iudicantur ad paria. hæc est conclusio Lucæ de Pēna in l. in sacris. C. de proxi. sacro. scrinio. lib. xij. circa fi. Idem firmat Bal. in c. j. qualiter dominus proprie priuetur. vbi dicit, quòd ille tex. non habet locū in dominis magnis. prout sunt Reges. † sicut dicimus 14

in Papa.qui est omnia & super omnia.& sic ille text.
15 loquens de dominis,non habet locum, † quòd in generali locutione non veniunt magnæ personæ: vt firmat Lucas prædictus in loco præalleg.ideo in alia materia dixi istis proximis diebus vestræ illust. D. quòd assensus Regis præstitus super obligatione bonorum feudalium facta per illum ducē,non intelligitur præstitus vt sit obligata ciuitas,quæ est titulus illius ducatus,nisi expresse dictum sit in obligatione bonorum
16 feudalium & ciuitatū,quæ sunt tituli dignitatis. † Sicut dicimus,quòd dignitas episcopatus non venit appellatione dignitatis,quia est culmen dignitatis:vt dicit gl.in c.ij.de præben.lib.vj.& not. Cardi.Floren.in Clemen.j.in v.not.de renuntia.per illum tex.& Abb. Sicu.in c.solitæ.iij.col.de maiori.& obed,& pro hoc bonus tex.in c.quia periculosum. de sent.excō.lib.vj. Item quia ista feuda titulata habent aliam & diuer-
17 sam naturā ab aliis feudis: † quia de iure feudorū feodum ducatus,comitatus,& marchionatus non diuiditur,sicut diuiduntur alia feuda,nec omnes filij succedunt,sicut in aliis:vt in c.j.de feud.mar.& in c.j. quis dicatur dux.& in d.l.Imperialem.§.prætereà ducatus. & not.in c.omnes.si de feud.fuer.contro.Bald.in l.si plures.C.de cond.inser.Itē quia differt in titulo, item
18 in dignitate,item in honoribus,& sessionibus.† & sic est dare magnam differentiā inter ista feuda titulata & alia feuda,& sic cū feuda simplicia quaternata sunt diuersa à dictis feudis titulatis non comprahendūtur sub appellatione inferiorum maiora:quia dicit Bald.
19 notanter in l.j.C.de success.edict.† quòd differentia adueniens generi constituit speciem.ff.de adop.l.j.Benefacit glo.in c.vt hi.qui de æta.& quali.in verbo,in eisdē.quæ dicit,quòd cū prælatus & capitulū sint diuersa,appellatione capituli non includitur prælatus. Item quia licet prælatus & capitulum faciant vnum
20 corpus,† nō per hoc sequitur prælatum includi appellatione capituli,& sic cùm verbū sit simpliciter prolatū in obligatione feudorū,videlicet obligando feuda simpliciter in materia differenti:cùm ergo de feudis titulatis nihil actū sit,debet solùm intelligi de feudis nō titulatis:& sic non includuntur feuda titulata. & pro hoc faciunt no.in c.sedes.de rescript.bene facit ad hoc quod dicit Inn.in c.cùm venerabilis.de re.do.
21 † quòd si quis petat comitatum vel marchionatū ad se spectare iure dominij,& sic agit rei vendi.nō cūpetit sibi rei vendicatio.Sed solū iudicis officium ad petendū illa,& tamen pro feudis quaternatis sine dignitate competit rei vendicatio:vt patet in c.abbate sanè.de re iudi.& in multis iuribus allegatis per And.in
22 vsibus feudorum. † Et ideò de eo,quòd est nor.dignū, debet fieri specialis mentio,& non in genere : vt in l. apud Labeonem.§.hoc edictū.ff.de iniur.& istū text, alleg.gl.in d.c.quia periculosum.& not.in c.cū in generali,de offi.vica.lib.vj.& Io.Mo.& Io.An.in c.in ge-
23 nerali,de reg.iur.lib.vj.† nec venit sub generalitate id quòd est alterius naturæ:vt dicit Io.And.in c.ex literis.de iur.patr.hoc scripsisse impertinenter aliqualiter volui:quia de hoc pridie vestra illustrissima D.me interrogauit,& promisi in hoc tractatu scribere,quæ mihi occurrunt. Quarta fallentia est,quia nō habet locū dispositio d.c.j.qualiter dominus propriet. priuetur,in dominio ecclesiastico,vt in prælato habente
24 vasallos,† vt si prælatus delinquat,non proptereà ecclesia perdit proprietatē feudi,sicut si illud

delictum commisisset vasallus: vt concludit Andr.in c.j.§.fi.de capi.Corra.Et ibi sunt plures remissiones in lectura mea. Quinta fallētia est, vt dicta regula nō procedat in pœna cōuentionali:nam si vasallus promisit certū determinatū seruitiū,soluendū,in tempore determinato,sub certa pœna,& dominus aliquid ei
promisit. † Si dominus venit cōtra pactū, nō tenetur 25
ad similem pœnam,ad quā tenetur vasallus,si contrauenit:vt dicit Bal.in d.c.j.qualiter dominus proprie. priuetur.volens quòd dictum c.nō habet locū, nisi in pœna legali & nō conuentionali:† quia in contracti-
bus nō fit extensio de persona ad personam.l.miles.ff. 26
de testa.milit.l.ita stipulatus. §.Chrysogonus.cum si. ff.de verb.oblig. Sexta fallentia est,quando in domino concurrit diuersa ratio,quàm in vasallo,tūc nō iudicantur ad paria,& dispositum in vno de eis, non censetur dispositum de alio.arg.l.inter stipulantem. §.sacram.ff.de verb.oblig.ibi,hæc dissimilia sunt.faciunt not.in l.si cōuenit.ff.de pact.& no.Cyn.& Ang.
C.de indict.vid.tol. † Et proptereà dicimus,quòd va- 27
sallus debet domino reuerentiā:sed dominus non debet reuerentiā vasallo:vt dixit Luc.de Penna in l.ij C. in quib.cau.colo.lib.xj.& ideò vasallus nunquā poterit agere contra fiscum Regiū,nisi prius habita licentia:secundū And.in c.j.de lege Corradi, quod non est
si in domino.Itē vasallus † semper debet cogitare do- 28
minū suum esse bonū & sanctū,sicut libertus : vt in l. honori.ff.de obseq.à lib.patro.præstan.& hoc idē voluit Spec.in tit.de accusatore.§.j.versi.itē libertus. Et debet ipsum Regē timere:quia potest aliquid de facto agere:vt dicit Andr.in titu.quæ sit prima causa bene.
amit. † quia habet Rex multa priuilegia,de quibus di 29
xi,in tit.quæ sint regal.& in tract.do.Mar.de Lao.de
principibus. Septima fallētia: † quia dominus non 30
potest occidi à vasallo,sicum reperit adulterantē vxorem suā,vel eius filiā,sicut potest dominus ecōtrà.argu.l.marito.§.j.& l.adulteriū.§.liberto.ff.ad leg.Iul. de adul.nā doctores æquiparāt vasallos liberto: vt pluries:hoc facit And.& Lucas de Penna in l.ij.C.in qui-
bus cau,colo,lib.xj. Octaua fallentia : † quia si do- 31
minus delinquat in vasallū,proprietas feudi nō acquiritur vasallo sicut acquiritur illud vtile dominiū feudi domino,propter delictū vasalli:vt concludit And. in d.c.domino committente.si de feu.fue.cōtro.inter do.& agna. Nona fallentia est: nā dominus litigās cum suo vasallo non iurat de calumnia, sicut tenetur iurare vasallus litigans cū domino suo: vt in c.j.§.in quibus.de consuet.rect.feud.& not.Bal.in c.j.§.finau-
tem.de contro.inuestituræ. † Decima fallētia: quia 32
vasallus nō potest agere contra dominū de dolo, nec etiam excipere de dolo,sicut agit & excipit dominus contra vasallū de dolo.arg.l.apud Celsum.§.aduersus parentes.ff.de dolo.iuncta l.iij.C.de arbitris. Vndecima fallētia est,quia vasallus nō potest alienare feudū sine consensu domini pari,vel superiori, vel inferiori:vt in l.Imperialem.in prin.cū concor.præalleg.
† Sed dominus potest alienare proprietatē feudi pari 33
vel æquè idoneo,vel maiori,sine volnntate vasallorū: vt voluit And.in c.j.§.eadē lege.de lege Corradi. & habetur in l.ij.C.de iure emphy.& in Spec.de loca.§.
nunc aliqua.versi.xciij. Duodecima fallētia, † quia 34
dominus potest offerre pugnā vasallo,sed nō est econtrà,vt dicit And.in c.j.§.fi.de alie.feudl.paterni.& in c.j.§.si miles.de pace tenenda. Decimatertia fallentia,

lentia: quia dominus Rex habet ordinariam iurisdi-
ctionem & merũ & mixtum imperiũ in vasallos suos
& tenentur stare iuri corã eo, & suis officialibus: in c.j.
quæ sint regalia. & in cõstitutio. ea quæ ad decus. vt di
cit Spec. in tit. de feudis. §. quoniã. vers. & no. q vasal-
li. & not. And. in constit. Regni, cùm satis. & in c.j. quid
sit inuest. & in l. Imperialem. §. præterà si inter duos.
35 & not. in Cle. pastoralis. de re iudi. † Intantum, q va-
sallus non potest conueniri etiã eo volente corã alio
iudice sine licentia domini: vt dicit Bal. in l.j ff. de of-
fi. præfect. vrb. & not. doct. in l.j. §. & post operis. ff. de
oper. no. nunt. & Bal. in d. §. præterea si inter duos. Sed
vasallus nullam habet iurisdictionẽ in dominum nisi
subiectiuam: vt s. dixi. Decimaquarta fallentia: quia
36 dominus vocabit in ius vasallũ suum sine venia, † sed
vasallus non vocabit in ius dominum suum sine ve-
nia: vt dicit Spec. in præallegato §. quoniã. in vers. xvij.
& habetur in c.j. de mili. vasal. qui contu. est. Deci-
maquinta fallentia est: quia si Rex efficiatur mona-
chus, † Regnũ nõ transit in monasterium etiam viuẽ-
37. re Rege: vt dixit Bald. in l. Deo nobis. in vj. col. C. de
epis. & cler. Sed si vasallus habet feudum. q præstatur
seruitium in pecunia vel alia præstatione, secundũ cõ-
clusionem Alex. de Imo. in v. vol. in cõsi. x. si efficiatur
monachus, feudũ transit in monasteriũ eo viuo, post-
eà redibit ad agnatũ vel dominum, sicut etiã dicebat
Bal. in c. quæ in ecclesiarũ, de cõsti. & in auth. nisi ro-
gati. C. ad Treb. Sed in Regno hoc credo, quòd non
procedit per constitu. Regni, quæ incipit, errores. de
his qui debent accedere ad ordi. cleri. vbi statim di-
mittunt feuda, & nihil transit in monasteriũ: † & hoc
38 est propter iuramentum ligij, quod præstatur Regi,
prout ego firmaui in c.j. de milite vasal. qui ar. belli.
depo. & in c.j. de bene. fratris. Et ex his patet, q in præ-
dictis dominus & vasallus nõ iudicãtur ad paria. & in
multis alijs: vt patet ex priuilegiis datis Regi: quæ nõ
competunt eius vasallis: vt dixi in c.j. in prin. quæ sint
regalia. & in tracta. Martini Lauden. de priuil. princi.
& per Lud. in l. imperium. ff. de iuris. om. iud. & in tra-
ctatu de priuileg. fisci. His præmissis descendo ad du
bium in quibus vasallus est domino obligatus, & ap-
parebit ex j. dicendis, in quibus dominus est obliga-
tus vasallis. Et imprimis dico, quòd vasallus est do-
mino obligatus iurare fidelitatem, quàm iurare debet
non solùm vasallus ratione feudi, † sed etiam vasallus
39 burgensis: vt declarat And. in c.j. qualiter vasallus iu-
rare debet fideli. Sub quo quidem iuramento sex prin
cipaliter continentur: vt patet in c.j. de forma fide. &
in c.j. de noua forma fidelita. & in decretis xxij. quæst
c. de forma. & sic est obligatus ad ea, quæ subsunt sub
iuramento fidelitatis: vt dicit Alexan. in j. volu. consi
lxxix. in v. colum. † Primum contentum est, quia
40 vasallus iurat saluare dominum incolumem, id est, vt
non offendat eum in corpore suo, nec per alium: imo
curare & facere iuxta suum posse, vt alius eum non of-
fendat, & nedum quòd non offendat eum, sed etiam,
quòd non offendat filium vel fratrem domini, vt hoc
extenditur per Andr. in c.j. de forma fidelita. † Et sub
41 isto verbo incolumen, continetur, quòd vasallus non
accuset dominum suum, nisi suam vel suorum iniu-
riam prosequatur. Item, quòd non dicat testimonium
in causa criminali contra dominum. Item, quòd non
sit in consilio, vel in facto, vt dominus, vitam. vel
membrum, amittat, vel in persona recipiat læsionem,
iniuriam, vel contumeliam, vel amittat honorem,
quem habet vel habebit, vt ibidem dicitur. Secun-
dum contentum est, quia iurat dominum tutum, id
est, quòd non reuelabit secreta domini in damnum
domini. † Nam crimen læsæ maiestatis est, reuelare 42
secreta hostibus, vel dando signum, vel nuntium, aut
literas mittere hostibus: vt in l.j. ij. & iij ff. ad leg. Iul.
maiest. secundum And. vbi supra. Tertium conten-
tum est, quia iurat esse honestum, id est, ne sit in dam-
num de iustitia domini, & quòd ei faciat iustitiam: vt
j. dicetur. & est text. in c. qui domino. quæ sit prima
causa benefi. amit. Item quòd seruet honestatem
circa vxorem domini & filias, & nurum, & sororem
domini, & alias personas, de quibus in c.j. §. item si fi-
delis. quib. mod. feu. amit. Quartum contentum:
quia iurat esse vtile, id est, ne sit in damno in bonis do
mini vel in alijs negotijs. puta volebat dominus face-
re matrimonium cum aliquo domino, † vasallus non 43
debet seminare zizaniam, vt negotium vtile domini
non cõcludatur: vt ibidem per And. Et sub hoc etiam
continetur, quòd non consentiat, si aliquod malum
paratur contra dominum, imò obuiabit & auxilium
præstabit vt latius declarat ibi Andr. vnde si vasallus
scientia secrete, quòd dominus passurus est a suo ini-
mico. magnam iacturam sui patrimonij, aut quòd si-
bi parantur insidiæ, vel aliquòd malum, tenetur do-
mino suo reuelare: vt not. in c.j. §. item si vasallus. &
§. qui delator. quæ sit prima causa benefi. amit. & in c.
j. §. si a morte. de aliena. feudi paterni. Bene facit l. vi-
sum. & ibi Bart. ff. de patrici. Et dicit Andr. in c.j. §.
præterea. quæ sit prima causa beneficij amit. † quòd 44
quilibet vasallus tenetur indicare quancunque of-
fensionem domini, contra regulam, quæ dicit, quòd
nullus tenetur indicare malefactorem, vt habetur in
l. in ciuile. C. de furt. Quintum contentum, quia
iurat esse facilem & possibilem, id est, quòd rem faci-
lem non faciat difficilem domino suo, vel non faciat
rem difficilem facilem, vel quòd sit possibile non fa-
ciat impossibile, vel econtra: vt sonant verba text.
Sextum contentum: quia iurat præstare in prædi-
ctis auxilium & consilium: † quia non solùm vasallus 45
tenetur abstinere à malo, sed etiam tenetur pro domi-
no facere bonum: vt dicitur in tex. in d. c. j. de for. fi-
deli. Et ideò vasallus non potest aduocare vel procu-
rare in aliqua lite contra dominum suum: quia tene-
tur ipsum defendere. Nam si tenetur vasallus domi-
num suum defendere & adiuuare in prælio campestri:
vt dicit tex. in c.j. in prin. quib. mod. feud. amit. cùm
concord. ita tenetur adiuuare in prælio iudiciali:
† nam iudicium dicitur iudiciale certamen. l. aduo- 46
cati. C. de aduo. diuer. iudi. cum simili. no. per Andræ.
vbi s. Et si vasallus est requisitus, vt præstet iuramen-
tum fidelitatis, & recusat iurare, debet perdere bona
feudalia, quæ tenet ab eo: vt in c.j. §. est & alia. in quib.
cau. feu. amit. † Et si iurat fidelitatem, stante fidelita- 47
te, dominus non potest eum priuare feudo, vt in d.c.
de forma. & nc. Bal. in c.j. de natu. feu. & notauit Abb.
in c. quæ in ecclesiarum. de consti. cùm simil. Et dicit
Bart. in c.j. §. hæc sunt de pace tenen. quòd comes te-
netur facere iurare suos vasallos illi, cui ipse iurauit.
Idem dicit Andr. in d. l. Imperialem. §. præterea. &
Bal. in c. omnes. si de feud. fuer. controuer. inter do. &
agna. & Bart. in l. de pupillo. §. si pluribus. ff. de oper.
noui nuntia. Bal. in l.j. ff. de re. diuisi. & Bart. in l. cùm

vnus.ff.de alimen.& cibar.leg. Et ista est prima obli-
gatio prægnans ad quã tenetur vasallus domino suo.
Secundò,tenetur vasallus domino suo, si dominus
Rex mouet bellum iustum contra alium, vel moue-
tur sibi bellum illicitè, tenentur vasalli dominum
suum adiuuare,& ei præstare auxilium:vt in tex.in c.j.
48 in prin.quib.mod.feu. amit. † esset enim vitium in-
gratitudinis,si vasallus nõ defendat dominum, à quo
habet beneficium:vt in d.c.de forma. Sic etiam de iu-
re communi reuocatur donatio propter ingratitudi-
nem:vt in l.j.& fi.C.de reuo.dona.Et si est dubium,an
49 bellum sit iustum vel iniustum, † standum est, quan-
tum ad excusationem vasalli præstantis opem verbo
principis:vt xxiij.q.j.c.quid culpatur.vt bene conclu-
dit And.in d.c.j.in princip.quib.mod.feud.amit.& in
c.j.hic finitur lex Corradi.de quo per doct. in c. sicut.
de iureiur.& in c.olim.le premier.de restitut. spoliat.
Quid autem,si Rex habet guerram extra Regnum,
an teneatur vasallus adiuuare?dicit And.in d.c.j.quib.
50 mod.feud.amit. † quòd quando persona Regis est ex-
tra Regnum & inuocat auxilium vasallorum, vasalli
tenentur iuuare:quia vbi est Rex, ibi est territorium,
secundùm And.ibi.& Bal.ibi,qui allegat Cyn.in l.iij.
ff.de offic.præsi.& Iac.But.in l.cunctos populos.C.de
summa trin.Et dicit,quòd ita seruatur de facto. vnde
si Rex accederet extra Regnum pro vendicanda iniu-
ria sua vel sui vasalli, tenentur vasalli dominum adiu-
uare,secundùm And.vbi s.& in c.j.§.sed non est alia
iustior.quæ sit prima causa benefi.amit. & hoc quan-
do elegit Rex,quòd vult dictum seruitium personali-
51 ter. † sed si elegit velle seruitium in pecunia, quæ di-
citur in Regno adoa:tũc vasalli ratione feudi præsta-
re tenentur illud seruitiũ in pecunia,secundùm And.
in c.j.quis dicatur dux.& in d.§.sed non est alia. & in
c.j.§.similiter.de c.Corradi. & in d. l. Imperialem.§.
firmiter.& in c.licet.si de feud.fuer. controuer. inter
do.& agna.& Bal.in l.j.C.de oper.liber. & habetur in
52 constitutio.Regni,quamplurimùm. † Hic caderẽt
multæ quæstiones, quæ tangunt etiam obligationem
vasalli erga dominum suum præliantem,de quibus,vt
sim breuis,ex quo de illis non quæsiuit vestra Illust.
D.ideo remitto me ad An.in d.c.j.in princ.quib.mod.
feud.amit.& ad scribentes in d.c.sicut.& in d. c. olim.
& ibi sunt concordantię,ex quo ista materia belli re-
53 quireret tractatum de per se. † An autem, si vasal-
lus vult renunciare feudis potius, quàm seruire domi-
no, dominus teneatur recipere renuntiationem? Et
concluditur quod non:quia feudum datum est gratia
vtriusque,secundùm Bald.in c.j.de noua forma fideli-
tatis.& And.& Bald.in præludiis feudorum. & And.
in c.j.de vasal.qui contra constit.Lotha. per docto. &
ibi remissiones in l.is cùm quo. ff.de aqua plu. arcen.
& Cardina.Floren.in Cle.pastoralis. §.denique. de re
54 iudica. † Tertiò, est obligatus domino suo vasal-
lus,ad præstandum adiutorium & præsidium mode-
ratè,quando esset capta persona domini ab inimicis
domini. Item pro faciendo filio milite:vel pro fa-
ciendo eius fratre milite,vt constitutio Regni comi-
tibus.& habetur in capitulis Papæ Honorij: vt j. di-
cam. Item pro emenda terra. Item pro maritanda
filia vel sorore.Item,vt dictum est,pro seruitio Regis
vel sui exercitus:vt in dicta consti. quam plurimum.
& habetur in Spec.in tit.de feudis. §.quoniam. ver. &
not. quòd vasalli.& per capitula Papæ Honorij pro-
uisum est,quòd si contingat Regnum inuadi inuasio-
ne notabili: † non procurata,non simulata, non mo- 55
mentanea seu transitura,sed manente:aut si contingit
in eodem Regno notabilis rebellio similiter, non si-
mulata,non momentanea,sed manens, tunc Rex po-
test exigere adiutorium à vasallis,& ipsi tenentur per
collectas dominum adiuuare.Idem, si persona regis
esset capta ab inimicis pro redimenda eius persona,
tenentur vasalli adiuuare in pecunia. Item pro mili-
tia fratris sui vel alicuius ex liberis suis. Item pro ma-
ritanda sorore,vel maritandis filiabus,vel nepotibus,
vel qualibet alia de genere suo ex linea descendenti:
& ibi dicitur,quòd tale adiutorium erit pro inuasio-
ne vel rebellione,aut detentione prædictis quinqua-
ginta milium vnciarum:pro militia verò xij.milium
pro maritagio verò quindecim milium, vt latius in
dictis capitulis continetur. † Sed barones sine literis 56
Regis in casibus permissis in dicta constitu.quam plu
rimum.exigere à vasallis adiutorium sine literis Re-
giis non possunt:vt cautum est in capitulis Regis Ro-
berti,charta liiij.licet Rex Carolus secundus voluis-
set,quòd non requirerentur literæ Regis:vt in c.item
statuimus.char.xxij. † An autem vasalli burgenses 57
teneantur ad hoc adiutorium.gloss.& Andr. in dicta
constit.quam plurimum. dicunt, quòd non. & dicit,
quòd ita seruatur. Idem dicit And.in c.j.§.fin. de pace
iur.fir.de quo per Andr.in c.j.in verbo, extraordina-
ria.quæ sint rega. Et si est quæstio inter dominum &
vasallum super isto adiutorio præstando, iustitiarius
prouinciæ cognoscit secundùm ordinationem Regis
Caroli secundi,quæ incipit,Comites.char.xxviij. Sed
ego semper vidi, quòd Regia camera summariè co-
gnoscit & taxat. Et prædicta sunt vera, nisi dominus
fuisset excommunicatus ab ecclesia,vel damnatus de
publico crimine:vt dicit Bald.in c.j. penult.col. quo
tempore miles,& in c.j.hic finitur lex Corra.Io. And.
in c.pia.de excep.lib.vj.& Bal.in c.j.in fi.per quos fiat
inuestitura.Inn.& Ioan.And.in c.veritatis.de iureiur.
† Quartò, est obligatus vasallus domino suo, vt 58
dictum est in prima obligatione,ad seruandam hone-
statem circa pudicitiam vxoris, filiarum, nurus, ne-
ptum,sororum,& matris,& etiam concubinæ domi-
ni:vt probatur in §.item si fidelis.quib. mod. feudum
amit.ibi,quæruntur plures quæstiones super hoc, vi-
delicet. Quid si vasallus non seruauit honorem
vxoris domini,quæ transiuit ad secunda vota, & quid
si vxor domini esset vna fœmina inhonestissima? Et
quid si ignoranter concubuit cum vxore domini, vel
filia,vel sorore,de quibus ibi per Andr. Ita econtrà do
minus tenetur abstinere, vt non committat adulte-
rium cum vxore sui vasalli, nec defloret eius filiam
inuitam:vt in constit.si vasallus, de fideins. domino-
rum à vasallis. † Quintò,tenetur vasallus abstine- 59
re ab omni iniuria & in omni malo contra dominum
suum.c.j.§.similiter.quib.mod.feud.amit.vnde debet
abstinere,ne lædat in aliquo dominum suum, in per-
sona vel in bonis.& si dominum læderet in persona
vel in bonis,faceret contra iuramentum fidelitatis:
vt dicit Iaco.de Belui.in d.§.similiter.& Andr. ibi, &
in c.j.§.porro.quæ sit prima causa benefi. amit. Et ge-
neraliter debet abstinere,ne aliquo modo incidat in
crimen læsæ maiestatis, † quod multis modis commit 60
titur,vt patet in l.j.ij.& iij.ff.ad leg.Iul.maiesta. & di-
xi in c.j.in verbo,& bona commit. crimen læsæ ma-
iesta.

festa. quæ sunt regalia: & aliquid per And. in c. j. §. por-
ro. quæ sit prima causa bene. amit. Ita econtrà, domi-
nus debet abstinere, ne suum vasallum verberet sine
causa, nec atrocem iniuriam ei facere debet, in dicta
61 constit. si vasallus. Sextò, † tenetur vasallus absti-
nere, ne malè loquatur de domino suo, & eius linguã
in hoc comprimere, vt dicit Iac. de Ardi. in sua lauda-
bili summa in rub. qui: mo. feu. amit. per multa iura,
quæ ipse alleg. Idem dicit Cato:
Virtutem primam esse puta compescere linguam.
62 † Nam de factis Regis non licet disputare: vt not. in
constit. Regni. disputare per And. olim erant consti-
tuti certi officiales, qui corrigebant eos, qui male lo-
quebantur de principe: vt est gl. singu. in rub. C. de præ
positis laborũ. lib. xij. licet tex. in l. j. C. si quis Imper.
maledixerit. dicat, quod in hoc multum versatur iudicis
arbitrium, an leuitate vel insania, & ex qualitate per-
sonarum dicta pensantur, secundùm Bal. in c. j. ex qui-
bus cau. feu. amit. & not. Ang. in l. famosi. ff. ad leg. Iul.
maiest. Et bene facit ad hoc exemplum, quod refert
reuerẽdus do. Ant. archiepiscopus Flor. in prima par-
te sui historialis tit. vj. ca. xj. §. iij. Quòd Agrippa, qui
affectabat imperium pro Caio nepote Imperatoris
Tiberij dixerit, vtinam viderem mortem importuni
senis, scilicet Tiberij: & Caium dominum totius or-
bis. fuit de hoc accusatus apud Imperatorem prædi-
ctum de crimine læsæ maiestatis, quia orauerat Deum
pro morte Imperatoris. & Tiberius Imperator eum
carcerari fecit, & ibi stetit per sex menses vsq; ad mor
tem Tiberij: & succedente Caio in imperio, liberauit
63 & sublimauit eum. † Septimò, vasallus tenetur ca-
uere à proditione, non solùm contra dominum, sed
etiam contra fratrem domini sui: vt in c. j. §. item si
fratrem. quib. mod. feud. amit. & in c. j. de eo, qui fra-
trem domini sui interfecit, & etiam à subditis parta-
libus Regis, vt dicit Bal. in c. j. §. Opizoni, de pace Cõ-
64 stan. bene facit l. quisquis. C. ad leg. Iul. maiest. † dici-
tur tunc proditoriè occidere, quando sine diffidatio-
ne occiderit, secundùm Andr. vbi s. & habetur in c. j.
de homicid. lib. vj. Sed Bar. in extrauag. ad reprimen. di
cit in verbo, rebellis. quòd proditoriè dicitur fieri,
quando fingo me amicum, & tractò te, vt inimicum,
& sic vnum ostendo in animo, & aliud in corpore, de
quo latè per Lucam de Penna in l. fi. C. de deser. lib. x.
65 † plus enim consideratur animus, quàm factum: ideò
dicebat Bal. quòd partialis consideratur ex animo, &
non ex loco: vt in l. athletas. §. calumniator. ff. de his
qui not. infa. Bene facit quòd dicitur in Psal. lxj. Ore
suo benedicebat, corde verò maledicebat. & ad hoc
66 bene faciunt, quæ scribit Ang. in consi. cclvj. † dum
dixit, quòd Iudas animo erat cum Iudæis, & corpore
erat cum Iesu Christo Deo omnipotenti. & iste ani-
mus ex multis coniecturis percipitur, vt per Alex. in ij.
vol. consi. cxxx. Octauò, tenetur vasallus domino
suo, quando vult feudum alienare, petere eius assen-
67 sum super ipsa alienatione. † Aliàs videtur ipsum con-
temnere, & ei iniuriã facere. & de iure feudorũ si con-
trarium faciebat, debebat perdere feudum: vt in c. j. §.
fi. quæ sit prima causa benefi. amit. & in c. j. de ali. feud.
& in c. j. §. aut si liuellario. quib. mod. feud. amit. & in
d. l. Imperialem. & in c. j. de prohib. feud. ali. per Loth.
Sed in regno hoc non procedit, quia ipse idẽ qui alie-
nauit sine consensu Regio potest reuocare, per consti-
tutio. Regni, constitutionem diuæ memoriæ. & si ipse
non reuocat, poterit dominus reuocare, vt bene de-
clarat And. in c. j. de vasal. qui contra constitutio. Lo-
tharij. † Nec tenetur semper dominus consentire: vt 68
dicit Andr. in d. l. Imperialem. in princ. Nisi in qua-
tuor casibus, videlicet, quando vasallus contraxit de-
bitum pro domino suo, puta quia fideiussit pro eo.
Secundò, si vellet alienare feudum pro adiuuando
dominum. Tertiò, si vellet alienare feudũ pro ma-
ritanda filia vel sorore, vel pro dãdo militiam fratri.
Quartò, si vellet alienare feudũ pro liberando se
ab aliquo onere, quòd esset huius feudi; vt dicit And.
in c. j. §. quid ergo. de inuestitu. de re ali. facta. & in cõ-
stitutio. Regni, si quis post litem. † Ita econtra, domi- 69
nus vasallum inuitis non alienabit feudum, secundùm
glo. in l. inuitus. ff. de fideicommiss. lib. not. per Bar. in
l. debitorum. C. de pact. Bal. in l. ij. de nouatio. & in c.
in generali. si de feud. fuer. controuer. Bar. in l. prohi-
bere. §. planè. ff. quod vi aut clàm de quo tamen per
Bal. in l. j. C. de furt. & per Andr. in d. l. Imperialem. §.
prætereà. & per Lucam de Penna in l. ij. C. de censib.
& in l. generali. de decurio. lib. x. & And. in d. §. item si
fratrem. † Nonò, vasallus habens castrum in Re- 70
gno, non potest, si est dirutum, illud reædificare sine
licentia Regis, vt in constitutione, Regni castra, &
multò fortius nec castrum facere de nouo: vt expres-
sè dicitur, in dicta constitu. sine licentia Regis. De-
cimò tenetur vasallus à domino requisitus, esse fideius
sor pro eo: & si non fideiubet, poterit eum priuare feu
do, quod tenet ab eo. † Et econtrà, si dominus pro va- 71
sallo suo nolit fideiubere in causa criminali, præter-
quàm si inquietatur de crimine, quòd ad Regiam Ma-
iestatem pertinet, perdit ius vasallagij, quod habebat
in eum, vt est tex. in consti. Regni, Si vasallus. de fide-
iussione dominorum à vasallis. Vndecimò, vasal-
lus tenetur domino bene tractare res feudales, quas
tenet à domino: nam si † malè versatur in feudo, puta 72
malè tractando vasallos, potest eum priuare [a] arg. c. a
ad Apostolicæ. de re iudi. lib. vj. facit l. iij. C. locati. &
not. in c. ij. qualiter dominus proprie. priuetur. Idem
si destrueret vel dissiparet bona feudalia, secundùm
Io. And. in nouel. in d. c. ad Apostolicæ. & Bar. in l. ele
ganter. in fi. ff. de pig. act. & Lucas de Penna in l. fundi.
C. de loca. prædi. ciui. lib. xj. † quia ille qui abutitur 73
domino suo, se facit indignum dominio: secundùm
Bal. in d. c. j. per l. ij. ff. de his, qui sunt sui vel ali. iur. In-
de dicimus. quòd vasallus non potest incidere arbo-
res fructiferas, vt dicit Bar. in l. in fraudem. §. fin. ff. de
iure fisc. Duodecimò, vasallus est obligatus domi-
no, quia tenetur quando opus est ire pro seruitiis Re-
giæ curiæ, vbi vult Regia Curia expensis curiæ, † non 74
autem pro seruitiis priuatis: puta, pro mercantia vel
alio priuato commodo: vt est tex. in consti. Regni, si-
cut nostra. & Bal. in l. fi. in prin. C. de bonis, quæ libe.
nisi esset vasallus angarius, vel perangarius, de quibus
loquitur cõstit. Regni, si contingit. & constit. Regni,
prosequentes. † isti enim vasalli angarij & peranga- 75
rij si recedunt à feudo, dominus potest ipsos compel-
lere, vt reuertantur ad habitandum, ar. l. omnes. C. de
agri. & censi. lib. xj. secundum Bal. in præludiis feudo-
rum, viij. col. & idem Bal. in l. j. & in auth. ibi posita.
C. de Lati. liber. tollen. & Lucas de Penna in d. l. om-
nes. & in l. j. C. de colo. palestrinis. lib. xj. & in l. j. de col
leg. illici. lib. xj. & in l. fi. C. de censib. & est capitulum
Papæ Honorij, quod incipit: ad nouas communãtias.

&Bal.in l.si plures.v.col.C.de condit.inser.& And.de
Iser.in c.j.in verbo,perangariæ.quæ sunt regalia. De-
cimotertiò,tenetur vasallus domino suo.facere iusti-
tiã.c.j.§.itẽ φ domino suo.quę sit pri.cau.benef.amit.
& in c.j.de noua for.fidel.Sic etiam econtrà dominus
76 tenetur † vasallo suo facere iustitiã,& eum contra ius
nõ grauare,nec ab eo aliquid auferre iniustè,vt in cõ-
stit.Regni,præsenti de homin.baro.& no.And.in con-
stit.Regni,vt participatio.circa fi.nã qui iudicat,do-
mino est,dicit And.in cõsti.Regni ab officialibus no-
stris in j.lib.Et dicit And.de Iser.in c.j.de mil.vas.qui
77 contu.est,† φ Rex debet facere iustitiã suis subditis,
aliàs potest ei resisti impunè de iure:vt in l.prohibitũ.
C.de iur.fis.lib.x.cũ concor.Caueant tamẽ à resisten-
78 tia & occasione,ne faciãt de facto:† quia dicit Deus
per os prophetæ Oseæ,viij.c.dabo Regem in furore
meo.& no.And.in præludiis feudorũ,in ij.char.& di-
cit,φ sic faciũt Catalani,quia Rex est debitor iusti-
79 tiæ,† & per iustitiam acquiritur pax:vt dicit And.in
constit.Regni,pacis cultum,& in constitutione,nõ si-
ne.de obseruat.iustitię,& in constit.vt participatio.&
benefacit ad hoc,φ dicit Bal.in c.j.in vers.in nomine
domini.de pace Constan.& ad hoc faciunt omnia illa
dicta,quæ allegat Paris de puteo in j.char.sui tracta-
tus de syndicatu,per quæ apparet regem esse debito-
80 rem iustitiæ,† & obligatum esse ad iustitiã faciendam
vt xxiij.q.v.c.regnũ.& plenè per Lucã de Penna in l.
nominem.de susce.& arca.lib.x.Caueant etiã Reges,
ne condant leges iniquas:quia semen eorum non du-
rat super terram:vt dicit And.in constitutio.Regni,
quãtò.dum allegat exemplum Imperatoris Federici,
81 † cuius semen etiã tempore suo non est super terram,
quia reditus etiam Regni,quos habet Rex,sunt stipen
dia quasi ad hoc instituta,vt iustitiã soluat:vt dicit san
ctus Thomas ij.ij.q.lxiij.secundùm And.in consti.Re
gni,super incisionibus.& in c.j.de pace tenenda.& in
c.j.in verbo,vectigalia.quæ sunt regalia.in consti.si
damna clandestina.in pen.col. Decimoquartò,te-
netur vasallus terræ demanualis Regis si vadit ad ha-
bitandum in terra baronis redire ad terras demanua-
les Regis,& barones tenentur illos dimittere sub pœ-
na vnius libræ auri:vt in constitutione Regni,quis-
quis de burgensibus.Et ecõtra vasalli baronum,si ac-
cesserint ad terras demanuales vel alterius baronis,
tenentur redire:vt dicitur in dicta constit.& talis va-
sallus debet puniri iuxta constitutio.Regni,personas,
82 † nam Rex solet cõcedere terras baronibus & nobili-
bus personis cum vasallis:& sic cum hac conditione,
φ vasalli non recedant à terra,vnde sunt & quia hæc
83 clausula est consueta appo.† si non exprimitur,vide-
tur expressa,nisi aliud cõstet,secundùm And.in dicta
constit.quisquis.Faciunt ad hoc not.in l.si prius.§.pla-
cuit.ff.de aqua plu.arc.& not.in l.generaliter.C.de fi-
deiuss.& ea quæ habentur in l.quod si nolit.§.quia assi-
dua.ff.de ædil.edict.cum concor.quæ ibi allegantur:
84 etiam per Alex.in ij.vol.consi.cvij.pen.col. † Deci-
moquintò,tenetur vasallus domino suo tenere secre-
tum consilium & occultum,& non manifestare sub
pœna priuationis feudi,per tex.in c.j.qui.mod.feud.
amit.& notauit hoc Bald.in c.j.§.credentia.de pace
Constan.nec posset vasallus se excusare reuelando,
85 quòd alij hoc sciebant:† quia secretum etiam dicitur
quod quinque homines sciunt:vt in c.veritas.§.econ-
trà.de pœn.dist.j. Decimosextò,est obligatus vasal-
lus domino suo in hoc,φ non potest ei imponere de-
fensam ex parte Regis,si ei dominus facit aliquã vio-
lentiam,vt eius virtute possit agere criminaliter con
tra dominum suum iuxta constitutio.Regni,iurisgen-
tium secundùm An.ibi.& pro hoc facit tex.in c.j.§.sed
qui debitor.quæ sit prima causa bene amit.† vbi va- 86
sallus non potest accusare dominũ suum criminaliter
nec etiam contra eum potest dicere testimonium:vt
ibidem per Andr.& Bal.& in c.j.§.similiter.de cõsue-
tu.recti feud.Nec etiam potest esse aduocatus contra
dominum suum:vt dicit Iaco.de Ard.in dicta summa
in tit.quib.mod.feu.amit.x.char.§.item si dixerit va-
sallus.& not.in §.causas.in auth.vt cùm de appellat.
cognoscitur. Decimoseptimò,tenetur vasallus do-
mino interpellanti eum vt demonstret bona feudalia
pro quibus præstant seruitium,dicere & demonstra-
re:vt not.in c.j.§.cùm autem.& ibi dixi in iij.not.de
contro.inuesti.& not.And.in c.j.de contro.inter ma.
& fœminã.& Lucas de Penna in l.ij.C.de fund.limit.
& per Bal.post Ia.de Bel.in c.vasallus si feudum.si de
feud.fuer.controuer.& per Paleũ in consi.xix.charta.
dxxxvj.† Nam licet aliàs nemo teneatur ostendere 87
titulum suæ possessionis:vt in l.cogi.cùm concor.C.
de petitio.hær.tamen fallit in feudalibus,si dominus
hoc requirit,& ille qui est requisitus,fatetur se esse va-
sallum eius secundum Iac.de Ard.in dicto tit.§.quòd
si dominus.per l.quicunque.C.de feud.limi.& bene in
Longobarda firmat hoc Bal.in l.ij.C.quomo.& q.in.
iudex.de quo latè per And.in cõsti.Regni,circa vio-
lentiarum.& in d.l.Imperialem.§.illud.& per Bal.in
c.si vasallus feudum.si de feud.fuer.contro.inter dom.
& agna.& per Io.And.in additio.Spec.in tit.de feud.
§.quoniam.in prin.& Bar.in l.j.C.de cõducto.& pro-
cur.lib.xij.bene ad hoc facit tex.in c.j.§.si aliquis.de
contro.inuesti.& in d.c.si vasallus feudũ.si de feud.fue.
contro.† vbi vasallus interrogatus à domino,super 88
feudo,semper tenetur dicere veritatem,& abstinere
se ab omni mendacio.Idem dixerunt Ant.de Butr.&
Io.de Imo.in c.cæterum.de iudic. Decimooctauò,
tenetur vasallus domino:quia si potest capere male-
factores & exbãnitos,debet illos capere & ducere ad
curiam,aliàs diceretur infidelis:† & multò magis si 89
ipsos receptauerit:vt dicitur in Longobarda in l.iudi-
ces.de feudis.& bene in l.qui latronem.& de hoc habe
tur in c.j.§.receptatores.de pace iur.fi.& not.And.in
consti.Regni,receptans.de pactancorũ receptationi-
bus.Et idẽ And.in consti.Regni,si damna clãdestina,
& habetur in c.Regni,φ incipit,nuper apud.Tranũ
& in alio c.Regni,quod incipit,dudũ contra. Deci-
monono,tenetur vasallus volens succedere in feudo
paterno vel materno,aut fraterno,vel suo patruo pe-
tere inuestituram,& confirmationẽ à domino feudi,
& sibi soluere releuiũ,iuxta not.per Andr.in c.j.§.sed
res per quos fiat inuestitura.& est tex.in c.j.quo tem-
pore miles,& ibi sunt concord.Et facere iuramentũ
fidelitatis aliâs secundum ordinationem Regiam po-
sitam in capitulis Regni incip.in nomine Dei æterni,
die viij.mensis Maij &c.cadit ab omni iure,quod ha-
betur in feudalibus.† Et super hoc sufficit quædam 90
simplex declaratio,quæ possit absentibus,& non ci-
tatis his,qui prætendunt ius habere fieri:licet dicat
And.in c.j.quo tempore miles,quòd in Regno isto
consueuerunt remitti istæ pœnæ,dummodò non ex
contemptu non petierunt ĩ.dictum tempus:† quia 91
Rex

Rex munificus non debet angustare vasallos iuris
ignaros per angustiam temporis, quia dicitur se defen
dere ex circumuentione, quia defendit se ex tempore:
vt in auth. de his, qui ingre. ad appella. §. volumus. so-
let ergo curia pro istis culpis, videlicet pro seruitio
non præstito in tempore requisitionis, & pro releuio
nō soluto, & nō petita inuestitura infra annū & diem
de benignitate non priuare vasallos bonis feudalibus:
sed eos admittere ad compositionem: vt patet in de-
claratoriis Regis Roberti: quarum vna incipit, signi-
ficamus vobis Marino de Diano. Alia incipit, suppli-
cat Pe. de Stella. charta xxxv. Vigesimò, tenetur ho
die in Regno Baro, vt habens feudum quaternatum à
Rege, si vult à suis vasallis habere iuramentum fideli-
tatis, non aliter ab eis potest illud recipere, nisi prius
impetrauit à Rege literas pro assecurandis vasallis,
92 † & si authoritate propria exigit iuramentum fideli-
tatis à vasallis suis, debet perdere ipsum feudum: vt est
constitu. Regni, quæ incipit, comite vel barone. de
successionib. nobilium feudorum. hoc etiam dicit
And. in c. si minori. si de feudo fuerit controuer. inter
dominum & agnatum. Vigesimoprimò, vasallus
93 tenetur domino suo ad obedientiam: † nam si citatus
tribus vicibus à domino, fit contumax, dominus po-
test priuare eum possessione feudi, quam per purgatio-
nem contumaciæ infra annum comparendo recupe-
rabit: vt dicit tex. in cap. j. de milite vasal. qui contu-
max est. & in constitut. Regni, edictorum. & ibi dicit
An. quòd dominus potest citare vasallum, vt præstet
seruitium pro feudo sub pœna priuationis feudi. Et
94 idem in constitutione, si vasallus. de fide à vasal. † de-
bet ergo vasallus esse obediens, humilis, & fidelis do-
mino suo: vt no. And. in c. j. in j. col. ex quibus cau. feu.
amit. Sed hoc intelligitur cum grano salis, scilicet, vt
vasallus non sit nimis delicatus erga dominum suum,
nec econtra dominus sit nimis onerosus suis vasallis,
secundùm Bald. in l. seruos. C. de pig. actio. & And. de
Iser. in proximo allegato c. j. §. j. Debet ergo vasallus
dominum curialiter tractare. Aliàs dominus quærit
occasionem contra suum vasallum etiam non de iu-
95 re, sed de facto: † quia potentioribus nostris pares esse
non possumus, secundùm And. ibi suprà. Debent ergo
subditi, & vasalli esse deuoti domino suo, secundum
Bal. in c. j. in verbo, deuotionis. de pace Constantiæ.
Ideo caueant vasalli domini Regis ne faciant guer-
ram in Regno: quia inciderent in pœnam magnam,
de qua in constitut. Regni, comes vel baro. de guerra.
non mouenda: nec etiam duella, quæ sunt prohibita
sub pœna criminis læsæ maiestatis: vt in constitu. Re-
gni, monarchiam. & de hoc habetur per Andræam in
cap. j. §. si quis hominem. de pace tenenda. & ibi sunt
96 concordantiæ. † An autem baronibus liceat portare
arma offendibilia, quę regulariter sunt prohibita por
tari: vt in l. j. C. de gladiato. lib. xj. & in auth. vt armo.
vsus. & in constituti. Regni, intentionis. patet in c. Re-
gis Caroli primi, quod incipit, dum Regiæ considera-
tionis. Caueant etiam barones Regni, ne faciant sibi,
recommendatos in terris domanij: quia est eis expres-
se prohibitum, vt patet in c. Regis Caroli secundi,
quòd incipit, prædecessorum nostrorum. † Vigesi-
97 mosecundò, tenentur Barones Regni domino Regi
permittere & non impedire aliquo modo directè vel
indirectè eorum vasallos volentes venire ad curiam
Regis pro querelis, quas volunt facere Regi. Nam si
hoc facerent inciderent in pœnam legis Iuliæ maiest.
per l. cuiusq; in iij. respon. ff. ad leg. Iul. maiest. secun-
dum Lucam de Penna in l. j. in fi. C. vt nemo ad suum
patroci. lib. xj. Vigesimotertiò, tenetur vasallus † du 98
cere filium suum delinquentem erga dominum suum
ad præsentiam domini, ad satisfaciendū delicto com-
misso erga dominum, vel à se filium separare, aliâs de-
bet perdere feudum, quod habet à domino. tex. in d. l.
Imperialem. §. insuper. Bene ad hoc facit tex. in l. qui
cum vno. & l. miles. ff. de re milita. Vigesimoquar-
tò, tenetur vasallus honorifice recipere literas sibi
missas à domino suo, & illas non despicere vel parui-
pendere, † & si aliter facit, potest ex ista iniuria pri- 99
uari feudo in Lombar. de feud. & bene. l. si liber homo.
hic inoleuit mos, quòd in receptione literarum assurgi-
tur, & ponuntur literæ s. caput in signū honoris mit-
tentis literas. Vigesimoquintò, vasallus tenetur con-
uenire alium vasallum de causa, quæ pertinet ad fo-
rum seculare coram iudice competenti Regni secula-
ri. † Et si in foro ecclesiastico facit conueniri de cau- 100
sa prædicta pertinenti ad forum seculare, punitur pœ
na priuationis omnium bonorum: vt in constitutione
Regni, quæ incipit, cum iustitiæ. de foro compe. Sicut
punitur qui trahit scienter personam ecclesiasticam
in vetito examine: vt in c. si diligenti. de foro compe.
† Sic etiam puniuntur pœna omnium bonorum Ba- 101
rones, qui sine priuilegio Regis vsurpant merum &
mixtum imperium: vt in constitutione Regni ea quæ
ad decus. & not. in c. Regis Roberti, quòd incipit, ad
regale fastigium. Vigesimosextò, tenetur vasallus
domino suo obseruare omnia quæ sunt de natura feu-
di, & omnia pacta apposita in inuestitura feudi: vt in
c. j. §. ex eadem. de lege Corradi. & not. in d. l. Imperia-
lem. §. illud. quia nil tam naturale est, quàm pacta ser-
uare. l. j. ff. de pactis, cum concord. Ideò dicit Bald. in
præludiis feudorum, vltima charta. in j. colū. † quòd 102
semper ad tenorem inuestituræ recurrendum est:
quia vim contractus ostendit: vt in c. j. duobus fratri-
bus à ca. inuesti. & in c. si cui. de extraord. c. alteri com
pila. Et idem dicit Bal. in suo eleganti consilio inci-
piente, Sanctissima & illustrissima domina regina, &
tanta est vis inuestituræ, quòd dixit Bal. in consi. lxx.
in j. volu. quòd potius inspicitur tenor inuestituræ,
quàm natura feudi. Nam natura feudi est genus, inue-
stitura est species, quæ derogat generi, † & ideò te- 103
nor inuestituræ derogat omni naturæ feudorum, se-
cundùm Bald. in d. c. j. de duobus fratribus à c. inuesti-
tis. Vigesimoseptimò, tenetur vasallus, quando est
requisitus à domino Rege, vt veniat cum eo honori-
fice ad eum associandum pro suscipienda corona Re-
gni à summo Pontifice, siue in Regno, siue extra Re-
gnum, aut ad voluntatem Regis mittere alium domi-
no Regi acceptabilem, vt habetur in c. j. §. fin. de pace
iuramen. firmanda. Vigesimooctauò, † tenetur va- 104
sallus ope & sermone tractare dominum vt dominum
dixit Bal. in c. ij. in fine. C. de operis liberto. Et ideò si
dominus venerit in necessitate aliqua, tenetur vasal-
lus ei subuenire, secundùm Baldum in l. prima, in fi-
ne. C. de operis libertorum. & not. in c. j. §. similiter. de
capi. Corrad. Et ideò secundùm Dyn. & Bartolum. in
l. alimenta. ff. de liberis agnoscendis. si dominus deue-
nerit in paupertatem, est alendus à vasallis. † Et 105
pro hoc bene facit, quòd dicit Specul. in titulo qui
filij sint legitimi, versic. sed nunquid. & ea quæ ha-

bentur in cap.nobis.de iure patro.& quæ dixi in c. li.
cet.si defeud fuer.controuer.inter dom.& agna.& di-
xit Alex.in ij.vol.consi.xxxv.quòd pro necessaria cau-
sa dominus potest vendicare res proprias vasallorũ.
106 Vigesimonono,tenetur vasallus domino suo, † quia
possunt pro domino suo debitore capi bona sui vasal-
li pro represaliis,vt not.doct.in c.j.§.similiter. de cap.
Corradi.de his tamen plenè per Bartol. in suo tracta.
de repres. Trigesimò,nedũ vasalli demanuales sunt
subiecti Regi: sed etiam principaliter omnes vasalli
107 baronũ sunt subiecti domino Regi,† in tantùm quòd
principaliter tenentur adiuuare Regem, etiam cõtra
baronẽ dominum suum,& non adiuuare baronẽ con-
tra Regem,sed bene contra alium adiuuare baronem:
vt in Spec.de feu.§.quoniam.vers. vasallus vasalli . &
not. And.in d.l.Imperialem.§.præterea.si inter duos.
& gl.in constit.Regni,probationũ defectum. Trige-
simoprimò,tenetur vasallus præstare viam domino
suo per sua prædia , si domino hoc expedit : vt dixit
And.de Iser.in c.j.§.si quis.de mãso.& ibi dixi in ter-
tio notabili.de cõtrouer.inuest.ar.l.si quis sepulchrũ.
108 ff.de reli.& sump.fune. † quæ lex habet locũ non so-
lùm ratione religionis,sed etiam ratione publicę vti-
litatis:vt dicit And.in c.j.§.similiter.in v.col.de capi.
qui curi.ven.& Luc.de Penna in l.ij.C.de bon.vacan.
lib.x Guid.de Suza.in l.binas.C.de ser.vrb. pręb. pręædi.& glo.xij.q.ij.c.religiosam.& Spec.in tit. de empt.
& vendit §.j.versi.ad euidentiam . & iam vidimus de
facto quando Rex venit Neapolim . & expedit ei ha-
bere bonã viam per funda priuata,eius iussu adaptan-
109 tur viæ,vt Rex transeat. † An autẽ si vasallus pręstat
viam inimicis domini debeat perdere feudum . vide
consilium Rapha.Cuma.cõsi.lxj.per totum. Trige-
simosecundò,tenentur vasalli domino Regi soluere
tractas,& antiquas gabellas,& iura doanæ , & fundi,
& collectas debitas & consuetas, & omnia alia iura
regalia:vt in c.j.quæ sint regalia.Et iuxta ritus magnæ
cameræ summariè compositos per And. de Iser. bene
110 facit c.triburum.xxiij.q.viij. † Et pro istis iuribus fi-
scalibus soluendis non potest vasallus dicere: ego vo-
lo cedere bonis,vt euitet collectas & alia iura ,& de-
bita fiscalia:secundũ Bal.in l.j.post Cy. in iij. q. C.de
cessio.bon.& Bar.in l.j.ff.eo.tit.de quo tamen per Sa-
li.in d.l.j.in vers.vj.quæro.& per scribentes in §. fi.In-
stit.de act. Trigesimotertiò,tenetur vasallus domi-
no suo ex delicto vel quasi delicto,& ex contractu vel
quasi,dummodò conuincatur de culpa, iuxta not. in
c.j.de feud.sine culpa non amit.cum cõcor . ibi alleg.
Sunt enim lxv. causæ,per quas vasallus debet perdere
feudũ:de quibus per Iac. de Ardizo. in dicta sua sum-
ma.Et ego dictas causas enumeraui in c.j.§.fin.quibus
mo.feu.amit. † Trigesimoquartò,tenetur vasallus
111 domino Regi dare hospitia pro familia Regis : vt pa-
tet in capitulis Regis Caroli primi , de hospitiis præ-
standis.& not.Bal.in l.obseruare.in prin.ff.de off.pro-
con.& An l.in c.j.in verbo,ex ordina. quæ sint rega-
lia.hæc enim sunt quæ mihi occurrunt in ista mate-
ria profunda , in qua multa causa breuitatis omitti
per longum examinare,ne tædio vestram Illu.D.affi-
ciam.Sed non reperitur per alios scribentes sic cumu-
lata: credo tamen veras conclusiones scripsisse sub
correctione vestræ illu. D.& doctorum de Consilio
Regio.M.de Afflict.V.I.D. Non est meum dicere,
quantum hæc scripta fuerunt laudata & approbata
per suam Illu.D.& per Consiliarios suæ maiestatis.

ADDITIO.

a *Potest eum priuare*. Si dominus male tractat vasallos,potest feudo priuari.Et ideo Bald.in c.j.§. publici latrones.de pace tenenda,dixit,quod si habens castrum in feudum malè tractat burgenses castri , quòd dominus potest ipsum monere vt eos tractet debito modo & consueto,aliâs curia domini potest sibi castrum auferre.Et ratio est:quia malè vtitur substantia domini.arg.l.si cùm dotem.§.si verò dotem. ff. solut. matr.& vide omnino Barth.Socin. consi. ccxcij. incip.not.primò sequendo versi.vj.ista conclusio. in ij. vol.Et dixit Flor.in l.si filia nupta.in princ. ff.fam. ercis.quòd licet quis plus solito grauetur à superiore, quod tamen per hoc non poterit plus solito grauare suos subditos.Alibi tamen Bal.in prima rubr. Digest. in fi.tenet,quòd licet subditi non possint expellere dominum tolerabiliter eos opprimentem : tamen interim non tenentur obedire.Et dicit Alb.in l.bene à Zenone.C.de quadr.præscrip.quòd potest talis dominus priuari ab Imperatore vel Papa.Imò mirabilius dicit sanctus Tho.in secundo sententiarum , articulo penul. quò licitum & meritorium est subditis interficere dominum ipsos intolerabiliter opprimẽtem.Sed contrarium tenet August.de Ancho.in tracta.de potestate ecclesiasti.quæ liiij.artic.iij.versi.omnia autem ista, & contra beatum Tho.fuit decisum in concilio Constantiensi,secundùm Brixi.in repert.in verbo Tyrannus.& ita refert & transit Fely.in c.cùm nobis.col.iij. extra,de præscrip.& vide omnino Fran.Curt.in tract. feu.dor.in vj.parte principali,in j.col.versi.quæro ergo.Et dixit Bal.in c.j.qualiter dominus propriè priu. & est tex.in l.ij. ff. de his,qui sunt sui vel alie.iur. quòd dominus,qui abutitur dominio,facit se indig[illegible]m dominari.Idem sequitur Iaco. de san. Geor.in tractatu de homag.per sex col.ante.vlt.co.& vide j.in hac met cartha. Adde retrò scriptis quòd si dominus grauaret suum vasallũ atrociter in carcere, vel aliâs, dominus superior potest ipsum totaliter eximere à sua iurisdictione & subiectione,& hoc faciet ex officio etiam quod talis oppressus non conqueratur.ita Io.Fab.in §.fi. Insti.de his,qui sunt sui vel alie.iur.& sequitur Guido Papæ in suis decis.parlamẽti Grationapolitani,in decis. lxij.incip.si quis baro.Et aduerte,quia loquitur si dominus atrociter tractat,& hoc , ex quo moderata seruitia videtur permissa dominis in suos subditos. arg.j. q.j.not.Ang.de Are.in §.in potestate.iij.col.vers.in ea glo.ibi Inst.de his qui sunt sui vel alie. iur . faciunt ibi not.per Christoph.Porc in eo.tit.ij.col.in additione. Adde quòd hodie & ibi Ias.de Nay.in additione incipiente,not.etiam Thom.Gram.

DECISIO CCLXVI.

De repulsa contra testes examinatos in prima instantia.

SVMMARIVM.

1 *Testes non obiectati in prima instantia an in alijs possint impugnari, & quando.* 5.13.

2 *Repulsa testium in causa appellationis fieri non potest.* *Testis in productione toleratus potest prætextu criminis obiecti repelli etiam in ciuili causa.*

4 *Crimina in causa appellationis,quando possunt obijci.*

6 *Dicta testificata etiam super directo contrarijs non obstantreo ad probandum in admisso.*

Fui


Vit in quadam causa humiliũ personarũ
1 appellationis dubitatum † si testes qui nõ
fuerunt repulsati in prima instantia, possint repulsari in causa appellationis. Et sic antacta publicatione in causa appellationis, sit dandus terminus ad repulsandum testes, qui fuerunt examinati in prima instantia, & nõ fuerunt repulsati. dicebatur, ꝙ si pars diceret, ꝙ vult ipsos repulsare ex ca
2 pite falsitatis: quia corrupti falsum deposuerunt, † ista repulsa potest fieri in causa appellationis, per not. in l. si. in fine. C. de fide instr. & in c. j. de procur. & in c. j. de excep. & hoc firmat And. de Iser. in consti. Reg. iuris peritorũ. circa fi. & in tantũ hoc est verum, ꝙ etiã si in prima instantia fuisset cõcessa repulsa, & fuisset obiectum de falsitate cõtra dictos testes, & nihil fuisset probatũ, potest fieri probatio falsitatis contra dictos testes in causa appellationis. & hoc per gl. in d. c. j. de excep. Sed si vellet repulsare testes examinatos in prima instãtia: quia aliter sunt c. criminosi: vel quia non sunt idonei testes: tũc nõ admittitur in causa appel. ad repulsandum dictos testes in causa principali examinatos. & hoc dicit Andr. in consti. iuris peritorũ. Nisi in prima instãtia fuisset repulsa petita & nõ concessa:
3 tunc debet concedi repulsa. † Et dicebant quidam domini, ꝙ ita fuit practicatum. Ego dicebam, ꝙ Abb. Sic. in c. super eo de testi. dicit, ꝙ testis quantuncunq; toleratus tẽpore productionis potest prætextu criminis obiecti, repelli non solùm in causa criminali, sed etiam in ciuili. Secus si fuit descriptus in instrumento tempore tolerationis: nõ enim reprobatur instrumentum, si posteà apparet inhabilis, vt in l. j. C. de testa. Et idem dicẽdum est, dicit ipse, si per testimonium illorum testiũ lata esset sententia, vt nõ possint repulsari vel reprobari: licet posteà afferãtur probationes super inhabilitate: vt in c. præsentium. eod. tit. Dicit
4 ipse, nisi fuerit appellatum: † nam tũc in causa appellationis possunt crimina obiici, per gl. in d. c. j. in verbo, per sententiam. ibi, nisi appellatum fuerit, vel nisi probetur corruptio seu periurium, prout ipse dixit in c. sicut. de testi. & sic Abb. Sicu. dicit contrarium eius, quod dicit And. de Iser. & de iure Ca. est tex. in c. ij. de testi. lib. vj. in §. testes. Fuit tandem in Consilio decisum secundum opi. do. And. ꝙ non conceditur repul
5 sa contra testes examinatos in prima instantia: † nisi velit pars repulsare ipsos, tanquam falsarios, per ea, quæ habentur in c. licet. de testib. & per id quod dicit Inn. in c. cùm in tua. de testi. & in d. c. sicut. eod. tit. vel quia fuit petita repulsa & non concessa: vt ſ. dictum est. & pro ista practica ego alleg. Bal. in c. j. §. item va
6 sallus de controuer. inuestit. † vbi dicit quòd quando reus non fuit admissus ad probandum, tunc non obstat didicisse dicta testificata etiam super directo contrariis. allegat l. officium. ff. de rei vendi.

DECISIO CCLXVII.

De territorio reperto intra fines feudi quaternati.

SVMMARIVM.

1 *Possessio quadragenaria, an obstet domino reperiente feudum infra fines feudi.*
2 *Feudi particularis res quanto tempore præscribatur.*
3 *Domino quando incũbat probatio super feudali prædio.*
4 *Fundus an præsumendus feudalis, quia infra fines feudi est.*
Allodium præsumitur, si feudum non probetur.
5 *Clericus possidens liberè bona in baronatu, an sit sub iurisdictione vel dispositione.*
6 *Ius idem est de toto, quo ad totum: sicut de parte quo ad partem.*
7 *Feudum habere terras in alio feudo separato non est inconueniens.*


Idi in Consilio dubitari. Verum † si in-
1 tra fines feudi quaternati reperiatur ter-
2 ritoriũ quod possideatur per quendã priuatũ, possit per dominũ feudi reintegrari ad feudũ, nõ obstãte possessione xxx. vel xl. ann. Videbatur aliquibus dominis, ꝙ ex quo reperitur dictũ territoriũ intra fines feudi quaternati, & non probatur, ꝙ fuit exẽptũ à feudo, ꝙ debeat ad feudũ prędictũ reintegrari tãquã distractũ & separatũ à suo corpore:
2 † quia res particularis feudi nõ potest præscribi præscriptione xxx. vel xl. ann. vt in cõsti. Regni, cõsuetudinẽ hactenus. in iij. lib. Et res ista est intra fines feudi quaternati, ergo præsumitur de feudo: quia dicit And. in c. j. de contro. inter mascu. & fœmi. in additione. Ea verò, quæ ĩ. fines feudi cõtinentur, erunt feudalia, si nõ probẽtur exempta: vt si donat curia in feudũ castrũ cũ hominibus & pertinentiis eius: sicut est forma priuilegiorũ in Regno Siciliæ, omnia quæ sunt intra territoriũ, nisi probẽtur exẽpta, erunt feudalia. xvj. q. vij. c. omnes basilicæ. ff. de offi. pręfe. vrb. l. j. §. cũ vrbẽ.
3 † Nisi esset cõsuetudo præscripta in castro, ꝙ tenẽtes vendunt liberè possessiones suas, tũc incũbit probatio domino, ꝙ prædiũ istud sit feudale, aut si vicina prædia erunt de allodio. Sic ecõtrà. Si vicina prædia essent feudalia, incũberet probatio possidẽti, quod esset allodiũ. Item semper inspicitur an sit in possessione vel quasi tenendi sicut allodiũ, vel vt feudale: vnde cũ nõ appareat de exemptione dicti territorij siti infra fines castri tanquã allodialis: licet in castro sint alij, qui possideant bona allodialia, vt sunt ecclesiæ. Tamen pro maiori parte omnes alij tenent bona redditiua feudo prædicto. Ideo præsumendũ, ꝙ dictũ territoriũ etiã sit de feudo. † In cõtrariũ dicebatur, 4
quòd dictũ territoriũ nõ præsumitur feudale, ex eo, ꝙ est ĩ. fines feudi: vt expressè tenuit Hosti. in c. nimis. de iureiur. quia multa allodia sunt in dicto feudo, & à iure primæuo omnis terra libera est, nisi in quantum violentia est illata, & eũ refert & sequitur Io. And. in nouella. in d. c. nimis. & not. And. in c. j. de controuer. inter mas. & fœmi. Idem videtur voluisse And. de Iser. in l. Imperialem. §. illud. de prohi. feu. ali. per Fed. vbi dicit, ꝙ non est probata intentio Regis, ꝙ omnia quæ sunt intra fines Regni sint de feudo. & idem dicit in consti. si dubitatio, vbi dicit, † ꝙ nõ omnia quæ sunt 5
in regno, præsumuntur esse domini Regis. Et idẽ And. in consti. Regni, ab officialibus nostris. dicit, quòd illa quæstio est contra proceres & aduocatos fisci, qui dicunt, quòd omnia quæ sunt in Regno, sunt Regis &c. & in c. j. qualiter vasall. iura. de be. fide. circa fi. dicit si clericus tenet domos vineas, & terras in Regno liberè, vel in terra alicuius baronis, non probatur ex hoc, ꝙ sint feudalia, nec sunt in dispositione Regis: sed solùm in iurisdictione Regis: & sic intelligitur d. ca. omnes basilicæ, scilicet, quòd omnia existentia in Regno, sunt sub iurisdictione & protectione Regis: & hoc etiam dicit Spec. in tit. de feudo. §. quoniam. versi. xiiij. nec est facienda vis, si diceretur, quòd aliud est

est in Rege,& aliud in barone:nam And.in locis præ-
alleg.loquitur,ꝙ nō omnia quæ sunt in Regno,pręsu-
muntur esse Regis:sed in baronia aliud est, prout ipse
6 dicit in præallegata additione. † Quia in veritate nul
la ratio diuersitatis reddi potest,ex quo idem iuris est
de toto,quo ad totū:sicut de parte,quo ad partē: vt in
l.quæ de tota.ff.de rei ven.& in cnncor.alleg. in l. qui
scit.ff.de vsu.& idē.And.in c.j.si de inue.inter dominū
& vasllis otiatur.ibi cōcludit, ꝙ sicut vasallus Regis
in Regno potest ferre testimoniū pro Rege,ita vasal-
lus baronis:nec præsumitur feudū id, quod est iuxta
feudū:secundùm Bal.in c.j.§.ecōtrariò. de inuesti.de
realie. Et plus dicebat vnus singularis doctor, quòd
etiā,ꝙ fuisset probatū,ꝙ dictū territoriū esset feudale
nisi esset probatū,ꝙ esset de illo feudo feudale, nihil
opitularetur agēti ex quo poterat esse feudale de alio
7 feudo quaternato: †quia nō inconuenit,ꝙ vnū feudū
habeat territoria & terras in alio feudo separato: vt
est videre exemplū in feudo Lntiani,quod habet terri
toria in feudo Acerrarum:& sic de multis alus feudis.
Fuit ergo super hoc dubio & varietate do.And.ostē-
sa quædā Regia sentētia lata sub nomine Regis Ferdi-
nādi primi,lata in simili materia,inter ducē Grauinę
& quendā nobilem Nicolaū de Effrem, & baronem
super certis terris,quæ prætendebantur fuisse infra fi-
nes de Bello monte:per quam declaratur attento pro-
cessu,ꝙ non præsumitur feudale, quicquid intra fines
feudi cōtinetur,quę cōseruatur per Anton.Saponum.
Et sic fuit per totum Consilium pari voto i.en.ire
discrepāte votatum,ꝙ dictus cōuentus possessor dicti
territorij absoluatur ab impetitione dicti baronis. a

ADDITIO.

a *Intra fines.* An res existens infra fines feudi præsu
matur feudalis,vide j.in decis.cclxxvij.Tho.Gram.

DECISIO CCLXVIII.

De actore super l.diffamari.

SVMMARIVM.

1 *Actor rei forum sequitur.*
2 *Actor in materia l.diffamari.quis dicatur.3.*
Causa naturalis vincit accidentalem.
3 *Excommunicatus non potest agere vigore.id est diffama ri.C.de inge.& manu.*
Reus excommunicatus se defendit.
4 *Actor censetur,qui primò aliquem in ius vocat.*


IN alia causa fuit dubitatū,quidā dedit pe
titionē suā cōtra Titiū,eò quia ille Titius
se iactat habere ius super feudo ipsius li-
bellantis,ideò petit,ꝙ statuatur sibi ter-
minus ad agendū,aliàs imponatur silentiū.iste Titius
citatus comparet,& dicit ego sum priuilegiatus,& nō
possum in prima causa conueniri in sacro Consilio:
sed in prouincia mea,vbi debent videri primæ causæ.
dicit ipse libellans,si Titius vellet proponere & agere
1 contra me super dicto fundo, ego essem reus:† & de
iure actor sequitur forū rei.l.fi.C.vbi in rem act.l. iu
risdictionem.C.de iurisd.om.iud.Bar.in l.ij.in fi. ff. si
quis in ius voc.nō ierit.c.si diligenti.& c.si contra cle.
ricum.de foro cōpet.cū simi.& ideò debet dicta causa
videri in Consilio. Ille Titius replicat,ꝙ ipse libel-
lans super materia l.diffamari. C.de ingenuis & ma-
nu.est actor,& ipse Titius est conuentus,& ideo actor
sequitur forū rei. † Quæritur,quis est actor in ma-
2 teria d.l.diffamari.Abb.Sic.in d.c.si quis contra cle-
ricum.dicit ꝙ debet attendi origo causæ naturalis,nō
quod accidentaliter contingit, quia causa naturalis
vincit accidentalem.l.qui habent.ff.de iure. & ponit
tria exempla.& tertium est de d.l.diffamari. & sic se-
cundū eum iste agens super materia l.diffamari. dici-
tur reus super negotio principali, & sic non attendi-
tur quod nunc agit cōtra Titium vt agat, sed attendi-
tur,ꝙ si Titius aget,ipse libellans super materia l. dif-
famari,esset reus.Et ad hoc allegat plura similia: vt
ibi per eum.Et in hac opinione fuit etiam Ant.de Bu-
tri.in c.cum inter.de exceptin. † Alij domini dice- 3
bant,ꝙ iste libellans vigore legis diffamari, est actor:
quia dicit Pau.de Cast.in l.libertus.ff.de in ius voca.
ꝙ excommunicatus non potest agere vigore legis dif
famari.quia ipse volūtariè hoc petit,& ideò est actor,
qui non potest esse in iudicio agendo,sed defendendo
sic:vt in c.intelleximus.de iudiciis.& in c.j.de except.
lib.vj.& in c.cum inter.de excep.& hoc tenet expres-
sè And.de But.in d.c.intelleximu .dicens plus ꝙ ex-
cōmunicatus nō potest petere cogi actorem persiste-
re super actione intentata. † Fuit ergo votarum per
omnes dominos de Cōsilio deliberatè super ista diffi 4
cultate,ꝙ iste agēs vigore l.diffamari.est actor. & ita
sentit Bar.in d.l.libertus.& dicit ibi Alexan. de Imol.
quòd opinio Ant.de But.in d.c.cùm inter.non est ve-
ra.& eam ibi repræhendit do.Abb. dicens, quòd ille
qui primò prouocat aliquem ad iudiciū dicitur actor:
vt in l.in tribus.ff.de iudiciis,&c.& ita tenuit Alex.in
v.volu. consi.ciij Ideò si est actor, debet super hoc
conuenire illum,qui se iactat in foro suo, & ideo ha-
bet locum remissio,& sic fuit executum.

DECISIO CCLXIX.

De appellatione à sententia, in possessorio.

SVMMARIVM.

1 *Appellari an possit à sententia interdicti retinendæ possessionis.2.*
3 *Executio per appellationem non retardatur super possessorio.*
4 *Appellatio quid operetur,cùm sit executio.*


IVdices inferiores sæpissimè iudicant in
interdicto retinendæ possessionis, & ab
eorum sententiis appellatur ad sacrum
Consilium, † & dicitur, quòd à tali sen-
tentia non potest appellari,per text.in l.vnica.C.si de 1
momenta.possess.fuerit appella.& voluit Bart. in l. ij.
ff.de appella.recipiend.& in l.fina. ff. de appellat. &
Bald.in l.ij.C.de episc.audien.ille qui appellauit, di-
cit,quòd à sententia lata super possessorio potest ap-
pellari: † nam licet olim fuisset dubium, hodie au- 2
tem per text.in Clemen.j.de sequestratione possess. &
fru c.Clarum est,quòd potest appellari,vt dicit Bald,
in ij.volumine, consil.cxxvj. & consilio cxxxviij &
in iiij. volumine, consil. xciij. Fuit decisum per to-
tum Consilium, quòd in foro ecclesiæ clarum est,
quòd à sententia lata in possessorio, potest appellari:
vt dicit glos.in cap.cùm ad sedem. in verbo, interdi-
ctum.de restitu.spoliat.& ista opinio communiter te-
netur,vt dicit dominus Abbas Sicu.in dicto c.cùm ad
sedem.& ita tenet Archi.ij.quæst. vj. c. quoties Ioan.
And.& Cal.in d.c.cùm ad sedem. & Feder.de Scn.in
consi.lxxvij.& Pau.de Leaza in d.Cle.j.& Spec.& Io.
And.

3 And.in addi.in tit.de ap.§.ij.ver.vj. † Sed in foro ciui
li corá iudice seculari regula re est, q potest appellari
à sentétia lata super causa merè possessorij. Sed per ap-
pellationé nō retardatur executio, sed facta executio-
ne iudex ad quem, cognoscet de iustitia vel iniustitia
causæ appellationis, hoc expressè firmat Bar. & Ange.
in l.ij.ff.de app.recipiendis: licet Bal.in d.l.vnica.C.si
de momé.pos.nō sequatur istá opi. sed indistinctè te-
neat, q à sen.super possessorio nō licet appellare. & cú
sequitur Sal.ibi.tamé dictá opi.Bar.secutus fuit etiam
Abb.Sic.in ij.vol.cōsi.lv.& in d.c.cú ad sedé.& Arch.
in d.c.quoties.& Bal.in d.l.ij.vlti.col.C.de epis.audi.
Et istá opi.Bar.& aliorú reperio fuisse Albe.de Rosa.
in d.l.vnica.vbi dicit ista verba formalia: imò qd plus
est rectè intuenti, hæc lex non inhibet appellationem,
imò cōcedere videtur ibi, dum dicit appellatio inter-
posita fuerit: licet gl.ibi exponat de facto, sed videtur
solú innuere, q talis appellatio non impediat execu-
tioné per verba illa, sentétia tamé sortiatur effectum
cōtra titulú.ff.nil nouari, Simile est in supplicatione:
vt in auth.quæ supplicatio.C.de preci.impera.offe.&
in resti.in integ.vt in c.suscitata.de resti.in integ.& in
senten.excō.vt in c.licet.de sent.excom.in vj.† Et si
4 dicatur, quid operatur appellatio, si fiet executio: dic
q multú, vt in Spec.de appel.§.ij.ver.vj. Et dicebát
domini Consiliarij antiqui, sicut do.And.Mariconda,
& do.Ant.de Alex.& do.Carolus de Rogeriis, q dicta
opi.Bar.in l.ij.ff.de app.recip.semper fuit obseruata
in Consilio. Et ego, cùm eram aduocatus, vidi serua-
tam esse in Consilio, quando præsidebat do.Lucas To-
zulus Rumanus, in consilio, in quo tunc téporis etiam
erant doctissimi viri. Matth.de Afflict.V.I.D.

DECISIO CCLXX.

De dotis æstimatione.

SVMMARIVM.

1 *Dotis æstimatio, an ad tempus donationis, vel restitutio-
nis referenda.*
2 *Emptio, in dubio facta intelligitur, vbi mentio pretij fa-
cta est.*
3 *Lucrum cum damno alterius, est reprobatum.*
4 *Augmentum omne in dote proueniens à natura, est
mariti & eius hæredis.*
5 *Vxori quando succurrendum in æstimatione dotis bono-
rum traditorum.*

1 Domina Clarella dedit † in dotem suo vi-
ro certa bona stabilia æstimata vnciis
lxxx.quæ tunc temporis neq; plus vale-
bant, nec minus, vt patet ex instrumento
dotali sol.mat.per morté viri superstitibus filiis, ista
vxor petiit ab hæredibus viri æstimationé bonorú da-
torú in doté, prout valét núc tépore restitutionis do-
tium, ex quo illa bona sunt augmétata in pretio non
quidem industria viri, sed tépus induxit istud augmé-
tum valoris, quod augmentú vltra dictas vnc.lxxx.est
vnciarum xxx.dicunt hæredes, dicta bona fuerunt da-
ta in doté ea æstimatione quę facit emptioné, licet nō
sit dictú in instrumento prædicto, hoc tamen sic præ-
sumitur, † quia vbi in dubio facta est mentio pretij,
2 intelligitur emptio, vt est gl.in l.si.C.de præd.curial.
lib.x.secundùm Bal.in l.ex conventione.C.de pactis.
Et per consequens dominium irreuocabiliter fuit vi-
ri iuxta not.in l.si æstimatis.cum l.seq.ff.sol.mat.& in
l.quoties.& in l.si inter.& ibi gl.C.de iure do.& sic il-
lud augmentum respectu temporis, erit hæredú viri.

In cōtrarium dicebat vxor, q dicta æstimatio di-
ctorum bonorum contentorú in instrumento prædi-
cto non fuit per modú veri pretij, vt faciat emptioné
sed vt sciatur valor, & sic est fuodus dotalis: ideo hæ-
redes vel restituant dicta bona, vel eius æstimationem
per dicta iura. Et vnus magnus doctor pro dicta
muliere allegabat Azo.in summa.C.de iur.dot.in iij.
col.vbi dicit ista verba formalia: † Item constituitur 3
dos facta & non facta æstimatione. Sed si in æstima-
tione decipiatur alteruter etiá maior xxv.ann.etiam
sine alterius dolo, etiam nō vltra dimidiam iusti pre-
tij, vbi speciale sit in dote, succurrendú est ei, quia bo-
no & æquo nō cōuenit lucrari aliquid cú damno al-
terius, vt damnú sentire cú alterius lucro.ff.eo.l.j.§.vl-
timo. Si ergo decepta est mulier, q seruú minori æsti-
matione nō debuit dare in doté, restitueretur in inte-
grú, vel suppleatur ei iustum pretiú, vel reddatur ei res
data electione mariti, & hoc si seruus viuit, alioquin
debebit mulier esse cōtenta æstimatione facta, nisi do-
lo mariti fuit decepta. † Fuit votatú per dominos Cō- 4
siliarios, q si simpliciter fuit facta æstimatio bonorú
datorú in dotem, & nō sit dictum, quòd in restitutio-
ne dotis restituantur dicta bona, sed dicta æstimatio,
quòd maritus videtur emisse dicta bona, & sic omne
augmentum proueniens à natura, est mariti, & eius
hæredis.secundùm Bal.in l.j.& in l.quoties.C.de iure
dotium Et si fuissent data in dotem æstimata vt scia-
tur valor, ita quòd dicta bona debeant restitui, tunc
siue sint deteriorata, siue augmentata, omne deterio-
ramentum sine culpa viri, & omne augmentum ve-
niens ex tempore esset vxoris: vt bene declarat Bald.
in l.si inter virum.C.de iur.dot, dummodo sit idem
pretium, secundum gl.ibi.sed doctores dicunt, quòd
hoc quod dicit gloss.non est verum: vt dicit ibi Bald.

† Procedit ergo dictum Azonis, quando tempore 5
traditionis bonorum, & æstimationis eorum fuisset
mulier decepta etiam ī.dimidiá, tunc succurrendum
est ei: vt ipse dicit, nō autem debere i succurri, si domi-
niú dictorum bonorum peruenit ad virum per em-
ptionem & venditionem, & ex tempore bona ipsa
sunt augmentata, augmentum est domini: & vxor ni-
hil potest petere, & tantò magis, quia præsupponitur,
quòd dicta bona tempore dictæ æstimationis neque
minus valebunt vnciis lxxx, licet nunc tempore resti-
tutionis dotium essent valoris vncia.cxx. Matth. de
Afflicto, nobilis Neapolitanus.

DECISIO CCLXXI.

De banno producto post publicatio- nem in causa & testium examina- tione, virtute reseruationis fa- ctæ in conclusione de pro- ducendis scripturis.

SVMMARIVM.

1 *Terminus ad examinandos testes super inualida scri-
ptura, an concedendus post conclusum in causa.*
2 *Reseruatio facta in cōclusione de producendis scripturis,
de quibus intelligatur.*
3 *Titulo appellatione, venit valor.*
4 *Scriptura authentica est, quis iudicis authoritate per
quoscunque fit.*

In


N quodam processu præsentatũ fuit bannum magnum curiæ Vicariæ post cõclusionẽ in causa factã cũ reseruatione producenti scripturas. Altera pars impugnat
1 dictũ bannũ, ꝙ nõ facit fidẽ ex sua facie. † Producẽs vult illud approbare per testes. & petit terminum ad probandum dictũ bannũ per testes. Altera pars dicit ꝙ talis terminus ad examinandum testes super tali scriptura inualida, nõ debet dari post conclusum in causa: maximè stãte Regia pragmatica Regis Ferdinãdi primi: qua cauetur, ꝙ iudex post conclusionem in causa nõ potest etiã ex officio testes examinare, etiam cũ clausula, ꝙ ponãtur extra processum nisi à princi-
2 pio sint nominati. † Itẽ, quia illa reseruatio facta in cõclusione de præsentandis scripturis, intelligitur de scripturis validis & nõ de inualidis: vt dicit Bart. in l. diuus Traianus. ff. de testamento militis. & in l. nõ putatur. §. nõ quæuis. ff. de bo. poss. cõtra tabu. cũ si. alleg.
3 per Alex. in ij. vol. cõsi. iij. in iij. col. † sic appellatione tituli, intelligitur de titulo valido, & nõ de inualido. ff. de peti. hære. l. nec vllam & ad hoc accedant multa similia, quæ allegaui post Andr. in c. j. §. præterea. quæ sit prima causa bene amit. Incontrariũ dicebatur, ꝙ sicut super recognitione sigillorũ & signorũ scripturæ factæ per notariũ præsentatæ post cõclusionem possunt examinari testes: vt dicit Rota decisi. vj. incip. per eadẽ motiua, per notata per Inn. in c. illud. de præsump. & in c. veniẽs. de verb. sig. Ita super approbatione banni emanati per iudices magnæ curiæ Vicariæ, quæ scriptura respectu contenti est publica: quia ille, qui scripsit bannũ, prætẽditur, ꝙ sit notarius, & ꝙ scripsit de mãdato iudicis: quia asseritur, ꝙ ibi est sigillũ
4 iudicis, † & sic est scriptura publica: vt no. in c. quoniã cõtra. de proba. & Bald. in auth. quæ supplicatio. C. de preci. Imper. offe. & voluit Inn. in c. j. de fid. instr. vbi dicit, ꝙ authentica scriptura est, quæ fit iudicis authoritate per quoscunq;, vt acta iudiciorũ &c. Fuit votatũ & cõclusum, ꝙ super dicti bãni approbatione, & reprobatione possint testes examinari virtute reseruationis factæ in conclusione de producendis scripturis, moti potissimè per dictam Rotalem decisionem.

DECISIO CCLXXII.

De scripturis priuatis productis post conclusionem in causa per resurrectionem.

SVMMARIVM.

1 *Clausula salua scripturarum productione in conclusione causæ apposita, quas comprehendat scripturas.*
Testes post conclusionem, non possunt examinari.
2 *Scripturarum appellatione, an veniant priuatæ.*
3 *Probationis appellatione, in dubio plena tantùm venit.*
4 *Differentia inter publicã & priuatã scripturam qualis.*
5 *Conclusio in causis, in quibus non requiritur facta, suum operatur effectum.*

D Einde in alia causa euenit quasi simile dubiũ, facta conclusione in causa [a] salua productione scripturarũ producũtur ab vna parte certæ scripturæ priuatæ, quas vult comprobare per testes. Altera pars dicit, ꝙ nõ potest,
1 quia est cõclusum in causa, † & post cõclusionẽ non possunt testes examinari: vt dicit Ant. de Bue. in c. fraternitatis. de testi. in viij. col. & in c. auditis. de restitutione in integ. doct. in c. pastoralis de cau. poss. & proprieta. Bal. in auth. at qui semel. circa fi. C. de probat. doct. in c. cũ dilectus. de fide instru. Nec obstat, ꝙ in cõclusione fuit reseruata productio scripturarũ, & earũ impugnatio & approbatio, & sic videtur, ꝙ scripturæ priuatæ præsentatæ post cõclusionem, possint approbari & impugnari. † Quia respondebatur, ꝙ illa 2
reseruatio de præsentandis scripturis, intelligitur de scripturis publicis, & non de scripturis priuatis: quia tunc esset post cõclusum in causa facere nouum processum, contra intentionẽ cõcludentium. Et si diceretur, ꝙ appellatione scripturarum, continentur etiam scripturæ nõ solùm publicæ sed priuatæ: prout dicit Bal. in l. j. C. de iuramen. cal. & Inn. in c. j. de sent. excõ. lib. vj. vbi dicit, scripturis publicis siue priuatis. c. cordi. de appel. Idem gl. in c. j. de appel. in verbo, scriptis. & habetur in c. vt debitus. eod. tit. Respõdetur, ꝙ intelligitur de scripturis priuatis, quæ tamen fidem faciunt: vt expressè dicit do. Abb. in rubr. extrà de fide instru. aliâs si intelligeretur de scriptura, quæ nõ facit fidem, posset produci vna charta scripta à quocunque & super illa examinare testes, & sic esset peruertere ordinem iudicij, † & protelare causam in infinitum, 3
quod leges abhorrent, & daretur materia fabricandi falsum contra dispositionem c. fraternitatis cum materia sua, de testi. sicut enim in dubio appellatione probationis, intelligitur de plena probatione: vt dicit Bal. in c. j. in princ. si de inuestitu. inter dominum & vasallum lis ori. allegat not. in l. Lucius. ff. de condi. & demon. Ita appellatione scripturarum, intelligitur etiã de scriptura priuata, quæ de se facit fidem plenã. Sed in hoc est differentia inter scripturã publicam & priuatam: quia publica potest verificari. Sed priuata, quæ de se non facit fidem, vel de se facit fidem non potest verificari, nisi in termino probatorio: † quia 4
in illa scriptura priuata non est illa præsumptio, quæ est pro scriptura publica: vt in l. cum precibus. C. de proba. not. Inno. in c. si quis. de cleric. percuss. vbi statur instrumento, donec contrarium probetur, & scripturæ priuatæ non statur sine adminiculis: vt in l. instrumenta. C. de probatio. Nec obstat si dicatur, quòd in causis summariis non requiritur cõclusio: vt nota. in Clem. sæpe. de verb. signifi. Quia respondetur authoritate decisionis Rotæ Egidij de Bella. in duabus decisionibus, videlicet lv. & lvij. vbi dicit, quòd in causis, in quibus non requiritur conclusio, tamen si facta fuit, operatur suum effectum, ita quòd non debet reuocari sine causa, maximè ad instãtiam eius, qui petiit ipsam fieri. † Altera pars dicit, quòd sicut publicæ 5
scripturæ possunt approbari in sigillis & signis, vt in præcedenti decisione conclusum est, ita potest approbari scriptura priuata. Sed istis motiuis bene suprà responsum fuit. Ideò ego & tres doctores de Cõsilio post mortem do. Ant. de Alex. & tunc præsidebat in Consilio don Ferdinandus. Fuimus in voto, ꝙ sub reseruatione prædicta facta in conclusione de producendis & verificandis scripturis, non intelligitur de scripturis priuatis, quæ de se fidem non faciunt. & ideò non licet examinare testes super scriptura priuata, quæ de se non probat virtute dictæ reseruationis factæ in conclusione per iura & rationes prædictas.

ADDITIO.

a *In causa.* An & quando post conclusum in causa liceat producere testes ad corroborationem scripturarum,

ratū, vide suprà in decis. cxv. & melius suprà in decis.
cxxvj. & vide etiam in præcedenti decisione cclxxj.
Thomas Grammaticus.

DECISIO CCLXXIII.

De instrumenti fide mentionem de alio instrumento faciente.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum venditionis narrans procurationem, an probet venditorem procuratorem. 4.*

2 *Instrumentum per se sufficiens ad inducendam obligationem, præsumptionem veteris obligationis in eo mentionata inducit.*

3 *Instrumentum de alio mentionem faciens, an probet.*

5 *Instrumento non creditur, quod de præterito attestatur.*

IN quadam causa, vbi petebatur quoddam
molendinum rei vendicatione, reus ad
sui defensionem in termino probatorio
produxit vnum instrumentum vendi-
tionis factę per procuratorem ipsius agentis de dicto
molendino. & in dicto instrumento véditionis dice-
batur, quòd talis procurator domini dicti molendini
specialiter erat constitutus ad vendēdum dictum mo-
lendinū, de qua procuratione & potestate plenè con-
stat notario, iudici, & testibus: de quibus in instru-
mento véditionis dicti molendini per quoddā publi-
cum instrumentum procurationis factum per manus
1 talis notarij sub anno & mense, & die tali. †Dubi-
tatur, an tale instrumentū venditionis narrans dictā
procurationē, vt suprà, probet illum venditorē fuisse
procuratorē domini dicti molendini ad illud vēden-
dum. Aliqui dicebant, ꝙ sic, per id, quod dicit Specu.
in tit. de instru. edi. §. restat. in fin. vbi dicit, quòd si in
aliquo instrumento continetur ꝙ A. promisit soluere
decem B. quæ sibi debebat ex causa venditionis cuius-
dam equi, prout cōtinetur in instrumento scripto per
manus talis notarij viso & lecto à me notario, quòd
valet, nec dicitur exemplū, sed originale nouū per se.
Sed ista decisio non meretur allegari ad dubium
2 formatū: † quia ipsum instrumētum sufficiens est per
se ad obligationē inducendam: vt in l. Publia. ff. depo.
& ideò quia tale instrumentū per se est sufficiens, in-
ducit præsumptionē veteris obligationis mētionatæ
in eo: vt bene declarat Alber. de Rosa. in auth. si quis
in aliquo documento. C. de eden. Et ideò dicebat Bal.
in l. si donatio. C. de donat. quòd quādo in vno instru-
mento fit mentio de alio instrumēto, non est necesse,
quòd constet de primo, quando secundū potest per se
3 principaliter ponere. †Alij dicebant, quòd instru-
mentū faciens mentionem de alio instrumento, facit
fidem inter easdē partes: vt in l. optimā. C. de contra-
hen. & cōmit. stip. Sed inter alias personas non facit
fidem. hoc voluit Bart. in d. auth. si quis in aliquo. vlt.
col. & idem dicit Bal. ibi circa finē. Et est ratio secun-
dum Paul. de Cast. in dicta auth. quia sicut exēplo nō
datur fides, ita huic narrationi, q̄a in illo instrumento
procurationis possent esse cancellaturæ & vitia, pro-
pter quæ si appareret, non faceret fidem. & Albericus
ibidē format istam quæstionē in propriis terminis, &
4 dicit obtinuisse in practica, † ꝙ instrumentū faciens
mentionē de instrumēto procurationis, non probat
procurationem, & hoc per tex. in d. auth. si quis in ali-
quo. & idem dicit Paul. de Cast. ibi. Et ego satis sum
admiratus, ꝙ dicti duo magni doct. mirātur de Spec.
in d. §. restat. in fine, qui dicunt eum tenere contrariū,
cum Spec. in dicto loco nō loquatur nisi prout suprà
dictū est. Eandē sententiā, ꝙ tale instrumentū faciens
mentionē de alio instrumēto procurationis, non fa-
ciat fidē de dicta procuratione, tenuit Ang. in repe. l.
sciendū. ff. de verb. oblig. vbi refert Spec. in §. restat. in
fi. præalleg. tenere, & talia verba non probāt hanc cō-
clu. firmāt Salice. & alij scribētes in d. auth. Bene facit
ad hoc glo. in cap. Abbate sancti Siluatu. in verbo, fiat
fides. de ver. signific. in quantùm dicit, quòd si per no-
tariū fiat mentio de alio priuilegio vel scriptura, non
probat illud etiā si totum priuilegiū vel scriptura sit
insertū vel transumpta in dicto instrumēto: quia non
est facta authoritate iudiciaria: vt ibi latius per eum.
Et idem tenet Inno. ibi, in vlt. col. & in c. si. de fide in-
strumentorū. † ideò datur pro regula, si instrumētum 5
aliquid attestatur de prætetito, non credetur instru-
mento, secundum Bar. & doct. cōmuniter in d. auth. si
quis in aliquo. & Inno. in c. quoniā cōtra. de proba. &
in c. cum in iure. de offi. deleg. His igitur consíde-
ratis fuit votatū per omnes dominos Consiliarios, ꝙ
tale instrumentū venditionis factæ per procuratorē
domini. etiam quòd notarius dicat cum iudice & te-
stibus se vidisse instrumentum factum per manus no-
tarij talis, cum interemptione iudicis & testium in
quo continetur, quòd talis dominus fecit eum pro-
curatorem ad vendendum, talis assertio non probat
vendentem fuisse procuratorem.

DECISIO CCLXXIIII.

De probatione scripturæ perditæ.

SVMMARIVM.

1 *Scripturam publicam qui perdidit vel instrumentum, quid probare debeat.*

2 *Scriptura publica dici non possunt, in quibus desunt substantialia.*

3 *Testes duo probant notorium & famam.*

Testes debent esse discreti.

5 *Testes in iudicio & instrumentum, an & quando parem vim habeant.*

6 *Instrumentis perditio per iuramentum probatur cum consectur is.*

QVæsitum fuit in Consilio Regio, † quid 1
debet probare ille, quid dicit instrumen-
tum publicū esse amissum, vel perditam
esse scripturam publicam ad effectum, vt
possit legitimè cōstare de contentis in dicta scriptura
publica. Super isto dubio formatum fuit c. cum olim
essemus apud Perusium de priuilegiis, & omissis su-
perfluis. Omnes domini fuerunt in ista cōclusione,
ꝙ ille qui vult probare id quod continetur in aliqua
scriptura publica cumulatiuè de necessitate habet
probare infrà scripta per testes, prout infrà dicetur.
Et primò debet probare, ꝙ illa scriptura facta fuit
in tali loco, & tali anno, mense & die, & de omnibus
substantialibus requisitis in illa scriptura publica, de
quibus per Abbatē Siculū plenè in c. j. de fide instru-
mentorū: † quia non potest dici instrumentū, si non 2
adsunt substātialia ipsius: vt in auth. vt præpo. nomen
Impera. in princip. & not. in c. Abbate sanè de re iudi.
Et ideò si erat instrumentū, in quo quinque vel septē
testes oportet interuenire, tunc necessarium est, ꝙ ad
minus duo testes deponāt, ꝙ in illo instrumēto, quod
nunc non apparet. interfuerūt illi v. vel septem testes

requisiti: vt est glo. & ibi Bal. in l. ij. C. de bonor. poss.
3 secundũ tab. Sic etiam dicimus, quod duo † testes probãt
notoriũ & famam: vt not. glo. ij. q. j. §. ti. & omnia, quæ
sunt de tenore instrumẽti. Si enim instrumẽtum exẽ-
platum non facit fidẽ sine istis substãtialibus, fortius
nec depositiones testium. Secundò debet probari
authoritas instrumẽti, scilicet quòd fuerit sine aliquo
vitio falsitatis: nam in fraudẽ posset dici instrumentũ
perditum, quod in veritate erat falsum. Et ideò opor-
tet, quod testes deponãt de authoritate ipsius. Et hoc satis
4 apertè vult tex. in c. cũ olim. de testib. † & in hoc testes
debẽt esse discreti. Tertiò requiritur, quod probetur
perditio instrumẽti, ne fraudulenter allegetur perdi-
tio, vt nõ possit depręhendi falsitas. Sed diceres tu: ad
quid oportet probari perditionẽ instrumenti, cũ pa-
rem vim habeant in iudicio testes & instrumentũ? vt
in c. cum Ioan. de fide instrumentorũ. & in l. exercen-
dis. C. eo. tit. Respõdeo, quòd verũ est, vbi testes depo-
nerẽt de veritate rei, quòd fuerunt præsentes in gestis
cõtentis in instrumẽto. Secus quando deponerent de
5 tenore instrumẽti, † nam tunc nunc deponũt de veri-
tate rei, & instrumentũ poterat esse falsum. Vnde cõ-
cludendo secundùm mentẽ doctorum, dicit do. Abb.
Sic. in d. c. cum olim. quòd quandoque scriptura est de
substãtia actus, vt in sententia vel gratia papæ, & tunc
non sufficit, quòd testes fuerũt præsentes, sed oportet
probari, quod scriptura interuenerit, & quod fuit perdita. l.
testiũ. in fi. C. de testi. Quãdoque scriptura non est
de substãtia actus. Et tunc aut testes non viderũt gesta
in instrumẽto: sed tantũ tenorẽ instrumenti. Et opor-
tet, quòd probetur perditio: quia potuit instrumentũ
esse falsum, & melius sciret cognoscere iudex, quàm
testis. Quandoque testes interfuerũt gestis cõtentis
in instrumẽto, nec scriptura est de substantia, & tunc
non est necesse probari perditionem instrumenti, vel
quòd instrumẽtum fuerit sine falsitate, sed satis est, quod
6 deponant de veritate rei † quia testes æquiparantur
instrumentis, vt suprà. Et talis perditio instrumenti
probari potest per iuramentũ præcedente causæ co-
gnitione, hoc est, quòd præcedant aliquæ coniecturæ
circa perditionem, secundùm Inno. Io. And. & Abb.
in d. c. cum olim. & c. vide infrà decisio cclxxxviij.

DECISIO CCLXXV.

De fundo legato in vita: cum reseruatione vsusfructus. Et de donatione inter viuos non reuocata per secundum testamentum.

SVMMARIVM.

1 *Donatio inter viuos an fieri possit in testamento. 7.*
Legatum transit in donationem inter viuos.
2 *Donatio inter viuos est irreuocabilis.*
3 *Legatum donatio est.*
Vsusfructus reseruatio facit censeri donationem inter viuos.
4 *Verba impropriantur ratione vitandæ impossibilitatis.*
5 *Legatum an requirat confirmationem per hæreditatis aditionem.*
6 *Testator tradens simpliciter rem legatam in vita, an constituat donationem inter viuos.*
8 *Donatio facta absenti, an quando valeat.*


Testator quidã legauit suis nepotibus fun-
dum suum, quo ad proprietatem, & post
eius mortẽ quo ad proprietatẽ, & vsum-
fructũ reseruato vsufructu dicti sui fundi
dicto testatori vita eius durãte cum potestate capiẽdi
propria authoritate post mortẽ dicti testatoris, adita
vel non adita hæreditate, & quod ille fundus sit liber ab
hypotheca dotiũ suæ vxoris ibidem præsentis & con-
sentiẽtis. Demũ viuẽte testatore dicti nepotes viden-
te & sciente testatore ceperunt possessionẽ d. Fundi,
& per plures annos possederũt, & fructus tradiderunt
dicto testatori: qui testator veniens ad mortẽ dictum
testamentũ vbi fuerat factum legatum reuocauit, &
vxorẽ instituit hæredẽ. vbi in primo testamento in-
stituerat fratrẽ, & de dicto fundo tradito dictis nepo-
tibus nullã fecit mentionẽ. Mortuo testatore oritur
contentio inter vxorem & illos nepotes possidentes
dictũ fundũ. † de dicto fundo dicit vxor hæres, quòd 1
secundum testamentũ tollit primum, vbi est dictum
legatũ: vt in §. posteriore. Insti. quibus modis testa. in-
firmantur. cũ concordan. In contrariũ pro parte
dictorum nepotũ dicitur, quod legatũ cõtentum in pri-
mo testamẽto transitũ fecit in donationẽ inter viuos,
ex quo testator tradidit in vita sua suis nepotibus re-
tento sibi vsufructu. Et pro hoc allegant dictum Bal.
in addit. Spec. in tit. de instrum. edi. vlt. col. vbi dicit,
† quòd si ego dico, dono tibi proprietatem talis fundi 2
reseruato mihi vsufructu vsque in tẽpus vitæ meæ, quod
ista dicitur donatio inter viuos, & sic irreuocabilis: &
hoc refert & sequitur Alex. in l. quæ dotis. ff. solu. mat.
in vj. col. & dicit, quòd alibi nõ reperitur ista decisio.
Nec obstat, quod in casu, de quo agitur, testator non
dixit dono, sed dixi, lego. Quia ad hoc respondetur
† nam legatũ, donatio est: vt dicit Bart. in l. si fundum 3
per fideicõmissum. ff. de leg. ij. Et si diceretur, legatum
est donatio, intelligitur de donatione causa mortis.
Respondetur, quòd propter illa duo adiuncta, videli-
cet, quia testator reseruauit sibi vsumfructũ vita sua
durante. Item quia testator tradidit fundũ legatũ
nepotibus in eius vita, illud verbũ lego, mutat suam
naturam, & importat donationem inter viuos, vt in
simili dicit And. de Iser. in c. j. §. donare. qualiter olim
feu. ali. poterat. alleg. l. sed si adiiciatur. ff. pro socio. &
leg. qui lancem. ff. de auro & argen. leg. not. Bart. in l.
Imperator. la ij. ff. de statut. homi. l. si communem. in
prin. ff. quemadmodũ serui. amit. l. j. C. si in communi
eademq; causa in integrũ resti. postul. † Sicut dicimus 4
quod ratione impossibilitatis vitãdę verba improprien-
tur, secundũ Bar. in l. si Titio. ff. de vsufruc. leg. vbi cõ-
iuncta resoluitur in disiunctã ratione impossibilita-
tis. Voluit ergo testator in vita liberè tradere dictum
fundũ dictis nepotibus & liberũ ab hypotheca: vt di-
cit Alex. in ij. vol. cõsi. ccvij. incipiẽte, viso summario
& processu causæ. ob quã traditionẽ dicti fundi illud
legatũ transit in donationẽ inter viuos: vt dicit Bald.
in l. Lucius. in fine. ff. de leg. ij. vbi dicit, quæro, testator
rem legatã tradidit, quem titulũ interim habet lega-
tarius. Solutio, vt not. infrà eod. l. legatũ. & ibi dicam.
† & per hoc patet an legatũ requirat cõfirmationem 5
per additionẽ hæreditatis, & credo quod non: quia exce-
dit notissimos terminos legati. Ad hoc facit l. cũ pa-
ter. §. matrẽ. in glo. j. infrà eo. Bal. Et vltra hoc alle-
gatur id, quod dicit Bar. in l. legatũ. ff. de legatis. ij. vbi
tenet opinionẽ Dyn. & gl. quod si testator legauit & tra-
didit

didit rem legatã in vita sua simplicíter, non sub commemoratione legati, prout erat in facto proposito, ꝙ ista dicitur donatio inter viuos, & sic est irreuocabilis per secundũ testamentũ. Idem expresse firmat ibi Bal. Secus, si tradidisset sub commemoratione legati: quia tunc diceretur legatum, & videtur præuenire in traditione. hoc idẽ firmat Bal. in c.j. de cõfirmatione vtili vel inutili.& Paul. de Cast. in cõsi. ccxxxvj.& sic intelligitur l. Lucius. ff. de lega. ij. vt dicit ibi Paul. de Cast. referẽdo Bar. in d. l. legatum. Et firmant moder.
6 Papienses. in l. filiæ dotem. in fi. C. de coll. †Nec ob. quod dicit Bald. in l. ij. C. de iure dot. ꝙ si testator simpliciter tradidit rem legatam in vita, videtur tradere vt præueniat tẽpus legati. & hoc dicit verius esse, per tex. in d. l. Lucius.& per glo. in d. l. legatũ.& per glo. in Cle. dudum. §. verum. de sepul. Quia respondetur, prout dicit Bar. in d. l. legatũ. scilicet, ꝙ si testator dedit rem legatã legatario in vita sua sub commemoratione legati, erit legatũ. Sed si simpliciter dedit, erit donatio inter viuos, secundũ Bal. in d. l. legatũ.& Pau. de Cast. in d. l. Lucius. Et gl. in d. §. verũ. intelligitur secundum materiã do. Cle. videlicet, quãdo testator ex
7 eadẽ infirmitate est mortuus. † Fuit ergo per totũ Consiliũ deliberatum & cõclusum, ꝙ propter traditionẽ fundi factam per testatorẽ in vita dictis nepotibus, & possessionẽ quatuor annorũ dictorũ nepotũ, à quibus testator recipiebat fructus virtute reseruationis factæ in dicto testamẽto, ꝙ illud legatũ trãsiuit in donationẽ inter viuos: & per cõsequẽs reuocato illo primo testamẽto per secundũ, non est reuocata dicta donatio inter viuos. Nec obstat, ꝙ donatio inter viuos non valet, nisi donatarius sit præsens, quod non accidit in dicto legato.& sic nõ potest esse donatio, vt
8 in l. nec ambigi. C. de dona. †Quia respondetur, vt dicit ibi Bal. quòd licet donatio absenti facta nõ valeat; tamẽ si illa absenti sit notificata & cepit possessionẽ rei donatæ, transit dominiũ in ipsum donatarium. Et ideò non fuit talis donatio reuocata per clausulã derogatoriã generalem positã in secundo testamẽto: vt dicit Bald. in l. sancimus. C. de testa. & in c.j. de feudo dato in vicẽ leg. com.& Io. de Imo. in l. hæredes palã. §. fi. ff. de test.& Lud. in cõsi. clxix. incip. pro decisione cõsultationis præpositæ.& Bar. in d. l. legatũ. quæ omnia sunt menti cõmemoranda. Mat. de Afflict. V.I.D.

DECISIO CCLXXVI.

De pœna deosculantis virginem.

SVMMARIVM.

1 *Attentatum pro consummato an habeatur, & quo casu vt consummatum puniatur.*
Osculũ rapiẽs virgini inuitæ qua puniẽdus pœna. 5. 7. 9.
2 *Intellectus ad l. si quis non dicam rapere. C. de episc. & cleri. 8.*
4 *Vis illata in virgine, præsumitur.*
6 *Stuprum sine violentia consummatum pœna mortis non punitur.*
8 *Iudex vbi per legem punitur affectus ac si fuisset consummatus, an possit pœnam mitigare.*

Serenissimus Rex Federicus voluit à me, & certis aliis Doctoribus & Consiliariis, & auditoribus suæ maiestatis. Quæ pœna viro danda sit de iure osculanti mulierem virginẽ sine eius consensu, ætate maturam, in platea publica extra Neapolim. Fuit rescriptũ suæ maiestati in hunc modũ, videlicet, in isto dubio duæ sunt
opiniones. †Prima, ꝙ puniatur pœna capitis: quia in 1
atrocissimis delictis punitur affectus cũ attẽtato, etiã
nõ secuto effectu, eadẽ pœna, sicut in delicto consum-
mato, secũdùm Bal. in l. si fugitiui. C. de ser. fug. alleg.
l. si quis non dicã reper. C. de episc.& cle.& hoc est spe-
ciale in hoc delicto: quia attẽtauit pudicitiã, secũdum
eum. Idem dixit Bal. in l. qui autẽ operas. ff. de infami-
bus. Idem dicit Bal. in d. l. si quis non dicam rapere. in
versi. vij. oppono.& idẽ in penul. col. †Et sic intelligit 2
dictam l. si quis non dicam rapere. in pœna capitali &
corporali: prout dicit text. in d. l. idem tenet Saly. ibi,
dicens quòd ipse credit, ꝙ prima opinio glo. in d. l. sit
verior: quia tex. in l. j. in prin. C. de rap. virgin. dicat, ꝙ
ex raptu virginis sequitur pœna mortis. Igitur in du-
bio de propria & vera morte intelligitur. arg. l. qui vl-
timo. de pœnis.& l. fi. C. de his qui veniã ætatis. Et illa
opinio procedit, quando pœna imponitur. Ipso iure
à lege, vt in l. raptores. C. de episc. & cleri. † quo casu 3
punitur attentatũ sicut consummatum: vt dicit Ioan.
And. in c. perpetuæ. de elect. lib. vj.& in regula, in pœ-
nis. in mercu. Et idem dicit Bald. in l. data opera. xvj.
col. C. qui accusare non possunt. & idem dicit Abbas
Sic. in c. j. de eo qui mit. in posses. causa rei seruan. in
versi. ex prædictis. quòd attentans punitur, si peruenit
ad actũ propinquũ, nec per eum steterit, quin perfe-
cerit, sed impotẽtia facti habetur ac si esset perfectũ,
nisi pœna imponeretur per statutum, tunc debet esse
delictum consummatũ, secundũ gl. ibi. Idem Paul. de
Cast.& Lud. in l. j. in fi. ff. quod quisq; iur. & Bar. in l. j.
§. diuus. ff. ad l. Corn. de fal. & hoc ponit pro regula
Feli. in scriptis suis post titulũ de appellationibus. Et
post regulã ponit octo limitationes, vt ibi per eum. Et
pro ista opin. multùm facit authoritas Bart. in l. j. ff. de
extraord. crimi. † vbi dicit, quòd peruenire ad oscu- 4
lum, tunc punitur hoc attentatũ, ac si esset perfectum
delictũ, per d. l. si quis non dicam rapere. Et Alex. in d.
l. j. in Apostillis allegat multas quotas pro ista mate-
ria. Satis potest dici atrocissimũ hoc delictum ex quo
fuit osculata virgo contra eius voluntatem. arg. l. qui
vas. §. vetare. ff. de fur. maximè, cũ in virgine præsumi-
tur, quòd sit ei facta vis, per tex. in l. j. C. de rap. virg.&
in l. j. §. qui puero. ff. de extraord. crim. Et ad istam
opinionem comprobandã faciunt multa. quæ allegat
Lucas de Penna in l. iij. C. de cursu publico. libro xij.
Secũda opi. fuit, † ꝙ pro isto osculo pœna sit arbi- 5
traria.& hoc tenet gl. in d. l. j. in principio, de extraor.
crimi.& Cy. in d. l. si quis non dicã. in vj. opp. & in sua
distinctione. Et idem dicit Bal. ibi in sua oppositione,
dum dicit, ꝙ si peruenit ad actum remotũ, vt osculũ,
mitius punitur. allegat dictã gl.& Iac. But. ita tenere,
hæc opinio fundatur ex text. d. l. j. ff. de extraordi. cri.
ibi, & si effectus sceleris potiri non possit propter vo-
luntatẽ perniciosæ libidinis extra ordinem punitur.
qui tex. intelligitur secundũ glo. in eo qui peruenit ad
colloquia & oscula siue basia. Et probatur ratione
euidẽti ista secunda opinio. †nam de iure stuprũ con- 6
summatũ sine violentia nõ punitur pœna mortis, sed
alia pœna: vt in §. lege Iulia. Insti. de pub. iudi. Sed per
stuprũ attentatũ & nõ consummatũ, sed solũ peruentum est ad osculũ & amplexũ contra virginẽ inuitam
& acclamantẽ, non maculatur virginitas corporis,
neque mẽtis, ergo mitius arbitratiè debet puniri, non
ad mortẽ naturalem: quia illa glo. in §. in summa. quæ

dicit quòd iudex in arbitrariis potest punire vsq; ad
mortē, est cōmuniter reprobata. per doct. & contra
illā gl. tenet glo. in c. inquisitionis. de accus. & Ant. de
Bur. in c. de causis, de offi. deleg. & Bal. in l. quicunque.
7 de ser. fug. † Et in ista opinione, ꝙ in osculo prædicto
sit pœna arbitraria, videtur esse Sali. in l. is qui cū te-
lo. C. de sicariis. in sua distin. dum allegat. l. j. de extra-
ordi. crimi. & Raphaël Cuma. cōsuluit, ꝙ si virgo non
est corrupta, licet eam violēter prostrauerit in terrā,
vt eam cognosceret carnaliter, quod nō fecit, quia nō
potuit, nō venit puniēdus pœna mortis. & dicit Salic.
in d. l. si quis cū telo. ꝙ ipse audiuit Bal. dicentē quādo
legebat d. l. si quis nō dicam rapere. ꝙ vbi per legem
8 punitur affectus ac si fuisset cōsummatus, † iudex po-
test ex potestate cōcessā sibi à lege, mitigare pœnam si
vult, sed non necessitatur, tamē casu de quo quæritur
nō reperitur à iure certa pœna statuta: vt dicit glo. in
d. l. j. ff. de extraor. crimi. Item quia dixit idem Bal.
in l. iij. in ij. opp. C. de seru. fugi. ꝙ mitius debet puniri
iste affectus quàm delictū consummatū. & de ista ma-
teria plenè per Host. in summa de pœnis. §. quibus. &
per Arch. xvij. q. j. §. si ergo. & per Andr. de Iser. in c. j.
§. si voluerit. de cap. qui curiam vendidit. & per Feli.
in cap. j. de præsump. & in remissionibus Alexand. in
9 d. l. j. de extraordi. crimi. † Fuerunt domini in voto,
& ego cum eis, quòd iste propter dictum osculū cum
amplexu cōtra voluntatem mulieris acclamantis in
strata publica, puniatur ad pœnam relegationis à di-
cta ciuitate Sarni, vbi fuit factum dictum osculū per
xxx. miliaria, & ad pœnam pecuniariam moderan-
dam secundùm eius diuitias & paupertatem, & sic
rescripsimus præfatæ Regiæ maiestati.

DECISIO CCLXXVI.

De re allodiali, quæ legitimè non probatur feudalis.

SVMMARIVM.

1 *Testes de auditu & fama publica deponentes, super feudali fundo, an probent fundum esse feudalem.*
Dominium rerum antiquum in factis antiquis qualiter probetur.
2 *Fama in factis antiquis multùm operatur.*
Opinio generalis in factis antiquis, an habenda pro veritate.
3 *Testes deponentes de auditu auditus, an probent.*
Factum antiquum de quo tempore dicatur.
4 *Testes causam suæ scientiæ non reddentes, non probant.*
5 *Feudum fuisse feudalem, qualiter testes probent.*
6 *Possessio antiqua præsumitur habere iustitiam permanentem.*
7 *Libera omnis res præsumitur, nisi contrarium probetur.*

1 AN testes † deponentes de auditu & fama
a publica [a], ꝙ talis fundus erat feudalis, &
de feudo de Liminutuli, probent fundum
illum esse feudalem? Et videtur, ꝙ sic: quia
dicit Bal. ꝙ in factis antiquis dominiū rerū nobilium
probatur per indicia & famā. in l. cum super vernis.
C. de rei ven. & idem Bal. in l. indicia. eod. tit. in ij. col.
dicit, ꝙ testes de auditu, ꝙ erat publica vox & fama,
probant iustissimam credulitatē tituli. & dicit Bal. in
2 auth. quas actiones. C. de sac. sanc. ecclesi. † ꝙ in factis
antiquis multùm operatur fama. alleg. Inno. in c. ve-
niēs. de verb. signi. Idē dicit Ang. in l. at qui natura. §.
cùm me absente. ff. de neg. gest. & dicit Bal. in l. conuen-
ticula. vij. col. ver. ex his etiam infero &c. C. de epis. &
cle. quòd in factis multùm antiquis opinio generalis
habetur pro veritate, nec est necessaria alia probatio,
dum tamē talis opinio sit vniformis apud omnes, nec
de ea sit cōtradictio apud peritos, aliàs nō posset pro-
bari, quòd Cæsar fuisset Imper. † Et sic in factis anti- 3
quis testes deponentes de auditu auditus, probant: vt
dicit do. Ant. de Butr. in c. licet ex quadam. de testi. &
not. in l. si arbiter. ff. de prob. & Bart. in l. in summa. §.
item Labeo. ff. de aqua plu. arc. & dicitur factum anti-
quum, quādo excedit tēpus centum annorum, secun-
dum veram opi. Inno. in c. veniens. lo j. de testi. & ibi
per Ant. de But. & in c. illud. de præscript. & in Spec.
de prob. §. j. In cōtrarium fuit decisum per totum
Consilium scilicet ꝙ per testes de auditu, & per testes
deponētes de fama, ꝙ talis res erat feudalis, non pro-
baturā fuisse feudalem: † eò quia non reddunt causam 4
scientiæ ad probandū, ꝙ dictus fundus fuit feudalis,
ideò non probāt. per l. solā. C. de testibus. & in c. cum
causam, quæ inter Archiepiscopū. eod. tit. Etiā ꝙ non
sint interrogati de causa scientiæ. hoc in propriis ter-
minis voluit Alex. in j. vol. cōsi. cxxxvj. incipiēte, viso
& examinato processu. vbi dicit, ꝙ ad probandum, ꝙ
res est feudalis, [b] non sufficit probare per testes, quòd b
res illa est feudalis, nisi dicant rationē cōcludentem:
vt quia fuerunt præsens in inuestitura facta de dicta
re: vt feudali per traditionem annuli vel birreti: vel
quia viderunt talē possidere rem illam vt feudum, &
tanquàm vasallū, & quod præstitit seruitiū pro feudo
domino directo illius feudi, iuxta notata in cap. j. de
noua forma fideli. † vel dicant testes, quia vidimus & 5
legimus registra bonorū feudaliū, in quo registro bo-
norum feudalium erat scriptus dictus fundus: vt dicit
And. in c. j. in addit. ex quibus causis feudū amittatur.
vel dicant, ꝙ vt feudū talis fundus tentus, & possessus
fuit per triginta annos: vt dicit And. in c. j. de contro-
uer. feudi apud pares termināda, aliàs per solā famam
& per testes de auditu siue redditione causæ scientiæ
nō probatur, quòd res est feudalis, vbi possessa fuit vt
burgensatica per annos xxx. & vltrà: † quia possessio 6
antiqua præsumitur habere iustitiā permanentem, se-
cundùm Cyn. in l. si solennibus. de fideius. secundùm
Bal. in c. j. §. cùm autē. de cōtrouer. inuest. Item talis
possessio habet pro se iuris præsumptionē, ꝙ sit bur-
gensatica & nō feudalis: vt dicit Bal. in c. j. in prin. pe-
nul. col. de cōtrouer. inuest. vbi dixit, quòd omnis res
præsumitur libera, nisi probetur seruitutem habere. l.
altius. C. de seruit. cum concor. ibi allegatis per eum.
Idē dicit Bal. in l. libertas. ff. de stat. hom. † quòd liber- 7
tas præsumitur, nisi contrariū probetur, & fidelitas, &
iuramentū fidelitatis est quædā seruitus: vt dicit gl. in
l. si cuius. §. j. ff. de vsuf. Sic feudū est seruitus: vt nota.
doc. in c. ij. si de feu. fue. controuer. & dicit Io. An. in c.
nimis. de iureiur. quòd res nō præsumitur feudalis, sed
burgēsatica. & ibi cōcordantiæ. & in cōsi. Alex. cxxix.
incipi. ponderatis his. in j. vol. Et sic fuit super isto
dubio pronuntiatum per sacrum Consilium, contra
quendam nobilem per diffinitiuam sententiam.

ADDITIO.

a *Fama publica.* Vide suprà in decis. cclxvij. Tho. Grā.
b *Feudalis.* Quomodo debeant deponere testes vt
probent rem esse feudalem. Et adde quòd non sufficit
deponere esse feudalem nisi assignata causa vide, in-
frà, in decis. ccclxj. in iiij. charta. Thomas Gram.

DECIS

DECISIO CCLXXVIII.

De restitutione pretij in rescissione contractus.

SVMMARIVM.

1 *Alienatio feudi irrequisito domino est ipso iure nulla.*
2 *Hæres & defunctus vna & eadem est persona.*
3 *Pretium emptori bonæfidei hæres tenetur restituere.*
Emptor sciens vitium rei, caret re & pretio.
4 *Reuocatio alienationis rei feudalis sine retraditione, non operatur.*
5 *Hæres inuitans patris factum pretium quando debeat restituere.*
6 *Pretium redditur, vbi contractus rescinditur.*

PAter meus habens quandam terram ipsam
pro suis necessitatibus, tanquam francam,
liberã & exemptã ab omni obligatione,
nexu & seruitute, publico instrumẽto me-
diante Titio & hæredibus vendidit, & promisit de
euictione in cauta forma. hic emptor tenuit & posse-
dit dictam terrã tanquam burgensaticam per annos
xxx. cum titulo & bona fide. Demũ post mortẽ patris
venit ad notitiã mei, ꝙ dicta terra est de feudo, quod
fuit patris mei. Et ego ago cõtra illum emptorem
rei vẽdicatione, & probo, ꝙ illa terra fuit patris mei,
quòd pater meus de illa fuit inuestitus tanquam de re
feudali, & quòd pro ea præstitit seruitiũ domino dire-
cto, & illa vẽditio fuit ipso iure nulla tanquã sine as-
sensu domini. Ille emptor opponit exceptionẽ cõtra
me hæredẽ patris mei, exceptionẽ, quem de euictione
tenet actio &c. Item, ꝙ ipse emptor emit bona fide
dictã terrã tãquàm burgensaticã: & vt burgẽsaticam
tenuit per annos triginta. Item ꝙ ego tãquàm hæ-
res patris teneor restituere pretiũ, ex quo fuit emptor
1 bonæfidei, prout nunc valet dicta terra. †Quæritur
modo, an ego vt hæres patris mei tenear restituere
pretiũ. Quidã dicebant, ꝙ nõ: quia postquàm con-
stat terram ipsam fuisse feudalẽ, alienatio sine assensu
domini fuit ipso iure nulla, per l. Imperialẽ. in princ.
de prohi. feudi ali. per Fede. cũ concor. & per cõstitu-
tionẽ Regni, constitutionẽ diuæ memoriæ. ipse idem
2 vẽditor potest contrauenire, ergo & eius hæres: †quia
vna & eadẽ persona est hæres & defunctus: vt in auth.
de iureiur. à morien. præstito. in princ. & habetur in l.
quia tale. ff. solu. ma. licet aliàs vidi magnũ doctorem
dubitare, si dicta cõstitutio, quę permittit reuocatio-
nem alienationis bonorũ feudaliũ, sine assensu domi-
ni Regis, ipsisdem qui alienauit hoc ius reuocandi, si
transit in filiã fœminã hæredẽ, quam quęstionem ego
examinaui in c. j. §. hoc quoque. vltima charta, de suc-
cessione feudi. sed posito sine præiudicio veritatis, ꝙ
sic possum ego vt hæres reuocare dictã alienationem.
3 †Et quia scienter pater meus vendidit rem feudalẽ vt
burgensaticã emptori ignorãti illam esse feudalẽ, te-
neor restituere pretiũ emptori bonæfidei. vt est gl. in
d. l. Imperialem. in verbo, bonæfidei. in princ. & non
solùm pretiũ, prout empta fuit: sed prout nunc valet
ipsa terra: vt Bar. in l. j. circa fi. ff. de euictio. & Paul. de
Cast. in l. Titius. la j. ff. de actio. emp. & in l. vẽditores.
ff. de verb. oblig. Secus, quando emptor sciuisset rem
esse feudalẽ, & emit vt burgensaticã: quia carebit re &
pretio: vt dicit gl. in d. l. Imperialẽ. in verbo, bonæfi-
4 dei. & And. ibi. † Et quidã doctor bonus Legista dice-
bat, ꝙ reuocatio alienationis rei feudalis, est permis-
sa per dictam constitutionẽ, si fiat cum retraditione
eius, quod accepit. aliàs vbi requiritur retraditio, non
valet displicentia animi sui sine traditione: vt voluit
Bald. in l. fin. penul. charta. versi. item obstat dicta lex,
quod si nolit &c. C. de contrahen. emptio. accedãt ad
hoc not. per gl. in c. si à iudice. de appel. lib. vj. & quod
not. Alex. in l. si quis arbitratu. ff. de verb. oblig. & sen-
tit glo. in dicta constit. constitutionẽ. super verbo, su-
per feudis. ibi, & potest responderi. quæ vult, quòd si
alienatur feudũ, quod potest alienari cum Regio as-
sensu. sed alienatur sine Regio assensu: si tamen filius
maior natu adiuit hæreditatem patris, licet dicta alie-
natio possit per eum infringi, tamẽ tenetur fratribus
ad æstimationẽ &c. † Fuit ergo conclusum in Con- 5
silio, quòd filius & hæres patris si vult venire contra
factum patris, prout poterit pater contrauenire, tene-
tur emptori bonæfidei restituere pretiũ, prout nunc
est, si est plus augmentatũ pretium, & emptor iste bo-
næfidei facit fructus suos, per nota. in l. in fundo. & in
l. sumptus. ff. de rei vendi. & hoc propter ignorantiam
ipsius emptoris, ementis illam terram vt burgensati-
cam nesciens esse feudalẽ: si enim sciuisset feudalẽ esse,
non fecisset fructus suos: vt bene concludit Lucas de
Penna in l. nulli. C. de fundis patrimo. circa finẽ, lib.
xj. † redditur enim pretium, vbi contractus rescindi- 6
tur. l. emptorem. §. ibidem. ff. de actio. empt. Et ideò
dicit Bal. in l. si prædium. C. de prædiis vel aliis rebus
minor. quòd quando rescinditur contractus ratione
solẽnitatis omissæ, debet restitui pretium, secus quan-
do rescinditur ex defectu causæ. de quo per Bart. in l.
cùm hi. §. eam. ff. de transaction.

DECISIO CCLXXIX.

De creditore ad certum tempus agente ante diem, vt adueniente termino sibi numeretur. Et de interesse propter solutionem tardatam.

SVMMARIVM.

1 *Creditor in diem an possit ante tempus agere, vt adueniente termino sibi soluatur.*
2 *Vsusfructus de sui natura non transit ad hæredes.*
3 *Tempus miserationis causa, quod dicatur.*
4 *Debitor creditore petente satisdare de soluendo adueniente die quando teneatur.*
5 *Actio ante diei aduentum ex obligatione in diem competit, & qualiter.*

PLuries per diuersos Consiliarios fuit dubi-
tatum. † Vtrum creditor ad diem certam 1
possit agere ante tempus, vt adueniente die
sibi soluatur, & interim formetur processus. Dubium
facit tex. in §. plus. Instit. de action. vbi dicitur, ꝙ qui
præmaturè petit, plus petere videtur, & per conse-
quens competit exceptio, quòd agere non potest ante
tempus: vt in §. tẽporales. Instit. de exceptionibus. Sed
Bar. in l. ita stipulatus. in ij. q. ff. de ver. obl. distinguit.
quádoque dies in obligatione est appositus ab homi-
ne: interdum à lege. Primo casu, si in obligatione
est deductum aliquid, quod non transit de sui natura
ad hæredes, † vt est vsusfructus, & tunc ante diem non 2
nascitur nec obligatio, nec actio: vt in l. j. circa fin. ff.
quando dies vsusfru. legato cedit. Si verò est in obli-
gatione deductum aliquid, quod de sui natura transit
ad hæredes, & tunc statim cõmittitur stipulatio quo

ad obligationē & actionem: vt in l. cedere diem. ff. de verb. sig. & in d. l. j. in fi. & ff. manda. l. qui mandatum.
Secundò casu, quando tēpus appositum est à lege, & tunc aut tempus istud legale intelligitur ex natura contractus vel rei, & tunc statim est nata obligatio & non actio: vt est videre exemplum in l. si tutor rei-
3 publicæ. §. fin. ff. de tute. & ratin. distra. † Aut tempus legale oppositū est propter aliquod extrinsecū accidens, vt in actione de dote sol. matr. vbi datur tempus anni ad soluendū dotē: vt in l. vnica. §. ex action. de rei vxo. actio. & istud dicitur tēpus miserationis causa, & isto casu potest agi ante diem vt soluatur in tempore: vt latius prosequitur Bart. in d. l. ita stipulatus. in j. & ij. q. Sed idem Bar. in l. eum qui ita. §. qui ita. ff. eod. tit. de verbor. oblig. dicit quòd debitor ante diem potest conueniri, sed obstat except. & si non opponitur, debet sequi condemnatio vt soluat in tempore debitor quia dilatio fuit data ad differendam solutionem, de quo latius ibi per eum. & hoc etiam tenet Inno. in c. pastoralis, de exceptio. & Anton. de But. in c. j. de plus petit. & Alex. in j. vol. consi. xcv. incip. in causa & lite. & in iiij. vol. consi. ij. in v. col. & in v. vol. cōsi. cxxxiij.
4 in iij. col. † Sed aduertendum est, quòd Alex. post Ang. & alios in l. si constante. §. quoties. ff. sol. mat. ponunt conclusionem istam, videlicet quòd quando à lege cōcessa est dilatio debitori, tenetur debitor creditore petente satisdare de soluendo adueniente die, & hoc in dilatione cōcessa à lege miserationis causa. Sed Cy. in l. j. C. vt in possess. lega. & in l. vniuersa. C. de preci. Imper. offe. & Bald. in d. §. quoties. tenet indistinctè, quòd debitor habens dilationē legalē ad soluendū, tenetur satisdare de soluendo aduenientē die. Secus est in debitore ad diem ex conuentione legali: vt dicit Cy. in d. l. vniuersa. & Alexan. in d. §. quoties. & vt omne cesset obstaculum, dicit Neapolitanus in consue. Neap. quæ incipit, viro mortuo. in verbo, dari. Tutius est agere ad interponendam cautionē de soluendo adueniente die, per l. in omnibus bonæfidei. ff. de iu. & ff. de actio.
5 & oblig. l. is cui. † Et de ista materia nunquid ex obligatione in diem ante diei aduentum, competat actio, Cy. in l. j. C. vt actiones ab hæredibus & contra hæredes. inducit xvij. argumenta, quòd ante diem non est nata actio. Et xuj. argumēta in contrarium, quòd non sit nata actio ante diem, & respondet argumentis in contrariū: vt ibi latius per eum. Fuit in Consilio conclusum, quòd quando dilatio data est à lege ad soluēdum, prout est in dote: vt in l. vnica. §. exactio. creditor potest agere ante diem, vt adueniente die condemnetur ad soluendum dictam dotem. Et pro hac decisione benefacit id quod dicit Neapo. in loco præallegato: quia si potest quis agere ante tempus, vt caueatur sibi de soluendo adueniente tempore, vt suprà dictum est: ergo vt soluatur tempore adueniente, & omnia illa iura quæ dicunt, quòd ante tempus non potest agi, intelliguntur, vt tunc soluatur. Sed bene potest agi ante tempus, vt aduenīēte tempore soluat. & ita pluries vidi fuisse practicatum.

DECISIO CCLXXX.

De cōtractu cōditionali non resoluto ab emptoribus post diē cōuentum.

SVMMARIVM.

1 *Emptori an liceat recedere à contractu, venditore in tem, ore non satisfaciente, maximè in rebus pondere, numero, vel mensura consistentibus.*
2 *Venditio ad mensuram ante mensurationem est imperfecta.*
3 *Venditio conditionalis, dicitur perfecta.*
4 *Venditio quæ modis perfecta dicatur.*
5 *Intellectus ad l. quod sæpe. §. in his. ff. de contrahen. empt. & vendi.*
6 *Pœnitentia in contractibus bonæfidei quando locum habeat. 10.*
7 *Venditor in mora tradendi constitutus an teneatur ad interesse cum; toto contingens post moram.*
8 *Mutatio monetæ moroso est nociua.*
9 *Consuetudinibus duabus probatis, cui illarum standum.*


Vondam Ioannes de Lando vendidit Raynerio de Stephano, & Bartholemæo Vespulo, libras mille argenti viui, & libras centum solimati pro pretio ducatorum centum quinquaginta de moneta, quæ tunc temporis currebat, quo tempore currebant cinquinæ ad rationem quatuor pro quolibet carleno, & dictus venditor promisit tradere & consignare dictas merces per totum mensem Nouembris, M.CCCCXCVJ. in dohana & fundico Regio ciuitatis Neapolis. Quo termino adueniente dictus Ioannes venditor non tradidit nec consignauit dictis emptoribus in dicto fundico dictas merces. Illi emptores protestati sunt, quòd ex quo dictus venditor rem vēditam non tradidit, quòd ipsi recedunt à dicto cōtractu. Post hæc dictus venditor certam quantitatem argenti viui & solimati posuit in Regia dohana, vt consignetur dictis emptoribus. & post paucos dies dictus venditor mortuus fuit superstitibus sibi eius filiis & hæredibus. Qui filij & hæredes conuenire fecerunt in magna curia Vicariæ dictos emptores, vt soluant dictis hæredibus dictum pretium: quia argentum viuum & solimatum paratum est traditioni & consignationi, ex quo stat in dohana Regia. Et citatis ipsis emptoribus, & seruatis, seruandis lata fuit sententia per magnam curiam Vicariæ, per quam condemnati sunt emptores, quòd debeāt recipere dictas merces, & soluere dictum pretium ducatorum cētum quinquaginta, ab ista sententia est appellatum ad sacrum Consilium: & in eo concluso processu, & auditis aduocatis fuit dubitatum de duobus. † Et primò, vtrum in contractu vendi- 1
tionis rerum consistentium in numero, vel pondere, vel mensura, quæ certa die debent consignari emptori, & non consignantur, si licet emptori discedere à dicto contractu & obligatione. Et quòd liceat emptoribus dictarum mercium, quæ debebant ponderari & tradi certa die, discedere à dicto contractu: quia dictus venditor fuit in mora tradendi & mensurandi in die conuenta, allegat gloss. in l. secunda, C. de periculo & commodo rei venditæ. vbi dicit, quòd si res vendita non mensuretur vel ponderetur; nec tradatur, & sit in mora venditor, talis contractus dicitur conditionalis, si mensuretur: vt in l. quod sæpe. §. in his. ff. de cōtrahentibus emptor. & istum textum etiam alleg. dominus Franciscus de Are. in consil. xj. & Baldus in l. sicut. C. de action. empt. & Bartol. in l. Iulianus. §. si Titius. ff. eod. tit. & ante mensurationem vel ponderationem contractus est imperfectus, quantum ad periculū & obligationē, licet Irnerius glossator

tor dixerit, quòd est imperfectus, quantũ ad periculũ,
nõ quantũ ad obligationẽ. Et opi. gl. secutus fuit Bart.
2 in consi. lxxiiij. anci. viso instrumẽto. †vbi dicit, quòd
venditio, quæ fit ad mẽsuram antequam mensuretur,
non est perfecta venditio, vt d. l. quod sæpe. §. in his. &
idẽ dicit in consi. xxj. anci. in quæstione domini Cioli.
Secundò ad ididem adducitur id, quod dixit. Ioã.
de Imo. in l. si ita quis. §. Seia. ff. de verb. obli. vbi dicit,
quòd ille tex. videtur velle, quòd eò ipso, quòd pactũ
fuit factũ, quòd pretiũ deberet restitui infra certũ tẽ-
pus, & tunc restitui res, videtur tacitè agi, quòd post
tẽpus nõ teneatur reddere rem, licet pretiũ reddatur,
vt ibi per eum. Tertiò, pro hoc allegatur text. in l.
si quis fundum. ff. de contrahen. emp. vbi dicit, quòd si
venditur fundus pro eo pretio prout defunctus emit,
& defunctus non emit, sed fuit donatus sibi: ideò quia
venditio videtur facta sub cõditione, & conditio de-
ficit, ergo venditiò nulla. Sic in proposito facta fuit
venditio, si merces dicto die ponderentur & tradãtur:
non est facta traditio nec ponderatio, volẽtibus em-
ptoribus est resolutus dictus contractus, & hoc est
quod dicit Pau. de Cast in l. j. C. de perien. & commo.
3 rei vendi. †quòd quando cõtractus est conditionalis,
& pendet conditio, si conditio deficiat, vẽditio habe-
tur pro non facta, & per consequẽs licet dictis empto
ribus recedere à dicto cõtractu. In contrariũ dici-
tur, quòd venditio conditionalis dicitur perfecta, ita
quòd ab ea non licet vni parti discedere. hoc firmat
gl. in l. necessariò. §. quòd si pendente. in versi. si ita res.
ff. de pericu. & com. rei venditæ. & tenet gl. in l. j. C. de
pericu. & com. rei vend. & gl. Insti. de emptio. & vẽdi.
in prin. Et tenet Hosti. in summa de emptio. & vendi.
§. ij. in fi. Et pro hoc videtur text. in l. si quis vina. ff. de
peric. & com. rei venditæ vbi re vendita ad pondus
vel mensuram ad certam diem, si vẽditor non tradat,
non est resolutus contractus, sed tenetur ad omne in-
teresse: prout dicit l. j. ff. de actio. empti. Et illam gloss.
in l. ij. C. de peric. & com. rei vend. non tenet ibi Sali.
cuius opinio sequitur Alex. in d. l. quod sæpe. §. in his.
Et pro intelligentia refero verba Bald. & Sali. in l. ij.
4 C. quando liceat ab empti. disced. †vbi dicunt, quòd
venditio potest dici perfecta, altero de tribus modis.
Primò, dicitur perfecta, quando conuentum est
inter partes de rei pretio, & consensu, etiam quòd sit
ista venditio conditionalis, & vni partium non licet
recedere ab isto contractu. l. j. & ij. C. quãdo liceat ab
emptio. disce. Secũdo modo, dicitur perfecta ven-
ditio quo ad periculum: & ista dicitur perfectio obli-
gatiua. Tertio modo, dicitur perfecta venditio,
quando res tradita est, vt ff. de acti. empti. l. si quis rem
alienam. & istas tres perfectiones originaliter posuit
gl. in l. j. C. de peri. & com. rei vẽdi. & gl. Insti. de empt.
& vendi. in princ. Et quando Iurisconsultus in l. quòd
sæpe. §. in his. dicit venditionẽ factam de re cõsistente
in pondere, numero, vel mensura, esse conditionalem
5 & imperfectam, †intelligitur quãtum ad periculum,
vt sit periculum venditoris, quod non est sic, quando
venditio sit purè, quia periculum est emptoris, vt in
d. l. necessario. & hoc vult gloss. in d. §. in his. in verbo,
perfecta venditio. exponit gl. quantum ad periculum
& hoc voluit Pau. de Cast. in l. sicut. C. de acti. empti.
vbi dicit, & not. legem. nam puto, quòd habeat locũ,
etiam cum venditio fuit facta ad mensuram; & men-
suratio adhuc non fuit facta, licet enim venditio non

videatur perfecta quantum ad hoc, vt periculum in-
teritus vel deteriorationis vini pertineat ad emptorẽ,
quantum tamen ad augmẽtum vel diminutionẽ pre-
tij, censetur perfecta, vt sic si pretium posteà diminua-
tur, nihilominus emptor tenetur soluere pretium cõ-
uẽtum, & si augeatur, non tenetur plus soluere, quam
conuenerit &c. ideò quantum ad hoc non attenditur,
an fuerint venditiones in specie, vel ad mensurã, sed
statim dicitur perfecta venditio, etiam ante mẽsura-
tionem, vel degustationem: per dictam l. sicut. & dicit
esse menti tenendum: quia per alios non tãgitur, & sic
patet, q non licet emptori recedere à dicto cõtractu.
†Et quia regula est, quòd in contractibus bonæ fidei, 6
vt est cõtractus emptionis, non habet locũ pœnitẽtia
parte altera inuita: vt in l. in ciuile. C. de rei vendi. &
not. Pau. de Ca. in l. bona fides. ff. de actio. empti. alle-
gat. l. fin. ff. de condictio. ob causam. & ibi Iason ponit
septem limitationes ad hanc regulam. Et licet magna
sit autoritas glo. in d. l. ij. quæ voluit, quòd contractus
conditionalis est imperfectus, quantum ad obligatio-
nem. Aduerte: quia gl. non dicit, quòd sit conditio-
nalis, quantum ad indissolubilitatem cõtractus. vnde
stat hoc pro vero, quòd ante cõditionis euentum non
sit nata actio, neque obligatio, tamen non habet locũ
pœnitentia: & ita in propriis terminis declarat Paul.
de Cast. in l. ij. C. quando liceat ab empt. discedere. cir
ca finem. dum dicit gloss. non bene dicere, quòd con-
tractus conditionalis sit perfectus quantum ad obli-
gationem, debuit dicere quantum ad contractus in-
dissolubilitatem: quia non est in voluntate vnius par-
tis dissoluere contractum emptionis, licet quãtum ad
periculum non sit perfectus. Fuit per sacrum Con-
silium votatũ & determinatũ, quòd non licuit dictis
emptoribus post diem conuentũ resoluere cõtractũ:
quia merces non fuerunt traditę in tempore, & ex su-
pradictis patet responsio ad contrariũ allegata. Se-
cundum dubium est. † Vtrum si vẽditor fuit in mora 7
tradendi, si tenetur ad interesse emptori contingens
post morã, & interesse est circa mutationẽ valoris mo-
netæ. Ad hoc dubiũ fuit breuiter respõsum, quòd licet
pro parte actoris sint probatæ aliquæ oblationes post
moram cõmissam factę, & ante mutationem monetę,
tamẽ quia mora semel fuit cõmissa, & fama erat tunc
tẽporis, q quintinæ minus valebunt in breui tẽpore:
†ideo mutatio monetæ debet nocere moroso, secun- 8
dùm doctrinã Bart. in l. Paulus. ff. de solu. & in l. cùm
quid. ff. si cer. peta. & doct. in c. quanto. de iureiur. & in
c. olim. de cẽsi. ideo succedit dispositio l. ratio. §. si per
venditorem. ff. de actio. emp. quæ vult, quòd si vẽditor
fuit in mora tradendi rẽ venditã, debet emptori pass
interesse condemnari ipse vẽditor ad aliud interesse:
quia fuit in dolo in non tradendo merces in tempore
conuento. & not. doct. in l. vinum. ff. cert. peta. & in l.
illud. ff. de pericu. & cõmo. rei vendi. Et ita fuit vo-
tatum & cõclusum per totũ Consiliũ. Et tanto magis
q est probata consuetudo mercatorũ conformis iuri
cõmuni, videlicet l. j. ff. de acti. empt. q si res vendita
non tradatur in tempore cõuento, agitur ad interesse,
& quando cõtraria cõsuetudo prætẽderetur esse pro-
bata †tunc debet iudicari secundùm consuetudinem 9
conformẽ iuri cõmuni secũdùm Bal. in l. non solũ. ff.
de iure dotiũ. & Bar. in l. ij. in fi. principij. ff. solu. mat.
vbi dicit, quòd licet instrumenta debeant confici se-
cundum cõsuetudinem loci, vt in l. si prius. §. rectè. ff.

deaqua plu.arcen. tamen si in ciuitate diuersimodè
conficiebantur instruméta, tunc propter tales diuer-
sitates recurrédum est ad ius cómune. & voluit Alex.
in v.vol.consil.v. in j.col. ergo cum ius cómune vult,
quòd véditor, qui nó tradidit rem in tépore cóuento,
10 teneatur ad interesse, per d.l.j. †& quòd in cótractibus
bonæfidei non habet locum pœnitétia: vt in d.l.inci-
uile. sequitur, quòd isti actores tenentur ad interesse
liquidandum, & sic fuit votatum & declaratum.

DECISIO CCLXXXI.

De tutela decreta matri & non auiæ.

SVMMARIVM.

1 *Mater præfertur auo & auia in successione, & tutela.3*
2 *Matrem præferri legitimis qualiter intelligendum.*
4 *Tutela matri deferenda & non auia.*

1 VTrum †auia ex parte patris præferatur in
tutela huius pupillæ matri, vel mater pe-
tens tutelá filiæ præferatur auiæ paternæ.
Dubium facit, quia tutela defertur, sicut
ius successionis: vt in l.meminimus. C.de legiti.hære.
& ibi Bal.& Bar.in l.j.ff.de legi.tut. Sed mater exclu-
deret auiam à successione filiæ, quia est proximior in
linea ascendenti: vt in auth. defuncto. C. ad Tertul.
& firmat Alex.in j.vol.consi.lxxx.in prin.& in ij.vol.
consil.cxv.in j.col. ergo idem quo ad tutelá. Sed in
contrarium allegatur id, quod dicit Barto. in l.si quis
sub conditione.ff.de testa.tut.in versi. quid si est pater
2 & mater &c. vbi vult, quòd tex. †qui dicit matré præ-
ferendam legitimis intelligitur, scilicet, à latere, vt
text. exprimitur in §. ex his. in auth. de hæred. quæ ab
intesta. ergo in ascendentibus iura antiqua remanent
incorrecta. præfertur ergo mater in tutela omnibus
legitimis collateralibus, non autem in ascendétibus.
& ideò gl.j. in auth. matri & auiæ. C. quando muli.tut.
offi.fun.po. tenet, quòd si in tutela concurrat auus &
mater, auus præfertur: licet Bart. ibi dicat, quòd hoc
sibi non placet, quia text. in d.§. ex his. vocat istos ad
3 tutelam, secundùm quòd ad hæreditatem: †sed in hæ-
reditate non est dubium: quia mater prefertur auo, vt
in d.auth.defuncto. ergo &c. Et hác partem firmat
Salice. in d.auth. matri. & auiæ. versi. an auus paternus
matré pupilli excludat, vel econtra. & Albe. de Rosa.
ibi dicit, quòd mater vincit auiam: ergo & auum. &
dicit, quòd in hac parte inclinat Odo. licet non firmi-
ter. & Cy. ibi, qui dicit, quòd mater præfertur omni-
4 bus præterquàm testamentariis tutoribus. †Per sa-
crum Cósilium tutela fuit decreta matri & non auiæ:
maximè quia mater erat ditior.

DECISIO CCLXXXII.

De feudis quaternatis & de rebellione per feudatarium commissa.

SVMMARIVM.

1 *Feuda quaternata plana & de tabula, quæ sint, & qua-
lis inter ea differentia. 3.*
2 *Quasi possessio in feudis & iuribus incorporalibus non
quæritur sine aduersarii scientia & patientia.*
3 *Feudum quaternatum ex vnica concessione Regia fit.*
4 *Castrum omne est feudum quaternatum in Regno
Neapoli.*
5 *Cósensus Regius etiam requisitus quãdo baro subfeudat.*
6 *Scriptura sumpta de sumpto, an fidem faciat.*
7 *Regi non licet contrauenire suo cótractui in tertij præ-
iudicium.*
8 *Protestatio clàm facta, quæ potuit palàm fieri non valet.*
9 *Inuestitura obrepticiè impetrata parte opponente, non
valet.*
10 *Res de facili reuertitur ad propriam naturam.*
11 *Natura est constans & perpetua, accidens verò facilis
est resolutionis.*
Neapolitanum Regnum est Romanæ ecclesiæ.
12 *Feuda quæ à barone tenentur propter commissam rebel
lionem, an applicentur baroni, & non Regi.*
13 *Feudum ciuitate destructa, cui applicandum.*
14 *Rebellionis crimen feudum ecclesiæ deuoluit.*
15 *Feudum, vasallo delinquente, agnatis. & non domino
etiam vero delinquente, applicatur.*
16 *Bona stabilia publicata cui fisco applicanda.*

ORta lite inter excellentem dominũ Pasca-
sium comitem Alisij & dominum vtilem
terræ Draconis super feudis Cornelij &
Canneti ex vna, & nobilem Paulonum de
Tufo de Auersa. Et commissa causa prædicta domino
Antonio de Alex. & domino Troiano de Bucibonì-
bus de Trano, vt audiát & referant Regi Federico: &
formato processu, de tribus principaliter fuit dubita-
tum, post relationé factam in Consilio præsente præ-
fata Regia maiestate. †Et primò, vtrum dicta feuda 1
Cornelij & Canneti, sint feuda quaternata, vel feuda
plana & de tabula. & dubiũ faciebat, quòd sunt feuda
quaternata. Quia dominus Rex Ferdinandus pri-
mus dicta feuda Cornelij & Canneti cócessit Iacobo
Scaquare, vt illa teneret in capite à Regia curia imme
diaté, eique seruire teneatur, & non alteri. Sed hæc in-
uestitura parum operatur, vt infrà dicetur. Iié quia
idé Rex Ferdinandus primus inuestiuit de dictis feu-
dis quondam Illustrem Honoratum Caietanum Co-
mité feudorũ deuolutis Regio fisco ob notoriam re-
bellionem Magdalenæ filiæ quondam Benedicti de
Lisola de Suessa, & Masu Scaquare eius viri. Et in ve-
ritate præfatus dominus Rex Ferdinandus tunc tem-
poralis in ann.M.cccclx. quando fuit facta dicta inue-
stitura nó tenebat nec possidebat dictá terrá Draco-
nis. Sed illá tenebat & possidebat quondam illustris
marinus, Ioannes, Fráciscus de Marczano, dux Suessæ
vtilis dominus dictæ terræ Draconis. Nec vnquam
dictus comes fundorũ tenuit & possedit dicta feuda:
nec probatur de scientia & patientia dicti ducis Sues
sæ: vt cóstitueretur Rex in quasi possessione cóferen-
di dicta feuda in præiudicium d.ducis. †quia in istis iu- 2
ribus incorporalibus non quæritur quasi possessio si-
ne scientia & patientia aduersarij: vt in l.ij.C.de seruit.
& aqua. per Bal.& Bart. in l.j. hoc interdicto. de itine.
actúque priua. Inn. in c.bonæ. lo ij. de postu. præl.& in
c.conquerénte. de offic.ordi. & quanquã ex vnica col-
latione constituatur quis in quasi possessione confe-
rendi: vt dicit And. in propriis terminis in c.j. de con-
trouer.feud. apud pares. dum allegat gl. in c.cũ eccle-
sia Sutrina. de causa possess.& proprie.& c.cũ de bene-
ficio. de preben. lib.vj. tamé hoc verũ est, quádo vnica
collatio fuisset sortita effectũ suum, aliàs diceret posse
disse labia sua: vt not. in d.c.cũ ecclesia. & in d.c.cũ de
beneficio. & voluit Abb. Sicu. in c.cũ olim. de causa
pos.& proprieta.& in c.nobis. in iiij.no. de iure patro.
& in c.querelá. de elect. & Ant. de But. in repet.c.fi. de
causa pos.& proprie. sed dicta collatio facta comiti

nunquã sortita fuit effectũ suũ: quia nunquam comes
feudorũ habuit possessionẽ dictorũ feudorũ: ergo di-
cta collatio non constituit Regẽ in quasi possessione
3 cõferendi. †Et dicebãt aliqui domini, quòd eo ipso,
quòd Rex cõcedit feudũ, ex illa concessione Regia di
citur feudũ quaternatũ: vt dicit And. in c. j. de contro-
uer. feu. apud pares termi. in iij. col. ibi dũ dicit: & pri-
mò Rex cõcedens feudũ, dicitur quaternatum illud:
vnde omnia feuda ad collationem Regis pertinẽtia,
sunt quaternata. Et parum infrà dicit. vnde secũdum
dictum peritorũ Regni omnia sunt feuda quaternata
pertinentia ad collationẽ Regis, specialiter in terris
quæ nõ sunt de domanio. Sed in contrariũ allegatur,
quòd dicta feuda non sunt quaternata, sed sunt feuda
plana, & de tabula ad collationẽ baronis terræ Dra-
conis, vt deponunt omnes testes. Itẽ ad hoc probã-
dũ producta est scriptura publica ex archiuo Regio,
in qua sunt scripta omnia feuda quę sunt sub dicta ba-
ronia Draconis, & singulariter dicta feuda Canneti
& Corneli. Itẽ, ad hoc probandũ producta est in-
uestitura facta de dictis feudis, per dictũ quõdam du-
cem Suessæ, vtilẽ dominũ dictæ terræ Draconis ante-
cessoribus Andreæ Scaquare, qui ob eo recognouerũt
dicta feuda, & dicto duci iurauerunt fidelitatẽ, & pro-
miserũt ei seruire. Itẽ ad hoc probandũ producitur
instrumentũ in quo dictus Andræas promiserit tene-
re dicta feuda immediatè & in capite à domino Pasca
sio Comite Alifij & domino terræ Draconis. Item
ad hoc probandũ producitur instrumentũ solutionis
releuij facti per dictũ Andræ. quãdo successit Iacobo
fratri suo decedẽti sine liberis, tanquã subfeudatarius
dicti Comitis. Itẽ ad hoc probandũ producitur in-
strumentũ, in quo Baptista de Clauellis. qui ex dona-
tione comitis feudorũ habuit dicta feuda, dicit se feu-
datariũ domini dictę terrę Draconis, & ei soluisse mi
litare seruitiũ tanquã eius subfeudatariũ. Ex quibus pa
tet, quòd dicta duo feuda non sunt feuda quaternata:
quia probatur, quòd sunt ad collationẽ baronis dictæ
terræ Draconis. Itẽ ad hoc probandũ patet, quia nun
reperitur in Registris ante ducẽ Suessæ: nec etiã post,
quòd dicta feuda sint descripta tanquã feuda quater-
4 nata in quaternionibus Regiæ cameræ, †& propterea
nõ possunt dici feuda quaternata: vt dicit And. in d. c.
j. de cõtrouer. feud. apud pares termi. in iij. col. Pro
solutione quæstionis fuit cõclusum per dominos Cõ-
siliarios, quòd non sequitur quicquid cõcedit Rex in
feudum, quòd sit feudũ quaternatũ, nisi dicatur quòd
vult esse feudum quaternatum vel dicatur æquipol-
lens: quãdo nõ est castrũ: quia in Regno omne castrũ
est feudũ quaternatũ, secũdũ And. vbi suprà, aliàs sola
collatio Regis non facit feudũ quaternatũ, nisi quãdo
res fuit effecta feudũ per Regẽ, & postea Rex cõcedit
rem illã in feudũ, tunc est feudũ quaternatũ: secundũ
And. in d. c. j. in iij. col. vnde si Rex concederet feudũ,
quod antiquitus esset attenesia vel planũ & de tabula,
alicui non efficeretur feudũ quaternatũ ex sola colla-
tione Regia, nisi dicatur, quòd vult esse quaternatũ.
hoc voluit And. in consti. Regni, si aliquis baro. in iij.
lib. ibi, dũ dicit. Sed feuda collata per Regẽ dicũtur
quaternata, quia in scriptura & registris & quaternis
donorũ sunt scripta. ergo nõ sola collatio facit feudũ
quaternatum, vnde habẽs feudũ planũ & de tabula, si
illud alienat cum cõsensu domini baronis & cõsensu
5 Regis, † prout verius est, quòd requiritur consensus
vtriusque, vt dicit And. in l. Imperialem. in princ. de
prohi. feu. alie. per Fed. per quem cõsensum Regis vi-
detur habere feudũ à Rege: vt in l. lege obuenire. de
verb. sig. secũdùm And. in c. j. qui succes. teneã. & tamẽ
non diceretur feudũ quaternatũ, sed planum, & de ta-
bula, aliàs omnia feuda essent quaternata: ex quo in
omnibus requiritur in alienatione consensus Regius.
Ex dicta conclusione sequitur, quòd dictæ inuestiture
factæ per Regẽ Ferdinandũ primũ absque eo, ꝙ dicat
quòd vult dicta feuda esse quaternata, nõ faciũt dicta
feuda esse quaternata. Nec obstat, si diceretur, quòd
inuestitura Regis Ferdinãdi primi facta Iacobo Sca-
quara, dicit, ꝙ dicta feuda immediate teneat à Regia
curia: quæ verba importãt, quòd dicta feuda sint qua-
ternata. Quia ad hoc respondetur quinque modis.
Primò, quia illa inuestitura Regis Ferdinandi pri-
mi facta dicto Iacobo non est producta in forma pro-
bante: †quia est scriptura sumpta de sumpto, quæ non 6
facit fidẽ: vt in l. procurator. C. de edendo. l. sancimus.
C. de diuer. rescrip. c. fi. de fide instru. no. doct. in auth.
si quis in aliquo. C. de edendo. Et si diceretur, quòd
dicta scriptura sumpta est ex copia priuilegij præsen-
tati in actis magnæ cameræ in causa inter dictũ An-
dræam & comitẽ Alifij: & sic sumptũ ex scriptura in
actis præsentata fecit fidẽ: secũdũ Bal. & Ang. in d. aut.
si quis in aliquo. & Inn. in c. quoniã contra. de proba.
Ad hoc respõdetur, ꝙ hoc verũ esset, quãdo præsen-
tatio facta fuisset vocata parte, [a] vt dicit Ioan. And. in a
addi. Spec. in tit. de instru. edi. §. nunc dicamus. & Inn.
in d. c. quoniã contra. & Bar. & Alex. in d. auth. si quis
in aliquo versic. vi. fallit. & in iij. vol. cõs. cvj. ij. col. &
in iiij. vol. consi. vj. ij. col. & in consi. cxij in prin. & sic
cũ in præsentatione dictæ collationis in Regia came-
ra non fuit vocatus Comes, transsumptum ex eius co-
pia non facit fidẽ contra Comitem. Secundo modo
respondetur: nam prout dicit dictum sumptũ de sum-
pto, dicta inuestitura Regis Ferdinandi primi fuit fa-
cta die xxv. mẽsis Augusti. M.cccclxxxiij. Quo tẽpore
excellens dominus Pascasius comes Alifij, & do. dictę
terræ Draconis erat vtilis dominus terræ Draconis
cũ omnibus subfeudis existẽtibus in pertinẽtiis dictæ
terrę Draconis virtute priuilegij habẽtis naturã con-
tractus emptionis à dicta Regia maiestate Regis Fer-
dinandi primi, facta die x. mensis Iulij. M.cccclxxxij.
in qua venditione vult Rex, quòd tenẽtes feuda qua-
ternata & non quaternata in dicta terra Draconis à
Regia curia, quę primitus tenebãt à dicto Duce Sues-
sæ, non ipsam Regiam maiestatẽ sed ipsum comitem
in immediatũ dominũ recognoscãt, quemadmodum
feuda ipsa à dicto duce Suessæ teneri consueuerunt, &
prout plenius dictus Dux Suessæ tenuit & possedit nõ
obstante, quòd feuda ipsa à Rege Ferdinando imme-
diatè & in capite tenta sint, & nullum alium in supe-
riorem recognoscere teneantur, & aliis (quantumuis
benemeritis) sint concessa quibusuis rationibus atque
causis, & facta sunt exempta authoritate dominica &
motu proprio, idem dominus Rex reuocat, cassat, tol-
lit &c. Et sic post dictũ contractum non potuit dictus
Rex inuestire dictũ Iacobũ de feudis prædictis existẽ-
tibus in terra Draconis in præiudicium dicti domini
terræ Draconis: †quia non licet Regi venire contra 7
suum contractum in prȩiudiciũ alterius: vt per Bal. in
c. j. de natura feudi. & in l. qui se patris. C. vnde lib. &
And. in cõstit. Regni, ea quæ ad decus. & Cardi. Flo. in
repe.

repe.c.perpẽdimus.de sentent.excommu. Abb.& alij in c.j.de probat.Ludo.Ro.in cõsi.& in alijs locis,quæ allegantur in locis præallega. Et ad maiorem cautelã Andræas frater dicti Iacobi Scaquaræ videns dictum contractum factum inter dictum Regem & dictum comitem expreßè in actis regiæ cameræ summariè renuntiauit vsui dictæ collationis Regis Ferd.j.factæ d. Iacobo. Nec protestatio occultè facta, quòd dicta renũtiatio fuit facta per vim & metum per dictum Andræam aliquid nocet dicto comiti:quia voluit Bal.in
8 l.clari. C. de fideicommißis, † quòd ille qui poterat
palam protestari, & protestatus fuit clàm, non valet protestatio:nec vnquam fuit aliquid probatum de vi & metu. & sic illa protestatio non tollit effectum renuntiationis iudicialis subsequẽtis: secundum Bar.in l.de pupillo.§.si quis ipsi prætori.ff.de ope.noui nunt. & Ang.in l.cum quidam.ff.de appella. nam in actu, qui fit cum alio, non annullatur per protestationem in occulto factam antecedentem:vt dicunt doct.in l. qui in aliena.§.Celsus.& ibi per Alex.ff.de acqui.hære. & Barto.in l.non solum.§.morte.in v.col.& sequen. ff.de operis noui.nunt. & habetur in l. cùm in plures. §.locator horrei.ff.locati.& in cap.solicitudinem.de appel. Tertio modo respondetur:nam dictus Iaco. Scaquara filius & hæres Masij Stacchari & Magdalenæ non potuit obtinuisse inuestituram prædictam à Rege Ferdinãdo primo, ex quo dicti Masius & Magdalena habuerunt dicta feuda pro se & hæredibus suis à Duce Sueßæ domino terræ Draconis tanquam feuda de tabula & de plano & sic dicta feuda, si culpam aliquam commisissent dicti coniuges debuissent applicari baroni & non Regi, vt dicetur in sequẽti dubio, & tantò magis, quia dictus dux Sueßæ habebat ex priuilegio Regis Alfonsi primi multa iura Regalia in terris suis & signanter, quòd omnia feuda quaternata existensia in terris suis, sint ad eius collationem tam deuoluta, quàm deuoluenda etiam ex crimine læsæ maiestatis, vt patet ex priuilegio dicti Ducis ostenso dictis iudicibus. Et sic dicta inuestitura fuit obreptitiè & subreptitiè impetrata, quia non fuit facta men-
9 tio de prędictis:† & ideò parte opponente nihil valet:
vt in cap.super literis.cum materia sua, de rescriptis.

Quarto modo, respondetur, certum est, quòd ista duo feuda nunquam fuerunt quaternata ante Regem Ferdinãdum primum. pone quòd baronia Draconis, vbi sunt sua dicta feuda, deuenit ad Regem per rebellionem baronis, vel per excandescẽtiam, & ipse Rex concederet alteri dicta duo feuda: quia forte erant deuoluta dictæ baroniæ alicui suo familiari. & diceret, quòd teneat in capite à Regia Curia. nonne ista collatio facta à Rege, habetur, ac si esset facta à barone? & illa verba, quòd teneat in capite à Rege, intelligũtur vt à barone: certè sic, nisi ipse Rex aliter declararet. Ita dicit Bal.in c.j.quid sit inuestitura.& And.in c. j.ex quibus causis feudum amittatur. Benè facit, quòd dicit Bal.in c.studuisti.de offic.delega. Cum ergo Rex non dixit, quòd cõcedit, vt feuda quaternata, videtur concesiße secundum naturam suam, tanquam feuda plana & de tabula. Quinto & vltimò respõdetur, ꝙ in priuilegio venditionis dictę terrę Draconis & Comitatus Alifij facta præfato domino Pascasio per dictum Regem Ferdinãdum primũ cassantur & annullantur omnes concesiones feudorũ factę à Rege Ferdinando primo, per quas mutaretur natura feudorũ existentiũ in dicta terra, & dicta feuda reducit ad pristinam naturam: prout erant tempore Ducis Suessæ.
certè Rex potuit hoc facere. † quia rei suę est modera- 10
tor & arbiter etiam abutẽdo. text. est in l.sed & si lege. §.consuluit.in verbo, dum se abuti re sua putant. ff.de peti.hæreditatis. Maximè, quia res de facili reuertitur ad suam pristinã naturã: vt in c.ab exordio. xxv.dist. & in l.si vnus.§.pactus ff.de pactis. Nam princeps feudum nouum potest concedere, quòd habeat naturam antiqui feudi: vt dicit Bal.in c.j.de alie.feudi paterni. arg.l.quicunque.C.de omni agro deser. fortius potuit facere, quòd feudum reuertatur ad naturam antiquã.
† Et propterea dicit Bald.in c.j.in iij.col.quis dicatur 11
Dux, col.vel mar. ꝙ natura est constans & perpetua, sed accidẽtia sunt facilis resolutionis. Bene ad hoc facit, quod dicit Bald.in tit.de pace. Constan.in verbo, inuestitura. quòd licet istud Regnũ sit ecclesię Romanæ: vt in c.ad Apostolicæ.de re iud.in vj.& in Cle.pastoralis.eo.tit. pone quòd Regno vacãte Papa concesit pluribus multos comitatus prædicti Regni, postea creat ibi regẽ. Quæritur an illi comites teneantur facere fidelitatem illi Regi, tanquam vasalli Regis. & dicit quòd sic.& alle. Odof.ibi. Et pro ista parte est expeditum primum dubium. Secundum dubium est. Vtrum feudatarius Baronis cõmittens rebellionẽ notoriam cõtra Regem & baronẽ fidelẽ Regis, dicta feuda sint deuoluta Baroni: in cuius baronia sunt feuda, vel sint deuoluta ad Regem, sicut alia feuda quaternata.& sicut alia bona burgensatica.
† Et in pri- 12
mis, quòd dicta feuda, quę tenentur à barone propter rebellionem commissam contra Regem applicãtur baroni & nõ Regi, adducitur authoritas And. de Iser. in c.j.§.si quis hominem.de pace tenẽda. vbi dicit ista verba formalia: Patet ergo quòd si committatur delictũ in terra Comitis vel baronis per eius vasallos, de quo delicto erat pœna publicationis bonorum, quòd bona vasalli delinquẽtis veniret in fiscum, nisi essent feudalia, vel alia, quæ à Comite vel barone tenerẽtur, illa redeũt ad eum, à quo tenebat. l.fi.§.si in libertinũ. ff.de bonis.dãna. Idem expreßè firmat idẽ And.in c.j. iij.col.si vasallus feudo priuetur, ibi dum dicit: Nam & feudũ, quod ab alio tenet is, cuius bona publicãtur, redit ad eum, à quo tenebat, vt in §.si in libertinũ. & remittit se ad id, quod dixit in d.§ si quis hominẽ. vbi And. extendit constitutionẽ Regni, si quãdo.de homi. baro.posside.in terra Domanij. quæ vult, quòd quãdo vasallus moritur sine filiis feudum, quod tenet à barone, deuoluitur ad baronem & non ad Regem: vt similiter habeat locum, si per delictum debet perdere feudum: vt applicetur baroni, & nõ Regi. Idẽ voluit idẽ And.in c.j.de vasallo decrep.ætа.ibi dum dicit: Verũ autem restituetur ad ea, quæ alijs sunt quæsita, redierant enim per dominationem ad dominum suum: à quo tenebatur, non ad fiscum: vt in d.§.si in libertinũ. Idẽ voluit idem And.in c.j.§.fi.in additione, de capitulis Corar. † vbi dicit, quòd ciuitate destructa feudũ
non applicatur fisco, sed domino, à quo ipsa ciuitas 13
habebat feudũ. Secũdò pro ista decisione allegatur gl.in constit.Regni, post mortẽ. quæ dicit, quòd si vasallus habens feudũ à barone committit rebellionem contra Regem. Iudicauerunt iudices magnæ curię Vicariæ, quòd feudũ prædictũ deuoluitur ad Baronẽ: alia verò feuda quaternata & bona deuoluuntur ad Regẽ. Hanc eandem sententiã approbauit Luc.de

Penna

Penna in l.j.in verbo,plectẽdi.C.de peti.bono.subla.
lib.x.vbi dicit,quòd ista sententia cõprobatur autho-
ritate Papæ Honorij in capitulis suis huius Regni,
quod capitulum incipit,si contingat subfeudatarium
crimen committere,propter quod publicãda fuerint
bona eius,aut ipsum sine hęredibus munus humanum
implere,si feudum eius fuerit quaternatum,dominus
immediatus illud cum onere seruitij consueti perso-
nę idoneę concedat.Si verò quaternatum non fuerit,
ad immediatum dominum reuertatur , vt ipsum hu-
iusmodi personæ pro sua voluntate cõcedit , nec Re-
14 gis consensum requirere teneatur. †Tertiò,pro ista
decisione allegatur text.in c.felicis.§.si qua verò feu-
da.vbi propter crimen rebellionis,feudũ applicatur
non fisco,sed ecclesiæ : à quo tenebat feudũ. Et ad hãc
conclusionem accedant,quæ notat Bar.& doct.in l.si
finita.§.si de vectigalibus.& ibi per Alex.de Imo.ff.de
dam.infec.& Spec.in tit. de feu.in §.quoniam. versic.
xl.quæritur. & decisio Rotæ secundum Bellameram.
decisio.dccxxv.quæ incipit , pro introductione quæ-
stionis. Dicebat domi. Troianus de Bunctunis de
Trano Regius auditor , quòd Spe.in titu.de feu.in §.
quoniam.in ver.præall.tenet,quòd Rex debet tenere
dicta feuda viuente Andræa Scaquara delinquente
contra Regem.& eo defuncto reuertitur ad Baronẽ,
per text.in l.Statius Florus.§.fi.ff.de iure fisci.& istum
text.& Speculato.refert Andręas in c.j.si vasallus feu-
do priuetur.& in d.§.si quis hominẽ. Dicebant alij
Domini,quòd Bal. in c.nulla. per quos fiat inuestitu-
ra.circa finẽ,dicit,quòd si vasallus cõmittat talem in-
gratitudinẽ ex qua veniunt bona publicanda & do-
minus nolit feudũ vẽdicare, quod feudũ cõfiscabitur,
ita donec delinquẽs viuit ,eo carebit:vt in d.l.Statius.
§.fi.& in auth.de ali.emphy.§.j.Sed in casu de quo agi-
tur comes Alifij dicit dicta feuda ad se spectare ex di-
cta culpa : & sic non habet locum dispositio dicti §.fi.
15 †Ego dicebam,quòd ille §.finalis non potest alle-
gari ad materiam feudalem:quia feudum,quod cõce-
ditur à barone,est concessum conditionaliter, donec
est fidelis,& sic non est fidelis , feudum debeat reuerti
ad baronem , & sic ad dominum à quo habuit feudũ.
& in hoc est fundata decisio l.Imperialem. §.illud.de
prohi.feu.alie. per Fede. & ideò vasallo delinquente
feudũ applicatur agnatis & non domino etiam viuo
delinquente : vt dicit And.in c.j.si vasallus feudo pri-
uetur.Item si dictus §.fi.haberet locum in feudis, esset
cõtra gl.in dicta constit. post mortẽ & cõtra capitulũ
Papæ Honorij.& text.in d.§.si qua verò feuda. Di-
cebat do.Anto.de Alex. quòd ex quo comes Alifij &
terræ Draconis in dictis terris habent merũ & mixtũ
imperiũ & ius cõfiscationis bonorũ burgẽsaticorum
& feudaliũ, etiã quòd esset vera opinio Spec. per d.§.
fi.& procederet in feudis, dicta feuda propter delictũ
Andrææ debent applicari ipsi domino terræ Draco-
nis,cui sunt cessa dicta iura fiscalia, scilicet honorum
publicatio. tunc dicitur ipse baro procurator fisci in
rẽ suam, vt dicit Bald.in l.j.C.de hære.vel ac.vendita.
& sentit And.in d.§.si quis hominẽ. dum dicit ad vti-
litatẽ populi habẽtis ex priuilegio.& dicit Ludo. Ro.
in singu.in verbo , sententia. quòd communis opinio
16 Legistarum est,†quòd quando de iure cõmuni publi-
cantur omnia bona stabilia,applicantur illi fisco,vbi
sita sunt bona stabilia , si dominus habet confiscatio-
nem bonorum.Cùm ergo dictus dominus terræ Dra-
conis habet speciale priuilegiũ publicationis bono-
rum à Rege,vt dicit Bald.in l.Imperatores. ff.de offi.
præfc.vigilum.vbi dicit, quòd bonorũ publicatio nõ
conceditur nisi verbis specialibus : vt in l.j.C.ne sine
iussu principis.dicta feuda etiam in vita vasalli delin-
quentis applicãtur ei & non Regio fisco virtute trãsla
tionis iuris publicãdi à fisco sibi deriuati per dictum
priuilegium. Fuit ergo super hoc dubio votatum,ꝙ
dicta feuda propter dictã rebellionem sunt deuoluta
dicto domino terræ Draconis etiam viuente delin-
quente.

ADDITIO.

a *Vocata parte.* Vide Alex.in consil.cvij.In v.volum.
Thomas Grammaticus.

DECISIO CCLXXXIII.

De nullitate ex defectu iuris naturalis impediente executionem sententiæ principis.

SVMMARIVM.

1 *Executio sententia nulla fieri an possit.*
Instrumentum quod per statutum executionem habet, debet esse perfectum.
2 *Nullitas qua apparet ex inspectione processus executionẽ an impediat, & qualiter dicatur opposita.7.*
Nullitas per viam exceptionis habet duo capita.
Nullitates, quæ in promptu allegantur, qua sint.
3 *Litis contestatio est de substantia ordinis iudiciarij, qua omissa non valet sententia.*
Iudex compellit ad litem contestandam.
4 *Litis contestatio non requisita in causis super possessorio summarijs.*
Sententia perempta instantia lata redditur nulla.
Instantia habet locum in consistorio principis.
5 *Maior duodecim annorum potest valide interuenire in quocunque iudicio possessorio.*
6 *Stylus super audienda sententia sine citatione.*
Citatio ad audiendam sententiam conclusi processus qua solemnitas sit.

DIu est,quòd fuit lata sententia sub nomi-
ne Regiæ maiestatis de voto Cõsiliario-
rum & auditorum Regiæ maiestatis ,&
petitur in Consilio ꝙ exequatur contra
condemnatum. †Opponitur,quòd dicta sententia 1
est nulla nullitatibus apparẽtibus ex eodem processu
per reuolutionem chartarum.Et ideò non potest fieri
executio sententiæ nullæ. l.iiij.§.condemnatum. ff.de
re iudi. & ibi per Barto. & in l.j.§.& parui. ff.quod vi
aut clam.vnde si non est sententia,ergo nec executio.
Similiter dicimus in instrumento, quòd vigore statu-
ti debent mandari executioni,intelligitur , si est instru-
mẽtum validũ factũ per notariũ, & habeat necessaria
requisita ad instrumentũ:vt per Bar.in l.non putauit.
§.non quæuis.ff.de cõtra tabu.& in l.diuus. ff.de testa.
mili.& Bal.in.l.j.C.de iur.& fac.ign.& in l.fi.C.de lit.
& in l.si absentis C.si cer.pe. & de ista nullitate sentẽ-
tiæ,quæ apparet ex inspectione processus , quæ impe-
dit executionẽ sentẽtiæ,loquitur Bal.& Paul.de Ca.in
aut.quæ supplicatio.C.de preci.Imper.offe.& Bart.in
extra.ad repri.in verbo,summariè.circa fi.& Bar.in l.
j.C.ne liceat tertiò prouo.& in l.fi.de ord.cog.†Et ista 2
nullitas,quę in prõptu apparet ex inspectione proces-
sus,semper dicitur incidẽter & nõ principaliter oppo
sita:

sita:vt dicit Old.in consi.ccv.& no.Bat.in l.si expres-
sim.pen.col.ff.de appel.vbi dicit,ꝙ nullitas per modũ
exceptionis habet duo capita. Primũ quando con-
tra executionẽ opponitur exceptio nullitatis. Se-
cundò, quando reus dicit sententiã cõtra se latã fuisse
nullam,& ideò petitur reformari. Nullitates,quæ
in promptu allegãtur,sunt istæ,videlicet quia vbi pe-
titur aliquid dari vel fieri, nõ potest perueniri ad dif-
finitiuam,nisi lite contestata,vbi pars est pręsens,& si
est absens peruenitur ad primum & secundũ decretũ,
vel ad alias cõpulsiones,de quibus per Bald.in l.j.C.de
litis contesta. Sed iste reus semper institit in declina-
toria fori,& processum fuit ad vlteriora lite non con
3 testata. Meritò sententia est nulla, †ex quo litis conte
statio est de substãtia ordinis iudiciarij:vt in c.de cau-
sis:de offic. de lega. & in c.cum causam. de appel.& in
Spe.de litis cõtest.§.j.& ea omissa non valet sentẽtia.
c.accedens.vt lite non contestata.& in c.ad hæc. & c
dudum ecclesia.& ibi gl.in verbo, irritũ duximus.de
electione.& in Cle.sæpe.de verb.sign.doct.in Cle.j.de
libel.obla.& ideò quãdo reus non vult litẽ cõtestari,
iudex sub pœna cõpellit eum ad cõtestandum litem,
dixit gl.in aut.qui semel.C.quomodo & quãdo iudex.
De ista nullitate per sacrũ Consiliũ nulla fuit habi
ta ratio, potissimè vigore capituli Regni , quod inci-
pit,detestãtes.quod capitulũ bene cõmentauit domi.
Paris de Puteo in suo tractatu de syndicatu,cõcludẽs,
quòd dictum capitulũ tollit solennitatẽ litis cõtesta-
4 tionis,vt ibi per eum: & quia †causa erat summaria su
per possessorio:vt in l.j.C.si de mo. pos.in qua non re-
quiritur lit.contest.vt no in Cle.sępæ.præalleg. Se-
cũda nullitas allegabatur : quia lata fuit sentẽtia per-
empta instantia,& sic redditur nulla, per l.properan-
dum.C.de iudi.quæ lex habet locũ etiã in consistorio
principis:vt dicit gl.in auth.vt spõsalitia.§.hoc quoq;
& in aut.de ap.§.ad hæc. Tertia nullitas, quia pro-
cessus est factus cũ minore xxviij. annis sine tutore &
sine curatore, & sic cum persona minus legitima : vt
in l acta.& l.contra pupillũ.ff.de re iudi. Sed de ista
nullitate nulla fuit habita ratio : quia pater filius mi-
noris fuit ille,qui spoliauit,& cœptũ fuit iudiciũ con
tra patrẽ, & filius minor maior xij. annorũ fuit voca-
5 tus,& suas fecit defensiones , †& quãdo iudiciũ est su-
per possessorio,maiór xij.annorum potest esse in iudi
a cio sine curatore:[a] vt in l.momẽtaneæ. C.qui leg.per-
so.quę lex secundũ Bal.habet locũ in quocunque pos-
sessorio. Quarta nullitas,quia sententia Regia lata
est sine citatione ad audiendã sententiã , & sic est ipso
iure nulla.l.iij.§.Stichus.& ibi Bar.ff.de statulibe.c.ij.
de dolo & cõtu.lib.vj.Inn.in c.cõsuluit.de offi.deleg.
& in c.olim.de resti.Rota decisi.lxxvij.Alex.in ij.vol.
cõsi.cij.& gl.in d.Cle.sæpe.in verbo,ad id. Et dice-
bat audacter aduocatus pro nullitate sententiæ, quòd
dicta sentẽtia lata sub nomine Regio, est nulla ex de-
fectu citationis ad sentẽtiam, per tex.in c.j.in fine,de
causa pos.& proprie.& per tex.in c.nos in quemquã.ij.
quæst.j.& per tex.in Cle.pastoralis.de re iudi. & gl.in
6 l.fi.ff.de legi. †Sed de ista nullitate nulla facta est vis:
quia stylus est antiquus, ꝙ concluso processu fit parte
instãte alteri parti mãdatũ ad dicendũ & allegandũ,
& posteà omittitur citatio ad audiendam sentẽtiam:
quia citatio ad audiendã sententiã,postquam proces-
sus est conclusus,est solẽnitas de iure positiuo, & non
propterea tollit defensionem : quia post conclusum
potest se defendere:& princeps potest omittere solẽ-
nitatẽ iuris positiui: vt dicit Archi.in c.Cęnomanen-
sem.lvj. dist. & ita firmat plura allegando dominus
Georgius Astẽus in Rep.Cle.sępe.in §.& quia.in xxix.
col. & seq. præallegata. quæ omitto causa breuitatis.
Fuit per totum Consilium votatũ vnanimiter,†ꝙ 7
quando sentẽtia sacri Cõsilij, quæ fertur sub nomine
Regiæ maiestatis allegatur nulla,& illa nullitas est ex
defectu iuris naturalis,puta quia deficit citatio ad de-
fendendũ,prout loquitur in dicta Clemẽtina, pastora
lis.& hoc apparet in promptu : talis nullitas impedit
executionem , secus quando nullitas esset ex defectu
iuris positiui.hoc tenent Inno.in c.in causis.de re iud.
& ibidem Abb. Sicu. in ij.not.& in vlt.quæst. & in c.
proposuit.de conces.præbend.& Alex.in d.l.fin.C.de
legi.in apostillis.& ideò dicit Inno.in c.cũ ex literis.
de restitu.in integ.quòd contra sententiam principis
quis non potest venire, nisi per supplicationem , non
per viã nullitatis,quando nullitas est de iure positiuo.
Idem in c.suscitata. eo.tit. Et voluit Angel.& Ioan.de
Imo.in l.falsa.C.si ex falsis instrumentis.& Felin.in c.
ecclesia sanctæ Mariæ.x.col.de consti.& per Felin.in c.
dilecto.lxvj.col.de appel.

ADDITIO.

a *Sine curatore.* Maior potest esse in iudicio sine cu-
ratore , dummodo excedat annos xij. Adde plenè de-
cisio.Capel.Tholosa.nu.106.incipien. item fuit quæ-
situm, si minor 25.annis. & ibi dicit additio magistri
Stephani Aufrerij,quòd licet talis minor posit agere
in huiusmodi iudicio sine curatore,per l.iij.C.qui leg.
person.& gl.in c.ex parte.de restitutio. spolia.non ta-
men potest conueniri vt voluit gl.Cy.& Io.Fab.Bart.
Bal.& Saly.in l.iij.& si succumbit,potest in integrum
restitui,secundùm gl.in l.vnica.C.si de momẽ. posses.
& ibi Cyn.Bart.& Saly.Thomas Gram.

DECISIO CCLXXXIIII.

De vsufructu dotis soluto matrimonio.

SVMMARIVM.

1 *Dotis vsusfructus soluto matrimonio mulieri moram passæ an debeatur, & quando.4.*
Vsusfructus pecuniæ an sit vsura.
2 *Interesse dotis non solutæ propter moram in restitutione quando possit exigi per mulierem.3.*


N soluto matrimonio per mortẽ viri su-
perstite filia paruula,& matre eius & vxo-
re dicti quondã viri debeatur per hæredẽ
viri vsusfructus dotis consistentis in pecu
nia tempore soluti matrimonij dictæ vxori. Si esse-
mus in ciuitate Neapoli,ista quæstio non haberet du-
biũ,quia est ibi cõsuetudo in scriptis,quę incipit,viro
mortuo,per quam vxori viduæ,cui nõ fuit soluta dos,
debetur vsusfructus dotiũ ad rationẽ septẽ pro quoli-
bet centenario.Sed dubiũ hoc procedit extra Neapo-
lim. †Et profectò sunt super hoc dubio opiniones. 1
Nam Canonistæ cõmuniter tenẽt, ꝙ sol.ma. mulieri
passæ morã in restitutione dotis nõ debeatur vsusfru-
ctus ipsarũ dotiũ non restitutarũ: quia ille vsusfructus
pecunię est vsura,quæ est prohibita omni iure.hoc te
nẽt Inn.Io.And.Ant.de But.& Abb.Sic.& alij in c.sa-
lubriter.de vsuris.& Bar.in l.insulam.§.vsuras.ff.solu.
mat.& idem voluerũt Bar.& Ang.ibi.& Bar.in consi.
cxxviij.quod incipit,Frãciscus. Sed contrariã opi-
nionem

ctioné firmauit Bal. in auth. rei qui iurat. C. de bo. auc. iudi. pos. & Cy. in l. ij. §. exactio. C. de rei vxor. actio. & Baldus in l. si. in fi. C. de peti. hæreditatis. & Gard. in Cle. j. q. vij. de vsuris. vbi dicit se ita cōsuluisse. Et mul-
ta pro & contra allegat Alex. in l. diuortio. in princ. in ij. & habet ff. sol. mat. Dominus de Cōsilio, vota secūdum opi. Petri de Ancha. in regula, peccatū, nō dimit.
2 in iiij. q. principali an. vij. vbi dicit, quòd si ista vxor est inops, & nō habet vnde percipiat alimēta nisi de dote sua, & tamē potest exigere interesse propter morā sibi factā in restitutione dotis, & idē videntur tenere Iac. de Imo. & Lud. in d. l. diuortio. & Ang. de Are. in §. fuerat inst. de actio. Si autē illa vxor esset diues, & aliūde posset se alimentare, & neglexisset agere ad dotē, iustè puto sibi: & tunc nō aget ad vsumfructū. Sed in isto casu, quādo est diues, & hæc mulier, nō poterit petere interesse, si illud interesse probauit bene, prout de iure
3 requiritur, siue sit interesse damni vitandi, siue lucri cessantis, vt per Bart. in l. vnica. C. de sen. quæ pro eo, quod interest. & in l. ij. §. si. ff. de eo, quod certo loco. per Paul. de Cast. & firmat Alexan. in l. diuortio. in iij. char. Et ideò cōsuluit Alex. in ij. vol. consi. lxj. q. si permissa sunt quatuor pro centū pecuniæ dotalis propter morā in restitutione dotis, non debētur dicta quatuor, sed tantū interesse si probetur. allegat consilium Pet. de Anc. cxlviij. quòd incipit, quæstioné, quæ ver-
4 titur inter nobilē dominā Soc. Concluditur ergo, quòd non datur sol. mat. vsusfructus dotis nisi quādo debitor dotis fuit in mora, & vxor est pauper, & nō habet unde viuat nisi de sua dote. Vel cōstat, quòd passa fuit interesse, etiam quòd habeat aliūde, vnde possit viuere, tunc ratione interesse passi debetur istud interesse, si est probatum: vt firmat Alex. in v. vol. consi. lxxiij. & consil. cxlvij. vnde cum dicta domina erat inops, & non habuit modum aliter viuendi, fuerūt sibi taxata alimenta seu vsusfructus ipsarum dotium ad rationem quinque pro centenario, per tex. in auth. de non alie. §. si verò alicuius. vbi habetur, quòd tanta detur pensio, quæ collecta in viginti annis contineat rei æstimationem. hoc etiam vult glossa in authen. perpetua. in verbo, iusta. C. de sacro sanct. eccles.

DECISIO CCLXXXV.

De generali ratificatione venditionis per pupillam factam maiorem.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio iurisiurandi impedit vlteriorē litis ingressum.*
2 *Iuramentum maioris ratificantis est ex parte recipientis personale.*
3 *Residui appellatione totum continetur.*
4 *Verba generalia posita in contractu post verba specialia, quando non restringuntur ad specificata. 7.*
5 *Ratificans secundam venditionem an videatur & primam ratificare ratione connexitatis, si in instrumento de vtraque fiat mentio.*
6 *Approbans secundum, an videatur primū approbasse.*
8 *Creditor recipiens partem debiti cum pacto de non petendo, an vltra solutum videatur promisisse.*
9 *Dictio, residuum, quid supponat.*
10 *Alienandi licentiam pro debito per patrem pupilli data decretum non requirit.*
11 *Hæres tenetur factum defuncti ratificare.*
12 *Geminatio facta in eodem contractu, an operetur.*
Factum generale, etiam ad incognitum porrigitur.
13 *Intellectus ad l. si de certa. C. de transactio.*
14 *Regius Assensus non requiritur in ratificatione præcedentis contractus approbati.*
Ratificatio inducit continuationē de persona ad personā.
15 *Decretum iudicis requiritur in compromisso facto per minorem, vel ecclesiam super re immobili.*
16 *Laudum descendens ex compromisso, & est compromissi effectus.*
17 *Assensus Regius in ratificatione venditionis rei feudalis, quando non requiratur.*
18 *Contractus conditionem implens, non contrahit.*
19 *Alienare non dicitur, qui ratificat vel consentit.*
20 *Iudicium idem de sequela, quod de principali.*
21 *Procurator solenniter constitutus ad vendendum rem ecclesiæ, an possit vendere sine alia solennitate.*
Procurator ad vendendum cum pacto redemptionis vendens simpliciter, an videatur vēdidisse cum dicto pacto.
22 *Tutor vendens sine inuentario non administrat.*
23 *Verba enunciatiua probant contra enunciantem.*

Balij & tutores nobilis Domiciæ Barrensis debitricis dotium maternarum volentes ipsam Domiciam liberare à dicto debito, quia vocati fuerunt in iudicio à domina Maria Iacoba vxore Henrici Barrēsis, vt solueret ducatos mille quingentos dotiū & antiphati, certam partem casalis Cose pertinentiarū ciuitatis Aduersæ, quod erat ipsius Domiciæ, vendiderūt quondā Anello de Parocciis pro ducatis mille sexcentis, & nō vendiderunt certā designatā partem dicti casalis, sed tantum de dicto casali vendiderūt quantū ascendit dicta quantitas dotiū, in qua vēditione facta dicto Anello cōsensit etiam mater dictæ Domiciæ. Et statim dicti mille & quingēti ducati cōuersi fuerūt in satisfactionem dictarū dotium maternarū, & dictus Annellus cōstituit se debitorē pro dicta quantitate matri dictæ Domiciæ soluenda in certo tempore. Et quia dictus Anellus non soluit tēpore dictam quantitatē matri dictæ Domiciæ, egit hypothecaria & assistentia super dicto casali pro dicta quātitate, & de voluntate dicti Anelli fuit dicta pars data in solutum, & pro soluto matri dictæ domiciæ pro dicto debito descendēte ex suis dotibus. & interpositū fuit decretū domini Lucæ de Tozulis Regij Consiliarij & auditoris, per quod dicta pars dicti casalis adiudicata fuit dictæ matri dictæ Domiciæ pro dicta quantitate mille ducatorū. & totum hoc cessit in euidentē vtilitatē dictæ Domiciæ pupillæ, pro eo, quia ex causa prædicta mater remisit, cessit & donauit dictæ Domiciæ ducatos quingentos de dicta summa sibi debitos, quo ad vsumfructū, per dictam eius filiā. Item quia remāsit dictæ Domiciæ reliqua pars dicti casalis. Deinde tutores prædicti, per publicum instrumentū residuum dicti casalis ascendens ad summā ducatorū sexcentorum nonaginta, secundū æstimationē & appretiū factum per expertos, de dicto casali, vendiderunt do. Anello pro ducatis mille ducentis cum hoc pacto, quòd cū dicta Domicia efficeretur maior, vtranque venditioné ratificare deberet, nec possit pretiū prædictum petere, nisi facta ratificatione prædicta vtriusq; venditionis. Et si dicta Domicia ante ratificationē prædictā decederet, ipse Anellus tantū teneretur soluere suis hæredibus ducatos sexcentos nonaginta, prout verè dictū casale fuerat appretiatū, & sic dictos mille ducatos soluere non teneatur. Et in dictis venditionibus & omnibus pro-

missionibus interuenit Regius assensus in forma can-
cellariæ. Facta itaq; maior dicta Domicia, in publico
instrumento asseruit dictos suos tutores olim vendi-
disse residuum dicti casalis dicto Anello pro ducatis
mille ducētis; & promiserunt ipsam ratificari facere
à dicta Domicia maiore effecta, prout hæc & alia in-
strumento dictæ venditionis asseruit contineri. Et de
prædictis omnibus bene certiorata venditionē residui
dicti casalis vnà cum promissione de defendendo cons
stitutione precarij ac pœna desuper adiecta ratifica-
uit & acceptauit, necnon omnia & singula in instru-
mento dictæ secūdæ venditionis cōtenta cū iuramēto.
Post hæc mater dictæ Domiciæ dictā partē sibi adiu-
dicatam dicti casalis pro dictis mille ducatis, ad quos
sibi tenebatur dictus Anellus, vt suprà vendidit nobili
& egregio militi Antonio Maramaldo de sedis Nidi,
& tradidit & in possessionē dictæ partis casalis indu-
ctus fuit, & eo tenēte & possidente. Deinde dicta Do-
micia egit in sacro Consilio contra dictum Antonium,
petendo ab eo restitutionem possessionis dictæ partis
dicti casalis: quia alienatio facta per dictos tutores nō
valet; & eo citato opponitur per dictum Antoniū con-
tra dictam Domiciā exceptio iurisiurandi hoc modo:
videlicet dicta Domicia ratificauit, postquàm effecta
fuit maior, primā venditionē factam Anello Pirocio
per eius tutores, & iurauit non contrauenire, vt con-
1 stat per publicū instrumentum. † quæ exceptio iuris-
iurandi impedit litis ingressum, & processum, ad vlte-
riora: vt in c. j. de litis contest. lib. vj. & per docto. in l.
itam & posteà. de iureiur. Et quia dictus Anellus non
soluit ducatos mille & vltrà, prout promisit dicta
Maria Iacoba, egit assistentia & appretio, & dicti tu-
tores dederunt in solutū & pro soluto dictam partem
casalis, vt suprà, cū decreto præfecti Regij auditoris,
dictæ Mariæ Iacobæ: quæ vendidit Antonio dictam
suam partem dicti casalis, & dicta Domicia hāc ven-
ditionem postquàm fuit effecta maior ratificauit, &
2 iurauit, † quod iuramentum ex parte recipientis non est
personale, & sic trāsit in successorē, secundum Inno.
in c. veritatis. de iureiur. & Io. And. in nouel. in c. fi. de
foro cōpe. lib. vj. & sic istud ius excipiēdi de iuramen-
to super retranlit in singularē successorem. per tex. in
l. si tibi decem. §. pactum conuentū. ff. de pactis. & per
Bald. in l. si tertius. §. si prius. ff. de aqua pluuia arcen.
facit quod dicit Bal. in l. fi. in v. q. de contrahen. emp.
vbi promissio de purgādo rivum, arbitrio meo, trāsit
in meum singularem successorem. Pro partæ dictæ
Domiciæ replicatur, quod ipsa nunquā ratificauit primā
venditionē factam dicto Anello, sed tantū secundam
venditionē. Replicat Antonius, quod imo ipsa ratifi-
cauit etiam primā: quia ratificando venditionē resi-
dui dicti casalis videtur ratificasse primā venditionē:
3 † quia appellatione residui, totum cōtinetur: vt dicit
Baldus in l. ij. C. de hære. insti. Idem post eum Bald. &
Paulus de Castr. & per Bart. in l. centurio. antepenul.
col. vertic. quæro. quid si in substitutione. ff. de vulga.
& pupil. & Bal. in l. ab Anastasio. C. man. & in l. si qui-
dem. C. de transac. & Paul. de Cast. in l. si ex pluribus.
ff. de sol. Bal. in l. fi. C. de vsur. rei iudi. Ang. in l. instru-
menta. C. de iure fis. lib. x. Lucas de Penna in l. j. C. de
ven. rei fisca. cū priua. cōmu. lib. x. Secundò osten-
ditur, quod dicta Domicia ratificauit primā, quando ra-
tificauit secundam, patet: nam in secunda venditione
dicitur, quod dicti tutores promiserunt, quod quando dicta
Domicia erit maior, ratificabit primam & secundam
venditionē factā Anello. & ipsa Domicia ratificauit
venditionē secundam, & quicquid in ea continetur,
ergo ratificauit primam venditionem contentā in se-
cunda: † & pro hoc allegatur: quia licet alias verba 4
generalia posita in contractu, post verba specialia, vi-
deantur restringi ad specificata, per ea quæ notantur in
l. si de certa. cū suis concor. C. de transac. Tamen illud
non habet locum, quando antequā specificationē aliquid
aliud generale præcedat: vt dicunt glo. Bald. & Salic. &
Alexan. in l. sub prætextu. la. 2. C. de transac. vbi dicitur,
quod si præcedat petitio generalis, & posteà prosequa-
tur specialiter, deinde sequitur transactio, etiam super
specialiter prosecutis, & de super omnibus in petitio-
ne contentis, talis transactio iudicabitur generalis, &
non restringitur ad specialiter prosecuta tantùm. Sed
clarū est, quod in instrumento ratificationis secundæ ven-
ditionis dictū est, quod dicti tutores promiserunt dictam
Domiciā, quando erit effecta maior, quòd ratificabit
vtranq; venditionē, & posteà ratificat secundam, &
omnia & singula cōtenta in instrumēto secundæ ven-
ditionis. ergo ratificauit etiam primam vēditionem.
† Maximè cū promissio facta per tutores Anello Py- 5
rotio & eius hæredibus & successoribus vniuersalibus
& particularibus in secunda venditione, quod Domicia
ratificabit vtrāque venditionē, ratificauit secundam,
& omnia, quæ continentur in secunda, ratificauit pri-
mam venditionē tanquam connexā secundæ per gl.
In c. accusatus. in verbo, iudicari. de hæred. lib. vj. Vo-
luit Ang. & Ioan. And. in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff.
de verb. oblig. In contrarium pro parte Domiciæ
allegatur, quod ipsa non ratificauit nisi secundā, nec per
illa verba generalia, quod ratificat omnia contenta in se-
cundo instrumento venditionis, in quo fit mentio de
prima, videtur ratificasse primā per id, quod voluit
Paulus de Cast. in consil. cclj. incip. de casu præsenti.
vbi volo, quod verba generalia post specificata sequētia
non referūtur ad capitula penitus separata & extri-
nea à capitulis specificatis. † Secūdò, dicta Domi- 6
cia ratificauit secundā: ergo primā videtur improbas-
se. arg. l. cum prætor. cū concor. ff. de iudi. Per sacrū
Consiliū fuit pariter votum, quod per dictam ratifica-
tionē factam per dictam Domiciā dictæ secūdæ ven-
ditionis, & omniū contentorū in dicto instrumento
secundæ venditionis ratificauit, & iurauit etiam pri-
mam venditionem, per rationes allegatas pro parte
dicti Antonij. Ac etiā per iura infrascripta. Nam
licet verba generalia restringantur ad specificata: vt
suprà: † tamen istud procedit, quando ratio recti ser- 7
monis hoc potest importare, secundū Bart. & cōmu-
niter doct. in d. l. si de certa. per tex. in l. si ex pluribus.
per allegata. ff. de solu. Secus, quādo ratio recti sermo-
nis hoc importare non potest per tex. in l. pluribus. ff.
de acceptila. Et ponit ibi exemplū Bart. actor inten-
tauit quandā specialē actionem contra quēdam, reus
dedit dicto actori certam quantitatem, & actor libe-
rauit reū tam ab actione intentata, quàm à quibuscun-
que aliis actionibus ipsi actori contra dictū reum cō-
petentibus. Certè, dicit ipse, ista generalis clausula in-
telligitur vltra specificata: quia ratio recti sermonis
aliter importare non posset. Ad idem adducitur id
quod voluit Cyn. in l. si ex maiore. C. de excep. vbi di-
cit, † quod si debitor soluit partē debiti creditori, & reci- 8
piens facit pactū de non petendo simpliciter, tale pa-
ctum

ctum restringitur ad partẽ solutã, non vltrà. Verum, si
recipiens promittit nihil aliud petere occasione cu-
iuscunque debiti, talis promissio trahitur generaliter
ad omnia etiã nõ soluta: quia habita ratione recti ser-
monis non possunt restringi ad id, quod solutum est.
Faciunt omnia illa iura, quæ allegat Alex. ad hoc pro-
positũ in j. vol. consi. lvj. incip. visis & accuratis &c.
Sed illa verba generalia, omnia alia & singula: vt
saluetur ratio recti sermonis, non possunt aliter intel-
ligi: nisi vt videatur ratificata per eam etiã prima vẽ-
ditio, cum propter connexitatem primæ & secundæ
venditionis cõtentæ in instrumẽto secundæ vẽditio-
9 nis: tum † propter illud verbũ, residuũ, quod præsup-
ponit antecedentẽ partẽ dicti casalis, vt suprà dictum
est: tum quia cõtra illam primã venditionem factam
Anello ob debitum dotale matris suæ, & posteà illa
pars data in solutũ dictæ matri cũ decreto iudicis, &
hoc cessit in vtilitatẽ dictæ pupillæ, quia mater remi-
sit antiphatũ, vt suprà. Ipsa Domicia nõ poterat con-
trauenire, ex quo in instrumento dotali matris dictæ
Domiciæ dictus eius maritus pro dictis dotibus mille
ducatorũ & ducatorũ quingentorum pro antiphato
obligauit omnia bona Burgensatica & feudalia, cum
Regio assensu, & sic dictum casale, quod erat eius viri
cum potestate capiendi propria authoritate, & cõsti-
tuit se & suos hæredes precario nomine possidere.
Demũ dictum casale, pro dicta parte fuit datũ in so-
lutum, vt suprà dictæ dominæ Mariæ matri Domicię
cum decreto iudicis pro dictis mille ducatis, quando
antiphatũ renunciauit eius filię, quis dubitat, ꝙ valuit
dicta alienatio dictæ partis casalis facta Anello, & ab
Anello dictæ Mariæ Iacobæ, & à Maria Iacoba dicto
Antonio? Ex quo facta fuit pro vero debito dotium
maternarũ, ex quo dictus eius vir alia bona non habe-
bat: vt in l. ob æs. C. de prædiis minorum. & in l. magis
10 puto. ff. de rebus eorũ. † Et quando pater pupilli dedit
licentiã alienãdi rem pro debito, potest alienari sine
decreto: vt est tex. in l. magis puto. §. sed si pupillus. ff.
de rebus eorũ. & in l. si prædium. C. vbi decreto opus
nõ est. Nec requirebatur assensus in dicta datione
in solutum pro dictis dotibus, quia in obligatione in-
teruenit assensus: quia sufficit, ꝙ assensus sit præstitus
super obligatione, vt posset super feudis interponi se-
cundum decretũ: vt dicit And. in consti. Regni, si quis
post litẽ. & sic sine facto tutorũ potuisset dicta mater
capere dictã partem casalis, pro dictis dotibus & re-
cipere in solutũ facta æstimatione, & filia nõ habuis-
11 set causam cõtradicendi. † Et per consequens tenetur
hæres ratificare factũ defuncti. l. cum à matre. C. de rei
vendi. l. quæ à patre geruntur. de restit. mili. Ang. in l.
procurator. §. si procurator. ff. rem ra. hab. Item, re-
cipiẽdo pretiũ dicti casalis vtriusq; venditionis, vide-
tur vtrãque venditionem ratificasse. l. indebitã. C. de
cõdi. indebiti. l. mater. C. de rei vend. l. quidã. de euict.
Et dicẽdo, ꝙ non ratificauit primã venditionẽ, quam
ratificauit, seu ratificare tenetur, ipsa est in dolo, ex
quo ratificare tenetur, arg. l. dolo. ff. de doli exceptio-
ne. cũ multis similibus. Item, quia in dicto instru-
mento ratificationis factæ per dictã Domiciã bis di-
citur, ꝙ ratificat omnia contenta in instrumento se-
cundæ vẽditionis, vbi fit mentio de prima vẽditione.
12 † & licet ista geminatio nihil operetur: quando est fa-
cta incõtinenti in eodem contractu: vt dicit gl. in l. si
cõuenerit. ff. de pigno. actio. & Iason in l. j. ix. col. ff. de
offic. eius. cui mand. est iurisdictio. & And. Barbati. in
c. fi. de offi. deleg. tamẽ negari nõ põt, ꝙ generalis rati-
ficatio porrigitur ad omnia cõtenta in instrumento
secũdæ vẽditionis, vbi actũ est, ꝙ debeat etiã primam
venditionem ratificare, per ea, quæ dicit Bal. in l. tres
fratres. in quarto not. ff. de pactis. & in l. sub prætextu
specietũ. C. de transac. vbi dicit, † ꝙ generale pactum 13
de sui natura ad omnia porrigitur, etiã incognita, nisi
aduersarius fuit in dolo. & firmat Alex. in j. vol. con-
sil. xlij. in v. col. incipiente, super præmisso themate.
Nec obstat d. l. si de certa. suprà allegata: quia dicit
notãter Alex. in j. vol. consi. cxvij. incipiente, visis su-
prà narratis in themate &c. in ij. col. ꝙ d. l. si de certa
procedit solũ in transactione facta per verba genera-
lia: nam restringitur ad rem vel causam specificatam,
per quam deuentũ est ad transactionẽ: quia transactio
est de re dubia & lite incerta. l. j. ff. de transactionibus.
Secus in alia cõuentione vel pacto per verba genera-
lia quia generaliter operantur: vt in l. pluribus. ff. de
accepti. Nec obstat prædictum consilium Paul. de
Cast. quia ibi aduersarius fuit in dolo, vt paulò antè
dixi: vt patet ex notatis in dicto cõsilio. Nec obstat
argumentum de l. cum prætor. ff. de iudiciis: quia per
dictum instrumentũ ratificationis prima & secunda
vẽditio est ratificata: vt suprà ostẽsum est. † Secũdò 14
dubitatũ fuit, vtrum super dicta ratificatione facta de
prima & secũda vẽditione requirebatur Regius con-
sensus, ex quo processit super feudo d. casalis. Et vide-
tur ꝙ sic, ex quo dicta ratificatio inducit cõmutatio-
nem de persona ad personã: vt dicit Andr. in l. Impe-
rialem. in princ. de prohi. feu. ali. per Fede. & patet in
consti. Regni, cõstitutionẽ diuæ memoriæ. In con-
trarium fuit votatũ & decisum per totum consilium:
quia Rex expressè consensit ambabus venditionibus
factis Anello, vbi actũ fuit, ꝙ dicta Domicia deberet
ipsas ambas venditiones ratificare, & Rex fuit de hoc
certificatus, & assensit, & sic dicta ratificatio est exe-
cutio dictæ promissionis de ratificãdo. Sicut in simili
dicit Bal. & alij in l. si præses. C. de trãsac. ꝙ † in com- 15
promisso facto per minorẽ vel ecclesiam, super re im-
mobili, requiritur decretũ iudicis, sicut in alienatio-
ne: tamen decretũ debet interuenire in ipso compro-
misso, & non in laudo, facit text. in l. mater tua. C. de
rei vendi. vbi ratificatio venditionis inualidæ ex de-
fectu sui consensus confirmat actionẽ, & non nouam
producit, & ex antiqua descẽdente ex primo cõtractu
agitur ad pretiũ. ideo dicit And. in dicta constitutio-
ne, constitutionẽ, ꝙ super compromisso de re feudali
debet interuenire assensus: & nõ in laudo. & hoc iure
vtimur, † quia laudũ descendit ex compromisso, & est 16
executio cõpromisi. bene facit l. si prædiũ. vbi decre.
opus nõ est. & l. j. §. j. & d. l. magis puto. §. si pupillus. &
l. fi. ff. de rebus eorum. vbi si ille qui promisit vendere
rem stabilem, mortuus est relicto pupillo, si pupillus
vendit, in ista vẽditione non requiritur decretũ iudi-
cis: quia ista nõ est alienatio, sed executio promissio-
nis factæ per defunctũ de alienando. Itẽ in dictis alie-
nationibus factis per tutores dictæ Domicię nomine
dictæ Domiciæ interuenit Regius assensus: † si pupil- 17
lus factus maior ipsas vẽditiones ratificauit, nõ requi-
ritur assensus Regis in ratificatione. glo. est in l. Lucius
Titius Caiũ. ff. de adm. tut. quã ad hoc allegat Bal. in l.
fi. §. sancimus. in fi. C. de bonis, quæ lib. vbi assensus præ-
stitus in officio, videtur præstitus in eius executione.

18 †Item ille, qui implet conditionē contractus non
cōtrahit, nec quasi contrahit: dicit Bal. in l. cōditioni-
19 bus. ff. de condi. & demon. † Item ille, qui ratificat
vel cōsentit alienationi nō alienat: dicit Bal. in l. cùm
pater. §. libertis. ff. de leg. ij. Et ideò non requiritur as-
sensus Regis in ratificatione alienationis factæ eius
nomine cū Regio consensu: quia dicta in præcedenti-
bus, videtur reperita in sequentibus. l. itē quia. §. idem
Iuliano. ff. de pactis. bene facit quod dicit Paulus de
20 Cast. in l. institor. §. non tamen. ff. de institoria. † q idē
est iudiciū de his, quæ veniunt in consequentiā vel se-
quelá, quod est de ipso principali. allegat. ff. de edēdo.
l. si quis ex argentariis. §. rationé. in fi. & quod habetur
in l. iij. C. vbi causæ fiscales. Bene facit quod dicit Bar.
in l. ij. §. sed vtrū. ff. de mino. vbi dicit, q si pater præ-
stitit cōsensum à principio filio agēti, posteà in execu
tione sentētiæ nō requiritur alius assensus. Et per hoc
bene facit ad propositum, quod dicit Feder. de Senis
21 in consilio cap. incipiente. abbas subiectus. † q si cum
debitis solennitatibus constitutus est procurator ad
vendendū tale prædium ecclesiæ, quòd si procurator
vendit, non requiritur alia solennitas. ideò dicit Cy.
& Bal. in l. per retentionem. C. de vsuris. q vbi primus
cōtractus est præparatorius sequentis, dicta in primo
contractu, censentur repetita in sequenti contractu.
Accedāt ad hoc not. per Alex. in iij. vol. cōsi. xxvij.
vbi dicit, q procurator constitutus ad vendendū cum
pacto de reuendēdo, si vēdit simpliciter, videtur ven-
didisse cū pacto, per iura ibi per eum allegata. Ter-
tiò dubitatum fuit, vtrùm valeat venditio dicti feudi
facta per dictos tutores, quos constat non produxisse
22 in iudicio inuentariū per eos factum vt tutores. † Ex
quo de iure tutor non potest administrare nisi con-
fecto inuentario: vt in l. tutor qui repertoriū. ff. de ad-
mini. tuto. Ad hoc fuit responsum, q non oportet
intrare in hoc dubio, ex quo dicta Domicia maior
facta ratificauit vt suprà primā & secundam vēditio-
nem, & sic renuntiauit exceptioni: quòd illi tutores
non fuerunt legitimi tutores. & hoc per text. expres-
sum in l. j. C. si maior factus ratū habuerit. Secundo
modo fuit responsum, quando dicti tutores fecerunt
secundam alienationem dicto Anello narratum fuit
in instrumento, quòd dicti tutores fecerunt inuenta-
rium & adimpleuerunt solennia. & dicta Domicia
maior facta ratificauit quicquid cōtinetur in ipsa se-
23 cunda venditione. † & sic confitetur tutores fecisse
inuentarium. hæc verba enuntiatiua probant contra
eam. l. optimam. C. de contrahen. & commit. stipu. &
Bar. in l. si quis in aliquo. C. de edendo. & in l. sciendū.
ff. de verb. oblig. His omnibus & aliis discussis fuit
decretum in dicta causa non esse ad vlteriora proce-
dendum, stantibus dictis exceptionibus oppositis.

DECISIO CCLXXXVI.

De obligatione bonorum feudalium pro euictione.

SVMMARIVM.

1 *Feudi hypotheca sine Regio assensu, an procedat.*
2 *Assensus & licentia super alienatione feudi, an retro trahantur.*
3 *Princeps agere debet sine iniuria alicuius.*
4 *Obligatio inualida confirmata per assensum, non operatur in tertij præiudicium.*


Acobus de Prasitio de Auersa habens, te-
nens & possidens quandā domum in ciui-
tate Auersæ, illam publico instrumento
mediante vendidit nobili viro domino
Raynaldo Gargano pro certo pretio, & promisit de
euictione in forma, obligando omnia bona sua bur-
gensatica & feudalia saluo Regio assensu quantum ad
feudalia, & tradidit, & tunc temporis dictus venditor
habebat certū feudum, deinde dictus Iacobus de Bra-
sitio vēdidit Fabricio dictum feudū pro certo pretio
cum Regio assensu & tradidit: & sic dictus Fabrius te-
nuit dictū feudum per decem annos, prout in præsen-
tiarum tenet & possidet. Euenit, q dominus Frāci-
scus de Cicino, V. I. D. de Neapoli, prætendens habere
ius super domo, quam emit dictus dominus Raynal-
dus, fecit in ius vocari dictum dominū Raynaldū in
magna curia Vicariæ, qui comparens dat petitionem
suam & dicit, q in casu succumbente petit, q ad eius
instantiā fiat executio super feudo sibi obligato pro
euictione, quod tenet dictus Fabricius: qui citatus di-
cit, quòd feudū, quod ipse emit, non est obligatū pro
euictione dicto domino Raynaldo: † quia in obliga- 1
tione pro euictione domus vēditę per Iacobū de Pra-
sitio dicto Raynaldo non interuenit Regius assensus
antequā ipse Fabricius emisset dictū feudum à do. Ia-
cobo de Prasitio: sed ipse do. Raynaldus impetrauit
assensum Regiū postquā ipse Fabricius emit dictum
feudum, & tenuit, & possedit: & dedit dictus Fabricius
supplicationé in Consi. vt magna curia relationē fa-
ciat in Cōsi. in quo auditis aduocatis & iudicibus ma-
gnæ curiæ. † Videbatur aliquibus dominis, q dictus 2
assensus Regius impetratus trahitur retrò ad tempus
obligationis dicti feudi pro euictione dictæ domus,
per l. j. ff. qui po. in pig. habe. & l. qui balneum. eo. tit.
Per alios dominos fuit dictū, q talis Regius assen-
sus impetratus, quando feudum erat domini Fabricij,
non operatur effectū suum in præiudiciū ipsius, per id
quod dicit And. in l. Imperialem. in fi. princ. de prohi.
feu. alie. per Fede. vbi dicit in illa quęstione, an cōsen-
sus valeat, si præcedit vel subsequatur, & dicit, q si so-
lum agitur de præiudicio cōsentientis, ille consensus
potest præcedere & subsequi, secus si ageretur de præ-
iudicio alterius. c. inter dilectos. de fide instrumento-
rum: quia † quod princeps agit, debet agere sine iniu- 3
ria alicuius. l. nec auus. C. de emācip. libe. ff. ne quid in
loco publico. l. ij. §. si quis à principe. Et subdit, q si ha-
bens feudū illud alienauit, & nō tradidit, & mortuus
est, si ille, cui fuit alienatū feudū post mortem alienā-
tis impetrat assensum Regis, nō nocet hæredi alienā-
tis. allegat l. bonorū. ff. rem ratā haberi. ff. de ma. testa.
l. seruus. l. j. in princ. ff. de appel. reci. quia in eo tēpore
cōsentit, quo res est aliena, non illius alienantis, vt la-
tius ibi per And. idem firmat Bal. in l. nec quicquā. §.
post hæc. in vij. q. ff. de offi. procōsulis. Idē tenet Lucas
de Pēna in l. nulli. C. de fundis patrim. lib. xj. vnde cū
obligatio bonorū feudaliū pro euictione fuit nulla:
quia sine Regio assensu, per cōstitutionē Regni, con-
stitutionē. & quando Fabricius emit dictū feudū non
erat validè obligatū, si ipso Fabricio effecto domino
feudi impetratur assensus super illa obligatione, nihil
nocet ipsi Fabricio. Nec obstat, quod in contrariū
allegabatur: quia in dictis iuribus obligatio à princi-
pio erat valida. † Sed in casu nostro à principio obli- 4
gatio erat inualida: ideò si posteà confirmetur per as-
sensum

ſenſum, nõ operatur in præiudiciũ tertij: & hoc tenet glo. in dicta conſtitutio. conſtitutioné. in verbo, confirmetur. Fuit ergo votatũ per iudices magnæ curiæ & per dominos de Cõſilio, ꝙ dictus Fabricius nõ põt moleſtari à dicto do. Raynaldo ſuper dicto feudo. Et ſic fuit abſolutus ab impetitiõe dicti domini Raynaldi tãquàm agẽtis cõtra Fabriciũ ſine actione, per l. ſi pupilli. §. videamus. ff. de neg. geſt. cũ concordantiis.

DECISIO CCLXXXVII.

De compoſitione facta per curiã pro homicidio ſine Regia cõſultatione.

SVMMARIVM.

1 *Compoſitio criminis an ſit permiſſa curiæ ſine conſultatione regia.*
Temporis lapſus in homicidio alleuiat pœnam.
2 *Reatus qualiter exponatur.*
Pœnæ commutatio per iudicem fit ex cauſa.
3 *Iuriſdictionem habens pro homicidio ex conſuetudine præſcripta pœnam poteſt imponere pecuniariam.*
4 *Iudex an poſſit occiſorem admittere ad compoſitionem producto inſtrumento con. o. dia, cum occiſi cõſanguineis.*
5 *Delicti antiquitas, abſentia, & depauperatio homicidam in crimine alleuiant.*

ILluſtriſsimus do. Alphonſus primogenitus & dux Calabriæ, congregauit omnes conſiliarios & præſidẽtes Regiæ cameræ & auditores Regiæ maieſtatis Regis Ferdinãdi primi, & iudices magnæ curiæ. Et voluit ab eis
1 intelligere: † ſi magna curia Vicariæ poteſt cõponere pro homicidio ſine cõſulatione Regia. Et dicebat ſua Illuſtriſsima dominatio, ꝙ ipſe qui eſt primogenitus & Vicarius generalis nõ auderet cõponere vnum homicidiariũ ſine cõſultatione Regia. Et ꝙ miratur vehementer, ꝙ ipſa magna curia admiſit ad cõpoſitionem quendã de Teramo, qui homicidium commiſit, ideò vult intelligere, ſi hoc potuit de iure fieri. Dicebãt iudices magnæ curiæ, ꝙ talis compoſitio potuit de iure fieri. Et hoc ex cauſa iuſta: nam dictũ homicidium factũ per illum de Teramo fuit factũ, iam ſunt elapſi anni decẽ: & dicit l. ſi diutino. ff. de pœnis. ſi diutino tẽpore aliquis in reatu fuerit, aliquatenus pœna
2 eius ſubleuãda erit. † reatũ exponit gl. id eſt, homicidium, quod nõ recipit iterationẽ, & ſic lapſus tẽporis in homicidio alleuiat pœnam: vt dicit Abb. in c. cùm haberet: de eo qui dux. in matri. quam pollu. per adulterium. & ideo iudex habet à iure arbitriũ cõmutandi pœnã ex cauſa, quæ ſumitur ex perſona ętatis, temporis, ex loco, ex rei conditione, & criminũ vniuerſalitate, & ex peccatorum qualitate: vt hæc omnia colliguntur ex l. ſi quis aliquid. §. inſtrumenta, & l. abſentẽ. §. fin. & l. aut facta. §. j. ff. de pœn. & de ſicariis. l. iiij. §. j. de termi. mo. l. ij. ad legem Iul. pecu. l. ſacrilegij. ſecundum Lucam de Penna in l. j. in verbo, diſtulerit. C. de deſerto. lib. xij. Item, quia iam cõſtat notoriè conſuetũ eſſe in magna curia facere cõpoſitiones ex cauſa ſuper homicidiis, vt atteſtantur regiſtra dictæ magnæ
3 curiæ, † & ideò dicebat glo. in cap. ij. de delictis pue. ꝙ habens iuriſdictionẽ ex conſuetudine præſcripta pro homicidio poteſt imponere pœnã pecuniariã, & patet expreſsè xvij. q. iiij. c. qui ſubdiaconum. & Archi. xxij. q. v. ſi vos. & firmat Lucas de Pẽna, vbi ſuprà. vbi plenè de materia cõpoſitionis, cuius verba do. Paris de Puteo reaſſumit in tractatu de ſyndicatu. in verbo, compoſitio. Secundò, dicebãt eſſe ritum in reformatione facta per Reginam Ioannã ſecundam ſuper obſeruatione rituũ magnæ curiæ Vicariç, qui incipit, item & dictus locum tenens &c. quòd licet curia non poſsit cõponere pro delictis, tamen parte cõcordata datur dictæ curiæ poteſtas cõponendi. † ſed de cõcor- 4
dia conſanguineorũ occiſi producebatur pro parte illius occiſoris de Teramo inſtrumentũ pacis & concordiæ & remiſsionis offenſe, & ideo potuerunt iudices eum admittere ad cõpoſitionem, & iſte ritus corrigit antiquũ ritum dictæ curiæ, vbi dicebatur, quòd ipſa curia cõponit de quolibet maleficio, ſaluo iure partis, excepto crimine hæreſis & læſæ maieſtatis: & de hoc erat litera Regis Ladiſlai, per quam cõceditur dictæ magnæ curiæ, ꝙ poſsit cõmutare pœnam capitalem & vltimi ſupplicij, quando dictæ magnæ curiæ videbitur. Tertiò, iſte qui commiſerat dictum homicidium, nunquam fuit citatus ſuper dicto homicidio, per annos decem ſtetit abſens à Regno, & proptereà eſt depauperatus & pœnitet tale homicidium feciſſe, † & humiliter petiit ſe admitti ad compoſitio 5
nem ſtante dicta cõcordia cum omnibus conſanguineis occiſi, & ſtante antiquitate delicti & paupertate, & exilio, & eius pœnitentia fuit viſum dictæ magnæ curiæ, quòd non fuiſſet iuſtum nõ admittere eum ad dictam cõpoſitionem. per text. in c. quanto. in fi. ij. q. iiij. ibi, dum dicitur, quia ſicut in contumacia perſiſtentibus ſeueros nos eſſe conuenit, ſic humiliatis & pœnitentibus locum veniç negare non debemus. Fuit in præſentia dicti ducis votatum per omnes ſupradictos dominos Conſiliarios & præſidentes, & auditores qui fuerunt xxx. numero, quòd dicta compoſitio licitè fuit facta, nec magna curia eſt digna repræhenſione, & ſic remãſit quietus dictus Illuſtriſsimus dux.

DECISIO CCLXXXVIII.

De remiſsione partis debiti facta per maiorem partem creditorum.

SVMMARIVM.

1 *Remiſſio partis debiti facta per maiorem partem creditorum, an noceat aliis, & an cogantur remittere. 5.*
2 *Intellectus §. hodie legis, iuriſgentium. ff. de pactis. 4.*
3 *Dilatio minus præiudicium dat creditoribus diſſentientibus, quam remiſſio partis debiti.*

SÆpe & ſæpius habuimus in Conſilio, † ꝙ 1
vnus debitor habet plures creditores in diuerſis ſummis & diuerſis cauſis: quorum credita aſcendent ad bonam ſummã, puta mille vel vltrà, omnes illi creditores fortè numero decem fecerũt ſibi ſcripturam de remittendo xx. pro centenario pro vno quoque eorum, pro debito, quod debet recipere, vnus creditor non vult cõcurrere ad remittendum, ſed vult ſtatim debitum. Quæritur, vtrum poſsit de iure cõpelli ad concurrendũ in dicta remiſsione cum maiori parte. Omiſsis argumentis generalibus pro & cõtra, quæ poſſunt fieri, ſolũ referam poſt longã diſcuſsionẽ habitã. circa intellectum l. iuriſgentiũ. §. hodie. & l. maiorem. & l. reſcriptum. in prin. ff. de pac. vbi ſtatur maiori parti creditorum in remiſsione partis debiti, & vbi agitur de dilatione concedẽda per creditores debitori, ſtatur maiori parti creditorũ: vt in l. quoties. C. de preci. impe. offer. & in l. fin. C. qui bonis cede. poſ. † Quid per ſacrum 2
Cõſiliũ fuit ſuper illa materia deciſum & cõcluſum?

dictũ fuit, ꝙ in tribus casibus standũ est maiori parti
creditorũ. Primus, quãdo debitor est defunctus, &
hæres eius non vult adire hæreditatẽ, nisi pars cuiuslibet
debiti à creditoribus remittatur, tunc si maior
pars creditorũ consentit, statur maiori parti, non obstante
contradictione minoris partis: vt in §. hodie. &
l. maiorẽ. Et est ratio secundum gl. in d. §. hodie, quia si
dicta remissio partis debiti nõ fieret, hæres nõ adiret
hæreditatẽ, & sic defunctus non haberet hæredẽ, & sic
creditores non haberẽt quẽ conuenirent. voluit ergo
lex vt ex pacto maioris partis creditorũ volẽtis partẽ
debiti remittere, ꝙ minor pars creditorũ astringatur
ad consentiendũ. Secus si maior pars vellet remittere
totum debitũ, secundũ Guil. de Cuneo, & Alberi. de
Rosa. & Bal. in d. §. hodie. & tenet glo. in d. l. rescriptũ.
in princ. in verbo, creditor. & Lud. in sing. suis in verbo
creditores. quia cessat in illo casu ratio. l. cũ pater.
§. dulcissimis. ff. de leg. ij. Et hoc multo magis procedit,
vt dicebãt dicti domini de Cõsilio, vbi hæres non
3 peteret remissionẽ, sed dilationem tantum. † quia per
dilationẽ minus præiudicium fit creditoribus dissentientibus,
quàm per remissionem partis debiti: vt in
d. l. quoties. Secundus casus est, quando debitor fugit
extra ciuitatẽ, ita ꝙ non est facultas creditoribus
ipsum cõuenire, nec inueniũt eius bona: tunc si debitor
vult reuerti, & petit, ꝙ creditores sibi remittant
partem debiti, vel dent certum tẽpus ad soluendum,
aliter nõ reuerteretur, tũc si maior pars hoc casu remittat
partẽ debiti, vel concedat dilationẽ ad soluẽdum,
minor pars non potest cõtradicere. Et est ratio, quia
creditores nõ haberẽt quẽ conuenirẽt. & sic loquitur.
§. hodie. & facit C. ad l. fal. l. fin. & l. j. §. hoc interdictũ.
ff. de fonte. & l. j. de interd. & facit insti. quibus modis
ius patriæ pote. sol. §. pari ratione. dicit Raphael Fulg.
in d. §. hodie. quòd vidit de facto seruari contrariũ. sed
Paul. de Cast. & Alex. ibi, dicunt, ꝙ ratio glo. militat
in hoc casu, vt habeãt creditores quem conueniant. &
idem firmãt ibi Moder. Papiẽses, secus quando creditores
possunt debitorẽ cõuenire: quia tũc non posset
fieri dicta remissio partis debiti, secundũ Guil. Albe.
Bal. Ang. & Sali. & Paul. de Cast. & Alex. in d. §. hodie.
Tertius casus est, quãdo debitor propter paupertatem
paratus est cedere bonis, nisi creditores concedant
dilationẽ ad soluendũ, tunc maiori parti creditorum
statur, iuxta formã d. l. fin. C. qui bon. cede. pos.
4 † Et dicebãt domini, quòd in aliis casibus non habet
locũ, ꝙ minor pars creditorum debet cõcurrere
cum maiori parte. Et ideo si post aditam hęreditatem
per hæredem debitoris maior pars creditorũ remitteret
hæredi partẽ debiti, minor pars creditorũ non
tenetur concurrere: quia habet quẽ potest cõuenire:
vt sentit glossa in ratione sui in d. §. hodie. & expresse
Guil. de Cuneo. ibi. Alb. Bald. Angel. Sali. & Alex. ibi,
quicquid dixerit ibi Fulgo. quæ omnia sunt bene notanda:
quia sæpius veniũt de facto. Et fuit decisum
5 in Consilio, quòd † si omnes creditores habent hypothecam,
ꝙ militãt prædicta: secus si essent creditores,
qui pro maiori parte non haberent hypothecã, & minor
pars creditorum haberet hypothecam, tunc non
præiudicat maior pars minori. & quæ sit ratio, vide
per Bar. & Alb. in d. l. rescriptum. & ibidem per Paul.
de Cast. hoc verum in remissione. sed in dilatione bene
præiudicat minori parti habenti hypothecam. secundum
Alexan. in dicto §. hodie in iiij. col.

DECISIO CCLXXXIX.

De absentia Cardinalium à residẽtia, & de excusatione residere debentis.

SVMMARIVM.

1 *Papa quid contra diu absentem cardinalem facere possit ratione sua absentia.*
Cardinalis absens vt sit excusatus, quid facere potest.
2 *Residentia in quibus beneficijs locum habeat.*
Cardinalis an, & quando extra Romanam curiam morari possit.
3 *Clerici absentes quamuis ecclesia non requirat residentiam, quando reuocari possint.*
4 *Beneficia ecclesiastica ad quid instituta.*
5 *Modus procedendi contra absentiam cardinalis.*
6 *Citatio de iure, vbi requiritur tertia, an vna pro omnibus sufficiat.*
Citatio peremptoria pro tribus an sufficiat.
7 *Citatio vbi agitur ad pœnam, an sufficiat vna peremptoria.*
Monitio vtrum sufficiat sine citatione.
8 *Constitutio super residentia an possit imponere pœnam ipso iure absque iudicis sententia.*
9 *Absens à beneficio residentiam requirente, vt non priuetur propter longam absentiam quid possit facere.*
Procurator constitutus an possit ad allegandum causas absentiæ.
10 *Licentia à suo superiore, an petere debeat, qui à loco, vbi debet residere, vult absentari.*
11 *Consuetudo an valeat vt clericus non resideat in ecclesia, quæ residentiam eius requirit.*
12 *Citandus antequam quis priuetur beneficio, an necessario sit.*
13 *Reuocatio licentia data expressè & tacitè, an fieri possit.*
14 *Cardinalis absens ab ecclesia Romana, quot annis debeat expectari.*
15 *Papa an possit per se ardua facere sine cardinalium consilio.*
16 *Seruire ecclesiæ per substitutum quo casu possit cardinalis.*
17 *Causa iusta superueniens, an absentem excuset.*
18 *Tempore licentiæ finito, vt quis priuetur, citatio necessaria.*
19 *Inimicitiæ quas habet citatus in loco vbi debet residere, an absentem excusent.*
20 *Locus residentiæ si tutus non sit, an absentiam excuset.*
21 *Absens oblato saluo conductu, an teneatur cedere.* 22.
23 *Saluus conductus est fragilis cautio.*
24 *Citatio ad locum notoriè non tutum, an ipsa iure sit nulla.*
25 *Excusationes necessariæ quæ impediunt absentem venire, quæ sint.*
26 *Iustitia & æquitas an magis attendi debeant, quàm culpa delinquentis.*
27 *Temperies aëris an à residentia excuset.*
28 *Officium legationis quandiu durat, an iustè à residentia excuset.*
29 *Vtilitas publica & Regia in quacunque dispositione, an intelligatur excepta.*
30 *Infirmitas suorum, quem an possint excusare.*
31 *Petrus, Dei vicarius.*
32 *Germani oppressio, an factum proprium iudicetur.*
33 *Cardinali relinquere residentiam an liceat pro iuuanda fratrem oppressum.*

Tempus

34 *Tempus & locus, non patiuntur quandoque licentiam petere.*
35 *Causa iusta absentiæ est seruitium Papæ.*
36 *Retentus ab officialis publico, an excusetur.*
37 *Absentia ex causa voti, an iusta sit.*
38 *Ecclesia à iudicio nunquàm deuiandum.*

SEreni ssimus Rex Federicus voluit, quòd sa-
crum Consilium scriberet super istis infrà
scriptis dubiis rogatus à Reuerendissimo
cardinali Ascanio vicecãcellario, & sacrũ
Consilium me onerauit, vt scriberem: scripsi & pate-
feci sacro Cõsilio, & approbauit, & subscripsit, & tra-
ditæ sunt præfate Regiæ maiestati, quę trãsmisit dicto
Reuerendissimo Cardinali, qui gratias infinitas egit
suæ maiestati. Beatissimus noster Papa Alex.vj.ha-
bet collegium Cardinaliũ, in quo est dictus Cardina-
lis Ascanius, qui est vicecãcellarius, dictus Cardinalis
recessit à curia, & eius absentia non est momentanea:
1 sed lõga. †Quæritur de duobus: quid de iure potest
facere Papa contra istum Cardinalem vicecancella-
rium ratione suæ longæ absentiæ? Secundò, quid de
iure facere potest ipse Cardinalis absens, vt sit excu-
satus? Ad primũ dubium præmitto imprimis vnum
generale, quòd ponit Inno. & Io. de Imo. in c. clericos.
de cleri. non resid. quòd residẽtia in beneficio non so-
lùm habet locũ in beneficiis curatis, sed etiam in di-
2 gnitatibus. †& ideo cardinalis nõ debet morari extra
curiam Romanã, vbi est Papa, nisi causa legationis: vt
dicit gl. xcviij. dist. c. nobilissimus. vel alia iusta causa,
vt infrà & idẽ in quibuscũque beneficiis simplicibus
etiã non curatis si requiratur in eis residentia ex con-
suetudine, statuto, vel alio modo. Allegat quod habe-
tur lxx. dist. c. sanctorũ. de offi. vicarij. c. ex parte. & de
talibus potest intelligi c. ij. & iiij. de cler. nõ resi. & c.
cum non ignoras. de præben. & no. Hostien. eo. tit. §. si
quis clericus. Si autẽ essent beneficia non requirentia
residentiã, tunc non cõpelluntur redire: nec in eis ha-
bet locũ dispositio dicti c. clericos. saluo nisi de facto
superueniret penuria clericorum, in tãtum, quòd ec-
clesiæ non posset deseruiri, nisi absentes reuerterẽtur:
3 †quia tunc possent reuocari, non obstante, quòd ecclesia
non requirat residentiã: & in hoc resident alij docto-
res ibi, maximè Ioan. And. in nouella, & Anto. de But.

Hoc præmisso, dico quòd dominus noster Papa vel
episcopus posset dicere de iure beneficia ecclesiastica
& canonicatus & cardinalatus sunt instituta, & insti-
4 tuti in ecclesia Dei. †vt per ipsos deseruiatur ecclesię:
secundũ Inno. in d. c. clericos. quia quilibet debet ma-
nere in ea vocatione, in qua vocatus est. xxj. q. j. cap j.
lxx. dist. c. sanctorũ cum si. Et cõtra talẽ canonicũ vel
cardinalem absentem posset procedere altero de istis
tribus modis, videlicet per priuationẽ redituum be-
neficiorũ. & de istis reditibus facere deseruire eccle-
siis. Et hoc quãdo proceditur contra clericos priuile-
giatos super residentia non residentes, & procedunt
propter defectum ministrorũ: vt no. in c. cùm ad hoc.
de cle. nõ resi. & ibi per Io. de Imo. vel per priuationẽ
beneficij præcedẽtibus citationibus, vt infrà dicetur,
vt not. in c. ex tuæ. & in c. fi. de cleri. non resi. Vel pro-
cedere nõ ad priuationem, sed ad excõmunicationẽ,
primò ipsum suspẽdendo ab administratione tempo-
ralium. Demũ, si in cõtumacia perseueret, procedere
ad suspensionem spiritualium. & posteà ad sentẽtiam
excõmunicationis. & vltimatè etiam ad priuationẽ.
omnia ista cumulantur per doct. & maximè Ioan. de
Imo. in d. c. ex tuæ. †Modus autẽ procedendi cõtra 5
talem absentem est iste, videlicet: quia si nescitur vbi
est ille canonicus vel cardinalis absens, tunc faciendæ
sunt tres citationes per edictum affigendũ in ecclesia,
in qua debet residere: ita quòd non sufficit vna per-
emptoria pro omnibus: quia tales citationes quæ fiũt
per edictum non de facili transeunt in notitia citati,
& facilius transibunt, si ter publicè fiant: quia fortè
amicus citati intererit in secunda vel in tertia, si non
interfuit in prima, & poterit sibi nuntiare. & in hunc
modum limitant Ioan. And. in additione Spec. in tit.
de clericis non residentibus. lege ad peremptorium.
ff de iudiciis. & Anto. de Butr. in d. c. ex tuę. †Et addit, 6
quòd vbi tertia citatio requiritur de iure ad finẽ pœ-
næ incurrendæ, non sufficit vna citatio pro omnibus
etiam peremptoria. vt voluit gl. no. in Cle. j. in verbo,
tertio. de vita & honestate clericorum. & gloss. & ibi
Bald. in cap. j de milite vas. qui contumax est. dicit ta-
men Io. de Imo. in d. c. ex tuę quòd fortè ista limitatio
de tribus edictis procederet, vbi edicta deberent pu-
blicari, & posteà affigi. Sed si solum sufficeret edictũ
affigi in loco publico, non videt differentiam an tria
edicta successiuè fiant & affigantur, an vero fiat vna
peremptoria habẽs in se interuallum trium edictorũ,
vt quia citatur, quòd infra triginta dies debeat cõpa-
rere: quorũ x. dies pro primo, x. pro secũdo, & decem
pro tertio, & peremptorio termino assignantur: vt
plenè hoc tangit Feli. in c. quoniam. §. porrò. vt lit. nõ
contest. Si tamẽ sciatur, vbi sit canonicus absens, tunc
fiat citatio personaliter. Et vtrũ sufficiat vna cita-
tio, vel requirãtur tres. Cõmunis conclusio est, quòd vna
peremptoria sufficiat: vt not. in Cle. j. de vita & hone-
state clericorum per Stepha. & refert Io. de Imo. in d.
c. ex tuæ per c. constitutionẽ. de senten. excom. lib vj.
iuncto c. sacro. vbi licet ad pœnã imponẽdã requira-
tur tertia citatio: vt in d. c. sacro. tamen in aliis sufficit
vna citatio perẽptoria pro omnibus: †imò vbi agitur 7
ad pœnã secundũ magis cõmunem opinionẽ, sufficit
vna citatio perẽptoria pro omnibus: licet quidã do-
ctores contrariũ tenuerint. Et vtrum sufficiat mo-
nitio sine citatione: sunt opi. inter doct. vt refert Abb.
Sicu. in d. §. porrò. tamen veritas est, quòd requiratur
citatio. Et est sciendum, quòd talis citatio debet con-
tinere tempus sex mensium ad veniendum, vt seruiat
ecclesiæ, quando nescitur vbi est. vt dicitur in d. c. ex
tuę. Et elapsis sex mẽsibus, si non cõparet, poterit pri-
uari per sententiã: vt in c. ex tuæ. eod. tit. Et dicit Io. de
Imo. in d. c. ex tuæ. in vj. col. versi. dominus Florẽtinus
tangit quęstionẽ, & ibi examinat, †an constitutio su- 8
per residentia possit imponere pœnã priuationis ipso
iure absque sentẽtia iudicis: & cõcludit, quòd non se-
cundùm Ioã. And. & Gaspa. de Cal. licet Car. Contra,
vt ibi per Io. And. Si autem sciatur vbi est canonicus,
tunc vt dixi, fiat citatio personaliter, & pręfigitur ter-
minus congruus ad redeundũ in ecclesia arbitrio iu-
dicis, habita consideratione personę, viarũ distantia,
& temporis qualitate pensata: vt dicit Abb. in d. c. ex
tuę. in iij. col. & sic intelligitur c. inter quatuor. eo. tit.
hæc notãtur etiam in d. c. quoniã frequenter. §. porrò.
vt lite non contestata. Et si non rediret absens, potest
procedi ad suspensionem vel excommunicationẽ, &
priuationẽ, seu ad petendũ restitutionẽ ipsius clerici:
vt suprà dictum est. & omnia dicta remedia cumulan-

tur in d.c.ex tuæ.& in c.conquerente.eo.tit. per Io.de
9 Imo.in fi. †Ad secundam quæst. quid potest facere
absens, vt non priuetur propter absentiã lõgam à be-
neficio requirente residentiã. dicimus, quòd ad sui ex-
cusationẽ multa potest facere. Et primò, si citatur
& mouetur per superiorem ad residẽtiam in ecclesia
vel in curia, potest cõstituere procuratorem ad alle-
gandum causas absentiæ, secundum Bal.in l.ab eo.C.
quomodo & quãdo iudex. & in l.si conuenerit. ff pro
socio.& in l.j.ff. de dist.pig.& not. Bar. in l.seruũ quo-
que. §.publicè. ff.de procur. & in l.j. §.si quis in iudi-
cio.ff.si quis cautio.& in l.quæsitũ.ff.de re iudic.habe-
tur in c.cum Bertoldus.de re iud. Ang.in rub.ff.in ius
vo.vt eant aut satisdẽt. & postquam constiterit iudici
de legitimo impedimẽto, quicquid fieret cõtra ipsum
absentẽ, esset ipso iure nullũ: vt dicitur in d.l.quæsitũ.
& in aliis iuribus proximè allegatis. Poterit etiam di-
cere talis absens citatus per suum procuratorẽ, quòd
ipse absens habet licentiã à suo superiore ad non resi-
dendũ: vt not.in c.cum ad hoc.de clericis non residen
10 tibus.†Nam ille, qui vult absentari à loco, vbi debet
residere, debet petere licentiã à suo superiore, vt in c.
relatũ.& in c.inter quatuor.in glo.eo.tit. dicit tamen
Host.in d.c.inter quòd propter necessitatẽ subitò oc-
currentem potest canonicus, qui debet residere, se ab-
sentare sine licẽtia sui superioris. Et dicit Abb.Sic.ista
verba in d.c.inter.quòd si cõsuetudo valet, vt clericus
possit se absentare sine licentia sui superioris: vt dicit
11 Inn.in d.c.ex tuæ.†Imò valet consuetudo, vt clericus
nõ teneatur facere residentiã in ecclesia, quæ requirit
residentiam: vt not. in d.c.conquerente.ergo fortius
potest inducere cõsuetudo, vt clericus ad tẽpus & ex
causa possit se absentare. Nam sine causa non valeret
consuetudo, secundum Abbatẽ in d.c.inter quatuor.

Dicit tamen Gofredus, vt refert Io.de Imo.in c.ex
parte.de clericis non residẽtibus.ꝙ si ad certum tẽpus
habuit licentiã, & steterit absens vltra tẽpus absque
alia monitione, poterit priuari: quia dies interpellat:
ꝙ dicit Ioã.And. procedere, si tempore datæ licentiæ
monitus fuisset, vt deberet redire finito termino, sub
pœna priuationis beneficij requirentis residentiã. ita
dicit ipse in d.c.quoniã. §.porrò. in gl.magna, vt lite
non cõtestata. Aliàs videtur velle ipse Io.And. ꝙ licet
habuerit licentiã ad tẽpus certum: nihilominus si non
redeat post terminũ, erit necessariò citãdus antequã
priuetur, quod dicit esse mẽti tenendũ: secundũ Io.de
12 Imo.in d.c.ex parte. †Fatemur tamẽ, ꝙ ista licẽtia de
se absentãdo ab ecclesia, in qua debet residere, potest
reuocari per concedentẽ: vt firmãt Inn.& Io.de Imo.
in d.c.ex tuæ. Et quãdo reuocat, debet ipsam reuoca-
tionẽ intimare. Et talis reuocatio licentię datæ potest
fieri expressè & tacitè: vt dicunt doct.ibi.†fit autẽ re-
13 uocatio licentiæ tacitè, quando superior simpliciter
citat absentẽ, qui habuit licentiã se absentandi: ꝙ ve-
niat ad residendũ, non obstante licentia, vt dicunt ibi
doct. Item posset talis absens mittere procuratorẽ,
quando fuisset citatus ad dicendũ, quare talis citatio,
quòd veniat ad residẽdũ, fieri non potuit de iure: quia
absentia durauit pauco tẽpore: vt dicit Ioã.de Imo.in
14 d.c.ex tuæ. †Item cardinalis sanctæ Romanæ eccle-
siæ si est absens à curia, debet expectari per quinque
annos, & posteà poterit citari: vt dicitur in c.ij.de cle
ricis non residẽti.vel secundùm alios, tempus erit ar-
bitrariũ. & in d.c.ij.fuit facti cõtingentia per ea, quæ
no.in c.quoniã contra.in gl.magna, vt lit.non conte.
secundùm Io.de Imo.in d.c.ij.vbi dicit, ꝙ tunc cõtra
cardinalẽ Papa sine consilio fratrũ propter excellen-
tiã dignitatis cardinalatus propter non residẽtiã car-
dinalis in curia nõ debet procedere ad eum deponẽ-
dũ.& dicit Io.Mona.cardinalis in c.super eo.de hæte.
lib.vj.quòd si papa procederet sine consilio fratrũ ad
deponendũ cardinalẽ, quia citatus vt veniat ad resi-
dendum in curia, & non venit, quòd successor in Pa-
patu debet reuocare talẽ priuationẽ, & eum sequũtur
do.Frãciscus de Zabarellis cardi.Floren.& Io.de Imo.
in d.c.ij. quia istud est arduum negotiũ. & in negotiis
†arduis cardinales sunt in quasi possessione, quia Pa- 15
pa non facit ardua de per se, sine cõsilio cardinaliũ:
vt dicit gl.cõmuniter approbata in c.ad Apostolicæ.
de re iudicata.in vj.de qua materia remitto me ad co-
piosè scripta per dominum Andræã Barbat. Siculum
in suo solenni tractatu cardinalium in basilica quæst.
& per moder.Papienses in l.placet.C.de sacrosan. ec-
cle. Item poterit allegare per procuratorem ꝙ ex
iusta & probabili causa & necessaria est absens ab ec-
clesia, †quo casu potest seruire ecclesiæ per substitu- 16
tum: vt in c.relatum.de clericis non residenti. & in c.
peruenit.de app.& Hosti.in sum.eod.tit.§.qualiter. &
in c.rectoribus.& in c.tuæ.de cleri.ægro.& in c.ex eo.
de elec.lib.vj.Abb.Sicu.in §.porrò.præallegato, in v.
col. & si superior non audiret ipsum in allegatione
dictæ causæ, & procederet ad vlteriora, semper reuo-
caretur quod gestum esset: vt not.in d.c. cum Bertol-
dus.& voluit Io.de Imol.in d.c.ex parte.de clericis nõ
residen. Imò dicunt doct.in d.c.inter quatuor. †ꝙ si à 17
principio clericus non fuit absens ex legitima causa,
sed tempore requisitionis & citationis sit iustè impe-
ditus, quòd non potest redire, vt quia sit infirmus, ex-
cusabitur, & cessabit cõtumacia, & cõsequenter non
potest procedi ad priuationẽ. Ita Abb.Sic.& Ioan.de
Imo.ibi. Idem dicitur in d.§.porrò per scribentes. Et
plus dicit Hosti.in d.c.inter. ꝙ si tẽpore requisitionis
poterat venire ad residendũ, tamẽ posteà superuenit
impedimentũ, licet se arctauerit, non poterit in con-
tumaciã procedi ad priuationem. Quod intelligitur
esse verum, quando infra terminum datum ad venien
dum superuenisset impedimẽtum: quòd si non super-
uenisset, potuisset in termino statuto comparere: aliàs
secus, per id quod habetur in c.cupiẽtes. §.quòd si per
viginti.de elec.lib.vj.& in l.ij.§.si quis tamen.ff.si quis
cautio.secundũ Io.de Im.in d.c.inter quatuor.& Feli.
in d.§.porrò.†Si autẽ causa absentię nõ est necessaria, 18
sed volũtaria, tunc si habuit licentiã à principio à suo
superiore ad tẽpus certũ, & finitum est tẽpus, omnino
requiritur citatio vt possit priuari: vt suprà dictũ est,
secundũ Inn.& Hosti.in d.c.ex tuæ.& Abb.Sic.in d.§.
porrò.in v.col.licet alia opinio se habeat, ꝙ sine cita-
tione expectetur per sex mẽses: vt dicit ibi Abb.Sic.si
tamẽ posteà probabit se legitimè impeditũ, redinte-
grabitur ad omnia, vt suprà dictũ est. Quæ autẽ pos-
sunt esse istæ iustæ causæ, quę excusarẽt clericũ absentẽ
à cõparitione, quando esset citatus ad residendũ. dicit
Hosti.in summa eo.tit. §.quæ sit pœna. quòd est infir-
mitas corporis.vij.q.j.c.præsentiũ.de quo in d.l.quæ-
sitũ.& in l.ij.§.si quis in iudicio.ff.si quis cautio.& ibi
concor.& in c.j.de cleri.non resi.lib.vj. Itẽ in loco,
vbi debet residere, habet capitales inimicitias: vt in c.
pastoralis.vij.q.j.& de elec. c.bonæ memoriæ Magũ.

19 & ibi Hostien. †Et ideò si propter inimicitias, quas
habet citatus in loco, vbi debet residere, nõ potest ibi
residere, est excusatus. bene faciunt ad hoc no. in Cle.
pastora. de re iudi. Et dicit Bart. in l. tutor. §. si tutor. ff.
de excusa. tuto. quòd inimicitia cũ vno ex consanguineis,
afficit alios. Abb. in c. cum P. Manconella. & in c. cum
me minimus. in fi. de accusa. Idem si locus residẽtiæ
20 non esset sibi tutus: vt in d. Cle. pastoralis. §. Pisana. †&
ideò citatus ad locũ non tutũ, non tenetur cõparere.
& d. l. ij. §. si quis. ff. si quis cautio. & in Cle. ij. de foro
compe. & Bar. in l. quia poterat. §. si quis alio. qui legi-
tur cum l. de ætate. ff. ad Trebel. vt not. in l. recusat. §.
si filius eo. tit. & plenè de hoc per Feliu. in c. accedens.
lo ij. vt lite non contestata. Sed an, si offeratur ipsi
absenti saluus cõductus & securitas in loco residẽtiæ,
teneatur venire & residere. tangit Io. de Imo. in l. nam
21 quòd. §. non omnis. ff. ad treb. & cõcludit, †quòd non
tenetur credere saluo conductui, & securitati oblatæ,
per tex. in d. c. accedens. & ibi Fel. in versi. tene menti
perpetuò istum text. de quo tamen per Sali. in l. reos.
C. de accusa. in v. col. dicit tamen, quòd quãdo guerra
est generalis, & duces belli cõsueuerunt dare saluum
cõductum, quòd tunc non excusatur allegans metum
militum: vt dicunt domini de Rota in tit. de dolo &
contu. decisio. xij. in nouis. & Ant. de Butr. in c. j. cùm
dilecti. de dolo & cõtu. quod limitatur & declaratur
per Felin. in d. c. accedens. versic. sed aducrte. sequitur
hoc Alexan. in d. l. de ætate. & in l. quibus diebus. ff. de
22 conditio. & demonst. †Accedát ad prædicta, quòd
quando quis non potest residere in loco, vbi debet re-
sidere propter propriam inimicitiã suam vel suorũ:
vt dicit Car. in d. Cle. Pastoralis. §. notorium est. excu-
satur non residendo: vt dicit Inno. in c. cum R. de offi.
deleg. vbi dicit And. Barba. quòd esset cũ literis salui
cõductus non tenetur accedere. alleg. dictum c. acce-
23 dens. lo ij. & c. literas. in fi. de resti. spolia. †quia dictus
saluus conductus, est fragilis cautio. l. quia ita. §. j. ff. ad
Trebel. & ideò excusatur non comparendo: vt d. l. de
ætate. quia nemo debet se ponere in periculo: vt not.
in c. j. de cleri. non resi. lib. vj. Idem voluit Ang. in di-
sputatione sua incipiente, Bononi. à sua ciuitate ban-
nitus. in iiij. quæst. idem Bar. in l. idémque. ff. pro socio.
24 †Imò, citatio est ipso iure nulla, quando citatur,
quòd compareat in loco notorie non tuto, secundùm
Bar. in d. l. de ætate. & in d. Clem. pastoralis. vbi est tex.
& Bart. in d. l. quæsitum. Si autẽ locus, vbi debet com-
parere, nõ est notoriè tutus, & tunc debet ipse citatus
comparere per suum procuratorem, & allegare, quòd
locus cõparitionis non est sibi tutus, & instare, quòd
detur sibi terminus ad probandũ, quòd locus citatio-
nis vel residentiæ non est sibi tutus. & hoc probatur,
quo probato non tenetur cõparere, secundùm Inn. &
Io. Andr. in c. ex parte. & ibi Philip. de appe. & firmat
Bar. in l. pen. §. ad crimen. ff. de publ. iudi. vbi dicit re-
25 ferendo Inno. in c. veniens. de accu. †quòd quędã sunt
exceptiones necessariæ, quæ impediunt absentem ve-
nire; vt quãdo citatus est infirmus, vel carceratus, vel
alio modo nõ potest venire, vel trãsire per iter. Quæ-
dam sunt excusationes probabiles, quæ eum excusare
à comparendo possent, tamen venire posset si vult, vt
puta, quia in illo loco habet inimicitias, & sic excusa-
tur à veniendo: vt d. l. de ætate. ff. ad Trebel. & tunc si
procurator cum mandato cõpareat ad eum excusan-
dum, admittetur, secundùm Bart. ibi. Item dicere-
tur locus non tutus etiam si posset venire bene asso-
ciatus. secundùm Inn. & Ioan. de Ana. in c. veniens. de
accu. Idem dicendũ est, si sit inimicitia in loco residẽ-
tiæ: vel locus residẽtiæ non est tutus ex causa & culpa
ipsius absentis, secũdùm Archi. in c. statutũ. §. cũ verò.
in verbo, nõ audiẽs de rescrip. lib. vj. † quia magis de- 26
bet attendi iustitia & æquitas, quam culpa delinquẽ-
tis. l. Papinianus exuli. ff. de mino. c. quia diuersitatẽ.
de conces. præben. firmat Ioan. And. in d. c. statutũ. in
gl. in verbo, non audiens licet Lud. Roma. dubitet de
hoc in d. l. ij. §. quod diximus. ff. si quis cautio. Item
esset iusta causa ad non comparendũ, quando esset ci-
tatus, nõ potest cõparere, ex quo habet necesse trãsire
per terras inimicas, & hoc est notoriũ: vt dicitur in d.
c. accedens. lo ij. & habetur in d. c. ex parte. de appel. &
ibi per Philip. & in Spec. in tit. de ap. §. x. ver. caueant
autẽ. & no. Bar. in l. vt inur. ff. de sepul. viola. Item
esset iusta ad non cõparẽdum, si in loco, vbi debet cõ-
parere vel residere, esset pestis. vt est gloss. in Cle. ne in
agro. in fi. in verbo, rationabili. de statu mona. †vbi in- 27
tẽperies aëris excusat à residentia. & not. in d. l. ij. §. pe.
ff. si quis cautio. per quẽ text. Papa Gregorius xij. se ex-
cusauit, quare non venit ad concilium Pisanũ, timens
grauitatẽ cœli Pisani: vt refert Marianus in c. veniẽs.
de accu. & Feli. in d. c. accedens. lo ij. versi. vj. cõclusio.
vt lite non conte. & no. Alex. in d. l. ij. §. si quis in iudi-
cio. & est bona gl. in c. cõmunis filius. xxiij. dist. Itẽ
est iusta causa ad non cõparendum, si haberet priuile-
giũ nõ residendi: vt in c. cum ad hoc. & in c. fi. de cleri.
non resid. in ec. Ioã. And. in c. olim. de verb. sig. & not.
in c. super Specula. de magist. quod hodie est reuoca-
tum: vt dicit ibi Ioan. de Imo. quod intelligitur, vt su-
prà dictum est. Item esset iusta causa absentiæ, si
fuisset absens causa reipublicæ, vt quia fuisset legatus,
†quàndiu durat officium legationis, est iustè excusa- 28
tus à residentia: vt in l. sicut. §. tandiu. ff. ex quib. cau.
ma. no. Bar. in l. abesse. eo. tit. Bal. in l. ab eo. C. quomo.
& quando iudex. Item esset iusta absentia, vbi ver-
titur vtilitas publica alicuius Regis vel domini ha-
bẽtis iura regalia & magnum statum, & maximè san-
guinis coniunctione: †quia in quacunque dispositio- 29
ne intelligitur semper excepta vtilitas publica & Re-
gia, vt probatur C. de cursu publico. l. fi. lib. xij. & in l.
iubemus. C. de nauibus non excusan. lib. xj. & l. j. C. vt
nemini liceat in emp. spe. se excusa. li. & facit l. in pro-
uinciali. §. fin. cum l. seq. ff. de oper. noui nuntia. & l. si
quis in graui. §. vtrum. & ibi Bal. ff. ad Sylla. quid enim
si frater carnalis esset Rex, vel talis dominus, qui ha-
bet iura regalia, & frater eius esset oppressus, nonnè
cardinalis licitè posset defendere fratrem oppressum,
vt ei præstet adiutorium se absentando à residentia
curiæ Rom. pro hoc gloss. in d. c. communis filius. quæ
dicit, †quòd propter infirmitatẽ suorum, quis potest 30
se excusare: quia ista necessitas adiuuandi carnem suã,
facit licitum, quod aliàs erat illicitum. cap. quanto. de
consue. cum concor. quæ allegantur per Mod. Papien.
in l. j. ff. de offi. eius, cui mãd. est iurisd. & in c. j. de feriis.
per And. Barb. & patet in Ecclesiastico, c. xliij. ibi, In
omni necessitate omnia obaudiũt ei. & Hester. xvj. c.
ibi. Pro qualitate & necessitate tẽporum. & ista neces-
sitas cõsideratur, etiam respectu bonorum tempora-
lium: vt patet ij. Regum, c. xiij. ibi. Non est necesse, vt
vadat tecum. Et ideò dicebat Paulus Apostolus ad Ga-
latas vj. Alter alterius onera portate. † & in prima 31
epistola

epistola beati Petri vicarij Dei, iij. c. vnanimes, com-
patiẽtes, fraternitatis amatores. Ideò dicitur Genesis
c. xliij. Commota sunt viscera eius super fratrẽ suum.
Et ideò non potest ascribi culpa non residẽtis, vbi cha
ritatis operatio causa est non residentię: vt patet Pro-
uerbiorum x. c. Vniuersa delicta operit charitas. Et nõ
solum charitas operit delictum, sed etiam ab insidiis
dæmonũ defendit, & dicitur lorica: vt in episto. Pauli
j. ad Colossen. c. v. ibi, Induti loricam fidei & charita-
tis. & ad Roma. c. xiiij. Scãdalum fratrum vocat, aliàs
si fratri oppresso auxilium frater carnalis non pęsta-
ret. impius diceretur, & Deum sibi ad iram prouocas-
set: vt dicitur Sapientię c. xiiij. Si igitur Cardinalis vi-
det fratrem suum oppressum spoliatũ, & captum, &
non dimisisset residentiam curiæ, vt fratrẽ adiuuaret,
profectò sibiipsi crudelis iudicaretur, maximè ob bo-
32 num Regiũ Germani. †Cuius oppresio iudicatur fa-
ctum propriũ: vt in l. lex Corne. ff. de iniur. not. Abb.
in c. cũ oporteat. el. ij. de accu. Meritò absentia ex tali
causa iusta iudicari debet, si sensus est in homine. vnde
si licet fratri propria authoritate recuperare bona,
quibus spoliatus est incõtinenti, & cõuocare amicos.
l. iij. §. eũ igitur. ff. de vi & vi arma. & no. Lucas de Pen-
na in l. si coloni. circa fi. versi. nouissimè quæritur. C.
de agri. & censi. lib. xj. & Inno. in c. olim. el j. de resti.
33 spolia. & in c. j. per doct. de dolo & contu. †ergo lice-
bit fratri Cardinali pro iuuando fratrem oppressum
relinquere residentiam, & diceretur absens ex iusta
causa. Nã necessitas & vtilitas æquiparantur à iure:
vt in Cle. j. de reb. eccle. non alienan. Satis enim hæc
necessitas & vtilitas superueniens facit excusationem
34 iustam à residẽtia. †Sicut plerũque tẽpus seu locus
non patitur licentiam petere: vt in l. j. ff. de exercito. l.
tutor qui repertorium. ff. de admini. tutor. & no. Abb.
in c. relatum. de cleri. non re. Item, est iusta causa ad
se excusandum, si citatus ad residendum fuisset deten-
tus ab officiali publico sine sui dolo, tunc si nõ com-
paret, non potest dici contumax: vt in d. l. ij. §. simili
modo. ff. si quis cau. & ibi per Alex. & not. Bar. in l. pe-
35 nult. §. ad crimẽ. ff. de publi. iud. †Itẽ est iusta causa
absentiæ, si fuisset absens pro seruitio Papæ vel eccle-
siæ: vt in c. dilectus. de clericis non residen. & in c. ex
parte. lo ij. eo. tit. & in c. ad audientiam. Io. And. in c. si.
de cõsue. lib. vj Oldra. in consi. iiij. Item esset iusta
caus ·, si per vim detineretur. de electi. c. bonæ. Domi-
nicus in c. j. de clericis nõ residen. lib. vj. Et ibi dicitur
de infirmitate corporali, quæ excusata à residentia.
Item, est iusta causa ad se excusandum, si citatus ad
residendũ fuisset retentus ab officiali publico sine sui
dolo tunc si non comparet, non potest dici cõtumax.
d. l. ij. §. simili modo. ff. si quis cau. & ibi per Alex. not.
36 Bar. in l. j. §. ad crimẽ. ff. de publi. iud. †Itẽ esset iusta
causa, si fuisset impeditus ad redeundum impedimẽto
causato ex facto aduersarij: vt dicit Cyn. in l. fin. C. de
adulteriis. & ibi Bal. & Sali. & Bal. in aut. clericus. C.
de epi. & cle. & Alex. in iij. vol. consi. lxij. inci. videtur
prima cõsideratione. iiij. col. Verũ autẽ absentia ex
causa voti sit iusta causa absentiæ, tangit Bal. in d. l. ab
37 eo. C. quomodo & quando iudex. Et verũ †absentia
causa studij sit iusta absentia, tangit Bart. in l. Seia. §.
Pamphilæ. de fundo instructo. & Hosti. in summa. de
clericis non residẽtibus. §. quæ sit pœna. Et non omit-
to quòd Abb. Sicu. in repetitio. c. extirpandæ. §. quia
verò. de præbendis. ponit xiiij. limitationes ad regulã
illam, quòd ecclesiæ, quę requirit residentiam clerici,
non potest seruiri per substitutum. quas non refero:
quia non faciunt ad rem, de qua agitur. hæc sunt quæ
nobis occurrunt super dictis quæsitis à vestra M. cui
humiliter commendamus hęc scripta. †Saluo semper 5
iudicio sanctæ matris ecclesię, à quo nunquam deuia-
re intendimus.

DECISIO CCXC.

De pascuis & affidatione, & de illius præscriptione.

SVMMARIVM.

1 *Pascua sine affidatione per noctem & diem depasta an dibeantur per dominum & qualiter. 5.*

2 *Officialis prohibitio tantum durat, quantum eius officium.*

3 *Bannum ignorantes non ligat.*

4 *Ignorantia multum operatur ad delicti excusationem.*

6 *Affidandi ius præscribi an possit, item & ius colonia.*

7 *Pascuorum vsus per longissimum tempus, an noceat domino territorij.*

8 *Charitas prima, incipit à seipso.*

9 *Frumentum quando de Regno extrahi non debeat.*
Pater quando non teneatur ad filiorum alimenta.

10 *Eleemosyna propinquis potius danda, quàm extraneis.*

QVidam baro †habet castrum inhabitatũ 1
cũ magno territorio ad sumendũ pascua
pro animalibus, quod est prope aliud suũ
castrum habitatũ, quod similiter habet
amplum territoriũ de per se, & in istis territoriis di-
ctus baro solitus est affidare animalia ad pascua su-
mẽdum, & in non affidatos diffidam exigit, prout est
consuetum. Euenit, quòd quædam animalia cum pa-
storibus intrauerunt dicta territoria, & sumpserunt
ibidem pascua in vno ex dictis castris per vnam diem
& in territorio alterius castri per vnam noctem &
plus. Qua de causa baiulus intercepit dicta animalia
pro diffidatis, & petit diffidam. Dicit dominus ani-
malium, quòd ipse pro vna die & pro dicta vna nocte
in diuersis territoriis non tenetur aliquid soluere nisi
damnum, & illud plus, quòd stetit in dictis territoriis
ad pasculandum cum suis animalibus paratus est sol-
uere fidam pro rata temporis, prout solitum est per
dictum baronẽ, dicta territoria affidere, iuxta consti-
tutionem Regni, quæ incipit, cum per partes Apuliæ.
quæ est circa finem cõsti. Regni. Dicit ille baro, quòd
ipse vult diffidiam solitam, quæ sumpsit originem à
prohibitione facta per bannum magnę curiæ: quo ca-
uetur, quòd nullus audeat intrare & pascua sumere in
dictis territoriis sub pœna vncia quarta, quo casu at-
tento dicto banno & prohibitione, quòd transiuit in
rem iudicatam, cessat dispositio dictæ constitutionis,
cum per partes Apuliæ. vt dicit And. de Isernia. super
constitutione. circa fin. Replicat dominus anima-
lium, quòd dictum bannum seu prohibitio prædicta
non ligat ipsum dominum animalium, pro eo quia
dictum bannum pœnale emanatum fuit tempore,
quo erat Regens Nicolaus de Porcinariis de aquila. &
sic non durauit nisi tempore suo, non autem tempore
alterius regentis do. Bernardini de Amelia noui regẽ-
tis: vt in §. eas verò. Insti. de perpe. & tempo. actioni-
bus. & in §. pœnales. Insti. de actionibus. in gl. & no. in
l. in bonorariis. ff. de actio. & obli. & ibi per Bart. sub
quo tempore dicta animalia intrauerunt dicta ter-
ritoria.

2 territorio. †Et sic istud bannū seu prohibitio officialis
tantum durat, quantū durat eius officium: secundum
Bal. & alios in l. j. C. de postulando. & firmat Bart. in l.
2 si. ff. de poenis. & ibi per Alex. in apost. & firmat Spe. in
3 tit. de aduocato. §. j. circa fi. in versi. summa nos. †Itē
domini dictorū animalium non fuerunt præsentes in
Regno tempore emissionis dicti bāni. & sic tale ban-
num non ligat ignorātes: vt dicit And. in d. constitu-
tione, cū per partes. dom alle. l. si. ff. de decre. ab ordi-
4 fact. †& ad excusationē delicti multū valet allegatio
ignorātiæ, vt multis cumulat Fel. in c. ij. de exceptio-
nibus, in princ. bene facit text. in c. apostolicæ. de cle-
ric. excom. ministrante. Quæritur, quid iuris? Fuit con-
clusum, quòd licet dicta cōsti. cum per partes Apuliæ
loquatur de territoriis Apuliæ: tamē secundum And.
de Isern. ibi non solum dicta constitutio habet locū in
Apulia, sed etiam in toto Regno: vt ipse dicit in versi.
verius videtur: Et sic cum non sit probatū de alio ban-
no & prohibitione regentis noui, sed veteris, quo tē-
pore non fuit iste dominus animalium in Regno, me-
ritò non ligatur dicta poenali prohibitione regentis
5 antiqui. † & sic fuit votatū, quòd solum ille dominus
animalium soluat fidē pro rata tēporis, prout solitum
est dominus affidare. Sed iuxta hoc quæro de alia
quæstione, quæ fuit de facto tēpore meo: Quidā vni-
uersitatis cuiusdā castri sunt soliti se affidare pro ani-
malibus eorum in territorio alterius castri per annos
vltra xxx. deinde iste dominus castri qui solutus est af-
fidare per dictū tēpus & etiam vltrà, non vult vlterius
affidare prædictos, nec alios, sed vult territorio vti
6 pro suis animalibus & vasallorum eius. †Illi, qui
sunt soliti affidare, dicunt, quòd ipsis promissum fuit
in perpetuum, quod eis fuit dicta affidatio, & possederūt
xxx. ann. & sic præsumitur dicta promissio, iuxta not.
in l. cùm de in rem verso. ff. de vsuf. & in l. si certis an-
nis. C. de pact. ex possessione xxx. ann. nam hoc ius af-
fidandi potest præscribi: & ideò nō possunt prohiberi
per tex. in l. venditor. ff. com. prædiorū. vbi valet con-
suetudo, vt quis oblato pretio possit incidere ligna,
vel quid simile in fundo alterius. bene facit l. si quis
diuturno. ff. si serui vēdicetur. Item dicimus, quòd ius
coloniæ potest præscribi: vt dicit Bald. in l. malè agi-
tur. C. de præscri. xxx. vel xl. an. & est gl. in l. litibus. in
verbo, colonorū. C. de agri. & cen. lib. xj. & habetur in
l. ne cui. C. locati. & per Luc. de Pen. in l. cōgruit, C. de
loca. prędi. ciui. lib. xj & per Bal. in l. si quis cōductio-
7 nis. C. locati. †Quæritur, an iste vsus lōgissimi tēpo-
ris noceat domi. dicti territorij. Abb. Sic. post Host. &
Anto. de Butr. in c. dilecti. in ij. col. tangit istam quæ-
stionē. & dicit, quòd si pascua non sufficiunt pro ani-
malibus domini ipsius territorij & vasallorum eius,
tunc non obstante dicta vetusta cōsuetudine vel præ-
scriptione, non tenetur eisdē solitis affidare amplius,
arg. c. suggestum. de decimis. & c. quid per nouale. de
verb. sig. & pro hoc c. ij. §. vbi autem. de decimis. in vj.
8 †Item quia prima charitas incipit à seipso, vt in l.
præses. C. de serui. & ideò An. super dicta cōsti. Regni,
dicit, quod si esset ius prædictū affidādi in territorio alie-
no, etiam præscriptum præscriptione tanti temporis,
in cuius contrarium memoria hominum non existit:
& do. illius territorij dicit, quòd vult vti illo territo-
rio pro se & suis, nec sufficit ambobus, igitur ite ad
vēdentes & emite vobis, vt dicitur in euāgelio Math.
xxij. c. & pro hoc facit id quod not. in c. j. cōuenticula.
de pace tenen. †Quòd quando est modicum frumen- 9
tum in Regno, non debet vendi tractæ frumētorum
per extra Regnum: quia prima charitas &c. sicut etiā
dicimus in patre, qui tenetur dare alimenta filiis: vt si
pater non habet pro suis alimentis, non tenetur filiis
ad alimenta: vt dicit gl. in l. si quis à liberis. §. si. in ver-
bo, liberto. ff. de libe. agno. quia magis quis debet sibi
prouidere, quàm aliis. ff. si quis omis. causa testa. l. Iu-
lianus. secundùm Bal. in l. j. v. col. C. de inoffi. dotibus.
Fuit per totum Consilium determinatū, quòd ex
quo facta fuit fides, quòd dominus dicti territorij &
eius vasalli sunt augmentati in animalibus, & territo-
riū non sufficit ambobus, quòd licet domino territo-
rij, ipsis solitos affidari prohibere ab vsu dicti terri-
torij, nec tenetur eos affidare. pro hoc glos. de poe. dist.
iij. c. qui vult. & c. inter despō. & c. ij. an si. de authori. 10
& vsu pal. †Est ergo prius danda eleemosyna propin-
quis, quàm extraneis: vt not. gl. in c. j. de coha. clerico.
& mu. & j. q. iij. c. peruenit. in glo. faciunt not. per Ar-
chidia. de ordinata charitate, xxiij. quæstione j. c. vbi
sunt fides. & quæ not. Lucas de Penna l. centum. de
anno. ciuilibus. lib. xj.

DECISIO CCXCII.

De vsufructu augmenti dotis.

SVMMARIVM.

1 *Dotis augmentum in pecunia constitutum, an habeat vxor electionem ad vsumfructum, iuxta consuetudinē Neapolitanam.*

2 *Augmentum vsufructus ratione moræ, an solui à filiis debeat. 4.*

Antiphatum est lucrum dotis.

3 *Vsuram de vsura soluere, nusquam permissum est.*

Vsuras etiam in vno nummo, princeps permittere non debet.

5 *Antiphati vsumfructum quæ elegit, an postea antiphatum petere possit.*

6 *Sententia absolutoria lata, in sorte an noceat in vsuris.*

DIcit consuetudo nostra Neapolitana de
iure quartæ, quæ incipit, Quartam autē,
quòd soluto matrimonio per mortem
viri superstitibus vxore & filiis eiusdem
matrimonij, vxor fructus quartæ potest capere pro-
pria authoritate. †dicit gloss. Neapolita. in verbo, fru- 1
ctus. id est, quòd si quarta vel antiphatū est constituta
siue constitutum in pecunia, concludit, quòd mulier
habet electionem, an velit pecuniam pro antipha-
to, & præstare idoneam cautionem restituēdo ipsam
pecuniā traditā per filios pro antipharo post eius mor-
tem ipsis filiis, iuxta l. j. cum si. ff. de vsuf. ea. re. quæ vsu
consu. Inst. de vsuf. §. constituitur. vel recipere à filiis
vsurā cōpetentem, vt in auth. de non eligen. secundò
nubē. §. si autē omnes. vbi permittitur pro antiphato
in pecunia, quod possit recipere vxor à filiis tertiam vsu-
ræ centesimę. istud est de iure ciuili. Qui de iure cano-
nico. †an liceat vxori recipere vsumfructū antiphati 2
cōsistentis in pecunia ratione moræ cōmissæ in solu-
tione antiphati per filios, vel illum, qui tenetur ad an-
tiphatū? Nulli dubiū est, quod antiphatū est lucrū dotis
vt patet in aut. d~s data. C. de don. ante nup cum si. &
sic solueretur vsusfructus, si vsusf. dici potest de lucro:
vt ff de vsufr. earum rerum. l. hoc Senatus. §. fin. & l. si
vsus. & sic esset solutio vsuræ de vsura, † quòd nullo 3
modo est cōcedendum, etiam per leges veteres, vt est
tex.

tex.in l.Improbum.C.ex quib.causis infa.irrogatur:
vbi ille, qui recipit vsuras vsurarius est infamis etiã si per
statutum vel consuetudinẽ hoc concedatur: vt est tex.
in Cle j.de vsuris.inde dicit text. in c.non licet.x.dist.
iuncta gl.q non licet principi permittere vsuras, etiã
in vno nũmo:secundum Bal.in auth.ad hęc.v.col.vers.
sed dubitatur.C.de vsuris.voluit Ioan.And.in mercu.
in regula, peccatũ. Et ideò dicebãt do.An.Maricõ-
da,& do.Ant.de Alex.& ego audiui etiã à domino Pa-
ride de Puteo,& domino Ioãne Antonio Carrafe, qui
fuerunt maximi doctores,& multũ reputati in sciẽn-
tia vtriusque censuræ, quòd ipsi viderunt sententiam
fuisse in sacro Consilio tẽpore immortalis memoriæ
Regis Alphonsi primi de Aragonia, tẽpore quo præsi-
debat episcopus valentiæ, qui postea factus fuit Papa
4 Calistinus tertius, †q non debeatur vsusfructus anti-
phati consistentis in pecunia à filiis & hæredibus viri
vxori:sed q solùm restituatur pecunia antiphati cum
cautione, vbi suprà.& tẽpore Consiliũ dictis authori-
tatibus, me assistẽte ter iudicatũ fuit in Cõsilio, q non
debeatur vsusfructus pecuniæ antiphati vxori, neq
pro præterito, nec pro futuro, sed solũ teneãtur hære-
des restituere pecuniã debitam pro antiphato in pro-
prietate & vsufructu, quando nõ sunt filij cũ cautione
de qua suprà. Et ex his secuta fuit alia decisio in qua-
dã causa certorũ nobiliũ de Caphana q si vxor vidua
elegit potius velle vsumfructũ antiphati cõsistẽtis in
pecunia annuatim,& sic fuit promissum, † q potest
5 posteà variare & petere sibi restitui antipharũ. Et ra-
tio est, quia petẽdo vsumfructũ antiphati quod nõ li-
cet, vt s.petiuisset in peccato, imò vsuras præteritas te-
netur restituere, iuxta notata in c.debitores. de iure-
iur.& ideò habet locũ pœnitẽtia. Item, quia petere
vsumfructũ, & petere pecuniã debitã pro antiphato
sunt diuersa,& diuersa non tollũtur electione l.si pro
fure.§.furti.ff.de condi.furt.no.Dyn.in regula, nullus
pluribus.lib.vj. †Itẽ quia sicut sentẽtia absolutoria
6 lata in sorte, non nocet in vsuris.l.fin.§.Lucius.ff.de
cond.indebiti.ita sententia lata super vsufructu, non
nocet in sorte: quia diuersæ sunt res.l.ij.ff.de excep.rei
iudicatæ.cum simili. Et ista decisio fuit bene lau-
data & commendata ab omnibus literatis personis.

DECISIO CCXCII.

De feudi inuestitura possessi adhuc per viuentem.

SVMMARIVM.

1 *Consobrini non succedunt in feudis antiquis.*
2 *Votum captandæ mortis est... in feudis cauendum.*
3 *Inuestitura de caducitate successionis & non de futura successione, quæ dicatur.*
4 *Votum captandæ mortis, tristissimos parit euentus.*
5 *Princeps inuestituram feudi à viuente possessi facere potest.*
6 *Feuda non passim omnibus concedenda.*
7 *In generali obligatione veniunt futura.*

FVit supplicatũ Regi Ferdinando primo, à
quodam suo intimo seruitore, vt placeret
suæ maiestati concedere quoddã feudum
quaternatũ antiquum, quod tenet,& pos-
sidet Titius post mortem Titij, sine descendentibus,
a quod de iure post mortẽ Titij est recasurum Regiæ
curiæ, quia non habet fratrẽ carnalem, sed solùm cõ-
1 sobrinos: † qui non succedunt in feudis antiquis per
constitutionẽ Regni, vt de successionibus. Regia Ma- c
iestas voluit intelligere à sacro Consilio si dicta inue-
stitura poterat de iure fieri. Et fuit responsum per sa-
crũ Cõsiliũ in effectu in hunc modũ, videlicet, † Ratio a
dubitãdi est, quòd non liceat domino Regi concedere 8
priuilegiũ de hæreditate viuentis propter votũ captan-
dæ mortis: vt in l.fi.C.de pactis.& in c.ne captandæ.de
cõces.præbẽd.li.vj.& in c.ij.eo.tit. Sed de isto dubio
fuit magna contentio inter Placentinos ex vna parte,
& Mediolanenses & Cremonenses ex altera. Et tan- f
dem de ista quæstione est tenendum, si quis inuestiuerit de
feudo dato ei viuẽte legis cõmitit:vbi præualuit opi. Me-
diolanensiũ & Cremonensiũ, quæ vult, q talis inuesti-
tura sit valida; quia viuo illo, qui tenet feudũ, nõ fieri
aliquod præiudiciũ per dictã inuestiturã: sed Rex dat
ius suũ post mortẽ tenẽtis feudũ. † & illa dicitur inue- 3
stitura de caducitate successionis,& non de futura suc-
cessione, vt dicit Bal. in c.i. motibus. vbi est idem tex.si
de feudo fuerit donatio in ... Et glo. in
hoc firmat Bal.in d.c.i. quæ inuestiuerit. vbi allegat ar-
gumẽta pro & contra.& post pauca dicit, quòd ista in-
uestitura dicitur inuestitura in defectũ in eis tertio, quæ 2
habet in se ... ordinem.& dicit And.de Iser.in c.j.in
vij.col.qui successores teneantur, q inclytus Rex Robertus
Rex Siciliæ frequenter vtebatur dicta inuestitura iu-
xta d.c.motibus. Sed dicit ipse And. q quantũ pericu-
lum sit possessori tenenti feudũ, ab experto intelleximus
mus propter votum captãdæ mortis, † & ideò tristis- 4
simos parit euentus, & dicit plus, quòd licet per istã
vsum feudorum sit permissa talis inuestitura; tamen
isti sunt vsus praui, & potius debet dici corruptela, b
& non seruari eã nisi ratione naturali: nec valẽt per-
missiones tales de concess.præben.c.ij.& c.ne clas.&.c.
ex tenore.& in malis promissis etiam iuramentũ non
est seruandũ.xxij.q.iiij.in malis cum seq.&c. Loquitur
And. quando Archiepiscopus fecit tale inuestiturã
de feudo, quod est ad collationẽ ipsius, quæ non debet
valere. Vel debet intelligi, prout dicit in d.cap. moti-
bus. q inferiores à principe non possunt facere dictas
inuestituras, sicut inferiores prælati à Papa, nõ possunt
facere inuestituras prædictas: vt d.c.ij.de cõcess.præbẽ.
& in d.c.ne captãdæ. † Sed princeps bene potest face- 5
re, sicut potest facere Papa, qui potest dare expectati-
uam ad certũ beneficiũ: vt c.proposuit.de concess.præ-
ben.& habetur in c.ex parte.de offi.deleg. & in c.eam
te.de rescriptis: licet non faciat expectatiuas certi be-
neficij, vt euitetur votũ captandæ mortis: tamẽ potest
facere, si vellet, quia est supra ius: vt d.c.proposuit. di-
cit And. in cap.j. viij.col.qui successores tene. quod non est sic
in Regibus & in feudis; quia feuda non passim omni-
bus cõceduntur: † nam propter tales promissiones al- 6
liciũtur militantes ad expeditionem reipublicæ: nec
per hoc fit præiudicium possidenti feudũ: & si prauus
sequatur euentus, dicetur cum Augustino xxiij.q.v.c.
de occidendis, quòd præter intentionem & voluntatẽ
Regis concedentis, si eueniat hoc sinistrum, non est ei 8
imputandum.& allegat generalia, videlicet, † quia & 7
iura futura alienamus: & de rebus suis quilibet facit,
quod vult, & in generali obligatione veniunt futu-
ra.&c. Et subdit quòd talem inuestituram Rex nõ
reuocabit, quia non est conueniens Regi sine causa
reuocare concessa: vt in authen.de referen.§.j.de quo
in c.quæ in ecclesiarũ. de consti: per Feli. cum cõc. or.
ibi per eum allegatis &c. Et sic fuit cõclusum, quòd
Rex

Rex de iure potest facere dictam inuestiturã: quã si fecerit sine causa, nõ reuocabit, vt s. dictũ est. Et postcà 1 si. facta fuit inuestitura de illo feudo. & vidi ꝙ Rex Federicus eandem inuestituram fecit de feudo Pantahim prouincia Calabriæ, quæ adhuc possidetur per quan-dam dominam Polyxenam de Cerrario, cuidam nobili, qui expectat post eius mortem habere dictum feudum.

ADDITIO.

a *Descendentibus.* Rex potest concedere feudum in vita possessoris, vbi ille possidens nõ habet legitimos successores. Et quomodo & qualiter sit hoc intelligendum, vide plenè Iacobi de sancto Georg. in tractatu feudo in verbo inuestiuit. Thom. Gram.

DECISIO CCXCIII.

De fratrum successione in feudis.

SVMMARIVM.

1 *Frater an & quando succedat fratri in feudo nouo, & quid in antiquo.*
2 *Inuestitura semper attendenda.*
3 *Contractus ex conuentione legem accipiunt.*

1 Vit declaratũ † & sententiatũ per sacrum Consiliũ, ꝙ in feudo nouo cõcesso magnifico Bernardino de Abenabulo pro se & suis hæredibus mortuo dicto Bernardino sine descendentibus in dicto feudo succedat Troilus de Abenabulo eius frater carnalis: & ista decisio sumpta fuit ex scriptis per And. de Iser. in constit. Regni, vt de successionibus. in ij. col. vbi dicit, ꝙ antiqui patres nostri intelligunt, vt in feudo nouo dato fratri vt frater succedat, per rex. in dicta cõsti. vt de successionib. in ver. ex collaterali. qui rex. loquitur generaliter non distinguendo inter feudum nouum & antiquum vt frater fratri succedat, ergo generaliter debet intelligi. ff. de aleato. l. j. §. & generaliter. ff. de leg. præstan: quando frater acquisiuit pro se & hæredibus, quod de iure feudorum non erat, ex quo iure frater non succedit fratri in feudo nouo, nisi expressè sit dictũ: vt in c. j. §. cum verò Corradus. de his, qui feudũ dare possunt. & in c. j. de duob. frat. pater, ꝙ dicta iura feudorum sunt correcta per dictã constitutionẽ, nisi inuestitura feudi facta fratri diceret, tibi & tuis hæredibus ex tuo corpore legitimè descendentibus. tunc frater nõ succederet fratri in dicto feudo nouo, quia non est de descendentibus fratris, & ideò est exclusus virtute inue-
2 stituræ, † quæ semper debet attendi. vt dicit Bald. in præludijs feudorũ. alleg. c. j. de duob. fra. à capi. inuest. & c. si cui militi: de extraor. c. alterius cõpila. & idẽ dicit Bal. in l. quoties. C. de suis & legit. & in c. j. de feud. guar. & in c. j. an mutus vel aliàs imper. & in c. j. §. denique. quæ sit pri. can. benefi. amit. & Bal. in j. vol. cons.
3 lxx. & And. in d. cõst. dicit, † quia cõtractus ex cõuentione legẽ accipiunt. ff. de reg. iur. l. contractus. Sed in feudis antiquis quorũ inuestitura dicit tibi & hæredibus ex tuo corpore legitimè descendẽtibus frater succedit fratri, quia est de descendentibus primi acquirẽtis. Et ita semper fuit interpretatum in d. c. Regis Caroli secundi, quod incipit, Considerantes, quod vult, ꝙ concesso feudo sibi & suis hæredibus ex suo corpore legitimè descendentibus, ꝙ frater succedit fratri, si est de descendentibus primi acquirentis. & sic loquitur dictum c. in feudis antiquis & non nouis. Et ista decisio non est noua, sed bene antiqua.

DECISIO CCXCIIII.

De præuentione debitoris super cancellatione instrumenti.

SVMMARIVM.

1 *Consequens velle, an videatur, qui vult antecedens.*
2 *Citatio iudicis ordinariæ facta debitori, ad instantiam partis sine expressione causæ, an valeat.*
3 *Iurisdictio an perpetuatur per iudicis ordinarij citationẽ.*
4 *Petere aliquid in genere, aliud quam petere in specie.*
5 *Præoccupatio in diuersis rebus an cadat.*
6 *Antecedenti præsupposito quando non sequatur consequens.*
7 *Contumacem an ordinum iudicis preceptum sine causa citatum faciat.*

Vidam creditor in curia consulatus Catalanorũ citari fecit suũ prætensum debitorẽ, ꝙ veniat ad audiendũ tenorẽ petitionis per eum offerendæ ad diẽ statutũ: cõparet ille citatus, & dicit se paratũ recipere petitionẽ, & respondere ille assertus creditor dicit, in primis præstitis idoneam cautionẽ de securitate iudicij iuxta stylũ, & capitulũ consulatus, dictus citatus illã præstitit, sed antequam ille assertus creditor dedit petitionẽ suam, ille assertus debitor petiit instrumentũ asserti debiti cassari: dicit ille creditor, ꝙ non potest procedi super cassatione dicti instrumenti. Quia ipse creditor eum prius citari fecit, vt veniat auditurus petitionẽ, per eũ offerendã, & ab eo habuit cautionẽ de securitate iudicij, quæ est antecedens ad libellũ offerendũ: † & qui vult antecedẽs, videtur velle consequẽs. l. oratio. ff. de spon. † Itẽ citatio iudicis ordinaria facta debitori, vt compareat coram eo ad instantiam partis sine expressione causæ valet, & arctat citatũ ad cõparẽdum: vt dicit Bar. in extrauag. ad reprimendũ. in verbo, dicto crimine. & firmat Bal. in l. cõsentaneũ. C. quomo. & quan. iud. dum dicit. & hæc verior, dũmodo sit citatus ad instantiã actoris. † & clarũ est, ꝙ per citationem iudicis ordinarij sicut est cõsul Catalanorũ perpetuatur iurisdictio: vt in l. si quis postea. ff. de iudi. & no. in Cle. j. vt lite pendente. Et sic cũ prius fuit incepta cõuentio, quã asserta præuẽtio super cassatione instrumenti, prius est cognoscendũ de dicta causa conuentionis. argu. l. vbi cœptũ. ff. de iudi. In cõtrarium dicit ille assertus debitor, licet prius fuerit ipse citatus ad audiendã petitionẽ offerendã, tamen antequam fuisset præsentata, ipse assertus debitor primò fecit se citare vt cassares instrumentum asserti debiti. Nec obst. ꝙ prius citatus fuit ipse debitor auditurus petitionẽ: quia talis citatio non fuit facta ante petitionẽ.
† Quia aliud est velle petere aliquid in genere, aliud petere in specie: vt dicit Pau. de Ca. in l. sed & si quis. §. quæsitũ. & ibi. Ale. in iij. col. ff. si quis caut. Item, quia illa cautio assecurationis iudicij est diuersa à præuentione super cassatione instrumẽti, † & in diuersis rebus nõ cadit præoccupatio: vt dicit Bar. in sua pulchra distinctione. in l. si pluribus. ff. de leg. j. ibi, dum dicit, si verò non petitur idem, sed diuersum vel ex diuersis causis. & tũc nõ potest dici præoccupari. Et idẽ dicit Pet. de An. in c. postulasti. in vj. q. de foro compet. alleg. l. qui prætor. ff. de iudi. c. dilecti. de ordin. cogni. Nec obstat contrarium de l. oratio. de sponsalib. † quia quando consequens non est de necessitate antecedentis, nunquam præsupposito antecedenti

sequitur cõsequẽs, quod à principio potest esse & non
esse, secundũ Bal. in l. quãuis, C. de fideic. & not. in l. sj.
ff. de iuri. om. iud. & in l. illud. ff. de acqui. hære. Quid
dicendum? Fuii pariter votatũ in Consilio per domi-
nos Cõsiliarios, ꝙ procedatur super præuẽtione facta
per dictũ debitorẽ, ex quo petitio debiti contenti in
instrumento oblata fuit post petitionem cassationis
dicti instrumẽti, & illa citatio, ꝙ veniat audire suã pe-
titionẽ, non est in consideratione, nisi oblata petitio-
ne quoad effectum, ꝙ suus aduersarius posset eũ præ-
uenire super cessatione instrumenti. Sicut diximus,
7 † quòd præceptum nudũ iudicis sine causa non facit
citatũ cõtumacẽ, secundũ Cyn. in l. quoties. C. de iudi.
licet citatio sine causa valeat: vt s. dictum est; & quia
de hoc habitus fuit recursus ad sacrum Cõsilium, cũ
ista discussione causa præuẽtionis fuit remissa ad con-
sulem, & quòd in ea procedat & iustitiam faciat. Mat.
de Afflict. nobilis Neapo. Doctor insignis.

DECISIO CCXCV.

De viro qui vxorem promisit ratificaturam cum pœna.

SVMMARIVM.

1 *Vir qui ratificaturam promisit vxorem cum pœna, an non teneatur, si fecit quod potuit.*
2 *Iuramentum an operetur clausulam, se curaturum.*
3 *Promittens factum, quod sine culpa sua non potuit implere, an excuseturà pœna.*
4 *Iuramenti temerarij ad obseruationẽ quis an teneatur.*
5 *Difficultas an excuset à pœna.*
6 *Promissio quòd aliquis consentiet, de iure, an valida.*

1 MAgnificus Troilus de Abenabulo † promi
sit curare & facere ita, ꝙ faciendo suũ pos
2 se non excuseretur [a] ꝙ vxor sua renuntiat
Alphonso Caramulo fratri propter dotem
habitam bonis paternis & maternis sub pœna & iura
mento. Alphonsus petit, ꝙ dicta vxor dicti Troili fa-
ciat dictã renunciationem in Reginali M. vt locũ tenẽs
Regis Ferdinandi ij. cõmisit mihi & magnifico dom.
Camillo de Scorciatis V. I. D. & Regio Consiliario
hanc causam, & citato dicto Troilo & seruatis seruan
dis, fecit legitimam fidem, ꝙ ipse fecit quicquid po-
tuit vsq; ad minas, ꝙ dicta eius vxor faceret dictã re-
nuntiationẽ, & ꝙ ipsa non vult renuntiare. Fuit du-
bitatũ, Verũ dictus Troilus possit cõdẽnari ad pœnã.
Et facta relatione in Consilio per nos, vbi præside-
bat magnificus do. Anto. de Alex. magnus Iurista, fuit
dictum per aliquos do. Cõsiliarios, quòd ipsi crederẽt
non errare, si cõcluderẽt, quòd dictus Troilus debeat
condẽnari ad pœnã: quia promisit pœnã soluere, quã-
do ipse fecisset totũ suũ conatũ, quòd vxor sua renun-
tiaret, & nõ excusetur propterea à pœna, per l. stipula-
tio ista, habere licere. in prin. ff. de verb. obl. per l. quo-
ties quis. eo. ti. & §. si quis aliũ. Instit. de inuti. stipu. &
2 maximè propter iuramentũ, † quod operatur illam
clausulã expressam, se curaturũ &c. vt dicit. Lud. in d.
l. stipulatio ista, habere licere, qui allegat tex. in c. ex li
teris. lo ij. & c. sicut ex literis. cum ibi not. de sponsa. &
idem dixit Bal. in l. fi. C. de non nu. pecu. & Abb. in c.
ex rescrip. de iureiur. Nos dicebamus, quòd prædi-
cta procederent, quando dictus Troilus non fecisset
omnem suũ conatũ, tunc teneretur ad pœnã. Sed ex
quo cõstat, quòd fecit omnẽ conatũ suũ, vt illa domi-
na renuntiet, & nõ vult renũtiare, certe nõ fuit nobis
visum, quòd possit cõdemnari ad pœnam, & hoc per
tex. in l. si vehẽda §. idem iuris. ff. ad leg. Rhod. de iactu.
† vbi quãdo quis promisit factũ, & sine culpa sua im- 3
plere non potuit, excusatur à pœna. & ff. de dol. exce.
l. apud Celsum. & videtur gl. in c. sicut ex literis. de spõ
salibus. peccatum ergo fuit in sic iurãdo, sed nõ in cõ-
trauueniendo, ex quo fecit quicquid potuit: vt in c. quã-
to. de iureiu. & xxij. q. iiij. per totũ. tale enim iuramen-
tum fuit temerariũ. † & ideò nõ tenetur ad obseruan 4
tiã talis iuramenti: vt dixit Io. And. in alleg. c. sicut ex
literis. de iureiur. & hoc idem voluit do. Ant. Archie-
piscopus Florentinus in ij. parte suæ summæ. tit. x. c. vj.
Et ideo dicebat Ant. de But. in c. gemma. de spõsa. iiij.
col. quòd si quis se obligat curaturũ, & facturũ, & q. va-
let ista promissio: sed si promittens fecit quicquid po-
tuit ad effectũ producere, est excusatus: † quia difficul 5
tas excusat à pœna l. ij. ff. si quis cauti. & not. in l. sobri-
nuus. §. illud. ff. de verb. obl. ff. si quis cautio. l. & si post
tres. & d. l. si vehenda. & allegat consiliũ Feder. cxvij.
& benefacit quod not. in l. si pupilli. §. videamus. ff. de
neg. gest. & sic consuluit Franc. de Aret. in consi. cxlij.
incipiente, in facto proponitur. Dicebat do. Anto. de
Alex. quòd semper ipse dubitauit de hac quæstione: nã
sibi videbatur, quòd opi. nostra erat satis æqua: & fa-
cta relatione de prædictis per nos dictæ Reginali ma-
iestati, Fuit dictũ, quòd dictus Troilus nõ molestetur:
& cùm iste casus in simili contigisset in persona ma-
gnifici Ioan. Baptistæ Cicinelli, qui promiserat in cer
to contractu curare & facere, quòd filius suus consen-
tiret, † quæ quidem promissio valida est de iure: vt s. 6
dictum est, & tenet Alb. de Ro. in l. si. §. si. ff. de cer. pet. &
Bald. in l. hactenus. §. si quis. ff. de constit. pecu. Et fuit
conuentus in iudicio, & quia docuit, quòd fecit quic-
quid potuit, nõ fuit vlterius per sacrum Consiliũ mo-
lestatus, & casus iste quasi de continuo venit, & non
specificè cum doctores tangunt: adeò hoc scripsisse vo
lui, quia dabit in futurum audaciam idem consulẽti-
di vel iudicandi.

ADDITIO.

a *Non excuseretur.* Quòd si fecit quicquid potuit, non
videtur in pœnam incidisse, cũ enim promittit quod
faciet & curabit, adiecta pœna, illa cõmittitur, si fue-
rit in mora faciendi. not. Bar. in l. si duo. §. hæc verba.
ff. de constit. pecu. & in l. si ita stipulatus. vij. opposit.
primæ partis. ff. de verb. obl. & ibidem hoc etiã tenet
Alex. vnde si interpellatus fecit, quicquid potuit, non
potest sibi mora imputari, si facere vlterius nõ potuit,
vt probatur in l. quod te. ff. si cert. pet. & ibi Bar. decla
rat in ij. col. & in iij. hoc idem in simili tradit Abb. in
consi. xix. incip. videtur quòd fideiussores. j. vol. vbi cõ
suluit, quod fideiussores, qui promiserunt se facturos
& curaturos, sub pœna, non incurrunt pœnam, si fe-
cerunt quicquid potuerunt, quia difficultas impedit
pœnam cõmitti. & idẽ concludit Bar. consi. ccxxxvj.
Martinus promisit se facturum & curaturum, quòd
Bertha contrahat matrimonium sub pœna, quòd si fe
cit quicquid potuit, excusatur à pœna. & idem consu-
luit Feder. consi. cxxj. Martinus promittit. Abb. post
Ant. de Butr. in d. c. gemma de sponsa. per rationem.
quia sicut promittens aliquid facere cum iuramento,
euitat periurium, si facit quod potest: vt not. per glo.
in c. ex literis. lo. ij. & in c. sicut de sponsa, ergo & eo-
dem modo debet euitare pœnæ commissionem. Et
istam opinionem vt communem sequitur & appro-

bar

bat Aret.consi.cxliij.ex facto proponitur.col.iiij.versi.venio igitur ad primum.& istam esse communem opinionē dicit idem Are.in d.l.si ita stipulatus.§.possum.de verb.obl.& cōsuluit Phil.Dec.in cōsi.cccxiij.ij.vol.incipiente,promisit do.Io.& vide eundem Deci.in consi.cccxxv.in casu proposito.vbi videtur tenere contrarium,nisi dixeris,quòd ibi in promissione concurrunt alia verba vt ibi. Et vltra prædicta facit ratio,quòd licet promissio facti alieni teneat,quando pœna interuenit,tamen ex quo promittitur factum,quod non consistit in potestate promittētis,sequitur quòd faciendo suam diligentiam,& omne id,quod potest,euitat pœnam.idē voluit Abb.in c.significantibus.in fi.per glo.ibi,de offi.deleg.Franc.de Aret.in l.si ita stipulatus fuero.de testi.§.possum.ff.de ver.obl. vbi subdit quòd ista opinio est communis,& quòd in practica seruaretur,Fely.in c.ex rescripto.vj.col.versi.& not.quòd promittens factum alienum.extrà,de iureiur.licet Iaso.in l.stipulatio ista habere licere.vj.col.versi.sed iuxta hoc cadit solennis.teneat contrariam opinionem,dicens quòd si casus accideret,ipse consuleret,quòd possit peti pœna,licet omnis diligentia adhibita fuerit:fatetur tamen quòd omnes Canonistæ tenent aliam supradictam præcedentē opinionem.Et præmissa not.videlicet,quòd pœna nō committatur,tenet dom.Thomas Ferratius in sua caute.xliij.incip.anno præterito.vbi dat cautelam adhibēdi omnem diligentiam,vt ꝫ.quæ not.quia nullibi reperies ita plenè istam materiam cumulatam.Thom. Grammaticus.

DECISIO CCXCVI.

De cessione bonorum per debitorem petita.

SVMMARIVM.

1 *Debitum negans regulariter, an admittatur ad bonorum cessionem.*

2 *Debitor post sententiam, quando ad cessionem bonorum admittendus.*

3 *Appellatio pronunciatum extinguit.*

QVidam debitor fuit cōuentus actione per-
1 sonali ad certā summam pecuniæ,† negauit se debitorem,tandem fuit condemnatus ad soluendum non totam quantitatem petitam post condemnationem,vult cedere bonis,dicitur ꝙ non potest cedere,quia semel negauit debitū,vt dicit Bart.in l.qui cedit.ff.de cessio.bonor. In contrarium dicit condemnatus,tu petiisti centum,& non debebam nisi quinquaginta,fuit mihi licitum totum negare:vt dicit gl.in c.præsentium.de testib.lib.vj.in verbo,sigillatim.no.Bar.in l.qui solidū.ff.de leg.ij.pater,quia ad 50.tantū dictus debitor est condemnatus.

2 † Quæritur,an iste debitor post sententiā debeat admitti ad beneficiū cessionis bonorū,ista quæstio tangitur per Bal.in l.j.C.qui bo.cedere poss.& ibid.per Sali.& Are.in §.fi.Instit.de action. Fuit iudicatū in Consilio,quòd si debitor habuit iustā causam litigandi,& habuit sententiā contrà,ꝙ nihilominus debet admitti ad faciendum cessionem bonorum:secus si nullam iustā causam habuit litigandi,& habuit sententiam contrà,tūc non admittitur ad faciendū dictā cessionē secundū opi.Bald.in d.l.j.& quia iste debitor appellauit à dicta sententia condemnationis magnæ curiæ Vicariæ,& causa appellationis fuit cōmissa per Consilium mihi,& in causa appellationis confessus fuit debitum,ille debitor,qui in veritate nullam iustam causam litigandi habuit,& sic non deberet admitti ad faciendum dictam cessionē,quia illa gl.in c.præsentium.non est vsquequaque vera:vt plenè per Alex.in l.j.§.si stipulanti.& in l.qui Romæ.§.duo fratres.ff.de verb.obl. Tamen,quia dicit Sali.in d.l.j.
& Aret.in d.§.fi.† quòd ex quo dicta appellatio extin 3
guit pronuntiatum interim pendente appellatione:vt in l.j.in fi.ad Turpilia.tunc si confiteatur debitum in causa appellationis,poterit cedere bonis.arg.l.qui cum maior.§.accusasse.ff.de bonis libert.licet dicat,cogita. Per sacrum Consilium fuit admissus ad beneficium cessionis bonorum iuxta Regias literas.

DECISIO CCXCVII.

De qualitate fundante iurisdictionem iudicis citantis.

SVMMARIVM.

1 *Qualitas quæ in supplicatione narratur,si ab aduersario negetur,an debeat ei dari terminus ad probandum.*

2 *Qualitas in libello narrata si fundat iurisdictionem iudicis,& non appareat,an remittetur causa ad iudicem competentem.*

Qualitatis in libello contentæ informatio,an ante litem contestatam debeat capi.

3 *Forma petitionis an attendenda,ad cognoscendum cuius sit iurisdictio.*

Probationes factæ super veritate & instantia causæ,tam in agendo,quàm defendendo,an sit in consideratione.

PLuries fuit decisum,† ꝙ si in supplicatio- 1
ne narratur quædam qualitas,quæ fundat iurisdictionem iudicis,coram quo datus est libellus,& citatur aduersarius,qui cōparens negat illā qualitatē,quæ fundat iurisdictionē iudicis citātis,& petit terminū ad ostendendū,ꝙ illa qualitas non est vera.iudex ex decreto sacri Consilij debet dare terminum ad probandū incūbentia cùm hac declaratione,ꝙ si facta publicatione in causa non constabit de qualitate cōtenta in libello quæ fundabat iurisdictionē iudicis,remittetur causa ad iudicem cōpetentē.Si verò cōstabit de qualitate cōtenta in libello,tūc proceditur ad vlteriora in causa.Ista decisio sumpta fuit ex theorica Bar.in l.ex quacunq;.ff.si
quis in ius voca.non ierit:† vbi tenet,ꝙ sufficit ꝙ in a
libello sit narrata qualitas,quæ si est vera,fundat iurisdictionē iudicis,& sic si posteà apparebit,quòd illa qualitas non est verificata,remitteretur causa ad iudicem cōpetentē,& seruiet iste processus illi opinioni,quæ volebat,ꝙ de hoc ante litē cōtestatā debebat capi informatio.& si per informationē apparebat capi informatio.& si per informationē apparebit,ꝙ qualitas contenta in petitione,quæ fundabat iurisdictionē,non est vera,tūc remittetur causa ad iudicē cōpetentē vt firmat Inn.in c.super literis.de rescriptis.& idē Bar.tenuit in l.præscriptione.C.si cōtra ius vel vti.pub.& Inn.& Io.And.in c.Romana.contrahentes.de fo.cōpe.lib.vj.& Inn.in c.cæterū.de iudi.& Bal.in l.si quis ex aliena.ff.de iudi.& Lapus alleg.lix.inci.prælatus ecclesię.Lāfran.in c.quoniam.in verbo,citationes.de proba.Pet.de Anch.in cepit.c.postulasti.in j.quæst.de foro comp.Et ista decisio fuit originaliter Guidonis de Suza.vt refert Tancredus in margarita sua,in tit.de quæstionibus circa iurisdictionem,q.xij.charr.

8 mihi quinta. † Semper enim ad cognoſcēdū cuius ſit iuriſdictio, forma petitionis debet inſpici. l. pen. in fi. ff. de iuriſ. om. iu. & ideò quādo qualitas fundat iuriſdictionē iudicis, illa debet exprimi: vt dicit gl. & doct. in præalleg. c. cęterū. & idē Inn. in c. cū ſit. c. cōqueſtus. de foro cōp. & tenet Alex. in j. vol. conſi. lxxix. incip. circa primū, de quo quæritur. in ij. col. qua expreſſa ſi negetur, debet probari, vt §. dictum eſt. & quia poſſet eſſe, ꝙ illa qualitas eſſet vera, vt lites abbreuientur, dabitur terminus ad probandū incumbentia. & ſic erit probandū de illa qualitate, quæ fundat iuriſdictionē. & ſi erat probata, probationes factæ ſuper veritate & inſtantia cauſæ tā in agendo, quàm in defendēdo ſunt in conſideratione, & ſic lites abbreuiantur: & ſi nō eſt probatū de illa qualitate fundante iuriſdictionē, imputabitur actori, qui fecit probationes in cauſa coram iudice incompetenti.

ADDITIO.

Vide ad hanc materiam do. Maria. Sozi. in c. ſi clericus. de foro compe. vbi abundantius hunc articulum excutit.

DECISIO CCXCVIII.

De ſeruitutibus exceptis in contractu venditionis, non includentibus non exceptas.

SVMMARIVM.

1 *Seruitutes omnes domus venditæ præter exceptas, an tollantur.*
Onera permanentia, quæ contrahentes viderant & sciuerant, an ab emptore ſuſtinenda.
Domus vendita an vendita ſit pro onere, vt eſt.
2 *Domus franca & libera vendita, an ſeruitutes antiquas ſuſtinere intelligatur.*
3 *Argumentum à contrario ſenſu in conuentionibus, an valeat.*
4 *Confirmatio vnius capituli de pluribus, an aliorum ſapiat reprobationem.*
5 *Permiſſo aliquo, cætera an denegata videantur.*

QVidam habens duas domos cōiunctas, vnā ex ipſis cū viridario vendidit Titio emēti, & in inſtrumento venditionis, dicitur, ꝙ vendidit illam domū francam, liberam, & expeditam ab omni ſeruitute, exceptis certis ſeruitutibus feneſtrarū habentiū aſpectū ſuper hortū venditum cū domo. & facta traditione dictæ domus cū horto, in domo reſeruata, ſunt certæ feneſtræ ſine cantonibus, quæ habent aſpectū ad dictū hortum, quæ non fuerunt reſeruatæ. Item ſunt certa canalia & ſtillicidia aquæ pluuialis, quæ ſimiliter nō fuerūt reſeruata. Emptor domus petiit, quòd omnes dictæ ſeruitutes præter exceptas tollantur. † Dicit venditor, iſtæ ſerui-
1 tutes feneſtrarū in domo mea retenta, quæ habet aſpectum ad hortū domus vēditę, & canalia, & ſtillicidia, ſunt antiqua: & in venditione domus & horti videtur tacitè impoſita ſeruitus, vt ſuſtineat onera permanentia, quia contrahentes viderant & ſciuerāt. Ita voluit Bart. in l. j. ff. de ſerui. leg. & idē Bar. & Ange. in l. quod cōclaue ff. de dam. infect. Secus in ſeruitute, quæ nō habebat cauſam cōtinuā, vt in l. in vendendo. ff. de contrah. emp. ſecundū Bar. in d. l. j. & idē dicit Bar. in l. binas. in fi. ff. de ſerui. vrba. prædi. vbi dicit quòd eo ipſo, quòd vēditur dicta domus cum horto, videtur vēdita cum hoc onere, prout eſt. & in l. quicquid. ff. commu.
prædior. † Dicit emptor in contrariū, ſi non fuiſſet 2
dictū in inſtrumento, ꝙ vendis domū cū horto francam, liberā, & exēptā, & c. procederent prædicta: non enim hortus eſſet francus & liber, ſi ſuſtineret dictas ſeruitutes. Et pro hoc l. ſi cū vēderes. ff. de cōtrah. emp. iuncta l. ſi arborē. §. fi. ff. de ſ. t. vrb. præd. & tantò magis, quia vēditor in vēditione reſeruauit ſibi aliquas ſeruitutes ſuper dicto horto. & ſic hortus eſt totus liber præter exceptuata. arg. l. maritus. C. de procur. &
C. de pig. l. quāuis. † Itē, quia in cōuentionibus valet 3
argumentū à cōtrario ſenſu: vt in l. inter ſocerū. §. cū inter. ff. de pact. dota. quē ad hoc alleg. Abb. in c. cum apoſtolica. de his, quæ fiunt à præla. & Bal. in l. venditi. C. de act. empt. & probat tex. in l. pecuniā. ff. ſi cer. peta. Sed tantum in venditione certæ ſeruitutes fuerunt reſeruatæ, ergo à cōtrario omnes aliæ ſunt prohibitæ.
Et pro hoc facit, † quia confirmatio vnius capitu- 4
li de pluribus, ſapit reprobationē aliorum, ſecundùm Dyn. & Bar. in l. legata inutiliter. ff. de leg. j. ſic ecōtrà confirmatio pluriū capitulorū, inducit reprobationē aliorum ſecundū Bar. in d. l. legata inutiliter. & Bal. in
l. fi. v. col. C. de edi. diui. Adr. † Item cū vnū permit- 5
titur, cætera denegata videntur l. cū ita legatum. ff. de cōdi. & demon. Fuit concluſum & declaratum per dominos Conſiliarios, quòd attenta exceptione aliquarū ſeruitutū illæ ſolū debent remanere in horto vendito: aliæ verò ſeruitutes etiam habentes cauſam continuam debent amoueri: quia liber hortus fuit venditus præter ſeruitutes exceptas per iura & rationes, vt ſuprà inductas & allegatas.

DECISIO CCXCIX.

De poſſeſſione ficta tradita per anulum Regis pariente interdictum adipiſcendæ poſſeſſionis.

SVMMARIVM.

1 *Inueſtitura per anulum facta vim corporalis poſſeſſionis an habeat.*
2 *Inueſtitura verbalis per anulum, per pyleum aut aliquod ſignum: an transferatur poſſeſſio.*
3 *Inueſtitura Regis an ſemper dominium, & poſſeſſionem transferat.*
4 *Dominium & poſſeſſio in pluribus niſi apprehendatur, non tranſit.*
5 *Lex vel ſtatutum an poſſit poſſeſſionem transferre ſine aliquo actu corporeo.*
6 *Fictio an fingat contra factum, quoad veritatem inducendam.*
Authoritas legum veritatem naturalem tollere an poſſit.
Veritas, quid.
7 *Poſſeſſio ſecundùm etymologiam, quid ſit.*
Manus in operando organum organorum, per organum poſſidendi.
8 *Dominia vnde orta ſint.*
Vim realis poſſeſſionis, quæ verba in priuilegio poſita operentur.
9 *Rex an poſſit transferre poſſeſſionem ſine actu facto.*
Acquiſitio poſſeſſionis, de quo iure ſit.
10 *Rex ſine iuſta cauſa contra ius gentium an diſpenſet.*
11 *Inueſtitura abuſiua, quæ dicatur.*

Actus

12 *Actus fictus in .. quando transferat possessionem.*
13 *Inuestitura absque an pariat interdictum recuperandæ [illegible] sionis.*
14 *Rex [illegible] Neapolis an habeat.*
15 *Regis con[illegible] vim le[illegible] is an habeant.*
Lex mortua sine corporali traditione transferre possessionem in alium an possit.
16 *Possessio bonorum monasterium ingredientis sine apprehensione monasterio an acquiratur.*
17 *Inuestitura Regis vim realis possessionis habere an possit.*
18 *Inuestitura Regia, quàm magna sit potentia.*
19 *Inuestituram habens à Rege si ea spolietur quid competat.*
Inuestituram habens æquiparatur habenti precarium.
Possessio ficta, quam habet hæres vigore statuti, duplicis effectus est.
20 *Ius ad rem, & in re per inuestituram, an transferatur.*
21 *Inuestituram & actualem possessionem habere semper festinandum est.*
22 *Plenitudo supremæ potestatis est apud Papam.*
23 *Ius sine possessione ex principis priuilegio an acquiratur.*
Duplex est inuestitura.
24 *Ius feudi perfectum per quam inuestituram acquiratur.*
Verbum Regis, pro lege habetur.
25 *Rex dominium & possessionem per suam inuestituram an transferat.*
26 *Fictiones duæ in vno an possint concurrere.*
27 *Priuilegium an valeat, si in eo sint duo specialia.*
28 *Præsentia alicuius, an aliquando præsumatur, licet sit absens.*
29 *Possessio ciuilis absque possidente non transfertur.*
30 *Exceptio dominij quando in possessione nō possit opponi.*
31 *Contrasignum est optimum instrumentum.*
32 *Possessio an transferatur per clausum traditionem præcedente titulo valido.*

Rex Ferdinandus secundus inuestiuit nobilem Bernardinū de Abenabulo de duobus castris, videlicet castro Amendoleæ, & de castro sancti Laurētij, de prouincia Calabriæ, suis exigentibus meritis pro se & suis hæredibus, & in dicta inuestitura dicitur ita, quod talis inuestitura per anulum facta vim verè realis & corporalis
1 possessionis habeat. † Quæritur, an per dicta verba sine alio corporali actu possessio dictorū castrorum fuerit translata in dictum inuestitum per anulum, ita quòd si alius posteà intrat possessionem dictorum castrorum vel alterius ipsorū, dicatur spoliasse dictum Bernardinum, & proptereà cōpetat sibi interdictum recuperandæ possessionis. Videbatur prima facie dicendum, quod per dictam inuestituram cum dicta clausula, non sit tradita possessio dictorum feudorum in
2 dictum Bernardinū. † Quia verbali inuestitura per anulum, vel per birettum, vel aliud signum, non transfertur possessio, sed tantum tribuitur licentia capiendi possessionem propria authoritate: vt dicitur in c.j. quid sit inuesti. per And. in c.j. qualiter, feudum consti. pote. & per Dy. in c. j. de reg. iur. lib. vj. nos. in c. authoritate. de instit. & in c. accedens. & in c. pro illorū. de præben. & in c. ex tenore. de his quæ fiunt à maio. parte. & in c. ij. de consue. & in c. per tuas. de dona. voluit Bal. in l. ij. C. de rer. permu. & in l. traditionibus. C. de pact. & in l. de quibus. ff. de legi. & in l. quædam mulier. ff. de rei ven. & in l. licet. C. de acqui. pos. & in rub. C. de cōtrahen. emp. in xvij. q. & idē dicit Dy. & Ang. in l. j. de dona. & idem dixit Io. And. in d. c. ex ore. Bal. & alij in l. quoties. C. de rei ven. Ant. de But. in repe. c. fi. de cau. pos. & proprie. habetur in l. j. §. fi. & in l. iij. & in l. prædia. & in l. si ex stipulatione. ff. de acqui. pos. & Pau. de Cast. in consi. clvj. And. Barb. in c. per tuas. circa fi. de dona. Io. de Imo. Alex. & Franc. de Are. d. l. iij. in prin. ff. de acqui. pos. Lud. Ro. in consi. cccccxxxvij. in fi. Raph. Cuma. in consi. cxxxvij. in prin. † Nec est 3
verum dicere, quod aliud est inuestitura Regis: quia per illam quando vult, transit dominium & posses. Nam Bal. in prælud. feudorum. in iij. char. non dicit, quod per priuilegium Regis transfertur possessio, sed solùm dicit, quod per priuilegium Regis transfertur dominium, si princeps vult. idē dicit Bal. in c. si facta. si de feu. fue. contro. & in c. j. de no. for. fid. Io. And. in addit. Spe. in tit. de iurisd. om. iud. §. j. ver. quæ autem sunt. idem dicit Ang. in l. officium. ff. de rei vend. & Alex. in ij. vol. consi. clxxxvj. incip. in hac causa circa finem. & in v. volu. consi. iij. † Nam in pluribus videmus, quod transit domi- 4
nium & non possessio nisi appræhendatur, vt est videre exemplum in hærede, in quem post aditionē transit dominium & non possessio, nisi appræhendatur per hæredem: vt in l. cùm hæredes. ff. de acquirend. posses.

Item in ecclesiam per solum contractū transit dominium, vt in l. fi. C. de sacrosan. eccl. regulariter ex solo contractu non transit dominium sine traditione. possessionis: vt in l. traditionibus. C. de pact. & tamen in ecclesiam non transit possessio, si non appræhendatur: vt dicitur in l. fi. Item in legatarium transit dominium rei legatæ ipso iure; vt in l. à Titio. ff. de furt. tamen nō possessio, vt in l. si tibi homo. §. cum seruus. ff. de leg. j. & in l. cū duobus. §. idem respōdit. ff. pro socio. Benè fatendum est, quod vbi lex expresse dicit, quòd vult quòd transferatur possessio sine appræhensione, tunc transit possessio sine appræhensione: vt est videre exemplum in l. raptores. § an bona. C. de episc. & cler. vbi dicit Bar. quòd in illo casu transfertur pos-
sessio ipso iure sine traditione, & sine alicuius facto, & 5
dicit quòd nō reperies alibi nisi in illo casu. † Et ideò dicebat Bar. in l. j. in prin. C. commu. de leg. quòd lex vel statutum, non potest transferre possessionem sine aliquo actu corporeo; vt in d. l. cùm duobus. §. idem respondit. nisi interueniat ficta traditio: vt in l. quod meo. ff. de acquir. posses. & in l. j. & l. quisquis C. de dona. & de ista authoritate Bald. fuit memor. Alex. in ij. volu. consi. lxxxiij. quod incipit, visa facti narratione.

Accedant ad hoc notabilia verba Bald. in c. contingit. de dolo & contumacia, vbi dicit ista formalia verba. Et prædicta faciunt ad quæstionem statuti Papiensis, quo cauetur, quòd hæredi acquiratur vera possessio, quæ fuit defuncti tempore mortis sine aliqua corporali appræhensione. Nam dictum statutum est iniquum & non validum, saltim quoad effectum, argu. c. ij. de consuetu. Dicunt doctores iuris ciuilis, quòd
cum quæritur, † Verum fictio fingat contra factum 6
quoad veritatem inducendam. & non fingit. ff. de captiuis. l. in bello. §. factæ. ff. si quis testamen. liber esse iuss. fuer. l. 4. §. Scæuola. Nam authoritas legum non potest veritatem naturalem tollere, & essentiam realitatis suæ eradicare, quia veritas est firma & incommutabilis propositio in re, vel de re, cui inest, vel de qua prædicatur, vt ff. de vsufructu earum rerum, quæ vsu consumuntur. l. j. Quia impossibile est rerū naturam

aut species immutare. Aut loquimur quo ad effe-
ctum,& tunc aut cum alterius iactura,& irrationabi-
li,& non finget lex contra veritatẽ facti:vt l.denique.
ff.ex quib.cau.ma. Aut contra factũ non iniquũ,quod
procedit sine alterius iactura,& tunc fingit fictio con
tra factum:vt not.in l.j.§.si vir vxori. ff.de acqui. poss.
& ff.de bo.autho.iudi.possi.l.quamuis.& ibi not. mi-
rabile est,ꝙ gl.ibi dicit,s.fictus tex.hic,scilicet in d. c.
contingit.dicit verus. Solutio, ibi loquitur quo ad
7 ipsam naturalitatẽ,hic vero quo ad vtilitatem. † Por-
rò possessio secundũ etymologiã est quidã sonus vo-
cis,id est,pedũ positio:quia sicut manus in operando
est organum organorũ,ita pes,qui significat firmita-
tem in possidendo,est organum possidendi. & anima
per se,sine organo corporali,non potest incipere pos
sidere per se,id est,possidere,id est,realiter. vnde si iu-
dex diceret in sententia, te in perpetuum possessione
priuamus,habetur ac si dixisset,te dominio priuamus:
8 † quia dominia à fruitione orta sunt.l.j.in prin. ff. de
acquir.poss. Sic in proposito,illa verba posita in pri-
uilegio,quam inuestituram volumus habere vim verè
realis & corporalis possessionis, operantur trãslatio-
nem dominij ipso iure sine capione possessionis, non
tamen operantur translationẽ possessionis: quia nul-
lus doctor dicit,ꝙ operantur trãslationem possessio-
nis,sed operantur vsum, id est ꝙ potest propria au-
thoritate intrare possessionẽ:vt s.dictum est. & sentit
Bal.in iij.vol.cõsi.ccxcv.incip.ad audientiã.in ver. &
9 est sciendũ &c.Rex etiã si vellet, † non posset trans-
ferre possessionem sine actu ficto vel vero:quia acqui-
sitio possessionis,est de iure gentiũ quo iure inductũ
est,vt per actum naturalem possessio acquiratur:vt in
l.j.& iij. ff.de acq.poss.& patet ex dictis Bal.in d.c.cõ-
10 tingit. † & Rex sine iusta causa contra ius gentiũ non
dispensat:vt not.in l.j.ff.de consti.prin.& not.in c.quę
in ecclesiarũ.& ibi per Felin.de constit. & hoc tenet
Franc.de Aret.in l.j.in xj.col.ff.de acquir.poss. Nec
potest dici,ꝙ in dicta inuestitura facta dicto Bernar-
dino interuenit actus fictus,videlicet anuli, vel ensis,
11 vel bireti: † quia ista dicitur abusiua inuestitura:vt di
cit And.in d.c.j.quid sit inuestitura:nec per istã abusi-
uam inuestituram potest dici,quòd sit actus fictus,per
quem transferatur possessio,quæ non est in cõspectu:
nec vllus doctor dicit, ꝙ per istos actus transferatur
possessio ipso iure:sed alius actus esset necessarius, vt
12 transferatur possessio,† puta per constitutum:vt in l.
quod meo.ff.de acqui.poss. & per istum actum fictum
trãsfertur possessio:vt ibi. Et no.Bar.in l.ab emptio-
ne.ff.de pact.& in l.certè.§.j.ff.de precar.cũ multis si-
milibus. item transfertur possessio,prout dicitur in c.
ij.de consuetudine, vbi consuetudo potest inducere,
quòd per aliquẽ actum trãsferatur possessio,puta per
scotationem,id est,pugillũ terræ super altari, absque
corporali appræhẽsione. Et sic patet,ꝙ illa verba po-
sita in inuestitura non operantur translationem verè
realis & corporalis possessionis dictorum feudorum,
maximè quando tempore inuestituræ alius esset in
possessione.vt dicit Abb.in d.c.ij.de consuet. & Alex.
in dicto consi.lxxxiij.in ij.volu. † Ex his sequitur,
13 quòd talis inuestitura abusiua non parit interdictum
recuperandæ possessionis,vt voluit Bal.in auth.defun
cto.C.ad Tertul.vbi dicit,quòd possessio continuata
in filium vigore statuti:quia ficta, non parit interdi-
ctum recuperandæ,sed tantũ adipiscendæ.& no. Pau.

in l.si sorori.C.de iure delib.& Bald.in rubr.extra de
causa poss.& propriet.col.iij.versi.sed quæro, statuto
Papiæ.& Bal.in c.j.de controuer.inter masc.& fœ-
mi.& in l.ea lege.C.de condi.ob causam.& in l.j.in fi.
de appel.& in rub.de consue. col.iij. Alex.in d. l. cum
hæredes.& in l.in suis.ff.de libe.& posth.& in ij. volu.
cõsi.lxxxij.prospectis his. † In contrariã partẽ alle- 14
gabatur,& dicebatur in Regno isto, Rex habet iura
imperij:vt dicit gl.in proœ.cõstitutionũ Regni,& est
lex viua in regno:vt dicit Bal.in iij. vol. consi. ccxcv.
præalleg.& patet in auth.de consulibus.in princip.&
not.in l. & quia.in gl.ff.de iurisd.om.iud.imò † eius cõ 15
tractus habent vim legis:vt not.in l.Cæsar. ff.de publ.
& voluerũt Bar.Bal.& alij in l.j.C.de dona. inter vi-
rum & vxor.& in l.ciuitas.ff.si certum petat. Sed lex
mortua potest sine corporali traditione transferre
possessionem in alium : vt in dicta l.raptores.§.an
bona. & probatur in l.si adoptauero. ff.de precario,
vbi qui precario possidet, si dedit se in arrogatio-
nem transit in arrogantem possessio bonorum arro-
gati , sine appræhensione per quem text. † volunt 16
scribentes,quod possessio bonorum ingredientis mo-
nasteriũ acquiratur monasterio sine appræhensione:
vt dicunt Cy.& Bal.in auth.si qua mulier.de sacrosan.
eccle.& Bar.in auth.ingressi.ij.col.eo.tit.& in authen.
nisi rogat.C.ad Trebel.doct.in c.in præsentia.de pro-
batio. Et non solũ lex mortua potest transferre posses
sionem sine actu corporeo, sed & hoc potest facere
consuetudo, dummodò interueniat aliquod signum:
vt in prædicto c.ij.de consuet.sed etiam potest facere
statutum,secundum Inn.in c.in literis. de restit. spoli.
& Bald.in dicta l.ij.C.de rerum permutat.& Bald. in
dicta l. prima. C. commu. de lega.& in l. traditioni-
bus.C.de pactis.& in l.fina.C.de sacrosanct. ecclesiis.
† ergo & Rex similiter potest facere in sua inue- 17
stitura,vt si dicat,quòd si illa inuestitura,habeat vim
realis & corporalis traditionis,quòd tunc est transla-
ta possessio, & competit interdictum recuperandæ
possessionis,si alius intrat possessionem post dictam
inuestituram:& ideò Lucas de Penna in l. prædia. in
iij.ratione pro secundo donatario.C.de locatio. præ-
diorum ciuilium.lib.xj.dicit , † quòd ista inuestitura 18
Regia est tantæ potentiæ,quòd habet vim & effectum
veræ possessionis:quia possessio appellatur in c.j.quid
sit inuestitura.& de feudi cognitione.c.fina. in fi. ista
inuestitura ideò fit,vt quòd non potest dominus per-
sonaliter tradere aut corporaliter,quodam animi in-
tellectu id tradat.argum.l.quod meo.cum simili.alle-
gatis per eum.ff.de acqui ren.possess. Sic igitur anulus
cum manu & verbis Regis sint imago veræ possessio-
nis,& traditionis ipsius vt sit tale mysterium , scilicet
dicit Rex te per nostrum anulum inuestimus , posses-
sio sit translata. Et per consequens, si iste, qui habuit
istam fictam possessionem à Rege sic fictam posteà
spolietur ab alio † competit sibi interdictum recu- 19
perandæ possessionis,sicut habet ille,qui precario pos
sidet:vt in l.si.C.de acquir.possess.secundum Bald. in
rubr.de contrahend.empt.in xvj.quæst.& Io.Fabri.
Institu.de hæred. qualita.& differen.§.sui. Sed Bald.
in rubr. de causa possessionis & proprietatis, dicit,
quòd illa ficta possessio,quam habet hæres vigore sta-
tuti,sapit duplicem effectum,scilicet possessionis re-
cuperandæ,& adipiscendæ,& non obstabit exceptio
dominij.& idem dicit in simi. Bal.in c.item cum quis.
de

20 resti spoliat † dicens, quòd istud interdictum adi-
piscendæ possessionis sapit naturam recuperandæ pos
sessionis. Secundò allegabatur pro hac parte, quòd
licet aliàs per inuestituram nō transferatur in inuesti-
tum nisi ius ad rem, & non ius in re ante traditionem
possessionis, tamen fallit in principe si intendit ius in
re ex ipso priuilegio, quod ex verbis ipsius priuilegij
apparere potest. voluit Bal. in c. inuestitura. de noua
forma fidelitatis. allegat And. de Iser. & non dicit vbi.
credo, quòd voluit allegare eum in c. j. quid si inuesti.
sed And. nihil dicit de possessione, sed solū dicit, quòd
ex inuestitura principis transfertur dominium, si hoc
21 dicit princeps. † Et dicit Pau. de Cast. in l. ij. C. de le-
gib. quòd Bal. hoc dicebat: quia Papa Vrbanus sextus
donauit Baldo vnum castrum, quod vocatur Festina,
in comitatu Augubij, & nunquā potuit habere posses-
sionē, quia alteri posteà fuit donatū & multum in cu-
ria Romana litigauit. Et ideò dicebat ipse Bald. in c. j.
quid sit inuestitura, quòd si Papa dicit in inuestitura,
assignamus tibi tale castrum cum plenitudine iuris,
vel ponit alia verba æquipollentia, non est necessaria
22 possessio facti: † quia apud Papam est plenitudo su-
premæ potestatis, vt iuribus ibi per eum allegatis. &
dicebat ipse Bal. in c. licet causam. viij. col. de probat.
quod oportet, quòd ille, qui concedit priuilegium, fa-
ciat aliam inuestituram corporalem, quæ non cadit
in iuribus corporalibus. tex. est ibi singularis, & in c.
23 ad audientiam. ij. col. de præscriptio. † dicit, quòd ex
priuilegio principis acquiritur ius etiam sine posses-
sione. Tertiò, ad idem allegatur Bald. in c. cæterum.
de iudic. in v. col. vbi dicit, quòd duplex est inuestitu-
ra. quædam abusiua & imperfecta, per hanc non quæ-
ritur ius in re, sed ad rem: efficit enim feudum: vt alte-
ri quàm cui debetur, non possit conferri: vt in c. j. §. si
vero qui suc. tene. & hæc fit per aliquod signum: sicut
fit circulus ad tabernam, & operatur licentia data va
sallo ingrediendi possessionem: vt not. in c. ij. de con-
suetu. & per Dy. in c. j. de reg. iur. in vj. & non acquiri-
tur possessio, nisi capiatur. Alia est inuestitura plena
incorporalis. Et per istam perfectum est ius feudi &
vtile dominium, excipe inuestituram Regis vel Impe-
ratoris: † quia ibi etiam per inuestiturā verbalē trāsit
24 possessio & vtile dominium: nam verbum Regis ha-
betur pro lege. C. de quadri. præscri. l. bene à Zenone.
C. de dona. inter vi. & vxo. l. penul. † Pro solutione
25 huius dubij dicebant domini, quòd non est dubitandū, quòd
Rex potest sicut lex per suam inuestituram transfer-
re dominiū & possessionē, quando ipse hoc vult per
ea quæ s. dicta sunt, & hoc est verum, quando Rex fa-
cit inuestituram de feudo & præsentialiter inuestitū
inuestit per anulū vel ensem, & dicit, quòd vult, quòd talis
inuestitura per anulū inducat effectū veræ & corpo-
ralis possessionis. Sed si probetur, quòd inuestitus tem
pore datæ inuestituræ fuisset absens, licet priuilegium
inuestituræ diceret supradicta verba, non esset trāsla-
ta possessio ciuilis: † quia essent duæ fictiones, quæ in
26 vno non possunt concurrere. l. j. C. de dot. promiss. ff.
de condi. & demonst. l. mulieri & Titio. Bart. in l. si is
qui pro emptore. pe. char. ff. de vsu. c. ij. de fil. presby.
in vj. ideo dicebat Bal. in l. j. C. quan. liceat ab emp. di-
sce. † quòd priuilegium non valet, si in eo sunt duo
27 specialia. Idē Bal. in l. conoenticula. v. col. C. de epis.
& cleri. & in l. j. C. ex quibus cau. ma. & in l. fin. C. de
fru. & lit. expen. essent enim duæ fictiones in dicto pri-
uilegio in vno actu, videlicet quòd absens fingatur præ-
sens, † & quòd sit in possessione is, qui nō est. & licet 28
per dicta verba, inuestimus per nostrum anulū, im-
portet quòd præsumatur, quòd inuestitus sit præsens vt di
cit do. Abb. in c. tenor. circa fi. de re iudi. allegādo Io.
And. in addit. Spe. in tit. de emp. & ven. §. j. in vers. vnā
formam. & Pau. de Castan. l. Titio. §. idem respondit
lo ij. ff. de verb. obli. & Old. in consi. ccxvij. inci. super
eo quod quæritur. & do. Card. Flor. in c. ij. præallega-
to, de cōsue. tamen contra istā præsumptionem potest
contrariū probari. no. in l. nuptura. in fi. ff. de iure do.
Spe. in tit. de proba. §. j. cū si. videlicet quòd Rex quando
fecit inuestiturā, erat in vno loco, & inuestitus erat in
alio loco, & tunc per talē inuestiturā non transfertur
ciuilis possessio per ea, quæ s. dicta sunt, & tanto ma-
gis, quia scriptura non facit mentionem de præsentia
Bernardini in ipsa inuestitura: vt dicit Bal. in l. ij. C. de
statu. & imag. & Pau. de Ca. in l. illud. C. de sacrosanct.
eccle. † Itē per inuestiturā Regis per anulū & cum 29
clausula, quòd per eā trāsferatur corporalis possessio, nō
trāsfertur ciuilis possessio. si alius eo tempore erat in
possessione illius feudi: vt s. dictū est in versi. maximè.

Quare fuit conclusum, quòd ista possessio ficta tra
dita per Regē per anulū cum expressione, quòd vult,
quòd habeat effectum veræ & realis possessionis, non
patit interdictū recuperandæ, sed adipiscendæ posses-
sionis: † sed in isto interdicto adipiscendæ possessionis 30
quando translata est ficta possessio per statutū vel per
ipsum Regem, non potest opponi exceptio dominij,
prout tenet Bal. in loco præal. & quia fuit intentatum
merum interdictū recuperandæ possessionis, non fuit
per Consiliū habita maxima ratio de dicta ciuili pos-
sessione, ex quo per testes bene probatur, quòd Rex
Ferdinandus secundus post aliquos dies dicto Bernar-
dino dedit contra signum consignandum castellano
Amendolæ, vt eo viso posset cōsignare sibi possessio-
nem dicti castri Amendolæ, & de hoc etiam apparent
literæ dicti Regis Ferdinandi secundi cum intercluso
contrasigno. † Istud enim cōtrasignum est optimum 31
instrumētum, imo potissimū ad referandum castrū,
in quo erat castellanus Regis, & plus operatur, quàm
si claues tradidisset, † & tamen per traditionem cla- 32
uium præcedente titulo valido transfertur possessio:
vt not. in l. clauibus. ff. de cōtrahen. emp. & no. per gl.
& Bar. in l. j. in prin. & in l. iij. ff. de acqui. possess. & Ab.
in d. c. ij. de consue. & Old. in consil. ccviij. tenebatur
enim castellanus visis literis Regis cū intercluso con-
trasigno cōsignare dictum castrum dicto Bernardino
vel suo procuratori: vt dicit Anto. de But. in c. signifi-
cauit. de appel. & ibi Abb. & Philip. & tenet hoc Bar.
in l. si quis vxori. §. apud Labeonem. ff. de fur. & in l. Lu
cius. ff. de fideiusso. & sic Bartholomucius procurator
dicti Bernardini consignatis literis, cum contrasigno
dicto castellano. Dictus castellanus consignauit ca-
strū & ipse procurator Bernardini prout probatum
est per multos testes habet possessionem dicti castri &
terræ cum pertinentiis suis faciendo multos actus pos
sessiuos, prout plenè probatum est in processu. Matt.
de Afflicto V. I. D. Regius consiliarius.

ADDITIO.

Vide super no. 17. huius decisionis quæ dicuntur
per Guidonem Papæ in decisionibus Delphinatus,
decis. xlvj.

DECISIO CCC.

De interdicto recuperādæ, quod competit ratificanti capturam possessionis post spolium.

SVMMARIVM.

1 *Interdictum recuperandæ possessionis, an ei cōpetat, qui res per alium cœpit possessionem, à qua spoliatus est.*
2 *Ratificatio quando debeat fieri.*
3 *Interdictum unde vi, an habeat, qui est violenter deiectus à fundo, qui ei animo fuerat traditus.*
4 *Possessio etiam ignorante domino an acquiratur.*
5 *Interdicto recuperandæ agere an possit cuius homines spoliati sunt.*



1 Vit dubitatū etiam in dicta causa, † Verū
capiens possessionem castri nomine meo,
vbi nō probatur me dedisse sibi speciale
mandatum ad capiendum possessionem
dicti castri. Si posteà spolietur ipse, qui cœpit posses-
sioné nomine meo antequā ego sciuerim eum cepis-
se possessionem dicti castri ab altero: & post dictum
spolium ego ratifico illam capturam possessionis fa-
ctam nomine meo, si mihi competat interdictū recu-
perādæ possessionis. Videbatur prima facie dicen-
dum, quòd nō: quia volunt doctor. quòd si aliquis ac-
quisiuit possessioné nomine meo, & demū fuit spolia-
tus, & ego post spolium ratifico dictá captioné posses-
sionis, ꝙ non possum agere interdicto recuperandæ:
2 † quia ratificatio debet fieri re integra: vt in l. bono-
rū. ff. rē rat. hab. hoc voluit Bal. in c. j. in prin. in j. col.
quo tēpore miles. vbi tenet, quòd si negotiorū gestor
fuit inuestitus de feudo, non sufficit, nisi vasallus rati-
ficet, & talis ratificatio debet fieri re integra in eodé
statu: vt dicūt Inn. & Ant. de But. in c. cum venissent.
de restitutio spoliato & Spec. in tit. de oblig. & solu-
tio. §. j. versi. sed pone obligasti. & Bar. in l. si vxor. §. si
quis vxorem. ff. de adult. & habetur in l. fi. ad Maced.
secundū Alex. in j. volu. consi. cx. inci. visis acuisitimis
&c. & in decisio. Rotæ. cxlvj. incip. item licet amicus
quam allegat ibi Alex. & in l. quod meo. ff. de acquir.
poss. vbi refert do. Ant. dicere, ꝙ si antequā ratam ha-
beant illam possessionem captam, spolietur ille, qui
meo nomine cepit possessioné, non competeret mihi
3 remedium recuperandæ possessio. † In contrarium
tamen allegatur decisio Albe. de Ros. in l. si ego. in iij.
col. ff. de neg. gest. vbi dicit, quærit Petrus, si tradidi ge-
stori fundum animo transferendi dominiū & posses-
sionem in Titium, & aliquis violenter deiecit ipsum
gestoré de possessione, an habeat ipse Titius interdi-
ctum vnde vi. videtur ꝙ non, quia nō possidebat. ar. l.
interdicto. ff. de vi & vi arma. Contrarium tenet, vbi
tradens & gestor habuerunt in animo, ꝙ Titio quære-
rētur dominiū & possessio: quia tunc ratihabitio re-
trotrahitur, & ex tūc fingitur quæsita possessio & do-
miniū, & ipse videtur deiectus, & ideo habet interdi-
ctum vnde vi, per istā legé. hanc partē firmant Iac. de
Aret. & Cy. in d. l. si ego. vt refert Bal. in disput. sua, ac-
cusatus de vi turbata. in iij. col. vbi tenet, ꝙ mihi cō-
petit interdictum vnde vi, si aduersarius adhuc tenet.
Et hoc dico, dicit Ipse, nō vi ratihabitionis, sed quia
nunc suspicatur se posse repelli. ff. de act. empt. l. sed si
nolit. nam hoc casu etiam sine animo fit vis: quia licet
explicite nolit vim facere: tamen eam facit implicitē
in turbando possessioné cōtra volūtaté possessoris, &
sic eo ipso, ꝙ cōtradicit, vim facit Bal. Et cū i[illegible]o d[illegible]o
Bal. pertrāsiuit factū Cōsiliū, licet in veritate [illegible]
ter in processu probatū est, ꝙ ille Bartimu. habuit spe-
ciale mādatū à dicto Bernar. ad capiendū possessioné
dicti castri Amendoleæ, † & tunc acquiritur possessio 4
domino, etiā ignoranti: vt in l. j. §. per procuratorem.
ff. de acqui. poss. & in l. j. C. per quas perso. not. acqui. &
in l. si procurator. la j. ff. de acqui. re. do. & est glo. in l.
quod men. in prin. ff. de acquir. poss. & si procu. eiici-
tur à possessione, etiam quòd dominus nesciuit, com-
petit sibi interdictum recuperandæ, cū ipse intelliga-
tur spoliatus: vt not. in c. cùm venisset. de resti. spoli. &
in c. ex parte. de rescriptis inde dicit tex. in l. j. §. non
alij. ff. de vi & vi arma. † quòd si quis me vi eiecit de 5
possessione, sed meos non deiecit, non possum agere
interdicto recuperandæ: quia per eos retineo posses-
sionem: sed si homines mei spoliantur, ego possum age
re interdicto recuperandæ: vt ibidem not. & in l. j. in
princ. & in §. cùm prætor. cum sequen. ff. eod. titul.

DECISIO CCCI.

De procuratore, qui intendebat possessionem acquirere domino per actum obedientiæ nomine alterius.

SVMMARIVM.

1 *Interdictum recuperandæ an competat spoliato à possessione, quam ceperat eius procurator nomine alterius.*
Iurisdictionis quasi possessio sine voluntate & patientia vasallorum, an quæratur.
2 *Conditio mente retenta, an aliquid operetur.*
Dissensus tradentis possessionem, quid operetur.
3 *Procurator si intendat acquirere domino, licet acquiratur alteri, an satis sit.*
Animus accipientis plus, quàm tradentis operatur.
4 *Differentia inter translationem dominij & possessionis, quæ sit.*
Intellectus ad l. si me in vacuam. ff. de acquir. possess.
5 *Obedientia suppositorum an faciat quem prælatum.*
Obedientia per obedientiam possidetur.



Vuit dubitatum in Cōsilio, ecce Rex Ferdi
nandus secūdus inuestiuit nobilē Bernar-
dinum de Abenabulo de terra Amendo-
leæ: & voluit quòd quidā Bartimutius ami-
cus dicti Bernardini accederet ad dictam terram
cum literis Regiis & contra signo & nomine Regio
caperet possessionem & obedientiam ab omnibus
dictæ terræ ad effectum, vt quæreretur possessio dictæ
terræ dicto Bernardino qui eum fecit procuratorem
ad capiendum possessionem eius nomine. hic Barti-
mutius accepit possessionem dictæ terræ nomine re-
gio, & vniuersitas pacificam possessionem dictæ ter-
ræ tradidit & præstitit dicto commissario tanquam
regio commissario obedientiam. † verum per hoc sit 1
tradita possessio dicto Bernardino, vt possit agere
actione recuperandæ, si dictus Bartimutius fuit
spoliatus. Prima facie videbatur dicendum, quòd
non sit quæsita possessio dicto Bernardino: quia
vniuersitas dictæ terræ consensit in obedientiam
dicto commissario tanquam regi, & non tanquam
Bernard

Bernardino,& sic sine voluntate & patientia vasallo-
rum nõ fuit quæsita Barnardino quasi possessio iuris-
dictionis vt dicũt Inn.& Abb.in c.olim.el iij.de resti.
spolia.Nec ob.q in mẽte Rex Ferdin.secũdus, & ipse
Bartimutius intendebant,q possessio dictæ terræ per
dictã possessionem nomine Regio acquireretur dicto
2 Bernard. † quia cõditio in mente retẽta nihil opera-
tur:vt in l.si nõ repetẽdi.C.de cõdi.ob.turp.cau.Item
dissensus inter tradentẽ & recipientẽ possessionẽ ope-
ratur,q tradens non perdat possessionẽ:vt in l. si me
in vacuã.ff.de acqui.poss.prout declarat ibi Bar. In
cõtrariũ allegatur,q licet dicta vniuersitas intende-
bat tradere possessionẽ Bartimutio nomine Regio:
tamẽ ipse Bartimutius intendebat per illũ actũ obe-
diẽtiæ acquirere possessionẽ dictæ terræ dicto Bernar.
prout ipse multis hominibus hoc declarauit.Nã dicũt
doct.in l.j.§.si per procuratorẽ.ff.de acqui.pos.& ibi
3 gl.q satis est, † quòd procurator intendat acquirere
domino, licet tradẽs intendat, q acquiratur alteri:
quia in acqui.pos. plus operatur animus accipientis,
4 quã tradẽtis,q nõ est sic in trãslatione dominij, † nã
si procurator intẽdit quærere dominiũ domino suo-
& tradẽs intẽdit q acquiritur alteri, tũc dominiũ nõ
acquiritur illi,cui accipiens intẽdit acquirere, in quo
tradens dissentit:quia dominiũ nostrũ nõ potest à no
bis euelli sine nostra voluntate.per regulam, id quod
nostrum.cum simi.Nec obst.dispositio d.l.si me in va-
cuã.quia procedit,quãdo procurator nõ intendit ac-
quirere possessionẽ nec sibi nec domino: sed quando
intẽdit acquirere domino,quãuis tradẽs nõ intendat
acquirere illi:nihilominus tradens perdit possessionẽ
& acquiritur illi,cui procurator intendit acquirere.
Ita dicunt doct.post gl.in d.§.si per procuratorẽ. Nec
ob.q sine voluntate & patiẽtia hominũ terrę Amẽdo-
leæ nõ quæritur iurisdictio:prout dicebat etiam Bal.
5 in c.j.in xij.col.de his,qui feudũ dare possunt.† vbi di-
cit,q obedientia suppositorũ facit quẽ prælatũ, & nõ
præceptũ.& ibi alleg.Inn.in d.c.olim.el iij.inde dicit
Bal.de maio.& obe.c.j.q obediẽtia per obediẽtiã pos
sidetur:quia respondetur per interruptionẽ facti: nã
ipse Bartimutius declarauit multis hominibus dictæ
terræ,q tanquã procurator Bernardini, cui Rex de-
dit dictã terram,ipse recepit possessionẽ dictæ terrę &
obediẽtiã,& vniuersitas prædicta remansit contenta.
& sic quæsita fuit dicto Bernardino possessio dictæ
terræ.& sic fuit per omnes votatum.

DECISIO CCCII.

De probatione perditarum literarum per testes.

SVMMARIVM.

1 *Possessionem perinde habet ac si fuisset immissus, qui debuit immitti in eam authoritate iudicis, & non potuit, quia impeditus est.*

2 *Spolium non potest dici, quod fit authoritate regia.*

3 *Probatio scripturæ perditæ per testes an valeat.*

4 *Defensiones per non verisimile contra intentem probare scripturam perditam.*

Deceptio maxima in principe non præsumitur.

5 *Peritia magna requiritur in teste de scriptura perdita.*

6 *Deponens de scriptura perdita tria habere debet.*

ALiud dubium fuit bene discussum in Consi-
lio:nã Io.Franc.de Amendolea cõuentus in-
terdicto recuperandæ pos.Castri Amẽdolęę
inter alias defensiones,quas adducebat, quòd ipse ha-
buit literas regis Ferdin. ij.per quas dictus Rex fecit
sibi gratiã de dicta terra Amendoleæ,tanquã de re ad
eũ spectante,ex quo fuerat suorũ prædecessorũ, & ha-
buit literas executoriales directas illustri domino Ca
rolo de Aragonia,tũc locũ tenẽti Regio in prouincia
Calabriæ dicti Regis, vt induceret eũ in possessionẽ
dictæ terræ,† & præsupponitur,quòd dictus do.Car. 1
dedit quendã executorẽ ad inducendũ ipsum Io.Frãc.
in possessionẽ dictæ terræ, & dictus executor accessit
in dicta terra,& nõ potuit habere tunc possessionẽ &
obedientiam:quo casu perinde est, ac si possessionem
tunc habuisset,per tex.in l.cũ vnus.§.fi.ff.de bo.auth.
iudi.possi.& idẽ Bal.in l.postquã.C.vt in pos. leg.& in
l.ob maritorũ.C.ne vxor pro mari.Et omnia ista fue-
runt ante expeditionẽ inuestituræ dicti Bernardini.
merito licuit sibi intrare cũ voluntate vniuersitatis
dictæ terræ possessionẽ dictæ terræ.† quia Regia au- 2
thoritate intrauit:& sic non potuit dici spolium:vt di
cit Cy.in l.meminerit.C.vnde vi.& Alb.de Ros.in l.si
de vi.ff.de iudi.& habetur in l.iustè.ff.de acqui. poss.&
multa impertinenter fuerunt allegata. Sed ex quo de
dictis literis Regis & executoribus literarũ prædicta-
rum nihil constabat in processu,& conatus fuit dictus
Io Francis.probare eorum tenorem per multos testes
† cũ de iure sit,quòd amissis ipsis literis potest proba- 3
ri eius tenor per testes vt plenè habetur in c.cũ olim
essemus apud Perusium.de priuil.& not.Bal. in l.sicut
iniquum.C.de fide instr.& not.Ang.in l.ij.§. diuus.in
fi.ff.de iure fisci.& Bar.in auth.si quis in aliquo docu-
mento.C.de eden. Abb.in c.Albericus.in iij.col.de te-
sti.& in c.ij.de proba.circa.fi.& Bal.& Sali.in l.j.C.de
fi.instru.Bal.in c.j.quot testes sint necess.Pau.de Cast.
in l.nostram.vlti.col.C.de testa.& Ange.in l. testium.
in prin.C.de testib.Et dictum fuit s.decis.cclxxiiij.sed
de dicta probatione per testes sacrum Consilium nul-
lam habuit rationem:quia pro certo tenuit quòd di-
ctæ literæ allegatæ non fuerũt veræ. † Primò, quia 4
non reperiuntur in registro dicti Regis. Secundò,
quia non examinari fecit Chariteum secretarium di-
cti Regis,per cuius manus scribebantur literæ Regis,
nec examinari fecit do.And.de Capua, qui erat inti-
mus domesticus dicti Regis:per cuius manus omnia
expediebantur. Tertiò,nõ erat verisimile,quòd di-
ctus Rex Ferdinãdus secundus voluisset primò conce-
dere eandẽ rem dicto Io.Franc.& secundò dicto Ber-
nardino suo seruitori, & velle eum decipere. Hoc
præmisso fuit conclusum, quòd dicti testes de-
ponentes de tenore dictarum literarum sunt sin-
gulares:quia vnus dicit vidisse dictas literas apertas,
alius dicit vidisse clausas, alius in vno loco, alius in
alio loco. † Requiritur ergo ad hoc,vt testes probent
tenorem regiarum literarum, quòd sint testes mul-
tùm periti,qui sciant bene cognoscere, si illæ literæ,
quas viderunt erant falsæ, & sic si habebant notas
manus secretarij Regis, & sigillum Regis: vt dicit
Butr.in dicta authen.si quis in aliquo. & doct. in d. c.
cùm olim.& Alex.in ij.vol.consi.xcvj.incipiente, vi-
so testamento.& Bal.in l.si de pos.C.de probat. & sic
oportet,quòd dicant,quòd illæ literæ erant sine vitio
& quòd non erant abolitæ,nec cancellatæ,secundùm
Spec.in tit.de lega.§.superest.ver. quid si literæ. Item
requiritur,quòd testes deponant de tenore ipsarum li
terarum,& de loco vbi confectæ sunt dictæ literæ, &
de

6 de die cõfectæ literæ: † dies quia dies & locus sunt de
substantia, vt patet in iuribus præallegatis. cætera re-
quisita vide supradicta decis.cclxxiiij. Et dicebat Bal.
in c.j.§.si enim.quid sit inuestit.quod licet instrumentum
inuestituræ sit amissum, tamen testes, qui interfuerunt
in instrumẽto, debent produci ad probandũ tenorem
instrumenti, & substantiã negotij. alleg. Cy.in d. auth.
si quis in aliquo. & no.in l.sicut iniquũ.C.de fid. instr.
& quia dicti testes nõ deponebant de loco, vbi fuerũt
expeditæ dictæ literæ, neque de die, nec erant personæ,
quæ potuissent discernere vitia ipsarum literarũ. ideo
fuit votatum & conclusum, quòd de ipsis testibus nul
la habeatur ratio, & sic fuit per diffinitiuam senten-
tiam condemnatus dictus Io.Franciscus ad restituen-
dam possessionem dictæ terræ Amendoleæ dicto
Bernardino. & sic posteà fuit execura.

DECISIO CCCIII.

De exceptione dominij fundata super votis.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio dominij probati per quandam scripturam, an obstet agenti interdicto recuperandæ, & quando.*
2 *Vota Consiliariorum, an sententiam operentur.*
3 *Vota inter alias personas, an inducant notorium.*
4 *Scriptura votorum non est authentica.*
5 *Scriptura seu registra bene custodita in archiuis authenticarum personarum, an faciant fidem.*

DVbium vulgatum etiã factũ fuit in dicta
causa, videlicet, † vtrum agenti interdi-
5 cto recuperandæ obstet exceptio dominij
probati per quãdã scripturã, per quã dice-
batur, quod Rex Ferdin. primus audiuerat vota Consilio-
rum de iustitia Antonelli de Amendolea aui dicti Io.
Francisci, cõtra illos de Malda, per quas literas patet
de iustitia & proprietate ipsius conuenti. Et licet sit
regula, quòd exceptio dominij non obstat agenti in-
terdicto recuperandæ possesion. vt legitur & nota. in
l. naturaliter. §. nihil. commune. ff. de acquir. possess. ta-
men quando constat per sententiã latam in petitorio
de dominio cõuenti, tunc obstabit exceptio dominij
agenti recuperandæ: vt voluit Io.And. in c.pastoralis.
de caus.possess. & propriet. & Cy. in l. incerti. C. de in-
terdic. Bar. Ang. Io.de Imo. & Alex.in d. §. nihil com-
mune. & Old. in consi.ccxxiiij. & And.de Iser. in con-
stitut. circa violentiarum. licet quidam contra: vt per
Moder. in d. §. nihil commune. Et præsupponebatur,
2 quòd dicta vota operantur, sicut sententia. † Omni-
bus fuit visum, quòd vota non operantur effectũ sen-
tentiæ. nam ille, qui habet iudicare secundũ votum al
terius si habito voto ille non pronuntiauit sententiã,
nõ est iudicatũ: vt patet ex nota. per Pau.de Cast. in l.j.
C. si aduer. libert. & per Abba. Sicu. in c. cum venera-
bilis. de except. & per Bal. in l.j. C. de sent. ex peri. reci-
tan. & Alex. in ij. volu. consi. clxxxiiij. in xiij. colum.
Secundò non apparet, quòd dicta vota contenta in
dicta scriptura, sint data in iudicio petitorio vel pos-
sessorio, imò præsumendum erit, quòd potius in pos-
sessorio, ex quo Antonellus prætendebat se spoliatum
3 à Regia curia. † Tertiò, illa vota sunt inter alias per-
sonas, videlicet inter Antonellum & Fiscum, nunc ve-
rò inter Io.Francis. & fratrem Bernardini, & sic non
inducunt notorium: vt dicit Inn. in c. ex insinuatione.
de appel. & no. in c. per tuas. de testi. in c. vestra. de co-
ha. cleri. & muli. Quartò, istud spolium factum fuit
longè post dicta vota, & sic non obstat, etiam si esset
sententia, vt dicunt Io.And. & alij. in c. cùm dilectus.
de caus. poss. & propriet. † Quintò, dicta scriptura 4
votorum non est authentica, quia dicitur quod est sum-
pta ex certis scripturis, quæ sunt penes Danielẽ Vnis.
qui non est deputatus à publico ad conseruandũ scri-
pturas Regias, nec illæ scripturæ, quæ per eum con-
seruantur, sunt registra, sed certæ scripturæ bombaci-
næ sine aliqua authoritate, & per consequens nullam
fidem faciunt: vt dicit Inno. in c.j. de procur. qui dicit
ista verba formalia: Ista † registra si sunt bene custodi- 5
ta & inueniãtur in archiuis authenticarum persona-
rum, puta earum, quæ habent potestatem authenticas
scripturas faciendi, fidem faciunt vt hic, & de præscri-
ptionibus. c. ad audientiam. cũ suis concord. si autem
non essent bene custodita, vel personæ non essent au-
thenticæ, non credimus eis. Idem in effectu voluit Io.
And. in tit. de instru. edi. §. nunc dicendum. in additio.
quæ incipit, quia de argentario. ver. quintum. Bald. in
rub. C. de fide instru. & in l. exemplo. C. de prob. Abb.
in c. cùm causam. de probat. & sic fuit votatum, quòd
dicta exceptio dominij fundata vigore dictorum vo-
torum, non est alicuius momenti.

DECISIO CCCIIII.

De vasallo teste pro domino suo.

SVMMARIVM.

1 *Vasallus baronis, an possit pro eodem deponere.*
Veritatem inuenire difficile est, vbi sapientes discordant.
2 *Iuramentum fidelitatis, est quædam species seruitutis.*
3 *Vasallus quare ad testimonium pro domino debeat admitti.*
4 *Fidelitas in se honestatem continet.*
Locupletari cum aliena iactura nemo debet.
5 *Vasallus non caret omni suspitione.*
6 *Qualitas domini & vasalli in eius testimonio an consideranda.*
7 *Vasallus præter feudum ingenuus an sit.*
Vasalli appellantur pares curtis.
Homines Regni vel prouinciæ an possint esse testes pro Rege.
8 *Intellectus ad l. idonei. ff. de testi.*
9 *Vasallus an sit idoneus testis, quando agitur de re feudali.*
10 *Domini qui sint, per quos probentur.*
Intellectus l. consensu. C. de rap.
11 *Vasalli quando non sunt idonei testes.*
12 *Liberiores homines liberioris existimantur conscientiæ.*
13 *Amicitia magna repellit testem, & operatur sicut coniunctio.*
Familiaritas nimia, testem an repellat.
14 *Vasallus studiosus etiam multum familiaris an repellatur.*
15 *Vasallus vilis persona, vt angarius vel perangarius, an repellatur.*
16 *Testes contra comitem vel baronem esse qui possint, & quando.*


IN causa baronis de Mathia fuit excitatũ
in cap. sancti Dominici per Consiliarios
ibidem cõgregatos, † vtrum vasalli, qui 1
deposuerunt in fauorem ipsius baronis,
faciant fidem in eius fauorẽ. Et profectò propter veri-
tates opinionum videbatur iste articulus dubius.

Nam

Nam Spe. in tit. de teste. §. j. vers. sed nunquid vasallus. post arg. pro & contra, refert duas op. Prima opinio fuit, quod si vasallus habet magnum feudum à domino, vel omnia eius bona sunt feudalia, & tunc non est idoneus testis pro domino, si verò tenet à domino paruum feudum, & tunc est idoneus testis, per iura ibi per eum allegata. Secunda fuit opinio, quòd si quidem vasallus est astrictus domino ad iuramentum fidelitatis, & iurauit fidelitatem pro feudo, & tunc nõ est
2 testis idoneus pro domino suo: † quia iuramentũ fidelitatis est quædã species seruitutis, & seruus pro domino non potest esse testis: vt in l. eos. C. de testi. quia potest ei imperari: vt in l. idonei. ff. de testib. Si verò est vasallus, qui non tenetur domino iurare fidelitatem: nam potest esse feudum, & non teneatur ad fidelitatem iurandam: vt dicit gl. in c. cõstitutis quando, sed solùm tenetur præstare seruitium pro feudo, & tunc est idoneus testis pro domino suo. arg. c. quãuis. de decimis. Tercia fuit opinio Guidonis de Suza in d. l. idonei. & Alb. Papiensis in l. libertorum. C. de testib. quos refert Io. And. in additionibus Spec. in dicto vers. sed nunquid
3 vasallus &c. † Quòd ex quo non reperitur in iure vasallum prohibitum ferre testimonium pro domino suo, quòd debet admitti ad testificandum pro domino suo: ex quo edictum de testibus est prohibitorium, & vasallus non reperitur prohibitus: vt in l. j. ff. de testib. ergo potest esse testis pro domino suo, & istam opi. tenuit etiam Bal. in l. qui testamento. §. potestatis. ff. de testamen. & hanc opi. firmauit etiam Iac. de Alue. in c. j. per illũ tex. si de inuest. inter do. & vasallum lis oriatur. & in c. j. §. si enim. quid sit inuest. vbi dicit, quòd ideò admittitur vasallus ad testificandũ pro domino,
4 quia iurauit fidelitatem, † quæ fidelitas cõtinet in se honestatẽ: sed cõtra honestatẽ esset, si dominus ex hoc locupletatur cũ aliena iactura. Nec habet obstare, quòd est amicus propter beneficium receptũ: quia nihilominus ei credi potest: vt ibi latius per eum. & in hanc partẽ videtur inclinare And. in d. c. j. si de inuesti. inter
5 dominũ & vasal. vt j. dicã. † Minor tamẽ fides ei adhibenda est, quia nõ caret omni suspicione. arg. in l. iij. ff. de testi. & l. eos. C. eod. tit. & iiij. q. iij. in princip.

Quarta fuit opi. Spec. in loco præallegato: qui dixit, quòd ex qualitatibus personarũ domini & vasalli posset causari suspicio cõtra vasallũ productũ in testem, vel nõ causari. & in hac opinione residebat Abb. Sic. in c. insuper. de testi. dicẽs considerandas esse qualitates domini & vasalli, & secundũ hoc quandoque cessabit suspicio, quandoq; non. Fortè enim dominus est
6 potens, † & solet sæuire in eos, quando non dicerent vasalli rem sibi gratam, & sic de similibus. & idem dicit ipse Abbas in c. cap. accedens. in primo, vt lite non contest. Quinta fuit opinio Ioan. Theuto. glossatoris in c. de forma. circa fi. xxij. q. v. quæ vult quòd vasallus nõ potest esse testis, nec pro domino suo, nec contra. Sed ista gl. reprobatur per Ioã. de Fantuciis. & Archidiac. ibi & Bal. in c. ego episcopus. de iureiu. vbi di-
7 cit, quòd in vtroq; dicto dicta gl. est falsa: † quia vasallus præter feudum ingenuus est, & remittit se ad Spec. in loco vbi s. Et in d. l. libertorũ. C. de testib. idẽ Bald. tenet, quòd vasallus potest esse testis cõtra dominum suum in causa feudali: quia vasalli appellantur Pares curtis, & dicit, quòd hoc probat tex. in d. c. j. si de inuesti. inter dom. & vasal. lis oriatur. Sexta fuit opinio Cyn. in d. l. eos. qui dixit, quòd homines Regni vel prouinciæ possunt esse testes pro Rege vel pro domino prouinciæ, & si secus diceremus, sequeretur absurdũ, quòd Rex vel dominus prouinciæ nõ posset probare ea, quæ gesta
8 sunt in Regno vel in prouincia. † Nec obstat d. l. idonei. ff. de testib. quia intelligitur de subiectis ratione dominicæ vel patriæ potestatis, nõ autem ratione iurisdictionis. & sic pertransiuit ibi Alb. de Ros. & hoc etiã dicit And. de Iser. in loco præallegato. & Bald. in iij. vol. consi. cccxxvj. quod incipit punctus j. scripti consilij. Septima fuit opin. aliquorum, quos refert Salic. in d. l. eos distinguentiũ, Aut dominus sit terribilis minas & terrorem, quando subditi nõ testificarentur, prout ipse cupit, & tũc ipsi vasalli non sunt idonei testes. argu. l. j. C. si rector prouin. & l. j. C. si quãdocũq; prædictus potesta. Aut dominus nõ est huiusmodi cõsuetudinis & iure vasalli admittuntur in testes pro domino, vt ibi per eũ. Octaua fuit opi. Ant. de But. in
9 d. c. insuper. dicens, † quòd si agitur super re feudali, vasallus non est idoneus testis pro domino. & dixit Alex. in l. tertium. ff. de testi. in apostil. quòd ipse idem credit, & allegat c. domino guerram. hic finitur lex Corra.

Nona fuit opin. aliquorũ modernorũ, vt refert And. in d. c. j. si de inuest. inter dominũ & vasal. lis ori. quòd aut dominus vult probare id, quod dictum est in comitatu vel baronia, vel feudo, quod ab eo tenetur, & nõ sunt alij vasalli nisi sui. & tunc vasallus est idoneus
10 testis pro domino suo: † quia quæ domi fiunt, possunt probari per domesticos. vt in l. consensu. C. de repud. de cuius intellectu per Ant. de But. in c. iij. loco. de prob. & Alex. in ij. vol. consi. lxxvj. & per Ias. in l. j. in fi. C. de summa tri. & per scribentes in l. etiã. C. de testi. & habetur in c. veniẽs. in fi. eo. tit. Aut dominus vult probare id, quod alibi extra feudũ est actũ per suos vasallos, & tunc vasalli non sunt idonei testes: quia domino est imputandũ, quare alios testes nõ adhibuit. ar. l. ij. ff. si
11 quis cau. & ff. qui satisd. cog. l. si fideiussor. §. j. † nec debuit angustare probationes. l. quoniam. C. de hæret.

Decima fuit opinio aliquorum, prout refert ipse And. dicentiũ, quòd aut dominus habet merũ & mixtum imperiũ in vasallos, & tũc vasalli nõ sunt idonei testes: quia dominus potest in eos minacẽ terrorẽ incutere. ar. C. quod me. cau. l. si per impressionẽ. ex quo potest eis imperare. & pro hoc facit d. l. idonei. Aut nõ habet dominus merũ & mixtũ imperiũ, sed simplicẽ iurisdictionẽ, de qua loquitur And. in c. j. quid sit inuesti. & isti vasalli possunt esse testes pro domino
12 suo, † quia præsumẽdũ est, quòd iste magis timeat deũ & cõscientiã, quàm eorũ dominũ. hæc opinio nõ placuit And. de Iser. nec per cõsequens alijs doctoribus s. allegatis. Nã secundũ istã opinionẽ nunquã rex qui habet merũ & mixtũ imperiũ in omnes vasallos Regni, posset probare per suos vasallos id, quod fit in Regno, quod nõ est dicendũ. prout dicebat etiã Cy. in d. l. eos, & Albe. & Bal. vbi s. Vndecima fuit opinio præfati do. And. in loco præallegato dicentis per d. c. j. si de inuest. inter do. & vas. lis ori. & per d. §. si enim. & c. j. quot testes sint ne. ad proban. no. inue. & per c. j. §. j. de contro. inuest. Probatur, quòd vasallus potest esse testis pro domino suo, & subdit quòd per dicta iura ista quæstio est sopita. Et dicit, quòd pro ista decisione facit illa ratio supradicta: quia edictum de testibus est prohibitorium &c. Fallit, dicit ipse, nisi vasallus, qui producitur in testem pro domino, probetur, quòd sit multùm amicus vel familiaris domini, pro

quo

quo depouit, & tunc non repellitur: quia est vasallus
13 domini, sed quia amicus, vel familiaris domini: † quæ
quidem magna amicitia repellit testes: vt consuluit
Alex. in j. vol. consi. lxxviij. ij. col. quia nõ est integer te-
stis: vt dicit idẽ Alex. in ij. vol. consi. cx. & consi. cxxij.
ij. col. Ista grandis amicitia operatur sicut cõiunctio:
vt dixit An. Barb. in rep. l. cũ acutissimi. C. de fidei. Itẽ
nimia familiaritas repellit testẽ: vt in d. l. iij. in prin. &
§. j. de testi. Aliâs cessante dicta grandi amicitia vel ces-
sante dicta familiaritate, si vasallus est homo virtuo-
sus, nõ repellitur pro eo, q est vasallus: † quia vasallus
14 virtuosus destrueret affectionẽ vasallagij propter veri-
tatẽ: vt dicit Philosoph. primo Ethicorũ, ibi, propter
veritatẽ destruenda sunt familiaria &c. Quare fuit
conclusum per totum Consilium nemine discrepan-
tẽ, q vasallus pro domino suo potest esse testis, etiam
q dominus in eum habeat merum & mixtum impe-
rium, & ei iurauit fidelitatẽ, dummodò nõ probetur,
q sit grandi amicitia coniunctus cũ domino suo, vel
non probetur, q sit eius familiaris, vel non probetur,
q sit vilis persona, vt angarius vel perangarius,[a] † qui
a propter eorum vtilitatem repelluntur, vt in constit.
15 Regni prosequentes. per Andr. & in hac conclusione
videtur residere And. in loco præalleg. licet dicat se
alibi plenè hunc articulũ examinasse, sed non dicit
vbi ego credo, quòd in Codice hæc examinauit: quia
in multis locis reperi, quòd se remittit ad ea, quæ di-
xit in codice. dominus Nellus de sanct. Gemi. in tract.
de testibus, de omnibus istis opi. facit distinctionem,
16 vt ibi per eum. † Qui autem possunt esse testes con-
tra comitem vel baronem, quando non agitur contra
eum de crimine læsæ maiestatis, sed criminaliter de
alio crimine, vel pro omnibus bonis vel maiori parte
bonorum, vel pro vno castro habetur plenè in dicta
constitut. prosequentes.

ADDITIO.

a *Vel perangarius.* Angarius & perangarius testis re-
pellitur pro domino. idem tenet Alex. in consi. xc. vl-
ti. col. in iiij. vol. vbi loquitur de mercenario, qui sub
diurna opera & mercede seruit, quod non prohibe-
tur. Tho. Gram.

DECISIO CCCV.

De procuratore concedente in feudum pro se & hæredibus sub annuo reditu.

SVMMARIVM.

1 *Honorius vigore procurationis an habeat potestatem con-*
cedendi terram in feudum.
2 *Verbum, concedere generale an sit.*
3 *Verbũ cõcedo, an aliquãdo inducat trãslationẽ dominij.*
4 *Procuratoris libera administratio quãdo cõcedi vide.* [illegible]
Mandatũ generale, vbi speciale requiritur, an sufficiat.
5 *Procurator quando possit vendere & alienare.*
6 *Medicum respectu personarum dicitur.*
7 *Actus humanos duo perficiunt, quæ sunt eorum radices,*
quamuis tria esse dicat Aristoteles.
8 *Feudatarius an possit rem infeudare in perpetuum ir-*
requisito principe.
Descriptio bonorum demanialium antiqua.
9 *Res quæ stetit perennius in demanio, præsumitur de de-*
manio.
Res solita infeudari.
10 *Res per spatium xxx. annorum possessa, tanquam res con-*
cedi solita. & per duas vices.
11 *Solitum an dicatur, quod per duas vices fit.*
12 *Concessio an requirat non absentiam.*
Inuestitura an validam quid faciat præsumere.
13 *Antiquitas temporum quid faciat præsumere.*
14 *Verba quando non probent in præiudicium tertij.*
15 *Princeps narrantis factum alienum, super quo ipse se*
fundat, an credatur.
Intellectus ad Clemen. literis de prob.
16 *Legis mentem & verba contrahentis & consuetudinis par*
est potestas.
Princeps an sit maior consuetudine, & lege inferior.
17 *Consuetudo vetus ecclesiæ in emphyteusim datam si ad ec-*
clesiam reuertatur, an possit pro nummo concedere.
18 *Status [illegible] terra feudalis, an debeat esse in conside-*
ratione.
19 *Vide [illegible] primum translatum quid faciat.*

IN causa Martoni de Rencza de Auersa cũ
Berardino Malda viro Dianoræ Aciæ su-
per quadã terra feudi casalis Trẽtulæ co-
mitis feudorũ, fuit dubitatũ pro eius deci-
sione principaliter de duobus. Et primò, vtrũ Hono-
rius de Reuariis procurator excellens comitis feudo-
rũ habuit potestatẽ à dicto comite feudorũ domino
casalis Trentulæ cõcedẽdi terrã sistentẽ in pertinẽtiis
dicti casalis dicto Martono in feudũ sub præstatione
anni cuiuslibet vnius caponis, & tumulorũ ducẽtorũ
vnius pro intratura in perpetuũ sibi & hæredibus suis
ex quo in procuratorio dicti Honor. sunt ista verba,
videlicet, q dictus Hon. possit locare, dare, cõcedere
terras feudales, & cum clausula, q possit generaliter
omnia & singula pro vtilitate dicti cõstituentis circa
præmissa facere, quæ ipse dominus comes facere pos-
sit, etiã si requireretur speciale mãdatũ, maximè itali-
bus literis directis per dictũ comitẽ dicto Honor. suo
procuratori probatis per testes, per quas scribitur di-
cto Hon. q cõcedat terras Alopontone dicto Marto.
& suis hæredibus in perpetuũ pro annuo reditu vnius
caponis & pro intratura prędicta. Et sic per instrumẽ-
tum publicũ fuit facta cõcessio per dictũ Hon. procu-
ratorẽ, supradicto Mort. dictæ terræ, & deinde per in-
strumẽtũ publicũ ipse Martonus cepit possessionẽ: &
posteà de facto dictus Hon. spoliauit dictũ Martonũ
possessione dictæ terræ, & dictus dominus comes
ipsam cõcessit Bernard. Malda, pro intratura ducat.
ducẽtorũ, & pro capone vno, quãdo imponitur gene-
ralis Adoa in Reguo, & eo tenente & possidente cõue-
nitur in sacro Cõsilio dictus Malda & eius vxor petito-
rio & possessorio dictæ terræ. † Ad præsens dubiũ di- 1
cebatur, q dictus Honor. non habuit potestatẽ conce-
dendi in feudũ dictã terram vigore dictæ procuratio-
nis, quia nõ dicitur in dicta procuratione, conceden-
di in perpetuũ, vel locandi in perpetuũ. ideo debet in-
telligi de locatione ad tempus, per quã nõ transfertur
vtile dominium, vt patet in Clem. j. de reb. eccl. non
alie. & in l. codicillis. §. institutio. ff. de le. ij. & no. doct.
in l. si filio. §. si vir in quinquẽnio. ff. sol. matr. In con-
trarium dicitur, q in dicto procuratorio non solùm
est data potestas locandi simpliciter, quæ intelligitur
ad tempus per iura præallegata: sed est data potestas
dandi & cõcedendi. † quæ verba habent importare, q 2
possit concedere terras feudales solitas & consuetas
concedi

concedi in feudũ, & sic q̃ transferat vtile dominium:
quia verbũ concedere, est generale, vt dicit gl. in ver-
bo, necnon in c. j. de vsuris. lib. vj. & illã gl. alleg. ad hoc
2 Bal. in l. non ambigitur. in fi. ff. de legibus. & idem de
verbo, dare. secundum Bal. ibi. & illam glo. similiter
ad hoc allegauit Alex. de Imol. in l. à Titio. in iiij. col.
ff. de verb. oblig. & sic cõprehẽdit, q̃ possit infeudare
terras solitas cõcedi in feudũ. hoc probat tex. in c. ad
audientiã, in verbo, concessisse. iuncto verbo in fine,
vasallus extitit. de præscriptionibus. & ideò dicebat
Io. de Imo. in c. pastoralis. in ij. not. de donatio. nota.
3 † q̃ aliquã do verbũ, concedo, inducit translationem
dominij, licet de sui natura nõ inducit trãslationẽ
dominij: vt dicit glo. in l. fi. ff. de dona. vt dicit Ioã. de
Imo. in d. c. pastoralis. & Feli. plenè in c. cum venera-
bilis. in j. col. de exceptionibus. & Bal. in c. Titius. si de
feu. fuerit cõtro. inter do. & agna. sed quia posset dici,
q̃ dicta verba posita in procuratorio, videlicet dare
& cõcedere, possunt intelligi non de trãslatione vtilis
dominij, vt refert Feli. in d. c. cum venerabilis. ideò di-
cendum, q̃ propter subsequẽtia verba posita in dicta
procuratione, quòd possit concedere, quæ ipse cõsti-
tuens facere posset, etiam q̃ requireret speciale man-
datum, tunc virtute dictorum verborũ potest dictus
procurator concessisse in feudum dictam terram sub
dicto annuo reditu dicto Martono, sicut potuisset ipse
comes, secundùm Bar. in l. creditor. §. Lucius. ff. man-
4 dat. † vbi dicit, q̃ si dominus cõstituit procuratorem,
vt possit facere quicquid ipse dominus potest, vide-
tur concedi libera administratio. idem dicit ipse in l.
procurator cui libera. ff. de procuratoribus. & dicit
Bal. in l. illud. §. j. ff. de minor. quòd in omnibus causis
in quibus requiritur speciale mandatũ. sufficit gene-
rale cum libera. & dicit Ang. in authẽtico, de collato.
§. ad hoc prohibemus. quòd si procurator constitutus
est sub hac forma, do tibi potestatẽ agendi, & admi-
nistrãdi meum patrimoniũ, quod habeo, vt tu facere
possis, quæ ego facere possum, q̃ per hoc mandatum,
5 omnis potestas translata est in dictũ procuratorẽ. † &
ideò infert, q̃ talis procurator potest vẽdere & alie-
nare. & alle. §. Lucius. & l. si procur. ad vnam. ff. de pro-
cur. not. Abb. in c. fi. de dilatio. & facit ad hoc gl. in c.
ij. in fin. de offi. vi. lib. vj. Fuit ergo votatũ, q̃ atten-
tis dictis verbis positis in procuratione prædicta di-
ctus procurator potuit cõcessisse Martono suprà dictã
terram in feudũ pro se & hæredibus sub dicta transi-
tura, & annuo reditu prædicto. & tantò magis, quia à
principio accessit voluntas dicti comitis probata per
testes, & licet præsupponatur, q̃ volũtas comitis fuit,
q̃ concederetur dicta terra quatenus esset modici va-
loris, tamen potest dici quòd attenta magnanimitate
dicti comitis & paupertate dicti Martoni ista terra
A lo pontone nõ erat res magna, quod patet, quia po-
steà fuit alienata dicto Bernardino producatis ducẽ-
tis sub seruitio vnius caponis, quando imponitur ge-
6 nerale Adoa in Regno. † Nã modicũ dicitur respectu
personarum: vt no. in l. sed si susceperit. in §. libertus.
ff. de iudi. & ideò dicit ibi Bart. q̃ si Rex donaret vni
pauperi cc. duc. diceretur modicũ. erat enim ipse co-
mes multũ eleemosynarius ecclesiis & pauperibus, vt
est notorium. & dictus Martonus erat nimis pauper.
ideò dicendũ est, q̃ dictus procurator habuit potesta-
tem cõcedendi Martono dictã terram, vt suprà. Et
quia visum est, q̃ dictus procurator habuit mãdatum
prædictum. Nunc videndũ est, vtrum legitimè per
dictũ procuratorẽ potuit fieri dicta concessio dicto
Martono: † quia dicit Boetius, q̃ duo perficiunt actus 7
humanos, scilicet potestas, & volũtas, quæ sunt huma-
norum actuũ radices, & perfectiones: vt dicit Bald. in
c. cũ super Abbatia. de offi. deleg. & in l. omne verbũ.
C. cõmunia. de leg. Sed Aristoteles dicit, q̃ sunt tria,
scilicet sciẽtia, potestas, & voluntas: vt refert Bal. in l.
cum testamentũ. C. de iuris, & facti igno. Et dubiũ
facit allegatio partis, videlicet dicti Bernardini dicẽ-
tis, q̃ dicta concessio in feudũ dictæ terræ non potuit
fieri per dictũ procuratorẽ. pro eo: quia terra ipsa est
domanialis, † & Baro sine Regio assensu, & etiã clau- 8
sula non obstãte non potest ipsam cõcedere in feudũ,
propter diminutionẽ seruitij militaris, vt dicit text.
in consti. constitutionẽ diuæ memoriæ. in fi. Accedãt
ad hoc not. per And. in c. j. §. ita tamen. de prohi. feud.
ali. per Fede. Et quòd sit dicta terra de domanio feudi
Trentulæ producit inuentariũ antiquũ, vbi descripta
est inter bona domanalia dicti feudi. Itẽ producit
quandã sententiã nouiter latam super redintegratio-
ne dicti feudi Trẽtulæ. Item comes feudorũ per x.
annos tenuit dictã terram in domaniũ: † & sic præsu- 9
mitur de domanio, vt patet ex not. per Bar. in l. si quã-
do. C. de bon. vacan. & per Io. de Imo. in c. vt super. de
reb. eccle. non alie. & And. in c. j. de his, qui feudũ dare
possunt. In contrariũ producitur, ad ostendẽdum,
q̃ dicta terra erat solita cõcedi ab antiquissimis tem-
poribus, & sic potuit cõcedi: vt dicit Bal. in auth. hoc
ius porrectũ. C. de sacrosanct. eccle. & Ioan. de Imol.
in c. ij. de feudis. & in aliis locis infrà allegãdis, priui-
legiũ Reginæ Ioãnæ secundæ, in quo dicitur, quòd co-
mes Laureti, tunc dominus dicti feudi Trẽtulæ suppli-
cauit dominæ Reginæ, vt placeret reditũ dictæ terræ
de lo Põtone reducere ad reditum vnius caponis, ex
quo dicta terra est solita cõcedi in feudũ, & est deuo-
luta ad feudũ ob mortẽ Oliuerij sine liberis, & inten-
dit illam concedere in feudũ Loisin Bascio sub reditu
vnius caponis, & Regi. M. facit dictã diminutionem
cũ clausulis opportunis. Item producitur priuile-
gium ipsius Bernardini conuenti, vbi comes feudorũ
concedit dictã terrã dicto Bernardino Maldo tanquã
solitã concedi in feudũ diuersis personis. † probatur 10
quòd à longissimis tẽporibus dicta terra fuit tenta &
possessa tanquã res solita concedi vltra annos xxx. &
per duas vices, & per consequens insurgit probatio,
quòd fuit solita cõcedi, & sic potuit concedi: vt dicit
And. in d. c. j. in prin. de his qui feudũ dare possunt. &
in d. c. j. episcopum vel Abbatẽ. & not. Bar. in d. l. si va-
cantia. C. de bonis vacan. lib. x. docto. in d. c. vt super.
de reb. eccle. non alie. Nec obstant in contrarium
allegata, videlicet inuentariũ: quia illud est antiquũ:
& fuit mutata postea qualitas dictæ terræ de lo Pon-
tone, † quia fuit possessa, vt solita per duas vices, per 11
quòd præsumitur effecta solita per tex. in l. cũ qui. C.
de fundis rei priuatæ. lib. ij. quem ad hoc allegat And.
in l. Imperialẽ. §. præterea ducatus. de prohibita feudi
alienatio. per Federicũ. & Io. de Imol. in c. ij. de feudis.
nec erit effecta domanialis, si per decẽ annos possessa
fuit vt domanialis: vt dicit Alexan. de Imo. in iiij. vol.
in vltimo consi. & illa sententia non probat terram
esse de domanio: ex quo reintegratur ad feudum iure
deuoluto. Nec obst. si diceretur, quòd debuit pro-
bari, quòd ex quo ab initio dicta terra fuit de doma-

nio feudi, quòd prima cõceßio fuit legitimè facta per Regẽ vel cum cõsensu Regis & Baronis, & cũ clausu- 12 la; non obstante, † aliàs non valent ipsæ conceptiones subsequẽtes: vt dicunt Abb. & Io. de Imo. in d. c. vt super. & in l. quod dicitur. vlt. col. ff. de ver. oblig. & gl. in Cle. j. in verbo, ad mensam. de exces. præla. & Alex. in iij. vol. consi. ix. in iiij. col. Quia respondetur, ꝙ possessio xxx. an. tanquàm solita cõcedi cum præstatione seruitij & binæ concessionis facit præsumere validã inuestiturã, iuxta ea, quæ notantur in c. si quis per xxx. si de feudo fuerit controuersia. & sentit And. 13 in cap. j. de his qui feu. dare possunt. † Et facit, quia ista antiquitas tẽporum facit præsumere, ꝙ omnia solennia interuenerũt in prima cõcesione in feudum sub seruitio seu annua præstatione annorum xxx. per id quod dicit Ang. in l. sciendũ. ff. de ver. oblig. & in d. c. si quis per xxx. & in consi. vlti. in iiij. vol. Consiliorum. Alex. de Imol. & plenißimè per Felin. in c. sicut. de re iu. li. xij. col. cũ seq. Nec ob. ꝙ posset dici, ꝙ priuilegium Reginæ Ioãnæ secũdæ dicit enuntiatiuè supra- 14 dicta verba, † quæ non probant præiudiciũ tertij, sed solùm inter cõtrahentes: vt in l. optimã. C. de contrahen. & commit. stipul. Quia respondetur, quòd verba enuntiatiua principis, in quibus ipse princeps se fundat, licet sint enuntiatiua, habẽtur ac si ab ipso principe sint prolata: quia omnia nostra facimus, quibus authoritas impartitur. c. j. & ij. de cõfir. vtili. vel inuti- 15 li: † & per cõsequens creditur principi narranti factũ alienũ, super quo ipse se fundat: vt in Cle. j. de proba. & not. And. in c. j. qui succes. tenean. Aliàs si se nõ fundaret super allegatione partis, illa allegatio partis nõ faceret effectũ. secundũ Io. And. in c. dilecto. de præbẽ. & glo. in l. j. C. quãdo non peten. partes. & Barbacius in consil. xx. in iij. col. Nec obst. ꝙ antiquitus dicta terra erat redditus terminorũ trium, & per Reginã Io. fuit reducta ad redditũ vnius caponis quod facere non potuisset baro, vt tex. in d. constitutione, constitutio- 16 nem diuæ memoriæ. † Quia respondetur, ꝙ par est potestas legis mortuæ & viuæ, & cõtrahentis & consuetudinis: vt in l. j. ver. cum enim. C. cómu. de leg. Lucas de Penna in l. j. vj. col. C. de impo. luc. descri. lib. x. & in rub. C. de decretis decur. eod. lib. imò ipse princeps est maior consuet. & lege mortua: vt in l. vniuersis. C. de preci. Imper. offe. quia derogat prædictis. not. Archi. xj. dist. c. in his. Bal. in c. j. de his qui feudũ dare possunt. & de ista viua lege facit mentionẽ Bal. l. ij. ff. 17 de leg. † Sed consuetudo potest rem ecclesiæ pro maiori reditu cõcessam in emphyteusim, si reuertitur ad ecclesiam concedere pro vno nummo: vt dicit Ang. in auth. de non eligendo. §. quia verò. ergo idem potuit facere dicta Regina, quæ fuit monarcha in regno isto: vt dicitur in glo. in procœmio constit. Regni. Et sic fuit cõclusum, quòd dicta terra petita per dictũ Martonũ, fuit terra solita cõcedi in feudum, & per consequens potuit concedi sub dicto cõsueto reditu vnius caponis: quia iste est vltimus status dictæ terræ feuda- 18 lis: † qui vltimus status debet esse in cõsideratione, ex quo est præscriptus: vt est gl. in c. cũ ecclesia Sutrina. in verbo, triũ episcoporũ. de causa posses. & proprie. & not. Bald. in l. binas. in penul. q. C. de aduoc. diuer. iudi. text. est in c. cũ de beneficio. de præben. lib. vj. & not. in c. Cumana. de elec. not. Feli. in c. eam te. de rescri. Et de primo ad vltimũ, fuit votatũ, quòd cõdemnetur dictus Bernardinus Malda ad restituendũ terrã cõcessam dicto Mattono à procuratore comitis feudorum per prius, quàm fuisset concessa per comitem feudorum dicto Bernardino, ex quo vtile dominium per prius trãslatum fuit in dictum Martonum: † quia 19 cœpit possessionem reuocato precario, per l. quoties. C. de rei vendi. & ibi per repetentes eam. dixi in c. j. hic potest esse tit. qui succes. teneantur. in xiij. fallen.

ADDITIO.

Feudatarius an posit certo infeudare in perpetuũ principe irrequisito, vide Lucam de Pen. in l. nulli. C. de fund. patri. lib. xj. Et quando intelligatur res facta domanialis, vide per eundem in l. quicunque. de omni agro deserto. lib. xj. C.

DECISIO CCCVI.

De dotali priuilegio non transeunte in cesionarium, ex voluntate.

SVMMARIVM.

1 *Legitima an absque aliquo onere debeatur.*
2 *Ius legitimæ & omne aliud, an posit renuntiari.*
3 *Prior in tempore, an potior in iure.*
4 *Secundus primo an semper præferatur.*
5 *Vxor venditoris habentis specialem hypothecam, an semper præferatur.*
6 *Priuilegium dotale extraneo cedi an posit.*
8 *Priuilegium propter cesionem in cesionarium quando transeat.*
8 *Hæres matris cedit aliquando iura dotalia.*
9 *Intellectus ad l. licet. C. qui po. in pig. habe.*
10 *Instrumenta duo, quando vnum censeantur.*

Vir & vxor vendiderunt cuidã Ioãni Caietano quandã domum pro medietate pro vnciis decem & octo, & confeßi fuerunt pretium prædictũ recepisse, & cõfectum fuit instrumentũ publicum in forma, & eadem hora, & cum eisdẽ testibus, dictus emptor per instrumẽtum publicũ confessus fuit tenere in depositum dictas vncias xviij. pro dotibus Lucarellæ sororis dicti vẽditoris, quando maritabitur, & casu quo dicta Lucarella moreretur antequã maritabitur, dictus emptor promisit dictis venditoribus restituere dictũ depositum. deinde dicta Lucarella, quãdo dictus emptor alienauit dictam domũ cuidã Nacio de Errico tabernario renuntiauit & cesit dicto Nacio omne ius suum cõpetens & cõpetiturum super dicta domo per publicũ instrumentũ. posteà antequã dicta Lucarella nuptui traderetur, fuit mortua superstite eius fratre venditore dictæ domus: quia agit hypothecaria, super dicta domo, quæ posidetur per dictũ Naciũ obligata pro dicto deposito, quod veniebat restituendum in casu prædicto ipsis cõiugibus venditoribus, & vocato in sacro Consilio dicto Nacio, dupliciter se defendit.

Primò, illa Lucarella erat soror Francisci venditoris, & erat per consequens creditrix in legitima in bonis paternis: quam legitimã debebat consequi dicta Lucarella super dicta domo, & aliis bonis paternis, † quę quidẽ legitima ei debita fuit absque aliquo one- 1 re conditionis vel temporis: vt in l. quoniã in prioribus. C. de inoff. testa. & idem dicit Bald. in l. sancimus. in prin. & in auth. nouißima. eod. tit. & in l. si arrogatur. ff. de adop. in iij. oppo. & in l. cum patrem. circa finem. C. de iure dotium. & in l. j. C. de inoffi. dona. & in l. Papinianus. §. quarta. ff. de inoffi. test. quæ Lucarella, quãdo ipse habuit dictam domum, renuntiauit

omni

2 omni iuri sibi cõpetenti:† & specialiter iuri legitimę,
iuxta l. si quando. §. & generaliter. C. de inoffi. test. &
per consequens quantũ ad dictam legitimam ipse Na-
cius non potest inquietari à fratre. Secundò se de-
fendit dictus Nacius: quia ille Ioã. Caietanus emptor
recepit dotes à prima sua vxore, & pro illis restituen-
dis obligauit omnia bona sua præsentia & futura. &
ex dicto matrimonio natus fuit dictus Frãciscus. De-
mũ mortua matre dictus Frãciscus egit contra ipsum
Naciũ super dicta domo, quę fuit ipsius Ioannis Caie-
tani, quæ posteà peruenit per quandã submissionem
ad dictum Naciũ hypothecaria & assistentia pro do-
tibus maternis, & tandẽ nolẽtes litigare deuenerunt
ad transactionẽ, vt dictus Nacius solueret dicto Fran-
cisco ducatos octo, & ille cederet sibi iura dotalia suę
matris, super dicta domo, & sic recederet à lite, quæ
quidẽ hypotheca pro dotibus primæ vxoris dicti Ioã-
nis super dicta domo est anterior, quàm hypotheca
3 pro dicto deposito:† & sic qui prior in tẽpore, potior
in iure: vt in l. si prior. & l. balneum. cum simili. ff. qui
potior. in pig. habeantur. Sed huic motiuo respon-
debatur pro parte dicti Francisci agentis pro restitu-
tione depositi hypothecaria super dicta domo, quòd
licet anterior sit hypotheca primæ vxoris dicti Ioan-
nis Caietani super dicta domo empta per ipsum Ioã-
nem, tamen eodem instante, quo fuit empta, specialiter
4 ipsis vẽditoribus fuit obligata pro dicto deposito:† &
ideò ipse secundus præfertur primo, per tex. in l. licet.
C. qui po. in pig. habe. & idem dixit Specu. in titul. de
oblig. & sol. §. j. versi. sed quid si primo. & Albe. de Ro-
sa. in l. si fundũ. C. qui po. in pigno. habe. & Bar. Vero-
nensis in suis cautelis, col. lviij. Huic motiuo respõ-
debatur, quod dicta lex, licet non habeat locũ in vxore:
nam licèt sit vendita domus marito & tradita, & sic
obligata pro dote vxoris, & pro pretio expresse sit
5 obligata ipsa domus vẽditori:† tamen præfertur vxor
venditori habẽti specialẽ hypothecam: vt dicit Spec.
eod. titu. versi. quid si vendidi fundũ Titio. & ibidem
Ioan. An. in addi. qui allegat tex. in auth. de æqua. do-
tium. §. his cõsequenter. habet ergo locum d. l. licet. in
aliis creditoribus. quàm in vxore. Ad hoc respon-
debat do. Bernardinus de Mõtibus, quod hoc procederet,
6 quando esset viua illa vxor vel eius filius, † sed istud
priuilegiũ dotale non potuit cedi dicto Nacio extra-
neo, secundùm Bar. & doct. in l. j. ff. sol. mat. & Bal. in
l. fin. C. qui poti. in pign. habe. & melius per Bart. in l.
post dotem. penul. q. ff. sol. ma. vbi in cessionarium ex
volũtate non trãsit priuilegiũ dotale, per tex. In auth.
vt exactione instãte dotis, circa prin. Ad hoc respõ-
debatur, quod dicta cessio quãtùm ad octo ducatos solu-
7 tos fuit ex causa necessaria, & † ideò trãsit illud priui-
legiũ in cessionariũ: vt dicit Bar. in d. l. post dotem. in
dicta penul. q. Videns hanc responsionẽ do. Iaco-
bus de Gasta collega domini Bernardini dicebat, quod
iste Nacius nõ potest habere aliquod ius ex dicta trã-
sactiõe: quia domus fuit sibi dimissa solutis dictis octo
ducatis, per tex. singularẽ in l. si pro fundo. C. de trans-
actionibus. Ad hoc respondebatur pro parte dicti
Nacij, quod hoc est verũ, nisi cessisset hæres matris iura
8 dotalia matris, † tũc potest se defendere ex iure cesso:
& sentit hoc Paul. de Cast. in d. l. si pro fundo. Fuit
pariter votatũ, quòd præstetur assistentia super dicta
domo Nacij pro dictis vnciis xviij. depositatis dẽpta
legitima debita dictæ Lucarellę. & etiam demptis illis
octo ducatis solutis filio dicti Io. pro dotibus mater-
nis: ex quo illa cessio vltra dictos octo ducatos fuit ex
causa lucratiua & voluntaria: & sic militat decisio
Bar. in d. l. post dotẽ. in pen. q. † Nec obstat id quod 9
dicebatur, quòd in instrumẽto vẽditionis factæ dicto
Ioanni Gaietano non fuit specialiter obligata dicta
domus pro pretio, sed solũ in instrumento depositi, &
per cõsequens cessat dispositio l. licet. cum aliis suprà
allegatis. Quia respondebatur, quod ex quo ista duo in-
strumenta erant facta in vna hora. & cum eisdẽ testi-
bus iudice & notario, & vnũ depẽdet ab altero, † quæ 10
incontinenti fiunt, videntur inesse. & habetur ac si in
vno instrumento actum esset, secundum Bal. notanter
in l. penul. §. mulier. ff. sol. matri. & Bald. in l. petens. C.
de pact. in penul. col. & in l. j. in fi. C. de oper. liber.

DECISIO CCCVII.

De vasallo protestante & renuntiante iuri vasallagij propter retardatam seruitiorum remunerationem &c.

SVMMARIVM.

1 *Remuneratione seruitiorũ tardata an liceat cuiquam protestari, quòd amplius vasallus principis esse non vult.*
2 *Vasalli Regis, an dicantur homines Regis.*
Vasallus sine consensu Regio an alteri personam suam possit obligare.
3 *Ligius quis dicatur, & an duorum esse possit.*
4 *Vasallum à malo abstinere non sufficit, nisi & faciat bonum pro domino.*
5 *Obligationibus in negatiuis quomodo teneamur.*
6 *Vasallus Regem quantum potest extollere, an teneatur.*
7 *Iniuria & contumelia, quomodo differant.*
8 *Fama Regis nec audiendo nec dissimulando à vasallo suggillari debet.*
9 *Protestatio à vasallo, quòd dominus eum non remunerat, an fieri possit.*
10 *Dijs non detrahendum, nec principi maledicendum.*
11 *Vasallus seipsum liberare à iuramento ligij, an possit.*
Vasallus habens fundum quaternatum, an ei possit renuntiare inuito domino.
12 *Vasallus simpliciter recedens à terra domini, an reducendus.*
Obligatus ad seruiendum, illudere an debeat.
13 *Seruitium recipiens iure natura illud remunerare an teneatur.*
Obligatio ad antidora an sufficiens ad agendum sit.
Obligatio ad antidora quam actionem parit.
14 *Seruitia præstita antecessoribus, an sequentes Reges remunerare teneantur.*
15 *Seruitia sua exprobrantibus etiam dei iudicio qua nolunt obueniunt.*
16 *Gloriandum non est in sua sapientia.*
Vasallus rectè non seruit sub spe futura remunerationis, & non virtute fidelitatis & iuramenti.
17 *Maioribus subditi esse debent infirmi.*
Serui qualiter teneantur dominis seruire.
18 *Detractio detestanda.*
19 *Loquutio generalis quando trahatur ad actus iuratos.*
Statutum iuratum non censetur cassatum principe statuta tollente.
20 *Licentia vasallo per principem concessa infidelitatem operari non debet.*
Statuendi facultas ad iniustum non extenditur.

Interpretatio iuxta solitum & consuetum in dubio facienda.
21 *Licentia secundum consuetudinem concedentis intelligenda.*
22 *Princeps non præsumitur per suum actum, quòd sibi præiudicet.*
Arbitrium boni viri in dubio locum habere debet.
23 *Scriptũ pro eo non præsumitur, qui contra scriptũ venit.*
Princeps iura regni iactare sine causa non præsumitur.
24 *Verbum, dimissio, participendentiam importat.*
25 *Verba naturam suam propter adiunctum mutant.*
Testis respondens per verbum, credo, an affirmet.
26 *Verba veritatem eorum, quæ geruntur mutare non possunt.*
Verbum impropriatur ratione impossibilitatis.
Detractores honoris Regij, qualiter puniantur.
27 *Detrahere est animi virtutem denegare.*
Liberalitas principis per registra donationũ probatur.
28 *Vasallus prius, quam ex amicitia cum inimicis domini incipit puniatur, quæ requiratur.*
29 *Citatio & defensio sunt iuris naturalis, ideò & per principem obseruanda.*

Regia maiestas Regis Federici, voluit veritatem intelligere à doctoribus sacri Consilij suæ Maiestatis, si stantibus literis patentibus Regis, & literis missis per nobilẽ
virum Scipionem de fili marini de sedili Capuanæ
vniuersitati ciuitatis Neapolis, in quibus querimoniã
exponit per modum historiæ, quòd præfatus serenissimus Rex sua seruitia tardauit remunerare, numerando distinctè seruitia per eum præstita & dictę vniuersitati, deducit in notitiam instrumentum protestationis factum in vrbe, in quo dicit, ꝙ attentis contentis
in dictis patentibus literis, ipse Scipio est homo liber
à iuramẽto ligij, & nõ est amplius vasallus suæ maiestatis. Et propterea si accessit ad hostes & conuersatur
cum hostibus Regis, si dictus Scipio potest dici iustè
rebellis Regis. Et per ipsos doctores de sacro Consilio eidem R. M. visis prius dictis literis transmissis,
vt suprà ac dicto instrumento respõderunt in scriptis
in modũ, qui sequitur. S. R. M. tria sunt principaliter
1 examinanda. † Primò, an vigore dictę protestationis, posito & non cõcesso, quòd esset verum, ꝙ dictus
dominus Rex tardauit remunerare seruitia præstita
per dictum Scipionem, si ex hoc licuit dicto Scipioni
protestari, ꝙ non vult esse eius vasallus. Secundò
an literæ patentes Regis concessæ dicto Scipioni; quæ
dicunt, ꝙ attento, quòd dictus Scipio vult exire istud
Regnũ pro suis negotiis peragendis cum bona licentia dicti Regis, possit ex dicta licentia prætendere se
exemptũ à iuramento ligij, prout declarauit in dicto
instrumento protestationis. Tertiò, verum stantibus dictis literis querimonialibus contra dictum Regem cum dicto instrumento protestationis & cõuersatione cum inimicis possit ex his dictus Scipio dici
2 infidelis, periurus, & rebellis. † Ad primũ dubium
dicimus ꝙ omnes vasalli domini Regis, dicuntur homines Regis: quia Rex est dominus personarũ vasallorũ Regis, vt dicit tex. in const. Regni, quia frequenter. ibi, nos enim, qui sumus domini personarũ. Et sic
dictus Scipio nobilis dictæ ciuitatis suam personam
sine Regio consensu non potest alteri obligare, dicit
ibi gloss. Item dictus Scipio est ligius dicti Regis:
3 † dicitur enim ligius, quasi ligatus vel legatus quasi
legalitatem seruans, & præstatur solum Regi nullius
alterius fidelitate salua, & ideò dicitur, quòd quis nõ
potest esse ligius duorũ. Sed bene quis potest esse vasallus duorũ, vel ligius vnius & vasallus alterius. hæc
est firma conclusio doctorũ, maximè Io. An. in Clem.
pastoralis. in §. rursus. in verbo, ligius. de re iudi. & voluit Bal. in l. j. § in primo. C. de cad. tollen. & Idem Io.
And. in addi. Spec. in tit. de feudis. §. quoniam. & in c.
recollentes. de statu mona. & doc. scribentes in c. venientes. de iureiurãdo. And. de Iser. in constit. Regni,
domini à vasallis. & in cap. j. de noua forma fideli. Et
ratione illius iuramẽti ligij vasallus ad multa est obligatus domino Regi. † Et referendo ea quæ faciunt ad 4
propositũ nostrũ, dicimus, ꝙ quilibet vasallus Regis
tenetur pro domino Rege bonũ agere, quia non sufficit abstinere à malo, nisi faciat bonum: vt dicit text.
in c. de forma. xxij. q. v. & in c. j. de for. fide. x. q. iij. cap.
iniustum. lxxxvj. di. c. non satis. & glo. Instit. de iure.
na. gen. & ciui. §. præcepta. Et Christus in Euangelio,
Qui non est mecum, cõtra me est. Et ideò vasallus nedum non debet facere damnũ domino, sed debet etiã
curare modis omnibus, ꝙ alius non faciat, vt dicunt
doc. maximè Iacobus de Bell. & Andræas de Iser. in d.
c. j. de forma fidel. vt dicit Hostien. in summa, in tit.
de feudis. versi. quid sit fidelitas, ꝙ vasallus omne venenum contra dominũ suum & omnẽ cordis læsionẽ pro posse suo debet vitare. & dicit An. de Iser. in c.
ij. de feudo sine cul. non amitt. Quòd in obligationibus negatiuis, † puta promitto non facere, non solum 5
teneor non facere, sed etiã curare, quòd alius non faciat. l. in illa. ff. de verb. oblig. & l. inter stipulantem. in
princ. eod. tit. Itẽ tenetur vasallus præstare opem,
auxilium, & consiliũ domino suo. d. c. j. de not. fideli.
Et hoc quãdo est requisitus: sed si non est requisitus, &
videt domino magnũ periculum, tunc tenetur omne
auxiliũ sibi præstare: vt not. in c. licet. si de feu. fuerit
contro. inter do. & agna. & in c. j. § ad hæc. hic finitur
lex Corra. † Item tenetur vasallus exaltare domi- 6
num Regem tantũ, quantũ est sibi possibile, vt dicit
tex. lxiij. d. c. tibi domino. & firmat glo. in c. j. qua. domino iurare debeat fideli. & ibi per And. Item tenetur non dicere aliquid, quod sit in iniuriã domini
vel in eius contumeliã: vt dicit tex. in d. cap. j. de noua
forma fide. ibi, in iniuriã vel contumeliã &c. & ibi in
fine, & nunquã ex mea persona aliquid faciã scienter,
quòd pertineat ad tuã vel tuorũ iniuriam vel contumeliã &c. † Differunt enim inter se contumelia & 7
iniuria: sicut inter genus & speciẽ. Quia iniuria dicitur omne, id ꝙ nõ iure fit. Sed contumelia est species
pro ipsa iniuria illata. in l. j. in princ. ff de iniuriis. Cũ
igitur ille Scipio de sedili prædicto fuit à principio
iuramẽto ligij astrictus, sicut alij nobiles dicti sedilis
ad iuramentũ fidelitatis & ligij; & per consequens ad
præstandũ sibi omne auxiliũ, consilium, & fauorem,
imò est obligatus ad hoc, quia nõ debet aliquid loqui
contra Regẽ, per quod eius fama in aliquo sugilletur,
vt dicit Host. vbi suprà, nec audiendo nec dissimulando his consentiat, imò impediat † quia corde & opere 8
vasallus domino suo subuenire debet, & auxilium de
persona & rebus, secundùm Host. Esto, quòd dominus ista auxilia non remunerauit, nec potest vasallus de domino conqueri & facere protestationem
renuntiationis vasallagij, quia ad ista auxilia tenetur vasallus, & si non facit, potest puniri. † Et ideo 9

facere

facere protestationé, quòd non est remuneratus, & de
tantis auxilijs & seruitijs facit rem illicitã & punibi-
lem. c. j. §. fi. de lege Corra. c. si vasallus. si de feudo fue-
rit cõtrouersia inter do. & agna. Nec licuit dicto no-
bili Scipioni detrahere dicto Regi virtutẽ remune-
rationis, vt patet in libro Exodi xij. c. ibi, Diis nõ de-
trahes, & principi non maledices. & in Ecclesiastico,
10 x. c. In cogitatione tua Regi nõ detrahes. † & ideo va-
sallus ligius non potest ex dicta causa renunciare iuri
vasallagij sine cõsensu Regis, vt dicit Bal. in c. cæterũ.
vj. col. de iudicijs, & idẽ Bal. in præludijs feudorum. &
And. de Iser. in c. j. in verbo, & si sciuero. &c. de noua
for. fi. nõ enim seipsum vasallus potest liberare à iura-
mẽto ligij: quia hæc esset alienatio: quæ nõ potest fieri
sine Regio cõsensu, per cõsti. Regni, consuetudinẽ. &
firmat Lud. de Pẽna in l. ij. in fi. C. de agri. & cẽsi. lib. xj.
11 † Item quia sicut sine culpa dominus non reuocat
feudum à vasallo. c. j. de natura feudi. c. j. de feudo sine
culpa nõ admit. cũ simi. ita vasallus non potest cũ ista
protestatione priuare dominũ vasallagio per renun-
tiationem vasallagij: vt dicit Io. And. in addi. Spec. in
tit. de locato. §. nunc aliqua versi. allegat Dy. in consi.
xliiij. Sicut in simili dicimus, quòd vasallus habens feudũ
quaternatũ non potest renũtiare in manibus domini
eo inuito: vt dicit And. in cap. j. de vasallo qui contra
cõsti. Lotha. & in c. j. de alie. feu. paterni. & in c. j. §. fin.
de capita. qui curiam vendi. & in l. Imperialem. §. j. de
prohi. feu. alie. per Fede. & patet in consti. Regni, post
mortem. & in alijs locis, qui allegãtur in dictis cõstis.
Quapropter Lucas de Pen. in l. j. C. de colonis Palæ-
12 stinis. lib. xj. dicit, † quòd si vasallus simpliciter recedit à
terra domini, reducẽdus est. Si autẽ pro libero se ge-
rit, & sic prætendit se liberũ, est grauiter coërcendus,
sicut dicimus in seruo: vt in l. iij. de fugi. ser. id est, quòd
ponitur in carceribus: vt est text. & ibi idẽ Lud. in l. j.
C. de colonis Illyricianis. lib. xj. & pro hoc bonus tex.
in l. ij. in prin. & in fi. C. de natu. liber. vbi quis tenetur
ad seruiendũ: licet à se abdicauerit beneficiũ. & hoc,
quãdo est feudatarius Regis, vt scribunt moder. in c. j.
de vasal. qui cõtra consti. Lotha. nõ debet vasallus illu-
dere principẽ: vt in Cle. cũ illusio. de renuntiatione.
Quare cõcluditur, quòd nõ obstan. dictis literis & in-
strumento protestationis, quòd non vult esse vasallus di-
ctus Scipio, remanet vasallus Regis. Et propter dicta
scriptura per eũ debet puniri, quia rem illicitã fecit,
nec potuit redarguere Maiest. vestrã ex mora in non
retribuẽdo asserta seruitia, quæ narrantur in dictis li-
13 teris. † Nec obstat, quòd dici posset, quòd qui ab aliquo
recepit seruitium de iure naturæ, ille qui recepit tale
seruitiũ, tenetur illud remunerare, quia ad antidora
est obligatus. l. sed & si l. §. cõsuluit. ff. de petit. hæredit.
l. si non sortẽ. §. libertus. ff. de condi. indebiti. quia du-
pliciter respondetur. Primò, quia ille, qui recipit
seruitiũ debitũ, nõ tenetur illud renũtiare, quia recē-
pit, quod ille sibi debet. Sed vasallus Regis tenetur ad
ipsa seruitia exhibẽda vigore iuramẽti ligij, ergo &c.
Secũdò modo respõdetur, quòd obligatio ad antidora
non est sufficiẽs ad agendũ, secundum Bar. in l. ex hoc
iure gentium ff. de iusti. & iure. Et posito, quòd esset suffi-
ciẽs ad agendũ, intelligitur, si viueret ille Rex, qui ser-
uitia & auxilium recepit. Sed illis Regibus mortuis,
cum illa sunt seruitia personalia, non durat effectus
obligationis ad antidora, nec etiã eius hæres tenetur.
per l. unius. ff. si quid in fraudem patro. ubi hoc expresse fir-
mauit Bar. in l. ambitiosa. j. col. ff. de decretis ab ordi.
facien. Vnde cũ omnia seruitia, quæ narrat dictus no-
bilis Scipio, sunt seruitia facta Regibus prædecessori-
bus & nõ Regiæ vestræ maiestati, † propterea de iure 14
vestra M. nõ tenetur ad remunerationẽ dictorũ serui-
tiorum, vt firmat etiã Iason in d. §. libertus. & in d. l.
ex hoc iure gentiũ. Meritò dictus Scipio non debuit
indignari de mora in remunerãdis seruitiis præstitis
Regibus antecessoribus vestræ Maiestatis. Nec li-
cuit ei exprobrare dicta asserta seruitia per eũ dictis
Regibus præstita: quia exprobrantibus dicta seruitiã
dominis suis, iudicio Dei ea sibi obuenient, quæ non
vult: † vt est videre exemplũ in Sansone, qui cùm ma- 15
xilla asini ex Phylisteis occidisset multos, gloriatus
est dicens, in maxilla asini &c. vt patet in lib. Iudicũ.
c. xv. subitò tamẽ humiliatus est sitiens vsque ad mor-
tem. finis enim huius exprobrationis, cõfusio eius est,
vt dicit Apost. ad Philippenses, iij. c. gloria eorum in
confusione. & ad Roma. j. c. ij. ibi, nolite loqui subli-
mia gloriãtes. & Hieremias propheta dicit, † nõ glo- 16
rietur sapiens in sapiẽtia sua, nec fortis in fortitudine
sua. Nec habuit ipse Scipio rectã intentionẽ, quan-
do præstitit dicta asserta seruitia, si illa præstitit sub
spe futuræ remunerationis, & nõ virtute fidelitatis &
iuramenti: quia dixit dominus noster Iesus Christus
quibusdã non recta intentione eũ sequentibus. Quæ-
ritis me, non quia vidistis signa, sed quia manducastis
ex panibus meis, & saturati estis: vt patet in Euãgelio
Ioannis. c. vj. debuit enim iste nobilis cogitare se sub-
ditum Regi: † Quia omnis anima potestatibus subli- 17
mibus subdita est, secundùm Apostolũ ad Romanos.
c. xiij. Et ideò cũ omni affectu humilitatis & reuerẽtia
seruire debent dominis: vt in epistola beati Petri ij. c.
Serui subditi estote in omni timore dominis &c. Nec
licet subdito detrahere domino, vt dicitur in epistola
Iacobi iiij. ibi, nolite fratres mei detrahere &c. Et Sa-
pien. c. j. à detractione parcite linguæ: quia sermo ob-
scurus in vacuum nõ ibit. Et ad Romanos. c. j. † Detra- 18
ctores Deo odibiles sunt. & contra istos detractores
facit sermonẽ beatus Antonius in summa sua, in secũ-
da parte, titulo octauo, in princ. & hæc quo ad primũ
dubiũ, quod fuit nouũ, & non tactum per scribentes.
Ad secundũ dubiũ dicendũ est, quòd dictæ literæ pa-
tentes non eximũt propterea eũ à vinculo fidelitatis
& iuramẽti ligij: quia nec expresse nec tacitè dicitur
in dictis patentibus Regis literis, sed solùm in dictis
Regijs literis concedit licentiã dicto Scipioni, quòd
possit vt fidelis Regis exire istud Regnũ pro suis ne-
gotijs. Ex quo sequitur, quòd pessime ipse Scipio in-
tellexit Regias patentes literas, tamen per eas non est
liberatus à iuramento ligij, maximè † quia nunquam 19
generalis locutio trahitur ad actus iuratos, nisi de iu-
ramẽto expresse fiat mẽtio: vt firmat Io. de Imol. in c.
cum cõtingat, in tertio membro, ver. nunc pro decla-
ratione materiæ &c. de iureiur. Et hoc facit, quia licet
princeps cassel statuta vel cõsuetudines, nõ intelligit
cassare statuta vel cõsuetudines, vbi est iuramentum.
ita Ang. in l. j. quæ onerandæ. ff. qua. re. actio. non da.
glo. est singularis in c. cũ non deceat. de elect. lib. vj. &
in c. in aliquibus. de rescrip. eod. lib. & Ioã. And. in c. j.
de filiis presby. in nouella, lib. vj. Abb. Sicu. in c. j. de
his, quæ fi. à ma. parte c. Ioan. de Imol. in c. dilecto. de
præben. & in Cle. dudum. de sepul. Alex. in multis cõ-
silijs. † Item quia ista licẽtia, quòd possit dictus Scipio 20

exire Regnũ &c. Intelligitur tanquã fidelis Regis, & vt non efficiatur post licentiã infidelis. ideò dicebat Bal. in l. j. C. de monopol. ꝙ licentia statuẽdi, non extenditur, ꝙ possit iniustè statuere. Multa similia allegantur, ad hoc, de quibus in c. j. per quos fiat inuesti. & in l. si quando. C. de inoffi. testa. & in l. j. C. de sac. san. eccle. Itẽ, licentia ista, ꝙ possit Regnũ exire, vt fidelis, intelligitur, prout cõsu. tũ est cõcedi aliis fidelibus valẽtibus Regnũ exire, vt dicit Bal. in l. fi. ij. col. C. de fideius. sed solitũ & consuetum est, ꝙ licentia exeundi Regnũ data fidelibus, intelligitur donec sint fideles:
21 † quia licẽtia secundũ consuet. cõcedentis est intelligenda. dicit Bald. in l. licet. C. locati. facit l. cùm de in rem. ff. de vsu. & voluit Ant. de But. in cap. peruenit. de cẽsibus. Bal. & Ang. in l. qui in aliena. in prin. ff. de acquir. hære. Semper enim licẽtia intelligitur sec. ũdum naturam actus, super qua interponitur. vnde si datur licentia alienãdi feudũ, intelligitur impetrato assensu domini, & nõ ꝙ possit liberè alienare: quia sic est de natura actus. l. si stipulatus. in prin. ff. de vsu. l. j. §. si quis sub cõditione. ff. vt leg. no. caue. & voluit Alex. in iiij.
22 vol. cõsi. cvj. in ij. col. † Item nunquã præsumitur, ꝙ in dubio per suũ actum voluerit princeps sibi præiudicare. nisi quatenus sit expressum. arg. c. super eod. de offi. deleg. & Ant. de But. in c. vt debitus. de appel. & Alex. de Imo. in j. vol. cõsi. lxxxvj. in fin. Item dicta licẽtia exeũdi Regnũ semper debet intelligi arbitrio boni viri, vt dicit Bartol. in l. alio. ff. de alim. & ciba. leg. Sed bonus vir non intelligeret, quòd propter dictam licentiam fidelis efficiatur infidelis, ergo &c.
23 † nec præsumitur scriptum pro eo, qui facit contra scriptum: vt dicit Bal. in l. præscriptione. C. si contra ius vel vtil. & in l. cũ proponas. la ij. C. de pactis. cum simil. Item si illa licẽtia intelligeretur peruersè, ꝙ Rex liberat eum à vasallagio, sequeretur, ꝙ princeps sine causa iactaret iura Regni sui, quod non est dicendum: arg. l. cum de indebito. ff. de proba. Operatur ergo licẽtia potius claritatis affectũ in vasallũ, scilicet vt possit extra Regnum securè stare & redire: vt dicit Bar. in l. vtimur. ff. de sepul. viola. & in l. j. ff. ad leg. Iul. maie. cum concor. quæ ibi allegãtur. Nec obstat, ꝙ in literis dictę licẽtiæ fuit callidè appositũ vnum ver-
24 bum, videlicet dimissionem, † quod importat paruipẽdere, vt dicit Cicero, ibi, timido animo, humili, dimisso. & patet in Euãgelio Matthæi, xviij. c. & de cõse. dist. iiij. c. quem. ibi, serue nequã, omne debitũ dimisi tibi. & de conse. dist. ij. c. panni de altari. & in c. si beneficia. de præben. in vj. vbi verbũ, dimiserunt, exponitur, id est, à se eiecerũt. Quia tale verbũ non fuit solitum poni in similibus licẽtiis, nec est de stylo cãcellariæ Regiæ, nec fuit intentio Regia liberare vasallũ suum à iuramento ligij per dictum verbum callidum scriptũ in licentia, per ea, quæ suprà dicta sunt, & per alia verba præcedẽtia & sequẽtia, per quæ patet, quòd dat licentiã, vt possit exire Regnũ pro suis negotiis, & vt securè possit stare & cõseruare: quæ verba in principio & in fine licẽtiæ faciunt mutare naturam illius
25 verbi dimissionẽ: † quia propter adiunctũ verba mutant suam naturã: vt dicit Bald. in l. qui quinque. ff. de leg. j. dicẽs, ꝙ si testis dicit, credo, quia vidi, illud verbum, credo, mutat naturã suã & ponitur affirmatiuè, & nõ dubitatiuè. Idẽ dicit And. ꝙ propter adiunctũ, verba mutãt suam naturam. in c. j. §. donare. qualiter olim feud. alien. pote. dũ allegat ad hoc l. sed si adsiciatur. ff. pro socio. & ff. de auro & argen. lega. l. qui lancem. & idem in c. j. de vasal. decre. ætа. & ideo dicebat
Bal. in l. Imperator ff. de statu homi. † ꝙ vnũ verbum 26
non potest mutare veritatem eius, quod geritur, quia ratione impossibilitatis verba impropriãtur, secundum Bart. in l. si Titio. ff. de vsufruc. leg. & hæc quo ad secundũ dubium. Ad tertiũ & vltimũ dubium dicimus, quòd satis ex dictis verbis scriptis in literis & in instrumẽto protestationis apparet, quòd detraxit honori Regio. & in hoc prouisum est per l. j. si quis Imperat. maledixerit. erãt enim primitus quidã officiales cõstituti, qui corrigebãt eos, qui malè loquebãtur de principe. dicit gl. sing. in rub. C. de præpositis laborum. lib. xij. satis enim detraxit, quãdo dixit Regẽ nõ
habere animũ seruitia non remunerãdi: † quia detra- 27
here, est denegare virtutẽ animi: vt dicit gl. in c. homicidiorũ. de pœn. distin. j. ferãt testimoniũ notoriũ de remuneratione facta per vestrã maiest. illi qui largas donationes habuerunt à vestra maiestate: vt testantur etiã vestra registra. Totũ ergo hoc peccatũ in isto homine erit in arbitrio vestræ maiestatis, qui cõsideratis eius meritis in præteritũ, & necessitate temporũ ac paupertate huius nobilis arbitrabitur, an aliqua correctione debeat animaduerti cũ repræhẽsione, dubiũ non est, quòd mereatur. Quãtùm ad conuersationem cũ inimicis vestræ maiest. quãdo nõ in dãnum vestræ maiest. nec in eius cõspiratione quicquã gessit, sumus in opinione do. And. de Iser. in cap. j. §. porrò. quæ sit
prima causa benefi. amitten. † qui tenet, ꝙ duo requi- 28
runtur copulatiuè ad hoc, vt ex amicitia cũ inimicis domini vasallus puniatur, videlicet ꝙ copulauit amicitiam. Secũdò, quòd in dãnum domini: aliàs primũ solũ non sufficeret, vt in concordan. per eum ibi alle. & de hoc nunc nõ est habẽdus sermo: quia oportet, vt legitimè cõuinceretur, & præuia citatione & defen-
sione, quæ sunt iuris naturalis: † nec etiam Regia legi- 29
tima authoritate prætermitti fas est, iuxta not. in Cle. pastoralis. de re iudi. & hæc breuiter scripsimus omissis superfluis, quæ nobis videntur: vt pareamus iussionibus vestræ M. cui continuo commendamus.

ADDITIO.

Vide ad hanc decisionem quæ dicuntur magnificè suprà decisione cclxv. in eadem materia.

DECISIO CCCVIII.

De filio bonorum paternorum negotiorum gestore patrem obligante.

SVMMARIVM.

1 *Pater an & quando teneatur ad debita per filium contracta.*
2 *Ius speciale facit censeri in contrarium ius commune.*
3 *Filius contrahens in quibus non obligetur.*
Filius tenetur patri ad operas obsequiales, non autem industriales.
4 *Aduentitium quid dicatur.*
Aduentitia sunt filij, non patris.
Taciturnitas quando non operetur consensum.
5 *Mandatum patris tacitum filio datum ad negotiandum quando censeatur.*
Institor quis dicatur.
6 *Procuratorem approbat, qui ei pro se iudicium tractanti non contradicit; etiam si de mandato non appareat. 8.*
7 *Argumentum de procuratore ad magistrum procedit.*

Præsum

9 *Præsumptio mandati sine scientia, & patientia domini non cadit.*
10 *Scientia, & ignorantia in multis distinguuntur.*
Castaldus præsumendus an sit, qui domino sciente & patiente se gessit pro castaldione multo tempore.
11 *Voluntas domini mutata non præsumitur nisi probetur.*
12 *Hæres patris an & quando teneatur ad debitum factū per filium institorem in patris negotijs.*
13 *Pater quando teneatur pro filio.*
14 *Coniunctio sanguinis multum momenti addit in rebus per filium gestis.*
Taciturnitas quando noceat tacenti.
15 *Filius amicum patre maiorem neminem habet.*
16 *Scholaris, qui socium patitur librum penes se relinquere, depositum videtur se recepisse.*
Amicitia vltra scientiam & patientiam operatur.

FRācifcus Ferrarius de villa Casoriæ senex
habens Marcum filium suum propter eius
senectutem clausis oculis permisit dictum
filium suum gerere omnia negotia domus
in emendis & vendendis, & in contrahendo & nego-
tiando mercantias per multa tempora. Et inter alias
mercantias emit à Marizoco & Dianora certā quan-
titatē lini pro ducatis l. quos promisit soluere in cer-
to tempore, prout constat per quandam obligationē
apud acta magnæ curiæ Vicariæ: deinde mortuus est
dictus Marcus filiusfamilias superstite eius patre sene
ac superstitibus sibi Hieronymo, & fratre, filiis dicti
Marci, & nepotibus dicti Frācisci: qui filij, quia pater
nihil habebat, declarauerunt, quòd nolunt patri suc-
cedere. post hæc moritur dictus Frācifcus auus super-
stitibus dictis eius nepotibus hæredibus adeuntibus
eius hæreditatem: modò illi coniuges, qui vendiderūt
dictum linum, conueniunt dictos filios dicti Marci vt
hæredes dicti eorum aui ad soluendum dictos ducatos
quinquaginta, in sacro Consilio. Qui citati dicunt se
non teneri nec actione personali, nec reali: quia non
sunt hæredes patris, nec habēt aliquid de bonis pater-
nis. Illi coniuges dicunt, quòd dicti nepotes hæredes
aui tenentur ad dictos ducatos l. propter mandatū ta-
citum, quod habuit filius à patre ad contrahēdum, &
ideo ratione mandati tenentur vt eius hæredes ad sa-
1 tisfaciendū dictos ducatos l. concluso processu. †Fuit
dubitatum, an si pater permittit filiū negotiari, mor-
tuo filio teneatur pater soluere debita contracta per
filiū. Et prima facie aliquibus dominis fuit visum,
quòd pater non tenetur ad dictū debitū, & per conse-
quēs nec eius hæres, per tex. in l. patris. C. ne filius pro
patre. Secundò, si speciale est fauore reipublicæ, vt
pater teneatur pro filio in potestate, quādo factus est
decurio: vt in l. j. C. de filiisfamilias, & quemadmodū
2 pater pro his teneatur, lib. x. †ergo in contrarium est
ius commune. l. ius singulare. ff. de legibus. Tertiò,
vbicūque actus, qui geritur, potest me inuito exerceri
tunc si sim præsens, non videor consentire: vt not. in l.
Caius ff. de pign. actio. Et hoc firmat etiam And. in c.
j. §. præterea. quib. mo. feud. amit. & in l. imperialē. §.
præterea si inter duos. de prohi. feu. ali. per Fedē. circa
intellectum. l. sæpe. de re iud. idē Dy. in regula, qui ta-
cet. lib. vj. Sed iste filius poterat emisse dictum linum
etiam inuito patre ad credētiam, quia poterat linum
vendere, & de pretio satisfacere. l. quod vendidi. ff. de
contrahen. emp. & pro hoc l. tam ex cōtractibus. ff. de
3 iudi. & l. filiusfa. ff. de act. & obli. †vbi ex omni cōtra-
ctu obligatur filius, præterquā in mutuo, & quādo cō-
trahit cum patre vel fratre: vt in l. frater à fratre. ff. de
condi. inde. ergo nō tenetur eius pater etiam quod fuisset
præsens, & tacens. Quartò, filius debet patri operas
obsequiales, non industriales: †quia quæsitū ex opera 4
industriali dicitur aduentitium, & sic est filij. vt dicit
Bal. in aut. ex testamēto. col. v. C. de colla. ver. decimū
caput &c. Si ergo istud contrahere procedit ex indu-
stria filij, videtur, quod pater qui non sentit lucrū, nō de-
bet sentire damnū. Quintò, vbi tractatur de aliquo
obligādo, taciturnitas nō operatur cōsensum: vt in l.
filiusfa. §. inuitus. ff. de procuratoribus, nisi fauore pu-
blicæ vtilitatis: vt suprà dictū est. sed hic tractatur de
obligando patrē propter eius taciturnitatē: ergo &c.

In contrariū dicebatur, nā clarè probatū est, qua-
liter dictus Marcus filius disponebat de negotiis do-
mus & bonorū patris tanquā bonis propriis cōducen-
do operas necessarias in cultiuādis terris & recolligē-
dis fructibus, & vēdebat, & emebat merces, & fructus,
& mercātias, & pater sciebat, & nō cōtradicebat. †Ex 5
his præsumitur tacitū mandatū datū filio, vt emat, &
vēdat. hoc probatur ex cōiunctione duarū legū. Pri-
ma, quod si filius consueuit accipere mutuū, & pater erat
cōsuetus restituere, cogitur pater in futurū restituere:
vt probatur in l. Titianus ff. quod cum eo. quā ad hoc
allegauit Bal. in l. ij. C. ad Macedo. & Alex. in l. si quis
patrem. ff. eo. tit. Secunda, ex lege, si cum villico. ff.
de institoria. vbi dicitur, secundū Pau. de Cast. ibi, †quod 6
ille, qui habet mandatū de emēdo, & vendendo mer-
ces, dicitur institor, & sic iste filius dicitur institor pa-
tris & consequenter pater tenetur restituere pretium
dicti lini empti per filiū suum institorē. Secūdò ad
idē adducitur id quod dicit Inno. in c. ex parte decani.
de rescrip. vbi dicit, quod si quis scit aliquē se gerere pro
procuratore suo in iudicio, & nō cōtradicit, facit sibi
præiudiciū, vnde ex illa taciturnitate videtur illā rem
gerere ex volūtate sua, quasi velit, quòd videatur sibi
dare mandatū, vel præsumendū esse eum habere man-
datū. idem dicit Bal. in l. Iulianus. in v. q. ff. qui satisd.
cog. multas concordātias ad hoc alle. Alex. de Imo. in
ij. vol. consi. clvj. incip. viso instrumēto donationis. in
iij. col. bene facit quod sing. not. Inno. in d. c. ex parte
decani &c. & Lud. Roma. in cons. clxx. incip. sciebant
Romanus & filius. †Tertiò ad idē adducitur quod 7
dicit Pau. de Cā. in l. j. §. magistrum. ff. de exercito. vbi
dicit, tertio not. secundum Guil. quòd si aliquis sciēte
& patiēte superiore exerceat officium tanquā locum
tenens eius licet non appareat de locūtenentia, id est,
quòd fuerit deputatus ad illam, valeat gesta cum eo:
quia tacitè videtur ipsum præposuisse. facit ff. quod cū
eo. l. fi. & idē si aliquis tanquā delegatus ab ordinario
ipso sciente & patiente de aliqua causa cognosceret,
nam eo ipso videtur delegare. †Facit quòd si aliquis 8
aget tanquam procurator meus me sciente & patien-
te, videor sibi mandatum dedisse, & sic sententia lata
contra eum mihi nocebit. licet de alio mandato non
appareat. & videtur voluisse Inn. in c. ex parte decani.
de re. licet Bar. aliter voluerit in l. sæpe. ff. de re iud. fa-
cit quod not. Bar. in l. falsus. C. de furt. & istū text. in §.
magistrū. alle. Bal. in l. ij. in ij. col. C. de fi. n. & interlo.
om. iu. in ver. modo Iac. But. & ideo consuluit Abb. in
ij. vol. cōsi. vij. incip. tria. circa primū dubiū & e. an. iij.
col. quod quidā syndici gerebāt se pro syndicis pali & pu
blice, & omnia gerebant vt syndici præsentibus illis

cleritis, & non cõtradicentibus, etiã q̃ nõ habuissent
dicti syndici mandatũ, videtur tunc mandatũ dedisse.
alleg. Inn. in d. c. ex parte decani. de re. & decisi. Rom.
ccccLxiij. & seq. licet aliud senserit Bar. in d. l. sæpe. ff. de
re iudi. & Cyn. in l. si pecuniã. C. de nego. gest. & in d.
consi. Abb. reprehẽdit Bar. & Cyn. vt ibi per eum, qui
bene loquitur ad præsens propositũ, ideo qui vult eũ
videre videat. Et dicit Alex. in j. vol. cons. xxxvj. incip.
9 visis his, quæ per dominos aduocatos &c. † quòd sine
sciẽtia & patiẽtia domini nõ cadit præsumptio mãda-
ti. allegat dictũ §. magistrũ. & ff. de tribu. l. j. §. sciẽtiã.
& d. l. si. ff. quod cum eo, & Inn. in d. c. ex parte decani.
de rescrip. & c. olim. de off. deleg. Quartò allegabat
quidã aduocatus illorũ creditorũ Bald. in iudiciũ in l. si
cum dotẽ. §. trãsgrediamur. ff. sol. mat. vbi dicit se con-
suluisse in ciuitate Senarum, vbi est statutũ, quòd si fi-
lius se exerceat in mercãtiis, eo ipso pater intelligitur
pro eo obligatus, tale statutũ intelligitur, quando pa-
ter sciuit filiũ sic se exercere, & non cõtradixit, vt sic
videatur ex tũc cõsentire ex forma dicti statuti, secus
si ignoraret, puta quia filius discessit à patre stãdo ab-
sens per multa tẽpora, puta in locis trãsmarinis ibidẽ
10 se exercẽdo sine sciẽtia & volũtate patris, † sic in mul-
tis distinguitur inter sciẽtiã & ignorantiam: vt patet
per Bar. in l. cotẽ. §. dominus. de publi. & per Lud. in l.
j. §. occisorum. ff. ad Silla. & in multis aliis iuribus. Et
subdebat idem aduocatus, quòd Pet. de Anch. in cõsi.
lxij. incip. motiua iudicis &c. dicebat in versi. quo ad
quartũ. vbi dicit, quòd postquã tanto tẽpore se gessit
pro castaldione domino sciente, & patiẽte, quòd præ-
sumendus est castaldio. l. qui patitur. ff. mãdati. Inn. in
c. ex parte decani. de re. postquã enim semel cõstat de
dicta voluntate, q̃ passus fuit ita lõgo tẽpore se gerere
11 pro procuratore generali, † volũtas domini non præ-
sumitur mutata, nisi probetur. c. maiores. de baptis. l.
sancimus. C. de testa. & de ista authoritate Pet. de An-
cha. facit mentionẽ Alex. in v. vo. cons. cxx. Et in pro-
priis terminis allegauit etiã consiliũ Pau. de Ca. cclxj.
incipien. si iste Nerius sciente & patiẽte domina Frã-
cesca gerebat negocia dominæ Frãcescæ, possessiones
locabat, & alia faciebat quæ cõsueuerunt facere facto-
res generales seu institores, videtur ab ipsa domina
præpositus: & perinde est, ac si habuisset à dicta domi-
na mandatum. allegat d. §. magistrum. & d. l. si. ff. quod
cum eo. Quinto pro ista parte bene facit text. in l.
quicunque. §. idem Labeo. ff. de insti. vbi si quis pistor
solitus est mittere seruũ suum ad panem vendendũ ad
certũ locũ, & ille seruus accepta certa summa pecu-
niæ conuenit mihi dare per singulos dies duos panes,
& seruus non adimplenit pactum prædictũ, tenebitur
pistor institoria actione, ex quo solitus erat ei hoc
permittere, idẽ dicẽdum est in casu isto, ex quo pater
sciebat & permittebat filiũ emere & vẽdere merces,
12 tenetur vel institoria vel actione mandati. † Quid
igitur conclusum fuit in hoc dubio? Magnificus dom.
Anto. de Alex. viceprotonotarius, & ego, & do. Anto.
Mariconda votauimus, quòd dictus filius fuit institor
in negotiis patris, & præsumitur habuisse mãdatum à
patre ad emendum, & vendendũ, & plures emptiones,
& venditiones fructuũ & mercium probatur fecisse
sciente & viuẽte patre, & ei rationem sæpe sæpius po-
suisse, vt deponunt testes. Et propterea heres patris te-
netur soluere dictum debitũ quasi videatur sibi datũ
tacitum mandatũ ex scientia & patientia patris tantæ
consuetudinis in emendis & vendendis mercibus: vt
dicit Bal. in l. cum oportet. in prin. in iij. col. C. de bo.
quæ libe. & multa similia possent adduci, quòd sciẽtia
& patiẽtia inducit consensum, quæ sunt potius in per-
tinacia, quàm facienda ad præsens dubiũ, ideò omisi
tanquàm etiam vulgaria. Alij domini de Consilio
sentiebãt cõtra reum per motiua suprà allegata, qui-
bus respõdebatur. Et primò ad primũ, † quòd verũ 13
est, quòd pater non tenetur pro filio, nisi filius habeat
mandatũ expressum vel tacitum à patre, prout erat in
casu, de quo agitur: vt suprà dictum est. Nec obst. se-
cundũ, quia verũ est, quòd pater nõ tenetur pro filio,
nisi in illo casu ratione publicæ vtilitatis, vel nisi pa-
ter tacitè vel expressè consensit. Nec ob. tertiũ, quia
procedit, quando pater non potuisset prohibere filiũ
ne cõtraheret. Sed pater bene potuit prohibere filiũ,
ne cõtraheret de bonis suis, nõ fecit, sciuit, tacuit per
lõga tẽpora, habuit ab eo sæpius rationẽ de gestis, ideò
videtur consentire & mandare: † quia vltra præsentiã 14
& taciturnitatẽ concurrit sæpius reddita ratio & con-
iunctio sanguinis: vt dicitur in distinctione d. l. Caius.
per doct. maximè per Albe. de Rosa. ibi. Nec obst.
quartum, quia verũ est, nisi fuisset expressum vel taci-
tum mandatũ patris, tunc quæritur patri, & ipsum pa-
trem obligaret. Nec ob. quintũ, quia dicit Bal. in d.
§. inuitus. quòd si taciturnitas est iuncta alteri rei in-
dicatiuæ cõsensus, & tunc præsens & tacens etiam in
actu obligatiuo videtur cõsentire. vt in l. si fideiussor.
§ pater. & l. ij. §. voluntate. ff. soluto matri. & de euic. l.
quidam. & l. item quæritur. §. qui impleto. ff. loca. Sed
hic concurrit maxima amicitia inter patrem & filiũ:
† quia filius nullũ maiorẽ amicũ potest habere quàm 15
patrem vt dicit Bald. in c. per tuas de proba. allegat l.
quidã cum filiũ. ff. de hære. instit. & l. Iulianus. ff. si quis
omis. causa testa. propter quã inducitur consensus pa-
tris: † quia si scholaris ponit in domo alterius schola- 16
ris, qui est suus socius, librum illo sciente, & patiente:
videtur tacitè depositũ suscepisse: quia concurrit ami-
citia vltra sciẽtiam & patientiã. alleg. Iac. de Are. in l.
inuitus. in j. q. C. de procu. facit l. Procula. ff. de proba.
& hoc expressè tenet Bar. in sua pulchra dist. in l. quæ
dotis. ff. solu. matri. hæc causa non fuit per sententiam
diffinita, quia partes se concordauerunt pro medie-
tate soluentes debitum dictis coniugibus, & dicti con-
iuges remiserunt aliam medietatem.

DECISIO CCCIX.

De substitutione facta nepotibus succedentibus in capita.

SVMMARIVM.

1 *Nepotes vnà cum patruo, an in capita, an in stirpem succedant.*
2 *Institutio si facta sit nomine collectiuo, quomodo succedatur.*
3 *Qui eadem oratione coniunctim vocati habentur pro eadem persona.*
Voluntas testatoris quomodo præsumatur.
4 *Nepotes cũ fratre substituti, quandò succedãt in capita.*

Pater quidã nobilis instituit filios suos pu-
pillos hæredes, ipsisque pupillariter substi-
tuit fratrem testatoris & Titiũ & Mæuiũ
filios alterius fratris, mortuis filiis testa-
toris in pupillari ætate. † Quæritur quomodo suc- 1
cedant isti nepotes vnà cum patruo, an in capita, vel
in stirp

in stirpem. Et quia iste casus contigit in ciuitate Neapolis, ideò in primis allegatur gl. Neapo. in consuetudine, quæ incipit, si aliquis moriens. in verbo, de ipsa medietate. vbi videtur tenere, quod quando isti nepotes succesissent ab intestato, dicti nepotes successissent in stirpem, id est, quòd tantù haberet frater, quantùm isti Nepotes filij fratris. Sed si nepotes succedút ex testaméto, & fuerút nominati propriis nominibus, tunc succedunt in capita. & pro hoc l. quoties. §. hæredes. & l. interdum in prin. & l. liber homo. §. Titius hæres. ff. de hæredi. insti. & l. legata inutiliter. §. si. ff. de leg. j. Et licet Neapo. loquatur in substitutione, tamé eadé ca-
2 tio est in institutione. †Sed vbi institutio esset facta de nepotibus nomine collectiuo, puta instituo nepotes meos filios fratris mei, tunc dicti nepotes succederét in stirpé. & nó capita. & pro hoc Neapo. allegat in pe. col. text. ff. de leg. j. in l. si hæredes nominati. & glossam notabilem. in l. codicillis. in fi. ff. de vsufruc. lega. & in propriis terminis dixit Io. de Imol. in d. l. interdú. quod si testator dixit, fratré meú instituo, & filios fratris mei instituo: illi nepotes erút instituti in stirpé, nisi sit dictú, quod eos instituo, tunc eé sentur instituti in virilé. & hoc refert & sequitur Ale. de Imo. in iiij. vol. cõs. lv.
3 incip. perspectis his, quæ in themate &c. †Ité omnes filij eadé oratione cõiunctim vocati habétur pro vna persona: vt in l. Titius fun. li. & l. liber homo. post prin cipiú. ff. de hære. insti. not. Alex. in iij. vol. consi. lvj. & propterea succederent tunc in stirpé, tanquam repræsentátes personá eorú patris. Secus, quádo instituisset nepotes nominibus propriis, tunc lex vult, quòd succedat in capita, per iura suprà dicta. & sic præsumi debet volútas testatoris, vt in l. Gallus. §. j. cum ibi notatis. ff. de libe. & posthu. & nota. Bar. in l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Treb. & Bald. in l. precibus. in xix. col. C. de impube. & aliis substitu. Fuit ergo votatú in Cõsilio per omnes dominos, quòd ex quo dicti nepotes fuerunt substituti nominibus propriis expressis vná cú fratre testatoris, quod omnes dicti substituti succedát
4 in capita, per iura suprà allegata. † Et in tantú hoc est verú, quòd etiá si testator dictos nepotes ex fratre nominasset propriis nominibus & appellatiuo, puta Patré, & Saluatoré, nepotes suos: vt dicit gl. in l. nónunquá. ff. ad Treb. & in l. ita. §. j. ff. de statuliberis. dicti nepotes succederét in capita, & postea fuit laudatú super hæreditate nobilis viri Petri Minutili de Neapo.

DECISIO CCCX.

De legitima agnatis debita.

SVMMARIVM.

1 *Substitutus in totum quádo non succedat nisi in medietate.*
2 *Mater legitimam habet in bonis filij.*
3 *Substitutio pupillaris expressè facta filio, matrem excludit a legitima.*
Consanguinei propter Neapolitanam consuetudinem, an excludi possint a legitima.



Vit in Consilio ista dubitatio proposita per do. Antoniú de Alexádro viceprotonotarium. Ecce cõsuetudo Neapolitana dicit, quòd morienti ab intestato sine liberis legitimis & naturalibus proximiores ex parte patris succedunt in bonis paternis, & proximiores ex parte matris succedunt in bonis maternis, vt in consuetudine, si quis vel si qua. & alia cõsuetudo, quæ incipit, si aliquis dicit, quòd si talis fecerit testamentum de bonis paternis vel maternis non potest disponere nisi de medietate, reliqua verò medietas perueniat ad proximiores agnatos. †Pone, quòd Neapolitanus fe- 1
cit testamentú, & instituit filios pupillos hæredes vniuersales. Et ipsis pupillis substituit ecclesia: & deinde ipsi pupilli moriuntur in pupillari ætate. & sic factus est locus substitutioni. Vtrum dictus substitutus succedat solùm in medietate bonorum paternorum & maternorum, & in alia medietate consanguinei ex parte patris in bonis paternis: & consanguinei ex parte matris in bonis maternis, vel substitutus solus succedat exclusis dictis consanguineis. Dicebat præfatus doctor, quòd nisi esset gloss. Neapo. in consuetudine, si aliquis. in verbo, de ipsa. in versic. quarto extra. ipse teneret, quod ecclesia succederet in solidú per istam rationé. †Certú est, quod mater in bonis filij habet 2
legitimá, vt est text. in auth. præsbyteros. C. de episco. & cleri. sumpta ex corpore de sanc. epis. §. presbyteros autê. & sic matri debetur legitima à lege. & tamé per substitutioné pupillarem factá filio expressam mater excluditur à legitima, secundú veram opinioné in c. si pater. de testamen. & not. in l. Papinianus. §. sed nec impuberis. ff. de inoffi. test. Ioan. de Imo. in c. Raynutius. de testa. doc. in l. ij. ff. de vulg. & pupilla. & in l. pre cibus. C. de impu. & aliis substi. Ita dicendum esset in casu proposito, vt substitutio ista pupillaris expressa excluderet agnatos ab illa medietate bonorum, quæ eis debetur ex dicta cõsuetudine, sicut excluditur mater à legitima filij, quæ sibi debetur à lege, propter substitutioné expressam pupillaré. Sed quia per dictá glo. tenetur expressè contrarium, scilicet, quòd dicti consanguinei non possunt excludi à dicta medietate bonorum paternorum & maternorú: & dicit, quòd ista est veritas, propterea ipse dubitabat de dicta deci sione Neapoli. †Fuit deliberatè responsum per dominos de Consilio, & etiam alios doctores, quòd ista 3
legitima alio iure debetur istis agnatis, & alio iure legitima matri. nam ista medietas debetur agnatis per successionem virtute consuetudinis: vt dicit gl. Neap. in consue. & si testator. in verbo, disponere. quæ magis est debita eis, quàm legitima matris in bonis filij, à qua potest priuari per patrem per pupillarem substitutionem, per d. l. precibus. cum similibus suprà allegatis: quia pater faciendo substitutionem pupillarem filio pupillo, potuit libere disponere, & excludere ma trem de bonis suis, quia non tenebatur pater aliquid relinquere suæ vxori: nec potest mater cõqueri de filio, quia ipse non fecit testamentú, sed pater suus fibi. Secus in ciuitate Neapolis de bonis obuenientibus sibi ex successione paterna & materna non potest liberè disponere, nisi de medietate: alia verò debetur agnatis iure successionis per dictam consuetudinem, & in hac sententia remansit etiam præfatus doctor.

DECISIO CCCXI.

De alienatione bonorum dotalium cum renuntiatione iuris hypothecæ per vxorem iurantem.

SVMMARIVM.

1 *Notarij in alienationibus bonorú dotaliú, quid inseratur.*
2 *Vxor iuri hypotheca renuntiare an possit, & quando ab eo excludatur.*

Vxor

Vxor non obstante renuntiatione, quando possit agere hypothecaria pro dote.6.
Dispositio auth. siue à me. C. ad Velleianum, an habeat locum in Neapoli.
3 *Renuntiatio hypotheca super re per mulierem facta quando importet donationem iurium dotalium.*
4 *Iuramentū mulieris in eius renūtiatione quid operetur.*
5 *Vxor an possit habere regressum super bonis, quibus renuntiauit.*



Xtat cōsuetudo in ciuitate Neapolis, quę incipit si mulier cōsentiat &c. quæ vult, quòd si vxor, quæ habet bona sui mariti obligata pro dote & antiphato, consentiat viro alienanti rem suam stabilem in vita vel in morte, talis consensus mulieris præiudicat mulieri quantum ad rem illam alienatā, vt non posit pro antiphato agere hypothecaria contra illum, in quem facta est alienatio: bene tamen poterit agere contra eum pro dote hypothecaria actione ad illa bona alie-
1 nata cum consensu vxoris. †Quæritur modò. Ecce notarij, quando viri alienant aliqua eorum bona stabilia cum consensu vxorum, non solum dicunt in instrumentis ipsis, quòd talis vxor consensit dictæ alienationi, sed dicunt plus, quòd renuntiauit super dicta re vēdita iuri hypothecæ, quam habet pro dotibus & antiphato, quod quidem fieri potest, vt in l. iubemus. C. ad Velle. & iuterdum iurant non venire cōtra aliqua ratione & causa, renuntiando omni legū auxilio, & cōsuetudini, & omnia & singula vera esse. Modò euenit, quòd soluto matrimonio per mortem viri superstite vxore, quæ videt virum non habere tātum in bonis, quod sufficit sibi ad recuperādas dotes suas cōtentas in instrumento dotali, vult agere contra illum tertium possessorem rei stabilis, quæ fuit sui mariti, in
2 qua vxor ipsa renūtiauit iuri hypothecę, †quod facere potest, per text. in auth. siue à me. C. ad Velle. vbi dicitur, quòd tunc vxor excluditur, quando renuntiauit iuri hypothecæ, vt non posit pro dote agere hypothecaria super illa re, quando maritus habet alia bona: super quibus vxori potest esse consultū super dote recuperanda. & ita procedat cōsilium Lud. cxl. incipiēs, hæc venditio rerū &c. Sed si non supersunt alia bona, vxor non obstāte renuntiatione hypothecę super illa re potest agere actione hypothecaria pro dote, per dictam auth. siue à me. Quæritur, vtrum dispositio dictæ aut. siue à me. habeat locū in ciuitate Neapolis: vt si vxor renuntiauit hypothecę & cum iuramēto rei alienatæ per virum: & nō sunt alia bona, super quibus posit vxor recuperare dotē, ꝙ non obstante renuntiatione posit agere hypothecaria super illis bonis.
3 Videtur ꝙ sic: †quia renuntiatio hypothecæ super illa re facta per mulierem, quando maritus non habet alia bona, importat donationē iuriū dotaliū: vt dicit Bar. in d. l. iubemus. quæ donatio nō valet, secundum Iac. de Aret. in l. Mæuia. §. fi. ff. sol. mat. & idem tenent ibi doct. & firmāt Dy. Odof. & Albe. de Rosa in l. si pignus: ff. de his, quæ in frau. credit. In contrarium videtur decidere Neapo. in dicta cōsuetudine, si mulier in verbo, quātùm ad hypothecariā. vbi dicit, quòd in ciuitate Neapolis est consuetudo sequens. quę incipit, sed si mulier. quę vult, quòd si mulier vna cum marito alienet rē mariti: tunc indistinctè mulier excluditur, vt super illa re nō posit habere recursum pro dote & antiphato. Sed clarum est, quòd quādo mulier renuntiat iuri hypothecæ in re alienata per maritum, contrahit, ergo præiudicat sibi indistinctè, & dicit Neap. quòd hæc est veritas, & hæc opi. Neapo. tantò fortius procederet, si in dicta renuntiatione interuenisset iu-
ramentum: † nam tunc etiam si nihil aliud habuisset, 4
non posset venire cōtra iuramentū: vt dicunt Can. in c. peruenit. de emp. & vend. per c. cum cōtingat. & c. si verò. de iureiu. & c. licet. eo. tit. in vj. licet gl. iuris ciuilis in l. si qua mulier. C. ad Velleia. dixerit cōtrariū: quæ gl. cōmuniter per Canonistas non tenetur. & illā gl. non tenet Ale. & alij in d. l. Mæuia. §. fi. & probatur in c. ex rescripto. de iureiur. & firmat Bal. in l. et. C. ad Velle. & Cy. & Bal. in d. aut. siue à me. Et ita fuit iudicatū in Cōsilio cōtra vxorē vnius de domo de Barba. Sed pone casum extra ciuitatē Neapolim, prout aliàs cōtigit in facto: & vbi non interuenit iuramentū mulieris in renūtiatione hypothecæ, & non sunt alia bona. Sed pecunia illius rei vēditę peruenit ad mulierē, prout dicebat instrumentū venditionis. †Vtrū 5
possit vxor habere regressum super bonis, super quibus renuntiauit. Et certè in casibus, in quibus potest fieri restitutio dotis vxori constante matrimonio, de quibus per Alex. in l. ij. in prin. ff. sol. ma. & in l. mutus §. manente. ff. de iure dot. si vxori fuit soluta illa pecunia, nō potest habere recursum super illa re, super qua renūtiauit, etiam si maritus non habet alia bona. hoc firmat Bar. in d. l. iubemus. C. ad Velleia. secus quando essemus in casu in quo non potest fieri restitutio dotis cōstante matri. tunc nō obstāte renūtiatione hypothecæ facta per vxorē in illa re, si non sunt alia bona viri, potest vxor agere hypothecaria, per d. l. siue à me. nisi probetur, ꝙ vxor esset effecta locupletior. per tex. in l. si pro rata. §. j. ff. de religio. & sump. fune. & in l. si. ff. de iure dot. & in aut. de nup. §. dotes. †Fuit ergo votatū. 6
ꝙ ex quo probabatur per partitā Bāchi, & per testes, ꝙ licet in instrumēto dicatur, ꝙ pecunia rei venditæ peruenit ad mulierē: tamē in veritate tota res peruenit ad vitū, ꝙ vxor potest agere hypothecaria ad illā rem. non obstante dicta renuntiatione: quia non erat casus, in quo restitutio dotis potuisset fieri constante matri. & quia nō erāt alia bona viri, super quibus posset fieri restitutio dotis. & hæc faciunt ad limitationē eius, quòd dicit Alex. in ij. vol. consi. xxxviij.

DECISIO CCCXII.

De hypothecaria competente mulieri renuntianti hypothecæ in alienatione bonorum dotalium.

SVMMARIVM.

1 *Vxor super re illa, an agere possit (non extantibus alijs bonis viri) cuius hypotheca. sine iuramento renuntiauit.*
2 *Substantia propria deficit quando quis dicatur esse soluendo.*
Intellectus ad auth. siue à me. C. ad Velleianum.

Vit etiam dubitatum: † si sunt duo rei in solidum obligati pro restitutione dotis, videlicet maritus & alius, & vēdit rem suā, cum consensu mulieris & renuntiatione hypothecæ suarum dotium sine iuramento, & soluto matrimonio per mortem viri, nihil superest in bonis viri, super quibus posset vxor consequi dotes suas. Verū posset vxor agere hypothecaria pro dotibus suis, super re illa, super qua renuntiauit iuri hypothecæ, per

2 cæ, per auth. siue à me. ad Velleia. †Fuit conclusum in Consilio, quòd hon, quia potest esse consulere vxori super bonis Correi insolidum obligatis, per rationem dictæ auth. siue à me. & pro hoc videtur tex. in l. si plures. §. præterea, si quæratur. ff. de fideiussori. vbi text. diffinit, quòd non dicitur quis esse non soluendo propter defectum propriæ substantiæ, si sunt facultates alterius correi ad idem debitū obligatæ, & propterea hoc casu non habet locum decisio. text. in auth. siue à me. præallegata.

DECISIO CCCXIII.

De regressu mulieris ad bona aliena ta, super quibus renuntiauit iuri hypothecæ dotium.

SVMMARIVM.

1 *Vxor an possit habere regressum ad illa bona alienata, super quibus iuri hypothecæ renuntiauit.*

2 *Alienationis tempore, sufficiat virum bona pro dote habuisse sufficientia.*



Ex eorum terminis dictæ auth. siue à me fuit quæsitum in sacro Consilio, quid si vir tépore alienationis rei suæ stabilis cum consensu vxoris, & renuntiatione hypothecæ iurium dotalium habebat alia bona mobilia & stabilia. Sed tépore, quo debet dos restitui vxori, non sunt alia bona mobilia vel stabilia viri, de quibus posset 1 fieri restitutio dotis vxori. †Vtrum vxor possit habere regressum ad illa bona alienata, super quibus renuntiauit iuri hypothecæ dotium. Paul. de Cast. in l. Mæuia. §. fi. ff. sol. ma. tangit hoc dubium. Et dicit, aduertere tamen quòd sufficit, quòd tépore renūtiationis superessent tot alia bona, q̃ sufficerent ad doté, licet postea desinant esse, per c. peruenit. de empt. & vendi. & dicit Paul. quòd hoc habuit de facto. & quærit ibi, quis probabit, quòd tépore renuntiationis erant, vel non erant alia bona sufficiētia ad doté, & ibi decidit, quòd mulier. †Sed Ioan. de Imo. in d. c. peruenit. in gl. in iiij. col. dicit, quòd nō sufficit, quòd tempore factæ alienationis vir habuerit alia bona, vnde mulieri possit consuli: imò requiritur, quòd etiam tempore, quo agitur, sit in facultatibus viri. Sacro Consilio fuit visa æquior opin. Ioan. de Imo. fauore dotis.

DECISIO CCCXIIII.

De liberis non hæredibus succedentibus augmento dotis matris.

SVMMARIVM.

1 *Filij mortua matre bona pro antiphato eius consignata, quo iure habeant.*

2 *Liberi etiam si non sint hæredes patris consolidationem antiphati matris an habeant.*

3 *Argumentum à contrario sensu non sumendum est, vbi resultat legis correctio.*

4 *Filij post mortem matris, si non sint hæredes matris in antiphato, an succedant & quando.*

5 *Consolidatio noua in bonis paternis, quando non cadat, & quibus.*



In causa creditorum quondam Francisci Rotiæ cum eius hæredibus, fuit dubitatū, 1 †An filij mortua matre, cui fuerunt consignata per filios certa bona stabilia pro antiphato, habeant illa bona iure consolidationis vt hæredes patris, vel habeant etiam si non sunt hæred. 2 patris. Neapol. in consuetudine ciuitatis Neapo. quæ incipit, quartā auth. in verbo fructus dicit, quòd ista consolidatio, est quædam noua acquisitio non vi to, sed eius hæredibus acquisita. In contrariū facit, †quia liberi habent istam consolidationem antiphati, etiam quòd non sint hæredes patris. & hoc per text. 3 in auth. hæres. C. de secund. nupt. & probat text. in l. fœminæ. C. eod. titu. Nec obstat gloss. Neapol. quæ dicit, quòd hoc antiphatum post mortē patris spectat ad liberos hæredes. Sed si essent liberi, & non hæredes, hoc non dicit Neapo. †nec est sumendum argumen- 3 tum à contrario sensu, vbi resultaret correctio legis: vt dicit gl. aj. in c. vnico. de ætate & qualita. libro vj. & glo. in Clemen. prima, in verbo, obseruare. de senten. excommu. sed si intelligeretur Neapol. per argumentum à contrario sensu, quòd filij deberent esse hæredes patris in dicta consolidatione antiphati, hoc esset contra dictam auth. hæres. quod non est dicendum. Quare fuit votatum per omnes dominos Consiliarios, quòd filij post mortem matris in isto antiphato succedūt etiam quòd non sint hæredes patris, †nisi 4 sint ingrati ipsis parentibus: vt dicit text. in d. auth. sed hæres. facit ad hoc quod dixit Bald. in l. generaliter. §. in his. C. de secun. nup. vbi dixit, quòd quæcunque acquiruntur iure separato ab aditione hæreditatis, non requirunt aditionem hæreditatis. ff. de acquir. hæred. l. pro hærede. §. Pap. & §. qui sepulchri. Sed incidit aliud dubium. Quid si ista cōsolidatio rei datæ matri pro antiphato, quoad vsumfructum semel peruenit ad filium, deinde iste filius moritur superstitibus sororibus maritatis & dotatis à fratre, quæ non poterāt succedere matri, vel patri propter existentiam filij masculi virtute consuetudinis Neapolitanæ, an dictæ sorores ista consolidationis si non sunt hæredes fratris, possint succedere in isto antiphato. †Fuit vota- 5 tum in Consilio, quòd sufficit, q̃ semel facta fuit illa cōsolidatio in filio, ideò nō transit ad alios, qui fuerūt semel exclusi à bonis paternis, & in eis non cadit noua consolidatio. facit ad hoc l. boues §. hoc sermone. ff. de verb. signi. vbi verbum, dum nupta fuerit, intelligitur de prima vice. Sic consolidatio in filio & non hærede patris, intelligitur de primo filio, & non hærede. & non de aliis. Accedant ad hoc multa similia, quæ adduxit Feli. in c. innouamus. de treuga & pace.

DECISIO CCCXV.

De ornamentis per sponsum sponsæ datis ante traductionem, & de successione in illis.

SVMMARIVM.

1 *Sponsi nobiles qua paraphernalia sponsis suis dare soleāt. Locat alia vxori tradita, quando est in domo patris vel fratris, an sint hæredum viri.*

2 *Res sostrina ad sponsum transmisse, an videantur ei donata, vt ad suos hæredes possit transmittere.*

3 *Paraphernalia donata sponsæ, an vsui quotidiano conueniant iudicis in arbitrio summe versatur.*

4 *Vir quæ præsumatur in dubio vxori donasse. Vestimenta, quæ hodiernis abusus induxit donata an censeantur.*

5 *Nemo præsumitur velle malè vti substantia, cum dāni enormitate.*

Para

Parapherna immoderata, nisi testamento legentur, non debentur.
6 *Vestes quotidianæ in princ. ipso. ad vsum mulieris inducta.*
7 *Transmissio bonorum ad mulierem, quãdo inducat validam donationem.*
8 *Res quæ donantur contracto matrimonio per verba de præsenti, an transmittantur.*
9 *Verecundiæ pudor necessitatem quandoque inducit.*
10 *Donatio paraphernaliorum, si in morte non reuocatur, valida est.*
Iocaliorum modicorum donatio valet.
11 *Consuetudo paraphernalia donandi, quando contra ius sit.*
Pacto quod non potest fieri, nec potest consuetudine.
12 *Prohibitio iuris communis necessitatem importat.*
Donatio facta à viro vxori, per quam ipse efficitur pauperior, non valet.
13 *Pactum quicquid potest, potest consuetudo.*
14 *Mulieres nobiles ad vsum quotidianum serico vtuntur.*
15 *Officium iudicis in consideranda personarum qualitate debet versari.*


T plurimum inter nobiles Neapolis contracto matrimonio per verba de præsenti, maritus mittit vxori suæ, quãdo est in domo patris, vel fratris gonellas de serico, sberniam de serico, corrigias de argēto cum auro annulos aureos cũ lapidibus pretiosis, gonellas de pãno fino, guarnitas de veluto, canacam auream, torquem aureum, cathenam auream maniglias aureas. Demum matrimonium pauco tempore durat, quia soluitur vel per mortem viri superstitibus eius consanguineis hæredibus, vel per moitē vxoris superstitibus eius consanguineis hęredibus, & litigatur inter dictos
1 hæredes. †Verũ dictæ res traditæ vxori, quando est in domo patris vel fratris, sint hęredũ vxoris, vel viri, vel eius hæredis. tribus vicibus fuit in Cõsilio hoc dubium inter diuersas personas nobiles. Et determinatũ fuit hoc modo per quatuor capita. Primum caput est, quãdo expresse dictæ res non sunt donatæ, sed simpliciter transmissæ sunt dictæ res festiuæ & prætiosæ, & non videntur donatæ vxori, ita vt transmittat ad
2 eius hæredes, †sed videntur ei traditæ: vt magis ornatè vadat, vt in l. mortis suæ causa. §. j. ff. de do. inter vir. & vxo. l. id vestimentum. ff. de peculio. l. si vt certo. §. interdum. ff. cõmodati. & ibi Bar. & Bal. & Albericus de Rosa. hoc etiam voluerunt Bart. Bal. Ang. Io. de Imo. & Alexãd. in l. penul. §. j. ff. sol. mat. Paul. de Cast. in l. si vsusfructus. §. j. ff. ad legem Fal. & doctores. scribentes in l. j. §. ne castrense. ff. de colla. bo. Bal. & alij in l. cùm te. C. de dona. ante nup. & in l. filiæ cuius. in v. q. C. fa. erciscun. & in l. si ex re. ff. de stipulat. seruorũ. Et Petr. de Ancha. in consi. clxxxj. incipien. in prędicto dubio. & Ang. in consi. cxxxiij. incipi. quidam Nicolaus &c. & Bar. in consi. l. incip. Gilius Petri de Florētia. versic. adhuc quæritur. & Ant. de Bu. in consi. xxix. quod incipit, quia maior pars. Et Neapo. in cõsuetu. Neapoli. quæ incipit, si qua moriens. in gl. aduerte. & in glo. in
3 verbo, ad vsum. & vestes. †Secundũ caput est, quòd illæ vestes cõdignæ essent ad vsum quotidianũ vxoris: & in hoc multùm versatur iudicis arbitrium in considerando nobilitatem & diuitias viri & vxoris, quæ sint ad ornatum, & quæ ad vsum quotidianum, vt si sint ad vsum quotidianum vxoris, & ista videntur donata tanquam pars alimentorũ: vt in l. ex annuo. ff. de do. inter virũ & vx. gl. in l. viuitur. in fi. ff. sol. mat. secundum Ludo. in cõsilio infra allegando, & patet ex scriptis per Bal. in iiij. opin. in d. l. penult. §. seruus. ff. solu. matri. & in auth. ex testamento. in iiij. col. in fin. C. de colla. & in authen. res quæ. C. commu. de leg. & Bal. in addi. quam fecit ad tractatum Bart. de duobus fratribus, in vlti. col. in ax. q. secundæ partis principalis. Et dicebat Bald. not. in c. cum causam. in iiij. col. de proba. †quod 4
vir non præsumitur donare nimia, quæ donari cõsueuerũt secundùm morem ciuitatis; vt in l. j. §. officium. ff. de tuto. & ratio. distra. vel nisi vir sit magnæ potentiæ vel nobilitatis. argu. ff. de dona. l. filius. vel nisi dos sit magna: & fructus dotis multum exuberant, tunc potius debitum naturale persoluitur, quàm sit mera donatio arg. l. j. C. de impo. luc. d. lib. x. & allega. d. l. ad vestimentum. & l. penultimam. §. j. soluto matrimon. & sic illa sane prodigalia vestimenta, quæ modernus abusus induxit, donata censeri non puto. nec perlas, nec lapides pretiosos: †quia nemo præsumitur velle 5
malè vti substãtia, cum damni enormitate. arg. l. cum de indebito. ff. de proba. & ideo consueuerunt in testamento legari, & nisi legentur; non debentur, &c. vt ibi latius per eum. intelligitur ergo gloss. in c. i. decreti. xxvij. quæstione ij. quæ dicit quòd res, quas dedit sponsus sponsæ, post osculum, sunt mulieris pro medietate: ergo consummato matrimonio, sunt mulieris in totum: vt procedat in his rebus, quæ sunt ad vsum vxoris quotidianum: vt plenè per Alex. in d. l. si vsusfructus. §. dos ff. ad legem Falcid. licet non alleget dictam gloss. Et hoc videtur tenere etiam Ludo. in consilio suo pleno de ista materia c. alvij. incipi. ista
quæstio licet vulgaris: †quia tales vestes quotidianæ à 6
principio sunt ad vsum mulieris destinatæ: vt dicit Bal. in l. ex facto. vlt. col. ff. de hæredi. institu. & Bal. in ij. vol. consil. cclviij. incipien. hæres viri. alleg. Guliel. de Cu. in d. l. id vestimentum. de peculio. & idem voluit Iac. de Arena in quodam suo consilio, quod incipit, quæritur quid iuris. quòd habeo in libro Pauli de Leaza. super Clemētinis, vbi ponit completam distinctionē in ista materia. Tertium caput est, quòd si dictæ res mitterentur per futurum maritum ante contractum matrimonium per verba de præsenti, sed
erat contractum per verba de futuro. †Et ista vocatur 7
sponsalitia largitas. tunc valet ista transmissio bonorum, & induceret validã donationē. secundũ Bald. in d. l. cũ te. C. de donat. ante nup. & pro hoc videtur tex. in l. cùm ante. C. eod. titu. vbi isti munera simpliciter tradita sponsæ videntur donata. Nec distinguitur, an sint pretiosa vel non. & hoc verum, quando cõcurrit magna nobilitas cum diuitijs viri: vt in toto tit. C. de dona. ante nup. & in l. cum hic status. §. sponsus. & §. si quis sponsum. & l. si sponsus. ff. de donat. inter vir. & vxo. & hoc si posteà sequatur matrimonium. sed si nõ
sequitur; dic vt per Ludo. in præallegato consilio. †Si 8
verò res prædictæ donantur, post contractum matrimonium per verba de præsenti, debet distingui vt suprà, an illæ res trãsmissę, sint magni valoris vel parui, inspecta qualitate dotium, & qualitatis personæ & viri. & hoc, vbi est consuetudo, quòd non inducatur donatio. & potest esse alia cõiectura quã donationis. vt in l. si cum autum. ff. de solu. cum similibus. Si enim consuetudo esset in ciuitate, quòd mariti antequã ducant vxores in domũ propriã, mittãt iocolia & vestes,
& vere

& verecũdia esset, si nõ mitteret, & redargueretur ab
9 omnibus, tunc, † quod maritus facit ob pudorẽ verecundiæ, dicitur necessario facere: vt in l. pecuniæ. ff. de ali. & ciba. & isto casu non vidẽtur donatæ: quia vidẽtur facta necessitate morũ. & in necessitatibus nemo liberalis existit. l. legatũ. ff. de adi. leg. & hoc bene firmat Pet. de Anch. in allegato cõsilio clxxxj. vbi enim potest dari alia cõiectura, quàm donatiõis, cessat præsumptio donationis: vt probat Alex. in ij. vol. consil. lxxxviij. in j. col. & in cõsi. clxvij. in fine. Quartũ & vltimũ caput est, quòd si maritus postquã cõtractum fuit matrimoniũ per verba de præsenti, expressè donauit illas vestes & iocalia, nec postea reperitur in morte viri reuocata, & tũc ita donatio, quæ inualida est: vt in l. j. & penul. ff. de dona. inter vir. & vxo. cõfir-
10 matur morte, vt in l. cum hic status. ff. eod. titu. † nam aliàs si non esset per mortem cõfirmata talis donatio
a facta vxori nõ traductæ in domũ viri, nõ valeret, sicut si esset traducta. multũ egregiè cõsuluit Bartholomæus Sozzina in cõsil. cxxiij. incip. dominus labia mea &c. vbi multa ad hoc allegat, vt ibi per eum quæ omitto breuitatis causa. & per Alex. in v. vol. consi. xlij. in iiij. col. etiã si donasset vir vxori modica iocalia non magni valoris respectu nobilitatis & diuitiarũ viri, valeret, vt in l. si vir lanã. §. penul. ff. eod. tit. & hoc firmat Alex. in d. l. si vsusfructus. §. duo. ff. ad legẽ Falci. Ex quibus sequitur vna conclusio, ꝙ illa probatio facta in processu, ꝙ inter nobiles Capuanæ & Nidi est consuetudo, ꝙ si maritus mittit vestes de serico & iocalia vxori existẽti in domo patris vel fratris: & sic non traducta ad domũ, quòd nisi dicatur, ꝙ illas mittit in commodatũ, vel vt ornatior accedat, quòd videntur donatæ, nisi mittãtur per duos vel tres dies antequam
11 portẽtur in domũ viri. † quòd talis cõsuetudo est contra ius, videlicet cõtra d. l. j. & ij. & penul. ff. de donat. inter virũ & vxor. An autẽ talis cõsuetudo valeat, nõ fuit discussum hoc in Cõsilio. Sed videtur, quòd non valeat: quia id quod nõ potest fieri per pactũ, non potest fieri per cõsuetudinẽ, si sumus in regula negatiua, secundũ Bal. in l. ij. ij. col. C. quæ sit longa cõsuetudo.
Et ideò dicebat Bal. in l. omnes. vltima col. C. com-
12 munia de successio. † quòd quãdo prohibitio iuris cõmunis importat necessitatẽ, nõ valet cõsuetudo contraria: sed dispositio iuris communis expressè vult, ꝙ donatio facta à viro vxori per quã ipse efficitur pauperior, & vxor ipsa efficitur ditior, nõ valet, vt in l. si sponsus spõsa. §. pen. & fina. & §. concessa. & nota. in c. donario. in glo. ij. de donat. inter vir. & vxo. & sic per pactũ non potest fieri talis donatio, ergo nec per cõ-
13 suetudinẽ: † quia quicquid potest pactũ, potest cõsuetudo, vt dicit gl. in rub. C. de decurio. lib. x. & not. Io. de Imola in l. alia. §. eleganter. ff. soluto matrimonio. Et ideò dicebat Bal. quòd cõsuetudo cõtra ius præsumitur inducta per errorẽ consuetudinariũ. in cap. sicut. de probationibus. Et posito sine præiudicio veritatis, quòd cõsuetudo potest, id quod pactum: & sic ꝙ bona ista fuissent donata expressè, sine dubio intelligitur nisi reuocetur: vel nisi morte non confirmetur: vt suprà dictũ est. Et ideò bene his fuit determinatum in Consilio, quòd vestes de serico inter nobiles Capuanæ & Nidi trãsmissæ post contractũ matrimonium per verba de præsenti vxori non traductæ sint
14 donatæ, quia sunt ad vsum nobilis mulieris, † ex quo nobiles mulieres vtuntur cõmuniter ad vsum quotidianum ista serica, licet sit pretiosa: vt dicit textus in l. emptori. ff. de euictionibus. Sed aurũ in collario vel catbena, & cãnaca, & magniglię & gonellã de auro, anuli cum gemmis, quia sunt res magni valoris, etiam quòd expressè dẽtur vxori, non valet nisi morte confirmentur. Quid autem de gonellis de panno fino, certè vidẽtur ad vsum datæ vxori: quia dictæ nobiles mulieres his vtũtur quotidiano vsu. sed in aliis personis serica vestimenta, & margaritæ, & purpura erunt res pretiosæ: vt in d. l. emptori. iunctis dictis per Bald. de purpura. C. quæ res vendi non possunt. in rubrica.
† Quid autem de lecto? tangit Bald. in d. l. penul. §. 15
seruus. ff. soluto matrimonio. Fuit in casu prædi- a
cto, quando non est dictũ, ꝙ vir donabat, conclusum, quòd in hoc multùm versetur iudicis officiũ in considerãdo quæ res sint pretiosæ, & quæ non, cõsiderata qualitate personarũ & dotis quantitate: vt dicit glo. in l. si præsidi. C. de donat. ante nup. & not. in cap. & si quæstiones de Simo. & multa de hac qualitate personarum attendenda, dixi post Bald. in cap. j. ex quib. cau. feudum amitt. in iij. lib. Vsuum feudorum.

ADDITIO.

a *Soluto matrimonio.* Adde decisionẽ Capellæ Tholosanæ, nume. 336. incip. item fuit quæsitũ, verum muliere mortua. vbi plenè de præsenti casu, ac etiam an muliere mortua possit maritus retinere vestes, quas fecit vxori. Adde quòd vestes donatæ vxori si excedũt fructus dotis, possunt in morte reuocari. ita Ang. in l. sicut. C. de donat. inter vir. & vxor. Bart. in l. penul. §. seruus. prima col. solut. matr. Et an debeat habere vestes viduales ab hærede viri, tenet Ang. quòd sic. in l. si vsusfructus. §. dos legata. ad lege. Fal. Innoc. in c. peruenit. de empt. & vend. Bal. in l. si. de bon. mater. Alex. in 2
l. si ex re. §. j. de stipul. seruo. vbi dicit, quòd debet aliab hærede viri, si remãsit in domo viri. & appellatione alimentorũ veniunt vestes. Bal. in cõsilio incipiente, sicut vxor debet. nisi consuetudo aliter se haberet. Alexan. vbi suprà. & Ioan. de Imol. in d. l. si ex re. §. j. & melius per Alex. in d. l. si vsusfructus. §. dos legata. & in l. si is qui quadringẽta. vj. col. versic. quid autem de vestimentis. & in tantũ est verum, quòd etiã si mulier fecisset supradictas vestes de suo, ꝙ debent sibi satisfieri ab hærede viri. & hoc tam de honestate, quàm de consuetudine generali. ita Ioan. de Imo. in l. penul. §. j. vlti. col. ff. solu. matr. & consuluit Capp. consi. cxxxv. incipiente, in nomine domini, cùm viso circa tertiũ. & melius Bald. in margari. in verbo, Maritus de suis propriis. quia sunt appendices luctus: & quia expensæ funeris: & quia in seruitio viri esse videtur. ita Bal. ibi, & consuluit idem Bal. consil. ccxxiiij. in restitutione dotis. ij. vol. versi. super tertio. vbi etiam in versi. v. & versi. super quinto. dixit, quòd cõsuetudo est vxorem vestiri tempore luctus per hæredẽ pannis viduitatis: & dicta consuetudo est seruanda, per l. venditor. §. si constat. communi. prædio. & Bald. in cap. j. quo tempore miles. Thomas Gram.

DECISIO CCCXVI.

De interesse propter moram solutionis in termino.

SVMMARIVM.

1 *Dies expressa in scripta interpellat.*
2 *Interesse nullo probato, an interesse nemo tenetur.*
3 *Procurator non ostendens mandatum, an possit conuen-*

tum in mora constituere.
4 *Reus in extraiudicialibus non tenetur excipere de mandato, sed actor ostendere.*
Reus in mora, quando non constituatur.
5 *Actor, qui elegit in iudicio se velle pretium rei, quid debeat agere.*
Pretio rei probando, quid non sufficiat.
6 *Consideratio breuis temporis ad rei pretium probandum non sufficit.*
Cautela Bart. articulantium pretia rerum.
7 *Aestimatio rerum venalium non debet inspici, nisi vt in loco publicè fori vendantur.*
8 *Locus destinata solutionis non probat; quantùm res valuerit.*

Caliotus de Mirabilis petiit à Comite Troiæ currus sex de frumento, quos sibi mutuauit, & quia in die statuta non fuerunt sibi restituti, petiit interesse quanti plurimi valuit d. frumentum. Et quia non est dubiū super frumento restituēdo, sed super dicto interesse. An di-
1 ctus comes teneatur ad dictū interesse. † Et dicitur
pro parte dicti actoris, ꝙ sibi debetur interesse: quia
dictus cōuentus fuit in mora soluendi dictū frumentū
in die cōuenta, ista enim dies expressa inscripta inter-
pellat ipsum comitē. l. magnā. C. de contra. & cōmit.
stipul. l. ij. C. de iure emphy. c. fi. de locato. l. quoties. in
diem ff. de verb. oblig. not. in l. vinum. ff. si cert. pet. &
ideo debetur sibi interesse quanti plurimi valuit fru-
mentum à tēpore dictæ moræ vsque ad sententiam, se-
cundū Bar. & alios in l. vinū præallegata. dum allegat
l. in hac. ff. de condi. tritica. quia tantū sibi interest, si
habuisset frumētum in tēpore statuto: vt bene decla-
2 rat ibi Bar. † In contrariū allegatur, ꝙ dictus comes
non tenetur ad aliquod interesse: quia nullū interesse
est probatū. Nam solutio dicti frumenti faciēda erat
in ciuitate Manfredoniæ. Et sic extra domiciliū acto-
ris, quia habitat Fogiæ. Et extra domiciliū rei, qui ha-
bitat hic Neapoli, ad hoc, vt reus dicatur in mora cō-
stitutus per lapsum diei, oportet, ꝙ actor probet in
die destinatæ solutionis fuerit in loco illo paratus re-
cipere solutionē. tex. est in l. arbiter, qui Calēdis. ff. de
arbi. & tenet Bart. in l. item illa. ff. de constit. pecu. in
versi. eadē ratione quæro &c. qui subdit, quòd hoc nō
probato per actorē remanet obligatio, ac si debitum
contractū esset sine adiectione diei. Et opus est inter-
pellatione: vt in mora cōstituatur reus: cùm ergo præ-
dicta non sunt probata, igitur &c. Pro parte dicti
actoris replicatur, ꝙ ipse per suum procuratorē post
tēpus conuentū interpellauit ipsum comitē, vt solue-
ret dictum frumentū, vt apparet per quandā scriptu-
ram factā per manus notarij, licet dicta scriptura nul-
lam faciat fidē, iuxta constitutionē Regni, instrumē-
3 torū robor. † Tamen pro parte dicti conuenti re-
spondebatur, quòd nunquàm ille assertus procurator
ostēdit suum mandatū, & ideò non potuit dictū con-
uentū constituisse in mora: vt in l. si quis inficiatus. ff.
depositi. & l. nomen. C. quę res pig. ob. possunt. & not.
Bar. in d. l. si quis inficiatus. & in l. nō solùm. §. morte.
xj. col. in versi. sed an gestor. ff. de oper. nou. nun. bene
4 facit tex. in Clemen. causam. de elec. † Et est ratio:
quia in extraiudicialibus reus nō tenetur excipere de
mādato, sed actor debet ostendere, secundùm Bal. in
rub. C. depositi. Præterea & secundo, ad hoc vt de-
bitor cōstituatur in mora per interpellationē, opor-
tet ꝙ actor in interpellatione ipsa exprimat diem, in
qua vult recipere solutionē, alias reus non cōstituatur
in mora. text. est in l. aut qui aliter. §. j. ff. quod vi aut
clàm. & in l. fi. C. de iure dotium, quæ tura hic allegat
Alex. in v. vol. consi. xc. circa finē. Imò non solùm diē
sed specificū locum, secūdùm Bar. in l. cùm filius. §. fi.
ff. de verb. obli. quia non est probatū hoc fuisse dictū,
& sic nō potuit conuentus cōstitui in mora, per dictā
ineptā interpellationē. † Præterea & tertiò dictus 5
actor, elegit in iudicio se velle pretiū dicti frumenti
prout valebat vltima die mēsis Martij. Et non fuit ar-
ticulatū, nec probatur quantū valuit frumentum illa
die, publicè in foro: meritò non potest cōuentus con-
demnari, nisi ad frumentū, & nō ad interesse. Et pro-
pterea Ang. post Bar. in l. pretia rerū. ff. ad l. Fal. dicit
not. ꝙ ad probandū verum pretiū rei nō sufficit pro-
bare, ꝙ tali die talis mercantia sic fuit empta, & ven-
dita in foro publi. † quia non debet fieri consideratio 6
tam breuis tēporis. sit cautus articulans vt ad tempus
instantaneū non se astringat, sed dicat, ꝙ cōmuniter
valuit tantum, tali tēpore antè, & pòst. & idem Ang.
dicit in l. in lege Falcidia hoc est obseruandū. §. j. ff. ad
l. Falci. & habetur in l. ij. in fine. C. de rescin. vendit. &
per Bartol. in l. si seruus. in prin. ff. de cōdiction. furti.
Item debet probari, ꝙ in foro publico tantum ven-
debatur, ita ꝙ non sufficit probare, quòd à singulis sic
venditur, vt dicit Flori. de sancto Petro in l. si seruus
seruū ff. ad l. Aquiliā. sed primitus hoc voluit Bar. in l.
septem. C. de erog. mili. anno. lib. xij. vbi dicit † Nota 7
hic casum expressum, quòd quantū frumentum valet,
vel aliæ res vænales, nunquā debet inspici, nisi in loco
publici fori, & quantum ibi vendi potuisset. Vnde si
potest vēdi multò plus, vel multò minus extra forum,
non debemus illud inspicere, sed æstimationē semper
considerare debemus: secundū locum publici fori, &
vltra Bar. allego tex. in cap. j. ibi, quem in mercato. de
empti. & vendi. & voluit Ant. de Butr. in c. cùm cau-
sam. in versi. ad secundū demum &c. de empt. & vēdi.
& sentit Bar. in d. l. pretia rerū. Et tantò magis: † quia 8
non probatur, quantū valuit frumentū in loco desti-
natæ solutionis, nec est in cōsideratione, si in alio lo-
co valuit carius: quia dicit Bal. in l. fi. §. fi. C. de admin.
tuto. per illum text. ꝙ tutor non mittēs frumentū vel
alias merces pupilli ad alium locum vbi carius vendi-
tur, non tenetur de isto lucro siue interesse. Quare
fuit votatum per totum Consiliū dictis rationibus, &
iuribus cōsideratis: ꝙ dictus comes absoluatur ab im-
petitione dicti interesse petiti, quanti plurimi valuit.

DECISIO CCCXVII.

De tabellionibus, & notario attestanti commissionem à iudice sibi factam, super testium receptione.

SVMMARIVM.

1 *Notarius causæ non potest sibi ipsi commissionem scribere.*
2 *Notarius causæ an possit sibi scribere vnius articuli commissionem.*
Notario attestanti commissum sibi à iudice ordinario super receptione testium an credendum.
3 *Notario non creditur de officio sibi iniuncto.*
Commissio debet per alium notarium scribi, non per eundem, cui commissum est.
4 *Notario attestanti factum de præterito non creditur.*

Notarius

4 *Notarius non potest facere actum publicum, nisi sit rogatus à partibus.*
5 *Notarius sine iudicis commissione non potest testes recipere.*

IN causa cuiusdam legati petiti per monasteriū sancti Ioannis ad Carbonariam nunc intra mœnia ciuitatis Neapolis & illustrē Comitissimam Casertæ fuit dubitatum in sacro Cōsilio super certa examinatione testium præsentata per procuratorem dicti monasterij: † quæ examinatio facta fuit per quendā notarium in ciuitate Mediolani & potestas Mediolani, cui p sacrū Consiliū commissa fuit examinatio testiū, attestatur illum fuisse notarium curiæ, non tamen apparet præ-
1 fati iudicis ordinarij cōmissio facta notario, qui examinauit testes. Sed ipse notarius attestatur, quòd per potestatem Mediolani fuit sibi commissa dicta receptio testium. An dicti testes faciant fidem. Prima facie diceres, ꝙ faciunt fidē: quia dicit Bar. in l. ex sen-
2 tentia. ff. de testa. tutela. † quòd notarius causæ potest sibi scribere commissionē vnius articuli in vna causa, vt receptionē testium in vna causa. & hoc etiā tenet Angel. in l. sciendum. in princ. ff. de verb. oblig. & Sali. in auth. apud eloquentissimū. tenet opin. Bart. in notario actorū. C. de fi. instru. Contrariū fuit conclusum per totū Consiliū, quòd non creditur notario attestāti sibi fuisse cōmissum per iudicem ordinariū super cōmissione sibi facta super receptione testium: vt expressè dicit Hostien. quem refert & sequitur Abbas Sicu. in c. quoniā contra. in col. xvij. versi. iij. nor. deprobat. Idem in effectu dicunt ibi Io. Andr. & Ant. de But. in iij. col. & dicit Bal. in l. iurisiurandi. iij. col.
3 versi. quæro, vni testi, &c. C. de testibus, † ꝙ notario nō creditur de officio sibi iniuncto: vt quia dicit, ego talis tabellio ex commissione mihi facta à iudice examinaui tales testes. Nam commissio debet per alium notariū scribi, & non per ipsum eundē. alleg. Host. & Ioan. And. vbi suprà. Et idē Bald. in l. iudices. C. de fide instrumen. dicens, ꝙ distinctio Bar. in d. l. ex sententia. non est vera: vt ibi per eum. Et idem dicit Ioan. And. in mercu. in c. cū quid. de reg. iur. in vj. Item, quia notarius attestādo, quòd iudex cōmisit sibi receptio-
4 nem testium attestatur factum de præterito: † Et ideo non creditur sibi, vt dicunt Inno. & Ioan. And. in d. c. quoniam contra. & doct. in d. l. sciendū. Item, quia notarius nō potest facere actū publicū, nisi sit rogatus à partibus, vt in auth. de tabel. §. nos autē. & talis notarius non dicit se fuisse rogatum à partibus, quando iudex, vt asseritur, per notariū prædictum commisit sibi receptionem testium, ideò non creditur sibi vt personæ publicæ. & faciunt aliæ rationes: vt per Bal.
5 in l. iudices. † quia sine iudicis cōmissione non potest testes recipere. secundum Bald. in l. ij. C. de eden. & in l. præcipimus. C. de appel. & in l. hac consultissima. §. si quis. C. de testa. cum similibus. & hanc partem contra Bart. tenuit Alex. in ij. vol. consi. ccxij. incip. viso & opportunè discusso &c.

DECISIO CCCXVIII.

De fideiussore indemnitatis, qui sine excussione principalis cōdemnatur.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio indemnitatis contra debitorem, an obstet.*
2 *Fideiussor indemnitatis conueniri non potest, nisi excusso principali.*
3 *Discussio nō requiritur, si debitor notoriè nō est soluēdo.*
4 *Paupertatem debitoris sufficit esse notoriam, licet ex processu non sit.*

IN causa introducta in sacro Consilio inter Adessum de Amato de Castiglono actorem ex vna, & Bernardinum de Mandia, fuit dubitatū, † vtrum contra ipsum 1
agentē obstet exceptio discussionis opposita per dictū Bernardinū. Et vt dubium aperiatur, ponam factum. Dictus actor dicit in sua supplicatione dictū Bernardinum esse suum debitorem in ducatis quadraginta pro pretio vnius muli: petit sibi iustitiam fieri, probat per testes idoneos dicentes, ꝙ Bernardinus prædictus promisit, ꝙ si Illustris Petrus de viuara magnus seneschallus nō solueret dictū pretium dicti muli, ꝙ solueret ipse Bernardinus dictum pretiū dicto Adesso. & sic videtur, quòd dictus Bernardinus sit fideiussor in-
demnitatis: † quo casu non potest agi cōtra fideiusso- 2
rem istum, nisi prius excusso principali, per textū in l. j. C. de cōue. fi. debitoribus. lib. x. & voluit hoc Ang. in l. fin. ff. si cer. pet. & Bal. & Sali. in l. si pro ead. C. n. āda. & Bald. in l. j. C. de reuo. his, quæ in fraud. credi. & Bar. in l. quarto. ff. loca. & ibi per Alexā. in apostil. vbi dicit, ꝙ tunc non facta excussione dicitur agere sine actione, secundum Ang. in d. l. fi. Ad hoc respondebatur pro parte dicti Adessi, ꝙ notorium est, ꝙ dictus quondā magnus seneschalus fuit tāquam rebellis Regis Ferdinandi primi, exulatus & destitutus omnibus
bonis suis & omnibus feudis † & sic notoriè est nō sol- 3
uendo, ideò non requiritur dicta discussio: vt voluit Bar. in d. l. fi. & l. decem. ff. de ver. oblig. & ibidem per alios scribentes, & istud notoriū sufficit fuisse allegatum: vt not. in Cle. appellanti. de appel. quia est subiectū oculis sacri Cōsilij. & ad hoc facit l. si irruptione.
ff. fam. ercis. sufficit enim factū fuisse notoriū, † licet 4
iudici ex processu non sit notoriū, secundum Inno. in c. tua. de cohabi. cle. & Mulie. & voluerunt domini de Rota in decisionibus antiquis in titu. de fide instrum. deci. vlti. charta xliiij. in paruo volumine. Et ideò per omnes Consiliarios fuit votatū, quòd attēto quòd notoriū facti permanētis est, ꝙ nec dictus quondam magnus seneschallus nec alius pro eo est soluendo, ꝙ cessat dicta exceptio & defensio excussionis, & sic per sententiam sacri Consilij fuit confirmata prima sententia, per quam condemnabatur dictus Bernardinus conuentus ad dictum pretium dicti muli.

DECISIO CCCXIX.

De acceptilationibus, & de promissione generalis liberationis.

SVMMARIVM.

1 *Quietatio generalis promissa, non intelligitur nisi super his, de quibus est facta mentio.*
2 *Clausula de generaliter quietando in materia diuisionis, ad quæ restringitur.*
3 *Verba generalia generaliter debent intelligi.*
Contrahentes quid cauere debeant.
Clausula generalis à nulla regitur lege.
4 *Generalitas verborum in dubio semper attendenda.*
5 *Præcedentes actus, declarant sequentes.*
Animus contrahentium ex his, quæ sequuta sunt, declaratur.
6 *Petitio rationis gabellarum venit in generali quietatione*

tione promissa.
Exceptio firmat regulam præterquam in exceptuatis.
7 *Intellectus ad l. si hæreditatem. ff. de hæreditate vel actio. vendi.*
Multa transeũt cũ vniuersitate, quæ aliàs non trãsirent.
8 *Debita contrahẽtium in generali locutione de reseruatione debitorum & creditorum, non veniunt.*
9 *Promissio de defendendo, non intelligitur cõtra seipsum.*
10 *Remissio debiti pro solutione habetur.*
11 *Gratia principis per scripturam probari debet, nec de ea habetur ratio, licet per testes probetur.*
Casus, in quo magis scripturæ, quàm testibus credatur.
12 *Scriptura ad probandum mandatum, requiritur.*
13 *Remissio vni ex reis debendi facta, prodest alteri.*
Bartolus in iudicijs est magnæ authoritatis,
14 *Reus debendi obligatus ex causa onerosa totum debitum soluens, repetit partem à correo.*


QVondam Stephanus & Antonius Precarij de Neapol. fratres, fuerunt socij omnium bonorum, & pluries arrẽdauerunt Regias gabellas ciuitatis Neapol. Mortuo dicto Stephano superstite Nardo eius filio & hærede oriuntur cõtentiones inter dictum Antoniũ & Nardũ, tam super diuisione bonorũ omnium & fructibus, quàm super redditione rationũ gabellarum arrendatarum pro temporibus præteritis, & super dotibus matris & nouercæ dicti Nardi, & datis libellis conuentionis & recõuentionis in Regia camera summariè, & lite cõtestata, & dato termino ad probandũ: tandẽ publico instrumẽto mediante dictus Ant. & Nardus conuenerunt diuisionẽ facere bonorũ stabiliũ & animalium deductis primis dictis dotibus matris & nouercæ dicti Nardi & vxoris dicti Antonij, & omnia debita & credita sint cõmunia. Et in eodẽ instrumento cautum est, quòd dictæ partes promiserunt adinuicẽ se generaliter quictare de omnibus debitis à totis retroactis temporibus vsque ad præsentẽ diem, & subditur, quia quidẽ diuisione facta, vt prædicitur, & partibus receptis secundùm ipsam diuisionẽ faciendã per easdem partes & qualibet ipsarũ, promiserũt & cõuenerunt partes ipsæ inter ipsas facere & fieri facere cautelas necessarias & opportunas cum omnibus clausulis necessariis & opportunis & seipsas adinuicẽ quictare à totis retroactis tẽporibus &c. Demum facta diuisione bonorũ, & nõ facta adinuicem generali quictatione moritur dictus Antonius superstitibus sibi Nicolao & Alphonso eius filiis & hæredibus, qui in sacro Cõsilio traxerunt in causam dictum Nardũ super dicta quictatione generaliter facienda. Ita quòd in ea comprehendatur etiam quictatio de administratione gabellarũ. Necnon, ex quo actum fuit in supradicto instrumẽto, ꝙ omnia debita & credita sint cõmunia, dictus Nardus teneatur soluere dictis Nicolao & Alphonso ducatos ducentos quinquaginta pro rata tangente ipsum Nardũ de summa ducatorũ quingẽtorũ solutorũ p dictos Nicolaũ & Alphõsum Regiæ Curiæ pro habẽda quictatiõe à Regia Curia de arrẽdamẽtis dictarũ gabellarũ, quas exercitauit dictus Antonius, & restitutionem reliquorum, necnon dotes matris & nouercæ iuxta reseruationẽ factã in dicto instrumẽto.

Oriuntur plura dubia ex dicta causa, sed quia in aliquibus dubiis fuit clara decisio, ideo illa dubia omittimus, & duo dubia tãtum persequimur. Primum, vtrum dictus Nardus possit petere dictã rationem dictarum gabellarũ, attẽto quòd dictus Nardus promisit facere dictam generalẽ quictationem dicto Antonio & eius hæredibus, vel an dictus Nardus teneatur dictam generalẽ quictationem petitam facere hæredibus dicti Antonij. Secundum dubium infrà dicetur. Pro solutione huius dubij, dicebatur pro parte dicti Nardi, ꝙ sibi reddenda est dicta ratio de administratione gabellarũ, & quòd per consequẽs nõ tenetur facere generalẽ quictationẽ, ita quòd habeat remittere, vt hæredes dicti Antonij nõ teneãtur reddere rationẽ administrationis dictarum gabellarum: quia in dicto instrumẽto promissionis diuisionis bonorum, & promissionis quictationis generalis cũ supradictis reseruationibus, nulla facta est mentio de
exercitio dictarũ gabellarũ: † & sic generalis quicta- 1
tio promissa intelligitur quoad prosecuta tãtum, videlicet super bonis stabilibus & animalibus, secundũ quod volunt Cy. Bart. Ang. & Paul. de Cast. & cõmuniter alij scribentes in l. sub prætextu specierũ. C. de transac. & Angel. in l. tres fratres. ff. de par. Abb. in c. j. de transac. Inno. in c. conquerente. de offi. ordi. benefacit tex. in l. age. & in l. si de certa. C. de transac. Item quia dicta conuentio de faciendo generalẽ quictationem restringitur ad narrata in dicto instrumẽto promissionis, per tex. in l. emptor. §. Lucius. ff. de pact. & l. Aurelius. §. Sticho. ff. de libe. lega. & in l. quæsitum. §. fi. ff. de fundo instru. & in l. ex pluribus. ff. de sol. & in l. si ex maiore. C. de excep. per quæ iura ita voluit Bart. in l. Lucius. & not. doct. in d. l. si de certa. & ibi de intellectu glo. in §. Lucius. & tenet Cy. & Bald. in d. l. sub prætextu. & tenet idem Bar. in l. qui Romæ. §. duo fra-
tres. ff. de verb. oblig. † clausula de generaliter quictã- 2
do in materia diuisionis restringitur ad specificata, salua ratione recti sermonis. Item & tertiò in dicto instrumento promissionis actũ fuit, ꝙ omnia debita & credita sint cõmunia. quæ verba importãt, quòd si ipse Antonius esset debitor Nardi, ꝙ teneatur soluere dicto Nardo. & pro hoc allegabatur l. si hæreditatẽ. ff. de hæredi. vel acti. vendi. vbi si aliquis efficiatur hæres creditoris, & vendit hæreditatẽ, & per consequẽs nomina debitorũ in hæreditate existentia. & nihil dicit de seipso reseruando, quòd nõ teneatur ad aliquid ex causa debiti sui, videtur vẽdere seipsum, vt soluere teneatur emptori. Idem dicendũ erit in casu isto, in quo dictæ partes in diuisione faciẽda reseruauerũt debita & credita, ꝙ sint cõmunia, venit debitũ, ad quod ipse Antonius tenetur Nardo, & sic tenetur ponere rationem de administratis gabellis cum restitutione reliquorum. In contrariũ pro parte filiorũ & hæredũ dicti Antonij dicebatur, ꝙ dicta quictatio est generaliter faciẽda, etiam quo ad administrationẽ gabellarum, ex quo promissa est generaliter fieri à totis retroactis tẽporibus vsque in præsentẽ diem. Maximè, quia in dicto instrumẽto promissionis narratum est ibi, vbi dicitur, ꝙ pro annis viij. ix. & x. indictionis Antonius promisit de dictis gabellis extrahere indẽnem dictum Nardum à Regia curia, adeò quòd ab ea non molestaretur. ergo in aliis videtur, voluisse quictari. Et sic patet ꝙ petitio in Regia camera summariè fuit specialis, vt redderetur ratio de gabellis, & conuentio fuit generalis de quictando de retroactis
temporibus vsque in præsentiatũ generaliter, † & sic 3
generalia verba generaliter debent intelligi. l. j. §. & generaliter. ff. de legat. præstan. l. regul. §. fi. ff. de iur. &

facti

ſed ſi ignoratæ pluribus.ff. de acce. Ideò dicebat Bal.
in l. pactũ quod dotali. in xv. C. de colla. caueant ſibi
contrahẽtes, ne vtantur verbis generalibus, ne ex ef-
fuſo ſermone in pericula incidant. & dicit Bal. in l.fi.
C. de dotis promiſ. q clauſula generalis à nulla regi-
tur lege, nec regitur ab aliqua cauſa. Et ad hoc acce-
dant omnia allegata per Alex. in ij. vol. conſ. x. inci-
piente, viſo ac vt oportet &c. ad illud, q verba gene-
raliter prolata, generaliter operatur. & not. Bald. in l.
ſi ſũ fi. C. de hæred. vel actio. vendi. & in c.j. in prin. de
feudo non habẽte propriã naturam. Item & ſecun-
4 dò in dubiis docet nos legiſlator, † q non recedamus
à generalitate verborũ. l.j. §. ſi is qui nauem. ff. de exer-
cito. not. gl. xxij. q. v. c. humanæ aures. quæ iura ad hoc
allegat Ludo. Roma. in conſil. ccclxxxix. incipiente,
circa primũ quæſtionis articulum. ſed poſito, q eſſent
dubia verba appoſita in dicto inſtruméto, debent ge-
neraliter interpretari, poſtquàm dictum eſt, q gene-
raliter debeat fieri quictatio. Item & tertiò multæ
coniecturæ allegãtur, q partes ipſæ voluerũt adinui-
cem generaliter quictari etiã de adminiſtratione ga-
bellarum. Et primò, quia liserat in Regia camera
ſummariè ſuper redditione rationis dictarũ gabella-
rum. vt ſuprà dictũ eſt in narratione facti, & poſt pau-
cos dies fuit factum dictũ inſtrumentũ promiſsionis:
in quo promiſerunt adinuicẽ ſe quictare generaliter,
& hoc modo tenui debet dicta promiſsio, quictandi,
etiam ad debitũ rationis adminiſtrationis gabellarũ:
5 † quia præcedentibus actibus declarãtur ſequentia. l.
Fulcinius. §. quid ſit latitare ff. ex quibus cauſ. in poſ.
eat. l. apud Celſum. §. j. ff. de doli ex. voluit Pau. de Caſt.
in conſi. xlj. allegat ad hoc etiam tex. in l. fin. de hæred.
inſti. Alia coniectura eſt: nam ex his, quæ poſt inſtru-
mentum dictæ promiſsionis ſecuta ſunt, declaratur
etiam animus cõtrahentiũ, q ſubſiſta promiſsione de
generaliter quictãdo, intelligebatur etiã de quictan-
do ratione adminiſtrationis gabellarũ, vt probat tex.
in l. ſed Iulianus. §. proinde. ff. ad Mace. Quia poſt di-
ctum inſtrumentũ promiſsionis nunquã lis in Regia
camera ſuper poſitione rationis gabellarum fuit pro-
ſecuta, ergo intellexerunt partes, vt fieret quictatio
etiam ratione gabellarũ: vt patet ex conſilio poſito in
cõſiliis Raph. Fulgo. cxxxj. incipien. Gaſpari &c. alle-
gat not. per Bar. in l. libertis quos. §. manumiſſis. ff. de
ali. & ciba. leg. & ex cõſilio Paul. de Caſt. cõſi. xcj. non
ſequendo ordinem &c. Alia coniectura eſt quia in
inſtrumẽto dictæ promiſsionis fuerunt aliqua reſua-
ta de quibus noluerunt fieri quictationẽ, & non fuit
reſeruata poſitio rationis gabellarũ, ergo petitio ra-
tionis gabellarum venit in generali quictatione pro-
6 miſſa facieñdi: † quia exceptio firmat regulam præter-
quã in exceptatis. l. nam quod liquidè. ff. de penu le-
gata cũ multis ſimilibus iuribus allegatis per Alex. in
iiij. vol. conſi. lxxiiij. incipiẽte, circa pſa ſenſẽ dubita-
tionem. Et licet multæ aliæ cõiecturæ veriſimiles fue-
rint allegatæ in facto, cum depoſitionibus aliquorum
teſtium ad demonſtrandũ, q dicta promiſsio de gene-
raliter quictando cõprehendit etiam rationẽ admi-
niſtrationis dictarũ gabellarũ, tamen expedit hic cõ-
memorare aliquã illa ratione, ideò omitto. Et fuit
hoc dubiũ deciſum per totum ſacrũ Conſiliũ, q ſub
illa promiſsione de generaliter quictando, adinuicẽ
debent partes ſe quictare etiã de gabellis, per iura ſu-
prà allegata. Nec obſtant in contrariũ allegata, &
maximè primũ & ſecundum motiuũ, quia ex allega-
tis in contrariũ patet reſponſio. † Nec ob. tertium 7
motiuũ: quia tex. in d. l. ſi hæreditatẽ. habet locum in
caſu ſuo, videlicet in vẽditione hereditatis, quæ eſt res
vniuerſalis, in qua vẽditione hæreditatis venit id, ad
quod ipſe venditor tenetur, niſi excepit: quia multa
trãſeunt cum vniuerſitate, quæ aliàs non tranſirẽt: vt
in l. in modicis. ff. de contrahen. empt. & l. quædam. ff.
de acquir. re. do. licet interdũ ſub vniuerſitate, nõ ve-
niat debitum, ad quod tenebatur ipſe diſponens. Et
ideò iſta iura loquuntur in caſu ſuo: ſed regula datur,
† Quòd in generali locutione de reſeruatione debi- 8
torum & creditorũ non veniũt, quæ ipſimet contra-
hentes vnus alteri debet. per l. inquiſitio. C. de ſolutio.
cum concord. videlicet l. Paulus. §. fin. ff. de pigno. l. ſi
mercedẽ. §. fi. ff. de actio. empt. quæ ibi allegantur: ideò
dicebat Bal. in l. ſi emptor. C. de hære. vel act. vend. q
ſi quis cõducat à communi gabellã, ſi cõmune aliquid
emit, non tenetur ſoluere gabellã, quia non vendidit
ius immunitatis quod habet, nec ius exigẽdi cõtra ſe-
ipſum, idem Bar. in l. licitatio. §. fiſcus. ff. de publica. Et
ad hoc facit illud, quod dicitur. † quòd promiſsio de 9
defendendo non intelligitur contra ſeipſum: vt dicit
Bald. in c. omnes. hic finitur lex Conr. & habetur in l.
frater à fratre. ff. de condict. indebi. & Bald. in l. ei qui.
C. de diſtra. pigno. cum multis ſimil. Secundũ du-
bium eſt, Vtrũ dictus Nardus teneatur partem ſuam
ſoluere de ducatis quingẽtis ſolutis verè Regiæ curiæ
pro obtinenda liberatione & quictatione rationẽ ad-
miniſtrationis Regiarũ gabellarum, quas adminiſtra-
uerunt Stephanus & Antonius, & in alia manu partẽ
ſibi contingentẽ de ducatis quadraginta ſolutis hoſpi-
tali ſanctæ Mariæ Annunciatæ pro arrendamẽto ga-
bellæ panis huius ciuitatis. Et dubiũ faciebat, q dictus
Nardus nõ teneatur ad contribuendũ dictos ducatos
eccl. ſupra nõ, quia aſſeritur, quòd Rex Ferdinãdus ſe-
cundus decreuerat velle à Nardo prædicto & Nico-
lao & fratre ducatos mille: vt faceret eis generalẽ qui-
ctationem de gabellis. Et demũ dictus Rex in remu-
neratione ſeruitiorum dicti Nardi remiſit ſibi duca-
tos quingentos: † quo caſu pro ſoluto habetur: vt in l. 10
idemq. §. fi. ff. manda. & not. Bar. in l. reos. in princ. ff.
de duobus reis. & ſic ſoluit partẽ ſuam de ducatis mil-
le, & vlterius non tenetur ſoluere. In contrarium,
non obſtante dicta allegatione dicitur, quòd dictus
Nardus tenetur contribuere pro medietate in dictis
ducatis quingentis quadraginta ſolutis: quia gratia
principis debet probari per ſcripturã: vt dicit Bal. in
l. humanum. C. de legibus. & in l. falſus. C. de furtis. &
per Arch. & Ioan. And. in nouella, in proœmio Sexti
libri. & ibi cõcordan. & illa gratia aſſerta facta dicto
Nardo non apparet per ſcripturã, † meritò de ea non 11
eſt habenda ratio, licet probetur per aliquos teſtes.
Et tantò magis, quia apparet gratia facta per dictũ
Regẽ in ſcriptis, in qua dicitur, quòd cõtemplatione
ſeruitiorũ præſtitorũ per Nicolaũ Alfonſum & Nar-
dum Rex contentatur facere dictã quictationem prò
ducatis quingẽtis remittẽdo eis cæteros ducatos quin-
gentos, quos exigere decreuerat pro dicta quictatio-
ne, & hic eſt vnus de caſibus, in quibus magis creditur
ſcripturæ, quam teſtibus: † quia ſcriptura requiritur 12
ad probandum mandatũ Regis, iuxta l. primam. C. de
man. prin. de qua materia in c. cum Ioannes eremit.
de fide inſtrumentorũ & l. in exercendis. C. eod. tit. l.

Item fatetur dictus Nardus quòd ipse expediri fecit
memoriale à dicto Rege, vt contentaretur quictare
eum & Nicolaum, & fratrem pro ducatis quingentis.
Item posito, quòd esset verũ, ꝙ instandũ esset dictis
testium dicentiũ, quòd Rex prædictus de dictis mille
ducatis fecisset gratiã Nardo, & non Nicolao Alfon-
13 so & Nardo, prout dicit memoriale expeditũ. † Nón-
ne quictatio facta vni ex reis debendi pro parte pro-
dest alteri correo pro alia parte: certè sic, vt dicit Frã-
ciscus de Aretio in l. si ex duobus. in princ. ff. de duob.
reis, reprobans Bart. ibi aliter dicentem. Et quia in
iudicando magna est authoritas Bar. qui voluit, quòd
acceptilatio facta vni ex reis debendi, non prosit alte-
ri: vt voluit Bar. etiam in l. per iusiurandũ. §. qui lega-
torum. ff. de acceptila. & in l. si cum acceptilatio. §. La-
beo. ff. quod metus cau. & in authen. hoc ita. in ij. q. in
xxj. col. C. de duobus reis. tamen ista theorica Bartol.
procedit, nisi ille correus, cui facta fuit acceptilatio,
expresse vult ꝙ trahatur etiã ad suum correũ: secun-
dum Bart. in locis præallegatis. Sed clarè patet, quòd
dictus Nardus per oblationem dicti memorialis per
eum oblati dicto Regi supplicantis, ꝙ dictam quicta-
tionem faciat ei Nicolao & Alfonso de quingẽtis du-
catis, remittendo eis alios ducatos quingentos, & sic
videtur tacitè se obligare ad soluen- [illegible] partem suam
de dictis quingentis ducatis solutis per dictum Nico-
laum, & fratrem, & voluisset, quòd dicta liberatio de
quingẽtis ducatis remissis proficiat omnibus suppli-
cationibus, iuxta not. per Bart. & ibi per Franciscum
de Aretio in l. si ex duobus. in vij. quæst. de duobus reis.
Fuit ergo votatum, & conclusum per omnes do-
minos, quòd dictus Nardus teneretur ad restituendũ
dicto Nicolao & Alfonso dictos ducatos cclxx. solu-
14 tos, vt suprà. † Quia si vnus ex pluribus reis debẽdi
obligatus ex causa onerosa soluit totũ, repetit partem
à correo: vt in l. j. & ibi not. C. de duobus reis. Bart. in
l. Modestinus. in penult. col. & in l. qui hominem. §. si
duo. ff. de sol. & probatur in l. reos. §. cum in tabulis. ff.
de duo. reis. & Alex. in l. si ex toto. §. j. ff. de leg. j.

DECISIO CCCXX.

De successione monachorum in feudis, & de seruitio in illis.

SVMMARIVM.

1 *Monasterium an & quando succedat in feudis, & an possit per substitutum seruire.*
2 *Feudum seruitium reale habens annexum monasterium admittit,*
3 *Intellectus ad authẽt. ingressi. C. de sacrosanctis ecclesijs.*
4 *Feudi substantiale est fidelitas, non seruitium.*
5 *Adoa solutio in quo consistat, & an possit solui per monasterium.*
6 *Mulier est ad militiam indecens.*
Clerici de iure feudorum, an sint inhabiles ad succedendum in feudis.
7 *Feudum non transit nisi ad hæredes sanguinis.*
Sanguinis iura in monasterium non transeunt.
8 *Princeps monachum ad feudum habilitans, tacitè videtur concedere, vt possit per substitutum seruire.*
9 *Monasterium habetur loco filij in ingrediente.*
10 *Monasterium an succedat ex persona monachi in feudo quòd præstat seruitium personale & iuramentum fidelitatis.*
11 *Monialis an succedat in feudis quaternatis.*
12 *Dispensatio super vno defectu non protrahitur ad aliũ.*
13 *Dispensatio, quando dicatur.*
14 *Gratia in vno concessa, in alio non præsumitur concedi.*

IOannes de Mastrilis, habens feudum an-
tiquum, quod vocatur Deli Raime, mor-
tuus fuit sine descendentibus supersti-
tibus sibi don Bernardino monacho pro-
fesso in ordine sancti Martini Chartusienis, eius fra-
tre carnali ex vtroque parente, ac superstite France-
scella eius sorore carnali ex vtroque parente. Du-
bitatũ fuit in sacro Consilio an monasterium sancti
Martini ex persona dicti monachi, succedat in dicto
feudo, vel dicta soror maritata cuidam Philippo de
Palma. † Dicebant aliqui, quòd dictum monaste- 1
rium debet succedere in dicto feudo, per id quod di-
cit Bal. in c. j. de bene. fe. vbi dicit, quòd quando tem-
pore ingressus monasterij siue sacerdotij feudum non
erat apertũ, sed aperitur posteà, tunc succedit in feu-
do, & seruiet per substitutũ, & hoc de æquitate. Secus
de rigore iuris, nisi seruitium esset tale, quod de sui na-
tura potest per quẽlibet explicari: quia tunc de rigore
iuris succedit in feudo. & videtur hoc etiã tenere Cy.
in auth. ingressi. C. de sacrosan. eccle. † vbi dixit, ꝙ si 2
quidem feudũ habet annexum seruitiũ reale, & tunc
succedit monasteriũ, secundùm Bal. in auth. nisi roga-
ti. C. ad Trebellianũ. in iij. col. & Ioan. And. & omnes
in d. c. in præsentia. de proba. & Calderinus in consi.
xij. & Bal. in j. vol. consi. vj. incip. thema. quia videtur
electa industria personæ, nec seruire potest per substi-
tutum. arg. l. inter artifices. ff. de sol. Sed si illud serui-
tium honestè potest præstare monasterium, sed super-
uenit impedimentũ, tunc seruiret per substitutum, &
in hoc etiam videtur inclinare Abb. in c. in præsentia.
de probationibus. in xx. colu. post. Inno. & Ioan. And.
ibi, & Ant. de But. & Archi. in c. si qua mulier. xix. q.
vlti. † & dicit Salycetus in d. aut. ingressi. quòd supra- 3
dicta distinctio communiter tenetur. & idem firmat
Ioan. And. in addi. Spec. in tit. de statu mona. §. j. versi.
xlv. & Alex. in v. vol. consi. x. incip. viso instrumento.
Idem Feli. post Franc. de Aret. in d. c. in præsentia. in
xxiiij. col. in ij. fallen. hanc distinctionem cõfirmauit
dominus Præpositus sancti Ambrosij, super feudis, in
c. j. §. & quia. de his qui feudum dare possunt. vbi hunc
articulum tractat per x. col. At in casu, de quo quæri-
tur, dicitur, quòd dictum feudũ nullum præstat serui-
tiũ: † quia in inuestitura feudi non est expressum: ergo 4
nullum debetur seruitiũ: quia substantiale feudi non
est seruitium, sed fidelitas: vt plenè per duas col. fir-
mat Andr. in c. j. ex quib. causis feudum amit. & in c. j.
§. similiter. de capi. qui cu. vendidit. in vij. colu. & sic
nullum obstaculum est, quòd monasterium ex perso-
na monachi debet succedere in dicto feudo franco à
seruitio: vt firmat Iason in præludijs suis feudorum.
col. xxxvj. Et sic diceretur, quòd dictum feudum præ-
stat adoam, prout probatum extitit. † Respõdetur, 5
quòd solutio adoæ est in pecunia: vt dicit Andreas in
cap. j. §. similiter. de c. qui cu. ven. & in l. Imperialem.
§. firmiter. de prohib. feu. ali. per Feder. & in cap. j. §.
similiter, de capi. Corradi. quæ potest solui per mo-
nasterium, sicut per laicum, & si succederet, soror,
fuisset habilitata à iure ad seruiẽdum per substitutum
domino acceptabilem: vt dicit Specul. in titu. de feu-
dis. §. quoniam. versi. xxj. & dixi in cap. si quis decef-
ferit. si de feudo fuerit controuer. quando Rex vult
seruit

6 seruitium personale: †quia fœminę non conuenit mi-
litare, vt firmat Alex. in dicto x. consi. & ego dixi in c.
j. de vasal. milite qui arma belli. deposuit. ergo eadem
ratione monasterium exhibebit seruitium per substi-
tutum, postquam semel fœmina est habilitata ad ser-
uiẽdum per substitutũ. In contrariũ dicitur, quòd
regula est, quòd clericus & monachus de iure feudo-
rum, sunt inhabiles ad succedendũ in feudis, per d. c. j.
de milite vasal. qui ar. belli. depo. & in c. j. de benefic.
fœmi. & in c. qui clericus. si de feu. fue. controu. inter
do. & agna. & in c. j. an mutus vel surdus. Secũdo, alle-
gatur Bal. in l. j. C. de lega. & in l. Deo nobis. vj. col. C.
de episco. & cleri. qui dicit quòd monachus non suc-
cedit in feudo paterno, quando viuo patre factus est
7 monachus: †quia feudum non transit nisi ad hæredes
sanguinis & ista iura sanguinis non transeunt in mo-
nasterium: vt no. gl. in c. scripsit. xxvij. q. ij. & in c. præ-
sens. xx. q. iij. & in c. ea quæ. de statu mona. & in c. j. de
pur. cano. & idẽ dixit Bald. in l. data opera. in xvij. col.
C. qui accus. non possunt. Tertiò, allegatur authori-
tas Lucæ de Pẽna in l. nulli. C. de mune. lib. xij. qui di-
cit, quòd clericus non succedit in feudo paterno, nisi
statim mortuo patre deponat habitum: Nec obstat
illud, ꝙ potest seruire per substitutum: vt suprà dictũ
est: quia cõstitutiones Regni, quæ habilitant fœminã
ad succedendum in feudum, & per consequens ad ser-
uiendum per substitutũ, non habilitant monachũ vel
monasterium ad succedendũ, & sic nec ad seruiendũ
per substitutum. Bene fateor, quòd si princeps habili-
8 taret monachum ad feudum, puta, †quia sibi de nouo
dedit feudum, quòd tacitè videtur ipsum habilitare,
vt possit seruire per substitutũ. & hoc sequũtur doct.
in l. quisquis. vt patet ex his quæ ibi scribit Alber. de
Rosa. C. de episco. & cleri. & Francis. de Aret. in d. c. in
præsentia. & Alex. in d. x. cõsi. & hoc est verum, donec
viuit monachus, post eius mortem non transit in mo-
nasterium, secundùm Alex. in d. x. consil. & Bald. in c.
quæ in ecclesiarum. de const. & Moder. in d. c. in præ-
sentia. nisi donasset, quòd transiret, tunc seruiret per
substitutum, quando seruitiũ militare esset personale:
quia habilitatus ad feudum, est habilitatus etiam, vt
possit seruire per substitutum, quãdo à principio iam
constat, quòd non erat habilis ad præstãdum seruitiũ
personale, per ea quæ supra dicta sunt, & voluit Bal. &
And. in d. c. j. de vasallo milite qui arma bellica depo-
suit. Nec obstat, quòd solutio adoæ fit in pecunia.
9 †Quia hoc est verum, quãdo Rex vult. quòd soluatur
in pecunia, sed si rex qui habet electionẽ, vtrum velit
seruitium personale vel adoam: & vult seruitium per-
sonale, vasallus non potest dicere, ego volo soluere
adoã vt dicit And. in §. similiter. de c. Corradi: vt dixi:
in c. j. in fi. quis dicatur dux. co. & And. in c. j. §. sed nec
est alia. quæ fit prima causa bene. amit. & in c. j. §. si. de
pace iur. firman. & in c. j. de controuer. feudi apud pa-
rer. Quartò allegatur, quòd licet monasterium ha-
beatur loco filij in ingrediente, vt dicit Bald. in auth.
nisi rogati. ad Treb. & doct. in d. c. in præsentia. & Alex.
in l. vtrum. ff. de verb. obli. tamẽ si feudũ de sui natura
præstat fidelitatis iuramentũ, quod continet illa sex,
de quibus in c. j. de noua forma fide. quæ non possunt
omnia per monasterium explicari, tunc nullo modo
monasterium succedit in feudo ex persona monachi,
quod præstat fidelitatem. & istam decisionem ponit
Feli. in d. c. in præsentia post Are. & idem And. Barba.

in rubr. extra de feudis. ij. col. †Et ego à doctoribus 10
Consilij fui requisitus, vt darem votum meum in ista
causa: quia tunc tẽporis quando regnabat Rex Ludo-
uicus Francorũ, eram præsidẽs in Regia camera sum-
mariè, & fui in voto, quòd dictum monasterium ex
persona monachi non succedat in dicto feudo, quod
præstat seruitium personale, & iuramentum fidelita-
tis, quia ista requirunt industriam personæ. & mona-
sterium non est habilitatum ex persona monachi vt
ipse succedat in feudo fratri habẽti feudum, imò quia
desinit esse miles seculi, non potest succedere mona-
sterium ex eius persona, ex quo non potest iurare nec
personaliter seruire. Sed illud de personali seruitio
vel adoæ ad electionem domini Regis in isto feudo,
quod non soluit militẽ nec medium militis sed quar-
tam partem vel intrà vnius militis, tunc dicitur ser-
uitium consistere in pecunia, & non in persona: vt di-
citur in quadam declaratoria Regis Roberti, quæ in-
cipit, habuit feudatariorum nostrorum in charta gi.
in libro meo Capitulorum Regni. Ideò propter iura-
mentum fidelitatis, quòd non potest præstare mona-
sterium concludo quòd non succedit. Et idem vo-
tauerunt alij domini de Consilio & sic postrà per sen
tentiam Regiam sacri Consilij fuit iudicatum, quòd
dicta soror, quæ possidebat feudũ post mortẽ fratris
absoluatur ab impetitione monasterij sancti Martini.
Et istam quæstionem latius examinaui in c. j. de bene.
fœminæ. Sed iuxta istã q. quæro de alia quæstione
quæ est de facto. certum est, quòd per consti. Regni, vt
de successionibus. mulier non est totaliter exclusa à
feudo sed conditionaliter, si frater masculus existat.
& idẽ dicitur in c. Papæ Honorij Ecce quòd in feudo
antiquo paterno soror succedit fratri decedenti sine
filiis, tũc ex quo soror est habilitata ad successionem
in feudis per dicta iura Regni, sine dubio est habilita-
ta, vt possit præstare seruitiũ militare per substitutũ,
vt suprà dictũ est. †Pone modò, ꝙ soror fratris est mo 11
nialis professa, quando monasterium ex eius persona
petit successionem feudorum fratris an possit succe-
dere in feudis quaternatis, quæ præstãt fidelitatem &
seruitiũ personale. Prima facie diceres, ꝙ sic, quia
si est habilitata fœmina ad seruiẽdum per substitutũ,
ergo & monasteriũ succedens ex eius persona. vt dicit
Alex. in d. x. cons. in v. vol. & Spec. in d. §. quoniã. versi.
xxj. Sed ego dicebã cõtrarium: quia si soror habet
dispensationẽ, vt succedat fratri, & per consequens, ꝙ
seruiat per substitutum, nõ habet dispensationem, vt
si sit fœmina & monacha, succedat: †quia dispensatio 12
super vno defectu non est dispensatio super alio defe-
ctu: vt dicit Bal. in l. eam quam. C. de fideicõ. & Oldr.
in consi. cclvij. in ci. quidam Rex. & Lud. in l. si verò.
§. de viro. xxx. fallẽ. ff. soluto matri. & in cons. cccxxvj.
in fi. & Ioan. And. in c. si. de filiis presbyterorum. bene
facit text. in c. postulasti. de rescript. & Bart. in l. cum
propter. ff. de leg. præstan. glo. xij. distin. c. nos consue-
tudinem. Et fœmina succedit non de iure communi
feudorum, sed per dispensationẽ iuris specialis in Re-
gno. Nam †dispẽsatio dicitur, quãdo quis admitti 13
tur per Principẽ ad successionẽ, vbi de iure cõmuni
excluditur: vt dicit Specu. in tit. de dispensa. & proba-
tur ij. q. iij. §. iij. & ideò soror monialis non succedit,
quia non est dispensatum, nisi vt soror laica succedat,
& tunc seruiret per substitutum: sed si est monialis, nõ est
aliqua constitutio, vel c. Regni, per quod admittitur:

14 †& quæ de gratia est admissa in vno, non est admissa in alio, secundũ And. in c. j. §. d. [illegible] j. col. quasi olim feu. als. poterat. imò si est dispensatum, vt deficiẽtibus masculis soror latera succedat, & sic seruiat per substitutum, videtur exclusa, si efficiatur monacha: vt in si. not. Bald. in l. maximum vitium. C. de libe. præte. in j. col. per regulam d. c. j. de milite vas. qui arma bellica deposuit. Nec obst. consiliũ prædictum domini Alex. x. in v. volu. qui vult, quòd in feudo, quod tenetur ab ecclesia vel ab episcopo nomine ecclesiæ, & episcopus vel ecclesia recepit iuramentum ab illa fœmina, quæ succedebat, & posteà facta fuit monialis, quòd tunc monasteriũ seruiet per substitutum. Quia ibi fœmina non succedebat, virtute dispensationis alicuius superioris, qui potest dispensare cõtra ius feudorum, sed succedat virtute pacti contenti in inuestitura prælati, ecclesiæ, & feudum à principio erat ecclesiasticum: & ecclesia seruiet per substitutum, & per consequens habens causam ab ipsa ecclesia: quia à primordio, titu. li &c. l. j. C. de impò. lucra. descript. lib. x. nimirum si transit etiam in monasterium, secus in feudo quaternato, quòd nunquam fuit cõcessum ecclesiæ: sed laico militi cum iuramento fidelitatis & ligij, & cum præstatione seruitij militaris.

DECISIO CCCXXI.

De iure conficiendi aluminis inuenti in fundo priuati, & de metallorum fodinis.

SVMMARIVM.

1 *Christi nomẽ inuocãdum in initio cuiuslibet boni operis.*
Conscientia vera ex fonte legum scaturit.
Leges à Deo manarunt.
2 *Legis ratio vincit mortalium rationem.*
Hominis raptus sine lege stultus.
Ius conficiendi aluminis inuenti in fundo priuati, an sit regale.
Intellectus ad l. cuncti. de metallis & metallarijs. lib. xj. Codicis.
3 *Doctores duo derisi propter deprauatum tex.*
Alumen, quomodo fiat.
Consuetudo in aut. fodinis inspicienda.
4 *Argentariæ possunt esse in locis priuatorum.*
5 *Fiscus decimam metalli partem de venis in solo priuatorum repertis habet.*
6 *Rex an possit dare licentiam, quærendi metalla in fundo alieno, inuito domino.*
7 *Thesaurus in fundo priuato, potest per quẽ [illegible] modo,*
8 *Lex iusta debet esse, & priuatum commodum [illegible]*
Lex non est, quæ iniusta est.
9 *Leges aliqua Imperatorum [illegible] fecerunt [illegible] ratione.*
10 *Auaritia odio habenda, maximè in principe.*
11 *Auaritia malorum fomes.*
[illegible]
[illegible]
12 *Præcedentia [illegible]*
13 *Alienum [illegible] non licet.*
14 *Vectigalia publica quæ sunt.*
Glossa de facili non reprehendenda.
15 *Dominus soli, in [illegible]*
16 *Doctor intelligendus secundùm legem quam allegat.*
Cõsuetudo aluminũ rapiendi sine solutione à mãmona est.
Appellari à generali lege non licet.
17 *Pretium priuatis soluendum de bonis suis quæ per l. solutur generalem.*
Consuetudo probata, non [illegible] sine actuum frequentia.
18 *Consuetudo quæ [illegible] tempore præscribatur.*
19 *Argentariarum electio [illegible] fiebat.*
20 *R[illegible] placebo domino.*

IN Regia camera summariè vertebatur causa inter Regiũ fiscum & nobiles viros Iacobum & Marcum Antoniũ de Sanannariis de sedili portæ nouæ ciuitatis Neapolis, super vena aluminis existente in montibus Agnani, audita relatione facta per dominum Thomam vasallum relatorem, & audito domino Bernardino de [illegible] interueniente pro aduocato fisci, & legitem processum factũ in magna curia Vicariæ inter Gaspare le Scotus & dictos nobiles super dictis montibus, ac etiam visis allegationibus domini Ioannis Loisij de Arnaldo aduocati dictorũ nobilium fui multum astrictus, vt votũ meum in dicta causa in scriptis darem. †Et licet recusassem, tamen ab hoc onere non 1 valui euadere, & adeò imprimis recursum habui ad dominum nostrum Iesum Christum, vt illuminet meum intellectum ad proferẽdum votum meum, secundum iustitiam Dei, & secũdum puram conscientiam: quia vera conscientia est illa, quæ sumitur ex fonte legum, quæ procedunt à Deo. Inde dicebat Bal. in c. clerici. de vita & honesta. cleri. †quòd conscientia legis, vincit 2 conscientiã hominis, quæ dicitur abusiua, quando non habet pro se leges. Tota ista causa reducitur ad hoc indiuiduum. Vtrum ius conficiendi aluminis inuentum in solo priuati sit ius regale, ita quòd ad Regem spectet ipsum conficere, vel spectet ad dominum, cuius est dominium & possessio soli, vbi est vena aluminis, soluta decima parte aluminis quòd conficitur per priuatum Regiæ curiæ, iuxta l. cuncti. C. de metallis lib. xj. Et licet fiscales allegassent pro fisco constitutionem Regni, pecuniam positam in tertio libro constitutio. Regni, quæ asseritur, quòd dicebat, quòd omnes inuentiones sunt curiæ. Tamen in veritate hoc non dicit dicta constitutio; sed bene dicit, quòd quælibet res inuentæ, quæ non sunt suæ, debent teneri per curiam per annum, vt si dominus compareat, detur ei, alias sit fisci. Item allegabatur pro fisco capitulum Regis Caroli secundi, de thesauris, vbi dicitur, quòd Regia curia habet ius in metallis inuentis in fundo priuati, tanquam ius regale, istud capitulũ nihil 2 facit: quia non declarat, quòd est istud ius, quod habet curia, & ideo debet intelligi de illo iure, de quo facit mentionem d. l. cuncti. †Item duo doctores, tenẽtes 3 partem fisci allegabant constitutio. Regni, inter multas [illegible] curiæ, quæ dicit, aluminis [illegible] quia alumẽ non fit de herbis [illegible] de lapidibus [illegible] in igne in caldaribus, & ideo [illegible] constitutionem [illegible] herbas [illegible] & sic [illegible] nihil facit. Item allegabatur [illegible] consuetudo, [illegible] fiscus receptis venã aluminis etiã in locis priuatorũ [illegible] [illegible] pendet

pendet ab intellectu d.c.in verbo,argẽtariæ. vbi dici-
tur,quòd argentariæ sunt Regis. Et idem dicẽdum est
de aliis speciebus metallorum:vt in l j. C.de metal.&
4 metalla.lib.xj.†Stat ergo dubium,an ille text.in ver-
bo,argentariȩ intelligatur de argentariis vel metallis
inuentis in prȩdiis Regis tantũ:vel de metallis inuẽtis
non solùm in prædiis Regis & curiæ,sed etiam in prȩ-
diis priuatarũ personarum. Et in hoc reperio tres opi.
Prima fuit opi.And.de Iser. in dicto verbo argẽta-
riæ.qui dicit,quòd ille text. intelligitur de argẽtariis,
quæ sunt in prȩdiis Regiæ curiæ,& non de argentariis
priuatorum. nam istæ argentariæ possunt esse de iure
communi in locis priuatorũ; vt est tex.expressus in l.
iij.in fi.ff.de rebus eorũ.& in l.diuortio.§.si vir.ff. sol.
matri.& in l.forma.ff.de cẽsi.& in l generali.§.vxori.
ff.de vsufru.leg.& in l.item si fundi.ff.de vsufruc.& in
his argentariis,quæ sunt in locis priuatorum,seruatur
consuetudo,vbi sunt,per tex.in l.venditor.§.si cõstat.
5 ff.commu.prædiorũ.†Cessante consuetudine de me-
tallis inuentis in solo priuati fiscus Regius habet deci-
mam partem,iuxta l j.& l.cuncti.præallegatam.& de
isto reditu metallorũ loquitur text.in l.inter publica.
in fi.ff de verb.signi.& gl.ibi declarat,videlicet,quòd
est decima pars metalli.quod effoditur,& in lucidam
formã per liquefactionẽ reducitur:vt in d.l.cuncti.&
dicit And.in d.verbo,argẽtariæ, ꝙ in Calabria sunt
venæ metallorum, quæ certo modo sunt Curiæ. Sed
in argẽtariis & metallis repertis in terra Regis,si Rex
concedit alicui facultatẽ quærendi venas metallorũ,
quæ sunt subtus terram, & ipse reperit venas metalli
in solo Regis, Rex habebit duas decimas. Sed si ille,
cui Rex dedit licentiam inueniendi venas metalli,re-
perit in solo priuati, & nõ sit in damnũ domino soli,
tunc ipse inuentor dabit fisco vnam decimã cum cer-
tis scropulis,& aliam decimã dabit domino soli. hæc
probantur in l.j.& in l.cuncti. & in l.quosdam. C. de
6 metallis,& metalla.li.xj.†An autem si in prædio meo
sint venæ metallorũ,possit Rex alteri cõcedere,vt me
inuito quærantur? Et certè non,per d.l.quosdam. nisi
esset consuetudo:vt in d.§.si constat. vel nisi princeps
quando cõcessit castrum militi, reseruauit sibi venas
metallorũ.& tunc ille miles solũ decimã habebit pro
damno,fortè ꝙ fit in prædio,& non sit graue dãnum:
vt in d.l.cuncti. sed si esset graue, non posset domino
inuito: vt in d.l.quosdã. & sic vult And.in loco præal-
legato,ꝙ dictæ leges C.de metallis. non sint correctæ
per d.c.j.in verbo,argẽtariæ.sed intelligitur secũdùm
dictas leges:quia id expressè non dicit: vt in auth.qui-
bus mod.natura.effici.sui §.tribus.promptum est iura
7 iuribus concordare.C.de inoffi.do.l.j.†Sicut ergo de
iure cõmuni possum thesaurũ labore meo in proprio
fundo arte non magica vel scelerata inuenire:vt C.de
thesauris.l.j.& instit.de rerum diui.§.thesauros. Eadẽ
ratione,si in prȩdio meo sunt lapidicinȩ vel venæ me
talli,possum illa fodere:quia eadem ratio est,ergo idẽ
ius:quia ratio diuersitatis reddi non potest.ff.de fonte.
l.j.ff.de verb.obl.l.à Titio. Ex quibus patet,secundum
8 And.quòd dictæ leges C.de metallis sunt iustæ:† quia
ita debet esse lex,scilicet,iusta.iiij.dist.c.erit autem.&
debet fieri lex non ad priuatũ commodum, sed rebus
cõmunibus: vt C.de Iusti. Co.con.in prin.dicẽs,quòd
lex nõ est lex,quæ iusta nõ est, sed potius legis abusio.
allegat August.in lib.de libero arbitrio. Secũda fuit
opinio fiscaliũ,dicentiũ,ꝙ dictum c.j in verbo argen
tariæ.intelligatur simpliciter, id est,siuẽ venæ metal-
lorũ inueniantur in loco Cæsaris,siue in loco priuati,
debent esse Cæsaris, & sic fisci.& sic d.c.j. quæ sint re-
galia, corrigit illas leges positas in tit. C.de metallis.
præallegat Nec est mirũ,dicebãt illi fiscales, ꝙ dictæ
leges sint correctæ per dictum c:in verbo,argentariæ.
quia illi imperatores,qui fecerunt illas leges,fuerunt
Orientales & non iuriscõsulti,†quasi velint,ꝙ ille le- 9
ges positæ in dicto titulo,non fuerũt factæ cum ratio-
ne:nam dicti Imperatores fecerũt etiã multas alias le-
ges iniquas:vt patet de superindicto,& in multis titu-
lis in tribus libris Codicis. Itẽ corrigit etiam dictã
l.iij.ff.de rebus eorũ.& dictam l.diuortio.§.si vir.quia
ille tex.in d.c.j.in verbo,argẽtariæ.est posterior dictis
legibus. Itẽ quia in Regno isto dicunt fiscales,quòd
omnes inuẽtiones sunt fisci,& idem in thesauro: licet
in thesauro Rex Carolus secũdus correxit:†quia prin- 10
ceps non debet esse cupidus & auarus:quia auaritia le
gitimis ictibus est ferienda.C.de inoffic.testa. l.si quis
in suo.Et pro confirmatione huius opinio. fiscaliũ ad-
ducitur authoritas do. Iacobi de Aluaro. & Cardina-
lis Alexandrini in dicto verbo,argẽtariæ. vbi dicunt,
quòd nõ putant verum,quòd ille tex. debeat intelligi
solùm,si metallũ inueniatur in solo Cæsaris,vt sit Cæ-
saris:quia hoc non esset aliquod ius Regale, cum qui-
libet priuatus,cuius est fundus,habet prædictam por-
tionem:vt dicitur in d.l.j.& l.cuncti.& ideo intelligi-
tur tex.in dicto verbo,argentariæ.simpliciter. Sed
opinio ista fiscaliũ expressè damnatur per Andræã in
loco præallegato,dicentẽ,quòd amãtibus Deum non
est dicendũ,quòd dictũ c.j in verbo,argẽtariæ. corri-
gat dictã l.iij.de rebus eorũ.cum concordantiis suprà
allega.tamẽ quia sequeretur,quòd dictũ c.esset condi-
tum ad vtilitatẽ propriã, & sic propter auaritiã, quæ
non debet esse in principe: †quia est radix omniũ vi- 11
tiorũ:vt patet in auth. vt iudices sine quoquo suffra.§.
ad hæc.& in c.sicut.xlvij.dist.& habetur in c.auaritiæ.
de electio.in vj.& in c.auaritiæ.de præben.& ibi con-
cord.tamen quia legum correctio est euitanda:vt in l.
præcipimus.C.de appellatio. & quia in dubiis contra
fiscum iudicandũ est: vt in l.non puto. ff.de iure fisci.
tamen quia dictũ c.j.quæ sint regalia, statim postquã
dixit,ꝙ argẽtariæ sunt Regis.dicit quòd thesaurus in-
uentus in loco Cæsaris pro medietate est inuentoris,
& pro medietate Cæsaris, prout erat de iure cõmuni,
& sic dicendum est in argẽtariis, vt in eis seruetur ius
commune:vt si in loco Cæsaris,sint Cȩsaris:si in loco
priuati,fiscus habeat ius suũ,scilicet decimã: vt in d.l.
cuncti.†nam per sequentia declarãtur præcedẽtia de 12
argentariis.ff.de pecu.leg.l.nam quod liquidè in fi.&
l fi.ff de vino triti.& oleo leg. Itẽ dictus intellectus
fiscaliũ,& Iacobi & Prȩpositi sancti Ambrosij cõtinet
multas absurditates & iniustitias. Primò quia ex di-
cto intellectu sequeretur correctio d.l.j.& l. cũcti. C.
de metallis. Secũdò,esset cõtra ius naturale,quia tol
leret alienũ sine solutione pretij. Et ad hoc, vt lex di-
catur lex,requiritur,ꝙ sit iusta.j.di.c.erit.vt dicit And.
in loco præal.non potest esse iustitia, vbi est superio-
ris auaritia in alienis rebus occupãdis:† in tantum,ꝙ 13
etiam in causa venandi non licet intrare agrum alie-
num, vt in l.diuus.ff.de serui.rusti.prædiorum.& in §.
apiũ.Insti.de rerum diui.Si tamen antequã prohibea-
tur,intret agrum alienũ,& aliquid reperit,suum erit,
quod reperitur:vt ibi dicit text.imò lex,quȩ continet
iniu

iniustitiam & iniquitatẽ, esset ipso iure nulla; vt not.
in c. cum omnes, de constit. & ibi Abbas. Nec obst.
illud, quod dictum est, quòd priuatus habet decimam
metalli inuenti per alium in agro suo. Et Rex habet
decimam metalli in prædio Cæsaris inuẽti, quòd hoc
non est ius regale, ex quo priuatus hoc ius habet: vt di-
cebãt Iac. Alua. & Præpositus. Quia ad hoc respon-
detur authoritate gl. in d. l. inter publica. in fi. vbi di-
14 cit text. † publica vectigalia intelligere debemus, ex
quibus fiscus capit, qualis est vectigal portus vel vena-
lium rerum. Item salinarum & metallorum. dicit gl.
metallorũ, de quibus decima fisco datur de metallis,
vt in l. cuncti. C. de metal. lib. xj. Ecce ergo, quòd isti
patres freti suo sensu dixerunt, contra authoritatẽ gl.
cõmuniter approbatam, quæ expressè dicit, quòd ius
regale in metallis est decima, licet per eandem legem,
si metallũ sit in loco priuati, soluatur per inuentorẽ
domino soli alia decima. Et hoc, nisi dominus præ-
dij vellet ipse inuenire, vt dicit egregiè Pau. de Cast. in
cõsi. clxxvj. & Bartho. Vero. in tractatu de serui. in tit.
de monte. & idem Paul. in l. venditor. §. si constat. ff.
15 com. prædiorum. vbi dicit, † quòd dominus soli præ-
fertur alijs, quando ipse vult fodere ad inueniendum
metalla. & ista facultas effodiẽdi metalla in loco pri-
uati ei, qui primò inuenit, durabit ad vitam inuento-
ris, & nõ vltrà: vt in l. apud Iulianum. §. si cui. ff. de leg.
j. not. in l. sordidorum. C. de execu. mune. lib. x. & ideò
eo mortuo dominus soli poterit iure proprio fodere,
quia non tractatur de alicuius præiudicio. Et quoniã
And. de Iser. in loco vbi suprà, tenet expressè, quòd si
est consuetum, quòd metalla inuenta in agro priuati,
sint Regis, & quòd talis consuetudo valeat, alleg. ad
16 hoc tex. in d. l. venditor. §. si constat. † dico, quòd And.
debeat intelligi secundum legem, quam allegat. sed in
d. §. si constat. dicitur, quòd si cõsuetum sit fodere me-
talla in loco alieno, intelligitur soluto pretio, aliàs si
esset consuetum fodere metalla in solo priuati, non
soluto pretio, diceretur ista consuetudo reprobata, &
contra ius naturale, & nihil esset: vt dicit no. Albe. de
Rosa. in d. §. si cõstat. Et dicit Bal. in l. sicut. C. de serui.
& aqua, quòd esset cõsuetudo Diabolica. Et licet Bar.
in l. Antiochensium ff. de priui. credi. dicat, quòd lex
generalis potest præiudicare priuato: nec à generali
lege licet appellare, vt not. in c. cupientes. §. ad hæc. in
verbo priuatus. de elec. lib. vj. & firmat Alex. in ij. vol.
consil. clxxxix. tamen Bart. ibi nihil dicit, an tunc de-
beat solui pretium. Bene tamen Ias. doctor modernus
in l. Barbarius. in 3. charta. ff. de offi. prætoris tangit &
17 concludit, † quòd quando per l. generalem tolluntur
bona priuatorum, debet solui priuatis pretium, per
tex. in d. §. si constat. facit l. ij. C. quib. ex cau. serui. pro
præ. liber. acci. Et tantò magis, quia consuetudo præ-
dicta non est approbata: quia testes non deponunt de
actuum frequentia, iuxta not. per doct. in l. de quibus.
ff. de leg. & in l. ij. C. quæ sit longa consuetudo. & Ioan.
Aod. in c. fin. de consue. & Alex. in ij. vo. consil. xlv. in-
cipiente, visis attestationibus. & in consi. cxxxvj. inci-
piente, in causa & lite. in vj. col. nec de tempore. xxx.
annorum, quando consuetudo allegatur contra ius
priuati, non sufficiunt x. anni ad inducẽdum consue-
18 tudinem, † sed requiruntur xxx. anni, vt dicatur con-
suetudo præscripta; vt est glo. no. in l. domini prædio-
rum. C. de agri. & censi. li. xj. & Bal. in c. j. in principio,
qualiter olim feudum alie. pot. & docto. in d. l. de qui-
bus. & Alex. in v. volu. consi. v. in iiij. col. Item, cum
principe in actibus non iurisdictionalibus non est
dare consuetudinẽ: vt dicit notabiliter Albe. de Rosa.
in d. l. de quibus. in xlvj. col. Et sic cum nõ sit probata
actuum frequentia, nec princeps soluit pretium, nec
diuturnitas prædicta temporũ, sequitur quòd consue-
tudo non est legitimè probata. & sic concludo cum
Andræa, quòd metalla in loco priuati inuẽta non sint
Cæsaris, nisi quo ad decimam. & istud est ius regale in
dictis metallis. & de isto iure Regio loquitur text. in
d. c. j. in verbo, argentariæ. quæ sunt regalia. Tertia
fuit opi. Iacobi de Aluarotis in dicto verbo, argẽtariæ
quæ dicit, ꝙ argentariæ sunt Regis, scilicet electio ar-
gẽtariorum est de regalibus, quemadmodũ magistra-
tuum: † nam isti argẽtarij solebãt antiquitus eligi pu- 19
blica authoritate: vt dicit glo. magna, in fi. in l. quædã.
§. nummularios. ff. de edendo. Et quia hodie non est in
vsu, ista electio argentariorũ facienda à principe, nec
literæ applaudit iste intellectus, qui de nũmulariis &
non de argentariis loquitur. Item esset contra gl. in
d. l. inter publica. ideo dicta opinio erit pessundenda,
& tenenda erit opinio And. prout suprà dixi. & istud
est votum meũ in ista materia, scilicet quòd ius con-
ficiendi alumen inuentum in solo priuati, est domini
soli, sed fisco debet solui decima pars aluminis, quod
cõficitur, iuxta dictã l. cuncti. † Et in hoc voto fue- 20
runt quinque doctores Regiæ cameræ summariè & sa-
cri Cõsilij, licet fiscales fuissent in cõtraria opinione,
non tamen suffulta legibus aut rationibus, nisi autho-
ritate psalmi, Placebo domino in regione viuorum.
hæc tamen registraui, Saluo semper iudicio potiori.

DECISIO CCCXXII.

De impubere proximo pubertati, qui ex iuramento obligatur, & de absolutione à iuramento propter enormissimam læsionem.

SVMMARIVM.

1 *Intellectus & declaratio auth. sacramẽta puberum. 10.*
2 *Iuramentum an confirmet contractum minoris.*
3 *Minor doli capax iurans se maiorem, est in dolo, & cõtrahit.*
4 *Impubes quando ex iuramento obligetur.*
5 *Iuri canonico in materia iuramenti standum.*
6 *Iuramentum vi & metu extortum, est nullum, sed de eo petenda est absolutio.*
7 *Iuramentum puberum an impediat restitutionem in integrum.*
8 *Absolutio à iuramento dispositionem auth. sacramenta puberum an eneruet.*
9 *Papa absolutionem per enormissimam læsionem minoribus & maioribus concedit.*
11 *Intellectus cap. quamuis. & cap. cum contingat. de pact. lib. vj.*
12 *Absolutio semiplena ex postfacto repletur.*
13 *Papa ratione enormissimæ læsionis ius quæsitum nõ subdito aufert.*


DOminus Ciccus Abbas reliquit Dionoram suam filiam vnicam hæredem, quæ post eius mortẽ nupsit nobili Simonello Caraczulo, qui promisit in capitulis matrimonialibus cõstituere antiphatũ in ducatis mille,

& pro

& promisit quòd Marcus Antonius & Ioannes Anto-
nius Catacauli eius fratres assecurẽt dictũ antiphatũ
constituendum. Et dicti fratres promiserunt in dictis
capitulis assecurare dictũ antiphatum cõstituendum:
dictus vir absentibus dictis fratribus constituit anti-
phatum, & absque alio cõsensu & requisitione dicto-
rum fratrum. Post hæc solutum est matrimonium per
mortẽ viri cum filiis, vxor petit antiphatũ à dictis fra-
tribus actione hypothecaria super quadã domo eorũ
sita in summa platea ciuitatis Neapolis, virtute in-
strumenti dictæ promissionis factæ per eos, quo ad
1 vsumfructũ propter existentiã filiorũ. †Multa dicti
fratres allegant, quòd ipsi non tenẽtur ad dictum an-
tiphatũ, & per cõsequens, quòd debeant absolui. Et
inter alia, quia Ioannes Antonius, quando fecit dictã
promissionẽ iuratã, erat minor xij. annorum, & hoc
bene fuit probatũ. Sed stat dubiũ, verũ dispositio aut.
sacramẽta puberũ. C. si aduersus venditionẽ. quæ vult
quòd iuramentũ præstitũ à pubere in cõtractu nullo;
quia non interuenit decretũ iudicis cõfirmans cõtra-
ctum, vẽdicet sibi locũ in pubere seu pupillo doli ca-
pace iurante, vt eius contractus nullus cõfirmetur iu-
ramento, sicut esset, si esset præstitũ à pubere. Illud
2 dubiũ habet cõtrarias opiniones. †Nam gl. in d. auth.
sacramenta puberũ. tenuit quòd d. auth. non habet lo-
cum in pupillo doli capace, qui si contraxit nullitur,
licet iurauerit: tale iuramentũ non cõfirmat contra-
ctum: quia d. auth. loquitur de pubere iurante, & non
de impubere. Et istã gl. secuti sunt ibi Petrus de Bella-
pertica, & Cy. & Iacob. Butr. & Bal. & Odof. Itẽ Pau.
de Cast. & Sali. in l. qui iurasse. ff. de iureiur. & Ang. in
d. auth. sacramenta. qui dicit, quòd sic fuit in publica
disputatione determinatũ Bononiæ. Et idem tenet gl.
Iacobi Colũbini in §. itẽ sacramenta puberũ. de pace
iura. firman. in vsibus feudorũ. & Bal. ibi. Idem tenet
Rapha. Fulgo. in d. auth. sacramẽta puberũ. & Iaco. de
Alua. & Præpositus in d. §. Item sacramenta. in vsibus
feudorũ. & Fede. de Senis in consi. xxx. incipiente, mi-
nori xxv. annis &c. & Pau. de Cast. in consi. ccxv. inci-
piente, si non intercessit iuramentũ. & idẽ firmat Bal.
in l. pactũ. in j. col. C. de colla. Et ista opinio limita-
tur secundũ Pau. de Cast. in d. l. qui iurasse. nisi impu-
3 bes doli capax iurasset se maiorẽ, †tunc quia videtur
esse in dolo, sic iurando, confirmatur eius contractus
per dictum iuramentũ: & ista fuit originalis limitatio
Guilielmi de Cugno in d. l. qui iurasse. & dicit Alex. de
Imol. in d. l. qui iurasse. quòd idem dicit Guido de Su-
zaria in d. auth. sacramenta puberũ. qui hanc limita-
tionẽ limitabat, nisi contrahens cum pupillo doli ca-
pace & iurãte se maiorẽ fuisset persona sibi cõiuncta:
quia tunc non est verisimile ipsum ignorare ætatem
ipsius pupilli doli capacis iurãtis se maiorẽ, quo casu
non firmatur contractus dicto iuramento: vt refert
Alex. in d. l. qui iurasse. & moder. Papienses in d. auth.
sacramenta puberũ. Alia opinio contraria fuit, quòd
d. auth. sacramenta puberũ. habet locum etiam in pu-
pillo doli capace: vt si iurauit in contractu, firmetur
iuramento, sicut si esset pubes. Et istam opinionẽ fir-
mauit Bar. in d. auth. sacramenta puberũ. dicens quòd
doctores cõmuniter tenẽt, quòd si impubes est maior
infante proximus pubertati, ita quòd in eo cadit deli-
4 ctum, †tunc obligatur ex iuramẽto. l. impuberem. ff.
de falsis & de furtis. l. impuberẽ. & hanc opinionẽ te-
nent Saly. & Pau. de Cast. in d. aut. sacramẽta. dicẽtes,
quòd de iure ciuili procedit opi. præcedẽs: sed de iure
canonico procedit ista opi. Bar. hanc eandem opi. fir-
mauerũt Canonistæ, videlicet Host. Io. And. in c. cum
contingat. de iureiur. Archi. in c. quamuis. de pactis in
vj. & Io. de Imo. in d. c. cum contingat. in x. col. & hæc
opinio bene probatur in c. ex literis. de sponsa. Idẽ fir-
mauit Lud. Roma. in l. is cui bonis ff. de ver. obli. & di-
cit Alex. in d. l. qui iurasse. quòd opi. Bart. est verior, tũ
propter fauorẽ animarũ, videlicet non committatur
periurium, †in materia iuramẽti standum est iuri ca- 5
nonico: vt in c. ij de iureiur. lib. vj. & dicit ipse Alex.
quòd ita ipse tenet, quãuis Legistæ teneant contrariũ.
hanc eandẽ opinionẽ tenuit Abb. Sicu. in consi. ccxvi.
incipiẽte, illud in effectu de iure quæritur. hanc eandẽ
opinio. firmauit expressẽ Andræ. de Iserl. in d. §. item sa-
cramenta puberum. Et ita ego tenui legendo dictum
§. item sacramenta. Fuit ergo votatum per totum
Consiliũ, quòd ista opinio Bart. & Canonistarum est
obseruanda in iudicando, sed quia fuit probatum in
processu, quòd dictus Simonellus verberauit acriter
dictum Ioã. Antonium, vt faceret dictam promissio-
nem, & bene probauit, quòd per vim, & metum fe- a
cit dictam promissionem, & præsentauit absolutionẽ
à iuramento ad effectũ agendi. Fuit per omnes do-
minos votatum, quòd tale iuramẽtum non operatur
aliquem effectum: †nam licet de iure ciuili iuramen- 6
tum per vim & metum exactum, sit ipso iure nullum:
vt in d. auth. sacramẽta puberum: tamẽ de iure cano-
nico iuramentum exactũ per metum, non potest pro-
pria authoritate sperni, sed debet peti absolutio: vt
not. in c. ad audientiam. quod metus causa. Et Archid.
in d. c. quamuis. & Inno. in c. venerabilis. de elect. & in
c. ad aures. quod me. cau. & Salic. in d. auth. sacramẽta.
& quia interuenit absolutio à iuramento, vt dixi,
propterea fuit votatum, vt ipse Ioan. Ant. absoluatur.

Quantùm verò ad Marcum Antonium puberem,
qui promisit cum iuramento fideiubere, & obtinuit
absolutionẽ à iuramento ad effectũ agẽdi. †Verum 7
possit per viam restitutionis in integrum infrà qua-
driennium dicere se enormissimè læsum ex dicta pro-
missione iurata: cùm appareat in promptu de ipsa læ-
sione, cùm sit pauper, & nihil habeat nisi partem in
dicta domo. Et prima facie dicebãt aliqui domini,
quòd non potest etiam per viam restitutionis in inte-
grũ ex capite enormissimæ læsionis venire, quia vera
conclusio doct. est in d. authen. sacramenta puberum:
†quòd minori læso ex contractu iurato tollitur be- 8
neficium restitutionis in integrum propter iuramen-
tum, nec obstat absolutio à iuramento: quia talis ab-
solutio à iuramento non potest tollere dispositionem
dictæ authenticæ, sacramẽta puberum. quæ non indu-
cit peccatum, per quam quæsitum fuit ius laico, id est,
dictæ vxori Simonelli: vt firmat egregiè Pau. de Ca. in
consi. ccxvij. incipiente, præsupposito sine præiudicio
veritatis. Alij fuerunt in cõtraria opinione dicẽtes,
quòd clarè apparet, quòd dictus Marcus Antonius ex
dicta promissione iurata de fideiubẽdo dictum anti-
phatũ fuit enormissimè læsus. †Sed Papa ratione enor
missime læsionis minoribus, & maioribus indistinctè
concedit absolutionẽ à tali iuramẽto: quia iuramentũ
nõ debet esse vinculũ iniquitatis: vt in c. & si Christus.
de iureiur. & not. in authen. quod eis. C. de nup. ex quo
iste pubes deceptus est dolo re ipsa interueniente: vt
in l. si quis cum aliter. cũ similibus. ff. de ver. obli. ergo
potuit

potuit ei succurri per absolutionem à iuramento. & hoc expressè firmauit Ant. de But. in c.cùm cōtingat.
10 in quarto casu principali, de iureiurando, †& dicit, q̄ isto modo limitatur dicta aut. sacramēta puberū. hoc etiam expressè firmat Abb. in d.c.cum contingat. in xxviij.col. vbi dicit, quòd non habet locū dicta aut. si interuenit dolus re ipsa. Idē firmauit Pet. de Ancha. in sua disputatione, quæ incipit. c.laicus. & in repetitione c, canonū statuta xj.q. principali. de consti. Et licet Io. de Imo. in d.c. cum contingat. & Lu. Roma. in l. qui superstitis. ff. de acqui. hære. teneant oppositum, quòd etiā vbi interuenit enormis læsio, tamen propter iuramentū nō potest allegare læsionē, per tex. in c. quàuis. de pact. lib. vj. & per gl. in c. pen. de emptio. & vēdi. &
11 in l. ij. C. de rescin. vend. †vbi deceptus vltra dimidiā iusti pretij si iurauit, non auditur dicendo se deceptū.

Tamen dicebant domini antiquiores de Consilio, quòd eorū tēporibus semper fuit in obseruantia opi. do. Ant. de But. & Pet. de Anch. quia illa est æquior l. quòd ratione enormissimæ læsionis concedatur absolutio à iuramēto. & dispositio c. quàuis. & c. cum contingat, procedat, quando læsio esset mediocris: secus, vbi esset enormissima læsio. & ita dicebat do. Anto. de Alex. in recollectis suis in l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de ver. obl. quæ quidē enormissima læsio erat in persona dicti Marci Antonij, qui nihil aliud habebat nisi dictā partē dictæ domus, super qua actum fuit hypothecaria pro dicto antipharo, pro quo promisit intercedere. Nec obstat, si dicatur quòd dictus Marcus Antonius solum fuit habilitatus à dicto iuramēto ad effectum agendi & excipiendi, non autē fuit absolutus ad effectum rescindendi contractū iuratum, per quem fuit ius quæsitum parti, per dictam auth. sacra-
12 menta puberū. †Quia ad hoc bene respondet Pau. de Cast. in consi. ccxvj. incipiente, circa primum quæsitum. in vlt. col. dicentē, quòd per dictā relaxationē iuramēti ad effectum agendi: licet à principio ista absolutio non sit plena, tamen ex postfacto ex probationibus factis vocata parte repletur, nec est necesse iterum absolutionem petere, sufficere debet prima, vt licet fuerit concessa ad finem agendi, proficiat ad finē obtinendi & peragendi, nec sit necesse eam de nouo superfluò petere, & ibi allegat duo similia, vt ibi per
13 eum. †Nec ob. quòd Papa non tollit ius quæsitum non subdito vigore dictæ auth. sacramenta puberum. Quia verū est ratione enormis læsionis, secus ratione enormissimæ, quæ semper videtur excepta. ar. l. omnes §. Lucius. ff. de his quæ in frau. credi. vt in simili not. Abb. Sicu. & Io. de Imo. in c. Quintauallis. de iureiur:

Vltimò, pro dictis fratribus allegabatur, quòd ipsi erant futuri fideiussores pro dicto antipharo, si dictus Simonellus cōstituit antiphatum siue eis, non tenentur se obligare pro dicto antipharo eo absente, & constituere se principales in absentia dicti Simonelli: vt dicit Bal. in l. sancimus. versi. sed quid si promisi. C. de verb. significa. alleg. tex. in l. tribus. ff. de vsufru. earum rerum, illud dictum est pulchrū. Quare stantibus suprà dictis rationibus. Fuit votatum per omnes dominos Consiliarios, quòd ipse Marcus Ant. similiter absoluatur, & sic lata fuit sentētia Regia absolutoria in fauorem dictorum fratrum contra dictam actricē.

ADDITIO.

a *Et metum.* Iuramētum extortum per vim & metū est ipso iure nullū, vide Iaso. in aut. sacramēta puberū. C. si aduersus vendi. & vide infra, in decis. cccxciij. & optimè supra in decisio. cclxiij. Thomas Grāmaticus.

DECISIO CCCXXIII.

De dotis restitutione.

SVMMARIVM.

1 *Hæres & defunctus vna persona esse censetur.*
2 *Confessio facta spe futuræ promissionis, quæ effectum secuta non est, nocet.*
3 *Marito quando imputari non debeat mora in exigendo dotem.*
Paupertas excusationem præstat.
4 *Restitutio dotis, cui debeat fieri.*

MIchaël hospitalis maritauit filiam suam cuidā Petro Gaudino, qui Petrus publico instrumēto mediante confessus fuit se recepisse dotes à dicto Michaële pro Helisabeta eius filia, & promisit dictus Petrus dare fideiussores de dotibus ipsi restituendis in casu soluti matrimonij. Demum dictus Michaël per instrumentū promisit dicto genero suo habitis dictis fideiussoribus integrè soluere dictas dotes confessatas dicto Petro. Et consummato matrimonio per carnis copulam, mortua fuit dicta Helisabeta sine filiis, superstite dicto Michaële patre & superstite marito. Modò pater petit virtute instrumenti dotalis à dicto Petro dotem confessatam, vbi est renuntiatum cum iuramento exceptioni non numeratæ dotis. ille Petrus dicit se non teneri. Post dictum instrumētum dotale sibi fuit promissa dicta dos solui habitis fideiussoribus de ipsa dote restituenda, quos fideiussores habere non potuit: & ideò non recepit dotem. Dicit pater: Helisabeta filia mea nullam habuit notitiā de dicta promissione, quā ego feci tibi ex interuallo post instrumētum dotale,
ideo ei non nocet: †sed hæres & defunctus vna perso- 1
na esse censetur: vt in §. j. in authen. de iureiuran. à mo. præsti. ego sum hæres filiæ meæ, ideo teneris mihi restituere dictam dotem, per id qnod dicit Barto. in l. penult. §. si vir. ff. solu. matri. quem sequuntur Paul. de Cast. & Ioan. de Imo. ibi. & Abbas in ij. vol. cōsi. lxxiij. & Alexand. in ij. volu. consi. xxxvj. in j. colum. & Bald.
in l. legem. C. de pactis. †Pro parte illius Petri di- 2
cebatur, quòd ipse in veritate fecit illam confessionē spe futuræ promissionis factæ à patre suæ vxori, credens posse inuenire fideiussores dotium, per id quòd dicit Bald. in l. pollicitatione. C. de donatio. ante nup. Et ideo non tenetur. Fuit in Consilio votatum, & determinatum in casu prædicto, quòd dictus maritus liberetur, & absoluatur ab impetitione dictarum dotium, & quòd teneatur cedere si quam inanem actionem habet ad dotem competentem mulieri, vel eius hæredi, per l. si socrus. §. Lucius. & l. etiam §. fin. ff. solu.
mat. & ff. de pecul. l. quod debetur. †nec debet marito 3
imputari mora in non exhibendo dotem, tum quia propter eius paupertatem non potuit inuenire fideiussores: quæ paupertas habet eum excusare, iuxta not. in c. breui. de iureiu. tum quia ille erat pater suæ vxoris:
vt dicit Bal. in d. l. pollicitatione: †tum quia nūc resti- 4
tutio dotis debet fieri ipsi patri, vt hæredi filiæ, & ipse pater illi, qui promisit dotē: vt dicit Pau. de Cast. in d. §. si vir. & de hac materia vide in clausulis do. Vitalis. in rubri. ex quib. cau. possit simulatio præsumi, char. 94. & vnum optimū consiliū. Ang. cxlv. & Are. Instit. de legatis. §. sed si vxori. & in locis, quæ ibi allegantur.

DECI

DECISIO CCCXXIIII.

De interdicto recuperandæ possessionis feudi ecclesiæ per possessionem xxx. annorum.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia agens interdicto recuperandæ contra spoliantis heredem, qui longo tempore possedit cum confirmatione Regis, quid debeat probare.*
Ecclesia de se est feudi incapax.
Feuda quaternata concedere ad solum Regem spectat, non ad barones.
2 *Ecclesia nunquam moritur.*
3 *Feudum qui non possint tenere.*
Feudi incapax non potest se petere restitui, quando obstet notorius defectus proprietatis.
Intellectus c. ad decimas. de resti. spoliat. lib. vj.
Restitutio spoliatorum quando non fiat.
4 *Laicus non potest spiritualia possidere.*
Laico de spiritualibus spoliato quando fit restitutio.
5 *Inuestituram ostendere, vel quod loco inuestituræ habetur, paria sunt ecclesiæ.*
Inuestituræ loco habetur præsumpta inuestitura.
6 *Tempus xx. annorum operatur titulum, & probatur per famam.*
7 *Interdictum recuperandæ non ostenso titulo ecclesiæ, an competat.*
Spatium xxx. annorum, quid operetur.
8 *Possessio recentior stante antiquiore vitiosa præsumitur.*
Depositio super negatiua nihil reuelat.
9 *Testes super affirmatiua an & quando præualeant alijs super negatiua deponentibus.*
10 *Probatio negatiua coarctata loco & tempore, affirmatiuæ præfertur.*
11 *Aduersariorum probantium possessionem in solidum potior est, cui ius commune fauet.*
12 *Excessus in numero testium copiose datur.*
Verba probant contra confitentem.
13 *Negatiua per scripturam probata probat.*
14 *Inuentarium antiquum an probat contra tertium.*
Præsumptio sit pro inuentario.
Scriptura publica, quid probet.
15 *Inuentarium nõ vocata parte, & extra iudicem factum an probet.*
Notarius de consensu partium scribens sine authoritate iudicis, an vllam fidem faciat.
16 *Baro repræsentat feudum, quod nescit loqui.*

AGitur causa in sacro Consilio, super posses-
sorio recuperandi territorij, quod nomi-
natur Loroitello inter commendatarium
abbatiæ sanctæ Mariæ in basilica de Ca-
stro villæ in pertinentiis Aprucij agentem ex vna, &
nobilẽ virũ Mercurium Carrafam, dominum castri
Rhodij eiusdem prouinciæ in qua in Rota de tribus
1 principaliter fuit excitatum & discussum. † Et pri-
mò, vtrum ecclesia agens interdicto recuperandæ ad
territorium prædictũ feudale cõtra hæredẽ spoliãtis,
qui possedit lõgo tẽpore cũ cõfirmatione Regis Fer-
dinãdi j. debeat probare de titulo, quomodò dictum
feudum peruenit ad ecclesiam. Dicebat dominus
Diomedes Mariconda peritus iuuenis aduocatus di-
cti Mercurij, quod ecclesia est incapax feudi, nisi per in-
uestituram & donationẽ Regiam, ad quem solũ spe-
ctat cõcedere feuda quaternata, vt in constitut. Regni
post mortẽ. Barones enim non possunt ista feuda qua-
ternata alijs concedere, & maximè ecclesiæ, quia tunc
dici peruenire ad manus mortuas: † quia ecclesia nũ- 2
quam moritur: vt c. j. de ali. feud. Item, quia ecclesia
non potest præstare seruitiũ militare: vt in c. qui cleri-
cus. si de feu. fue. controu. inter do. & agna. & in c. j. an
mutus vel aliàs imperfectus. & in c. j. de mili. vasal. qui
arma belli depo. & ibi cõcor. Imò si Rex baroniã vel
feudum quaternatum simpliciter cõcedit ecclesiæ tũc
non sustinet ecclesia onera feudi, quæ prius sustinebat
feudatarius, nisi in cõcessione dicit, quod cõcedit in feu-
dũ, secundũ Inn. in c. verũ. de foro cõpet. † Sed cla- 3
rũ est, quod And. de Iser. in l. Imperialem. §. illud. de pro-
hi. feu. ali. per Fed. in v. col. ver. hic magis patet &c. di-
cit, quod quãdo possessor feudi esset inhabilis ad tenen-
dum feudũ, vt est mutus, surdus, mulier, clericus, & re
ligiosus, qui arma bellica deposuit, qui feuda non po-
test tenere, vt in diuersis titulis dicitur, in vsibus feu-
dorum, in istis videtur habere locũ illa decretalis no-
ua, scilicet c. ad decimas. de resti. spol. lib. vj. & iste est
vnus de casibus in quibus non fit restitutio spoliato,
nisi doceat de titulo: vt etiam dicit And. de Iser. in con
stit. Regni, violentias. in iij. col. sicut dicimus in laico,
† qui nõ potest possidere spiritualia, non fit sibi resti- 4
tutio nisi doceat de priuilegio Papæ: vt dicit ibi And.
per d. c. ad decimas. & Alexan. in l. naturaliter. §. nihil
cõmune. in vij. limita. ff. de acqui. pos. sicut dicimus in
alijs, quibus resistit ius cõmune possidentibus, vt sint
spoliati, nõ fiet illis restitutio, nisi ostẽdant titulũ, de
quibus in c. in literis. de restit. spoli. & in c. cum ad se-
dem. eo. tit. per scribentes. & per And. in d. consti. vio-
lentias. cum multis concord. quæ allegantur in dictis
locis. Cùm igitur dictus commendatarius nullã inue-
stituram ostendit de dicto feudo, sed Mercurius osten
dit inuestiturã Regis Ferdinãdi primi, quæ dicitur cõ-
firmatio, igitur deneganda est sibi restitutio dicti feu-
di de Loroitello. † In contrarium dicitur, quod paria 5
sunt ecclesiæ ostendere inuestiturã, vel non ostendere
seu ostendere illud, quod habetur loco inuestituræ: vt
dicunt gl. & doct. in c. sciendũ. de feud. cog. & est text.
in c. sciendũ. de consue. recti feudi. & in c. j. quib. mod.
feu. consti. potest. Quid ergo est illud, quòd habetur
loco inuestituræ, nisi præsumpta inuestitura? Et ista
præsumpta inuestitura ex tribus causatur, videlicet ex
possessione xxx. ann. & ex præstatione seruitij, & alle-
gatione inuestituræ facta à Rege: vt est tex. & ibi And.
in c. si quis per xxx. si de feu. fue. controuer. inter do. &
agna. firmat And. in præalle. §. illud. & in d. c. sciendũ.
de feud. cogni. & in prælud. feud. in iij. char. in iiij. col.
firmat Alex. in j. vol. consi. cxxxvj. in ij. & iij. col. & in
iiij. vol. cõsi. cxiij. in iiij. col. Sed omnia ista sunt proba
ta pro parte dictæ ecclesiæ, ergo &c. † Itẽ quãdo pos 6
sessio ecclesiæ fuisset antiquissima vltra centum ann.
non oporter, quod allegetur titulus, etiã quãdo dictæ pos-
sessioni resistit ius cõmune, tex. in c. j. in fi. de præscri.
lib. vj. not. Bal. in c. si diligenti. in fi. de præscri. & tan-
tum operatur tale tempus, sicut potestas principis. di-
cit And. in præludiis feud. in ij. char. in j. col. & ij. char.
in iiij. col. dicit, quòd habet vim constituti. & in l. Im-
perialẽ. §. præterea ducatus. de prohibi. feu. ali. per Fe-
de. cũ simi. allegat. per Bar. Vero. in tract. de seruit. vr-
ba. c. xix. Et istud tempus probatur per famã, vt dicit
gl. in constit. Regni, quadrigenalem. in verbo, cẽtum

annorum. Item per instrumētum, vt dicit gl. quæ fa-
ma bene probata est in processu, & apparet instrumē-
rum inuentarij de dicto territorio, quòd sit ecclesiæ
7 prædictæ, quod confectum fuit, sunt anni ducenti: de
quo dicetur ĩ. de eius impugnatione & fide. † Fuit
ergo votatum, quòd competit interdictū recuperan-
di possessionem feudi ecclesiæ non aliter ostenso de
eius titulo specifico, sed solùm ostensa longa posses-
sione xxx. ann. cum præstatione seruitij & allegatione
tituli: vel possessione tanti temporis, in cuius contra-
rium memoria hominum non existit. Secundò fuit
excitatum, quoniā pro parte dictæ ecclesiæ bene fuit
probatum de possessione dicti territorij per xx. testes
in præsenti processu, & in alio processu per xxvij. te-
stes ab annis lx. & per multos testes de fama ab anti-
quissimis temporibus. & quòd sunt xvij. anni q fuit
spoliata per Petrū Carafam patrē dicti Mercurij. Et
pro parte Mercurij probatur de recentiori possessio-
8 ne, per pauciores testes, † quæ præsumitur vitiosa stā-
te dicta antiquiori possessione ecclesiæ, vt dicunt doc.
in c. licet causam. de proba. & in l. j. C. vti possi. Quæ ra
tio habenda sit de testibus in pauciori numero, videli-
cet xviij. testibus examinatis pro parte Mercurij depo-
nentibus dictū territoriū fuisse possessum per antecces-
sores Mercurij, & ipsum Mercurium per longū tem-
pus, & addunt, q dictus cōmendator nec eius præde-
cessores possederunt per dictū tempus, nec possidere
potuissent, quin ipsi testes vidissent. Dicebatur pro
parte dicti Mercurij, q magis standū est eius testibus,
quia licet deponāt super negatiua, quæ depositio nihil
releuat eum, vt est tex. qui semper ad hoc allegatur in
c. bonæ. de ele. & no. Bal. in l. actor. C. de proba. in iij.
9 col. & in c. licet causam. pen. col. circa fi. † Item quia
testes super affirmatiua præferūtur testibus deponen-
tibus super negatiua, vti concord. alle. per Feli. in c. in
nostra. in j. col. de testi. Tamē hoc fallit, nisi testes qui
deponunt negatiuè, deponūt super affirmatiua simul,
vt quia deponunt Titiū non possedisse sed Seiū, secū-
dum Bal. in c. si quis per xxx. in ij. col. si de feu. fue. con
tro. & de isto dicto fuit memor Abb. Sic. in c. cū eccle-
sia Sutrina. in vj. col. de causa pos. & proprie. & Fel. in
d. c. in nostra. & Alex. in l. j. ff. si quis ius dicen. nō obtē.
Item fallit, quando negatiua esset coarctata loco &
tēpore: vt dicit Feli. in d. c. in nostra. & in iuribus per
10 eum ibi allegatis in tantùm, † quòd ista probatio ne-
gatiuæ coarctata loco & tēpore præfertur probationi
affirmatiuæ, secundū Abb. in d. c. bonæ. de ele. Sed
in contrarium dicebatur, q dicti testes sic deponen-
tes intelliguntur de tempore post spolium, quod fuit
longum, nō autem de tēpore, quo possidebat ecclesia:
quia nullus ex dictis testibus deponit de antiquiori tē-
pore vltra xxx. ann. Item illud dictū Bald. in d. c. si
quis per xxx. procedit quantū ad excusationē falsi: vt
dicit Abb. Sic. in d. c. cū ecclesia Sutrina. in vj. col. Itē
dictū Bal. procedit, quando illa negatiua habet pro se
iuris præsumptionē, vt quia testis dicit, talis possedit
non vi, non clàm, secundū Bal. in l. si quis diuturno. ff.
si serui. vendic. Item dicit Bal. in c. si diligenti. vlt. col.
11 de præscrip. † Si duo aduersarij probant possessionem
insolidum, ille est potior, cui ius commune fauet. sed
si ambo sunt pares, qui prior est in possessione, repor-
tat palmam victoriæ: quia sua possessio impedit, ne se-
quens possideat. allegat no. ij. q. j. in summa. & de pro-
batio. c. licet causam. Item illi testes Mercurij non de-
ponunt super negatiua coarctata loco & tempore, sed
solùm dicunt, quòd ecclesia non potuisset possidere,
quin ipsi vidissent, & sic non deponunt de loco, & tem-
pore coarctato, & ideò præsumuntur talsum depone-
re: vt dicit Ang. in l. si per alium. §. docere. ff. ne quis eū.
Item datur excessus in numero testiū copioso, † & 12
sic pro eis est iudicandum, vt legitur in d. c. in nostra.
& in l. ob carmē. in fi. ff. de testi. & habetur in l. si duo.
ff. vti poss. & illi testes pro ecclesia nō habent commo
dum vel incommodum, sicut testes de castro Rhodij
qui sunt vasalli dicti Mercurij, & habent commodum
& in commodum, si vinceret vel perderet dictus Mer
curius. Item, ad coadiuuandum dicta testium pro-
ductum fuit quoddā mandatum, factum per quondam
do. Raymundū Candorā, dominum castri Rhodij &
Roitelli, & villæ sanctæ Mariæ, in quo declarauit di-
ctum territorium, de quo est lis in possessione fuisse di
ctæ ecclesiæ, ex quo asserit vidisse priuilegia antiqua
dictæ ecclesiæ, & ideò mandatur, quòd dictæ ecclesiæ
respondeatur de fructibus dicti territorij, quæ verba
probant contra ipsum confitentem, vt dominum di-
ctorum castrorum. Item productū fuit quoddam in-
uentarium antiquū vltra annos cc. de quo ĩ. dicetur.
Item, quia dum fuisset factum quoddā homicidium
clandestinum in dicto territorio, etiam soluit pœnā.
† Item ostenditur inuentariū factum tempore, quo 13
do. Tyberius Caraczolus erat do. Rhodij & Roitelli,
& nihil dicitur ibi de territorio, de quo litigatur, q sit
dom. Rhodij & Roitelli. arg. l. cū prætor. cum simi. ff.
de iudi. & ita dicitur negatiua probata per scripturā,
secundū Abb. in c. j. de litis contest. quæ bene probat.
bonus est tex. in l. j. C. de exac. tribut. lib. x. Et pro par-
te dicti Mercurij non sunt productæ aliquæ scripturę,
per quas posset cōiecturari dictū territoriū fuisse anti-
quitus possessum per dominos castrorum Rhodij &
Roitelli, sed certa priuilegia Reginæ Ioannæ secūdæ,
quæ nihil faciunt ad probationē cōtra dictā ecclesiā.
Fuit ergo votatū per omnes, q ecclesia melius pro
bat possessionē antiquā, quam dictus Mercurius dicti
territorij. Tertiò fuit excitatū, quā probationē fa-
ciat dictū inuentariū antiquū, vbi sunt scripta bona
ecclesię & iura, quę habet ecclesia in dicto territorio.
Et est sciendū, quòd dictū inuentarium est scriptū per
manus cuiusdā notarij amici de cōmissione do. Ioan.
Candoræ tūc domini terræ ciuitatis Luparellæ & di-
ctorū castrorū in anno domini M. cccxij. ad instantiā
do. Bartholomei Candoræ abbatis sancti Petri de ci-
uitate Luparelli. † Dicitur, quòd dictū inuentariū 14
non probat cōtra tertium, scilicet ipsum Mercurium,
quia dicit Cy. in l. fi. C. arbi. tute. quòd si tutor posuit
in inuentario domum quæ reperitur esse tertij, & sic
aliena, quòd tale inuentarium nō nocet illi domino.
Ad hoc responsum fuit, quòd Mercurius nō probat
quòd tunc dictū territoriū erat dominorū Rhodij &
Roitelli, & ideò præsumitur pro inuentario: vt in d. l.
fi. & in l. cum precibus. C. de probat. Item dicit Abb.
Sic. in c. j. vlt. col. de fi. instru. quòd scriptura publica
probat contenta in ea, ex quo à principio habuit sua
substantia, etiā in præiudicium tertij, & ponit exem-
plum. probo contra Titium nonum possessorem fun-
di, quia illū fundū emi à vero domino: qui tunc mihi
tradit: non enim induco illud principaliter in præiu-
dicium tertij, sed ad probandū dominium, & ius mihi
competens. ad hoc l. ij. C. de acquir. poss. Dicitur &
secund

secundò, quod dictum inuentarium non probat: quia ille notarius nõ dicit se interfuisse in dicto inuentario, & potius percipitur, quod transumptauit, & sic nõ probat:
15 † quia non fuit factum vocata parte & corã iudice, vt dicunt doct. maximè Abb. in c. Albericus. de testib. & habetur in auth. si quis in aliquo. C. de eden. Nam ad hoc respõdebatur, prout dicit Host. in d. c. Albericus. & eum sic refert Abb. Sic. quod si factũ est ita antiquum quod impossibilis reddatur probatio de citatione partis & præsentia iudicis, tunc omnia præsumuntur solenniter acta. & licet Abb. non teneat dictũ Host. prædictum: imò ipsum reprobat, vt ibi per eum: tamen dicit vnum verbum notabile ad præsens propositum, quòd si notarius exemplaret de consensu partium continentium vera esse, quæ continentur in illo inuentario: tũc etiam sine authoritate iudicis fidé faceret inter ipsas partes, saltem tanquã confessio & pactũ, & si non vt scriptura publica, cùm fuit rogatus de contentis in ipso inuentario, vt in Spe. de instru. edi. §. restat. & per doct. in c. fi. de fi. instru. & ita est in facto, quia de volũtate Abbatis & domini dictorum castrorũ fuit factum dictum transumptũ, igitur facit fidem contra successorem in dictis castris:
16 † quia baro repræsentat ipsum feudũ quod nescit loqui: vt dicit gl. in consue. consuetudinem. Dicitur & tertiò, quod dictum inuentarium non constat in processu, quod semper habitum fuit pro authẽtico, & sic nõ facit fidem, etiam quod sit antiquum, iuxta ea, quæ habentur plenè in c. ad audientiã. de præscript. & in c. cũ causam. de proba. & in l. census. ff. de proba. & tãto magis, quia est præiudiciale tertio, vt dicitur in dictis locis. & Bar. in l. rura. C. de omni agro deser. lib. xj. & in cõcor. alle. per Feli. in d. c. cũ causam. in iij. col. Ad hoc respondebatur, quod fuit transumptũ de voluntate domini dictorũ castrorũ & abbatis, qui erat tunc tẽporis: nã facit fidẽ inter ipsas partes, & sic cõtra dominũ feudi, per illud dictum Abbatis allega.

Super hoc dubio fuit votatum, quod dictum inuentarium adminiculatur in dicta causa possessorij, non ad plenã probationem faciendã, sed coadiuuant dicta testium deponentium, aliqui de possessione ecclesiæ ab lxxx. ann. aliqui de possessione ab annis lx. vltra, aliqui de possessione l. & aliqui xl. annor. & multi testes de fama, per quos probatur memoriã nõ extare, quòd semper dictum territoriũ possessum fuit per abbates dictæ ecclesiæ: & sic testes prædicti coadiuuãt dictum inuentarium, & ecõtrà. Et sic fuit votatũ & conclusum, quod dictus Mercutius condemnetur ad restitutionem possessionis dicti territorij dicto cõmendatario dictæ ecclesiæ reseruatis certis iuribus, quæ habet do. Castri Rhodij in dicto casali Roitelli, prout continetur in quodam inuentario antiquo præsentato per dictum Mercutium. Et sic posteà fuit sententiatum, prout in dicta sententia continetur.

DECISIO CCCXXV.

De pensionis solutione non probante possessionem.

SVMMARIVM.

1 *Possessio an & quando probetur per pensionis perceptionem.*
2 *Pensionis solutio & locatio, quando faciant pro possessore.*
3 *Hæres possidet per colonum defuncti.*
4 *Colonus recognoscens, quando constituat possessorem.*

FActo verbo in Consilio per me tanquã delegatum in causa vertente inter do. Thõmã vasallum, & presbyterũ Io. Antonium eius filium super possessione cuiusdã domus fuit votatũ in Consilio hoc modo: † quod quandò 1
constat, quod alius est in possessione eiusdẽ rei, & colonus vel inquilinus soluit alteri pensionem, ista perceptio pensionis non probat ipsum esse in possessione secundũ Bar. in l. quamuis. §. si cõductor. ff. de acquir. poss. per tex. in l. Pomponius. ff. quib. mod. vsusfruct. amit. Sed quãdo alius nõ est in possessione: tũc ex perceptione pensionis probatur possessio, vt firmat Alex. in d. §. si conductor. & ita intelligitur consilium Alex. In ij. vol. consi. cxviij. in fi. vbi dicit, † quòd per loca- 2
tionẽ & perceptionẽ pẽsionis probatur possessio, hoc est verũ, quando nõ probatur, quòd alius est in possessione. Aliâs per instrumẽtum locationis & perceptionis pensionis non probatur possessio: vt bene firmat Alex. in iij. vol. consi. x. & cõsi. xij. & cõs. xliij. in iij. col. & in v. vol. consi. lxxxviij. in vj. col. & cõsi. xc. ista decisio sumpta est ex tex. in d. l. Pomponius. vbi est casus pro hoc. & sic intelligitur Bal. ibi. & firmat ibi Alber. de Rosa. dum dicit in tex. ibi, vendiderit & tradiderit aliâs secus. j. de acquir. poss. l. quãuis. §. j. & ibi not. & idem dicit Bar. in l. qui vniuersas. §. qui per colonum. ff. de acqui. poss. faciunt ad hoc not. in l. ad probationem. C. locati. & quod not. Bar. in l. legata inutiliter. ff. de adimen. leg. † Item fuit cõclusum, quòd si domi- 3
nus rei alteri locauit rem suam: & pendente locatione dominus moritur superstite hærede quãquam hæres non cepit possessionẽ illius rei, dicitur hæres possidere per colonũ. Et si defuncto locatore alius transit possessionem illius rei, quam colonus possidet, eã non acquirit, nisi expellat colonum, vel colonus dicat se tenere nomine illius, qui intrauit possessionem. text. est de hoc in l. peregrè. §. quibus. ff. de acqui. pos. Idem dixit Bar. in l. j. §. non autem. ff. de vi & vi arma. Et illud quod dictum est, quòd acquirit possessionem ille, qui de nouo intrat possessionem per mortem locatoris, si colonus fateatur recognoscere ab eo, fallit, nisi ille colonus hæredi locatoris soluisset pensionẽ. per tex. in l. quãuis. §. j. ff. de acqui. poss. secundũ Ang. & Alex. ibi. † Et est sciendũ, quòd si colonus illi à quo secũdò 4
recognouit, incepisset respondere de fructibus, tunc eum cõstitueret possessorem: aliâs non, vt patet ex dictis Inn. in c. cùm venisset. de restit. in integ. vt refert Alex. in d. §. j. vbi dicit hoc vltimum dictũ esse verum quando primus possessor sciret, quòd fieret illi nouo possessori solutio fructuum vel pensionis, & taceret: tunc in iuribus incorporalibus sibi præiudicaret, secus in corporalibus, in quibus dato, quòd sciret aliũ occupare possessionem, non priuatur primus possessor, nisi suspicetur se posse repelli, vel nisi sit negligẽs: vt declaratur in l. si id quod. §. fin. & l. si de eo. §. j. ff. de acquir. poss. & quia ista fuerunt bene examinata & conclusa, ideò hic registraui.

DECISIO CCCXXVI.

De petita iudicis familia ad associandum creditorem contra debitorem.

SVMMARIVM.

1 *Materia l. creditores. C. de pigno.*

2 *Citatio partis in petitione familiæ iudicis ad associandum, an requisita.*

1 F Vit votatum per totum Consilium, † quòd
iudex potest dare familiam suã creditori
habenti publicum instrumentum de debi
to cõtra debitorẽ, in quo ex pacto datur
potestas capiẽdi bona debitoris & eius hæredis pro-
pria authoritate, & in quo debitor constituit se precá
rio nomine creditoris tenere & possidere &c. vt ipse
creditor capiat corporalẽ possessionẽ bonorũ stabi-
lium ipsius debitoris, absq; citatione ipsius debitoris
per doctrinã Albe. de Rosa. in l. creditores. ij. col. C. de
pig. & idem firmat Sali. ibi. & idẽ Io. de Imo. in c. po-
tuit. de loca. & Alexan. in iiij. vol. consi. cxxxij. de quo
per Ias. in l. ij. C. de iure emph. col. lxxiiij. & seq. & per
doct. in l. iustè possidet. ff. de acquir. poss. & hoc fuit in
causa dominæ Catharinæ de Rota, hæredis quondam
suæ sororis petentis se associari à cõmissario sacri Con
silij circa captionem bonorum feudalium obligato-
rum cum Regio assensu pro ducatis decẽ millibus do-
talibus suæ sororis defunctæ sine filiis vxoris quõdam
comitis Caiatiæ sui mariti virtute instrumenti dota-
2 lis in forma publica, cui ipsa comitissa succedit. † Mi-
hi fuit visa ista decisio mirabilis, eò quia debebat par
te citata constare, quòd domina comitissa erat eius hę
res. Sed quia hoc erat notorium, ideò pertransiuit di-
cta decisio: & quia non fuit petita licentia ingrediẽdi:
sed fuit petita familia ad sociandum: quo casu secun-
dum Sal. in d. l. creditores. non requiritur citatio par-
tis. & eum sequitur Ias. ibi, in col. lxxvj. Itẽ, quia Bart.
in d. l. creditores in v. q. principali, dicit, quòd in tali
licentia requiritur partis citatio. & idem Bald. in l. j.
C. de executio. rei iudica. & in l. nec quicquam. §. vbi
decretam. vij. col. versi. sed dubitatur, si possum. ff. de
offic. proconsulis.

DECISIO CCCXXVII.

De interdicto recuperandæ, & quæ veniant in eo probanda.

SVMMARIVM.

1 *Interdicto recuperandæ agens, quid probare debeat.*
2 *Possessio antiquior iuuat interdictum recuperandæ.*
3 *Spolium satis probatum videtur, probata antiquiore possessione.*

F Vit benè discussum & cõclusum in Cõsilio,
1 † quòd licet sit regula, quòd agens interdi-
cto recuperandæ possessionis debeat duo
necessaria probare: vt possit vincere, videlicet proba-
re: vt possit vincere, videlicet probare se possedisse
rem, cuius possessionem petit sibi restitui. Et probare
se spoliatum fuisse, vt in l. j. §. interdictum autem hoc
ff. de vi & vi ar. c. consultationibus. cum concord. quæ
ibi allegantur, de offi. deleg. sed ista regula cessat, quã-
2 do agitur remedio c. reintegranda. iij. q. j. † nam quã-
do intentatur dictum remedium, sufficit actori pro-
bari antiquiorem possessionem, & possessionem esse
penes conuentum: quia satis dicitur probatum de spo
lio eo ipso, quòd apparet probatum de antiquiori pos
sessione, & de iuniori possessione conuenti, per hoc
apparet de spolio re ipsa. Ita dicit Bal. in l. iij. vlti. col.
C. si à non competen. iudice. allegat l. si coloni. C. de
agri. & censi. lib. x. & firmat hoc Alex. in iij. volu. con-
si. vj. incip. circa processum. † Item dicta regula ces-
3 sat, quando officio iudicis petitur restitutio possessio-
nis de qua apparet, quòd bona fide eã habuit, tũc suffi
cit, quòd probetur de dicta possessione tantùm, licet non
probetur de spolio. hoc tenuit expressè Inn. in c. post
electionem. in simi. de concessio. præben. alleg. d. l. si
coloni & quod not. in c. sæpe. de resti. spolia.

DECISIO CCCXXVIII.

De superioris mandato à pœna caducitatis excusante.

SVMMARIVM.

1 *Præceptum iudicis factum debitori non soluendo, an excuset eum aduersus creditorem.*
Præceptum iustificatum excusat.
2 *Mandatum superioris excusat à pœna caducitatis.*
3 *Timor pœnalis excusat.*
4 *Clausula, rebus sic se habentibus, quid operetur.*
5 *Litigandi iusta causa reum à pœna conuentionali excusat, non actorem.*

D Ominus Paulus Longus medicus & eius
† frater locauerunt Antonio molendina- 1
rio vnũ molendinum intra ciuitatẽ Nea-
poli. existens pro annis duobus pro vnciis
xx. cum hoc pacto, quòd singulis mensibus debeat sol-
uere ratam tangentem, & si non soluerit, liceat eũ ex-
pellere, & alteri locare. Superuenit mandatũ pœnale
& iustificatũ magnæ curiæ factũ dicto Ant. quòd non
debeat soluere pensionẽ dictis fratribus ad instantiam
monialium monasterij sanctæ Mariæ Magdalenæ &
canonicorũ sanctæ Mariæ de Maribus, prætensi domi
ni & possessores dicti molendini, ob mandatũ nõ sol-
uit per vnũ vel duos menses pro parte dictorũ fratrũ
in Consilio petitur declarari, quòd virtute dicti mandati
incidit in cõmissum & quòd dictus Ant. dimittat eis di-
ctum molendinũ. Ille Antonius dicit, quòd sibi fuit
mandatum per superiorem, quòd non soluat, & ideo tale
mandatũ eũ excusat à dicta caducitate. † Fuit vota- 2
tum in Consilio, quòd dictũ mandatũ superioris excusat
dictũ Ant. à dicta pœna caducitatis. & hoc per text. &
ibi Bar. in l. mulier. ff. de lege commiss. & voluit idem
Bar. in l. non solũ. §. morte. in x. q. principali. ff. de ope.
no nun. & idem tenet Alex. in l. hæres. ff. ad Trebel. Et
tantò magis, quia postquã dictis fratribus per dictum
molendinariũ fuit mortificatũ dictũ mandatũ, dictus
do. Paulus non potuit obtinere victoriã cõtra dictum
monasteriũ & capitulum. & pro hoc facit id, quod di-
cunt Host. & Io. An. Car. Flo. in c. significauit. de cen.
† de eo, qui iurauit soluere infra certã diẽ creditori. si 3
iudex præcipit sub pœna debitori ne soluat, est excu-
satus, cõmuniter subditi obediũt superiori. dicit tamẽ
quòd debet appellare, ideò iste iussus superioris habet
eũ excusare à dicta pœna caducitatis. nã & iste timor
pœnalis habet eũ excusare: vt dicit Pet. de Anc. in c. ad
Apostolicæ. in xv. no. de re iudi. in vj. & Bal. in l. falsus.
in fi. C. de fur. & in l. si te bonis. C. de iur. delib. Cyn. in
l. ij. in fi. C. quod met. cau. Bar. in l. creditor. in fi. ff. de
solu. Illa ergo promissio de soluendo singulis mensi-
bus rata, † intelligitur, rebus sic se habentibus: vt ple- 4
nè no. per Lud. Ro. in l. fi. ff. qui satisd. cog. i. nisi supe-
rior aliud voluit. ideò concludit Io. An. in regula, in
malis in mercu. in vj. quòd si scholaris iurauit creditori
suo non exire districtum Bononiæ ante solutionem
sine ipsius licentia. Demum iste scholaris fuit ex iusta
causa reuocatus à patre in patriam, vel si esset clericus
fuit ex causa reuocatus ab episcopo ad residentiam,
quòd

5 quòd si recessit, & non satisfecit, φ est excusatus. Idem tenet Fed. de Sen. in consi. cxj. incip. quæstio talis est, scholaris clericus &c. Ideò dicitur, † quòd iusta causa litigandi excusat reum à pœna cõuentionali, sed non actorem, vt dicit Bald. in l. non solùm. ff. de rei vend. & voluit Alex. in ij. vol. consil. cxix. incipien. titulus quæstionis.

DECISIO CCCXXIX.

De restitutione aduersus præscriptionem xxx. vel xl. annorum ex capite ignorantiæ.

SVMMARIVM.

1 *Restitutio aduersus præscriptionem xxx. vel xl. annorum ex capite ignorantiæ, an concedatur. §. 7.*
2 *Præscriptio longissimi temporis plenissimam securitatem prabet.*
3 *Præscriptio xxx. annorum currit etiam ignoranti.*
4 *Molestia inferri dicitur etiam in iudiciali vexatione.*
6 *Restitutio ex capite ignorantia post ann. xl. ecclesia an concedatur.*

Dictat Regia pragmatica Regis Ferdinandi primi, φ ille, qui allegat, φ sibi non obstat per viá restitutionis in integrum præscriptio, eò quia nõ habuit scientiá de aliqua 1 scriptura publica, per quá causatur suum ius: † quòd istá scripturá debet recipere cũ solennitate, de qua in dicta pragmatica. aliâs allegatio dictæ ignorantiæ sibi non proderit. Fuit dubitatũ in causa Loisij de Baldis in sacro Consilio, quá habet cũ certis pupillis super quadá terra: quá terrá dicit dictus Loisius esse suá vigore sententiæ latæ in fauoré Catinæ, cuius ipse est nepos & hæres. quæ quidẽ sententia lata fuit sunt anni vltra xl. Et nouiter ad eius notitiam deuenit, & ipsam recepit, secundũ solennitaté dictæ pragmaticæ. Verũ per dictam pragmaticam dicta restitutio in integrum ex capite dictæ ignorantiæ cõcedatur contra præscriptionem longissimi tẽporis xxx. vel xl. ann. vel solum contra præscriptionem x. annorum inter præsentes, & xx. inter absentes. Ego dicebá, φ istud dubiũ aliâs fuit decisum in cõsilio, vt patet s. decisio. xxxvij. Sed quia fuerunt mortui illi Consiliarij, qui in illa decisione interuenerunt. Ideo fuit de hoc iterum dubitatũ. Et videtur aliquibus, φ non cõceditur restitutio ex capite ignorantiæ scripturæ aduer. præscri. xxx. vel 2 xl. ann. † quia dicta præscriptio longissimi temporis præbet plenissimá securitaté: vt in l. sicut. C. de prescri. xxx. vel xl. ann. Sed vbi conceditur in integrum restitutio, nõ dicitur subesse plenissima securitas: vt not. gl. in l. ait prætor. §. permittitur ff. de mino. Secundò 1 ad idem allegatur gl. in Cle. j. de resti. in integ. & gl. in c. ad audientiá eo tit. quæ dicunt, φ cõtra præscriptionem xl. ann. non conceditur restitutio in integrum. 3 † Tertiò præscriptio xxx. ann. currit etiam ignoranti: vt in l. fi. C. de præscrip. longi temp. Et si dicatur, φ ille tex. nõ vetat posse concedi restitutioné ex capite ignorantiæ, dicebatur, φ tex. in d. l. sicut. dat illi qui longissimo tépore præscripsit, securitatem. & tex. in l. fi. C. de fun. patri. lib. xj. in verbo, nullam modestiam vel inquietudinem formidari vult, φ illi, qui sunt tuti præscriptione xl. ann. non habeant timere aliquá mo-4 lestiam vel inquietudiné. † & molestia dicitur inferri, etiá quãdo quis iudicialiter vexatur: vt in l. j. & ibi Bal. C. de nundi. & probatur in authen. de fideiuss. in princ. in versi. molestus sit. Quartò hãc partẽ firmat Bartholom. Soz. in consi. ccxxix. in versi. præterea præscriptio. quod incipit, Capio primũ &c. & idé voluit Alex. in ij. vol. consi. clij. inci. viso processu causæ vertentis. in iij. col. Quintò, in casu, de quo est quæstio, elapsi sunt vltra annos xl. & ideo aduersus præscript. xl. ann. ex capite ignorantiæ nõ cõceditur restitutio: licet aduersus præscript. xxx. ann. concedatur dicta restitutio, secundũ Alex. de Imol. in j. vol. consi. lxx. inci. videretur, &c. & istam opi. secutus fuit Franci. de Are. in consi. ciij. incipiente, breuitas in consulendo est necessaria. & ibi allegat Bal. in multis locis hoc tenentem, videlicet in l. omnes. C. de præscript. xxx. ann. & in l. ab hostibus. ex quib. cau. ma. & in l. j. C. qui admit. in xxiiij. oppo. Bartho. Sozi. idẽ dicit in consi. cxciiij. incipiente, subtiliter & eleganter in iiij colum. † In 5 contrarium, quòd ex capite iuris ignorátiæ conceditur restitutio aduersum præscriptionem xxx. vel xl. ann. tenent Pan. de Leaza. Zenzelinus, Stephanus & do. Card. Lo. in dicta Cle. j. de restit. in integ. Idem firmat Abb. Sicu. in c. vigilanti. de præscrip. hãc partem firmat Alex. in ij. vol. consi. clxviij. incipiente viso themate suprascripto in iiij. col. vbi dicit, φ ista est communis opi. Allegat etiam Hostien. in c. contingit. de transac. & in summa, in titu. de resti. in integ. §. quãdo. in fi. & voluit expresse Arg. in l. annus. ff. de calumnia. † & in ecclesia conceditur restitutio ex capite igno- 6 rantiæ post decursum xl. ann. vt firmat Abb. Sicul. in c. j. de præscrip. in fi. & Francis de Aret. in consi. xv. super vltimo dubio, quod incipit, Reuerendissimè pater, & domine mi singularissime &c. & Lud. in consil. cccc vij. incipiente, cùm præsupponitur &c. & Anto. de But. in c. auditis. de restitu. in integ. dicit, φ ista opi. est verior de iure. & eandem opinio. firmat Bar. quòd licet ignoranti currat præscriptio longissimi temporis, tamen datur restitutio ex capite ignorantiæ: vt in l. j. §. si quis autem. ff de itine. actuque priua. hanc partem etiam firmat Io. de Imo. in repet. c. fi. de præscrip. in xij. chart. & Alex. videtur approbare hanc opinionem in l. cum filius. §. in hac. ff. de verb. obl. & etiá Felin. in c. vigilanti. de præscrip. vbi allegat tot & tantas diuersas cotas in ista materia, φ durat per vnam columnam, vt ibi per eum: licet ista quæstio sit multum dubia, & multi doctores de ea dubitauerunt. † Tan- 7 dem post longam examinationem per plures dies fuit per omnes dominos Consiliarios votatum, quòd ex capite iustæ ignorantiæ restituatur ignorans de iure suo ignorato aduersus præscriptioné xxx. vel xl. ann. quia ista est cõmunis opi. vt dicit Alex. vbi s. & firmat Bar. Suza. in consi. clxvj. circa finẽ. vbi multos doctores allegat hoc tenentes: quia ista opinio est verior: vt dicit Ant. de But. vbi s. ad hoc faciũt omnia quæ allegantur per Alex. & scribentes in d. l. cũ filius. §. in hac. Et sic bis in Consilio ista opin. fuit approbata.

DECISIO CCCXXX.

De in litem iurando propter dolum restituere debentis.

SVMMARIVM.

1 *Notarius iurans instrumentum perdidisse, an teneatur illud præsentare.*
2 *Intellectus l. fi. C. de fide instrumen.*

3 *Instrumenti amissio quando possit probari per iuramentum.*
4 *Restitutioni obnoxius, est in dolo, & iuramento in litem locum præstat.*

1 QVidam Thomas † egit contra Petrum de
Crema petendo ab eo vncias centum & x.
ex testamẽto pretij vnius ballasi ei vendi-
ti pro pretio ducatorũ mille ducentorum
prout continetur in quodam publico instrumento,
quod instrumentũ fuit præsentatũ magistro actorum,
& citato dicto Petro, & viso dicto instrumento ipse
Petrus accusauit Thomã de falso, quia ballassum non
fuit venditũ, sed pignoratũ, & processum fuit per ma-
gnam curiam Vicariæ ad dationem capitulorum, te
sic existente dictũ instrumentũ non reperitur in actis
nec eius copia: & mandatur dicto Thomasio, quòd de-
beat instrumentum mentionatum in libello & capi-
tulis præsentare, iurat ipse, ꝙ perdidit. Vtrum tenea-
tur illud præsentare, & si nõ præsentat, debeat Petro
dari iuramentũ in litem de eo, quod cõtinetur in in-
strumento. Et videbatur, quòd debeat stari iuramẽto
dicti Thomasij allegantis amissionẽ dicti instrumen-
ti, de amissione prædicta, per tex. expressum in l. fi. C.
a de fide instru. † Fuit in contrarium allegatũ, ꝙ dispo
sitio d. l. fi. limitatur & restringitur, vt habeant locum
in eo, qui habet præsumptionem pro se de amissione,
secundùm Inn. in c. cùm olim. el primo, in fi. de priui-
legiis. & ibi dicunt Io. And. & Abb. Sic. in gl. fi. ibi, per
iuramentum ꝙ tunc perditio instrumenti potest pro-
bari per iuramentum, si concurrunt coniecturæ de
perditione, & sic iudex in hoc adhibebit causæ cogni-
tionem. Et in casu, de quo agitur concurrebant multæ
coniecturæ. In cõtrariũ, ꝙ dictus Thomas non per-
didit casualiter dictum instrumentum, sed dolo malo
fecit quo minus dictũ instrumentũ appareret, cũ iam
fuerat intinctus de falsitate, & propterea de eius amis-
sione nõ statur eius iuramẽto. Secundò, limitatur &
restringitur dispositio d. l. fi. secundũ Pau. de Cast. ibi,
quãdo instrumentũ productũ fuit penes acta & illius
copia dimissa, deinde restitutũ fuit originalis produ-
centi, tunc ex quo semel fuit productum in actis, eiq́;
fides imposita fuit per copiam collationatam, tunc si
pars, quæ habuit copiam, vult illud redarguere de fal-
so, tenetur iterũ originale producere, etsi iurabit, ꝙ
non habet, nec alij dedit, nec apud alium est de eius vo
luntate, nec dolo malo fecit, quominus apparere pos-
sit, sed ipsum instrumentum sine omni dolo deperdi-
tum est. Sed in casu, de quo agitur, nõ fuit dimissa co-
pia dicti instrumenti collationata apud acta meritò
cum probetur semel instrumentum fuisse præsentatũ
in iudicio & parti, scilicet ipsi Thomæ restitutũ, non
dimissa copia stante accusatione falsi, & oblatione ca
pitulorũ super falsitate, debemus dicere de amissione
dicti instrumenti, nõ esse standũ iuramẽto dicti Tho.
3 † Fuit ergo votatum in Cõsilio, ꝙ nõ debet dari iu-
ramentũ de dicta amissione instrumenti, ex quo in di
ctis capitulis dictus Thomas cõfessus fuit habuisse di-
ctũ instrumentũ, à magistro actorum pro formanda
quadam petitione, & magister actorum fidem fecit,
ꝙ sibi restituit cum promissione de iterum restituen-
do & præsentando actorũ notario, & posteà nunquã
restituit nec probauit casum amissionis, Imò fit dan-
dum iuramentum dicto Petro in litem de eo, quod
continebatur in dicto instrumento, vt possit posteà
reprobari tanquam falsum, per not. per Bald. in l. qui
accusare. in ij. col. vers. iiij. fallit. C. de eden. ideò dicit
Lud. in l. in actionibus. ff. de in litem iurand. per tex. in
l. j. §. si res. ff. depositi. & in l. dolus. ff. mandati, † quòd 4
qui tenetur aliquid restituere seu exhibere, si non resti-
tuit, dicitur esse in dolo, & debet alteri parti dari iu-
ramentum in litem. Ex quo habet promptam pro-
bationem, quòd dictum ballassum fuit pignoratum
solùm pro dictis vnciis centum & decem, iam de hoc
facta fuit fides summariè.

DECISIO CCCXXXI.

De prohibitione alienationis rei litigiosæ, & de precario & reuocatione illius.

SVMMARIVM.

1 *Precario se constituens possidere, qualiter possideat. 8.*
2 *Possessionem non probans, nec spolium probat.*
3 *Possessio ciuilis non transfertur per precarium appositum in contractu nullo.*
Precarium, quando nihil operetur.
4 *Contractus venditionis stante priore iuramento de non alienando, an & quando sit nullus.*
5 *Actus reuocationis precarij nulli, nulliter dicitur.*
Primitiua infecta inficit deriuatiuam.
6 *Rex ex contractu rei litigiosæ præscribi quando possit.*
7 *Inquilinis expulsi aut possessionem deserentes ipsam quando discontinuent.*
Instrumentum locationis non probat possessionem contra tertium.

QVædam Diana de Capua publico instru-
mento, & apud acta sacri Cõsilij median-
te iuramento promisit Mattheo Pantolia-
no de Capua nõ vendere nec alienare quã-
dam hostariã in ciuitate Capuæ, quæ erat litigiosa in-
ter ipsam Dianam & Matthæum prædictum, & pen-
debat lis de eo in sacro Consilio. Deinde dicta Diana
per instrumentũ publicũ vendidit ipsam hostariam
Thomasio Andreæ pro certo pretio, & constituit se
precario nomine possidere: qui Thomasius Andreas
reuocando precarium cepit possessionẽ dictæ hosta-
riæ, quam possidebat dicta Diana per suos inquilinos:
& sic animo suo & corpore alieno Diana possidebat,
& ipsa Diana tenente & possidente per dictos inqui-
linos cũ voluntate Regiæ maiestatis fuit inita & fir-
mata cõuẽtio inter dictã Dianã & Matthæum, ꝙ pro
vnc. xxv. dicta Diana cedat liti & causæ remissionis pen
dentis in sacro Consilio, & dicta hostaria perueniat
ad dictum Matthæũ, & sic authoritate Regia virtute
dictæ conuentionis dictus Matthæus fuit inductus in
possessionem dictæ hostariæ. † Nunc dictus Thomas 1
agit interdicto recuperandæ possessionis contra dictũ
Matthæum. Matthæus dicit, ꝙ ipse debet absolui: quia
dictus actor nõ probat nec possessionem; & per cõse-
quens nec spolium vigore dicti precarij, & eius reuo-
cationis factæ per dictum Thomã. † Quia stante hoc a
ꝙ dicta hostaria erat litigiosa, vt §. dictus contractus
initus inter dictam Dianam, & Thomã fuit ipso iure
nullus, per tex. in l. iij. & ibi Bart. & Bald. C. de litigio.
ibi tanquam si nihil factum sit. & idẽ dicit Bart. in l. j.
§. j. ff. de eo. tit. & not. doct. in c. ecclesia sanctæ Mariæ.
vt lite pendente. Et vbi precariũ est appositũ in con- 2
tractu nullo, † tunc per precarium non transfertur 3
possess

possessio ciuilis vt dicit Bar. in l. si rem aliquam. in secundo membro principali. ff. de acqui. poss. per tex. in l. ei à quo. ff. de vsuca. sequitur Alex. in l. j. §. si vir. in ij. fallen. ff. de acqui. poss. hoc voluit Bal. in propriis terminis in precario apposito super contractu nullo, vt nihil operetur, in l. nõ dubium. in x. oppo. C. de legi. allegat d. l. si rem aliquam. & l. si quis ante. vers. siquidem nummo vno. ff. de acqui. poss. ergo &c. Secundò dicitur dictũ contractum venditionis esse nullum
a stante priori iuramento[a] de nõ alienando: vt not. gl. in c. licet mulieres de iureiur. lib. vj. & illa glo. allegat Host. hoc volentẽ in c. cũ contingat. in eo. tit. & c. cũ te. & c. ante. lecto. & in auth. de non alie. §. sanctissimas. Idem voluit Bar. in l. si quis pro eo. ff. de fideius. & in l. si prædiũ. ff. de iure dot. & Spec. in tit. de emp. & vend. §. tertio loco. ver. & nor. cõsilium. Innoc. in c. dilecto. de præben. & hanc conclusionẽ firmauit Alex. in iij. vol.
4 consi. xvj. inci. ponderatis. † Et hoc verũ, quando cum primo iuramento cõcurrebat ius commune similiter prohibẽs alienationẽ, vt in fundo dotali, & in prohibitione alienationis rei litigiosæ, in quibus casibus stante primo iuramento alteri facto habente concursum cũ iure cõmuni, per dictum cõtractum prohibitum duplici respectu nõ trãsfertur dominiũ, nec possessio, per iura s. allegata, secundum Io. de Imo. in d. c. dilecto. & Alexan. de Imo. in dicto consilio, in iij. col. & firmat Bal. in l. duobus. §. fin. ff. de iureiur. qui Thomas tempore emptionis habuit notitiã de dicta obligatione de non alienando: & sic cessant omnia con-
5 traria, quæ facit Alex. in dicto consilio: † & per consequens actus reuocationis precarij nulli nullitet dicitur: quia infecta primitiua inficitur & deriuatiua, secundũ Bal. in l. fi. C. de verb. sign. & in authen. quas actiones. C. de sac. sanc. eccle. Nec obstat, quòd ex contractu rei litigiosæ res potest præscribi: vt in l. Pomponius. §. cũ quis. ff. de acqui. pos. & in l. vnica. C. eo. tit.
6 † quia verũ est, quãdo secuta fuisset traditio rei: vt in simili dicitur in d. l. j. §. si vir. quãdo maritus donauit vxori & tradidit &c. & tantò magis, in casu isto cõcurrebat prohibitio legis de nõ alienãdo rem litigiosam & primũ iuramentũ de nõ alienando rem litigiosam ideo nõ acquirit possessio, per tex. in l. ij. C. de vsuc. pro empto. vt habetur in l. filiusfa. §. diui. ff. de lega. j. & in c. verũ. de condi. appo. Item ille actus capiendi possessionẽ factus per dictũ Thomã nõ priuauit vẽditricem sua possessione dictæ hostariæ, per eã possessæ animo suo & corpore alieno, videlicet per inquilinos nisi ipsos inquilinos expulisset, aut ab ipsis inquili-
7 nis † desereretur possessio: vt in l. peregrẽ. §. quibus. ff. de acqui. pos. & in l. si colonus. ff. eo. tit. & no. Abb. Sic. in c. olim. de rest. spol. & hoc verũ, etiã si ipse Thomas locasset ipsam hostariã ipsis inquilinis, & nõ percepisset fructus, id est pensionẽ, quia tale instrumentũ locationis nõ probat possessionẽ cõtra tertiũ, id est, ipsum Matthæũ: vt in c. auter dilecto. j. in fine, de fide instrumen. not. in c. xũ Bert. of. de re iudic. & in l. qui vniuersas. §. qui per colonũ. ff. de acqui. poss. cũ concord. allegatis per Alex. in iiij. vol. cõsi. x. incip. viso processu. & in cõsi. xſj. in eodẽ vol. † Fuit votatum in Consilio per omnes dominos, quòd dictus Matth. veniat rationabiliter per prædictas rationes, & alias, quæ dominis occurrerunt, absoluendus ab impetitione dicti Thomæ, saluo iure, si quod competit dicto Thomæ contra dictam Dianam vigore dictæ emptionis.

ADDITIO.

a *Priori iuramento.* An & quando secundũ iuramentũ præstitũ cõtra primũ teneat, vel nõ, vide plenè Iaſ. in l. duobus reis. §. idẽ Põponius. ff. de iureiu. Th. Grã.

DECISIO CCCXXXII.

De dote recepta à socero per apocham cum promissione assecurationis.

SVMMARIVM.

1 *Socer, qui per apocham nurus dotem promisit cautam sub bonorum hypotheca, an obligauerit bona sua, & ob nexios heredes ad illam soluendam fecerit.*
Permentio in scriptura ad cautelã facta nõ habet locũ.
Promissio patris afficit heredes.
2 *Patris bona tacite pro dote, & eius antiphato sunt obligata si dotem pater receperit.*
Heres patris quilibet ad dotem, de cuius assecuratione promisit pater conueniri potest.
Consuetudinis Neapolitanæ super dote interpretatio.
3 *Vxor filij si modo appareat instrumentum dotali, assecurari debet de dote & antiphato super bonis soceri.*

Gabriel Coppulatius de Neapoli maritauit Altabellam filiã suam Stephano Follerio filio legitimo, & naturali quondam Francisci Follerij, dictoq; Frãcisco soluit dotes vnc. lx. quas promisit cõseruare, & tacere cautã de dictis dotibus cõs: ruãdis per scripturã priuatã, quæ non fuit facta ob mortem dicti Francis. superstitibus dicto Stepha. & aliis filiis, & hæredibus suis. Demum dictus Steph. vir vergit ad inopiã; & dicta Altabella petit se assecurari super bonis quæ fuerũt dicti Franc. Opponitur cõtra eã, quòd bona Francis. nõ sunt obligata, sed tantũ Franciscus promisit obligare, quæ obligatio nõ fuit facta. Item in instrumento dotali, quod fecit Stephan. dictæ suæ vxori nihil dicitur, quòd Frãciscus sit obligatus vel eius bona pro dictis dotibus. Et consuetudo Neapolitana in scriptis dicit, dos, & quarta sine instrumẽto dotali peti non potest. † cõtrariũ dicebatur, quòd ex quo probatũ est legitimè per testes idoneos, quòd tẽpore capitulorũ matrimonij pater Stephani voluit, quòd eius nomẽ nõ ponatur in instrumẽto dotali, sed per priuatã scripturã promisit se & eius bona obligare pro dictis dotibus, quæ peruenerunt ad suas manus, ad effectũ, vt cõseruetur creditũ, & sic scriptura cõficiẽda erat ad cautelã, & nõ ad substantiã promissionẽ, & sic nõ habet locũ permentia: vt in l. cõtractus. C. de fide instru. & sic illa promissio patris afficit hæredes, per l. si pactũ. ff. de probatio. Itẽ ex quo dictum matrimonium fuit factũ de volũtate patris, & pater recepit dictas dotes, † sine dubio saltim tacitè sunt bona patris obligata pro dictis dotibus & antiphato: vt not. in l. si cũ dotem. §. transgrediamur. ff. sol. mat. & ibi per doct. & consuluit hoc Pau. de Cast. in cõsi. xliij. incip. visis & consideratis &c. vlt. col. & idem voluit Bal. in l. j. C. quod cũ eo. & Alex. in iiij. volu. cõsi. lxvj. in fi. incip. visis & ponderatis. Et ideò quilibet ex hæredibus dicti Frãcisci fauore dotis potest cõueniri in solidũ ad dictã dotẽ, per tex. singularẽ in l. cũ ab vno. ff. de leg. ij. & voluit Cyn. in l. pro hæreditariis. C. hæred. actio. & Bart. in l. debitorem. ff. de pact. & Ioan. de Imo. in l. seruo legato. §. si testator. ff. de legatis primo. & Barto. in l. continuus. §. si circa fi. ff. de verb. oblig.

licet alij hæredes tenentur sibi familiæ erciscundæ: vt ibi plene habetur. Nec obst. ꝙ instrumentũ dotale non cantat de patre,& eius hæredibus,sed solùm obligat maritum,& eius bona.& sic non potest agi contra alios hæredes Francisci hypothecaria, ex quo non est instrumentum dotale,secundũ dictam consuetudinẽ Neapo. Quia ad hoc respondebatur:quia dicta cõsuetudo nõ dicit,quòd non posit probari, nisi per instrumentum,sed dicit,ꝙ non potest peti,nisi appareat instrumentũ dotale.ita dicit glossator Neapolitanus in dicta cõsuetudine dos,& quarta in j.gl. Cùm ergo in casu isto,de quo agitur,apparet instrumentum dotale,sed probatur per testes dicta promisio facta per patrem,& dictam dotẽ fuisse patri prædicto solutam meritò dicta vxor debet assecurari super bonis dicti Francisci,tanquam saltim tacitè hypothecatis pro dicta dote,quæ ad eius manus peruenit,& etiam pro antiphato,iuxta l.vbi adhuc.C.de iure dotiũ. Quæritur
3 quid iuris. † Fuit ergo votatũ per totum Consilium attentis rationibus suprà dictis allegatis per dictam vxorem,quòd dicta vxor assecuretur super bonis dicti Francisci sui soceri,ad quem dos peruenit tam pro dicta dote,quam pro antiphato.& iste fuit notabilis intellectus ad dictam consuetudinem,dos,& quarta. vt posit ad coadiuuandum instrumentum dotale etiam contra personam non nominatã in instrumento probare plus dictum,quam scriptum in instrumento dotali,& probare etiam per testes pecuniam dotalem peruenisse ad patrem. Ad hoc accedant not. in c.series. de testibus.& quod not. Iac.But.Bald.& Pau. de Cast. in l.certi condi.§.quoniam igitur.ff.si cert.pet.& Alexan.in iiij.volu.consi.lviij.

DECISIO CCCXXXIII.

De dotis augmento debito etiam dote non soluta.

SVMMARIVM.

1 *Antiphatum quando debeatur vxori etiam dote non soluta.*

2 *Dotis fauor etiam augmentum respicit.*

SI dos est promissa solui marito in certis tẽporibus,& fuisset cõstitutum antiphatum vel promissum constitui:& antequam venissent tempora solutionum dictæ dotis, matrimonium est dissolutum per mortem viri super-
1 stite vxore, † tũc mulier lucratur antiphatum [a] etiam
2 dote promissa non soluta,quia non est imputandum mulieri,cur ante diem dotem non soluit, ex quo maritus fuit contentus facere tempus ad ipsam soluendã.
2 † & hoc tempus adiectum respicit commodum mulieris;vt in l.cùm tempus.ff.de regul.iur.ita reperitur decisum per Neapp.Sebastianum in quadam gl. posita in c.Regni,quod incipit,mulier dotatiũ. Et secundum istã decisionẽ vidi in Consilio fuisse votatum in fauorem Magnificæ Lucretiæ Carazolæ vxoris quondam do. Ioannis de Ceruignole,cui promissæ fuerunt magnæ dotes,videlicet lx milia ducatorum soluendorum in certis terminis,& nondum elapsis fuit solutum matrimonium per mortem dicti don Ioannis.

Et fuit votatum, quòd debetur antiphatum dictæ vxori pro dicta dote non soluta,licet tempus solutionis dictæ dotis nondum aduenerat.

ADDITIO.

Vide super hac decisione quæ consuluit Stephan. Bertr.parte iij.consi.ccciij.nu.v. Et an dotis augmentum debeatur,si in constitutione dotis nulla de eo facta fuit mentio,tractat idem Bertrandi, parte j. consi.xcviij.nu.14.

a *Lucratur antiphatum.* Vide s. in decis. ccxlij.incipiente,in causa inter Lisam.vbi deciditur, quòd non debetur antiphatum: quia elapso tempore non fuit soluta dos. Tho.Gram.

DECISIO CCCXXXIIII.

De semel in feudo concessis iterum non concedendis.

SVMMARIVM.

1 *Feudi concessione facta an terræ veniant,quæ prius alteri fuerunt obligata.*

2 *Feudum habere in alio feudo terras separatas non est inconueniens.*

Clausula, saluo iure alterius, semper intelligitur in principe.

3 *Castra a domino vendito iura alteri infeudata non intelliguntur vendita.*

Ius,quod habet concessor in concessione tantùm venit.

4 *Iura eius,cui primò facta est concessio in secunda, semper videntur reseruata.*

5 *Clausula,non obstante concessione alteri facta, quomodo intelligatur.*

IN causa notarij Iacobi Vinceprone cum Gaspare de Restuno super certis terris sitis in casali Montanæ,quod aliâs fuit casale Cucchari, & nunc separatum, † fuit 1
dubitatum. Vtrum in concesione facta de dicto casali Montanæ cum iuribus & pertinentiis suis veniãt illæ terræ sitæ in dicto casali,quæ per prius fuerũt alteri concessæ & alienatæ tanquam de feudo recuperatæ. Cum non inconuenit vnum feudum posse habere
terras feudales in alio feudo penitus separato. † Et 2
fuit conclusum,ꝙ quando conceditur aliquod castrũ, nõ venit in ista cõcesione,id quod ipse cõcedens vel eius prædecessor alteri cõcesit. pro hoc ego allegaui Bal.in l.monumenta.C.de leg.vbi dicit,ꝙ si Rex Vngariæ donaret mihi quandam ciuitatem,in qua haberet iurisdictionem limitato modo,puta bassam iurisdictionem tantũ,illam solã iurisdictionẽ donare vi-
detur,præsertim, † quia in principe semper intelligi- 3
tur clausula,saluo iure alterius.ff.de vulg.subst.l.ex facto.in prin.& ibi concor. Et ideò dicebat idẽ Bald. in l.j.in fi.ff.de rerũ diuisio. No.ꝙ si dominus vendit castrum,non intelligitur vendere iura alteri infeudata,allegat c.quidam.de capi,qui cur. vendi.& ideò in concesionibus castrorum,quæ fiebant tempore Regis Roberti inter alias clausulas ponebatur ista videlicet,ita tamen,ꝙ si qui sunt, quibus dictus dominus auus,& pater noster vel nos aliqua bona, possesiões, & iura in castro prædicto vel infra ipsius tenimenta concesimus,ipsa in capite teneant,prout eis concessa fore nascuntur &c.& ista clausula in effectu ponebatur tempore Regis Ferdin.primi, quando cõcedebat rescriptum reintegrationis feudi,ꝙ ad ea,quæ per Regem prius fuerunt alienata non apponat ipse commissarius manus.& Bal.in d.c.j.de capita,qui curi. vendi. expresè dicit,non videntur vẽdita ea,quæ prius aliis sunt concessa, & ab ipso vniuersitatis corpore sepa-
rata.hoc dicit ille text.& subdit in se.co. † quòd ius, 4
quòd habet concessor, venit tantùm in concesione.
alleg.

alleg.l.Publius.§.j.ff.de condi.& demon.& sic nó veniunt res singularium.& pro hoc l.si domus.§.fi.ff. de leg.j.& l.vxor.patri,C.cómu.de leg.& l.qui tabernas.ff.de cótrahé.emp.quæ iura ad hoc allegat Frá.de Are. in cósi.xv.incip.Reuerendissimè pater,in ij.col.vers. iij.præmitto. Et propterea dicebat Bal.in tit.de pace constan.in col.xxxiij.q in concessionibus de aquis publicis,semper vidétur reseruata iura & cómoditates eius,cui primò facta fuit cócessio.bene facit tex.in l.si concedendo.ff.de aqua plu.arcen.& not.Alex.in ij.vol.consi.cxxv.& Bar.in l.fi.C.de loca.prædi.ciuili.xj.

5 † Imò si fuisset dictum in secunda concessione, nó obstante cócessione alteri facta,intelligitur de inualida.& non de valida vt voluit Compostellanus in c.causam.quæ.de ele..& idem tenet ibi Ant.de Bur.

DECISIO CCCXXXV.

De precario,quod ad bona futura non trahitur,& de remedio l.fi.C. de acquirend.possess. Et de assensu sibi, & suis hæredibus præstito non opitulante cessionariis.

SVMMARIVM.

1 *Precarium an extendatur ad bona futura precarij tempore impossessa.*
Bona futura in bonorū generali obligatione,an veniant.
2 *Bona præsentia & futura veniunt in tacita hypotheca.*
3 *Precarium loco traditionis quando habeatur.*
Precarium extenditur etiam ad partum nasciturum.
4 *Constituens se precario alterius nomine possidere, quid probare debeat,vt effectum suum obtineat precarium.*
Precarium quando inane sit.
5 *Bona præsentia & futura obligans,an obliget feuda quærenda à suis hæredibus.*
Precarium non transit ad hæredes precario rogantis.
6 *Precario nomine possidere post mortem suam nemo se potest constituere.*
Constitutio precarij,an circa futura operetur.
7 *Possessio pro præsentibus si intoruertitur,agi potest conditione l.fi.C.de acquir.possess.*
8 *Constitutionis precarij triplex distinctio.*
9 *Precarium in bona hæredum nihil operatur.*
10 *Precarium quando transeat ad hæredes precario rogantis.*
11 *Feudi alienatio Rege consentire renuente reuocari potest non obstante iuramento.*
Facto proprio nullum ipso iure licet contrauenire.
12 *Obligatio annullata materiam non habet,supra quam assensus fundetur.*
Assensus Regis post ius quæsitum parti non valet in ius præiudicium.
Ratificatio nō operatur in præiudicium eius,cui ius quæsitum est ante ratificationem.
13 *Possessio si retineatur,displicere non dicitur.*
Displicentia animus retraditionem requirit.
14 *Assensus impetratus,post reuocationem obligationis bonorum nihil operatur.*
Consensus episcopi in donatione iuris patronatus quid operetur.
15 *Obligatio bonorum feudalium propter quid post annum reuocata maneat.*
Inuestituræ forma non delinquenda.
Tempus multa refutat.
16 *Assensus non registratus intra tempus in regia camera pro non præstito habetur.*
Feudum ex conuentione formam accipit.
17 *Regius assensus de persona ad personam non extenditur.*
Cessionarius non dicitur successor vniuersalis, sed particularis.
18 *Obligatio solutione eius,quod debetur tollitur.*
Donatio in solutum habet vim emptionis & solutionis.
Actione primæua sublata agi non potest.
Datio in solutum primæuam obligationem quando non tollat.
19 *Assensus ad consecutiua extenditur.*
20 *Assensus præstitus in contractu,in eius executione videtur præstitus.*
21 *Cedere in præiudicium primæ cessionis nemo potest.*
Contractu inito cum filio,filio solui potest.
Contractu cum intruso celebrato,ei solui potest.
22 *Cessio secunda quando valida.*
Actio directa circa primò cedentem remanet.
Limitatio ad legem iij.C.de nona.
23 *Actiones directæ ex quo inhærent ossibus cedentis separari non possunt.*
24 *Transigi potest,prima cessione non probata.*



Ro decisione causæ vertētis in sacro Cósilio,inter nobilē Carolū Maramaldum actorem ex vna & dominas Francescam & Ciaczam de Samframundo conuentas ex altera,super assistentia petita super castris Corneti & patticalis obligatis & hypothecatis per quondam Nicolaum de Samframundo patrē dictarū cōuentarū pro ducatis mille ccvj.mutuatis per quondam Andr. Maramaldū dicto Nicolao & Hugoni de sancto Seuerino,fuit dubitatū de quatuor dubiis. Et primò,vtrū in obligatiōe facta per dictū Nicolaū veniāt dicta castra,quæ fuerūt quæsita per hæredes dicti Nicolai post dictam obligationē,

1 † & sic an virtus precarij extendatur ad bona futura,quæ nō possidebātur tēpore cōstituti precarij.Et videbatur,q prędicta obligatio extenditur ad bona futura,& sic precariū extenditur ad bona futura:qa tex.expressè vult in l.fi.C.quæ res pig.obli.pos.q in generali obligatione bonorum veniant etiam bona futura.quæ posteà acquirūtur.Ad idē tex.in l.j.ff.de pig.

2 † Imò etiā in tacita hypotheca veniunt nō solū bona præsentia,sed etiā futura:vt in l.hac edictali.§.hia illud.C.de secun.nup.& ibi per Bal.licet Io.cōtrà,vt dicit gl.in d.l.fi.Et ideò multi doct.tenent,q etiam tunc precariū extenditur ad bona futura:quia non est magnum præiudicium sicut in obligatione:vt tenent Iaco.But.in d.l.fi.quæ est vna decisionibus Iustiniani,cuius opin.secutus fuit ibi Sali.& Ang.in dicta disputatione incip.in refulgenti delitiarum palatio.& in consi.clxxix.incip.visis prædictis instrumentis&c.in ix col.

3 † vbi dicit,q si in donatione bonorum pręsentium & futurorū sit appositū precariū,tūc habetur loco traditionis.& sic extēditur ad futura.& Io.de Imo.in l.stipulatio hoc modo cōcepta.ff.de ver.oblig.allegat pro hoc tex.in l.quamuis.ff.de precar.vbi si constituo me precario nomine tuo ancillam possidere,istud precarium extēditur etiā ad partum nasciturū,ergo ad futura.hāc opi.firmauit etiā Bar.in cōsi.lxxvj.incip.punctuata lia est,pater filio suo emancipato.idē tenuit Bal.in l.si quis argētū.§.sed si quidē.C.de donat.hoc idem videtur firmasse Alexan.in l.iij.

§.incer

§.incertá.ff.de acqui.posl.dum cócludit,ꝙ si quis obligauit omnia bona sua præsentia & futura, & cóstituit se precario nomine tenere & possidere,ꝙ istud precariú trahitur ad bona futura,quæ per eú acquirentur. Et eandé opinioné firmat Ias.ibi dicens istá esse cómu.

4 nem opi. † Sed in cótrariá partē multú stringit illa cóclusio,quæ vult,ꝙ ille qui constituit se precario nomine alterius possidere,ad hoc,vt precariú operetur effectú suú,debet probare,quòd tépore precarij constituti,ipse possidebat naturaliter,aliàs precariú nihil operatur:vt not.gl.in l.quæuis.§.si cóductor.ff.de acq.poss.hoc firmát Ang.in cós.cccciiij.incip.in quęstione vertente Bar.& Ang.in l.quædá mulier.ff.de rei vend. hoc idem voluit gl.& Ang.in l.ij.in verbo,tradita. C. de acqui.pos.& Bal.in l.j.C.quan.lice.ab empt.disce. vbi dicit hanc esse veritaté,ꝙ si venditor tépore,quo cóstituit se precario nomine emptoris,nó possidebat inane est precariú,licet posteà cœpit possidere,quia in noua possessione nó est consensum inter partes &c. Idé firmat Ant.de But.in c.cú venissent.de restit.spol. & in repetitione c.si.in xvj.col.de caus.poss.& propri. hoc expressè voluit Alex.in iiij.vol.consi.x.incip.viso processu &c.& in d.l.quæuis.§.si cóductor circa fi.post Ang.ibi.& firmat hoc Ias.in l.ab emptione.in viij.col. versi.secúdò limita.ff.de pact.& Bal.in rub.C.de contrahen.empt. Sed in casu,de quo agitur dictus Nicolaus nó tenebat dicta castra,nec ipsa posteà habuit sed

5 dictæ conuentæ illa recuperauerunt.† Et licet dictus Nicolaus obligasset omnia bona sua,præsentia & futura,non obligauit nec hypothecauit feuda quærenda à suis hæredibus,quæ non sunt obligata: vt dicit Ang. in l.assiduis.C.qui potio.in pign.hab.& Sal.in l. Paulus.ff de pigno. & not.Alexand.in l.si hæredes si tuos. ff.de lega.j. Maximè,quia precarium non transit ad hæredes precariò rogantis,per text. in l.cùm precario.§.fin.ff.de precario.& not.in cap.fin.de precario.

6 † Nec quis potest se constituere precario nomine possidere post mortem suam : vt dixit Angel.in d.l. quæuis.§.si conductor.& Alex.in ij.volu.consi.lxxx. incip.prospectis his,de quibus in thémate.& sequenti.

Secundò dicebatur,ꝙ quanquam dicti moderni teneant,quòd precarium extenditur etiá ad bona futura,per iura & rationes per eos allegata in d.§.incertá, tamen negari non potest ꝙ multi doctores tenent cótrariú:vt est Bal.in l.j.ff.pro socio.vbi dicit ista verba formalia:vnde si obligo tibi omnia bona mea præsentia & futura,& constituo me precario nomine tenere & possidere,ista cóstitutio precarij non operatur circa

7 futura.† Et dicit,ꝙ effectus est iste:quia pro præsentibus si interuertitur possessio, potest agi condictione l.fi.C.de acqui.poss.nec requiritur excussio. Sed pro futuris oportet agi hypothecaria præcedéte excussione bonorú,secundú Vbertú & Albertú Papiens.hoc idem expressè firmat Pet.de Vbald.de Peru'in repet. l.cú duobus.§.Papinianus.ff.pro soc.in ix. char. versi. circa quintá parté &c.hanc partem tenuit Lud.Ro.in d.§.incertá.& in l.exitus.ff.de acqui.poss. In hac varietate factú Consiliú transiuit cum ista distinctione

8 faciendo tria capita. † Aut quis constituit se quandá rem precario nomine tenere & possidere,& tempore constituti precarij nó tenebat nec possidebat,& tunc precarium nihil operatur,& ita loquitur gl.in d.§.si conductor.& Bal.in l.j.C.quan.liceat ab empt.disce. & alij doctor.s.alleg. Aut quis obligat pro debito omnia bona sua,præsentia & futura,& constituit se precario nomine creditoris tenere & possidere : si posteà debitor aliqua bona acquisiuit,precarium extenditur ad ista bona futura,secundú magis communem opi.doct.in d.§.incertam.& sic factú Consilium non fuit secutum opi.Bal.in d.l.j.ff.pro socio,nec Pet. de Vbal. † Aut debitor obligauit bona sua & suorú 9
hæredum præsentia & futura,& constituit se precario nomine creditoris tenere & possidere:& debitor non acquisiuit ipse posteà bona,sed eius hæredes acquisiuerunt bona:tunc quò ad ista bona hæredum quando fuissent obligata expressè per ipsum debitorem, non operabitur aliquid precarium : quia non potest quis constituere precarió possidere post mortem: vt suprà dictum:† nec precarium transit ad hæredes precario 10
rogantis,per text.in d.l.cùm precario.ff.de precario.

Et ideò fuit votatú,quòd dicto agenti non competit contra dictas mulieres conuentas remedium l.fin. C.de acquiren.possess.intentatum super dictis castris.

Secundò fuit dubitatum,posito sine præiudicio veritatis,quòd assensus Regius super obligatione bonorum feudalium sit in forma probante,de quo multum dubitabatur. Vtrum dictus assensus operetur suum effectum,ex quo præstitus fuit eo tempore quo fuit reuocata obligatio bonorum feudalium per dictum Nicolaum,vigore constitut.Regni.constitutionem diuæ memoriæ.Lucas de Penna in l.nulli.C.de fundis patri.lib.xj.fuit in vna opin. † quòd vbi rex renuit consentire,tunc ipse idem alienans poterit reuocare,non obstáte iuraméto,quod tacitá códitioné habere videtur.si Rex consentiat alienationi.arg.de rescrip.c.constitutus.& de iureiurando.c.venientes.cum simi.Sed dicta sua opin.nunquam fuit in obseruantia: quia ex quo alienatio vel obligatio rei feudalis fuit ipso iure nulla,per iura in vsibus feudorú,& in dicta consti.licuit venire cótra factum proprium nullum ipso iure.l.quemadmodum.C.de agri.& censi.lib. xj. voluit Bar.& ibi Alex.in apostillis in l.post mortem. ff.de adopt.& patet in dicta constit. constitutionem Inno.in c.nosti.de elect.cú simil. Nec in hoc videtur dolo recedere à promissis contra ius: vt in c.in malis de regu.iur.lib.vj. Et ideò in contrarium dicebatur,ꝙ si post obligationem bonorum feudalium sine Regio assensu facta reuocatio virtute dictæ cóstitutionis Regni,si posteà Rex assentit dictæ obligationi,quæ obligatio est annullata per reuocationé assensus, nihil est: † quia nó habet materiá supra quam forma assensus 12
potest fundari:vt not.Bal.in l.cum sententia. C.quando prouoca.non est necesse in ij. col. Item quando Rex post reuocationem obligationis ipsi obligationi præstat assensum,reperit rem non esse integrá : sed reuocatam legis permissione,& sic ius quæsitum est parti reuocanti:& post ius quæsitum parti,nó valet assensus Regis in eius præiudicium: vt dicit And.in l.Imperialem.in prin.de prohi.feu.ali.per Fede.& in c.j.§.donare.qualiter olim feud.ali.pot.sic etiam dicimus in ratificatione,quæ nó operatur in præiudicium eius, cui ius est quæsitum ante ratificationem,secundum Bald. in l.fi.C.ad Maced.& in l.obseruare.§.post hæc.ff. de offic.proconsulis.& Bar.in l.si vxor.§.si quis vxorem. ff.de adulte.& in l.indebitum.§.j.ff.rem ratam haberi.& in l.rem alienam.ff.de pignor.cum similibus.

† Nec obstat quædá oppo.quam quidá aduocatus 13
allegabat,videlicet,quòd ille sicut non dicitur displicere,

cere, cuius possessio retinetur: ideò oportet, quod in di-
splicentia animi interueniat retraditio: vt dicebat Bal.
in l. si. C. de cōtrahen. emp. Et sic, si ille, qui ob multū
obligauit feudum, & reuocat obligationem, debet re-
stituere mutuum. Quia respondetur, quod non oportet
statim mutuum restituere, sed adueniente tempore, &
si tempus est elapsum poterit cōueniri actione perso-
nali vel reali in bonis burgensaticis: quia tex. in cōsti.
Regni, nō dicit, quod nō aliter poterit reuocare nisi oblа-
ta pecunia per quam alienum vel obligatum est feu-
14 dum. Et ita maiores nostri semper dixerunt, † quòd
assensus impetratus post reuocationem obligationis
bonorum feudalium nihil operatur: ita etiā non ope-
ratur consensus episcopi in donatione iuris patrona-
tus mortuo donatore in præiudicium sui hæredis: vt
dicit Abb. in disputatione Augerio patronatum &c.
& not. Abb. in c. cùm vos. de his quæ fiūt à præl. Et tan-
to fortius, quòd in illo asserto assensu sine sigillo erat
clausula quod dictus And. Maramaldus deberet scribi fa-
cere intra annū dictū assensum in quaternionibus Re-
giæ Cameræ summariæ: aliàs dictus assensus censeatur
nullius roboris vel momenti, & dicta conditio non
15 fuit adimpleta, † & sic remanet obligatio bonorum
feudaliū post annū reuocata sine assensu, propter clau-
sulā decreti annulātis: vt per doct. in c. cæterū. de re-
scrip. & in c. audito. de rest. spol. & Bal. in l. cū mulier.
ff. sol. mat. & in l. nō dubium. col. xij. C. de leg. cū mul-
tis similibus. Nec est recedendū à forma inuestitu-
ræ, etiā quod sit contra consuetudines feudorū. dixit Bal.
in c. j. §. præterea. quid sit inuestitura. & alibi. si nō ser-
uatur pactū, rescinditur quicquid est actū. secundum
Bal. in l. cum te. ff. de pac. inter empt. & vend. ideò tem
pus multa refutat. dicit And. in c. j. quo temp. miles. &
ideò dictus assensus cum non sit registratus intra tem-
16 pus in regia camera habetur pro non præstito; † quia
dicit Bal. in l. cū te. de pact. inter empt. & vend. quod si nō
seruatur substātiale pactum rescinditur quicquid est
actum substantiale: quia ex conuentione feudum ac-
cepit formam. l. j. §. si conuenerit. ff. depositi. l. con-
tractus. ff. de regul. iuris. Bald. in l. ex hoc iure. versic.
vj. quæritur. ff. de iustitia & iure. Fuit votatum in
Consilio dictis rationibus consideratis, quod dicta obli-
gatio, quo ad dicta castra, est sine Regio assensu. Et tan
tò magis, quia dictus assensus impetratus fuit per dictū
Andr. super dicta obligatione bonorum feudaliū pro
se & suis hæredibus & successoribus & dicti agentes
agunt iure cesso per dictum And. in qua cessione non
17 interuenit Regius assensus, † qui non extenditur de
persona ad personam, vt dicit And. in l. Imperialem.
in princ. de prohi. feu. ali. per Fede. nec cessionarius di
citur successor vniuersalis, sed particularis: ideò non
compræhenditur sub appellatione successoris, nisi di-
ceretur, quibuscūque, vt per Alex. in l. quædā. §. nihil.
ff. de edendo. & in l. si patroni. in prin. penul. col. ff. ad
Treb. & Bal. in l. j. in xlviij. q. ff. de rer. diui. & in c. j. §.
donare. qualiter olim feudum ali. poterat, & sic assen-
sus præstitus Andr. & suis hæredibus & successoribus,
non opitulatur cessionariis. Tertium dubium fuit,
ex quo dictus Andr. pro dicto debito carcerari fecit
dictū Nicolaum, & dictus Nicolaus dedit in solutum
& pro soluto dicto Andr. castrum Sarcuni, cui tradita
fuit possessio, & quia in debito prædicto assensus nihil
operatur: quia obligatio bonorum feudalium fuit re-
uocata, vt s. Nec in datione in solutum interuenit Re-
gius assensus, & posteà dictus Nicolaus certo modo,
recuperauit dictum castrum, si dicti conuenti possunt
dicere, quòd dicto Andr. fuit satisfactum & per conse-
quens fuit sublata illa prima obligatio. Maximè, quia
secuta fuit quictatio & liberatio. † Videtur quòd ita: 18
quia solutione eius, quod debetur, omnis tollitur ob-
ligatio, vt Insti. quib. mod. toll. obl. in princ. Item,
quia illa datio in solutum habet vim emptionis &
venditionis. l. elegantem. in prin. ff. de pign. act. & in l. si
prædium. C. de quict. Bar. & alij in l. libera. C. de sent.
& licet dictus Andræas cecidit à possessione, tamē nō
potest agere primæua actione sublata, sed agere debet
pro euictione, vt not. Bart. in l. elegantem. ff. de pigno.
act. & in l. si quis aliam. de solu. benefacit tex. in l. si. ff.
de cōdi. ob caus. & sic cùm non sit actum pro euictio-
ne, sed primæua obligatione sublata, debet sequi abso-
lutio. In contrarium dicitur, quod potuit agi primæua
obligatione: quia non fuit sublata per dictā dationem
in solutum, quia dicta datio in solutum fuit ipso iure
nulla tanquam facta sine regio assensu. Nec obstat,
quòd præcessit assensus super obligatione bonorum
feudalium dicti Nicolai, qui assensus † extenditur ad 19
consecutiua: vnde solemus dicere, quod si in obligatione
præcessit assensus, iudex interponit secundum decre-
tum in feudis: quia illud secundum decretum est con-
secutiuū ad dictū Regiū assensum vt dicit And. in con
stit. Regni, si quis post hæc facit quod dicit gl. & Bart.
in l. deniq. §. sed verū. ff. de mino. quod assensus præstitus
in contractu, videtur præstitus in eius executione. Sed
quia ille assensus nihil operatur: quia fuit reuocata
obligatio bonorū feudaliū ante impetrationem assen
sus, vt s. in proximo præcedenti dubio dictū fuit, ideò
dicendum est, quod ex quo datio in solutum fuit nulla, li-
cuit agere primæua actione. † Et ideò fuit votatum, 20
quòd de ista datione in solutum nulla habetur ratio
pro decisione præsentis causæ, quia sine assensu est fa-
cta: & ille assensus præstitus post reuocationem obli-
gationis factam non resumit vires per dictam datio-
nem in solutum, per not. in l. quod ab initio. ff. de reg.
iur. cum concor. suis. Quartum dubium fuit. Nam
dictus Andræas fuit ille, qui mutuauit dictam quanti-
tatem pecuniæ Vgoni de sancto Seuerino & dicto Ni-
colao, deinde dictus Andræas transegit cū dictis con-
uentis habitis ducatis cclxx. de auro in aurum. Et op-
posita dicta exceptione transactionis, liberationis &
quictationis probata per publicum instrumentum,
opponitur contra eam, quod dicta pecunia mutuata
erat paterna, & pro medietate spectabat ad dominum
Ioannem Maramaldum fratrem dicti Andrææ, & sic
dicta transactio non nocet hæredibus dicti Ioan. pro
medietate. Item opponitur, quòd ante dictam trans-
actionem dictus Andræas cessit dictum debitum di-
cto domino Ioanni eius fratri, & sic pro medietate
tangente dictum dom. Ioannem non potuit transige-
re, nec cedere in præiudicium primæ cessionis. † Ad 21
primam oppositionem respondebatur, quòd ex quo
dictus Andr. contraxit ipse nomine proprio cū dicto
Hugone & Nicolao tanquam sui iuris, quia pater eius
erat mortuus, & de pecunia propria, licet pecunia es-
set patris, sine dubio potest solui filio: quia quādo con
tractus initus fuit cum filio, potest filio solui, vt in l. si
vnus. in princ. ff. de pact. & not. Bald. in l. quod seruus.
ff. depositi. & in l. quod seruus. ff. de solutio. & not. Bar.
& alij in l. filius. C. de pactis, sicut quando contractus
celeb

celebratus est cũ intruso, potest ei solui ex dicto contractu: vt not. in l. si vrbana. ff. de conduct. indeb. Ad secundam exceptionẽ respondebatur, ꝙ ex quo dictæ conuentæ ignorabant dictam cessionem factam per dictum And. dictò Ioan. eius fratri, quando dictæ conuentæ transegerunt, & habuerunt cessionem à dicto
22 Andrea, † dicta secunda cessio est valida: vt not. in l. si. ff. de transac. quia penes ipsum Andr. qui primo cessit fratri dictum debitum, remansit actio directa: vt in l. quis ergo casus. ff. de pecu. & ratione directæ actionis sibi remanentis, si non interuenit vnũ de illis tribus, de quibus in l. iij. C. de nouæ. potuit dictus And. fecisse dictam transactionem, & cessisse secundo loco dictis mulieribus, vt declarant scribentes in d. l. iij. & in l. si cum emptore. ff. de pact. & in l. facta. §. si hæres. ff. ad Trebel. Nec obstat, quòd in instrumento primæ cessionis factæ dicto Ioan. fuit dictum, quòd cedit omnes actiones vtiles & directas, quo casu cessat dispositio l. iij. C. de no. vt voluit expressè Tancredus de Corneto in sua compendiosa in fine sextæ partis, vt refert Ias.
23 in d. l. si cum emptore. † Quia respondebatur, quòd eius dictum non est verum: quia ex quo directæ actiones inhærent ossibus cedentis nõ possunt separari, sicut character, qui imprimitur in anima: vt dicit Bar. in l. nemo potest. in iiij. col. ff. de leg. j. & gl. in d. l. quis ergo casus, & ibi hoc expressè firmat Pau. de Castr. & not. gl. in l. ij. ff. pro soc. Ideò nisi interueniat alterum de illis tribus contentis in d. l. iij. semper cedenti remanent directæ actiones, propter quas potuit transigere & nocere primo cessionario non interuenientibus altero de illis tribus contentis in d. l. iij. & ideò habenti directas potest ei solui, & soluens consequitur liberationem, nisi interueniat alterum de illis tribus contentis in d. l. iij. secundùm Bart. notanter in l. non quocunque. §. qui Caium. ff. de leg. j. & tenet dominus Marianus in consi. xviij. omnipotẽs Deus adsit. † Fuit
24 votatum per Consilium ꝙ licet non sit probata scientia dictarum mulierum de dicta prima cessione, sed posito ꝙ sufficit probata, nõ sufficeret, quin ratione directæ actionis remanentis penes cedentem, potuisset transigi, & cedere, ex quo non interuenit alterum de illis tribus contentis in d. l. iij. voluit gl. in l. nomen. C. quæ res pigno. ob. possunt. & in d. l. si cum emptore. & doct. communiter in d. l. iij. & hoc expressè firmat in transactione Raphaël Fulgo. in consi. iiij. incip. Domina Stella. versi. cæterùm sine præiudicio veritatis. & sic cõclusum fuit quòd 1 obst. dicta exceptio. transactionis: ideo fuit votatũ & sententiatum, quòd dictæ conuentæ absoluantur, & istæ fuerunt principales causæ, quare fuerunt absolutæ, licet multæ aliæ rationes concurrunt pro dicta sententia absolutoria ferenda & iam nunc lata.

DECISIO CCCXXXVI.

De fundi dotalis alienatione cum vxoris consensu & permutatione in alterum fundum.

SVMMARIVM.

1 *Fundi dotalis alienatio cum vxoris consensu & permutatione in alterum fundum, an teneat.*
Fundus dotalis vendi non potest.
2 *Contractus pignoratitius ex duobus coniecturatur.*
3 *Permutatio fundi dotalis in meliorem valet.*
4 *Iuramentum mulieris super alienatione fundi dotalis obseruandum.*
5 *Metus leuis non consideratur.*
6 *Filius exhæredatus quando excludatur à querela.*
7 *Solutio spontanea quibus modis non purget præcedentem.*

QVidam nobilis Troilus Caraczolus & Susanna eius vxor vẽdiderũt nobili Io. Spinæ certas terras publico instrumẽto mediante, † & præsupponitur, ꝙ dictæ terræ fue- 1
runt datæ in dotẽ, ita ꝙ essent dotales. Item est præsupponendum, ꝙ maritus volens vendere dictas terras dotales permutauit cũ vxore, & dedit excambium alia bona stabilia maioris æstimationis, quàm essent dictæ terræ: soluto matrimonio per mortem viri, dicta Susanna agit rei vẽdicatio. cõtra Eusebium filium dicti quondam Io. Spinæ ad dictas terras olim dotales. Et dicit, ꝙ dicta venditio non obstat ei: quia fun-
dus dotalis non potest vendi. † Secundò, quia dicta 2
vẽditio fuit simulata in fraudem pignoris: quia interuenit pactum de reuendendo & modicitas pretij vltra dimidiam iusti pretij. Tertiò, quia ipsa vendidit cum viro per vim & metum. In contrariũ pro parte hæredis dicti Io. Spinæ dicitur, quòd licet contractus venditionis sit de fundo dotali, tamen tempore venditionis non erat dotalis propter dictam permutationem anteà factam. Et pro hoc allegatur Bald. in
auth. si qua mulier. C. ad Velleia. † vbi dicit, ꝙ si illud 3
cambiũ vel permutatio, est vtile mulieri. valet: & melius est, quòd fiat prius illud cambiũ, & posteà poterit adhiberi consensus mulieris in alienatione, & sic cùm alia res sit subrogata loco rei dotalis, vendicat sibi locum dispositio. auth. siue à me. ibi, nisi aliæ res &c. C. eo. tit. & ibi hoc voluit Cy. Et ideò cùm ipsa vxor vendidit vnà cũ viro cũ iuramento, & sibi cautum est in aliis bonis pro dote, etiam quãdo nõ esset datum excambium, & essent alia bona viri, pro dotis restitu-
tione, sicut dicit dicta auth. siue à me. † iuramentum 4
prædictum esset seruandũ, per tex. in c. licet mulieres. de iureiur. lib. vj. & not. in c. cũ contingat. eo. tit. in antiquis. & sic non obstat prima allegatio. Ad secundam exceptionem facti: quia non cõstat legitimè de pacto de reuendendo, nec de minoritate pretij vltra dimidiam tempore contractus. Ad tertiam exceptionẽ respondebatur, quòd nõ est probatus metus vel vis ca-
dens in constantẽ mulierem. † Et si quis metus leuis 5
fuisset, nõ est cõsiderabilis, iuxta no. in l. interpositas. C. de transac. cũ concord. suis. & maximè, quia soluto matrimonio dicta vxor pro dotibus suis cepit possessionem illorum bonorum datorum in cambium melioris æstimationis, quàm essent illa bona dotalia, & sic ratificauit & approbauit illud cambium, per ea, quæ not. in l. si ob turpem. ff. de condict. ob turp. causam. & in l. ij. C. quod met. cau. vbi si præcessit metus in contractu, & posteà nullo subsistente metu solui, non possum repetere: quia purgatus est metus præce-
dens. † sic etiam dicitur, si filius exhæredatus recepit 6
quod sibi relictum est à patre in testamento, videtur testamentum approbare, & excluditur à querela: vt in l. penul. ff. de inoffic. testamen. & maximè ad dandam exceptionem: sed ad dandam actionem dubitant
doct. in dicta l. si ob turpem. & in d. l. ij. † hæc conclu- 7
sio, scilicet quòd spontanea solutio purgat metum præcedentem, limitatur sex modis per Iasonem in dicta

dicta l. si ob turpé. & nulla de illis potest hic adaptari.
Ideò fuit votatum, quòd dictus Eusebius conuentus absoluatur ab impetitione dictæ Susannæ.

DECISIO CCCXXXVII.

De legato incertæ quātitatis probato per testem & famam, & de confessione geminata extra iudicium.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum deferre quo casu possit iudex.*
2 *Testis vnus, semiplenè probat.*
Fama cum vno teste, plenè probat.
Fama ex quibus originem traxerit considerandum.
3 *Intellectum ad gloss. in l. excusantur. ff. de excus. tut. & in l. iij. §. eiusdem. ff. de testi.*
4 *Testis vnus de veritate & duo de fama, coadiuuant testimonium, immò in causa ciuili plenè probant.*
Hæredi vt soluat propter geminatam eius confessionem, præcipi potest.
5 *Confessiones extra iudicium licet non plenè probent, sunt tamen ad obligandum.*
Geminatio confessionis extra iudicium, quid operetur.
6 *Confessio extra iudiciū, parte absente semiplenè probat.*
7 *Confessio hæredis extra iudicium fauore piæ causæ contra eum probat.*
Verba enuntiatiua etiam ad alium finem fauore piæ causæ inducunt dispositionem.
8 *Probare per testes vel per hæredis confessionem, voluntatem testatoris, idem est, quò ad eius præiudicium.*
9 *Dotis incertæ legatum est validum, & quantitas arbitrio iudicis debet declarari.*
10 *Promissum incertum potest peti, vt iudicis arbitrio declaretur.*
11 *Ratio summa, pro religione est.*

IN causa Dianoræ Ferraiolæ fuit dubitatum, vtrum probetur legatū factum per Ioannē de Limignano dictæ Dianore, de vnc. xl. pro eius anima & maritagio, & bonis seruitiis, attēto, quia vnus testis est, qui deponit de dicto leg. vnc. xl. sed sunt plures testes, qui se dicunt fuisse præsentes, quando dictus testator ad interrogationē parochiani audiuerunt, quando dictus testator legauit dictæ Dianoræ, nesciunt quantitatem pro suo maritagio, & pro anima sua, & bonis seruitiis, & concurrit etiam confessio hæredis extra iudicium geminata. Igitur quæ ratio habenda sit de ista probatione:
1 †Fuit dictum, quod Bar. in l. admonendi. ff. de iureiurando. in ix. col. dicit, quod si probo, quod à me petisti x. mutuo per duos testes. Et per alios testes probo, quòd ego mutuaui tibi pecuniá, sed illi testes nō recordantur de quātitate pecuniæ, quòd iudex poterit deferre iuramentum. allegat c. ex literis. de iureiurando. hoc dictū Bar. sequitur Ant. de But. in c. fi. de iureiuran. & Alex. de Imol. in ij. vol. cōsi. lxix. Sed in casu prædicto
2 est vnus testis integer, videlicet parochianus, † qui in hoc casu semiplenè probat, vt tenet glo. in d. l. admonendi. & in l. in bonæfidei. C. de iureiur. & in d. c. fi. & ibi Abb. Sicu. & est probata fama dicti legati vnc. xl. quæ fama inducit semiplenam probationem, & cum vno teste in causis ciuilibus inducit plenā probationem: vt tenet glo. in c. j. de appellat. & iiij. q. iij. §. item Spec. & Cy. in l. fi. C. de testi. & in l. iiij. C. de probatio. & glo. in c. veniens, le premier, de testibus. & dicit ibi Abb. quod debemus considerare, ex quibus fama traxit originem, an multū vrgeant, an non, † & secundùm 3
hoc arbitramur, an fama faciat semiplenā probationem, vel non, & sic debet intelligi gl. in l. excusantur. ff. de excusatio. tut. & in l. iij. §. eiusdem. ff de testibus. Sed ista fama ortum habuit ab illo parochiano. Item à confessione hæredis testatoris extra iudicium. Item ab illis testibus, qui non deponunt de quantitate: ergo debet coniungi dictum illius testis, cū fama prædicta, vt coniugātur ad plenam probationē, & ideò dicebat Bal. quod vnus testis de veritate, & duo de fama, coadiuuant testimonium, in rubrica de controuer. inuest. titu. Et idem Bald. in l. si quis. §. non cogitur. ff. de edendo, dicit, † in causa ciuili vnus testis de veritate, & duo de 4
fama, plenā faciunt probationem, fortius ergo dicebam, quod vnus testis de veritate & vnus de fama, si ille vnus de veritate deponit etiā de fama, facit hæc probatio plenam probationē. ita voluit Bald. in l. Gallus. §. ille casus in ij. col. ff. de libe. & posthu. Ego enim satis ponderabā cōfessionem geminatā hæredis testatoris, qui fecit dictum legatū: per quam cōfessionem posset fieri præceptū hæredi vt soluat: vt dicit text. in l. si domus. §. in pecunia. ff. de lega. j. † Nec obstat, quod 5
dictæ confessiones sunt extra iudicium, quæ non probāt plenè, quia sunt ad obligandū: vt in l. capite v. ff. de adul. & in l. quarto. ff. de ædi. edic. secundùm Bart. in d. l. admonendi. allegat etiam tex. in c. fina. de succes. ab intesta. & ibi Ant. de Butr. & Ioan. de Imol. Quia respondebatur, quod fallit, quando confessio esset geminata: quæ geminatio operatur, ac si esset facta in iudicio per id, quod dicit Bart. in l. cùm scimus. C. de agri. & censi. lib. xj. & hoc etiam voluit Abb. in c. si cautio. in fine, de fide instr. & Paul. de Cast. in l. Publia. §. fi. ff. depositi. & plenè per Ludo. in l. si verò. ff. sol. matri. & per Feli. in d. c. si cautio. Item secundò respondebatur, quia cōmunis conclusio est, † quòd cōfessio extra 6
iudiciū parte absente facit semiplenā probationem: vt dicit Bart. & ibi scribentes in d. l. admonendi. licet cōtrarium dixerit Salic. in d. l. in bonæfidei. & tamen vnus testis de veritate cū confessione extra iudicium probata per duos testes plenè probat: vt dicit Bar. in d. l. admonendi. Item & tertiò respondetur, quòd attēto, quòd sumus in legato pro anima & pro dote, vt not. in c. cùm esses. & in c. relatum. de test. & in l. j. C. de sacrosan. eccle. & Lud. in reper. auth. similiter. C. ad leg. Falcid. & doct. in l. j. ff. solu. matr. & hæres testatoris cōfessus est legatum ad pias causas absente legatario & extra iudicium fauore piæ causæ, † debet hæc 7
confessio probare contra ipsum heredē confitentem: sicut diximus, quòd verba enuntiatiua etiam propter alium finem fauore piæ causæ inducūt dispositionem: vt dicit Abbas in d. c. fin. de succes. ab intestato. in iij. col. & idem dicit Cardin. Floren. in cap. indicante. de testamentis. & Bart. in dicta l. j. C. de sacrosanc. eccle.
Et licet fuisset dictū, quod vbi verba assertiua fuerunt dicta per testatorem, hæc confessio fuit facta per hæredem: & sic non sumus in materia d. c. fin. Ad hoc fuit responsum, † quòd idem est probare voluntatem 8
testatoris legitimè per testes, vel ipsam probare per confessionem hæredis, quò ad præiudicium hæredis: vt probatur in d. l. si domus. §. in pecunia. Et licet aliquibus dominis videbatur dubia dicta probatio: tamen dicebat do. Carolus de Rogerio, quòd negari non potest, quin sit probatum legatum dotis factum

perdictum testatoré dictæ Dianoræ: licet ipsi testes
non deponãt de quãtitate dotis. Et vnum de priui-
9 legiis dotalibus est,† q relictum dotis incertæ est va-
lidum, & quantitas debet declarari arbitrio iudicis.
text. est in l. cum post. §. gener. ff. de iure dotium, & in
l. tertia. C. de dotis promissione. per quæ iura ita dicit
Paul. de Cast. consi. cxxvj. iiij. col. incipien. viso dicto
libello &c. Dominus Andræas Mariconda allegauit
tex. in l. quidam. ff. de legat. secundo. qui non loquitur
in dote, sed in legato in refectionem viæ non expressa
quantitate, quod valet, & arbitrabitur quantitas ar-
bitrio iudicis. Et de isto text. facit mentionem Alex.
in l. ita stipulatus. in xij. col. ff. de verb. obli. Et pro hoc
facit dictum Archidia. prima, q. prima, c. sunt nõnulli.
10 † vbi dicit, q canonica æquitate promissum incertũ
potest peti, vt iudicis arbitrio declaretur, sicut dici-
tur. in l. j. §. in honorariis. ff. de variis & extraordi. co-
gni. & istud dictum Archidia. refert & tenet Alex. in l.
ita stipulatus. in iij. col. ff. de verb. oblig. referens Ant.
de Bui. Idem tenet Ant. Bur. in cap. ex parte. de deci-
mis. & istud dictum Arcbid. similiter allegauit Ioan.
de Ana. in c. iuramento. de homicidio. vt ibi per eum.
& Abbas Sicu. in c. j. de deci. hinc dicit notanter Car-
di. in Cle. prima, de testamen. in q. xxviij. quòd si testa-
tor dixit: lego pro anima mea, & non dixit plus, vide-
11 tur, quòd non valeat, per leges ibi allegatas. † In con-
trarium est summa ratio, quæ est pro religione. & di-
cit, q ita tenet Matthæ. scilicet, quòd legatum valeat:
& commissarius potest disponere vsque ad quantita-
tem conuenientem iuxta dignitatem personæ, quãti-
tatem, facultatem, & numerum liberorum. argu. ff. de
leg. secundo. l. pater. & d. §. gener. & de relig. & sump.
fune. l. si quis. §. ij. & de testamen. c. cùm tibi. Quare
fuit votatum per Consilium, q hæres dicti testatoris
tum virtute vltimæ voluntatis, tum quia concurre-
bant aliquæ coniecturæ, quòd testator sensit de quan-
titate contenta in testificatione dicti parochiani, &
confessio matris & heredis dicti defuncti mortui sine
filiis, & quia fecit legatum ad pias causas de domo,
hospitalis sanctæ Mariæ Annunciatæ: & dicta Diano-
ra erat sua cõsanguinea & paupercula honestissima.

Ideò fuit votatum, quòd condemnetur ipsa hæres
ad præstandum vncias xl. pro anima defuncti, pro
dotibus dictæ Dianoræ, licet multa alia generalia
pro hac decisione fuerint adducta, quæ breuitatis
causa omisi referre.

DECISIO CCCXXXVIII.

De dominio iure congrui per collateralem petito non obstante pacto; q non sit translatum, nisi integro pretio soluto.

SVMMARIVM.

1 *Ius congrui medio tempore, an competat de re, cuius dictum est dominium non transferri in venditionem, nisi pretio soluto.*
Res vendita, non videtur, dominio non translato.
2 *Dominium & possessio sub conditione transferri potest.*
3 *Venditio rei simpliciter facta retento dominio, nulla est,*
Effectu naturali rei remoto, eius species remouetur.
Pretio non soluto, non est opus noua traditione.
4 *Manus iniectio ad rem venditam, potest haberi pretio non soluto.*
Pactum, quòd non transeat dominium nisi soluto pretio inter contrahentes an validum, & præiudicans tertio.
5 *Intellectus ad §. nemo potest. l. cum manu sata. ff. de contrahen. emptio. & venditione.*
6 *Donatio causa mortis in donationem inter viuos. an & quando transeat.*
7 *Venditio contra naturalem eius effectum, an valeat.*
Contrahentes facere non possunt, quin stipulatio sit stipulatio.
8 *Traditione rei statim videtur vendita possessio.*
9 *Pactum de reuendendo præiudicium vicino, non operatur ad ius congrui.*
10 *Commentius iure congrui ante litem motam, quo iure possideat.*


NObilis Petrus Paulus de Caraczolis, &
frater eius petebant quandam domũ iure
congrui à Frãcisco Marefca, & eius filio,
cui pater ante litem motã donauerat di-
ctam domum. In qua causa fuit dubitatum, ex quo
in instrumento vẽditionis dictę domus fuit appositũ,
pactum, q non transferatur dominiũ, donec & quo-
usque non fuerit solutũ pretium venditori, quod pre-
tium debet solui in certis annis, an medio tẽpore cõ-
petat ius cõgrui, Videbatur † q nõ cõpetat ius cõgrui, 1
per tex. in l. cũ manu sata. §. nemo pot. ff. de cõtrahen.
empt. Vbi dicitur, q non videtur res vendita, vbi fit
pactum, ne dominiũ transeat ad emptoré. sed potius
erit locatio, vel aliud genus contractus, in quibus do-
minium non traditur. Et ibi hoc declarat gloss. bene
tamen † secundũ Albericum ibi, potest transferri do- 2
minium & possessio sub conditione, de quo in l. qui
absenti. §. fin. ff. de acquirenda possessione. inde dicit
Azo in summa. C. de pactis inter empto. & vendit. §.
videndũ ergo. q si emptor & venditor conuenerunt,
q si non fuerit solutũ pretium dominium & possessio
redeat ad venditoré, tunc si venditor tradidisset pre-
cariam possessionem emptori: tunc ratione dominij
retẽti habet rei venditioné, vt in legibus ibi per eum
allegatis. † Patet ergo, q vẽditio rei simpliciter facta 3
retento dominio, nulla est: vt dicit Bald. in d. §. nemo
potest. & clarius idem Bal. in rubr. C. de contrahenda
emptione. versi. x. quæro. vbi dicit, q si vendo rem re-
tento dominio directo & vtili, nõ tenet vẽditio: quia,
à quo remouetur naturalis effectus, remouetur eius
species: vt in d. §. nemo. Subdit tamen in xiij. q. quòd si
positũ fuit pactum in venditione, q nõn transeat do-
minium, donec pretiũ non sit integraliter solutum, q
istud pactum est naturale: vt in §. vendita. Insti. de re-
rum diuisione. & pretio nõ soluto, non est opus noua
traditione. † imò quando esset translatum dominium 4
propter pretiũ non solutũ, habet manus iniectionem
ad rem venditam, per l. Titius. ff. de seruis exportan.
& dicit, q hæc est veritas. Alij domini dicebant, q
illud pactũ, q non soluto integro pretio non transeat
dominium, est validum inter ipsos contrahentes: sed
non præiudicat tertio. ita dicit Alex. in primo volu-
mine, consi. lxij. incipiente, visis duobus. in ij. col. vbi
tractat de intellectu d. §. nemo. & illud est duplicatum
in secundo vol. consi. clxiiij. Alij domini dicebant,
† quòd dictus §. nemo. intelligitur, quãdo per dictum 5
pactum appositum in contractu venditionis, scilicet
quòd non transferatur dominium, donec non est so-
lutum pretium, dictus contractus transit in aliquem
contractum validum, puta in pignorationem, vel in
contract

contractum emphyteuticū, vt dicit ibi glo. Sed quan-
do per dictum pactum annullatur contractus, & non
fit transfusio in alium contractum, tunc illud pactum
annullatur, & remanet cōtractus sine illo pacto: sicut
in simili dicimus, quando fit donatio causa mortis
vxori præsentium & futurorum cum iuramento, &
cum pacto de non reuocādo dictam donationē, quòd
6 † licet illud pactum faciat transire illam donationem
causa mortis, in donationē inter viuos: tamen in hoc
casu, si hoc esset donatio, esset ipso iure nulla: quia tol-
leretur libera testamenti facultas, ideò illud pactum
de non reuocando tanquam nullum reiicitur, & re-
manet donatio causa mortis. Ita egregiè concludit
Paulus de Castro in suo consi. cj. incipien. notandum,
quòd præfatum statutum &c. Ita dicendū est in casu,
de quo agitur, quòd si propter dictum pactum, quòd
non transeat dominiū, non resultet alius contractus
validus, dictum pactum est nullum, & remanet con-
7 tractus venditionis sine dicto pacto. † Nec obstat
id, quod suprà dictum fuit authoritate Bald. in d. rub.
C. de contrahen. empt. quia Bald. ibi ponit duas quæ-
stiones tanquam diuersas. Primò quærit, an valeat
venditio contra naturalem eius effectum, puta, vēdo
rem retento mihi dominio directo & vtili, & dicit, ꝙ
non tenet venditio. deinde ponit aliam quæst. vendo
rem hoc acto, quòd non transeat dominium, donec
pretium integraliter sit solutum, tunc iste pactum est
naturale: vt in dicto §. venditæ. non attingit Bald. an
illud pactū habeatur pro reiecto: sed dicit: quòd non
valet venditio propter dictum pactum contra natu-
ralem eius effectum. ideo dicit Angel. in l. iurisgen. §.
sed cum nulla. ff. de pact. in gloss. ꝙ contrahentes non
possunt facere, quòd stipulatio non sit stipulatio: vt in
l. in bello. §. factæ. ff. de cap. & postlimi. reuer. sed bene
possunt facere, vt nō habeat effectum nisi nudi pacti.
8 † Alij dicebant, quòd posito, quòd propter dictum
pactum dominium rei non sit venditum: tamen pro-
pter traditionem dictæ domus factam emptori non
possumus negare possessionem saltim fuisse vēditam:
nam & possessio rei potest vendi: vt in l. si in emptio-
ne fundi. §. rei suæ. ff. de contrahen. emptio. & not. Bar-
tolus in l. si rem aliquam. ff. de acquiren. poss. & agen-
ti iure congrui, sufficit probare aduersarium emisse,
& possedisse, vel dolo desiisse possidere, & agentem
esse collateralem. Fuit tandem conclusum & vo-
tatum, quòd dictum pactum, quòd non sit trāslatum
dominium nisi integro pretio soluto, non operatur
præiudicium collaterali: & sic potest petere domi-
9 nium iure congrui, † sicut pactum de reuendendo si-
militer non operatur præiudicium vicino, quin pos-
sit vti iure congrui: vt dicit Neapol. in prima consue.
de iure congrui, in verbo, emit. in versic. sed quid si
de simulatione &c. & firmat Paulus de Castro, in cō-
silio cccxxviij. incipiēte, in causa mota per dominam
Dorotheam &c. & sic decisio Bald. in rub. C. de con-
trahen. empti. fuit pro vera approbata. Et sic patet,
quòd vicino competit ius cōgrui non obstante dicto
pacto, tamē dictis actoribus non fuit pro eis pronun-
10 tiatum: † quia ante litem motam conuentus iure con-
grui non possidet titulo emptionis, sed titulo dona-
tionis: vt concludit Neapol. in dicta consue. in verbo,
possidet. & ideo dicti conuenti fuerunt per diffini-
tiuam sententiam absoluti die xix. Nouembris, M.
ccccxcix.

DECISIO CCCXXXIX.

De iure congrui cessante in re iure pignoris possessa per contractum pignoratitium.

SVMMARIVM.

1 *Ius congrui an habeat locum in contractu emptionis simulato.*
2 *Contractus emptionis, quando conuertatur in pignoratitium.*
3 *Res vendita iure pignoris, vt possideatur, duo faciunt.*



FVit pronuntiatum in Consilio contra
magnificum dominum Maczeum Ferril-
lum, † ꝙ si possidens rem stabilem titulo 1
emptionis conuentus sit iure congrui: &
ipse, qui possidet, probat, ꝙ verum est, quòd emit, sed
emit cum pacto de reuendendo, & ꝙ res illa est longè
maioris pretij, quàm pretium assignatum vltra dimi-
diam: & sic † ista duo fecerunt præsumi contractum 2
emptionis esse simulatū & pignoratitiū: vt firmat gl.
in c. conquestus. de vsuris, per tex. in c. ad nostram. de
emp. & ven. & ibi Inno. Ioan. And. & Ant. de Burr. &
Ioan. de Imol. & sic si est simulatus cōtractus emptio-
nis & venditionis propter illa duo dicitur possidere
rem iure pignoris. † & sic cessat ius congrui, & hoc 3
firmat Neapol. in consue. j. de iure congrui. in verbo,
emit. & Paulus de Castro. in consi. cccxxviij. in j. col.
Vide in cap. illo vos. de pigno.

DECISIO CCCXL.

De fisco non restituendo pro modico lucro.

SVMMARIVM.

1 *Fiscus de iure si læsus est, restituitur, etiam in lucro ad instar minoris.*
2 *Administratoribus fisci non licet pactum insolitum in arrendamentis ponere.*
3. *Fisco non datur restitutio, si contractus fuit perfectus, nisi ex noua re superueniente aliqua læsio.*
4 *H. Sta. fiscalis fides non debet decipi.*
Fisco pro modico, non datur restitutio.
5 *Pactum insolitum à fisco, si rem dictet, fieri potest.*
6 *Iura fisci licet vendi non possint regulariter, possunt tamen, si est principi vtile.*



FVit vocatū in Consilio & Regia Camera
summariè, vt desideretur de iure hoc du-
bium cōtingens super arrendamēto salis
facto per illos nobiles De Lo Mellino.
Ecce, ꝙ regia camera præcedentibus certis cape-
tulis locat seu arrēdat iura salis Regni præcedēnibus,
subhastationibus prout de iure & cōsuetudine, & vlti-
matè, quia non est alius, qui fecisset cōditionē Regiæ
curiæ meliorē, fuit liberatū arrendamētum dictis no-
bilibus, De Lo Mellino. post paucos dies procurator
fisci dat quādam petitionem, & dicit, ꝙ fiscus ex dicto
arrēdamēto est læsus, quia reperit, ꝙ alius plus vult sol-
uere fisco, † & de iure fiscus restituitur, si est læsus etiā 1
in lucro ad instar minoris: vt in l. ait prætor. §. hodie.
ff. de minoribus & ibi Albe. de Rosatis, qui dicit idem
in fisco. Prætereà in dictis capitulis sunt certa ca-
pitula insolita: † & non licet in arrendamentis per
administratores Regij fisci ponere pactū insolitum:
vt in l. j. C. de pascu. pub. lib. x. Sed per factū Con-

silium & dominos de summaria fuit cóclusum & vo-
tatum, q̃ postquam dictus contractus arrendamenti
fuit perfectus, & solenniter celebratus præcedẽtibus
pluribus substantialibus, & iusto pretio, tunc non da-
3 tur restitutio fisco: † nisi ex noua causa superueniente
causetur læsio: secundùm Albe. de Rosatis in d.l. & si
fine. §. quæsitũ. ff. de minoribus. vbi dicit sic fuisse iudi-
catum in facto: nam cõmune Pergami incantauit da-
tia, & perfecto contractu post plures dies, apparent
quidã plus offerentes. Quærebatur an debeat admit-
ti iteratò licitatio, & arguit ad partes. Et cõcludit
fuisse iudicatum, q̃ non, per tex. in l. j. & iij. C. de ven.
4 rebus ciuitatum. & l. taras. C. de rescin. vendi. † quia
fides hastæ fiscalis non debet decipi. dicit text. in l. si
hypothecas. C. de remissio. pigno. bene ad hoc faciũt
not. in l. si tempora. C. de fide instru. & iure hast. fisca.
lib. x. cum cõcordan. quę ibi allegantur. maximè, quia
si damnũ in lucro est modicum, fisco non datur resti-
tutio, secundum glo. & Alberi. in d. §. quæsitũ. Nec
obstat motiuũ fisci de pacto insolito: quia fuit dictũ,
5 quòd si ratio dictat facere pactum insolitum, † potest
fieri in arrendamento pactum insolitum: vt dicit ex-
pressè Luc. de Penna in d. l. j. C. de pascu. pub. Et pro
hoc facit: quia si princeps dat mandatum ad negotia,
& experientia docet, q̃ melius est & salubrius aliud
facere, & si princeps hoc sciuisset verisimiliter credẽ-
dum esset, quòd hoc mandasset, non dicitur excedere
formam mandati, secundum Io. And. in addi. Spec. in
titu. de instr. edi. §. compendiosè. incip. Io. de Deo &c.
6 hoc etiam firmat Alex. in ij. vol. cõsil. cvj. † & sic regia
camera licet non possit vendere iura fisci ad tempus,
nisi cum pactis solitis, tamen si ratio & experientia
aliud suadet, potest aliter facere: quia princeps mul-
tùm confidit de officialibus cameræ: vt dicit Lucas
de Penna in l. si quando. C. de bonis vacant. libro x.
Matthæus de Afflicto, V.I.D. Neapolitanus.

ADDITIO.

Facere aliquid, quod verisimiliter ad suam vtili-
tatem princeps vel mãdans fecisset, non est excedere
mandatum. vide doct. qui illum text. contra Venetos
adducunt in l. si quis nec causam. ff. si certum petatur.

DECISIO CCCXLI.

De limitibus pendente processus remissione plantandis.

SVMMARIVM.

1 *Limites plantandi, an sint pendente remissione pro-
cessus.*
Sententia sacri Consilij habet paratam executionem.
2 *Causa remissionis pendente, nihil est innouandum.*
*Status appellantis integer esse debet, etiam si sententia
traheret secum exequutionem.*
Lis sopitur per remissionem.
3 *Innouare lite pendente quando quis possit.*
*Supplicatio de gratia conceditur, & ex benignitate
principis.*
4 *Appellatio innititur iustitia.*
Exequutio sententia per appellationem suspenditur.
5 *Sententia de positione terminorum agri, quando dica-
tur plenè exequuta.*
*Perseuerantia opus est in his, qua causam habent exe-
quutiuam.*
6 *Officium iudicis etiam consistit in hoc, vt terminos agri
affigat.*

LAta est sententia diffinitiua in sacro Con-
silio, super certo territorio inter duo ca-
stra, † dicit pars, quæ habuit sententiam in 1
sui fauorem, ponantur termini in loco de-
clarato non obstante reclamatione partis: quia sen-
tentia sacri Consilij habet executionem paratam: vt
in authen. quæ supplicatio. C. de precibus Impera. of-
fer. dicit pars, quæ habuit sententiam cõtrà, q̃ dicti
termini non sunt ponendi: quia pendet causa reuisio-
nis, † & ea pendente nihil est innouandum. c. j. vt lite 2
pendente: quia integer debet esse status appellantis,
etiam si talis esset sententia, quæ traheret secum exe-
cutionem: vt in l. j. §. inter. ff. nil nouari. notat Philip-
pus in glo. ij. in c. cum teneamur. de appel. Et ideò po-
sitio terminorũ debet fieri lite sopita per reuisionem.

Quæritur modò an pendente causa reuisionis de-
beat supersederi in impositione dictorũ terminorum.

Fuit deliberatum & conclusum per totum Consi-
lium, quòd non obstante pendentia causæ reuisionis
debent imponi termini pro executione sententiæ sa-
cri Consilij. † Nec obst. quòd lite pendente nihil 3
est innouandum, quia illud procedit lite vel appella-
tione pendente. Secus pendente causa reuisionis per
modum supplicationis: & ratio differentiæ est: quia
supplicatio conceditur de gratia, & ex benignitate
principis: vt in c. ex literis. & ibi Abb. Sic. de restitut.
in integrum. & not. in l. vnica. C. de sentent. præfecti
prætorio. † Sed appellatio innititur iustitiæ, & iusti- 4
tia vult, quòd appellatione pendẽte nihil innouetur.
Et sic cum per supplicationem à sententia sacri Con-
silij non suspendatur executio sententię, sicut suspen-
ditur per appellationem vel in integrum restitutio-
nem, secundum Bald. in l. si causa cognita. C. de trans-
action. dum allegat Inno. in cap. suscitata. de restit. in
integ. meritò pro executione ipsius sententiæ, debent
etiam imponi ipsi termini: quia tex. in d. authen. dicit
exequatur ipsa sententia, & certum est, † quòd non 5
dicitur plenè executa, nisi per terminorum imposi-
tionem habeat possessionem territorij. de qua in sen-
tentia: vt not. Bal. in l. venditor. §. venisse. ff. de hæred.
vel actor. vẽdita. Item quia in his, quæ habent causam
successiuã, non dicitur esse factum nisi perseuerantia
subsequatur: vt no. in l. inter Castellianũ. ff. de arbi. &
no. in l. si in lege. §. colonus. ff. locat. & Bar. in l. permi-
sceri. §. species. ff. de acqui. poss. & in l. si fideiussor. §. fi.
ff. de leg. j. Et tanto magis, quia executio sententiæ sa-
cri Consilij petitur officio sacri Consilij implorato.
† & officiũ iudicis etiam consistit in hoc, vt terminos 6
agris affigat. l. hæc act. §. iudici. ff. finiũ regundorum. &
l. si quis irruptione. ff. finium regundorum. Ergo pote-
rit sacrum Consilium cõmittere affictionẽ dictorum
terminorum pro executione dictæ Regiæ sententiæ.

DECISIO CCCXLII.

De inuentario legati librorum vsusfructus faciendo.

SVMMARIVM.

1 *Legatarius vsusfructus quid cauere debeat in assigna-
tione rei legata.*
2 *Vsusfructu librorum legato, an eis inuentarium debeat
fieri.*
3 *Vsusfructu legato res æstimanda ad tẽpus receptionis est.*
4 *Inuentarium librorum, quorum legatus est vsusfructus,
qualiter faciendum.*

Dominus

DOminus Antonius de Rao legauit dom.
Ioanni Fräcisco Brantiæ suo nepoti vsum,
seu vsumfructum suorum librorum cum
certis qualitatibus, & declarationibus:
1 †petit dictus legatarius ab hærede dicti testatoris, vt
assignet sibi dictos libros: quoniam paratus est idoneè
cauere de vtendo fruendo arbitrio boni viri, salua
ipsorum substantia, & illos restituere, iuxta titul. ff.
vsusfructus quemad. caueatur. & l. j. C. de vsufructu. Et
lite huiusmodi pendente petit ab hærede, vt exhibeat
inuentarium dictorum librorum iam confectum, vel
iuret non habere. Et si iurauerit non habere, prouideatur,
ꝙ cautè non occupentur & inuentarizentur.
2 Quæritur, † an tale inuentarium dictorum librorum
ad instantiam dicti legatarij debeat fieri, si hæres
prætēdat fieri non debere, quia sua interest, quòd non
fiat. Fuit determinatum in Consilio per dominos
Consiliarios, quòd detur iuramentum hęredi, si habet
inuentarium librorum do. Antonij, quod scripsit notarius
Anto. Mancusius. & si iurabit illud non habere,
quòd ad instantiam dicti legatarij, inuentarizentur
authenticæ omnes dicti libri. Hęc decisio sumpta fuit
ex l. j. §. cauere. ff. vsufructu. quemadmo. caue. vbi dicit
tex. Cauere autem debent viri boni arbitratu perceptum
iri vsumfructum: hoc est non deteriorem causam
vsusfructus se facturum, cæteráque facturum, quæ
3 in re sua faceret. † Rectè autem facient & hæres & legatarius,
qualis res sit cum frui incipit legatarius, si
in testatum redegerint, vt inde possit apparere, an &
quatenus rem peiorem legatarius fecerit. dicit glo. in
verbo, testatum. id est, testationem in scriptis confectam
æstimando eam, quantum valet communiter
tempore recepti vsusfructus. C. de iure dotium. l. si
4 inter. cum similibus. † Et sic corã testibus fiet inuentarium
dictorum librorum in scriptis. facit text. in l.
si tibi. in fi. ab: aut in æstimandis rebus. ff. de vsufructu,
earum re. quæ vsu consumuntur. quem tex. ad hoc allegat
Specu. in tit. de pigno. §. ij. versi. porro.

DECISIO CCCXLIII.

De cęssione iurium per hæredem mulieris fienda tertio possessori offerenti non obstante liberatione rei pro dote hypothecatæ. Et de exceptione cedendarum.

SVMMARIVM.

1 *Possessor tertius bonorum pro dote obligatorũ conuentus hypothecaria, vt executionẽ euitet, quid agere debeat.*
Ius offerendi per possidentem rem pro dote hypothecatam, quando non extinctum.
2 *Exceptio cedendarum actionum hæredi mulieris sententiam pro dote obtinenti super re hypothecata, quando obstet. 5.*
3 *Possessori offerenti necesse est iura cedi.*
4 *Fideiussori intercedenti ratione beneficij cedendarum, potius succurritur, quàm simplici possessori hypothecaria conuento, & in quo fallat. 5.*
5 *Cessio debita iure contractus, an pond. r. sur debitæ iure possessionis.*
6 *Hypotheca liberatio dolose per mulierem facta, quo casu censeatur.*
7 *Liberatio lite pendente, facta in fraudem præsumitur.*

QVidam hæres mulieris, qui obtinuit sententiam
siue decretũ sacri Consilij super
quodam castro sibi hypothecato pro dotibus
dictæ mulieris contra tertiũ possessorẽ
illius Castri, & ille possessor post dictũ decretum
obtulit realiter ducatos cccc. pro quibus præstita fuit
assistentia & decretũ in forma ante executionem, vt
ipsam euitaret, †prout est de iure: vt no. Bar. in l. si stipulatus 1
sim decem in melle. ff. de solu. quia donec non
est lis contestata super executione petita ex officio iudicis,
nec est factum appretiũ. & sic non est trãslatum
dominium in creditorẽ, certè dictus possessor castri
obligati habet ius offerendi: vt est text. in l. Paulus. ff.
qui mo. pig. vel hypothe. sol. & firmat Specu. in tit. de
oblig. & sol. §. j. versi. quid si te mihi. & Bal. in l. propetandum.
§. sin autẽ reus. C. de iudi. Si illa mulier quæ
habebat omnia bona mariti obligata & etiã feudalia
cum Regio assensu & maritus non solũ habebat dictũ
castrũ, sed multa alia bona, liberauit ab obligatione
vnam rem stabilẽ sibi obligatam pro dotibus. Et iste
tertius possessor cõdemnatus qui obtulit dictos cccc.
ducatos dicit, cedas mihi iura tua: † sed quia liberasti 2
vnã rem ab obligatione per prius, ad quã non possum
habere recursum, quia cessisti & liberasti illam: ideo
obstat tibi exceptio cedendarũ actionum, & pecunia
oblata nõ debet hæredi mulieris liberari, & sic impediatur
executio. hæres mulieris dicit, ꝙ hoc non impedit
executionẽ. Quæritur quid iuris. Fuit dictũ in
Cõsilio, ꝙ ista quæstio formatur per Bald. & Sali. in l.
iubemus. C. ad Velle. vbi dicit Bal. ꝙ videtur, ꝙ hæres
mulieris debet excludi. †quia possessori offerẽti, & sic 3
se iustificanti necesse est iura cedi: vt ff. quib. mod. pig.
vel hypo. solu. l. mulier. & l. Paulus. ff. qui pot. in pign.
habean. Istam partẽ firmat Lucas de Penna in l. j. C. de
debitoribus ciuitatũ. lib. xj. In contrariũ videtur
casus, in d. l. iubemus. quæ dicit ꝙ dicta renuntiatio
non præiudicat, nisi in illa re. nam si repelleretur per
exceptionẽ cedendarum, repelleretur in totum. quod
est contra tex. & dico, ꝙ hoc teneas secundũ Cy. ergo
sufficit, ꝙ cedat iura, prout cedere debet, quicquid dicat
Spec. in tit. de renuntia. §. j. versic. sed pone. & ita
tenet Iaco de Are. Nec obst. l. Stichũ. §. penul. ff. de
solut. vbi concluditur, ꝙ ille, qui debet cedere, & sui
culpa facit quominus possit cedere, sibi imputatur: &
ei obstat exceptio cedendarũ. †Quia ad hoc respõ- 4
detur, ꝙ magis succurritur fideiussori, qui intercessit
contẽplatione beneficij cedendarum, quàm simplici
possessori cõuento hypothecaria, qui nõ accepit possessionẽ
hac mente, vt sibi iura cederentur, sed potius
hoc venit extra consideratione intellectus. argu. ff. de
fideiusso. l. si Titius & Seia. refert ergo intercessionem
debitam iure cõtractus, & debitam iure possessionis,
istam decisionẽ sequuntur etiã Salice. ibi. & Pãul. de
Cast. qui dicit eam esse menti tenendam. & idem Bar.
Soci. in consi. c. & Paulus de Cast. in l. si stipulatus. §.
duobus. ff. de fideiuss. Fallit, si ista mulier dolo malo
liberauit illũ ab hypotheca: †quia obstat sibi exce- 5
ptio cedendarũ: vt dicit Bal. in j. vol. cõsi. ccclxxxix.
& firmat Signorolus in consi. c. vbi pro ista limitatione
allegat l. verũ. §. hoc quoque. ff. pro socio. Idem firmat
Albe. de Rosa. in d. l. iubemus. dum dicit, nisi creditor
fuisset in culpa &c. & idem dicit Spec. in titu. de
cessi. actio. j. versi. sed si pone habeo debitorẽ. Dicebat
do. Ant. de Ianuario. doctor prudẽs & consiliarius

Regis, & nunc præsidẽs in Consilio, & viceprotonotarius & nepos sæpius commendati doctoris domini Antonij de Alex. defuncti. ꝙ satis dicitur in casu, de quo agitur facta dicta liberatio hypothecæ in illa re dolosè, ex quo dicta mulier ante litẽ motam nõ liberauit remillam ab obligatione, & egit cõtra tertium possessorẽ castri ubi obligati generaliter cum omni-
6 bus bonis.† Sed lite pendente ex cogitate in damnum possessoris castri liberauit aliã rem obligatã,& statim mortua fuit, vnde satis dicitur facta liberatio dictæ rei ab hypotheca in fraudem dolosè, vel ex culpa, ex quo lite pendẽte est facta.arg.l. si quis post. ff. de iudicus.not.Bar.in l.qui petitorio.in fin.ff.de rei vendi. & in l. Fulcinius.§. quid sit.ff. ex quibus causis in possessionem eatur. Dyn.in regula pro possessore. libro vj.

In contrariũ ipse idem arguebat, ꝙ ista mulier nõ fecit dictam liberationem dolosè, vt patet ex multis coniecturis, nam erat nobilis mulier, & optimæ conscientiæ & perfectæ reputationis, non solita cogitare fraudẽ, licet sit præsumptio contra eam: tamẽ succurritur mulieri, quæ fuit decepta ex illa iuris præsum-
7 ptione,† quòd liberatio facta lite pendẽte præsumitur in fraudẽ, vt excusetur ab ista iuris ignorantia, per ea quæ habẽtur in l.iuris ignorãtia. per do. Ant.de Alex. C.qui admit.ideò vendicat sibi locum dictum Bal. & Sali. in casu præmisso in d. l. iubemus. hæc placuit referre, ne sim occupator alienæ laudis. Quare fuit votatũ & pariter cõclusum per totum consiliũ, quòd mulieris hæres cedat prout cedere potest, nõ obstãte dicta liberatione dicto tertio possessori, & soluantur dicto hæredi dicti quadringenti ducati depositati.

DECISIO CCCXLIIII.

De fideiussoria cautione per dominũ præstita in casu retractationis sentẽtiæ, nõ obstãte silentio procuratoris nõ soluẽdo, qui nõ reclamauit infra decem dies à die notitiæ sententiæ.

SVMMARIVM.

1 *Procurator, qui de sententia contra se lata non appellauit, an & quãdo præiudicet domino in reclamatione.*
2 *Appellatio in casibus, quibus domino currit, procu. actore non appellante, à quo tempore currat.*
3 *Procurator verò contumax non repellit dominum ab appellatione.*
4 *Reclamandi tempus à quo tempore incipiat.*

1 Q Vit dubitatum in Consilio, † procurator Astoris Papacode, pertractauit causam in sacro Cõsilio, & lata fuit sententia contra dictum procuratorem, & non reclamauit infra decẽ dies. si principalis ipse possit posteà recla-
a mãte infra decem dies à die notitiæ sentẽtiæ:[a] & hoc ad effectũ fideiussionis præstandæ per aliam partem, quæ obtinuit sententiã in casu retractationis pro habẽda executione illius sententiæ, iuxta auth. quæ supplicatio.C.de preci.imperat.offeren. Quidã ex dominis allegabat Bart.in l.j.§.si aduersus.ff.quãdo app. sit.vbi tenet, ꝙ ex quo procurator nõ appellauit, nec fuit cõtumax, ꝙ istud non appellare, imò fortius non reclamare nõ est delictũ, & sic domino præiudicatur. Idẽ tenet Bar.in l.iij.§.si quis procurator.ff.si quis ius dicẽti non ob.fallit secundũ Bar.in d.§.si aduersus.in tribus casibus, videlicet, Primò nisi cõstaret, ꝙ fraudulenter & colludẽdo procurator omisit appellationẽ, nam tũc dominus poterit appellare. Fallit secũdò, nisi euidẽter appareat ex eisdẽ actis, ꝙ procurator debuit appellare, & nõ appellauit. Fallit tertio, nisi procurator non appellãdo nõ sit soluẽdo, vel ex legitima causa fuit abiens, secundũ Bar. vbi suprà. †Ego 2
antẽ allegabã Inno.in c.j.in fi. vt lite non cõtesta. qui dicit, ꝙ licet in aliquibus casibus dominus potest appellare, quãdo procurator non appellauit: tamẽ hoc est verũ intra decẽ dies à die sentẽtiæ, non à die sententiæ, ex quo causa pertractata est per procuratorem: vt per tex. in d.§. aduersus.& ij.q.vj.§.biduũ. Nec ob.l. ab eo.C.quomodo & quãdo iudex. quia ibi causa fuit pertractata cũ domino principali, licet procurator interuenit in sententia. Ideò dicitur per doct. in d.§.si aduersus.ꝙ si cõtra dominũ contumacẽ non verũ, sed præsumptũ feratur sentẽtia, non trãsit in rem iudicatam, nisi post decẽ dies à die sciẽtiæ, in quo sciuit sententiã contra se latã.†Dicit tamẽ Ang.ibi, ꝙ quando 3
procurator fuit vere cõtumax, tunc dominus põt appellare: quia nõ est dominus verè cõtumax vel fictus, sed tẽpus datũ ad appellandũ ex tẽpore sentẽtiæ currit, non à tẽpore notitiæ sentẽtiæ domini, nisi eũ procurator soluẽdo non est, ita etiã dicit ipse in l. & post edictũ.§.si.ff. de iudicus. fuit etiã in hoc dubio allegata quædã theorica Bal.in auth.hodie.C.de appell. vbi dicit, ꝙ si procurator bona fide non appellauit, quia putabat sententiã fore iustam, quæ in dubio præsumitur: vt in l.Herẽnius.§.Caia.ff. de euic. cũ concordan. tũc dominus appellare nõ potest. Aut procurator fuit in mala fide, & tũc si non est soluẽdo, dominus potest appellare, secus si est soluẽdo. Fuit ergo cõclusum per omnes dominos, ꝙ si procurator agitauit causam, nõ reclamauit intra decẽ dies, & non est soluẽdo, dominus potest reclamare intra decẽ dies, à die notitię sententiæ,† quãuis aliàs tẽpus reclamãdi currat à die sen- 4
tẽtiæ, quò ad dictã fideiussionẽ præstandã, ne cõtingat aduersariũ locupletari cũ aliena iactura, & ne cõtingat iusta ignorantiã domini puniri, & hoc videtur tenere Feli.in d.c.j.in iiij.col.vers.bene erit, vt puto.vt lite non cõtest. & ibi allegat decisiones Rotæ veteres & nouas in isto articulo. Et sic dictus actor præstitit dictã fideiussoriã cautionẽ in casu retractatiõis dictæ sentẽtiæ, non obstante, ꝙ non fuit per procuratorẽ reclamatũ intra decem dies à die notitię dictæ sentẽtię.

ADDITIO.

a *Sententiæ*. Adde omnino Alex.in cõsi.xlv.in iiij.col. ij.vol.vbi tenet, quod quando dominus fuit abiens à loco tempore sentẽtiæ, & procurator non appellauit infra decẽ dies, poterit ipse dominus appellare infra alios decem dies à die notitiæ. & ita obtinui in regia audientia in causa Francisci de Planellis de Botonio contra Marcum de Lagna. Thomas Gram.

DECISIO CCCXLV.

De sententia super interdicto, vti possidetis, executioni non mandanda ex temporis diuturnitate.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum de lectura sententiæ per notarium rogatum factum an faciat fidem.*
2 *Memoria hominum non est adeò tenax, vt de omnibus record*

recordetur.

3 *Non verisimile est imago falsitatis, quòd verisimile ex multis attenditur.*

4 *Transcriptum ab originali, quando probet.*

Decretum & authoritas iudicis non præsumuntur, nisi temporis diuturnitate.

5 *Temporis diuturnitas solennitatem extrinsecam quãdo præsumat.*

6 *Præsumptio sola nõ sufficit, vbi de tertij interesse agitur.*

7 *Præsumptio non debet per iudicem allegari.*

8 *Mandatum ex tempore, an & quando præsumatur.*

Verba in sententia enuntiata, non probant parte inciata & absente.

9 *Præsumptio fit pro sententia solennitate.*

10 *Sententia lata contrà vasallum in interdicto vti possidetis, fisco succedenti non nocet. 13.*

11 *Sententia quando extẽdi videatur ad quẽlibet possessorẽ.*

12 *Innocentij decisio præfertur authoritati Ioannis Fabri.*

SVnt anni quadraginta & vltrà elapsi, ꝙ in magna curia Vicariæ super interdicto vti possidetis fuit lata sentẽtia in fauorẽ quondam nobilis Iacobi Carboni senioris super monte, qui dicitur de Padule contra quondã dominũ Marinũ Tomacellũ tunc vtilem dominũ terræ Petrę Pulcinæ, vt desistat à turbatione dicti territorij, petitur modò pro parte nobilis Iacobi Carboni iunioris in sacro Cõsilio, ꝙ dicta sentẽtia mãdetur executioni contra hæredẽ quondã nobilis Nicolai Caraczoli, qui emit à Rege Ferdinando primo dictã terrã Petrę Pulcinæ cum iuribus & pertinẽtiis suis possidentis dictũ
1 montem de Padule. †Obiicitur in contrarium, ꝙ instrumentũ sententiæ productũ non facit fidẽ, & sic non potest exequi dicta sentẽtia, eò quia notarius, qui fecit dictum instrumentũ post lecturã dictæ sentẽtiæ factam à iudice magnæ curiæ Vicariæ, fuit rogatus de omnibus prædictis, & sic fecit instrumentũ de lectura sententiæ per iudices, & de tenore ipsius sentẽtiæ. Sed hoc videtur impossibile, ꝙ notarius potuisset recordari de omnibus dictis verbis mẽtionatis in sentẽtia:
2 †quia nullus homo memoratissimus posset conficere instrumentũ recordãdo se de omnibus verbis narratis in sententia, nisi habeat copiã dictæ sententiæ. Et sic notarius non potest verũ dicere, quòd de dicto tenore sententiæ lectæ per iudicẽ ipse notarius confecit instrumẽtum, quod enim nõ est verisimilè, est imago falsitatis: vt dicit Bal. in l. j. in ij. col. C. de seruis fugi.
3 †istud verisimile attenditur ex multis, vt in l. si seruus plurium. §. fi. ff. de leg. j. & not. Bar. in l. non aliter. ff. de leg. iij. Item, non continet veritatem, quia quando iudex magnæ curiæ legit sententiã, non legit totũ tenorem libelli, nec legit dies actorũ gestorũ, & hoc est verissimũ, & sic consuetũ, vt omnes nos testes sumus: & sic dictum instrumentũ sentẽtiæ non potest originaliter probare tenorẽ sentẽtiæ. Aut volumus dicere, quòd notarius qui fecit dictũ instrumentũ sententiæ, qui non fuit notarius causæ, habuit ab originali processu libellũ, & dietas actorũ & sententiã. Et dicendũ est, quòd ex quo instrumentũ prædictũ hoc non attestatur, sed attestatur, vt suprà dictũ est, minimè probat, ꝙ fuerunt dicta acta & sententia sumpta ab ori-
4 ginali processu, & tãtò †magis, ꝙ dictum transumptũ ab originali, quando hoc diceret dictũ instrumẽtum, non esset sumptum authoritate iudiciaria. & sic non probaret, vt communiter concluditur in auth. si quis in aliquo. C. de edendo. cum concordan. ibi allegatis. Et si diceretur, quòd licet non præsumatur decretũ & authoritas iudicis, per l. quicunque. ff. de publi. cum limi. vbi solennitas extrinseca non præsumitur, tamen solet dici, quòd hoc non est verũ: nisi interueniat diu-
turnitas temporis: quia †illa facit præsumere solenni- 5
tatẽ extrinsecã, pro no. per Ang. & Bal. in l. qui in aliena. ff. de acqui. hære. & per Ioan. And. in c. Albericus. de testibus. & per Ant. de But. in c. peruenit de emp. & ven. & per doct. in l. sciendũ. ff. de ver. obl. & per Alex. in j. vol. consi. lxxix. in iij. col. Sed in casu, de quo agitur, cõcurrit cursus quadraginta annorum: ergo præsumitur decretum iudicis: Ad hoc fuit responsum, quòd tunc ex antiquitate temporis præsumitur solẽnitas extrinseca, nisi altera pars neget eam interuenisse: vt notanter tenuit Alex. in iij. volu. consi. ix. allegat Abbatem Siculum in c. ea noscitur. de his quæ fiunt a
præla. †Præterea, vbi agitur de præiudicio tertij, 6
nunquã sola præsumptio sufficit, sed debet fieri plena probatio. gl. est. in c. sicut de sent. ex cõ. quã allegat ad hoc And. Barba. in c. cùm in iure peritus. de offi. deleg. Sed nunc agitur de præiudicio tertij, scilicet hæredis Nicolai Caraczoli. ergo non præsumitur in dicto asserto trãsumpto decretũ iudicis. Et tantò magis, quia hæc præsumptio nunquã fuit allegata pro parte dicti
Iacobi, ergo non potest iudex ipsam allegare: † quia 7
præsumptio debet allegari per partẽ: vt no. in l. si adulteriũ cum incestu. §. idem cum Pollioni. ff. de adulte. & Ang. in l. eũ qui. ff. de publicia. doct. in c. ij. vt lite nõ contest. & in Cle. appellant. de appel. & Alex. in ij. vo. consi. cxxxvj. Item dicit notarius, qui scripsit dictũ instrumentũ sentẽtiæ, ꝙ in dicta sentẽtia procurator substitutus fuit præsens, & nihil apparet de mandato procuratoris, nec de substitutione. Nec potest ex tempore præsumi mandatũ, vt dicit Bal. in l. ij. C. si ex falsis instrumentis. & in l. ij. C. de rebus alie. non alie. & Alex. in iiij. volu. consi. j. & in d. l. sciendũ. in vj. col. de
verb. obl. †Fallit in mãdato custodiæ, ꝙ præsumitur, 8
si custodia facta sit per longum tẽpus, secundũ Bar. & Alex. in l. si vxor. §. si quis vxorẽ. ff. de adul. Et ideò cũ non cẽseatur pars præsens in prolatione dictæ sentẽtiæ, nec aliter citata ad sententiã, verba, quæ enunciãtur ibidẽ non probãt, secundũ Bar. in l. fi. in fi. ff. quãdo appellan. sit. & in d. auth. si quis in aliquo. & in l. acta. ff. de re iudi. & in l. j. C. de relatio. & Inno. in d. c. cùm iniur. de offi. deleg. & in c. quoniam contra. & ibi Io.
And. de probatio. Et licet multi doct. teneant, † quòd 9
omnia præsumuntur in sentẽtia solẽniter acta: vt dicit Io. And. in c. in præsentia. de renun. per tex. in c. bonæ. el primo. de elec. cũ aliis iuribus allegatis per Ale. in l. sciendũ. tamẽ negari non potest, ꝙ verum est de iure, quòd mandatũ procuratoris nũquam præsumitur, vt suprà dictum est, & per cõsequens dicta sententia non potuit nocere principali, vbi non cõstat de citatione principalis ad sententiam, nec de mandato procuratoris. Item talis sententia lata fuit contra Marinũ Tomacellum, & nunc quando petitur sententię prædictæ executio, nõ possidet Marinus dictũ territoriũ, nec eius hæres. sed possidet hæres Nicolai Caraczoli, qui nõ habet causam à Marino. sed à Rege Ferdinãdo primo Et licet soleat dici, quòd sententia lata contra Marinũ noceat fisco succedenti Marino, per textum in c. si vasallus. si de feudo fuerit controu. &c. & per consequens Nicolao & eius hæredi habenti causam

tene menti. Loquitur ergo Bal. de instantia cuiuslibet
articuli, sed non respectu totius causæ. Accedat ad
hoc Ang. in l. post edictum. §. circumducto. ff. de iudi.
ibi, instantiam tantùm petierit solum illius edicti: vt
4 dicit glo. † & sic quilibet actus iudicij intelligitur ha-
bere suam instantiam in specie: nam in genere vna est
instãtia omnium actorum eiusdem causæ. Idem dicit
Bal. in l. ij. C. de execu. rei iudica. vbi dicit: modò quæ-
ro, petita fuit executio, & tamẽ diu fuit litigatum, ita
quòd à die petitionis fuit lapsum triennium, nunquid
sit perempta instantia executionis? Respondeo sic,
si fuit datus libellus, & lis cõtestata, & deinde dictum
triẽnium est decursum. Sed si fuit intentatum officiũ
iudicis mercenarium, ibi non est instantia, licet sit
quidam modus litigandi: & ideò non currit tempus
5 instantiæ: quia lis non contestatur, vel quasi. † Et
si diceretur, quòd in causis, vbi lis non cõtestatur, pri-
mus actus qui respicit merita causæ, habetur pro litis
cõtestatione: vt dicit Ioan. de Imol. in l. ab executore.
ff. de appel. & not. in l. nulla. C. de procura. gl. in c. j. de
electio. in vj. Cy. & Ang. & Sali. in d. l. properandum.
§. & si quidem. Bart. in d. l. post litem. de procura. cum
similibus. Fuit responsum, quòd id quod non est
verè, non potest dici esse nisi per fictionẽ. Sed in causa
executionis sententiæ non cõtestatur lis, vt plenè no.
Bartol. in l. intra. ff. de re iudi. Meritò non cadit verè
instantia ad totam causam, sicut acta, quæ fiunt ante
litem contestatam, in quibus non datur instantia: vt
dicit Bal. in l. & post edictũ. §. j. ff. de iudiciis. hæc opi-
nio corroboratur per id quod dicit Bald. in l. tale pa-
ctum. §. qui prouocauit. ff. de pactis. in x. q. in fine. vbi
6 dicit hæc verba formalia. † Item fateor, ꝙ in causa
executionis propriè non est instantia litis: vt notat
Bart. in l. litibus. C. de agrico. & censit. lib. xj. & idem
dicit Bald. in l. consentaneum. in fine. C. quomodo &
quando. vbi dicit, quòd primum decretum non perit
ex lapsu triennij: quia executio non habet instantiam
triennalem. nam d. l. properandum. requirit duo, sci-
licet quòd lis sit contestata, & quòd non sit sententia-
tum. Idem tenet Petr. de Anchara. in c. j. de iuramen.
calum. in Decre. Sed cõtrariam opinionẽ, scilicet,
quòd sit dare instantiam etiam in executiuis, expressè
firmauit Bar. in extrauaganti, ad reprimendũ. in ver-
7 bo, figura. vbi voluit, † quòd in causis summariis, &
vbi proceditur sine figura iudicij, est dare instantiam.
Idem dixerunt Iaco. Butri. & alij in auth. offeratur. C.
de litis contesta. & Specu. in tit. de libelli concep. §.
nunc dicendum. hanc partem firmauerunt Bar. Bald.
Albe. de Rosa. Cy. Ange. Sali. & Alex. in d. l. properan-
dum. in princip. & in §. & si quidem. & Alex. in ij. vol.
consil. l. vbi inducit multas rationes pro ista parte. &
similiter facit domi. Georgius Astensis, in repe. Cle.
sæpe. in §. quæ omnia. de verbo. signific. in xxxiij. col.
hanc partẽ firmat Abb. Sic. in c. penul. de iudiciis. vbi
dicitur, quòd de isto articulo vidit dubitari, tamen
dicit, quòd verius est, quòd in istis summariis causis
est dare instãtiam. Idem verius putat Alex. in apostil-
lis in d. l. litibus hanc partem firmat etiam Pau. de Ca.
in l. ij. §. quod obseruari. C. de iuramẽto calum. & Lu-
douic. Roma. in consi. clxxiiij. incipiente, spectabilis
domine collateralis. dicens hanc esse firmam opinio-
8 nem, sicut Deus est. † Idem tenet Bald. in rubrica, de
priuileg. dotis, dicẽs, quòd in causa dotali, quæ est sum
maria, est dare instantiam. Idem tenet benedictus de
Barzis in tractatu guarãtigiæ, in col. xlvj. dicens, quòd
opinio Bart. in d. l. litibus. est reprobata. idem tenent
Anto. de Alex. & Iason in d. l. properandũ. Solutio
huius articuli habetur per Bald. in l. j. §. is videtur. ff. si
quis ius dicen. non obtempe. vbi dicit ista verba: Ista
glo. est in argumẽtum, quòd vbi petitur executio sen-
tentiæ, ibi non sit instantia: quia non proceditur lite
cõtestata vel quasi, quod satis dici potest, vbi non op-
ponitur exceptio contra executionem. Sed vbi oppo-
nitur exceptio, videtur, quòd sit ibi instãtia quasi ob-
iectus exceptionis. id est, perimentis executionem, fa-
ciat haberi litem pro cõtestata: vt not. Cyn. in l. nihil.
C. de procura. Io. And. in c. j. de procura. lib. vj. posteà
subdit Bal. opi. aduocatorũ, † quòd vbi petitur execu- 9
tio, non sit dare instantiam. l. minor xxv. annis, cui fi-
deicommissum. ff. de mino. Et hoc, si agitur officio iu-
dicis. Si autem agitur actione in factum, certum est,
quòd est dare instãtiam. l. item veniunt. §. idem rectè.
ff. de petitio. hæred. vbi text. dicit, quòd fit litis conte-
statio, ergo est instantia. hanc solutionem magis latè
approbat Bald. in d. l. ij. C. de execu. rei iudica. dicens:
Aut petitur sententia exequi iudicis officio mercena-
rio & tunc non est necessarius libellus: quia ista execu
tio, est quædam compulsio, quæ petitur in principio
litis in libello, vbi petitur reum condemnari & com-
pelli. † & ista compulsio pertinet ad iudicis officium. 10
ff. de rei vendi. l. qui restituere. ff. de iudi. l. si prætor. in
princip. Aut agitur actione iudicati vel in factum, &
tunc est necessarius libellus, & fit litis contestatio, ta-
men postquàm producta est sentẽtia per actorem ad
nullam defensionem admittitur reus, nisi si qua post
sententiam superuenisset. † Et forma executionis 11
sentẽtiæ erit, quòd iudex præcipiet reo, quòd obediat
sententiæ latæ contra eum &c. & posteà subdit ipse
Bal. officium iudicis non habet locum nisi sententia
sit liquida, cui nihil possit opponi. Sed si non est liqui-
da, tunc est necessaria actio in factum. idem si instru-
mentum sententiæ à casu est perditũ, & sententia non
est in actis, tunc oportet, quòd libellus o[illegible]r, &
probetur sentẽtiam sic esse in scriptis latam, vt habe-
tur in auth. si quis in aliquo. C. de edendo. & hoc verũ
si reus petit sibi libellum offerri, alioqui officium iu-
dicis patrocinatur indistinctè. Et bonum est habere
etiam actionem in factum propter multa, quæ narrat
ibi Bal. hanc concordiã sequitur Lud. Roma. in rub. ff.
de arbitris in xv. col. † Si tamen sæpius in iudicio esset 12
petita executio sententiæ, & ab vltima petitione non
esset decursum trienniũ, tunc nõ dicitur instãtia per-
empta. Ita dicebat do. Io. Anto. Carrafa. in re collectis
suis, in d. l. properandũ. in prin. & fuit originale dictũ
Bal. in ij. vol. in consi. cccxlviij. Quare fuit votatũ
& conclusum in Consilio, ꝙ si agatur actione in factũ
pro executione sententiæ, ꝙ est dare instantiã, secus si
agatur officio iudicis pro executione sentẽtiæ. & nihil
opponitur: & sic nihil iudex habet pronuntiare, nisi
exequi sententiã, tunc non est dare instantiã, secundũ
Bal. in d. l. ij. C. de execu. rei iudic. Secus si iudex habet
aliud pronũtiare: quia tunc in istis executiuis est dare
instantiã, per ea quæ suprà sunt dicta. Secundò fuit
dubitatum, si notarius iudex & testes dicunt in instru-
mẽto, ꝙ corã nobis talis iudex sedẽs pro tribunali in
tali causa inter talis de tali re sentẽtiã diffinitiuã pro-
tulit tenoris & continentiæ subsequẽtis & ponit totũ
tenorẽ sentẽtiæ, & in fi. dicit lecta & lata &c. præsenti-
bus

nus frater, quam recepit illa vxor, & quia dicti eius
nepotes ipsam quartam partẽ non possunt consigna-
re dicto patruo, tenẽtur ad eius æstimationem de bo-
nis nouiter acquisitis per illum fratrem defunctum,
cuius sunt heredes dicti nepotes, per id quod notanter
voluit Bar. in l. stipulationes non diuiduntur. in vj. q.
3 de verb. oblig. † vbi firmat, quòd in obligatione rem
restitui nõ statim succedit obligatio ad interesse post
moram, sed cùm reus desinit habere facultatem rei
restituendæ. vbi tenet in principio, quòd re perempta
adhuc debet agi ad ipsam rem, licet in condemnatio-
ne veniat æstimatio, sicut in obligatione rem dari: vt
in l. si seruum. §. fi. de ver. obli. & ibi etiam per Bart. in
ij. oppo. & in l. iij. & in l. re furtiua. ff. de cõdi. fur. Bene
faciunt ad hoc quæ notant scribentes in l. apud Julia-
num. §. fi. & in l. filiusfa. §. si quid alicui. ff. de leg. j. & in
4 l. multum ff. de verb. oblig. † vbi in vltima voluntate,
quando non potest præstari, qood debetur, debet præ-
stari estimatio. Et cùm essem commissarius causæ, ita
pronuntiaui, à qua proouñtiatione fuit appellatum ad
sacrum Cõsilium, & auditis aduocatis iudicauit benè
fuisse, vt suprà per me iudicatum.

DECISIO CCCXLVIII.

De portione monialis in bonis maternis.

SVMMARIVM.

1 *Monialis professa, quã partẽ habeat in bonis maternis.*
2 *Sponsus cœlestis cum Deo dicatis virginibus semper est vniformis.*
Monachus siue ante monachationem, siue post successio obuenerit, succedunt agnatis.
3 *Monialis succedit in dote matris.*
Ius disponens de muliere nubente, includit profitentem in religione.
4 *Matrimonium spirituale per professionem contrahitur, quod fortius est carnali.*
Statutum fœminas propter masculos excludens à successione, an includat moniales.

PAter posuit quandam filiam suam anno xij.
in monasterio sanctorũ Festi & Desiderij
martyrum, & soluit pro dote monialum
dicto monasterio vncias x. de carlenis, in
quo monasterio stetit, & adhuc stat vltra annos decẽ.
1 † Fuit dubitatum in Consil. quæ portio de iure cõ-
petit dictæ moniali ingressæ super bonis maternis. Fuit
decisum in Consilio, quòd portio huius monialis in
bonis maternis erit legitima de iure naturæ, vt firmat
Neapolitanus in consuetudine, si moriatur in gloss. in
verbo, paragiũ. in vlt. q. vbi dicit, quòd quãdo mulier
nubit sponso cœlesti, tunc paragium est debitum iu-
ris naturæ. alle. And. de Iser. in const. Regni, in aliqui-
2 bus. circa fi. & est ratio Neap. † quia talis sponsus, scili-
cet cœlestis semper est, & cũ omnibus est vniformis
& æqualis, & propterea tale paragiũ semper erit vni-
forme & æquale, scilicet debitum iuris naturæ, & hãc
partem poterit petere monasterium ex persona mo-
nialis: nam monachi possunt succedere eorum agna-
tis, siue successionis obuenit ante monachationẽ, siue
post monachationem, vt concludit Neapo. in consue.
si quis vel si qua. in verbo, proximiores. & ideò Bal. in
3 j. vol. cons. ccl. incip. obligatio prima. cõsuluit, † quòd
monialis succedit in dote matris. alleg. l. Deo nobis.
C. de episco. & cle. quia non obstat ei, quòd est sponsa
Dei. hoc etiam firmat Io. & Ant. Caraffa in suo tracta.
de Simonia. in ii. charta, & seq. licet Petr. de Anch. in
cons. cvij. incip. in paucis verbis. teneat, quòd vbi fœ-
mina non succedit cum masculo, si fœmina est mo-
nialis, debet dotari, quod ius disponẽs de muliere nu-
bente, habet locum in profitente, † quasi per profes- 4
sionem contrahatur spirituale matrimonium, quod
est fortius, quàm carnale: vt in c. inter corporalia. de
transla. præsulato. & probatur in aut. de trien. §. ij. & in
auth. nisi rogati. C. ad Treb. item quia vita cõtempla-
tiua est salubrior, quàm actiua. c. sanè. de regula. & de
isto articulo, an statutum excludẽs fœminas propter
masculos à successione, videatur excludere moniales:
Vide per dn. Albertũ Brunum, in suo tractatu, de sta-
tutis fœminarum, in vj. articulo principali. & in ix.
articulo. quid autem de moniali sanctæ claræ vide per
Bal. in ij vol. consi. cccix.

DECISIO CCCXLIX.

De dotis restitutione constante matrimonio facta. Et de fundi dotalis alienatione per virum sine mulieris consensu.

SVMMARIVM.

1 *Dotis restitutio constante matrimonio, quãdo fieri possit.*
Dotis restitutio per heredẽ recipientis facta cõstante matrimonio, arcet mulierẽ à petitione soluto matrimonio.
2 *Nurus à socero dotem non repetit patre virum suum emancipante, & dotem restituente de viri mandato.*
3 *Mulier constante matrimonio prouidit are sibi in dote quando possit.*
4 *Alienatio fundi dotalis per virum inscia vxore facta, non nocet mulieri.*

PVt maritata quædam mulier exposita hõ-
spitali sanctæ Mariæ Annuntiatæ ab œco-
nomis dicti hospitalis, & dotata in vnciis
octo cuidam spurio filio sacerdotis: qui sa-
cerdos habuit & recepit dictas dotes à dictis œcõno-
mis, & promisit illas restituere in casu soluti matrimo-
nij &c. & obligauit proinde omnia bona sua, & cõsti-
tuit dictæ mulieri pro dicto filio suo spurio antiphatũ
vnciarũ quatuor super bonis omnibus suis in forma.
Consummato matrimonio per carnis copulã heredes
testamentarij dicti sacerdotis post eius mortem cõsi-
gnant dictis coniugibus tot, & tãta bona stabilia, æsti-
mata pro dictis dotibus vnciarũ octo, pro restitutio-
ne dictæ dotis. Demũ soluitur matrimoniũ per mortẽ
viri vxore superstite: vxor agit virtute instrumẽti do-
talis contra tertios possessores bonorum illius sacer-
dotis sibi obligatorũ, pro restitutione dictæ dotis. Illi
tertij possessores excipiũt, quòd dos fuit restituta cõ-
iugibus per heredes sacerdotis, ideò non possunt con-
ueniri, replicatur, quòd restitutio dotis nõ potuit fie-
ri constante matrimonio. Quæritur † quid iuris? Et 1
certè verum est, quòd restitutio dotis non potest fieri
constante matrimonio, nisi in casu vergentis ad ino-
piam, vt in l. si constante. ff. solu. matri. & in l. vbi ad-
huc. C. de iure do. tamen illa restitutio facta per here-
des sacerdotis viro, & vxori, impedit, vt soluto matri-
monio per mortẽ viri non possit vxor petere restitu-
tionẽ dotis, per id quod dicit Bar. notãter in l. sanè. ff.
de iure dotiũ. † vbi dicit esse casum, quòd pater qui re- 2
cepit dotẽ pro nuru: & emancipauit filium, & ei dotẽ
vxoris

vxoris suæ restituit, nuru mandante & volente, quòd
ipsa nurus à patre non poterit postea repetere dotem
alleg. Richard. Malumb. ibi sequitur hoc Lud. in l. si
cum dotem. §. transgrediamur. ff. solu. matr. per d. l. fa-
nè. & Pau. de Cast. in l. ij. eo. tit. & ibi Alex. & Bal. No-
uellus in suo tractatu dotiũ impresso, in septima par-
3 te, versic. xxxiiij. priuilegium. †Nam hoc casu mulier
constante matrimonio potest sibi præiudicare in do-
te: vt dicit gl. ibi. & Ioannes de Imol. in l. pen. §. si vir.
ff. soluto matrimonio. Et repertũ est in processu, quòd
facta consignatione dictæ dotis dictis coniugibus per
hæredes prædictos, maritus dictæ mulieris sine con-
sensu vxoris alienauit quoddam prædium de illis prę-
diis consignatis per hæredes dicti sacerdotis, dictis
4 coniugibus pro dictis dotibus, pro ducatis ix. † quæ
alienatio nõ nocet dictæ mulieri, per l. lex Iulia. cum
cõcordan. ff. de fundo dota. & ille possessor dicti præ-
dij fuit conuentus. Ideò fuit votatum, & declara-
tum, quòd assistentia, & appretiũ, & adiudicatio præ-
stetur mulieri pro ducatis nouem super illo prædio,
& cõtra tertios possessores bonorum pro vnciis qua-
tuor pro antipharo, & pro reliqua restante quantita-
te dotis prædictæ absoluantur.

DECISIO CCCL.

De renuntiatione iurata bonorum paternorum, & maternorum per filiam dote contentam, non trahenda ad donationem inter viuos.

SVMMARIVM.

1 *Renuntiatio bonorum paternorum vel maternorum ex testamento vel ab intestato facta per filiam dote contentam, an illam excludat à donatione inter viuos.* 5.
2 *Illatio ex diuersis non fit.*
3 *Bona antiqua habens ex cõsuetudine Neapolitana, non alienat, nisi medietatem.*
Beneficio renuntians non secluditur, quo minus per aliã prouisionem obtineat.
4 *Renuntiatio totius iuris præsentis & futuri qualiter intelligenda.*
Spes quæ potest cedi, quæ sit.
Ius vnum remittens cùm plura habeat, aliud remittere non dicitur.
6 *Mater instituens filiam donatariam suam quæ bonis maternis renuntiauerat, an noceat donationi.*
7 *Suum semel amplius suum per institutionem fieri non potest.*
8 *Filia renuntians paternæ hereditati cum iuramento, intelligitur ab intestato tantùm.*
9 *Testandi liberam facultatem sibi auferre est contra bonos mores.*
10 *Matrimonium liberum quomodo intelligatur.*
11 *Argumentum à simili, non procedit data aliquali dissimilitudine.*
12 *Statutum quòd mulier extra ciuitatem nupta non succedat, est exorbitans.*
Renuntiatio succedendi ex testamento est inefficax.
13 *Renuntiatio ante acquisitam hereditatem, dicitur repudiatio.*
14 *L. cùm in ff. de condi. & demon. an militet etiam in vltima voluntate.*
Diuersitas vnius dubij, an attendatur in decisione alterius concurrente eadem ratione.

Vit dubitatum in Consilio, †vtrum do- 1
mina Trusiana quæ per instrumẽtum pu-
blicum renuntiauit cum iuramento tan
quam maritata, & dotata secundum pa-
ragium, & vltra paragiũ de bonis paternis à patre, bo
nis paternis & maternis suo patri, & eius hæredibus
deuolutis, & deuoluendis tam ex testamẽto, quàm ab
intestato. Si posteà domina Polyxena eius mater in-
strumẽto publico mediante irreuocabiliter inter vi-
uos donauit dictæ Trusianæ eius filiæ iura, quę ipsa ha-
bebat super feudo de Pachiarano sito in comitatu Ha
renarũ in prouincia Calabriæ, quæ erãt ducati nouẽ
centũ octoginta septẽ. Si talis donatio potuit fieri in
præiudicium hæredũ patris, quibus dicta Trusiana re
nũtiauit bonis maternis deuolutis, & deuoluẽdis tam
ex testamento quàm ab intestato, vt suprà dictum est.
Fuit per totũ Consiliũ votatũ, & determinatũ post
longã discussionẽ, ꝙ ex quo dicta Trusiana specialiter
renũtiauit patri, & eius hæredibus, bona materna de-
uoluẽda ab intestato vel ex testamẽto, & non renun-
tiauit bonis maternis deuoluẽdis per donationẽ inter
viuos, ꝙ dicta renũtiatio non cõprehendit casum ac-
quisitionis per cõtractũ donationis inter viuos. Sunt
enim diuersa acquirere bona ex testamento alterius,
vel acquirere bona per contractũ donationis inter vi
uos. † Et ex diuersis nõ fit illatio. ff. de don. inter vir. & 2
vxorem. l. si maritus. l. Papinianus exuli. ff. de mino. fa-
cit l. non hoc. C. vnde legi. cum simi. †Sic etiã vide- 3
mus, quòd habẽs bona antiqua non potest disponere
in vltima voluntate, nisi de medietate, & tamẽ in vita
potest omnia alienare, nisi fiat in fraudem: vt dicit gl.
Neap. in consuetu. & si testator. in verbo, disponere.
Bene facit tex. in c. cũ inter P. Gaufridi. de renũtia-
tione. vbi renuntiãs cum iuramẽto beneficio, non ex-
tẽditur ista renuntiatio, vt non possit ex noua prouî-
sione, illud obtinere. †Inde dicit Bart. in l. qui Ro- 4
mæ. §. duo fratres. in vj. q. ff. de ver. obli. ꝙ ista renun-
tiatio totius iuris, quod habet & habere speret, licet
trahatur ad iura futura, tamen intelligitur de iure,
quod renũtians habere sperat ex aliqua causa subsistẽ-
te de præsenti. alleg. l. quod seruus. ff. de cõdicti. ob cau
sam. & l. j. ff. de statulibe. vbi ibi inducit Bart. & ibi sunt
aliæ concordantiæ per scribentes, & ista est spes quæ
potest cedi: vt in l. spẽ. C. de don. & ibi hoc vult etiam
Bal. ideo sub dicta renuntiatione nõ venit, quod dictę
renuntiãti quęsitũ est per contractũ donationis, & nõ
subsistebat tẽpore renũtiationis spes habẽdi iura ma-
terna per donationẽ inter viuos: nec spes, ꝙ mater po-
terat donare, est in consideratione: vt no. Bart. in l. is
potest. ff. de acquir. hęre. †Et pro hoc facit, quia re 5
nuntiando dicta filia patri & eius hæredibus bona ex
successione materna ex testamẽto vel ab intestato de-
uoluenda, non videtur renũtiasse si per contractũ do-
nationis inter viuos habuit iura materna. per id, quod
dicit Bart. in l. si domus. ff. de seruit. vrb. prędio. vbi di-
cit, ꝙ quãdo vni cõpetunt plura iura, si vnũ remittit,
aliud remittere non dicitur. Ad idẽ in l. si mihi. la §.
ff. de serui. rusti. prædio. vbi dicit, qui habet duo iura
remittẽdo vnũ, non videtur remittere aliud. bene fa-
cit quod no. Bal. in l. suũ. C. de iure deliberan. †Se- 6
cũdò, fuit dubitatũ ex quo dicta mater instituit dictã
eius filiam donatariã etiã in omnibus bonis suis, & si-
gnãter in suis dotibus, si virtute huius institutionis te-
netur restituere dictis hæredibus patris sui, quibus re-

nuntiã

nuntiauit bona materna ex testamēto etiã deuoluēda.
Et fuit cōclusum, ꝙ non: quia si dicta iura dotalia
habuit ex cōtractu donationis inter viuos, iam ei sunt
7 quæsita: † & quod suum fuit semel, amplius suum per
institutionē effici non potuit. Insti. de legatis. §. si res.
not. in c. inter dilectos. de fide instrumen. & ideò cum
ista filia habeat iure donationis inter viuos iura dota-
lia, matris institutio super eiusdē iuribus, nō habet ei
nocere. Item pro ista parte allegabatur alia ratio:
nam vera decisio est, ꝙ si filia renuntiauit in manibus
8 patris successioni paternæ cũ iuramēto, † intelligitur
ab intestato tantum, si est instituta à patre admittitur
ad successionē, non obstãte renuntiatione: quia aliàs
patri auferretur libera testandi facultas: vt dicit Bal.
in l. pactũ. in vj. q. C. de col. & Bal. in c. ad nostram. de
iureiu. & Sali. in l. pactũ. C. de pact. & Imo. in l. qui su-
perstitis. ff. de acquiren. hære. & Paul. de Cast. in l. fin.
in iiij. col. C. de pact. vbi voluit plus, ꝙ etiã si expresse
filia renuntiasset futuræ successioni paternæ ex testa-
mento, non præiudicaret sibi, ne auferretur libera te-
9 stãdi facultas. † ꝙ est cōtra bonos mores: vt in d. l. fi. &
in l. stipulatio hoc modo cōcepta. de verb. oblig. Et li-
cet posit dici, ꝙ renũtiãdo filia successionis ex testa-
mento maternæ patri suo, nō propterea tollitur ma-
tri libera testãdi facultas, quo ad alios, quos velit in-
stituere. arg. l. cùm ita legatum. ff. de condi. & demon.
Et sic dicebat do. Ant. de Alex. & Iaso. in recolletis
suis in d. l. stipulatio hoc modo cōcepta. in iij. limita.
ad c. quãuis. de pact. in vj. sed tamē negari non potest,
ꝙ tolleretur facultas matri testãdi in filiã, & sic tolle-
retur libera facultas. Nec ob. tex. in l. cũ ita. vbi lo-
quitur in matrimonio, quod debet esse liberũ, & ta-
men non dicitur impediri libertas, si incertũ homi-
nem prohibet cōtrahere: sic poterit dici in testamēto.
10 † Quia respōdetur, prout dicit do. Ant. de Butr. in
c. requisiuit. de spōsa. ꝙ in matrimoniis distinguimus.
An matrimoniũ debeat esse liberũ ab omni coactio-
ne vel necessitate extrinseca veniēdi extra cōsensum
partium, & verũ est, ꝙ matrimonia debēt esse libera,
& de ista libertate dicendũ idem in testatore. Aut nos
quærimus an matrimonia debētur esse libera à neces-
sitate extrinsecus, id est, de natura matrimonij, vt ex
cōsensu obligētur partes ad obseruandũ, quod promi-
serunt, & tũc ad hæc matrimonia non debēt esse libe-
ra: quia esset euacuare omnē neruũ matrimonij, si di-
ceremus, ꝙ cōsensus non adstringit inuitos ad cōtra-
hendũ, & hoc nō cadit in vltima voluntate, quæ po-
11 test mutari vsque ad mortē. † Et ideò data ista dissi-
militudine inter testamēti factionē, & matrimoniũ,
non procedit argumentũ à simili, quia dicit Spec. ꝙ
nunquã obstat argumentũ à simili data aliquali dissi-
militudine, in tit. de disputa. & alleg. v. col. vbi, cui in-
cumbit probare, ꝙ est simile. hinc dicit Abb. in c. cō-
stitutus. in iij. not. de appel. ꝙ modus destruendi argu-
mentũ à simili, est probare dissimilitudinē, & est glo.
in l. creditori. ff. de oper. noui. nuntia. & ibi per scri-
bentes maximè modernos. Et ideò maior pars do-
minorũ de Consilio fuit, ꝙ sicut statutũ dictans, quòd
mulier nupta extra ciuitatem, non succedat ex testa-
mento vel ab intestato, ꝙ tale statutũ non valet, quia
est cōtra bonos mores cum auferat liberã testamenti
12 factionem, † nisi statutũ respiceret certas res, vt dicit
Bal. in l. fi. in iiij. col. C. de pactis. ita nō valet renũtia-
tio succedēdi ex testamēto: quia tolleretur illi testa-
trici libera facultas testandi in ipsam filiã renuntian-
tem eius hæreditati ex testamento, & hoc tenuerunt
Lud. Roma. in d. l. stipulatio hoc modo. & Imol. in d. l.
qui superstitis. Sed ego dicebã, ꝙ talis renũtiatio cum
iuramento facta per filiã patri, vel fratri, post habitas
dotes bonorũ maternorũ & paternorũ obueniendo-
rum ab intestato vel testamēto, est valida, nec tollitur
libera testandi facultas: † quia mater potest ipsam in- 13
stituere: & illa adeundo vel non adeundo virtute rē-
nũtiationis acquirit patri: vel eius hæredibus. Nam
quãdo renuntiatio fit ante acquisitã hæreditatē dici-
tur repudiatio: vt dicit Pau. de Cast. in d. l. pactũ quod
dotali. & facit vt fingatur non delata. l. proinde. ff. si
cer. peta. & quãdo fit per contractum, ei quæritur, cui
renuntiatũ est: quia videtur illud dare: vt ff. de iure do-
tium. l. profectitia. §. j. & ff. de fundo instru. l. si nuptã.
† Item ratio dictæ l. cũ ita, militat etiã in vltima vo- 14
luntate, licet sit aliqua diuersitas inter matrimoniũ,
& vltimã voluntatē, tamē si in decisione vnius dubij
concurrit eadē ratio, non attēditur diuersitas in alio:
vt dicunt moderni Papienses in d. l. creditori. & tē-
nendo istam partem crederem non errare.

DECISIO CCCLI.

De testium obiectione in causa attentatorum admittenda.

SVMMARIVM.

1 *Obiectus cōtra testes in remedio attentatorũ offi io iudicis implorato, an concedendus in causa attentatorum.*
2 *Iudicium attentatorũ per officij iudicis implorationem est summarium, & est via ordinaria.*
Testium repulsio, est defensio.
3 *Dictio de plano, qualiter exponatur.*
4 *Testium reprobatio in iudicijs summarijs non permittitur. 6.*
5 *Probatio exceptionis in alio iudicio, quando differatur.*
7 *Index non dicitur deuiare à iuris tramite propter præsumptam calumniam.*
8 *Iuramentum de calumnia, quid operetur.*
9 *Defensio, quæ de iure naturali est, non potest denegari.*
10 *Rota fuit consulta super practica attentatorum.*

BIs fuit dubitatum in duabus causis in Con-
silio, vtrũ in remedio attētatorum implo-
rato officio iudicis, si pars petit terminum
ad repulsandũ testes examinatos, iudex de-
beat cōcedere terminũ ad repulsam. † Et rationes 1
dubitandi sunt istæ, nam istud iudiciũ attentatorũ ex
officio iudicis parte petēte est iudiciũ summariũ: quia
dicit Io. Monachi. Card. in c. cupientes. in verbo gra-
tia. in xj. charta, quòd si lite vel appellatione pendēte
posidēs spoliatur à parte, & petitur à iudice reuoca-
tio attentatorum, officio iudicis implorato, tunc sine
libello, & de plano reuocantur attentata: & fiet resti-
tutio: vt in c. j. & per totũ, vt lite pendēte. & de appel.
c. bonæ. & ff. de ædil. edic. l. ædiles. §. item sciendum. &
post in xij. charta in j. col. dicit, † ꝙ istud remediũ at- 2
tentatorũ per officij iudicis implorationē est via ex-
traordinaria: vt in c. non solũ. & ibi Io. And. de appel.
lib. vj. Et idem dicit Bal. in l. appellatione. C. de appel-
lar. & Philippus modernus in c. dilecti filij. de appel.
Sed in istis summariis iudiciis non admittitur repro-
batio testium, nec respectu personarũ, nec dictorum:
vt dicit Pet. & Abb. antiquus. & Ioã. And. & Abb. Sic
refert in c. veniens. de testibus. In contrarium alle-

gatur Bar.in extrauaganti,ad reprimendã.in verbo,&
3 figura iudicij.vbi dicit,†ꝙ repulsatio testiũ est defen-
sio,& si denegetur repulsa contra testes & eorũ dicta,
auferetur defensio. & hoc repugnat iuri naturali, vt
not.in l.vt vim.ff.de iusti.& iur. cum concor. & patet
expresse in Cle.sæpe.in §.nõ sic.& ibi gl. de ver. signi.

Pro solutione huius dubij fuit allegata decisio Ant.
de But.in d.c.veniẽs. vbi dicit, ꝙ siquidẽ iudicium est
summariũ,quò ad legitimandã personã in iudicio, &
sunt examinari testes,nũ potest altera pars petere ter-
minum ad repulsandũ.Sed in alio iudicio summario
nõ cõcernente legitimationẽ personæ,sed alio modo
iudiciũ est summariũ, & tunc debet peti terminus ad
repulsandũ dicta & personas testium, & cõcedi:quia
4 defensio nõ debet denegari. †Sed in cõtrarium al-
legabatur Card.in d.Cle.sæpe.in iij.col. de verb. sign.
vbi exponit illud verbũ,de plano,id est, repulsa sub-
tilitate perniciosa in refrænãdo multitudinẽ testium,
& reprobationẽ, & in omnibus aliis planius & tẽpe-
rantius prosequẽdo, non tamẽ omittendo iudiciariũ
ordinẽ,de quo per Inn.in c.olim.de accusa.Et sic vult
Card.ꝙ in causa summaria refrænabit reprobationẽ
cõtra testes & dicta. Item in contrariũ allegabatur
doctrina Io.de Imo.in d.Cle.sæpe.in vij. col. vbi dicit
ꝙ si causa est talis naturæ, quòd præiudiciũ, quod re-
sultat parti ex sentẽtia, potest reparari per aliud iudi-
cium absq; restitutione in integrũ vel appellatione,
sicut in iudicio possessorio,in quo potest reparari per
iudiciũ causę proprietatis.Et tunc in agẽte requiritur
5 plena probatio. †Sed in reo vel excipiẽte, si opponat
exceptionẽ requirentem altiorẽ indaginem, differtur
exceptionis probatio in alio iudicio, nec impeditur
actoris intẽtio.hæc sunt verba Io.de Imol.ibi. Ita põt
dici in casu præsenti, si reus petit terminum ad repul-
sandum testes actoris super attentatis,debet reseruari
ista repulsa in causa principali, & sic in alio iudicio.

Bene ad hoc facit,ꝙ dicit Lud. Rom. in singulari-
6 bus suis,in verbo,testis reprobatio. † quòd licet testiũ
reprobatio sit permissa:vt in c.præsentiũ. de testibus.
tamẽ fallit in iudiciis summariis. Quia quando in his
venit tractãdũ,quod alio iudicio nõ venit resultandũ,
nunquã admittitur reprobatio testiũ.allegat Abbatẽ
antiquum,prout refert Host.& Anto.de Bu.in d.c.ve-
niens. Fuit tandẽ conclusum per dominos Cõsilia-
rios in causa super reuocatione attentatorũ, lite pen-
dente super quodã castro nominato Ducẽta,quòd at-
tento,ꝙ euidenter per notorietatẽ facti apparebat de
innouatis & attẽtatis lite pendẽte,& terminus ad re-
pulsam petitus petebatur potius ad differẽtiã iustitię,
7 quàm ad defensionem,fuit denegatus:†quia dicit Bal.
in l.j.pen.& vlti.col.C.qui accusare nõ possunt, quòd
licet iudex nõ debeat deuiare à iuris tramite propter
præsumptã calumniã opponẽtis: vt in c.licet causam.
de probat.tamen quãdo malitia est clara & patens, vt
vix excipiẽs negare sufficiat,tũc potest excludi ab illa
exceptione & allegatione.alleg. ff.de pœnis.l.qui sen-
tentiã.in fi.& Inno.in c.j. de offi.vica.nam paria sunt,
dicit ipse, incõpetenter agere & excipere, & per no-
torietatẽ facti oportet obuiari. Quare fuit denegata
dictæ comitissæ Lacertæ petita reprobatio testium,&
tãto magis,quia ante publicationẽ attestationũ super
innouatis nõ fuit protestatũ contra personas testium:
8 †quo casu facta publicatione non licet ipsos repulsa-
a re:[a] vt not.in c.præsentiũ. Et est ratio secũdum Abb.
Sic.ibi:quia est præsumptio, ꝙ malitiosè velit testes
post publicationẽ repulsare, postquã vidit, quòd de-
posuerunt cõtra eũ,quasi veniat nũc ad falso obiciẽ-
dum prouocatus; licet ista præsumptio tollatur pro-
pter iuramẽtum calumniæ præstitũ. ergo vbi non est
iuratũ de calũnia,nõ est sublata dicta præsumptio, &
in dicta causa nõ fuit dicta protestatio facta,nec iura-
tum fuit de calumnia, ideò rationibus prædictis cõsi-
deratis fuit denegatus terminus ad repulsam in causa
dictorũ attentatorũ. Sed in alia causa inter comi-
tem Alifi & Ducissam Amalfiæ super innouatis super
quodã molẽdino fuit decisum in Cõsilio,ꝙ detur ter-
minus ad repulsam, ex quo cessat calũnia,& dicta re-
pulsa cõcernit defensionẽ,† quæ est de iure naturæ,& 9
nõ potest denegari: vt suprà dictũ fuit per theoricam
Bar.in dicta extrauagãti,ad reprimendam. & pro ista
opin.ꝙ etiã super attentatis & innouatis sit cõceden-
da repulsa cõtra testes.allego tex.in c.j.de appella.vbi
Papa dicit, quòd si probetur per testes idoneos de at-
tentatis, fiat reuocatio, ergo si testes non sunt idonei,
nõ fiet reuocatio, & ideò admittitur allegatio partis,
quòd testes non sunt idonei, & per cõsequens proba-
tio ad repulsam. Tamen ad maiorem cautelam sa-
crum Consilium voluit se informare à curialibus &
auditoribus curiæ Romanæ super dicto articulo,quid
seruatur in practica in curia Romana.†& fuit certifi- 10
catum, quòd super innouatis & attentis concedetur
terminus ad repulsam, & non reseruare repulsam in
alio iudicio. hanc informationem portauit dominus
Cicchus de Loffredo nobilis doctor Neapolitanus ex
vrbe,& ita fuit decisum in Consilio in dicta causa.

ADDITIO.

a *Ipsos repulsare.* Adde, nõ licet repulsare testes quã-
do ante publicationẽ non fuit protestatũ contra eorũ
personas. limita, nisi tales testes essent producti & iu-
rati absente parte, & eius procuratore, licèt citato:
quia etiã non obstãte contumacia ipsorũ sibi permis-
sum erit opponere cõtra personas, per l.si.cũ gl. & ibi
Cy.C.de testi.& Cy.in auth. si testes. & in auth. sed &
si quis in fi.eo.tit.& in l.laudabilẽ.C.de aduo.diuerso.
iud.& in l.si quis testibus.circa finẽ, vlti.col.C.de test.
Secundò limita, nisi quis iuret ꝙ ex malitia nõ oppo-
nit, vel quòd talis expressio nouiter ad ipsius notitiã
peruenit, vt habetur in d. c. præsentiũ. Item limita &
tertio, nisi testis esset infamis: quia tũc ex officio sup-
plet iudex: licèt pars nõ opponat. Bal.in l.quos prohi-
bet.de postul. per not.Inno.in c. intimauit.de testi.&
quod not.Bal.in l.iiij.in §.hoc autẽ iudicium.de dam.
infect.& plenè Alex.consi.clij.in v.vol.Thom.Gram.

DECISIO CCCLII.

De attentatis post conclusionem in causa reuocandis.

SVMMARIVM.

1 *Attentata post renuntiationem in causa reuocari an debeant.*
Conclusio præcludit suspensionem petitorij.
2 *Exceptio dilatoria post litem contestatam superueniens an possit proponi.*
3 *Lis pendere dicitur, donec diffinitiuè sententiatum non est.*
4 *Attentata sunt reuocanda, in qualibet litis parte.*
5 *Defectus iuris notorius non obstat agenti remedio attentatorum, & idem de notoria proprietate.*

Quid


QVidam Corbiſerius in ſacro Cõſilio egit
interdicto recuperãdę poſſeſsionis cuiuſ-
dam domus, contra quendã nobilẽ tenen-
tem & poſsidentẽ dictam domũ, conclu-
ſo proceſſu & mutatis tribunalibus ille Corbiſerius
cepit poſſeſsionẽ dictæ domus, & eo tenente & poſsi-
dente, ille nobilis petit officiũ ſacri Conſilij implo-
rando, vt reuocetur poſſeſsio capta per dictum Cor-
1 biſeriũ lite pendente per viam attẽtati. † replicat ille
Corbiſerius, ꝙ nõ dicitur lis pendere poſt concluſio-
nem, & ſic cõcluſio præcludit viam attentatorũ, ſicut
ſuſpenſionẽ petitorij: vt in c. paſtoralis. de cau. poſſ. &
proprie. & in Clem. ij. vt lite pendente. & hoc volunt
domini de Rota deciſione lvij. incipiẽte, attẽtata lite
pendẽte. Item allegabatur dictũ Io. And. in c. ij. de or-
2 dine cogni. † vbi dicit, ꝙ ſi exceptio dilatoria ſuper-
ueniat poſt litem conteſtatã, non poteſt proponi. ita
dicendũ eſt, vt poſt concluſum in cauſa, non habeat
locũ remediũ attẽtatorum. Item allegabatur deciſio
Rotæ xiiij. incipiente. fuit dubitatũ, vtrum petentiſe
reſtitui &c. quæ vult, ꝙ ſi cõſtaret clarè & notoriè de
non iure petentis, reuocari huiuſmodi attentata, dicit
Rota, crederẽ talem tunc non eſſe audiendũ. & ita di-
cit vidiſſe obſeruari in palatio. Ratio eſt, quia eo ipſo,
ꝙ conſtat de non iure ſuo, eo ipſo conſtat, quòd non
intereſt petentis reuocari attentata. Sed clarum eſt ex
proceſſu cõcluſo, ꝙ notoriè cõſtat de non iure petẽtis
reuocari attentata: ergo &c. & cõcordat in hac deci-
ſio cccl v. in deciſionibus Bellameræ, incipien. ille, de
cuius nõ iure &c. vbi allegat Inno. in c. ſignificaſti. de
3 diuortiis. † In contrariũ tamen fuit determinatum
per Conſiliũ ſcilicet, ꝙ attentatũ poſt concluſionem
in cauſa iudex ex officio parte inſtante debet reuoca-
re: quia donec non eſt ſententiatũ diffinitiuè, ſemper
dicitur lis pẽdere, vt dicit Rota deciſ. xliij. incip. item
ſi lite pendente. Procedunt ergo cõtraria, quãdo ante
concluſionẽ in cauſa fuiſſe nouatum, & poſtea fuiſſet
cõcluſum, tunc non poſſet peti reuocatio attentato-
rum. ſecus quãdo poſt cõcluſionẽ in cauſa fuit atten-
tatum, & ita declarat dominus Vitalis in clauſula, nil
4 nouari lite pendẽte. in vj. col. † Item quia in qualibet
parte litis attentata ſunt reuocanda: per not. in c. non
ſolum de appel. lib. vj. vt dicit Rota deci. clxxxv. inci-
piente, ſi pars rea. Et ita tenet Philippus in c. dilecti. in
iij. col. de appel. Item ſi agenti remedio attentato-
rum non obſtat notorius defectus iuris, per tex. in c. ſi
conſtiterit. de accuſa. Et tenẽt Io. de Imol. & Philip. in
c. bonæ. de appel. Maximè, quando proceditur ex offi-
cio iudicis, tunc nõ obſtat agenti remedio attentato-
rum, quin reuocentur attentata poſt concluſionẽ, per
quam dicitur liquere & eſſe notoriũ, per no. in c. cum
ſignificauerunt. in verbo, liquere. de teſtibus. & habe-
5 tur in c. cũ dilectus. de fide inſtru. † quia agenti ſuper
attentatis non obſtat exceptio defectus notoriæ pro-
prietatis, ſecundum do. Ant. in d. c. bonæ. licet Rota in
deciſ. xiiij. in fi. dixerit cõtrarium: licet illa deciſio di-
cat in fin. ꝙ ex officio poteſt fieri talis reuocatio, licet
notoriè conſtet de non iure ipſius agentis. ſed per hoc
non reſtituetur poſſeſsio ipſi agenti, de cuius non iure
notoriè conſtat, & ita aliàs vidi pronunciatum in
Regia camera ſummariè. Sed in ſacro Cõſilio fuit
pronunciatũ, vt ſuprà dictum eſt, ſcilicet, ꝙ attentata
poſt concluſionẽ reuocentur: verum quando fuerunt
reuocata attẽtata ex officio, & reſtituta poſſeſsio dictæ
domus agenti remedio attentatorũ, proceſſus conclu-
ſus non fuerat diſcoſſus in Conſilio. deinde facta reſti-
tutione illi nobili fuit diſcuſſus proceſſus, & viſum
fuit, quòd dictus Corbiſerius optimum ius habebat,
fuit condemnatus dictus nobilis ad reſtituẽdum poſ-
ſeſsionem dictæ domus vna cum fructibus dicto Cor-
biſerio per diffinitiuam ſententiam ſacri Conſilij.

DECISIO CCCLIII.

De nouationibus & bancho, qui pro delegante conſtituit ſe debitorem.

SVMMARIVM.

1 *Prudentia eſt, dubia ſuſpendere.*
2 *Delegatio interuentu noua perſona, qua delegantis eſt debitor, an fiat.*
3 *Intellectus l. ſi. C. de noua. & in quo habeat locum. 4.*
4 *Delegatio quando dicatur.*
5 *Debitor liberatur per tertiũ creditori promittentem.*
6 *Bancha nummularia de ſolutione reſpondens, an habeatur ac ſi ſoluiſſet.*

DVbia † ſuſpendere, virtus eſt prudentiæ, ſe- 1
cundũ beatum Thomã, in libro de virtu-
tibus, in titu. de prudentia. In hac cauſa in-
ter Dominicũ Hiſpanũ nomine ſuorum
principaliũ, actorẽ ex vna parte, & honorabilem Be-
nignũ Spanochiã conuentũ ex altera ſuper ſolutione
ducatorũ quingentorũ quinquaginta virtute debiti
ex cauſa venditionis cuiuſdã nauigij factæ dicto Be-
nigno, & dictus Benignus fecit, ꝙ banchũ de Spano-
chiis faceret literas cãbij dictis Hiſpanis, & dicti Hi-
ſpani liberauerunt per publicũ inſtrumentũ dictum
Benignũ in cauta forma. Et antè, quàm debitũ dicta-
rum literarũ cambij fuiſſet ſatisfactũ, dictũ banchum
de Spanochiis fefellit. dicti Hiſpani veniunt in Con-
ſilio. Et dicunt, ꝙ dicta litera cãbij de Spanochiis non
habuit effectũ. & ideò petunt, ꝙ Benignus cõpellatur
ad ſoluendũ, & oſtendunt literas Regias, quòd eis fiat
ſummariè & de plano iuſtitia, & vocato Benigno,
ſummariè dicit ſe liberatum, propter publicũ inſtru-
mentũ: quia dedit dictis Hiſpanis ſe cõſentantibus in
debitorẽ banchũ de Spanochiis, quod cõſtituit ſe de-
bitorem dictis Hiſpanis, & eis fecit literas cambij, &
ſic fuit ſcriptũ in libro banchi, & traditæ eis fuerunt
literæ cãbij. Quæritur modò vtrũ dictus Benignus
ſit liberatus, & ſic veniat abſoluẽdus vel cõdẽnandus.

Profectò, ego ſuſpendiſſem votũ meum, niſi quòd
virtute cõpulſionis officij & iuſsionis præcedentis in
Conſilio decoit votum meum in ſcriptis per iuris re-
gulas corrigere, licèt alij ſapientes Cõſilij ſecundùm
eorum iudiciũ & conſcientiã aliter ſenſerint. Ego
fui in voto, ꝙ dictus Benignus venit de iure abſoluẽ-
dus: & dicti Hiſpani debent dirigere greſſus ſuos con-
tra bãchum de Spanochiis, à quibus receperũt literas
cambij, quæ nõ ſunt ſortitæ effectũ, & rationes huius
voti ſunt. Nam licet magnũ ſit dubiũ, † vtrum fiat 2
delegatio interuẽtu nouæ perſonæ, quando illa noua
perſona nõ eſt debitor delegantis. Nam quidã docto-
res tenẽt, ꝙ non ſit delegatio, ſed erit tãquàm fideiuſ-
ſor: vt firmat Bar. in conſi. incipiente, tertius promiſit
&c. & firmat Ang. in l. ſciendũ. in princip. ff. de ædil.
edic. & ſic non inducitur nouatio, & ſic banchũ, quod
promiſit & fecit literam cambij, eſt vt fideiuſſor. † Et 3
per conſequens non erit facta nouatio niſi expreſsè
agatur, ꝙ fiat nouatio: vt voluit Paul. de Caſt. in l. ſin-

gularia

gularia.ff.si cert.pet.& Bartol.in l.deleg.ff.de noua.&
Ang.Paul.de Cast.& Alex.in l.qui vsumfructum.ff. de
verb.oblig. & Ang.in l.penul.ff.de prætoriis stipulat.
& Io.de Imo.ibi in penul.col. & sequenti. Et hoc vo-
luit originaliter glo.in l.quáuis.§.si mulier.ff.ad Vel-
le.& gloss.in l.si Titius.ff.de nouationibus. & Alex.in
ij.vol.consi.x. Alij verò tenent contrarium, q̃ fiat
delegatio interuentu nouæ personæ, etiã q̃ illa noua
persona non sit debitor meus. Imò si delegarẽ vnum,
qui nõ esset debitor meus, & ille promitteret & acce-
ptaret, esset propriè delegatio. Hoc voluit Franciscus
de Are.in consi.v.incip.in causa & puncto ad me trã-
misso. Et dicit, q̃ ista est cõmunis opinio.alleg. Bar.in
4 d.l.delegare.† Vbi dicit, q̃ si quis det debitorẽ suum,
vel expromissorẽ, dicitur delegatio: & nõ habet locũ
l.fin.C.de nouat.allegat etiã Bar.in d.l. singularia.vbi
dicit, q̃ hoc tenet pro cõstanti. ponderat ad hoc duos
textus, videlicet dictã l.si Titius. & l.purè. §. si cùm.ff.
de exceptio.doli. Et propter istam contrarietatem
volo nunc suspẽdere meum iudiciũ super illo articu-
lo, videlicet vtrũ inducatur delegatio interuẽtu nouæ
personæ, quæ non est debitor debitoris, si interuenit
stipulatio vel promissio in scripturam redacta. Sed
dico pro nunc, prout dicit Raphaël Cumanus in d.l.
delegare. q̃ de cõsuetu sine postquã campsor vel mer-
5 cator promisit creditori, † & creditor acceptauit, q̃
ipso iure liberatur debitor. Et sic cum iste Hispanus
creditor acceptauit recipere dictum banchũ in suum
debitorẽ, & ab eo recepit literas cãbij. Et per instru-
mentum publicũ liberauit Benignũ suum debitorẽ:
dictus Benignus à dictis Hispanis non potest vlterius
cõueniri ad dictum debitum, ex quo cõtractus debiti
ex causa venditionis fuit sublatus per instrumentum
quietationis, per tex.in l.si mãdato meo.in fi.ff. man-
da. Maximè, quia in libris banchi scriptũ est, q̃ ban-
chum se facit debitorẽ in dictis ducatis quingentis ex
dicta causa dictis Hispanis, & eis dedit literas cambij:
quo tempore dictum banchũ erat bene soluendo, &
6 habebat pecuniã paratam solutioni: † prout põderat
Bar.in d.l.singularia.in fine. quo casu habetur acsi bã-
chum soluisset dictis Hispanis, & ipsi Hispani consi-
gnassent dictos quingentos ducatos dicto bancho, vt
faceret dictas literas cambij. Aliàs illud instrumentũ
liberationis nihil operaretur: quod non est dicendũ.
Ideò ego fui in voto, quòd dictus Benignus absol-
uatur ab imperitione dictorum Hispanorum, reser-
uando eis ius contra dictum banchum de Spanochis,
ex quo dictum banchum non fuit vocatũ in iudicio,
nec aliqua persona legitima pro eo comparuit.

DECISIO CCCLIIII.

De exceptionibus oppositis ne continentia causæ diuidatur, & audientiæ denegãdæ. Et de reuocatione attentatorum lite pendẽte etiam per tertiam causam à parte habentem.

SVMMARIVM.

1 *Iudex non admittens exceptionem litispendentiæ coram alio æquali grauat partem, & ab eo ritè appellatur.*
2 *Limitatio ad l.vbi cœptum.ff.de iudicijs.*
3 *Litigans coram diuersis iudicibus super eadem re, non excipiens de litispendentia, vel appellãs, sibi præiudicat.*
4 *Intellectus l.nulli prorsus.C.de iudi.*
5 *Causa continentia quot modis dicatur. 13.*
6 *Exceptio quòd causa continentia non debeat diuidi, impedit litis ingressum.*
7 *Limitatio ad cap.dispendia.de rescrip.lib.vj.*
8 *Iudicem ecclesiasticum super petitorio pendente possessorio coram curia non licet adire.*
9 *Exceptio litispendentiæ est dilatoria, & ante litem contestatam est opponenda.*
10 *Opponenti sufficit opponere factũ, vt resultet exceptio.*
11 *Exceptio litis pendentia non excludit similes oppositis.*
12 *Verba generalia quãdo non restringãtur ad specificata.*
14 *Sententia iudicus, qui se competentem pronuntiauit, licet non esset, an possit de nullitate impugnari.*
15 *Iudex quando possit iudicare se esse competentem.*
16 *Iudex incompetens pronuntians se competentem, iurisdictionem exercere non potest.*
17 *Statutum præscribens iudici limites iuris dicendi, an obstet declarationi competentiæ extra terminos.*
18 *Appellationis omissio nullitatem processus non purgat.*
19 *Appellationis causa pendente reuocantur in prima instantia, quæ à parte dolo malo fiunt.*
20 *Lite pendente nihil innouandum.*
21 *Remedium attentatorũ contra tertium nõ habet locum.*
22 *Cessio transferendi iudicij in cessionarium lite pendente fieri non potest.*


N causa reuocationis attentatorũ vertẽti
in sacro Cõsilio inter Franciscũ Spinolã
ex vna, et Thadæũ & fratres eiusdem co-
gnominis fuit dubitatũ.† Verum attẽtata 1
lite pendẽte in sacro Consilio per Thadæũ Spinolam
vel eius fratres, & habẽtes causam ab eis, corã officia-
libus ciuitatis Genuæ, qui obtinuerũt certã executio-
nem contra dictũ Franciscũ Spinolam, & certa acta
fecerunt in eius præiudiciũ lite pẽden. in sacro Con-
silio veniãt reuocanda per viam attẽtati per sacrum
Consiliũ, in quo dubio proceditur per conclusiones.
Et primò præmitto, q̃ lite pendẽte corã vno iudice
ordinario inter partes de vna re, si inter easdẽ partes
eadẽ de re sit corã alio iudice ordinario non inferiori
nec superiori, sed æquali, & opponitur litispendentia
corã alio iudice ordinario, & iste secundus iudex or-
dinarius illã exceptionẽ litis pendentiæ allegatã non
audit, q̃ dicitur grauare partẽ, & potest ab eo appel-
lari: ista est firma cõclusio Ino.in c.cũ M.Ferrariensis.
de consti.alle.l.iij.ff. de quibus rebus ad eundem iudi.
eatur.& ff.de libe. causa. l. si pariter. ita q̃ si pars non
appellauit, quòd legitimus est processus corã vtroque
iudice habitus.argu.ff.de peti.hæredi.l. penult.& l.is à
quo.ff.de rei vend.& idem dicit in d.c.cũ M. Car.Flo.
& Ant.de But.in xij.charta. Sed † Bar.in auth.& cõ- 2
sequenter.vlti.col.ver.quarto quid si reus.C.de sen.&
interlo.omnium iudi.aliter dicit, videlicet, q̃ si reus
cõuenit actorẽ coram alio iudice cõtra formã dictæ
authẽticæ, si quidẽ coram iudice delegato, processus
est ipso iure nullus, si corã iudice ordinario processus
est aliquis, nisi opponatur: vt in c.dispendia. de rescri-
ptis.lib.vj. Abbas in c.cũ ex officij.de præscrip.di-
cit, quòd si quis habet plures iudices ordinarios, valet
processus super eadẽ re ab vtroque diuisim agitatus, si
non fuit coram secundo exceptum de pendentia litis
corã alio. Idem Abbas in d.c.cũ M.dicit not. limi-
tationẽ ad l.vbi cœptũ.ff de iudi.vbi dicitur, quòd vbi
cœptũ est iudiciũ, ibi finẽ debet recipere.dic, scilicet,
si excip

si non excipiatur, sed si non excipitur, valet processus ab vtroque. & idem dicit Bal. in auth. sed nouo iure. C. de seruis fugi. in iij. col. ibi. sed pone in ciuitate Perusij.
3 †Paul. de Cast. in l. nulli prorsus. ij. col. C. de iudi. dicit, quod si primò te cõuenio coram vno iudice, posteà volo te conuenire corã alio iudice super eodem, tunc non loquitur d. l. nulli, sed l. vbi cœptũ. nam tunc poterit opponi corã secundo iudice, quòd causa pendet corã primo iudice, & debet causa ad primũ iudicem remitti, allegat Inno. in d. c. cum M. Et subdit Paul. quod potest primus iudex ad instantiã partis præcipere secundo iudici, vt de causa se non impediat: quia ipse præuenit, ad quod sufficit sola citatio facta per eum, per l. si quis posteà. ff. de iudicijs. Si autẽ non apparet quis iudex primò incœpit, tunc non vẽdicat sibi locũ d. l. vbi cœptũ, sed vendicat sibi locũ titulus. ff. de quibus rebus ad eundẽ iudicẽ eatur: vt si opponatur coram secundo iudice, quòd de eadẽ re non debet trahi corã diuersis iudicibus, tunc si excipiatur, non valet processus, per text. in d. l. nulli. vbi denegatur audientia.
4 †Vult ergo Paulus, quod lex, nulli prorsus, quæ vult, quod continentia causæ non debet diuidi: & si diuidatur, & denegatur audientia, non habet locum, quãdo opponitur exceptio litispẽdentiæ, iuxta l. vbi cœptum. sed habet locum, quãdo opponitur, quòd de eadẽ re non potest esse iudiciũ inter eosdẽ, tunc non valet processus, quasi velit, quòd in plus se habet exceptio, ne de eadem re inter easdẽ personas corã diuersis iudicibus agatur, quàm exceptio litispendẽtiæ. Quod an sit verũ poterit super hoc cogitari maturius. Maximè, quia Bal. in d. l. nulli. dicit, quod causæ cõtinentia dicitur tri-
5 bus modis. †Primò, eiusdẽ instantię non diuidẽda, per l. vbi cœptum. Secundò, ratione connexitatis: sicut petitoriũ & possessorium. Tertio modo, dicitur causæ cõtinentia, quãdo duo iudicia, quorũ vnum se habet vt genus, alterum vt species. Nam non debent ista iudicia diuidi. Et bene verũ, quod idẽ Bald. in fine dicit, quod reus, qui cõuenitur corã secundo iudice, non debet opponere exceptionẽ præuentionis, sed opponat exceptionẽ ad eundem iudicẽ fiendæ remissionis, quam si non opponit, processus tenet. allegat Inno. in d. c. cùm M. & dicit aduertatis: quia laboro, & nõ cognoscitis. Et sic videtur, quòd Bal. & Paul. idẽ volunt.
6 †Ex hoc infertur, quod l. nulli, habet locũ in eo, qui vadit ad diuersos iudices ordinarios: vt dicit Salic. & Alex. ibi. Et sic exceptio, quòd causæ cõtinentia non debet diuidi, impedit litis ingressum, & processum ad vlteriora: vt dicunt Ang. & Alex. in d. l. nulli. Et propterea glo. in c. dispẽdia. de rescriptis. lib. vj. dicit, sed pone, processum est coram diuersis iudicibus, & nihil exceptũ, nunquid valebit processus & sententia? videtur, quòd sic. posteà dicit: verius est, secundùm Ber. quod processus nõ valet per illam literã. Alias ista decretalis nihil adderet ad cap. fin. de rescriptis, in antiquis.

Patet ergo ex præmissis. Quòd si opponitur exceptio litispendentiæ corã vno iudice ordinario, & ille procedit, & pars non appellat, nullus doctor dicit, quod processus est nullus. Sed si fuit opposita exceptio, quod non debet eadẽ causa corã diuersis iudicibus agitari, & ideo debet remitti ad primos iudices, & ille secundus iudex non remittit, & processus est nullus, secundùm Bald. & Paul. de Cast. vbi suprà, & tenet hoc glo. Bernar. in d. c. fi. de rescrip. in antiquis. & firmat Ioan.
7 mona. Card. in d. c. dispẽdia. †sed Archi. in d. c. dispendia. tenet contrariũ, scilicet, quòd pœna annullationis processus, de qua in d. c. dispẽdia, nõ habet locum corã diuersis iudicibus ordinarijs: sed tantũ in iudicibus delegatis. & hoc etiã tenuit Ioan. de Fantucijs: vt refert ibi Dominicus, idẽ tenet Anto. de But. & Card. Flor. in d. c. fin. Et hæc opinio est verior. Et procedit, quando vnus trahit reum corã vno iudice ordinario. Demum, idem actor velit trahere eundẽ coram alio iudice ordinario, vt processus factus coram secundo iudice, nõ sit nullus, etiã si opponatur de præuentione. Sed an liberè possit procedere primus iudex, dicit Bart. in l. sepulchri. ff. de sepulchro viola. quòd liberè potest procedere primus iudex. dicit tamẽ Cõpostellanus, quod secunda sententia cõtra primã non valet in d. c. cùm M. vt referũt ibi Ant. de But. & alij scribentes.

†Quid autem dicendũ in materia l. nulli prorsus. 8
quæ dicit, quod si actor agit cõtra reum possessorio corã vno iudice, & corã alio iudice agit petitorio, quòd nõ est licitum, ne cõtinentia causa diuidatur. in tantum, quod ista exceptione cõtinentiæ causa diuidatur, potest opponi post litem contestatã: quia dicta lex hoc prohibet, ergo quicquid sequitur, est nullũ. l. non dubiũ. C. de legibus. & hoc firmãt Iacob. de Bel. & Albericus de Rosatis in d. l. nulli. & Alex. ibi. & pro hoc facit, quod dicit Alex. in ij. volu. consil. xxxvij. in j. col. quòd si statutũ denegat audientiam, & proceditur ad vlteriora, processus est nullus. Secus, in exceptione dilatoria, quæ debet opponi ante litẽ contestatã: quia lex in ea non resistit: licet nõ assistat: † & sic exceptio 9
litis pendentiæ est exceptio dilatoria, quæ debet opponi ante litem contestatã: quia lex non resistit sicut facit in exceptione, ne cõtinentia causæ diuidatur. Et sic nõ obstat id, quod dicit Bald. in l. peremptorias. C. senten. rescin. non posse, quòd ista exceptio litis pendentiæ non potest opponi post litem contestatã: quia lex in ea nõ resistit, sicut facit in exceptione, ne continentia causæ diuidatur: & sic nõ bene Iason repræhendit dictos vertices legũ. Modò ad propositum, sequitur ista conclusio, quod ex quo Franciscus Spinola conuẽtus coram iudicibus Genuẽsibus lite huiusmodi pendẽte in sacro Cõsilio inter easdẽ partes, opposuit exceptionem præuentionis & litis pendẽtiæ in sacro Cõsilio, & quamlibet aliã ex præmissis resultantem, quòd videtur opposuisse exceptionẽ, ne continentiæ causæ diuidatur. probatur, † nam opponenti sufficit 10
proponere factũ taliter, quòd resultet exceptio, licet exceptio specificè non opponatur, prout fecit dictus Franciscus, vt suprà dictũ est. hoc voluit Bart. in l. j. ff. de exceptionibus. vbi dicit, quòd si non dico, excipio cõtra intentionẽ tuam: sed factũ simpliciter narraui, ex quo resultet exceptio, an sit idem ac si opposuisset. & dicit, quod idem est, ac si exceptio proposita esset: quia postquã factum proponitur, notũ est iudici, & iudex ex suo officio potest absoluere. Idem firmat Bart. in l. iiij. §. hoc autẽ. ff. de dam. infecto. Sufficit ergo narrare factũ, ex quo apparet exceptionẽ competere. Et licet reus, qui factũ narrauit, expresserit vnã exceptionem sibi competentem, si tamen ex facto narrato alia sibi cõpetit, & exprimit, quòd opponit aliam sibi competentẽ ex narratis, & in veritate sibi cõpetit, dicẽdum est, quod iam illa omissa opposita est, si non est prohibita opponi, vt dicunt Moderni in d. l. j. † Item, quia exce- 11
ptio litis pendẽtiæ non excludit similes oppositis, vt dicit glo. singularis in l. j. C. de cõdictio. indebiti. Imò

includit aliàs similes: vt dicit Abbas in c. quoniã fre-
quenter vt lite, nõ contest. & istam glo. pro singulari
Allegat Alex. in iiij. vol. consi. cxxx. incipiẽte, in causa
Strazarolũ. in iij. col. versi. nec etiam videtur obstare
&c. Cum per dicta vltima verba videtur generaliter
excipiẽs cogitasse de dicta exceptione, ne continẽtia
causæ diuidatur. arg. l. qui iure militari. ff. de testamẽ-
to militari. & not. Bart. in l. sub prætextu specierũ. C.
de transa. Nec illa vltima verba, & quãlibet aliam
exceptionẽ ex præmissis resultantem possunt trahi ad
exceptionẽ litis pendẽtiæ specificè oppositam, ex quo
12 verba illa nihil operarentur. † Et regula est, quòd quãdo
verba generalia nõ possunt salua ratione recti sermo-
nis referri ad specificata, nunquam restringuntur ad
specificata: vt dicit Ioan. de Imo. in c. j. de transactio.
allegat l. si pluribus. ff. de solut. & alia iura, quæ alleg.
Alex. in j. vol. cõsi. xlvj. in ij. col. versi. præsertim cùm
illa verba generalia. Item, cùm d. lex, nulli protsus
denegat audientiã, vt dictũ est: ergo processum impe-
dit, vt firmãt doctores, prout refert Alex. in l. nàm &
posteà. ff. de iureiur. & Alexã. in l. j. §. j. ff. ad Trebel. &
ibi concor. & per Bal. in l. non dubiũ. C. de legib. & si
proceditur, processus est nullus. Ex quibus sequitur
secunda cõclusio, quòd implicitè Frãciscus opposuit
exceptionem coram iudicibus Genuæ, ne cõtinentia
causæ diuidatur. & exceptionẽ, quòd debet denegari au-
dientia. quæ exceptiones reddunt processum nullum.
13 † Multis autẽ modis dicitur continentia causæ, secun-
dum Iaco. de Bel. vt refert Alber. de Rosa. in d. l. nulli.
Et primò, vbi est idẽtitas personarum, actionis &
rei petitæ. Secũdò, vbi est identitas personarum &
rei, licet non actionis, vt in petitorio & possessorio.
Tertiò, vbi est identitas personarũ & actionis, sed
nõ rei, vt in actiõe tutelæ & vtili negotiorũ gestione.
Quartò, vbi est diuersitas personarum & rei: sed
actionis identitas, quæ ex vno & eodem fonte proce-
dit cõtra plures. Quintò, vbi est identitas actionis
& rei, sed personarũ diuersitas, sicut est in duplicibus
iudicijs: vt probatur in d. l. nulli. Sed in casu, de quo
agitur, primò cœptũ fuit iudicium contra Thadæum
& fratrem in sacro Consilio per Franciscũ super cas-
satione literarũ cambij. & ipse Thadæus contra Fran-
ciscũ in sacro Consilio petiit executionẽ literæ cam-
bij cõtra Franciscũ. Posteà idem Thadæus petijt corã
iudicibus Genuæ executionẽ literarum cambij, certè
non potuit hoc facere, ne cõtinentiæ causa diuidatur.
Postquàm fuit coram iudicibus Genuæ per Fran-
ciscum narratũ factum prædictũ ex quo resultant ex-
ceptiones prædictæ: & sic exceptio audientiæ dene-
gandæ, per dictã l. nulli. dicitur processus iudicũ Ge-
nuæ nullus: non tamen fuisset nullus, quãdo simplici-
ter fuisset opposita exceptio litis pendẽtiæ, & nõ fuis-
set per iudices admissa. & à non admissione nõ fuisset
14 appellatũ, vt suprà dictum fuit. † Nec obstat, quòd
illi iudices Genuæ pronutiauerũt se iudices, cõpeten-
tes. propter quod videtur dicendũ, quòd exceptio nulli-
tatis ratione incõpetentiæ iurisdictionis opponi non
possit: vt dicit Ang. in l. j. C. si à non cõpetenti iudice.
& Inno. in c. super literis. de rescriptis. & Bat. in l. ij. ff.
si quis in ius vocan. non ierit. Quia ad hoc respon-
detur ex dictis Inn. in d. c. super literis. vbi dicit, quòd
si sententia sit lata à iudice omnino incõpetenti, qui
pronuntiauit se cõpetentem, talis sententia nõ potest
facere eum iudicẽ, qui non est, etiã quòd pars non ap-
pellauit. Sed illud dictũ procedit, quando iudex com-
petens pronuntiauit alium iudicẽ esse competentem,
qui non erat competens: tunc si non appellatur, non
potest vlterius videri de nullitate ratione incõpeten-
tiæ. Et ita etiam voluit Innoc. in c. j. de confir. vtili vel
inutili. & Ang. in l. ij. ff. si quis. in ius voc. non ierit. in
vij. fallẽtia. & Alex. in l. de pupillo. §. qui opus. iiij. col.
ff. de oper. noui nuntia. & Felin. in d. cap. super literis.
† Vel potest secundo modo responderi, quòd interdũ 15
dubitatur, an iudex sit cõpetens ad effectum, vt possit
de causa cognoscere, & ipse est iudex ordinarius, tunc
potest iudicare se esse cõpetentem, nisi in certis casi-
bus notatis per Ang. in d. l. ij. & per Bart. in l. quidam
consulebant. ff. de re iudi. Interdum apparet iudicem
esse omnino incõpetentem in illa causa, & pronun-
tiauit se cõpetentem, & in isto casu sententia & pro-
cessus est nullus: vt dicit Abbas in c. duobus. de appel.
& Felin. in d. c. super literis. at iudices Genuæ in dicta
causa erant omnino incõpetentes propter exceptio-
nem oppositam de continentia causæ in sacro Consi-
lio: propter quam exceptionẽ erant incompetẽtes &
processus erat nullus: vt suprà dictum est: ergo eorum
pronuntiatio, quòd sunt competentes, similiter est nulla.
† Et propterea dicebat Abbas Sicu. in d. c. super li- 16
teris. quòd quãdo exceptio defectus iurisdictionis pa-
riter concludit in illo incidenti, sicut in principali,
non potest iudex cognoscere, an sua sit iurisdictio, se-
cundum Inno. in c. prudentiam. de offic. deleg. & sen-
tit Bart. in d. l. quidam cõsulebant. ff. de re iudi. Si ergo
iudex sciat se in certo casu non debere procedere, &
procedit, processus est nullus, secundum Abbatem in
d. c. duobus. Et dicit Alex. in iij. vol. consi. lxxvij. j. col.
quòd iudex non potest exercere iurisdictionẽ, si pro-
nuntiat se competentem, vbi non erat competens, &
ideo non valet pronuntiatio. Et idem dicit in iij. vol.
consi. lxxxij. & col. vbi allegat singulare dictum Ant.
de Bût. in c. præterea. in v. col. de dilatio. vbi refert se
de facto respondisse, † quòd si statutũ impediat, quòd 17
iudex non possit exercere iurisdictionem suam vltra
limites suæ iurisdictionis, quòd non valebit pronuntiare
se iudicem competentem, quando per hoc excederet
terminos suæ iurisdictionis, per not. in c. si iudex. de
senten. excõmu. lib. vj. cum alijs ibi per eum allegatis.
Item, dicta sententia iudicum Genuæ, per quam
pronuntiauerunt se iudices competentes, saltim con-
tinebat in se manifestam iniquitatẽ: quia debuit fieri
remisio, per dictam l. vbi cœptum in sacro Consilio.
quo casu quando sententia continet manifestam ini-
quitatem, potest dici nulla: vt in c. inter cæteros. de
re iudi. secundum vnum intellectum, secundùm Abb.
ibi, quia saltim cessat illa præsumptio generalis, vt
præsumatur iudicem ritè & rectè agere: vt in cap. in
præsentia. de renu. & c. cum inter. & c. sicut. de re iudi-
cata. secundum Alexan. in dicto consi. lxxxij. Nec
debet esse in consideratione, quòd Franciscus non ap-
pellauit: † quia ista omissio non purgat incompeten- 18
tiam iudicis, nec purgat nullitatem processus, ex quo
non operatur prorogationem iurisdictionis: vt in c.
statutum. §. in nullo. in verbo, expressus assensus. de
rescrip. libro vj. Et licet ille textus loquatur in proro-
gatione loci, tamen idem in alia prorogatione, se-
cundum Angel. in l. quæro. ff. de solution. & in l. fina.
ff. de iurisdict. omnium iudi. Quare fuit licitum dicto
Francisco venire contra illum actum iudiciarium, fa-
ctum

ctum per iudices Genuę, ex quo fuerat nullũ ipso iure, etiã quòd ipse nõ appellasset, per tex. in l. ij. cũ ibi not. C. si aduersus rẽ iud. prout etiã dicit Alex. in j. vol. cõsi. cxxiij. in iij. col. Ex quibus resultat tertia conclusio, quòd postquã fuit allegatũ, quòd causa eadẽ vertebatur in sacro Cõsilio coram iudicibus Genuæ. & exceptio, ne cõtinentia causæ diuidatur, & illi iudices non admiserũt, & processerunt ad vlteriora, processus fuit nullus, etiã quòd Frãciscus non appellauit, per ea, quę
19 suprà dicta sunt. †Quarta cõclusio, quòd lite pẽdẽte in sacro Cõsilio cõuentionis & reconuentionis Thadęus Spinola & socij non potuerũt attẽtare corã iudicibus Genuæ, petẽdo ab eis, vt fiat executio literarum cãbij cõtra Franciscũ, & hoc totũ, quod innouatũ est per sacrũ Consiliũ debet reuocari per viã attẽtati, per id quod voluit Io. And. c. bonę, de appella. vbi dicit, quòd quẽadmodũ pẽdente causa appellationis omnia, quæ innouãtur, reuocãtur: ita omnia quæ lite pendente in prima instãtia dolo malo fiũt à parte, reuocãtur: quia ad iudicis officiũ spectat, vt illa corrigat & reformet. Et ex hoc infertur, quòd licet acta facta corã iudicibus Genuæ post allegatã litis pẽdentiam non essent ipso iure nulla, prout in veritate sunt: tamẽ sacrũ Cõ-
20 silium potest per viã attentati à parte reuocare: †quia partes lite pendẽte nihil debet innouare, c. dilectus. §. quia verò. de appel. licet pro his nõ cõpetant interdictũ secundũ Inã. And. ibi. & fuit de hoc memor Alex. in apostilla sua in d. l. sepulchri. ff. de sepul. violato. & hoc expressè firmat Abb. Sicu. & post eum Felin. in c. dilectę in Christo. de except. vlt. col. Et volunt doct. vnũ quod est fortius, quòd licet remediũ attentatorũ non habeat locum cõtra tertiũ: vt in c. Romana. §. in alium. de appel. lib vj. & Io. Mo. in c. cupiẽtes. de elect. in sexto tamẽ fallit, quãdo ille tertius, qui innouauit,
21 habuit causam a parte litigante, †tunc reuocatur à iudice iudicis officio quicquid est attentatũ lite pẽdẽte. Idem si habuisset ipse tertius causam non à parte, sed à iudice causæ: vt dicit gl. in c. non solũ. de appella. in vj. hoc expressè firmat Philippus in d. cap. bonæ. in iij. col. Hoc ideò dico, quia nõ solùm Thadæus Spinola postquã fuit cõuentus & actor in sacro Consilio super literis cambij, fecit cessionẽ dictarũ literarũ cambij Hieronymo Palmario, & Lucæ de Grimaldis sed ipsi posteà egerunt cõtra dictum Franciscũ de eadẽ re coram iudicibus Genuæ. Et ideò cùm habuerũt causam à dicto Thadæo, venit etiam reuocandũ quicquid per eos fuit attentatũ in præiudicium litis pẽdentis inter
22 dictũ Franciscũ & Thadæũ cedentẽ. †Maximè quia est firma cõclusio Inn. & Abb. Sicu. in c. j. de ali. iudi. mu. causa fa. quòd lite pendẽte nõ potest fieri cessio ad effectũ, vt iudiciũ trãsferatur in cessionariũ. Sed bene vtilitas potest trãsferri in cessionariũ. Et sic oportet, quòd iudiciũ cueat cũ cedẽte, vt ibi latæ per Abbatẽ. & sentit Bal. in l. per diuersas. in x v. q. C. mãd. Ex quibus sequitur, quòd non solùm quicquid est attentatũ per Thadæũ, debet reuocari: sed quicquid attẽtatũ est à tertio habẽte causam, id est cessionẽ à dicto Thadęo etiã quòd illa cessio fuisset facta ex causa necessaria, ex quo habet causam à cedẽte post litẽ motã, per ea, quæ suprà dicta sunt. Quare votatum & sententiatũ fuit post dictam longam discussionẽ, quòd attentata per dictum Thadæum & alios habentes causam ab eo lite pendente in sacro Consilio reuocẽtur, & deinde procedatur in causa ad actus incumbentes.

ADDITIO.

Vide super hac decisione maximè super ea, quæ in principio dicuntur decisiones Delphinales Domi. Guidonis Papæ decisione ccccxxviij.

DECISIO CCCLV.

De consensu in futurum collato, qui ad præteritum non trahitur.

SVMMARIVM.

1 *Consensus collatus in tempus futurum, non trahitur ad præteritum.*

2 *Assensus feudatario præstitus super alienatione faciẽda non prodest, si alienatio erat per prius facta domino inscio.*

Ratum habere ex post facto ille, qui non interfuit, an possit habere.

3 *Clausula veris existentibus prænarratis in assensu super feudi alienatione apposita, quid operetur.*

Ablatiui absoluti, in conditionem resoluuntur.

4 *Dispositionẽ non inducit, quod in conditione apponitur.*

5 *Conditionalia dispositionis dicuntur esse de forma.*

Formæ peruersio vitiat actum.

6 *Solennitas, quæ est de forma, præcedere debet actum.*

Actus per patrem pro filijs factus, quos non habebat, natis posteà filijs non conualescit.

7 *Dispositio qualibet ad collationis tempus referri debet.*

8 *Dispositio non conuenit inconuenientibus verbis.*

SI præstitus est assensus baronis super executione & adiudicatione fienda super quadã statia feudali, quæ fuit quondam Perusini de Iordana de Caua ad instãtiam quondã domini Nicolai Villani, & in veritate iam executio fuerat per prius facta per duos annos antè. †Verum 1
talis assensus operetur effectũ validãdi dictam executionẽ, vel veniat retractãda, ex quo facta fuit executio super feudo non obligato propter defectũ consensus domini: vt in l. imperialẽ. cum concor. de prohi. feu. ali. per Fede. Fuit decisum in Consilio, quòd dicta executio debet reuocari: quia ille assensus domini fuit præstitus super executiõne faciẽda, vnde non prodest, si executio fuit per prius facta. & hoc per id quod dicit Pau. de Ca. in l. si quis filio exhæredato. §. irritum. ff. de iniusto rup. irri. testamento. & in l. hęc conditio. filiæ meæ. § si sic. ff. de condi. & demõ. vbi †dicit, quòd 2
assensus præstitus emphyteutæ vel feudatario super alienatione faciẽda, non prodest, si alienatio erat per prius facta. & dominus de ea notitiam non habuerat, ad quod facit, quod dicit Bart. in l. si vnus. in fin. ff. de re iudi. quòd ex post facto ille qui non interfuit, non potest ratum habere, per iura ibi per eum alleg. quod dicit Bal. in l. executorẽ. in iiij. col. vers. sed quid si notarius. C. de execu. rei iud. vbi ratihabitio non operatur, vbi mandatum est de forma. hoc etiam expressè firmat Bal. in l. bonorum. penult. col. versi. extrà quæritur, statuto cauetur &c. C. qui admit. Et licet Alexã. in v. vol. cõsi. cxlvj. inci. in causa & lite vertẽte &c. dicat istud procedere ratione pœnę cõmissæ ob alienationẽ factã absque eius consensu, inferẽs per hoc quòd vbi nulla pœna erat commissa, quòd dictus assensus operatur suum effectum, quod videtur posse adaptari ad præsentẽ hæsitationẽ, attento quòd nulla pœna erat cõmissa, quia dictum feudũ nõ inciderat in cõmissum ob dictam executionẽ per prius factã absque cõsensu principis: † tamẽ ex quo in dicto assensu est clausula, 3

veris existẽtibus prænarratis, isti ablatiui absoluti re-
soluũtur in vim cõditionis: vt in l. à testatore. ff. de cõ-
di. & demon. cũ cõcordan. & sic dictus assensus præsti
tus est cõditionaliter, videlicet, si exposita sunt vera:
4 & si nõ sunt vera, nõ assentit. †nã illud q̃ est appositũ
in cõditione, nõ inducit dispositionẽ. l. si quis sub cõ-
ditione. ff. si quis omis. causa test. l. ex facto. ff. de hære-
dibus instit. Sic etiã dicimus, quãdo clausula, si preces
veritate nitãtur, posita est in priuilegiis & gratiis: vt
voluit Bal. in c. super literis. in vj. col. de rescrip. & in
l. præscriptione. iiij. col. C. si cõtra ius vel vtili. publicã.
& Vitalis in clausula si preces veritate nitantur. Et
pro hoc facit id, quod dixit Bal. in aut. matri. & auiæ. j.
5 col. C. quãdo mulier offi. tu. fun. potest. q̃ †quando in
aliqua dispositione aliquid ponitur conditionaliter,
illud tale dicitur esse de forma: & peruersio formæ vi-
tiat actũ, vt no. Imo. in l. si quæramus. iij. col. ff. de testa.
no. in c. exhibita. de iud. Et ideò quando aliquid est de
forma in actu, semper illa forma debet præcedere, &
nõ subsequi. dixit Bal. in rubrica, extrà de offi. iudi. xj.
6 col. & Bal. in d. l. bonorũ. in ver. præallegato. †Solẽni-
tas enim quę est de forma, debet pręcedere actũ, ita q̃
si subsequatur ex interuallo, non valet actus secũdum
Bal. in l. j. xxiiij. col. versi. extrà quæritur. C. qui admit.
Idẽ dicit Pan. de Cast. in l. si cum dotẽ. §. eo autẽ. ff. sol.
mat. & Alex. in l. j. §. fuit quæsitũ. ff. ad Trebel. Acce-
dant ad hoc allegata per Alex. in ij. vol. cõsi. clxx. viso
processu &c. versi. nec obstat, q̃ Io. ibi dicit, q̃ si pater
nõ habebat filios, & fecit actũ pro filiis, & filij posteà
7 nascantur, non conualidatur ille actus. †omnis enim
dispositio debet iudicari secundũ tẽpus, in quod con-
fertur, vt in l. tempus. ff. de hære. institu. l. quod sponsę.
C. de donatio. ante nup. in l. in fuga. C. ad legẽ Flauiã
de plagi. sed dictus assensus collatus est in tẽpus futu-
rum, ergo non trahitur ad præteritum. Item verba
dicti assensus tendunt ad executionem faciendam, &
8 executio iam erat facta: †ideo si verba assensus non
conueniunt, non cõuenit assensus. l. ita autem. in prin.
ff. de administra. tut. l. iiij. §. toties. ff. de dam. infec. cap.
indemnitatibus. §. penult. de elect. in vj. ita Alex. in ij.
vol. consi. l. in j. col. & in multis aliis consiliis.

DECISIO CCCLVI.

De restitutione in integrum aduersus sententiam Regis petita, & de illius executione non suspensa aduersus decretum affirmatiuum.

SVMMARIVM.

1 *Executio non suspenditur petita in integrum restitutione aduersus decretum affirmatiuum.*

2 *Executio sententiæ senatus per supplicationem, & eius decretationem, non suspenditur.*

3 *Restitutio in integrum, quando præsumitur maliciosè peti, cessat.*

4 *Restitutio in integrum contra sententiam senatus, an concedenda, & quando. 5.*

6 *Petitio restitutionis in integrum, quando impediat sententiæ executionem.*

1 FVit dubitatũ, †vtrum impediatur executio
decreti affirmatiui lati habẽtis executionẽ
paratã virtute ritus magnæ curiæ Vicariæ,
& etiã pragmaticæ Regis Ferdinãdi primi,
quæ incipit magnæ curie Vicariæ ritũ &c. propter pe-
titionẽ restitutionis in integrũ aduersus decretũ, sicut
impeditur executio per allegationẽ nullitatis decreti
vt dicitur in dicta pragmatica. Fuit decisum, quod
quãdo non petitur restitutio in integrũ contra decre-
tum affirmatiuũ non suspẽditur executio, sicut nõ su-
spenditur per appellationẽ vigore dictæ pragmaticæ.
†sicut etiã non suspẽditur executio sentẽtiæ sacri Con 2
silij per supplicationẽ, & eius decretationẽ, vt in aut.
quæ supplicatio. C. de precibus impera. offer. Si enim
Regia pragmatica voluisset, q̃ pendente restitutione
aduersus decretũ affirmatiuũ impediretur executio,
dixisset sicut dixit, q̃ pendente causa nullitatis, ipsius
decreti, impeditur executio: non dixit ergo, voluit q̃
fiat executio: quia illa exceptio, nisi in casu nullita-
tis &c. confirmat regulã. l. nã quod liquidè. ff. de penu.
lega. Et ista procedũt in isto Regno virtute dictę Re-
giæ pragmaticę. †Qua circumscripta pendente in in 3
tegrũ restitutione à sentẽtia iudicis inferioris à prin-
cipe suspẽditur executio, per tex. in l. vnica. C. nil. no-
uari in integr. restit. posthu. & ibi per Bald. & hoc de
Iure ciuili, & firmãt scribẽtes in l. iiij. §. condemnatũ.
maximè Io. de Imo. & Alex. ff. de re iud. & ibi concor.
per eum. de quo etiã per Lud. & Alex. in l. iij. §. si seruus.
ff. de acqui. pos. & Io. de Imo. in l. qui à latronibus. §. j.
circa fin. ff. de testamentis. Sed de iure canonico addit
vnũ granũ salis, nisi constet, q̃ dicta in integrũ restitu
tio maliciosè petatur: vt in c. suscitata. de in integ. rest.
puta secundũ Inn. ibi sunt præsumptiones, cõtra pete-
tem talem restitutionẽ in integrũ, q̃ maliciosè petat.
†Quid autẽ, si petatur restitutio in integrũ contra 4
sententiã sacri Cõsilij, an sit cõcedenda? Fuit votatũ
per totũ Consiliũ secundũ opinionẽ Abbatis in c. cũ
ex literis. de restit. in integrũ, qui voluit, q̃ si quidẽ cõ-
tra sententiã Regis nõ allegatur aliqua causa, puta mi
nor ætas, vel ecclesia. vel aliqua alia probabilis causa
extrinseca accedẽs, sed solũ, quia non potest appellari
à sentẽtia principis: & tunc non potest peti restitutio
aduersus sententiã Regi. Sed tantũmodò debet vti re-
medio supplicationis: & ita intelligitur Inn. in d. c. cũ
ex literis, qui dicit, q̃ cõtra sententiã principis nõ da-
tur restitutio in integrũ. Interdũ allegatur cõtra sen-
tẽtiam principis aliqua probabilis causa, puta minor
ętas vel ecclesia, vel quia cõdẽnatus erat captiuus apud
hostes, †tũc potest peti in integrũ restitutio aduersus 5
sentẽtiam Regis, per d. c. cum ex literis. & per c. susci-
tata. & vide rationẽ diuersitatis per Abb. in d. c. cum
ex literis. Sed an isto vltimo casu suspẽdatur execu-
tio sententiæ Regis, Hostien. in sum. in tit. de restit. in
integr. in §. an executio sententiæ tangit hoc dubiũ: &
dicit, q̃ Vincentius dicit, quòd executio sententiæ de-
bet retardari. ij. q. vj. c. appellatione. c. olim. de rescri-
ptis. Idẽ dicit Bal. in d. auth. quę supplicatio, vbi dicit,
quòd si restitutio contra sententiã Regis petatur bona
fide, interim omnia sunt in suspenso. C. de transac. l. si
causa cognita. Et propterea dicebat Bal. in l. pen. ff.
de autho. tut. †quod petitio restitutionis in integrum 6
impedit executionẽ sententię, quãdo causa restitutio-
nis erat euidens, ita quòd apparebat, quòd non oppo-
nebatur causa calumniæ, & prorogãdæ litis, aliàs non
impediret executionẽ præstita cautione de restituen-
da executione, si minor vicerit in causa restitutionis,
iuxta authen. quæ supplicatio. fallit nisi executio esset
irretractabilis in causa criminali. de quo per Bal. in d.
l. vnica. C. nil nouari in integ. restit. postu. & per Ioan.
de Imo.

de Imol. in d. l. qui à latronibus. §. j. & per Vitalem in clausula, nil nouari in integrum resti. postulata.

DECISIO CCCLVII.

De matris tutela, quæ per spõsalia non corruit, & de tutore administrante ante litẽ contestatã super suspicione.

SVMMARIVM.

1 *Mater quæ de secundis nuptijs suspecta habetur, an debeat à tutela filij arceri.*
Mater habẽs secundum virum est multũ legi suspecta.
2 *Mater per secunda vota excoriat filios primi thori ex legis præsumptione.*
3 *Calores cuique primi non sunt in potestate.*
Restrictio in pœnis fienda.
4 *Tutela cõtractis spõsalibus non admittitur, vt in matre.*
5 *Tutori coniuncta persona pendente lite super suspicione non datur adiunctus.*
6 *Lis cõtestata impedit tutelæ administrationem suspecto.*

IN causa appellationis introductæ in sacro Consilio per Nardum de Vitillo de Capua allegante matrem certorum pupillorum, quæ asseritur cõtraxisse secundas nuptias, & ideò debere remoueri à tutela: fuit du-
1 bitatum, † vtrum pendente dicta allegatione, debeat matri interdici administratio tutelæ. Et antequã deueniatur ad decisionem dicti dubij, fuit in primis discussum, An eo ipso, quòd mater dixit, quòd vult nubere, & habet tractatum, desinit esse tutrix: vel requiritur, quòd contrahat per verba de præsenti secundas nuptias. dicit Bar. in l. si quis sub cõditione. v. col. vers. quarto. p. r aut. requiritur &c. ff. de testa. tut. quòd mater, quæ habet secundum virum, est multum suspecta
2 legi. † quia lex præsumit, quòd mater excoriaret filiũ propter secundum virum. vt C. de admi. tut. l. lex quæ tutores. & in auth. ad hæc. C. quando mulier offic. tut. fungi possit. Sed idem dicimus in ea, quæ habet animum, & consiliũ nubendi, sicut in ea, quę iam nupsit, simile in ea, quæ habet animũ, & consiliũ diuertendi: vt in l. si concubinam. §. j. ff. rerum amo. & ff. qui & à quibus. l. sed si marito. C. de nup. l. Imperialis. §. sed si talis. Et probatur in text. in auth. vt sine prohibitione matres debitri. & creditri. § quia verò. ibi, mox tamẽ. & ibi secundas nuptias cõcupiscentes. Sed Sali. in aut. sacramentũ. in versi. quarto ab extra. C. quando muli.
3 tute. offi. fungi po. videtur tenere cõtra Bar. † quia primi motus non sunt in potestate nostra, nec pœnã merentur. l. cogitationis. ff. de pœ. Itẽ quia pœnę sunt molliendæ, & non extẽdendæ. l. interpretatione. ff. de pœnis. nam leges de ista materia loquẽtes, dicunt cõtractis nuptiis desinit esse tutrix, & ideò dicunt, cum animũ nubendi habent. & subdit ipse Salic. quòd etiã contractus sponsalibus non perdit tutelã habitã quia potest recedere à spõsalibus. & hanc partẽ tenet Ang. in l. solet. ff. de his qui. not. infa. vbi dicit per verbum
4 fortè, † quòd mater non priuatur tutela per sponsalia contracta: quia iura loquentia de marito, non habet locum in sponso: vt ibi per eum. de quo per Abbatẽ. & ibi remissiones in c. ex publico. de conuersi. cõiuga. & per Ale. in l. si donaturus. in fi. ff. de condi. ob causam. Hãc partẽ tenet etiam Spec. in tit. de tutela anomala. §. nũc dicendũ. vers. quid si tutelã habeat. & hoc refert & sequitur Lud. Roma. in singularibus suis in verbo, mater. aliqui habẽt in verbo, tutor. & in hanc vltimã partem potius inclinauit sacrum Consiliũ. † Nunc 5
deueniendũ est ad dubiũ propositũ. Et pro decisione allegata fuit doctrina Bar. in l. qui si forte. §. sunt quidã. ff. de solu. vbi dicit, quòd si tutor est cõiuncta persona pendẽte lite super suspicione allegata, datur adiũctus: & pro hoc c. venerabilis. de offi. de leg. & c. licet Heli. de Simo. & in l. si tutor aliquo. ff. de suspe. tut. Sed Bar. & Bal. in l. eum quem. C. de suspe. tut. tenent, quòd litis pendentia super suspicione tutoris impedit interim tutoris administrationem. faciunt not. in c. omnipotens. de accusa. & per Inn. in c. olim. eo. tit. Ang. autem in d. §. sunt quidam. tenet, quòd ante litem contestatã super suspicione tutor debet administrare. † sed post 6
litem contestatã non potest administrare. & ita dicit fuisse obtentum Perusij per dictum singulare Azonis in summa de suspe. tut. hanc opinionem firmauit Ioã. de Imo. in d. §. sunt quidam. & Aret. in §. si quis autem. Instit. de suspe. tuto. & antequam fuisset decisum hoc dubium per sacrum Consilium, illa mater ante litem contestatam transiuit ad secunda vota, & ideò desinit esse tutrix, & ipsamet reliquit tutelam. tamen secundum opin. Ang. fuisset iudicandum.

DECISIO CCCLVIII.

De retractanda sententiæ executione, & venditione facta non seruata iuris forma.

SVMMARIVM.

1 *Executio sententiæ, an retractanda in non seruata iuris forma.*
2 *Executio bonorum mobilium pro debito, infra quam summam dicatur esse de iure, quam omissa actus inde sequutus, dicatur nullus.*
Executio mobilium prius fienda in paruis debitis.
Executio mobilium quam relationem debeat facere.
3 *Citatio est de substantia super decreto venditionis terræ pro debito.*
Citari an debeat pars in subhastatione pignorum iudicialium.
4 *Creditor missus in possessionem pignorum non efficitur dominus, nec facit fructus.*
Debitor per adiudicationem iudicialem, priuatur dominio rei suæ.
5 *Executori pignoris vendendi onus incumbit, non parti.*
Creditori bona subhastata quando adiudicanda.
6 *Emptorem non reperiri, vel iustum pretium nõ offerri, parificantur.*
7 *Pignoris adiudicatio facta plus debito ruit in totum.*
8 *Executio expensarum non fit de stylo pendente sententiæ reuisione.*

IN causa inter nobilem Antoniũ Caraczolum de sedili Nidi, & Troianum Venatũ, & Bernardum de Dura nobiles de sedili Portus, fuit discussum, † vtrum executio 1
sententiæ sacri Consilij facta super quadã terra ipsius Antonij, & posteà vendita per Troianum dicto Bernardo, debeat retractari tanquã facta nõ seruata iuris forma. Et fuit votatũ per sacrũ Cõsilium, quòd debeat retractari, tam executio, quàm vẽditio prædicta rationibus infrà scriptis. Et prima quia literæ executoriales sententiæ latæ in Consilio contra Antonium pro certo debito dicebant, quòd executio fieret pro dicto

dicto debito iuris forma seruata. Et Porterius cui cō-
missa fuit executio, non accessit ad domum dicti An-
2 tonij ad faciēdum executionē bonorū mobiliū. †Ma-
ximè, quia debitum non erat magnū, sed j. ducatos l.
prout ista executio erat de iure: vt in l. à diuo Pio. §. in
vēditione. ff. de iudi. & habetur in c. quoniā frequēter.
vt lite non contesta. cum si. sed fecit executionē super
dictā terram, & ipsam consignauit dicto Troiano: &
Troianus posteà ipsam vendidit d. Bernardo. Et ideò
propter omissionē dictę executionis dictus actus inde
secutus redditur nullus: vt dicunt Io. de Imo. in d. §. in
venditione. & Felin. in c. quo ad consultationē. ix. col.
de re indi. debuit executor referri in Consilio. quòd
fuit in domo Antonij, & nihil inuenit secundum Bar.
in d. §. in venditione. & Bal. in aut. sed hodie. C. de act.
& oblig. cum concord. Secunda ratio: quia d. Ant.
non fuit citatus super decreto, quòd terra ipsa venda-
3 tur, †quæ quidē citatio erat de substātia: vt in l. credi-
tor. C. de distra. pigno. & in l. fi. C. de iure do. impetra.
& in l. debitores. C. de pig. vbi dicit gl. quòd ista requi
sitio est de necessitate. Et licet quādo posteà pigno-
ra iudicialia exponuntur venalia & venduntur, pars
non debeat citari de necessitate, tamen quando datur
potestas vēdendi, debet pars citari, vt dicit Albe. in d.
4 l. creditor. & ratio est, †quia creditor missus in posses-
sionem non efficitur dominus, nec facit fructus suos,
vt in l. j. & ij. C. de pigno. act. & in l. si dominium. C. de
pigno. not. Alex. in d. l. à diuo Pio. §. si pignora. Si ergo
debitor per adiudicationem iudicialē priuatur domi
nio rei suæ, & per venditionē executoris, necesse est, q
debeat citari super hoc, per tex. in l. de vnoquoque. cū
simi. ff. de re. iudi. Et tantò magis: quia per decretū sa-
cri Cōsilij fuit prouisum, quòd dictus Anto. citaretur.
Tertia ratio est, nam dicta terra fuit vēdita per di-
ctum Troianū creditorem absque eo, quòd per iudicē
fuisset sibi adiudicata pro debito, sed solū ipsam posse
dit in vim executionis debiti, & sic iure pignorij pos-
sedit, & sic nō facit fructus suos, vt suprà dictū est. Et
licet per sacrum Consiliū commissum fuit Porteriis,
quòd dictam terram vēdant legitimis subhastationi-
bus: & referant in Consilio, nihil de hoc actum fuit.
Sed ipse Troianus vendidit dicto Bernardo, quod nō
5 potuit vēdere: †quia executor est ille, qui debet ven-
dere pignus captum in causam iudicati, & non pars:
vt in l. j. & ij. C. si in causam iud. & l. ordo. C. de execu.
rei. iudi. & in l. si pignore. C. de euictio. Quarta ra-
tio: quia quādo bona capta in causam iudicati subha-
stantur, & non reperitur emptor, qui emat pro iusto
pretio, non venduntur viliori pretio: sed debet credi-
tor sibi illa bona adiudicari facere iusto pretio, & sic
præcedente æstimatione expertorum. text. est in d. l. j.
C. si in causam iudica. cuius summarium hoc dicit se-
cundum Sali. bona condēnati debent per iudicē capi
alteri, quàm creditori, nisi in subsidiū, si aliū nō repe-
rit emptorē iustū, & tunc per iudicem creditori adiu-
6 dicabitur pro iusto pretio. †Et ideò dicit Bald. in l. ij.
C. eo. tit. quòd paria sunt, emptorem non reperiri, vel
iustum pretiū rei non offerri. Et propterea sacrum
Cōsilium fecit dictam terrā appretiari per expertos:
& fuit ęstimata ducatis quinq; pro quolibet modio. &
terra est octo modiorū, & sic est æstimationis ducato-
rum xl. & debitū, de quo in sententia dictus Anto. fuit
7 condēnatus, nō est nisi ducatorū xvj. de auro: †Quin
ta & vltima ratio, quando adiudicatio pignoris fieret
plus debito, quia plus assignaretur, fuit in totum, non
solum in illo pluri, secundū Bart. not. in l. si non sorté.
§. si centū. ff. de condi. indebiti. & Bal. in l. certi condi-
ctio. §. quoniam igitur. ff. si cer. pet. & Alex. in d. §. si pi-
gnora. circa finē. secus si fuisset erratum in æstimatio-
ne, tunc valebit pro rata cōcurrentis debiti, secūdum
Pau. de Ca. & Alex. in d. §. si centum. nec debet haberi
ratio expensarum in lite per dictū Troianum, ad quas
dictus Antonius fuit condemnatus, †quia de stylo sa- 8
cri Consilij est, quòd non fit executio pro expensis
cōdemnati pēdente reuisione sententię sacri Consilij.

DECISIO CCCLIX.

De impensis necessariis in re dotali factis per hæredem mariti non repetendis.

SVMMARIVM.

1 *Expensa necessaria in re dotali facta quæ dicantur.*
2 *Impē[n]sa necessaria in fundo dotali facta per virum minuunt dotem, si non sint modica.*
3 *Impensa in re dotali facta quando videantur testante marito remissæ.*
4 *Impensa necessaria facta in re dotali per virum, quando hæredi viri refundenda per vxorem.*
5 *Expensarum deductio nulla fit cum legans refert se ad factum, & ad principium contractus.*
6 *Dos legata an & quando requirat instrumentum.*
7 *Donatio facta per virum vxori constante matrimonio, morte confirmatur.*
8 *Liberatio legata per verbum præteriti temporis, an extendatur ad debitum exactum, & quid si per verbum præsentis temporis.*
9 *Cedens omnia iura & actiones, an includat actiones contra obligatos in diem competentes.*
10 *Vxor an possit statim mortuo viro dotem petere, & quando.*


N causis conuentionis & reconuentionis
inter dominam Magdalenam de Anna
vxorem quondam nobilis Seueri Mocia
ex vna, & nobilem Mociam de Mociis, de
sedili Portæ nouæ hæredem dicti Seueri ex altera fuit
dubitatum. †Si dos consistat in pecunia: & in vna do- 1
mo data in ęstima ruinosa, & maritus fecit multas ex-
pensas necessarias, & magnas in dicta domo, quæ si fa-
ctæ non essent, domus cecidisset in collapsum, & de-
terior facta fuisset, & istæ dicuntur necessariæ impen-
sę: vt in l. j. §. fi. in verbo, si edificium ruens &c. cum ll.
sequentibus. ff. de impensis in rebus do. fa. & in l. im-
pensæ. eo. tit. & not. in l. impensæ. ff. de verb. sign. dein-
de maritus in testamento fecit hæredem vniuersalem
dictum Mociam: & dictæ suæ vxori legauit ducatos
septingentos dotales, & ducatos tricentos quinqua-
ginta pro antiphato iuxta tenorem instrumenti do-
talis. †Vtrum dictus hæres possit repetere illas 2
necessarias impensas factas per maritum à dicta do-
mina Magdalena eius vxore. Et antequam deuenia-
tur ad decisionem, est præmittendum vnum necessa-
rium, videlicet quòd impēsæ necessariæ factæ à mari-
to in fundo dotali dato inestimato, minuūt ipso iure
dotē, id est pecuniā datam in dotē cum ipsa re dotali:
vt est text. in l. vnica. §. sed nec ob impensas. C. de rei
vxor. actio. & in l. quod dicitur. & ibi per Bar. ff. de im
pēsis. & patet in l. si is qui. §. quod dicitur. ff. de iure do.
& tan

& tangit Bar.in l.impẽſę.ff.de impenſis in rebus dota.
fac.dummodo non ſint modicæ: vt dicitur in l.omni-
modo.cũ ſeq.ff.eo.tit. Hoc præmiſſo in dubio prædi-
cto fuit determinatũ, quòd ex quo teſtator expreſsè le
gauit vxori certam quantitatẽ pro dote & antiphato
3 iuxta tenorẽ inſtrumẽtorũ dotaliũ, †quòd videtur te-
ſtator remiſiſſe dictas impenſas factas in domo dotali
& hoc.per tex.in l.Mæuia.§.à me.ff.de leg.ij.& ibi Bal.
Ang.& Pau.de Caſt.& volũt communiter doct.in l.ſi
prior.ff.ſo.mat.& in l.ſi nõ deſignata.C.de falſa cauſa
adiect.leg.accedant ad hoc no.per Pau.de Ca.& Alex.
in l.eum qui.§.mulier.ff.de iureiur. & in l.non tãtum.
per Io.de Imo.& Alex.ff.de re iudi. & pro iſta deciſio.
eſt tex.in l.cum quis.in prin.iuncta gl.in verbo, lega-
tariã.ff.de dote prælegat.& ibi Bar.& hoc verũ, niſi dos
fuiſſet legata ſimpliciter non expreſſa certa quãtitate,
4 & idẽ dicitur in l.præallegata.vt ibi Bar.eo.tit. †Nec
obſtat id, quod dicit Pau.de Ca.in d.§.à me.in fin.vbi
dicit, quòd ſtãte legato facto ſub iſtis verbis, quicquid
nomine dotis ad me peruenit, vel quicquid nomine
dotis mihi tradidit, lego vxori. An hæres mariti pote-
rit petere expẽſas neceſſarias factas per maritum in re
dotali, tunc ſi mulier dedit in dotẽ fundũ & pecuniã,
in quo fundo erãt expẽſæ neceſſariæ faciẽdæ, quas ma-
ritus fecit, & nõ videtur pecunia perueniſſe, & ſic fiat
deductio expenſarũ quaſi à principio illa pecunia vi-
detur data partim vt expẽdatur, & partim retineatur,
& dicit, quòd iſta eſt notabilis limitatio. Quia diuerſi
tas facti reſoluit hãc cõtrarietatẽ: nã teſtator expreſ-
sè legauit certã quãtitatẽ, quo caſu ſecundũ omnes ha-
bebit legatũ ſine diminutione, ſecus quãdo legauit vt
5 ſuprà dictũ eſt, nõ expreſſa certa quãtitate. †Nec ob-
ſtat id, quod dicit idẽ Pau.in d.§.à me.in prin. quòd ſi
legãs retulit ſe ad factũ & ad principium cõtractus, &
tunc nulla fit deductio expenſarũ. Si verò retulit ſe ad
ius, puta ad dotẽ, & ſic habuit reſpectũ ad tẽpus præ-
ſens, & fit deductio expẽſarum neceſſariarũ, vnde cũ
teſtator legauit ducatos ſeptingentos iuxta tenorẽ in-
ſtrumentorũ, ideò videtur legare id, ad quod de iure
tenetur. Et ſic debet fieri deductio expenſarũ. Quia
ad hoc faciliter fuit reſponſum, quòd Pau.de Ca. non
loquitur, quãdo in legato fuit expreſſa quãtitas, prout
erat in caſu, de quo agitur, & ideo dicebat noſter Nea
pol.in cõſuet.quæ incipit, dos & quarta.quid ſi dos eſt
legata, an ſit neceſſariũ inſtrumentũ, quòd aut fuit ex-
6 preſſa quãtitas, aut res certa, †& tũc nõ eſt neceſſariũ
inſtrumentũ.ff.de dote prælegat.l.ij.§.penul.& ff.de leg.
præſtan.contra tabulas bono.poſ.l.is qui.§.penulti.in
glo.in verbo, ſub prætextu.niſi fuiſſet demonſtratum
inſtrumentum, puta centum, quæ vxor dedit mihi in
dotem, prout continetur in inſtrumento, ſibi lego: vt
inſtit.de lega.§.ſed ſi vxori. Si verò non fuit expreſſa
quãtitas, puta dotẽ, quam mihi dedit, lego: tunc debet
probari data ſaltẽ per teſtes &c. nec ſunt paria legare
dotem ſolutam non expreſſa quãtitate. Et legare cen-
tum ſoluta vt in pro dote: vt patet ex prædictis. Et
ſic domina Magdalena per ſacrum Cõſilium fuit ab-
ſoluta à dictis expenſis factis per maritum in dicta ſua
domo dotali, & ad hanc ſententiam comprobandam
cõcurrebant aliæ rationes, videlicet depoſitiones ali-
7 quorũ teſtium dicentiũ, †quòd maritus cõſtãte ma-
trimonio donauerat vxori dictas expenſas, quæ dona-
tio fuit morte confirmata, quia non fuit reuocata, &
per cõſequens eſt valida: vt in l.cũ hic ſtatus.ff.de do.
inter virum & vxo.& l.donatio.C.eo. Item quia di-
ctus maritus in ſuo teſtamento generaliter legat libe-
rationem ſuis debitoribus, quos in futurum poſt eius
mortẽ reperiri cõtingat pro quauis cauſa, quòd dicti
debitores ad aliquam ſatisfactionẽ non teneantur: ne
ſint quomodolibet obligati, cùm teſtator ipſe totum
quod ſibi debetur a quibuſcunque, illud eidẽ legauit
pro ſalute ſuæ animæ ac remiſſione ſuorum peccato-
rum, excepto quodam debito Ioannis Sagliani: talis
exceptio firmat legatum generale, iuxta tex.in l.nam
quod liquidè.§ fi.ff.de penu leg.cum ſimi. †Et ſi di- 8
ceretur, quòd iſtud legatũ non cõprehendit dictã do-
minam Magdalenã, quæ conſtante matrimonio non
erat debitrix, & ſic liberatio nõ cõprehendit eam: vt
in l.creditor.in princ.de libera. leg.quam ad hoc pro
ſingulari allegat Frãciſ.de Aretio in conſi.xlvj.dicẽs,
quòd ſi debitũ fuit exactum, & legetur liberatio etiã
per verbum præteriti temporis, liberatio ad illud non
extenditur: quia non ſubſiſtit debitum, non poteſt ca-
dere liberatio. Ad hoc reſpõſum fuit, quia teſtator lo-
quitur, vbi poſt eius mortem in futurũ reperiri con-
tingat ipſum teſtatorem apparere creditorem, legat
liberationem: ergo ſi domina Magdalena ſoluto ma-
trimonio eſſet debitrix dictarum expenſarum, eſt ſibi
legata liberatio ab hoc debito. †Imò fortius, quidã 9
doctor dicebat, quòd etiam ſi dictum legatum fuiſſet
relictum per verba præſentis tẽporis, dicitur ceſsiſſe
dies, attento quòd ante diem dicitur orta obligatio:
licet obſtet exceptio: vt in l.centeſimus. in princ.ff.de
verb.obl.& not.gl.in l.itẽ quia.§ j.ff.de pactis. & in l.
certi cõdictio.in prin.in verbo, agere.ff.ſi cert. pet.&
Bar.in l.ita ſtipulatus.in iij.principali q.ff.de ver.obl.

Et ideò dicebat Bal.in l.& ſi poſt tres. vlt.chart.ff.
ſi quis cautio. quòd ſi cedo omnia iura & actiones, vi-
deor ceſsiſſe etiam actiones mihi competẽtes contra
obligatos in diem. de quo tamẽ per Alex. in l.ſi ſtipu-
latus fuerim.§.j.ff.de ver.obli. Item, quia teſtator
dilexit vxorem ſuam, & non ſolum legauit ei dotem
expreſſa quantitate certa, †per quod poteſt ſtatim illã 10
petere: vt in l.j.ff.de dote prælegat.& in l.j.C.de rei vxo.
actione ſed etiam legauit medietatẽ integram omniũ,
& quorumcunque bonorum mobilium, & ſuppelle-
ctilium, per quæ legata præſumẽdum eſt etiam, quòd
teſtator noluit dictam ſuam vxorem ab eius hærede
inquietari de dictis expẽſis factis per eum in dicta do-
mo dotali, cùm ſi voluiſſet declaraſſet.

DECISIO CCCLX.

De iuramẽto in litem dando propter non confectum inuentarium in tutela administrata.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum in litem, an præſtandum propter inuentarium non confectum in adminiſtrata tutela.*

2 *Tutor ſine inuentario tutelam gerens in dolo præſumitur eſſe.*

3 *Tutor qui librum rationum non confecit, ſuggerit parti iuramentum in litem, præſumitur in dolo eſſe.*

Tutor qualiter debeat ſe agere in libro rationũ ſcribẽdo.

4 *Iuratur in litem propter latam vel leuem culpam in actione tutelæ.*

5 *Doli præſumptio propter inuentarium per tutorem factum, an ſit iuris & de iure.*

Delum

6 *Dolum minima causa excusat.*
7 *Frater bona communia administrans, videtur proprio nomine regere.*
8 *Iuramentum in litem sine dolo non præstatur.*
Forma dandi iuramentum in litem.
9 *Taxa ante iuramentum in litem est facienda.*

INter Marcum Saxi & fratrẽ ex vna parte
agentem, & Petrum Saxi conuentũ super
redditione ratione administratæ tutelæ
tam pro mẽsibus xiij. quibus tutelã admi-
nistrauit sine inuentario, & posteà pro annis xiij. con-
fecto inuentario per fratrẽ Matthæũ & Petrũ prædi-
1 ctum. †Et quia dictus Petrus non cõfecit librũ admi-
nistrationis tutelæ, nec inuẽtarium tutoris fecit post
mortẽ cõmunis patris, & administrauit tutelã sine in-
uẽtario per dictos xiij. menses, fuit per dictos actores
petitũ, ꝙ eis detur iuramẽtũ in litẽ, per tex. in l. tutor,
qui repertoriũ. ff. de admi. tut. vbi dicitur, ꝙ non licet
tutori administrare nõ cõfecto inuẽtario. Ad idẽ in l.
tutores. C. eo. tit. & est tex. expressus in l. j. C. arbi. tute.
secundũ Bar. in d. l. tutor. & si administrat nõ cõfecto
inuẽtario, potest iurari in litẽ cõtra eum: quia videtur
esse in dolo: secũdũ Bar. in d. l. tutor. †Secũdò, debet
2 dictis actoribus dari iuramentũ in litẽ, non solũ pro-
pter dictũ inuẽtariũ nõ cõfectũ, quia ex hoc solũ præ-
sumitur in dolo: vt dicit tex. in d. l. tutor. sed etiã, quia
dictus Petrus nullũ librũ rationũ cõfecit, vt in l. j. §. of
ficio. ff. de tute. & ratio. distra. & ibi doct. scribẽtes, in
quo debẽt scribi omnia bona & credita sigillatim, &
non in genere: vt dicit Bart. in d. l. tutor. & Pet. de An-
cha. in consi. cccxvij. & Bar. in consi. cl. inci. cùm præ-
dicta examinarẽ. in fi. allegat l. antepenult. ff. de cõdi.
& demon. & Ang. in consil. cclxxvj. incip. tutor ali-
mẽtauit. & Bal. in j. vol. consi. cccliij. incip. ad euiden-
tiam. & Ang. in consil. cclxxxv. incip. quoniã in facto
3 assertum est. &c. †& si non cõfecit librũ, præsumitur
in dolo. arg. l. si quis ex argẽtariis. §. penul. ff. de edẽdo.
cum simi. & ideò iuratur in litẽ contra eum: vt dicunt
Imo. post Anto. de But. in c. cum in officiis. de testa. &
Bal. in aut. licẽtia. C. de epis. & cle. & hoc firmãt Lud.
in consi. cccxiij. incip. quo ad primũ, quo quæritur.
& Paul. de Cast. in consi. cccvj. inci. aduertẽdo, quòd
si de mala reductione cõputorum. & quãdo nõ fuisset
4 in dolo præsumpto, fuisset in culpa, †& in actione tu-
telæ propter culpã latã vel leuem iuratur in litẽ: vt in
l. is qui. & in l. alio. C. de in litẽ iurãdo. secundùm Bar.
in l. in actionibus. ff. de in litẽ iurãdo. In cõtrariũ pro
parte ipsius cõuenti dicitur, quòd nõ debet dari dictis
actoribus dictũ iuramentũ in litẽ cõtra ipsum, ex quo
ipse nõ fuit in dolo in non cõficiendo librũ inuenta-
rij, nec librũ rationũ: quia licet ius præsumat dolũ in
tutore nõ cõficiente inuentariũ, per iura præallegata:
tamẽ ista præsumptio nõ est iuris & de iure, ita ꝙ non
5 possit probari contrariũ. †imò potest probari cõtra-
riũ, quod patet: quia tex. in d. l. tutor, qui repertorium.
dicit quòd iusta causa excusat tutorẽ à cõfectione in-
uẽtarij: vt dicit textus ibi: ergo probãdo iustã causam,
quare non fecit inuentariũ, non est in dolo. & per cõ-
sequens non potest cõtra eum dari iuramentũ in litẽ.
Et dicitur, quòd in dicto cõuento iusta causa nõ cõfi-
ciendi inuentariũ per xiij. menses fuit, quia cõmunis
pater eorũ, videlicet notarius Rẽnus in suo testamẽto
dedit tutores dictis filiis suis Io. & Anto. de Saxis filios
suos maiores, qui statim post mortẽ cõmunis patris se
excusauerunt aliquibus causis expreßis à dicta tutela
in iudicio, & super hoc fuit diu litigatum, & ideò hac
lite pendẽte nõ fuit confectũ inuentariũ tutoris, quia
nesciebatur dictæ litis futurus euẽtus. hæc enim causa
debet excusare ipsum Petrũ à dicto dolo præsumpto
ex non cõfectione inuẽtarij: †quia etiã quælibet mini- 6
ma iusta causa etiam minus legitima debet excusare à
dolo præsumpto, vt in l. agitur. §. potest. ff. de libe. cau.
sa. l. j. in fi. in gl. ff. de abige. l. plagij. & ibi glo. ff. ad legẽ
Flaui. de plagi. quæ iura ad hoc alleg. Alexan. in ij. vol.
consi. ccxj. incip. visis & discußis &c. vlti. col. Nec
ob. id, quod dicitur, quòd si propter litẽ prædictã su-
per excusatione cõputorũ nõ fecit inuentariũ, debuit
ipse Petrus abstinere ab administratione, cum non
cõfecto inuentario scire debebat, quòd administratio
à iure est sibi interdicta, per d. l. tutor. †Quia ad hoc 7
ipse Petrus respondebat, quòd bona hæreditaria, quæ
fuerunt cõmunis patris, erant cõmunia inter eum &
dictos pupillos, & sic ipse possedit bona cõmunia &
administrauit, possedit & administrauit iure proprio,
& non vt tutor vel nomine pupillorũ: quia nõ appa-
ret, quòd nomine pupillorũ: administrauit, & ideo in
dubio videtur gesisse nomine proprio & nõ tutorio,
vt probat tex. in l. Titiũ & Mæuiũ. §. præfectus legio-
nis. ff. de administ. tut. quẽ textũ ad hoc allegat Alex.
in v. vol. cõsi. cxxxij. in versi. tamẽ præmißis. & in cõsi.
cxxxiiij. versi. circa prædicta &c. Et multa in facto al-
legauit ad excusationem doli præsumpti & culpæ. Et
ideò cessante vero dolo & culpa, debet cessare iura-
mentum in litẽ, †quod sine dolo præstari non potest: 8
vt not. in d. l. in actionibus. ff. de in litem iurando cum
concor. & eadẽ excusatio allegatur in dolo præsum-
pto: quia non cõfecit librũ rationũ, iuxta no. per Bar.
in d. l. tutor. cùm aliis suprà alleg. Fuit per dominũ
viceprotonotariũ & per maiorẽ partẽ dominorũ de
Cõsilio post longã discusionẽ habitã conclusum, dan
dum esse iuramentũ in litem dictis actoribus taxandũ
& moderandũ per dictũ sacrũ Cõsilium antequam iu-
retur, secundũ Bar. in d. l. in actionibus. vlt. col. & no.
in cap. fin. quod metus causa. & l. si quando. C. vnde vi.
†postquã iuratũ est, taxare non potest, quia redargue- 9
retur periuriũ: vt in aut. sed nouo iure. C. de iud. & no.
Bar. in l. videamus. §. iurare. ff. de in litẽ iurãdo. nec al-
legata per dictum Petrum mouerunt aliquid mẽtem
Consiliariorũ ad non interponendũ dictum decretũ.

DECISIO CCCLXI.

De remedio c. reintegrãda. iij. q. j. quod datur contra titulo poßidentẽ. Et de rebus ecclesiæ alienatis à principe.

SVMMARIVM.

1 *Remedium c. reintegranda. iij. q. j. quæ requirat prob. in-*
da. 15. 39.
2 *Exceptio notorij de f. ctus proprietatis qualiter opponatur.*
3 *Remedium c. reintegrãda. iij. q. j. an detur contra titulo*
possidentem. 33.
4 *Princeps pro bono publico dominium rerum priuatorum*
auferre an possit, & quid de ciuitate.
5 *Princeps pro bono pacis iniuriam potest remittere &*
damna data subditis.
6 *Princeps ius priuati ex contractu cum ipso celebrato tol-*
lere ex causa potest.

Vniuer

Vniuersitas quando possit venire contra proprium contractum.

7 *Princeps quando restituat ad bona alienata.*
Clausula restitutionis ad bona alienata quibusuis personis ex quauis causa an includat clericos.

8 *Clerici an & quando habeantur pro laicis.*
Ecclesia, est iustitiae cultrix.

9 *Princeps an possit tollere statutum, quod clericis cõcessit.*

10 *Priuilegium concessum non subdito, est irreuocabile, & transit in contractum.*
Donatio potest reuocari ex causa.

11 *Ecclesia habetur pro laico circa feudum.*

12 *Expulsus authoritate principis, non agit interdicto recuperandæ.*

13 *Princeps non arctatur ad obseruationẽ ordinis iudiciarij.*

14 *Securè ingredi potest, qui authoritate principis in possessionem immittitur.*
Dictio, securè, quid importet.
Ecclesia an possit habere feudum. nu. 39.

16 *Exceptio, inhabilitatis personæ obstat agenti remedio possessorio.*

17 *Gratia principis probari debet per scripturam. at.*

18 *Clausula cum beneficio l. omnes. & l. bene a Zenone in priuilegio concessionis inserta, quid operetur.*

19 *Concessio ad omnia bona, an comprehendat quod prius alteri fuit concessum.*

20 *Vendita non videntur ea, quæ prius aliis sunt concessa, nec veniunt in genere.*

22 *Bona simpliciter ecclesiæ concessa, per Regem, sunt effecta sancta sanctorum.*

23 *Obstitus non prælatus rerum ecclesiæ dominium & possessionem habet.*

24 *Ecclesiis oblata, dicuntur oblata Deo.*
Dari quod non potest, pro non dato habetur.

25 *Restitutio & priuilegium in spoliati præiudicium quo casu non valeat.*

26 *Princeps laicus sine ecclesiastico iudice nihil potest in bonis sancta sanctorum factis.*

27 *Velle nemo præsumitur, quod de iure non potest.*

28 *Verba generalia non extenduntur ad priuilegia ecclesiæ tollenda.*

29 *Princeps ex causa priuato auferens, causa cessante restituere debet.*

30 *Restitutus ad bona per principem, ad quæ bona videatur restitutus.*

31 *Restitutio ad bona alienata qualiter produci debeat.*
Restitutio an valeat si non probetur restitutum illam acceptam habuisse.

32 *Refutatio factum reddit infectum.*

34 *Testes non reddentes causam scientiæ, non probant.*

35 *Feudum ad principem rediens exuit onus.*
Princeps concedens feudum semel ad se reuersum, an & in quibus casibus oporteat, quòd reimponat seruitium.

36 *Rescriptum, per quod mandatur restitui possessio spoliato, causæ cognitionem requirit etiam executiuum.*

37 *Iuri tertij per generalia verba non derogatur.*
Aequitas non patitur alterius iura lædi.

38 *Citationis defectus iuris naturalis dicitur defectus.*

39 *Ecclesia de feudo spoliata restituenda, etiam non probatur de titulo.*

40 *Feuda processerunt à publico.*
Spoliati feudo, qui teneantur titulum producere.

41 *Possessio rei vel iuris acquiri potest, cuius proprietas de iure haberi non potest.*

Mulieri spoliatæ per virum constante connubio donata & tradita succurritur.

42 *Limitatio ad l. bene a Zenone. C. de quadrien. præscrip.*

45 *Prohibitio prædecessoris non transit in successorem.*
Singularissima contra statutum commune concessa in successorem non transeunt.


Onasteriom sanctæ Mariæ de iustitia or-
dinis sancti Benedicti in ciuitate Tarẽti,
† agit Remedio c. reintegranda. iij. q. j. cõ- 1
tra nobilẽ Ioan. Bernardinũ filiũ & hære
dem quondã nobilis Francis. Oriliæ possidentẽ certas
domos & vineas & molẽdinũ existẽtes in castro mon-
tis Albani indebitè & minus iustè, de quibus dictum
monasteriũ cecidit à possessione sine iusta causa, petit
propterea dictũ conuentũ cõdẽnari ad restitutionem
possessionis dictorũ bonorum. Et probat, ꝙ Rex Al-
phonsus secũdus habens, tenens, & possidens dicta bo-
na, illa donauit irreuocabiliter inter viuos dicto mo-
nasterio, quòd tradidit, & quod deinde dictum mona-
steriũ dicta bona tenuit & possedit recipiẽdo iura, fru
ctus, reditus & prouentus per plures annos: & quod si-
ne iusta causa & absq; iuris ordine cecidit à possessio-
ne dictorũ bonorũ, quæ tenentur & possidẽtur in præ-
sentiarũ per dictũ Io. Bernard. vtilẽ dominũ castri Pi-
stizi & montis Albani, & sic probauit ea quæ sibi in-
cumbunt in dicto remedio, iuxta ea, quæ habentur in
c. sæpe. & in c. cũ ad sedẽ. de restit. spol. & Ang. in con-
si. clvij. in ci. in prædicta q. vertente &c. Ex parte dicti
Io. Bernardini pro sui defensione allegatur, ꝙ dicta
bona antequã fuissent dotata per Regẽ Alphonsum
dicto monasterio, fuerũt quondã principis Antonelli
de sancto Seuerino, & propter eius rebellionẽ fuerunt
deuoluta ad Regẽ Ferdinandũ primũ: & Rex Alphon-
sus eius primogenitus donauit dicto monasterio, &
eo tenente & possidẽte, Rex Federicus eius frater, qui
successit Regi Ferdinãdo eius nepoti plenissimè pro
statu reipublicæ restituit dictũ principẽ etiã ad bona
alienata quibusuis personis. Et deinde dictus princeps
iterũ deuiauit à fidelitate Regis Federici. Et Rex Fede-
ricus incorporauit sibi dicta bona existẽtia in dicto ca
stro. Et posteà dicta castra cum iuribus & pertinentiis
suis concessit dicto Francisco Oriliæ. Et cõmissarius
Regius inducit eũ in possessionẽ dictorũ castrorũ, &
bonorũ prædictorũ, tanquã de dicto castro mõtis Al-
bani, & sic in præsentiarũ possidet mediãtibus dictis
titulis, † & ideò dictus cõuentus opponit exceptionẽ 2
notorij defectus proprietatis contra dictũ monaste-
rium. hoc modo videlicet, princeps fuit restitutus per
Regẽ ad bona alienata pro bono pacis ergo ad dicta
bona. deinde princeps iterũ deuiauit, & ex noua cau-
sa peruenit ad Regẽ Federicum. Rex Federicus dona-
uit & concessit dicta castra cũ iuribus & pertinentiis
suis dicto Francisco, & per suum commissariũ indu-
xit eum in possessionẽ: ergo nullũ dominium, nec pos-
sessio fuit penes dictum monasterium post in integrũ
restitutionem factam dicto principi. Et ad hanc exce-
ptionem fundandã aduocati Ioan. Bernardini allega-
bant in substantia infrà scriptas rationes. † Et pri- 3
ma, quia remedium dicti capituli non datur contra
titulo possidentẽ, vt firmat Alex. in ij. vol. cõsi. cxviij.
in j. & ij. col. in iij. vol. consi. lxvj. j. & ij. col. & in eod.
vol. consi. cxxx. Secunda ratio est, quia Rex Federi-
cus pro bono pacis & ex causa publicæ vtilitatis po-
tuit restituere dictum principẽ ad bona alienata qui-

4 busuis personis:quia clarum est in iure, † quòd prin-
ceps potest pro bono publico auferre dominiū rerum
priuatarū, per tex.in l.Lucius.ff.de euict.& l.itē si ver-
beratum §.si forte.ff.de rei vend.& not. Io. And. in c.
in nostra.de iureiur. Et ideò dicebat Bald.& Ang.in
l.bene à Zenone.C.de quadri. præscrip.quòd ciuitas
pro pace habenda potest auferre bona priuatorū.Idē
5 Bal.& Ang.in l.cōuentionum.ff.de pact.† quòd prin-
ceps pro bono pacis potest remittere iniurias & dam-
nata subditis.& idē dixit Ang.in l.vēditor. §.si cōstat.
ff.commu.præd.& in l.Antiochenium.ff. de priuile.
credit.& Raphaël Fulgo.in consi.cxliij. Benefacit ad
hoc,quod dicit Bar.in l.quicunque.in fi.C. de fide in-
stru.& iure hastæ fisca.lib.x.vbi dicit,quòd emptores,
qui emunt à communi Perusij bona bannitorum,
qui posteà per capitula pacis fuerūt restituti, cogun-
tur illa eis reddere ex forma capitulorū pacis. Item
6 potest ex causa princeps vel Rex † tollere ius priuati
ex cōtractu cū ipso celebrato,vt dicit Bal.in l. fi.ff.de
senato.& in l.penul.C.de donat.inter vir.& vxo.Facit
ad hoc consiliū Cardi.lxxxvj.quod incipit, do.Nico-
laus &c.vbi dicit,ꝙ vniuersitas potest venire contra
propriū contractum cum subdito celebratū ex causa
pacis allegat dictum c. in nostra.& est bonus tex.in l.
quod semel.ff.de decre.ab ordine fac. Et ad hoc ac-
cedat,quod cōmuniter dicunt doct.in l.Gallus.in §.&
quid si tantum.ff.de lib. & posthu.& Alex. in l.si.C.de
7 sen.passis. † ꝙ licet regulariter princeps nō restituat
ad bona alienata,tamen fallit,quando restituit etiam
ad bona alienata propter beneficiū pacis:nā tūc illi
quibus facta fuit alienatio debent primis dominis re-
stituere.Idem in effectu dicit Bal.in tit.de pace Con-
stan.in verbo,priuilegia.& refert Feli.in c. inter qua-
tuor.de maiori.& obedien.& Io.de Imo.in c.quia di-
ligentia.de elect. Sed Rex Federicus restituēdo prin-
cipem etiam ad bona alienata quibusuis personis ex
quauis causa,nō solū videtur eum restituere ad bona
alienata laicis,sed etiā clericis,per id,quod dixit Pau.
de Cast.in consi.ccxxxj.incip primū dubiū &c. colū.
8 penul.† vbi dicit,ꝙ vbi tractatur de auferendo bona
clericis quæsita ex eorū contractu,ꝙ ipsi habētur pro
laicis. Et facit ratio:quia cū ecclesia sit cultrix iusti-
tiæ,vt in c.j.de alie.feud.non debet pati,ꝙ facta resti-
tutione propter pacē factā ipse princeps sit in dāno.
& hac ratione vtitur Bartholo.Veronen.in tracta.suo
egregio,de seruit.in ij.parte,in titu. de seruitute iuris
pascendi,colū.xxiiij. Item,quia licet expressè Rex
Federicus non restituat principem pro bonis pacis ad
bona alienata monasterijs & ecclesiis, tamen in illo
priuilegio restitutionis in integrum sunt talia verba,
per quæ apparet ipsum Regem Federicū voluisse re-
stituere principē ad dicta bona concessa dicto mona-
sterio,& nō est dubitandum ipsum potuisse hoc face-
re pro bono pacis,ex quo dicta bona fuerunt quæsita
dicto monasterio ex donatione Regis Alphonsi secū-
9 di:vt suprà dictū est per consiliū Pau.de Cast.† Item,
quia licet princeps non possit tollere priuilegiū con-
cessum non subdito:vt not.in c.nouit.per Inn.& alios
de iudiciis & not.Cardi.in c.perpēdimus.de sent. ex-
com.& Bart.in l.priuilegia.C.de sacrosan.eccle.tamē
multi doctores tenent,ꝙ princeps potest tollere statu-
tum per eum clericis indultum:vt dicit Bal.in l.si quis
curialis.C.de episco.& cleri.in auth.cassa.C. de sacro-
sanct.eccle.& ibi Salic.& Pau.de Cast.in d.l. priuile-
gia.& Alex.in l.non amplius.in prin.ff.de legat.j.& ij.
vol.consi.ccix.incip.statutis accurate prospectis. & c.
in iiij.col. Et si diceretur,ꝙ licet sit verum, quòd pri-
uilegium collatum clericis per statutum laici, potest
reuocari per laicum,nō tamen priuilegium collatum
clericis,quod transiuit in contractum:† quia priuile- 10
gium concessum non subdito transit in contractum,
& non potest reuocari:vt in d. c. nouit. & habetur in
c.j.de probation.& tenet Lud. in consil.cclij. incipiē.
pro decisione. Nam ad hoc dicebatur,quòd verum
est,quòd priuilegium concessum nō subdito transit in
contractum, & non potest reuocari per principem,
hoc verum,nisi faciat reuocationem ex causa, ex qua
potest reuocari donatio:vt dicūt moder.in d. c. nouit.
in ix.limita.& voluit Feli.in c.quæ in ecclesiarū. col.
xix.de constit.Sed dicta restitutio facta principi & re
uocatio fuit facta ob bonum publicum.Ideò potuit
fieri per ea,quæ suprà dicta sunt. † Tertia ratio est, 11
quia præsupponitur,quòd dicta bona concessa mona-
sterio prædicto sint donata monasterio,tanquam bo-
na feudalia vt primitus erant,& sic ratione dictorum
bonorum feudalium monasterium est subditū Regi:
vt in c.cæterum.de iudi.& in c. verum. de foro com-
petenti.& habetur in inuestitura Apostolica huius Re
gni.& sic potuit fieri dicta restitutio in integrum ad
bona alienata quibusuis personis,& sic dicto mona-
sterio,quòd reputatur laicus quantum ad dicta bona
feudalia. Quarta ratio est: quia dictus Franciscus
pater conuenti adeptus fuit possessionem dictorū ca-
strorum & bonorum prædictorum per manus Regij
commissarij habētis potestatē à Rege inducendi eum
in possessionem, † quo casu iustè possidet,qui authore 12
prætore possidet:vt in l.iustè possidet.ff. de acquiren.
possess.[a] Inde dicit Bald.in iij. volu. Consi.[b] ccxcv. a
incipiente,ad euidētiam.qui dicit,quòd expulsus per b
violentiam ab eo,qui habet priuilegiū à principe, nō
potest agere possessorio recuperandi.Quia dicitur ex-
pulsus authoritate magni prætoris.& Albert.de Rosa.
in l.si de vi.vlti.col.ff.de iudic. dicit,[c] quòd si spolia- c
tio est facta à magno iudice sine causæ cognitione, &
data ei,cui debebat tradi,nō patit interdictum vnde
vi,& pro hoc faciunt ea quæ habentur in c. de causis.
de re iudica.vbi dicit Inn. † quòd princeps non tene- 13
tur seruare ordinē iudiciorum & not.Bal.in l. fi. C.de
legib.& Alberic.in l.princeps.ff.eod.titu.Et sic com-
missarius Regis Federici nō tenebatur citare dictum
monasterium:quia tantam potestatem habet cui prin
ceps committit,sicut ipse princeps,secundùm Angel.
in l.si C.de impub & aliis substit.Maximè,quia posses
sio dictorum bonorum non erat nunc penes dictum
monasterium:sed penes dictum Regem ex noua rebel
lione dicti principis.Ideo dicit Cyn.in l.meminerint.
C.vnde vi.Si princeps † dedit licentiam intrandi pos 14
sessionem per seipsum,tūc secure potest ingredi. arg.
l.quidam consulebant.ff.de re iudica.& l.princeps.ff.
de legibus.illuc verbū securè,importat,quòd non po-
test conueniri super spolio,vt not.doctores in c. ij. de
pactis.& in l.illa institutio.ff.de hæredibus instituen.
& est glo.in l.j.C.si aduersus solutionem.& illam glo.
not.ibi Bal.quòd istud verbum securè importat,quòd
non tenetur ad restitutionem. † Quinta ratio est, 15
quia dictum monasterium agens pro recuperanda
possessione dictorum bonorum, debet de necessitate
vt possit obtinere,ostendere de titulo:quia habet resi-
stentiam

sistentiam iuris communis contra se: quia ecclesia nō
potest de iure communi habere feudum: quia dicitur
peruenire tunc feudum ad manus mortuas: vt in c. j. §.
& si clientulus de ali. feu. nisi ex concessione & priui-
16 legio principis: † & sic obstat exceptio inhabilitatis
personæ agenti remedio possessoris: vt concludit And.
in consti. Regni violētias. & in l. Imperialem. §. illud.
de prohi. feudi. ali. per Fede. vbi si mancus vel aliās in-
habilis ad feudū agit possessorio, nō fit restitutio, nisi
ostendat priuilegium habilitationis. & not. Alex. in l.
naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquiren. possess. &
ibi sunt concordantiæ, quas non allego breuitatis cau
sa. Benefacit glo. iij. q. j. §. patet. & xxiij. distin. c. in no-
mine domini. vbi si intrusus spolietur, non debet ei
ante omnia fieri restitutio. Sed dictum monasterium
non ostendit priuilegium donationis dicti Regis Al-
17 phonsi, nisi † quod probat per testes de dicta donatio-
ne, quæ probatio parum operatur; quia gratia princi-
pis debet probari per scripturam: vt in l. j. C. de man.
princi. & plenè per Ioan. And. & alios in proœ. vj. li-
bri. & ibi sunt concordantiæ. ergo dicto monasterio
non debet fieri restitutio. Sexta ratio: quia in priui-
legio concessionis, dictorum castrorum facta dicto
Francisco, est clausula, cum beneficio l. omnes. & l. be-
18 ne à Zenone. quo casu denegatur audientia. † Imò ex-
presse princeps aduocat iurisdictionē iudicibus, quod
facere potest: vt dicit Bal. in consilio incipiente, do-
mini priores, & Abb. in repeti. c. ecclesia sanctæ Ma-
riæ. de consti. in xxvj. col. & Petr. de Anc. in repe. c. ca-
nonum statuta. col. lxxxvj. versi. quæro etiam de quæ-
stione &c. de consti. & sic nō potest hæres dicti Fran-
cisci conueniri in sacro Consilio, ex quo in dicta cau-
sa auocata est iurisdictio, per l. iudicium soluitur. ff. de
indi. quam ad hoc allegat Andr. in constitu. Regni, ea
quæ non ad decus. In contrarium pro parte dicti
monasterij dicitur, quòd dictus conuentus nō potest
se iuuare ex allegata restitutione etiam ad bona alie-
nata pro bono pacis facta principi Salernitani ex sex
aliis rationibus. Et prima, quia Rex Federicus dicto
Francisco non concessit dicta bona, quæ fuerunt pos-
sessa per dictum monasterium, sed tantum concedit
castrum Pistizi & castrum montis Albani, cum iuri-
19 bus & pertinentiis suis, & sic non venit, † quod alteri
per prius fuit concessum, scilicet dicto monasterio, vt
dicit Bal. per illum tex. in c. j. de capita. qui cu. vendi.
vbi dicit, non videntur vendita ea, quę prius aliis sunt
concessa, & ab ipso vniuersitatis corpore separata. &
ibi in iiij. col. disputat, si ciuitas habet molendinum &
conceditur alicui ciuitas, an transeat molendinum d.
ciuitatis in concessionarium ciuitatis. Et dicit conclu
dendo post argumenta pro & contrà, quòd non: quia
illud molendinum est proprium peculium ciuitatis:
& sic apud ipsam ciuitatem remanet, & non est trans-
20 latum in concessionarium. † Et pro hoc ego allego
textum in l. quoties. C. famil. ercisc. un. vbi ea, quæ aliis
sunt concessa, non veniunt in genere. & tex. in l. qui
hominem. ff. de adimendis legatis. vbi in legato gene-
ris non venit, quod alteri est distractum de legato ge-
neris. concor. l. vxorem. §. felicissimo. ff. de legatis iij.
bonus est tex. in c. dudum. de priuilegiis, vbi conces-
sio non extenditur ad ea, quæ per alios possidentur.
Idem voluit Bal. in rubr. ff. de rerum diui. ad finem. &
Bald. in l. monumenta. C. de legib. Si ergo dicto Fran-
cisco non sunt translata dicta bona per prius conces-

sa monasterio, quomodo ipse potest allegare de iure
tertij, scilicet de restitutione facta principi, cum dicta
exceptio non habet ipsum releuare, † cum non sint si- 21
bi concessa: vt firmat Bal. in l. cùm seruum quispiam.
C. de seruis fugitiuis. & doct. in c. cū super. de re iudi-
cata. & in remissionibus, quæ ponuntur in Bar. in l. ij.
ff. de except. rei iudi. Secunda ratio est, clarū est quod
dicta bona fuerunt donata per Regem Alphonsum se-
cundum dicto monasterio, vt est probatum, per testes
in processu, & licet dicatur, quòd donatio Regis de-
bet probari per scripturam, vt suprà allegatum est: ta-
men aliquibus ex nostris fuit extra iudicialiter osten-
sum priuilegium dicti Regis donationis dictorum bo
norum, quæ donatio simpliciter fuit facta de dictis bo
nis non in feudum, nec sub aliqua fidelitate vel serui-
tio, quo † casu dicit Inn. in c. verum. de foro compe- 22
tenti, quòd tunc ecclesia in nullo tenetur, & illa bona
sunt effecta sanctum sanctorum, & ideo postquam
translatum est dominium in ecclesiam, per nullum
potest capi, nisi authoritate iudicis ecclesiastici: quia
sacrilegium in eis committitur. xij. quæst. ij. c. nulli. li-
ceat. & sequenti. & c. cùm sit generale. de foro compe-
tenti. sed si fuissent concessa in feudum, tunc non es-
sent. illa bona sanctum sanctorum domino: † cùm di- 23
rectum dominium sit penes dominium secundum In-
noc. in d. c. verum: & sic esto, quòd expressè restituerit
Rex Federicus ad bona alienata quibusuis personis,
non potest trahi, vt fiat restitutio sine authoritate iu-
dicis ecclesiastici, bonorum, quæ sunt sancta sancto-
rum: ideò dicit Innoc. in c. cùm super. de causa posses.
& proprieta. nota, quòd non prælatus, sed Christus do
minium rerum ecclesiarum & possessionem habet.
† vnde quicunque homines offerunt ecclesiis, dicun- 24
tur esse oblata Deo: vt d. c. nulli liceat &c. Et ideò pro
non dato habetur, quòd de iure dari non potest, capi.
quod autem. de iure patronatus, cum concordantiis
allegatis per Abbatem in c. ij. de rebus ecclesiæ non
alien. cum concor. etiam allegatis per And. de Iser. in
c. j. §. præterea. quæ sit prima causa benefi. amit. Ter-
tia ratio est: quia princeps ante restitutionem prædi-
ctam factam per Regem Federicum etiam ad bona
alienata pro bono pacis spoliauit monasterium di-
ctis bonis, & deinde facta fuit dicta restitutio in inte-
grum ad bona alienata nō purgato vitio spolij, † quo 25
casu illa restitutio & priuilegium nihil valet in præ-
iudicium spoliati: vt est tex. in l. authoritate. C. vnde
vi. & not. gl. & Bart. & Ang. C. de fundi. & salu. rei do-
minicæ. lib. xj. & Bald. in l. j. ff. de constitu. princi. & in
l. ij. C. de legi. & voluit Alexan. in iiij. volumine, con-
silio cxxiij. vltima colum. & in v. volu. consil. j. xiij. co-
lum. & Bal. & ibi dixi in c. j. per quos fiat inuestitu. &
voluit Bal. in l. iij. C. ne rei do. vel templo. Nec ob-
stat, quòd Rex ex certa scientia & ex magna causa
etiam in præiudicium tertij hoc possit facere, vt dicit
Præpositus in cap. j. in fine. de natura feudi. & Salic. in
dicta. l. authoritate. & Andræas Barb. in consilio posi-
to inter consilia Alexan. in iiij. volu. consil. cxxvij. in-
cipien. scripsit ecclesiasticus &c. Ange. in l. Paulus. §.
quod pignori. ff. quibus modis pig. vel hypothe. solui-
tur. † Quia prædicta possunt procedere, quando illa 26
bona non essent sancta sanctorum, de quibus prin-
ceps laicus nihil potest vlterius facere sine iudice ec-
clesiastico: vt dicit Innocen. in d. c. verum. Quarta
ratio, quia in dicta restitutione principis Salerni non

dicitur, quòd extendatur ad bona alienata in ecclesiam,& sic non transit ad bona ecclesiæ alienata per prius,tũ quia facta sunt sancta sanctorum: vt ʒ. di-
27 ctũ est. † & nemo præsumitur velle quod non potest de iure,vel de perpetuo impedimentum,secundũ Bal. in c.j.de iurament.calum.alleg.l.vxor patrui.C.de legat.& voluntas talis esse præsumitur in dubio, qualis esse debet,secundùm Bal.in l.j.v. col.C.de sac. sanct. eccl.& in l.precibus.xvij.col.C.de impub.& aliis sub.
28 & voluit Alex.in iiij.vol.consi.liiij.v.col. † tum quia verba generalia nõ extendũtur, vt tollant priuilegia ecclesiæ:vt in c.si propter.de rescrip. lib. vj.& voluit hoc Feli.in d.c.nouit.de iudi.& in d.c. ecclesia sanctæ Mariæ.xxxv.col.de cõsti.& Bal.in l.omnes populi. in vj.col.ff. de iust.& iur.& ad hoc faciũt omnia illa,quæ alleg.Io. Mon.& Io.And.in nouel.in c.in generali.de re.iur.lib.vj. Quinta ratio,posito,ꝙ princeps acceptasset talem restitutionem à principio, & quòd extenderetur ad bona alienata,& concessa dicto monasterio ob beneficium pacis per ea quæ ʒ. allegata fuerunt,certè si princeps Salerni defecit à fidelitate Regis Federici, & dictus Rex iterum incorporauit sibi bona principis,certè tenebatur restituere supra dicta bona d.monasterio,per id quod dicit Innoc.in c.quia
29 pleriq;.de immunitate ecclesiæ, vbi dicit, † quòd si princeps ex causa aufert rem priuati, cessante posteà dicta causa,debet rem illã dicto priuato restituere.Idẽ voluit Ant.de But.& Imo.in d.c.quæ in ecclesiarum. de consti.& ibi Feli.in xix. col. & Marianus Succina in consi.clxiiij.col.iiij.bene facit pro hoc ratio tex.in c.suggestum.de deci. Nec obstat id,quod dicit And. de Iser.in c.j.in fi.de vasallo decrepitæ ætatis.vbi dicit quòd si princeps restituit rebellẽ in pristinum statum non tamen bona alienata omnia quæ sunt in posse fisci debent restitui ipsi restituto, pone ꝙ ante restitutionẽ princeps aliqua bona illius rebellis alteri concessit,& ipse concessionarius mortuus est sine liberis,
30 & illa bona sunt reuersa ad Regẽ,nõ † tenetur Rex illi restituto restituere: quia videtur ad ea restitutus, quæ fiscus tũc habebat,nõ ad ea,quæ posteà habuit ex noua causa. Quia respondetur,ꝙ istud dictum And. nihil facit ad propositũ:quia in casu,de quo agitur,facta fuit alienatio per Regem Alfonsum de dictis bonis monasterio,& ex causa pacis Rex Federicus restituit principem generaliter ad bona alienata, nõ intelligitur de alienatis in ecclesia:vt ʒ.dictum est. Item restitutio facta fuit ex causa pacis,qua cessante, debet fieri restitutio ei,cui facta est alienatio.vt ʒ. dictũ est. nec And.dicit contrariũ ibi in hoc,qui loquitur in casu satis diuerso,vt ʒ. dictũ est.& pro ista decisione benefacit text.in l.post diuortiũ.ff.de iu.dot.& id quod alleg.Lud.Rom.in cons.cccclix.incipiente,in proposita cõsultatione in ij.quæst.licet alleg.posteà aliâs ra-
31 tiones & iura in contrarium. † Sexta ratio:quia dicta restitutio facta principi etiam ad bona alienata non est producta in forma probante,nec est probatũ, quòd princeps ipsam ratam habuit: sed Rex Federicus ex seipso ipsam fecit, vt reduceret principem ad suam fidelitatem,& ipse nõ voluit venire ad eius obedientiam,propter quod oportuit Regem Federicum ipsum in terra Diani debellare:si ergo non probatur principem acceptasse dictam restitutionem, dicta restitutio nihil est,per not.per glo.in c.si tibi absenti.de præben.in vj.& in l.si ego.ff.de neg. gest. quæ iura ad hoc allegat Pau.de Cast.in consi.xj incipiente,in casu
præcedenti &c. † Et ideò secuta retutatione perinde 32
est,ac si nihil fuisset actũ.ff.de leg.j.l.legatarius. §. j. & l.si tibi homo.§.cùm seruus.& l.proinde. cum similibus.ff.si cert.peta. Per sacrum Consilium fuit conclusum,quòd fiat restitutio possessionis dictorum bonorum dicto monasterio. Nec obstat prima ratio:
quia communis conclusio se habet, † quòd remedium 33
rei otegrandæ datur etiam contra titulo possidentem, vt firmat Alex.in l.rem quæ nobis.ff.de acquiren.possessione.in iiij.col.& dicit,quòd pro ista parte vidit iudicari.& in iij.vol.consi.vj.in v.col.dicit quòd ista est vera conclusio.& in v.volu.consil. xcj.dicit quòd ista est magis communis opi.& in hac opinione resident domini de Consilio. Nec obstat secunda ratio, quia confunditur per dictum Innocen.in d. c. verum. prout dictum fuit suprà in secunda ratione pro monasterio. Nec obstat tertia ratio,quia non probatur, quòd dicta bona sunt feudalia,esto quòd testes dicant quòd sunt feudalia:quia non deponunt de causa scien
tiæ,quomodo sciunt,quòd sunt feudalia: † & sic non 34
probant illa bona esse feudalia:vt dicit egregiè Alex. de Imo in j.vol.cons.cxxxvj.quòd incipit,viso. & examinato processu.in iiij.col.Et tantò magis, quia non probatur,quòd quando Rex Alphonsus donauit dicto monasterio,aliquid sibi reseruauit. Ideò præsumitur libere donasse,secundùm Inn.in d.c. verum. Et ideò dicit And.in c.j.vlt.col.ex quibus causis feudum amit.
† quòd quando feudum redit ad Regẽ, non peruenit 35
cum onere:& ideò extinguitur feudum,& non potest dici feudum apud Regem,quia res sua nemini seruit. ff.si vsusfru.peta.l.vti frui.ita quòd si iteratò cõcedat, oportet quòd reimponatur seruitium, nisi in certis casibus notatis ibi per Andr.in lectura, & clarius in additione sua,quæ incipit, per præmissa patet. Nec obstat quarta ratio: quia intelligitur illa ratio vera, quando princeps præmissa causæ cognitione d per suum cõmissarium mandat dari possessionem,quæ est penes tertium,vt dicunt doctores in d.l.iustè possidet. & maximè Alex.& Ang.in l.fundi.venditor. eod. tit. & ibi etiam Alex.& Bal.in l.meminerint. præallegata.& Bal.in iij.vol.consi.ccccxxxviij.circa fin. & pro hoc sunt tex.in l.authoritate.& in d.l.meminerint.C. vnde vi.& l.fi.C.si per vim vel alio modo.& in c.con-
querente.de restitutione spoliat. † Et pro hoc est tex. 36
in l.& si non cognitio.C.si contra ius vel vti.pub. vbi rescriptum,per quod mandatur restitui possessio spoliato,requirit causæ cognitionem,& citationem, etiã quòd sit executiuum.& istum tex. allegat Ant.de But. in c.super literis.de restitu.spoliatorum. & Vitalis in clausula,si preces veritate nitantur.xj.char.de quo in c.de cætero.de re iudicata.& per Per.de Anc.in Cle.j. de re iudicata. Ideò bene facit,quod dicit Bald. in l. j.
j.col.de constit.prine. † quòd nõ videtur derogatum 37
iuri tertij per generalia verba.& idem dicit in c. j. §. sed & res,per quos fiat inuestitura. Non enim patitur æquitas,quòd iura alterius lædãtur, etiam eo tempore, quo omnia manu Regia gubernabantur. dicit notanter Bar.in extrauaganti.ad reprimendã. in ver-
bo,videbitur circa finem. † defectus citationis appel- 38
latur defectus iuris naturalis, vt in Clem. pastoralis. de re iudic.secundùm Alex.in d.l.iustè possidet. Nec habet obstare, quòd monasterium non possidebat, quando commissarius posuit in possessionem dictorum

rum bonorum dictum Franciscum: quia iam dictæ res fuerunt affectæ vitio spolij, propter spolium factũ per principem ante præfatam restitutionem in integrum sibi factam per Regem Federicum, & vitio spolij non purgato deuenit ad diuersas manus, & tandem ad dictum Franciscum & sic competit remedium d.c. reintegranda. & remedium constitutio Regnũ violentias
39 † per quam corrigitur. l. cùm à re. ff. de vi & vi armata.

Nec obstat quintum motiuum, quia ecclesia est capax feudi, quando sibi donatur à Rege. Et ideò si spoliatur, debet fieri sibi restitutio etiam non probato de titulo, ex quo ius permittit, quòd ecclesia potest habere feudum: vt videtur concludere Andr. in dicta con-
40 stit. violentias. & in d. §. illud. maximè, † quia omnia feuda processerunt à publico, vt in d. §. optimum. de exhibẽ. reis. & not. And. in prælu. & tamẽ quilibet spoliatus feudo, agit super spolio, & non tenetur ostendere titulum nisi mancus & mutus, & surdus, qui habet specialem resistentiã iuris cõmunis, secundũ Andr. in loco præallegato. & in c. ad decimas. de restit. spoliat. lib. vj. cum concord. suis. & in l. Imperialem. §. illud. de prohi. feu. ali. per Fed. & per Pau. de Ca. in l. si de vi. ff. de iudi. & tantò magis, quia dicit Abb. in c. consti-
41 tutis. in iiij. col. de electione, † quòd potest puniri possessio alicuius rei vel iuris, cuius proprietas de iure haberi non potest: vt probatur in l. j. §. si vir. ff. de acquir. poss. & in l. j. §. deiicitur. ff. de vi & vi arma. vbi patet, ꝙ licet maritus non possit rem donare vxori, tamen si res donata traditur, transit possessio in mulierẽ, adeò ꝙ si spolietur ab alio, habet interdictũ ad possessionẽ
42 recuperandam. Nec obstat sexta ratio, † quia dicta lex, omnes. & l. bene à Zenone. quæ denegant audientiam actori, non habent locum in rebus ecclesiæ alienatis à principe: vt est gl. xij. q. ij. c. quicunque militũ. not. Archid. xxiij. q. fin. c. cùm venduntur. & Abb. in c. ij. de reb. eccle. non alie. & ego dixi in l. j. C. de fide instru. & iure haste fisca. lib. x. Item, Rex Federicus non potuit tollere iurisdictionem in dicto casu iudicibus futuris constitutis à successore in Regno, per id, quod habetur per Alber. in l. digna vox. C. de legi.
43 † & sic prohibitio facta per prædecessorem non trãsit in successorem, de quo per Iaso. in l. si procurator. ff. de oper. noui nun. & in l. fi. eo. tit. ideo dicit Bal. in c. fi. de offic. deleg. quòd quando aliquid est multùm singulare, & contra communia statuta concessum, non transit in successorem.

ADDITIO.

a *Possessio.* Vide j. solutionem datam huic quartę rationi infrà in ij. charta ad manum. in fine. Th. Gram.

b *Consilio.* Adde tamen aduersus consilium Bald. hic, quòd illud intelligitur, vbi authoritate magni prætoris seu principis quis destitisset cum causę cognitione. Secus si sine causæ cognitione, quoniam illud diceretur de facto factum, quod fit sine cognitione causæ, seu pronuntiatione sententiæ, vbi sententia requiritur: vt est glo. singularis secundùm Bar. in l. ictus fustium. ff. de his qui notan. infami. ita consuluit Maria. Soci. consil. xxxij penult. col. ij. volum. Thomas Gramm.

Adde quòd est consilium cccxlv. in j. volu. incipit, ad audientiã, dicit contrariũ verius quod hic idẽ Bal.

c *Iudici dicit.* Adde quòd hoc dictum Alber. in d. l. si de vi. & successiuè Bal. & aliorum hic allegatorum nõ puto verum: cùm nec Papa, nec princeps non citata aut inaudita parte possit de causa cognoscere, & sic decernere. tex. est in c. j. de cau. poss. & propri. in l. meminerint. C. vnde vi. ex quo esset tollere defensionem quæ est de iure naturali: quæ tolli non potest in §. sed naturalia quidem iura. Insti. de iur. natur. gent. & ciui. & sic etiam princeps auferre etiam non potest. Cle. pastoralis. de re iud. & tenet Bal. in l. vt vim. ff. de iust. & iur. & plenè Fely. in c. cùm olim. de re iudi. vbi colligit quædam alia, quæ dixerat in c. quæ in ecclesiarũ. de constitutio. & repræhendit Hostien. Imò etiam de plenitudine potestatis hoc princeps facere non potest, nisi ex certa scientia. ita voluit Francis. de Aret. consi. clxv. xij. col. vbi repræhendit Hostien. & Ioan. Andr. in c. in præsentia. de procurato. & sequitur Barba. in consi. xxiiij. ij. volum. antepen. col. Imo vbi mãdatur possessio etiam restitui spoliato, requiritur causæ cognitio etiam si sit præceptum executiuum. l. & si non cognitio. C. si contra ius vel vtili. publi. per quam ita dicit Ant. de Butr. in c. super literis. de restit. spoliat. Vital. in clausula, si preces. xj. chart. Pet. de Anch. in Clement. j. de re iudic. ex quo etiam iniustus possessor audiri debet antequàm amoueatur. Bart. in l. fi. de edicto diui Innoc. in c. cùm olim. extrà, de priuil. Alexan. consi. v. in ij. vol. Ludo. consil. clviij. plenè Fely. in c. fi. extrà, de præsumptio. Tho. Gram.

d *C. iusta cognitione.* Adde quòd pulchrè not. Innoc. in c. querelam. de electio. & Bal. in l. si pacto, quo pœnã. C. de pact. dicentes, quòd licet iura dicant possessorem non esse eiiciendum de possessione nisi illo vocato. l. meminerint. C. vnde vi. & l. fi. C. si per vim vel alio modo. & in c. episcopus. de præben. in vj. & in c. inter quatuor. de maiorit. & obedientia. tamẽ vbi quis esset iniustus possessor authoritate iudicis, qui illum in possessionem misisset de facto causa non cognita: tunc de facto iudex potest illum à possessione amouere, ad quod bonus est tex. in l. j. §. & hoc edictum. ff. si mulier. vend. nomin. dicens, quòd quemadmodum iudex est facilis in immittendo, ita debet esse facilis in reuocando. ad idem gloss. notat in c. ab excommunicato. vj. quæst. iij. idem tenet Bald. in l. dies festos. C. de feri. in l. ij. C. de edicto diui. in l. ij. C. de seruitu. & aqua. colum. xij. versic. quid si iudex. & in rubr. C. de rescind. vend. in repetitione legis, tale pactum. §. qui prouocauit. iiij. quæst. ff. de pactis. & in l. os maritorum. C. ne vxor pro marito. Anton. de Bur. in c. cùm cessante. de appellat. doctor. in c. ex literis. de pigno. Rom. consil. clviij. & cccxx. & ccxxvj. Contrarium tamen videtur tenere Bald. in l. si deserta. C. si propter public. pen. dicens, quòd licet iudex, qui fuit facilis in dando tenutam sine iuris ordine, debet etiam esse facilis in reuocando: non tamen debet hoc facere nisi parte citata. Pro concordia moder. in d. l. si pacto. dicunt, quòd si iudex, quando dedit tenutam, omisit citare partem, potest tunc illam reuocare parte non citata. aut omisit alium ordinem præter citationem, & tunc in reuocando requiritur citatio. & ita procedat nota. Bald. in d. l. si deserta. Aduerte tamen ad vnum singu. quòd si iudex mihi absenti præcipit, ne in opere procedam, aduersario non citato, potest iudex præceptum reuocare, si fuit factum subsistente causa, ex qua etiam nulli parti emanasset, puta, quia iudex videbat nos ad arma paratos. Tutius tamen est, quòd reuocatio fiat parte præsente vel citata ita singulariter Ioan. Andr. in additionib. Spec. in titul. de senten. § species. versic. est quoque. sequitur Ang. & Ioan. de Imo. in l. de vnoquo-

que.ff.de re iudica.quod est not.Et dicit Bar.in d.l.iustè posſidet.quòd qui ingreditur poſſeſsionem alterius virture decreti inualidi,non excuſatur à pœna,d.l.meminerint.& ſtatutorum.& idem conſuluit Bart. io conſilio incipiente.in quæſtione vertente in curia domini capitanei.& præſertim quãdo est inualidum ratione omiſſæ citationis ſecundùm Bald.io diſputatione,quæ incipit,accuſatus de vi turbatiua xj.col. & ſequitur Ludouic.Roin.in d.l.iustè poſsidet. & plenè Bartholom.Socin.in conſi.lviij.viſis proceſſu.ij.char. in ij.volumine.Thom Gramm.

Adde quòd etiam iniuſtus poſſeſſor,antequã amoueatur,debet citari & audiri.Bart.in l.fin.de edict.diui.Innoc.io c.cùm olim.de priuileg.Alex.in conſil.v. in ij.vol.imò merus executor non mouet poſſeſſorem eo non citato.Card.io conſi.x.incipiente,Iacob.executor.& in conſilio incipiente,reuerende domine.Fely.in cap.fin.extrà,de præſumptio.Thom.Gram.

DECISIO CCCLXII.

De duabus relationibus non omnino conformibus executioni mandandis in minori ſumma.

SVMMARIVM.

1 *Relationes duæ in parte conformes,ſunt executioni mandande,in quo conueniunt nu.4.*

2 *Executio appellatione pendente fieri an debeat.*
Teſtes in ſumma variantes,an dicantur ſingulares.

3 *Minor ſumma ineſt maiori etiam in ſententia.*

4 *Practicantes obſeruant practicam præteritam.*



Vit maximè excitatum in Conſilio, † ſi
1 dictat ritus magnæ curiæ Vicariæ, quòd exiſtentibus duabus relationibus conformibus mandentur executioni,& poſteà ſi ab eis appelletur ad ſacrum Conſilium,procedatur in cauſa appellationis. Euenit,quòd prima relatio cõdemnauit in xx.ſecunda relatio condẽnauit in. x.tantum,An iſtæ relationes ſint conformes in x. ita quòd debeat exequi in x. Videbatur aliquibus dominis, quòd non eſſent conformes, & ſic non ſunt exequendæ:
2 † quia ritus eſt ſcripti iuris.& eſt cõtra ius,quod vult, quòd pendente appellatione fiat executio: quod eſt cõtra totum titulum , nihil nouari appellatione pendente,ideo non debet extendi ad dictas relationes nõ omnino conformes.Item,quia ſi vnus teſtis deponit de xx.alius de decem,conſuluit Alex.quòd ſunt ſingulares,in j.vol.conſi.cxviij.& in ij.vol.conſi.lxiiij. ſed poſteà in ſequenti conſilio tenuit contrarium.

3 † In contrarium dicebatur , quòd dictæ relationes ſunt exequendæ in decem:quia in maiori ſumma ineſt minor,etiam in ſententia,vt voluit Bart.in l.j.§.ſi ſtipulanti.cum ſimil.ibi alleg.ff.de verb.oblig.ſtante iſta dubietate fuit capta informatio per Anton. Mancuſum actorum notarium ex ordine ſacri Conſilij à pra-
4 cticantibus, † quomodo fuit obſeruatum.& practicatum in præteritum,quando contingit proferri dictas relationes,vnam de xx.& aliam de decem.& fuerunt dicti practicantes in eorum depoſitionibus contraij.Fuit per totum ſacrum Conſilium deliberatum, & concluſum, quòd dictæ duæ relationes mandentur executioni quo ad decem tantùm:quia in illis decem ſunt conformes:& ſic fuit executum.

DECISIO CCCLXIII.

De charitatiuo ſubſidio ſuper turbatione fundi dotalis non præſtando propter inſufficientem poſſeſſionis probationem.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes deponentes de poſſeſſione triginta annorum,& fructuum perceptione,non deponunt de territorio inculto.*

2 *Teſtibus pluribus ſtante paritate probationis ſtandum potius,quàm paucioribus.*

3 *Poſſeſſio minor non continuata præſumitur clandeſtina.*

4 *Poſſeſſio antiquior ſine titulo,poſteriori poſſeſſioni cum titulo præfertur.*
Inſtrumentum dotale non incipit à menſura , ſed à corpore.

5 *Menſura ſecundùm regionem contrahentium conſideranda.*
Interpretatio contra producentem in dubijs fit.

6 *Teſtibus veriſimiliora deponentibus magis credendum.*

7 *Experientia recti ſermonis ſenſatis adhæret.*



Trum dominæ Pricitæ de Ligorio. & eius filio ſit præſtandus charitatiuus fauor contra dominum Marcum de Auerſa ſuper turbatione,& moleſtatione prætenſis cuiuſdam terræ dotalis dictæ dominæ Pricitæ iuxta formam capitulorum Regni,quorum vnum incipit,ad regale faſtigium,alterum incipit,finis præcepti charitas.& alter incipit,charitatis affectus. Et dubium faciebat,quis melius probabat ſe poſſedisse,cùm vtrique probabant ſe poſſediſſe hoc modo,videlicet dicta domina Pricita probat per inſtrumentum dotale datam fuiſſe ſibi in dotem terram modiorum quinquaginta parum plus vel minus,ſitam in Gaudo Aduerſæ, iuxta ſanctã Mariam de Cupito,iuxta bona Petri Loiſij Gargani,iuxta bona Ant.Maramaldi,& alios confines & probant per teſtes ipſam terram poſſediſſe,& fructus percepiſſe ab annis xxx. Dominus Marcus dicit,quòd domina Pricita habet,quòd petit,& in dicto territorio ſuo eam non moleſtat:ſed ipſa moleſtat eum ſuper poſſeſsione cuiuſdam terræ à puteo verſus occidentem,verſus maſſariam Regis,quàm ipſe & ſui anteceſſores poſſederunt à xl.ann.& plus per multos teſtes.& probatur de perceptione fructuum à tempore mortis Regis Ferdin.primi:quia eius tempore dictæ terræ non cultiuabant propter prohibitionem dicti regis ex cauſa venationis. Et profectò fuit viſum ſacro Conſilio,quòd nullus fauor eſt præſtandus dictæ
dominæ Pricitæ,& eius filio. † Primo,quia domina 1
Pricita habet quod petit iuxta formam ſui inſtrumenti,tum quia teſtes ſui qui deponunt de poſſeſsione xxx. ann.& fructuum perceptione non poſſunt intelligi de territorio cultiuato per domi. Marcum poſt mortem Regis Ferdinandi primi,cùm antè erat incultum & non proueniebant ex eo fructus,& ad hoc etiam fatetur dicta domina Pricita in ſuis articulis. Secundò, quia data paritate probationis inter dictã Pricitam & dominum Marcum de poſſeſsione territorij,vbi eſt dictus puteus,ex quo teſtes domini Marci ſunt plures
numero,qui deponunt de ſua poſſeſsione: † ſtandum 2
eſt

est magis pluribus testibus, quàm paucioribus dictæ
Pricitæ, vt in c. licet causam. per doct. de prob. & in c.
in nostra. de testi. & Bar. in l. si duo. vti posid. & Cy. in
l. j. C. eo. & Bal. in disputatione sua, accusatus de vi tur-
batiua. Tertiò, quia possessio dom. Marci dicti ter-
ritorij, vbi est dictus puteus, est antiquior, & possessio
3 dictæ Pricitæ, vt s. probata est iunior: † & de iure ista
iunior maximè non continuata præsumitur clande-
stina, prout fuit allegata, secundū Bart. in l. ordinarij.
C. de rei vend. & in l. si duo ff. vti posi. & doct. in d. l. j.
C. eo. & Bal. in l. arboribus. §. signum. ff. de vsufr. & in
l. de pretio §. si duobus. ff. de publi. & in l. si super. vlti.
col. C. præscri. long. temp. & in l. non ignorabit. ad ex-
hibendum, & pluries hæc dixit Alex. in suis consiliis,
videlicet in j. vol. consi. cx. in iij. vol. consi. lxxxj. & in
v. vol. cons. viij. & col. quæ quidem possessio antiquior
est tantæ potentiæ, quòd etiam si domina Pricita suā pos-
4 sessionem iuniorem probaretur titulatam, † præfer-
tur possessio antiquior sine titulo posteriori posses-
sioni cùm titulo: vt voluit Bar. in l. si de eo. §. fi. ff. de ac
quir. pos. & Bal. in d. dispur. accusatus de vi turbatiua.
& Alex. in apostil. in d. l. si duo. licet illud instrumen-
tum dotale non probet titulū terræ, vbi est puteus: ta-
men quia instrumentum dotale non incipit à mensu-
ra, sed incipit à corpore, secundùm Bal. in rub. de cō-
trah. emp. & per doct. in c. ij. de don. cum concord. ibi
allegatis per doct. tamen quia dicta terra de qua in in-
strumento prædicto dotali celebrato Neapoli, men-
5 surata est modiorum quinquaginta parum manus, † &
sic interpretatur secundum Legionem cōtrahentium
illa mensura, postquam aliter nō declarauerunt: quia
quando scriptura est dubia: quia potest intelligi duo-
bus modis, debet fieri interpretatio contra producen
tem: vt in l. veteribus. & ibi Bald. ff. de pact. & in c. in
præsentia. de probat. quasi sibi imputetur, cur expres-
sius non fuit conuentum. l. in ambiguis. ff. de reg. iur.
& in regula, contra eum lib. vj. not. in c. ex literis. de
sponsal. Quartò, quia testes dicti domini Marci de-
ponunt verisimiliora: quia magis in specie & causa
scientiæ specificè deponunt melius, quàm testes domi
6 næ Pricitæ, † & ideò illis testibus, verisimiliora depo-
nentibus sacrum Consilium magis credidit, iuxta no-
tata in c. licet causam. de probat. & Inn. in c. auditis. de
præscrip. Abb. in c. quia non est verisimile: de præsum.
& in Spec. de teste. §. postquàm vers. quid si plures. Pet.
de Anc. in c. ij. de præscrip. lib. vj. & in consi. cclxxviij.
Abb. in c. cū oporteat. de accus. Ant. de But. in c. quod
7 per nouale. in iiij. col. de verb. sig. † Experimentū enim
verorum sermonum est, vt concordet rebus sensatis
& verisimilibus: nam id quod est valde longè à verisi-
mili, est quædam falsitatis imago, secundùm Bald. in
consilio schismatis. posito. C. si quis aliq. testa. prohi. &
Bal. C. de ser. fugi. l. j. Et ideò fuit declaratum, quòd
non est præstandus fauor charitatiuus dictæ dominæ
Pricitæ, & dictus dominus Marcus fuit absolutus ab
impetitione dictæ dominæ Pricitæ & filij.

DECISIO CCCLXIIII.

De probatione requisita in medio c. reintegranda. iij. q. j.

SVMMARIVM.

1 *Remedium c. reintegranda. iij. q. j. quam requirat probationem.*
2 *Testes singulares, cuius sint probationis.*
3 *Pauli de Castro opinio super testium depositione de confessione varia, autem reprobata per totum Consilium.*
4 *Confessio extra iudiciū parte absente probat semiplenè. Confessio extraiudicialis probanda per testes duos contestes de loco & tempore.*
5 *Probare de possessione per vnum testem, an sufficiat in causa possessorij.*
6 *Iudici arbitrio, quid commissum sit.*
7 *Liber monasterij, dicens rem esse reddititiam, an probet.*
8 *Liber monasterij, vt faciat fidem, quid requirat.*
9 *Sententia debet esse libello conformis.*

FVit decisum in Cōsilio in causa monaste-
rij sancti Seuerini ord. sancti Benedicti de
Neapoli, † si agens remedio c. reintegran- 1
da. iij. q. j. probat solùm per duos testes pa
trem conuenti dixisse extra iudicium parte absente,
quòd terram, quam petit monasteriū integrari, quòd tenet
ad & in censum à monasterio. Item per vnū testem
de perceptione fructuum. Item per librum mona-
sterij. de perceptione census. Item per testes de audi-
tu, quòd dicta terra erat monasterij. quòd dicta terra nō ve-
nit reintegranda, & sic quòd conuentus debet absolui. Et
motiua sunt ista: † quia illi duo testes deponentes de 2
dicta confessione patris Io. Baptistę de vno extra iudi-
cium parte absente, non probant etiam semiplenè:
quia vnus deponit de confessione facta vno tempore,
alter alio tēpore. & ideo sunt singulares, vt dicit Ant.
de But. post Io. Cal. in c. veniens. vlt. col. de testibus. &
Abb. Sic. post Bal. in c. cum causam. in ij. col. de prob.
& Bal. in l. spadonem. §. quę iura. ff. de excu. tut. & licet
in contrarium fuisset alleg. consi Pau. de Cas. in consi.
cccl xxviij. visa pentione. in iij. col. & consil. cclxxvj.
quod incipit visu processu. in iij. col. vbi vult, quòd si
vnus testis deponat de confessione in vno loco, alius
testis deponat de confessione in alio loco, quòd isti duo
testes coniunguntur. † Fuit dictum per sacrum Con 3
silium, quòd Paul. non bene dicit, quòd imò dicti testes sunt
singulares, vt in propriis terminis tenuit Ant. de But.
in c. licet ex quadam. pen. col. ver. & per hoc deciditur
quæstio, &c. de testib. allegat Cy. in l. ij. C. de consuet.
idem voluit Ant. de But. in c. fi. antepen. col. de cōsue.
& Alex. in j. vol. consi. lxxij. in iij. col. & in iij. vol. con-
si. lxviij. incip. viso processu causæ vertentis, & ideò
stante illa opi. pro vera, † quòd confessio extra iudicium 4
parte absente probat semiplenè, secundùm Bart. in l.
admonendi. in xiij. col. de iureiur. dum alleg. l. ca. v. ff.
de adul. & tex. in c. fi. de succes. ab intest. & Felin. in c. si
cautio. de fide instrument. tamen ista confessio debet
esse probata per duos testes contestes de loco & tem-
pore: vt est gl. in l. fi. C. famil. ercisc. & voluit Bal. in l. j.
vers. quilibet actus debet probari per duos testes. C. de
testi. idem Cy. in l. generaliter. C. de non nu. pecu. &
Inn. in c. per tuas. de proba. & Alex. in j. volum. consi.
xviij. Item licet soleat dici, quòd in causa possesso-
rij, sufficiat probare de possessione per vnum testem,
vt dicit Bart. in l. j. C. quorum bonor. & in l. ij. circa fi.
C. vbi in rem act. † tamen contrarium voluit Bart. in 5
d. l. admonendi. in xiij. col. & in extrauaganti, ad repri
mēdam. in verbo, summariè. & in ista opi. fuit sacrum
Consilium, quando agitur remedio reintegrandæ, vt
non sufficiat probare possessione per vnum testem:
maximè, quia iste vnus testis contradicit testibus Ioā.
Baptistæ conuenti, qui deponunt de anteriori posses-

sione patris ipsius dictæ terræ, quibus magis standum
est, cùm sint plures: vt in c. in nostra. de testi. cũ con-
cord. & sic ei nõ est credendum, satis diminuitur eius
fides ex dictis aliorum testium deponentium contra-
6 rium. † Ideò fuit visum sacro Consilio, ꝙ ipsi testes,
qui deponunt de perceptione fructuum terræ non di-
cant verum, nec verisimile, quod totum iudicis arbi-
trio committitur, secundũ Io. And. in c. cũ in iuuentu-
te. de præsump. & Bal. in l. obseruari. C. quorũ appell.
non reci. facit l. fi. §. ob carmẽ. ff. de testi. Nec aliquid
mouet productio libri dicti monasterij ad probandũ
eius possessionem: quia ille liber sic dicit, videlicet, ha-
7 ber dictum monasterium reditum talis terræ, † nam
per ista verba non probat possessionem dictæ terræ
fuisse penes monasteriũ: vt dicit Bal. in l. si pater. C. de
act. emp. nec etiam probant eius dominium: vt in l. so-
lennibus. secundùm Bal. & Sal. C. de rei vend. vnde si
monasterium scriberet in libro suo rem meã esse red-
ditītiam monasterio, nihil mihi noceret talis scriptu-
ra, nisi ego consentirem: vt dicit Bald. not. in iiij. vol.
consi. cclxxvj. incip. viso puncto prædicto. alleg. d. l. so
lennibus. & l. quæ quisque. ff. de acquir. rer. domi. & l.
8 censualis. C. de dona. & l. præses. eod. tit. † Nec po-
test fieri condemnatio virtute dicti libri ad dictum
reditum in eo mentionatum: quia ille liber nõ est ve-
rificatus, iuxta ea, quæ notantur per docto. in c. ad au-
dientiam. cum concord. quæ ibi allegantur, de præ-
scriptio. item non fuit actum ad reditum, sed ad pos-
9 sessionem, † & sententia debet esse conformis libello,
iuxta notata in c. licet Hely. & ibi per Felin. de Simo.
Ideo dictus conuentus iudicio omnium Consiliario-
rum fuit per diffinitiuam sententiam absolutus, reser
uato iure, si quod competit dicto monasterio super
terra, siue super reditu vel annuo canone.

DECISIO CCCLXV.

De tacita reconductione finito tempore locationis, & de mercedis remissione propter damnum in re locata, & de feudo rustico & vrbano.

SVMMARIVM.

1 *Reconductio rei locatæ tacitè fieri an possit, lapso locationis tempore propter consensus defectum. 14. & 16.*
2 *Intellectus abest, vbi furor adest.*
3 *Remissio mercedis propter damnum in re locata passum per locantem locatario, an facienda.*
4 *Dominium vtile per locationem ad longum tempus transit in locatarium.*
5 *Intellectus ad l. item quæritur. §. qui impleto. ff. locati.*
6 *Reconductio tacita in emphyteusi locum non habet.*
7 *Nouum dicitur quòd nobis non ab antecessoribus nostris obuenit.*
8 *Metus instans tempore conductionis pro sequenti anno, excludit mercedis remissionem.*
9 *Differentia feudi vrbani cum rustico qualis. 12.*
10 *Reconductio tacita pro eodem tempore interuentu scripturæ ad effectum probandi, videtur facta.*
11 *Paradigma quid sit.*
Feudum non habens vasallos in numero copioso, non dicitur nobile & vrbanum.
13 *Ius colonæ quanto tempore præscribatur.*
15 *Instrumentum locationis guarentigiatum non potest exequi pro tacita reconductione.*

PEt instrumentum publicum, † quidã no- 1
bilis de Mormili locauit nobili Iacobo de
Valle de Auci sa partem, quam ipse habe-
bat in quodam casali pro annis x. pro tu-
mulis centum decem & septem de frumento soluen-
dis anno quolibet dicto domino partis dicti feudi,
quæ quantitas frumenti per dictum tempus fuit solu-
ta, non facta alia renouatione expressa locationis. di-
ctus Iac. locatarius finito dicto tempore x. ann. tenuit
dictam partem feudi, & soluit dictum affictum, sed
dictus Iaco. propter eius senectutem effectus fuit de-
mens & furiosus: † & sic cum eo non potuit esse taci- 2
ta reconductio propter defectum consensus: vt notat
Barto. in l. qui ad certum. ff. locati. quia vbi furor, ibi
intellectus abest. not. in l. j. C. vnde vi secundum
Bal. in c. clerici. de vita & honestate clericorũ, tamen
post mortem ipsius Iacobi hæres ipsius Iacobi tenuit
dictam partem feudi, & soluit dictam mercedem di-
cto nobili de Mormili pro pluribus annis. Oritur
dubium inter hæredem dicti Iacobi, & dominũ dictæ
partis feudi, † vtrum inter eos sit facta tacita recon- 3
ductio. ad affectum. si debet fieri remissio mercedis
propter damnum, quod ipse hæres passus est propter
exercitum Regis, & propter maximam quantitatem
muriũ, qui deuastauerunt segetes. Dicebant aliqui
domini de Consilio, ꝙ non potest dici, quia inter di-
ctum dominum dictæ partis feudi, & dictũ hæredẽ sit
facta tacita reconductio: quia ille contractus locatio-
nis erat finitus tempore quo viuebat dictus Iaco. vt s.
dictum est: † tum quia ille contractus locationis, fa- 4
ctus cum Iacobo, factus fuit per x. annos, & sic ad lon-
gum tempus: vt dicit Alex. in l. filiofa. §. si vir in quin-
quennio. ff. sol. mat. per quam locationem ad longum
tempus transit dominium vtile in locatariũ: vt in l. j.
in fi. cùm duabus seq. ff. si ager vect. & in l. j. §. quod au-
tem ait. ff. de superfi. & no. in Cle. j. de reb. eccl. nõ alie.
cum sim. & clarum † est, ꝙ l. item quæritur. §. qui im- 5
pleto. ff. locati. quæ vult, ꝙ in prædiis rusticis censetur
facta tacita reconductio pro vno anno. & in hoc con-
cordat tex. in l. in rebus. §. fi. ff. de preca. & not. Bald. in
l. legem. C. de pact. & Alex. in iiij. vol. consi. xxviij. non
habet locum quando conductio facta est ad longum
tempus. vt consuluit Alex. in iiij. vol. consi. xvij. iij. col.
vbi tenet, † ꝙ tacita reconductio non habet locum 6
in emphyteusi. & idem tenuit Lud. in consi. ciij. & Bal.
in l. j. xj. q. C. quando non peten. partes. Bal. in d. §. qui
impleto. & Alex. in v. vol. consi. lxxvj. Alij domini
de Consilio dicebãt, ꝙ in persona hæredis Iacobi fuit
noua locatio pro vno anno, ex quo locatio ad x. ann.
fuit finita tempore Iacobi. & pro hoc facit, † quia 7
quod nobis obuenit, non ab antecessoribus nostris,
nouum dicitur: vt in c. j. de gra. succes. in feud. Et ideò
in sequentibus annis in quolibet anno videtur esse ta-
cita facta reconductio pro vno anno. & hoc probat
tex. in d. §. qui impleto. & firmat hoc Bal. ibi & Bart.
in d. l. qui ad certum. allegat l. planè. ff. pro soc. & l. le-
gem. C. locat. & ꝙ in hoc casu nulla debet fieri remis-
sio mercedis propter dictum exercitũ, & propter di-
ctam quantitatẽ muriũ deuastantiũ segetes, quia † pro- 8
batum est, ꝙ tẽpore dictæ tacitæ recõductionis insta-
bat idẽ metus: & sic non habet locũ remissio merce-
dis pro sequenti anno, vt firmat Bal. in l. si ea lege. C.
de vsuris. & gl. in l. habitatores. §. iterũ. ff. locati. & gl.
in d. l. ædem. C. eod. titu. & Ioan. de Imo. in c. propter
steril

sterilitatem.x.col.ff.locati.& no.in l.qui bona.§.de il-
lo.ff.de dam.infect.& Bal.in c j.§.vasalli.de pace Cõ-
stant.& Alex.de Imo.in l.interdũ.§.ex naufragio.ff.de
acquir.poss.Et ista ratione attenta fuit cõclusum per
omnes dominos de Consilio,ꝙ nulla debet fieri remis
9 sio mercedis dicto hæredi. † Sed hic incidit dubiũ,
ex quo ista pars feudi locati est feudũ quaternatum,&
non solũ habet prędia rustica,sed etiam habet domos
& prædia vrbana,quomodo iudicabitur istud feudũ,
an rusticũ vel vrbanum.Et ista dubitatio insurgit ex
tex.dicti §.qui impleto.qui facit differentiã inter prę-
dium rusticum & vrbanum.Nam in vrbanis eatenus
videtur facta tacita recõductio, quatenus post tẽpus
10 finitũ habitauit. † Item,si in scriptis sit facta locatio
non ad effectũ probandi locationẽ,sed ad effectum.vt
non aliter sit facta locatio,nisi in scriptis fiat, iuxta l.
contractus.C.de fid.instrum.tunc ex tacita recondu-
ctione non videtur contractus renouatus:quia nõ in-
teruenit scriptura,sed tacita recõductio videtur facta
quatenus habitauit.Sed si scriptura interuenit ad effe-
ctum probandi,tũc videtur facta tacita reconductio
pro eo dẽ tẽpore:vt originaliter firmauit Azo in sum-
ma.C.locati.gl.Bar.& alij.in d.§.qui impleto.& Alex.
in iij.vol.consi.cvj.ix.col.in rusticis autem seruatur,
11 vt s.dictum est. † An dicta pars feudi quaternati sit
prædium rusticum vel Vrbanum. Videtur prima fa-
cie,ꝙ sit vrbanum:quia per infeudationẽ feudi qua-
ternati contrahitur paradogiũ,id est,nobilitas:vt di-
cit And.in c.j.quis dicatur dux,comes, vel marchio.
Dicit Lud.de Penna in l.mulieres.versi.iiij.ex comi-
tatu &c.C.de dignit.lib.xij.ꝙ hoc est verum, quando
feudum habet vasallos non modicos.Et ideò cùm di-
ctum feudũ non habet vasallos in numero copioso,nõ
potest dici,ꝙ sit nobile & vrbanũ.Sed Bart.in d.§.qui
impleto.versic.quæro,quæ est ratio diuersitatis inter
12 prædium rusticũ & vrbanũ, † dicit,ꝙ in prędio rusti-
co non percipitur fructus in qualibet parte anni : sed
solum in vno tempore.Sed in prædio vrbano in qua-
libet parte anni percipitur fructus vniformiter, ideò
prout inhabitauit,recõduxisse videtur.Cùm igitur fru
ctus dictæ partis feudi percipiuntur non in qualiber
parte anni,sed vno tẽpore, iudicabitur quo ad istum
effectum,prout de prædio rustico,& sic censetur plu-
ries facta ista tacita reconductio de anno in annum,
per d.§.qui impleto.ibi,& hoc deinceps in vnoquoq;
13 anno obseruandum est,vt suprà dictũ est. † Fallit, nisi
istud ius coloniæ durauit xxx.ann.nam nunc esse prę-
scriptum ius coloniæ,vt dicunt Bal.& Ang.in l.malè
agitur.C.de præscri.xxx.vel xl.ann.licet glo.in l.liti-
bus,in verbo,colonorum.C.de agri.& cen. lib. xj. di-
cat,ꝙ ius coloniæ præscribitur spatio x.ann.quã glo.
ad hoc allegat Bal.in l.si quis cõductionis.C.locati.Et
ad hoc faciunt nota.per Bal.in l.j.iiij.col.C.de fideic.

Fuit ergo conclusum in Consilio ꝙ dominus dictæ
partis feudi,qui fuit sciens & patiens hæredes condu-
ctoris per plures annos,finita locatione tenere dictũ
feudum recipiendo mercedẽ solitam, potest agere a-
ctione locati ad pensionẽ non solutam. Et hæredẽ in
14 medio anni expellere nõ potest, † quia videtur facta
tacita reconductio pro illo anno,secus si post finitum
annum per tres dies vel pauco tẽpore stetisset in dicto
feudo,& dominus feudi posteà prohibuisset eum, vt
recederet à feudo,quia vult feudũ pro se,tunc non vi-
detur facta tacita reconductio,secundũ Bal.in d.§.qui
impleto. Non tamen posset virtute instrumẽti prę-
dicti exequi pœnã ratione contrauentionis in ista ta-
cita reconductione,secundum Bal.ibi in alia lectura.
allegat Dy.in l.cũ pater.§.patri certam.ff.de leg.ij.Idẽ
expressè dicit Bal.in l.legem.C.loca. vbi dicit, quòd
instrumentũ † locationis guarẽtigiatũ non potest exe 15
qui pro tacita reductione.& idẽ tenet Alex.in iij.vo-
lu.consi.xxviij.inci.ponderatis verb.circa finem.& in
eod.vol.cons.xvij.incip.viso instrumento locationis.
versi.secundò principaliter.vbi ponit etiam quatuor
limitationes ad dictum §.qui impleto:vt ibi per eum.
Bene est verum,ꝙ si dominus feudi fuisset absens.
finitis illis annis,quibus fuit locatum dictum feudum
& non habuisset notitiam,ꝙ cõductor vel eius hæres
tenuit feudũ, † tunc nõ esset facta tacita reconductio 16
etiam pro vno anno.Et licet perseuerasset hæres con-
ductoris in possessione dicti feudi,& percepisset fru-
ctus,tunc dominus feudi poterit agere non ex locato
& conducto,sed negotiorum gestorũ actione:vt bene
declarat Bart.in d.§.qui impleto in j.col.

DECISIO CCCLXVI.

De iudice delegato constituente procuratorem fiscalem.

SVMMARIVM.

1 *Iudex delegatus in causa feudi quaternati, an possit con-
stituere procuratorem fiscalem in dicta causa.8.*
2 *Iurisdictione concessa non videtur concessum id, quod
maius est ipsa iurisdictione.*
3 *Procurator fisci a solo rege constituitur.*
Rescripta delegantia causam, sunt iuris scripti.
4 *Omissum habetur, quod in rescriptis omittitur.*
5 *Magister instructarius quod officium gerat.*
6 *Processus factus cum persona illegitima pro minore in-
terueniente non potest per aduersarium dici nullus, sed
per minorem.*
7 *Fiscus & minor æquiparantur.*
9 *Rescriptum an reddatur surreptitium non faciens men-
tionem de processu nullo.nu.11.*
10 *Esse nullum, vel non esse, paria sunt.*
12 *Attentata an habeant locum in rescripto lite pendente
impetrato.*
13 *Litispendentia per comparationem tertij an inducatur.*
14 *Litispendentia propter citationem circunductam non
inducitur.*
15 *Commissio de citando illum, qui citari non potest, est
nulla.*
16 *Citatio inualida nullum producit effectum, nec consti-
tuit in contumacia.*



IN pleno Consilio fuit dubitatũ,† vtrum 1
iudex delegatus ab Illust.Magnifico capi-
taneo & Vicerege C.M.in hoc Regno in
causa feudi quaternari tangente Regium
fiscum potuit constituere & facere vnum procurato-
rem nomine Regij fisci, qui habeat procurare pro
fisco,& eius causam defendere,& si acta facta cum eo
valeant. Et prima facie videbatur, quòd processus
factus cum dicto procuratore,sit validus : quia dictus
Vicerex delegando dictam causam feudalem inter fi-
scum & priuatum domino Licentiato de summaria,
sciebat quòd apud eum non erat procurator fiscalis,
ideò videtur tacitè sibi data potestas creandi in illa
causa procuratorem fiscalem,per l.ij.de iurisd. omn.
iudi.ad idem in.c.prudentiam.§.sexta.de offic.deleg.
Sed

Sed dictus delegatus non posset suā iurisdictionē exer-
cere sine procuratore fiscali: ergo videtur tacitè ibi
concessa potestas creandi in illa causa procuratorem
2 fiscalem. † facit ad hoc quod dicit Bal. in l. j. C. rector.
prouin. q si data est facultas prioribus super iustitia
ministrandi, q ipsi poterunt eligere potestatē. & idē
dicit Bal. in c. ij. pro debilitate. de offic. deleg. Sed ad
hoc posset responderi, q concessa iurisdictione iudi-
ci delegato, non videtur concessum id, quod est ma-
ius ipsa iurisdictione: vt dicunt Bart. & alij. in d. l. ij.
sed creare procuratorē nomine Regis, qui habeat de-
fendere Regem in dicta causa feudali, est maius ipsa
3 iurisdictione concessa. † Quia procurator fisci cōstitu-
tuitur à solo Rege. vt in l. j. ff. de offi. procur. Cæsaris, &
non debet eius causa agitari, nisi coram proprio iudi-
ce: vt dicit Bal. in l. j. C. de hæred. vel act. vendi. & re-
scripta delegantia causas, sunt stricti iuris: vt in c. cùm
4 olim Abbas. de officio deleg. † & quod omissum est
in rescriptis, habetur pro omisso. l. j. §. ne autem. C. de
cadu. tollen. l. quicquid astringendæ. de verb. obliga-
tio. Et ea quæ fiunt à iudice, si ad eius officium nō spe-
ctant, viribus nō subsistunt, vt in regula, ea quæ lib. vj.

Item secundò dicebatur, q constitutio Regni, quæ
incipit, præsides. dat potestatem præsidi prouinciæ, vt
de feudis cognoscat instituto procuratore pro parte
fisci, & causa instructa remittat causam terminandam
per Regiam curiam: & sic preses prouinciæ facit pro-
curatorem fiscalem, secundùm And. ibi. Sed illa con-
stitutio parum aut nihil facit: quia loquitur in feudis
non quaternatis: vt dicit ibi Andreas. bene est verum,
quòd alia constitutio Regni, quæ incipit, beneficium,
5 posita in ij. libro Constitutio. dicit: † quòd magister
Iustitiarius potest creare procuratorem fiscalem: ex
quo Rex dat ei potestatem creandi eum omnia enim
nostra facimus &c. vt in l. j. §. sed neque. C. de vet. iuris
enucle. & quādo dicta cōstitutio intelligeretur, quòd
possit constituere magister Iustitiarius procuratorem
fiscalem etiā in causa feudi quaternati, quòd non con-
ceditur, non per hoc extendenda est ad iudicē delega-
tum in causa feudi quaternati: quia magister Iustitia-
rius habet multas præeminentias, quas non habēt alij
iudices: vt patet in pluribus constitutionibus & capi-
tulis Regni. Tertiò dicebatur, q licet processus fa-
ctus cū procuratore fisci constituto à iudice delegato
in causa feudi quaternati sit nullus ex defectu procu-
ratoris fiscalis tenentis partē rei conuenti: quia nō fuit
6 constitutus à Vicerege, vel alia eius parte: † tamē ne-
gari nō potest quin ipse actor, qui egit cū dicto asserto
procuratore, nō pōt allegare dictā nullitatē: sed ipse fi-
scus posset dictā nullitatē allegare, per ea quæ in simi-
li dicūt doct. in l. nō eò minus. C. de procurat. vbi si est
processus factus cū persona nō legitima interuenien-
te pro minore, nō potest aduersarius dicere ipsum nul
7 lum, sed solū ipse minor. † quia minor & fiscus æqui-
parantur: vt not. in dicta consti. beneficiū. & ibi And.
Sed ad hoc patet responsio ex dictis per Bart. & alios
in d. l. non eò minus, vbi dicunt, q si processus faceret
contra minoré, vel esset dubiū, tūc processus esset nul-
lus ipso iure, per l. j. C. qui legi. personā. iuncta l. si mi-
norē an ff. de mino. Sed vt dicebat dominus relator,
dictus processus clare erat contra fiscū, ideò ipso iure
est nullus tanquā factus deficiēte persona legitima ex
parte rei cōuenti, & tantò magis, quia Vicerex prædi-
ctus dixit, q dictus processus est nullus: quia factus sine
procuratore fiscali non legitimè constituto. † Qua- 8
re fuit decisum per omnes dominos, q iudex prædi-
ctus delegatus in causa feudi quaternati nō potuit con
stituere procuratorē fiscalem in dicta causa. Et conse-
quenter ex hoc dictus processus redditur ipso iure nul
lus. Et facta ista decisione insurrexerunt duo dubia.

Primum, vtrum rescriptum impetratum per Eri-
chectam Siczarem filiam & hæredem quondam do.
Loisij Siczari vtilis domini ciuitatis oppidi a Cæsa-
rea maiestate nulla facta mentione de dicta litis pen-
dentia inter eam & dictum procuratorem fiscalem,
nulliter creatū possit allegari surreptitium. Secun-
dò, an quicquid eius occasione sit secutum, veniat re-
uocandum per viam attentati, per not. in Clemen. ij.
vt lite pendente. † Ad primum dubiū prima facie 9
videbatur, quòd dictum rescriptum sit surreptitium,
ex quo non fecit mentionem de commissione facta
dicto iudici delegato, quæ valida fuit, & de processu
facto coram eo: licet pendebat quæstio de nullitate,
vt in c. super literis. de rescriptis. Tamen fuit visum,
quòd stāte nullitate processus ex defectu personæ rei
non redditur rescriptum surreptitium non faciens
mentionem de dicto nullo processu. pro hoc faciunt
in primis ea, quæ allegat And. in c. j. §. prætereà. quæ sit
prima causa benefi. amittendi, † quòd paria sunt non 10
esse, vel esse, & esse nullum, dum allegat l. j. §. j. ff. quod
cuiusque vniuer. nomine. & alia iura, vt ibi per eum.
& multa alia allegaui ad hoc in d. §. prætereà. & per
Alex. in iij. vol. cōs. lxxvij. incip. visis dubitationibus.
versi. præsupposita igitur nullitate. Et ideò de actu nul
lo non est opus facere mentionem. & dicit glo. in c. ex
tenore. de rescrip. & in c. cùm nostris. de concess. præ-
ben. in verbo, de facto. & in c. subiectum. in verbo, po-
sterius. de iure patro. & faciūt omnia illa, quæ ad hoc
allegat Fel. in d. c. ex tenore. quę causa breuitatis omit
to. & per Feli. in c. illud. de præscript. Et tantò magis,
quia fuerat iam verbo declaratum procuratori dictæ
dominæ, q non poterat ferri sententia ex dicto proces
su stāte eius nullitate ex causa prædicta, vt faciebāt fi-
dem duo Regij cōsiliarij. † ex quo resultat cōclusio, q 11
nō dicitur subreptio dolosa, si tacuit de litis pendētia
nulla est relat. in iudicū: vt declarat bene Io. de Imo. in
d. c. super literis. in vij. not. de rescrip. quibus erat cre-
dendū, per tex. in c. sicut pro certo. de Simo. & Archi.
de pœn. dist. j. c. nō solū. & no. Alex. in v. vol. cōs. clxxx.
ius abbatialis. Dominicus in c. de capitulis. x. dis. Et sic
nō potest dici rescriptū subreptitiū, si tacuit litē, quā
iudices dicebāt nullā, prout in veritate sic erat. Ad se-
cundā dubitationē, vtrū stāte nullitate dicti processus
ipso iure, vt s. ostensum est, quod est factū per rescri-
ptū principis, dicatur factū lite pendēte, & veniat re-
uocandū per viā attētati, † fuit dictū, q rescriptū im- 12
petratum per dictā dominā, nō præiudicat liti, nec iu-
ris parti: vt in authen. in medio litis. §. j. valet tamen
quò ad futuram litem: vt dicit Vitalis in clausula, nil
nouati lite pendente. Sed dictum rescriptū impetratū
per dictā dominam Erichectā non tetendit in præiu-
dicium regis: quia Rex sic vult: nec afficit dictā litem:
ideò cessat remedium attentatorū. Et si dicatur, q tan-
git præiudicium tertij, ex quo Vincentius de Mastro
iudex de Surrento se opposuit in dicta lite inter filiū
& dictam dominam: & sic inducta erat litis pendentia
in dicta causa etiam inter priuatas personas. † Et ideò 13
habet locū remedium attentatorum intentatum per
dictum

dictum Vincentiũ, vt videtur sentire decisio Rotæ in decisionibus Bellameræ. deci. ccccclxv. de qua facit mentionem Feli. in d. c. illud. de præscri. Ad hoc respondetur, quòd nõ inducitur litis pendentia per cõparitionẽ tertij committat citationẽ, & ad patrẽ citatam peruenit: vt dicit tex. in d. Clem. ij. vt lite pendente. & dictus iudex mandauit ad instantiã ipsius tertij citari nominatim illum procuratorẽ fiscalem constitutum per dictum iudicem delegatum. Et sic non mandauit citari Regiũ procuratorem fiscalem legitime constitutum, propter quod nulla inducitur litis pendentia.

14 † Sicut dicimus, quòd propter citationem circunductam non inducitur litis pendentia, vt dicit Bal. in l. fi. post principium, vers. in eadẽ glo. ff. de eo. per quem factum erit. & in l. post edictum §. j. vers. extra quæro. ff. de iudiciis. & in l. j. in princ. ff. de in ius voc. & Fely. in d. c. illud. & tanto magis, quia dicta citatio fuit postea circundata: quia non comparuit in termino, nec post aliquis pro dicto tertio ad insistendum, nec dicta domina Enchetta fuit citata. Nec obstat decisio Ro. ccxlv. quæ incipit, licet imperrãs vbi dicitur, quòd citatus ad omnes & singulos actus vsq; ad sententiã diffinitiuam, prout erat dicta citatio commissarij, tunc non circunducitur citatio, quãdocunq; reus vel actor cõparet, vt in iuribus ibi allegatis: quia in veritate nunquam fuit citata dicta domina, nec verus procurator fiscalis, & ideò nulla erat litis pendentia, vt s. dictum

15 fuit. † Et citationis cõmissio nulla, & eius executio nihil operatur: quia habetur ac si non esset facta. l. nõ putauit. §. nõ quæuis. ff. de bo. pos. secundũ tabulas. Et ad hoc accedat, quod dicit Bal. in auth. offeratur. C. de litis contesta. quòd cõmissio de citãdo infantẽ, qui nõ potest citari, est nulla. Et ideò citatus, vt cõpareat in loco nõtuto, citatio est nulla: vt no. in Cle. pastoralis. de re iudic. cũ cõcor. allegatis in l. recusare. ff. ad Trebel. per Alex. & per do. Maria. Sozi. in suo eleganti tractatu de citatione.

16 † Et ideo citatio inualida nullũ producit effectũ. Bene facit c. gratũ. de offi. dele. & Bal. in c. in nomine domini. in ij. not. de testib. nec interruptioẽ præscriptionis: vt dicit Bar. in l. accusare. ff. de adult. & Bal. in c. quoniã cõtra. de probat. & Feli. in d. c. illud. nec constituit aduersarium in cõtumacia: vt dicit gl. in c. de causis. in verbo, venire. de offi. delegat. & in c. veniens. de accusat. de quo in c. gratum. de offi. deleg. & in d. c. ex tenore. de rescrip. Iason. in rubr. ff. de in ius voc. Vnde post longam & maturam deliberationem fuit omnibus visum, quod non habet locum in hoc casu remedium attentatorum.

DECISIO CCCLXVII.

De compendiosa substitutione facta per verba communia matre existente in medio omni tempore fideicommissaria &c.

SVMMARIVM.

1 *Substitutio cõpẽdiosa per verbum cõmune facta, an sit omni tempore fideicõmissaria matre in medio existẽte. 3.*

2 *Verbum, substituo, ad fideicommissum trahitur.*

4 *Heres filius fa. sub conditione post mortem de restituendo grauatus legitimam statim detrahit & conditione adueniente Trebellianicam.*

5 *Mater succedens in legitima & Treb. lianica, pupillo sub conditione instituto, an succedat in fructibus per pupillum a die mortis testatoris perceptis.*



Nardus de Isopo, fecit testamẽtum in scriptis solenne, in quo instituit sibi suum heredem vniuersalẽ Antoniũ de Isopo eius nepotem, & quòd nõ possit alienare bona stabilia, nec testari, nisi de vnc. xx. ad pias causas. Et fecit istã substitutionẽ, videlicet, quãdocunq; dictus Antonius eius hæres decederet sine liberis legitimis & naturalibus ex suo corpore, eo casu substituit eidẽ Ante. Antonatiũ de Isopo patrẽ ipsius testatoris, si tũc tẽporis superuixerit, & si nõ superuixerit substituit ei Anellũ de Isopo, & Iuliade Isopo, episcopũ montis Matani & Saluatorẽ de Isopo & alios & hæredes Christofani de Isopo pro quarta parte, & sic dictus Anellus pro quarta parte hæres substitutus, & dictus Saluator pro quarta parte, & dictus Episcopus pro alia quarta parte. Et quòd dicta hæreditas non veniat ad extraneas manus. Quia Antonius hæres institutus post mortem dicti testatoris, mortuus fuit in pupillari ætate superstite sibi Angelica Spinella eius matre petente successionẽ bonorũ dicti filij sui pupilli, ac superstitibus illis dictis substitutis. Mater agit & petit à dictis substitutis legitimam & Trebellianicã debitas ipsi pupillo super dictis locis dicti testatoris. † Ideò fuit dubitatũ in sacro Cõsilio, An dicta substitutio cõpendiosa scilicet quandocũq; moreretur dictus Antonius per verbum cõmune, substituo, sit fideicõmissaria omni tempore, vel tempore pupillaris ætatis directa, post vero obliqua matre stante in medio. Et licet hoc dubiũ magnũ sit propter cõtrarias opiniones doctorum & rationes, quæ hinc inde allegantur. Nã multi legum & canonum vertices tenuerunt, quòd dicta substitutio compendiosa sit directa tempore pupillaris ætatis. Et sic excludit matrem: vt est tex. in c. si pater. de testamẽ. lib. vj. tam à legitima, quàm à Trebellianica. Et voluit etiã Bart. in l. moribus. in v. quæst. principali, ibi, tertius effectus. ff. de vulga. & pupil. Et hanc opinionẽ scilicet, quòd dicta substitutio compendiosa sit substitutio directa tempore pupillaris ætatis tenuerunt gl. in §. qua ratione. Instit. de pupillari substitutio. Cyn. post alios antiquos in l. precibus. C. de impube. & aliis substitu. & Ioan. And. in d. c. si patet. & Old. in consil. cxxv. Ang. Bal. Raph. Io. de Imo. & Pau. de Ca. & Alex. in l. centurio. ff. de vulgari & pupil. Sal. & Pau. de Ca. in l. precibus. Ant. de But. Card. Floren. & Ioã. And. in c. Raynutius. de testamen. & Iason. in d. l. precibus. maximè stantibus dictis coniecturis, quòd voluit testator quòd eius bona nõ possent peruenire ad extraneos: ex quibus verbis interpretatur, quòd fuit directa substitutio infra pupillarem ætatẽ: vt latè prosequitur Bat. in l. ij. & in d. l. centurio. de vulgari & pupil. & in d. l. precibus. & in consiliis suis. & dicit Alex. in ij. vol. consil. xvij. quòd ipse semper solitus est sequi consulendo istam opinionem, prout plenius ipse dixit in dicta l. centurio. In contrarium, quòd dicta substitutio compendiosa stante matre in medio iudicetur fideicommissaria siue in pupillari ætate moriatur institutus, siue post pupillarem ætatem, multum egregiè approbauit dominus Franciscus de Aret. in consilio suo clv. incipiente: periculosum est &c. Istam opinionem tenuit glo. scilicet quòd substitutio compendiosa facta à pagano per verba communia, etiam filio impuberi

beri in potestate, omni tempore erit fideicōmissaria.
2 in d.l.precibus.& etiā in d.l.centurio: † quia verbum
substitutio, potest trahi ad fideicommissum. l.generali-
ter.C.de instit.& subst.sub conditio.facta. l.Scæuola.
ff.ad Trebell. Hanc opin.tenuit gl.in c.Raynutius. in
verbo, vel substitutionis.hanc opinionē sequuti sunt
Inn.& Host.in d.c.Raynutius& glo.in c.j.de testam.
lib.vj.& eadem ibi tenuit Archid. matre existente in
medio.quo casu omni tempore erit fideicōmissaria:
vt dicit Bal.in d.c.si pater. & do.Cardinalis in dicto
c.Raynutius.& opin.prædictarum glossarum est com-
munis secūdùm Bal.in d.l.precibus. & firmat hoc ibi
Bart.domi.Petr.de Vbaldis de Perusio in sua solenni
repetitione dicti c.Raynutius.char.l.versi.nunc restat
descendere.Bal.in l.si arrogator.vlti.char.ff.de adopt.
& in l.in testamento.in iij.q.ff.de testam. milit.& in
l.ex tribus.C.de inoffi.testa.Bart.in l.Lucius. in iij.q.
& in l.centurio.ff.de vulg.& pupil.Old.in consi.xcix.
Aretin.in d.§.qua ratione.& Ias.in d.l.precibus.Alex.
multa recitat pro & contrà, in d.l.centurio, in versan
ead.glo.ibi, haberet locum fideicommissaria. & Ang.
in consi.xiij.& consi.clj.quod incipit, quidam Nico-
laus.& ibi dicit, quòd ista sunt de apicibus iuris. † Tan-
3 dem post longam deliberationem fuit votatum per
omnes dominos de Consilio, quòd dicta substitutio
compendiosa facta per verba communia omni tem-
pore, matre existente in medio erit fideicommissaria:
quia ista est verior & cōmunior opinio. Et ita fuit
iudicatū posteà per sententiam sacri Cōsilij catholicę
Maiestatis. Dubitatur secundò stante dicta substit.
compendiosa, quę dicitur fideicommissaria etiam pu-
pillo decedente in pupil.ætate stante matre in medio,
vt s.cōclusum est. Vtrum mater debeat habere legi-
timam & quartam Trebellia. Super hoc dubio non
4 oportet multa infundere: † quia hodie cōmunis con-
clusio est, quòd quando est institutus filius in potestate, &
grauatus sub conditione de restituendo post mortem
suam hæreditatē certis personis, quòd hæres detrahit
legitimā incōtinenti, & adueniente cōditione detra-
hit quartam Trebellianicam: vt probatur in glo.in c.
Raynutius.& c.Raynaldus.de testa.& hoc cōmuniter
sequūtur doct.ibi, & ibi in apostilla mea in lect. Abb.
Sicu.sunt allegata multa consilia diuersorum docto-
rum, quæ breuitatis causa omitto. Hanc conclusionē
tenet Alex.in l.in ratione.§.quod vulgo.ff.ad Trebel.
& in l.cohæredi.§.cùm filiæ.ff.de vulg.& pupil. & ibi
Ang.& Io.de Imo.& Ias.ibi.& in authen.res quæ.com.
mu.de lega.& Bart.in l.Papinianus.§.meminisse.ff.de
inoff.testa.& Bal.in l.filium quem. C.famil. ercisc. &
Bar.in l.quāquā.ad leg.Falc.& in l.j.§.si.ff.si cui plus
quam per leg.Falc.& dicit Pet.de Vbaldis.in d.c.Ray-
naldus.quod sic cōsuluit Bart.& multi alij doct.& ita
tenuit etiam Alex.in ij.vol.consi.xliij.circa finē.& dif
fusius in eod.vol.consi.cxlij.& in eod.vol.clx.in ij.col.
in iij.vol. Quid autem, si mater nō succederet in bo-
nis filij, sed solùm haberet legitimam, & haberet resti-
tuere hæreditatem, an detraheret Trebellianicam. vt
de Alex.in iij.vol.consi.xvij.circa fin. Et sic conclu-
sum fuit, quòd mater succedit in legitima competenti di-
cto eius filio, necnō in quarta Trebellianica, quæ ad-
ueniente cōditione debetur matri. Et ita fuit iudi-
catum per sacrum Consiliū in dicta causa, & ita aliàs
fuit iudicatum per sacrum Consilium in matre filio-
5 rum Iac.de Alterio. Tertiò dubitabatur. † Quid de
fructibus perceptis post mortem dicti testatoris per
dictum pupillum, an in illis mater succedat? Et fuit
conclusum, quòd sic quia illi sunt proprij ipsius pu-
pilli, secundùm Ang.in d.l.centurio.& Lud.in l.in te-
stamento.ff.de testamen.milit.

DECISIO CCCLXVIII.

De creditore hypothecam authoritate propria capiente & precarium reuocante. Et de appretio ex cursu centum annorum præsumpto.

SVMMARIVM.

1 *Pactum inter contrahentes, quòd creditor authoritate sua possit rem hypothecatam in solutū capere an valeat.*
2 *Datio in solutum rei certæ pro debito, an censeatur venditio, & quando.*
3 *Tempus centum annorum an operetur appretium in hypotheca.*
4 *Tempus centum annorum, quæ operetur.*
5 *Temporis antiquitas ecclesiæ fundationem præsumit ab episcopo venisse.*
6 *Decreti solennitas ex tempore præsumitur.*
7 *Instrumentum alienationis rei ecclesiasticæ ex diuturnitate solennitatem præsumit.*
8 *Solennitas extrinseca ex vetustate non præsumitur.*
9 *Mandatum quando nunquam præsumatur etiam à seculo.*
10 *Titulus præsumitur ex temporis antiquitate.*


IN causa nobilium filiorum & hæredum
quondā Zandoli Brancacij filij & hære-
dis quondā Thomasij Brancacij ex vna
agentiū, & filios, & hęredes quondā nobi-
lis Io Baptistæ Brācacij filij & hæredis quondā domi-
ni Malelli Brancacij filij & hæredis quondam Pipuli
Brancacij super rei vendicatione cuiusdā territorij,
quod dicitur Campagnano de pertinentiis puteolanū
fuit excitatū in Cōsilio, † an valeat pactum appositū 1
in instrumento hypothecationis dicti territorij pro
debito dotali vnc. cclxxv. & pro aliis vnc. cxl. pro
vsufructu ipsarum dotium non solutarum, quòd di-
ctus Pupillus creditor dictarum dotium & vsufru-
ctus suæ vxoris dominæ Ceciliæ Brancaciæ filiæ
dicti domini Thomæ. quòd si dictum debitum non
soluatur in tempore conuento, liceat dicto credi-
tori authoritate propria dictum territorium cape-
re pro dicto debito, & sibi retinere in solutum & pro
soluto pro iusto pretio. Secundò, si in ann. Mccccciij.
elapso termino solutionis supradictarū quantitatum
dictus creditor virtute dicti instrumēti reuocato pre-
cario cepit possessionē dicti territorij, dicēs illud ca-
pere in solutū & pro soluto, & illud tenuit cōstāte ma-
trimonio per plures annos, & soluto matrimonio per
mortē viri superstite domina Cecilia eius vxore, quæ
similiter tenuit dictū territoriū per annos xx. & post
eius mortē dominus Marcellus eius filius & hæres: ita
quòd elapsi sunt anni centum. Si allegatur, quòd ap-
pretium interuenit, sed non probatur. Vtrum † ex 2
cursu centū annorum præsumatur dictū appretium
fuisse factū. Ad primum dubiū fuit cōclusum, quòd
valet dictū pactū, vt creditor rē sibi hypothecā possit
capere propria authoritate, & reuocare precariū, &
in solutū retinere pro iusto pretio: vt in l.j.C.de pact.
pig.& in l.si fundū.§.fi.ff.de pig.& firmat Bar.in l.cre-
ditores.

dictores in v. col. versi. vlterius iuxta prædicta quarto.
2 C.de pig: Et pro hoc facit: † quia datio in solutum rei tertiæ pro debito censetur emptio, & venditio. l. elegan- ter. in princ. ff. de pig. act. & voluit Bar. in l. libera. C. de senten. & interloc. om. iudi. & in l. si quis aliam. C. de sol. & probatur in l. si prędiũ. C. de euictio. & tenet Fraciscus de Are. in cõsi. clx. incip. longa est ista cõsul- tatio. in col. vij. & hoc si secutũ est appretiũ: nam tunc esset translatũ dominiũ, vt in l. vetustissimã. C. de rure dominij impetrando, & non secuto appretio diceretur possidere iure creditoris, & dicti cõiuges facerẽt fru- ctus dictæ rei pignoratæ suos constante matrimonio, per c. salubriter. de vsuris. & not. dictũ in l. insulã. §. viu- tas. & in l. Titia. ff. sol. mat. & eo soluto vxor etiam ha- bet virtute cõsuetudinis Neapolitanæ proviusfructu terminos duos pro qualibet vncia: vt in prima cõsue- tudine Neapolitanã & ibi per glo. in verbo, vxore sup- perstite. Tit. de iure dotium forte de iure non esset. de quo in l. diuortio. in prin. ff. solu. matri. & in d. c. salu- briter. & per Aretiũ fuerat. Inst. de actio. post mor- tem dictæ vxoris. certè fructus ex cõputarentur in sor- tem. per l. primã & secundã. C. de pig. actio. & l. rescri- ptum. §. alterio. ff. de distra. pig. & in c. illo vos. de pign. & sic pertransiuit totum Consiliũ in isto primo dubio.

3 †Ad secundũ dubiũ dicebatur, q stante possessio- ne vetustissima quasi centũ annorũ à tẽpore captionis possessionis dicti territorij facta per dictũ Pipulum creditorẽ vigore dicti instrumenti, & eius declaratio- nis, q recipit insolutũ pro iusto pretio, licet nõ appa- reat dictum territoriũ esse per expertos appretiatũ, q præsumitur ex cursu tanti tẽporis dictũ appretiũ: cũ ista appretia fiant seorsum ab instrumẽto debiti, & in- strumento captionis, & declarationis, q recipit inso- lutũ, propter quod debet præsumi appretiũ fuisse fa- ctum: vt dicit Bald. in l. si quis ex aliena. ff. de acquir. hæredit. Et pro hoc allegatur id, quod dixit Ludo. Rom. in consi. cclxxiij. quod incipit, quò ad primũ, an abbas &c. qui voluit. † q si duo loca diuturno tem-
4 pore fuerunt poss. sa tanquàm vnita, certè in dicta vnione præsumitur interuenisse authoritas superio- ris, per l. si filius. C. de peti. hæred. & facit l. qui in alie- na. in verbo, sed si non adierit. ff. de acquiren. hæredit. & ea quæ habentur in l. sciendum. ff. de verb. obligat.

Item allegatur id, quod dicit Archid. in c. nemo. de cõsecra. distin. j. & Cardi. Floren. in c. requisisti. de test, qui dicunt, † q propter antiquitatẽ temporis præsu-
5 mitur, q ecclesia fuit authoritate episcopi fundata, & eius consensus præsumitur ex tempore. & idem dicit Petrus de Peru. in suo tractatu de quarta canonica.

Item allegatur id quod dicit Bald. in l. si filio. C. de patria potestate. vbi dicit, q patientia aduersarij in- ducit præsumptionẽ veritatis & solennitatis. Item allegatur id, quod dicit Per. de Anchar. in cõsi. cxxxv.
6 incip. ex consiliis excellentiũ doctorũ, † q ex tẽpore præsumitur solennitas decreti, & authoritas. Et ad hoc accedant omnia illa, quæ allegat Alexan. in j. vol. consi. lxxix. incipiente, circa primũ, de quo quæritur in iij. col. Item dicit Floren. in l. ij. ff. de fide inst. q si producatur instrumẽtum longo tẽpore sumptũ ab originali, licet nõ appareat de citatione partis, quòd præsumitur partẽ fuisse citatam. allegat Io. And. in c. Albericus. de testibus & ibi per Felinũ. & dicunt Ant. de Butr. & Io. de Imol. in c. ea noscitur. de his, quæ fiũt
7 à prælato, † quòd si emptor rei ecclesiasticæ possedit rem diu alienatã, licet in instrumẽto non dicatur de solennitate adhibita, tamen præsumitur. & multa ad hoc copiosè allegat Feli. in c. sicut. in iij. cha. & sequẽ- ti, de re iudi. & ... facta est remissio. In cõtra- rium allegatur id, quod dicit Cardi. Floren. post Ho- stien. in d. c. Albericus. qui tenet, indistinctè, q dicta solẽnitas nõ præsumitur, per l. quicũque ff. de public. nisi in actu modici præiudicij: & pro hoc facit, quod dicit Bald. in l. ij C. de leg. hære. † vbi propter longum 8 tẽpus non præsumitur solennitas extrinseca. Sed ista non procedũt secũdùm Felin. d. c. Albericus. quando in instrumẽto nihil enunciatur de solennitate extrin- seca, & factũ est antiquũ: tunc præsumitur solennitas extrinseca, secundùm eum ibi. quia talis defectus ap- pretij, nõ facti per centũ annos nũquã fuit allegatus; & ideò præsumitur, q iam ideo dictũ appretium fuit factum, vt dicit Cõpostella in c. cum dilectus. de con- sue. & ibi per Ioan. de Imol. & refert Feli. in d. c. sicut.

Item allegabatur in contrariũ, q sicut solennitas mãdati non præsumitur ex cursu tẽporis etiam mille annor. vt dicunt Bal. & Salic. in l. j. C. de rebus alie. nõ alienan. C. si ex falsis instru. l. ij. Sed istud non obstat, quia est speciale in hoc casu: † quia concernit personæ 9 legitimationẽ, & si persona nõ est legitima, quia non apparet, nũquàm tale mandatũ præsumitur, quod se- cus est in appretio, quod præsumitur, ex quo per cen- tũ annos præsente aduersario, & eius hæredibus pos- sessum est dictũ territoriũ, de quo erat fama, q fuerat dicti Thomasij, & eius hæredis, hoc sciebant, & omnes tacuerũt tanto tẽpore. Et ideo voluit dispositio capi- tuli primi de præscrip. lib. vj. quòd in præscriptione tanti tẽporis, in cuius contrariũ memoria nõ existit, nõ exigitur titulus, † quia titulus præsumitur, nisi pro- 10 baretur de mala fide, secundum glo. ibi in verbo. nisi, dum allegat c. vigilãti. & c. vltimũ. quæ mala fides nõ est probata, nisi q dicitur, quòd nõ interuenit appre- tium, & sic q non interuenit titulus, & titulus præsu- mitur ex tẽporis antiquitate. Nec est dare diuersitatẽ personarum inter hæredes & principales personas, ex quo vna & eadẽ persona esse censetur data scientia, q dictum territorium fuit dicti Thomasij, vt in auth. de iureiurando à moriẽte præstito. §. j. poterat enim ipse Zãdales pater agentiũ, qui vixit longo tẽpore agere, ex quo sciuit dictum territoriũ fuisse patris: & sic eius patientia cũ cursu tanti tẽporis, nunc habet inducere præsumptionẽ, quòd dictum appretiũ interuenit, pro- pter ea quæ suprà dicta sunt. & tantò magis hoc credimus, quia dictum territorium non excedit valorem dicta- rum vnciarum quadringentarum xv. ad quas tenebatur dictus quondam Thomasius pro dote dictæ filiæ.

†Fuit ergo conclusum & votatum, quòd hæredes 11 prædicti conuenti absoluantur ab impetitione dicto- rum hæredũ Zandali. Et sic posteà fuit iudicatum & sententiatum per sacrum Consilium, licet aliqui dumini, aliis tamen mediis, idem votauerunt.

DECISIO CCCLXIX.

De rei alienæ datione insolutum, & de malæfidei creditore recipiente alienum pro soluto.

SVMMARIVM.

1 *Datio insolutum rei alienæ, an valeat.*

Datio insolutum est venditio. & nu. 2.

2 *Venditio rei alienæ est valida, sed vero domino nõ nocet.*
3 *Dominus qualiter rem suam per alterum alienatam vendicet.*
4 *Pretium loco rei in particularibus, an succedat, & quando.6.*
5 *Creditor à debitore aliena bona in solutum recipiens, quo casu ad interesse teneatur.*
6 *Creditor alienum pro soluto recipiens, quando in mala fide constituatur.10.*
7 *Serno de facto suo deponenti creditur.*
8 *Fides bona & mala ex inualida probatur probatione.*
9 *Fama rei alienæ in solutum datæ creditori malam causat fidem.*
11 *Credendum, cui dicere incubit.*
12 *Dolosus ad emendationem damni tenetur.*

ALphonsus de Parisio de Trapani erat creditor Francisci de Masso in certa quantitate pecuniarũ ex causa venditionis certarũ merciũ, prout fatebatur ipse in quodam cõtractu. hic Franciscus du Masso præpositus fuit exercitor super quibusdã mercibus oneratis in quodã nauigio per Franciscũ de Amphora. & Antonium de Bocza de Surrẽto: & dum nauigando se cõduceret in partibus insulę Siciliæ: procurator dicti Alphõsi constringit via facti dictũ Franciscũ de Massa suum debitorẽ, vt sibi satisfaciat. ille suus debitor dicit, φ dictæ merces oneratæ non sunt suæ: & ita est probatum per testes, qui dicebant, φ alij homines qui erant in dicto nauigio sic dicebant. Nihilominus, dictus Francis. de Massa dedit insolutũ, & pro soluto pro suo debito dicto Alphõso merces prædictas oneratas in dicto nauigio, in quibus ipse fuerat præpositus exercitor seu supercaricũ per dictos Franciscũ de Ambora & Antoniũ Bocza: vt patet per instrumentũ publicũ. Nunc cõuenitur dictus Alphonsus à dictis dominis dictarũ mercium, φ eis restituat merces eorum, quas habuit à dicto Frãcisco de Masso. Et causa introducta in sacro Cõsilio fuit dubitatũ, vtrũ datio in solutũ rei alienæ valuerit. Secundò, posito quòd valuerit, vtrũ ipse Alphonsus fuit in mala fide, recipiẽdo in solutum, &
1 pro soluto merces alienas. †Ad primũ dubium fuit decisum in cõsilio, φ dicta datio in solutũ est emptio, & venditio, per l. litis. ff. pro emptore. & in l. fin. ff. ex quibus causis in poss. eatur. & Bart. in l. si pupillorũ. §. si prætor. ff. de rebus eorũ. & in l. j. §. cũ prædiũ. & ibi
2 Bar. ff. de pig. † Et vẽditio rei alienæ valida est, vt in l. rem alienã. ff. de cõtrahen. emp. etiã inter sciẽtes rem esse alienã: vt no. in l. si in emptione. §. item si emptor. eod. tit. & voluit Bar. in l. si is qui pro emptore. §. fi. ff. de vsucapioni. Sed nõ nocet talis vẽditio vero domino: vt in l. alienum. & ibi Bald. C. de fur. & in l. j. C. de vsuca. pro emptore. not. in l. item si res. ff. de alie. iudi. mu. causa facta. & in l. res aliena. ff. de contrahen. emp.
3 †Nam potest verus dominus res ipsas vendicare, vel agere Publiciana, vel agere remedio possessorio. l. j. & iij. ff de tritica. & l. si coloni. C. de agrico. & censi. lib. xj. vel agere actione furti., quando scienter emit rem alienã: vt in l. si liberã. C. quod cum eod. & not. in l. inciuilẽ. C. de furtis. Et hoc verũ, si res ipsæ extarent: sed si non extatẽ, prout erat in facto, de quo agitur, vtrũ
4 possit agi ad pretium eorum, videbatur, φ non: †quia in particularibus pretiũ non succedit loco rei: vt in l. si seruum. §. fin. ff. de verb. oblig. nisi in certis casibus specialibus, de quibus per glo. in l. Labeo. & Sabinus. ff. de verb. signi. & per Bal. in l. mater tua. C. de rei vẽdic. & Bar. in l. si rem & pretium. ff. de petit. hæredita. & ibi sunt cõcordantiæ allegatæ per. Alexan. Tamen dicit Bal. in d. l. mater, φ quando res præstari non potest, in subsidiũ, pretiũ succedit in loco rei in iudicio singulari, vt in l. item si verberatũ. §. j. ff. de rei vend. & not. in l. si eum seruũ. & ibi Alex. ff. si cert. peta. Sed in veritate, non est actũ ista via: †sed actũ est cõtra dictũ 5
Alphonsum ad interesse, quia præsupponitur, quod dictus Alphõsus fuit in mala fide recipiendo à suo debitore in solutũ bona aliena: quo casu tenetur ad interesse, in quo interesse venit æstimatio rei, id est, ipsarum merciũ: vt in l. si quid fur. §. qui lancẽ. & l. qui tabulas. ff. de furtis. Et tantò magis, quia dicta datio in solutũ fuit coactè facta: quia facta præcedẽte carceratione sui debitoris via facti, † quo casu etiã in iudicio 6
particulari pretiũ succedit loco rei, secundum glo. in præallegata l. Labeo. per l. j. C. quod metus cau. Circa secundũ dubium, An dictus Alphõsus fuit in mala fide recipiẽdo in solutũ alienas merces. Fuit cõclusum per omnes dominos, quòd satis potest dici dictũ Alphonsum fuisse in mala fide, tum propter asseuerationẽ sui debitoris dicẽtis, φ dicta bona non erãt sua, sed aliena. & debebat dictus Alphõsus ei credere: quia deponebat de facto suo, † quo casu etiã seruo creditur: vt in l. quarto. §. fi. ff. de ædil. ediç. & istũ tex. ad hoc 7
allegat Paul. de Cast. in cõsi. cccxxxj. & in consi. xxxv. incipien. priusquàm. bene facit tex. in l. magis. §. ne tamen. ff. de rebus eorũ. & in Spec. in tit. de testi. §. nunc tractandũ. vers. hoc autem. in fine glo. iiij. quæst. iij. §. item Bar. in consi. ccix. Paul. de Cast. in l. ij. §. si absens. in glo. ibi, & fortè. ff. si ex no. causa agatur. tum etiam, quia illi, qui erant in nauigio, hoc affirmabãt: † vnde 8
sicut bona fides probatur ex probatione inualida: vt dicit Bal. in cap. j. §. si duo. de pace tenẽda. & Bal. in l. j. in fi. C. vbi causa status. ita probatur etiã mala fides ex inualida probatione: quia ex coniecturis percipitur bona vel mala fides: vt not. in l. penul. C. de euictio. & voluit Bal. in l. j. C. de vsuca. trãsfor. tum etiã, quia erat fama, φ dictæ merces nõ erãt dicti debitoris Alphõsi.
†Et sic ista fama, φ merces erãt alienæ causat dicto 9
Alphõso malam fidem: vt dicit Ang. in l. cum qui. §. in Publiciana. ff. de Public. facit ad hoc quod dicit Bart. in l. Celsus. ff. de vsucap. Nec obstat φ dictus debitor dicti Alphõsi non ostẽdebat, φ dictæ merces erãt alienæ nec mandatũ, & sic nõ debet credere dicto suo debitori dicẽti, φ merces, quas ipse portabat, erãt alienæ: vt in l. si qs inficiatus. ff. depositi. & prout dicit Bal. in l. si fundũ. C. de rei ven. vt no. in Cle. causam. de ele. quia vt dicit ibi Cyn. & Alb. de Rosa. in dubio debuit abstinere à dicta datione in solutũ, quia talis denuntiatio facta à suo debitore, arguit ipsum à mala fide, per d. l. si fundum. †Nec ob. φ denuntiatio non fuit
facta domino merciũ, sed à dicto supercarico, & per 10
consequẽs non inducitur mala fides in Alphonso, per tex. in l. si maior. C. de rescin. vendi. & l. tutor vrgentibus. in princip. ff. de mino. secundùm Paul. de Cast. in d. l. si fundũ. Quia respondetur, quòd ad effectum, φ vt quis constituatur in mala fide sufficit, quòd fiat ista denuntiatio, φ res est aliena ab eo, qui habet custodiã ipsius rei: vt patet ex doctrina Bart. in l. non solùm. §. morte. in iij. quæstionu principali. ff. de operis noui nuntiatio. & notat Bart. in l. item veniunt. §. petitã. ff. de petitio. hæredit. quia ad eum spectabat hoc dicere.

&

11 †& ideò erat ei credendũ: vt dicit Lucas de Penna, in
l.iij.C.de murileg.lib.xj.dum allegat l. quædam. §.sed
si ei.ff.de edẽdo. Bene facit ad hoc, quod dicit Bart.in
l.si seruũ.§.nunc videamus.ff.de verb.oblig.ꝙ in casu,
in quo ex parte eius, cui fit denunciatio, requiritur
sola abstinentia,& tunc sine dubio potest fieri ista de-
nunciatio etiã per negotiorũ gestorẽ: vt ff.quod vi aut
clàm.l.prohibere.in princip. Quare ego tanquam
cõmissarius causæ dedi primũ votũ, ꝙ dictus Alphon-
sus cõdemnetur ad pretium mercium dictorum agen-
tium habitarum per dictum Alphonsum, prout conti-
netur in instrumento dationis in solutum ipsarum
mercium cõsignatarũ per dictum suum debitorem,
12 † nam in foro conscientiæ quando quis est in dolo,
tenetur ad emendam damni: vt dicit Innoc. in c.sicut
dignum. circa finem, de homicidio. de quo fuit me-
mor Abbas. Sicu.in c.quoniam contra.in glo.in ver-
bo, loca. de probationib. Et ita per totum Consi-
lium fuit per diffinitiuam sententiam pronuntiatum.

DECISIO CCCLXX.

De statutaria præscriptione aduersus minorem non currente.

SVMMARIVM.

1 *Minor ætas an restituenda aduersus consuetudinariam præscriptionem.3.*
2 *Minor læsus restituitur, nisi in prohibitis de iure.*
4 *Minor aduersus legem ciuilem restituitur, non contra naturalem vel communem.*
Tempus consuetudinariũ currit minori, sed restituitur.
5 *Minor aduersus dolum de præterito præsumptum, restituendus.*
6 *Remedium restitutionis datum minori aduersus statutariam præscriptionem transit in minoris successorem.*
7 *Soror nobili viro non coniuncta qualiter aduersus fratrem per Neapolitanã cõsuetudinem succurratur. 10.*
8 *Dispositio pœnalis incipiens à præcedẽte simplex quando committitur.*
9 *Pœna culpa an & quando committitur sine monitione.*
11 *Soror per statutum masculata ad paternam successionem, an etiam ad paternam & collateralem.*
12 *Verbum disponere, trahitur ad vltimas voluntates.*
13 *Donatio in fraudem successoris, quãdo dicatur facta. 14.*
Fraus ex ingenti alienatione præsumitur.
15 *Donatio meritoria præsumptionis fraudis silentium imponit.*
Merita in donatione, an oporteat, vt specificè probentur.
16 *Obsequium in decrepita vita exhibitum, maxima dignum remuneratione.*
17 *Successor non tenetur ad remuneranda prædecessori præstita beneficia.*

TRia dubia fuerunt discussa in Consilio, in
causa, quæ vertitur inter Ambrosium de
Misina de Neapoli conuentum, & Vincen-
tiam de Misina super successione bonorũ
quondam Iacobi de Misina fratris dictæ Vincentiæ.
Et primũ consuetudo Neapol. prima, de successio.
ab intestato, dictar in scriptis, ꝙ mortuo patre cum
filio & filia, filius succedit, & tenetur maritare sororẽ
secundũ paragium & facultates: eam autẽ differente
maritare secundũ paragiũ vsque ad annos xvij. succe-
dit, & potest petere portionẽ de bonis paternis & ma-
ternis, & subditur in cõsuetudine; Quid autẽ, ꝙ tunc
soror quoad prædicta, habetur ac si esset masculus.
Quid si mortuo patre relictis filio pupillo ac relicto
filia pubere vel impubere, & ista fœmina efficiatur
xvj. annorũ antequã filius pupillus efficiatur maior?
†Verum soror possit dicere, quòd debet succedere, 1
eò quòd frater non maritauit eam infra xvj. annũ, vel
frater possit dicere, ꝙ istud tẽpus non currit minori,
& si currit, possit petere in integrũ restitutionẽ infra
quadrienniũ finita minori ætate, Et sic aduersus dictã
præscriptionẽ cõsuetudinariã restituatur ipse minor.
Istam quęstionẽ sentit And.in cõstitutione Regni,
In aliquibus.in v.col.in versi. sed ex quo recusauit da-
re dotes, an possit pœnitere & offerre &c. ꝙ si esset
minor frater, tunc per in integrũ restitutionẽ posset
pœnitere.alleg.C.de tepu.bæt.l.si.in si. & sic videtur
ꝙ datur sibi restitutio ex capite minoris ætatis: q
hoc ipso est læsus. Ad idem adducitur, istud tẽpus
consuetudinarium xvj. anno. currit minori. sed datur
sibi restitutio, secundũ Inno.in c.constitutus. de resti.
in integ. †nam regulare est, quòd data læsione semper 2
minor restituitur, nisi contrarium reperiatur in iure
expressum: vt not.in l.auxilium.ff.de mino.& in auth.
de hære.& Falci.§.pupillus.& est optimus tex. in l.fin.
C.in quibus cau.in inte.resti. non est neces. licet Bar.
in l.etiam.circa fin.ff.de minor. †dicat, quòd in lucro 3
captando præscripto statutaria semper currit contra
minorem. sed datur restitutio. Sed in damno vitando
ipso iure nõ currit minori. Bene ad hoc faciũt no.
in c.j.§.præterea si quis, de prohi. feuda. ali. per Feder.
Sed Bal.not.in c.j.quo tẽpore miles.in vj.col. dicit, ꝙ
tempus statutũ à consuetudine succedit loco tẽporis
statuti à iure cõmuni, & tunc sortitur eandem natu-
ram, & sic non currit minori ipso iure: vt in cõsti. Re-
gni, Minorum iura.& not. doct.in d. c. constitutus.&
Inn.& Abb.in c.auditis eod.tit.de restit.in integ. Aut
tẽpus statutum à consuetudine, non succedit loco ali-
cuius temporis statuti à iure cõmuni; imò illi ciues sic c
ordinauerũt, & tũc datur minori restitutio aduersus
tempus prædictũ consuetudinariũ, secundum Inn. in
d.c.constitutus.& Ioan. And.in nouella, in c.ex ratio-
ne.de ap. †Bene facit id.quod dicit Alex. in d.l.etiam. 4
quòd minor aduersus legem ciuilẽ restituitur: sed non
contra legẽ naturalẽ vel communem. Et propterea
dicebat Bal.in d.l.fi.C.in quibus cau.in integ. rest. nõ
est necessà. quòd tẽpus consuetudinariũ currit mino-
ri: sed datur restitutio.& idem dicunt Inno. in d. cap.
cõstitutus.& sentit Bar. in d.l.etiã.& Bal. in l.si matri.
C.ne de statu defunctorum.in verbo, extra quarto, vbi
distinguit.& Card.Flor. in l.vnica, in ix. quæstione.de
restit.in integ.& Lud.Rom.in singularibus, in verbo,
minor. Et pro hoc facit, † nam minor restituitur ad- 5
uersus dolũ præsumptum de præterito: vt dicit Bar. in
l.si ex causa.§.nunc videndũ.ff.de mino.& Bart.in l.j.
§.nuntiatio.ff.de ope.no.nuntia. Et posito sine præiu-
dicio veritatis, quòd dictus Iacobus minor fuisset in-
terpellatus à sorore, & illam interpellationẽ spreuis-
set, certè diceretur in dolo præsumpto de præterito,
vt in l.aio prætor.§.si quis particeps, ff. de his, quæ in
frau.credi.& l.si fundũ.C.de rei vend.quę iura ad hoc
alleg. Bart.in d.§.nuntiatio. in iiij. col. ergo aduersus
dictam morã minor restituitur. †Et istud remediũ 6
cõpetens minori, per viam restitutionis in integrum
contra præscriptionem statutariam, transiret iam in
successorem ipsius minoris, per tex. in l.minor autem
magistratus.§.fin.ff.de mino.& in l.ea, quæ.§.quòd si

maioris.C.de tempo. in integ.restit. & ibi per Bar.&
Bald. Quare fuit pari voto votatũ, ꝙ ex quo Iaco-
bus frater dictæ suæ sororis, quãdo mortuus Fráciscus
de Milina eius pater erat pupillus, & mortuus fuit,
quãdo erat ætatis annorũ xviij.& illa Vincentia tem-
pore mortis dicti sui fratris erat annorũ xxij. & sic di-
ctus Ambrosius conuentus potest opponere de dicta
restitutione, quæ competebat dicto Iacobo minori,
7 cuius ipse fuit hæres institutus. † Secundũ dubium
fuit, vtrũ ad hoc, vt soror succedat æqualiter vnà cum
fratre, in casu, quando frater distulit ipsam maritare
infra xvj. annos, requiratur, ꝙ soror interpellauerit
fratrẽ, ita ꝙ si nõ probetur de interpellatione fratris,
non efficiatur masculiata. glo. Neap. super dicta con-
suetudine, in verbo, differentibus, dicit, ꝙ soror habet
duplicẽ viam, vel cogendi fratrẽ, ad dotandum, cùm
primũ potest, vel interpellare fratrẽ congruo loco &
tempore, & expectare cursum xvj. annorũ, vt eis elap-
sis succedat, & dicit, ꝙ hoc tẽpus non datur ad bene-
ficium dilationis, sed ad pœnã fratri differenti mari-
tare sororẽ. Et licet dicta glo. Neapol. nihil alleget, ta-
men possunt ad hoc infrascriptæ rationes allegari:
8 † nam quãdo dispositio pœnalis incipit à præcedente
dispositione simplici, pœnalis illa dispositio tunc cõ-
mittitur, quãdo facta interpellatione cõgruo loco &
tẽpore de eo, ꝙ erat deductũ in dispositione simplici
præcedenti per interpellationem quod potuit adim-
plere, non fuit adimpletũ: vt volunt Bar. in l. ita stipu-
latus. in septima op. quintæ partis. & in vj. quæst. ff. de
verb. oblig. & ibi Ioan. de Imo. post Ang. & glo. Bald.
& Angel. in l. & si post tres. ff. si quis cautio. Sed dicta
consuetudo incipit à pœnali dispositione simplici, er-
go requiritur interpellatio. Secundò adducitur id,
quod dicit Inno. quem sequuntur ibi Abb. & alij in c.
extirpãdæ. §. quia verò. de præbendis. qui dicit, † quòd
9 vbi pœna imponitur à iure pro negligentia seu culpa
in non faciendo, opus est, ꝙ præcedat monitio seu in-
terpellatio, vt incurratur illa pœna, per c. ex parte. cũ
tribus sequentibus, de clericis non resi. & per l. si ex
causa. ff. de verb. oblig. Ioã. de Imo. in l. non solùm. §.
morte. in fi. ff. de oper. nou. nunc. Ant. de But. in c. cùm
in cunctis. ix. col. de elect. fallit in casu, quẽ ponit glo.
Bar. & Bal. in l. j. C. de his quibus vt indig. gl. & Bar. in
l. in cognitione. ff. ad Sylla. Secus, vbi pœna imponi-
tur pro facto affirmatiuo, vt in c. de multa. de præben.
& in l. j. C. de secundis nupt. & hanc theoricam affir-
mant Io. And. in c. excommunicationi. de rapto. post
glo. ibi, & Bal. in d. l. & si post tres. in reper. qui allegat
tex. in auth. de hære. & Fal. §. si quis autẽ non implens.
& in auth. de eccle. titu. §. si autem. & Bal. in auth. hoc
amplius. C. de fideicõmis. & Bal. & Imol. in l. si mora.
ff. solu. matri. & Bald. in c. j. §. publici latrones. de pace
tenen. Bald. in auth. omnino. C. ne vxor pro marito.
Bal. in l. magnã. C. de contrahen. & cõmit. stipul. & in
l. ij. C. de sponsa. faciunt notata per Bart. in l. offician-
do. §. infans. ff. de furt. & per Bart. in l. mulcta. ff. de cõ-
di. & demon. & cum concor. quæ allegantur ibi per
10 Alex. in apostillis. † Et per sacrum Consilium fuit
conclusum, ꝙ vt soror succedat vnà cũ fratre in bonis
paternis in ciuitate Neapo. requiritur, ꝙ soror inter-
pellauerit fratrẽ, vt ipsam maritet & dotet secũdùm
facultates. Sed hic incidit quæstio. Ecce, ꝙ soror
interpellauit fratrẽ, quòd ipsam maritet & dotet, &
fuit in mora. & sic soror excedẽs annos xvj. successit
vnà cũ fratre in bonis paternis, pone, quòd sunt plu-
res fratres pupilli & in pupillari ætate moriuntur.

Verum ista soror succedat cum fratre, qui fuit in
mora in ipsam maritãdo & dotando, dictis pupillis
fratribus, sicut si esset masculus. Dicebãt aliqui, ꝙ
text. in consuetudine, si moriatur. videtur admittere
sororẽ ad successionẽ bonorum paternorũ cum fra-
tre, si ipsam nõ maritauit infra xvj. annos, nihil dicit,
vtrum ipso supradicto modo masculiata succedat, vt
masculus trãsuersali. & tex. in consue. quòd autẽ. dicit,
quòd quo ad prædicta, scilicet quo ad successionem
bonorum paternorum, succedit, ac si esset masculus.
† Alij dicebant, ꝙ si est masculiata quo ad succedendũ 11
patri, erit etiam masculiata quo ad succedendũ fratri
& collaterali: & pro hoc allegabant glo. Neap. in cõ-
suetudine, si moriatur. in glo. in verbo, filius. ibi, nonò
est hoc ius consuetudinariũ. & in consuet. quòd autẽ.
in verbo, parentũ. vbi dicit, quòd soror, quæ successit
in bonis paternis tanquàm masculiata succedit fratri
vel sorori: quia vtitur iure fratris. & in hac secũda opi.
magis inclinabant domini de consilio. Tertiũ du-
biũ fuit, vtrũ iste Iacobus potuit donare aliqua bona
stabilia paterna & materna dicto Ambrosio per sex
menses ante eius mortẽ per contractũ inter viuos in
præiudiciũ dictæ Vincentiæ eius sororis. Ego fui in
voto, quòd sic: quia cõsuetudo Neapolitana, quæ inci-
pit, & si testator. dicit, ꝙ habens bona paterna vel ma-
terna, non potest de ipsis disponere, nisi de medietate,
aliam medietatẽ tenetur relinquere proximioribus
ex parte patris in bonis paternis, vel proximioribus
ex parte matris in bonis maternis. † Verbũ enim di- 12
sponere, trahitur ad vltimas voluntates, & non ad
dispositionẽ inter viuos: vt dicit glo. Neapo. in dicta
consuetudine, in verbo, disponere. vbi dicit, ꝙ potest
totum alienare in vita, sed in morte de medietate, &
ibi, dum dicit hic de testatore, non autẽ donatore &
venditore. Et posteà dicit, nisi fiat in fraudẽ successo-
ris. † Dicitur autẽ fieri in fraudem successuris, quando 13
donauit omnia bona sua: vt in l. omnes. §. Lucius. ff. de
his, quæ in fraud. cred. iunctis not. per glo. & doct. in l.
qui testamentũ. ff. de probat. Idem, si non omnia bona
sua, sed quasi omnia donauit: vt sentit Bal. C. si quid in
fraudẽ patro. l. j. in iij. quæst. & not. Bal. in l. si vnquàm.
C. de reuocan. donat. & dicit Bal. quòd ex vna magna
alienatione præsumitur fraus in l. fraus. ff. de leg. & fir-
mat hoc Alex. in j. vol. consi. lv. incip. cõsideratis ver-
bis dicti statuti &c. Item probatur, quãdo in frau-
dem est facta donatio, si fiat ab eo, qui nõ habet filios,
nec habere potest, & donauit non successuro: vt dicit
ibi glo. Neapol. in verbo, disponere. ibi. sed quomodo
probauit. & pro hoc benefacit tex. in c. j. §. sed & res.
per quos fiat in vesti. & ibi glo. in verbo, in fraudem.
† Item præsumitur in fraudẽ facta donatio, quãdo 14
quis donat consanguineo suo, si tendat in præiudiciũ
tertij: vt dicit Paul. de Cast. in consil. lxv. incipiẽnte,
super isto puncto occurrunt tria vidẽda allegat Bar.
in l. post contractũ. ff. de donat. Et licet diceretur pro
parte dictæ sororis, quòd dicta donatio fuit facta in
fraudem sui: quia dictus Iacobus semper fuit infirmus
diuersis infirmitatibus, & communiter æstimabatur
citò mori, propter quas dicta donatio præsumitur in
fraudẽ successoris facta, prout colligitur ex l. j. & ij. ff.
de donation. causa mor. Et in dicto Iacobo donatore
non erat spes filiorũ. Et donatio fuit facta de maiori
parte

parte bonorum stabilium, & sic videtur facta in eius fraudem. Et ideò non debeat valere: vt suprà dictũ est.

Tamen ego dicebã, quòd fuit donatio prædicta facta ob merita ipsius donatarij, vt dicebat contractus do-
15 nationis: †quo casu cessant dictæ præsumptiones fraudis: vt dicit Neapol. in dicta glo. Et licet non sufficiat confessio Iacobi donatoris facta in instrumento & cum iuramento de seruitiis præstitis per dictum Ambrosium sibi: sed oportet, quòd specificè probentur seruitia & merita, vt voluit Bart. in l. si fortè. ff. de castren. pecu. & glo. & doct. in l. si donatione. C. de colla. & voluit Io. And. in addi. Spec. in tit. de rebus eccle. nõ alie. in rubrica. & firmat Alex. in præallegato consil. lv. in j. vol. Tamen fuit bene probatũ in processu, quòd dictus Ambrosius conuentus dicto Iacobo præstitit seruitia suæ personæ in seruiendo ei in suis infirmitatibus diuersis, necnon & quando superuenit pestis in domo & familia dicti Iacobi, quãdo fuerũt mortui de peste alij fratres dicti Iacobi, & ipse Ambrosius non dereli-
16 quit eum. †Vnde fuit mihi visum, quòd ista seruitia sunt digna maxima remuneratione: quia posuit vitã suam in periculo, quia experientia quæ est rerum magistra: vt in c. cùm expediat. de elec. lib. vj. docet, quòd ista sunt magna seruitia. Et tantò magis, quòd dictus Ambrosius seruiuit in auri fabri. patri dicti Iacobi: quæ seruitia præstita patri, licet non tenebatur dictus Iacobus remunerare, per id, quod dicit Bart. in l. am-
17 bitiosa. ff. de decre. ab ordi. fa. †quia facultas remunerandi magnũ seruitium præstitum prædecessori, non transit in successorẽ. & de hoc fuit memor Iason in l. ex hoc iure gentiũ. ff. de iusti. & iu. & in l. si nõ sortem. §. libertus. ff. de condictio. indebiti. tamen negari non potest, quòd ipse fuit gratus patri & filio. Sed toti sacro Consilio me solò excepto fuit visum contrariũ, quòd dicta donatio non sit facta sine fraude, & dicta seruitia non sunt digna remuneratione dictæ donationis tantorum bonorum stabilium. Et ideò fuit iudicatum, quòd fuit facta in fraudem dictæ sororis: & sic non potuit ipsam facere in præiudicium dictæ sororis, quam fraudare non potuit successione bonorum antiquorũ pro medietate, iuxta dispositionem præallegatæ consuetudinis Neapolitanæ.

DECISIO CCCLXXI.

De dotis relicto incerto. Et de ordinatis arbitratoribus à testatore ad dotem taxandam.

SVMMARIVM.

1 *Legatum pium incertum, an valeat.*
Incertitudo in contractu vitiat contractum.
Legatum dotis incertæ tenet.
2 *Iudex supplet de facto in causa dotis.*
Dotis causa est pia.
3 *Frater etiam tenetur ad dotandam sororem.*
Nepti filius postponitur.
Charitas prima vnde sumat exordium.
4 *Voluntas alterius fauore piæ causæ secretè committitur.*
Intellectus ad l. Theopompus. ff. de dote prælega.
5 *Testator potest disponere, quòd credatur vni testi.*
Voluntas captatoria etiam in legatis nullius momenti, & qualiter dignoscatur.
6 *Legatum alterius arbitrio collatum, qualiter intelligendum.*
7 *Pactum promittentis, stare simplici verbo, an valeat.*
8 *Clausula, prout eis videbitur, in legato inserta, importat boni viri arbitrium.*
9 *Recursus ad arbitrium boni viri ab arbitratoribus per testatorem electis, haberi an possit.*
Iudex dicitur bonus vir.
10 *Arbitrium iniquum quot modis dicatur.*
Iudex in neutram flecti partem debet.

Dominus Antonius de Rao fecit testamentum, & vnicum filium suum instituit hæredem vniuersalẽ, & certa legata fecit, & inter alia legauit Mariæ de Rao suæ nepti filiæ fratris sui defuncti dotes taxãdas & arbitrandas siue declarãdas per dictum eius hæredem & vxorem & sororem dicti testatoris, prout eis videbitur dandas tẽpore sui maritagij. Nunc dicta Maria agit in consilio contra dictũ hæredẽ, quòd attento, quòd suprà dictæ personæ, quibus datum fuit arbitriũ à testatore declarandi dictã dotem legatã eidem declarauerũt verbo, quòd testator sensit de ducatis quinquaginta tantũ: & ista declaratio est nimis exigua, habet propterea recursum ad arbitriũ boni viri, vt moderetur dictum arbitrium, & pro bono viro, elegit sacrum Consilium.

Pro parte hæredis dicitur, quòd non potest haberi dictus recursus, ex eo, quia dicta quantitas ducatorum quinquaginta post testamentum fuit declarata per testatorem, & dictæ personæ secutæ sunt voluntatem ipsius testatoris. Et ad probandũ voluntatẽ testatoris prædictã dicunt, quòd dictus testator eis in secreto sic declarauit. Quæritur modò de tribus. Et primò, vtrum tale relictum incertum pro dote sit validum.

Secundò, vtrũ voluntas testatoris ad declarationẽ legati incerti possit probari per hæredem testatoris vxorẽ & sororẽ prædictas ex voluntate testatoris: vel ipsi sunt arbitratores relicti per testatorẽ in declarando incertã dotem relictã. Tertiò, vtrũ à tali declaratione facta per eas possit haberi recursus ad arbitriũ boni viri. †Ad primũ fuit pariter votatum, quòd 1
licet regulariter in nõ piis legatis legatũ incertũ non valeat, sicut in cõtractu incertitudo vitiat contractũ: vt in l. triticũ. ff. de verb. oblig. de quo in l. stipulationum quædã. cum l. seq. vbi autẽ non apparet. ff. eo. tit. tamẽ in legato dotis incertæ valet legatũ, per text. in l. si filiæ. ff. de legatis tertio. & in l. Theopompus. ff. de dote præle. & l. cùm. post. §. gener. ff. de iure dotium. & hoc etiam notant Alex. & alij in l. j. ff. solu. matrim. & Paul. de Cast. in l. j. ff. de leg. secundo. & Bal. in l. fin. C. de senten. quæ sine certa quãti. †quia iudex supplet de 2
facto in causa dotis: vt notant cõmuniter docto. in l. si cùm dotẽ. §. eo autem tẽpore. ibi, iudicis officiũ. ff. sol. matrimo. Item in causis piis iudex inquirit ex officio, vt dicit Cyn. in l. mulierẽ. C. si manci. ita fue. alie. ne prostit. & causa dotis est causa pia: vt in l. mulieri. ff. de cõditio. & demõstra. Et ego dicebã, quòd ex quo ista neptis testatoris erat virgo sine patre, qui parum habuit de hæreditate paterna respectu eius, quod habuit dominus Antonius testator, & erat paupercula, quòd licet solus pater est ille, qui tenetur dotare filiã: vt in l. qui liberos. ff. de ritu nup. †tamen frater tenetur 3
dotare sororẽ pauperem & egenã: vt in l. cùm plures. §. fi. & ibi glo. ff. de administra. tuto. vnde ex hoc præsumo, quòd testator dictum legatũ fecit dictæ suæ nepti pro exoneratione suæ cõscientiæ, potius, quàm amore & dilectione neptis: quæ stante filio testatoris non so-

lent à paruis diligi: sicut quando non est filius testato-
ris: & prima charitas incipit a seipso: vt in l. præses. C.
de seruitutibus. in glo. Ad secundã quæstionẽ posset
dici, quod standũ sit dicto præfatorum hæredis vxoris &
sororis: quia sic testator voluit per d. l. Theopompus.
vbi videtur casus pro hoc. & etiã in c. cũ tibi. de testa.
4 & non potest dici, quod sit captatoria voluntas: † quia in
secretũ alterius voluntas fauore piæ causæ confertur:
vt in l. captatorias. ff. de hære. insti. cum concor. & d. c.
cum tibi. fuit dictũ, quod in d. l. Theopompus. constabat
filium testatoris arbitrasse secundũ voluntatẽ testato-
ris, quia testator dixerat legitimis portionibus. Sicut
alia soror, secũdùm Bar. ibi, & in consi. clxviij. incip.
5 quidã habens bona communia, † nam testator potest
ordinare in suo testamẽto, quòd credatur vni testi, vt
plenè per Alex. in ij. vol. consi. liiij. incipiẽte, circa id,
quod quæritur. Ego dicebã, quod aliud est dicere com-
mitto tibi voluntatẽ meam, quã secretè tibi dixi, aliud
est dicere, lego Titio, secundũ quod arbitrabitur Mæuius:
nam primo casu est data voluntas in alterius volunta-
tem, tunc nõ valet: quia captatoria etiam in legatis: vt
in l. captatoriæ. ff. de lega. j. secundum glo. in d. c. cùm
tibi. fallit fauore piæ causæ: vt in d. c. cũ tibi. & l. fidei-
cõmissaria libertas. ff. de fideicom. liber. vbi libertas
voluntati alterius collata expressè vel tacitè valet, &
idem tenet Bar. in l. j. C. de sacrosan. eccle. & hic nõ est
casus noster, quia non fuit cõmissa per testatorẽ eius
voluntas dictis personis. Secundò casu quando te-
stator legauit dictæ Mariæ, quod prædicti filius vxor
& fratres arbitrabũtur: tunc si illi non arbitrabũtur,
vel iniquè arbitrabũtur, recurretur ad arbitriũ boni
viri: vt in d. l. captatoriæ. ff. de lega. j. & ff. de le. ij. & l. j.
hanc distinctionẽ sentit dominus Franciscus de Zaba.
6 in d. c. cùm tibi. versic. quæro an legatum &c. † Præ-
tereà aliud est dicere, an standum sit dicto alicuius de
eo, quod testator sibi dixit. Aliud est dicere, an standũ
sit voluntati alicuius de eo, quod sibi deponenti vide-
bitur. primo casu ille videtur testis approbatus à te-
statore, & tunc standũ est eius dicto: quia sic testator
voluit, & hoc fauore piæ causæ: vt in d. l. Theopõpus.
& d. c. cum tibi. cũ concor. & tunc debet iurare, quia
est, vt testis, secundũ Bar. in d. l. Theopõpus. Secũdò
casu, iste nõ est testis, sed arbitrator, quãdo assumptus
7 est à testatore vel à parte. † licet dicat Cy. in l. si quis
in conscribẽdo. C. de episc. & cle. quòd si in contractu
promitto stare simplici dicto tuo, quod hoc pactum non
valet, de quo per Bar. & alios in l. ij. ff. de præto. stipul.
hanc distinctionẽ sentit Bart. in d. l. Theopompus. in
verbo, quæro cum testator dixit. Vnde per omnes
dominos fuit pariter votatum & cõclusum, quod dictus
hæres vxor & soror non sunt testes de volũtate testa-
toris ad testificandũ eius voluntatẽ: quia hoc non or-
dinauit dictus testator: sed sunt arbitratores ordinati
8 à testatore ad taxandũ dictam dotem. † & hoc etiam
probat illud verbũ, appositum in dicto legato, prout
eis videbitur, quod importat arbitriũ boni viri: vt in
d. l. fideicõmissaria. & voluit Bar. in l. si sic. ff. de leg. j.
& probatur in l. si filiæ. ff. de leg. iij. & l. fideicommissa.
§. quãquam. ff. de leg. iij. quos text. ad hoc allegat Alex.
in iij. vol. consi. xiij. in c. circa primũ. in penul. col. &
in hac sententia videtur, quod fuit Alex. in d. consil. liiij.
in ij. vol. Ad tertium dubium, vtrum ab arbitrato-
ribus electis per testatorem, vt suprà possit haberi re-
9 cursus ad arbitrium boni viri, id est, ad iudicem, † qui
dicitur bonus vir: vt in l. vir bonus. ff. iudicatũ solui.
& in l. si societatem. §. arbitrorum. ff. pro socio. & in c.
Quintauallis. de iureiurando. per doct. cum concor.
ibi allegatis. De hoc non expedit dubitari: quia clara
decisio est, quod potest à tali arbitrio declarato haberi
recursus ad arbitriũ boni viri: vt est tex. in l. fi. §. sed &
si quis. C. commu. de lega. per quem tex. not. ibi Bald.
quòd in vltima voluntate, siue aliquid sit collatũ ali-
cui vt arbitrio, siue arbitratori. iniquum redditur ad
æquum, † & dicitur iniquũ octo modis: scilicet, qua- 10
tuor modis dicitur plus, & quatuor quibus dicitur
minus. & ibi dicit, quòd iste bonus vir erit iudex, qui
non debet declinare neque ad dexteram, neque ad si-
nistram, vt in l. rem non nouam. C. de iudi. cap. cum
æterni tribunal. de re iudi. in vj. & hoc firmat Bart. in
d. §. arbitrorum. Fuit ergo per sacrum Consilium
consideratis considerandis moderatum dictum arbi-
tramentum ad ducatos cc. pro subsidio dotis neptis
dicti testatoris. Et ita postea fuit sententiatum.

DECISIO CCCLXXII.

De hæredibus patris & matris cõuentis nomine patris tantùm ex obligatione communi patris & matris.

SVMMARIVM.

1. *Filius an possit bona paterna citra ius & nomen hæredis patris habere.*
2 *Hæres patris & matris per obligationem amborum nomine vnius conuentus, an condemnandus nomine alterius non nominatis in actione.*
Vsa electa sequenda.
3 *Sententia libello debet se conformare.*
Probatio sine petitione an vllius valoris.
4 *Iudicium an & quomodo transsubstantietur.*
5 *Confessio testis super crimine in vna instantia contra eum probatio, operatur remotionem à promotione.*
6 *Iudex per instrumentum & confessionem potest contra conuentum pronuntiare.*
7 *Confessus post litis contestationem condemnandus in ciuilibus.*
8 *Confessio tollit processus nullitatem, & in iudicio notorium inducit.*
Iudex in meo ius supplere potest.


Vit lata sententia in magna curia Vicariæ
contra Anellũ Longum, per quam ipse fuit
cõdemnatus ad soluendũ patri Vincentij
Mennati certam pecuniæ quantitatem, ad
quam erat obligatus virtute publici instrumẽti & an-
tequã fuisset dicta sentẽtia mãdata executioni, dictus
Anellus mortuus fuit superstitibus sibi duobus filiis,
videlicet Ioanne Lõgo, & Nicolao eius fratre, & simi-
liter mortuus fuit pater Vincẽtiæ superstitibus pluri-
bus filiis, qui omnes sunt mortui, & solũ superest di-
ctus Vincẽtius hæres patris & fratrũ suorum, qui petit
executionẽ dictæ sentẽtiæ contra dictũ Ioannẽ, & fra-
trem vt filios & hæredes dicti Anelli, † dicit Nicolaus, 1
quod ipse probat per instrumentũ se abstinuisse ab hære-
ditate patris. Et Ioãnes alter frater dicit, quod ipse nõ te-
netur, quia nõ est hæres patris sui. Et si aliquid habuit
de bonis paternis, illud habuit non vt hæres patris, sed
vt filius & hæres matris, quæ dedit in dotẽ dicto Anel-
lo vncias centũ, & factus fuit casus restitutionis dotiũ

per mortem Anelli dicto Ioanni & fratri vt filiis &
hæredibus matris: vt constat per instrumentũ dotale:
& sic habere potuit bona paterna extra ius & nomen
hæredis patris, videlicet pro dote materna, quo casu
dicitur, quòd nõ per hoc probatur se immiscuisse hæ-
reditati paternæ: vt no. Bar. & alij in l. gerit. & in l. pro
hærede. §. j. ff. de acqui. hæredi. & in l. j. & ij. C. de repu.
hære. & Alex. in iij. vol. consi. xxxij. maximè, quia pro-
batum est dictum Anellum tempore mortis suæ fuis-
se pauperem, & dicti Ioannes & Nicolaus fratres de-
bebãt consequi super bonis maternis vt hæredes ma-
tris dictas vncias centum dotales, & in bonis paternis
parũ aut nihil remansit nisi certi debitores in modica
quantitate, qui fuerunt exacti per dictum Ioannem
vnde præsumitur exegisse pro debito materno, per iu-
ra supra allegata. Replicatur pro parte dicti Vin-
centij. Si vos estis hæredes matris vt dicitis, omnino
debet contra vos fieri executio dictæ sententiæ: quia
in instrumento debiti, cuius vigore lata fuit sententia
contra Anellum, est obligata mater vestra vnàcum
2 patre ad soluendũ dictum debitum insolidũ. †Re-
plicat dictus Ioannes cõuentus, quòd non fuit actum
cõtra eum & fratrẽ nisi tãquã hæredes patris & viam
quam elegisti, hæc tibi pateat: vt in l. quod in hærede.
§. eligere. ff. de tributo. cum concord. in glo. allegatis.
Dubitatur, si est actũ contra filios, vt dicta senten-
tia exequatur contra eos pro debito cõtracto per pa-
trem & matrem, vt hæredes patris, & ipsi filij non sunt
hæredes patris, sed matris, & condemnati sunt hæ-
redes patris, si dicta sententia lata contra Anellum,
quæ petita fuit exequi contra eius hæredes. Et decla-
ratum fuit per magnam curiã, quòd exequatur con-
tra dictos Ioann. & Nicolaum, & à tali pronuntia-
tione per eos fuit appellatum ad sacrum Consilium,
3 possit exequi cõtra eos, vt hæredes matris. †Prima
facie videbatur, quòd non: quia sentẽtia debet esse cõ-
formis libello: vt in l. fundus. ff. commu. diui. & in l. fi.
C. de fideicõ. liber. c. licet Heli. de Simo. cum cõcord.
concordantiæ sunt in Cle. sæpe. in verbo, formam. de
verb. sign. Item probatio sine petitione nulla est. c.
dudum. de ele. secundũ Bal. in l. j ff. de leg. ij. In con-
trariũ dicebant, quòd licet sit actum contra filios, vt
hæredes Anelli patris à principio, & per actorẽ proba
tum, quòd sunt hæredes, quia se immiscuerũt hæreditati
paternæ. Et per exceptionẽ cõuentorũ apparet, quòd
non sunt hæredes patris, sed matris, & sic redditur im
4 perfecta probatio agentis: †tamen iudicium trãssub-
stãtiatur in aliud genus formæ: vt in simili dicit Bald.
in l. j. iiij. col. in versi. omnimodo dico, quod radix &c.
C. si plures vna sententia. dum allegat ff. de peti. hære.
l. non rãtum. §. q̃ si pro emptore. ex quo apparet, quòd
hæredes etiã matris tenẽtur ad dictum debitum: quia
mater insolidum fuit obligata vnà cum marito. Se-
cundò, pro hac parte facit, quòd ex quo constat per
confessionem conuentorũ, quòd sunt hæredes matris
obligatæ, licet sit actum contra eos, vt hæredes patris
tãtum, possunt propter eorũ confessionẽ cõdemnari
5 ex ista instantia: vt hæredes matris. †Sicut dicimus,
quando contra testem probatũ est crimen in vna in-
stantia per confessionem ipsius testis, talis confessio
operatur effectum, vt possit remoueri à promotione,
vt dicit Abb. Sicu. in cap. cum dilectus. 4. char. versic.
ex prædictis infertur ad aliam quæstionem. de ordine
6 cognitionũ. & pro hoc facit, †quia iudex potest, post-
quam sibi constat de iure agentis per instrumentum
& confessionem partis, pronuntiare contra conuen-
tum iuxta eius confessionem, vt dicit Io. de Imo. in c.
ex tenore. circa finem, de rescriptis, licet nõ loquatur
quando constat per confessionem de iure agentis, sed
quando constat per acta. & tamen fortius est, quando
constat per cõfessionem: & ideò dicit Inno. in c. cùm
super in verbo, deponendus. de confessis, quòd iudex
ordinarius vel delegatus potest cõfitentẽ condẽnare,
licet non agebatur ad hoc. †nam in ciuilibus cõfessus 7
post litem contestatam debet condemnari: vt habe-
tur per Cy. in ij. q. C. de confessis. Bart. in l. si confessus.
de custo. reorum. dicit, quòd vbi processus est nullus,
si tamen constat per confessionem, potest fieri con-
demnatio, & sunt concordantiæ in consilio Alexand.
xxxiiij. incipiente, viso processu. in iij. volu. in ij. col.
†quia dicta confessio in iudicio inducit notorium: vt 8
not. in l. ictus fustium. ff. de infamibus. Bal. in l. prope-
randum. in princi. circa finem. C. de iudiciis. & in no-
toriis iudex potest supplere, vt no. Bal. in l. j. C. vt quæ
desunt. & ad hoc accedant not. per Bart. & Alex. in l.
cum qui ita. §. qui ita. ff. de verb. obliga. Tandẽ post
longam deliberationem fuit conclusum per Consi-
lium, quòd ex quo nihil aliud allegabant dicti conuẽ-
ti, nisi quòd fuerunt cõuenti vt hæredes patris & non
matris, & quòd iterum debebant conueniri, fuit eis
declaratum, quòd allegarent quicquid vellent: quia
Consilium vult pronuntiare super dicto debito tan-
quam contra hæredes matris: & quia non habebant
defensionem, fuerunt condemnati ad soluendum di-
ctum debitum, vt hæredes matris.

DECISIO CCCLXXIII.

De debitore offerente pecuniam creditori, vt repetat rem per executionem traditam fructibus perceptis computatis.

SVMMARIVM.

1 *Debitor in executione sententiæ tradens creditori fundum, an possit posteà offerre pecuniam, vt vendicet fundum fructibus in sortem refusis.*
2 *Fructus numerantur in re loco pignoris tradita, quæ potius præsumitur, quàm in solutum data.*
Pignus in dubio sufficiens præsumitur.
3 *Res in dubio non præsumitur tradita, vt dominium transferatur.*
Dominium ex nuda traditione nunquam transfertur.
Damnosum minus debitori in dubio præsumendum.
4 *Debitor cõpelli non potest ad pignus in solutũ tradendũ.*
5 *Datio in solutum allegata probanda.*
6 *Creditor in dubio præsumitur iure pignoris & non dominij possidere.*
Iudex in dubijs quam viam eligere debeat.

FVit determinatum †in Consilio, quòd si 1
lata sententia sacri Consilij cõtra debito-
rem ad certam quantitatem pecuniæ sol-
uendam, & dictus condemnatus pro exe-
cutione dictæ sententiæ dicto suo creditori dedit
quandam suam terram, quam posteà in sacro Consi-
lio repetebat, offerendo velle soluere pecuniam ad
quam fuerat cõdemnatus, compensatis fructibus per-
ceptis per dictum suum creditorem, & ille creditor
dicebat, quòd dictam terram dedit in solutum & pro

soluto in satisfactionem dicti debiti contenti in sen-
tentia, ille debitor dicebat, quòd fuit data loco pigno
ris, & sic fructus excomputantur in sortem, vt in l. si
dominium. C. de pigno. & in l. j. C. de distrac. pig. cum
similibus. Nec constabat, an esset data in solutum vel
2 loco pignoris. † quòd in dubio præsumitur potius da-
ra locò pignoris, quàm data in solutum, etiam quòd
esset eiusdem æstimationis, prout erat debitum: quia
in dubio pignus præsumitur idoneum & sufficiens. l.
ij. in verbo, redigere. C. de pigno. Alex. in l. creditor.
ff. si cer. pet. Et pro hac opinione facit, quia in dubio
non præsumitur, quòd debitor voluerit trãsferre do-
minium, per l. cum de indebito. ff. de proba. & ideo di
3 cit Cy. in l. incẽdium. in fi. C. si cert. peta. † quòd in du-
bio non præsumitur res tradita, vt trãsferatur domi-
nium, sed erit potius depositum, vt ibi per eum, & fir-
mant doct. in l. cum quid. ff. si cert. peta. vnde ex nuda
traditione nunquam trãsfertur dominium. l. nunquã
nuda. ff. de acqui. rerum do. Item, quia in dubio de-
bemus præsumere id, quod est minus damnosum ipsi
debitori: vt in l. semper in obscuris. ff. de regu. iur. cum
concor. ibi allegatis. Item quia in dubio debet fieri
interpretatio contra creditorem, qui dicit, quòd ha-
buit in solutum, & nõ probauit, per l. veteribus. ff. de
4 pactis. † ex quo debitor non potest compelli, vt det
pignus in solutum, iuxta l. à diuo Pio. ff. de re iud. & sic
non est præsumendum, quòd fecerit cautela, ad quam
non potest compelli: vt in l. fideicommissum. §. si hæ-
res. & ibi Bald. ff. de leg. iij. facit l. j. in principio. & ibi
Bal. ff. de magi. conue. vbi non tenetur quis ad id, ad
5 quod non tenetur ex officio suo. † & ideò non præsu-
mitur dicta datio in solutum allegata, nisi probetur,
vt in l. cùm dominam. C. de pig. nec sufficit eam alle-
gare, nisi probetur: vt dicit text. in l. magis puto. §. il-
lud. ff. de rebus eo. Et propterea dicit lex, quòd nemo
præsumitur dominus alicuius rei, nisi constet de prin-
cipio dominij, secundùm Bal. in l. siue possidetis. C. de
proba. dum allegat l. ex persona. eo. tit. Ex quibus
6 patet, quòd in dubio † creditor præsumitur possidere
iure creditoris, & non iure dominij: vt per Bar. in l. fi.
C. de iure dominij impetrando. Et in dubio iudex de-
bet eligere illam viam, per quam vtrique parti consu
latur: vt dicit Alex. in l. j. in iiij. col. ff. si quis cautio.

DECISIO CCCLXXIIII.

De titulo testamenti nulli putatiuo nõ obstante agenti petitione hęreditatis. Et de errante in iure super titulo inualido non præscribente.

SVMMARIVM.

1 *Titulus putatiuus testamenti nulli, an obstet agenti hereditatis petitione. 6.*
2 *Titulus erroneus quando det titulum ad præscribendum. 4. 5. 7.*
3 *Præscriptio trigenaria obstat agenti hereditatis petitione.*
5 *Fides mala post trigesimum annum præscriptionis allegari non potest.*
6 *Præscriptio per libelli oblationem interrumpitur.*

IN causa Georgij Maielli & fratrum agen-
tium ex vna petitione hæreditatis & pu-
bliciana contra Ludouicum Ruffum, &
fratres de Villa Casoriæ, fuit dubitatum
in primis, † vtrum testamẽtum Minicelli Cortensis, 1
in quo instituit hęredem Anastasiam eius vxorẽ quod
in veritate est nullum, quia minus solẽne, nec proba-
tur etiam de voluntate testatoris, præbuit titulum, ita
quòd posset dici, quòd dicti conuenti, qui possederunt
annis xx. qui habẽt causam à dicta Anastasia: quæ pos-
sedit spatio x. annorum: & sic possederint ann. xxx. &
vltra, mediante dicto titulo testamẽti inualidi, & bo-
na fide præscripserint dictum locum petitũ hæredita
rium dicti Minicelli, cui in dicto territorio ab inte-
stato tanquàm proximiores in gradu ipsi agentes tan-
quam eius nepotes debẽt succedere per mediã perso-
nam Violę eorum matris, † cum detur quasi pro regu- 2
la, quòd titulus erroneus dat titulũ ad præscribẽdum:
vt no. in l. Celsus. ff. de vsucapionibus. & in l. quod vul-
gò, ff. de vsuc. Bal. in l. nullo. C. de rei vendi. Ange. in l.
post mortem. de adop. Abb. in c. ad Apostolicę. de do-
nario. Io. de Imo. in c. fi. de præben. & agenti petitione
hæreditatis obstat præscripto xxx. annorũ cõpleto-
rum: vt dicit Bal. in l. fi. in xj. npp. C. de edic. di. Bart. in
l. hæreditatis. C. de petitio. hæreditatis. Super hoc
dubio fuit respõsum vnanimiter præsupponẽdo vnũ,
† quòd hęredi hęredis datur etiam petitio hęreditatis: 3
vt dicit Alex in ij. vol. consi. cxxxij. in ij. col. ꝙ quãdo
est error in facto, tunc erroneus titulus dat iustã cau-
sam præscribendi. Sed quando est error iuris, vt est in
isto testamẽto facto per præsbyterũ, qui non est nota-
rius publicus, nec sunt testes deponẽtes de testamẽto
asserto: iste titulus nõ dat causam pręscribẽdi, quia est
reprobatus, † & titulus reprobatus, nõ dat causam prę
scribẽdi. l. quẽadmodũ. C. de agri. & cẽsi. l. fi. §. si autẽ. 4
C. commu. de leg. c. dudũ. le premier. de elec. & firmat
Ale. in iij. vol. cõsi. xlvj. inci. circa pręsentis cõsilij &c.
& idẽ Alex. in ij. vol. cons. lxxxv. incip. viso themate. in
j. col. ideo dicit Abb. Sic. in c. ij. de his, quę fiũt à pręla.
circa fi. ꝙ ille qui errat in iure in titulo inualido non
potest præscribere: vt not. in c. ad Apostolicæ. præal-
legato. & in l. nunquã ff. de vsuc. Idem Abb. & ibi Feli.
copiosè. in c. de quarta. de præscript. & ibi tenet per
multas authoritates, † quòd titulus inualidus de iure, 5
qui putabatur validus, propter iuris errorẽ, nõ causat
præscriptionẽ etiam longissimi tẽporis xxx. annorũ.
vt ibi per eum quia esset lõgum referre doctores, pro
& cõtrà, quos ipse allegat. Nec obstat, quòd elapsis
xxx. annis non potest allegari mala fides, prout dice-
bat Bart. in l. fin. C. vnde vi. & Abb. in c. si diligenti. de
præscri. & Iason in l. clã possidere. §. qui ad nundinas.
ff. de acqui. poss. Ioan. de Imo. & Feli. in c. fi. de præscri.
quia talis præscriptio fuit interrupta propter litem
motam; sunt plures anni coram domino Antonio de
Rao iudice dicti casalis; † nam per libellum porrectũ 6
& litis contestationem interrumpitur præscriptio,
secundũ Bart. & Alex. ff. de adul. l. mariti. §. quinquen-
nium. l. si post acceptum. ff. de rei vendi. & l. mater. C.
eo. tit. de quo in c. illud. de præscrip. Et sic fuit con-
clusum in consilio super isto dubio, & per consequẽs
ille titulus putatiuus testamẽti nulli non obst. agenti
petitione hæreditatis: † quia ille titulus habetur pro
non titulo. l. nec vllam. ff. de peti. hære. cum concor. &
dicit Bart. vnum verbum not. quòd licet iustus error
habeatur pro tit. quo ad præscriptionem; non tamen
habetur pro titulo, quò ad excludendam petitionem
hæreditatis. & idem dicit Bart. in l. j. in primo not. ff.
quorum bonorum.

DECI

DECISIO CCCLXXV.

De petitione confessionis extra iudicialis factæ parte absente aliter, & post scripturam capitulorum certæ solutionis.

SVMMARIVM.

1 *Verba ante actum, an sit actus declaratiua.*

2 *Dicta in præfatione per interuallum non censentur repetita in conclusione.*

3 *Confessio ad obligandum parte absente, quam operetur probationem.*

4 *Confessio extraiudicialis qualiter probet.*

5 *Confessiones duæ extraiudiciales probationem & non obligationem inducunt.*

Testes non contestes de loco & tempore an probent. 8.

6 *Contractus sola conclusio, dicitur contractus, sine qua nõ consistit.*

7 *Contractus nouus celebratur per additionem.*

9 *Tempus est potius in obliuione, quam locus.*

10 *Iuramentum suppletorium in summa non defertur notabilissima.*

QVidã Diomedes [illegible] Fraia, de Puteolis per viam recõuentionis petit à filiis, & hæredibus Bartholemæi de Fraia medietatẽ ducatorum mille quingentorũ ex causa, quia Gabriel de Fraia cõmunis pater soluit Regi Ferdinando j. ducatos mille quingẽtos pro habẽda castellania castri Brundusii ex causa mutui. Et deinde permutauit dictã castellaniam, & constituit Bartholemæũ prædictũ post mortẽ patris castellanũ castri Manfredoniæ & dictus Rex porrò tenuit dictos mille, & quingẽtos ducatos mutuatos. Demũ adueniẽte magno capitaneo pro parte catholicæ maiestatis in partibus Apuliæ quæsiuit habere dictũ castrum Manfredoniæ à dicto Bartholemæo. & dictus Bartholemæus pro cõsignãdo dicto castro habuit à dicto magno capitaneo ducatos tres mille. & de hoc apparẽt certa capitula, & non dicitur in dictis capitulis, quòd solutio dictorũ triũ millium ducatorũ fit virtute: quia dictus Bartholemæus, vt hæres patris sui debet consequi à Rege Ferdinando primo dictos mille quingentos ducatos: sed solũ dicitur, quòd soluuntur sibi ducati tres mille pro restitutione dicti castri in manibus magni capitanei. Quæritur, an dicto Diomedi debeãtur dicti mille, & quingẽti ducati pro medietate tanquã recuperati, vt suprà.

Et prima facie videbatur, quòd ei debeãtur. Nam dictus Bartholemæus, quãdo tractabatur de cõsignando dictũ castrũ magno capitaneo absente dicto Diomede probatur per certos testes, quòd dicebat, quòd ipse intendebat velle recuperare à magno capitaneo certam summã magnã, ad quã tenebatur sibi Rex Ferdinandus primus ad recõpensam bonorũ suorũ perditorũ in Puteolis, & demõstrauit vnũ priuilegiũ & aliter dictũ castrũ nolebat cõsignare. Et postquã habuit dictos tres mille ducatos à dicto magno capitaneo, probatur per duos testes, quòd dictus Bartholemæus dicebat similiter absente dicto Diomede, quòd ipse habuit dictã pecuniã ex causa debiti paterni & in recõpensam bonorũ suorũ perditorũ quorũ vnus deponit de loco, & alter nõ deponit de loco.
1 †Sed clarum est, quòd verba, quæ dicũtur ante actũ declarant actũ sequentẽ: vt in l. si seruus plurium. §. fi. ff. de leg. j. l. verũ. ff. de pet. hære. Et verbis præcedẽtibus intelligitur sequens actus factus occasione verborũ præcedentiũ, vt voluit Bald. in l. triticũ. ff. de verb. ob. per illũ tex. & l. diuortio. eo. tit. & l. qui Romæ. §. Chrysogonus, eo. tit. & no. Bart. in l. cum cẽtum. in fi. ff. de adi. leg. faciũt ad hoc multa similia, quæ allegat Alex. in ij. vol. cõsi. xxv. incip. viso instrumẽto. vlt. col. Et ex verbis sequẽtibus declaratur, qualiter intellexit præcedẽtẽ dispositionem, id est, contenta in dictis capitulis: vt est text. in l. vxor. §. fi. secundũ vnam lecturã. & ibi Bar. ff. de leg. iij. quẽ tea. ad hoc alleg. Alex. in iiij. vol. consi. ij. incip. ex narratis. in vj. col. & dicit Alex. in iiij. vol. consi. j. in ix. col. †quòd ex his, quæ quis dixit ante factũ, præsumitur animus suus in facto secuto. allegat gl. & Bart. in l. Fulcinus. §. quid autem. ff. ex quibus causis in possess. eatur. & gloss. in l. apud Celsum. ff. de doli exceptio. & Bal. in l. j. iij. col. de ser. fugit. & Bal. in l. tutelã. C. quod met. cau. In contrariũ dicitur, quòd quãdo aliquid est dictum in præfationibus alicuius actus faciendi, & posteà ex interuallo fit ille actus sine expressione eius quod dictũ est, videtur recessum ab eo, quod dictũ fuit antè: vt no. in l. per retentionẽ. C. de vsuris. l. cũ in plures. §. locator horrei. ff. locati. quæ iura ad hoc allegat Alex. in iij. vol. consi. xxvij. incip. attẽtis narratis, & ibi allegat Bart. post Iaco. But. in l. pacta nouissima. C. de pact. & in l. & quia. §. fi. ff. de pactis. Secundò dicebatur, quòd illi testes deponẽtes de cõfessione dicti Bartholemæi ante capitulationẽ, sunt testes qui deponunt de cõfessione absente dicto Diomede, †est cõfessio ad 3
obligandũ. quæ nõ inducit neque plenã neq; semiplenã probationẽ, secundũ Bal. & Salic. in l. in bonæfidei. C. de iureiu. & tenet gl. in c. si cautio. de fide instru. & ibi Abb. in iij. col. sed benefacit indiciũ, per l. capite quinto. ff. de adulteriis. & hoc firmat Bal. in l. j. in j. col. post Cy. C. de confessis. Et licet ista opinio sit sustẽtabilis: vt patet ex scriptis per Salic. in d. l. in bonæfidei, Tamẽ cõmunis opinio est, cum Bar. in d. l. admonẽdi. scilicet quòd confessio extra iudiciũ parte absente facta inducat semiplenã probationẽ. & idẽ dicit in consilio incipiente, factũ sic se habet. & eius opinio secuti sunt Imo. post Anto. de But. in c. fi. de iureiur. Lud. in consi. ccclxxiij. incip. in casu proposito &c. circa finẽ. Pau. de Ca. in cõsi. lxxxij. & cõsi. cclv. incip. visis actis. & hanc tenet Iason in d. l. admonẽdi, dicens hanc esse cõmunem opi. & istam opi. hic & semper tenuit sacrũ Consiliũ, quòd confessio in ciuilibus absente parte probata per duos testes, semiplenè probat in his, quæ dependent à volũtate duorũ. & firmat Alex in j. vol. cõs. xiiij. in viij. colum. & in ij. vol. consi. xxxviij. ij. col. & in consi. lxxx. ij. col. & cõsi. cxxv. ij. ij. col. & in iiij. vol. cõsil. xix. vlt. col. & consi. xx. ij. col. & consi. lxxij. & consi. cxv. ij. col. & in v. vol. consi. xxxix. ij. col. & consil. l. iij.
col. †Sed si dependet à voluntate vnius, in quibus non 4
requiritur præsentia partis, tunc talis confessio sibi nocet: vt est glo. in l. Pompo. la j. ff. de nego. gest. & voluit Bart. in l. certum. §. si quis absente. ff. de confes. & Bal. in l. generaliter. xj. q. C. de non nu. pecu. Et dicit Ange. in authen. de hæred. & Falcidia. §. si veræ expressim, quòd quando confessio non tendit ad obligandum, sed ad probandum aliquid, ex qua probatione absenti quæritur obligatio, tunc confessio præiudicat.
per tex. ibi. & ideo solemus dicere, quòd †duæ confes- 5
siones extraiudiciales non inducunt obligationem sed probationem, vt dicit Alexan. in j. volu. consi. iiij. incip.

incip. circa primũ quæsitum &c. Et licet ex prædictis
inferatur, ꝙ semiplenè probat dictus Diomedes, per
dictã confesſionẽ, tamen illi testes non omnino sunt
cõtestes de loco & tẽpore, propterea nõ dicitur semi-
plenè probasse. Tertiò ad hoc adducitur autoritas
Bal. in l. ii volũtate. C. de rescin. vend. vbi dicit, ꝙ mul
ta in cõtractibus interueniũt hincinde, & tamen sola
cõclusio dicitur esse contractus, & dicit ꝙ in iure non
est melior tex. de hoc. & dicit ibi Sali. ꝙ multa verba
inter cõtrahentes cõsueuerunt interuenire antequam
6 ad cõclusionẽ perueniatur, † & antequã sit cõclusum,
non est celebratus cõtractus. Idẽ Pau. in l. contractus.
C. de fide instr. & ideò etiã si probaretur, ꝙ ante capi-
tulationem dixit dicta verba, illa non sunt in consi-
deratione, vt probẽt in præiudiciũ hæredũ dicti Bar-
tholemæi, postquam in capitulis nihil actũ fuit de eis:
quia vt dicit Bal. in ij. vol. consi. xviij. aliud est dixisse,
aliud fecisse, vel cõtraxisse. ff. de ædili. edicto. l. sciẽdũ.
7 §. dictũ. de condi. inde. l. elegãter. in princ. † cum enim
aliquid additur, recessum est à sermonibus præceden-
tibus, & nouus cõtractus est celebratus. ff. loca. in l. cũ
in plures. §. l. dicta. & §. locator horrei. ff. de præt. stip.
l. Valerianus. ff. de cõtrah. emp. l. pacta cõuẽta. & ideo
cum scriptura capitulorũ non dicit, ꝙ dicti tres mille
ducati soluũtur in satisfactionẽ mille quingentorum
ducatorũ pro debito paterno, nec vllus hoc potest di-
cere, vt dicit Bal. in c. solitæ. de maio. & obe. Nõ ob-
stant verba sequẽtia dicta post capitulationẽ prędictã
per dictũ Bartholemęũ probata per dictos testes: quo-
rũ vnus deponit de loco & tempore, alter nec de loco
8 nec de tẽpore. † & sicut qualitas tẽporis nõ obstat, vt
dicit Alex. in j. vol. consi. cix. in vj. col. incipiẽ. visis, vt
oportet. vbi dicit, ꝙ si vnus ex duobus testibus depo-
nit de tẽpore, & alter interrogatus dixit se non recor-
dari, tamẽ probat. allegat Spec. in tit. de testi. §. iam de
interrogatoriis. versi. itẽ de tẽpore. & allegat alia iura,
vt ibi per eũ: ita qualitas loci in duobus testibus, quo-
rum vnus deponit de loco, & alter interrogatus de lo-
co, nihil dicit: quia non recordatur, debemus dicere,
quòd probãt. & hoc expresſè firmat Bal. in l. testium,
in vij. col. versi. similiter. in prædicamẽto vbi. Quia
hæc ego respondebam, ꝙ est plus defectus non expres-
9 sionis loci, quàm non expresſionis tẽporis, † quia tem-
pus de facili exit de memoria, quòd nõ est sic in loco,
vt docet experientia. cap. cum expediat. de elect. in vj.
Item respõdebam, quòd si essent mille testes, qui de-
ponerent de confesſione extra iudiciũ parte absente,
non probarẽt plenè, vt suprà dictum est, nec isto casu
propter magnã summam videlicet duca. mille quin-
10 gẽtorum haber locum iuramentũ suppletorium: † vt
dicunt Bar. & alij in d. l. admonẽdi. gl. in c. ij. de prob.
& in c. fin. de iureiur. Vel tertiò respondetur, vt suprà
4 dictum est, quòd dicta verba nõ inducunt obligatio-
nem &c. Fuit tandem per sacrũ Consilium votatũ,
& sententiatũ, quòd filij & heredes dicti Bartholemęi
absoluantur ab impetitione dicti Diomedis: quia in
dictis capitulis nihil dicitur de dictis verbis prolatis
per dictum Bartholemæum probatis, vt suprà.

DECISIO CCCLXXVI.

De vniuersitatis turbatione damnum passo ad interesse condemnatæ.

SVMMARIVM.

1 *Vniuersitas turbans in alterius possessione qualiter face-
re debeat, & an teneatur ad interesse damnum passo,
& quando. 2. 4. 7.*
2 *Turbatio vniuersitatis continuata habet causam succes-
siuam.*
3 *Continuatio quando pro ratihabitione habeatur.*
5 *Possessio turbatiua in dubio præsumitur ex titulo, quo
apparet facta.*
6 *Patientia vniuersitatis habetur loco mandati.*


X quo probatũ est vniuersitatẽ terræ Bal
neoli turbasse, & inquietasset magnificũ
Antoniũ de Regina Baronẽ de Marchia
super possesſione casaliũ Petræ Vallæ, &
Castri Riui, & Petræ Ianniceræ de prouincia comita-
tus Molisij. † Sed non apparet probatũ, quòd dicta tur 1
batio & molestatio fuerit facta præcedente delibera-
tione dictæ vniuersitatis cõgregatę vnanimiter more
solito, & pulsata campana, iuxta no. per Spec. in tit. de
accu. in fi. & per Bar. in l. aut facta. §. nonnunquã. ff. dę
pœnis. in iij. col. versic. vlterius quæro. & in l. sed si ex
dolo. §. sed an municeps. ff. de dolo. & no. Pau. in cõsi.
lxxaix. incip. in causa torcij. & in l. aut facta. §. fin. ff. dę
pœ. & no. gl. in l. aliud. §. refertur. ff. de regu. iur. & no.
in l. semper. §. si in sepulchro. ff. quòd vi aut clàm. & in
l. metũ. §. animaduerte. ff. quod met. cau. Itẽ, quia
ad hoc, vt dicatur esse factũ ab vniuersitate, requiritur
ad minus quòd ex tribus partibus interuenerint duæ
partes, vt firmat Alex. in iiij. vol. consil. cxxxij. col. ij.
Fuit dubitatũ, † vtrũ posſit condẽnari ad interesse 2
petitum liquidandũ ex processu. Fuit dictũ, quòd ista
turbatio, & molestatio non fuit momẽtanea, sed cõ-
tinuata per multos dies & menses: & sic talis turbatio
habet causam succesſiuã: quo casu licet non probetur,
quòd dicta turbatio non fuit facta cõmunicatio con-
silio in loco solito, & pulsata cãpana, & more solito:
tenetur vniuersitas ea dicta turbatione, vt dicit Pet.
de Anch. in cõsi. clvij. & Io. de Ana. in c. dilectus filius.
de Simo. † nam ex hac cõtinuatione turbationis vide- 3
tur sequi ratihabitio aliorũ. & ideo dicebat Inno. in c.
grauẽ. de senten. excõ. & Bar. in d. l. aut facta. §. fi. versi.
puto tamen. vlt. col. quòd licet non sit factum delictũ
cõmunicato consilio &c. tamẽ si posteà sequitur rati-
habitio aliorũ. tenetur vniuersitas pœna pecuniaria;
vt dicit Inn. in d. c. grauem. Idem si negotium spectat
ad vniuersitatem: quia vtilitas & commoditas dictæ
turbationis peruenit dictæ vniuersitati, † ex hoc præ- 4
sumitur, quòd habuit ratam dictã turbationẽ, & mo-
lestationẽ: vt dicit Ant. de But. in c. cùm ad sedem. pen.
col. de restit. spo. & de hoc fuit memor Frãcis. de Are-
tio in cõsi. clxv. in xj. col. & de ratificationę dictę vni-
uersitatis satis euidẽter cõstat ex processu: quia interę-
cepit animalia affidata à dicto Antonio de Regina, &
quia recepit terratiuum &c. Et tãtò magis, quia dicta
vniuersitas articulat in suis exceptionibus, quòd di-
ctæ turbationes, & molestationes fuerunt factæ, ex eo,
quia dicta vniuersitas emit medietatem dictorũ casa-
liũ à Carolo de Mõticello. & sic satis apparet, quòd dę
eius volũtate fuerũt factæ dictæ molestationes: † quia 5
in dubio dicta posſesſio turbatiua præsumitur facta
ex titulo, quo apparet. l. minus instructus. C. de acqui-
renda posſes. & l. quædã mulier. ff. de acquiren. posses.
& à primordio tituli posterior formatur euentus: vt
in l. j. C. de impo. lucra. descri. lib. x. Et sic istud turbã-
re, & molestare fuit factum vniuersitatis. ad hoc ac- 2
cedat notabile dictum Bald. in l. sicut. §. j. in fi. ff. quod
cuiusque

cuiusque vniuer.nomine.vbi dicit, quòd si singulares
homines vniuersitatis pascuauerũt in nemore tanquã
in nemore vniuersitatis, intelligitur ipsa vniuersitas
possidere, licet non appareat de instrumento vniuer-
6 sitatis: quia patiẽtia vniuersitatis habetur loco man-
dati: vt in l.qui patitur.ff.manda.quod ergo pauci pos
sederunt, extẽditur ad vniuersos.& hoc ideo: quia hoc
factum spectabat ad vniuersitatem. ita in proposito
nostro, & de isto dicto memor fuit Bart. Veronen.in
suo egregio tractatu de seruitu.in rubr.de iure pasc.in
xiij.col. Ideò Consilium fuit voti, quòd dicta vni-
uersitas condemnetur pro dicta turbatione, & mole-
statione ad Interesse passum propter dictam turba-
7 tionem, & molestationem, † prout de natura talis iu-
dicij: vt in l.si duo.§.si.ff.vti possi.& in l.j.§.hæc verba.
ff.ne vis fiat.& Bar.in l.j.§.hoc interdictum.ff.vti pos-
sidetis.& habetur in l.j.C.eo.tit.& Areti. in §.quadru-
pli.vltima charta, Institu.de actionibus, liquidandum
ex eodem processu.& sic posteà lata fuit sententia sub
nomine Regin in sacro Consilio.

ADDITIO.

Petrus de Ancha. hic allegatur in consiliis consil.
clvij.sed est consi.clviij.incip.ex narratis in facto. vbi
concludit, quòd quatenus locuples facta est vniuersi-
tas tenetur, & non vltrà.& vide Oldradum consi.lxv.

DECISIO CCCLXXVII.

De moratoria debitoribus per principem ob causam data, & de debitori probanda paupertate.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium principis debitoribus solutionis protrahens propter bellum & paupertatẽ an requirat paupertatis probationem, & cui incumbat probatio.*
2 *Paupertatis donatarius incumbit onus probãdi aduersus donatorem, item & marito, sed leuius.3.*
4 *Paupertatem allegans, illam probet.6.*
5 *Diuitiæ sunt ex accidenti.*
7 *Intentionis fundamentum, etiam super negatiua probandum.*

1 PRinceps concessit vniuersitati, † & homi-
nibus terræ Baroli propter onera, quæ por
tauit in ista guerra proxima prçterita inter
exercitum Regis Franciæ & exercitum C.
maiestatis moratoriam seu dilationem triẽnalem, vt
ciues Baroli debitores à quibusuis creditoribus, qui
non sint de Barulo, non possint conueniri, dummodò
dicti debitores sint pauperiores suis creditoribus: &
quòd in fine cuiuslibet anni soluant tertiam partem
eius quod debent. Euenit, quòd Nicolaus de Andria
egit coram capitaneo dictæ terræ Baroli contra An-
tonium Quattum de Barulo petendo ab eo certã pe-
cuniæ quantitatem vigore publici instrumenti: com-
paret & duo allegat, videlicet quòd non est debitor
tantæ quantitatis, prout continetur in instrumẽto, &
quòd non potest cõueniri stante dicta moratoria. per
Curiam dicti capitanei pronũtiatur dictum Antoniũ
debere gaudere dicta moratoria. Pro parte dicti
creditoris appellatur ad sacrum Consilium, & præ-
sentato processu fuit dubitatum, ex quo nõ reperitur
probatum, an creditor sit ditior debitore, vel debi-
tor pauperior creditore, iuxta formam dictæ mora-
toriæ.si dictus debitor in dubio debeat gaudere com-
modo dictæ moratoriæ. Et videbatur aliquibus do-
minis, quòd dictus Antonius debeat gaudere dicta di-
latione, & sic quod fuit bene iudicatum: licet non sit
probatum, quòd iste sit pauperior creditore: † quia di- 2
xit glo.in l.cùm de lege Falcidia. ff.de probatio. quòd
asserendo dictus Antonius, quòd non habet tantum
in bonis, & sic est pauperior, creditor, debet probare,
quòd habet plus. allegat l.ii.§.licentia. C.de iure deli-
berandi.& illam gl. sequitur ibi Bart. bene pro ista gl.
facit alia gl.in l.ij.§.cum dicitur.ff.si cui plusquam per
l.Falcidiam.in verbo, probetur & per dictã gl.in dicta
l.cum de lege. dixerunt Ang.& Ioan.de Imo.in l.cùm
ex causa.ff.de re iudic.quòd si donator dicit se non ha-
bere, nisi domum & fundum, ex quibus percipit ali-
menta.& donatarius dicit oppositum, certè donata-
rio incumbit onus probandi.& istam glo.tenet Paul.
de Cast.in l.maritum.ff.solu.matrimo.† quòd sufficit, 3
quòd maritus dicat se non habere in bonis, vt possit
gaudere, vt non possit conueniri nisi in quantum fa-
cere potest, & qui dicit eum diuitem, debet probare,
per glo.in d.l.cum de lege.& super hoc Iason. in dicto
§.licentiam, allegat multa consilia Alexand.& consil.
Francisc.de Aret.& alia faciẽtia: vt ibi per eum. Sed
in contrarium ego qui fueram commissarius causæ,
dicebam quòd iste Antonius nihil dicit, quòd non ha-
bebat nisi tantùm nisi ꝙ dixit se debere gaudere dicta
moratoria: & illa moratoria tunc fuit concessa debi-
toribus, quãdo sunt pauperiores creditoribus. Et ideò
ipse Antonius debitor debebat dicere, aut se non ha-
bere, nisi x.in bonis, per gl.in d.l.cũ de lege. Aut pro-
bare se pauperiorem creditore: † quia ille, qui fundat 4
se super paupertate, vel super diuitiis aduersarij: quia
hoc est fundamentũ intẽtionis suæ, debet hoc proba-
re, per regulã l.ei, qui dicit.ff.de probationibus. Nec
obst. quòd in dubio quilibet præsumitur idoneus: vt 2
in l.cum quidam.ff.de leg.ij. Quia respondetur, quòd
verum est, quò ad mores: quia qualitas animi ex præ-
terito probatur in præsens: vt dicit Alex.in ij vol.cõs.
cij.in v.col.secus quo ad facultates. † quia diuitiæ sunt 5
ex accidẽti, cum homo nascatur nudus & sine diuitiis,
xlvij.dist.c.homines.& Cato dixit: Infantem nudum
cum te natura crearit &c. Et ideò ille, qui allegat se
pauperem vel aliquem esse diuitem, debet hoc proba-
re: vt probatur in l.si creditores.de priuilegiis credi-
torum.& ff.de liber.agnoscen.l.fi. Et pro illa parte
semper solet allegari gl. singula, in l.si verò.§.qui pro
rei qualitate.ff.qui satisda.cogan.quę dicit, † quod qui 6
allegat paupertatem, debet probare.& sic qui allegat
diuitias, debet probare.per quam glo.dicit Ange.ibi,
quòd vbicunque diuitiæ aut paupertas sunt causa &
fundamentũ intentionis allegantis, ei incumbit onus
probandi etiam in negante, & idem dicunt ibi Paul.
de Cast.Alex.& Iason.& Bal.in l.iij.C.quando fiscus
vel priuatus.& Bal.in c.fi. col.de præsumptio. & Cal-
derinus in Consiliis, in tit.de probatio.consi.x.Ange.
in consi.cclxx.incipiente, Bonifacius.vlt.col.Alex.in
ij.vol.consi.cxviij.in iiij.colum.incip.in causa & lite.
† Sẽper enim quis astringitur probare illud, quod est 7
fundamentum suæ intentionis, etiam si talis intentio
sit fundata super negatiua: vt dicit Abb.in c.bonæ. de
electio.& bene probat Alexan.in j.vol.consi.cccxcij.
in eodem vol.consi.lxxxiij.in j.col.& in ij.vol.consil.
clxxv.in fi.& in v.vol.consil.lxxij.j.col. & consi.cix.j.
col.circa fi. Quare fuit votatũ, ꝙ male fuit iudicatũ
per

per dictum capitaneum: quia debuit dictus Antonius debitor probare se fuisse paupeiorẽ creditore, iuxta dictam qualitatẽ adiectam in rescripto, & ideò eum non probando non debet gaudere dicta moratoria. & sic fuit iudicatum per sacrum Consilium.

DECISIO CCCLXXVIII.

De cessione bonorum post quinquennale non fienda.

SVMMARIVM.

1 *Quinquennalis ad quo solennis, vt valeat, quæ requiruntur.*
2 *Cedere bonis, an possit, qui dilationem quinquennalem impetrauit.*
3 *Rescriptum est inefficax, quod effectum non operatur.*
4 *Forma quæ dat esse rei, quæ sit.*
5 *Fauori tacitè renuntiatur.*
6 *Exceptio discussionis conuento fauorabilis, non impedit iudicium, si non opponatur.*

1 Quidam debitor †supplicauit Viceregi, vt concederet sibi dilationem quinquennalem ad soluendum suis creditoribus, quod fieri potest: vt in l. quoties. C. de precib. Imperat. offe. & creditores non petierunt, quòd dictus debitor præstaret fideiussores de soluendo in termino, iuxta. l. vniuersa. C. eo. tit. & sic in effectu non valeret quantũ ad vtilitatẽ & commodũ impetrantis secundũ Bal. in d. l. vniuersa. & si præstetur fideiussio, valet effectualiter, & cõfirmatur per satisfactionẽ subsequentẽ: & ista est cõmunis opi. secundũ Bald. ibi, in contingentia facti sunt elapsi illi quinq; anni, quibus elapsis creditores cõuenirunt illũ debitorẽ ad soluendũ: ille paratus est cedere bonis, & iuxta morẽ impetrauit literas cessionis bonorũ: quia præsentata creditores dicunt, quòd non
2 potest cedere bonis: †quia dicit gl. notabilis in l. cũ solito. in fi. C. qui bonis cede. pos. quòd debitor qui habuit dilationẽ quinquennalẽ non potest cedere bonis quã gl. communiter omnes doctores sequũtur ibi, & in l. alia. §. elegãter. ff sol. matr. & Vitalis in clausulis suis, chat. 193. & Cyn. & Bart. & Ang. in d. l. si. præterquã in eo, quod dicit, quòd tunc debitor datur creditoribus lacerãdus: nã in hoc vltimo gl. illa dãnatur. Quæritur, an sit talis debitor admittẽdus ad beneficiũ cessionis bonorũ. dubiũ facit: quia forma talis rescripti nõ fuit obseruata, quia nõ fuit præstita dicta fideiussio, & sic
3 nõ †habet effectũ: vt dictũ fuit: si nõ habet effectũ, perinde est, ac si nõ fuisset cõcessum, secundũ Bar. & Bal. in d. l. vniuersa. facit quod no. Card. in Cle. j. §. j. x. q. de reb. eccle. nõ aliená. in tantũ, quòd per rescriptũ, talis fideiussio non potest omitti: quia est de forma post rescriptũ: vt dicit Bal. ibi. nisi dicatur, non obstante tali lege, &c. Hac ratione dubitãdi non obstãte fuit decisum in Cõsilio, quòd iste debitor, qui habuit dilationem quinquennalẽ rescripto principis nõ potest postea cedere bonis, & sic potest carcerari. †Nec ob ratio du-
4 bitandi: quia dicit Bal. in l. si cum inter te. C. quando prou. non est neces. in ij. col. quòd illa est forma, quæ sedit ad esse rei, & adueniat rei in potẽtia, & dat primũ & principale esse rei. accidẽtalis aut formæ. sunt quædam obseruãtiæ, quæ posteà superueniũt, & lex appellat eas interdũ monitiones, ea quæ requirũtur ante factum vel in ipso facto est de forma, & nisi interueniat ipso iure, nõ valet vt per Bal. in l. si in versi. extrà quæro, quid si vnũ statutũ dicit, quòd sententia &c. C. ne liceat tertiò prouocare. secus in his, quæ requirũtur post factũ. & sic etiam sentit Bal. in d. l. vniuersa. & expressè firmat Bal. in rub. C. de rescin. vẽd. & sic cum fideiussio debeat præstari post rescr. peti, & hoc sit in fauore creditorũ †potuerũt creditores huic fauori tacitè renũ- 5
tiare, per l. si quis in cõscribendo C. de pactis cõuen. Item dicimus ex dictis per Bal. in l. quicunq; C. de bo. quæ libe. quòd vbicunque in aliquo actu seu dispositione debet interuenire aliqua solẽnitas habito respectu ad certũ finẽ, quòd habito fine & effectu, per quẽ introducitur solẽnitas, illa licet in actu interueniat, nihilominus actus valebit, & sufficit; quòd ex post facto interueniat: quia iura non volũt nisi in effectũ & finẽ rei. & ad hoc bene faciũt no. per Abb. Sic. in c. causam quæ pen. col. versi. vltimò quæro. de iudiciis. vbi multa pro hoc allegat, quæ omitto breuitatis causa, quãtò magis; quando solennitas post rescriptũ non depẽdet à potestate publica, sed ab interesse ipsorũ creditorũ. †Et pro 6
hoc facit, quòd si exceptio discussionis, quæ est in fauorem cõuenti, non opponatur, procedit iudicium: vt dicit Bar. in l. si mancipiũ. C. de euict. & id quod dicit Bart. in l. ij. C. de cano. frum. vt Roma. lib. xj. quòd si princeps aliquid cõcedit. & quòd aliquid debeat fieri per partem, intelligitur, si opponatur: ergo si nõ opponatur, valet rescriptũ. & idem firmat Bar. in l. cum lox. ff. de fideius. in versi. sed iuxta prædicta quæro, quid si statutum dicit ibi, dum dicit, sed partus exceptio: quasi dicat, non valet in effectu. l. vniuersa &c.

DECISIO CCCLXXIX.

Qui bonis cedere possint.

SVMMARIVM.

1 *Debitor pauper à creditore conuentus negans debitum an possit vti beneficio cessionis bonorum inuito creditore.*
2 *Creditor reputatum habet admittenas debitorem ad cessionem ante recognitionem debiti, vel post.*
3 *Cessio bonorum inuito creditore, an & quando fieri possit.*
4 *Debitor negans quando possit bonis cedere post sententiam.*
5 *Bonis cedere volens ante debiti liquidationem non auditur.*

In quadã causa vnius pauperis fuit dubitatum: †Si pauper conuentus à creditore, 1
negat debitũ in partẽ, & lite pẽdente impetrat à Regia cãcellaria rescriptũ in forma, vt possit bonis cedere, & eo præsentato dicit creditor, quòd non potest eo vti: quia debitũ negauit: vt in l. penultima. ff. qui bo. cedere possunt. & not. gl. in l. j. C. cod. & not. in §. fin. Insti. de actio. dicit ille pauper debitor, ego fui primò inductus ad negandũ partem debiti ex iusta causa, eò quia eram hæres debitoris, & ei successi absque beneficio inuentarij, & qui in ius alterius succedit, habet iustam causam ignorantiæ, vt in regula, cũ quis in ius succedit. lib. vj & Bal. & alij dicunt in d. l. j. C. qui bonis cedere possint. †Fuit ergo 2
pariter votatũ in Cõsilio, quòd quãdo debitor habet iustam causam negandi, & ante sentẽtiam pœnituit, & confessus fuit debitum, dicendo se ciuiliter & naturaliter teneri, & potest cedere bonis. & creditor non potest cõtradicere, secundũ Bal in d. l. j. Sed si nõ confitetur debitum, non debet admitti ad cessionem bonorũ inuito creditore: nã iura volunt, quòd sit in electione creditoris, an velit admittere debitorẽ ad cessionẽ ante recognitionẽ debiti, vel post, & sic inuito creditore non potest admitti ad cessionẽ antequàm recognoscat debitũ, & est ratio, prout dicit Ioan. de

Imo.

Imo.in c.Odoardus.in versi.in eadē gl.ibi,audiri non
3 debet.de solutio. † quia est interesse creditoris,ne antè fiat cessio ratione probationū fiendarū de debito, quas hodie habet, & fortiſsā illas probationes posteà in futurum habere non posset, ideò fuit cōueniens,quod inuito creditore non admittatur ad cessionē: ergo si debitor,qui primò negauit, & creditor probauit debitū,& lata est sentētia contra debitorē, post sententiam debitor poterit cedere bonis, secundū Salic. in d.l.j.versic.iuxta hoc moueo aliqua dubia.Bal.in d.l.j. dicit,quod hoc est verum, de debito ex ipsa sententia per actionem in factum: quia hoc antè non negauit,quia non erat in rerū natura.Aret.in d.§.fin. dicit Salic.dicere verum,si à sententia fuit appellatum,
4 † nam tunc poterit posteà cedere bonis: ergo secus si nō appellasset à sententia,& sic secutus fuit opinionē glo. in verbo,iudicari.in d.l.j. quòd post sententiam debitor detruditur in carcerem,si nō appellauit. Sed Ang. in l.j. dicit ista verba formalia,beneficium cessionis bonorum non datur neganti debitum, sed confitenti, & ante sententiam, & post. licet in hoc fiot opiniones.

Tamen sacrum consiliū inclinauit in illam opin. quòd etiam post sententiā admittitur condemnatus ad beneficiū cessionis bonorū,& in hac opin. videtur etiam esse Bar.in d.l.penul.& Angel.ibi.qui sic dicit,
5 † ante debitum liquidatum non auditur volēs cedere bonis, sed liquidato per agnitionē factam in iudicio vel extra,vel per sententiā.hoc dicit com glo.& idem dicit Cyn.in d.l.j.ibi.tu dic,quòd potest cedere bonis, quando cōferetur in iudicio, & quando debitū agnoscit,& quando est condemnatus:vt in l.penult. ff.eod. & infrà l.proxima. & not. per Azo. in sum. & sic glo. quæ est hic,secundum omnes malè dicit & idem dicit Alberic.de Ro.in d.l.j.dicens, quòd dicta gloss. in d. l.j.per omnes reprobatur, quæ omnia tanquam quotidiana,sunt bene menti tenenda.

DECISIO CCCLXXX.

De executione sententiarum in præiudicium proprietarij ad præstandam super emphyteutico prædio seruitutem latarum suspendenda, & de exceptione declinatoriæ iudicis secularis inter ecclesiasticas personas de re ecclesiastica.

SVMMARIVM.

1 *Executio sententiæ latæ in proprietarij damnum super emphyteutici prædij seruitute, an suspendi debeat, & qualiter.7.*
2 *Emphyteuta an possit imponere seruitutem inscio domino directo,vel ignorante in re emphyteutica.*
3 *Emphyteusis finiens seruitutem per emphyteutam impositum extinguit.*
4 *Emphyteuta naturaliter possidet, & dominus directus ciuiliter.*
Sententia lata contra naturaliter possidentem non nocet ciuiliter possidenti.
5 *Sententia lata simpliciter aduersus emphyteutam super seruitute domino directo sciente & tacente præiudicat.*
6 *Dominus directus comparens in sententiæ executione contra emphyteutam super seruitute imponenda impedit executionem ratione sui iuris.*
8 *Clerici super re ecclesiastica an & quando possint coram seculari agere.*
9 *Matthæus de Afflictis malè contentus de communi Senatorium sententia contra suam.*

VIncentius Malitanus emphyteuta hospitalis sancti Ioannis de Mare de Neap. ordinis Hierosolymitani pro certis domibus, quæ tenet ad emphyteusim à dicto hospitali, cōuentus fuit à venerabili monasterio sancti Petri ad Aram ordinis canonicorū regularium super certis aperturis & dositiis claudendis. & habuit in magna curia Vicariæ duas relationes conformes, per quas declaratur, quod decem aperturæ claudantur, quæ iuxta obseruantiā dictæ curiæ habent executionem.
† Et pro parte monasterij instatur importunè, quod 1
exequātur, licet pēdeat appellatio pro parte Vincētij prædicti in sac. Consilio: cōparuit in Cōsilio prior d. hospitalis cum quadā supplicatione,dicendo,quod dictæ relationes nō possunt exequi cōtra suum emphyteutam pro eo, quia dicta executio pareret præiudicium directo domino dictarū domorum dicti hospitalis,& quia in processu dictarū relationum ipse directus dominus non fuit citatus, nec notitiā habuit dictæ litis: ideò petitur,quod nō exequatur. Quæritur,quid iuris. Ego fui cōmissarius dictæ causæ, & videbatur mihi,quod dominus directus viuente ipso Vincentio, qui habuit duas relationes contrà,vt dictæ aperturæ claudantur, non potest impedire earum executionē.nam Bal.in l. iij.C.de seruit.& aqua.vbi tangit quæstionē,† An em- 2
phyteuta possit imponere seruitutem in rem emphyteuticam domino proprietario ignorāte vel contradicente, arguit pro & cōtrà.& finaliter cōcludit post Guliel.de Cug.ibi.quòd emphyteuta potest imponere seruitutē in re emphyteutica sine requisitione cōsensus domini.sed durabit seruitus pro tēpore,quo durabit ius emphyteuticū,& non vltrà.arg.l.is coi.§.fin.ff. quemadmo. serui. amit. & l.lex vectigali fundo. ff de pign.& c.j.§.quid ergo.de inuesti.de re ali.facta. & sic valebit talis impositio seruitutis in præiudicium emphyteutæ,non autē in præiudicium domini directi.& in hoc etiam residet Iason in l.iij.col.lxxvij.C.de iure emphyteu. † Et ideò finita emphyteusi finietur illa 3
constitutio seruitutis facta per emphyteutam.& hanc cōclusionē firmant Paul.de Cast.in d.l.iij.& Bart.in l. j §.fi.ff.de superficie.Dy.in §.æquè.v.q. Instit.de act.& Bal.in d.§.quid ergo. Bar. Veronēsis in tract.de serui. sob rubrica, quis possit cōstituere seruitutes reales. Si ergo emphyteuta donec durat emphyteusis, potest constituere seruitutē in feudo emphyteutico per contractū,vel in vltima voluntate sine consensu domini, ergo potest ipsam cōstituere patiendo contra se ferri dictas relationes, & durabit seruitus, quousque apud eum durat emphyteusis, qua finita nō nocebit domino directo. In contrariū facit, † quia emphyteuta 4
dicitur possidere naturaliter,& dominus directus ciuiliter:vt tenet glo.in l.iij.§.ex cōtrario.ff. de acquir. pos.& ibi doc.& idē tenet glo.in l.si vt certo.§. si duobus vehiculū.ff.cōmo.& in l.j. C.vti pos.& dicit Bart. in l.sæpe.in versi.iiij.quæro,quid si conuenitur habens naturalē possessionē sententia lata cōtra eum non debet præiudicare ciuiliter possidenti,per l. Pompo.§.si is qui precariò.ff. de acqui. pos. & in l.si pariter. ff. de libe.cau.& dicit idem in emphyteuta & proprietario.

ergo istæ sententiæ latæ cõtra proprietariũ, non præ-
iudicant domino proprietario. & firmat Alex. in d. l.
sæpe. in lxxv. col. cũ sequen. de re iudi. Et sic infertur,
ꝙ aliud est quærere, vtrũ emphyteuta possit cõstitue-
re seruitutem in fundo emphyteutico, aliud est quæ-
5 rere, † vtrũ si per sententiã condemnetur emphyteuta
ad præstandũ seruitutẽ in prædio emphyteutico, talis
sententia contradicẽte proprietario, qui non fuit ci-
tatus, nec notitiã habuit, possit exequi in præiudiciũ
directi domini. & tantò magis, quando actor egit sim-
pliciter contra emphyteutam, vt claudas aperturas
ii stentes in domo emphyteutica: & simpliciter latæ
sunt relationes, ꝙ claudãtur: tunc videtur lata senten-
tia cõtra emphyteutã, & præiudicaret domino directo
scienti & tacenti: vt voluit glo. sing. quæ non est alibi
in l. ij. C. vbi in rem actio. & ibi Cy. & Iac. Bu. & Bar.
& Spe. in tit. de primo & secũdo decreto. §. restat. ver.
sed nũquid est idem, in his, qui ius habẽt in re. & Imo.
6 in d. l. sæpe. † ergo si dominus proprietarius cõparet in
executione sentẽtiæ latæ contra emphyteutã, per quã
imponitur seruitus in rem. emphy. & dicit, quòd non
habuit scientiã dictæ litis, nec fuit citatus, nõ præiudi-
cabit dicta sententia, nec mãdabitur executioni: quia
faceret sibi præiudicium, ex quo obscuratur domus,
cuius est proprietarius, & ideò impedit executionem
ratione sui iuris, secundũ Bart. in l. à diuo Pio. §. si su-
per rebus. ff. de re iudi. & in l. si finita. §. si de vectigali-
bus. de dam. infec. & habetur in c. veniẽs. lo ij. de testi-
bus. Secus esset dicendũ, quando dictũ monasterium
egisset solũ ratione possessionis ipsius Vincentij: tunc
dominus directus nõ potuisset impedire executionẽ,
per id, quod dicunt doct. in d. l. sæpe. & in d. §. si super.
& in d. §. si de vectigalibus. & in d. c. veniẽs. cum con-
7 cordan. † Quare fuit per consi. decretũ, quòd dictæ
relationes in præiudicium dicti prioris proprietarij
dictarum domorũ, qui non fuit citatus, nec sciẽtiam
dictæ litis habuit, ꝙ executio dictarũ relationum ma-
neat in suspenso. Et dum fuisset instatũ pro parte mo-
nasterij, ꝙ procederetur contra dictũ priorem se op-
ponentem pro suo interesse, & citaretur, opposuit de
incõpetentia iurisdictionis, ex quo sacrum Cõsilium
est iudex laicus, & incõpetens inter dictum monaste-
rium & priorẽ prædictum super confessoria & nega-
toria rerum ecclesiæ, per not. in c. si diligenti. de foro
8 compe. † Fuit dictũ, quòd ex quo dictus prior pro-
prietarius voluntariè cõparuit in sacro Consilio pe-
tendo, ꝙ declaretur, quòd dictæ duæ relationes, non
habeant præiudicare proprietati dicti prioratus, nec
exequantur propter eius euidẽs præiudiciũ, & sic fuit
actor, & clericus potest agere corã iudice seculari, vt
dicit Innoc. in c. cũ P. in verbo, clericus. de accusa. &
habetur per Ant. de But. & Imo. in c. quod clericus. de
fo. compe. Et sic cùm sacrũ Consiliũ cœpit cogno-
scere super reuocatione dictarũ relationum, & sic de
isto præparãte potest cognoscere de præparato: vt di-
cit Bal. in l. ordinarij. C. de rei vend. Item ne cõti-
nentia causæ diuidatur: vt not. in l. nulli prorsus. C. de
iudi. Itẽ per tit. ff. de quibus rebus ad eundẽ iudi. eatur.
9 † Quare fuit conclusum per maiorẽ partem Con-
silij, ꝙ dictus prior qui adiuit sacrum Consiliũ super
reuocatione dictarum relationum propter interesse
hospitalis ignorãtis dictam litẽ, est actor, & ideò non
potest declinare forum sacri Cõsilij. hanc declaratio-
nem scripsit notarius Vincentius Saponus die vltimo
Maij, vlij. Ind. M. cccccv. in qua declaratione nõ con-
sensi: quia causa est inter duas personas ecclesiasticas
de re. eccl. & si prior est actor, monasteriũ est reus: &
si monasteriũ est actor, prior est reus: & esto ꝙ mona-
sterium consentiret in iurisdictionem sacri Consilij,
porrò non esset competẽs: ideò dicta decisio fecit me
malè contentum, quãtum ad non admissionem dictæ
exceptionis declinatoriæ.

DECISIO CCCLXXXI.

De cõpensatione aduersus instrumentum liquidum & iuratum non opponenda. Et de expensis liquidè non probatis.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio compensationis an possit contra instrumentum liquidum & iuratum opponi.*
2 *Iuramentum in specifica forma seruandum.*
Bartoli opinio contra gl. tenentis damnata.
3 *Canonistis in iuramenti materia standum.*
4 *Perseuerantia animi præsumitur.*
Expensæ quando non veniant in debiti compensatione.
5 *Renuntiari iuri de futuro ex pacto potest.*
6 *Compensatio liquidi ad non liquidum vana.*
7 *Testes de eorum credulitate & iudicio deponentes, non probant.*
8 *Iuramentum quomodo censeatur in hæredes transire.*
9 *Hæres defuncti iuramentum non obseruans, ad quam pœnam accusari possit.*

QVædam Hippolyta munda egit contra fi-
lios hæredes quondam notarij Baldasaris
de mõte, virtute publici instrumenti mu-
tui ducatorũ centũ triginta mutuatorum
per dictam Hippolytã dicto notario Baldasari, quos
promisit restituere in certo termino iam elapso sub
hypotheca expressa omniũ bonorũ suorũ, ac renun-
tiauit omnibus exceptionibus, & signãter exceptioni
cõpẽsationis. & iurauit &c. in forma. Et antequàm
dictus notarius Baldasar soluisset dictũ mutuũ, mor-
tuus fuit, superstitibus eius filiis & hæredibus qui con-
ueniuntur assistẽtia & appretio & adiudicatione nõ-
nullorum bonorũ dicti debitoris. Illi hæredes op-
ponunt exceptionẽ cõpensationis: quia dicunt, quòd
dictus eorũ pater fecit expensas in alimentando dictã
Hippolytam pluribus annis, vel opponunt exceptio-
nem solutionis dicti debiti propter dictas expensas.
Quæsitũ fuit in Consilio, de duobus. Et primò,
† vtrum cõtra dictũ instrumentũ liquidũ & iuratum 1
possit opponi exceptio compensationis. Secundò,
vtrum dictæ expẽsæ sint taliter probatæ, quòd possit
dici, quod liquidè sint probatæ, vt possit dici, ꝙ cesse-
runt in solutionem & satisfactionẽ dicti debiti. Ad
primum dubiũ fuit dictũ ꝙ licet Bar. in l. amplius nõ
petit. ff. rem ra. hab. teneat, ꝙ non obstante iuramento
possit opponi cõpensatio, per rationes, quas ipse alle-
gat, quas causa breuitatis omitto. & eum sequuntur
Ang. & Raph. Cuma. ibi. & Ioã. Fab. in §. in bonæfidei.
Insti. de actio. & Bald. & Abb. Sic. in c. ad nostram. de
iureiur. & in c. cum dilectus. xij. col. de ordi. cogni. &
Ioã. de Imo. in l. Iulianus. la j ff. de condi. & demon. &
Alex. in vij. cõsi. xij. viso themate. vltima col. Tamẽ
cõntrariũ tenuerunt Io. And. & communiter Cano-
nistæ, & Ioan. de Imo. in d. c. ad nostram. respondendo
motiuis

motiuis Bar.:& Io.de Ana. & Marianus in c. querelã.
2 de iureiur.†& dicit Feli. ꝙ cõmunis opinio est, quòd
iuramentum debet seruari in forma specifica. & sic,
ꝙ non possit opponi cõpensatio, in d.c.ad nostrã. Et
idẽ tenuit Alex.in ij.vol.cõsil. xcj. incip. visis actis.in
iij.col.vbi dixit, ꝙ in hoc opin.Bar.est damnata: quia
contra eum tenent glo.& cõmuniter omnes in d. c.ad
nostrã.& in d.cõsi. alleg. etiã iura & rationes pro ista
parte. Et sacrũ Consilium approbauit opin.Cano-
3 nistarũ:† quia in materia iuramẽti standũ est Canoni-
stis, secundũ dist.quam ponunt doctores in c j. de ope.
no.nuntia. Et tantò magis, quia illæ expensæ partim
probãtur esse factæ ante instrumentũ, & partim post
instrumentũ, licet non appareat esse probatũ de certa
quantitate. Et ad hoc bene facit id quod dicit do.
Barth.Sozi.in recollectis suis in d.l.Iulianus. in fi.ꝙ si
eo tempore, quo quis iurat soluere creditori suo, ipse
erat creditor in alia manu sui creditoris, & debita
erãt hincinde cõpensabilia, & tamen iurauit soluere,
videtur se obligare ad non compensandũ. arg.d.c.ad
nostrã.& c.debitores.eod.tit. Secus dicit, si debitũ su-
peruenit ex postfacto. & ita etiã dicebat Tindarus in
suo tractatu, de cõpensationibus. in vij.charta.& sic si
fecit post instrumentum expensas, videtur fecisse eo
4 animo, quo illas fecit ante instrumentũ:† quia præsu-
mitur animi perseuerãtia.l.cùm hic status. §. j. in fi.ff.
de dona.inter virũ & vxorem.l.cùm tacitũ.ff.de pro-
bation.c.cùm Marth. de celebra. missa.c.maiores.de
baptismo.& sic si non animo compensandi fecit ex-
pensas ante instrumentũ, minimè præsumitur fecisse
expensas post instrumentũ animo cõpensandi: maxi-
mè cũ nũquàm dictus Baldasar tẽpore suæ vitæ dixit,
ꝙ animo cõpensandi fecit ipsas expensas. Et ideò cõ-
pensatio nõ fit ipso iure, nisi ope exceptionis, secundũ
veram opinionẽ, de qua in l.j ff.de cõpensa.per Bar.&
alios. Et tantò fortius, quia factũ fuit pactum in dicto
instrumẽto mutui, ꝙ nõ possit fieri dicta cõpensatio:
5 †cùm iuri de futuro ex pacto potest fieri renuntiatio:
vt dicit Bar.in l.sed & si quis. §. quæsitũ. ff. si quis cau-
tio.& Alex.in l.j.C.de pact.Spec.in tit.de renuntia.&
conclu.§.j.versi.quid si quis.& ibi Bal. & tãto fortius
propter iuramentũ, quod est in dicta renuntiatione,
secundũ doct.in d.§.quæsitũ & Bal.in l. pactũ. ix.q.C.
de colla. cũ concord. Ad secundũ dubiũ fuit con-
clusum, per dominos de Cõsilio, ꝙ dictę expensæ non
sunt liquidè probatæ: nam nõ apparet quantũ fuerũt
expensæ, & pro quibus personis singulis diebus, nec
quanto tẽpore factæ fuerunt, nec cõstat ad quantum
6 ascendunt dictæ expensæ.† Et de liquido ad nõ liqui-
dum non potest fieri cõpensatio: vt in l.fi. C. de com-
pensa.& patet etiã in allegato c. ad nostrã. & sic non
facta prius liquidatione, non potest fieri cõpensatio,
quando deberẽt admitti, per l.ij.C.de senten.quæ sine
certa quanti. Nec obstat depositio aliquorũ testiũ
deponentiũ de quantitate expensarum: quia illi testes
7 deponunt de eorũ credulitate & iudicio, † & sic non
probãt: vt dicit Bal.in l.solam.& l.testiũ.C.de testi.&
not. Bart.in l.ij.§.penul. post glo.ff.de aqua plu.arcen.
etiã si dicerẽt se pro certo credere, secundùm Bal. in l.
siue possidetis.C.de proba.& in Spec.de teste.§.j.ver.
item ꝙ si deposuit de credulitate. Et ideò fuit vota-
tum, quòd non habet locũ dicta allegata cõpensatio
cõtra dictũ instrumentũ liquidũ iuratum. Nec ob-
stat, quòd iuramentũ præstitũ in dicto iuramento per
dictũ Baldasarẽ est personale quantùm ad spirituali-
tatem, †& nõ ligat animã hæredis sine suo cõsensu: vt 8
not.glo. xxiiij. q.iij.in summa. & j.q.iij.in summa.&
firmat Card.Floren.in cõsi.cxxxvij.circa fin.& habe-
tur in c.veritatis.& ibi.Abb. Sic.de iureiur. vbi alleg.
Io.And.c. fi. de sepulturis. vbi hæres ratione iuramẽti
præstitit per defunctũ, non potest conueniri in foro
ecclesiæ. Quia verũ est quantũ ad reatum periurij:
sed quantum ad obseruantia iuramenti, iuramentum
transit ad hæredem, maximè quando iurauit pro se &
hæredibus: vt dicũt doct.in d.c.veritatis.& tenet Bar.
in l.cùm quis decedẽs.§.codicillis.ff.de lega.iij.† opor- 9
tet enim hæredem stare ei, quod iurauit defunctus: vt
dicit And.in cõst.Regni.eos, qui scienter. hæres ergo
ciuiliter ad pœnam potest accusari, si nõ obseruat id,
quod defunctus iurauit, non autem criminaliter po-
test accusari de periurio ex iuramento defuncti: vt ibi
plenè per Andr.& Bar.in l.j.ff.de priuatis delictis.

DECISIO CCCLXXXII.

De augmento rerum veniente hæredi ex causa de præterito legitima non augente.

SVMMARIVM.

1 *Bona superuenientia post mortem testatoris, quæ illo vi-*
uente in lite erant, an augeant legitimam filiorum.
2 *Legitima filiorum in bonis patris qualiter debeatur.*
Legitima est bonorum portio, non autem hæreditatis.
3 *Falcidia respicit augmentum post testatoris mortem con-*
tingens, si sumpsit originem in vita.
4 *Debitor pauper post testatoris mortem factus soluendo,*
auget patrimonium adlegatariorum commodum.
5 *Legitima & falcidia multimodo inter se differunt.*



IN causa inter nobilem Vincentiũ Barri-
lem de sedili Capuanæ ex vna, & magni-
ficum Ioan. Antoniũ de Cruce Mediola-
num, & Lucretiã Barrilẽ eius vxorem &
sororẽ carnalẽ dicti Vincentij ex altera. Super cõuen-
tione supplementi legitimè bonorũ paternorum &
maternorũ, & reconuẽtione, ꝙ dictus Ioan. Antonius
promisit curare & facere, ꝙ dicta eius vxor renuntia-
bit dicto Vincentio. Vnum dubiũ inter alia incidit
dignũ examinatione, videlicet.† vtrũ si tẽpore mor- 1
tis patris nõ erat in hæreditate Bisicti cõmunis patris
quoddã feudũ, quod dicitur de Pumigliano, & quædã
terra sita in Paludibus. Sed de ipsis bonis pendebat lis
tẽpore mortis dicti Bisicti. Et posteà ipse Vincentius
per sententiã recuperauit ipsa bona tanquã paterna,
si ista bona debẽt augere legitimã debitam dictæ Lu-
cretiæ. Et videtur, ꝙ ligitima debita consideratur so-
lummodò respectu bonorũ & patrimonij quæ erant
tẽpore mortis patris, per l.si patronũ ex debita. §.si ex
duobus.ff.de bonis liber.& l.cũ quæritur.ff.de inoffic.
testa. † & ista legitima debetur ex ipsa substantia de- 2
functi. & nõ secundùm numerum redituum: vt C. de
inoffi.testa.l.sancimus. §. repletionẽ. secundùm Ang.
in l.Papinianus.§.vnde si quis.ff. eod.tit. Item legi-
tima non est quota hæreditatis, sed est quota bonorũ:
vt in d.l. Papinianus.§.quarta.& dicit Alex.in ij.volu.
consi.cl.viso themate.& col.hoc expressè firmat Pau.
de Cast. & Alex. in l.in ratione.la ij. ff.ad l.Falcid.vbi
dicunt, ꝙ prædicta vera, etiam si augeantur bona post
mortem defuncti ex causã, quę fingit retro ad tempus

vitæ patris, per d.l.si patronũ.§.fi.& dicit Alex.in d.l.
in ratione. ꝙ ita tenet Nicol. de Neapoli in d.l.si pa-
3 tronũ.§.fi. †In contrariũ dicebatur, quòd sicut in
Falcidia cõsideratur augmentũ contingens post mor-
tem testatoris, si sumpsit originem in vita testatoris,
quia videtur cõtigisse in vita.per l. Paulus. post prin.
ibi, idem respõdit, partus. & per text. in l.cum quo.de
peculio.in princ.ff.ad l.Falci.& habetur in l.in ratio-
ne.§.quod vulgo.la j.ff.eo.tit.Et videtur tex. in l.serui
qui apud hostes. ff. ad lega. Falcid. Et ideò dicebat
Paul.de Cast.& Alex.in d.l.in ratione.la ij. in princip.
†quòd si testator habuisset vnum suum debitorẽ, qui
4 tenebatur in centũ, tamen nõ erat soluẽdo,& sic non
cõputabatur in patrimonio, si post mortem testatoris
efficitur soluẽdo ex noua causa, certè auget patrimo-
nium ad commodum legatariorũ, per tex. in d.l.cùm
quo. de peculio.& per ea quæ habentur in d.§.quod
vulgo.Ita dicendũ est in legitima. Solutio.Conclu-
sum fuit in Cõsilio, ꝙ augmentũ rerum veniẽs hæredi
etiã ex causa de præterito non auget legitimam, sicut
auget Falcidiã. Et ratio diuersitatis est, † quia magna
5 differentia est inter legitimã & Falcidiã: vt patet in l.
in quarta.ff.ad legẽ Falcidiã.& per Pau.de Cast.in l.in
quantitate.ff.eod. tit. & per Alex. in d.l.in ratione.in
prin.& ista sunt notãda, qa vidi peritos in hoc errare.

DECISIO CCCLXXXIII.

De hypothecaria & illius probatione per creditorem.

SVMMARIVM.

1 *Creditor agens remedio l.creditores.C.de pigno.& l.fin. de acqui.posses.quid probare debeat contra debitorem vel eius heredem.9.*
2 *Hypothecaria agens, ad quam teneatur probationem. 4.maximè, si contra tertium possessorem.7.*
Hypothecaria dat ius in re.
3 *Dominium debitoris an probandum per creditorem hypothecaria agentem & qualiter.5.*
5 *Bartolus nunquam habuit similem.*
6 *Assistentia quid sit.*
8 *Sententia Consilij interlocutoria & diffinitiua vim habent legis generalis.*

Licet hodie propter communẽ practicam
non sit dubitandũ de infra scripto dubio:
†tamen in iure est magnũ dubium, ita ꝙ
1 magni legũ vertices fuerũt varij. Vertitur
causa in sacro Cõsilio inter dominã Brunetã neptem
& hæredem quondã magistri Guidi ex vna,& filios &
hæredes quondã domini Rogerij de Cuccaro Physici
ex altera super iure assistẽdi, vigore l.creditores. C.de
pign.cũ remedio l.fi.de acqui. poss.propter precariũ,
& cum remedio l.vetustissimã.C.de iure domi.impe.
super nõnullis bonis stabilibus obligãtis generaliter
per quondã Ioannem Petrum Misagliam debitorem
dicti magistri Guidi creditoris in vnciis centum vir-
tute publici instrumẽti. Quæritur, vtrũ creditori
agenti dictis remediis cõtra dictos tertios possessores,
qui habuerunt causam à Carleto Famacio,& dictus
Carletus habuit causam à quodã Francisco de Babil-
lano, qui (vt asseritur) causam habuit à dicto Ioanne
Petro Misaglia, sed nõ probatur, si enim probaretur,
esset minus dubiũ: vt patebit ex infrà dicendis. Suffi-
ciat probare[a], ꝙ bona super quibus petitur assistẽtia
virtute dictæ hypothecæ fuerunt in bonis,& de bonis
dicti debitoris tẽpore obligationis, vel de necessitate
debeat probari de titulo dicti Ioannis debitoris,& sic
de dominio. †Nam glo. Insti.de actio. in §.itẽ Ser- 2
uiana.dicit, ꝙ in Seruiana, & sic quando agitur hypo-
thecaria oportet, ꝙ creditor probet debitorem fuisse
dominũ tempore obligationis: vt in l. & quæ nondũ
sunt.§.j.ff.de pigno.sed quando agitur interdicto Sal-
uiano sufficit, ꝙ probet debitorẽ possedisse illa bona
obligata in genere: vt in l.j.in princ.ff.de Salui.inter-
dicto.Idem dicit glo.in l.j.C. de precario & Saluiano
interdicto. Et ideò dicebat Bar.in l.rem alienã. ff.
de pign.actio.In ver.& sic dico, ꝙ contra tertium pos-
sessorem &c. ꝙ quãdo agitur hypothecaria cõtra ter-
tium possessorẽ, qui habet causam à debitore siue nõ,
siue titulus sit lucratiuus, siue onerosus: necesse habet
creditor probare dominiũ illius rei, quam dicet esse
obligatã sibi decretum, vel vtile vel quasi dominium
fuisse dicti debitoris. Et istam opin. firmat Cyn. mul-
tum prolixè in l.cùm res.C.si res alie.pig.data sit.quę
secundũ Bal.ibi, in ista materia portat coronã. Et pro
ista opinione facit ista ratio, secundũ Cy.ibi, † hypo- 3
thecaria dat ius in re. ff. de noxa. in l. in noxalibus. ff.
de cõtrahen.empt.l.rem alienã. ff. de damno infecto.
l.eorũ & l.si finita.§. si qua iura. C. ad Velleia.l.si fine.
Sed iura debẽt constitui ab eo, qui dominiũ habet vel
eius voluntate.l.ij.ff.de pign.actio.cũ concor.quę ipse
allegat. per quod concluditur dominiũ debitoris de-
bere probari per creditorẽ, quãdo agitur hypotheca-
ria.& finaliter Cyn. residet in ista opinione.& dicit
Alb.de Rosa. ꝙ Cy.de iure dicit veritatẽ.& Bald.in d.
l.cùm res.dicit expressè, ꝙ quãdo agitur contra tertiũ
possessorẽ, debet probari de dominio vel quasi ipsius
debitoris.alleg.l. si ab eo. ff.de pign. Et in hac opi.
fuit glo.in l.vsucapio.C.de pig.in gl.magna. ibi, dum
dicit: Item nónne qui agit debet probare dominium
esse debitoris &c. Itẽ dicit glo.in auth.de triente & se-
miss.§.illud quoque, in gl.quæ incipit, rei vendi.& alia
glo.in l.si superatus.ff de pig. & hoc tenuit Alex. in ij.
vol.consi.cxxxvij.incip.in causa & lite vertẽte. Sed
contrariũ tenuerunt aliæ glo.scilicet, † ꝙ agẽti hypo- 4
thecaria sufficiat creditori probare, ꝙ tẽpore obliga-
tionis generalis dicta bona, quæ prætẽduntur obliga-
ta, fuerint in bonis & de bonis debitoris: quia ea pos-
sedit bona fide.hoc voluit glo. in d.l. rem alienã. ff.de
pig.ac.qui tenet, ꝙ sufficit, quòd creditor probet, ꝙ
possessio dictæ rei fuit penes debitorẽ cum bona fide,
quia ea, quæ bona fide possidemus, in bonis nostris
esse vidẽtur: vt in l.bonorũ.ff.de verb.signi. hanc ean-
dem opin.expressè firmauit alia gl.in d.l.cùm res.hoc
etiã sentit glo.in l.ante omnia.ff.de probationibus.&
glo.in §.aliæ.Insti.de actio.& in hac opin.fuit Dyn.in
d.§.itẽ Seruiana.hanc opinionẽ firmauit Bald.in l.de
rebus.C.de dona.ante nup.circa fin.dicens, quòd siue
ille tertius possessor habeat causam à debitore, siue
non, non requiritur de necessitate, ꝙ probetur de ti-
tulo illorũ bonorũ debitoris: sed sufficit probare pos-
sessionẽ: remittit tamen ad id, quod dixit in d.l cùm
res.& ibi potius tenet cũ Cyn.† Et istam opin. firmat 5
Angel.de Areti.in d.§. item Seruiana.dicẽs, ꝙ siue iste
tertius habeat causam lucratiuã siue onerosam, suffi-
cit creditori probare rem fuisse in bonis & de bonis
dicti debitoris: & dicit ꝙ ista opi.seruatur in practica.
Certè vt euidẽter apparet, glossæ iuris ciuilis fuerunt
variæ,& varij etiã fuerunt doctores,& varius etiã fuit
Bart.

Bart. qui secundũ Bal. in l. edicta. in repet. in fin. C. de
Mendo, fuit valde capacis ingenij & subtilis, & non
fuit vnquã illi similis: nam in d. l. cùm res. aliter dicit,
quàm dixit in d. l. rem alienã. nam in l. cum res. dicit,
ꝙ quando creditor agit cõtra tertiũ possessorem hy-
4 pothecaria, distinguit, an iste tertius possessor habuit
causam lucratiuam vel onerosam ab ipso debitore, &
tunc sufficit probare rem fuisse in bonis, & de bonis,
sicut quãdo agitur cõtra ipsum debitorẽ principalem
vel eius hæredẽ, secus si habet causam onerosam: quia
tunc debet probare de titulo, vt in l. apud Celsum. §.
de auctoris. & §. auctoris autem dolus. ff. de doli exce-
ptione. & hoc firmat etiã Flor. de sancto Petro in d. l.
ante omnia. Si verò extraneus possessor nõ habet cau-
sam à debitore, & tunc habet locũ gl. in d. l. rem alienã,
quæ vult, ꝙ sufficiat probare rẽ esse in bonis & de bo-
5 nis debitoris, qui bona fide illa bona possidet, & di-
a cit, & oportet probare titulũ debitoris, & dicit ꝙ ibi,
scilicet in d. l. in rem alienã. hoc not. in veritate glo.
in d. l. rem alienam. nihil dicit de titulo. Quare in
ista dubia quæstione, in qua legũ vertices fuerũt varij,
vt patet etiam ex scriptis per moder. scribẽtes in d. §.
6 item Seruiana. †Domini de Consilio dixerunt, ꝙ
semper fuit obseruatũ tam in magna curia Vicariæ,
quàm in sacro Cõsilio, ꝙ quando actũ est assistentia,
quæ cõcernit remediũ interdicti Saluiani, vt dicit gl.
& Bar. in d. l. j. ff. de Salui. interdicto, & appretio, ad-
iudicatiõe (quæ omnia dicta remedia ex antiqua for-
ma, & obseruãtia cumulãtur) quòd creditori sufficiat
probare, quòd dicta bona fuerũt in bonis, & de bonis
b dicti debitoris, quę bona dictus debitor tenuit & pos-
sedit, tunc præsumitur vt dominus possedisse, si solum
hoc allegatur. Et ego aliàs audiui à doctoribus anti-
quis sacri Cõsilij, ꝙ ita per eos fuit obseruatum, & illi
dicebãt, quòd ita ab alijs doctoribus fuit obseruatũ, &
iudicatum. Et ita affirmauerunt omnes domini de
Consilio seniores. & dicit Alb. de Rosa. in d. l. cũ res.
ꝙ ita vidit obseruari, cõmuniter remittens se ad sum-
mã Roff. in tit. de Seruiana, cũ sequẽti, & ad summam
Azo. in tit. de pign. & ad quandã disputationẽ Iacobi
7 de Are. †Et idem Ang. de Are. in consilio posito inter
cõsilia Alex. in ij. vol. consi. cxxxviij. incip. Lancello-
tus de Imola, dicit, ꝙ quãdo agitur hypothecaria con-
tra tertiũ possessorẽ, qui nullam causam prætendit à
debitore vel eius hærede, tunc sufficit probare rem
fuisse in bonis debitoris tẽpore obligationis vel post-
eà, quando est obligatio generalis omniũ bonorũ: vt
in l. & quæ nondũ. §. quod dicitur. & ibi glo. & Bar. ff.
de pig. & doct. in d. l. cùm res. & vide ad hoc cõsilium
Alex. in consi. cj. in v. vol. ij. col. & seq. Et ego etiam
vidi sic pluries fuisse iudicatum in magna curia Vica-
riæ, & in sacro Consilio. Idem minimè sunt mutanda,
quæ antiquã interpretationẽ habuerunt. argu. l. mini-
8 mè. ff. de leg. †& maximè quando sic iudicatũ fuit per
Consiliũ, vbi semper sunt aliqui doctores valentissi-
mi in iure, quorũ sentẽtiæ tam interlocutoriæ, quam
diffinitiuæ, quia proferuntur sub nomine Regiæ Ma-
c iestatis, habent vim generalis legis in Regno, secun-
dùm Bald. in l. fin. C. de legibus. & Hostien. & Ant. de
Butr. in c. cùm Bertoldus. de re iudic. non tamẽ dictæ
sententiæ ligant personã Regis: vt in l. digna vox. &
ibi Bal. C. de leg. & in titu. de pace Constan. in verbo,
ciuitatis. de quo tamen per Alber. de Rosa. in l. prin-
9 ceps. ff. de legibus. †Quãdo autẽ agitur hypothecaria
contra debitorẽ, vel eius hęredẽ vniuersalem, nullum
est dubium, quòd sufficit probare rem obligatã fuisse
in bonis, & de bonis dicti debitoris, secũdùm omnes:
vt patet per Bar. & alios in d. l. rem alienam. & in d. l.
ante omnia. per Floren. & per Cyn. & alios in dicta l.
cùm res. & doct. in d. §. item Seruiana.

ADDITIO.

a *Probare.* Creditor agens contra tertios possessores,
quid probare debet, vide etiam suprà in decis. xxxvij.
in iij. dubio. Thom. Gram.

DECISIO CCCLXXXIIII.

De priuilegiis, & immunitate ciuili-tatis & originis.

SVMMARIVM.

1 *Natum an sufficiat esse in ciuitate, vt ciuis illius dica-tur, & gaudeat ciuilitate.*
2 *Ciuilitas originis, est immutabilis. 8. nisi desiratur. 9.*
3 *Glossæ authoritas communiter non reprobata, alias om-nes antecet in iudicijs & scholis.*
4 *Originem matris filius an & quando sequatur.*
Natus in ciuitate transeunte matre, an subeat munera ciuitatis.
5 *Domicilium in pluribus locis, quando quis habere possit.*
6 *Ciuis ratione originis tantum, si ibi conueniatur, si non reperiatur.*
7 *Domicilij appellatione, quis locus veniat. num. 15.*
Ciuis muneribus & oneribus dignoscitur.
8 *Natus Lugduni, Lugdunensis dicitur, & non ciuis.*
10 *Doctores boni cõcordant cũ glossis, detractores, discordãt.*
11 *Habitare ibi ille dicitur, vbi pro maiori parte anni ha-bitat.*
12 *Habitantes perpetuò lege ciuitatis obligantur.*
13 *Origo & domicilium an & in quo æquiparentur.*
Dignitas originis conditionem immutat.
14 *Ciuis dicitur, qui in ciuem recipitur.*
15 *Conscientia in dubijs nõ dicitur cõtra conscientiã facere.*
Homines facilè dissentiunt.

NOn ponã casum in facto propter bonũ
respectum, sed tãtum dubium, quod fuit
vẽtilatum. †Verum ad hoc, vt quis di- 1
catur ciuis ciuitatis Neapolis, & gaudere
debeat priuilegiis, & immunitatibus ciuitatis præ-
dictæ, sufficiat esse natum in dicta ciuitate Neapolit.
licet habeat domiciliũ extra ipsam ciuitatem, puta in
prouincia Calabriæ, vel requiratur, ꝙ habebat etiam
domicilium in illa ciuitate, in qua est natus, maximè,
quando sui antecessores semper habuerunt domiciliũ
non in dicta ciuitate Neapolis, sed extra. Et primò,
adducitur, pro decisione dubij prædicti id, quod sem-
per solet dici, quòd †ciuilitas originis est immutabi- 2
lis, quia est naturalis: vt in l. assumptio. & l. fi. §. penul.
ff. ad muni. & l. origine. C. de munici. & originariis,
lib. ix. tamen glo. in d. l. assumptio. §. filius. in verbo,
domiciliũ, dicit, ꝙ natus in ciuitate in omnibus subit
munera ratione suæ originis vel manumissionis, vt
ibi, nisi habeat alibi domiciliũ, quia tunc nihil subit
oneris vel honoris. & allegat l. filios. C. de munici. &
origi. Et sic dicta gl. intelligit in d. l. filios. vt ciuis ori-
ginarius præferatur alteri ciui. vt dicitur in l. ciues. in
glo. C. de incolis, cum simi. nisi ciuis originarius alibi
habeat domicilium. †Ista est melior authoritas, quæ 3
potest haberi in ista materia: quia est authoritas glo.
quę omnes alias authoritates antecellit, quãdo docto-

res cõmuniter non cõcludunt cõrra eam, vt dicit Iac.
But. in l. j. C. qui pro sua iurisdictione. & dicit Bald. in
l. j. ff. de sena. ꝙ in iudicando nunquã recedas ab opin.
glo. Et dicit Bal. in l. quanquam. C. de senten. quæ sine
certa quã. quòd io magnis dubiis semper est tenenda
opin. glo. Et vltra dictã glo. ego allegabã aliam gl.
in d. l. filios. quæ dicit, quòd filius matris originẽ non
4 sequitur, nisi sit ibi originaliter natus, † quia tunc ra-
tione propriæ originis, & nõ maternæ subit munera:
& hoc verũ, si parentes cõstituerunt ibi domicilium,
non autem si transeundo mater ibi peperit filium, &
posteà reuertitur ad domũ vel domiciliũ mariti, nam
filius ibi natus nõ subit munera, quia alibi babet do-
micilium. & illam glo. sequitur ibi Io. de Plate. & Ni-
colaus de Neap. in l. j. C. de muni. & origi. lib. x. & Bar.
io l. filios. eod. tit. licet in fin. dicat, ꝙ hoc non firmat
idem Nicolaus de Neap. in l. exemplo. C. de decurio.
lib. x. hoc etiã dicit Lucas de Penna in d. l. filios. qui sic
summat illã legẽ, quo ad munera, & honores, filius se-
quitur originẽ paternæ nõ maternæ, quamuis in loco
originis maternæ natus sit, nisi ex alia causa ibi domi-
ciliũ sortiatur, iste tex. sic iotellectus, est decisio huius
5 dubij. †Et vltra dictas glo. allegabã glo. iuris cano-
nici, videlicet glo. in c. significauit. de parochiis. & gl.
in c. cum nullus. de tẽpo. ordi. lib. vj. quæ dicit, ꝙ quis
potest habere domicilia in pluribus locis, quod verũ
est, si in vtroque, scilicet, origiois vel domicilij pater-
ni se æqualiter collocauit: aliàs ibi dicetur habere do-
miciliũ, vbi maiorem partem rerum suarum habet, &
cõuersatur asiduè, & dies festos colebat. hæc sunt ver-
ba illius glo. Et propterea dicebat multũ notanter
Bal. in authen. & omnino. viij. col. C. ne vxor pro ma-
rito, quòd si ciuis originarius habitaret extra prouin-
ciã originis, dicitur ab eo deserta prouincia originis.
& idem dicit de ciuitate. allegat gl. io l. adoptionẽ. C.
6 de adoptionibus. †Accedat ad hoc illud, quod di-
citur, ꝙ ciuis ratione originis, tamẽ noo potest cõue-
niri in loco originis, si ibi nõ reperiatur: vt dicit Bar.
in d. l. assumptio. §. j. & Abb. Sicu. in c. postulasti. in j.
col. de fo. compe. & doct. in c. accedens. vt lite nõ con-
test. & in c. postulasti. in j. col. de fo. cõpe. & doct. in c.
accedens. vt lite non cõtesta. & in c. si. de foro compe.
& doct. in l. cum quædã puella. ff. de iurisdit. om. iudi.
& Paul. de Cast. in l. ij. C. eod. tit. Et dicit Ant. de But.
in consi. xxj. incipiente, viso puncto, &c. ꝙ in dubio,
7 †appellatio domicilij refertur ad ciuitatem domicilij
& non originis. allegat Compostell. in c. nonnulli. de
rescriptis. & glo. in c. statutũ. §. cum vero. eo. tit. lib. vj.
& Specu. in titu. de citatione. §. j. circa prin. huic sole-
mus dicere, ꝙ ciuis muneribus & oneribus cognosci-
tur: vt in d. l. ciues. qui ergo non participat muneribus
& oneribus ciuitatis, nõ dicitur propriè ciuis: quia nõ
tractatur vt ciuis in eo, quod est primũ & maximum
ciuilitatis. verba sunt Bal. in l. si nõ speciali. C. de test.
8 †bene tamen natus Neapoli, dicitur de ciuitate Nea-
polis, sed nõ dicitur ciuis Neapolis: vt subdit ibi Bald.
faciens differentiam, an talis sit ciuis ciuitatis, an sit
originarius talis terræ vel patriæ. & licet Abb. Sicu.
in d. c. significauit. illã glo. non sequatur pro eo, quia
ciuilitas originis nõ potest mutari: vt in l. origine. C.
de muni. & origin. lib. x. & in d. l. assumptio. io prioc.
cum cõcor. Tamen ad hoc respõdetur, ꝙ prõptum
est iura iuribus concordare, hoc modo: videlicet, pri-
9 uilegium originis non potest mutari, † verum est, nisi
deseratur. & sic quòd alibi habeat domiciliũ, per tex.
in d. l. filios. & per dictas quatuor glo. & si quis aliter
velit intelligere Abbatẽ, dico, prout dicit Ioã. And. in
addit. Spec. in tit. de primo & secũdo decreto. §. nunc
videamus. versi. sed quãdiu. in additione, quæ incipit,
pater per proxima. † ꝙ boni doctores se cõcordant cũ 10
glosis, detractatores verò diuertũt à glosis. Et ad
prædicta bene facit quod dicit Hostien. in summa, de
foro competen. §. ij. versic. item ratione originis. qui
dicit, ꝙ muoiceps ratione originis, qui alibi trãslatus
est quantũ ad munera, desinit municeps esse. nisi quã-
tum ad honores, quãdo adeptus esset senatoriã digni-
tatem: vt in l. municeps. C. ad muni. & in l. j. C. qui pe-
tant tuto. nisi alibi constiterit se habere domicilium,
per tex. in d. l. filios. Adducebam præterea declara-
tionẽ antiquam Regiæ cameræ summariè positam in
registro rituũ eiusdẽ cameræ, quæ vult, † quòd dicitur 11
quis habitare, vbi pro maiori parte anni habitat: [a] vt a
not. glo. in l. j. in verbo, maneat. & ibi Bart. ff. de libe.
agno. & in l. j. §. habitare. ff. de his qui deie. vel effu. &
glo. io Cle. causam. in verbo, communiter. de elec. &
Bal. in l. si quis ad declinandã. x. char. versi. nũc breui-
ter. C. de episc. & cleri. & voluit Paul. de Cast. in l. ij.
j. col. C. de iurisdi. omn. iudi. & sic ille dicitur ciuis vt
gaudeat ipsa ciuilitate. Bene ad prædicta facit id,
quod dicit Andr. de Iser. in c. j. in princ. qualiter vasal.
iura. debe. fide. vbi dicit. ꝙ illi, qui non habẽt feudũ in
Regno, sed solũmodo habitant in Regno, debent etiã
iurare fidelitatẽ Regi: sed si non habitãt in Regno, sed
extra Regnũ, licet sit natus in regno non tenetur ra-
tione originis iurare fidelitatẽ Regi. †Et ideo dice- 12
bat Arch. in c. Romana. de senten. excommu. lib. vj. ꝙ
solũ perpetuo habitantes obligantur lege ciuitatis. al-
legat multa iura, vt ibi per eũ. & sic tenet, quòd ciues
originarij sine habitatione oon ligãtur lege ciuitatis:
quanquã Lucas de Penna in l. deuotum. C. de metatis.
lib. xij. dicat, ꝙ ipse non putat verũ dictũ Aod. de Iser.
eò quia origo & domicilium æquiparãtur. allegat l. si
quis officiũ. ff. de ritu nup. Sed non fuit ipse memor de
d. l. filios. nec de glo. suprà allegatis. Nec obstat d. l.
si quis officiũ. quæ æquiparat originẽ & domicilum,
† quia intelligitur quando in ciuitate originis habet 13
domiciliũ. inde dicit Bal. notãter in l. ij. C. de infanti.
expositis. quòd ciuis deserens ciuitatẽ, perdit priuile-
gium ciuitatis, & desinit esse ciuis. & refert hoc Iaso.
in l. j. §. huius studij. ff. de iusti. & iure. Item intelli-
gitur nisi dignitas faciat immutare conditionem ori-
ginis. vt dicit idem Lucas de Penna in l. j. ij. col. C. de
mulie. & in quo loco, lib. x. & pro hoc cap. præsenti.
de præben. lib. vj. vbi si originarius gerit se vt curialis,
iudicandum est de eo, vt de curiali, & non vt de origi-
nario. Nec obstat id, quod solet dici, ꝙ habitatio in
ciuitate noo est necessaria, ad hoc vt ciuis originarius
teneat subire onera etiam personalia: vt nota. in l. j. &
fina. C. de mun. orig. & in l. ciues. C. de incolis. & Bart.
in dicta l. assumptio. & Alexand. in ij. volu. consi. clvj.
incip. viso instrumento. in iij. colum. vbi etiam dicit
vnum verbum notãdum, † quòd, vt quis sit ciuis, non 14
requiritur, quòd ibi sit natus vel quòd habitet, dum-
modò sit receptus in ciuem, vel munera subeat. alle-
gat Bartolus in concilio incipiente, quidam est effe-
ctus ciuis, & alia: vt ibi per eum. Quia responde-
tur, quòd illud procedit, quando vbi habitat non ha-
bet domiciliũ. Sed si haberet in vna ciuitate ciuilita-

tem

tem ratione originis, & in alia ciuitate domicilium, magis consideramus locum domicilij quàm originis, secundum Bald. in l. ij. ff. de statu homi. quẽ ad hoc allegat Alex. in j. vol. cõsi. xvj. viso titulo & c. in iij. col. licet contrariũ dixerit Alex. in iij. vol. cõsi. cj. in j. col. 15 Sed posteà in ij. col. † dicit, quòd vbi fit mentio de domicilio, intelligitur de loco habitationis, & nõ de loco originis. Super dicto dubio domini de Consilio dimisi fuerunt per medium: quia aliqui dicebant vt supra, alij verò dicebant, quòd ratione originis gaudet priuilegio ciuilitatis, vbi est natus, etiam quòd alibi habeat domiciliũ antiquũ. In dubiis enim conscientia non dicitur facere cõtra conscientiam, secundum Bald. in c. fin. ij. col. de consuetu. & ideo dicitur, quòd facilis est dissensus hominum, secundum Bald. in c. ad hoc. de postu. præla. & not. gl. in c. nec nouum. viij. q. j.

Ideo non fuit determinatum per sententiam, sed ex supradictis patet, quid iuris sit.

ADDITIO.

a *Parte anni habeat*. Et dicit Bal. in l. j. versic. sed pone. ff. de statu homi. quod ad hoc vt quis dicatur habitare in loco. non sufficit quod ibi sit raro, vel momentanea habitatione, & idem sentit, si non sit ibi habitatione momentanea, dum tamen animum habeat redeundi ad alium locum & inibi residentiam faciẽdi. Et ideo decidit ibi Bald. quòd si quis propter pestem in ciuitate cõfugerit ad comitatum ad aliquam suam domum ibi existentẽ, & ibi existens donauerit omnes domos, quas inhabitabat, non cõpręhenditur domus, in qua tunc existebat, vel ad quam propter pestẽ confugerat. pro quo allegat Bal. in l. j. §. habitare. ff. de his, qui deiec. Nam, vt aiunt Grãmatici, verbum habito, est frequẽtatiuum, & ideo de rara habitatione & momẽtanea non est intelligendũ. Nam singula momẽta habitationẽ faciũt, sed animus residentiã. arg. l. si quis ita legauerit, dum vxor mea. ff. de conditio. & demon. ita etiam cõsuluit Stepha. Bertran. in suo consil. lxxv. incip. quis dicitur propriè habitare. in ij. vol. Adde quòd ibi dicitur quis habitare, vbi habitãt cum familia & bonis. vide plenè Alex. in l. lex Cornelia. ff. de iniuri. & alibi dixit Bal. in consi. lxj. j. volu. incipiente, statuto ciuitatis Tregisti. quòd ille dicitur propriè habitare, qui habitat cum familia sua, & facit ibi focũ, & alia quæ faciũt & facere solent habitatores. Cõcor. Bar. in l. j. §. habitare. ff. de his, qui deie. vel effuder. ibi enim quis stat, vbi larem cõstituit, hoc est verum, vbi vxorem detinet. idem tenet Bartho. Soci. quẽ omnino vide in consil. cxxix incipiente, præstantissimus iuris interpres Bal. in d. l. lex Cornelia. vbi etiã dicit, quòd si habitauit quis decennium, præsumitur ibi habere animum habitandi, si non stetit cum bonis aut familia. Bart. omnino in consi. xlij. visa inquisitione, videtur aliter tenuisse. & quis dicatur habitare, vide plenè Fely. in c. quoniam. in princi. extrà, de offi. ordina. quẽ omnino vide Thomas Grammaticus.

DECISIO CCCLXXXV.

De assensu regio præstito super obligatione feudalium bonorum pro dote & antiphato, non obstante delicto viri nondum accusato.

SVMMARIVM.

1 *Assensus Regius an præstandus super feudo pro dote obligato per maritum, qui delictũ nõdum accusatũ cõmisit.*
2 *Fiscus an sit hæres delinquentis, & quando.*
3 *Feudum paternum propter delictum filij hæredis, cui aperiatur.*
4 *Feuda non proscribẽda nisi pro læsa maiestatis crimine.*
5 *Institutio hæredis extranei in feudis est nulla, sine assensu.*
6 *Intellectus l. si ego. §. si res. ff. de iure dotium.*
7 *Feudi nullus habet dominium ante delinquentis condemnationem.*
Spes in condemnationis casu non consideranda.

DVbium nouum incidit in Cõsilio, & pro honestate taceo personas, maritus habet feudum paternum nobile, voluit occidere fratrem suum carnalem proditoriè: & venit ad actum proximum, ita quòd per eum non remãsit & aufugit. vxor sua, quæ sibi dedit magnã dotẽ, prout apparet per instrumentum dotale, in quo sunt obligata omnia bona etiã feudalia reseruato Regio assensu petit Regium assensum super obligatione bonorum feudalium, pro dicta dote & antiphato. 1 † dicit fiscus Regius, quòd non debet pręstari dictus assensus: quia feudum est deuolutum propter dictum delictũ fisco, secundum vnam opin. in c. j. an ille, qui interfecit fratrem domini sui. & est capitulũ regni, quod incipit ad maiestatis nostræ. quod vult, quòd si feudum obligatum pro dote in genere sine Regio assensu peruenit ad fiscũ, liberè peruenit sine obligatione. Nec obst. l. si ego. §. si res. ff. de iure dotium. vbi imponitur necessitas hæredi adimplendi, quod defunctus fecit fauore dotis: 2 † quia fiscus non est hæres delinquentis, quando propter delictum succedit in eius bonis: vt in l. quoties. & l. nouatione. ff. de noua. not. docto. in l. si marito. ff. soluto matri. Bal. in l. sancimus. §. cum autem. C. ad Trebel. & Bald. in l. iij. C. ad l. Falci. & in l. tam mandatori. C. de non nu. pecu. & in l. executorẽ. in xvij. colum. C. de execu. rei iudi. & dicit Bald. in c. j. qui succe. tene. quòd fiscus non est hæres, quando succedit delinquenti: sed clarius hoc dicit Bart. in consil. clxvj. incipiente, Salamanus de Spoleto. in fi. not. Bar. in l. inter eos. §. fi. ff. de fideiusso. 3 † Dicit frater, feudum paternum, secundum aliam opin. propter dictũ delictũ apertum est agnati proximioris, id est fratris: vt in dicto c. j. & ibi per And. & alios scribẽtes, an ille, qui interfecit fratrem domini sui. & not. in c. j. si vasallus feu. priuetur. & habetur in c. si vasallus. si de feudo fuerit controuer. inter do. & agna. & in c. fi. qui. mod. feu. ami. & voluit And. in c. j. de ali. feud. pater. & in c. j. si vasallus feudo priuetur. vbi si feudũ est paternum, & vasallus committat culpam non respicientem directè dominum, feudum redit ad agnatũ. firmat Alex. in consiliis suis, in j. volu. consil. xxx. incip. quoniam omne datum optimum &c. & in iij. volum. consil. lx. quòd incipit, visis dubitationibus. versi. circa iiij. dubium. & in v. volum. consil. xxvj. & maximè hic procedit per duo capitula ciuitatis Neapo. concessa per Catho. M. 4 † vnũ, quòd feuda & bona non debeãt confiscari nisi pro crimine lęsæ maiestatis, secundũ quòd Rex assentit obligationibus bonorum feudalium pro dotibus mulierum Neapolis. Et ideò postquam feudum est ei apertum, scilicet, agnato nõ potest præstari assensus in obligatione feudi: quia tunc feudum non est mariti, sed fratris: vt dicit An. in l. Imperialem. in prin. de prohibi. feudi ali. per Federi. & pro hoc bene facit l. bonorũ. ff. rem ratam habe. & in l. si aliena res.

ff.de pig.actio. cum concor. nam quando feudum est alterius, non valet assensus in præiudicium eius, vt in iutibus ptæal. & dicit hoc etiam And. de Iser. in c.j.§. donare. qualiter olim feu.ali. poterat. Nec obstat, quòd fauore dotis potest impetrari assensus, postquã feudũ apertũ est hæredi, per d.l.si ego.§.si res. quia dictus frater venit ad feudum, non tanquã hæres, sed ex dispositione.c.j.an ille qui interfecit fratrem domini sui: & sic est dare casum, quòd in feudo hęreditario frater succedit in feudo virtute d.c.j.an ille qui interfecit &c. non erit hæres fratris: quia nõ habet feudum à fratre, sicut quãdo frater succedit fratri in feudo antiquo hæreditario contra testamentũ fratris, in quo instituerat hæredem extraneum in omnibus bonis suis
5 burgẽsaticis & feudalibus. † & institutio hæredis extranei sine regio assensu est ipso iure nulla, per cap.j. in princip.de succes. feudi. & frater habebit feudum hæreditarium, non vt hęres fratris, sed ex dispositione iuris, & ille hæres extraneus erit hæres vniuersalis in burgensaticis, & non in feudo. per ea, quę habẽtur per And. in c.j.§. hoc quoque. de succes.feu. sicut ipse alienans in Regno potest reuocare alienationẽ sine consensu domini per constitu. Regni, constitutionem. ita proximus agnatus, vt dicit And. in cap.j. de vasal. qui contra constitu. Lotharij. & expressè hoc firmaui in d.
6 §.hoc quoque. in ij. nota. † Itẽ pro parte dicti agnati satisfacit, q d.l.si ego.§.si res. non habet locum, quando obliganti feudum pro dote, non est eius hæres, vt suprà dictũ est, sed venit ex legis dispositione tãquam agnatus: vt dicit quædam apostilla antiqua in libro quondam domini Antonij de Alex. dicit vxor. assensus fuit reseruatus in obligatione bonorum feudaliũ, viuis contrahentibus potest impetrari assensus: vt dicit And. in d.l. Imperialem nunc maritus meus viuit: igitur &c. Non obstat delictum prætensum mariti; quia adhuc maritus non est conuictus nec cõdemnatus de dicta prætensa culpa. Ideo ante condemnatio-
7 nem ipsius potest impetrari assensus: † quia nullus habet dominium dicti feudi ante condemnationem, per ea, quæ dicit And. in c.j. de feudo sine culpa non amit. cum concordan. & sic non tractatur de interesse formato alicuius, sed tantum de spe in casu condemnationis, quæ spes non est in cõsideratione: vt dicit Bart. in l.is potest.ij col.ff.de acquiren.hære. non enim aliquid debet dici tale, ex eo, quòd potest contingere
a tale. [a] l.j.ff.de in litem iuran.ff.de fideicom.libel.l.iiij, secundum dominos de Rota, deci.ccccxxxiij. incip.si legatus Apostolicus, &c. Tandem fuit conclusum, quòd dictę vxori præstetur assensus Regius super obligatione dictorum bonorum feudalium iuribus dictorum fratrum semper saluis & etiam iuribus fisci. Et ita posteà expeditum fuit per cancellariam Regiam assensus.

ADDITIO.

a *Potest contingere tale.* Adde quòd in iure semper causa immediata, & non quòd euenire potest, per tex. in dicta l.iiij. quæ incipit, ergo primo responso. ff.de fideicom.liber. & Calde. in consil. xxv. thema tale est. in j.colum. dicens, quantò est causa proximior, tantò magis influit, & potest sapere causatum: quia secundùm Iuristas, proxima cuiuscunque rei causa semper attenditur. alleg. bona iura, in l.pen. ff.de condicti. ob causam. l.cùm de hoc. ff.de excep. rei iudi. l.si mulier, cùm de vita viri. ff. rerum amota. Tho.Gram.

DECISIO CCCLXXXVI.

De legitimatis in ecclesiastica succedentibus emphyteusi concessa sibi & suis hæredibus & successoribus.

SVMMARIVM.

1 *Legitimati an succedãt in ecclesiastica emphyteusi concessa sibi & suis hæredibus & successoribus.* 4.
2 *Substitutio, si decesserit sine filijs legitimis & naturalibus, an excludat substitutum propter spurium legitimatum.*
3 *Spurius an possit legitimari ad feudum ecclesiasticum.*
5 *Emphyteusis concessa & successoribus quibuscunque an transeat ad hæredes extraneos.*
6 *Inuestitura ad. f. ctu reciritur ad consuetudinem præscriptam.*
7 *Ecclesiastica res potest in emphyteusim concedi ad hæredes quoscunque.*
8 *Le i[illegible]ationis materia est de iuris apicibus.*

IN causa petitionis vnius viridarij factæ per filios legitimatos quondam Raynaldi Scarteli, quod dicunt ad eos spectare, vt hæredes dicti Raynaldi, quod viridarium peruenit ad excel. comitem Mataloni ex causa partis dotis consignatæ per principem Bisignani pro sua sorore vxore filij primogeniti dicti comitis Mataloni, ad quem principem peruenit titulo oneroso pro debito duorum millium ducatorum ad quos erat debitor dominus Raynaldus. Fuit excitatum in consilio ante nouellam pragmaticam catholicum Regis volentem, quòd possessores, qui titulo Regis Ferdinandi primi possident non molestẽtur. Si d. viridarium fuit concessum in emphyteusim per monasterium sanctæ Mariæ dominæ reginæ dicto Raynaldo & suis hæredibus & successoribus. † An dicti filij legitimati per 1
Regem Ferdinandum primum possint succedere in dicta emphyteusi ecclesiastica? Et profectò istud dubium est pulchrũ. & ipsum tetigit Iason. in l.ij. in col. cl. versi.xix. quæro &c. C. de iure emphy. vbi dicit, pone, quòd aliquis recepit emphyteusim pro se & filiis suis legitimis, nunquid veniant filij legitimati: & nunquid intelligitur recepisse pro filiis legitimis & concludit, quòd non. allegat Bald. in l.fin. C.de his, qui veniam æta. Idem dicit Alexander in primo volu. consil.ij.& colum. & consil.xciiij.iij.col. & in ij.volu. consil.lx.ij.colum. & consil.lxxxvij.ij.col. Ioan.Andr. & alij scribentes in cap. in præsentia. de probationibus. & dicit, quòd istud dubium, quod ipse tetigit, dependet ab illa ardua quæstione. † nunquid, si sit facta 2
substitutio alicui, si decesserit sine filiis legitimis & naturalibus, excludatur substitutus propter existentiam filij spurij legitimati, & istam quæstionem bellissimè disputauit Angelus in disputatione sua incipiente, nobilis quidam genere. cuius motiua, ne sim prolixus in referendo, quæ per alios scripta sunt, non refrico: quia illa refert domi. And. Barba. in repeti. l. cum acutissimi. in 37. charta. & seq. C. de fideicommissis, quę est impressa. & ibi etiam dicit, quòd legitimati filij, in dicta q non veniunt in emphyteusi. in 42. char. in j. col. & ibi multa dicit de materia legitimationis, tamen multi doct. tenent, quòd filius legitimatus non excludit substitutum: vt tenet Ioan. Cal. in c. it. qui filij
sint

sint legi. in cõsiliis suis. & firmat Bal. in l. Lucius. ff. de
hæred. insti. & in l. si ita quis. §. is cuius. ff de lega. ij. &
in l. si quis posthumos. ff. de libe. & posthu. & Sali. in l.
cum autem. C. de insti. & substi. & Ioan. de Imo. in l. ex
facto ff. ad Trebellia. Bald. in l. Gallus. §. si eius. & ibi.
concor. ff. de libe. & posthu. & in l. eam quã. circa me-
dium. C. de fideicõ. licet Alex. pro & contrà cõsuluit.
3 †nam in j. vol. consi. ij. post argumenta pro & contrà,
concludit, quòd legitimatus excludit substitutũ. Con
trarium dicit in j. vol. consi. xxv. in iij. col. quando te-
stator esset nobilis vel honesta persona. & idem in cõ-
silio lxvij. iij. col. quòd consi. xciiij. & tãtò magis: quia
Rex secundũ vnam opinionẽ non potest legitimare
quò ad bona emphyteu. ecclesiæ: quia Imperator non
potest legitimare spurium ad feudũ ecclesiasticũ, sicut
nec Papa ad feudum, quod tenetur ab aliquo domi-
no tẽporali. de quo in c. per venerabilem. qui filij sint
legiti. & ibi plenè per Ioan. And. Anto. de But. & Præ-
positũ. & not. Bal. in l. consulta diualia. C. de testamẽ.
& Bar. in l. qui in prouincia. §. diuus. ff. de ritu. nup. &
Bal. in auth. ex complexu. C. de incest. nup. de quo ple-
nè in dispu. impressa per d. Martinum Caretum Lau-
densem, quæ incipit, Augerius Seio eius patre feuda-
tario ecclesiæ consentiente legitimatus a comite Cæ-
4 sareo &c. †vbi inducit xx. arg. pro vna parte, & xx. pro
alia, & concludit, quòd si feudum concessum ab ec-
clesia patri, non potest pater disponere testando vel
alienando in extraneos hæredes, non veniunt illi filij
legitimati etiam ad feuda, iuxta not. in c. naturales. si
de feu. fue. controu. secus si potuit testãdo vel alienan-
do disponere in extraneos, tunc veniunt filij legitima-
ti: vt ibi latius & diffusius per eum. & sentit hoc do. Lu
do. de Sardis in suo tractatu legitimationis in septima
parte, quis sit legitimationis effectus, q. xij. at in casu
de quo agitur, emphyteusis fuit concessa ipsi Raynal-
do, & suis hæredibus & successoribus quibuscunque,
5 †& sic transiret etiam ad extraneos hæredes: vt dicit
Bal. in feu. licet nõ firmet pedes. in c. j. §. donare. & ibi
plenè dixi, qualiter olim feu. alie. pote. & in l. Impe-
rialẽ. in prin. de prohi. feu. alie. per Fed. & in l. j. xxxiij.
q. & in q. xlij & seq. ff. de rerum di. notant scribẽtes in
l. quædã. §. nihil interest. ff. de edendo. postquàm enim
licitè dictum viridarium fuit alienatum dicto Ray-
naldo & eius hæredibus, in perpetuũ effecta est dicta
res perpetuò alienabilis in quoscunque. ff. de leg. ij. l.
pater filium. §. quindecim. & ibi per Bart. in l. j. §. con-
tra quoque. C. de impo. lucra. descri. lib. x. firmat hoc
Paul de Cast. in consil. cxxxv. incip. viso instrumento
6 cuiusdam inuestituræ. † & si non constat de instru-
mento inuestituræ, recurritur ad consuetudinem pr-
præscriptam: vt in c. cum de beneficio. de præben. lib.
vj. & hodie vt plurimum cum decreto commissario-
rum Apostolicæ sedis ecclesiæ Neapolitanæ conce-
dunt habito respectu ad valorẽ rei. & sic quòd trãseat
ad hæredes quoscunque. igitur dicti filij legitimati ex
forma concessionis veniunt ad dictam emphyteusim,
postquam legitimè facta est concessio patri & quibus-
cũque hæredibus. & hoc firmãt expressè Io. de Imo &
Alex. in l. quod dicitur. ff. de verb. oblig. & melius in l.
etiam per Alex. ff. solu. ma. nam si potest in totũ res ec
clesiæ alienari ob necessitatẽ vel euidentẽ vtilitatẽ cũ
decreto summi Pontificis: vt in c. hoc cõsultissimo. de
7 rebus ecclesi. nõ alie. lib. vj. †multò fortius potest fie-
ri cõcessio in emphyteusim, quæ trãseat ad hæredes quos
cũque, nisi cõsuetudo ecclesiæ aliter se haberet, secun-
dum Ang. in §. emphyteusim. allegat in gl. in d. l. etiã.
& licet Alex. ibi in d. l. etiam referat v. opin. super illo
dubio, an emphyteusis concessa tibi & hæredibus tuis
intelligatur solùm de hæredibus descendentibus vel
etiam de extraneis, tamẽ ipse tenet supra dictam opi.
& secundũ istam opi. vidi iudicatũ in Consilio Regis
Ferdinandi primi, in quadam emphyteusi eccle. con-
cessa seruatis seruandis, & canonicè sibi & hæredibus.

Fuit iudicatum, quòd hæres testamentarius extra-
neus succedit, & non ecclesia. hæc scripsi quantũ bre-
uiter potui, quia visum fuit mihi pulchrum dubium.
& quia non fuit visa inuestitura, & propter dictam
superuenientem pragmaticã, dubium prędictum non
fuit in Consilio decisum. †Et quia materia ista legiti- 8
mationis est multum profunda & prolixa: & doctores
multa scripserunt in d. c. per venerabilẽ. ideò remitto
me ad cotas suprà allegatas, & ad consilia Pe. de An-
chara. & ad consilia Bald. & Alex. vbi suprà.

DECISIO CCCLXXXVII.

De executione obligationis iuratæ factæ penes acta.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio liquida, penes acta executionẽ habet paratã.*
2 *Tempus probandum est, vbi vnum infringit aliud.*
3 *Obligationis actus in dubio procedit super executione.*
4 *H ... est multum in consideratione.*
5 *Obligationum eadem die factarum, quæ potentior.*
6 *Testamenta duo eadem die facta corruunt, si de eorum prioritate non appareat.*

Si vno & eodem die creditor petit, quòd
exequatur obligatio iurata facta penes
acta sacri Consilij contra debitorẽ, & de-
bitor petit dictam obligationẽ nullã de-
clarari ex certis causis. An sit procedendũ super exe-
cutione dictæ obligationis, vel super supplicatione
porrecta per debitorẽ, per quã allegat eius nullitatẽ.
†Et est prēmittendũ, quòd obligatio penes acta de iu- 1
re, quando est liquida, habet executionẽ paratã: vt ist
gl. in aut. generaliter. C. de epis. & cler. & probatur in
l. cum pro quo. & ibi Bal. & Pau. de Cast. & Alex. ff. de
in ius vocan. vbi promissio facta in iudicio, habet pa-
ratam executionem. & facit l. tale pactum. §. qui pro-
uocauit. ff. de pact. vbi conuentionem factam coram
iudice, ita iudex exequitur, sicut confessione facta in
iudicio. & notant scribẽtes Moder. maximè And. Bar.
in c. si quando. de offi. de leg. & idem Lucas de Pen. in l.
ij. C. de iure fisc. lib. x. †Item est prēmittendũ, quòd 2
vbi vnus infringit aliud. ibi debet tempus probari: vt
dicit Bal. in l. de rebus. C. de dona. ante nup. & si non
potest probari, dicimus, quòd vno & eodẽ tẽpore di-
citur quid esse factũ, quod fit antè, vel post immediatè
secundũ Bald. in l. ij. de oper. liberto. & ad hoc facit id
quod dicit Bal. in l. Sabinus. ff. commu. diui. vbi dicit
quòd quotiescunq; cõcurrunt duæ virtutes paris po-
tentiæ, tantum iuris habet vna ad resistendum, quan-
tum altera ad obtinendũ. alleg. Old. ibi. †Et ideò cùm 3
nõ habemus, an præcesserit citatio, vt exequeretur obli-
gatio vel præuentio, dicendũ est, quòd debemus præ-
sumere in dubio, quòd prius fuit incepta causa super
executione obligationis, quia iste actus obligationis
præcedit: vt dicit Dy. per illũ tex. in l. cũ in testamẽto.
§. hæc verba. ff. de hære. insti. & hoc ordine intellectus,
prout

prout in simili habetur in l.post mortem. ff.de leg.j.
& in l.Arethusa.per Bald.ff.de stat.ho. Et credo quòd
ritus magnæ curiæ Vicariæ, qui incipit, itē vbi est fa-
cta præsentatio.cbar.19.super ista ratione sit fundatus
4 qui vult, †quòd si eadē die præsentetur instrumētum
liquidum,& eadem die fiat præuentio,etiam,quod si
ante per horam,proceditur in causa petitionis debiti
contenti in instrumento liquido,nullo habito respe-
ctu de horis diei: licet regulariter tēpus horæ sit mul-
5 tum in cōsideratione. †nam citatus ad horam ad ali-
quē actum,si ille actus sit alia hora,non valet, vt not.
in l.fi.§.si is qui.ff.quod vi aut clam. & in l.aut qui ali-
ter in prin.eo.tit.& not.in c.consuluit.de offic.deleg.
Sic etiā in duabus obligationibus factis vna die, præ-
fertur illa obligatio,quæ præcessit per horam. glo.est
singu. in l.si ex pluribus.§.fi.ff.de solutio. Idē dicimus
in collatione beneficij collati duobus eadē die, vt ille
præferatur, qui in hora præcedet: vt est gloss. not. in
verbo. si non apparet. in cap.duobus.de rescrip. lib.
vj. alia est glo.in c.si à sede.in verbo,appareat,de præ-
ben.lib.vj.& si non appareat, præsumitur pro eo,qui
possidet.& si neuter possidet, præsumitur, quòd præ-
cedat collatio facta à Papa vel eius legato. faciunt
6 ea,quæ mod.Senenses scribunt in l.j.ff.sol.mat.†bene
facit gl.in l.edicto.in verbo,missus.C.de edicto di.di-
cit, quòd duo testamenta vno die apparerent esse fa-
cta,in quo vnus est institutus hæres,& in alio testamē-
to alius,nec apparet de prioritate,neuter valet.& hoc
firmat Bar.in l.j.§.si quis in duobus. ff.de bonorū pos.
secundum tab.nisi in vno essent instituti venientes ab
intestato,& alio extranei.nam illi præferuntur.Idem
si in vno esset instituta pia causa, de quo per Iasonem
in d.l.fi.penul.col. Quare fuit cōclusum in causa no
tarij Tesei Pisanelli obligati ad certum debitum sol-
uendum Guidoni Magaloti penes acta sacri Consilij,
quòd cōtra eum fiat executio dictæ obligationis præ-
stita cautione &c.deinde audiatur super allegata nul-
litate dictæ obligationis.

DECISIO CCCLXXXVIII.

De molendinis & prohibitione ducēdæ aquę è flumine in riuum nouum.

SVMMARIVM.

1 *Ædificare in suo nulli prohibitum, nisi obstet priuilegium aut consuetudo.*
2 *Seruitus,quæ solo tempore non acquiritur,quæ sit.*
3 *Præscriptio iuris prohibendi contra vnum cæteris quando præiudicet.nu.5.*
4 *Consuetudo continuandi non inducitur, etiam si quadragenaria fuerit itio ad molendinum.*
6 *Titulus in præscriptione iuriū incorporaliū requisitus.10*
7 *Vniuersale ex particulari fieri non potest.*
Consuetudo frequentiam requirit.
8 *Fides mala post triginta annos, allegari non potest in præscriptione.*
9 *Prohibitio violenta non producit ius prohibendi.*
Possessio recens bonam fidem non causat.
11 *Aqua in nouum molendinum supernum duci quando possit prohibitione non obstante molendini inferius.*
12 *Molendina minus lucrum facere propter nouum constructum,non in consideratione tanquam interesse.*
13 *Flumina Regni sunt Regis.*
14 *Flumen licet perenne priuatum esse potest.*


Enerabile monasterium sanctæ Mariæ re
galis vallis prope Scafatū habuit ab anti-
quo duo castra, vnum quod vocatur Sca-
fatum,& aliud vocatur sanctus Petrus:&
ista castra habēt ampla territoria, quæ cōfinant cum
flumine Scafati,& dictū flumē perenne fuit dicti mo-
nasterij.Euenit,quòd castrū Scafati fuit cōcessum au-
thoritate Apostolica Ill.quondā duci Amalfiæ de do-
mo de Piccolominibus nepotis papæ Pij secundi sub
annuo canone cum dicto flumine ac iuribus & perti-
nētiis suis omnibus. Et similiter dictū castrū sancti Pe
tri fuit concessum similiter authoritate Apostolica
prædecessoribus dominis dicti castri,quod in præsen-
tiarū tenetur & possidetur per comitem Alifij sub an-
nuo canone,similiter cum iuribus & pertinentiis suis
iuxta bona dicti monasterij, quæ sunt iuxta dictū flu-
mē,& alios cōfines. In præsentiarū comes Alifij ha-
buit certū territoriū prope dictū flumē, & ibidē con-
struxit certū riuū,vt inde à dicto flumine possit duce-
re aquā in dicto castro sancti Petri ad faciēdū ibi vnū
molendinū. Pro parte hæredis dicti Illustriss.ducis
Amalfiæ & vtilis domini Scafati obtinetur prouisio
à Sacro Cōsilio cōtra dictū comitē,vt nullo modo du
cat aquā per dictū riuū nouiter factū,donec aliter au-
ditis partibus fuerit prouisum,ex quo prætenditur di-
cto duci ius esse prohibēdi,& existere in quasi posses-
sione prohibēdi,& eius prohibitioni paritū fuit. Itē,
quia si fieret dictū molendinū ex parte superiori per
d.comitē,faceret interesse seu præiudiciū inferioribus
molēdinis,d.ducis.Quæritur modò de duobus. †Et 1
primò,vtrum sit verū,quod dictus illustris dux dominus
Scafati habeat ius prohibēdi,quòd nullus possit in di-
cto flumine facere molendinū vel statim sit in posses-
sione prohibēdi taliter,vt volens dictus comes facere
dictum molendinū debeat de iure acquiescere dictæ
prohibitioni.Et in primis præsupponitur id quod di-
cunt Inno.& Hostiē.in c.significasti. de appellatio. quod
in meo solo possum liberè edificare non obstāte pro-
hibitione,per l.altius.C.de serui. & l.fi.ff.eo.tit. & l.fi.
§.penul.ff.quod vi aut clā.nisi ex priuilegio vel cōsue-
tudine habeat hoc ius prohibendi,ne alius ædificet in
suo.& dicit Hostiē.secundū Io.And.ibi,quod hoc idē oc-
currit in furnis & molendinis.qui subdit,quod si †res vel 2
personæ sunt liberæ, talis seruitus nō acquiritur solo
tēpore,quò ad hoc,vt alius prohiberi possit:quia non
obstāte cuiuscūq; prohibitione,posset in eo edificare,
vt in iuribus præallegatis.Et licet is,qui asserit hoc si-
bi ex lōgo tēpore cōpetere,prohiberi nō possit vti suo
vsu.ff.si serui.vē l.si quis diuturno. ff.de aqua quoti. &
æsti.l.hoc iure.§.ductus.& ff.de aqua plu.arcē.l.in sum
ma. §.idē Labeo. nisi probet hāc seruitutē sibi deberi.
vel ex pacto cū prædecessoribus habito, vel quia fuit
aliàs prohibitus,& occasione iuris eiusdē acquieuit,&
posteà cōpleta fuit præscriptio,& subdit, licet quæsitū
sit prohibendi cōtra vnā personā,†hoc nō præiudicat 3
aliis.ar.de præscri.c.auditis.& de offi.ordi. c.dilectus.
ad finē.& ff.si si serui.ven.l.loci corpus.§.cōpetit. nisi
seruitus sit indiuisibilis,tunc non posset pro parte ac-
quiri,& pro parte non: licet quandoq; ad certā partē
fundi restringatur.ff.de serui.l.v.§.j.& l.sequen. Inde
notāter dicit Abb.Sic.in c.ex parte Astensis.de cōcess.
præben.quòd licet in ecclesia solitū est esse viginti in-
stituti,non tamen ex hoc inducatur cōsuetudo restrin
gens libertatem habentis instituere: quia actus meræ
facul

facultatis nō inducit cōsuetudinem potestatis liberæ
reiteratiuá, dicés; quòd si per xl. ann. consueui venire ad
4 molendinū, †tunc nō inducitur cōsuetudo, vt teneat
cōtinuare &c. ad hoc accedát omnia illa, quæ allegat
Lucas de Penna, quasi per duas col. in l. j. C. vt rusti. ad
nullū obse. deuocē. lib. xj. Idē firmat Abb. Sic. in c. ab-
bate sancti Siluani. in ij. col. de verb. signi. & Cy. in l. ij.
C. quę sit lon. cōsue. Accedát ad hoc ea, quæ Bal. scri-
bit in l. itē lapilli. in iij. q. ff. de rerū diui. & Bart. Vero.
iu trac. de serui. c. d. in rub. de furno. & Iason in repe. l.
quominus. in ij. char. post Bar. ff. de fluminibus. & Bal.
in l. si quis ex argētariis. §. si initiū tabularū. ff. de edēd.
& And. de Iser. quæ sint regalia. in verbo, flumina na-
uigabilia. in princ. ibi nisi deberē tibi seruitutē &c. &
5 Pileus in disp. suis char. mihi 52. xj. q. †Hoc præmis-
so dico, quòd ex quo nō apparet quòd dux Amalfiæ vt
vtilis domini Scafati habeat priuilegiū, vt nullus ali⁹
posset facere molēdinū in dicto flumine, nec præscri-
psit cum titulo & bona fide ius prohibendi, vt nullus
alius in dicto flumine faceret molēdinū: & prohibiti
acquieuerunt prohibitioni, ita q̄ possit dicere se prę-
scripsisse ius prohibēdi, ne alius faceret molendinum
6 data scientia & patientia aduersarij: †quia in ista præ-
scriptione iuriū incorporaliū requiritur titulus: vt in
c. si diligenti. & ibi per doct. de præscriptionibus, ma-
ximè, quádo præsumptio est cōtra præscribētē, prout
est in casu, de quo agitur, cū quælibet res præsumatur
libera, vt supra dictū est, & quádo præscribitur contra
libertatē, vt dicūt doct. in d. c. si diligēti. post gl. & no.
in c. j. de pręscrip. lib. vj. & gl. in l. fi. in verbo, credit. ff.
quēad. serui. amit. & Bar. in l. si ædes. in prin. ff. de serui.
vrba. prædi. nec potest dici, quòd dux Amalfiæ habet
ex cōsuetudine prohibēdi, quia est actus vnius perso-
7 nę, per quē nō inducitur cōsuetudo: †quia ex vno par
ticulari nunquá fit vnū vniuersale, secundū Bal. notá-
ter iu l. de quibus. viij. col. ff. de legibus. Itē quia con-
suetudo requirit frequentiá: vt in l. j. C. quæ sit lon. cō-
sue. & C. de ædi. priua. l. an in totū. secundū Bal. ibi. Et
Albe. de Rosa. in l. ij. C. quæ sit lon. consue. & sic cū di-
ctus dominus Scafati nō habeat ius prohibēdi, neque
ex priuilegio, neq; ex possessione táti tēporis, per quá
cōstituatur constitutū, neq; habet præscriptionē titu-
latá cū bona fide, sequitur concludendū, quòd sibi nō
cōpetit ius prohibēdi dictū riuū factū in prædio dicti
comitis Alifij. & per cōsequens nec ius prohibēdi, vt
nō possit capere aquá à flumine prædicto dicti mona-
8 sterij. †Nec ob. q̄ mala fides ducis Amalfiæ in prohi
bēdo post xxx. an. nō potest allegari cōtra eū, vt dicit
gl. & Bar. in l. fi. C. vnde vi. & no. Abb. in d. c. si diligēti.
& Iason. in l. clàm possidere. §. qui ad nundinas. & ibi
alleg. concor. ff. de acquirēda possess. quia illa prohibi-
tio fuit facta violēter post mortē Regis Alfonsi primi
superueniētē guerra inter ducē Ioannē de Andegauia,
& Regē Ferdinádū primū. quondá Bartholemęo Tho
macello, qui pauco tēpore possedit castrū sancti Petri
& posteà peruenit in posse domini Pascalij patris præ
9 sentis comitis. & sic prohibitio violēta non producit
ius prohibēdi per not. in l. j. C. de serui. & aqua. Item
post paucos dies per do. Pascaliū fuit ædificatū aliud
molendinum absque aliqua prohibitione: & sic iure
permittente factū fuit molendinū cum cursu aquę in
suo: & sic non potest dici, quòd illa possessio fuit xxx.
anno. ex quo possessio inter tempus quondá Barthole-
mæi & tempus domini Pascalij fuit recens, quæ non
causat bonam fidem, vt dicit Abb. in d. c. si diligenti.
iiij. col. quando & essent xxx. anni decursi, debet alle-
gari titulus in istis incorporalibus: †licet titulus non 10
debet probari secundū Abb. ibi. at nunquá dictus dux
allegauit priuilegiū iuris prohibendi, nec titulū, ideò
non præscripsit dictum ius prohibēdi, & in hoc voto.
fuit totum Consilium. Secūdò, verū molendinum,
quod prætenditur construi per comitē Alifij in terra
sancti Petri, ad quod vult ducere aquá à dicto flumine
per dictum riuum, faciat præiudiciū siue interesse mo
lendinis de Scafato existentibus iu parte inferiori di-
cti fluminis. Super hoc dubio dictū fuit, quòd Bar.
in d. l. quominus in v. q. dicit †quòd si aqua ducitur ad 11
vsum, quæ sufficit superiori & inferiori molendino,
tunc vterque potest ducere aquá: & ita dicit fuisse iu-
dicatū Bononiæ inter fratres Prædicatores & Mino-
res. & idē dixit in l. in cōcedendo. ff de aqua plu. arcē.
& est text. & ibi Alb. de Rosa. & Ang in l. ij. §. si aquæ-
ductus. ff. de serui rusti. prædiorum. no. Bal. & alij in l.
aquá. C. de serui. & aqua. & idem Bal. in c. cū olim. de
cōsue. & in l. cum plures. j. col. C. de condi. infer. & fir-
mat Alex. in iiij. vol. cons. xxij. iu fi. quod incipit, con-
sideratis verbis statuti. & Lucas de Penna in l. vsuræ.
C. de aqueductu, lib. xj. & habetur in l. Proculus. ff. de
dáno infec. patet ergo, quòd si molendinū cōstruitur
superius, & faciet præiudicium molendino inferiori,
tunc potest prohibere ille qui habet molendinū infe-
rius. hoc expressè vult Bal. in rubri. ff. de rerū diui. iij.
col. & Alex. de Imo. in ij. vol. consi. clxxiij. opportunè
consideratis sententiis &c. †Et in veritate nullum in- 12
teresse potest pati domi. Scafati propter cursum aquæ
ex flumine per dictum riuum, ex quò aqua reuertitur
ad flumen antequá deueniatur ad molendina Scafati:
nisi solùm quòd minus lucrarētur molēdina Scafati:
quod interesse non est in cōsideratione, secūdùm Bar.
in d. l. quominus. in ij. q. & faciunt not. in l. per agrum.
C. de serui, & gl. & Doc. in l. j. §. sicut autem. ff. de aqua
plu. arc. & firmat Alex. in ij. vol. consi. cxciij. inci. con-
sideratis verbis instrumēti. in ij. col. per l. ij. & l. quæ-
ro. ff. de iure pa. & Bal. in d. l. si manifestè. C. de ser. bo-
nus est tex. in c. nimis. de excessi. pręlatorū. Præterea
ego dicebá istud flumen Scafati aut est publicum, aut
est priuatum dicti monasterij: si est publicum, id est,
domini Regis, † quia omnia flumina in Regno sunt 13
Regis. vt in c. j. in verbo, flumina. quæ sint regalia, &
tūc quia Rex cōcedit castrū sancti Petri cū aquis &c.
certè poterit dominus sancti Petri capere aquam à d.
flumine vigore Regię cōcessionis: & hoc non est. quia
dictum flumen est monasterij à tanto tēpore, in cuius
initij in contrarium memoria hominum non existit.
Aut dicimus in veritate, quòd dictum flumen est, pri-
uatum dicti monsterij, licet sit perenne: †& tunc solū 14
ille priuatus, in cuius solo ædificatur molēdinum vel
cursus aquæ, vel riuus posset prohibere, nō autem ter-
tius: vt dicit Bar. in d. l. quominus. in j. q. & in l. loci cor
pus. §. cōpetit. ff. si serui. ven. & sic Illu. dux. modernus
non potest prohibere, quòd non ducat aquam per ri-
uum iuxta flumen in loco sancti Petri, vbi vult facere
molendinum. & firmat hoc Alexan. in ij. vol. consilio
præallegato cxciij. quod incipit, consideratis verbis.
in j. col. circa finē. Et quoniá iu præsenti processu fuit
præsentata petitio pro parte commēdatarij dicti mo-
nasterij opponentis se, quòd non consentit, quòd ca-
piatur aqua à dicto flumine, vt currat per dictū riuum,
nouiter

nouiter factum.fuit pari voto votatum & iudicatum,
quòd præfato duci Amalfiæ nõ licet prohibitionem
prædictam facere,& sic dictus comes dominus sancti
Petri potest ducere aquam à flumine prædicto per di-
ctum riuum ad suum molẽdinum saluo iure dicti mo-
nisterij:ita quòd eo contradicente non est sibi licitũ,
licet impropriè dictum flumen posit dici priuatum,
ex quo est perenne,& sic non potest dici priuatum:sed
voco priuatũ,quia est monasterij.

DECISIO CCCLXXXIX.

De conuentione conditionali causatius pariente obligationem.

SVMMARIVM.

1 *Pactum nudum an pariat actionem,& quando.2.*
2 *Fides habet vim iuramenti.*
3 *Conditio etiam impropria in pacto apposita habetur pro forma,*
4 *Conuentio conditionalis tenet.*

SVper dubio tangẽte dominum Marinum
medicum & Bactimũ Taurellam proposi-
to in Cõsilio. Si conuentũ est inter partes
ipsas data fide,quòd si dictus dominus Ma
rinus ostenderit quoddam instrumentũ factum inter
ipsum Bactimum ex vna , & eius sororem & nepotes,
quòd ipse Bactimus soluet dicto domino Marino cer
tam quantitatẽ lini:& si non ostenderit ipse dominus
Marinus soluat dicta Bactimo certã pecuniæ quanti-
tatẽ. An talis cõuentio valeat. †Dubium facit,quia
1 non interuenit stipulatio,sed dicta conuentio est sim-
plex pactum nudum, ex quo non oritur actio : vt in l.
legem.C.de pactis, cum concor. nec est causa in dicta
conuentione:& ideo præsumitur erronea:vt declarat
Bar.in l.iiij.§.fin.ff.si quis cautio. In contrariũ fuit
determinatum per sacrũ Consilium,quòd dicta con-
uentio data fide sit valida. Nec ob.quòd sit pactum
2 nudum: †quia propter fidem datam , quæ fides habet
vim iuramenti:vt not.in c.pen.de iureiur.& ex pacto
nudo cum iuramento oritur actio , vt dicunt doct.in
l.iurisgẽtium.§.quinimo.ff.de pact.& Sali. in d.l.legẽ.
Nec ob. quòd non sit causa in dicta conuentione:
quia cõditio illa si demõstrauero dictũ instrumentũ,
habetur pro causa,per tex.in l.à Titio.ff.de verb.obli.
& per tex.in l.cũ ad pręsens.ff. si cert.pet.per quę iura
3 dicunt Pau.de Ca.& Alex.in l.à Titio.†quòd etiam si
conditio sit impropria,puta de præsenti vel de pręte-
rito,illa conditio habetur pro causa: & dicunt , quòd
valet conuentio,si morietur Imperator hoc anno,da-
bis x.& si non morietur,dabo tibi centum,& dicit ita
fuisse iudicatũ Florentiæ.& dicit ibi Alex. quòd bene
fuit iudicatum.Et ad hoc allegat Host.in c.gemma.de
4 sponsa.ꝙ valebit ista cõuentio, †si fiat matrimonium
inter tales,dabis x.& si nõ,dabo tibi centũ.hinc dicit,
ꝙ valet illa promissio,videlicet promitto tibi decẽ si
nauis mea mercãtiis onerata salua ad talẽ locũ appli-
cauerit,& si nõ applicauerit salua : tu promittis mihi
valorẽ mearũ mercãtiarũ,per tex.in l.in naue Saufeli.
ff.locari.& refert ibi canonistas hoc tenere, vt ibi per
eum.& idem in effectu firmat Paul.de Cast.in l.si quis
cùm debitorẽ.ff.de iureiur.vbi valet conuentio,si die
sequenti pluet,dabis x.quia illa cõditio habetur pro
causa. & idem firmat noster Paris de Puteo in tracta-
tu de ludo,in 3.char.in fin.sui syndicatus. Et sic per
consiliũ ostenso instrumento prædicto per dom.Ma-
rinum dicto Bactimo fuit cõdemnatus per totũ Con-
silium ad soluendum dictam quantitatem petitam.

DECISIO CCCXC.

De beneficio restitutionis in integrũ competente prælato successori, aduersus hæredem prædecessoris, nomine ecclesiæ.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia quando restituenda.nu.3.& 6.*
2 *Minor ex alterius delicto ad lucrum non restituitur.*
Ecclesia minori comparatur.
4 *Beneficium restitutionis successori in prælatura contra hæredem laicum prædecessoris,an concedatur.nu.7.*
Ecclesia aduersus temporis lapsum restituenda.
5 *Lucrũ ex prædecessoris spolijs successor capere nõ dicitur.*

SVccessor † in prælatura agit contra hære- 1
des laicos pręlati defuncti:quòd furto sub-
traxit bona mobilia prædecessoris , quæ
spectant ad dictã ecclesiã,& dato termino
ad probandum,& publicato processu pro parte præ-
lati petitur nomine ecclesię primum beneficium.pro
parte illius laici cõuenti,dicitur,quòd non debet dari
beneficiũ:†quia ex delicto alterius ad lucrũ non resti-
tuitur minor,vt not.in l.auxiliũ.ff.de mino.& l.si pul- 2
chri.ff.de sepul.viola.no.And.in consti.Regni,obscu-
ritatẽ.in prin.& idẽ dicit in absente causa reipub.al-
leg.l.sciẽdũ.ff.ex quib.cau.maio.ergo idẽ in ecclesia,
quæ minori cõparatur:vt dicit Bart.in l.pupillorũ. in
prin.ff.de rebus eorũ.c.j.& c.auditis. de resti.in integ.
C.ex quibus cau.ma.l.Respublica. Itẽ.dicit Io.And.
in c.corã.de in integ.resti.super verbo,indulgendum.
†quòd ecclesia nõ restituitur super exceptionibus de- 3
clinatoriis, nec super exceptionibus nõ inductis in fa
uorẽ petẽtis,sed in odiũ aduersarij,& ideò super crimi
ne suggestionis falsi non restituitur, secundũ eum ibi.
Item,quia ecclesia ad opponendũ crimina & dete
ctus elapso termino nõ restituitur,vt dicit Spe. in tit.
de restit.in integ.§.si quis autẽ.versi.sed pone ecclesia.
& tenet Cõpost.in c.sicut de elec.& doc.in cle.j.de re-
stim.in integ.per not.in d.l.auxiliũ. Itẽ ecclesia nũ-
quam restituitur ad lucrũ cũ iniuria alterius,secundũ
Bal.in l.pupillorũ.C.de repudiã.hære.circa fi. ergo cũ 4
successor quærat de lucro cum iniuria conuenti & te-
statoris,non debet sibi cõcedi dictum beneficiũ. In
contrariũ dicitur,quòd ecclesia debet restitui aduer-
sus tẽporis lapsum , per text.in Cle.j.de resti.in integ.
quæ generaliter loquitur.& dicit Io.And.in d.c.corã.
quòd oportet,quòd petẽs restitutionẽ aliquid admit-
tat, vel nõ acquirat,quod acquirere possit. Itẽ sicut
minor restituitur in emergẽtibus: vbi quidẽ aduersus
delictũ suũ nõ restituitur:vt in l.si ex causa.§.nunc vi-
dendũ.ff.de mino.Ita ecclesia in emergentibus debet
restitui.Itẽ ecclesia aduersus suã contumaciã restitui-
tur infra quadrienniũ propter iustũ impedimentũ:vt
dicit Archi.lxxxvij.dist.c.in religiosum. †Itẽ eo ipso 5
quòd omisit necessariã probationẽ , probat ex hoc se
lęsam:vt in c.auditis.in fi.& c.suscitata.& c.coram.de
resti.in integ.& dicit Archi.vbi suprà,quòd ita seruat
Curia. Nec ob.in cõtrariũ allegata:quia nõ dicitur
prælatus successor capere lucrum ex spoliis : imò non
habẽdo spolia prædicta dicitur esse in damno, ex quo
bona ipsa processerunt de fructibus ecclesiæ , & ideò
pertinent

pertinét ad ecclesiã,& sic successoré nomine ecclesię, vt habetur in c.fi.de pecu.cleri.& in c.præsenti.de offic.ord.lib vj.& plené per do. Nicolaum de Vbaldis,
6 tract.de successi.ab intest.in vltima parte. † Itẽ fatendum est,ꝙ minor & ecclesia non restituitur ad opponendũ crimina cõtra suũ aduersarium: vt dicit Compost.in c.quod sicut.de elect.& not.gl.in Cle.non potest.de procu.& no.Ant.de But.in c.licet. de accus. & Bal.in l.fi.C.in quib.cau.in integ.resti.nõ est neces. & Bal.in d.l.auxilium. Item fatendũ est,ꝙ ecclesia non restituitur super exceptione dilatoria vel declinatoria,quæ nõ concernit merita causæ,secundũ Inn.in d. c.corã.& Fely.in c.fraternitatis.v.col.de testi.licet Io. And.ibi in nouella totũ hoc remittat iudicis arbitrio si modicè læditur,nõ cõcedit restitutionẽ, per l. scio. ff.de in integ.rest.sed si læderetur propter hoc in lite
7 concederet restitutionem. † Quare fuit votatũ,ꝙ in casu prædicto cõpetit dicto prælato nomine ecclesiæ beneficium restitutionis in integrum:quia non datur ad opponendum crimina & defectum vel ad lucrum in iniuriam alterius: sed potius ad euitandum damnum & læsionem ecclesiæ.

DECISIO CCCXCI.

De quæstionibus & tormentis, & de processu aduersus criminosos non seruato iuris ordine.

SVMMARIVM.

1 *Tortura an possit inculpato infligi ex processu informatiuo.* 8.10.11.
2 *Defensio cuius iuris sit.*
Princeps naturalia tollere an possit.
3 *Defensionem auferre iuri naturali,repugnat etiam criminosis.*
4 *Princeps est supra ius positiuum,non supra naturale.*
5 *Informationes secretæ non probant.*
6 *Stylus potest derogare solennitatis defensionis quæ seruanda est.*
Princeps ex causa citationem omittere potest.
Iniustum toleratur ex causa in principe.
7 *Capitalis causa per iudices iustissimè examinanda.*
8 *Iurisdictio omnis à Deo est.*
9 *Defensionibus renunciari non potest.*
10 *Leges transgredi licet propter criminis atrocitatem.*

Fuit dubitatum in Consilio præsentibus iudicibus magnæ curiæ Vicariæ,
1 † vtrum illa præeminentia magnæ curiæ de torquendo inculpatũ de crimine capitali ex indiciis habitis ex processu informatiuo possit indistinctè dicta magna curia cõtra quẽcunq; inculpatũ de crimine capitali vti tortura ex indiciis habitis ex processu informatiuo nõ data copia defensionis præterquã contra Neapolitanos,qui habẽt priuilegiũ à catholica maiestate,ꝙ contra eos non vtatur dicta præeminentia,sed procedatur secundũ iura & constitutiones Regni.Hoc dubiũ incidit in illã quęstionem tactam per And.in consti.Regni hi qui in primo lib. videlicet an princeps possit statuere , vt nõ detur reo defensionis copia.vbi concludit,ꝙ nõ:† quia defensio
2 est de iure naturali.l.vt vim.ff.de iusti.& iu.l.j.§. cùm arietes.ff.si quadru.pau.fecis.dicatur . naturalia enim princeps tollere non potest:vt Insti.de iure naturali. §.fi.& patet in dist.quæ ponitur in l.j.C. si contra ius vel vti.pub.& idem dicit ipse And.in c.j.in verbo, bona cõmittentium crimen læsæ maie.quæ sint rega.in de dicit gl.in Cle.sæpe.in verbo, defensiones.de verb. sign.ꝙ prætextu liberi arbitrij,non potest tolli defensio,& ibi hoc declarat do.Georgius in sua repetit.dict. Clem.impressa.& patet in Cle.pastoralis.§.pen.de re iudi.& no.Bar.in l.filiusfa.ff.de don.& in l. milites. ff.de re milit.& ad reprimendam.in verbo, figura. & Ant.de But.& Ioan.de Imo.in c.j.de consti. † Item,
quia nulli criminoso debet tolli defensio:vt in c.cum super.de except.quia est de iure naturali,quę per principẽ tolli nõ potest,per tex.in dicta Cle.pastoralis.est enim tollere defensionẽ,si ex iudiciis habitis per processum informatiuum quis possit torqueri,ex quo ante torturã non fuit auditus in iuribus suis:vt bene hoc 3
firmat Abb.Sic.in c.dilecti filij.de exceptionibus:† nã & in summariis causis non potest tolli defensio:vt nota.in d.Cle.sæpe.Bene fatendũ est,secundũ eum, ibi, exceptiones cõpetentes sibi de iure ciuili,istæ non sunt tolli per principem,& per stylum curiarum,nã princeps ciuiles defensiones potest tollere , cum ipsum ius positiuum sine causa tollere possit,sicut possit condere:vt bene hoc not. Alex.in l.sicut iniquum.§.si is pro quo.ff.quod quisque iur.per c.j.de consti.habetur in c. proposuit.de concess.præben. Dicebant iudices magnæ curiæ Vicariæ,ꝙ licet sit de iure, quòd testes examinati parte nõ citata nõ probent, maximè in causa criminali,vbi tractatur de maiori præiudicio, quàm de causa ciuili:vt in l. si quando. C. de testi. & in c. ij. 4
cod.tit.& not. Bar.in l.fi.ff.de quæst.† tamen ex quo stylus est in magna curia,quando iudices volunt procedere ad torturam ex testibus ad informationẽ examinatis absque partis citatione possunt: & iste stylus debet obseruari:quia ita dicebat Alex.in ij.vol. consi. xlj.[a] incipiente,habita super contentis.vltim.col.vbi 5
etiam dicit, ꝙ stylus seu consuetudo potest derogare solennitati citationis:vt dicunt Bar.& Sal.in auth. si quis in aliquo.C.de eden.nam causa subsistente princeps potest omittere citationem.vt est gl.not.in l. antepe.ff.ex quib.maior.& no.Bal.in l.cessante. C. quomodo & quan.iud.& in l.nec causas.C.de appel. vnde eũ retro Reges cõcesserunt iudicibus, vt suo arbitrio possent ex processu informatiuo omissa solennitate citationis contra facinorosos & diffamatos de criminibus,procedere,hoc factum fuit ex causa,vt homines facinorosi de eorũ debitis occultis puniantur.† vnde a
tollere citationem non est de iure naturali propter se,sed propter defensionẽ: vt dicit Bal.in l. executorẽ xiij.col.C.de execu.rei iu.in vers.modò facio quendã volatũ.&ex causa toleratur in principe iniustum : vt dicit Cy.in l.rescripta.C.de preci.Imper.offe.& doct. in c.quæ in ecclesiarũ.de constit.& Ant.de Butr. in c. eũ inter.de renun.& in c.constitutus.de relig.do. & Bal.in l.testamentum.C.de testa.& hoc pluries.dixit Alex.in suis consiliis. Ego dicebã,quòd omnia ista allegata per iudices possunt procedere , vbi non tractatur de vita hominis.† Sed vbi tractatur de vita ho 6
minis,quem Deus creauit,ad ipsum spectat,quando vult homines mori:quia dicit Hermogenes Philosophus,vt refert Aristoteles in lib.de Regimine principum.in c.de regis iustitia, quòd quando creatura interficit creaturam,omnes virtutes cœlorum clamant ad diuinam maiestatem dicentes,domine domine seruus tuus vult esse tibi similis.& Deus respondet , ipse 7

interfecit, interficeretur, mihi vindictam, & ego retribuam, quando enim iudex ritè & rectè hominem condēnat ad mortē, hoc facit, quia est minister Dei.
8 † Ex quo omnis iurisdictio à Deo est mediatè vel immediatè: vt dicit Hostan c.j.§.hæc sancta.de summa trinit.& Arch.xj.q.iij.c.an est.& Inn.in c.quod super his.de voto & vo.redemp.& Ant.de But.in c.licet ex suscepto.de foro compet.& Abb.Sic.in consi.lxxxij. incip.conditor omniū.& ego dixi anno præterito, in rubr.ff.de iurisd.om.ind.vnde si inquereretur inculpatus de homicidio capitali præcedentibus indiciis habitis en non citato, nec data copia defensionis propter dictam obseruantiam, hoc non reperitur iure cautū, quòd sit iure factū: sed potius contrarium, per id quod dicit
9 Bal.in d.§.si is pro quo. Quòd illud, quod dicitur, † quòd princeps potest tollere defensionē, intelligitur in causa ciuili vel pecuniaria, secus in causa criminali vel causa status, alleg.do.Clement. pastoralis. Hinc dicimus, quòd in criminali nō potest renuntiari defensionibus, quę sapiūt innocentiā.l.j.§.si quis vltro.ff.de quæstio.Bal.in c.j.de proba. Bene tamē princeps in causa criminali potest tollere exceptionem seu defensionem, quæ non excludit crimen, vt est exceptio lenocinij: vt in l.quoniam Alexandrum.& ibi per Bal.C. de adult.& de ista limi.fuit memor Feli.in c.cū olim. vlt.col.de re iudic.& sic defensionem naturalem prin-
10 ceps tollere non potest, secundum eum ibi. † Fuit ergo dictum & conclusum tam per iudices magnę curiæ, quàm per sacrum Consilium, quòd contra latrones insignes, derobantes stratarum, incendiarios, violentos raptores, & committentes grauia crimina, contra quos laborat infamia, contra istos procedi potest iuris ordine non seruato, & sic ex processu informatiuo ad torturam: quia propter terribiles casus licet iustas leges transgredi, secundùm Inn.in c.j.de constitut.& Bal.in l.obseruare.§.proficisci.xj.quæst.ff.de offi.proconsulis.& in l.j.C.de preci.Imper.offe.& in l.& si seuerint.iij.col.C.ex quib.cau.infam.irro. cum similib.

Et ad hoc accedat prouisio Regis Caroli secundi, quæ incipit, de iuris censura prouidè &c. charta mihi lv. quæ vult, quòd contra prædictos proceditur iuris
11 ordine non seruato. † Sed si inquiritur contra vasallum Regis bonæ famę de aliquo delicto non notorio, tunc non est iustum, quòd procedatur ad torturam ex processu informatiuo, quia esset tollere defensionem, quod iura abhorrent: vt s.& ita postea vidi seruatum.

ADDITIO.

Vide Hippolytum in l.j.col.ij.in fi.ff.de quæstio.
a *Consil.xlj.* Idem Alex.consil.lxv.j.volumine.

DECISIO CCCXCII.

De priuilegio per principem concesso priuato & suis hæredibus super ædificatione publicam vtilitatem cernente, quod in singularem successorem non transit ad reędificandum ædificio semel collapso, & alteri per successorem concesso.

SVMMARIVM.

1 *Laterna in maritimis locis construenda concessio pro se suisque in posterum successoribus an transeat in singularem successorem ædificio semel destructo.* 7.
2 *Belli Neapolitani per Regem Francorum Carolum viij. gesti narratio.*
3 *Neapolis per Federicum deserta exercitu Ludouici xij. adueniente.*
4 *Galli è Neapoli, astu fugati.*
5 *Prosequi cogitur, qui semel voluit.*
Remissio semel facta, non tollenda.
6 *Perpetuum fit, quod princeps donat.*
Donationes Regum non capiunt diminutionem.
7 *Cautum de modo implendo, cauere debet de modo implendo.*
8 *Actum quando non sufficiat semel adimplevisse.*
9 *Fauor publicus vltra primum actū concessum trahitur.*
Rex an possit in concessionibus dolum committere.
10 *Priuilegiū vltrò citròque obligatoriū, an semper transeat in contractum, qui non potest reuocari.*
11 *Antecedens velle cogitur, qui consequens apprehendit.*
12 *Fundamenta vetera antiquam domum faciunt, etiam si super ipsis noua construatur.*
Eccle. sia collapsa reparata, dicitur eadem ecclesia.
Domus ex quibus constet.
13 *Tectum inest in superficie.*
Solennitas in actu faciendo requisita respicit etiam actum resi. iendi.
14 *Reficere quid sit.*
Episcopi consensus in reparatione monasterij non requisitus.
15 *Offi. io finito obligatio inchoata prætextu offi. ij finitur.*
16 *Successor an, & quando prædecessoris priuilegium gratia rumpere possit.*
Constitutio etiam prohibitoria sola voluntate facta, sola voluntate reuocatur.
17 *Princeps an & in quibus casibus possit reuocare concessionem de statutis condendis populo d. tam.*
18 *Feudum semel concessum, an & quando possit alteri per dominum concedi.*
19 *Possessio, qua sine titulo non possidetur, extincto euanescit tit.*
Antecessor non debet successori præiudicium ferre.
Dominus propria authoritate quando vasallum spoliet.
20 *Concessio facta rei alteri per dominum collata agnato, precludit vias ad petendam confirmationem.*
21 *Finalis causa forma magis attenditur, quam præcisa causa.*
22 *Filius naturalis tantum qualiter patri succedat.*
23 *Legitimatus an includatur in dispositione principis de hæredibus mentionem faciens, & quid de adoptiuo.* 24.
25 *Ludouicus xij. vocatur à Matthæo successor in medietate Regni, & in ciuitate Neapolis.*
26 *Gratia ob vtilitatem publicam facta in tempore successoris non transit.*
Priuilegium prædecessoris in consummandis non operatur tempore successoris.
27 *Remedium redintegranda non competit amittenti possessionem iusta causa.*
28 *Ferdinandi victoria contra Gallos non præcogitata.*
29 *Regnum facta in manu Dei sunt.*

Rex Ferdinandus primus † cōcessit quondam Lucæbiā eiúsque hæredibus, & successoribus in posterū in mole magno ciuitatis Neapo. fanonē seu laternā, vt possit & valeat pro salute & securitate nauigantiū ædificare, & vult quòd tam dictus Lucas, quā eius hæredes & succes- 1
sores

fores posſit,& valeat ab omnibus vaſis maritimis de-
bitam ſolutionem recipere,quẽadmodũ in aliis locis
exigitur;vbi eſt dicta laterna,ſummodo veſtus expẽ-
ſis dictã laternã curetis gubernare, cõſeruare, & ma-
nutenere. Poſt hæc dictus Lucas ædificauit turrim
in mole prædicto,& ibi poſuit laternã vt luceret de
nocte nauigantibus venientibus ad portũ dictæ ciui-
tatis:& exegit dictũ ius laternæ à vaſallis maritimis,&
2 eo tenẽte & poſsidẽte,† superuenit Rex Carolus viij.
Francorũ in regno Siciliæ,& cepit Neapolim, & Rex
Ferdinandus ij.ſe abſentauit,& durante eius abſentia
dictus Lucas fecit donationẽ Cæſari ſuo filio naturali,
quem aſſeruit legitimatũ inter viuos de dicta laterna
& iuribus ſuis publico inſtrumẽto mediante:& dictus
Lucas receſsit cũ dicto Rege Carolo ad eius ſeruitia
in Franciã. Deinde reuerſus eſt Rex Ferdinãdus & re-
cuperauit Neapolim. Et gentes Regis Caroli,qui tene
bant Caſtrum nouũ ictibus bombardarũ deuaſtaue-
runt laternã & turrim, ita ꝙ nõ poteſt dici amplius
turris,neq; locus ad laternã,niſi iterũ conſtruatur,&
nunquã tẽpore Regis Ferdinandi ſecũdi,neq; tempo-
re Regis Federici dicta turris fuit ædificata, nec fuit
3 ibi laterna ſpatio annorũ vij. † Adueniente demum
exercitu Regis Ludouici Francorũ,Rex Federicus re-
ceſsit à ciuitate Neapo. in ciuitatẽ Iſclæ, quæ eſt tutiſ-
ſimus locus,& inexpugnabilis,& ſic exercitus Regis
Ludouici habuit poſſeſsionẽ ciuitatis Neapo. qua ha-
bita quidã Gallus nomine Io. impetrauit à Vicerege
Gallico,vt poſsit ædificare turrim in dicto mole ma-
gno.& tenere.& gubernare laternã, & ipſam manu-
tenere pro cõmoditate & ſalute nauigantiũ de nocte
cũ iure exigendi,quod ſolitũ eſt exigi,qua turri & la-
terna ædificata per dictum Gallũ,& eo exiſtẽte in poſ-
ſeſsione exigendi dictũ dirictũ illuſtriſsimus magnus
capitaneus pro parte catholicæ maieſtatis deuicto
4 exercitu Gallorũ habuit ciuitatẽ Neapolis,† & poſt
paucos dies in vigilia ſancti Ant. de Padua, habuitur
caſtrũ nouũ miro modo,& cõceſsit dictã turrim cum
onere tenendi & manumittendi dictã laternã & reci-
piendi dictũ dirictũ honorabili Benigno de Egidio,
& eo tenente & poſsidente dictus Cæſar agit poſſeſſo-
rio recuperandæ poſſeſsionis contra dictũ Benignũ.

Dubitatur vtrũ dicto Cæſari cõpetat remediũ poſ-
ſeſſoriũ recuperandæ cõtra dictũ Benignũ,qui nõ ſpo-
liauit,ſed ſupradicto modo ad eum poſſeſsio peruenit
vigore conſtit. Regni,quę incipit. circa violentiarum.
ibi,per quaſcunq; manus poſſeſsio ambulauerit &c.
per quã corrigitur l. cũ à reſt. ff. de vi & vi ar. & cõcor-
dãt c. ſæpe. c. de reſt. ſpo. vel venlat rationabiliter abſol
uendus. Iſtud dubium eſt multũ prægnans, nã habet
iſta dubia. Et primò,vtrũ ſemel deſtructa turri cũ
fano duret cõceſsio facta per Regem Ferdinandũ pri-
mũ dicto Lucæ & eius hęredibus. Secundò,vtrũ ſtãte
dicta deſtructione,iſtud priuilegium liget ſucceſſorẽ
ad eius obſeruantiã. Tertiò,vtrũ dictus Lucas potuit
donare dicto filio ſuo naturali,quẽ nominauit legiti-
matum & non apparet aliquid de ipſa legitimatione.

Quartò,vtrũ licuit Viceregi Gallorũ cõcedere di-
cto Ioanni Gallo vt poſsit dictam turrim ædificare &
manutenere laternam,& exigere dictũ dirictum, qua
ædificata ſi poteſt dicere Cæſar, ꝙ fuit ſpoliatus, &
vtrũ ſibi cõpetat aliquod remedium. Quintò,ſi cõ-
tra dictũ Benignũ,qui habuit dictã turrim ex conceſ-
ſione magni capitanei potuit intentari à dicto Cæſare
dictũ remediũ poſſeſſoriũ. Sextò & vltimò,quæ ra-
tio habenda ſit de allegata rebellione cõtra Regẽ Fer-
dinandum ſecundũ cõmiſſa per dictũ Lucã poſt dictã
donationẽ factã dicto Cæſari. Ad primũ dubiũ, vi-
detur ꝙ ædificio turris deuaſtato liceat reficere Lucæ
& ſucceſſoribus ſuis:† quia quod voluit ſemel, cogi- 5
tur proſequi. not. glo. in §. omnẽ. in verbo exercere. in
auth. de litigio. & ibi concord. & remiſsio ſemel facta
non debet tolli. xxiij. q. iiij. c. ſi is qui prælatus eſt. & fa
ciũt iura, ꝙ ea, quæ ſuccedũt in locũ alterius, tenent
primũ locũ: vt c. eccleſia. vt lite pendente, & ibi con-
cordãt gl. & ad hoc accedant omnia illa, quæ allegat
Io. And. in nouella in c. nõ poteſt. de præben. lib. vj. &
ſic dictus Cæſar deuaſtata turri cũ laterna modo præ-
dicto nõ amiſerat poſſeſsionẽ neque dominiũ, cũ po-
terat quandocunq; voluiſſet ea reficere. Pro hoc alle-
gatur Bar. in l. quominus. in xv. q. ff. de flumi. in quan-
tum dicit, ꝙ quando nobis cõpetit ius ducendi aquã
à flumine publico nauigabili,quod aliàs de iure nõ li-
ceret niſi ex priuilegio principis, tunc iſtud ius tranſit
in propriũ,& tũc perditur per nõ vſum ſpatio x. vel
xx. ann. & ſic durat. † Ita in propoſito, nõ eſt licitum 6
ædificare in mole prædicto, cũ ſit Regis, ſicut flumina
nauigabilia: vt in c. j. in verbo, flumina. quæ ſunt rega.
ſine authoritate Regia, vt probatur in l. ij. ff. de flumi.
& tenet Bal. in rubr. de rerum diuiſio. in v. col. verſic.
quæritur ergo. Sed ſi princeps concedit, eſt propriũ,
& durat in perpetuũ, quia donationes regum non re-
cipiunt diminutionẽ: vt in auth. conſtitutio, quæ de
dignita. §. illud. & not. in l. hac ſaluberrima. C. de agẽ.
in re. lib. xij. quæ iura ad hoc allegat Oldr. conſi. ccc.
incip. factum tale eſt magiſtro militiæ. nam poſtquã
quis eſt inductus in poſſeſsionẽ Regia authoritate in
dicta laterna, debet defendi, & manuteneri Regia au-
thoritate. arg. l. permiſceri. §. ſpecies. ff. de acquir. poſſ.
cum ſimilib. allegatis per Bal. in l. inter Caſtellianũ.
ff. de arbitris. inde dicit Bal. in l. Titio centũ. ff. de con-
di. & demonſt. † ꝙ omnis, qui cauet de modo implẽdo, 7
tenetur cauere de modo impleto in eſſe cõſeruan-
do, per illũ tex. & condemnatus ad tradendum ſi tra-
didit, tenetur ad rem traditam poſsideri patiendum,
ſecundùm Ang. in l. in numerationibus. ff. de ſolutio.

In contrariũ adducitur, ꝙ deſtructa turri, cum fa-
no, modo ſuprà dicto eſt extincta illa conceſsio Regis
Ferdinandi: quia illa intelligitur de prima ædificatio-
ne,& quantùm durat ipſa ædificatio:& non de ſecun-
da ædificatione. ad hoc faciunt quatuor leges, quas ad
hoc allegat gl. in d. c. non poteſt. de præbendis, lib. vj.
videlicet l. boues. §. hoc ſermone. ff. de verb. ſign. ff. de
leg. iij. l. fideicommiſſa. §. ſi quis decem. & ff. de cond. &
demon. l. hæc conditio & ad hoc faciunt omnes illę
fallentiæ, quas copioſè allegat Feli. in c. innouamus. de
treuga & pace. & illa quæ vltra eum dixi in c. j. de con
trouer. feudi apud pares termi. in v. char. & dicit Petr.
de Anch. in conſi. ccccv. incipiente tria dubia &c. † ꝙ 8
quando quis facit actum à principio voluntarium,
tunc ſufficit ſemel implementum eſſe factum. ſecus
quando ex cauſa neceſſitatis adimplet actum, tunc de-
bet remanere ſine damno, & ideò debet durare illa
gratia. & idem ſentit Dominicus in d. c. nõ poteſt. §. j.
vnde cum dictus Lucas voluntariè ſe ingeſsit peren-
do à Rege Ferdinando, vt poſsit facere dictum ædifi-
cium, pro fano, & recipere dictum dirictum, & hoc
non fecit ex neceſsitate, neq; pretio mediante, vel ali-

quibus seruitiis præstitis, sequitur de necessitate, quod si
semel fecit dictum ædificium, quod chasmate vel ictibus tormentorum est extinctū, non potest virtute dicti priuilegij reficere, secus si necessitate vel precio dictam concessionē habuisset, secundū doct. in d.c. non
potest. Nec obst. quod posset dici, quod ista concessio facta
9 Lucæ & eius hæredibus est fauorabilis, † quia respicit
bonum nauigantiū de nocte: & in actu fauorabili nó
intelligitur de prima cōstructione, sed de secunda &
tertia & vltrà: vt probat Felin. in d.c. innouamus. vers.
tertiò fallit. quia respectu ipsius concessionarij non
tangit bonum publicum, sed priuatū propter eius vtilitatem. Item, quia ista possunt procedere, quando
Rex Ferdinandus, qui concessit, aliquid fuisset lucratus à suscipiente dictā concessionē faciendi laternā,
vt §. puta aliquā dationē vel factū, quod habet perpetuam commensurationē, tunc intelligitur nó solum de
prima & secunda constructione, sed vlteriori, quia si
secus diceremus cōmitteret Rex dolum: vt in l. si cum
mihi. ff. de dolo. ita dicit Nico. de Matth. vt refert Bal.
in l. qui se patris. pen. col. C. unde liberi. ergo vbi Rex
Ferdinandus nihil fuit lucratus ex dicta concessione,
nec habuit aliquam donationem vel factū, quod habet perpetuā commensurationem, ipse Lucas vel eius
successor non est in damno, si ædificiū chasmate vel
ictu bombardarū corruit, ideò potuit alteri concedi
10 ille locus, vt ædificetur turris pro laterna. † Nec obst.
si dicatur, quòd istud priuilegium est vltro citróque
obligatorium, & sic transiuit in contractum, qui non
potest reuocari, per ea, quæ habentur in d. l. qui se patris. & per And. in constit. Regni, ea quæ ad decus. &
modet. in c. nouit. de iudic. cum multis similibus, de
quibus dixi in c. j. de natura feud. hoc modo, videlicet
Lucas debeat turrim ædificare, & Rex sibi concessit,
vt possit exigere dictum drictum. Quia ad hoc faciliter respondetur, quòd totum hoc est in fauorem
ipsius Lucæ, cùm non aliter poterat exigere dictū drictū, nisi prius facta dicta constructione ædificij, vbi
11 debeat esse dicta laterna. † Et qui vult consequens,
de necessitate vult antecedens. l. illud. ff. de acquir. hæredit. quando antecedens non est maius, quàm consequens: vt Lud. per l. penult. C. de necess. seruis hæred. instituen. & tenet Bart. in l. ij. ff. de iurisd. om. iud. Et sic nihil consecutus est Rex ex dicta cōcessione, meritò nó
potest dici, quòd transiuit in contractum. Nec obst.
quod potest dici, quòd dicta turris ictu tormentorum
non fuit in totum collapsa, sed remanserunt pedamēta: & ideò poterat ædificari per dictum Cæsarem, &
dicebatur eadem turris. & sic non est extinctum dictū
priuilegium, per legem inter stipulantem. §. sacram.
ff. de verb. oblig. & l. si ita. §. domus. ff. de legat. primo.
12 † vbi, quando domus est funditus destructa, si ædificetur, dicitur noua domus, secus vbi remanent pedamēta: vt dicit Bar. in l. j. §. si quis ædificium. ff. de oper. noui nunt. facit gl. in c. iij. de iure patr. & pro hoc l. vsusfructus ciuitati. ff. quib. mod. vsufr. amit. & quod not.
Io. And. in rubr. de consecra. eccles. vel altar. quod si ecclesia non est in totū diruta, & reparatur, dicitur eadem
ecclesia. Nam ad hoc faciliter respondetur, quòd domus cōsistit ex tribus, videlicet solo pariete, & tecto:
vt dicit philosophus. & refert Neapo. in consuetudine
prima, de iure cōgrui. in verbo, domū. sed secundùm
Iuristas dicitur ex solo, & superficie: vt ff. de solut. l.
qui res. §. aream. & ff. de rei vend. l. solum. & ff. de contrahen. empt. l. domū. ff. de vsu. l. cū qui. † & in super- 13
ficie inest tectum: vt dicit Alb. in d. l. solum. sed pedamenta, non est superficies, ideò non potest dici eadem
domus, si reficitur. Præterea, constitutio regni, castra. in fi. expressè dicit, quòd vbi semel sunt turres
ædificatæ, dicit Andr. in domanio, nō licet reædificare sine noua licentia regis. facit l. si vt proponas. la ij.
C. de nupt. vbi solennitas, quæ requiritur in actu faciendo, requiritur in actu recuperando. vel reficien-
do. † An autem reficere sit propriè de nouo ædificare, 14
vide remissiones Alexand. in l. de pupillo. §. si quis riuos. ff. de oper. nou. nuntiat. & licet glos. in c. de monachis. xviij. q. ij. dicat, quòd si repararetur monasteriū,
non requiritur consensus episcopi, sicut requiritur in
noua cōstructione. & Alex. in d. §. si quis ædificium. tamen hoc non procedit in regno, vbi turres in domaniofabricatæ & collapsæ non possunt reparari sine
noua licentia. & pro hoc bene facit ad quod not. Bal.
in l. fi. ff. si quis cau. vbi dicit per illum tex. † quòd finito officio finitur obligatio inchoata prætextu officij. Et ideò super isto primo dubio ego fui in voto, 15
quòd non licebat dicto Cæsari dictam turrim destru-
ctam, vt §. iterum ædificare: quia solum erat moles regiæ maiestatis, & in hoc voto fuerunt alij domini de
consilio. Ad secundum dubium satis clarè. patet responsio ex his, quæ dicit Alb. de Rosa. in l. digna vox.
C. de legib. vbi dicit, quòd si prædecessor fecit priuile-
gium gratiæ, † & tunc successor indistinctè potest re- 16
uocare illam gratiam. alleg. tex. in c. si is cui. de preb.
lib. vj. nisi priuilegium suum effectum fuisset consecutum, puta legitimasset spurium, vel fecit quendam notarium, tunc non reuocaret, nisi ex causa, vt ibi per
eum. Nam & ipse idem, qui subdito cōcessit gratiam,
posset ipsam reuocare, secundum d. Ant. de But. Card.
Flo. & Abb. Sic. & Mod. in c. nouit. de iudiciis. inde dicit Innoc. in c. cum ad monasterium. de statu monac.
quòd sicut sola voluntate fit constitutio etiam prohibitoria, ita sola voluntate reuocatur, & eius fit relaxatio. Idem And. de Iser. dicit in effectu in constitu.
Regni, ea quæ ad decus. & Bal. in tit. de pace Constan.
in verbo, omnibus vbi dicit, † quòd princeps potest 17
reuocare concessionem, quam dedit populo de condendis statutis, nisi in tribus casibus per Felin. in d. c.
nouit. Sed in c. j. de proba. ponit regulam, quòd princeps & eius successor debet obseruare contractus nisi
in vij. casibus: vt ibi per eum, qui casus non possunt
adaptari ad præsentem casum, multò fortius reuocabit successor gratiam prædecessoris, secūdum ea, quæ
not. in c. j. de proba. & not. Bar. in l. omnes populi. circa fin. ff. de iustit. & iur. & Pet. de Anch. in c. quoniam.
de præben. lib. vj. & Albe. de Iusti. C. confirmando, in
iij. col. & maximè, quando gratia principis finita est
in tempus concedentis vel eius hæredis, sicut est in thémate: quia sine turri non potest esse laterna, & turris
est diruta: quæ sine licentia noua non potest reædificari: vt §. dictum est. & sic si successit alter concessor
iuris ædificandi turrim, non competit aliquod ius dicto primo cōcessionario, nec in petitorio nec in possessorio, maximè in tempus successoris: quia ius eius est
extinctum: † sicut dicimus, quando concessum est 18
feudum ad certum tempus: & tempus esset finitum,
dominus potest alteri concedere, nec possessori competit aliquod remedium: vt dicit Bal. in c. quæ in ecclesiarum ix. col. de constit. vbi dicit, quòd si feudum
vacet,

vacet, noo est necesse, ꝙ citetur possessor in eius col-
latione, quia apertũ est, sed si non vacet, sed potest au-
ferri, tunc spectanda est sententia priuatiua antequã
19 alteri conferatur. & in xiiij. col. eiusdem capituli, † ꝙ
possessio quæ sine titulo possideri nõ potest, titulo ex-
tincto euanescit. l. locorum. C. de omni agro deserto,
lib. xj. & potest de ipsa alteri inuestire eo nõ citato, &
possessioné alteri tradere, si lis nõ pendet in iudicio.
& ibi multa egregia verba subdit, vt ibi per eum. an-
tecessor enim in tépus successionis non debet partes
suas interponere: quia in messem alienam. secundum
Bal. in c. j. in j. col. quo tempore miles facit. quod ipse
dicit in c. j. qui succe. teneatur. Sic etiã dicimus, quan-
do alienatio feudi est notoria sine consensu domini
de iure communi, dominus propria authoritate spo-
liat vasallum: vt dicit Bal. in c. fi. in fi. per quos fiat io-
uestitura. & in c. ij. de feud. sine culp. nõ amit. & est gl.
ad hoc in auth. de eccle. rerum immob. alie. in §. de cę-
tero. qnam ad hoc allegat Bal. in c. cæterum. in iij. col.
de iudiciis. de cuius gl. intellectu. per Lud. in l. qui ab-
senti. §. si qnis possessionem. ff. de acqui. poss. de quo per
Bal. in l. Imperialé. §. callidis. de prohibita feudi alie.
per Fede. & in consilio Raph. Fulg. consi. vltimo. circa
20 finem. † Et propterea dicit notanter Lud. Ro. in cõ-
sil. lxviij. incip. viso themate, ꝙ si finita est concessio,
& dominus alteri cõcessisset, proximior agnatus qui
non succederet, nõ posset petere, ꝙ sibi fieret cõfirma
tio per dictum Bar. in l. j. §. permittitur. de aqua quoti.
& æstiua. licet per constitutioné Regni princeps offe-
rat potius illi, quàm alteri concedere: vt in constit. vt
de successoribus. circa finem. Et idem tenet Alexã. io
iij. vol. consi. x. incip. domini redemptoris &c. Præ-
tereà causa finalis concessionis factæ de dicta laterna
Lucæ & eius hæredibus fuit publica vtilitas: vt hoc
21 ostendit forma dicti priuilegij. † & tuoc dicit Bal. vt
io c. quoniam Apostolica. vj. col. de offic. deleg. ꝙ non
trãsit ad successorem. Nec obst. ꝙ dicitur in dicto pri-
uilegio, & hæredibus: quia Bal. ibi in ij. col. dicit, quòd
magis attéditur finalis causa formæ, quàm verba præ-
cisa: sed finalis causa formæ est vtilitas publica. Meri-
tò non transit in singularem successorem, & ex his &
aliis motiuis dominorum fnit votatum, quòd potuit
magnus capitaneus pro catholico rege concessisse di-
cto Begnino dictam turrim cũ laterna & eius distri-
ctibus, nec dicto Cæsari fecit iniuriam. Ad tertium
dubium ego dicebam, ꝙ ex quo dictus Cæsar non erat
22 eius hæres: quia erat filius naturalis, † qui non succe-
debat patri de iure nisi de duabus vnciis: vt in auth. li-
cet. C. de naturalibus liberis. non potest intelligi cnn-
cessio de hærede, quem pater non potest vniuersalem
instituere. l. fina. C. de natural. liberis. & ideò filius ba-
stardus oõ habet bonorum possessionem pro vnde li-
13 beri, nec pro vnde agnati: † & in bonis patris nullam
habet bonorum possessionem, secundum Bal. in l. cer-
tnm. in iiij. col. C. vnde legitimi. Et licet pater in con-
tractu donationis appellet eũ naturalem & legitima-
tum: tamen nihil est probatũ, ꝙ sit natus ex soluto &
soluta, & retenta matre pro cõcubina in dubitato af-
fectu: vt dicit Io. And. in addi. Spec. in tit. qui fil. sint le
git. & sic non potest intelligi de tali filio in dispositio-
ne principis facientis meotionem de hæredibus: vt in
l. j Iulia. §. hoc capi. ff. de ritu nupt. & not. gl. in Cle. j.
de baptismo. nisi in certis casibus notatis per Pau. de
Cast. in consi. clxxxiij. incip. in causa quæ vertitur co-
ram domino vicario. † sicut non intelligitur in di- 24
spositione principis de filio adoptiuo: vt Alex. in l. ado
ptiuum. §. prætor ait. in princ. ff. de in ius vocan. Et sic
cùm princeps non intellexit de tali hærede, oon po-
tuit in eum fieri dicta donatio. Sed quia posset esse, ꝙ
fuisset legitimatus rescripto principis, & ꝙ Rex Fer-
dinandus intellexisset de hærede, cui aliquid pater po
test relinquere, per l. in conditionibus. §. ti. ff. de con-
dit. & demonst & not. Bal. in l. liberti. C. de ope. lib. &
not. Alex. in l. quoties. C. de hære. inst. & in l. quædam.
§. nihil. ff. de eden. cum concord. & sic de particulari
hærede: ideò in hac causa de hoc dubio non fuit facta
magna vis. Ad quartum dubium satis patet decisio
ex superioribus dictis, † quòd Vicerex Francorũ pro 25
parte Regis Ludouici videns turrim penitus ictu tor-
mentorum destructam, potuit vt Vicerex Regis Ludo
uici successoris in medietate Regni & in ciuitate Nea
pol. concedere licentiam ædificandi dictam turrim
dicto Ioanni, & concedere ius exigendi solitũ directũ,
cùm non tenebatur dictam licentiam concedere di-
cto Cæsari: quia illa gratia Regis Ferdinandi primi
erat extincta propter destructionem dictæ turris fa-
ctam propter guerras, quæ non potest reparari vel
ædificari sine regnantis licentia, per dictam constitu.
Regni, vt suprà dictum est. Item quia illam succes-
sor potest reuocare, vt suprà dictum est. † Item, quia 26
fuit facta ob publicam vtilitatem, quæ non transit in
tempus successoris, secundùm Bal. in d. c. quoniá Apo-
stolica. Item, quia dicit Bal. in ij. vol. consi. cclxxvj.
incip. Rex Romanorum, quòd super illo dubio, Vtru,
quod legitimè prædecessor fecit, successor possit re-
uocare, nunquam fuit facta pax inter intellectiuos,
maximè quia in consummandis priuilegium præde-
cessoris non operatur tempore successoris, secundùm
Cyn. in l. ti. C. in quib. cau. in integ. restit. non est neces
saria. & Bal. in d. c. j. quo tempore miles. Ad quin-
tum dubium iam fuit responsum in secundo dubio, ꝙ
dicto Cæsari nullum remedium possessorium compe-
tit contra Benignum habentem concessionem à Vi-
cerege catholicæ maiesta. ex qno dictus Cæsar amisit
possessionem dictæ turris, eo ipso, quòd fuit destructa
& alteri concessa licentia ædificandi etiam eo non ci
tato. † Accedat ad hoc id quod dicunt Io. Cald. & 27
Io. de Imo. in c. cum ad sedé. de restit. spol. ꝙ amittenti
possessionem iusta causa non competit remedium ca.
reintegranda. iij. q. j & ibi hoc firmat Archi. & Ant. de
But. & Abb. Sic. & Io. And. post Host. in c. accedens. le
premier, vt lite non contest. & Ant. de But. in c. sæpe.
de restit. spol. & ideò si emphyteuta iusta causa cecidit
à possessione: quia non soluit canonem infrà bienniũ,
non competit remedium recuperandi possessionem:
vt dicit Alex. in iij. vol. cõsi. vj. incip. circa processum.
in iij. col. & in v. vol. consi. xc. incipien. viso processu.

Et ita fuit conclusum per totum Consilium super
isto dubio. Circa sextum & vltimum dubium noo
est insistendum: quia tempore, quo Lucas erat ad ser-
uitia Regis Caroli in Francia dicta turris cum laterna
erat in posse Cæsaris fidelis: † nec ex breuitate tempo 28
ris inter donationem & aduentum Regis Ferdinandi
secundi præsumendum est, quòd in fraudem fisci Re-
gis Ferdinandi secundi fuit dicta donatio, per id quod
not. in l. ventri. §. in boois. ff. de priuile. credi. & per
not. per Bart. in l. post contractum. ff. de dona. quia il-
la victoria Regis Ferdinandi non fuit in veritate præ-

cogitara:sed potius mysterio diuino contigit:sicut le-
29 gitur in libro Machabæorum:† & quia facta Regum, in manu Dei sunt: vt in epistola inter claras. C. de sum.trin.&fid.cathol.& ideò omne donũ perfectum desursum est, descendens à patre luminum:vt in auth. vt de cætero commutationes, &c.col.vj.in princi.& nor.gl.in proœ.constit.Regni.ideò in mente mea nõ potuit cedere,quòd donatio fuit facta in fraudé fisci Regis Ferdinandi, prout allegabatur per patrem dicti Benigni. Quare attentis prædictis & aliis rationibus aliquorum dominorum fuit votatum per Consilium,d.Benignum fuisse absoluendum ab impetitis prædictis per d.Cæsarem,& sic posteà lata fuit sententia Regis absolutoria in fauorem dicti Benigni in sacro Consilio,quæ omnia sunt menti tenenda.

DECISIO CCCXCIII.

De rescindenda venditione facta per patrem de bonis aduentitiis filij minoris.

SVMMARIVM.

1 *Pater an & quand. possit alienare bona sibi & filio suo donata & aduentitia filij. 2.9.*

3 *Donatio facta patri & filio quando in medietate filio quæratur.*

4 *Aestimatio rei, fit ex affectu donantis.*

Peculium filij profectitium pater alienare nequit.

5 *Filius quando viuo patre patrem habeat in feudo patri & filio dat.*

6 *Nominatus nomine proprio tantùm habebit, quantùm nominatus nomine collectiuo.*

7 *Testator quando videatur voluisse, ne ad patrem perueniat vsusfructus ex nepotis persona.*

8 *Notarius pro absente stipulatur.*

9 *Decretum subhastationis necessarium in alienatione minoris.*

10 *Consensus minoris & metu extortus, non operatur in alienatione rei minoris per patrem.*

11 *Authentica, sacramenta puberum, habet locum in impubere decem annorum.*

Consensus minoris cum iuramento quando non suppleat decreti iudicis defectum.

Iuramentum vi, & metu præstitum propria authoritate deferri non potest.

12 *Minor iurans mendacium super ætate, an & quando restituatur in integrum ex capite minoris ætatis.*

13 *Minor maioritatem iurans super sancta Dei euãg. lia, nullo modo minoritatem probare potest.*



Ieronymus Ferraiolus de Auersa, egit cõtra Ioannem de Stadio possessorem certorũ bonorũ stabiliũ venditorũ eidé per Bernardinũ de Stadio patrẽ ipsius Hieronymi pro certo pretio inter eos conuento habito & recepto,cũ cõsensu ipsius Hieronymi,& instrumẽto asseritur ipsum fuisse maiorem annis xiiij.& patrẽ & filium dicta bona tunc possidere,& cũ eius iuramẽto, prout patet in quodã publico instrumento venditionis in forma celebrato dicẽdo dicta bona stabilia vendita per dictũ Bernardinũ fuisse nulliter vendita pro medietate. Et quo dicta medietas bonorum spectat ad eum virtute donationis factæ per patruum de dictis bonis, vt patet publico instrumento mediante: vbi dicitur,quòd dictus eius patruus donat dicta bona stabilia dicto Bernardino patri & dicto Hieronymo filio,& sic nominando eũ nomine proprio,& vnicuique ipsorum ob affectionem, quã præfatus donator habebat erga patrem & filiũ. Et notarius stipulatus est pro dicto Hieronymo absente. Nec obst.eius cõsensus,quia erat minor annis x.vel xj.& per metũ cõsensit. Item,quia nulliter cõsensit sine decreto & solennitatibus,quæ requirũtur in alienatione bonorũ pupilli,& ad maiorẽ cautelam obtinuit absolutionem à iuramento ad effectũ agendi. Et ideò dicta venditio dictorũ bonorũ stabiliũ donatorũ, vt s. pro medietate debet pronunciari nulla & ipsam medietatem spectare & pertinere ad dictũ Hieronymũ. Quæritur modo de duobus. Et primò, an pater dicti Hieronymi potuit vendere dicta bona, vt s. donata sibi & dicto Hieronymo in præiudicium dicti Hieronymi. Secundò quæritur, an consensus dicti Hieronymi cũ iuramẽto ei præiudicaret. Circa primum dubium processum fuit in Consilio per conclusiones. † Et prima cõclusio sit ista, quòd pater licet sit legitimus administrator bonorum aduentitiorũ filij pupilli in potestate patris: vt 1
in l.j.C.de bon.matern.& probatur in l.fi.C.de sent. passis.& in l.si cũ dotẽ.§.eo autẽ tempore.ff.sol.mat. cum similibus.tamẽ potest alienare bona aduentitia sui filij minoris sine decreto iudicis, quãdo alienat vt tutor vel curator filij: vt est tex.& ibi Bal.in l.cũ emãcipatus.C.de præd.& aliis reb.mino. Secus quando iure patrio alienat bona filij minoris aduentitia, & sumus in casu, in quo permittitur à iure alienatio bonorum filij per patrẽ, tũc nõ requiritur decretũ iudicis, secundũ Bal.ibi alleg. dictũ singulare Azo.in sum.C. de bo.quæ lib.& idẽ dicit Bal.in l.j.ff.de reb.eorũ.& in l.si pupillus.§.si pater.eod.tit.& in l.fi.in §.sin autẽ æs alienum.C.de bonis quæ lib.† Et ibi ponitur casus. 2
In quo pater potest alienare rẽ filij sui minoris, videlicet, quando imminet æs alienũ ex persona illius, cuius fuerunt bona, quæ peruenerunt ad filiũ, tũc si non sunt bona mobilia, pater potest vendere bona filij, vt ex pretio soluatur creditoribus defuncti, cuius bona peruenerunt ad filium sine decreto, licet filius sit minor, secundùm Bal.& doct.ibi. Et clarũ est, quòd dicta vẽditio facta par patrẽ cum consensu dicti filij sui de dictis bonis stabilibus aduentitiis pro medietate dicto Hieronymo non fuit facta ob æs alienũ, nec cùm decreto iudicis:& sic nõ est facta in casu à iure permisso. Ideò talis emptor non fuit securus,& incidit in legum laqueos, vt dicit tex.in d.l.fi.§.sed pater quidẽ. † Secunda conclusio sit ista, quòd quando aliquis agnatus donat bona stabilia patri & filio nominãdo eũ nomine proprio, videtur esse facta donatio patri pro medietate bonorũ ipsorum,& pro alia medietate ipsi filio. 3
hoc expressè firmat And.de Iser.in c.j.in vj.col.ibi, dũ dicit secus si nominasset Titio & Seio filio tunc contẽplatione nominati præsumitur.C.de vsuf.l.fi.in fi.& l.si quis Titio.ff.de vsuf.accrescendo.voluit enim testator in vita patris filiis acquiri &c.de ali.feudi paterni.& hoc procedit, quãdo tale agnatus, qui donat, dicit in donatione, quòd propter affectionẽ sanguinis. † nam 4
ex affectu eius qui dat, res æstimatur.l.illud. in fine. ff. de manu.vindicta.secus quando fuissent dotata bona ab extraneo patri & Titio filio paruulo amico, tũc cõtemplatione patris donatũ videtur, secundũ Andr.ibi in vij.col.& sic rũe erit peculium profectitium, quod pater alienare potest: vt not.gl.& ibi Bar.in l.cũ oportet.

ret in prin.C.de bonis.quę lib.& not.in l.sed si plures.
§.in arrogato.ff.de vulg.& pupil.cum concord. hanc
conclusionē sentit And.in c.j.in ij.col.si vasallus feu-
5 do priuetur,cui defertur.vbi dicit ista verba, † ꝙ si es-
set datum feudum patri & filio nominatim nō patris
contēplatione,tunc filij habēt partē viuo patre. alle-
gat d.l.si quis à Titio.& gl.in l.ex facto.§.fi.ff. ad Tre-
bel.hāc eandē cōclusionē firmauit.And.in c.j.in prin.
in j.col.de succes.feudi.vbi dicit,si autē datū est feu-
dum patri & Petro & filio suo nominatim,tunc filius
in tali feudo etiā si exhæredaretur à patre nominato
cum filio,filius habebit medietatem etiam in vita pa-
tris.allegat d.l.si quis Titio.& tunc præsumitur con-
templatione filij nominatus, ex quo eum nominauit
nomine proprio:vt d.l.fi.C.de vsuf.in fi.posset tamen
cōtrariū probari,ꝙ propter affectionē patris fuit no-
minatus &c.& d.l.si quis Titio. ad præsens propositū
allegauit etiam Lud.Rom.cum aliis concordantiis in
consi.cccc v.incip.præsuppositis terminis fortioribus
6 &c.versi.quò ad secundū.vbi dicit. † ꝙ tantū habebit
vnus nominatus nomine proprio, quantū alij nomi-
nati nomine collectiuo.Bene facit ad hoc,quod dicit
Alex.in ij.vol.consi.clxxxiiij.in iij.col.ꝙ illud , quod
reliquit auus nepoti,non videtur relictū contēplatio-
ne patris.& idē dicit in eod.vol.consi.clxxxviij.in iij.
col.hāc cōclusionē firmat Bar.in l.si filiofa.mortis.ff.
de dona.caus.mort.per ista verba:videlicet,ꝙ quando
in donatione fit mentio patris & filij existentis in po-
testate,& ipsi filio quæri potest,tunc in dubio cōtem-
platione filij videtur facta donatio,sed patri de bonis
aduentitiis solū quæritur vsusfructus,& filio proprie-
tas,vt in d.l.fi.C.de bon.quæ lib.ergo quādo facta est
donatio patri & Hieronymo filio, videtur facta pro
7 medietate vnicuiq; eorum. † Imò dixit Bar.in cōsi.
cxviij.incip.Oducius Corneti.in ij.col.ꝙ si est institu
tus hæres patris & nepos ab auo , videtur tacitè testa-
tor voluisse,ne ad patrē perueniat vsusfructus ex per-
sona nepotis.arg.auth.itē hæreditas.C.de bo.quæ libe.
secundùm intellectū gl.ibi,quod dictū,an sit verū, re-
mitto me ad repe.Io.Baptistæ de sancto Seuerino ad-
uocati consistorialis in l.frater à fratre.in xxvij. q. de
condi.indebi.& ad Franc.de Aret. consi. lxxij.incip.
præsupponitur in facto iij.col.quia non est præsentis
speculationis,quia dictus Hieronymus cogitur cōtra
dictum emptorē post mortē patris. Tertia cōclusio
8 sit ista, † ꝙ notarius potuit stipulari quòd dicto Hie-
ronymo absente:vt est decisio.And.de Iser.in c.j.§.itē
sacramenta.de pace iur.firm.v.col.& idē dixit Bal.in
l.j.ff.de iust.& iur.& in l.non enim.ff.de adopt.& in l.
cùm à seruo.C.de iure dot.& in l.j.C.per quas person.
firmant omnes scribentes in l.si stipulatio ista.§.si sti-
puler.ff.de verb.obl.& Spe.in tit.de satisdādo.§.repe-
tito.versi.item quæritur.vnde cū notarius fuit stipu-
latus pro absente Hieronymo:& posteà Hieronymus
possedit dicta bona,vt asseritur etiā in instrumēto vē-
ditionis dictorū bonorū,& probatū est per testes , sa-
tis dicitur cōstare , ꝙ virtute dictæ donationis dicta
bona spectant ad dictum Hieronymū pro medietate,
& non vt ad hæredem patris.cū satis clarè apparet,ꝙ
ipse Hieronymus se abstinuit ab hæreditate paterna.
† & sic pater non potuit dictam medietatem vendere
9 in eius præiudicium,vt s.dictū est:& patet in l.j.C. de
bonis matern.cum concord.quæ allegantur in d.l.fi.
eod.tit.Et hæc quoad primum dubium.Circa secun-
dum dubiū similiter procedendū est per cōclusiones.
Et prima conclusio sit ista,ꝙ ex quo dicta venditio
non est facta ob æs alienum à patre dicti Hieronymi:
& Hieronimus ipse erat minor annis xj.vt bene & suf
ficienter est probatum , & non interuenit decretum
iudicis,consensus ipsius minoris in dicta venditione,
est ipso iure nullus,per ea,quæ dicta sunt in prima cō-
clusione:erat enim necessarium decretum , & subha-
stationes in alienatione minoris. vt dictum fuit s. in
decis.ccxlix. Secunda cōclusio sit ista:ꝙ ex quo pro-
batum est in processu ꝙ quādo fuit factus contractus
venditionis dictæ terræ contentæ in dicto instrumen-
to,pater verberauit dictum Hieronymum filiū suum,
vt consentiret,qui recusabat cōsentire,vt probatū est
per testes,& pater dicebat ei verba minatoria,& ipse
Hieronymus erat minor annis xj.& timebat patrem
suum. † Quòd propterea talis cōsensus ei nō nocet,vt 10
firmat Bar.in l.j.§.quæ oneranda.ff.quarum rer. act.
non datur.firmant scribentes in l.si cùm dotem. §. eo
autem tempore.ff.sol.mat.doct.in l.ad inuidiam. C.
quod met.cau.& in l.interpositas.C.de transact.doct.
in c.j.§.item sacramenta.de pace iur.fir.& in auth . sa-
cramēta puberum.C.si aduer.ven.& in c.causam ma-
trimonij.de off.deleg.& in c.quoniam abbas.qui met.
causa.bene facit tex.in l.si patre cogente.ff.de rit.nup.
Tertia cōclusio sit ista,quòd licet verior sit illa opi.
quòd dispositio auth.sacramenta puberum habeat lo-
cum etiam in impubere x.ann.vt aliâs fuit iudicatum
in Consilio propter obseruantiam iuramenti, & mul
ti doctores Legistæ & Canonistæ hoc tenent, vt patet
ex scriptis per Ias.in d.auth.sacramenta puberum.C.si
aduers.vend. † Tamen si per vim & metum iuramen- 11
tum sit exactum,tunc petita & obtenta absolutione à
iuramento talis consensus minoris cū iuramento non
supplet defectum decreti iudicis, quod requiritur in
alienatione rei minoris,sicut facit consensus cum iu-
ramento ipsius impuberis,absque vi & metu,qui facit
cessare restitutionem in integrū,secundùm gl.& doc.
in d.auth.sacramenta puberū Et quòd iuramentū vi
& metu præstitum,non possit propria authoritate de-
feri,sed requiritur absolutio. [a] firmant Canonistæ in a
c.ad aures.quod met.cau.& Arch.in c.ij.de pact.in vj.
& Inn.in c.venerabilem.de elect & Io.de Imo.in c.cū
contingat.de iureiur. Quarta conclusio sit ista : ꝙ
licet quando minor in contractu asserit se esse maio-
rem annis xiiij.cum iuramento. † & in veritate ipse 12
dixit mendacium non restituitur in integrum ex ca-
pite minoris ætatis:vt in l.ij.& iij.C.si minor se ma.di
xerit.& firmant doct.in l.qui iurasse.ff.de iureiur . hoc
verum.nisi minor dolo aduersarij fuisset inductus ad
iurandum se maiorem.vt dicunt doctor.in dicta l.iij.
C.si minor se maior.dixerit , & in l.si ex falsis.C.de
transactionibus.Et probatum est in processu,quòd do
lo & versutia emptoris fuerunt dicta verba prolata
per dictum puerum annis xj.Igitur sibi conceditur re-
stitutio aduersus dictam assertionem. Nec obstat
iuramentum:quia, vt dixi ,fuit meticulosum , & fuit
præstita absolutio ad effectum agendi. Aliâs propter
iuramentum denegaretur restitutio,nisi probaret mi
norem ætatem per instrumentum. Fallit, † quando 13
iurasset ad sancta Dei euangelia tactis scripturis, tunc
nullo modo potest probare se fuisse minoris ætatis:
vt dicit tex in dicta l.tertia. Quinta & vltima con
clusio est,quòd ex quo dictus Hieronymus non est hæ-

res patris sui, potest venire contra alienationem per pattem suum, de bonis aduentitiis sibi obuétis per dictam donationem factam à dicto suo parruo pro dicta medietate, etiã pretio non soluto, vt dicit Bal. per illum tex. in l. cùm à matre. in princ. C. de rei vendic. versi. secundò &c. quia patri est interdicta alienatio bonorum filij, nisi in casu prædicto, vt in prima conclusione primi dubij dictum fuit. Quare de primo ad vltimum fuit pariter per dominos Consiliarios, & per totum Consilium decisum & sententiatum, quòd rescindatur venditio dictæ terræ venditæ per pattem pro medietate tangẽtẽ ipsum Hieronymũ virtute dictæ donationis. & sic dictus cõuentus fuit condẽnatus per diffinitiuam sententiam ad relaxandum dictam medietatem dictę terræ venditam dicto Hieronymo.

ADDITIO.

a *Absolu.* A iuramento præstito vi & metu ꝙ non requiratur absolutio, vide Ias. in d. auth. sacramenta puberum. ij. col. vbi tenet contrarium, dum allegatur vis. & vide suprà in decis. cccxxij. Thom. Gram.

DECISIO CCCXCIIII.

De probatione in interdicto vti possidetis, per actorem.

SVMMARIVM.

1 *Interdictum vti possidetis, cuius temporis requirat probationem possessionis. 4.*

2 *Probans se possedisse tempore turbationis, præsumitur eum possedisse tempore litis contestatæ.*

3 *Perseuerantia postquam quis incepit, præsumitur, nisi de contrario constet.*

5 *Contradictio verbalis, id est, dico me possidere, vel nego te possidere, an causet turbationem, & sufficiat.*

6 *Turbans asserit se possidere ad turbationis effectum, non possessionis.*

7 *Turbatio per quæ verba inducatur.*

8 *Interdictum vti possidetis competit contra dicentem se ius in re habere, vel possidere.*

ECclesia sancti Martini de Sedili Nini in platea, quæ dicitur de Lagiosa, concessit in emphyteusim quasdã domos dirutas, cum hortolitas in eadem platea Petro Antonio de constantio cũ decreto commissarij Apostolici sub certo annuo reditu, Et cũ voluisset ibidem ædificare, fuit prohibitus à familia domini Ant. de Cardona vt asserebatur. Sed hoc nõ potuit probari, ita ꝙ oportuit rectorẽ dictæ ecclesiæ agere dicto interdicto vti possidetis. cõtra dictum don Anton. in sacro Consilio, & concluso processu fuit de duobus dubitatum. Et primò, vtrũ probetur ecclesiam possedisse dictũ locum.

Secundò, an probetur dictum don Antoniũ turbasse ipsam ecclesiam in asserta sua possessione. † Ad
1 primum dubium fuit conclusum, quòd satis bene fuit probatum per testes, quòd ecclesia per eius rectores tenuit & possedit dictum locum, tanquam domina & patrona ante litem motam. Sed non probatur, quòd post litem motam tenuit & possedit. Ideò dubitabatur, an in hoc interdicto debeat probari de possessione tempore litis contestatæ. Aliâs actor succumbet. Et certè tex. in §. retinendæ. Insti. de interdictis. dicit, quòd ille obtinet in hoc interdicto, qui probat se possedisse tempore litis contestatæ, non vi non clàm, non precariò. not glo. & doct. in l. j. C. vti possid. & Bart. in l. j. §. quod autem. ff. eodem tit. & sic consuluit Alex. in j. vol. consi. xcij. inci. perspectis his quæ in themate. in iij. col. & in ij. vol. consi. cxxxvj. incip. in causa & lite. & in iij. vol. consi. lxxxj. incipien. lecto & discusso &c.

Fuit per dominos de Consilio dictum, quod prædicta procedunt. quando alius probat medio tempore possedisse: tunc oportet, quod probet de possessione tempore litis contestatæ. Aliàs sufficit probare se possedisse tempore turbationis. † Nam tunc præsumi- 2
tur possedisse, etiam tempore litis contestatæ: vt declarat Aret. in d. §. retinendæ. in iij. col. versic. sed an sufficiat. & dicit hoc tenere Hostiẽ. in c. cùm ad sedem. de restit. spol. & idem ibi Io. And. & Ant. de Butr. & alij, vbi dicit, quòd qui semel probat se possidere, adhuc præsumitur possidere nisi contrarium probetur. per l. iij. §. in amittenda. & §. quẽ. & §. si seruus. ff. de acquir. possess. vel nisi probetur aliquis actus intermedius ad priuationem possessionis: vt not. in c. cùm ecclesia. de causa possess. & propriet. & tenet Abb. Sic. in d. c. cùm ad sedem. in vj. col. in versi. quæro hic pro parte hospitalis. Et pro hoc facit, † quia qui probat semel posse- 3
disse, præsumitur perseuerasse in possessione vsque quo allegat se possedisse cum retineat animo: vt tenent doctor. in l. siue possidetis. C. de probat. & in l. non ignorabit. C. ad exhiben. & Spec. in tit. de petit. & pos. §. j. versi. fi. & Bal. in l. si minorem. C. de in integ. restit. & tenent domini de Rota in decisione, quam alleg. Abb. in d. c. cùm ad sedem. in versi. præallegato. & Alex. in j. vol. consil. cxxxiiij. incipiente, viso processu. & in v. vol. consil. liiij. vlt. col. & in eodem vol. consil. lxxxviij in vij. colum. & consilio sequenti. in iij. columna.

Vnde cum pro parte dicti conuenti nihil sit probatum in contrarium, fuit conclusum in Consilio Regio, † quòd sufficit actori intentanti interdictum vti 4
possidetis. probare se possedisse ante litem motam vsque ad tempus turbationis, quia præsumitur possedisse etiam tempore litis contestatæ. Circa secundum dubium dicendum est, quòd non probatur aliquid de turbatione reali, sed solùm de turbatione verbali, hoc modo. videlicet quia conuentus examinatus in iudicio, dicit, se dictum locum possidere. Et pro hoc facit, quod dicit Innoc. in c. ij. de restitut. in integr. in gl. magna in principio, † quòd si conuentus dicit ver- 5
bo, actorem non possidere, ista non dicitur turbatio.

In contrarium dicitur, quòd considerato, quòd ipse don Antonius est nobilis persona, & habet familiares sibi obsequiosos, & habet fauorem in curia. Satis visum fuit dominis de Consilio, ꝙ talis persona dicendo se possidere dictum locum, videtur turbare possessionem dictæ ecclesiæ. & pro hoc alleg. Bal. in l. j. in v. col. versi. ij. opposi. C. vti possid. vbi dicit, † ꝙ om- 6
nis turbans videtur asserere se possidere ad effectum turbationis, non ad effectum possessionis. Et sic patet, quòd qui dicit se possidere, dicitur turbare illum, qui agit hoc interdicto: quia satis impeditur per hoc sua possessio pacifica, secundùm Bar. in l. j. §. huius autem. ff. vti possid. Nec obstat dictum Inn. in d. c. ij. de restitut. in integ. dicentis, quòd per verbalem negationem conuenti dicentis, ꝙ actor non est in possessione, non dicitur turbare: quia aliud est dicere, tu non possides, aliud est dicere, ego possideo: quia per prima verba non inducitur turbatio: † sed per secũda verba 7
inducitur turbatio: quia mea possessio pacifica impeditur, quia laboratores nolunt laborare, vt declarat Bart. in dicto §. huius autem. Item illa negatio fuit

extra

extra iuditiũ, vt dicit Io.And.in d.c.ij.in ij.col. Ideò
forte secus esset, si illa negatio fuisset facta in iudicio.
Et ideò Alex.in ij.vol.consi.cxxxvj.præallegato.in iij.
col.tenet, ꝙ vtile interdictum vti possidetis competit
contra eum, qui non facit mihi controuersiam posses-
sionis meæ, neq; in ea me turbat, sed solùm dicit in ea
habere aliquod ius, per quod impedit libertatem rei
meæ.allegat l.si duo.§.si vicinus.& ibi per glo.& Bar.
ff.vti posśid.& alia iura, vt ibi per eũ.& plene per Ias.
8 in l.si prius.in v. & vj.col.ff.de oper.no.nunc. † Bene
ad hoc facit, quod dicit Lapus allegatione lxv.quę in-
cipit, nunquid ecclesia.vbi eo ipso, ꝙ aduersarius con-
tradicit: quia dicit se possidere, dicitur sufficiẽter pro-
batũ, quòd aduersarius turbat.alleg.Compo.in c.mã-
datum.de rescrip.& ibi per Io.And.& alia iura, vt ibi
per eum.& per Alex.in iij.vol.consi.lxxiij.incip.vide-
tur prima consideratione.in prin.& firmat Alex.in
v.vol.consi.clxxvij.in j.col. Et propterea fuit vota-
tum & sententiatum, per sententiam Regiam eccle-
siam declaratum prædictam fuisse & esse in possessio-
ne dicti loci, non obstante contradictione dicti don
Alphonsi circa ius proprietatis.

DECISIO CCCXCV.

De statu, qui datur loco possessorij pro annua prestatione personali, aduersus vniuersitatem spoliantem.

SVMMARIVM.

1 *Status loco possessorij datur contra vniuersitatem spoliantem creditorem annuam præstationem possidentem in debiti sui satisfactionem.*
2 *Possessio vbi non est, non contingit spoliatio.*
Iudicis officium imploratur ex regula, ne alicui fiat vis &c.
3 *Possessorium, an detur pro iuribus personalibus.*
4 *Intellectus ad c.querelam de elect.&c.*
Doctores non intelligentes textum, qualiter respondeant.
Possessorium an competat pro annua personali præstatione.6 & 8.
5 *Excommunicatus iniustè agere potest, vt ante omnia restituatur ad communionem.*
7 *Possessionem non perdit, qui in facti resistentia prætorem adit.*
9 *Spoliare propria authoritate non licet vniuersitati.*
10 *Subrogatum à principio, inesse videtur.*
11 *Petitorium nihil habet commune cum possessorio.*

PRo decisione causæ vertentis in sacro Cõ-
silio inter syndicos vniuersitatis ciuitatis
Auersæ, & nobilem virum Iacobũ Garga-
num de eadẽ ciuitate, vnũ dubium fuit di-
1 scussum in Consilio, videlicet, † vtrũ dicto Iac.cõpe-
tat aliquod remediũ possessorium contra dictam vni-
uersitatem, pro eo quia dictus Iac.dicit se fuisse in pos-
sessione exigendi ab arrendatoribus pretiũ salis vni-
uersitatis, quod venditur in satisfactionem sui debiti,
& dicta vniuersitas nõ patitur ipsum Iacob.percipere
pretium dicti salis, quod venditur de ipsa vniuersitate
in tẽporibus cõuentis, & prout est in possessione exi-
gendi pretiũ salis prout sic fuit ordinatum per ipsam
vniuersitatẽ, vt soluatur dicto Iac.vsq; ad integrã sa-
tisfactionẽ ducatorũ octingẽtorũ debitorũ dicto Iac.
virtute transactionis initæ inter dictũ Iac.& dictam
vniuersitatẽ ex resta maioris summæ, ad quã præten-
debat dictus Iac.vniuersitatẽ esse obligatã per arren-
datorẽ salis dictæ vniuersitatis vendẽti. Imò ipsa vni-
uersitas prohibuit dictis arrẽdatoribus, vt nõ soluant
dicto Iacobo. Ex quo prætenditur, ꝙ dicto Iac.nõ cõ-
petit cõtra dictã vniuersitatẽ aliquod possessoriũ pro
ista obligatione personali; licet enim vniuersitas sit
obligata ad præstãdũ dictã quãtitatẽ in singulis pagis
& tẽporibus cõuentis, quãdo hoc esset, tamẽ pro hoc
non possidet personã vniuersitatis, vel aliquid, quod
inerat personæ, sed solùm personaliter est obligata ad
dictã præstationẽ: ergo non potest agere possessorio,
† cum nõ possit cõtingere spoliatio vel turbatio: vbi 2
non est possessio: & licet ipse Iacobus videatur implo-
rasse officiũ iudicis, vt cõpellat dictã vniuersitatẽ ad
desistendũ à dicta prohibitione, & quòd reponatur in
quasi possessione exigẽdi, prout fuerat virtute dictæ
transactionis, ex regula illa, ꝙ iudex debet prouidere,
ne alicui fiat vis vel iniuria: vt in l.extat.& l.si.ff.quod
met.cau.& l.si.ff.de offic.procur.Cæsa.& not.in l.illi-
citas §.ne potentiores.ff.de offic.præsid.cũ cõcord.ta-
men hoc possessorium nõ est. Inde dicit Bal.in c.que-
relã.de elec. † in personalibus præstationibus dicitur 3
quis vim facere, qui tenetur soluere, & nõ soluit tem-
pore præfixo. Profectò illud est magnũ dubiũ, nã Le-
gistæ tenẽt, ꝙ pro iuribus personalibus nõ est dare pos-
sessoriũ, nec pro debito potest agi possessorio: vt pro-
batur in l.si.ff.quorũ bonor.& ibi per Bart. Et firmat
Bal.in l.j.in prin.C.de fideic.& Cyn.in l.si certis an-
nis.C.de pact.pen.col.& Bal.in l.ij.in xviij.q.C.de ser-
uit.& aqua.& in c.j.de feudi cognit.& Bar.in l.cũ de
in rem verso.ff.de vsuc.& Io.An.in nouel.in c.perue-
nit.de censi.Ang.in l.regulariter.ff.de petit.hæred. Sed
Canonistæ in c.querelam.de elect.per illum text.di-
cunt, ꝙ est dare possessorium pro pensione, vel iure
subtracto.& idem dicit Inn.in c.peruenit, de censib.
nec debet admitti exceptio proprietatis contra spo-
liatum illo iure, per c.si.de ordi.cogn.& quia nõ opor-
tet causam inseri secundum Cy.in d.l.si certis annis.in
si. † Et ideò Iac.de Rauẽna.& Pet.de Bella pertica.& 4
Cyn.in d.l.si certis annis dicebant, ꝙ aduersus dictũ
c.querelam.opus est querela, quasi dicant, ꝙ illud c.
non procedit de iure, sed dicit Abb.in d.c.querelam.
ꝙ dicti doctores Legistæ locuti sunt secũdùm eorum
morẽ, nam quando non intelligebant canones, non
valentes aliter respondere, dicebãt, ꝙ per errorẽ pro-
cesserant. Fuit tandem determinatũ in Consilio per
omnes dominos Consiliarios nemine discrepante, ꝙ
licet pro annua præstatione personali nõ sit dare pos-
sessorium, tamen est dare quendã statum, ad quem po-
test peti, vt fiat restitutio.& ita loquitur dictũ c.que-
relam.& hunc intellectum sequuntur dominus Ant.
de Butrio, Cardinalis, & Abb.Sicul.in dicto c.quere-
lam.& in vij.col.qui pro hac conclusione allegat glo.
ij.quæst.ij in c.nullus. † qui dicit, quòd excommuni- 5
catus iniustè potest agere, vt ante omnia restituatur
ad communionem pristinam, & tamen ibi non est
dare possessionem vel quasi, sed quendam statum. Et
ex hoc infert do.Abb.quòd non solùm, cùm quis spo-
liatur possessione vel quasi, potest agere ad restitutio-
nem, sed etiam cùm mutatur status suus violenter, &
iniustè, potest agere, vt restituatur ad pristinũ statum
facit c.si.de restitutione spoliatorum.vbi agitur pos-
sessorio pro libertate possidenti. Et dicit, quod iste
intell

intellectus videtur tenendus secundum bonam æqui-
tatem iuris canonici, licet de subtilitate iuris ciuilis
aliud sit dicendū. & In d. c. peruenit dicit ꝙ de subtili-
tate iuris verior est opinio Legistarū in locis prælle-
6 gā. † & do. Abb. in c. sicut. de re iud. dicit, ꝙ ille tex. est
singularis ad hoc, ꝙ pro iuribus merè personalibus po
test agere possessorio. & idem dicit Dominicus in d. c.
nullus. Et istam opi. firmat Feli. in c. cōquestus. de for.
cōpet. vnde cū dicti arrendatores nō soluūt, prout in-
cœperūt soluere ex ordinatione ciuitatis, statim com-
miserunt violentiā & spoliū, per d. c. querelā. secundū
Inn. & Abb. & alios ibi. & Ioan. in c. suborta. de re iudi.
& hoc etiā dicit Lud. in cōs. cccxxxj. incip. in casu pro-
positę cōsultationis. & Alex. in l. iij. §. illud. & in §. si ré.
ff. de acqui. pos. & Pet. de Anc. in cōs. ccclxxxvij. incip.
in lite. & Lud. in cōs. cccxj. incip. in casu propositę. cō-
7 sultationis. hoc † verū, nisi ille, cui denegatur illa præ-
statio, adit iudicē, & ius suū prosequeretur corā iudice
vt dicit Bal. notáter in d. c. querelā. in iij. col. & in vlt.
col. dicit, ꝙ ille qui adit pretoré, quia de facto ei resisti
tur, nō perdit possessioné alleg. §. sed hodie. Inst. de in-
terdictis. & l. de pupillo. §. meminisse. ff. de ope. no. nū.
Quæ omnia sunt multū méti tenēda, propter Regiá
sentēriā, quę facit ius in Regno in isto dubio articulo.
Et ita fuit seutétiatū, vt ꝫ. per sacrū Cōsiliū iu dicta
causa saluo iure proprietatis dictis partibus. Sed ego
dicebā, ꝙ tā doctores iuris ciuilis quā iuris cauonici,
8 cōcordās in boc: † ꝙ quādo occasione alicuius rei prę-
statur aliqua præstatio & tempus cōpetit possessoriū,
vt dicunt omnes in dictis locis. Et maximè Cy. in d. l. si
certis annis. & in d. c. querelā & Io. Aud. in d. c. perue-
nit. & do. Hieronimus doctor Bono. in repe. c. j. de ac-
cus. in differētiis inter ius ciuile & canonicū in xxvij.
col. Abb. Sic. in ij. vol. consi. xxiij. iucipieute, in causa
quæ ad præseus versitur &c. Sed si consideramus pri-
mordiū tituli. Iacobus emit à Rege Ferdinando me-
diante priuilegio gabellá vini dictæ ciuitatis Auersæ
& ipsam tenuit & possedit per multos anuos, esto, ꝙ
talis venditio nou valuisset in præiudicium dictæ vni-
9 uersitatis, † nō licuit vniuersitati authoritate propria
spoliare ipsum Iacobū possessione dictæ gabellæ, per
l. extat. ff. quod metus causa. & sic dicto Iacobo erat
restituenda possessio dictæ gabellæ, & posteà erat agē-
dum de iure proprietatis, si Rex pro statu publico po-
tuit illam gabellá vendere, esto ꝙ deberet spectare ad
dictam vniuersitaté. conuentū fuit inter vniuersitatē
& Iacobum, ꝙ possessio gabellæ remaneat vniuesita-
ti, & vniuersitas solueret ducatos mille, & posteà per
aliam conuentioné ducatos octingentos percipiēdos
in certis temporibus ex sale vendendo dictæ vniuer-
sitatis hoc videtur esse subrogatum loco dictæ gabel-
læ vini, vnde dicit Bal. in l. alius. §. finau item. C. de cu-
10 ria. furio. † ꝙ illud, quod dicitur in creatione, habet
locum in subrogatione. & dicit Bal. in l. data opera.
C. qui accus. non pos. ꝙ subrogatum videtur inesse ab
ipso principio, & retro fingitur debitum, & quòd res
subrogata loco alterius dicitur possideri ac si res ipsa
propria possideretur. allegabā tex. l. item si fundi. § se-
minarios. ff. de vsufruct. vbi frumentum seminarium
pertinet ad fructuarium: & tamen fructuarius debet
alium subrogare, ita vt proprietario restituatur, quasi
instrumentum agri, & sic videtur illud possidere, vt
instrumentum agri, & sic super iure reali videtur fun-
data dicta obligatio personalis. & per consequens cō-
petit possessorium, secundum opiniouem doctorum
vtriusq; censuræ. † Nec obst. quòd dicebatur, quòd 11
dictæ duæ transactiones non valent, tum quia non in-
teruenit tota vniuersitas, tum quia sunt in læsionem
vniuersitatis. Quia si rectè cousideretur, vniuersitas
non est læsa: ex quo releuauit se ab ouere restituendi
possessionem gabellæ vini, quā omnino debebat resti
tuere. Item ista concernit petitorium, quod nihil ha
bent commune cū causa ista possessorij: vt in l. natu-
raliter. §. nihil commune. ff. de acquir. poss. Et ideò
fuit mihi bene visum, secundum meam conscientiam
ex ista alia ratione, quòd vniuersitas condemnetur ad
imponendum in posses. d. Iacobum percipiendi di-
ctas solutiones faciendas ex pretio salis vendendi.
prout erat ante dictum spolium.

DECISIO CCCXCVI.

De gestis contra dominum directum quæ nocent domino vtili.

SVMMARIVM.

1 *Processus factus inter partes, an noceat tertio non citato. Testes examinati contra tertios, quam faciat probationem.*
2 *Creditor agens contra debitorem alijs obnoxium, an citationem aduersus alios petere debeat.*
3 *Acta nocent, cui nocet sententia.*
4 *Gesta contra dominum directum, nocent domino vtili. 7.*
5 *Sententia de feudo contra vasallum nocet domino, & econtrà.*
6 *Dominus & vasallus ad paria iudicantur. Sententia contra proprietarium, præiudicat fructuario scienti & naturaliter possidenti.*
8 *Doctorum opiniones variæ.*
9 *Sententia contra reum lite pendente rem alienante contra possessorem etiam non citatum exequitur.*
10 *Nullum habetur pro non facto.*
11 *Lex noua superueniens ad exclusionem denegandæ defensionis in iudicio non trahitur ad lites pendentes. 13.*
12 *Iudicatum esse vel conclusum in causa, paria censentur.*


N causa comitis, & comitissæ Manerij
cum Regio fisco & magnifico Iulio de
Vrsinis super castris collis Ficati & castri
Poy de Val. fuit dubitatum in Consilio.
Et primò, vtrum processus agitatus in dictum co-
mitem & comitissam ex vna parte in sacro Consilio,
& Regium fiscū ex altera super possessione dictorum
castrorum tempore, quo Regius fiscus tenebat dicta
castra, noceat dicto domino Iulio, qui prætendebat
dicta castra debere sibi restitui vigore inuestituræ seu
priuilegij Regis Ferdinandi primi, & sic ius habère in
dictis castris. Ex quo confecto, & fabricato processu
vsque ad conclusiouem inclusiuè dicta castra, quæ
erant in posse fisci post conclusionem peruenerunt in
posse dicti dom. Iulij. † Dicitur, quòd dictus pro- 1
cessus, quò ad dictum dominum Iuliū, est nullus: quia
factus eo uon citato: & processus & acta factus & fa-
cta inter fiscum & dictum comitem nun nocet dicto
Iulio tertio uon citato nec audito in iuribus suis. Ideò
dicit Bar. in l. admonendi. x. col. versi. quid si dicta te-
stium. ff. de iureiurand. quòd testes examinati inter
alias persouas, non probant plenè contra tertium, si
illi testes possunt examinari contra illū. Sed si nō pos-
sunt

sunt examinati probant solum semiplenè, sicut dici-
mus de sententia: vt in l. à sententia. ff. de appel. & pro
hoc facit totus titulus. C. res inter alios acta. & l. si
vnus. §. ante omnia. ff. de pact. & quę habētur in l. sæpe.
ff. de re iudi. & c. quamuis. de re iudica. cum similibus.
2 † Secundò, ad idem dicebatur, ꝙ licet gl. & Angel.
in l. de vnoquoque. ff. de re iudi. dicant, ꝙ si creditor
facit condemnari aliquem suum debitorem, alij cre-
ditores eiusdem debitoris condemnati non possunt
opponere, quòd ipsi non fuerunt citati ad processum
& ad sententiam, quoniam non debuerunt citari, ex
quo lis principaliter non ordinabatur contra eos, sed
agebatur contra debitorem ad finem. vt perueniretur
contra bonorum possessores: tunc iudicium ordina-
tur in perniciem & exitum possessorū principaliter.
Et ideò citandi sunt. Et idem dicit Io. de Imo. in l. de-
cem. ff. de verb. obl. Tamen istud dictum intelligitur,
vt processus & acta & sententia non sint nulla ob ci-
3 tationem omissam cōtra illos tertios: † non tamē illa
acta nocent tertiis nō citatis: vt notanter dicit Alex.
in iij. vol. consi. lxxxiij. incip. in causa, quæ vertitur
inter agentes &c. in iij. col. ita dicendum est, ꝙ proces
sus factus inter Regium fiscum & dictos comitem &
comitissam nō nocent dicto domino Iulio. In con-
trarium dicitur, ꝙ illi cui nocet sententia, nocent etiā
acta, & sic econtrà, cui nocent acta, nocet sententia,
vt not. Bar. in l. qui repudiantis. §. j. ver. nam hęc est re-
gula ff. de inoffi. testa. & ibi sunt cōcordantiæ in apo-
stillis Alex. & in consilus suis in ij. vol. cōsi. lxj. iij. col.
incipien. viso processu. & eo. vol. cxxxv. & consi. ccvij.
in iij. col. & per Alex. post Bar. in l. sæpe. lxxx. col. ff.
4 de re iudica. & ad eius scripta me remitto. † Sed si la-
ta esset sententia contra fiscum, qui est directus domi-
nus dictorum castrorū, talis sententia noceret etiam
dicto Iulio, quando ipse habuisset vtile dominium ca-
strorū à Rege huius Regni. Hoc voluit Io. de Imo. in
d. l. sæpe. dicens, ꝙ si proprietarius est cōuentus, prout
erat in casu, de quo agitur, sententia lata contra eum
nocet vsufructuario habenti causam à proprietario.
& hoc firmat Alex. ibi in lxxvj. col. ergo similiter no-
cent dicto domino Iulio, quando habuisset vtile do-
miniū dictorum castrorū à Rege huius regni, omnia
acta facta cum fisco Regio. Secundò, ad idem addu-
citur tex. in c. si vasallus de suo feudo. si de feud. fuer.
5 controuer. † vbi sententia lata contra vasallum no-
cet domino de feudo: siue dominus sciat, siue ignoret.
licet istud, quod dicitur de ignorātia, And. de Iser. ibi
de iure communi non approbet. & hoc, quando nulla
fraus probatur esse facta per vasallū. ergo pari ratio-
ne, si dominus conuentus super feudo habuit senten-
tiam contra se nocet vasallo habenti causam à Rege,
& ideo dicit ibi Ant. in iij. col. ꝙ si sentētia obest do-
mino, obstat omnibus, qui causam habent à domino.
6 † nā dominus & vasallus iudicantur ad paria: vt not.
in c. j. qualiter dominus proprie. priuetur. Et profectò
mirandum est, quòd nullus doctor in specie tangit in
dicto c. si vasallus de suo feudo. verum sententia lata
contra domi. directum præiudicet vasallo, qui habe-
bat ius in vtili dominio, sed non possidebat: sed pro
hac quæst. potest allegari glo. in l. ij. C. vbi in rem act.
quæ probat, quòd sententia lata contra ciuiliter pos-
sidentem, puta contra proprietarium, præiudicat fru-
ctuario scienti & naturaliter posidēti: & firmat Alex.
in d. l. sæpe. in colum. lxxvj. Et quia fuit probatum,

quòd dicta lis cum fisco fuit intimata cuidam Cobel-
læ Caldaroni procuratori & factori dicti domi. Iulij,
& sic habuit plenam notitiam de dicta lite, iuxta not.
in d. l. sæpe. cum materia sua, & concordan. ibi allega.
† Fuit votatum in consilio quod dictus processus 7
agitatus cum fisco, potest expediri: quia illa acta no-
cent dicto domino Iulio prætendenti habere causam
à Rege huius Regni super dictis castris. & quia istud
dubium est pulchrum & non tactum in specie per do-
ctores, placuit supradicta scribere. Secundò, fuit
dubitatum, ex quo dictus do. Iulius post conclusionē
in causa allegat se tutum virtute nouellæ pragmaticę
catholici Regis, volentis, quòd quæcunque castra per
Regem Ferdinandum primum fuerunt capta, erecta,
in fiscum reducta, data, donata, vendita vel cōcessa, sic
teneri, sine aliqua innouatione obseruari debeant, ve-
luti viuentibus illis tenebantur, & obseruabantur, &
super illis lis moueri non posit, nec aliquid innouari
in iudicio vel extra iudiciū de iure vel de facto. Vtrū
iure vel iniuria capta & erecta concessa fuerunt &c.
ex quo dicit se fuisse inuestitum de dictis castris per
inuestiturā Regis Ferdinandi primi. In contrariū
dicitur, ꝙ dicta Regia pragmatica fauet solum posses-
soribus bonorū prædictorum, qui reperiuntur posi-
dere tempore publicationis ipsius pragmaticæ. Sed di
ctus do. Iulius tūc temporis non erat in possessione di-
ctorum Castrorū. Sed dictus comes cum vxore vigore
priuilegij Regis Federici fuit in possessione etiā post
tempus publicationis pragmaticæ, donec & quousq;
illustris magnus capitaneus & vicerex catholicæ Ma-
iestatis recepit pro Regia curia possessionem dictorū
castrorum. Et posteà lite pendente cum fisco transtu-
lit possessionem dictorum castrorum in posse dicti
dom. Iulij. Deinde Catholicus Rex iussit per suas lite-
ras authēticas, quòd dictis actoribus fieret iustitia ex-
pedita. Et propterea dicitur, quòd dicta pragmatica
non comprehendit hunc casum. Quæritur quid iu-
ris? Et omissa illa disceptatione, an dicta pragmatica
extendatur etiam ad possessores futuros habētes cau-
sam à Rege Alphonso primo, vel à Rege Ferdinand.
primo, qui sine ordine iuris amiserunt possessionem
bonorum stabilium feudalium, & post pragmaticam
illam recuperauerunt, & posteà vocantur in ius vel
solum ad possessores, qui posidebant tempore publi-
cationis dictæ pragmaticæ. † In qua disceptatione 8
domini de Consilio catholicæ Maiestatis & sacri Cō
silij Neapolitani fuerunt varij. Et ego in alia causa te-
nui, quòd extendatur etiam ad futuros possessores, qui
habuerunt concessionem à dictis Regibus per multa
iura & rationes, quas hic non repeto, dūmodò tempo-
re litis motæ reperiātur posidere ipsa bona, quia non
expedit, quia in casu præsenti, quando pragmatica fuit
publicata, pendebat lis inter fiscū & dictos coniuges:
& causa erat in procinctu expeditionis. Et fisco posi-
dente vitio spolij, cū nō iuris ordine dicti cōiuges fue-
runt spoliati possessione dictorū castrorū iussu dicti
magni capitanei, cū anteà posidebant vigore confir-
mationis factæ per Regē Federicū, & lite huiusmodi
pendēte magnus capitaneus transtulit possessionē di-
ctorū castrorū in dictū do. Iuliū. † Et sic semper fiscus 9
habetur pro possessore, licet in dom. Iulium transtulit
possessionem, vt voluit Pau. de Cast. in l. certa. C. vt in
pos. legatorum. dicens authoritate Cy. ꝙ si lite pend.
in rei ven. reus transferat possessionē in alterum, sen-

tentia

tentia lata posteà contra reum mitteretur executioni
contra possessorem etiã nõ citatum, vt ipse dicit in l.j.
C.de ali.iudi.mu.cau.fac.& licet reliqui doctores te-
neant cõtrariũ: vt patet per scribentes in l.à diuo Pio.
§.si super rebus.ff.de re iudic.& in aliis locis ibi alle-
gatis. tamen cũ isto dicto Cy.& Pau.de Ca. cõcordat
capitulum Regni, quod incipit, conuentus.& lex fina-
10 lis.C.de litig.expressè dicit, † ꝙ talis alienatio lite pẽ-
dente facta, est nulla:& sic habetur pro nõ facta: licet
officio iudicis veniat reuocanda, secundũ Bart.in l.
chirographis.§.fi.ff.de admi.tut.& ideo non licet ipsi,
in quem facta est translatio possessionis, allegare no-
uellam pragmaticã: quia non habetur pro possessore.
concord.ad hoc And.in c.j.in verbo, proscriptorum.
quæ sint Regalia, in versi.sed verum alienata:& At. ti.
Insti.de actin.§.omnium.in gloss.in verbo, possideie.
11 † Secundò dicebatur, ꝙ lex noua superueniens ñ õ
pertinens ad litis ordinationẽ, sed ad decisionẽ vel ad
formã,& in exclusionẽ denegandæ audientiæ vel de-
fensionis in iudicio etiã in causa reipublicæ, nõ trahi-
tur ad lites pendentes etiam in prima instãtia, & ma-
ximè conclusas: vt est tex.in auth.vt in medio litis nõ
fiant sac.insi.§.super hoc auth.& per tex.in auth.vt cũ
de appel.cognoscatur.in princ.& sentit Iac.de Belui.
in disputatione huius dubij, posita in d.auth. vt cũ de
appel.cognoscitur. Cuius verba ponit quasi de verbo
ad verbum Albe.de Rosa.in l.leges.la.ij.C.de legib.&
Bar.in l.omnes populi.ff.de iusti.& iure. Et expressè
hoc firmat Card.Flo.in c.fi.de consti.licet Io.de Imo.
in d.c.fin.limitet hoc dictũ Cardin.vt habeat locum,
quando esset conclusum in causa.& facta fuisset rela-
tio superiori,& omnia ista concurrebant in ista cau-
sa.& pro hac conclusione Felin.in d.c.fin.dicebat ad
12 confirmationem, † quia paria sunt esse iudicatũ vel
conclusum in causa, vt dicit Bal.in l.error.in iij. col.
C.de iuris & fact.ignor.& in l.certi.C.de inter.& pro-
bat.tex.in c.auditis.de procura.& in c. pastoralis. de
causa pos.& propric.& habetur in c. dilectus. de fide
instrum. Et subdebat, quòd vbi non est facta relatio
superiori:& esset conclusum in causa,& post conclu-
sum in causa seruaretur, ꝙ probatio posset fieri, prout
est in isto Regno, propter nouellã pragmaticam Re-
gis Ferdinandi primi: tunc cessat prædicta considera-
tio Imolæ per rationem, quàm allegat ibi Feli. quam
omitto breuitatis causa. † Quare consideratis con-
13 siderandis fuit votatum per multos dominos Cõsilia-
rios Regios qui interfuerunt in votando, ꝙ dictus do-
minus Iulianus non potest gaudere dicta pragmatica,
quæ non compræhendit hunc casum.& sic posteà di-
cta castra fuerunt restituta domi.comiti & comitissæ.

DECISIO CCCXCVII.

De pacto conditionali inter contrahentes resoluto in alternatiuam, & de electione inter eos.

SVMMARIVM.

1 *Electio qualiter cadat inter contrahentes in alienati-
nis. 6.8.*
Promissio alternatiua, quando dicatur.
2 *Conditionalia an inducant obligationem.*
4 *Debitor alternatiue obligatus, optionem an habeat.*
5 *Alternatiua exigendo est in electione agentis, & soluen-
do debitoris.*
7 *Eligenti variare an liceat.*
9 *Continuare an teneatur, qui passus est sibi censum solui.*

QVidam Hispanus habuit gratiam ab Illust.
magno capitaneo de bonis magnifici Al-
phõsi Caraczoli propter eius assertã rebel-
lionem commissam erga catholicam Ma-
iestatem, oritur contentio in sacro Consilio inter di-
ctum Hispanũ & magnificũ Bartholemæũ Caraczo-
lum super bonis, quæ fuerunt dicti Alphonsi, quæ pos-
sidẽtur per dictum Bartholemæum. Nam pro intel-
ligentia infrascripti dubij præponendũ est, ꝙ ex pro-
cessu apparet, ꝙ dictus Alphon.& Lucretia eius vxor
in publico testimonio constituti asserũt se habere te-
nere & possidere quandam domũ magnam in perti-
nentiis sedis Capuanæ, ciuitatis Neapolis, eandem do-
mum vendiderunt præfato do. Bartholemæo pro cer-
ta quantitate pecuniæ, quã confessi sunt se recepisse:
deinde eodẽ die idẽ Bartholemæus emptor per publi-
cum instrumentũ cõfitetur se mutuo recepisse certam
pecuniæ quantitatẽ, videlicet M.cccc.duc.à dictis cõ-
iugibus, quã promisit infra certũ terminũ soluere eis-
dem cũ hac declaratione, ꝙ si infra dictũ terminum
dictã pecuniã mutuo confessatã nõ soluerit dictis con
iugibus, teneatur pro dicta quantitate eis submittere
domũ prædictã emptã,& soluere annuũ reditum du-
catorũ quinq; pro quolibet centenario. Et cũ hoc pa-
cto, ꝙ teneantur dicti coniuges eidem dom. Barthole-
mæo reuẽdere dictũ censum in vna vel in pluribus vi
cibus ad libitũ ipsius Bartholemæi. Euenit, ꝙ in ter-
mino statuto dictus do. Bartholemæus non soluit in-
tegrè dictam pecuniam, vt s.mutuatã, nec factum fuit
instrumentũ submissionis iuxta dictam conuentionẽ.
Ille Hispanus conuenit in sacro Cõsilio dictũ do. Bar-
tholemæum, vt soluat restantẽ pecuniã mutuatam ei-
dem Hispano virtute donationis sibi factæ de bonis
& iuribus spectantibus dictis coniugibus propter eo-
rum rebellionem notoriam. Ipse do. Bartholemæus
replicat, ꝙ ipse in effectu habet electionẽ, an velit sol-
uere pecuniam mutuatam dictis coniugibus, vel sub-
mittere dictam domũ emptã pro restanti quantitate,
licet posteà dictus census formãdus super dicta domo
veniat affrancandus in pecunia, quando voluerit ipse
Bartholemæus,& ꝙ ipse eligit potius velle submitte-
re ipsam domũ pro restanti quãtitate mutui dicto Hi
spano. Ille Hispanus, dicit, ꝙ imò electio spectat ad
eum,& ꝙ ipse elegit loco dictorũ coniugum rebelliũ,
quibus ipse succedit virtute Regiæ donationis, vt di-
ctus Barthol. ei soluat pecuniã debitam. Quæritur
modò quid iuris. † Vtrum, in casu prædicto electio 1
sit debitoris, scilicet dicti Barthole vel sit dicti Hispa-
ni creditoris ex persona dictorũ coniugũ. Et diceba-
tur per aduocatũ illius Hispani. Certũ est, ꝙ Bartho-
lemæus in dicto instrumẽto mutui promisit infra an-
nũ illos ducatos M.cccc.soluere dictis coniugibus,&
eo casu quo non soluerit, promisit incontinenti sub-
mittere domũ ad & in cẽsum: certè ista cõuentio inci-
pit à præcedenti cõuentione stipulata purè & simpli-
citer de soluẽdis dictis duc. M.cccc. infra annũ & sub-
sequitur stipulatio cõditionalis, vt si non dederit, sub-
mittet domũ,& sic submissio nõ fuit in obligatione,
sed in cõditione, quo casu ista nõ dicitur alternatiua
promissio: vt nõ.gl.& Bar.in l.ita stipulatus.la grãde.
de verb.obl.& in l.j.§.itẽ & si ita.ff.ad leg.Falc. † Quę 2
enim sunt in conditione, non sunt in obligatione. l.si
quis

quis sub cõditione.ff.si quis omis.cau.test.l.cedere diẽ.
ff.de ver.sign. Sed quando conuentio incipit à præce-
denti conditione:puta,si fundũ non dederis, promit-
tis domũ , neutrum à principio est in obligatione se-
cundũ Bart.& alios in d.l. ita stipulatus. licet ex post-
facto per aduentum conditionis alterũ incipit esse in
obligatione. Et sic dicebat , ꝙ ex quo pecnnia erat in
obligatione:& illa verba,ꝙ si infra dictũ terminũ nõ
soluerit &c.sunt cõditionalia,quæ nõ ioducunt obli-
gationem. Ideò debet dictus dominus Bartholemæus
3 soluere pecuniã Alphonso.& sic illi Hispano. †Sed
quia euenit dicta conditio : quia dictus do. Barthole-
mæus non soluit dictam pecuniam in tempore, & sic
vtrunque remanet in obligatione,ex quo contractus
procedit ex causa onerosa, & ideò non sit nouatio,se-
cundùm Bar.& alios in d.l.ita stipulatus.per l.prędia.
ff.de action. emptio. & l. si quis à socio. & l.si duo so-
cietatẽ. ff. pro socio. A o sit in electione Bartholemæi
solnere pecuniam vel facere dictã submissionem , vel
sit in electione creditoris, scilicet ipsius Alphonsi , &
sic dicti Hispani. Et allegabatur ad hoc id,quod di-
cit do.Ant.de Alex.in l.si pacto,quo pœnã. C.de pact.
vbi voluit,ꝙ electio sit creditoris , an velit petere il-
lud , quod fuit in obligatione à principio ex causa o-
nerosa,vel illud quod fuit in conditione à principio,
sed ex post facto adueniente cõditione est in obliga-
tione. Item allegabatur Albe.de Rosa. in l.Rescri-
ptum.§.si pacto.iij.col.ibi oppono , quòd etiã in casu
nostro electio sit rei &c.vbi dicit , ꝙ quãdo vtrunque
est in obligatione ex postfacto,& tũc electio est acto-
ris,& subdit,ꝙ quando obligationes sunt simul & pa-
riter indictæ , imò vna habẽs duas partes per modum
subrogationis ad alteram,& vtraque est commissa, si
non fiat nouatio,electio est creditoris. †In cõtra-
4 rium dicebatur pro parte dicti debitoris,quòd quãdo
debitor alternatiuè est obligatus soluere vnum vel a-
liud,electio est debitoris.text.est in l.plerunque.ff.de
iure dot.& in l.si quis seruũ.& ibi Bal.C. de cõdictio.
indeb.& est regula iuris in sexto in alternatiuis.& ibi
Dy.allegat d.l. plerũque.& ff.de eo,quod certo loco.l.
nõ vtique.§.qui Stichum.& condi.institu.l. si hæredi.
Inde dicit Bald.in l.fin.iiij.col.ver. quæro in isto ver.
5 † Quòd alternatiua exigendi est in electione agentis:
sed in alternatiua soluendi est in electione debitoris:
vt nota.in l.Lucio.ff. de lega. ij. & l. si ita distrahatur.
per Iacob.de Aret. ff. de contrahen. empr. & in l. hac
edictali.§.mobilium. C. de secund. nup. nam in alter-
natiuis semper est electio eius, in cuius fauorem alter-
natio opponitur,secundùm Gulielmum de Cug. in l.
quamuis. ff. de pigno.action. vbi etiam dicit , quòd si
aliquis promisit mihi soluere ad certum tempus , vel
dare obsides aut pignora, posteà non vult soluere,sed
dare obsides vel pignora , & ego nolo obsides vel pi-
gnora , quòd non possunt debitorem compellere ad
soluendum , quòd ex quo illud de pignoribus vel ob-
sidibus fuit dictum in mei fauorem , vt essem magis
cautus , & sic non compellor recipere , si nolo,& hoc
ideò est, quia tendit in fauorẽ creditoris.Idem Pau.de
Cast.in l.quarta.§.si ex cõuentione.ff.de re iudi.& Ias.
6 in l.j.ff.qui satisd.cog.† Et sic illud,quod dicitur. quòd
in alternatiuis rerũ electio est debitoris,est verũ , nisi
vnum sit in obligatione , & aliud ad cautelam credi-
toris, secundum Bart. & Sal. in d.l. quamuis. & idem
Alb.dicit in d.§.si pacto.& Paul.de Cast. in l. cũ pro-

ra.tiarri 3

ponas.C.de pact. Sed in casu , de quo quæritur , illud
pactum si nõ soluatur pecunia, quòd submittatur do-
mus cum pacto affrancãdi in pecunia , est appositum
in fauorẽ debitoris,& non creditoris, vt patet ad sen-
sum ex multis coniecturis apparentibus ex processu,
quæ omitto breuitatis causa referre. Secuodò, di-
cebatur, ꝙ licet ipse debitor partem ex dictis M.CCCC.
ducatis soluisset Alphonso, & in partem soluisset cen-
sum:tamẽ negari non potest, quin ipse Alphonsus per
receptionem census,quando sibi spectasset electio,se-
mel elegit de residuo pecunię velle cẽsum, donec Bar-
tholemæus censum affrancauerit : † & sic facta elè- 7
ctione non licet ei variare , & sic nec dicto Hispano
succedenti in eius locum, iuxta not. in l. serui electió-
ne.& in l. huiusmodi.§.Stichum.ff.de leg. j. & habetur
per Bar.& doct.in l.eum qui certarũ ff.de verb.oblig.
In hac dubitabili quæstione sacrum Cõsilium fuit
in voto, quòd illud pactum adiectum in instrumento
mutui, quòd si infra terminum non soluerit mutuum
confessatum, teneatur debitor submittere dictam do-
mum emptam ad rationem quinque pro centenario,
cum potestate affrancandi in pecunia resoluitur in
alternatiuã , quasi dicat promitto soluere pecuniam
in tempore , aut non soluendo pecuniam submittam
domum cum potestate affrancandi &c. & sic erit
electio debitoris. †Et pro hac decisione bene facit 8
ratio naturalis: quia istud pactum est in fauorem de-
bitoris , scilicet dicti Bartholemæi propter coniectu-
ras apparẽtes: vt dictum est suprà,& ideò gl.in l.si Ti-
tius.ff.de verborum obliga.in verbo, iudicium. dicit,
quòd si in eadẽ persona sit facta illa stipulatio. si mihi
Stichum non dederis, x.dabis, tantùm operatur , ac si
esset dictum , si stipuler mihi fundum dari , aut Titio.
Et pro hoc est text.in l.cùm ita legatum.ff.de optione
leg. vbi dicit, cùm ita legatur, Titio Stichum do, lego,
si Pamphilum non elegerit , & eidem Titio Pamphi-
lum, si Stichum non elegerit. simile est , ac si legatum
ita fecisset, Stichum Titio aut Pamphilum, vtrum eo-
rum volet, do , lego , & sic in hoc casu, de quo agitur,
licet per conditionem locutæ sunt partes , tamen in
effectu alternatiua est , & hoc est quod dicit Raphaël
Cuma.in d.l.si Titius.& licet dicat Alexã.ibi , quòd si
non ex toto placet dictum Rapha. quia Alex. videtur
hoc tenere.sed in alio, quod dicit Raphaël , scilicet ꝙ
in terminis d. l. si Titius. videlicet quando separatim
Titius & seius stipulati sunt fundum illum , si illi non
dederis &c. nam dicit ipse perinde est , ac si essent sti-
pulationes alternatiuæ.hoc oon placet Alexan. vt ibi
per eum. Et ea, quæ sunt allegata in contrarium , per
nota.per Bartol.& alios in d.l.stipulatus. non faciunt
ad hanc quæst. quia loquuntur in secunda stipulatio-
ne pœnali accessoria non æquè principali, prout est
in dicto casu , de quo agitur. † Ideò fuit sententia- 9
tum per sacrum Consilium , quòd dictus domin. Bar-
tholemæus non potest compelli ad soluendum pecu-
niam, sed quòd teneatur facere instrumẽtum submis-
sionis dictæ domus emptæ dicto Hispano de soluen-
do censum pro resta quantitatis dicti mutui, & tanto
magis, quia dictus dominus Bartholemæus iam cœ-
pit soluere censum dicto Alphonso , vt suprà dictum
est , quæ omnia sunt menti tenenda , ex quo materia
prædicta est multum disputabilis, & multa possunt
allegari pro & contrà, quæ breuitatis causa omitto,
ideò sufficiat dicta decisio sacri Consilij.

DECISIO CCCXCVIII.

De probatione assensus super alienatione vel obligatione feudi.

SVMMARIVM.

1 *Inuestitura qualiter probari debeat.*
2 *Probatio per testes, an aequiualeat probationi per scripturam.*
Assensus vim habet confirmationis.
3 *Confirmatio exigit verba.*
4 *Scriptura in quibus requisita ad probationem, etiam si testes adsint.*
5 *Assensus Regis, in feudis est gratia.*
Princeps in quibus casibus teneatur assentire.
Gratia omnis principis, est priuilegium.
6 *Priuilegium principis requirit scripturam.*
7 *Mandatum Regis super iustitia probatur per testes.*
8 *Feudum datum in dotem, reuertitur, si non ostendatur scriptura assensus.*
9 *Assensus Regis super obligatione vel alienatione feudi, probari potest per testes.*
Andreæ de Isernia opiniones præ cæteris doctoribus seruantur.

IN contingentia facti fuit dubitatum in
1 Cõsilio, † vtrũ assensus Regis super obli-
gatione vel alienatione feudorum de ne-
cessitate debeat probari in scriptis iuxta
stylũ Regiæ cancellariæ, vel sufficiat, ꝙ probetur per
testes. Nam And. de Iser. in c. j. de prohi. feudi alie. per
Lothariũ. in iij. col. expressè dicit, ꝙ ipse putat, quòd
assensus Regis potest probari nedũ per scripturã, sed
etiã per testes: licet frequẽtius fiat per literas: quia nõ
est de casibus, in quibus requiritur scriptura, de qui-
bus in c. j. de censi. lib. vj. in glo. in verbo, in scriptis. &
habetur in l. contrahitur. ff. de pign. & Bal. in l. gesta.
C. de re iudi. & per Lucã de Pẽna. in l. prohibitum. C.
2 de iure fis. lib. x. † & Ideò tantũ valet probare per te-
stes, sicut probatio per scripturã: vt in l. in exercendis.
C. de fide instru. & ideò si consensus Regis expressus
probetur per testes, sufficit, quia constitutio Regni,
constitutionem diuæ memoriæ. dicit, nisi de speciali
nostra licentia cõfirmetur, & sic non sufficit præsen-
tia domini cũ taciturnitate, quãdo alienatur vel obli-
gatur fundũ: licet de iure præsentia domini cum taci-
turnitate operabatur de iure cõsensum, secundũ glo.
in d. c. j. de prohi. feudi ali. per Lotha. hodie in Regno
nõ procedit per dictã constit. & maximè, quia dictus
3 assensus habet vim cõfirmationis, † & in cõfirmatio-
ne requiruntur verba, per multa iura. quæ ibi allegat
And. sed bene talis licentia & confirmatio potest per
testes probari secundũ eum: quia dicta cõstitutio non
dicit, ꝙ talis licẽtia siue assensus præstetur in scriptis.
Et pro ista parte, ꝙ assensus possit probari per testes,
adducit tex. in c. j. qui testes sint necess. vbi in vestitura
feudi, ibi requiruntur verba, videlicet inuestiote, se-
cundũ Andr. in c. j. de prohi. feu. alie. per Lotha. potest
probari per breue testatũ & per testes pares. concor-
4 dat tex. in c. j. de cõtrouer. inuesti. † Sed in contra-
rium videbatur mihi dicendum in Regno. Primò per
glo. in cõsti. Regni, quæ incipit, si dubitatio. in verbo,
instrumenta, quæ dicit, ꝙ vbi agitur de iurem rerum
regaliũ, quatũ concessio dicitur fuisse à Regibus con-
cessa, nõ potest probari per testes, sed requiritur scri-
ptura, sicut in quolibet mãdato principis: vt in l. j. C.
de manda. princ. quo casu requiritur etiam suscriptio
quæstoris, vt no. in auth. vt diuinæ iussi. col. viij. in gl.
quæ incipit, priuilegiũ. subdens glo. in dicta consti. ꝙ
vbicunque in iure sit mẽtio de liberalitate principis,
subiungetur ibi de priuilegio sacris literis, vel apici-
bus, id est scripturis: quia per scripturam talia debent
cõstare: vt in iuribus ibi allega. per glo. & per l. An. in
procemio sexti in nouella: † assensus enim Regis in 5
obligatione vel alienatione bonorũ feudaliũ, est gra-
tia, quia princeps non tenetur assentire, nisi in certis
casibus, de quibus per And. in constitu. Regni, si quis
post litem. & omnis gratia principis est priuilegiũ. se-
cundũ Bald. in præludiis feudo. † & priuilegiũ princi- 6
pis requirit scripturã, secundum Bal. in d. l. gesta. C. de
re iud. Omnis enim gratia principis, videtur fieri hoc
acto, quòd inde conficiatur scriptura, secundũ Bal. in
c. j. ij. col. per quos fiat inuestitura. Idem Dominicus
de sancto Gemi. in procemio sexti libri. & Feli. in ru-
brica, extrà de constit. Semper enim in omni actu vi-
detur tacitè actum, quòd fiant ea, quæ sunt de consue-
tudine, vt not. in l. si. C. de fideiuss. & in l. ꝙ si nolit. §.
quia assidua. ff. de ædil. edicto. Ideò dicebat Guliel.
de Cug. in l. nec quicquã. §. vbi decretũ. ff. de offi. pro-
consu. † quod mandatũ Regis cõtinens iustitiã potest 7
probari per testes. Sed si continet gratiam, debet pro-
bari per scripturã. Secundò, allegabã c. regni, Re-
gis Caroli secundi, quod incipit, item statuimus. nu-
me. 116. per quod permittitur feudatariis contrahere
matrimonium de filiabus, sororibus, & neptibus sine
Regio consensu, dummodo inter fideles contrahatur.

Item, dummodo non detur in dotẽ feudũ vel ali-
qua eius pars sine assensu curiæ: & si volũt feudũ dare
in dotem, procurare habent assensum in scriptis: hoc
idem probatur in alio c. Regis Caroli primi, quod in-
cipit, ad maiestatis nostræ. nu. 31. de quo c. facit men-
tionẽ And. in l. imperialẽ. in additione, de prohi. feu.
alie. per Fede. † vbi dicitur, ꝙ si non ostenditur litera 8
Regia, ꝙ possit feudũ dari in dotem, feudũ datum in
dotẽ debet peruenire in posse Regiæ curiæ. Tertiò
allegabã id, quod dicit Bal. in iij. vol. consi. ccc. incip.
in bonis feudalibus. vlti. colũ. vbi dicit, quòd feudum
principis nõ probatur per testes, sed per scripturã: vt
in l. bene à Zenone. C. de quadri. præscri. sed inferiora
bene probãtur per testes. Dicebat do. Antonius de
Ianuario, ll. Doctor, & vir prudẽs & Viceprotonota-
rius & præsidens in Consilio catholicæ Maiestatis, ꝙ
de hoc dubio ipse nunquàm fuit anceps propter au-
thoritatẽ præallegatã do. And. de Iser. in specie. † Et 9
ideò omnes domini de Cõsilio fuerunt in voto, quòd
assensus Regis super obligatione vel alienatione feu-
di potest probari per testes, freti authoritate domini
And. & illa capitula Regni loquuntur in casu suo. Et
ego per silentium annui dictæ decisioni, quia And. de
Iser. est magnæ authoritatis in decisionibus causarum
in Regno isto, & eius opiniones seruantur in Regno
præ cæteris doctoribus, & maximè in materia feudali.

DECISIO CCCXCIX.

De periculo & commodo rei venditæ, & de tara vini non facienda.

SVMMARIVM.

1 *Tara an facienda de rebus semel permutatis, & quãdo. 4.*
2 *Contractus permutationis, similitudinem habet cum contractu emptionis.*

Venditor

Venditor non prestans rem bonam tenetur emptori ad interesse.
3 *Actio ex pacto nudo inter mercatores oritur.*
4 *Venditio ad mensuram, dicitur conditionalis.*
5 *Vendere ad mensuram quando dicatur. 6.*
6 *Contractus sub conditione de præterito, licet de conditionis existentia sit incertum, est perfectus.*
7 *Quantitas designata ad certum locum, quando dicatur species.*
8 *Periculum vini venditi contractu perfecto, licet vinum sit traditum spectat ad emptorem.*
9 *Venditor frumēti cōstituitur in dolo per non expressionē futuræ ordinationis, quam sciebat super vtilitate pretij.*
10 *Vini degustatio transfert periculum in emptorem.*
11 *Periculum deteriorationis vini, post emptoris moram ad emptorem transit.*
12 *Mora vbi non est dies & pœna, non committitur sine interpellatione.*
13 *Testes singulares an bene probent.*
Hæres promittens legata soluere, intelligitur saluo legis beneficio.
14 *Promissio de tota dote restituenda qualiter intelligenda.*

FVit latum laudum per honorabilem mercatorem Franciscū Surrentinum, vt arbitrum & arbitratorem super differentia.
1 †Vtrum sit faciēda tara per honorabiles Paulū de Bacio de Terracina, & fratres de Vegetibus vini Græci cclxxx. permutatis cum certis pannis cuiusdā mercatoris Liuij de Vest. institoris certorum nobiliū de Mascaronibus, per quod laudū pronuntiatum & laudatū fuit dictū Paulū non teneri ad faciendam aliquam taram pro dictis vegetibus vini Græci permutatis cū dictis pānis. Ab isto laudo dictus Liuius reclamauit ad sacrū Consiliū & ad ostendendū, quòd dicta tara debet fieri, Dicebatur, ꝙ dicta vina Græca non erant bona in colore & sapore, & ideò si recepit,
2 debet sibi fieri tara. †Nam contractus permutationis habet similitudinē cum cōtractu emptionis: vt dicit tex. in l. j. ff. de rerū permu. Sed si venditor nō præstat rem bonā, tenetur emptori ad interesse, & sic ad dictā tarā, per tex. in l. si seruū. in princ. & l. ex empto. §. redhibitionē. & §. animaliū. & sequēti. & l. Iulianus. in prin. & §. j. ff. de actio. empt. ergo idem dicendū est in permutatione. Secūdò dicebatur, ꝙ dictus Paulus tēpore mensurationis dictarū vegetum vini Græci promisit facere tarā: quia dicta vina Græca erant mutata in colore arbitrio Alberici, & sic virtute pacti
3 tenetur facere tarā, † cùm inter mercatores ex pacto nudo oriatur actio: vt dicit Bar. in l. Quintus. & in l. si fideiussor. §. quædā ff. mandati. & Bal. in l. si pro ea. C. eo. & in c. j. penul. col. de pactis. & in c. si pro debilitate. de offic. deleg. & Alex. in l. iurisgentium. §. sed cum nulla. ff. de pact. Tertiò dicebatur, ꝙ dictæ vegetes vini Græci debebāt mensurari, & donec nō fuit mensuratæ dictæ vegetes, omne periculū est dominij vendentis seu permutātis: vt est tex. in l. si per emptorem. ff. de periculo & cōmo. rei vendi. & in l. quod sæpe. §.
4 in his. & l. si quis vina ff. de cōtrahen. emptio. †quia dicitur, ista venditio cōditionalis, quando venditur ad mensurā. vt in d. §. in his. & firmat Bar. in l. Iulianus. §. si Titius. ff. de actio. emptio. & in suo consi. xlvij. incipiente, Petrus vendidit. In contrarium dicitur, ꝙ bene fuit laudatū per dictum arbitratorē, scilicet, ꝙ nulla tara debeat fieri: quia attento tenore dicti contractus permutationis dictæ vegetes vini Græci non fuerunt permutatæ ad mensurā, sed in specie fuerunt permutatæ: nam secundū tenorē dictæ conuentionis redactæ in scripturā priuatam, eorū manibus dicitur, ꝙ ipse Paulus in contrale supradictæ robæ le daturtili sui Græchi de sancto Cæsaro, & ad complimento de butte cclxxx. quile de Neapoli sistentia in suis magaczenis ad rationē ducatorū sex pro qualibet vegete. & pro hoc allegabatur decisio Baldus in l. sicut. C. de actio. empt. vbi dicit, † quid si dixi tibi: vēdo tibi vinū 5
totum, quod est in ista vegete ad rationē decem solidorum pro qualibet salma: nunquid dicitur tūc venditum ad mensurā? dicit ipse, videtur, ꝙ sic: quia pretij declaratio pēdet ex mēsura, & sic sequitur, quòd ante mensurationē, quando venditū est Græcum ad mensuram, si Græcum deterioretur, periculū erit venditoris, & sic interesse deteriorationis erit vēditoris, id est, ipsius Pauli permutantis, per tex. & glo. in l. j. in prin. & in l. necessariò. ff. de peri. & cōmo. rei vendi. & in l. ij. C. eod. tit. & firmat Bar. in l. vinum. ff. si certū petatur. & patet in allegata l. quod sæpe. §. in his. † In 6
contrariū videtur secundū Bal. in d. l. sicut. quia tunc venditur ad mensurā, quando sic dico, vendo tibi tot salmas ex tali vegete vel ex tali cellario: tunc enim vēditur sub forma mensuræ, & sic antequā mēsuretur, est emptio imperfecta, quia est facta quasi conditionaliter. Sed si in priore exēplo, videlicet, quādo vendo tibi totū vinum, quod est in isto cellario. ad rationē decem solidorū pro qualibet salma, mensura non venit ad substantiā, sed ad declarationem solius pretij, & sic cōtractus est perfectus inspecta veritate, sicut quādo contrahitur sub conditione de præterito, licet de existentia talis conditionis incerti simus. l. itaque. ff. si certū petatur. & dicit, ita teneo. & pro hoc bene facit quod dicit Bar. in l. talis scriptura. in princ. ff. de leg. j. vbi dicit, † ꝙ quādo disponitur de quantitate habito 7
respectu ad certū locum, talis quantitas designata ad certū locum dicitur species, per illam l. j. in princ. & l. planè. §. sed hoc. & l. sed si certos. ff. de legatis primo. & idem dicit Bald. in l. incendiū. C. si certum petatur. Et quando non est Græcū permutatum existens in certo loco, species saltē esset ratione certi loci permutatū Græcum in genere subalterno: vt not. Bar. in l. legato generaliter. ff. de legat. j. & bene hoc declarat Paul. de Cast. in l. ij. C. de periculo & commo. rei vendi. & tantum est, sicut in specie fuisset permutatū: vt dicit Pau. de Cast. in d. l. ij. bene facit quod dicit Alex. in l. vinū. ij. col. ff. si cer. pet. quòd si promisi tibi dare decem amphoras vini de Vincentia, nō dicitur promissio facta in genere, sed in specie de Vincentia. & † ideò dicebat 8
Alexan. de Imol. in v. volu. consil. cxxj. visis & ponderatis. circa fin. quòd ad hoc, vt periculum vini venditi spectet ad emptorem, sufficit, quòd contractus sit perfectus, licet res non sit tradita. & firmant Bal. & Salic. & Paul. de Cast. in l. j. C. de peri. & commo. rei vendi. & Bald. in l. ij. C. quando liceat ab empt. disce. & glo. in rubri. Instit. de empt. fallit in illis quatuor casibus.

Primò, videlicet quando venditor recepit in se omne periculum: vt in l. j. ff. de pericu. & commo. rei vendi. Secundò, quādo per venditorem stetit, quominus emptor degustaret: vt in l. si quis vina. ff. eod. tit.

Tertiò, cum asseuerauit bonitatē vini duraturam, vt in l. si vina, quæ in doliis, ff. eo. tit. Quartò, quan-

do venditor sciebat bonitatem vini non duraturam,
9 vt in d. l. si vina. §. planè. † Idem dicit Bald. in d. l. ij. si
venditor frumenti, sciebat ordinationem futuram de
frumento vilius vendẽdo, & non præmonuit empto-
rem, dicitur in dolo, si nõ expressit. Idem dicit Guliel.
in l. frans. & in l. contra legem. ff. de legibus. & Bart. in
l. quæro. ff. de action. empt. Constat autem per testes,
quòd tam tempore contractus prædicti, quàm pòst,
dicta vina Græca fuisse bona in odore, colore, & sa-
pore, & receptibilia, ergo periculũ contingens posteà
in dictis Græcis in colore, sapore, & odore, est ipsius
Liuij. Secundò, adducitur, quia tẽpore contractus
dictus Liuius degustauit dicta vina Græca, & propter
10 degustationem sibi placuerunt. † & quando venditur
vinum in specie, prout erat casus, de quo agitur, quia
permutatũ fuit vinum Græcũ existens in certis locis,
& non fuit ad mensurá permutatum, sufficit sola de-
gustatio absque mensuratione, vt transferat periculũ
in emptorẽ, vt declarat Paul. de Cast. in d. l. sicut. C. de
actio. empt. vbi dicit, quòd quãdo venditur in specie
vinũ, non ad mẽsuram, sufficit sola degustatio absque
mensuratione, vt periculum pertineat ad emptorem.
In casibus autẽ, vbi periculũ pertinet ad venditorem,
dicit ipse Paulus, ꝙ fallit, nisi emptor susceperit in se
periculum, vel fuit in mora mensurãdi, vel degustan-
di, in quibus casibus indistinctè pertinet periculum
ad emptorem, etiam si non fuit facta traditio, nec de-
gustatio, nec mensuratio, & ita dicit, quòd firmat glo.
11 licet in hoc fuerũt diuersæ opiniones. † Tertiò, ad-
ducitur mora ipsius Liuij in recipiendo dictũ vinum
Græcum, nam dictæ partes conuenerunt de cõsigna-
tione dictæ quantitatis vini Græci in anno M.cccccij.
de mense Iulij seu ante ad requisitionẽ dicti Liuij. Et
tamen infra illud tẽpus non venit Liuius ad recipien-
dum dictum Græcum, sed post & sic periculum dete-
riorationis Græcorum in colore, vel sapore, & odore,
post morá emptoris pertinet ad emptorem: vt suprà
dictum est, per not. in d. l. ij. C. de peric. & commo. rei
vendic. & est text. in l. si per emptorem. ff. eod. titu. &
12 bene not. hoc Salic. in d. l. ij. † Et licet, vbi nõ est dies,
& pœna, non cõmittitur mora sine interpellatione:
vt not. in l. magná. C. de contrahen. & cõmit. stipula-
tio. tamen apparet de protestatione ipsius Pauli cõtra
Liuium, ꝙ in tẽpore conuento non venit ad recipien-
dum Græcũ existens in magazenis. Fuit tandẽ per
sacrum Consiliũ nemine discrepante votatum, ꝙ lau-
dum latum per dictũ arbitrũ & arbitratorẽ, in quan-
tum pronuntiauit nullá taram esse faciendá per dictũ
Paulũ fuisse bene latum, & ideò Paulũ esse absoluen-
dũ ab impetitione dicti Liuij super dicta tara petita.
Non obstat primũ motiuũ, quia per interemptio-
nem facti nõ obstat, ex quo dicta vina Græca, proba-
tum est, ꝙ tẽpore contractus & tẽpore degustationis
erant bona & receptabilia, & post morá Liuij muta-
uerunt eorum bonitatẽ, prout solita est fieri mutatio
in mense Augusti: vt fuit bene probatum in processu.
13 † Nec obstat secundũ motiuum, quia nõ legitimè
fuit probatũ de promissione facta per Paulum de fa-
ciendo taram post morá dicti Liuij. Ex quo testes sunt
singulares, & quando bene fuisset probata talis pro-
missio, intelligi debet si de iure fieri debet talis tara,
vt in simili dicit Bal. in l. fin. C. ad leg. Falcidiá dicens,
ꝙ si hęres promittit soluere omnia legata, intelligitur
eatenus, quatenus tenetur saluo legis beneficio. & idẽ
dicit ibi Ang. & Paul. de Cast. post Cy. ibi, pro quo al-
legat l. j. §. sub conditionẽ. ff. vt lega. nomine eauea. &
l. si prior. cũ ibi notatis. ff. sol. matr. & l. cũ qui. §. si mu-
lier. ff. solut. matri. † Accedant ad hoc iura allegata 14
per Alex. in apostillis in d. l. fin. bene facit vltra eum,
quod dicit Bal. in l. Neratius. ff. de reli. & sump. fune-
rum. vbi promissio de tota dote restituenda, intelli-
gitur in casu, in quo tota dos debet restitui, & si ali-
ter intelligeretur, posset condici tanquam indebita,
per l. is qui. ff. de condi. indebiti. cum concor. Nec
ob. tertiuum motiuum, quia iam ex prædictis patet
responsio, quia dictum vinum Græcum non fuit ven-
ditum ad mensuram, sed in specie: vt suprà dictum est
in primo motiuo pro ista parte, & sic posteà lata fuit
sententia absolutoria sacri Consilij.

DECISIO CCCC.

De probatione testium vniuersitatis in fauorem illorum.

SVMMARIVM.

1 *Testes de vniuersitate deponẽtes super cõmodo vniuer-
sitatis eorum, an rectè probent, & valeat probatio nu. 4.
2 *Debitum vniuersitatis non est debitum singulorum.*
Monachus est idoneus testis pro monasterio.
3 *Legatarius potest esse testis in testamento, in quo sibi le-
gatur.*
5 *Laici maiorem habent affectionem ad vniuersitatem,
quam clerici ad collegium.*
6 *Actus quando dicatur concernere singulos de vniuersi-
tate.*
7 *Testimonium in causa propria ferre nemini licet.*
8 *Testibus contra testes vniuersitatis deponentibus, quan-
do magis standum.*
9 *Testes super negatiua, quo casu probent.*
10 *Seruitus originalis nulla, nisi ex accedenti.*
Villeriã reportat, cuius possessio à iure cõmuni fouetur.
11 *Probare melius dicitur, cuius intentio rationi magis con-
gruit.*
12 *Gabellæ exigendæ possessio non probatur scientia & pa-
tientia domini non probata.*

NObilis Petrus Ioannes Spinellus de sedili
nidi habet litem cum vniuersitate & ho-
minibus terræ Barroli in sacro Consilio
super quodam iure gabellæ pisciũ, qui ca-
piuntur in lacu seu pantano Satpæ, ꝙ ex concessione
Regis Federici facta ipsi Petro Ioanni, tenet. Et fuit
de ista antiqua quæstione sciscitatũ videlicet, † vtrum 1
testes dictæ vniuersitatis deponẽtes, ꝙ gabelloti Ba-
rolitani exegerunt certá gabellá de piscibus, qui ca-
piuntur in dicto pãtano, & aliqui deponunt à tẽpore
ducis Andriæ & eius filij: alij ab annis xxx. alij ab an.
xx. alij ab an. x. probent dictá vniuersitatem fuisse in
quasi in possessione exigẽdi dictam gabellã. Ista quæ-
stio diffusè tangitur per Bar. in l. in tantùm. §. vniuer-
sitatis. ff. de rerũ diui. vbi post argumenta pro & con-
trà concludit, ꝙ si quidẽ sumus in causa ciuili, prout
est ista, de qua agitur. Dicendũ est, ꝙ quędam sunt,
quæ non possunt probari, nisi per illos de collegio, vt
electiones, quæ fiunt in secreto. & isto casu ille, qui est
de collegio, est idoneus testis. arg. legis. consensu. C. de
repudiis. & C. de naufragiis. lege, quoties. lib. xij. & de
iureiur. c. & si Christus. in fine. Abbas in c. iij. loco. de
probationibus. glo. in c. veniens. el ij. de testibus. glo.
in c. cùm dilecti filij. de electione. in verbo, & si tres.
Quædam

Quædam sunt, quæ possunt de sui natura probari per alios, quàm per illos de collegio vel vniuersitate. Et tunc distinguntur, aut illud negotiũ, super quo deponunt testes de vniuersitate, est negotiũ, quod principaliter spectat ad vniuersitatẽ, quantùm ad honorẽ & cõmodum, & tunc quilibet de vniuersitate est ido-
2 neus testis, † quia debitũ vniuersitatis nõ est debitum singulorũ, l. sicut. §. j. ff. quod cuiusque vniuersitatis nomine. & d. §. vniuersitatis. & not. glo. in l. j. ff. de collegiis illicitis, circa finẽ glossæ magnæ. Et ideò monachus est idoneus testis pro monasterio, secundùm glo. in auth. de monachis. §. cogitandũ. & gl. in l. idonei. ff. de testibus. & idem si illud negotiũ non principaliter spectat ad vniuersitatem, sed in consequentiam, vt est
3 videre exemplũ in legatario, qui potest esse testis in
1 testamento, in quo aliquid sibi est legatũ, vt in l. qui testamento. in principio. ff. de testamentis. & not. in l. si quis ita. ff. de edendo. dixit tamen Albericus in d. §. vniuersitatis. q̃ minor fides semper adhibetur, quando testis de vniuersitate admittitur ad testificandum pro vniuersitate. allegat glo. in d. §. cogitandum. quæ hoc dicit. Et hoc dicebat etiã Albericus Galeoti in d. l. si sicut. §. j. secundùm Ioan. Andr. in addit. Spec. in tit. de testibus. §. j. versi. sed nunquid in causa vniuersitatis. in
4 additione quæ incipit, idem Albe. dicit. & Alex. † dicit, q̃ testis de vniuersitate, vbi potest esse testis, nõ est integer testis, in iiij. vol. cõsi. xxxxiij. incipiente, visis & ponderatis. in vj. colu. allegat Archid. xij. quæst. ij. in summa. & Ant. de Butrio in c. cùm nuntius. de test. & Abbas in c. an super. eod. tit. Idẽ dicunt Bal. & Ang. in l. si quis ex argentariis. §. j. ff. de edendo. Tamen Bal. in j. vol. consi. xiij. incipiente, casus homines & commune &c. dicit, q̃ quanta sit fides adhibenda testibus de vniuersitate pro vniuersitate ex cõiecturis, iudicis arbitrio cõmittitur per legem j. ff. de testibus. & ideò Ant. de Butrio in d. c. cùm nuntius. de testibus. dicit, q̃ testes vniuersitatis secularis non sunt integri testes
5 pro vniuersitate seculari: † quia isti laici habent maiorem affectionem ad vniuersitatẽ, quàm personæ ecclesiasticæ de collegio ecclesiastico. & idem videtur tenere Cardinalis Florentinus in consi. iij. incipiente, super facto testamenti. in fine. Sed istam differentiam non approbat Ioan. de Imol. in d. c. cùm nuntius. nec etiam Felinus in d. c. insuper. ij. col. de testibus. Aut illud negotium, de quo agitur, non tangit nec nomen nec honorem vniuersitatis, sed causat cõmodum singulorum de vniuersitate: & tunc testes de vniuersitate nõ sunt idonei testes: quia ista videtur causa propria, ex quo principaliter quilibet de vniuersitate assequitur commodum. argumẽto legis primæ. §. in propria. ff. quando appellandum sit, vt est videre exemplum quando vniuersitatis habet pascua, & non habet animalia, quæ ibi pascantur: sed singuli de vniuersitate mittunt animalia sua ad pasculandum. in hoc negotio, quod tangit singulos vt singulos testes de vniuersitate non sunt idonei testes. & pro hoc lex, seruũ electione. §. j. ff. de lega. j. & voluit Inno. in cap. cùm omnes. de constitutionibus. & tenet Bart. in l. sed si hac. §. qui manumittitur. ff. de in ius vocando. Idem si vniuersitas haberet ius incidendi ligna, secundùm Albericum in d. §. vniuersitatis. & Ioan. Andreæ in d. cap. cùm nuntius. & probatur xiiij. quæst. ij. cap. super pru-
6 dentia. & habetur in d. c. insuper. † Quando autem actus dicitur concernere singulos de vniuersitate, & quando ipsam vniuersitatem, plenè per doctores & Felinum in cap. eam te. de rescriptis. Et ista distinctio in effectu originaliter fuit Cyni in l. parentes. C. de testibus. quam sequuntur ibi Bal. Angel. & Salicetus, & Alber. in d. §. vniuersitatis. Idem in effectu concludit Ioan. Andreæ in nouella, in cap. cùm nuntius. de testibus. Et ideò dicebat Bal. in cap. iij. loco de probationibus. quòd siquidẽ illi de vniuersitate, qui producuntur in testes pro vniuersitate in causa, in qua si vniuersitas succumberet, oporteret mittere manum ad marsupium singulorum: quia oporteret submittere collectam, & tunc illi de vniuersitate nõ sunt idonei testes. hoc etiam firmat Bald. in iij. volu. consilio cclxxxix. incipiẽte, apparet publicũ instrumentum. & Lodouicus in consi. lviij. incipiente, præsens consultatio. in fine. Aut non oportet mittere manum ad marsupium: quia vniuersitas est soluendo, vel est quæstio de nemore, cuius fructus venduntur pro ipsa vniuersitate, & tunc admittũtur testes de vniuersitate. Fallit, nisi omnes de vniuersitate deponerẽt pro vniuersitate, vt puta omnes de collegio deponerent pro collegio, tunc omnes illi de vniuersitate, qui faciunt vniuersitatem, sunt testes in facto proprio, & ideò non probarent, secundùm Baldum in d. cap. iij. loco. Hanc eandem distinctionem, quàm suprà, firmauit Bald. in præallegato consi. ccxxij. in j. volu. & in iij. vol. consil. ccclvj. incipiente, verba principalis. in iij. col. versic. item non potest negari. & in eod. volu. consil. cclxx. incipiente, premittendum & c. circa finẽ. His præmissis dicebam ego, quòd Rex Ferdinãdus primus ad 18
releuandos subditos grauatos solutione iurium fiscalium, promisit ciuitatibus & terris volentibus sibi imponere aliquas gabellas super fructibus & aliis rebus, & mercantiis, quòd possint imponere eas, & conuertatur in solutionem iurium fiscalium, ad quæ singuli tenentur pro eorum ratis. Si ergo vniuersitas terræ Baroli imposuisset dictas gabellas pro piscibus, qui capiuntur in dicto lacu virtute dictæ Regiæ permissionis, & maximè illam de granis x. pro qualibet piscium, prout est probatum, nulli dubium est, quòd isti testes de vniuersitate Baroli nõ sunt idonei testes pro ipsa vniuersitate, ad probandum exactionem dictarum gabellarum: quia commodum dictarum gabellarum principaliter spectat ad singulos vt singulos: † & sic essent testes in causa propria, quod non est 7
licitum: vt in l. nullus. ff. de test. & in l. omnibus. C. eo. titu. Et tantò magis: quia permissio Regis Ferdinandi primi de imponendis gabellis pro dictis iuribus fiscalibus soluendis per vniuersitates, loquitur, vt imponantur in eorum territoriis, non autem extra eorum territorium, & pro hoc bene facit quod not. Alexan. in apostillis, in l. j. C. de mulie. & in quo loco. & dictus lacus est territorium de per se separatum à territorio Barolitano. Secundariò dicebant, q̃ vera est illa allegatio aduocati Petri Ioannis, † quòd quando testes 8
de vniuersitate deponunt in fauorem vniuersitatis, & altera pars probat per testes idoneos contrarium eius, quod deponunt testes de vniuersitate, magis standum est testibus deponentibus contra testes vniuersitatis, quàm ipsis testibus vniuersitatis: vt firmat Abb. Sicu. in d. cap. insuper. in iij. colum. de testibus, quem sequitur Feli. ibi, in versic. fallit secundum. Et ego dicebam, quòd istud fuit originale dictum Odof. in l. j. in penul. colum. C. vti possidetis. in versic. sed denuò

quem hic &c. Sed testes Petri Ioannis deponũt, quòd semper dictus lacus possessus fuit à dominis prędecessoribus ipsius Petri Ioannis francus, & liber sine solutione alicuius gabellæ soluendæ vniuersitati Baroli. Igitur eis magis credi debet. Nec obstat, quòd isti testes videntur deponere super negatiua: quia talis negatiua est coarctata loco & tempore, & habet in se affirmatiuam expressam, videlicet, quia dictus lacus
9 possessus fuit francus & immunis: † quo casu probant testes super negatiua, vt dicit notanter Bal. in c. si quis per xxx. si de feudo fuerit contro. inter dominum & agna. & firmat Feli. in c. in nostra. in ij. col. de testib. & idem tenet Abb. Sicu. in c. cùm ecclesia Sutrina. vj. col. de causa pos. & proprie. Et tantò magis quia testes Petri Ioannis tenuerunt dictum lacum locatum pro temporibus præteritis immunem à dictis gabellis, & sic habent plenã notitiã, quòd non fuit exacta aliqua gabella pro piscibus in dicto loco nomine vniuersitatis. quo casu dicit Bal. in l. si quis diuturno. ff. si seruit. vendi. quòd testes deponentes super negatiua, quæ habet iuris præsumptionem pro se, vt est, quia quælibet res præsumitur libera, si testes dicant, quòd non habet seruitutem, creditur sibi: † quia nulla seruitus est originalis,
10 nisi ex accidenti. Inde dicit Bal. in cap. si diligenti. vlt. col. de præscrip. quòd si duo litigantes adinuicem probant se possedisse, ille reportat palmam victoriæ, cuius possessio fouetur à iure cõmuni, quia habet iuris adminiculum, allegat Innocen. in c. auditis. eod. titu. Ideò dicebat Bal. in l. qui accusare. in fi. C. de edendo, quòd ille melius probare dicitur, † cuius intentio
11 magis consonat rationi: vt si vnus probet possessionẽ & titulum, alius possess. nudam, potior est possessio titulata: de quo in cap. licet causam. cum materia sua, de probat. & sic cum sint testes pro parte Petri Ioannis deponentes ea, quæ sunt consona iuri communi contra testes vniuersitatis, non est credendũ testibus de vniuersitate pro vniuersitate. Accedant ad hoc ea, quæ not. per scribentes in c. in nostra. de testibus. Et tantò magis non est standum dictis testium de vniuersitate prędicta ex quo non probatur de scientia &
12 patientia dominorum dicti lacus, † quo casu non probatur quasi possessio exigendi gabellam pro piscibus, qui in dicto lacu piscantur, iuxta notulam Bal. in l. ij. C. de seruit. & aqua. & Bartol. in l. j. ff. de itine. actúque priua. & plene per Ant. de But. in cap. fin. de causa pos. & propri. & Bart. in l. si publicanus. §. in vectigalibus. ff. de public. cum concor. Quare fuit votatum per me & magnificum do. Ant. de Ianuario Viceprotonotarium & alios dominos, quòd stantibus prædictis non est legitimè facienda vis de testibus dictæ vniuersitatis, sed potius de dictis testium productorum pro parte dicti Petri Ioannis deponentium contrarium.

DECISIO CCCCI.

Locati, & de donante salua habitatione in vita qui locauit.

SVMMARIVM.

1 *Donator domus salua habitatione in vita, an possit alteri locare inuito donatario.* 6.
2 *Locator alteri locare nisi æquè idoneo non potest.*
Persona qualitas præstat intellectum dispositioni.
3 *Intellectus ad l. si quis binas ædes. ff. de vsufructu.*
4 *Habitationem concedere in vltima voluntate, vel inter viuos, differt.*
5 *Exorbitantia, strictè intelligenda.*
7 *Intellectus l. cum antiquitas. C. de vsufructu.*
8 *Locare potest, qui habitationem habuit.*
Vsufructus, vsus, & habitatio differunt.
9 *Casus à contractu exceptus an identitate rationis extendi debeat.*
10 *Habitare dicitur, qui per inquilinum habitat.*
Habitatio quid dicatur, vide remissiue.

QVidam donauit cuidam seruitrici quandam domũ publico instrumento mediante reseruata sibi habitatione dictæ domus in vita sua durante, ille, qui donauit, non vult habitare, sed vult ipsam domũ alteri locare. dicit illa donataria, quòd non potest locare, sed solùm habitare: † quia qui habet vsum rei, non potest alteri rem illam locare: vt dicit text. in §. Instit. de vsu & habit. sed ista reseruatio habitationis facta fuit inter donatorem & seruitricem. & sic videtur electa industria personæ ipsius domini in ipsa reseruatione habitationis, quæ non erit molesta seruitrici, sicut alia persona extranea. Et ideo glo. in l. nemo prohibetur. C. loca. adicit, quòd habẽs habitationem locatam non alteri locabit, nisi æquè idoneo. & sic in isto casu non habitabit per alium locatarium: † quia non esset æquè 2
idoneus, sicut dominus, per ea quæ not. Bald. in l. apud Iulianum. §. si quis alicui. ff. de leg. j. & per ea, quæ habentur in pap. quoniam Abbas. de offic. deleg. Vnde personæ qualitas præstat intellectum dispositioni: vt tractat Felin. in c. causam. col. xj. vers. quinta declaratio. de rescrip. Tertiò, pro hac parte allegatur text. in l. si quis binas ædes. ff. de vsufr. vbi valet illud pactũ adiectum in traditione fundi videlicet, reseruo mihi habitationem meam vsque ad mortem. nam videtur vsus exceptus. † & ita intelligit dictum Albe. de Rosa. 3
in suo alphabeto, in verbo, habitatio. & quando vsus est exceptus, tunc non licet alteri locare, per tex. in d. §. j. Instit. de vsu & habit. Nec obstat, quod dicitur, in l. cum antiquitas. C. de vsufru. vbi dicitur, quòd si legetur vsusfructus habitationis, legatarius poterit alteri locare. Idem, si legetur habitatio: non poterit alteri locare. Et idem, si inter viuos constituatur habitatio, quia poterit etiam alteri locare, per text. in d. l. cum antiquitas. in fi. Nam ad hoc respondebatur, † quòd aliud est concedere habitationẽ in vltima vo- 4
luntate, vel inter viuos. Et tunc si conceditur, poterit alteri locare, per d. l. cum antiquitas. Aliud est quando tibi inter viuos dono domum reseruata mihi habitatione, tunc vsum tantum videor reseruasse, per textũ in dicta l. si quis binas ædes. vbi est text. de hoc. quo casu non poterit alteri locare, per text. in dicto §. j. & l. ceterum. ff. de vsu & habit. Ista solutio est noua, & non tangitur per doctores. & tamen non cauillando dictã l. si quis binas hæc solutio bene ibi probatur. Sed bonum esset inuestigare, si posset ratio diuersitatis assignari. Et fuit hæc ratio reddita: quia quãdo per donantem sibi reseruat habitationẽ, † debet restringi, 5
† quia talis reseruatio est exceptio exorbitans ab ipso contractu translationis dominij: & ideo strictè debet intelligi. argu. l. ius singulare. ff. de legibus. sicut dicimus in reseruatione beneficiorũ: vt in c. præsenti. in prin. de offi. legati, lib. vj. vt vsum tãtùm videatur reseruare habit. respectu ad qualitatẽ personæ facientis reseruationẽ habitationis; vt intelligatur de vera habitatione

bitatione per seipsum, & nõ per fictionem per alium: vt probatur in l. Statius. §. Cornelio. ff. de iure fi. & in l. ex ea. §. in insulam. ff. de verb. obli. & no. Bal. in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de libe. & posthu. Io. de Imo. in l. j. §. lex Fal. ff. ad leg. Fal. & per hoc allegatur consilium Bartholemæi Soci. cxxix. præstantissimi iuris interpretis &c. vlti. col. vers. ij. dicta capitula.

6 † Sed quando in vltima voluntate, vel per contractũ conceditur habitatio, non per viã reseruationis, tunc nõ vsus simplex, sed habitatio est concessa, & sic potest alteri locare, per text. in §. sed si cui habitatio legata sit. Insti. de vsu & habi. Et ista fuerunt motiua magnæ curiæ Vicariæ ad pronunciandũ, quòd dictus donans virtute dictæ reseruationis nõ potest locare. Ab ista declara-

5 toria fuit appellatũ pro parte dicti donantis ad sacrũ Consiliũ. Et per totũ sacrum Consiliũ dicta declara-

7 toria fuit reuocata, & benè: † quia dispositio d. l. cum antiquitas habet locũ, quomodocũque cõcessa sit habitatio, siue per viam vltimæ voluntatis, siue quibuscunque modis facta sit, vt dicit ibi tex. quam decisionẽ locũ habere censemus in omnibus modis, quibus habitatio constitui potest: & per consequẽs cõprehendit, etiã si constituatur habitatio per viam exceptionis, siue reseruationis. Nec obstat dicta lex, si quis binas ædes, allegata in contrarium, quia ibi gl. exponit illud verbum vsus, scilicet quantũ ad cõmodum; non tamẽ est vsus.

8 allegat tex. in d. §. sed si cui. † vbi ille, qui habet habitationem, potest locare. & sic nõ obstat d. l. si quis binas ædes. & hoc etiã tenet Cy. in rubri. C. de vsufruc. Nec obst. §. j. Instit. de vsu & habi. quia vsusfru. & vsus, & habitatio sunt diuersæ: vt not. doc. in d. l. cum antiquitas. & Cy. in d. rub. C. de vsufruc. & scribẽtes in d. §. sed si cui. vt ibidẽ per eos. Nec est verũ, quòd facta est reseruatio respectu qualitatis personę: quia hoc non apparet de mẽte contrahentiũ, quòd sic voluerunt partes in cõtractu donationis: vt dicit text. in d. l. antiquitas. vbi legatum habitationis non importat, quòd sit legata proprietas, nisi aliter appareat de mente ipsius legãtis &c. Nec est verum, quòd illa reseruatio siue exceptio est exorbitans: & ideò debet strictè intelligi,

9 † quia casus exceptus à contractu extenditur ex identitate rationis: vt dicit Abb. Sic. in c. cum dilecta. de confir. vtili vel inutili. & idem Bar. in l. serui. ff. de vsucap. not. Alexan. in l. certi condictio. §. si nummos. ff. si cer. peta. & Alex. in iiij. volu. consi. cxx. in iij. col. Et sic fuit decretum per sacrum Consilium, quòd dictus donans virtute dictæ reseruationis poterit locare dictam domum donatam salua sibi habitatione vita sua durante, per dictam decisionem Iustiniani trãsmissam

10 Iuliano Papę in d. l. cum antiquitas. † nam & habitare dicitur, qui per Inquilinum habitat, vt ibi per Bar. & facit l. habitatores. ff. loca. & quis dicatur habitare, vide per Feli. in c. quoniam. de offic. ordi. & Bart. in l. cum de lanionis. §. Sabinus. ff. de fundo instructo.

DECISIO CCCCII.

De dote assecuranda non obstante debito ante confessionem dotis receptæ. Et de exceptione non numeratæ dotis.

SVMMARIVM.

1 *Dos promissa marito, qui post promissionem obligauit omnia bona, postmodum confessus est se illam recepisse, an assecuranda in creditoris præiudicium 4. 14.*

2 *Confessio de dote recepta per virum constante matrimonio, an noceat anterioribus creditoribus.*

3 *Exceptio dotis non numeratæ quando non possit per maritum opponi. 10. 13.*

5 *Pacta debitorum non possunt tollere iura creditorum. Ius tertij intelligitur à sacramento semper exceptum. Dispositio nulla est intelligenda, vt possit absurdum sequi.*

6 *Confessio cedentis quando non præiudicet tertio, contra quemceditur.*

7 *Solutionem [illegible] confitendo differunt.*

8 *Confessio [illegible] mariti, non nocet tertio possidenti.*

9 *Intellectus l. j. ff. [illegible] hab. & nu. 14.*

10 *Imperitis tempus [illegible] loquuntur.*

11 *Dos confessata quo casu habeat omnia privilegia sicut dos numerata.*

13 *Iura de dote numerata [illegible] disponentia extenduntur ad dotem confessatam.*

Mariti fraus creditoribus nocere non debet.

Agitur causa in sacro Consilio inter nobilem Dominicum Castesium ex vna, & dominam Dianoram Gietanam vxorem nobilis Marini de Accia de Capua super dotibus assecurandis, in qua fuit dubitatum. Verum

1 stante promissione dotis facta marito per fratrem suæ vxoris desoluenda dote infra certa tempora, cum pacto, quòd maritus teneatur ponere penes aliquem fidum banchum ducatos septingentos de dictis dotibus in ciuitate Capuæ, donec ipse Marinus emerit de eisdem ducatis vel bona stabilia &c. Et posteà Marinus obligauit se & bona sua omnia &c. suo creditori pro certo debito contracto. Deinde dictus Marinus in publico confitetur constante matrimonio, se totam dictam integrã dotem recepisse à dicto fratre suæ vxoris, & nõ fuit factum dictum depositum iuxta legem conuentionis. Et quia dictus Marinus dicto Dominico suo creditori non obseruauit promissa, per eum dictus Dominicus egit contra dictum Marinum in magna curia Vicariæ actione personali pro debito consequendo: & quia fuit dictus debitor contumax, fuit dictus creditor ex primo decreto & posteà ex secundo inductus in possessionem cuiusdã terræ ipsius Marini, & illam possidet. Post hęc vxor prædicta egit in sacro Consilio petendo super dicta terra ubi hypothecata pro dotibus se assecurari confessatis per maritum, ex quo eius maritus vergit ad inopiã. Dicit creditor, quòd dicta vxor nõ potest agere: quia instrumentum cõfessionis dotium factæ per maritum constãte matrimonio non præiudicat creditori anteriori dictæ confessionis. Dicit vxor, quòd licet debitum mariti sit contractum cum dicto dominico ante confessionem dotis factam per maritũ, tamen instrumẽtum capitulorum promissionis dotis factæ per fratrẽ vxoris mariti ipsi marito fuit facta antequàm fuisset contractum debitũ per dictum Marinum cum dicto Dominico creditore, & sic debet considerari tempus promissionis dotis, & non tempus dotis confessatę, & quis istorum ius foueat. Tota difficultas huius dubij causatur ex instrumento capitulorum matrimonij, in quibus frater pro sorore promisit dotẽ marito. Quia si dictũ instrumentũ dictæ promissionis dotis nõ præcessisset debitũ Dominici, essemus in casu claro, † quod a si maritus cõstante matrimonio confitetur se dotem

 recepis-

recepisse: talis confessio non nocet anterioribus cre-
ditoribus, per not. per Bar. & doc. in auth. sed iam ne-
cesse. C. de dona. ante nup. quia tex. nō loquitur, quādo
præcessit promissio dotis, sed vbi præcessit promissio
dotis à principio: & posteà cōstante matrimonio ma-
ritus cōfitetur se dotē recepisse, tunc statim dicta con
fessio præiudicat marito: & non potest opponi exce-
ptio non numeratæ pecuniæ dotalis, vt dicit tex. in l.
in cōtractibus. § j. versi. illis etiam securitatibus. C. de
non nu. pec. secundum Cy. & Bal. post Petrū de Bella
Per. Idē tenet Saly. & Paul. de Cast. ibi. Et est ratio se-
cundū Cy. ibi: quia maritus, qui habet fratrem vxoris
obligatū per instrumētū ad dotē soluendā, iam habet
obligationē pro dote cōsequenda, & habet vxorē, quā
affectabat: & ideò quando cōfitetur constante matri-
monio se dotē recepisse, non est positus in necessitate
3 confitendi. † Propterea si confitetur dotē promissam
per instrumentū sibi solutā esse, dicet, quòd est verisi-
mile, scilicet, quòd verè sibi soluta est dos: & ideò non
potest opponere exceptionē non numeratæ dotis. hoc
idem firmat Io. And. in addi. Spec. in tit. de dona. inter
virum & vxo. in fi. vbi format quæstionē de viro, qui
in publico instrumento confessus fuit recepisse libras
centū ab vxore pro dote, & sic iurauit. deinde moriēs
in testamēto dixit, se nihil recepisse. mulier agit cōtra
hæredem mariti repetēdo dotē, hæres mariti excepit
illā non numeratā. Io. And. ibi arguit ad partes. posteà
soluit: & dicit, quòd quando cōfessio viri fuit ante cō-
tractum matrimonii, mulier habet probare numera-
tionem. hoc verum, nisi secundū instrumentum con-
fessionis dotis factū fuisset post prima dotalia instru-
menta, post promissionē dotis: quia tunc cessat exce-
ptio non nu. dotis, per d. l. in contractibus. § j. versi. in
illis: hoc idē dicit Lud. Roma. in l. si cōstante. in penul.
char. ff. solu. matr. & in consil. cccxlv. Et idem dicit
præpositus sancti Ambrosij nunc Card. Alexandrinus
in c. j. in iiij. col. versi. not. tamen de dona. inter virum
& vxo. Ego dicebā, quòd supradicti doctores non
tangant in specie istud dubium. † Verum stante in-
4 strumento promissionis dotis, & posteà maritus con-
traxit debita, & obligauit omnia bona sua. Et post hæc
confessus est recepisse dotem ab eo, qui eam sibi pro-
misit. Si hæc confessio præiudicet creditoribus sicut
præiudicat marito & eius hæredibus, ita vt non possit
opponi exceptio non numeratæ pecuniæ. Et prima
facie videbatur dicendū, quòd talis confessio mariti non
præiudicat creditoribus hypothecariis ante dictā con
fessione, per tex. in l. si cui. C. de non nu. pecu. & per gl.
in l. si quis post hæc. C. de bonis proscriptorū. benefa-
cit text. in l. debitorū. C. de pac. vbi dicit text. † quòd
5 pacta debitorū non possunt tollere nec mutare iura
creditorum: & sic confessio mariti non potest nocere
creditoribus anterioribus, vt not. Bar. in l. si pro luso-
rio. § j. ij. col. versi. quæro, si ille primus. ff. de ap. semper
enim ius tertij intelligitur exceptū à iuramēto, secun-
dum Bald. in l. nec patronus. versi. sed quæritur. C. de
oper. libertorū. per euenientes de iureiur. Accedat ad
hoc totus titulus, res inter alios acta &c. & l. j. C. qui.
res iu. nō noc. & l. nemo ex sociis. ff. pro socio. & l. por
tionem. C. de co. re. alie. cum concordan. Item quia
nulla dispositio debet largè intelligi, vt possit sequi
absurdum vel præiudiciū tertio non citato: vt not. in
c. dudum. de præben. lib. vj. & Bald. in l. cōuenticula. C.
de epi. & cle. not. Alex. in ij. vol. cons. xxxiij. in v. col. &
allegat etiā cōs. Pet. de Anch. cclxix. inci. j. dubio &c.
† Et ideò dicebat Bar. in l. per diuersas. ij. col. C. mā 6
dati, quòd si instrumento cedēs confitetur sibi solutū,
& aliter non appareat de numeratione, illa confessio
non præiudicat tertio, cōtra quem fit talis cessio, sed
bene nocet cedenti. Idem dicunt moder. Papien. in §.
fuerat Insti. de acti. Et pro ista parte bene facit id,
quod dicit do. Signorollus in consil. cclv. incipiente,
in facto quæstionis dominæ Guidæ &c. vbi præcedebat
instrumentum promissionis dotis ab extraneo, deinde
maritus confitetur dotem recepisse ab illo extraneo,
qui promisit, dicitur ibi, quòd talis confessio mariti
non præiudicat vxori, quæ debebat habere dictas do-
tes: quia dispositio loquēs in vera dote, non habet lo-
cum in dote cōfessata: † quia actus solutionis & actus 7
confitendi sunt diuersi. l. si ex cautione. C. de non nu.
pecu. Item pro ista parte alleg. Felinum in c. si cau-
tio. de fide instrumento. versi. fallit vltimò. vbi dicit,
quòd illud, quod dictum est, certa tempora obstare
excep. non nume. pec. &c. non habet locum, quando
vxor vel eius hæres ageret hypothecaria contra ter-
tium possidentem bona mariti, ex beneficio l. assiduis.
C. qui po. in pigno. habe. qui contra maritum vel eius
hæredem decursa essent tempora, tamen aduersus il-
lum tertium non sunt decursa: imò ipsa vxor tenetur
probare numerationem dotis, cuius vigore ad bona
mariti recursum habet per iura & doctor. quos & quæ
ipse ibi allegat, † & sic confessio nocens marito non 8
nocet tertio possidenti. hanc opinionem firmat mo-
dernus doctor Dominus Bartholemæus Succina in l.
j. penult. charta. ff. solu. matrimo. vbi allegat pro hoc
tex. in l. scripturas. C. qui pot. in pigno. habe. vbi si ap-
paret debitum instrumentarium. item aliud debitum
per apocham sine subscriptione testium: & illa apo-
cha est ante instrumentum, certè præfertur debitum
instrumentarium, quod est posterius. Et hoc ideò est,
quia illa apocha priuata, est sicut confessio, quæ non
potest tertio præiudicare. Et secus diceremus, seque-
retur vnum inconueniens, quòd maritus cui promis-
sa fuit dos magna, posset à diuersis mutuo recipere
magnam quantitatem pecuniæ, & obligare bona sua
& posteà confiteri se dotem recepisse, & per scriptu-
ram priuatam promittentis dotem habere cautelam,
quòd dos non est soluta, vt vxor posset assequi dotem
in bonis viri, & excludere creditores prædictos: vt
probat textus in authentica de æqua. dotium. § aliud
quoque. ibi, quòd autem machinatum est contra cre-
ditores, hoc ipso introducit meditationem: & lædi
homines ex dato à nobis dotibus priuilegio, nullo
modo volumus. † Et pro hoc ego etiam conside- 9
rabam dispositionem legis primæ, ff. qui pot. in pigno.
habe. quæ dicit, quòd si præcessit instrumentum pro-
missionis dotis, & posteà vir contraxit debitum, &
obligauit omnia bona sua, deinde maritus verè & rea
liter dictam dotem promissam recepit, vxor præfer-
tur habenti hypothecam ante numerationem dotis,
quasi velit ille text. quòd aliud sit, quando dos non
fuit numerata, sed confessata. Sed in contrariū vi-
debatur dicēdum, quòd stante dicta promissione do-
tis per instrumentum in cauta forma: & posteà, sequi-
tur per instrumentum confessio dictæ dotis receptæ
per virum, nec maritus nec creditor potest allegare
exceptionem non numera. pecu. & hoc per text. in l.
fin. C. de non numera. pecu. in dicta l. in contractibus.
versic.

versic. illis etiam securitatibus. Secundò, ad idem
allegatur Paul. de Castro in l.j. in fine. ff. soluto matri-
10 monio. vbi dicit, †quòd si maritus cõfitetur se dotem
recepisse constante matrimonio, sed præcessit pro-
missio de danda dote, tunc non præsumitur facta in
fraudem: nec habet locum exceptio non nume. dotis
vt est casus in d.l. in contractibus. & in l. fin. C. de dote
cau. & non nu. & Ioan. And. in loco præalle. & licet
possit dici, quòd Pau. non dicit expressè, quòd præiu-
dicat dicta confessio creditoribus, tamẽ sat est, quòd
dicit, quòd non potest opponi exceptio non nume.
dotis. Item vera conclusio doct. est pro communi.
opi. quod si lapsa sunt tẽpora opponẽdi exceptionem
non nu. dotis. tantum operatur cõfessio mariti de do-
tis receptione, non solùm in præiudicium mariti sed
etiam in pręiudicium quorũcunque creditorũ, quan-
tùm operatur vera & realis solutio dotis, quæ pręiudi-
cat marito & omnibus creditoribus: vt firmat Andr.
de Iser. in consti. Regni, causas. in j. lib. vbi dicit, quòd
11 †imperitè loquuntur, dicentes, quòd speciale est in
fisco, quòd dotis confessio non nocet fisco, per d.l. si
quis post hac. nam dicit ipse ꝙ d.l. intelligitur, quádo
sumus infrà tẽpora opponendi exceptionem non nu.
dotis. Secus, quando est elapsum dictum tempus: vt in
l.j. & in aut. quod locum. C. de dote cau. & non nume.
& in corpore vnde sumitur. hoc firmat Alex. in ij. vol.
consi. xxvj. ij. col. & melius in v. vol. consi. cxlij. & idẽ
tenet idem And. in §. diffidamus. in tit. de statu. contra
lib. eccle. edi. in vsi feu. Idem firmat Cyn. in l. asseuera-
tio. C. de non nu. pecu. & Sal. in d.l. si quis post hac. &
Odo. in d.l. si ex cautione. Bart. & Ang. in d.l. assiduis.
& Bal. in l. ij. pe. col. ff. de iureiur. & Ange. in consi. cvj.
moder. Papi. in l. qui pecuniam. ff. si cer. pet. doc. com-
12 muniter in l.j. ff. solu. mat. †& isto casu dos confessata
habet omnia priuilegia sicut dos numerata, secũdùm
Bald. in l. Deo nobis. C. de epi. & cle. ij. col. & in l.j. C.
quando lice. ab emp. di. Sed quando præcessit instru-
mentum promissionis dotium tẽpore, quo contrahe-
batur matrimoniũ, & posteà sequatur cõfessio dotis
promissæ receptæ, nullo modo potest opponi exce-
ptio non nu. dotis etiam infrà tempora opponẽdi: vt
in d.l. in cõtractibus. §. j. versi. illis. qui generaliter lo-
quitur, & intelligitur ad effectum transferendi onus
probandi numerationẽ in aduersarium. Sed bene ille
qui opponit non fuisse veram confessionem: quia nõ
fuit soluta dos, potest assumere in se onus probandi
omni tempore, secundùm Salic. in l. asseueratio. C. de
non nu. pec. & in l. si inter. eo. tit. & in l. si ex cautione.
in 3. char. versi. quæro secundò. & ibi etiam Cy. & Bal.
& gl. in d.l. in contractibus. in prin. & glo. Insti. de lite.
ob. §. j. in verbo, scriptura. & Bal. in l. si non singuli. in
fi. C. si cert. pet. & Bal. in l. pecuniæ. C. de sol. & in l. fin.
C. de in. & fac. igno. Cy. in reg. locupletati. in vj. Host.
Io. And. & Imo. in c. fin. de sol. Feli. in dicto c. si cautio.
Ergo idem dicendum est in creditoribus mariti, vt
non possint opponere exceptionem non nu. dotis, si
præcessit instrumẽtum promissionis dotiũ, & postea
13 sequitur cõfessio dotis receptæ. †& sicut maritus, stã-
tibus prædictis, non potest dictam exceptionem op-
ponere, vt in d. ver. illis. ita nec creditores mariti facti
post promissionem dotis, per gl. in verbo creditores.
in d.l. si cui. facit gloss. in verbo, suum robur. in l. scri-
pturas. C. qui pot. in pigno. habe. vbi confessio dotis
in causa pignoris nocet aliis creditoribus, si facta fuit
talis confessio in instrumento vel scriptura priuata
subscripta à testibus. vt not. hoc Alex. in l.j. ff. sol. mat.
Quare fuit votatũ per totum Consil. ꝙ dicta vxor
vigore instrumenti cõfessionis dotium & instrumẽti
confessionis dotis factæ per maritũ assecuretur in d.
terra recepta per dictũ Dominicum creditorẽ mariti
ex primo & secundo decre. magnæ curiæ Vicariæ, ex
quo vxor est prior creditrix, quàm ipse Dominicus
respectu instrumẽti capituli, vbi fuerũt promissæ do-
tes viro pro muliere: & vir obligauit omnia bona sua
in casu restitutionis, licet cõfessio †dotis sit facta per 14
maritũ, postquàm obligauit bona sua dicto creditori.
& ita tenet quidã doctor singularis, videlicet Ang. de
Perilia in l.j. ff. solu. mat. & dicit, quòd ita fuit consul-
tum per solennes doct. fretos authorita. Ioan. Andr. in
dicta addi. Spec. de dona. inter vi. & vxo. & Cy. in d.l.
in cõtractibus. & firmat hoc Bal. Nouellus in suo tra.
dotium. in x. parte, char. 7. ibi autẽ quęrimus, an talis
confessio excludit exceptionẽ nõ nu. dotis &c. & idẽ
Lu. Ro. in l. si constante. in iiij. q. quartæ partis. ff. solu.
mat. Et sic postea fuit per Regiam sententiam diffi-
nitum. Nec ob. in contrariũ allegata: quia illa iura
loquũtur, quando non præcessit tẽpore contracti ma-
trimonij instrumentum dotis promissæ, tunc vẽdicat
sibi locum dispositio. l.j. ff. qui pot. in pig. ha. quæ licet
loquatur in numeratione, tamen idem est, si maritus
confessus fuit sibi fuisse dotem verè solutã: †quia iura 15
loquentia, de numeratione dotis, habet locum etiam
in dote confessata elapsis temporibus opponendi ex-
ceptionem, non nu. dotis. secũdùm quòd supra proxi-
mè dictum fuit. Nec obst. illud de fraude: quia pro-
cederet, quãdo de fraude mariti constaret. nam fraus
mariti non debet nocere creditoribus. l.j. §. si culpam,
ff. si quid in frau. pa. & not. in d. auth. sed iam necesse,
sed in casu de quo agitur nihil cõstat legitimè de frau-
de prædicta. igitur &c. Quę omnia sunt multum mẽti
tenenda pro intellectu iurium præallegatorum.

DECISIO CCCCIII.

De capitulo pacis super restitutionibus faciẽdis rebellibus reuersis non extendendo ad inuasores turbatores & dolosos possessores.

SVMMARIVM.

1 *Capitula inter regem Christianissimum dominum nostrum & Regem catholicum.*
2 *Neapolitani Regni diuisio.*
3 *Officiales duo creati vtriusque partis in terra cõtẽtiosa.*
4 *Inc. g. tata non comprehenduntur in capitulis pacis.*
Iniusta & vitiosa non præsumũtur cogitata, sic nec dicta
5 *Obligatio nulla trahenda extra limites.*
Veneti dicunt, cum non cantet instrumentum, nec ego cantabo.
6 *Statutum in fauorem possessorum, qualiter intelligendum.*
Possessor vetus & titulatus est manu tenendus.
7 *Possessionem propria authoritate capere an quis possit.*
8 *Ratio naturalis cuncta rectè disponit.*
Dolus in capitulis pacis cessare debet.
9 *Pax non est, vbi latent insidiæ.*
Dolus in scripturis principum abest.
10 *Pax fauens dolosis possessoribus est Diabolica.*
11 *Dolus omnis est contra ius diuinum.*

Verba

11 *Verba principis g. neralia, an & qualiter distinguātur.*
Inuadere rem alienam est contra ius naturale.
13 *Teneo & possideo differunt.*
14 *Suus.a,um.pronomen quid importet.*
15 *Lex possessores nominans quos intelligat, item & posses-*
sionem.
16 *Relatiuū quis vel qui sine copula positum qualiter stet.*
17 *Statutum excludens omnes exceptiones, an excludat il-*
las, quæ oriuntur ex eadem scriptura.
18 *Spolium vltimum purgandum.*
19 *Exceptio, dolo facis &c. quando locum habeat, & qui-*
bus obstet, & quid de exceptione dominij.
20 *Tutor pupillorum spolians qualiter puniatur, & idem*
de curatore.
21 *Possessione vi eiectus fingitur semper possidere.*
22 *Fructus ratione possessionis nullos suos facit, præter ciui-*
liter possidentem.

1 CAtholica † maiestas Regis nostri primò fe-
cit legem seu pragmaticam sanctionem,
vt illi qui habent causam à Rege Ferdinā-
primo de feudis & bonis per eum erectis
& captis & concessis per eum & possident, sint tuti &
securi, & nō possint molestari in iudicio, prout latius
in dicta Regia pragmatica continetur, deinde inter
christianissimum Ludouicum Regem Francorum, ex
vna, & catholicā maiestatē facta sunt capitula pacis,
& inter alia capitula conuentum est. Quòd repo-
nantur & restituantur integrè in possessione & frui-
tione terrarum dominiorum & bonorum suorū stabi
lium, quas ipsi possidebant in initio belli apud terrā
Tripaldi, quod fuit in anno Domini M.D.ij. Etiam si
sint alienata per dictam catholicam maiestatem vel
eius locum tenentem, prout latius in dicto cap. pacis
continetur, ad quod habeatur relatio. Euenit, quod
nobilis Alphonsus Torellus iure successionis, per in-
uestituram factam per Regem Ferdinandum, pri-
mum magnifico quondam Francisco Torello de Me-
diolano, patri suo de castro Rignani pro dotibus do-
minæ Margaretæ de Vrsinis vxoris dicti quondam
Francisci Torellj ducatorum duorum millium prout
apparet authenticum priuilegium dicti Regis Ferdi-
nandi primi, tenuit & possedit annis xl. & vltra, cum
cōfirmationibus aliorum Regum de Aragonia huius
2 Regni, † Et est sciendum, prout est notorium, quòd
diuisum fuit hoc Regnum existente Rege Federico
in Regno inter dictum Christianissimum Regem
Francorum, & catholicam Maiestatem: nam ciuitas
Neapolis, & tota terra laboris, & prouincia princi-
patus, & prouincia Apruciij sit in portione Christia-
nissimi Regis & prouincia Apulię & prouincia Cala-
briæ sit in portione catholi. Maiesta. & dicti Reges mi
serunt in hoc Regnum eorum locum tenētes & exer-
citus magnos. Et orta fuit contentio inter dictos
eorum locū tenentes de prouincia Capitanatæ, an sit
de prouincia principatus, vel de prouincia Apuliæ,
vbi coram eis factæ fuerunt contrariæ allegationes.
3 † tandem inter eos cōuentum fuit, quòd donec aliter
prouideretur terræ dictæ prouinciæ Capitanatæ stēt
cum duobus vexillis, scilicet Regis Franciæ & Regis
Hispaniæ, Aragoniæ, & Siciliæ, &c. & regantur per
duos officiales, scilicet Franciæ & Hispaniæ, & re sic
existente, quia dictum castrum Rignani est situm in
prouincia Capitanatæ, contigit, quòd quidam nobi-
les videlicet Alex: & Lionectus de Richardis de pro-
uincia Aprucij pretendentes se habere ius in dicto ca-
stro Regnani absque iussu Regio vel alicuius Regij
officialis intrauerunt dictū castrum Rignani absente
domino Alphonso existente in exercitu Regis catho-
lici, & ceperunt possessionem dicti castri, quibus no-
bilibus intrantibus sic de facto in possessionem dicti
castri: Mandatum fuit per locumtenentem dictorum
Regum, quòd non turbent dictum Alphonsum in sua
possessione dicti castri. Maximè quia dictus Alphon-
sus possidebat certum territorium dicti castri: de quo
percipiebat iura doanæ. & sic partim possidebat ciui-
liter & naturaliter, & partim ciuiliter. Post hæc
secuta fuit victoria exercitus catholicæ Maiestat. &
cum licentia viceregis catholicæ Maiestat. dictus Al-
phonsus cùm primum potuit continuauit possessio-
nem dicti castri Rignani, quod impresentiarum tenet
& possidet. Nunc dicti nobiles de Richardis petunt à
catholi. Maiesta. quòd eis restituatur possessio dicti ca
stri vigore supradicti capituli pacis, ex quo tempore
rupturæ Atripaldi illud castrum possederunt: & post
ea fuerunt expoliati à dicto Alphonso, & causa com-
missa domino Ioanni Longo Regio auditori, & cita-
to dicto Alphonso, pro eius parte allegatur, quòd di-
cti nobiles de Richardis non possunt agere possesso-
rio recuperandæ possessionis dicti castri vigore dicti
capituli pacis, ex quo eis obstat dispositio Regiæ pra-
gmaticæ prædictæ. Quæritur modo, an dictis acto-
ribus sit facienda restitutio dictæ possessionis dicti
castri. Et antequam ad examinationem prædicti du-
bij deueniatur, est præmittendum vnum verbum ne-
cessarium, quòd per istam controuersiam iudicialem
inter istas priuatas personas litigantes: quia vna pars
dicit quòd debet fieri restitutio possessionis castri vi-
gore capituli pacis, † altera pars dicit, quòd non de- 4
bet fieri restitutio possessionis vigore nouellæ regiæ
pragmaticæ, vt suprà si pronunciaretur in fauorem
rei, quòd absolueretur à dicta impetitione, non pro-
pterea dicerentur rupta capitula pacis. arg. l. vendito-
res. ff. de verb. oblig. hec voluit in specie Bal. in consi.
lviij. in j. volu. incipiente, laudare vos & commenda-
re &c. Hoc præmisso fuit dictum, quòd siue consi-
deremus obligationis formam in dictis capitulis pa-
cis, siue obligationis substantiam, habemus apertè,
quòd in dictis capitulis pacis non dicitur, nec cogita-
ta fuit hæc iniustitia, quòd illi qui vitio spolij intra-
uerunt dicto tempore guerræ castra, quæ diu à lon-
gissimis temporibus iustè sunt possessa & recuperata
quòd reponantur in possessione, meritò si hoc non
fuit dictum nec cogitatum, non venit comprehen-
sum in capitulis pacis: vt in l. quicquid astrin. de verb.
oblig. & l. cum Aquiliana. ff. de transa. & ff. de contra-
henda empt. l. ij. & l. Rutilia. c. j. de eo qui interfe. fra-
trem domini sui. hoc voluit not. Bald. in dicto consi.
lviij. † Et ideò dicebat Bald. in respon. de feudo guar- 5
diæ, quòd id, quod non ordinatur in cōtractu, pro nul
lo habetur. Et alibi dicit Bal. quòd si mente non cogi-
tauit, non videtur dixisse in l. non dubium. iij. col. C.
de legi. Et idem Bal. in c. venerabilem. vj. col. de elec.
dicit, quòd nulla obligatio debet trahi extra suos ter-
minos reales vel verbales. ff. locati. l. si cùm Hermes.
& l. si in lege. in princip. & ff. de fideiuss. l. stipulatus est.
& l. fideiussores magistratuum. §. pro aurelio Romu-
lo. vnde cùm non canter instrumentum, nec ego can-
tabo, more Venetorū, secūdùm Bal. ff. de leg. ij. l. cum
pater.

pater.§.dulcissimis.quia quod non apparet, non dici-
tur esse.de conse.dist.j.c.solenniter.secundum Lapum
alle.lxxxix. Nec intellectualiter potest dici, ꝙ in di-
ctis capitulis pacis contineatur iste casus, scilicet, quòd
inuasoribus posidentibus temporæ guerræ fiat resti-
tutio possessionis per veros dominos & antiquos pos-
sessores titulatos, vt dicit dot. Bal.in iiij.volum.consi.
6 ccccclxiij.incipiẽte, statutũ &c.† vbi dicit, quod statu-
tum loquens in fauorẽ possessorũ, non intelligitur de
possessore alienæ possessionis vel de turbatore posses-
sionis, sed tãtum de legitimo possessore.allegat.ff.cõ.
diui.l.communi.& l.æquissimum.ff.de vsu. & l.illici-
tas.§.ne potentiores.ff.de offi.præsi. Quia offende-
retur veritas & iustitia, cùm veritas & iustitia vult, ꝙ
dolosis & violentis possessoribus non fiat restitutio
possessionis ab eo, qui fuit verus & iustus possessor titu
latus, & turbatus in sua possessione ab actore: vt patet
in c.licet causam.de proba.& in l.si duo.ff.vti posid.
per Bar.maximè, quando cum iudicis authoritate eii-
cit illos turbatores sine vi: vt dicit no.Bal.in dispu.sua
incipiente, accusatus de vi turbatiua.in 5.char. vertic.
nunc incidit aliud dubium. Et primò &c. Bene facit
7 id, quod dicit Bal.in iij.vol.consi.ccclxxj.in fi. †quòd
ille, qui continuat suam possessionem, quam penes
alium reperit, propria authoritate iure licito facit, vt
ibi per eum: quia habet ciuilem possessionem.l.clàm
posidere.§.qui ad nũdinas.ff.de acqui.pos.& in l.si de
eo.§.si fortè.eo.tit.& Bar.in l.j.§.interdum. vti pos.&
in l.j.C.vnde vi.& voluit Alex.in iij.volu.consil.vj.in
iiij.col.versi.non obstat.Bene facit ad hoc id, quod di-
cit Bal.in l.si non à domino.C.de his, qui à non domi-
no ma.& item Bal.in c.j.de treuga. & pa.quòd quãdo
est inuasa terra ab aliquo, ille qui possedit, potest in-
continenti recuperare, vel ex interuallo, si non habet
superiorem, qui recuperet.& allegat gl.j.dist. c.ius na
turale. de cuius intellectu per Ludo.in d.§.si fortè. &
per Ioan.de Imol.in l.j.§.qui præsens.ff.de verborum
oblig.And.Barb.in consi.xlj.in vij.col.Et quando per
leges hoc non esset prouisum, ratio naturalis hoc di-
8 ctat: † quæ ratio naturalis cuncta rectè disponit, &
conscientiam illico remordet, quoties fit contra ra-
tionem: vedicit no.Bald.in consi.xxxviij.incipiente,
dominus Thomas &c. in iij.volu.& idem Bald. in ij.
volu.consi.ccxxxiij.incipiente, dominus Papa.vertic.
in cõtrarium dicit &c.quòd ratio naturalis magis de-
bet attendi, quàm cortex verborum. Et tanto magis,
quia ista capitula pacis facta sunt inter tantos Reges,
quorũ vnus est catholicus, alter Christianissimus, qui
non præsumũtur velle fauere iniustis & dolosis posses-
soribus. Ideò dicebat Bald.in c.j.in principio, de pace
iuramen.firman quòd in capitulis pacis debet cessare
omnis dolus: quia vbi latent insidiæ, non est pax.alle-
gat beatum Augustinum de Ciuitate Dei, & ideò di-
cit beatus Thomas de Aquino super euangelio Mat-
9 thæi, c.x.& super Euangelio Ioannis, xiiij.cap. †quòd
pax, quæ est causa peccati, dicitur simulata & imper-
fecta pax.bene facit id, quòd dicit Bal.in cõsi.ccclxxj.
incipiente, visis consiliis meis.in iij.vol. quòd non est
bona pax, ex qua resultat iniustitia euidens & cum
magno detrimento. Et ideò dicendum est, quòd dicta
capitula pacis non fauent dolosis possessoribus & tur-
batoribus: quia in scripturis principum præsumitur
omnis dolus abesse, secundùm gl.in l.probatorias.C.
de diuer.officiis, libro xij. Hinc est, quòd dicit beatus
Ambrosius tertio de Officiis, hæc enim est regula iu-
stitiæ, à qua non decet principem declinare, vt non
afficiat quemquã damno iniusto, nec doli aliquid an-
nectere, fraudisue componere: quia decet principem
omnẽ fallentiæ materiam remouere: vt C.de põderi.
& auri.illa.l.quoties.per Lucã de Penna.& de meta.l.
omnes.in verbo, fraudare.li.xij. † diceretur enim ista 10
pax Diabolica, si faueret possessoribus dolosis, ex quo
offenderetur veritas & iustitia: vt dicit beatus Bernar
dus in quadam epistola, quam refert Luc. de Pen in l.
j.in verbo, pacis.iiij.col.C.publicæ læti.lib.xij.& alle-
gat etiam ad hoc Egesippũ de bello Iudaico.vbi dicit
ipse, quòd in pace formanda, præsumendũ est, ꝙ prin-
cipes veritatẽ examinauerint: quia in pace formanda
veritatis examinatio debet interuenire, & ideò non
præsumitur in eis dolus cõmissus, † quia omnis dolus, 11
est contra ius diuinum: vt dicit Bald.in c.ij in ij.col.in
fi.de arbitris. Et ideò dicebat Bal.in l.j. ff.de constitu.
princi. quòd non præsumitur aliquid placere princi-
pi, nisi iustum & verum, & omnis actus suus regulatur
à iustitia poli & fori. Et licet dictũ capitulum pacis,
velit, quòd restituãtur in possessione bonorũ suorum
quorũcunque, quæ ipsi posidebant. Et sic generaliter
loquatur & per cõsequens cõpræhẽdit possessores etiã
violẽtos secundùm corticẽ verborũ: quia verba prin-
cipis generalia non recipiũt restrictionẽ de habilita-
te, vt dicit Iason doctor modernus in l.j.C.de sacro
sanct. eccle. tamen ipsemet dicit, quòd hoc verum
est habilitate iuris positiui. Sed † bene restringuntur 12
verba principis de habilitate iuris naturalis vel diui-
ni.accedãt not.per eundẽ in l.j.§.nuntiatio.ff.de ope.
no.nun. Sed cõtra ius naturale & diuinũ esset, si faue-
retur per capitula pacis, talibus dolosis possessoribus.
Ergo intelligitur capitulum de possessoribus non do-
losis, quibus non est facienda restitutio per principes,
vt dicit Imol.in c.super hoc.in v.col.de renun.& An-
gel.in l.si quis ad se fundum. C.ad l.Iuliam de vi. quia
regula est, quòd fraus & dolus non debet alicui patro-
cinari: vt dicit text.c.ex tenore. de rescrip & ibi cõn-
cor.inuadere enim rem alienam, est contra ius natu-
rale: vt not.glo.dum tractat de milite & rustico in l.si
quis in tantam.C.vnde vi. Maximè cùm clarè constat
ipsos dolosos possessores esse turbatores & molesta-
tores eorum qui à longissimis temporibus possede-
runt. Nec prædictis obstat quod dicit Angel.in l.si
quos.C.de ca & postlimi.reuer.vbi dicit, & quia text.
hic dicit, quòd ante tenuerũt, quòd verbum verifica-
tur in commodatario, & colono, & aliis habentibus
detentationem asininam. Et istud est vtile pro eiectis,
qui tempore pacis reuertũtur cum pactis, quòd eis re-
stituantur quæcunque tenebant tempore eiectionis
eorũ: nam recuperabunt mobilia & immobilia, quo-
rum habebãt dominium vel possessionem, aut simpli-
cem possessionẽ asininam. Quia ad hoc fuit respon-
sum, quòd capitula pacis dictorũ Regum non dicunt,
quòd restituatur possessio illis, qui tenuerunt: sed di-
cit, quòd restituantur in possessione bonorum suorũ,
† & inter dicta verba videlicet tenere, & verbum pos- 13
sidere maxima est differentia: vt not. in l.stipulatio
ista habere licere. §.hoc quoque. ff.de verbo. obligat.
& instit. de actio.in princi. & tanto magis, quia ca-
pitulũ pacis dicit, restituantur in possessione bonorũ
suorũ: & sic præsupponit, quod illi, quibus debet fieri
restitutio fuerint possessores & domini, secundùm
Bart.

Bar.in l.cùm res.secunda col.versi.quid dicemus.&c.
C.si res alie.res pigno.data sit. & pro hoc text. in l.so-
lum.§.meum.ff.de rei vendi. & in l.pluribus.§.vlti.ff.
de verbo. obligatio. secundum Card. Flo. in Cle.j.in
prin. de procu.facit bonus tex.in l.is qui suis nummis.
ff.de manumisio.vbi seruus cõniuentibus oculis do-
mini habebat pecuniam, licet propriè non poruit
14 illa pecunia dici sua respectu dominij, †licet interdũ
secũdùm subiectam materiam verbum suis, non im-
portat dominium: vt est videre exemplum, quando
famulus dicit iumentum meum, & scriptor, quando
dicit quinternum quem scripsit esse suum: vt dicit gl.
in l.ij.verbo,Papyrius.ff.de origine iuris.& notat Bar.
in l.Quintus.§.argento.ff. de auro & argen. lega. &
Bar.in l.cum suæ.ff de legatis iij. At in casu,de quo
loquimur,attento quòd in contractu pacis inter istos
Reges actum est, quòd restitutio possessionis fiat pos-
sidentibus temporæ dictæ guerræ, iste contractus ha-
betur pro lege,secundùm Bald.in c.in verbo, pactio-
nes.de pace Constan.& probatur in l.Cęsar.ff.de pub.
& not.Bart.in l.donationes. ff.de do.inter vir.& vxo.
& Bal.in l.j C.de hære. vel actio vendi. Abbas in c.de
proba. Bart.in l.si vnus. §.ante omnia. ff.de pactis. &
Bart.in l.ciuitas. ff.si certum peta.& Bald.in l.bene
15 à Zenone.C.de qua.præscript.†& vbi in lege fit men-
tio de possessoribus,intelligitur de illis, qui iustè pos-
sederunt,non de inuasoribus.secundùm Bald.in l.j.C.
de vsuca.vbi quando verbum possesio,profertur à le-
ge,intelligitur de ciuili possessione,secus si profertur
à testibus: vt dicit Ioã.de Imo.in l.iij.§.ex contrario.
in verbo,Trebatius.ff.de acquir.possel. vbi accipitur
ciuilis possesio pro iusta, vt ibi per Alex. & hoc tenẽt
Moderni scribẽtes in c.causam.v.col.de præscrip.pro
hoc faciunt omnia illa,quæ allegaui in c.j in prin. per
quos fiat inuestitura, quòd ei qui spoliauit violenter
alium non potest cõfirmari possessio, & princeps cõ-
firmãdo possessionẽ intelligitur de iusta possessione,
quę omitto causa breuitatis,remittendo me ad ibi di-
cta per me & Ludo.in l.iustè posidet.ff.de acqui pos.

Itẽ in dictis capitulis pacis est expressè cautum, ꝙ
restitutio possessionis fiat illis possessoribus,qui posi
debant tẽpore guerre qui partẽ Christianissimi Re-
gis Francorũ cõtra catholicum Regem tenuerunt, &
sunt secuti. Et per consequens non omnibus posseso-
ribus posidẽribus in initio belli apud Tripaldam de-
16 bet fieri restitutio possessionis. † Quia illud relatiuũ
qui partem &c.restringit illud verbũ, possessoribus:
ex quo positum est sine copula: vt in l.ea tamen adie-
ctio.ff.de leg.iij. not. Bart.in l.omnes populi. ff.de iu-
stitia & iure. & in l.j.C.de summa trini. Et ista est re-
gula,quæ habet aliquas limitationes,de quibus per Ia
sonem in d.l.j.C.de summa trinitate. nec dicti nobi-
les de Richardis probauerunt illo tẽpore secutos fuis-
se partem Regis Franciæ:imò constat,quòd tunc tem
poris dicti Alex.& Lionectus fuerunt in ciuitate Fer-
rariæ:& sic non possunt gaudere dicto c.pacis. Et pro
17 hoc facit illud quod dicitur, † quòd quando qualitas
requisita in persona vnius,non est in persona alterius,
aliter dicendũ est,quàm de illis,vbi est dicta qualitas:
vt firmat Alex in v.vol.consi.cxxxix.circa finẽ. Item
facit illud quod dicitur, ꝙ vbi sunt exclusæ exceptio-
nes omnes per statutum, tamen non sunt exclusæ ex-
ceptiones,quæ oriuntur ex eadẽ scriptura. Et sic exce-
ptio,quæ oritur ex lectura capituli pacis, quod requi-
rit qualitatẽ prędictam,secundùm Bart.in l.j.§.parui.
ff.quod vi aut clam. ~~& Bald.~~ & Salic.in l.ita pudor. C.
de adulteriis.& not.Abb.Sicu.in c.ex parte.lo secun-
do. de offic.deleg. nec aliæ exceptiones rationabiles,
secundùm Arcbid.in c.latot.ij.quæst.vij. & Geminia.
in c.quoniam.xv.iij.dist. Et si diceretur,quòd post-
quam dicti nobiles de Richardis non possunt petere,
quòd eis fiat restitutio possessionis vigore capituli pa-
cis: quia non fuerunt secuti partes Regis Franciæ in
dicto bello, & quia indebitè priuauerunt Alphõsum
sua naturali possessione dicti castri, qui ciuiliter pos-
sidebat: vt suprà dictum est, saltem debet eis restitutio
possessionis dicti castri fieri, † quia vltimũ spoliũ est 18
purgandũ.& sic cum ipsi vltimo loco sunt spoliati ab
Alphõso,debet eis fieri restitutio dicti castri: vt in l.si
quis ad se fundũ.C.ad l.Iuliã de vi.cum concord. Ad
hoc fuit respõsum multis modis, Et primò, ꝙ ipsi
de Richardis non fuerunt possessores, sed turbatores,
vt suprà dictũ est.Item,quia si fuissent possessores,fuis-
sent dolosi possessores.& licet illa exceptio,dolo facis
petere quod restituturus es,non habet locum, quãdo
agitur possessorio recuperandæ: quia spoliatus ante
omnia est restituẽdus: vt d.l.si quis ad se fundũ.& in c.
olim.de restitu spoliatorũ.cum simi.& Dy.in regula,
dolo facit.lib.vj.& l.in condẽnatione.in fin. ff.de reg.
iuris.& not. in c.cùm dilectus. de causa posses. & pro-
prietatis.& Io.And.in c.pastoralis.eo.tit.†tamẽ quan 19
do agitur possessorio recuperandæ vigore capituli pa-
cis,tunc dicta exceptio,dolo facis, obstat agenti pos-
sessorio vigore capituli pacis. Istud fuit mirabile di-
ctum Bald.in c.j.in verbo, possessiones.de pace Con-
stantiæ.Et si diceretur,quòd Bar.& Ang.in l.memine-
rint.C.vnde vi.expressè dicunt, quòd quãdo in l.dici-
tur,quòd spoliato illico fiat restitutio: tunc nõ habet
locum exceptio dominij,nec exceptio, dolo facis. Et
in d.c.pacis expressè dicitur,quòd illico dictis posses-
soribus fiat restitutio, ergo nũ obstat exceptio domi-
nij,vel exceptio,dolo facis &c.& Bal.in d.verbo, pos-
sessiones. non facit mentionẽ de verbo,illico. Ad
hoc fuit responsum,quòd Bar.& Ang.in d.l.memine-
rint,loquuntur, quãdo agitur possessorio recuperan-
dæ ex condictione d.l.meminerint.quæ loquitur quã-
do tutor vel curator impetrat rescriptum vel interlo
cutoriam, vt ei liceat ingredi possessionem alicuius
rei stabilis absque citatione partis, in qua pupillus
erat in possessione, quod quidẽ rescriptũ est ipso iure
nullum. † Si ipse tutor vel curator sit nulliter spo- 20
liauerunt pupillũ eius possessione, factum istorũ tu-
torum non debet nocere pupillo vel adulto: imò ipse
tutor vel curator illico debet cõdemnari ad restituẽ-
dum possessioem,& non obstat illa exceptio, dolo fa-
cis &c.nec exceptio dominij,quia ipse tutor vel cura-
tor fuit in manifesto geminato dolo videlicet in im-
petrando nulliter rescriptũ cõtra suum pupillũ,quod
est sibi de iure prohibitũ,vt in d.l.meminerint. Se-
cũdò,quia eum spoliauit de facto, & propterea illico
pupillo debet fieri restitutio possessionis,& nõ obstat
exceptio dolo facis,&c. Imò punitur tutor vel cura-
tor pœna deportationis cum publicatione bonorũ.

Et si diceretur, ista respõsio nõ militat, quãdo sim-
pliciter peteretur restitutio possessionis. Ad hoc fuit
responsum, ꝙ cõmissarij deputati super restitutionẽ
possessionis, non habent cognoscere nisi de illis spo-
liatis,qui comprehẽduntur ex d.c.pacis. vnde coram
eis

ris non potest fieri dicta petitio restitutionis possessionis ex remedio d.l.si quis ad se fundum.cum concordantiis. Secundo modo fuit responsum, quòd quando bene potuissent dicti commissarij cognoscere de restitutione possessionis de iure cõmuni,nõ potuissent procedere virtute regiæ pragmaticæ catholicæ Maiestatis factæ, qua cauetur q capta & erecta per regem Alphonsum primum, vel Regem Ferdinandum primũ,data,vendita vel concessa aliis sic teneri iubet sine aliqua innouatione, ne lis vel quæstio aliqua iure vel iniuria moueri possit in iudicio vel extra, & cùm iste Alphonsus & eius pater habuerunt inuestituram de dicto castro à Rege Ferdinando primo, & possederunt per annos xl. & vltra. Ideò non potest inquietari: nec capitulum pacis tanquam vltimò factum, corrigit hanc pragmaticam in hoc casu, in quo non concurrunt dictæ duæ qualitates in persona dictorum nobiliũ de Richardis. Primò, quia sunt inuasores & turbatores. Secundo; quia non sunt
21 secuti partes Regis Franciæ. Et tantò magis, * quia dicit text.in l.si quis vi;in princ. ff.de acquir. poss. si quis vi de possessione eiectus fuerit, perinde haberi debet,ac si possederit,cum ex interdicto vnde vi recuperandæ possessionis facultatem habet. & alius tex.in l.non videtur,eodem tit.dicit,non videtur possessionem adeptus, qui ita nactus sit, vt eam retinere non possit. Cum igitur isti de Richardis propter dictam possessioné captam de dicto castro absente dicto Alphonso propria authoritate, non possunt dici possessores ciuiliter possidentes dictum castrum, sed potius inuasores: quam dicit notan. Bal.in c.j.in princip.in xj.colum.de his,qui
22 feu.dare poss. vbi dicit ista verba formalia: * scias quòd præter ciuiliter possidentem nullus lucratur fructus ratione possessionis,sed ratione iuris quod habet in re,id est, ratione vtilis rei vendicationis vel vtilis Publicianę,quia ciuilis acquisitio est,fieri dominũ fructuũ,vt in gl.in d.§.ex cõtrario. Itẽ scias quòd nullus habet ciuilem,nisi ei correspondeat dominium vel quasi, vel res à nullo possideatur, secundum And. de Iser.& non dicit vbi, imò veri turbatores propter ciuilem possessioné,quam retinebat dictus Alphonsus, & vigore ciuilis possessionis dicti castri fuit sibi licita recuperatio possessionis naturalis,per ea,quæ supra dicta sunt,maximè autore prætore, vt suprà dictũ est. Quare post longam discussionem dominorum auditorum S.C.M. & aliquorum Consiliariorum deputatorũ, ad dictas restitutiones faciendas iuxta dictum capitulum pacis fuit conclusum & deliberatum, quòd dictis de Richardis non fiat restitutio possessionis dicti castri. Et sic ipse Alphonsus fuit absolutus ab eorũ petitione:& quia hæ discussiones visæ mihi fuerunt pulchræ,ideo hîc inserui.

DECISIO CCCCIIII.

De falsario feudatario,qui rasuram committi mandauit, & de pœna committentium falsum.

SVMMARIVM.

1 *Inuestitus de feudo qui rasuram & falsum in rescripto confirmationis mandauit facere qua teneat puniendus pœna.19.*
2 *Abrasio facta in rescripto gratiæ vel iustitiæ differt.*
3 *Inuestitura veteris feudi dicitur confirmatio.*
4 *Confirmatio non tribuit ius sine confirmabili messe posito.*
5 *Abrasionem facere in narratiua vel in dispositiua differentia est.*
6 *Constitutio Regni quod ius sit.*
Statutum loquens de delinquente, an comprehẽdat mandantem
7 *Interpretatio ficta in statutis locum non habet.*
8 *Tria ad esse falsitatis requiruntur.*
9 *Falsum cuius qualitatis oporteat quòd sit, antequam quis de illo puniatur.*
10 *Rescriptum Papæ falsificans qualiter puniatur.*
Intellectus c.ex literis. de fide instrumentorum.
11 *Manũ impunè ad rescripta apponere, quis possit.*
Rasura per impetrãtem facta quantumcunque modica etiam in non suspecto loco facit radentem falsarium.
12 *Rasum in literis iustitiæ in dubio ab officiali præsumitur.*
13 *Falsum committens sine tertij interesse, arbitrariè punitur.*
14 *Pœna capitalis quomodò intelligatur.*
Publicatio omnium bonorũ pro morte ciuili est sublata 22.
15 *Pœna falsificantis Regium rescriptum.nu.18.20.*
Pœna duæ pro crimine falsi.
16 *Seueritas in inquirendo exceptionem falsitatis rescripti opposita.*
17 *Pœnalia per identitatem vel maioritatem rationis non extendenda.*
Regula, quòd pœna falsi non est vltimi supplicij.
18 *Fabricare vel fabricari procurare, differunt inter se.*
21 *Intellectus Panormitani c. ad falsariorum, de crimine falsi.*
22 *Deportatio facit cessare omnium bonorum publicationem.*
Remissio criminũ generalis crimẽ falsi non includit.
23 *Nobilitas non excusat in crimine falsi.*
Falsi crimen detestabilius est veneficio, & homicidio, & hominem ad nihilum reducit.
24 *Falsarius an priuandus feudo.*
25 *Repudium potest fieri cum falsario.*
Dubia causarũ dissoluere nescimus propter peccata.



FVIT per illustrem magnum capitaneum & Viceregẽ catholicæ Maiestatis mihi & tribus aliis doctoribus Regiis Consiliariis iniunctũ, vt votaremus, quid iuris nobis videtur de infrà scripto dubio, videlicet: * vtrum 1
inuestitus de feudo à Rege Ferdinando secundo, à quo non fuit tradita possessio dicti feudi, & defuncto dicto Rege & ei succedẽte Rege Federico suo patruo: à quo inuestitus prædictus obtinuit confirmationem dicti feudi cum clausula, quatenus in possessione existit, quæ confirmatio Regis

Federici fuit completa & sigillata. Et licet ipse in-
uestitus obtinuisset literas opportunas, tã à Rege
Ferdinando secũdo, quàm à Rege Federico, ꝙ sibi
traderetur corporalis possessio illius feudi, illam
consequi non potuit: quia fuerat promissum, vt as-
seritur hominibs dicti feudi & castri, ꝙ semper es-
set dictum feudũ & castrũ in dominio domini Re-
gis. Tamen ipse inuestitus habens dictam confir-
mationem in suis manibus repertum est, ꝙ in illo
loco, vbi dicebatur, quatenus in possessione ex-
istit, fuit totũ hoc deletũ & abrasum eius manda-
to, & fuit immutatũ & scriptum per aliam scriptu
ram ex longo interuallo, postquã dicta confirma-
tio & priuilegiũ fuit expeditũ & sigillatũ eo scien-
te & vidẽte infrà scripta verba, videlicet secundũ
tenorẽ sui priuilegij. Et istud priuilegiũ fuit exhi-
bitum instante præfato illustri vicerege per dictũ
inuestitum. Qui protestatus fuit, ꝙ nõ vult eo vti,
nec vsus fuit. Si propterea iste inuestitus sit punič-
dus pœna constit. Regni, qui literas, vel qua pœna
veniat puniendus de iure. Et redditur istud du-
bium difficile propter qualitates & circunstãtias,
quæ sunt in dicto dubio. Et prima difficultas est:
quia ista abrasio & immutatio facta in dicto Regio
priuilegio confirmationis, nõ est facta super inue-
stitura feudi, quæ dicitur gratia: sed est facta super
literis confirmationis gratiæ feudi: & sic super lite
2 ris iustitiæ. * Nam dominus Rex Federicus, qui
successit in Regno dicto suo nepoti, tenebatur cõ-
firmare inuestituram dicti feudi factã dicto inue-
stito per Regem Ferdinandum primum, per tex. in
capit. j. §. laici verò. qui succe. teneneatur, la prima.
vbi si laici domini inuestiturã feudi aliis fecerint
de feudis, eorũ hæredes omnino adimplere cõpel-
luntur. bonus est tex. in c. j. quo tempore miles. ibi,
post mortem domini sui debet vasallus petere in-
uestituram, id est confirmationẽ. iuncto text. in c. j.
3 in prin. per quos fiat inuestit. * vbi inuestitura ve-
teris feudi, quæ dicitur confirmatio, quæ fit de iu-
sta possessione, potest etiam fieri per minorẽ: quasi
in hoc sit debitur ipsi vasallo eam petẽti. bonus est
text. in c. j. in princip. de capi. Corra. vbi si vasallus
per annnum & diem steterit, quòd post mortem do-
mini sui inuestiturã, id est confirmationẽ non pe-
tierit, cadit à feudo &c. cõcor. text. in l. Imperialẽ.
§. præterea. de probi. feudali. per Feder. Cùm igitur
4 dicta cõfirmatio Regis Fed. fuit de iustitia, * quia
confirmatio nõ tribuit ius, nisi reperiatur confir-
mabile, & id ponatur in esse: vt ff. de lib. lega. l. Au-
relius. secundum Bald. in capit. ex literis. ij. colum.
de fide instrument. & in dicto §. præterea. Tunc
sic communis conclusio est, ꝙ quandò abrasio est
facta in literis confirmatoriis, seu literis de iusti-
tia, tunc ista rasura iudicatur, sicut de rasura alicu-
jus instrumenti: vt dicit Innocen. in d. c. ex literis.
& ibidem Ioan. Andre. & Salic in l. maiorem. C. ad
leg. Cornel. de falsis. per cap. accedens. de cri. falsi.
quem refert Ioannes de Ana. in c. ad falsariorum,
viij. colum. eodem titu. & sic constitutio illa, qui
literas. nõ habet locum. quando abrasio esset facta
in literis iustitiæ vel confirmationis, sed in literis
5 gratiosis vel instrumentis. * Sed ad hoc posset
responderi, quòd hoc habet locum, quando rasura
in rescripto iustitiæ esset in narratione facti, secus
in dispositiuis à principe, prout erat in casu, de
quo agitur, & per consequens nun vẽdicat sibi lo-
cum dispositio dicti capit. ex literis. iuncto d. cap.
accedens. Item posset aliter responderi, quòd in
dicto capit. ex literis. & in dicto capitu. accedens.
non constabat quis fecerat dictam rasuram in di-
cto rescripto iustitię, ideò dicta rasura non nocet.
Sed vbi constat, quis fecit rasuram in rescripto iu-
stitiæ, non est dubium, quòd incidit in pœnam l.
Corneliæ de fal. Et ideò concludendum est, quòd
quando cõstabat, quòd pars post perfectum rescri-
ptum fecit ibi rasuram & immutauit, debet habe-
re locum pœna dictæ constitutionis Regni. Se-
cunda difficultas est: quia non habemus in proces-
su, quod dictus inuestitus raserit dictum Regium
priuilegiũ, sed bene habemus, ꝙ ipse fecit fieri di-
ctam rasuram & immutationẽ, quam dicit fecisse
per ignorantiam. Et dicta cõstitutin Regni loqui-
tur in persona eius, qui immutauit. * Et constitu- 6
tio Regni, ius est municipale regni, & nõ vniuersa-
le ius: quia vnaquæq; prouincia suo sensu abũdat.
xxv. distinc. cap. fina. totum istud regnum habetur
pro vna prouincia: vt dicit And. in constit. Regni,
consuetudinem. de præscrip. Et sic constitutio Re-
gni vocatur ius ciuile huius Regni: vt in l. omnes
populi. ff. de iustitia & iure. Et per consequens se-
cundùm veram cõclusionem statutum pœnale lo-
quens in persona delinquentis, non comprehen-
dit mandantem ex propria verborum significatio-
ne. sed ex interpretatione: vt dicit notanter Bar-
tolus in l. hæc verba. ff. de adulteriis. & in l. si
quis id quod. §. finali. ff. de iurisdictione omnium
iudicum. & ille, qui mandat non dicitur verè fa-
cere, sed interpretatiuè: vt in l. j. §. deiecisse. in
gloss. ff. de vi & vi arma. * quæ interpretatio, cum 7
sit fictionis, non habet locum in statutis: vt in l. iij.
§. hæc verba. ff. de negot. gest. & in l. constitutioni-
bus. ff. ad muni. not. Bartol. in l. j. ff. de fonte. & no-
ta. in l. si verò. §. de viro. ff. soluto matrimon. & in
hoc multa possent allegari, quæ allegat Alexand.
in iiij. volumine, consilio lxv. incip. visa quædam
constitutione. & Iason in dicta l. si quis id, quod.
quæ omitto breuitatis causa, & sic dicta constitu-
tio non habet locum in mandante. Tertia diffi-
cultas est, quia dicit Petr. de Anchara. in consilio
xxiij. incipiente, visa inquisitione &c. * quòd tria 8
requiruntur ad esse falsitatis, videlicet dolus. Item
mutatio veritatis, & quòd alteri noceat, in dicto
inuestito videtur, quòd fuit dolus, quia fabricauit
radendo & mutando, vt suprà. Et propterea di-
cebat Bald. in dicto capitulo ex literis. quòd rade-
re, dolus & falsitas est, non error. C. de testamen. l.
erroris. C. de magistra. conuen. l. fin. Barto. in l. si li-
brarius. ff. de reg. iur. Mutatio veritatis est notoria.
An autẽ talis mutatio nocuit alteri, in hoc stat dif-
ficultas: nam prætendit dictus inuestitus, quòd di-
cta immutatio non nocuit alteri,[a] ex quo sunt tot a
& tantæ literæ Regis Ferdinan. secundi, & Regis
Federici super traditione possessionis dicti castri,
quam tandem habuit non virtute dicti rescripti
rasi, & cõfirmatiois. & illa rasura nemini est noci-
ua, & propterea succedit doctrina glo. & Bar. in l.
damus. C. ad leg. Cornel. de fal. quæ vult, * quòd ad 9
hoc, vt qui possit puniri de falso, est necesse, quòd
illud

illud falsum sit tale, quod noceat alicui, & quod dolose fuit factum. & ad hoc multa allegauerent aduocati dicti inuestiti, de quibus per Alexand. in ij. volum. consil. lxx. in vj. columna, quod incipit, viso processu. Sed huic difficultati posset respondere, quia prædicta habent locum in falsificante instrumentum nemini nociuum, vel in vtente instrumento falso nociuo, secus in radente & immutante Regium rescriptum sigillatum: nam ratione fabricationis rasuræ, & immutationis non reperio aliquem doctorem dicentem, quòd si illa rasura & immutatio nemini nocet, quòd non sit pœna l. Corneliæ de fal. nam tex. in l. si falsos. C. de falsis, expressè tenet, quòd si falsificans ratione fabricationis etiam sine vsu punitur pœna falsi, nec distinguitur, ne sit nociua, nécne. Et ideò glo. in c. licet.
10 versic. quinta falsitas. de cri. fal. dicit, * quòd quicunque radit vel immutat rescriptum dom. Papæ sibi assignatum, excommunicatus est, & falsarius: vt dixi suprà proximè, & in hoc nulla distinctio adhibetur per Doct. an immutatio sit nociua, nécne, licet sit argumentum in contrarium in c. ex literis. de fi. instr. Sed potest responderi, q illa rasura in d. c. ex literis fuit facta per illum qui literas ipsas subscripsit, non per illum, qui illis vtebatur, & cum ista intelligentia pertransit ibi Ioan. Andr. & post eum alij scribentes. sufficit ergo, q rasura fuit facta per partem in rescripto principis: quia non distinguitur, an in loco suspecto, vel nô, facta sit rasura: vt dicit etiam Innoc. in d. c. ex literis. &
11 idem Bal. ibi. qui dicit referendo Innocen. * quòd nullus potest apponere manum ad rescripta vel priuilegia nisi cancellarius vel officialis curiæ, & si alius apponat manus, est falsarius etiam si in loco non suspecto, etiam si in syllaba vel puncto secundum Innocen. & sic non distinguitur, an noceat vel non. Nec debemus dicere, quòd gloss. prædicta dicit, nô per illum, qui vtitur: quia illud verbum vtitur, capitur pro eo, qui fecit rasuram, nam ille, qui fabricat falsum, ideò fecit, vt vteretur dicit Alb. de Rosa, in l. quicunq; C. de ser. fugi. & fabricans falsum sine vsu punitur, vt in d. l. si falsos. & idem dicit Ioan. And. in d. c. ex literis. & gl. in c. in memoriam. xix. dist. dum dicit, ipso facto dicitur falsarius, vt si charta apparet rasa vel immutata, &c. & Abb. Sicu. in c. si. de cri. fal. dicens, q si facta est rasura per impetrantẽ, quantuncunq; esset modica, falsarius iudicatur, etiã quando est in lo-
12 co nô suspecto: * in dubio autẽ præsumitur rasum ab officiali in literis iustitiæ. Et ideò dicit Vincẽ. quem refert Host. in sum. de crim. fal. in §. porrò. q si in rescripto est rasura, & constat quòd ab impetrante rescriptum facta est, obst. de rescri. c. significante. & c. Rodulphus. si dubitetur, nô obest. & sic intellexit dictam decretalẽ, ex literis. Et propterea dicebat Angel. in lectura ad pœnam. in l. qui veluti. C. de falsis. nô prodest scriptura falsa scribẽti, quia tenetur l. Cornelia de fal. no. bene istam legẽ, quia quotidiana est. multi enim sunt qui scribunt schedulas & apochas manu propria, & in eorũ fauorẽ. nam licet dictæ apochæ & scripturæ nô prosint scribenti, tamen si probari potest, q hæc scriptura sit falsa, qui scripsit eã, tenetur de falso, & sic illa scriptura nô prodest, nec nocet, & tamẽ in fa-

bricante committitur falsitas. * Ego credo quòd 13
Ang. dicat veritatem, vt cômittat falsum, sed non punitur l. Cornelia de fal. sed arbitrariè. bene ad hoc facit quod dicit Bal. in d. l. si falsos. q ex fabricatione falsi irremediabiliter tenetur de falso. nec est in consideratione, q nemini dedit damnũ: quia sufficit, q potuit damnũ dare, licet non dedit. ideo videtur posse dici, q dispositio dictæ constitutionis Regni, nô recepit limitationẽ ex glo. in d. l. dames. sed bene recepit limitationem: q non habet locum in mandãte fieri rasuram & immutationẽ, sed tantũ in radente & mutante per se, per ea quæ sunt suprà allegata. Quarta difficultas est, * quia 14
dicta constitutio Regni dicit, capitali feriatur sententia, quæ verba possunt intelligi de sententia capitali ciuili, & non de morte naturali, vt dicit glo. sing. in l. j. C. ne manci. Christianum Iudæus vel hæretic. &c. quam gloss. ad hoc pro singulari allega. Ioan. de Imo. in l. ij. ff. de publ. iud. & firmat Ioan. Andr. in c. quanto. de iureiur. & ista pœna ciuilis mortis est absque publicatione omniũ bonorum, quæ publicatio omnium bonorum pro morte ciuili est sublata, per tex. in authen. vt nulli iudi. §. fin. secundum gloss. in d. l. j. §. fina. ff. ad legem Corn. de fal. & firmat hoc Raph. Fulgo. in consilio cxxxviij. incipien. hoc maximè præsuppositum, &c. ante fin.

Quid ergo dicam ego, in tanta difficultate vestræ Illu. dominationi? dico, quod stantibus prædictis dictus inuestitus nô potest puniri pœna dictæ
constitutionis Regni. * Ideò quæro, qua pœna sit 15
de iure communi plectendus ille, qui radit & immutat rescriptum Regis de iustitia vel confirmatione Regia. Respondeo, quòd Salic. in l. maiorem. C. de fal. dicit quòd lex illa maiorem. dicit q qui cômittit falsum in rescripto principis debet pati maiorem pœnam, & consistit ista maior pœna in pœna mortis naturalis. hoc dicit voluisse gl. in l. vbi. in verbo, cômissi. C. de falsis. quia duæ pœnæ reperiuntur impositæ pro crimine falsi, scilicet deportationis, quæ dicitur mors ciuilis, & mors naturalis: vt in l. prima. §. fina. ff. de fal. Ex quo illa lex dicit maiorem pœnam, intelligitur de maiore pœna illarum duarum pœnarum, quæ sunt in d. l. prima. §. fin. & sic etiam refert Salic. Ioann. de Ana. in c. ad falsariorum. de crim. fed. sed Angel. de Peru. in lect. ad pœnam. in dicta l. maiorem. aliter dicit, videlicet si opponitur exceptio falsitatis rescripti,
* maior seueritas in inquirendo exigitur, quàm 16
in alia falsitate. & falso comparato debet falsarius carcerari, & pœna condigna puniri. nam istud verbum, maior pœna, non est comparatiuum huius positiui pœnam: sed istius positiui seueritate. id est, quòd inuestigando hanc falsitatem, maior seueritas requiritur, quàm si dicatur falsum aliud instrumentum. Nec obstat gloss. in dicta l. vbi. in verbo, commissi. quia illa gloss. dicit quòd sciens vsus est falsis rescriptis, debet decapitari: vt in l. maio-
rem. Quia respondetur duobus modis. * Primò, 17
quia pœnalia per identitatem rationis, vel per maioritatem rationis non extenduntur, ita dicit glo. in c. sæpe contingit. de tempo. ordina. lib. vj. quam gloss. & alia iura ad hoc propositum allega. Alex. in ij. volum. consil. cxiij. incip. viso instrumento. in ij. col. versic. & posito, quòd maiur esset ratio. & in

eod.vol.consil.ccij.incip.in j.colum. Nec in casu
de quo agitur, potest considerari fauor reipu.cùm
ista Regia cõfirmatio nullum parit præiudicium,
nec alicui poterit nocere, nec ea dictus inuestitus
fuit vsus. Et sic illa gloss. quæ loquitur in vtente
scienter falso rescripto, nõ potest adaptari ad eum,
qui rasit Regium rescriptum, & in eo immutauit,
& non fuit vsus talis rasura & immutatio nemini
nocuit, vel profuit. Secundò respondetur, prout
dicit Ange.in lectura ad stampam, in d.l.vbi.nota
hic casum, in quo pro falso punitur pœna capita-
li, scilicet quando falsum est valde graue. exem-
plum potest poni in eo, qui multa acta combussit
in perniciem reipu.vt veritas apparere non posset.

Item in eo qui partum supposuit: vt in l.j. suprà
eo.regulariter autem non est pœna vltimi suppli-
cij. Et sic per ista fuit totaliter dictum Salic.& glo.
in d.l.vbi. quæ loquitur de istis falsitatibus graui-
18 bus, prout dicit Ange.vt suprà dictũ est. * Ter-
tio modo potest responderi, prout dicit Ioan.Fab.
in §.item lex Iulia.Instit.de publ.iu.vbi dicit quæ-
rendo, quæ sit pœna committentis falsum. Et dicit
quòd si in rescripto fuit commissa falsitas. si qui-
dem rescriptum est gratiosum, & est laicus, puni-
tur vltimo supplicio. vt in d.l. maiorem. Et si est
clericus, degradatur & curiæ seculari traditur. vt
in c.ad falsariorum.de cri.fal. Si verò rescriptum
sit ad causas, non videtur imponenda hæc pœna,
cum non sit tantum præiudicium: vt in cap. acce-
dens.eod.tit. Et post distinctionem suam dicit, vn-
de potest dici generaliter, quòd hæc pœna sit arbi-
traria, & impunatur maior, quando maius est deli-
ctum & minor, quando minus.ff.eod.l.diuus. & l.
qui falsam.§.fin.& C.eod.l.vbi.in fine. Et vlterius
dicit idem doctor, quòd vtens tantum falsa scri-
ptura, non debet tantùm puniri, sicut fabricãs vel
fabricari procurans. ita potest intelligi, quod not.
in §.iisdem pœnis.in authent.de non alienan. Nec
obst. dicit ipse d.l. maiorem. quia debet intelligi,
quando quis fabricauit vel procurauit falsum re-
scriptum, & eo vsus fuit, non autem quando sim-
pliciter fabricauit falsum rescriptum, & eo non
19 fuit vsus. * Quare concluditur, quod in casu de
quo loquimur, ex quo rasura & mutatio in rescri-
pto facta de mandato dicti inuestiti non facit pre-
iudicium, nec prodest alicui, nec eo vsus est, pœ-
na est arbitraria. Bene tamen aduertendum est,
quòd Cy.in d.l.vbi.dicit ista verba formalia, vlti-
mò nota. quòd pro falso imponitur pœna capitis
naturali ad literam, quandoque imponitur pœna
capitis ciuilis: vt hic. & dixi in l.j.ſ.eod.ibi.Cyn.d.
ista verba, tertio oppono, dicitur hic quòd crimẽ
falsi est capitale. Contrà quòd imò in libero homi-
ne est pœna deportationis: vt in l.j.§.fin.ff.eod.tit.

Solutio, deportatio est pœna capitalis: ergo &c.
vel hic acrius punitur in partu supposito & falso:
vt sit speciale. dicit ipse, primam teneo: sed de ista
authoritate Cyn. non facio vim. Quia text.in d.l.
vbi. dicit capitali post probationem supplicio, si
id exigat magnitudo criminis commissi, vel de-
portatione, & sic text. dicit, quòd interdum puni-
tur pœna capitis naturalis, interdum pœna capi-
tis ciuilis, prout etiam dicit tex.in l.j.§.fi.ff. de fal.
& sic etiam dicit glo.in d.l.vbi. nam seruo imponi-
tur pro falso pœna mortis naturalis, & libero,
quando fabricauit falsum rescriptum, & eo vsus
fuit, vt suprà dictum est, quod non est in casu, de
quo agitur. * Et licet fuisset contra dictum in- 20
uestitum allegatum quoddam capitulum Regis Ca
roli primi, quod incipit, vt quæ ab excellentia no-
stra procedunt, &c.chart.cv.secundum ordi.Nea-
pol.vbi dicitur, quòd falsificatores sigilli Regis &
aliorum Regum prædecessorum legitimorum do-
minorum & ipsis vtentibus puniantur vltimo sup
plicio cum publicatione bonorum omnium: cùm
maius delictum sit falsificare sigillum Regis, quàm
cudere falsam monetam. Et idem dicendum est in
radente literas Regis sigillatas. Tamen per me di-
cebatur in discussione præsentis negotij, quòd di-
ctum capitulum loquitur in casu suo: nec est ex-
tendendum ad alium casum etiam, vbi est identi-
tatis ratio vel maior ratio, per ea, quæ suprà allega
ui circa hoc. Allegabatur etiam in contrarium
id, quod dicit Abb.Sic.in c. ad falsariorum. de cri.
fal.vbi dicit per illum text. quòd falsificans rescri
ptum principis punitur vltimo supplicio, id est,
pœna mortis. Et hoc est speciale in ista specie falsi-
tatis. tamen huic obiectioni * Ego respõdebam, 21
prout dicebat Innoc.ibi, quòd dictum c.ad falsa-
riorum. & illatio domini Abbatis non habet lo-
cum nisi in falsificante rescriptum Papæ, secus in
aliis: quod patet: quia clericus, qui falsificauit sigil-
lum Regis Franciæ non fuit punitus pœna mor-
tis, sed alia pœna: vt in c.ad audientiam.de cri.fal.
Sic firmat Præpositus sancti Ambrosij nunc cardi
nalis Alexandrinus in d.c. in memoriam. xix. dist.

Nec obstat text.in l.Paulus.§.fi.ff. de fal. vbi di-
citur, quòd ille qui mutauit & deleuit, vt verum
non appareat, pœna l. Cornel. affici solet: dubium
non est: quia intelligitur in fabricante falsum, &
vtente, & illa falsitas sit nociua, vt suprà dictum
est. Sum igitur in voto, quòd dictus inuestitus
non venit plectendus, nec pœna mortis naturalis,
nec pœna mortis ciuilis, nec pœna publicationis
bonorum omnium: ex quo * pœna ista publica- 22
tionis, vbi imponitur pœna deportationis, est ho-
die sublata, vt dicit gl.in d.l.j.§.fi.ff. de fal. per text.
in authen. vt nulli iudicum. &c. §.fi. & firmat Ra-
pha.Fulgo.in consil.cxxxviij. sed solùm de iure ve-
nit puniẽdus pœna arbitraria. Nec potest dictus
inuestitus allegare generale indultum Regis. Quia
tale indultum non comprehẽdit crimen falsi: [b] vt b
in l.Lucius.ff.ad Turpilia. secundùm Alber.de Ro
sa.in rubr.C.de fal. * Nec alleuiat pœnam eius- 23
dem inuestiti nobilitas in hoc crimine, per gloss.in
c.singula.lxxxix.dist. imò dicit Ang. in authent.de
nupt.§. minorem. quòd crimen falsi est detestabi-
lius beneficio & homicidio. & dicit Cy. in l.transi-
gere.C.de transa. quòd per maculam falsitatis ho-
mo deuenit ad nihilum inter homines: quia dici-
tur homo sine fide & sine conscientia, & omne
quod non est ex conscientia, peccatum est: non ta-
men est infamis ipso facto, quia nullo iure hoc re-
peritur, secundum Archi.in d.c.in memoriam. se-
cundum Inno. qui ita not.in c.nisi cùm pridem. de
renun. imò dicit Lucas de Pen.in l.mulieres.iij.co
lum.C.de di.lib. xij. quòd priuilegium nobilitatis
perditur ex periurio & falso testimonio: vt ibi per
eum.

eum.& istud est votum meum, quod in his scriptis
mitto V. illu. dominationi. Quo stante non est quæ-
rendum quid de feudis huiusmodi inuestiri, an pos-
sit ex dicto delicto priuari per sententiam feudis:
quia sic non incidit in pœnam legis Corne. de fal.
24 sed solummodò arbitrariè venit puniendus: * Bene
fateor, quòd si essemus in casu, in quo veniret pu-
niendus pœna l. Corn. de fal. tunc crederem, quòd
posset feudis priuari. quia non posset stare in curia
Regia sine dedecore: vt cap. j. an ille, qui inter. fra-
trem domini sui. Item in c. ij. §. prædictis. quæ sit
prima causa bene. amit. expressè dicitur, non ex o-
mni causa, ex qua opi. vasalli grauatur, beneficium
amittitur. Nam & sæpe deierat, sed beneficium ni-
hilominus retinet. & tex. in c. j §. si quis enim dixe-
rit. ex quib. caus. benef. amit. in iij. lib. dicit, Non
enim ad hoc sufficit omnis occasio, per quam fi-
delis accepti beneficij videatur ingratus, sed sunt
quædam, vt ita dixerim egregiæ ingratitudinis
causæ, quibus beneficium secundum mores cu-
riarum amitti solet. Et quæ sunt istæ egregiæ in-
gratitudinis causæ, dicit textus in d. §. prædictis,
quòd sunt illæ, quæ sunt enumeratæ in §. causas. in
auth. vt cùm de appel. cognos. & quæ enumeran-
tur in l. consensu. C. de repudiis. sed in d. l. consen-
25 su * inter alia delicta propter quæ potest fieri re-
pudium inter coniuges, est istud, si coniunx crimi-
ne falsitatis sit condemnatus: ergo concludendum
est de iure feudorum, quòd pro crimine falsitatis
vasallus condemnatus debet perdere feudum, &
hoc quando incidit in talem falsitatem, quòd inci-
dat in pœnam l. Corn. de falsis. talis enim non po-
test esse in curia sine dedecore: sed iste inuestitus
non incidit in pœnam l. Cornel. vt suprà conclusi.
Ideò non potest feudis priuari. Solùm ergo arbi-
trio tuæ iustissimæ potestatis, poterit de tali deli-
cto puniri, non curo, si alij fortè aliter senserunt:
quia dicit Bald. in c. qdia procurator. vj. colum. de
electione, quòd propter peccata nescimus dubia
causarum dissoluere. Et sic facio finem in istis De-
cisionibus sacri Consilij Neapolitani, editis &
compositis per nobilem & insignem Iuris vtriusq;
Doctorem Matthæum de Afflicto Neapolitanum
tunc Regium consiliariũ ad laudem Dei omnipo-
tentis & Virginis eius matris, & omniũ vtilitatem.

Non nocuit alteri. Vt habeat locum pœna falsi, re- a
quiritur quòd falsitas sit nociua: idem tenet Bart.
in l. j. §. qui in rationibus. ff. de fal. & in l. si quis le-
gatum. pen. col. ff. eod. gloss. penul. & ibi Imol. in c.
quanto. de iureiur. Alex. consil. 74. viso testamen-
to. col. vj. 1. volum. Panor. consil. 151. videtur dicen-
dum. Decis. consil. 175. antepen. col. versi. primo &
secundo. Thò. Gram.

Crimen falsi. Crimen non includitur in genera- b
li indultu. idem tenet Barto. in d. l. Lucius. Petr. de
Ancha. in c. j. col. j. de constitutionibus. Ang. in di-
sputatione, exorta guerra. Marsil. in singulari suo
163. incipiente, crimen falsi. Tho. Gram.

FINIS.

DECISIONES S. REGII CONSILII NEAPOLITANI, PER EXCELLENTISS. VIRVM DOMINVM ANtonium Capycium.

SVMMARIVM.

1 *Hæres victi turbans victorem, potest compesci per sententiam super vti possidetis, latam contra prædecessorem. & nu. 12.*

2 *Interdicta omnia sunt in rem scripta.*

3 *Successor etiam particularis, esse non debet melioris conditionis authore suo.*

4 *Possessore à me vi, clam, aut precario rem ipsam in alium alienante, possum contra successorem agere interdicto, sicut poteram contra authorem.*

5 *Possessio transfertur cum sua causa, suisque vitiis, & qualitatibus.*

6 *Feuda & castra, licet mutent dominos & personas possessorum, tamen sunt eadem.*

7 *Actore dicente se habere possessionem rei occasione talis castri: & reo eandē propter aliud castrum, sententia inter eos lata extenditur ad quemlibet successorem.*

8 *Feudum & castrum est homo mutus & surdus, vtens ministerio sui feudatarij, vt vice sua tanquam organum & pica se gerat.*

9 *Feudatario castri mortuo, rerum etiam particularium possessio durat penes ipsum castrum.*

10 *Ciuitas habens castrum subiectum, vel ecclesia capellam sibi subditam, acquirit eum quasi possessione subiectionis absque particulari apprehensione.*

11 *Princeps per ingressum ciuitatis principalioris alicuius prouinciæ, apprehendendi causa possessionem vniuersalem cum iurisdictionali apparatu: iam acquirit totius prouinciæ possessionem.*

13 *Hæredis possessio est noua possessio.*

15 *Sententia lata contra defunctum, potest exequi contra hæredem, tamen citatum: & hoc in aliis iudiciis, quàm in interdicto retinendi, quod quidem limitatur, nisi hæres conueniatur in interesso passo ex turbatione defuncti. & nu. 15.*

16 *Sententia lata contra aliis litigatoris si non appellatur, debet executioni mandari.*

17 *Apostolus non releuat à decreto de exequendo: saltem ad finem retardandæ executionis: nisi appelletur prætextu iniquitatis executionis. & numero 18.*

19 *Appellare prohibitus à pœna statuti, vel à facto verè notorio, vel à sententia excommunicationis: non prohibetur appellare à declaratione prædictorum.*

20 *Apostolus ab interlocutoria requirit causam specificè, & non in genere proferri.*

21 *Sententia de exequendo aliam sententiam est interlocutoria, habens vim diffinitiuæ, regulatam iuxta naturam diffinitiuæ.*

22 *Apostolus non requirit expressionem causæ, si ex facie sententiæ constat verè de grauamine.*

23 *Sententia de exequendo aliam sententiam, si non recipit appellationem à prima, ita nec à secunda.*

24 *Iudex semel iudicans non potest reuocare, vel iterum iudicare in diffinitiua, nec in interlocutoria habente vim diffinitiuæ.*

Fallit, nisi pronunciet officio iudicis nobili. numero 25. vel si primò iudicasset nulliter. numero 26. vel nisi fuisset appellatum à dicta interlocutoria. num. 27. & 29

28 *Iudex à quo, potest reuocare grauamen in interlocutoria mera, etiam appellatione interposita. numero 30.*

31 *Probationum & publicationis omissio non vitiat sententiam: nisi reperiātur probationes factæ, etiam sine dilatione.*

32 *Iudex potest opponere exceptionem falsi procuratoris quandocunque infra sententiam.*

33 *Conclusio in causa est de substantia in ordinariis non autem in summariis.*

34 *Summariæ sunt omnes causæ in Regno per capitu. detestantes.*

35 *Citatio ad sententiam est de substantia, etiam in summariis: Fallit in sententia principis, si pars fuisset citata ad se defendendum. num. 36.*

Vel nisi fuisset præsens in prolatione sententiæ. numero 37.

DECISIO I

IN causa domini Comitis Triuenti cum domino Andræa de Ebulo, super executione cuiusdam decreti nuper lati in magna Curia vica. contra præfatum do. Andræam. Primò videndum est, an executio asserti decreti impediri valeat ob eiusdem decreti iniustitiam: cum in eo contineatur, sententiam olim latam in eadem Mag. Cur. cōtra quondam

dam d. Carolum de Ebulo eius patrem, super tur-
batione possessionis cuiusdam territorij, & sic su-
per interdicto retinendæ esse eaequendam contra
ipsum do. Andræam. Et quòd dictum decretum
ob hoc non sit iniustum, facit authoritas Ioã. Fab.
in §. retinendæ. xiiij. colum. vers. sed an hæres victi.
1 Instit. de interd. vbi tenet, quòd * per sententiam su-
per vti possi. latam contra prædecessorem, com-
pescetur hæres eius turbans victorem, saltem per
actionem iudicati. Et pro Ioã. Fab. facit, quoniam
2 * omnia interdicta sunt in rem scripta. l. j. §. pen. ff.
de interdi. propter quod eorum iura sequuntur
3 quemlibet successorem. Præterea * non debere es-
se melioris conditionis successor etiam particu-
laris authore suo. l. alienatio. ff. de contrahend. em-
ptio. l. Pomponius. §. j. ff. de acquir. poss. l. in omni-
bus. §. non debeo. de re. iud. ideo gloss. in l. si duo. in
4 princ. in gl. ij. in fi. dicit, quòd si is * qui vi, clam, aut
precario à me posidebat, transfert ex causa ven-
ditionis in alium rem illam: sicut ego poterã con-
tra authorem agere interdicto, ita & contra suc-
5 cessorem: quoniam possessio * transit cum sua cau-
sa suisq; vitiis & qualitatibus. & gl. illam sequun-
tur Bar. & Ang. ibi. Bari. in l. j. §. si tibi fundũ. de iti.
actúque priua. Cyn. in l. j. viij. q. C. vti po. Io. Fab. in
d. §. retinendæ. v. col. Sed contra d. Carolum pote-
rat d. Comes vti sententia contra eum lata, & sic
per eam ipsum à turbando compescere. ita & de-
bet posse vti contra d. Andræam eius hæredem. &
facit l. an vitium. & l. cum hæres. ff. de diuer. & tem
po. præscrip. & l. vitia. C. de acqui. poss. Præterea &
fortius in casu præmisso prędicta militare debent,
nam res super qua sententia lata fuit, est quoddam
territorium positum in confinio duorum castro-
rum, quorum domini ad inuicem de turbatione li-
tigarunt, & vnus succubuit: successórque victoris
in illo castro, de cuius pertinentiis territoriũ prę-
tendebatur, petit sententiam eaequi contra eum,
qui victo in alio castro succedit. Prætenditur simi
liter territorium tale esse de castro suo. nam ca-
6 stra * & feuda prædicta licet mutauerint dominos
& personas possessorum: tamen sunt eadem & pos-
sessio rerum & terrarum adiacẽtium Castris ipsis,
censeri debet iusta vel iniusta, & cum illis qualita-
tibus, prout erat tempore assertæ latæ sententiæ.
vnde succedunt verba Ioan. Fab. in d. §. retinendæ.
7 xiiij. colũ. videlicet quòd si actor * dicat se habere
possessionem alicuius rei ratione talis castri: &
reus idem ratione alterius castri: sententia inter
eos lata eatenditur ad quemlibet successorem. ff.
8 de no. oper. nun. l. fin. Pro quo facit, quia * castrum
& sic feudum est homo mutus & surdus, vtens mi-
nisterio feudatarij apud quem consistit: vt scilicet,
loco & vice sui tanquam pica & organum se gerat.
vt dicit gl. in constitutione, consuetudinem. la vl-
tima. in gloss. magna, post medium. est ergo eadem
possessio, licet personæ mutẽtur. Facit adhuc, nam
9 etiam * mortuo feudatario castri, possessio rerum
particularium castri videtur quodammodo exi-
stere penes castrum: & sic in capite. Vnde dicimus,
10 * quòd si ciuitas habet castrum subiectũ, vel eccle-
sia capellam subditam: & quis nanciscatur ciuita-
tem illam vel ecclesiam: acquiritur ei quasi posses-
sio subiectionis, absque particulari apprehensione
singulariter, Petrus de bel. per. in l. seruitutes. ff. de
seru. refert & sequitur Ant. de But. in c. fin. ix. col.
de causa po. & proprie. in repet. Sozi. consil. vij. ij.
col. ver. tertiò probatur. j. vol. & per illud dictum
I. aud. in tract. suo notabili. cclxxvij. dicit: quòd si
princeps * ingreditur principaliorem ciuitatem 11
Prouinciæ causa apprehendendi possessionẽ Pro-
uinciæ cum apparatu iurisdictionali: iam acqui-
rit quasi possessionem totius Prouinciæ. Idem
dicunt Inn. & Io. And. in c. in literis. de resti. spol.
Anch. post Dy. in regula, beneficium. de re iudi. in
vj. in capiente possessionẽ ecclesiæ. nam is dicitur
etiã possidere res particulares ipsius ecclesiæ abs-
que noua apprehensione: quod etiam firmat Are-
tinus in l. iiij. in prin. v. col. ff. de acquiren. pos. In
contrarium, pro iniustitia decreti afferatur autho-
ritas Inn. in c. Abb. iij. col. ver. sed oppones. de ver.
signi. dicentis: quòd * si iudicatum est interdicto, 12
vt aliquis nõ turbet, dabitur in hæredem illius vi-
cti actio in factũ ex re iudicata ea turbatione de-
functi, contra quem fuit lata sententia: sed non da-
bitur ex turbatione ipsius hæredis, quia fortè iustè
turbaret vtpote qui non vi, non clam, nec preca-
rio possidebat ab aduersario: & cum Inn. pertrans-
eunt Ioã. An. & Ant. de But. ibi. & Bal. qui eum re-
fert in Marg. in. ver. sententia lata in interdicto. &
in l. de eo. §. fin. ff. ad exhib. vbi est bonus text. pro
hoc. quinimo Ioã. Fab. Insti. de acti. §. æquè. xij. col.
tenet cum Inn. licet ipsum nõ alleget. Et quam-
uis do. Car. in d. c. Abb. vers. cæterum. iiij col. post
relatum Inn. dicat: & intellige quòd non possidet
ea persona defuncti. sed aliunde possessionem ac-
quisiuit, vt sic sentiat quòd onus probãdi nouam
iustam turbandi vel possidendi causam, incumbat
hæredi turbanti: possessio * enim hæredis est noua 13
possessio. l. cum hæredes. de acq. pos. l. j. §. Scęuola.
ff. si quis testa. lib. esse iu. fu. Phili. de Fran in c. pos-
sessor. vlt. col. de re. iu. in vj. tamen alij doctores su-
prà mentionati dicunt seu ponunt istam nouam
causam in possibilitate probandi, non in necessi-
tate. & pro opi. Inn. fuit in S. Concilio bis iudica-
tum: vt in decisio. eiusdẽ impressis, cxlv. & cccxlv.
Ad suprà obiecta patet responsio: vt dicamus vi-
tium possessionis, ac eius iniustitiam & qualitates
transire in successorem: & quòd ideo possit con-
tra eum agi interdicto, non autem vt compescat
eadem sententia. Et hæc in interdi. retinen. nam in
alijs * iudiciis lata sententia contra defunctum, po 14
test exequi contra hæredem, citatum tamen: vt per
Inn. & alios, præcipuè Fel. in c. quia. de iud. nam in
retinendo arguitur nouum factum & noua turba-
tio ipsius hæredis. Est bene verũ, quòd * quo ad in- 15
teresse passum ex turbatione defuncti, bene com-
pescetur hæres per sententiam antea latam: & ita
etiam dicit Inn. & alij sequaces. Concluditur er-
go ad propositum quòd decretum mag. Cur. fuit
iniustum, non tamen tali iniustitia quòd impedia-
tur propterea executio ipsius decreti. nam licet la-
tum sit non subsistente actione, sine qua nemo ex-
peritur. l. si pupilli. §. videamus. ff. de negot. gest. ex
quo (vt s. probatum est) contra hæredem ex senten
tia in interdi. retinẽdæ nõ datur iudicati actio. nec
(vt infrà dicam) competit officiũ iudicis. tamẽ iste
defectus respicit ius litigatoris: * & sententia lata 16

cõtra ius litigatoris, si nõ appellatur, debet man-
dari executioni l.j.§.item cum contra facta. ff. de
sen.quæ sine app.resci.in l.ij.C.quando prouo.non
est neces.c.cum inter. de re iudi. & in propriis ter-
minis de sentẽtia lata actione nõ subsistente, tenet
Alex.in l.si Titius ij.col.ff.de verb.obli. Secũdò di
scutiendũ esset, an ad impediẽdum dictam execu-
tionem, possit opponi de appellatione ab asserto
decreto interposita: stante simul quod possit appella-
ri.& tamẽ non impediatur executio. Imo.cõ.cxlij.
Bart.in l.ij.ff.de app. vult quod possit appellari à sen-
tentia in possessorio: sed non retardatur executio.
17 Et quidẽ nos habemus regulã, quòd * à decreto de
exequendo non appellatur, saltẽ ad finẽ retat dan-
dæ executionis: vt voluit Io.And.in Specul.de ap-
pella.§.in quibus.versi.v.in gl.in versi.pronuncia-
tione.referens idem tenere Odof.& Guido.de Su-
za.in l.ab executione.C.quorum appel.non recip.
Istud firmat Cy.& Bal.in d.l.ab executione. Ang.
& Imo.in l.ab executore.ff.de appel.Alex.cõs.xcv.
ij.col.ij.vol.dicens hanc esse cõmunem opin. cum
qua pertrãsit Fel.in c.quod ad consulationẽ. de re
iud.x.col. Appellationis prohibitio an intelligi de
bet quo ad effectũ suspensiuum sententiæ siue exe-
cutionis, vt scilicet ob appellationẽ non suspẽda-
tur: an verò etiã quo ad deuolutionẽ? Feli.in rubr.
de offic.ordi.vlt.col. Sed quo ad casum nostrũ, re-
gula hæc non videtur posse adaptari. nam illa ven-
dicat sibi locũ quando pronũciatur de exequẽdo
sententiã contra illum, contra quẽ lata fuit: sed de
cretũ vult sententiã exequẽdam contra aliũ. Quo
casu videtur inferre nouum grauamẽ in sententia
non contẽtum. vnde potest hoc casu appellari se-
cũdum Angel.in l.si cum excõmunicatione.§. hæc
autem actio.ff.de eo quòd met.caus.Imol.in d.l.ab
executore.ij.col.& Felin.vbi suprà xj.col. Et dicit
Bar.in d.l.ab executore.j.col. quòd quãdo contra
executionẽ fiendã opponitur aliqua exceptio, si il
li nõ admittatur, potest appellari. Sic quoq; dicit
Alex.cons.lxxxv.ij.col.v.volu.& Bald.not.in d.§.
18 hæc autẽ actio.j.col.quòd * licet non possit appel-
lari ab executione sententiæ, prætextu iniquitatis
sentẽtiæ: tamen potest appellari prætextu iniquita-
19 tis ipsius executionis, quia * prohibitus appellare à
pœna legis, vel statuti. Itẽ à facto vere notorio: itẽ
à sententia excõmunicationis. poterit tamẽ appel-
lare à declaratione prædictorũ. Feli.in c. cum non
ab homine.pen.& vlti.col.de iudi. & in c.ij.col.ij.
de sponsa. vnde cũ ex supradictis apparuerit quòd
sentẽtia lata contra aliquem in vti pos. non potest
de iure exequi contra eius hæredẽ: sequitur quòd
decretũ prædictum ob hoc est iniustũ, meritò ap-
pellatio,&c. At omittendũ non est, qualiter appel
latio, de qua tractamus, fuit facta sine expressione
causæ: & ideo videtur nõ posse de ea rationẽ habe-
ri, cũ simus in interlocutoria, in cuius appellatio-
ne causa exprimẽda est: vt in c. vt debitus. de app.
in c.eorde.eo.tit.lib.vj.& in cle.appellanti. eo.tit.
& propriè in sẽtẽtia de exequẽdo, quòd quando
ab ea in casu permisso appellatur, debeat inseri
causa. tenet Spe.in d.§.v.in fi.& Io.And.ibi.Bar.in
d.l.ab executore.ff. de app.j.col.Abba.in d.c.quod
ad consultationẽ.vlt.col.de re iud. Lud.in cõsi.lxj.
& Fel.in d.c.quod ad consulta.xj.col. & in rub.de
re iud.iij.col.& * causa debet exprimi specificè, & 20
non in genere. vt dicit Felin.post Abb.in d.c.quod
ad cõsulta. adeo quòd non sufficeret illã exprime-
re per relationẽ ad acta, secundũ Rotam in nouis
deci.viij.Bal.in l.minoribus.C.de his quib.vt indig.
Car.in d.cle.appellanti.Imol.in d.c.vt debitus.ij.
col.& ibi Phil.de Fran.ix.col. * Sentẽtia de exequẽ- 21
do aliam sentẽtiam, est interlocutoria, habẽs vim
diffinitiuæ. Ang.cons.cxv.ij.col.& de interlocuto-
ria habente vim diffinitiuæ quòd reguletur vt diffi-
nitiua. Ab.in c.peruenit.ij.col.de app.&c.& vide
Phil.ibi in j.col.ver.in glo.ij.quòd interlocutoria
habens vim diffinitiuæ regulatur secundum natu-
ram diffinitiuæ: & expressio causæ in appellatione
non requiritur: & dicit esse sing.lim. ad cle.appel-
lanti. Sed in propriis terminis nostris, in decreto
de exequẽdo quòd quando appellatur requiratur
expressio causæ, vide latè Feli.in d.c.quod ad con-
sultatio.xiij.col.versi.oportet exprimere.vbi dicit
veriorẽ esse opinionẽ, quòd requiratur expressio
causæ. tamẽ videtur residere quòd hoc requiratur.
non ad substantiam appellationis, sed ad hoc.s. vt
sciatur vtrum iudex teneatur deferre appellationi
ita vel ne. In casu nostro licet Mag. Cur. nõ admi-
serit appellationem: tamẽ S.Con. illam admisit, &
non fuit oppositum. Quãdo autem in decreto, de
quo agitur, fuisset dictum quòd sentẽtia lata con-
tra d. Carolum mittatur executioni cõtra d. And.
tunc putarẽ potuisse appellari sine expressione al-
terius causæ in specie, per id quod dicit Petrus de
Ancha.in d.cle.appellanti.quem refert & sequitur
Philip.de Fran.in d.c.vt debitus. ix.col. videlicet,
quòd * quando ex forma ipsius sententiæ constat 22
verè de grauamine: puta quia in ea exprimitur in-
iusta causa, vel reprobata à iure, tunc in appella-
tione ab ipsa non requiritur expressio causæ. & fa-
cit secũdum Phili.c.per tuas.de sent.excom.& pro
hoc est Bald.in d.l.minoribus. Alia etiã ratio vide-
tur facere, quòd hic per appellationẽ non retarde-
tur executio: nam nõ potest negari quin hic simus
in sentẽtia lata super possessorio exequenda: & di-
cit Bal.in d.§.hæc autẽ actio.ij. col. * quando duæ 23
sententiæ sic se habent, quòd secunda est executio
primæ, si nõ potest appellari à prima, nõ potest etiã
appellari à secunda. & hoc dictum refert & sequi-
tur Feli.in d.c.quod ad consultati.x.col. sed appel-
latio à sententia possessorij de iure ciuili, non re-
tardat eius executionem, etiã in vti possid. vt in l.
j.C.si de mo.po.fu.appel.per Bar.in l.ij.ff.de appel.
reci.in l.si.ff.de appel.Bart.in l.ij.C.de epi.audi.er-
go,&c. Tertiò videam * an ex capite nullitatis pos-
sit impediri dicta executio. & primò pro nullitate
decreti adducitur: nam in Mag.Cur.paucis diebus
ante fuerat interpositum aliud decretũ super peti-
ta executione prædictæ sententiæ: vnde non licuit
eidẽ Mag. Cur. iterum iudicare: vt in l.iudex post-
quã.ff.de re iud.in l.post sententiã.C. de senten.in
l.j.C.sententiã resci.nõ posse. Et nedũ in diffiniti-
ua * iudex semel iudicans non potest reuocare, vel 24
iterum iudicare: sed etiam in interlocutoria, ha-
bente vim diffinitiuæ. Abba.in c.cum cessante iij.
col. de appel. & ibi per omnes. Philip.de Franc.in
c.si à iudice.eod.titu.lib.vj. Sed ad hoc responderi
posset prima facie, quòd * decretum de exequendo 25
expedi

expeditur ufficio iudicis nobili.ita Bart.in l.iube-
re cauere.vlt.col.de iuri.om.iud.per l.iiij.§.ait prę
tor.ff.de re iud.idem Bart.firmat in l.à diuo Pio.§.
j.de re iudi.Ang.in l.qui restituere. ff. de rei vend.
Mou.omnes in d.l. iubere cauere. Et licet ipsemet
Bart.in l.j. de iuri.om.iu. dicat quoddam esse offi-
cium iudicis mercenarium, quod deseruit actio-
ni propositæ & terminatæ exequendæ:tamen non
se firmat ibi, sed dicit esse dubitabile: & remittit
ad dicēda in d.l.iubere cauere.Potest Bar.intelligi
in d.l.j. quando victor non imploraret officiū no-
bile, sed ageret actione iudicati:sed tūc esset actio
noua. Sed quādo iudex aliquid pronūciat vel de-
creuit officio iudicis nobili, potest ipsemet reuo-
care,& sic ipse corrigere.Bar.in l.j.§.fi.ff.de prætor.
stip.in l.quod iussit.vj.col.de re iudi.& Alex.in d.
l.iudex postquā.j.col.& in d.l.quod iussit.vlt. col.
& Fel.in rub.eo.ti.x.col.ergo,&c.Hęc respōsio nō
procedit:nam ad decretū, vel pronūciationem de
exequēdo contra hæredē sententiam latam contra
defunctū in vti possi.etiam secūdum opin.Io.fab.
nō potest deueniri, nisi per actionē iudicati, & sic
per officiū mercenariū, & fortè id quod deseruit
actioni propositæ & terminatè exequendæ.Quare
& secūdò potest cadere alia responsio,ꝙ licet aliàs
iudex qui semel iudicauit,non possit iterū indica-
26 re,vt ꝫ. tamē hoc *non habeat locū quando primò
iudicasset nulliter.l.si præses.C.quomo.& quando
iu.l.j.C.de sentē.l.iiij.C.de accus.l. si expressim. &
ibi latè Bar.vj.col.ff.de appel.sed decretum primo
loco latū per Mag.Cur.erat nullū, quia cūtra mor
tuos l.in summa.§.fi.ff.de re iud.l.pe.in prin.ff.quę
sen.sine appel.resci.ergo valuit secūdum.Nec cu-
randum videtur ꝙ non fuerit seruatus ordo,vide-
licet vt primò sit pronūciatum de nullitate primi
decreti,& demum iudicatū, nam illud habet locū
quādo fuisset ita petitū,non autem quādo princi-
paliter quis petiisset vt iterū iudicetur,ex quo pri-
ma sentētia fuit nulla.ita Bar.in l.si vt proponis.la
j.in fi.C.quomo.& quādo iu.& in l.cū quęrebatur.
in fi.ff.de re iud.sequitur.Lanfrā.in c.quoniā con-
tra.in vers.interlocu.v.col.Imò nec videtur habē-
da ratio de appellatione ab illo primo decreto in-
terposita,quasi ꝙ ea pēdente Mag.Cur.non potue-
rit primū decretum reuocare, & aliud interpone-
re:vt in l.j.& in rubro.nil noua.ap.pen.c. bonæ. &
c.significante.de appel.c.appellatio.c. non solum.
27 eod.tit.lib.vj.Nam nos habemus quod *quādo iu-
dex profert interlocutoriā,habentē vim diffiniti-
uæ,licet aliàs hæc reuocari nō possit,sicut nec dif-
finitiua, vt suprà dictū est:tamē vbi à tali interlo-
cutoria esset appellatū, potest iudex à quo, ipsam
reuocare, vt sic appellatio addat robur ad reuocā-
dū:ex quo per eam tollitur,vel saltē suspēditur cau
sa,ob quā reuocatio prohibebat.quę erat quia fun
ctus erat iudex officio suo in illa causa,cū posset es
se ꝙ pronūtietur per iudicē ad quem, malè appel-
latum:& sic ꝙ causa remittatur ad eundē.vnde iu-
risdictio durat, & sententia stat in suspenso.ca. ve-
niētes.de iureiu.& hoc voluit Rota.deci.lxxxvj.in
nouis.incip.si à pronunciatione iudicis.Abb.in d.
c.cum cessante.iij.col.post Anto.de but.Abb.in c.
28 peruenit.ij.col.de app.Et facit:*nam in interlocu-
toria mera, est clarū ꝙ iudex à quo, potest etiā ap-
pellatione interposita reuocare grauamen.vt in d.
c.cū cessante.& in c.si à iudice. de app.li.vj. & per
Bar.in d.l.qđ iussit.iij.col.de re iu.ea ratione,quia
nō est iam functus officio suo, cū adhuc duret iu-
risdictio: cum per appellationē nō intelligitur su-
spensa iurisdictio iudicis à quo, circa ea quæ ten-
dunt ad faciliorē reuocationē causęappellationis,
sicut est reuocare ipsum grauamē, quod erat causa
appellationis:vt per doct.in dictis locis.hęc quidē
ratio militat etiā in interlocutoria,habēte vim dif
finitiuæ.Prætereа Abb.in d.c.cū cessante.ij.col.dū
tractat, quādo iudex possit reuocare interlocuto-
riā:dicit ꝙ ea quæ habet vim diffinitiuæ,nō potest
reuocari.& dat rationē,quia iam functus est iudex
officio suo.& subdit limita. nisi *fuerit appellatū: 29
nam tūc cū per appellationē sit suspēsa interlocu-
toria, & per cōsequens non potest dici ꝙ sit finita
iurisdictio:potest iudex illā reuocare. allegat Ro-
tam vbi ꝫ.ergo vbi est dare casum in quo iurisd.per
sententiā non terminatur, vt quando sententia est
nulla:vt in d.l.si pręses.C.quomodo & quādo iud.
& l.j.C. de sent. cū aliis ꝫ.alleg.debet posse dici,ꝙ
*appellatione non obstāte iudex potest reuocare. 30
Prætereа facit:nam interlocutoria mera post inhi-
bitionem regulariter reuocari nō potest,secūdum
Host.& Io.And.in d.c.cū cessante. per c.Romana.
§.j. de appel.in vj & Anto.de But. & Imol.in d.c.
cū cessante vbi Phili.de fran.in vj.limit.ij.regulæ.
Et tamen quādo esset nulla, potest nō obstante in-
hibitione reuocari: ex quo si iudex reuocat graua-
men, nō interest appellātis prosequi appellationē.
ita no.Phil.de Frā.vbi ꝫ.in fi.d.vj.limita. post Ant.
de But.& Imo.ibi Et licet Alex.in d.l.quod ius-
sit.ix.col.dicat opi.Io.Cal. & Imo.in c.dilectus.lo
primo.de præb. volētium ꝙ etiam si ab interlocu-
toria,per quā expirat officiū iudicis,appellatur,iu-
dex à quo,non potest eam reuocare:quia sicut lata
diffinitiua iudex nū potest amplius de causa se in-
tromittere.d.l. si præses:ita debet esse in ipsa inter-
locutoria,vbi finitur officiū iudicis.Tamen Alex.
adhuc non cōtradicit his quæ in casu nostro dixi-
mus,videlicet quādo per sententiā non erat finita
iurisd.seu iudicis officiū,vt quādo erat nulla. Se-
cundò ꝙ dictum decretū fuerit nullū, adducitur,
nā in eo sunt multi alij defectus.& licet * omissio 31
probationū non inferat ad nullitatē sententiæ, se-
cundū Bar.& Bal.in l.prolatā.C.de sen.Bal. in l.fi.
pen.col.C.si aduer.rem iud.Ant.de But.in c. eccle
sia S.Mariæ.de cōsti.Feli.in c.inter cæteras.pe.col.
de re iudi. Item quamuis omissio publicationis in
causa,sententiā non vitiet:vt est tex.sing.in c.cum
& a.de re iud.Bar.in d.l.prolatā.j.q.& in extrauag.
ad repri.in ver.figura.Sed si omisso termino ad pro
bandū fertue sentētia, valet.Bal.in l.petēdæ.iij.no.
C.de tēp.in integ.rest.per Ias.in l.fi.pe.col.in prin.
ff.de æden.limitat,dūmodo reperiantur factæ pro-
bationes,etiā sine dilatione.An autē iudex ex offi-
cio possit aduertere de persona procuratoris nō le
gitima in casu isto, videlicet in causa appellatio-
nis,vt inferatur ad nullitatē processus causæ prin-
cipalis,Pau.de Ca.in l.ita demū.C.de procur.dicit
*ꝙ iudex & ante & post litis cōte.potest oppone- 32
re exceptionē falsi procuratoris,per l.quos prohi-
bet.ff.de postu.limitat Ias.ibi,dūmodo faciat infra
tem

tempus, infra quod pars facere poterat, in xlij. limita. per gl. in l. Pompo. §. rati. ff. de procu. Sed exceptio falsi procuratoris potest opponi infra latā sententiam Bar. & Doc. in l. j. C. de iur. & fac. igno. & quamuis Bald. in l. quamuis. C. de adul. quem sequuntur Moder. vt dicit Alex. & Ant. de Alex. in l. licet. C. de procu. teneant, quòd exceptio falsi procuratoris non potest opponi post conclusum in causa: tamē Iason in d. l. licet. j. col. improbat hoc, per doct. Bar. in d. l. j. de iur. & fa. ign. Item quan-
33 tuncunque *, conclusio in causa quæ in ordinariis videtur esse de substantia, secūdum Bal. in marga. in vet. renunciatio. versi. viij. per c. quoniam contra. de proba & c. cum dilectus. de fid. instr. saltem de consuetudine, secundum Cardi. in Cle. sæpe. de ver. sig. In summariis, prout est causa possessorij, secundum Bart. in extraua. ad repri. in versi. summa-
34 rié. & * prout sunt causæ regni, per c. detestantes. & per regiam prag. Ferd. pri. primam in ordine nō requiratur: vt est text. in d. Cle. sæpe. in vet. sententiam. & ibi per omnes. & per Alex. consil. lxxxiiij. iiij. vol. & sic omissa non vitiet. Tamen in præsenti processu vltra dictos defectus adest alius, videlicet quòd non fuit pars citata ad audiendum
35 sententiam seu decretum: * quæ quidem citatio etiam in summariis est necessaria, & de substantia, vt in d. Clement. sæpe. in versic. sententiam. ibi, ad id. juncta glo. ibidem. & glo. in c. consuluit. de offi. deleg. & in c. cum contumacia. de hæret. libr. vj. & per Bartol. in l. iij. §. Stichus. de stat. lib. & in extraua. ad repri. in versicu. super d. crimine. Car. & alij
36 in d. Clem. sæpe. licet * in sententia principis non requiratur, quando pars fuisset citata ad se defendendum, prout latè not. Georg. nat. in d. Cle. sæpe. §. & quia. xxix. col. Nisi dicamus nullitatem hanc non obstare, ex quo tempore quo decretum legebatur, erat * ibidem præsens procurator dicti do.
37 And. & præsens non debet citari: vt in l. etiam. §. j. ver. parte præsente vel euocata. & l. in causæ. §. causa cog. ff. de mino. l. de vnoquoque. versi. præsentibus. & ibi Angel. & Imol. de re iud. Ioan. And. in c. j. de elect. lib. vj. Anch. in c. propositi. xxxij. dist. Ant. de Butr. in c. j. de iudi. & ibi Fel. Mod. vt Alex. & Ias. in rub. C. de in ius vocan. Et quamuis Barto. in l. furioso. ff. de re iudic. ait, quòd saltem debet præsenti per iudicem notificari de actu qui fieri debet, aliàs dicitur procedi contra absentem: cum quo tenet Ant. de butr. & Fel. in d. c. j. quando erat præsens in curia ad alium finem: tamen Angel. & Imo. in d. l. de vnoquoque. & Iac. de ar. in d. c. j. & Ias. in d. rub. C. de in ius vocan. tenēt contrarium, & Alex. in d. rub. C. de in ius voc. dicit quòd indistinctè præsens non debet citari, quando opi. Bart. d. l. furioso. esset vera, nō videtur habere locum in casu nostro: quia non apparet quòd iste procurator fuerit in curia ad alium finem, vt dicit Fel. Imò procuratores in magna Curia non sedent nisi ad finem audiendi citationes & decreta. Notat etiam quia in decreto adest verbū, præsente dicto procuratore, & c. quo casu sufficit apparere de præsentia, Bald. sing. in l. ij. in fi. C. de sen. ex breui. reci. refert & sequitur Aret. in d. c. de an. Fuit votatū per do. And.

SVMMARIVM.

1 Legitima non trahitur de feudo in quo solum primogenitus succedit.
2 Legitima trahitur de singulis corporibus rerum hæreditarium, saltem arbitrio boni viri.
3 Feudum de sui natura diuidi non potest, vt inde legitima trahatur; sed si fuerit feudum nouum, emptum per patrem, tunc legitima capietur in pecunia de æstimatione feudi, nu. 6. & 7.
4 Feudum est quid hæreditarium, ex quo venit restitutione fideicommissi.
5 Feudum imputatur filio in legitimam.
8 Secundogenitum & alij post primogenitum in feudo solum succedentem, debent habere vitam & militiam, quæ est personalis, & extinguitur cum persona.

DECISIO II.

IN causa Iuliæ Riciæ filiæ quondam D. Tucij Ricij de Lanzano, petentis legitimā super bonis dicti sui patris, ex persona fratris sui: An in computatione bonorum paternorum legitima, debeat contribui feudum, in quo viuitur iure Franc. de quo cum aliis bonis restituendo idem
frater grauatus fuerat. Dictum est quòd * de feu- 1
do, in quo solus primogenitus succedit, non debetur legitima per glo. in c. j. de voto. in glo. fi. in ij. solu. quam sequitur Imo. ibi & Abba. post Hosti. & Ioan. And. & tenet Abb. in cons. xij. incip. casus talis est, magnificus dominus. iij. colom. versic. venio ad tertium, j. volu. & cons. iij. incip. omnipotentis. & c. nitar. iij. colum. ij. volu. Land. in tracta. de pri-
mogenitura. v. col. Et facit ratio, nam legitima * de- 2
trahitur de singulis corporibus rerū hæreditariarum, saltem arbitrio boni viri. Gul. de cun. Bal. & Pau. de cast. in l. scimus, in prin. alias in §. repletione. C. de inoff. test. Bar. in l. Ius quoque, in fi. principij. ff. de hære. inst. Bal. in l. iubemus, in prin. j. col.
C. ad Treb. * Quod si fieret per filium, vt vel ex sin- 3
gulis corporibus, vel ex corpore feudi detraheret legitimam, feudum veniret ad diuisionem, contra dispositionem iuris, de quo in l. j. §. præterea ducatus. de proh. feu. alie. per Feder. Quidam dicebant quòd feudum debet cōnumerari cum aliis bonis, vt ex omnibus filius detrahat legitimam. Moue-
bantur, nam feudum * est quid hæreditariū, ex quo 4
venit in restitutione fideicōmissi, vt per doct. maximè per Alex. in l. si pactione, in prin. ff. ad Treb. in pe. col. per l. eum a matre. C. de rei vendi. & per Alua. in c. j. in generali. de feu. suc. contro. Iac. in ver. & cum pacto, quòd de ipso feudo. iiij. & v. col. Item
quia * feudū imputatur filio in legitimā. Gul. de cu. 5
Bal. & Sal. in l. omnimodo. §. imputari. C. de inoffi. test. Alex. in d. l. si pactione. j. & iiij. col. cōsil. xix. vlt. col. vj. vol. cōs. xxvij. j. col. & iij. eo. vol. Ad illud quòd
deueniretur ad absurdū, * videlicet ad diuisionem 6
feudi contra eius naturam, respondebant quòd legitima in casu isto capietur in pecunia de æstimatione feudi, iuxta ea quæ And. not. in d. l. imperialē. in prin. v. col. in ti. de proh. feu. alie. per Fed. quē (licet ipsi non allegauerint) sequitur Land. in tracta. præal. de primogenit. ix. col. & fuit memor. Luc. in l. j. C. de amper. Luc. desc. Sed dixi, quòd And. lo-
quitur in feudo * nouo, empto per patrem: nec ha- 7
bet locum in antiquo, vel acquisito per patrem, ra- a
lione quàm per emptionem, quàm si ob merita quæ

fuerit

finerit, vt tenet Luc. in d.l.j.& tanto magis, quia in
regno habemus decisum per constit. regni. comiti-
8 bus. quòd * secundo genitus & alij post primoge-
nitum, quando ipse solus succedit in feudo, habe-
re debet vitam & militiam, quæ est temporalis.
nec videtur conueniens, quòd hæc Iulia ex perso-
na fratris sui mortui eam habeat, tum quia ipse fra
ter fuerat dominus feudi totius, quod postea per
fideicommissum transiuit in patruum: tum quia vi
ta & militia non debetur ex persona mortui, cùm
morte finiatur, vt dicta constit. comitibus. & ibi.
per gl. Et mecum omnes Domini concurrerunt.

SVMMARIVM.

1 *Commendatarius ecclesiæ non dicitur prælatus: sed habet quandā affinitatē cum prælatura. & nu.7.*
2 *Ecclesia vacans per mortem prælati si concedatur in commendam, qua etiā finita, durat prima vacantia, donec fuerit ecclesiæ de prælato prouisum.*
3 *Beneficium nullum potest dici suum, nisi quis habeat titu. prælationis.*
4 *Commendatarius spoliatus vel turbatus in commenda, non potest agere remedio c. reintegrandæ. vel vti possid.*
5 *Commendas plures simul, sicut plures ecclesias, quis habere non potest in titulum.*
6 *Impetrans ecclesiam commendatam, non facta mentione commendæ, caret impetratis.*
8 *Commendatarius quando facit fructus suos.*
9 *Commēda nostri temporis que pacto detur à papa.*
10 *Commendatarius quod possit ex causa necessitatis vel vtilitatis alienare res ecclesiæ.*

DECISIO III.

IN causa Lælij Caraccioli commen-
datarij ecclesiæ sanctæ Mariæ de ma-
tioa, contra filios & hæredes Aoro-
nij Pettenoti, & Antoniæ Garzes
suæ vxoris, super redditione com-
puti administrationis ecclesiæ sancti Angeli ad
frongillum Granciæ dictæ commendæ. Fuit du-
1 bitatum, an * commendatarius possit agere pro
fructibus, prædecessoris tempore exactis, nec præ-
decessori ipsi consignatis. Quòd non: facit, nam
commendatarius non dicitur prælatus, vt dicit
glo. in c. nemo deinceps. de elect. lib. vj. in glos. ma-
gna. & glo. in c. qui plures. xxj. q. j. nec habet ius in
ecclesia, secundum Inno. in c. si constiterit. de ac-
cusa. Quæ sunt not. secundum Domi. & Philip. de
Fran. in d. c. nemo. pro constitutionibus & priui-
legiis loquentibus de prælatis. Ex quibus infertur
2 secundum præfatos doct. in d. c. nemo. quòd * si
ecclesia vacans per mortem prælati concedatur in
commendam, finita commēda durat adhuc prima
vacatio per mortem: nam antiqua vacatio durare
intelligitur, donec fuerit ecclesiæ de prælato pro-
uisum: vt in cle. j. vt lit. pend. in glo. in versic. colla-
tionem. & idem tenet Feder. de Senis, in tract. de
permut. beneficior. q. xv. Sic etiam si beneficium
commendatum vacabat antea in curia, & cōmen-
datarius decedat, durabit adhuc prima vacatio in
curia. Fed. vbi s. & Dom. in d. c. nemo. nam iura lo-
quentia de beneficiis vacantibus in curia, habent
locum quando moritur is qui habet titulum præ-
laturæ, vt patet in ca. præsenti. §. j. de præben. in vj.
quod incipit, sanè ibi ipsius beneficiū. cum * nul- 3
lum beneficium dici possit suum, nisi habeat quis
titulum prælationis, vt in c. si tibi absenti. eo. titu.
Vnde ex morte commendatarij beneficiū non di-
citur vacare. Sic etiam si papa reseruat sibi benefi-
cium vacaturū, & postea ipso vacante, papa com-
mendat ad tempus, lapso tempore spectat ad papæ
solius collationem, vigore reseruæ quæ non expi-
rauit per commendam. Dom. in d. c. nemo. j. col. al
legat Rotam deci. cccxliij. Et facit: nam * commē- 4
datarius nō potest, si spoliatur vel turbatur in cō-
menda, agere remedio reintegrandæ vel vti possi-
detis: vt in d. c. si cōstiterit. de accus. iuncta gl. ver.
commenda. Fel. ibi in ij. no. Et facit: nam commen-
datarius non potest tueri se de regula loquente de
triennali possessione: quando cōuenitur ab eo qui
venit cum titulo, & non cum alia commēda: vt est
modernus cōmentator regularum can. super com-
mento illius regulæ. In contrarium facit: nam si-
cut quis nō potest habere in titulum plures eccle-
sias. c. de multa. de præb. cum simil. ita * nec plures 5
commendas simul. d. c. nemo. Item quia licet com-
mendatarius non sit prælatus, tamen est procura-
tor, habens legitimam personam. gl in d. c. nemo. &
dicit Inn. in d. c. si constiterit. quòd commendata-
rius. etiam si in ecclesia ius non habeat, est tamen
legitimus administrator, & quòd habet liberiorē
administrationem quàm procurator. argu. vij. q. ij.
pastoralis. & lxj. dist. obitu. cum seq. c. & cum Inn.
tenet Philip. de Fran. in d. c. nemo. ij. col. Item quia
ecclesia commendata non vacat plus, ex quo titu-
lus commendæ est cannnicus. secundum gl. in d. c.
nemo. vbi Domi. in ij. col. alle. Rotā deci. xlj. & in-
terim non currit tempus ordinariis statutū à Late-
ranensi conf. c. ij. de conc. præb. & si aliquis * impe- 6
traret talem ecclesiā tacito de commenda non te-
net impetratio. c. cum nostris. & c. literas. de cōcess.
præb. Phil. in d. c. nemo. ij. col. Item quia præsenta-
tus ad ecclesiā, quę erat de iure patronatus benefi-
cij, per eius commēdatarium durabit perpetuò. gl.
in d. c. nemo. sequitur ibi Arch. Imo. Dom. & Phil.
de Franc. Item quia commendatarius potest etiam
conferre beneficia, quorum collatio ad abbatem
pertinuisset. Phil. vbi s. iij. & iiij. col. licet videatur
nullibi se firmare: collatio enim beneficiorum in-
ter fructus connumeratur. c. cum olim. de maior.
& obed. coadiutor non posset. Archi. & Ioā. mo. in
c. vnico. de cleri. ægro. lib. vj. Et facit Ioan. And. in
d. c. nemo. quem sequuntur ibi alij, vt Dom. in iiij.
col. & Philip. in ij. dicens, quòd commenda * habet 7
quandam affinitatem & attinentiam cum prælatu-
ra. Item commendatarius * facit fructus suos: nam 8
quamuis gl. in d. c. nemo. teneat quòd commenda-
tarij non faciunt fructus suos. quā sequitur Arch.
Dom. & Phil. de Fran. ibi. nihilominus illud habet
locum in simplici cōmendatario. De hoc, an com-
mendatarius faciat fructus suos, an verò conseruet
futuro successori, Ludo. consi. ccclij. incip. in casu
præpositæ cōsultationis. & Nic. de Vb. in tract. de
succes. ab intest. cler. versi. finita. iij. col. Abb. in ea.
querela. j. & ij. col. de elec. tenet, quod quando ecclesia
conceditur in cōmendam vel administrationē, vt
cōuertat cōmendatarius fructus in proprios vsus,
poterit

poterit de fructibus disponere in proprios vsus de superextantibus, deductis necessarijs cultus diuini & ecclesiæ ac status solici. Sed cum ex forma
9 commendarum nostri temporis papa det commendas perpetuas, vt decentius commendatarius substentari possit, & quòd valeat ea quę verus prælatus, & disponere de fructibus, saluis oneribus ecclesiæ incumbentibus. Hoc casu papa, qui habet liberam potestatem disponendi de beneficialibus, vt in c. proposuit. de conces. præben. cle. j. in fin. vt ...lit. pen. videtur dispensare, vt commendatarius faciat fructus suos, sicut alij prælati: imò sicut alij beneficiati seculares, dummodo satisfaciat cultui diuino monasterij commendati, & victui ac vestitui ac necessarijs monachorum, & reparationi ecclesiæ. ita Car. Alexand. in c. j. vj. col. xliiij. dist. Qui licet primo loco inter alia quæ in commendis hodiernis ponuntur, recitet clausulam, vt possit ea quæ verus prælatus, tamen se restringit ad fructuũ perceptionem, quasi quòd sufficiat si in bulla sit quòd valeat percipere fructus, & de eis disponere sicut verus prælatus: imò illa sola clausula, quòd de residuo fructuũ possit disponere, prout cæteri prælati, seu Abbates vel rectores monasterij (quæ clausula est in bullis Lælij) operatur vt nedũ quo ad fructus, sed quo ad omnia alia iura loquentia in Abbate, habeant locum in commendatario, vt latè comprobat Andr. Sic. in consi. ij. & iiij. pen. & antepe. col. ij. volu. vbi tenet, quòd delegatio facta Abbati sub nomine dignitatis, transit in perpetuũ commendatarium eius successorem. iuxta c. quoniam Abb. de offic. deleg. Et ita in dicta causa fuit
10 conclusum. An autem commendatarius * possit secundum iuris formam, ex causa necessitatis seu vtilitatis alienare res ecclesiæ, ponit Archidiaco. in dict. capi. nemo. & se non firmat. refert etiam Phil. de Fran. ibi, nec aliquid concludit. Fuit votatum pro commendatario.

SVMMARIVM.

1 *Vniuersitas vt obligetur in his quæ sunt communia pluribus & vniuersis, debent adesse ad minus duæ partes de tribus.*

2 *Alternatiua posita inter genus & speciem, denotat speciem sub illo genere comprehendi.*

3 *Vniuersitas obligatur per factum duarum partium præsentium, etiam sine vocatione: cum omnes sint vocandi, iuxta loci consuetudinem: absentes autem à ciuitate non sunt vocandi.*

4 *Instrumentum syndicatus per vniuersitatem celebratum circa præiudicialia, debet continere nomina singulorum specialiter annotata.*

5 *Notarij statur assertioni, quòd contrahentes fuerunt duæ partes vniuersitatis, vbi nominum descriptio non requiritur de substantia: vel vbi requiritur, & sunt descripta.*

Limita quando instrumentum loqueretur per verba collectiua, vt vniuersitas vel collegium: secus si diceret, ciues vel canonici, vbi posset verificari in duabus personis: & sic non probaret.

Capitulis transactio nõ tenet, nisi omnes consentiant, vel nisi in euidentem tendat vtilitatem ecclesiæ. eod. nume. & nume. 6.

Consensus duarum partium sufficit vbi de vtilitate vel de necessitate tractatur: aliàs requiritur consensus omnium. eo. nu. & nu. 6.

Limita, nisi possit alijs imputari quòd non appellarunt, nec contradixerunt. nu. 7.

Vel nisi tractaretur de actu voluntario, qui valet & tenet: dummodo de irrationabilitate non doceatur à minori parte. nu. 8.

9 *Decreti solemnitas requiritur in alienationibus rerum vniuersitatis. & nu. 29.*

Limita nisi mandatum superioris ad congregandum vniuersitatem præcederet. eo. nu.

10 *Præscribit debitor ignorans obligationem personalem, vt puta hæres defuncti principalis debitoris. & nu. 11.*

Successor etiam ignorans obligationem personalem sui prædecessoris, non præscribit contra creditorem. & nu. 11. 12. & 13.

12 *Mala fides defuncti, nocet hæredi volenti ex sua persona incipere præscriptionem.*

13 *Hæres de iure canonico tenetur exonerare conscientiam sui defuncti.*

14 *Successor vniuersalis non iure hæreditario, sed aliunde, puta prælatus, capitulum, & vniuersitas ignorans obligationem sui prædecessoris, præscribit contra creditorem.*

15 *Mala fides vniuersitatis vel collegij, purgatur mortuis hominibus qui ab initio sciuerunt. & numero 16.*

Præscriptio personalis contra ecclesiam, regitur per ius ciuile. eo. & nu. 11.

16 *Mala fides prælati non nocet successori.*

17 *Præscriptio vniuersitatis aut populi nunquam incipit currere, nisi mortuis omnibus rei alienæ sciẽtiam habentibus.*

18 *Præsumitur quisq; viuere vsque ad centum annos: licet in testamento veteri vita fuerat cxx. anno.*

19 *Citatio præsumitur in dubio facta ad postulationem partis.*

Literæ non exeunt de cancellaria, nisi purgata. eodem nume.

20 *Præscriptio cẽtum ann. & sic tanti temporis cuius memoria non extat in contrarium, non requirit bonam fidem: imò mala non obstat.*

Præscriptio exclusa non intelligitur de ea, cuius initij memoria non extat. eo. nu.

Bona fides præsumitur ex cursu centum ann. eo. nu.

Titulus obligatorius & liberatorius præsumitur ex cursu centum ann. eo nu.

21 *Præscribens non debet se fundare in sola præscriptione, sed allegare titulum tanti temporis, cuius, &c.*

Præscriptio tanti temporis, &c. est magis priuilegiata quàm præscriptio centenaria eo nu.

Titulus inducitur sola negligentia interueniente, dato etiam nullo actu positiuo. eo. nu.

22 *Præscriptio centenaria contra se habens ius commune, requirit tit.*

23 *Vniuersitas non potest allegare ignorantiam, postquam dedit syndico speciale mandatum ad promittendum: quamuis ei dicta promissio non fuerit intimata.*

24 *Obligatus ex facto procuratoris habentis speciale mandatum, non potest allegare ignorantiam, nec intimationem sibi non factam.*

25 Igno

25 *Ignoranti non currit ipso iure tempus quadrimestre, etiam post completam præscriptionem competens ad petendam restitutionem.*

26 *Ecclesia læsa ex malignitate aduersarij, vel aliara tionabili causa, debet restitui, etiam post quadriennium.*

27 *Ignorantia probabilis ecclesiæ, dicitur propter multas nouas mutationes prælatorum.*

28 *Consensus vbi requiritur à principio non præsumitur. nisi fuerit consumata aliqua eius notitia, vel nisi fuerit secuta diuturna obseruantia illius actus.*

Vniuersitas dicitur obligata, etiam si non dictum sit duæ partes: nam si dicatur vniuersitas, seu maior pars, verbum vniuersitas, non restringitur per verbum maior pars. eo. nu. & 27.

29 *Decretum iudicis præsumitur ex temporis diuturnitate.*

30 *Testamentum antiquum Cardi. præsumitur de licentia papæ factum. si tamen factum fuerit in curia. quod notorium dicitur.*

DECISIO IIII.



IN causa monasterij sancti Martini
de Neap. Carthusiensis, contra vni-
uersitatem terræ Lanciani, super pe-
titione vnciar. cc. vigore cuiusdam
instrumenti, celebrati in anno 1481.
Vide omnino Corn. in consi. cxliij. j. volu. Cla-
1 rum est in iure, quòd * in actu vniuersitatis celebrá-
do, in his quæ sunt cōmunia pluribus & vniuersis,
debent adesse ad minus duæ partes de tribus. l. no-
uationum. C. de decur. lib. x. l. fi. C. de præd. cur. eo
lib. l. nulli. quod cu. vni. nomine. l. quod maior. ff.
ad munici. l. iij. ff. de decre. ab ord. faci. Spe. de syn-
dic. ver. ij. Alex. consi. j. iij. col. iij. volum. consil. j. ij.
col. iiij. volum. consi. cx. iij. & iiij. colum. eod. volu.
Abba. in c. cum omnes. de const. dicit quòd com-
munis practica est in hoc. & dum Bartol. in l. fi. de
præd. cur. dicit quòd in instrumento debet asseri
quòd fuerunt omnes, vel maior pars: debet intel-
ligi vna duarum partium interessentium, secun-
dum quod ipse declarat in d. l. nouationū. & dum
dicit quòd fuerunt contenti, seu consenserunt: &
id quod à maiori illarum duarum partium nume-
ro fit, validum erit. gloss. & Bartol. in d. l. nulli. &
d. l. quod maior. & d. l. nouationum. gloss. & doct.
in c. cum omnes. de consti. Dy. in regula, quod om-
nes. Ioan. de Plat. in d. l. nouationum. Imol. in cap.
quanto. iij. col. de his quæ fiunt à prælat. Alexand.
in l. iurisgent. §. fin. iij. colum. de pact. & ibi etiam
per Iaso. Instrumentum syndicatus dicit, vniuersi-
tas seu maior pars: si diceret, vniuersitas, ex quo est
nomen iuris, præsumetur pro eo quod dicit nota-
rius per dicta j. in secunda difficultate: an ergo il-
la verba seu maior pars restringant rem ad maio-
rem partem, quæ potest consistere in minus quàm
sint duæ partes? & quòd restringant facit, nam al-
2 ternatiua * posita inter genus & speciem, resolui-
tur in expositiuam. l. vbi pactum & ibi gloss. C. de
transact. l. ij. iuncta gl. ad leg. Aquil. Bar. vtrobique
& Alexand. consil. xcvj. iij. colum. iiij. volumin. In
contrarium facit. nam regulariter, & secundum
iura alternatiua posita inter genus & speciem, si-
gnificat proferentem voluisse illam speciem sub
illo genere comprehendi. l. j. ff. de rebus dub. se-
cundum vnam lect. l. sæpe. ff. de verborum signifi-
cation. l. quintus. §. fin. de auro & argen. leg. in c. j.
iuncto rubro. de eo qui sibi & hær. suis. Bartn. in d.
l. vbi pactum. & in d. l. j. de reb. dub. Nec obstat d.
l. ij. ad leg. Aquil. & l. vbi pactum. nam ex mente
proferentis ibi apparebat aliter. ita Barto. in locis
præalle. videlicet in d. l. vbi pactum. cum quo om-
nes doctores pertranseunt. * Et istud de duabus 3
partibus habet locum, quando omnes essent voca-
ti. l. ij. C. de decur. lib. x. solenniter, vt dicit ibi glo.
circa quam vocandi solennitatem statur consue-
tudini, secundum Bart. ibi. & in d. l. nulli. & l. quod
maior. habetur etiam de vocatione per Bart. quan-
do verò omnes sine vocatione adessent, sufficeret.
Barto. in d. l. ij. & ibi dicit, quòd in primo casu de-
bet cōstare, quòd præconi vel nuncio sit commis-
sum de vocatione. absentes verò à ciuitate non
sunt vocandi. doct. omnes in d. c. cum omnes. vbi
Anton. iiij. col. Hoc præmisso prima difficultas
surgens in causa ista est, quia in instrumento vni-
uersitatis facto syndico ad transigendum & pro-
mittendum vnc. cc. Mona. non apparent nomina
ciuium, qui possent prætendi quòd faciebant ma-
iorem partem vniuersitatis. nam quando sumus
* in alienationibus, & sic præiudicialibus, debent 4
in contractu syndicatus inscribi nomina. Spec. in
tit. de syndi. §. j. versicul. Item oppo. quòd nomina.
Bartol. in l. j. ff. de albo scrib. Ioan. Andr. Anchar.
Anton. de Butr. & Imol. in cap. quanto. de his quæ
fiunt à prælato. Bald. in l. j. ff. de magi. conue. Cat.
in c. j. de syndico. Ias. in l. placet iij. colū. de sacro-
san. eccle. dicit, quòd in arduis debent inscribi no-
mina. allegat Spe. de syndic. §. j. & Bald. in l. j. ff. de
magi. conuenien. Et istud in effectu quo ad syndi-
cum, qui ad alienandum constituitur, videtur fir-
mare Abb. in d. ca. quanto. dum concludit non es-
se necessariam inscriptionem nominum, exceptis
casibus in iure expressis. licet idem Abba. in capi.
primo. de syndi. concludat non esse necessariam;
Et quantumcunque Hostien. in summa de syndic.
§. & qualiter. teneat exprimenda esse nomina ci-
uium, nisi adsit impossibilitas, aut grandis difficul-
tas: exponitur in vniuersitate ciuitatis, vel alicu-
ius castri. refert Abbas in d. cap. fin. penul. colum.
de syndic. quòd non videtur esse bonum exem-
plum: nam in l. fin. de vendi. re. ciuita. dicimus de-
bere inscribi nomina. Imol. in d. cap. quanto. & ta-
men sumus ibi in ciuitate. & Ioan. de Plat. in l. fin.
C. de lega. à dicta inscriptione excipit casum, in
quo vniuersitas esset maxima. tamen præfati doct.
in casibus non exceptis firmant regulam. Nam ter-
ra Lanciani non videtur esse tantæ magnitudinis,
vt faciat vniuersitatem maximam, vel impossibi-
lem aut difficillimam ad congregandum. Secun-
da difficultas est, an credatur notario, dum in in-
strumento syndicatus asserit in eo affuisse duas
partes vniuersitatis. nam Federicus de sen. consil.
cclxxxvij. ij. columna dicit, quòd si tabellio asse-
rat quòd præsentes faciunt duas partes, in hoc
non statur assertioni suæ. refert & sequitur Car. in
cap. j. xiij. questio. de syndic. Sed in hoc credo * vt 5

ftetur assertioni notarij, quando non requireretur
de substantia descriptio nominum: vel quando
requireretur & essent descripta. Ita firmarunt
Specul. in titul. de syndic. versicul. porro. Specul.
& Ioannes Andreas in eodem titul. versicul. quid
si in aliquo. Federic. consil. cxlvij. qui subdit, quòd
hæc verba facerent nedum præsumptionem, sed
plenam probationem, maximè in antiquis. Federi-
cus consil. ccxxvij. nisi doceatur contrarium se-
cundum eum. & idem firmat Abb. in d. capi. quan-
to. allegans ad hoc Federic. consilio ccvij. & etiam
Imola ibidem post Petrum. Abbat. in cap. j. de syn-
dic. in fine. concludit credi notario, & quòd ad-
uersario incumbit onus probandi. & Alexander.
in dicta l. quod maior. in addi. Et hæc quando in-
strumentum loqueretur per verba collectiua, vt
vniuersitas, collegium, &c. secus si dicerent, ca-
nonici, vel ciues, &c. tunc hæc verba possent veri-
ficari in duobus, ideo non probarent ita Imol. vbi
suprà sequitur Alexander. consilio vij. j. volumin.
consilio cxcviij. ij. volumin. consilio cx. j. volumi.
& in l. rescriptum, in princip. ff. de pact. Tertia
difficultas est, quoniam iura volentia præualere &
validum esse id quod à maiori parte gestum est, li-
mitantur nisi vniuersitas aliquid faceret, non de
necessitate, sed ex voluntate: vnde debet præcede-
re necessitas deueniendi ad talem actum seu con-
tractum, aut saltem euidens vtilitas: aliàs requi-
reretur consensus omnium, secundum gloss. in d.
cap. cum omnes. quam singul. reputat Fulgo. in d.
l. iurisgentium. §. fina. & eam ibi omnes sequuntur:
vt Innocent. Hosti. Ioannes Andreas & Anton. &
quòd euidens vtilitas sufficiat, tenet Cardin. &
Abbat. in dict. capi. cum omnes. Felin. ibidem. x.
col. j. limit. & Iaso. in d. §. fin. vij. limit. secundæ re-
gulæ. & ad propositum facit Innocent. in capi. hu-
milis. ij. columna de maior. & obed. inferens non
6 valere * transactionem capituli, nisi omnes con-
sentiant, nisi tendat in euidentem vtilitatem eccl.
Et dixit Bald. in dict. l. j. de mag. conue. in princ.
quòd in actu non necessario, nec consueto, illi so-
li obligantur qui consenserunt, non totum capi-
tulum. Contractus de quo loquimur, non videtur
habere secum concomitantiam necessitatis, quia
non constat de debito nec vtilitate: ergo debuit
tota ciuitas interuenire. Sed videbatur esse neces-
sarius, imò vtilis hic contractus, stante præambu-
la obligatione, vide Alexandr. in l. solutum. §. sed
si procurator. de pignor. action. Felin. ad hanc dif-
ficultatem respondet in dict. capi. cum omnes. j. li-
7 mit. ij. regul. dicit enim * quòd videtur imputan-
dum aliis, qui non appellarunt, nec contradixe-
runt: iuxta capi. primũ de his quæ fiunt à ma. par.
cap. per quem text. secundum eum videtur, quòd
citra appellationem vel contradictionem teneant
gesta maioris partis, etiam minus rationabiliter.
8 & concludit * quòd actus voluntarius tenet. nisi
à minori parte ostendatur de irrationabilitate. per
9 dict. capi. *. Quarta difficultas, quia * in hoc syn-
dicatu non interuenit solennitas decreti, aliàs re-
quisita in alienationibus rerum vniuersitatum.
l. j. C. de seruis reipublic. manum. & ibi Bartolus
in dicta l. nulli. & in l. actor. ff. rem rat. haberi. &
est text. in l. fina. de vendi. re. ciui. firmat latè Cor-
næus. consilio clxxxix. ij. columna iij. volumine. Et
quamuis Bartol. in dict. l. actor. teneat, quòd quan-
do interuenit mandatum superioris ad congre-
gandum vniuersitatem, illudmet habetur loco de-
creti. tamen Cornæus in dicto consilio iij. colum-
na intelligit Bartol. in casu quando mandatum
præcederet qualificatum, puta ad congregandam
vniuersitatem pro tali actu fiendo. Sed mihi ista
consideratio non placet: nam est diuinatio: tanto
magis, quia semper, quòd vniuersitas congregatur
de mandato officialis, habetur per eum scientia
de causa ob quam congregatur. vide Abbat. in di-
cto capitulo primo de syndic. In instrumento, de
quo agitur, non adparet de mandato superioris ad
congregandam vniuersitatem. Quinta difficul-
tas: nam monasterium stetit per centum & viginti
annos, & non petiit dictam pecuniam: vnde vide-
tur esse præscriptum, saltem per cursum annorum
quadraginta vt in aut. quas action. de sacrosanct.
eccles. cap. de quarta. & cap. quia iudicante. de præ-
scription. Et si dicatur quòd vniuersitas est ipsa,
quæ constituit se debitricem, & sic nunquam præ-
scribit, etiam longissimo tempore. & quòd Bar-
tol. qui contrarium tenuit in l. sequitur. §. si viam.
de vsucap. & in l. fina. ff. quemadmodum serui. ami.
cum quo vnanimiter concurrit Hosti. in summa
de præscriptio. re. immob. §. quæ res præscribi pos-
sunt communiter reprobetur: vt per Bald. in l. j.
C. de seruitu. & in authentic. ad hæc. C. de vsu. An-
gelus & Imola in dicto §. si viam. Antonius de Bu-
tri. & Canon. in capit. fina. de præscription. Car.
in capi. vigilanti. eodem titulo. Philip. de Franc. in
reg. possessor. de regulis iuris in sexto. Respon-
deri, quòd * vera opinio sit, vt debitor in actione 10
personal, qui est ignorans, vt quia fuit obligatus
ex contractu procuratoris non habentis speciale
mandatum: vel quia vt hæres successit defuncto,
& ignorabat eius obligationem, præscribit. Nec
refragatur sibi capi. fina. de præscriptio. & cap. pos-
sessor, de regulis iuris quę loquuntur in malę fidei
possessore. & hoc modo debet limit. communis
opin. suprà relata. ita tenent Antonius de Butr. in
dicto cap fina. de præscription. quem refert & se-
quitur Imola in dicto §. si viam. penult. colum. &
Philip. de Fran. in d. reg. possessor. iij. limit. & gloss.
singul. in ca. cum causa. de emption. & vendition.
quam ibi Abba. not. ad limit. totius tit. de præscri.
tenent quòd in actionibus * personalibus præ- 11
scribendis contra ecclesiam, statur iuri ciuili. Sed
illa intelligitur non habere locum in actionibus,
quæ generaliter includuntur in præscriptione tri-
ginta annorum: vt est actio personalis, quæ ita in-
cluditur. per text. in d. authentic. quas actiones te-
net Felin. in dict. capi. de quarta. vltima columna,
& in capi. fina. de præscript. Et est secundum opin.
Dyn. in d. reg. possessor. in quantum dictum est hæ-
rede. vbi vult quòd quando hæres vult incipere
præscribere ex persona sua, non nocet sibi mala fi-
des defuncti. Contra hanc limit. facit, nam * ma- 12
la fides defuncti nocet hæredi. volenti etiam ex
sua persona præscriptionem inchoare. l. cum hæ-
res. ff. de diuer. & tempo. præscript. l. si ergo. §. por-
tus. versiculo sed hæres. ff. de public. l. sequitur. §.
his, de vsucap. Et ideo Antonius de Butri. Imola,
& Abb.

& Abbat. in capi. si diligenti. de præscript. tenent,
13 quòd * etiam de æquitate canonica non potest hæ-
res debitoris malæ fidei ex sua persona præscribe-
re: quia tenetur hæres de iure canonico exonerare
conscientiam defuncti. vt in capi. fina. de sepultu.
Sed quo ad casum nostrum, videtur posse dici,
prout saluando opin. dicebat Imola in dict. capi.
fina. in repet. quòd prædicta habent locum in eo,
qui sucedit iure hæreditario, vt hæres. hic enim
non potest præscribere contra creditorem defun-
cti, etiam ignorans, ratione prædicta. & sic proce-
dat opin. domin. Anton. Abba. & Imola. Sed quan-
14 do * sumus in alio successore vniuersali, qui non
succedit ratione iuris hæreditarij, sed aliunde: vt
in prælato, capitulo, collegio, & consequenter vni
uersitate: & tunc habeat vim opin. Dyn. & sequa-
cium. Et hanc distinct. Ioan. de Imola refert & se-
quitur Alexander consilio cxiij. iiij. columna ij.
volumine & consilio lxiij. iiij. columna iiij. volu-
mine. Stante ergo vero, quòd mala fides defuncti
non noceat successori, etiam vniuersali, venienti
aliter quàm iure hæreditario, an posit applicari
ad vniuersitatem? Bartol. in l. pater pluribus. ff. de
vsucap. in fi. sentit quòd sic: dicit enim, quòd mala
15 * fides vniuersitatis vel collegij, purgatur mortuis
hominibus qui ab initio sciuerunt. & licet Bald.
in l. imperium. ff. de iur. om. iudi. quem refert Cor-
neus consilio xxij. quinta columna primo volumi.
dicat secundum eum: ego non reperi, quòd vni-
uersitas seu populus, cum sit idem, semper videtur
esse in mala fide, & quòd non præscribat in æter-
num. l. proponebat. de iudi. tamen Bartol. in di-
cta l. pater. sequitur ibi Cumanũ, & multum com-
mendat. & pro eo facit. gloss. & Innocent. quem
ipsemet allegat in c. cura. de iure patro. qui dicunt
16 * quòd si donatio de aliqua ecclesia fieret per lai-
cum alteri ecclesiæ, quæ quidem non valebit: capi-
tulum seu prælatus illius ecclesiæ donatariæ præ-
scribet, & incipiet currere præscriptio mortuis iis
qui donationi interfuerunt. Et si dicatur, quòd
aliud est in prælato, qui est successor, habens cau-
sam à superiore: aliud in vniuersitate, in qua ho-
mines paulatim subrogantur: vt per Abbat. in d.
capit. cura. vbi not. quòd mala fides prælati non
nocet successori. potest responderi, quòd dictum
gloss. & Innocent. militat etiam in vniuersitate:
nam si ponas ecclesiam esse donatam capitulo vel
collegio, adhuc dicendum erit secundũ eos, quòd
mortuis præsentibus incipit præscriptio. sic est in
vniuersitate. & Soxin. in consilio clxxxvij. colum.
xij. secundo volumine. dicit, quòd quando quæri-
tur an vniuersitas aliqua seu populus præscripse-
17 rit, nunquam præscriptio * incipiet currere, do-
nec viuit aliquis de iis, qui habent scientiam rei
alienæ argu. l. pater pluribus. & ibi Bartolus. ff. de
vsucapi. & tenet Inno. in dicto capi. cura. de iure
patron. A quo tempore potest dici, vt possimus
considerare mortuos eos, qui interfuerunt syndi-
18 catui. nam * quilibet præsumitur viuere vsque ad
centum annos. l. ij. §. si dubitetur. quemadmodum
testa. aperi. vbi Bartol. & docto. & in l. sed & si de
sua. vbi Imola de acquirend. hæredi. licet in testa-
mento veteri vita erat centumuiginti anno. secun-
dum Imol. in dicta l. secunda. §. si dubitetur. per ca-
pitulum sextũ in Genesi. Corneus consi. cccxlj. ter-
tia columna tertio volumine tenet contra hoc: &
dicit, quòd iura probant quòd quis non præsuma-
tur viuere vltra centum annos: non quòd vsque ad
centum. videtur esse dicendum quòd compute-
mus eos qui tunc contraxerunt fuisse annorum
vigintiquinque. & hoc modo computando, iam
concurrerunt anni quadraginta & plus. Sed ob-
stat: nam adparet quoddam priuilegium regis La-
dislai, in quo asserit, quòd aliàs pro parte vniuer-
sitatis fuerat sibi supplicatum de moratoria con-
tra monachos, & hoc per plures annos post pri-
mum instrumentum: ergo debet computari prin-
cipium à tempore moratoriæ: quoniam illi qui
tunc erant, videntur habuisse malam fidem. Et vi-
detur, quòd dum in illo priuilegio dicitur, pro par
te vniuersitatis, quòd vniuersitas supplicauerit.
per id quod voluit Bal. post Ioannem Andream &
Collect. in cap. ex parte. lo tertio. vltima columna
de rescript. vbi dicit, quòd * præsumitur literas 19
esse impetratas de mandato domini, nisi contra-
rium adpareat: quia literæ non exeunt de cancel-
laria nisi purgatæ: & omnia præsumuntur solenni-
ter acta. Nam cum adpareat literas ad aliquem per
tinere, præsumitur eum mandasse. ff. de eden. l. si
quis ex argenta. §. pertinere. C. de pact. conue. l. fi.
& l. vltim. C. de alimen. pu. præsta. & facit Aret. in
capitulo primo, quarta columna de iudic. dicens,
quòd citatio præsumitur in dubio facta ad postu-
lationem partis: quia cum iste actus non soleat fie-
ri sine aliqua impensa partis, iux. not. in l. ij. C. de
sportu. non habet locum isto casu quòd dicitur,
solennitatem extrinsecam non præsumi, scilicet
mandatum ad impetrandum. Et facit etiam: nam
vbi rescriptum * apparet simpliciter impetratum, 20
nec potest constare an principalis impetrauerit
per se, an per procuratores: tunc dicens ipsum im-
petratum per non habentem potestatem, habet
probare. Anton. de Butr. & Domin. in capi. non-
nulli. §. sunt & alij. de consti. refert & sequitur Fe-
lin. ibi. septima columna. & vide plura per Felin. in
capi. sicut. vigesimasecunda column. versicul. fal-
lit. v. de re iudic. Sed dubito an ista procedant in
hac causa: nam quando propriè essent vera, stat
pro posibili, quòd syndicus generalis, vel alius
officialis vniuersitatis impetrasset, propter cuius
scientiam vniuersitas non potest dici constituta
in mala fide. Præterea potest etiam esse quòd vnus
de vniuersitate vel populo impetrasset. nam secun
dum gloss. quam ibi not. Abba. in capi. fina. de pro-
cura. in vltima columna. quilibet de vniuersitate
potest impetrare literas pro ea: licet Abba. ibidem
non firmet. Præterea non videtur esse verum quòd
præsumatur quem impetrasse, si in impetratione
non dicitur per principem: nec mandatum alteri
dedisse. ita Bald. in l. j. in fine. C. de prec. imperat.
offe. quem refert Felin. in capi. nonnulli. §. sunt &
alij. nona columna de rescriptis. tamen sto cum
antea dictis, vt per dictum priuilegium sit probata
mala fides. Et si dicatur quòd incipiendo numera-
tionem à die contractus, sunt elapsi plus quàm cen
tum anni, & sic tempus in cuius contrarium non

est memoria, vt sic stante tanto tempore non re-
quiratur bona fides, & mala non obstet: vt not.
Alexander consil.sexto, secunda columna, primo
volumin.vbi dicit quòd in hac præscriptione non
est necesse probare de bona fide vtêtium. Et quòd
exclusa præscriptione non intelligitur de ea, cuius
initij non est memoria, secundum Ange.in authen.
vt decætero.commu.eccles.rer.per illum text.cum
gloss.ibi, in versicu.nulla temporis. etiam si exclu-
sa sit præscriptio longissimi: vt per Bald.in capi.j.
§.præterea.prope fin.de capi.Corra.& per Felin.in
rubr.de præscriptio.penulti.& vltima columna.&
Alexander consilio sexagesimo. primo volumine.
Et quòd ea cursu tanti temporis præsumitur bona
fides.l.possideri.§.si seruus.ff. de acquirend.possess.
not. Ioan. Andr.in Specul.de teste.§. nunc viden-
dum.in prima addi.magna.versic.item appo. Bart.
in l.fin.C.vnde vi.Ang.in l.penul. quibus non ob.
long.tempo. præscri. Abba. in capi. si diligenti.de
foro compe.Alexander consilio sexto.secunda co-
lumna, primo volumine.Felin in dict.capi. si dili-
genti.quinta columna. Et quòd ea dicto tempore
præsumitur titulus obligatorius, tanto magis li-
beratorius.l.j.in fin.de aqua plu.arce.l.hoc iure.§.
ductus aquæ.de aqua.quoti.& æsti.c.super quibus-
dam.§.præterea. de verborum signification. latè
Felin.in dict.capi.si diligenti.penultima columna.
adeo quòd etiam nullo dato actu positiuo, sola ne-
21 negligentia * interueniēte inducitur titulus: dum-
modo in hoc casu præscribens non fundet se in
præscriptione sola, sed alleget titulum, & ipsum
probet per cursum tanti temporis. vt probat Feli.
in capi.cum ea officij. sexta columna de præscrip.
post Sozin.in tracta.visita.folio aaij. Ad hæc re-
sponderi potest: primò, quòd hic non sumus in
præscriptione temporis, de cuius initio non extat
memoria, de qua iura & doctrinæ præallegatæ lo-
quuntur: sed in præscriptione centum annorum,
quæ non est ita priuilegiata, secundum Cardin. in
d.cap. si diligenti, in fin. quem refert Felin. in cap.
ad audientiam.x. colum. eodem titul. Nam secun-
dum eos vbi est tantum tempus quòd non est me-
moria, non requiritur titulus, etiam vbi ius com-
mune est in contrarium.capi.primo in fin. de præ-
22 script.libro sexto.& tamen in præscriptione * cen-
tenaria habente contra se ius commune, requiri-
tur titulus dicto capi.si diligenti. Sed hæc solutio
non est tuta, per ea quæ dicit Felin.in allegato cap.
ad audientiam.decima columna subdendo. Qua-
re secundo modo respondendum est, quòd mala
fides, quam præsupponimus in vniuersitate Lan-
ciani per dictum instrumentum mandati & priui-
legium, impedit nedum præscriptiones commu-
nes, verum etiam & hanc, de cuius temporis ini-
tio non extat memoria: vt aperte voluit gloss. in d.
capi.primo in fin.in versicu.nisi.de præscript.libr.
sexto.quam sequuntur ibi Gemi.& Philip.de Fran.
per dict.cap.si diligenti. & capi.fina. eodem titulo
licet Petr.de Anchara.in dict.capi.si.in vj.in sexto
notabili, contrarium velit. Et pro gloss.videtur fa-
cere Felin.in dict.capi.si diligenti.tertia columna.
ibi maximè, quando allegatur possessio cuius initij
&c. vt scilicet tunc præsumatur bona fides: non

quòd possit contrarium probari. Item si dica-
tur quod vniuersitas non habebat notitiam in in-
strumento debiti, facto per syndicum, vnde debe-
bat sequi interpellatio seu intimatio: & per conse-
quens in casu quo carebat culpa: meritò præscri-
bere potuit, per not. per Abba.in capi.quod cleri-
cus.xliij.columna.de foro compet.refert Felin. in
c.fin.secunda columna.de præscri. Responsio erit
primò, quòd illa doctrina Abbatis non est vera:
vt per Imol.& Feli.in dict.capi.fin. Secundò, quòd 23
* postquàm vniuersitas dedit syndico speciale mā-
datum ad promittendum, quamuis ei intimata non
fuerit promissio, iam non potest allegare ignoran
tiam.ita Anton.de Butr.in dict. capi.fin. refert, &
sequitur Imol.ibi. & in dict.§.si viam. dum vult,
quòd quando debitor esset ignorans, vt quia fortè
esset obligatus ex facto procuratoris non haben-
tis speciale mādatum, præscribit. si ergo in obliga-
to per procuratorem non habentem speciale man-
datum, ponitur ignorantia: ergo * si obligatur quis 24
ex facto procuratoris habentis speciale mādatum,
non potest allegare ignorantiam, vel intimatio-
nem non factam. Tertiò, quòd de priuilegio iam
dicto regis Ladislai, vbi fit mentio de moratoria,
præsumi debet scientia, & tollitur obiectum de in-
timatione. Præterea dato & non concesso, quòd
præscriptio cucurrerit: tamen ex capite ignoran-
tiæ dictarum scripturarum debet ecclesia restitui:
vt in Clement. j. de restitut. in integr. sicut etiam
quilibet aduersus præscriptionem decursam resti-
tuitur: vt per Bartol.in l.prima.§.si quis.authentic.
de itin. actúque priua. Abba.in dicto capit. vigi-
lanti. vbi latè Felinus prima columna. Alexander
consilio claix. v. & sexta columna. secundo volu-
mine. vbi dicit hanc esse communem opinio. &
tempus * quadrimestre, etiam post completam præ- 25
scriptionem ad petendam restitutionem compe-
tens, non currit ipso iure ignoranti, secundum gl.
& Bartol.in l.fin.de tempor.in integr.restitu.pete.
& tex. in capi. primo. in fi.de in integ.restit. libro
sexto.dicit, quòd * quando ecclesia esset læsa ex 26
malignitate aduersarij, aut alia rationabilis causa
subsit, debet etiam post quadriennium, restitui.
gloss.fina. ibi inter alias causas rationabiles dicit
eam, videlicet, quando ecclesia multas nouas mu-
tationes prælatorum habuisset. Decision. consilio
trigesimosexto.vltima columna.allegat illam glos.
ad hoc, quòd probabilis * ignorantia in eccles.in- 27
fertur propter mutationem prælatorum. Sed hoc
motiuum non multum vrget pro ecclesia, ex quo
scripturæ istæ sunt repertæ in monasterio, vnde
præsumitur semper habuisse earum notitiam: quia
quilibet præsumitur scire vires & facultates pa-
trimonij.l. quisquis.C de rescriptio.vend.Aretin.
consilio decimoquinto.in fin. licet non firmet. &
refert Felinus in dicto capitulo vigilanti. secunda
columna.iij.limita. Stante ergo pro vero, quòd
vniuersitas se tueri non possit ex præscriptione, an
possit se defendere ex defectu illius syndicatus? vt
quia non affuerunt duæ partes, non fuerunt de-
scripta nomina, non interuenit decretum &c. vt
suprà dictum est. Et certè quòd duæ partes nō sint
nominatæ: videlicet quòd non sit dictum, duæ
partes,

partes;non obstat.nam est dictum, vniuersitas seu maior pars,& sic verbum vniuersitas, non restringitur per verbum maior pars,per dicta §. in princ. Item de inscriptione nominum minimè debet obstare. stante eo quòd vniuersitas sit magna. Quòd etiam decretum non interuenerit, minimè videtur posse adduci:stante antiquitate temporis, & taciturnitate tot annorum, quæ videntur operari responsionem ad omnia, per vulg.l.si filius. C. de pet.hæred.per Bartol. Angel. & Imola in l. qui in aliena.ff.de acquirend.hæredi.per illum tex. & per ea quæ latè cumulantur in l.sciendum. de verborum obligatio. per Angel. & Alexand. & Felinum in capi.sicut.vij. column.de re iudic. & Ias. in d.l. sciendum. Ad istud de antiquitate tẽporis, quòd non suppleat has solennitates seu defectus,quo ad defectum decreti, facit not.theorica, quam ponit Felin.in dicto capit sicut.xx.columna. de re iudic.
28 vbi dicit, quòd quando * consensus debuisset requiri a principio à tali persona, cum qua non fuit secuta diuturna obseruantia actus, nec continuata aliqua eius notitia, non esset inducta præsumptio quòd illa persona consensisset.allega.Alexan. consilio ix. penultima columna.tertio volumine.
29 dicentem, quòd * si episcopus iurauit non alienare inconsulto Romano Pontifice:& reperiatur facta alienatio,quæ de licentia Papæ nihil exprimit: ex diuturnitate temporis non præsumitur dicta solennitas, cum non constet verè vel præsumptiuè Papam habuisse scientiam.& hãc decisionem multum exclamat Felinus vbi suprà. asserens præbuit sibi opem in consulendo in ciuitate Lucæ:& adducit ad idem Alexandrum consil. decimoseptimo. secunda columna. tertio volumine. Cum ergo ad propositum tractetur de decreto iudicis,non probata sciẽtia iudicum Lanciani seu capitaneorum, non potest præsumi de decreto. Ad hoc potest responderi primò,quòd dictum nõ sit verum:nam in agnitione bonor. posses. de iure digestorum requirebatur decretum Iudicis, & sic superioris authoritas.l.iij.§. causa cognita.de bonor. posses. & tamen ex temporis diuturnitate Iudicis decretum præsumitur.dicta l.qui in aliena,in princip.versic. sed si non adierit. & hæc est inductio Iaso.in dicta l.sciendum.iiij.limit.versicu.ix. facit. Secundò per id quod dicit Felinus in dict.capi.sicut.vigesimaprima colum. vbi quòd dicit per supradictam obiectionem. dubitat de quodam dicto Aret.consilio trigesimosexto.in princi. volentis quòd si apparet testamentum antiquum vnius Cardinalis,
30 præsumitur testatus * de licentia Papę.Et idem secundum eum consuluit Alexãder.sed saluat,quòd testamentum fuit confectum in Curia,& sit notorium, vt ex hoc præsumatur scientia Papæ: & consequenter scientia ipsa siue licentia.ita in casu nostro cum instrumentum sit factum Lanciani:& fuerit notorium congregata vniuersitate:ex hoc præsumatur scientia officialis, & cõsequenter decretum. Tertiò, quòd defectus decreti; & alij non fuerunt allegati per vniuersitatem. & constat quòd quando defectus solẽnitatis extrinsecæ non fuit allegatus,semper præsumitur. Cumpost. Ioan. Andr.& Imol.in capi.cum dilectus. de consuetud. per text. secundum vnum intel.in capi.ea noscit. de his quæ fiunt à maiori parte capituli. Sequitur Alexander in dicta l.sciendum.& ibi Iason.in tertia limit. Felinus in dicto capit. sicut ij. limit. vbi plura adducit. Quartò, nam in asserto instrumento syndicatus, vniuersitas iurauit omnia & singula vera esse:& non contrauenire.quibus concurrentibus præsumitur solennitas extrinseca necessaria ad talem actum. ita Archidiacon. in capit. quamuis.de pact.in vj.Butr. in capi.si diligenti.ix. columna.versicu.in quantum dixi.de foro compe. refert & sequitur Iaso.in dict.l.sciendum.x. limit. & dicit esse eam singul. quæ tamen egeret altiori discussione, secundum eum. Fuit votatum quòd condemnetur vniuersitas Lanciani ad soluendum dictis priori, fratribus, & monasterio, vncias sexaginta oblatas verbo per syndicos dictæ vniuersitatis, soluendas infra terminum arbitrio sacri Consil. limitandum,à reliquis, & ab expensis vniuersitas absoluatur. Et ex prædictis etiam patet, non obstare, si dicatur ex diuturnitate temporis non præsumi solennitatem extrinsecam, nisi allegetur per eum qui possidet.

SVMMARIVM.

1 *Syndici vniuersales & administratores vniuersitatum habent liberam administrationem, sicut tutores.*

2 *Syndicus vel actor ad vnam causam potest eadem facere quæ syndicus vniuersalis.*

3 *Procurator in causa criminali vbicunque potest interuenire, debet de rato cauere, si de mandato dubitatur.*

Fallit in causa ardua, vt matrimonij.

4 *Causæ criminales sunt arduæ & magnæ.*

5 *Pœna corporalis etiam minima, est maior quacunque pœna pecuniaria.*

6 *Coniuncta persona, etiam cum cautione de rato, non admittitur in criminalibus.*

7 *Fama causæ, & causa vita æquiparantur.*

Per inspectionem actorum probatur negatiua.

8 *Legitima administratio habet vim specialis mandati.*

9 *Libellus accusatorius non habens ea quæ sunt de substantia, vitiatur etiam parte non opponente.*

10 *Pars petens edi originale instrumentum, quod vult redarguere de falso, non cogitur declarare in qua parte vult falsum dicere.*

11 *Causa grauaminis sufficiens debet in appellatione inseri.*

12 *Causa ciuilis non impeditur per criminalem accusationem vsque ad conclusionem, licet condemnatio differatur.*

13 *Clericus falsum coram seculari iudice committens, non potest per eum puniri, sed est remittendus ad ecclesiasticum.*

14 *Appellatio ab interlocutoria debet iustificari ex primis actis, & ex causa expressa, & non ex aliis non nominatim expressis, etiam si adsit clausula generalis. & ex aliis &c.*

DECISIO V.


N causa vniuersitatis terræ Tocci
cum Abbate de Sangro, in qua du-
bitatur an syndicus ipsius vniuersi-
tatis ad causam seu litem constitu-
tus, posit, seu potuerit accusare de
falso testes productos per dictum Abbatem ex de-
fectu mandati. Præsupposito quòd in causa cri-
minali, etiam ex parte accusatoris, procurator
non admittitur, vt in l.penult.§.ad crimen. de pu-
bli.l.antepenul. C.qui accus.non po.capi.per scri-
pta secunda quęstio.viij.l.ij.C. de procur. Specul.
de procur. §. primo versicul.item quòd causa cri-
minalis. Item præsupposito quòd pro vniuersitate
posit comparere syndicus ad accusandum: vt di-
cit Bartol.in l.ij.§.fina.ff. de accus. & in extrauag.
ad repri.in ver.legitime.Bald.in l.seruum quoque.
§.pub.de procu.in l.Polla.C. de his quibus vt ind.
Imol.in d §.ad crimen.xvj.colum. versi. viij.fallit.
Certè quando iste qui accusauit, fuisset syndicus
vniuersalis vniuersitatis, videretur res habere mi-
nus aut nullum dubium: nam syndici huiusmodi,
1 & * administratores vniuersitatum, habẽt liberam
administrationem, quemadmodum & tutores: vt
in l. iusiurandum & ad pecunias. §. defensor. per
gloss.& Bartol.& alios, maaimè Paul.de Castr. per
Bald.in l.præses.primo notabili.C.de transaction.
Alexand. in l. procurator. la prima.ff.de procura.
& in consilio vigesimosecundo. tertia columna.
primo volumine. Et possunt facere omnia ea quæ
mandatum speciale requirunt, secundum Alexan.
in locis præallegatis.& in l. j. §. quibus. quod cui.
vni.not.& facit secundum Alexand.in d.l. procu-
rator.Innocen.in capi.sciscitata. de in inte. restit.
Et idem firmat Bald. in l.j. C.etiam per procur.in
inte.restit.pe.po. Sed an istud, quòd habeant libe-
ram syndici vniuersitatis: & quòd posint facere
ea quæ requirunt mandatum speciale: habeat lo-
2 cum * in syndico vel actore ad vnã causam: quòd
sic facit. Primò identitas rationis: nam ratio
quare syndicus vniuersalis potest ista, est quia an-
te administrationem legitimam & necessariam, eo
rum officium est publicum authoritate.l.j.§.j.& l.
munerum.§.defensores.ff. de mu. & ho. Bartol. &
Paul.in dicto §.defensores.& clarius Ias.in prima
columna. Alexand. in dicto consilio vigesimose-
cundo.sed actor seu syndicus ad vnam causam, di-
citur esse huiusmodi naturæ. vt tear. apertus in d.
§.defensor.ergo,&c.l.illud.ad leg. Aquil.l. diuor-
tio.ff.de verborum obligatio. cum si. Secundò,
aduocatus vniuersitatis adducebat Innocent. in
dicto capi. sciscitata. volentem quòd syndicus &
actor.& sic particularis, possunt ea quæ requirunt
speciale maodatum. Tertiò, facit Bald.in l.non
3 solum.§.fin.ff.de procur.dicens * quòd vbicunque
in causa criminali potest interuenire procur. pro-
ut est ista, quando accusat vniuersitas, vbi dubita-
tur de mandato, debet caueri de rato. sed Bald.lo-
quitur in procur. rei & accusati. eadem tamen ra-
tio videtur esse in procur.accusatoris, & fortior.
per not.per Bar.in d. §. ad crimen. Contra hoc di-
ctum Bal.facit Ang.in l.iusiurandum quod ex con
uentione.§.fi.de iureiu. in l.qui ita. §.j. ad Trebel.
quòd procu. qui aliàs vbi dubium est de mandato
eius, admittitur cum cautione rati: vt in l.j.C.de
procur.cum si.non admittitur vbi causa est ardua,
* vt matrimonij.refert & sequitur Ias.in d.l.j.C.de 4
procura.ij.columna vj.limit.& constat causas cri-
minales esse arduas & magnas, secundum Bartol.
in l. admonendi. xv. columna de iureiur. & facit
text.in l.seruorum, in fin. ff. de pœ. quòd quælibet
* minima pœna corporalis, est maior quacunque 5
pœna pecuniaria. & quòd in criminalibus etiam
coniuncta persona * admittitur cum cautione de 6
rato, vide Andr. in constitutione, generalia iura.
tamen ibi loquitur in muliere, cui ea priuilegio
conceditur per constitut.regni. vt compareat in
criminali per procur.cum speciali mandato.& sic
datur ei vnum speciale: vt nõ posit habere aliud:
videlicet quòd coniuncta persona admittatur pro
ea, etiam cum cautione. Et tanto minus videtur
bene dicere Bald. in d. §. fina. nam ibi loquitur in
causa famosa. & in causis famosis habemus quòd
sunt graues:& causa famæ * & vitæ æquiparantur. 7
l.iusta.cum gloss.ff.de manu. vin.gloss.in §. suspe-
ctus autem. versic. si ob culpam. Institut. de suspe.
tuto.Bartol.& doct.in l.transigere.de transaction.
C.Ias.in d.l.admonendi.xaviij.char.Item Bald.lo-
quitur vbi est dubium de mandato. quod quando
sit, declarant omnes in dict.l.j.C. de procur.at hic
erat certum de nõ mandato speciali ea inspectio-
ne istrumen.at.eorum quæ not.Paul. consil. xlviij.
incipien.In causa quæ vertitur.iiij.columna.refert
Felin.in cap sicut.xx.columna.de re iudi. Sic dici-
mus per inspectionem actorum probari negatiuã,
secundum Bartol.in l.hi qui cum ciuilia. C. de ap-
pel. Aleaand.consi.clxaxvj.v.colum.ij. volumine.
& lia.vltim.columna.& lv.xiiij.columm.iiij.volu.
Contra hanc impugnationem facit Paul. in l.item
eorũ.§.actor.quod cuius.vni.no. vbi ponens exem
plum, in quo procurator debet cauere de rato, di-
cit, vt quia requirebatur speciale mandatum, &
ipse habebat generale. vt de min.l. quòd si de spe-
ciali. At quando procu.non diceret se habere spe-
ciale, sed generale: non admitteretur, etiam cum
cautione rati. Paul.in d.l.non solum.§. fin. de pro-
cura.vt sic in §.actor.loquatur, quando allegaba-
tur speciale, & producebatur generale. Quartò, est
authoritas Paul.in dicta l.item eorum.§.actor.qui
dicit, quòd actor vniuersitatis, & sic ad vnam cau-
sam habet legitimam administrationem. & de hoc
est gloss.in dicto §.actor.& legitima * administra- 8
tio habet vim mandati specialis: vt patet in tutore
& curatore, in quibus mandatum speciale non re-
quiritur. ita Paul. vbi suprà referens se ad dictã l.j.
§.quibus. vbi limitat, dummodo hic actor fiat ab
ipsa vniuersitate, vel à consiliariis qui repræsen-
tant totum populum. Et sic videtur ex prædictis,
quòd audientia. Apturina, dum interlocuta fuit,
non esse procedendum in causa accusationis, fa-
ctæ per actorem contra testes aduersos de falso:
ex capite defectus mandati, non bene iudicauerit:
& consequenter bene sit appellatum. Item quia
in accusatorio libelln * desunt alia, quæ de sub- 9
stantia requisita sunt: vt super qun articulo, item
quo

quo anno & mense falsum dixerunt. fortè ex hoc
in dicta accusatione non debebat procedi, iuxta
l.libellorum.ff.de accusat.& l.in causis.eodem titu
lo.tales enim defectus etiam parte non opponente
vitiant. vt per Bartolum in l.edita.iij.colum.C.de
eden.Bal.in cap.j.in principio.penult.colum.vers.
& adde.quibus modis feud.amit. dicit quòd in cri
mine falsi proceditur & tenet processus sine loco
& tempore. allegat gloss. institut.de public. iudic.
in principio, in glo.ij.in fine. quæ non firmat hoc.
Angelus in tractatu malefic. in versic.hæc est quæ
dam inquisitio.decima colum.in princi. & in ver.
falsario.decima col.refert Bald.simpliciter & eum
sequitur. Sed an debeat poni articulus super quo
falsum dictum est? Baldus in l.finali. C.de fid.in-
10 strumen.loquens in instrum.dicit * quòd non co-
gitur pars petens edi instrumentum originale, ex
quo vult redarguere de falso, declarare & dicere
in qua parte vult dicere falsum. sed hoc dictũ non
facit, tum quia Baldus ibi dicit rationem: videli-
cet, quia potest ignorare in qua parte originale sit
suspectum, donec videat ipsum: quæ ratio cessat
in testibus, qui in processu sunt. Imò Baldus ibi
probat contrarium à ratione cessante vel diuersa
Alber.& Paul. Item contra appellationem facit,
nam non inserunt causam grauaminis in appella-
tione. debuit enim inseri causa c.vt debitus.de ap
pellat.c.cordi.eodem titulo.cle.appellanti.eod.ti-
tulo. & de iure ciuili est text.in l.ait prætor.§.per-
mittitur. & ibi Bartol.ff.de mino. vtputa quia de-
bebat procurator seu actor admitti, & non fuit
admissus. Et si dicatur quòd in appellatione est ex-
pressa causa, videlicet quia stante accusatione cri-
minali debebat supersederi in causa ciuili, quod
non fuit factum. Imò pronunciatum debere in ci-
uili procedi: & quòd fuit subdita clausula gene-
ralis: & ex aliis causis suo tempore dicendis &c.
argum. cap. qui generaliter. de procurat. libro vj.
11 & c. sedes. rectè hoc non obstat: nam debuit * in
appellatione nominari causa sufficiens. illa quæ
fuit nominata est insufficiens: nam per accusatio-
12 nem * criminalem non impeditur processus cau-
sæ ciuilis vsque ad conclusionem licet condemna-
tio ipsa differatur: cum testes vnà cum parte accu-
sarentur: vt per Cy.in l.j.pen.colum.C.qui accus.
non possunt. Bartolus in l.si testamentum.ff. de pe-
titione hæreditatis. Baldus in l.fina. ad finem.C.de
fide instrumen. Item in causa hac, pars quæ testes
produxerat, erat clericus, qui agebat causam ec-
clesiæ, & non poterat contra eum procedi ob di-
13 ctam accusationem. * quia clericus falsum coram
iudice seculari committens, non potest per eum
puniri, sed est ad ecclesiasticum remittendus. vt
dicit Bartolus in l.diuus.vltima colum. ff. de fal.
Baldus in capitulo secundo.prima colum.de con-
fes. Angelus in l.si vacantia.xxvj.colum.C.de bon.
vacan.libro decimo. Ioannes de Anania in capitu
lo primo.prima colum.de crim.fal. Hostien. Anto.
de Butr. Imol.& omnes in c.verum, de for. comp.
Sozin.in capitu.primo.xiiij.colum.versic.xxij. fal.
& in cap.postulasti.vij.colum.versic.ccxviij.q.eo.
titulo.& dicit Felinus in dicto cap. verum. quòd
hæc est communis opinio. Licet ergo causa alia, sci
licet quia syndicus vel actor non fuit admissus,
fuisset sufficiens & bona, illa non fuit expressa: &
appe. ab interlocutoria * debet iustificari ex pri- 14
mis actis, & ex causa expressa, & non potest iusti-
ficari ex aliis quàm nominatim expressis. etiam si
adsit dicta clausula generalis, & ex aliis &c. secun-
dum Rot.in decisione vij.per textum in dicta cle.
appellanti. in ver.nominatim. sequitur Imol. in l.
iij.§.sed illud.ff.de appel. Anton.de But. & Philip.
de Fran.in dicto cap.vt debitus.x.colum. & Card.
in dicta clem.appellanti.iiij.q.

SVMMARIVM.

1 *Clericus rector vel curator ecclesiæ, agens cõtra debitores ecclesiæ vel altaris, debet ostẽdere titulũ.*
2 *Conuentus ab aliquo tanquam prælato, pro fructibus seu iuribus ecclesiæ, potest excipere dicendo, tu non es prælatus, nec es in possessione prælaturæ.*
3 *Exceptio concludens defectum possessionis, puta quia est intrusus in beneficio, repellit agentem.*
4 *Possessione probata, non tenetur agens probare titulum. & nu.6.& 9.*
Fallit si possessio sit recens nu 5.7.& 8.
Idem si possessio sit antiqua, & habet præsumptionem contra se, vt puta litem & competitorem in eadem re nu.9.
10 *Possessio quando recens, & quãdo antiqua dicatur.*
11 *Intrusione probata, repellitur prælatus ab agendo super fructibus & iuribus ecclesiæ.*
12 *Intrusus quot modis quis dicatur.*

DECISIO VI.


N causa mota per reuerendum Ab-
batem, seu commendatarium sanctæ
Mariæ de Auantio, contra magnifi-
cum Mociam de mocia, super fru-
ctibus annorũ præteritorũ ex dicta
Abbatia perceptorum, ac bonis exinde emptis per
patrẽ dicti Mociæ. Cum pro parte ipsius conuen-
ti sit ad impediendũ litis ingressum opposita exce-
ptio defectus tituli, videndũ est quid iuris. Ad hãc
decisionem vide Baldum in l.ij.penult.& antepen.
colum.C.de seruit. Cardi. Alex. in c.contra.c. dist.
Bald.consilio cxlvij.iiij.volum.tenet, quòd si quis
* tanquam rector vel curator ecclesiæ agit contra 1
debitores ecclesiæ vel altaris, debet allegare & o-
stendere titulum, & quòd de hoc nullus, habens
intellectum alicuius capacitatis, potest dubitare.
Compost.in c.nihil.de elect.cuius verba pouit eo
tacito.& sequitur Spec.in tit.de actore.§.j.ver. sed
pone quidam.ibi, alij dicunt & melius. tenẽt quòd
is qui conuenitur * ab aliquo tanquã prælato, pro 2
fructibus seu iuribus ecclesiæ: si excipit, tu non es
prælatus, non bene excipit: sed debet dicere, tu
non es prælatus, nec es in possessione prælaturæ,
nec haberis pro prælato: & hoc casu agens debet
docere de sua possessione vel quasi, ante litis con-
testationem. Prædictam opinionem sequuntur Ar
chi. Card. But.& Ioan de Imo.in d.c.nihil.de elect.
Domini.in cap.quiescamus.xlij.distinctione. post
Archid. ibi subdens eo modo amittendã esse * ex- 3

eeptionem concludentem defectum poſſeſsionis:
vt ſi opponatur ipſum intruſum per potẽtiam laicorum, quià ſi probetur intruſio, repellitur prælatus ab ageudo. Cardin. Alexander in dicto capi-
4 tulo quieſcamus.ſequitur Domin.& dicit, * quòd
probata poſſeſsione, non habet agens aliter probare de titulo. allegat Rotam deciſione ccccclxvij.
in antiquis incipient. nota quòd poſſeſſor.quæ loquitur quando conſtabat de tituln, licet non plenè. Felinus in capitulo exceptionem. decimatertia columna.de exception, verſic. quaſdam tamen.
ſequitur Domin.in dicto capitulo quieſcamus: & ſic amplectitur opinionem Specul. & Compoſtel. allegans ad idem facere Bartolũ in conſilio lxxij.
incipien. punctus quæſtionis. Rota deciſione iiij.
in nouis incipient.poſſeſſor beneficij.tenet, quòd
5 quando poſſeſſor * beneficij, qui agit ad iura, ſeu
penſionem eccleſiæ debita, haberet poſſeſsionem recẽtem, debet probare titulum.intereſt enim eorum contra quos agit: quia ſoluendo non liberarentur.alleg.Innoc.in cap.quia in cunctis.in gloſſ. cum plures.in verſi.non obſtat.de conceſ.præben. libro ſexto.ratio, quia ex tali recenti poſſeſsione non præſumitur bona fides, nec iuſtus titulus, vt not.Innocen.de in integrum reſtitut. capitulo ſecundo in gloſſa per monachos. ad finem. & idem eſſet, ſecundum eum, quando longo tempore quis poſſediſſet beneficium, & haberet aliquam pręſumptionem contra ſe: vt quia competitorem babet, & item ſuper beneficio patitur. affert Innocent. in prællega.c. quia in cunctis.alioquin ſufficeret, dicit Rota, probare poſſeſsinnem & communem reputationem, quando ſcilicet poſſeſsio non eſſet recens, nec adeſſet præſumptio, de qua ſ.vel alia contrà agere volentem, ſecundum Innocentium in dicto capitulo quia in cunctis. & cap. tranſmiſſa.de electio.& ſic Rota diſtinguit inter poſſeſsionem recentem, & antiquam. Et in antiqua ſubdiſtinguit, an agens habeat litem ſuper beneficio, vel non. Butr.in cap.cum ſuper.de cauſa poſſ.& proprie.penultima columna.& Abb.ibidem in fine.ac etiam Capra.tenent id quod proximè dictum eſt. Idem quoque firmat Abbas in dicto capitulo nihil.de elect.dicens ita debere limitari dictũ Compoſt.vt ſcilicet diſtinguatur inter poſſeſsionem recentem & non recentem. Sed Innocen.in dicto cap.quia in cunctis.qui affertur in authoritate huius ſententiæ, non videtur dicere id ad quod alle-
6 gatur.dicit enim.quòd quando duo * ſunt qui prętendũt ſe prælatos, & vnus ipſorum etiam in poſſeſsione exiſtens, agat contra debitores ad iura ſeu fructus beneficij, debet oſtendere de titulo. Nec. obſtat ſecundum eum.l.cogi.C.de petitione hære-
7 ditatis. qua cauetur, quòd is * qui eſt in poſſeſsione, non oneratur ad oſtendendum titulum: nam ibi contra poſſeſſorẽ non erat præſumptio, prout in caſu Innocent.ex quo hic agens patiebatur controuerſiam in beneficio, & maximè in nouitate: quaſi quòd per poſſeſsionem recentem & nouam ſit etiam contra ipſum præſumptio:& quia illa dictio, maximè, quando ſtaret implicatiuè, induceret quòd ad hoc vt agens debeat oſtendere titulum, ſufficiat ſolum pati controuerſiam, etiam ſi poſſeſsio non ſit noua.Idcirco Hoſtienſis, Ioannes Adræas, Domin. Petrus de Ancharano,& Philippus de Franc. in dicto capitulo, quia in cunctis. quod eſt capit. primum. exponunt illud verbum maxime, id eſt, tantum. quaſi quòd ſi pateretur controuerſiam in beneficio actor, tunc tantum debeat oſtendere titulum quando eſſet in nouitate poſſeſsionis. Secundum hoc dictio, maximè, pro tantum ſumitur in capitulo cum olim.de teſtibus.ibi, teſtes maximè ſenes & valetudinarios. & Ancharanus in dicto capitulo, quia in cunctis. adducit hæc ad quæſtionem diſputatam ſuo tempore Venetiis de quodam debitore eccleſiæ Romanæ conuento ſeu requiſito ab Vrbano Pap.ſexto, vt ſolueret. qui opponebat quòd erat alius Papa in Auinione, qui ſe gerebat pro Papa. Secundum quam doctorum expoſitionem duo debent copulatiuè concurrere, vt agens edat titulum, ſcilicet controuerſia in beneficio, & recens poſſeſ-
ſio. Vnde ſola controuerſia * non data recenti 8
poſſeſsione, non ſufficeret ad compulſionem tituli edendi: nec ſola recens poſſeſsio iſtud inducere poſſet. Et hoc apertè videtur dicere Domin. in dicto capitulo primo.quarta columna.vbi dicit hæc verba.Compoſt.in capitulo nihil.de elect.in fine,
tenet, quòd ſi opponatur contra prælatum * agen- 9
tem nomine prælaturæ, quòd non ſit prælatus, quòd ſufficiat probare ſe eſſe in poſſeſsione prælaturæ, & quòd pro prælato habetur. & ſic non eſt neceſſaria probatio tituli, quo ad hunc finem: ſed ſola probatio poſſeſsionis. tamen ibi non loquitur quando duo dicerent beneficium ad ſe ſpectare. pro quo optimè facit Innocentius in dicto capitulo tranſmiſſam.ibi, iſti autem vltimi ideo non aſtringuntur, quia ſunt in poſſeſsione.& nemo cogitur &c. paulo tamen ſuprà videtur requiſiuiſſe, vt in hac poſſeſsione illi ſint authoritate ſuperiores. Retenta autem deciſione Rotæ pro vera, quæ-
ram quando dicetur * recens, & quando antiqua 10
poſſeſsio ad propoſitum noſtrum. Nam tempus longum & paruum dicitur, ſecundum ſubiectam materiam. vt per gloſſ.in Clement.j.de reb. eccleſ. & in l.ſi cum fideicommiſſaria.§. Ariſto. ff.qui & à quibus. Butr.in capitulo cum ſuper. dicit longo tempore. & ſic notat Abbas in capitulo nihil. dicit, ſi poſſeſsio eſt antiqua, ad inducendam præſumptionem tituli beneficialis, tempus lõgum eſt decem annorum. Antonius de Butr.& Imo.in cap. illud.de præſump doctores in l.ſi filius. de petitio. hæreditatis.& in l.qui in alie.ff. de acquirenda hæreditate. Felinus in capitulo ſicut. xviij. columna. de reiudi. & in capitulo licet Heli.quinta colum. de ſim. Et hoc videtur poſſe applicari ad materiam noſtram, cum agamus de releuando actorẽ à producendo titulum ob non recentem poſſeſsionem, vt ſit decem annorum, ex qua titulus præſumitur, vt ſic ideo non debeat oſtendi. Obſtat capitulum primum.de ſequeſt.poſſ.& feu.in Cle.vbi poſſeſsio minor trium annorum dicitur recens: & hoc verbo, recens, vtitur Felinus in dictis locis. & ſic etiam obſtat regula Cancellariæ trigeſimatertia, de triennali poſſeſsione. Ad hoc reſpondet Felinus in dicto capitulo, licet Heli. quòd quantum

ad vex

ad vexandum quenquam super titulo ab eo qui
non sit prælatus, sufficit triennium ad defensio-
nem possidentis: hic sumus in volente agere. pos-
sessio commedatarij. de quo in casu nostro, est
triennalis, non vltrà. & si esset quadriennalis vel
quinquennalis, idem esset. Et hoc fulcitur ex iis
quæ dicunt prææallegati doctores in dicto capitu-
lo, quia diuersitatem. de concess. præbend. in sexto.
vbi dum volunt ponere exemplum in non recenti
possessione, & noua, exemplificant in eo qui pos-
sederat triginta annis & vltrà, vt non teneatur o-
stendere titulum, etiam si controuersiam patiatur.

Vnum videtur obstare agenti: nam ex inspe-
ctione bullæ præsentatæ & processus fulminati,
apparet de non titulo, & intrusione. nam data pro-
cessus & inuestituræ est ante datam bullæ: & mis-
sio in possessionem fuit facta vigore dicti proces-
sus, formati à non habentibus potestatem: nam
Domin. & Card. Alexand. in dicto capitulo, quie-
11 scamus. dicunt quòd si probetur * intrusio, repel-
litur prælatus ab agẽdo super fructibus & iuribus
12 ecclesiæ. Et quot modis * dicatur quis intrusus, op
timè ponit Domin. in capitulo finali. decimanona
distinctione. vltima colum. & inter alios modos
dat in eo, qui sine authoritate superioris, sed pro-
pria occupat beneficium, vt sunt illi qui nullum
habent titulum. allegat Innocentium in dicto ca-
pitulo, nihil. in glossa magna, circa medium. Item
in eo qui est electus, & ante confirmationem ad-
ministrat. per textum in capitulo secundo. de resti-
tution. in integrum. & de præbend. cap. cum iam du-
dum. Item in eo qui est positus in possessione au-
thoritate superioris, non tamen habentis potesta-
tem conferendi. cap. fina. de exceptio. prælato. cap.
quia diuersitatem. de concessio. præbend. Et de in-
trusis Felinus in cap. in nostra. nona colum. de re-
scriptis. in secundo corrolario. Bulla Papæ dan-
tis commissariis potestatem conferendi seu com-
mendandi, fuit in anno 1504. collatio seu com-
menda apparet in anno 1503. ergo facta à non ha-
bente potestatem. & sic executio processus fulmi-
nati peccat: & consequenter immissio in posses-
sionem vigore illius. Illud nõ est omittendũ, quòd
consensus capituli hîc non videtur necessarius.
nam solus Abbas, & consequenter commissarius
qui habet eadem iura, vt suprà, in tertia decisio-
ne potest agere, & procuratorem constituere. In-
nocentius, Abb. & omnes in capitulo edoceri. de
rescriptis. vbi latè Felinus in capitu. primo de pro-
curator. cum concordantiis adductis per Felinum
in dicto capitulo edoceri. in versic. solus prælatus.

SVMMARIVM.

1 *Compromissum inter coniunctos an impediatur fie-
ri negata coniunctione seu consanguinitate per
alteram partem.*

2 *Iudex secularis incidenter cognoscit de causa spiri-
tuali, & de filiatione. & nu. 4.*

3 *Iudex secularis potest procedere, quando constaret
quòd per calumniam opponeretur exceptio re-
missionis ad ecclesiasticum iudicem.*

5 *Iudex secularis potest pronunciare super vsura, si
constat et notoriè, vel per confessionem partis.*

6 *Legitimum se pronunciari quis non admittitur,
nisi subsit quæstio bonorum, aut diffamationis.
& numero 7.*

DECISIO VII.



IN causa illorum de Campora, agen-
tium contra prætensos filios & de-
tentores bonorum quondam Fran-
cisci de Campora. Cum per parte
conuentorum petitum fuisset cau-
sam debere compromitti ex quo inter coniunctos,
iuxta formã reg. pragmaticæ: & per actores sit op-
positum non habere locum compromissum: ex
quo vertitur quæstio de matrimonio & illegitimi-
tate, per ea quæ notat Paulus in consilio lxix. in-
cipienti, super eo vero. & Alexander consilio lx.
secundo volumine. Bartolus in l. penultima circa
finem. C. de pactis. tenet quòd articulus iste, an
causa sit compromittenda, an non, debet com-
promitti. sequitur Fulgosius ibi, qui dicit se obti-
nuisse: & Paulus & Alexander vltima colomna. &
quidem quando negaretur consanguinitas per ar-
ticulum facti, vt scilicet, quia non fuit contra-
ctum * aliquod matrimonium inter tales. cuius 1
vigore consanguinitas legitima horum descenden
tium probetur, dicerem debere fieri compromis-
sum: secus si per articulum iuris, vt si dicatur ta-
lem esse spurium, ex quo natus ex matrimonio im-
probato seu reprobato, per infrà dicenda. In
proposita quæstione videndum est, an * remissio 2
ad iudicem ecclesiasticum fieri petita per conuen-
tos, locum habeat. Et certè communis opinio se
habet vt fiat distinctio, an dubitatio vertatur su-
per facto: vt quia opponit aliqua ex partibus,
quòd quis non est filius illius de cuius hæreditate
agitur, sed alterius: vel quòd non est legitimus, ex
quo natus sine matrimonio. & sic negatur matri-
monium contractum: vel quòd mulier non fuit
despõsata. Et iis casibus & similibus iudex secula-
ris incidenter cognoscit de causa spirituali, & de
filiatione. l. si quis à liberis. de liberis agnoscendis.
l. ij. C. de ordin. cogn. & sic si petatur vxor, & non
reuocetur in dubium de viribus matrimonij. Bar.
in capitulo tuam. sexta & septima colum. de ordi.
cogn. & ibi Abbas. An verò vertatur super iure, vt
si dubitaretur an matrimonium fuerit legitimum
vel non: vel an tales fuerint habiles ad matrimo-
nium contrahendum. & his casibus & similibus
etiam incidenter Iudex secularis non valeat co-
gnoscere: sed debeat remittere rem ad ecclesiasti-
cum. Et istam distinctionem tradit Bart. in l. omni
nouatione. C. de sacrosanct. eccles. l. quoties. C. de
iudi. & in l. ij. ff. de iurisdictione omnium iudi. in l.
Titia. ff. soluto matr. omnes istud sequuntur, & la-
tè Alexander in dicta l. Titia. quarta columna. Fe-
linus in capitulo cum sit generale. de foro compe-
tenti. iij. columna. in quibus locis extant authori-
tates concordantes & discordantes. In casu de
quo agitur, si nos dicimus actores, dum replicaue-
runt contra compromissum, opposuisse per verba
denotantia dubitationem facti, vtputa nõ debere
compr

compromitti, ex quo fuerunt illi nati non præcedente matrimonio: tunc Senatusconsulto posset procedere sine dubio. si verò per verba denotantia dubitationem iuris, tunc videtur esse idem: videlicet vt procedatur in Senatusconsulto. Ex quo apparet hanc obiectionem factam fuisse per curatorem seu procuratorem, & deinde fuisse reuocatam, quod fieri potuit non docto aliter de errore, secundum Rotam decisione cclx. incipien. procurator. articulo in nouis. Imolaus in capitulo finali. iiij. columna, de confessionib. Felinus in capitulo j. xij. colum. vt lite non contestata. sufficit enim probare rem aliter se habere, secundum Imo. vbi suprà v. col. per glossam in l. certum. §. sed an & ipsos. ff. de confessio. quod videtur esse hic probatum per ostensionem libelli, in quo agitur simpliciter petitione hæreditatis. Quando de dicta reuocatione non esset habenda ratio, vel non fuisset facta, causa deberet remitti ad ecclesiasticum, si præsupponimus fuisse obiectum per verba ius denotantia, vt dictum est, sed dicta reuocatione præsupposita: vel quòd fuit obiectum per verba denotantia factum, est videndum ex quo conuenti habuerunt recursum ad ecclesiasticum, super iactantia illegitimitatis contra actores, & petierunt ibi declarari se esse legitimos. & curia ecclesiæ significauit hæc Senatusconsul. nolens inhibere ob honorem ipsius Senatusconsul. an ob hoc debeat

3 supersederi? Quòd sic, facit: nam Iudex * ecclesiasticus, coram quo pendet incidens quæstio, potest mittere inhibitionem Iudici causæ principalis, ne procedat, vel processum inchoet in principali. capitulo tuam. de ordin. cognitionum. vbi Antonius de Butr. septimo notab. & Abbas vlt. notab. quinimo parte opponente processus Iudicis secularis esset nullus, etiam sine inhibitoria, secundum Antonium in dicto capit. tuam. iiij. columna, post Federicum. de Sen. de quo per Abba. ibi. v. col.

Quòd non, faciunt duo: primò, quia hic accessus ad iudicem ecclesiasticum fuit voluntarius. si enim non fuit aliquo modo dictum per actores de illegitimitate reorum, & si quid dictũ fuit, extitit reuocatum: ergo iudex secularis potest procedere, cum adhuc non inciderit quæstio spiritualis: imò calumniosè videtur hoc iudicium procuratum. & quando constaret quòd per calumniam opponeretur exceptio remissionis ad ecclesiasticum iudicem, iudex secularis potest procedere. Baldus in l. j. in fin. C. de sentent. quæ sine cert. quant. Alexand. in dicta l. Titia. iiij. fallen. & Felinus in dicto cap. cum sit generale. iiij. declarat. & subdit Alexã. vbi suprà, quòd ad obuiandum calumniis, iudex secularis debet statuere petenti remissionem, terminum ad producendum coram eo capitula, quę vult probare coram ecclesiastico, vt videat an releuetur. Secundò facit: nam nullo modo, etiam si quæstio de matrimonio per verba denotantia ius incidisset, causa debet remitti. Constat enim quòd

4 quilibet iudex * secularis pronuntiare potest super re spirituali per modum causæ: vt si pronuntietur filium succedere, quia legitimus est. nam aliud est directò pronuntiare, aliud per modum causæ. l. j. C. de ordin. iudic. ita Baldus in authent. ad hæc. C. de Lati. lib. toll. quem refert & sequitur Ias. in dicta l. quoties. penultima colum. versicu. xj. limit. C. de iudic. Ad primum potest responderi, quòd præsumptio calumniæ, quæ ob transitus ad ecclesiasticum resultaret, euidenter excluditur: ex quo rei isti fuerunt ad hoc prouocati, dum in dicta obiectione cõtra compromissum fuisset per actores dictum de illegitimitate & viribus matrimonij inualidis. Ad secundum, quod prima facie videtur esse durum, respondetur, quòd Bald. se non firmat in dicta authentica, ad hæc. sed dicit, vel dic vt dixi in dicta l. quoties. & in l. illa tenet, quòd etiam vbi esset contentio de facto, secularis non potest procedere. Vel & secundò dici potest, quòd Baldus loquatur vbi non contentiosè, sed per confessionem & de plano iudex informationem cœpisset de quæstione etiam iuris: nam tunc potest secularis de articulo, etiam iuris, hoc modo cognoscere. ita singulariter Specul. in titulo de reconuentione. §. nunc dicamus. versicu. sed nunquid incidenter. quem refert & sequitur Baldus in d. l. Titia. & in l. filium diffinimus. de iis qui sunt sui vel alieni iuris. & in dicta l. omni nouatione. Alexander in dicta l. Titia. iij. limita. Felinus in dicto cap. cum sit generale. ij. declarat. Vnde infert Aretinus ibi, quòd si seculari constat * notoriè 5 de vsura per confessiones partis, potest super ea pronuntiare. & quòd Baldus ita intelligi debeat, exprimit clarè Fel. in d. ca. cum sit generale. secunda declaratione. At in causa ista quæstio spiritualitatis contradictoriè examinanda est: nam conuenti isti non fatentur matrimonium inualidum. ergo causa est remittenda. Quod in S. Consil. nullo modo procedi possit, videtur ob dictam pendentiam litis in curia ecclesiastica super illegitimitate. nam vt notant doctores præcipuè Antonius de Butr. & Abbas in dicto cap. tuam. quæstio * le- 6 gitimitatis potest introduci principaliter agendo, vel per exceptionem aut replicationem incidenter. Esto ergo quòd per dictam reuocationem non potuerit peti remissio incidenter: tamen cum principaliter in curia ecclesiastica mota sit, ob hoc potest peti vt supersedeatur, per dicta iura. Quia autem potuerit quæstio hæc coram ecclesiast. moueri principaliter, est authoritas Angeli in dicta l. quoties. C. de iudi. vbi dicit * quòd ad petendum pro- 7 nuntiari se legitimum, non admittitur quis, nisi subsit quæstio bonorum aut diffamationis: in causa hac subest quæstio introducta in Senatusconsul. item diffamatio. licet hæc non sit necessaria, cum vnum sufficiat. ergo &c. & illud dictum Angeli quod originaliter fuit Innocen. in cap. lator. qui filij sint legitimi. sequitur & refert Cardinalis Alexander in eodem capitulo lator. in fin. j. columna.

Fuit votatum, quòd attenta significatoria ecclesiastici, supersedeatur in causa mota in Sacro Consilio.

SVMMARIVM.

1 *Sententia potest ferri contra aliquos ex pluribus consentientibus simul & semel, & quo ad alios non super re diuidua.*

Citatio

2 *Citatus ad causam, si sua putauerit interesse, videtur esse reus voluntarius: vnde accessoriè, & non principaliter videtur vocatus: quare ipsa causa non potest finiri, nisi simul & semel.*

3 *Citatus ad causam si sua putat interesse, & asserat se possidere: ratione possessionis fit reus necessarius: & si habet priuilegium fori, potest petere remissionem.*

4 *Citatus habens clausulam, si sua putauerit interesse, aliàs procedetur in eius contumaciam: ita alterat, vt videatur citatus reus necessarius.*

DECISIO VIII.



N causa Reuerendi domini Prioris Baroli cum magnifico domino Ioanne de Tupho, dubitatur an dictus dominus Ioannes, qui conuentus est à præfato D. Priore sub vno tamen libello, vna cum vniuersitate & Baiulis Lauelli: si sua interesse putauerint: ad prosequendam quandam litem aliàs motam contra suos prædecessores Lauelli Dominos, ac vniuersitatē prædictam possit expediri contra eundem Priorem, volentem vt causa contra eum nunc expediatur, quo ad capita quæ eum comprehendunt: cum contra vniuersitatem iam expediri non posit, ex quo cœpit beneficium. Et an posit dicere, causæ expediantur simul & semel, cum insimul cœptæ fuerint: licet diuidua sint iura, quibus ipse conuenitur à iuribus
1 ob quæ vniuersitas prouocata est. * Iure cauetur, quòd quando plures in simul cóuenirentur super re diuidua, potest contra aliquos ex ipsis ferri sententia, & quo ad alios non: vt in l. non idcirco. ff. de iud. ibi, præsentium. & in l. de vnoquoque. ibi, inter præsentes. ff. de re iud. l. j. C. si vnus ex plur. l. Carmelia pia. ff. de iure patron. Sed dubium facit,
2 quia præfatus Dn. Ioannes fuit citatus, si sua * interesse putauerit, & sic videtur esse reus voluntarius, vnde accessoriè & non principaliter videtur vocatus ad causam: ergo nō potest finiri, nisi simul & semel. & quòd ita vocatus sit reus voluntarius; colligitur ex not. per glo. in l. ea quidem. in glo. fi. C. si manci. ita fue. alie. not. Paul. in l. si libertus. ff. de in ius voc. per c. veniens. ij. de testib. & habetur per Alex. in l. de pupillo. §. j. in fine, de noui operis nun. qui subdit, quòd si taliter citatus vult probare de interesse, erit purificata conditio citationis. & per Ias. post Bald. in l. fi. xj. col. C. de edi. diui. Adr. & per Fel. plenè in c. cum inter. ix. & x. col. de exce. Solutio. dicas, quòd licet citatio cum d. clau. non arctet citatum, & faciat eum voluntarium: tamen
3 hoc non habet locum, quando ita citatus * compareret asserens se posidere: nam ratione possessionis erit reus necessarius. vnde si habet priuilegium fori, potest petere remisionem. Petrus de Anch. in regula ea quæ. col. lviij. quæstione xvij. & nota bene: nam secundum Pet. vbi suprà. sufficit quòd allegetur istud interesse. sed Alexander in dicta l. de pupillo in fin. dicit quòd debet probari. In casu nostro constat quòd do. Ioannes asserit se posidere: ergo de tali clausula non videtur esse curandum, quòd aliquid importare hàbeat, & tanto magis, quia in citatione facta contra dominum Ioannem post clausulam, si sua interesse putauerit. est illud verbum, videlicet: * aliàs procede- 4
tur in eius contumacia, quod alterat clausulam supradictam, vt videatur reus necessarius. ita Sozinus tract. de citat. ij. articulo princip. xiiij. quæstion. Fuit notatum, quòd procedatur ad instantiam domini Prioris, contra dominum Ioannem ad conclusionem in causa. & quòd in expeditione deliberabitur an simul & semel expediri omnes causæ debeant.

SVMMARIVM.

1 *Iurisdictionem alterius iudicis sine proprij iudicis consensu partes possunt prorogare.*

2 *Iudex proprius non potest aliquem coram alio litigantem, vel eum qui priuilegio fori renunciasset, repetere. Limita vt non obtineat in subditis Comitum, Regum, & aliorum principum perpetuorum, & hoc in his quæ sunt reseruata Principi, & in feudo, & similibus numero iij. & nu. 8. 9. 14. & 15.*

4 *Iurisdictionem habent in territorio suo & in habitantibus in eo Domini terrarum in regno Neapolitano.*

5 *Subditi habitantes licet feudum à domino non recognoscant, tenentur iurare fidelitatem ipsi Domino.*

6 *Iuramentum fidelitatis dicitur iuramentum assecurationis.*

7 *Durum est contra stimulum calcitrare.*

10 *Vasallus Baronis potest prorogare iurisdictionem in alterum in cæteris causis, quàm in feudo quod habet à Domino & num. 11.*

12 *Iurisdictionis prorogatio potest fieri etiam in præiudicium Iudicis proprij circa sportulas.*

13 *Clericus non potest prorogare iurisdictionem in alterum sine licentia sui episcopi.*

15 *Iurisdictionis prorogatio etiam de partium voluntate fieri non potest, stante priuilegio Domini, quòd cæteri officiales non possint se de causis talium vasallorum intromittere. & nu. 16.*

17 *Priuilegio Domini continentè clausulam decreti priuatam, puta si secus attentatum fuerit, sit irritum & inutile: tunc per partes etiam consentientes vel ignorantes non potest renunciari. & numero 18.*

DECISIO IX.



N causa vertente & mota in Reg. Con. per Angelum de Vena contra Magistrum actorum Curię Admiratix, dubitari contingit, an illustris dominus Admiratus regni, qui ex priuilegio habet iurisdictionem in suos officiales, & actorum Magistrum: posit repetere dictam causam ad se, non obstante quòd dictus conuentus iurisdictionem S. Con. non declinauerit, imò tacitè in eo cōsenserit. Et præsupponam regulam quæ se habet, quòd partes * prorogare possunt iurisdi- 1
ctionem alterius iudicis sine proprij iudicis consensu. Bart. in l. j. §. & post operis. vlti. col. per illum textum. ff. de nou. oper. nun. And. in l. Imperialem.

§. præt

§.præterea si inter duos x.col. de prohib.alien.per
Fed.facit optime text.in l.j.& ij.ff.de iud. dum ibi
in prorogatione ponderatur solum consensus par-
tium,& non superioris.quæ iura ad hoc affert An-
dreas ibi & Ias.in d.§.& post oper.iij.col.& proba-
tur in c.Romana.in prin.in gl.in ver. clericorum.
iuncto tex.de fo.comp.li.vj.quã alle.Alex.i.in d.§.
& post operis.penul.col,secundum quam regulam
2 iudex* proprius non potest repetere supradictum
coram alio litigante, vel eum qui priuilegio fori
3 renuntiasset. Limitatur primò dicta regula,vt* nõ
obtineat in subditis Comitum, Regum vel alio-
rum Principũ, & Baronum perpetuorũ. quoniam
non poruerunt tales subditi sine dominorum con
sensu prorogare iurisdictioné alterius iudicis non
subditi dicti Domini, ita Paul.in d.§.& post ope-
ris.per text.in cap.per venerabilem.§. insuper.qui
fil.sint legit. & idem Paulus in l.j.ij. colum.C.vbi
de crim.agi.oport.quem alij non allegant.per d.§.
insuper.Secundum hanc limi.sequeretur quòd Ba-
rones Regni,qui omnes sunt domini perpetui,pos
sent repetere semper eorum subditos alibi litigan-
tes, etiam inuitos. at Alexand. in d.§.& post ope.
penult.colum.reprobat istam limit. cum iure non
probetur quòd subditi non possint prorogare sine
consensu Domini,& est contra generalitatem. d.l.
j.& ij.de iudi.& respondet ad d.§.insuper:quòd lo
4 quatur * in his quæ sunt reseruata Principi, prout
est facultas legitimandi:vt not.in auth.quib. mod.
nat.effi.sui.§.fin.vnde meritò non poterat subitus
Imperatoris prorogare iurisdictionem in Papam,
nec econtra,pari ratione:& cum Alex.transit Car.
Alex.in d.l.imperialem.iiij.col.Contra Alex.facit:
nam isti Domini terrarum, præcipuè in regno no-
stro,habent iurisdictionem in suo territorio. l.pu-
pillus.§ territorium.ff.de verbo. signific.l. nulli.§.
quod si in vico.C.de episc.& cler.& consequenter
inhabitãtes ibidem:vt in c.j.qualiter vass. iur.deb.
fid.secundum And.Bald.& Alua.ibi.j.col.propter
5 * quam iurisdictionem isti habitantes, licet feu-
dum à domino non recognoscant, tenentur iura-
re fidelitatem eidem Domino terræ: quod iura-
6 mentum * propriè dicitur iuramentum assecutio-
nis:de quo iuramento habetur in d. cap.j. qualiter
vass.iu.deb.fid. vnde isti vassalli ratione habitatio-
nis & iurisdictionis non debent posse prorogare
iurisdictionem alterius sine consensu domini, &
ad hoc videtur tendere id quod ponit Bal.in l.de-
cernimus.C.de sac.san.eccle. quem refert & sequi-
tur Alex.in d.§.& post ope.pe.col. vbi dixit quòd
7 * vbicunque aliqui sub iuramento fidelitatis sunt
de iurisdictione alicuius,nõ possunt sine suo con-
sensu iurisdictionem in alterum prorogare:allegat
glo.in d.§.si inter duos.Durum videtur contra sti-
mulum calcitrare:nam Alex.loquitur in Regibus,
Comitibus &c. quos clarum est habere iurisdi-
ctionem perpetuam & quòd eis iuratur fidelitas
8 ratione iurisdictionis: & tamen * vassalli eorum,
quando non agitur de feudo, possunt secundum
eum prorogare iurisdictionem alterius sine Do-
minorum consensu.Tenendo hanc opinionem de-
bemus intelligere quòd Bald. in d. l. decernimus.
loquatur de his qui sunt de iurisdictione alicuius
sub iuramento fidelitatis ratione feudi: & tunc
quando agitur de feudo,non aliàs.Et ita hanc ma-
teriam videtur intellexisse Ias. in §. & post operis.
iij.fallen.vbi infert limitationem Bartol.quæ erat,
quòd quãdo iudex habet aliam qualitatem in sub-
ditum quam simplicem iurisdictionem : non pos-
set subditus prorogare in alium iudicem sine Do-
mini consensu, procederet quando vassallus liti-
garet super illa qualitate scilicet, super re feudali:
& quòd ita propriè loquitur text. in dicto capit.
ex transmissa.in verbo, de seculari feudo. de foro
comp.secus si de alia re litigaret,quoniam tunc se-
cundum eum non esset necessarius consensus Do-
mini.allegat ita tenere Angel.in d.l.j.ff.de iudic.&
Alua.in d.§.præterea si inter. Secundò limitatur
dicta regula,vt non habeat locum,quando in sub-
dito adesset alia qualitas subiectionis, quam iuris-
dictionis simplicis: vt * quia teneret à Domino 9
rem feudalem vel tributariam:tunc enim non po-
test iurisdictionem alterius prorogare. ita Bart.in
d.§.& post ope.& in d.l.j.j.col.ff. de iud.Anton.de
But.in c.ex transmissa. & in cap.ex tenore. de foro
compet. & in capitu.cæterum.de iudic. Et aduer-
tendum : nam Bartol. in dictis locis apertè sentit,
quòd*vassallus Baronis sub eius iurisdictione exi- 10
stens,si non tenet ab eo feudum, potest proroga-
re iurisdictionem alterius. Et si tenet feudum su-
per * feudo tantum, non prorogabit : in aliis sic. 11
& sequitur Alex.in d.§.& post oper.pen.col. & di-
ctum Bart.omnes sequuntur.idem tenet Innoc.in
c.cæterum.de iudi.Anto de Butr.ibid.pe.col.affe-
rens ad hoc d.§.insuper.& Host.in summa. de for.
comp.§.j.versic.sed nec videtur.istud firmat etiam
Ant.de But.in d.c.ex transmissa.de fo.com. Ter-
tiò limit. * nisi in prorogatione iurisdictionis fa- 12
cienda,afferretur præiudicium iudici proprio: vt
vt quia esset habiturus sportulas,si coram ipso liti-
garetur.Pau.in d.§.& post oper. per not.in l.ij.ff.si
quis in ius voca.non ier. & voluit allegare secun-
dum Alex.gloss.in l.de iureiur.in glo.ij. ad munic.
Pau.in hoc est solus, & secundum Alexan.eius di-
ctum.l. non probatur. & contrarium tenuerunt
Pe.& Cyn.in l.si quis ex consensu.vj.q.C.de episc.
aud.Ioan.And.in Spec,de compe.iu.adr.§.j.in ad-
dit.incip.quæritur an ordinarius.per rationes, de
quibus ibidem per eos.& Alex.in d.§ & post oper.
pen.col. Quartò limit. nam * clericus non po- 13
test prorogare iurisdictionem alterius sine licen-
tia sui episcopi.c.j.& c. significasti. de foro comp.
Bart.& alij in d.§.& post oper.vbi videas rationes
diuersitatis per Imol.Alex.& Ias. Quintò limit.
nisi* essemus in causis reseruatis Principi.nã tunc 14
non posset alius iudex in causis huiusmodi proro-
gari.d.c.per venerabilem.§.insuper.qui fil.sint leg.
prout eum inducit Alex.in d.§.& post ope.pe.col.
& ibi Ias.in fin.sequitur Alua.in d.§. si inter duos.
iij.col.& ibi Card.Alex.iiij.col.eius vers.referens.
alleg.not.extrà,de excep.præl.c.inter dilectos.per
Inno.in c.cum M.de constit.& Archid.in c.rebus.
de rescript.lib.vj. & per Bald. in dicto §.præterea.
Limitari posset & sextò, nisi * in priuilegio iu- 15
risdictionali Dominus Rex apponeret clausulam
priuatiuam : vt quòd alij eius officiales non pos-
sint se de causis talium vassallorum subditorum
vel hominum se intromittere.Cum enim Rex mo-
narcha,

narch... Rex noster, & sic Cæsar, det iurisdictio-
nes: vt in l. j. ff. ad legem Iuliam de ambit. & ab eo
iurisdictiooes ipsæ fluant & refluant, sicut flumina
ad mare: secundum Bald. in l. j. § ad hæc. v. col. de
pace infir. cæteri iudices contra eius voluntatem
non possent cognoscere de causis. Et constat quòd
16 quando Princeps * limitat iurisdictionem in cer-
tis causis seu personis, non habet locum prruroga-
tio, etiam de voluntate partium. vt in authentica
habita. C. ne filiuspro patre. & ibi per Baldum. viij.
colũna ver. super hoc distingue. & per Bald. & An-
gelum in l testamenta. C. de testa. licet aliàs in du-
bio iurisdictio specialiter coocessa io certis locis,
terris, causis, aut personis, videatur non priuatiuè
sed cumulatiuè attributa, vt latè probat Ludo.
consilio. cccxciij. incip. præsens consul. & Felinus
in d. c. cæterum. iij. colũna de iudic. & vide ibi An-
ton. de Bu. in vltimis verbis suis. & And. Sicul. in c.
studuisti. de offi. deleg. & iurisdictio videtur da-
ri priuatiuè, quando id constaret ex verbis priui-
legij. Fel. in d. cap. cæterum. iij. colum. allegat con-
silium Ludo. & etiam istud tenet Ang. io d. l. testa-
menta. signa verò id cognoscendi vide per Feli. in
c. pastoralis. de offi. ordi. per totum. & tanto magis
hæc limitatio procederet, quando in priuilegio ad-
17 esset clausula decreti. * quãdo enim in aliquo actu
apponitur à superiore clausula annullatiua, vt si
dicitur, si secus attentatum fuerit, sit irritum &
inutile: tunc etiam de consensu partium noo po-
test renunciari. glo. in c. statutũ. ad finem princip. in
versi. committatur. & in c. dispendia. in ver. proces-
sus. de rescrip. in vj. Gemin. in c. cum bene. de præ-
ben. eorum li. Baldum in l. ooo dubium. x. col. de
leg. tex. & ibi Cano. io cap. dilecto. circa fi. ver. nisi
18 forte. de præben. Et clausula hæc * decreti afficit
etiam ignorantes, vt acta sint nulla, etiam si pars
non alleget, etiam si iustè processum sit. Abb. Imo.
& But. in capitulo cæterum. de rescri. vbi latè Fel.
x. columna. Abb. in c. audita. pe. col. de resti. spo. &
quòd ignorantes afficiantur, est tex. in c. si eo tem-
pore. de rescri. in c. pe. de præben. in vj. His præsup-
positis in iure, præsupposito quoque in facto, quòd
in priuilegio D. Admirati sit clausula priuatiua iu-
risdictionis: videtur concludendum, quòd remis-
sio fieri debeat. Fuit votatum causam esse remit-
teodam ad Admiratum.

SVMMARIVM.

1 *Moniales sanctæ Claræ, quæ sunt secundi ordinis sancti Francisci, non possunt tenere bona in particulari, sed in communi.*
2 *Moniales, quæ sunt tertij ordinis, possunt etiam tenere bona in particulari.*
3 *Fratres tertij ordinis in feudo succedunt.*
4 *Clericus & mulier non succedunt de iure feudorũ, secus in regno Franciæ. Fallit si seruari potest per substitutum. numero 5.*
6 *Monachus & monasterium, etiam quo ad commoditates non succedunt in feudo, quod non vadit nisi ad heredes sanguinis.*
7 *Successio in feudis titulatis, quæ habent speciem separatam, transit in infinitum.*
8 *Hæres sanguinis tantum succedit in feudis, nam hæredis appellatione is tantum venit.*
9 *Feudum fœmina transit ad Monasterium durante vita monialis, ex quo semel fuit habilitata.*
10 *Monasterium potest habere feudum quo ad commoditates: durante vita feudatarij, quando non ageretur de ipso feudo perpetuo & dominio retinendo, & esset talis naturæ quòd seruitium pro eo debitum posset æquè præstari per Monachum sicut per vasallum.*
11 *Vasallus habet electionem regulariter in omni feudo, an velit personaliter seruire, an soluere pecuniam: vbi non esset electa industria personæ.*
12 *Electa industria persona non videtur, vbicunque sit mentio heredum in concessione feudi.*
13 *Vasallus habet electionem in Regno dare pecuniã, seu adobam.*
14 *Feuda dantur pro militari seruitio. Vasallus tenetur seruire Regi, quando est bellum in Regno, de sua persona, cum tribus equis, tribus mensibus in anno, si feudum est valoris xx. unciarum &c.*
15 *Rex non cogitur recipere pecuniam, si nollet feudatarius personaliter seruire. quia aliud pro alio &c. & nu. 18.*
16 *Fœmina eo ipso quòd habilitata est ad succedẽdum vigore inuestituræ, dicentis quod heredes vtriusque sexus ex acquisitoris corpore descendentes: videtur etiam habilitata ad præstandã adobam, seu ad mittendum substitutum.*
17 *Feudum monialis, vita durante stabit ad monasterium quo ad commoditates.*
19 *Exceptio requirens altiorem indaginem facti, debet ad merita reseruari.*
20 *Exceptio requirens longam & dubiam iuris altercationem ad instar erroris iuris intricati, qui æquiparatur errori facti, deb. ad merita reseruari.*
21 *Libellus incertus admittitur, quando est probabile iuris dubium.*
22 *Clausula, ius & iustitiam ministrari, est tantæ virtutis, quòd si ex narratione facti possunt elici plures actiones apta & inepta, & conclusio super inepta: poterunt fieri probationes, & ferri sententia super apta.*
23 *Iudex potest impartiri officium suum etiam non petitum, virtute clausulæ, ius & iustitiam &c.*
24 *Clausula, ius & iustitiam &c. facit pronuntiari super nõ petitis, procedentibus ab eodem fonte cum petitis.*
25 *Princeps iudicat vltra contenta in libello.*

DECISIO X.



N causa Dominæ Rogasiæ Caietanæ
monialis sancti Cosmati de vrbe &
Mon. ipsius pro ea agentis ad castra
Mõtis Rodonij & Marchiæ Prouin-
ciæ terræ laboris, contra magnifi-
cum Ludouicum de Afflicto, ex successione quon-
dam magnifici Berardini Caietani fratris dictæ do-
minæ Rogasiæ, cum per præfarum Ludouicum op-
poneretur agenti ad impediendum litis ingressum,
quòd tam ipsa Rogasia quàm Mon. sunt inhabiles
ad feuda: per ea quæ habentur in cap. j. de mi. vasal.
qui ar. be. depo. in ca. qui clericus. si de feu. fue. con-
trouer. & c. j. de ben. fe. & c. j. in fi. an mutus. maximè
quia hic sumus in monialibus sanctæ Claræ, quæ
sunt * secundi ordinis sancti Francisci, & non 1

possunt tenere bona in particulari. sed solum in
communi. vt no.glo.cle.j. in prin.in ver. obedien-
2 tiam.de relig. domi.licet hi qui sunt de tertio * or-
dine,etiam in particulari bona posśideant, secun-
dum d.gl.quę vult quòd isti non profitētur regulā,
quo ad tria substantialia: sed habent solum quen-
3 dam certum modum viuendi.& ideo Fratres * ter-
tij ordinis in feudo succedunt,secundum Ludoui.
consi.ccclxvij.pe.col.Panor.Barb.in cap.ex parte.
de feu.Car. Alex. in capit. j.§. & quia. vj.columna
de his qui feuda da. po. & Curt. secunda parte. xx.
q.Ioan. fa.insti.de l.par.tu.tenet,quòd de iure feu-
4 dorum * mulier & clericus non succedunt, secus
in regno Franciæ.Iaso.in auth.ingressi.vlti.colum.
distinguit inter seruitium reale & personale, vt
primo casu Monasterium habeat feudum, secun-
do non. plura allegat. Videndum est an d. excep.
militare habeat. & mihi visum fuit quòd non, du-
plici fundamento. Primum est: nam quamuis va-
riè doctores senserint in eo puncto, videlicet an
clericus seu monachus succedat in feudo, seu feu-
dum retinere posśit. Quidam enim tenent affir-
matiuam, & alij negatiuam, prout latè referunt
Card.Alex. in cap.primo.§. & quia. v. column. de
his qui feu. da. po. Felin. in capit.in præsentiarum.
xxiij.columna. versi.fall.ij. Barb.in rub.de feu.j.q.
Curt.in tract.feu.iij.parte.ver.x.& Iaco.in suo feu.
tra. in versicu.& quibuscunque hære. ij. columna.
Quinimo affirmatiuam communem opi.esse dicit
Car.Alex. vbi ꝫ. allegans idem dicere Laude.ibi &
pro ea opin.quòd cõmunis sit, firmat Salyc.in au-
th.ingressi.de sac.san.eccl.quem refert Iaco. in lo-
co præallegato: & habetur per Feli.in dicto cap.in
præsentia. & respondent istud tenentes ad d. iura,
videlicet c.qui clericus si de feu.fue. contro.& c.j.
5 de mi.vass.qui ar.bell.cum simi.quòd * vēdicant si-
bi locū,quando esset feudum talis naturæ,quòd in
eo non posśit seruiri per substitutum, vel ecclesia
nollet seruire. sed quando in feudo seruiri posset
per substitutum, & clericus seu monast. vellet per
substitutum præstare seruitium, admitteretur. Sed
plures opiniones circa passum de quo agitur repe-
rio vnam affirmatiuam, & aliam negatiuam pe-
nitus: & hæ sunt duæ. Tertiam, de qua infrà, dum
allegaui Bal. & Alua. in capit. j.de mil.vass. qui ar.
bell. & Alex.consi.x. videlicet, quòd ad monaste.
vadant commoditates viuente vass. Quartam, vi-
delicet quòd istud de cōmoditatibus ita procedat,
dummodo non simus in feudo, quod non vadit
6 nisi ad hæredes sanguinis:& quòd * in feudo,quod
non vadit nisi ad hæredes sanguinis,etiam durante
vita vasalli,monaster.nihil habeat. & hæc fuit opi.
Car. Alexan. in c.j.§. & quia.de his qui feu.da.po.
xv. column. sed istud dicit ex capite suo. imò Bal.
quem ipse allega.in l.fi. de episc.& cle.v.col.loqui-
tur in casu, in quo volumus feudum perpetuò ad
7 monaster. transire. Præterea * dum ponit speciem
istorum feudorū,intelligit de feudis titulatis, quæ
habent speciem separatam, ex quo in eis in infini-
tum succeditur: vt per Bald.in cap.j.de feu.mar.&
8 ibi Alua. in §. capitanei. Præterea * in feudis non
venit nisi hæres sanguinis,& appellatione hæredis
is tantum venit: vt in capit. j.§. cum verò. de his
qui feu. da. po. & in capit. j.§. item si fuerit. qui.

in o.feu.amitt.in capit. j. de suc.feudorū [illegible]
Quinta opin. est, vt in fœmina dicatur * feud[illegible] 9
transire ad monast. durante vita monialis, ex quo
semel fuit habilitata &c.vt ponit Feli.in dicta [illegible] p.
in præsentia. xxiiij. columna.& Cur. tertia parte.
versi.x. Attamen quando * non agretur de feudo 10
ipso perpetuo & dominio per monaste.retinendo,
& esset naturæ talis, quòd seruitiū pro eo debitum
posset æquè præstari per monasteriū sicut per vass.
tunc monasterium habebit illud durante vita feu-
datarij, quo ad commoditates. ita Bal.in dicto c.j.
de mi.vassal.qui ar.bell.quem refert & sequitur ibi
Alua.ij.columna in dicta auth.ingressi.Alexā.con.
si. x. iiij. columna, v. vol. & in hac opi. non datur
cōtradictor,sed ita est*quòd in omni feudo regula 11
riter est in electione vass. an velit personaliter ser-
uire,an verò soluere pecuniam: vt Alua post anti-
quos.in l. j. in fine. de pace iurament. & in l. im-
perialem. §. firmiter.de probi. alie.per Fede. Iac.
in versic.& promiserunt.x. columna in dicto trac.
An sit idem,velle soluere pecuniam,vel dare substi
tutum, cogita.nam Cur. in dicta iij.parte. versic.x.
& Feli.in dicto capit. in præsentiatum.dict. ij. fal.
tradunt, an posśit per substitutum seruire. quod
locum habet, vbi non esset electa industria perso-
næ,secundum Baldum in l. quisquis.C.de episco.&
cle. & in capit. quæ in eccle. de constitutionibus.
refert Feli. in dicto ca. in præsentia. xxiiij.col.sub-
dens,quòd*vbicunque in cōcesśione sit mentio hę- 12
redis,non videtur esse electa industria personæ.al-
lega.Cy.in d.l.quisquis.& quòd Bal. ibidē facit de
hoc festum:videlicet quòd industrialia*non trans- 13
eunt in hæredē. Et si dicatur, quòd in Regno nos-
tro est in electione vassal. dare pecuniam seu ado-
ham,cum feuda dentur pro militari seruitio:quod
consistit* vt vass. seruiat,quando est bellum in Re- 14
gno domino Regi,de persona sua cum tribus equis,
tribus mensibus in anno: si feudum est valoris xx.
vnc.vt dicit And.in c. j. in fi. quis dicatur dux. &
in constit. Regni. si vassal. vlti. columna & quod
And. in capit. j.§.fi.ij. col.de capi.qui cur. ven.&
in capite j.quis dica.dux. vlti.col.dicit,quòd Rex
non cogetur * recipere pecuniam, si nollet feuda- 15
tarius personaliter seruire:quia aliud pro alio &c.
l.ij.§. j.ff.si cert.pet.C.de sol.l.eum.& l.iuris.cum si.
& latè in trac. meo. capit. feudatarij adhoant. Ad
istud respondeo: nam feudum iam erat translatum
in fœminā,*quæ eo ipso quòd habilitata extitit ad 16
succedendum vigore inuestituræ, quæ dicit quòd
hæredes vtriusque sexus ex acquisitoris corpore le-
gitimè descendentes: tunc authen.constit. Regni.
vt de successio. videtur etiam habilitata ad præ-
standam adoham, seu admittendum substitutum:
vt tenet Spe. etiam in feudo ligio. in titu. de feud.
§.quoniam. versic. xxj. & ideo hoc casu * indubi- 17
tatè feudum, durante vita monialis, stabit quo ad
cōmoditates apud Mon. hoc firmat Felin. in dicto
ca. in præsentia. xxiiij. columna & refert & sequi-
tur Curt.vbi ꝫ.& per hoc respondetur non obstare
quandam sententiam aliàs contra monaste. latam
in causa do. Ber. de Nola monachi Carthusiensis:
nam ibi eramus in monacho, non in moniali, in
qua viget ratio, de qua suprà: & tanto magis præ-
dicta procederent, quando illa domina esset de so-
roribus

roribus tertij ordinis:hæ nanque sicut &tertij or-
dinis fratres, succedunt in feudo. Lud. consilio
ccclxvij.pen. col. Barba.in c.ex parte. de feu. Car.
Alex.in dicta §. & quia. xvj.columna. Curt.ij.par-
te.xx.qu.& Alber.in dicta anthen.ingressi.viij.col.
& de ordinibus sancti Francis. Bald. consil. xxxix.
ij.vol.& vide decisio.dicti Maz.cccxx.vbi falsò al-
lega. And. in multis locis tenere,quod Rex potest
18 præcisè cogere * vassallum ad seruiendum persona
liter.Secundum,quod stringit pro monast.est:nam
in præsenciarum non agitur de condemnando pos-
sessore, vel absoluendo: sed solum debeat procedi
ad vlteriora in causa except. opposita ad causæ ip-
sius decisionē reseruata: vnde succedit, quod ex
quo saltem de iure articulus principalis causæ est
intricatus ob varias doctorū opiniones, ius ipsum
19 *redditur incertū & dubium.& sicut exceptio re-
quirens altiorem facti indaginem, debet ad meri-
ta reseruari.l.iij.§.ibid.ff.ad exhiben. l.ille à quo.§.
j.ad Treb.Batr.in l.nam & postea, in prin. de iure-
iur.latè per Feli.in c.exceptionem.vij.col.de iure-
20 tur.ita & requirens longam * & dubiam iuris alter
cationem, ad instar erroris iuris intricati, qui æ-
quiparatur errori facti, secundum.Butr.& Imo.in
capit. cum dilectus. de consue. Felin. in capit. de
quarta.ix.columna de præscrip.sic dicit Sozi.in c.
21 ij.xvij.col.de lib.obl.quòd quando * est probabile
iuris dubium, admittitur libellus incertos. Nec
obstat id quod dici posset, videlicet quia non est
actum ad commoditates, sed ad dominium feudi:
22 nam quando * ex narratione facti possunt elici
plures actiones,quarum aliqua est apta,aliqua ine-
pta,& conclusio fiat super inepta,si in libello adest
clausula, ius & iusti.mi. poterunt fieri probatio-
nes, &ferri sententia super apta. Abb. in cap.cum
dilectus.de or.cog. Et dicit Abb.in c.fi.in fi.de iu-
23 reiur.quod per hanc clausulam iudex * potest im-
partiri officium suum, etiam si non petatur.& sine
hac clausula dicit Baldus in l.pen. C.de sentent.in
l.j. C.de sentent.quæ pro eo quod inter. qui quan-
24 do non petita * sunt talia, quæ procedunt ab eo-
dem fonte cum petitis, potest super eis pronūtia-
ri. Et facit quod dicimus in leg. Aquilia vt si pe-
ro damnum, quia potest sequi condēnatio ad pœ-
nam: quia hoc est ex natura & aptitudine actionis
intentatæ.l.contra negantem. C. ad leg. Aquil. &
ibi Bal. Sic si ageretur ex mutuo,& probaretur de
commodato, potest sequi condemnatio ad com-
modatum. Bal.in l. fi.C.si ex pu.m.lib.x.& in l.j.C.
de vsufru.Sic si agitur quanto minoris,potest ferri
sententia super redhibitoria.l.bona.§. aliquando.
25 de ædil.edict. & facit quòd Princeps * vltra con-
tenta in libello iudicat.Specula.de act.& pet.§.su-
perest.versic.sed nunquid. Bartolus in l. Æmilius.
de mino. Anton.in cap.licet Hely. de simo. Acce-
dat pro conclusione voti, quia esse posset quòd Se-
natusc.in decisione causæ videretur habendam fo-
re rationem de commoditatibus ad vitam monia-
lis.item possibile esset, quòd in prosecutione præ-
sentaretur aliqua habilitatio regia: ideo esset bo-
num reseruare omnia ad decisionem causæ. In hac
causa si bene recolo, decretum est non esse proce-
dendum ad vlteriora, vnde actrix mutauit actio-
nem agendo ad commoditates.

SVMMARIVM.

1 *Iudices, aduocati, & procuratores non possunt pro eorum mercede retinere scripturas eis traditas,*

2 *Creditor potest retinere rem debitoris pro vero debito datam, licet datio non teneat: idem in debito putatiuo.*

3 *Feudum datum sine assensu Regio, non tenet.*

4 *Instantia etiam perempta, durat effectus malæ fidei causatus per litis contest.*

Fallit si fuerit facta coram iudice incomp. nu. 5.

6 *Generalis petitio non debet attendi stante diuersitate prosecutionis.*

7 *Instantia noua facta ex noua causa vel alia, non se extendit ad effectus causales per litis contest.*

8 *Mala fides conuenti an sit purgata, quo ad fructus, propter incumbentia non probata, vel propter instantiam peremptam.*

9 *Instantia triennalis vel statutaria, an pereat per cursum temporis. & nu. 16.*

10 *Instantia verum pereat propter incidentem quæstionem præiudicialem, vel ex magnitudine causæ, vel per emergentem causam falsitatis testium in causa capitali, vel per compromissum factum coram arbitro, & nu. 11. 12. 13. 14. & 16.*

15 *Instantia curris irreparabiliter impedito seu per iudicem, seu per alteram partem, seu per factum tertij, licet aliquo casu ex iusta causa detur restitutio & nu. 16.*

16 *Instantia triennalis iuris communis, differt ab instantia statutaria minori.*

17 *Instantia causæ principalis & appellationis, differunt inter sese.*

DECISIO XI.

IN causa Federici de sancto Blasio,
hæsitatum fuit de duobus. primum
an reus conuentus, qui fuit condem-
natus ad restituendum dicto Federi-
co casale Persani, possit aduersus vi-
ctorem vti retētione ipsius casalis ob debitum vi-
tæ & militiæ, quam clarū est victo deberi. Dubium
facit: nam licet aliàs creditor, ad cuius manus res
debitoris peruenit, etiam ex ipsius debitoris vo-
luntate, vt ex causa commodati, pignoris, in solu-
tum dationis &c. non possit eam pro alio debito
retinere, vt in l.fi.C.cōmod. & in l.si non inducta.
C.in quib.cau.pig.vel hypo.ta. contra. adeo quòd
procuratores, iudices, & aduocati * non possint 1
pro eorum mercede retinere scripturas, vel instru-
menta eis tradita, secundum Albe.Fulg.& Mod.in
l.si non sortem.§.si centum.de cōd.ind.tamen pro
illomet debito pro quo data est, licet datio nō te-
neat: vt quia res quæ valet cc.data est in solutum
pro c.bene retineri posset.vt est casus in d.§.si cen
tum.cum ibi not. & in l. eleganter.§. qui reprobo.
ff.de pig.act.& in l.si cum aurum.ff.de sol. & idem.
* quando res esset data pro debito putatiuo: nam 2
potest detineri pro vero debito, secundū gl.in d.l.
si non sortē.§.libertus.in gl.j.iuncto tex.quod Bar.
& alij ibidem notant. Cum igitur constet dictum
casale Persani fuisse aliàs per eundem Federicum
datum in solutū authori rei conuenti pro vita &
militia tam præterita quàm futura ipsi authori cō-
petente: licet talis datio in solutum non teneat, ex

3 quo fuit datum feudum * siue assensu domini Re-
gis.vt vult Bald.in l.j. vers.sed nunquid ex consue.
de prohi.alie feu.per Feder.quem alleg. Felin.in c.
quæ in eccl.xxxiij.cõl.de conit. videtur saltē posse
dici,vt pro omni vita & militia feudum ipsum sal-
tem retineri possit,per d.§.si cētum. Secundum,
de quo princip.dubitabatur,erat, ex quo reus con
demnatus extitit ad restituendum casale, cum fru-
ctibus perceptis à tēpore litis contestatæ: & repe-
ritur lis contestata bis: post primā enim contesta-
tionem perempta erat instātia:an attendatur tem-
pus litis contestatæ prima vice,vt abeo veniāt di-
4 cti fructus.Regula facit quòd sic:nā effectus * ma-
læ fidei causatus per litis contestationē, durat etiā
perempta instantia, secundum glo. in l.properan-
dum.§.& si quidem.in vers.iudicij.C.de iudi. Bart.
in l.ij.C. de fruct. & lit.exp. in l.cum lite mortua.
ff.iudi.sol.Bal.& mod.in d.§.& si quidem.& in l.ij.
C.de ede.Feli.in c.causam quæ.de testi.pen.colum.
versi.fall.primò.& propriè in materia fructuū no.
Sozin.in tract.de instantia.xxvij.princ. art. Sed
obstat primò:nam prima litis cōtestatio facta fuit
coram Cap.Neritoni, qui erat iudex incompetens
in causa feudi quaterni,iux.constitu.regni.magnæ
Cur.& constit.iusticiatij.not.in glo.fi.in fin.vnde
5 succedit * quòd quando lis fuisset contestata co-
ram iudice incōpetente, non affert secum dictum
effectum,per tex.in l.si pater.C. ne de sta. defunct.
not.Bal.in l.fi.C.de præscrip.xxx.ann. & not Sozi.
vbi suprà.ver.iiij.li. Solu.præsupponitur quòd Ca
pitaneus procedebat ex cōmissione Comitis Ne-
ritoni, qui erat competens vigore priuilegiorum
Comitis. Secundò obstat,quoniam in prima in-
stātia licet petitio fuisset generalis, videlicet quia
petebatur casale iure successionis in genere:tamen
prosecutio fuit specialis. nam in articulo diceba-
tur,quòd veniebat ad succedendum vt patruus.at
in art.ij. instantiæ positum est, quòd vult succede-
re vt frater:vnde videtur alia causa esse ista:præser
6 tim attenta prosecutionis diuersitate * quæ debet
attendi : non autem debet attendi petitio genera-
lis : vt est not.tex.in l. licet.C.de iudic.& sic succe-
dit quod not.Bart.in l.fiscus.ff.de iure fisci. vbi te-
7 net, quòd effectus * causati per litis contestatio-
nem, non se extendunt ad nouam instantiam, si
fiant ex noua causa vel alia.& Bart.sequitur Ange-
lū in d.l.cum lite mortua. & Sozi.in loco prealle.
verum.ij.consi.j.li.Solutio.tex.in l. licet.loquitur
in actione personali: secus in reali.Paul. ibi.& in l.
eandem.§.actiones.l.si mater.§.j.ff.de excep. rei iu
dic. Tertiò obstat : nam post primum terminum
ad probandum, quem vicem litis contestatio. ob-
tinere dicimus,actor in suis arti.& probationibus
fundabat suam intentionem veniendi vt patruus:
præsupponendo Francis. Antoniam suam neptem
superuixisse Antonello fratri:secundū quem mo-
dum nedum non erat fundata intentio eius in ob-
tinendo , verùm constabat de sua iniustitia : vnde
succedit opinio quam tenet Soz.in d.loco. versic.
primo casu. qui limitat regulam suprà positā non
habere locum,quando post litem contestatam pri-
mo loco , & factis probationibus non erat proba-
tum de iure actoris. sed apparebat ipsum minimè
probasse incumbentia , quasi quòd ex hoc purgata
fuerit suspicio ipsius conuenti , & omnes effectus
malæ fidei.& dictus doctor limitat etiam opin. do
mini Fabiani de monte sancti Sabini,qui indistin-
ctè tenebat , quòd perempta * instantia petit effe- 8
ctus malæ fidei quo ad fructus,per plures rationes
ibidem relatas.Solutio.non fuit habita ratio de o-
pinione Sozini. Quartò obstat, quoniam instan
tia in casu nostro præsupponitur perempta, nō ob
aliquam causam seu impedimentū iustum, sed cul-
pa & negligētia Federici actoris , qui causam pro-
sequi non curauit , quo casu non vendicat sibi lo-
cum regula de qua suprà,quæ tunc obtinet, quan-
do instantia ob aliquod impedimentum actoris
perempta fuisset.istud probatur ex gl.sing. in c.pla
cuit.lo ij.§.præscriptionum.in ver.interrupta.xvj.
q.iij.quam ad istud allegat,& sing repu. Roma.in
in l.si vero.§.de viro.xxxiiij.fall.vij.speci.sol.mat.
refert Felin.in d.c.causam quæ. vlt.col. de testi. &
Riminaldus in d.l.ij.in j.col.C.de edend. Solutio:
hic apparet quòd non adfuit negligentia Federici.
& sic dicatur quòd instantia non periit, ex quo du
rante prima instantia incidit quædam quæstio de
fructibus dicti feudi,in qua dum certo modo fuis-
set pronuntiatum per Capitaneum contra Federi-
cum , fuit ab eius decreto appellatum in concilio
prouinciali.& obtentum tam ibi quàm in S. Con.
Neapo.in fauorem Federici. Vnde durantibus his
discussionibus instantia non cucurrit , per ea quæ
not. Bal.in l.& post edictum.ij.col.ff. de iudic. vbi
vult quòd in emergentibus* instātia triennio non 9
pereat.allegat Guil.de Cu.in d.l.properandum.cu-
ius dicti fuit memor Roma.in sing.incip.nunquid
instantia.& idem Bald.in l.contra maiores. vltim.
colum.C.de inofficio.testamen. dicit , quòd dum
disputatur de mandato, nō currit peremptorium.
Et ad propositum facit multum id,quòd no. Abb.
in c.pater.de iudic.iiij.colum. versic. & ex hoc ar-
guo.videlicet, quòd si pendente quæstione coram
laico incideret * quæstio præiudicialis, vt nata- 10
lium vel vsurarum : adeo quòd opus esset causam
remitti ad ecclesiasticum.iuxta no.in cap. tuam.de
ordin.cog.in c.lator.qui filij sint legit.durante co-
gnitione ecclesiastici non currit instantia in causa
principali.& magis ad rem facit idem Abbas in lo
co præalleg.ead.col. versic. sed ego dubito. vbi te-
net quòd si lis * protrahitur vltra terminum præ- 11
fixum instantiæ à iure communi vel statuto : non
ex impedimento alicuius , sed ex magnitudine ip-
sius causæ, vel propter multas appellationes ab in-
terlocutoria : tunc vltra terminum instantiæ po-
test ferri sententia:ex quo nō potest imputari par-
ti vel iudici. allegat nonnulla iura & Bald. in l.si
cum ipse.ff.de excusa.tut.vbi hoc Baldus dicit,lo-
quens tamen in instantia præfixa à statuto. & cum
hac doc.Abb.pertransit Ias.licet eum non referat,
in dicta l.properandum,in princip.vlti.colum.fa-
cit ad hoc Baldus in l.j.prope finem. C. qui accus.
non poss. vbi post Cyn.& Ray.concludit *, quòd 12
si emerserit causa falsitatis testium, iudex debet su
persedere in prima causa , & cognoscere de falsi-
tate, & quòd prima instantia intelligitur proroga-
ta.& hoc verum si illi testes, qui necessariam facie-
bant probationē,redarguantur de falso.at si * præ- 13
ter eos,qui redarguuntur de falso, remanent in nu
mero

mero sofficienti,nō supersedetur.per l.j.C.de quæ-
stionib.& formantor prædicta in testibus exami-
natis in causa capitali,vbi agebatur de vita homi-
nis.Mari.Sozi.in dicto tract.aaiij.prin.artic. Etfa
14 cit etiam : nam donec partes * altercantur coram
arbitro ex compromisso, non currit instantia co-
ram indice cœpta. vt in auth. si tamen.C.de temp.
appell.& in clem. quandiu. de appella. Ad hæc &
similia respondetur.primò, quòd procedunt vbi
disceptaretur de quæstione emergenti, prout sunt
illæ quæ concernunt processum causæ:vt quòd li-
bellus sit ineptus, qnòd quis sit procurator, quòd
qnis non posit esse testis. Vel de incidenti,prout
sunt hæc quæ respiciunt factum principale:vt ex-
ceptio præscriptionis pacti de non petendo, ille
gitimatis &c. vt hæc declarantur per Baldum in l.
j.penul.col.C.de ordin.indi.Abb.in c.j.vlt.col. de
ord.cognit.sed in proposito non fuit disceptatum
de huiusmodi.ergo &c. Secundò respondetur,
quòd non est verum, quòd pendente qnæstione
emergente vel incidente, instantia triennalis, sta-
tuta à iure communi non currat. nam vera est con
15 clusio, quòd * impedito in prima instantia omni-
no currit tempus irreparabiliter. Bart. & Bald. in
auth.item si appel.C.de tempo.appel.& in l.peten-
dæ.C.de tempo.in integr.restit.pet. per d.l. prope-
randum, in fine.inducendo à speciali in pupillo.
Anto.in dicto c.venerabilis.de iudi.& ibi Felin.ij.
col.vers.j.conclu.& Sozi.in d.tract.xaiiij.prin.ar-
tic.vbi ponit, an & quando detur restitutio. Siue
16 enim stet per iudicem,siue * per actorem, siue per
reum,seu per factum tertij,vel quodlibet impedi-
mentum,instantia causæ principalis semper currit:
licet aliquo casu ea iusta causa detur restitutio : vt
per Sozi. vbi suprà xaij.xxiij.& xxiiij.art. Et pro-
ptereamirum est quomodo. Abb.& Iason in locis
prædictis illud diaerint quod suprà retuli, præci-
puè quia doctrinæ per ipsos adductæ,non loquun-
tnr in instantia inducta à iure communi, sed a sta-
tuto.est enim differentia inter instantiam trienna-
lem,quæ à iure communi statuta est:& eam quæ est
statutaria minor triennali: nam prima non potest
modo aliquo prorogari.glo.ij. in l.ij. §. si iudex.ff.
de iud.Bald.in l.quòd si nolit.§.si quis ita.de ædil.
edic.Paul.consil.xv.versi.ij.præmittitur.Bart. in l.
Seius & Augerins.ad leg.fal.Felin.in dicto c.vene-
rabilis.iiij.col.vers.instantia causæ principalis.Se-
cunda verò potest prorogari,dummodo non vltra
triennium.Salyc. in d.l.properandum. in princip.
quem sequitur Ant.de Alex.Alex.& Ias.ibi. & Fel.
in d.c.venerabilis.iiij.col.ver.secunda declaratio.
17 sic etiam est differentia inter instātiam* causæ ap-
pellationis & causæ principalis.nam instantia cau
sæ appellationis per compromissum potest suspen
di.d.auth.si tamen.C. de tempo.appell.& clement.
quandiu.de appel.Sed non instantia causæ princi-
palis,secundum Salyc.in d. l. properandum. Abb.
Imo. & Felin.in c.venerabilis.per quod patet non
obstare id dictum est suprà,versi.& facit etiā, nam
donec partes. Fnit votatū quo ad primū dubinm,
quòd actor teneatur ad omnē vitam & militiam,
ex quo de tota loquitur sententia condemnatoria
feudi.Quo verò ad secnndum dubium,quòd ad ra
tionem de ipsis fructibus habendam attendatur
tempus litis primo loco contestatæ.

SVMMARIVM.

1 *Familiares episcopi gaudent priuilegio fori, compe-
tente ipsi episcopo: non sic in alijs priuilegiatis.
nume. 3*

2 *Familiaris temporalis gaudet priuilegio domini,
durante tempore sui famulatus.*

DECISIO XII.


N causa Hurgonij Hispani armige-
ri Cæsa. maiestatis, fuit dubitatum,
an priuilegium dicto Hurgonio vt
armigero cōcessum, quòd posit o-
mnes etiam priuilegiatos trahere in
magna curia vicariæ ad instar Neapol. extendatur
ad eius famulum. visum est mihi quòd non. Nam
licet speciale sit in episcopo, * vt eius familiares 1
indistinctè gaudeant priuilegio fori competente
domino episcopo: vt in c.fi.de offi.archi.& ibi hoc
tenent cōmuniter doct. tamen in familiarib. alio-
rum priuilegiatorum. vt sunt * clerici, qui priuile- 2
gio fori potiuntur, si familiares ipsorum non sunt
perpetui,sed seruitores mercenarij,nō est iure cau
tum, quòd dicto fori priuilegio gaudeant. & ideo
doct.volunt eos non gaudere. ita Anto.de Butr. c.
ij.j.col.de foro compet.& ibi hoc clarius Abb.fir-
mat.ij.col.Et si dicatur quòd Imo.in d.c.ij.ij. col.
sub dubio forte asserat posse dici, quòd interim
dum seruiunt sunt de ecclesia,per d.c.fin. de offic.
archi.quod indistinctè loquitur:& cum Imol.per-
transit Capra.in eo. c.ij.ij.col. & quòd Bald.in l.j.
ij.col.de epi.& cle.teneat, quòd familiaris tempo-
ralis gaudet priuilegio domini durante tempore
quo erit familiaris.quē refert Soz. in c.j. ver.xviij.
declaratio.de for.comp.qui pro hac parte affirma-
tiua affert plures authoritates. Respondeo primò,
quòd præcedens opi.est magis communis, & eam
tenet Spec.in tit.de comp.iud.adeu.§.j.ver. xxvij.
Sozi.in d.c.j.quinta declaratione.ver. vnde sit cō-
clusio.Ant.in d.c.ij.de foro compe.& ibi dicit Fe-
li.j.col.quòd tutior est opi.Abb. Secundò respon-
deo,quòd dato quòd opin. Abb.esset falsa: tamen
* opi.contraria procedit in familiari vel seruitore 3
clerici.Est enim speciale in clericis:non sic in alijs
priuilegiatis,vt eorum priuilegia extendantur ad
familiares. Ita in proprijs terminis dicit Alb. in d.
l.j.C.de episc.& cler.& ibi etiam Paul. licet Albe.
mentionem non faciat.

SVMMARIVM.

1 *Index ex officio potest informationem capere de
quasi possessione vtriusque partis nolentis alte-
ris partes sustinere ne veniant ad arma, ad fi-
nem vt discernatur quis durante lite perduret
in quasi possessione.*

*Possessorium retinendæ differt à iudicis officio pro-
cedentis armorum timore. ibi. eo nu.*

2 *Interdictum retinendæ, & officium impetratum ab
illo qui timet spoliari totaliter sua possessione, dif-
fert inter se.*

3 *Minor restituitur aduersus exceptionem dilato-
riam omissam oppom.*

4 *Minor & ecclesia verum restituantur, si curato-*

res eorum omiserint infra terminum statutum à iudice vel à lege opponere exceptionē dilatoriam seu declinatoriam, cuius omissione ius minoris in agendo vel defendendo non absorbetur in totum: vtrum igitur restituatur in subsidium curatoribus non existentibus soluendo. & nu. 5. 6. 7.

7 *Dilatio secunda non datur ad probandum exceptiones dilatorias.*

9 *Restitutio petita super executione dilatoria vel declinatoria, non concernente merita causæ, concedi non debet.*

10 *Mulier si omisit declinatoriam, non restituitur, quia est vsa iure communi.*

11 *Beneficium primum & secundum restitutionis datur in causa possessori, quæ est summaria.*

DECISIO XIII.



IN causa illustr. Marchionis Laini do
mini Acerrarũ cum vniuersitate ci-
uitatis Capuæ pro eius interesse. dũ
eisdem partibus existentibus in con
trouersia quasi possessionis iurisdi-
ctionis criminalis in vasallos feudi Capitis risij:
ac nullo eorum volente sustinere partes actoris,
fuisset per sacrum Cōcilium, ad obuiandũ scanda-
lis, processum ex officio ad capiendas informatio-
nes super possessione qois quasi possideat, scilicet
an Marchio, an Capitaneus Capuanus iuxta theori
cam Iac. But. in l. in certi. C. de interd. quem sequi-
tur Bal. in l. fi. C. de edi. di. Adr. tol. & refert Lanfr.
in ru. de causa poss. & propriè ix. col. ver. j. conclu-
sio. ad quam vide Ias. post Bald. in l. quidam exti-
mauerunt. iij. col. ff. si cert. pet. & quòd iudex timo-
re armorum possit sequestrare. vide Frācis. de Are.
consil. lx. & Ang. consil. cvij. Pau. de Cast. consil. v.
incip. causa quæ vertitur. ponit optimè de ista in-
1 formatione, quam iudex * ex officio capere debet,
ne partes veniant ad arma: ad finem vt videatur
quis durante lite in possessione esse debeat. & di-
cit plures differentias inter hoc iodiciom, & iodi-
cium possessorij retinendæ: & signanter qoòd istud
requirit solum summariam causæ cognitionem:
illud verò plenariā: & ponit de effectu istius pro-
cessus. Item sciendum quòd licet agenti interdi-
cto retinendæ secundum quosdam obstet exceptio
dominij, secundũ Bal. in l. naturaliter. §. nihil com
mone. de acqui. poss. Ang. in l. si de eo. §. fi. de acqui.
pos. saltem quoniam opponens offert se paratum
probare in continenti. tamen secus est quando ali-
2 quis * impetrat officium iudicis, quia timet spo-
liari totaliter sua possessione. Bald. singulariter in
l. requirendi. in fine. C. de ser. fugir. refert & sequi-
tur Aretin. in dicto §. fi. vlti. colum. Contingit du-
bitari, an vniuersitas quæ circa probationes super
hoc præparatorio reperit se læsam, qoia non pro-
bauit sibi incumbentia: possit aduersus probatio-
nes non factas restitui. Allegabam ad propositom
istius puncti, text. in l. minor xxv. annis omissam:
ff. de mino. vbi secundum primam lect. gloss. resti-
3 tuitur * minor aduersus exceptionem dilatoriam,
omissam opponi: sed ille textus posset intelligi de
dilatoria solutionis vel pacti de non petendo. non
de ea de qua ante litem contestatam cognosci de-
bet. vt de duplici dilatoria ponit Bartol. in l. exce-
ptionem. C. de exceptionib. & an restitutio com-
petat ad probandum in iudicio possessorio sum-
mario, vel in præparatoriis vel dilatoriis, Iason in
l. si super possess. C. de transactio. vbi ponit etiam
de eo qui timet sibi inferri vim & turbari in tenu-
ta. Item adducebam Angelum in auth. de hære. &
fal. versic. illud quoque. dicentem, quòd si curator
* minoris omitteret infra terminum statutum à iu 4
dice vel à lege, opponere exceptionē dilatoriam,
vel declinatoriam: cuius omissione ius minoris in
agendo vel defendendo non absorbetur in totum:
tonc minori non datur restitutio, nisi in subsidiũ,
curatore non existente soluendo. & notat ipse hoc
ad intellectum dictæ l. minor xxv. annis. licet con-
tra hoc dicat Anton. de Alexan. in l. ita demum.
iij. colum. C. de procura. item Imol. in cap. coram.
de in integr. restit. volentem, quòd ecclesia * non 5
restituitur aduersus appellationem omissam ab in-
terlocutoria, non admittente exceptionem excom
monicationis, spoliationis, vel de falsi suggestio-
ne, & huiosmodi declinatorias iodicij. argum. ff.
de vsucap. l. cum quidam. §. si à pupillo. ea ratione,
qoia restitutio non datur non modicè læso. l. scio.
ff. de in integ. restitut. oportet enim ad hoc vt de-
tur restitutio, aliquid amittat petens, nisi detur:
vel non acquirat quod acquirere posset: vel qoòd
oneri quod non expedit, se subiiciat. ff. de mino. l.
non omnia. & ideo secundum eum committitur
iodici, vt super his videat. ff. de mino. l. ꝙ si minor.
§. j. * & illud dictum Imol. adducit Bald. in dicta l. 6
scio. quòd minor non restituitur contra interlo-
cotoriam, quæ non lædit ius minoris, sed solum
aufert exceptionem declinatoriam. Item Baldus
in l. peremptorias. iiij. colum. C. sent. rescin. non
poss. vbi dicit, qoòd minor * non restituitur in 7
declinatoriis omissis, qoæ non tangunt merita
causæ: quia bonæ fidei non conuenit de istis api-
cibus disputare. ff. mand. l. si fideiossor §. quædam.
& qoia non imminet pecuniarum damnum: & al-
lega. Innocen. in dicto c. coram. & Archi. lxxxviij.
distinct. cap. religiosi. Illud constat, quòd ad pro-
bandum exceptiones * dilatorias, non datur se- 8
cunda dilatio. Ioan. Andr. in Specu. de teste. §. qua-
liter. versicu. sed cum super. Antonius de Butr. &
Imol. in c. vltra tertiam. de testi. & ibi Felinus pe-
nul. col. in fi. ver. not. vij. & Ias. in l. fi. ix. col. versic.
item conclu. gloss. ff. de feri. item Felin. in c. frater-
nitatis. v. colum. versi. fallit secundò. de testib. qui
dicit * generaliter, quòd si peteretur restitutio su- 9
per aliqua exceptione dilatoria vel declinatoria,
quæ non concerneret merita causæ: quia illa dici-
tur modici præiudicicij. d. l. scio. non debet con-
cedi. & loquitur Feli. de restitutione ad examinan-
dum. & dicit quòd ita sentit Innoc. in d. c. coram.
item And. in consti. obscuritatem. dicit in ij. col.
qoòd si mulier * omisit declinatoriam, non resti- 10
tuitur, quia est vsa iure communi. Item glo. in l. j. in
gl. fi. circa medium. C. si de mo. poss fu. ap. vbi tenet
quòd in sententia lata super possessorio, dator re-
stitutio. vt sic propterea in summariis restitutio
competat. & gl. sequitur ibi Bal. & Sal. & tenet Io.
And. in c. j. de in integ. rest. libr. vj. & remissiuè per
Car. in d. c. corā. & videmus in caosa * possessorij, 11
quæ

quæ est summaria, dari primum & secundum beneficium. Fuit votatum & conclusum, quòd petita restitutio, seu beneficium concedi non debet: & quidem materia hæc arbitraria est, vt tenet Innocent. in dicto capi. coram. Et idem fuit votatum in causa d. Pauli brancaeij eum archi. Capuano. magister actorum Alexander de Ambro. in qua causa vtraque pars probauerat aliqua, id est examinauerat. Et an in his causis competat repulsa, vel impugnatio scripturarum, vide j. decisi. lv.

SVMMARIVM.

1 *Venditio fundi ad mensuram, quæ reperiatur minor seu maior, quando suppleatur, vel pretium refundatur. & nu. 2.*

3 *Venditio incipiens à corpore, continens plus, eiure imputatur venditori, qui debet scire res suas: seu quando reperitur minus, quòd indistinctè reficit.*

4 *Instrumentorum communis practica est, quòd notarij dicant, talem fundum, modiorum tot, ita confinatum.*

5 *Venditio fit ad mensuram, quando constituitur pretium pro numero mensuræ: sicut in venditione prædij per mille, dicendo, quòd est centum iugerum, & tunc non dicitur venditio ad mensuram.*

6 *Venditio ad rationem vnius terreni pro quolibet palmo, antequam terra mensuretur, non est venditio perfecta: nisi deuentum sit ad traditionem. & nu. 10.*

7 *Venditio rei consistentis in pondere, numero, vel mensura parificatur cum venditione fundi ad mensuram venditi.*

8 *Constitutum operatur traditionem rei, & translationem possessionis & dominij.*

9 *Dominium & possessio transit per constitutum.*

11 *Possessio non transfertur per actus fictos, puta constitutum à tutoribus pupillorum.*

12 *Venditor constituens se tenere rem nomine emptoris, ob hoc liberatus est à reali traditione, nec ad eam poterit conueniri actione empti: sed rei vendicatione, vel vti poss.*

13 *Debitor qui tenetur realiter offerre rem immobilem, liberatur constituendo se tenere nomine creditoris.*

14 *Constitutum liberat à reali traditione debitorem.*

15 *Constitutum differt à precario per quod transfertur sola possessio ciuilis: per constitutum autem transfertur ciuilis & naturalis, & dominium. & numero 16.*

16 *Notarij ponentes in contractibus, constitutum se possidere nomine precario, credunt emptori se prodesse, & tamen valde nocent.*

17 *Debitor magis liberatur à rei traditione per actũ fictum, scilicet per simplex constitutum, quàm cum constitutione precarij.*

18 *Interpellatio venditoris ad mensurandum fundum, legitimè facta habetur, ac si fuisset verè facta mensuratio.*

19 *Contrahens cum minore, re ipsa constituitur in mora sine interpellatione.*

20 *Minor nondum venditare tradita, non potest interpellare maiorem vt eum constituat in mora: quoniam non plus operari potest mora irregularis quàm regularis.*

21 *Emphyteota ita demum tenetur censum soluere, quando rem ipsam verè possedisset.*

22 *Emphyteoticus contractus non est bonæ fidei.*

DECISIO XIIII.



IN causa Domicellæ Helionoræ de Persico, cum magistro Baldasare architecto: cum constet eiusdem domicellæ tutores olim seruatis seruãdis in emphyteosim concessisse prædicto Baldasari palmos lxxx. cuiusdam horti, siti ad portam Nolanam, ad rationem terreni vnius pro quolibet palmo, cum constitutione precarij, ac potestate capiendi: lapsiq; fuerint ab inde plures anni: & ad præsens idem magister Baldasar, à quo petitur census annorum præteritorum, opponat se non teneri: ex quo nondum fuit facta mensuratio, nec translatum in ipsum dominium, nec perfectus contractus. Dubitari contingit, an hic conuentus bene excipiat. Old. consilio cxcvij. incipien. in concessione cuiusdam. voluit quòd si celebrato* contractu alienationis certæ rei, in eo- 1
dem contractu descripta fuerit mensura rei illius, vel fundi: & deinde fundus iste reperiatur minoris mensuræ, an illud plus sit emptoris vel concessionarij, & sic quando reperiretur minoris mensuræ: an illud minus suppleri seu refundi per venditores siue concedẽtem, aut saltẽ pretium illud minus restitui, vel ad eandem rationẽ de censu deduci debeat. Distinguit: quod aut contrahentes incipiunt explicare conceptum suum à mensura: & tũc non venit maior mẽsura quàm specificata, per l. si quis testamẽto, in prin. de le. j. aut verò incipiunt à corpore: & tunc nõ attẽdetur numerus, seu mensura: & si est plus quàm sit expressum, est emptoris: si minus, non cedit damno venditoris. per l. si seruus legatus. §. quinque. ff. de lega. j. l. his verbis. §. pater. de lega. iij. & l. si venditor, in princ. ff. de actio. empti. Non putatẽ hanc distinctionem procedere, quando inciperet à corpore, & deinde ponatur mensura cum adiectione verbi parum. plus, seu minus. Et cum hac distinct. Old. pertrãseunt omnes & idem dicit Ioan. Andr. in Spec. de empt. & vend. §. sciendum, in fi. firmat Bald. in rubr. de contrahen. empt. vlt. q. Anca. & Imol. & alij in ca. per tuas. de dona. Pau. in l. ij. C. de per. & con. rei ven. Alex. in l. Iulia. §. si Titius. ff. de act. emp. & in consi. lxxiij. ij. colum. iij. volumi. & consil. viij. j. & ij. colum. iiij. volumi. Et licet Old. non loquatur in venditione, sed in concessione, quod ponderat Imol. in d. c. per tuas. tamen doct. in hoc non faciunt differentiam. Est bene verum, & hoc vidi ab aliquibus doctoribus ponderari, quòd Abb. in d. c. per tuas. & Alexand. in d. §. si Titius: volentes ponere * differentiam in 2
exemplis, quando est, quòd incipitur à mensura, & quando à corpore: dicunt ꝙ à mensura incipitur, quando vendo tibi terram tot modiorũ, in talibus cõfinibus: quo casu numerus modiorum præcedit confinia: à corpore verò, quando vẽdo talem fundum, sic confinatũ, qui est tot modiorum: quo casu confines pręcedunt numerum seu mensurã: secun-

dum quæ exempla venditio per mensuram, seu à
mensura incipiens, dicitur, nedum quando ven-
do x. iugera talis terræ, sed etiam quando præpo-
no terram, & deinde noto per mésuram, dúmodo
ponam eam antequam ponantur fines. Sed vide
Feli. in c. significante. iiij. col. versi. & dum Alex. de
3 rescript. Quidam dicebant, quod doctrinæ * do-
ctorum, vt scilicet videatur an incipiat à corpore,
&c. habent locum quando terra repetitur plus:
nam tunc imputetur venditori, qui debet scire res
suas: sed quando repetitur minus, tenet quòd indi-
stinctè debeat refici: pro quo facit tex. in l. ea quæ.
ff. de contr. emptio. Soz. in l. demonstratio falsa. iij.
col. de condit. & demó. & nota bene hæc exempla:
nam communis practica instrumétorum est quòd
4 notarij * dicant, talem fundum, modiorum tot, ita
confinatum. At præcedens distinctio Old. non
facit ad propositú q. nostræ, cum impræsentiarum
5 non agatur de pluri * vel minori spatio horti, cu-
ius lucro vel damno cedat. Præterea hic sumus in
casu claro, quod cœptum est à mensura: & fuit fa-
cta concessio ad mensuram: prout declarat Bar. in
d. l. Iulian. §. si Titius. de acti. empt. qui dicit, quòd
ad mensuram fit, quãdo constituitur pretium pro
numero mensuræ: secus si dicerem, vendo tale præ-
dium per mille: & dico quòd sunt centum iugera:
quia tunc nó dicitur vendi ad mensuram. Et con-
6 stat quòd quando fit * venditio seu concessio ad
mensuram, puta ad rationem vnius terré. pro quo-
libet palmo, antequam terra mensuretur non est
venditio perfecta. l. quòd sæpe. §. in his. ff. de con-
trahen. empt. qui text. licet loquatur. vbi venditur
7 * res consistens in pondere nu. vel mens. tamen idé
est in fundo ad mensurá vendito, per l. si in vendi-
tione. §. fi. de peric. & com. rei vendi. sentit. gl. in d.
§. in his. & in l. j. §. sed nunc custodiam. eod. titu. de
peri. & com. rei ven. & no. Pau. in d. §. si Titius. j. co
lum. & in d. l. ij. C. de peric. & com. rei vend. & Sa-
ly. per illum tex. in d. l. si in venditio. & bene Alex.
consi. xcij. iij. col. v. vol. Et licet gl. in d. l. ij. C. de pe
ri. & com. rei ven. in gl. in ver. imperfecta. secundú
opi. Ir. dicat venditionem huiusmodi ad mésuram
factam esse imperfectam, solùm quo ad effectú pe-
riculi, vt periculú ante mensurationem pertineat
ad venditorem, vt ibi in prin. l. ij. in d. §. in his. non
autem quo ad effectum trasferendi dominij, & ad
alios effectus: & eam gl. ibi. Saly. sequitur, & Alex.
cum ea pertransit in d. l. quod sæpe. §. in his. in ad-
di. tamen alij doct. dictá distinctioné non faciunt.
vnde si indistinctè tenemus venditionem esse im-
perfectam seu cócessionem, quando fit ad mensu-
ram: dominium ex hoc contractu non tráfit. & ex
hoc sequeretur, quòd non tenebitur concessiona-
rius magister Baldasar ad censum ante mensuram
factam. Vnum faciebat dubium: nam in contra-
ctu concessionis adest precarium & constitutum,
8 ex quo * resultat traditio ipsius horti, & dominij,
& possessionis translatio. sicut si verè traditus fuis
set. l. certe. §. j. in versi. propriè possidere vide. ff. de
preca. per quem ita inquit Barto. in l. ab emptione,
9 circa fi. ff. de pact. & quòd per consti. precarij * trás
eat dominiú & possessio. not. in l. quamuis. §. si có-
ductor. l. quòd meo. in princip. & in l. interdum. in
princi. ff. de acqui. possess. cum aliis adductis per Ia-
so. in l. quoties. v. limita. C. de rei vendi. Vnde suc-
cedit, quòd * confessio hoc casu dicitur perfecta: 10
nam iuta prædicta volentia ante mensurationem
contractum esse imperfectum, limitantur nisi de-
uentum fuisset ad traditionem. text. est in d. l. ij. C.
de peri. & com. rei vend. & ibi not. Angel. & Paul.
de Castr. Sed dicta consideratio non obstat: quo-
niam precarium seu constitutum in contractu de
quo agitur, nó potuit sortiri effectum * translatio- 11
nis dominij seu possessionis: ex quo tutores pro
pupilla contraxerunt, qui per actus fictos nequeút
possessionem transferre: prout not. Bartol. in l. j. in
princ. penult. colum. ff. de acquiré. posses. quem se-
qui. ibi Alexand. pe. & antepenult. colum. & Areti.
& alij mod. Præterea & secundò facit aliud du-
bium, quod not. Barto. in l. ab emptione. ff. de pact.
iij. colum. per gloss. magnam ibi: videlicet, quòd si
venditor * in instrumento constituat se possidere 12
rem nomine emptóris: ob hoc liberatus est à reali
traditione: nec conueniri poterit ad realem tradi-
tionem rei, actione ex vendito seu empto: sed de-
bet conueniri rei vendicatione, vel vti possid. Et
idem secundum eum not. gloss. in authentic. sacra-
menta pub. C. si adu. vendi. in glos. fina. in versicul.
custodiantur. & cum Barto. in dict. l. ab emptione.
pertransennt ibi Bald. Salyce. Fulgo. & Iason. viij.
colum. dicens, quòd cum illa tenent ibi commu-
niter doct. Vide text. & gloss. in versicul. possessio-
nem. in l. Iulianus. §. ex vendito. suprà allegato.

Ad materiam vide Areti. in l. si mora. iij. colum.
solut. matrimon. post Paulum ibi: videlicet, quòd
quando essemus * in casu quo res debet realiter of- 13
ferri, & res esset immobilis, quæ non potest moue-
ri: is qui offerre habet, constituat se possidere no-
mine creditoris: nam sic videtur impleuisse. * Có- 14
stitutum ergo liberat à reali traditione: vnde non
potest conqueri magister Baldasar, quòd sibi reali-
ter hortus non fuerit traditus, postquam pupilla
in eo se non intromittit. Imò secundum iudicium
motum vult vt pro tradito habeatur. At hoc non
obstat, tum per ea quæ dicta sunt proximè, videli-
cet quòd constitutum tutoris non parit effectum
traditionis: tum etiam quia in d. contractu * con- 15
cessionis non fuit dictum quòd tutores constitue-
runt se possidere nomine concessionarij, sed fuit
adiunctum verbum, precario: videlicet, quòd con-
stituerunt se precario eiusdem magi. Baldasaris no
mine tenere & possidere: per quæ verba non indu-
citur constitutum, sed solùm precarium. ideo di-
cit Angel. in §. actionum. vj. colum. institution. de
action. quem Iason. vbi suprà ix. columna. refert
quòd * notarij in instrumentis quando dicunt, & 16
constituit se possidere, addunt precario nomine,
dum credunt se prodesse emptori, valde nocent:
cum ex precario transeat solum possessio ciuilis: l.
& habet. §. eum qui precario. ff. de preca. Sed per
constitutum transferatur ciuilis & naturalis, &
dominium: vt declarat Bart. in l. interdum. in prin.
ff. de acqui. posses. Et ideo ad propositum nostrum
Ang. in d. l. ab emptione. vult, quòd ita demum per
actum fictum liberatur * venditor à reali traditio- 7
ne rei venditæ, quando essemus in simplici consti-
tuto: & quòd ita intelligi debet glo. ibi: at quando
precario nomine constitueret se possidere, non
libera

: liberatur à reali traditione:& ita loquitur gl. in d.
l.Iulia.§.ex vendito.in versi.possessionem:& est in
versi.precaria.quam tenet Cy.in l.ij.vlt.q. quando
liceat ab empt.disce.Præterea & tertiò facit aliud
18 dubium:nam quando pupilla* seu eius tutores re-
quisiuissent, & legitime interpellassent magistrum
Baldasarem , vt veniret ad mensurationem viden-
dam seu faciendam,& ille ita interpellatus non ve
nisset,proculdubio fuisset in mora:& ideo tenere-
tur,tanquam si fuisset facta mensuratio:ex quo ha-
beretur pro mensurata ad commodum interpel-
lantis. argu. l. Labeo scribit si mihi bibliothecam.
ff.de contrahend.emptio.l.in executione.§.fi.ff.de
verbo.obli.& firmare videtur Alex. in d.consi.xc.
vlti.col.vbi quo ad casum nostrum vult , quòd in-
terpellatio ad mensurandum ibi iden non opera-
tur:quia non fuit legitimè facta. Sed ita est quan .
19 do* quis cum minore seu pupillo cōtraxisset:nam
constituitur in mora re ipsa absque interpellatio-
ne.l.in minorum.C.in quibus cau.in integ. restitu.
non est nec.vbi Bart.vult hoc procedere etiam in
contractu venditionis , re nondum per minorem
tradita : quoniam habere debet vsuras, dummodo
rem postea cum fructibus tradat : & facit l. Titia
Seio.§.vsuras.de leg.iij.not.Mod.in l.quòd te.ff.si
cert.petat. Ad hoc etiam dubium datur responsio:
20 primò , quoniam * non potest plus operari mora
irregularis quàm regularis , sed re nondum tradi-
ta minor nō potest interpellare maiorem , vt eum
constituat in vera mora.l.qui pendente. ff. de acti.
empt. Et si dicatur quòd hic non agitur, vt per mo
ram videatur fuisse res tradita : sed vt per moram
præsumptam seu irregularem habeatur pro mensu
rata : respondeo , quòd dato quòd haberetur pro
mensurata:tamen non haberetur pro tradita. ergo
emphyteota non tenebitur ad pensionem. Illud
21 enim constat in iure,quòd in emphyteosi*rem ca-
piens ita demū tenetur soluere , quādo rem ipsam
possedisset. Gu l.de Cu.& Bal. in l.solēnibus. C.de
rei vend.facit quod no.Bar.in l.sequitur.§.si viam.
in fi.ff.de vsuc.no.Pau.cons.ccxxv.incip.si non in-
teresset iuramentum.in fi.consilij.Secundum hoc,
quando appareret hunc emphyteotam possedisse
hortum,licet non mensuratum , esset fortè dicen-
dum eum teneri,cum non obstet exceptio rei non
traditæ,stante sua possessione : sed solum exceptio
rei non mensuratæ,quæ tollitur per dictum moti-
uum.Secundò responderi potest,quòd iura indu-
centia moram irregularem in contractu minoris,
loquuntur in contractibus bonæ fidei , vel debito
ex testamento. Ita loquitur tex.in d.l.in minorum.
& in §. vsuras. sed contractus emphyteoticus non
est bonæ fidei, quia non positus in §. actionum in-
stit.de actio. Fuit votatum,quòd magi. Baldasar
non teneretur ad pensionem seu censum præteriti
temporis.

SVMMARIVM.

1 *Debitor conuentus super chirographo lapse termi-
no ad proponendam except.non nume. pecun.non
potest compellere actorem ad iurandum , quòd
non fuerat mutuatum seu numeratum.*
2 *Actor exclusus à probando per lapsum termini,non
potest facere positionem probandam per confes-
sionem aduersarij.& nu.7.*
3 *Reus examinatus in causa principali, non tenetur
respondere in causa appellationis super eo, de quo
fuerat aliàs interrogatus.*
4 *Probabilia sunt, quæ sunt ponibilia.*
5 *Articulis non est respondendum , vbi probatio est
impossibilis, per lapsum termini dati ad proban-
dum,vel obliquam iuris & naturæ impossibilita-
tem:nisi iudex ex officio suo interrogaret.et nu. 6.*

DECISIO XV.

IN causa magnifici Antonij Cara-
zioli cum mag. Barone Totolle:dum
ipse Anto. litigasset in sacro Conci-
lio super parte cuiusdā domus cum
eodem Barone: essétque prolata sen-
tentia, ageretúrque de liquidatione eius quod iu-
dicatum fuerat:dato termino ad probandum , &
facta publicatione,Ant. prædictus petit Baronem
vt principalem examinari super articulis,quasi iis-
dem cū articulis causæ principalis , super qua fue-
rat iam iudicatum : Baro negat se examinari debe-
re. Tex.in l.in contractibus.§.illo. de non nu me.
pecu. facit pro Barone. dicitur enim ibi, quòd la-
pso termino * statuto ad proponendam exceptio- 1
nem non num.pe. reus conuentus super scriptura
propriæ manus , nō potest compellere actorem ad
iurandum quòd non fuerat mutuatum seu nume-
ratum.& per illum tex.dicit expressè Pau.in l.ij.§.
quod obseruari.C.de iur.calum.in fi. quòd quādo
quis esset* exclusus à probando per lapsum termi- 2
ni,non posset facere positionem probandam per
confessionem aduersarij.Et idem firmat Pau.in d.
§.illo.allegans Spe.in tit.de dila.§.fi.ver.item quid
si datus est terminus. dicens, quòd ista sunt singu-
laria. Pro Antonio adducebatur. nam iura im-
pertinentium ratione termini, vidētur procedere
in teste ob timorem subornationis : qui non est in
principali. At cōtra ipsum facit etiam Bal.in l.am
pliorem.§.in refutatoriis.C.de app.qui dicit,quòd
quādo quis respondit*semel in causa principali,si 3
postea in causa appellationis aduersarius facit ar-
ticulos continētes idem,nō tenebitur ille respon-
dere:vt sic nedum in eadem instantia, sed etiam in
alia locū habeat id quod dicitur,non teneri quem
respondere in eo de quo aliàs fuerat interrogatus.
tamen istud dictū non facit:ex quo Baro nūquàm
responderat in prima causa. Ange.in d.§.quod ob-
seruari,vbi ex gl.elicitur regula,quòd ea tantum
sunt probabilia quæ*sunt ponibilia.dicit declarā- 4
do,quòd*vbi est impossibile fieri probationē, vel 5
per lapsum termini dati ad probādum: aut ob aliā
iuris vel naturæ impossibilitatem , nō potest tunc
de tali*improbabili fieri positio:& subdit.quæ ta- 6
men dixi, post lapsum terminum non esse respon-
dendum positioni , subaudi nisi iudex ex suo offi-
cio interrogaret: nam tunc etiam post conclusum
in causa respondendum esset:per cap. Ioannes ere-
mita.de fid.instr.vide Ias.in l.fi.iiij.col.ff. de feriis.
Vide Feli.post Inn.in c.vltra iij.vlt.col.de test. vbi
tenet post d.Cardi.quòd publicatis * attestationi- 7
bus possunt fieri positiones,etiā super articulis su-
per quibus non possunt produci testes , & hoc ad
probandū per confessionē aduersarij,& vide Feli.
in rub.de proba.col.ij.& in c.causam.xiij.col. ver.
limi.

limit.viij.eod.titu. de proba. Fuit votatum, vt videat commissarius articulos si qui sunt impertinentes:& quod super impertinentibus etiam principalis non interrogetur. Hoc vltimum pono sub credulitate,quoniam bene non recolo.

SVMMARIVM.

1 *Solẽnitates extrinseca requisita in alienatione,non præsumuntur,nisi diuturnitas temporis adsit.*
Præsumitur pro sententia, à qua non esset appellatum. eodem nume.
Præsumitur consensu capituli ob antiquitatem.ibi eod.nume.
Papa est dominus omnium ecclesiarum.ee.nume.
Solennitates requisita in alienatione rerum ecclesiarum,non habent locum,quando Papa mandaret fieri alienationem.eod.nume.
2 *Papa non potest committere alienationẽ fieri bonorum ecclesiarum sine vrgenti causa,nisi de plenitudine potestatis.*
3 *Capitalis consensus in alienatione nõ requiritur, vbi Prælatus non habet capitulum,sicut Papa & legatus de latere.*
4 *Commissarius Papæ ad informandum se de contentis in supplicatione,& si repererit ea vera,daret Prælato licentiam alienandi: si postea dicta licentia sequatur, valebit contractus, etiam si non appareat de informatione capta.*
Solennitas alienationis videtur remissa per commissionem & indulgentiam Papæ eod.nu.
5 *Papa potest alicui liberè donare aliqua bona ecclesiæ,& præsumitur motus ex iusta causa:& satis est tutus accipiens quæ ad ecclesiam militantem: cum nemo possit in hoc Papam redarguere,posito quòd causa non subesset legitima.& nu.6.*
7 *Procurator constitutus ad recipiẽdum solutionem, non potest confiteri sibi solutum à debitore: & sua confessio non præiudicat domino.*
Fallit si procurator est cum libera nu.10.
8 *Confessio solutionis Prælati à debitore, præiudicat ecclesiæ, sicut confessio tutoris & administratoris:cum isti sint generales, & habeant liberam, & nu.9.*

DECISIO XVI.



IN causa Venerabilis Monasterij Casinensis, cum nonnullis detẽtoribus terrarum dicti mooasterij,asserentibus,ac ostendentibus se habere titulum de terris illis à prædecessoribus moderni Abbatis,dum regebatur monasterium in commendam. Quamuis pro monasterij parte afferantur in medium nonnulli defectus contra titulos possessorum, vt tractatus per cap.tua. de his quæ fiunt à pręl.sine cõsen.ca.& in c.j.de reb.eccl. nõ alie.li. vj. Item citatio eorum quorum interest. nam Papa mandabat commissario, vt se informet, & si ita esse inuenerit, &c. per l.de vnoquoque.de re iud.l.causæ.§.causa cognita.de mino.Item consensus capituli.c.j.& ij. de his quæ fiunt à prælato sine consen.ca.c.j.de reb.eccl.non alie. Tamen sacrum Cõcilium ob duo conclusit titulos ante dictos fore validos. primò ob *antiquitatem cõcessionum. 1
Nam licet aliàs solennitates huiusmodi
tanquam extrinsecæ,non præsumantur.l.quæcunque.§.fin.ff.de Publicia.tamen fallit si diuturnitas
temporis adsit.Ang.in l.sciendum.ff.de verb.obli.
per l.si filius.C.de peti.hære.& l.qui in aliena.ff. de
acqui.hære.vt præsumatur ob id etiam pro sententia à qua non esset appellatum.c.cum inter.& cap.
sicut.de re iud.Imo.in c.bene. de elect.Alex. in d.l.
sciendum.v. colũ. & multo magis pro decreto : in
quo non ita distinguitur:vt sing.not. Spe.in tit.de
empt.& vendi.§.nunc dicendum.lo primo.vers.&
breuiter. refert & sequitur Alex. in d.l. sciendum.
vij.col. Et de consensu capituli quòd ob antiquitatem præsumatur,tenet Ant.de But.in c.ea noscitur.de his quæ fiunt à prælat. sine consen.ca. Et licet Abba.ibi contradicat in multis distinct.d.Anto.tamen quo ad istud caput antiquitatis , non videtur expresse contradicere , maximè quia impugnatinnes Abba.fundantur per rationem,quia solennitas extrinseca nõ præsumitur : quæ ratio non
militat vbi essemus in antiquis. Secunda ratio validitatis prædictorum titulorũ fuit : Regulæ enim
iuris quæ se habent, quòd in alie. rerum ecclesiarũ
requirantur iam dictæ,& aliæ solẽnitates,non habent locum,quando Papa alienationem ipsam fieri mandaret,seu disponeret.Cum dominus sit omnium ecclesiarum.not.in ca.proposuit. de conces.
præben.in c.j.xxij.dist.in ca. constitutus. de relig.
do.& ponit Phili.de fran.in d.c.j.de reb.eccl.li.vj.
vlt.col.Et licet communis opi.doct.videatur esse,
quòd Papa * de iure absque potestatis plenitudine 2
non possit alienari facere bona ecclesiarũ sine vrgenti causa:vt concludit Feli.in c. quæ in ecclesiarum.xvj.col.de consti.Phil.de fra.in c.j.vlt.col.de
test.lib.vj.tamen hîc non fit alienatio totalis : nec
infertur ex bullis ad totalem alienationem:sed ad
hoc solum, quòd consensus capituli ac aliæ solennitates non requirantur:& facit Philip.in d.c.j.de
reb.eccl.nõ alie.in 6.vj.col. post Do.dicens:quòd
*quãdo prælatus non habet capitulum,vt Papa & 3
Legatus de latere,potest alienare sine consensu capituli.Et ad propositũ casus nostri in terminis cõsuluit Abb.in consi.xlj.j.vol.vbi concludit, quòd
per cõmissionem*Papæ factam Cõmissario,quòd 4
se informaret de contentis in supplicatione , & si
ea repererit vera,daret prælato licentiã vendendi.
si postea licẽtia dicti Commissarij sequatur , etiam
si non appareat de capta informatinne,nec de tractatu &c.valebit contractus,quoniã discussio quę
mandatur Commissario habetur loco tractatus,&
omnis solennitas secundum eum videtur remissa
per cõmissionem & indulgentiam Papę:& satis est
seruare verba rescripti:vnde purè sine alia solennitate & authoritate potuit iuridice prælatus & cõuentus habita licentia Cõmissarij alienare.Et hoc,
dicit ipse, videtur probari singulariter in ca.ad audientiã.el ij.de eccl.ed.iuncta gl.& dictis doct.ibi.
& sentit Archi.in c.antepe.xij.q.ij.& subdit, quòd
Papa * potest aliqua bona ecclesię alicui liberè do 5
nare,& quòd præsumitur motus ex iusta causa.xij.
quæst.in.secunda.ca. cum redemptor.c. à nobis.de
deci. & ibi per Hosti. & facit secundum eundem
quod not.de præsumptio.capi.causæ legitimæ. pot

legistas

legislas in l.fi.C.si cōtra ius, vel vti.pub.in l.rescripta.& in l.præscriptione.C.de precibus impe.off.
6 & præsupposito inquit, quòd causa * non subesset legitima: tamen satis est tutus accipiens, quo ad ecclesiam militantem: cum nemo possit in hoc Papam redarguere. Ad hoc allegat glo.nomina in ca.non est.de voto.nec de ipsius facto iudicare.ix.quæstione iij. capit. nemo. & capit. aliorum. Sed quoniam vltra inualiditatem titulorum per Monasterium adducebatur contra concessionarios defectus caducitatis: ideo quia per biennium & vltra non soluerunt, ipsi conuenti se tuebantur ex pluribus. Primò, quia tempore litis contra aliquos ex eis contestatæ super caducitate, nōdum lapsum erat biennium. Sed de hoc non fuit habita ratio: quoniam connumerato tempore litis pendentis, biennium imo triennium finitum est: & sic ius superueniens actoribus pendente iudicio ex causa de præterito, debet conualidare iudicium.l.si rem.§.fi. ff.de pig.act.l.si mandauero tibi aut Titio. ff. mandati: & not.in l. non potest.ff.de iudic.gloss.& ibi Alexander in l.litis contesta.ff. de nego.gest.& per Alexan. consi. lxxviij. vlt.col.j.volu.& præcipuè, quia tempore lapsi biennij non erat adhuc in causa conclusum. Si enim conclusum fuisset, nunquàm tale ius suffragaretur iudicio intentato: vt not. Bar.in l.si mater.§.eandem.in fi.ff.de exceptio. rei iud.at.l.fine.la prima.§.fina. ff. de euict.not. Alex. consilio cl.xj.columna v. volum. Secundò, rei adducebant solutionem plurium annorum, ad quam probandam afferebantur nonnullæ apodissæ procuratorum Monasterij: sed de iis etiam apodissis ratio habita non fuit: ex quo continebant confessionem, nō veram solutionem & cōstat, quòd pro-
7 curator * constitutus ad recipiendam solutionem non potest confiteri sibi solutum à debitore, & sua confessio non præiudicat domino. Bar. in l. non abstulit.C.de nouat.per illum tex. & in l si debito-
8 tem.ff.eo.titu.de noua. Et licet * si prælatus confiteretur sibi esse solutum à debitore ecclesiæ, præiudicaret ecclesię.per text.in l. Lucius.§.tutelæ.ff.de admi.tut.& optimè Pau.consi.j.Sicut etiam esset in
9 confessione * tutoris vel administratoris, qui habent omnes liberam: vt in l. mandato generali. in glo.fi.ff.de procu.& Bar.in l.inter.de admi.tuto. & not.in l.præses.C.de transact.& in procuratore generali habente liberam: per glo.in dicta l. non ab-
10 stulit. quæ vult, quòd procurator * cū libera confitendo sibi solutum præiudicat domino. quam glo. ibi sequitur Iac.But.& ad hoc not.& ponderat Ange.in l.à diuo Pio.§.sed si emptor.ff.de re iudic. & Antoni.de Alexandri. in l.ij.§.fi. vlti.char.ff.si cer.peta. Tamen apocæ de quibus agitur, non fuerunt factæ per Abb. sed per procuratorem sine libera: ergo non opitulantur. Tertiò, rei allegabant quasdam oblationes iudiciales per eos factas ad euitandā seu purgandam moram. Sed de his adhuc
11 non fuit curatum. Nam iuxta * volentia oblationem iudicialem solam sine depositione & consignatione sufficere, vt in l.si rem alienam. §.fin. ff. de pign. act. vbi est text. solennis. vendicant sibi locum, dummodo is, qui offert, non habeat pecuniam in manibus: tenet enim hæc oblatio, licet sit nuda à depositione vel consignatione: & sufficit ita Barto. not.in l.item liberatur.ff.quib. mod.pig. vel hyp. sol.in l.prætor.§ liquis paratus. ff. de no. oper. nun. & ibi clarius Pau.de Cast. per gl.not.in l.si residuum. C.de distrac.pigno.& clarè Bartolus in l.cum seruus. in vlti.colum. ff. de condi. & demonstratio.

SVMMARIVM.

1 *Executio sententiæ fieri non debet oblata etiam cautione: vbi liquidatio facienda est in fructibus aut meliorationibus & nu.10.*

2 *Clausula si rationes reddiderit, complectitur, & reliqua restituerit.*

3 *Seruus statuliber consequitur libertatem sibi legatam sub conditione si rationes reddiderit, offerēdo cautionem de rationibus reddendis.*

4 *Victus per sententiam soluere præcise cogitur: nec euitat executionem per satisdationis oblationem: fallit nisi debitum esset liquidandum.*

5 *Condemnatus ad solutionem debiti non liquidi, si comparendo dicat, assero me debitorem in vno denario, quem offero: & si liquebit me plus debere, ad sunt actualiter fideiussores pro residuo, euitat executionem.*

6 *Executio sententiæ debet habere causam prōptam: nec aduersus eam admittuntur exceptiones requirentes altiorem indaginem fallit nisi oriantur ex verbis sententiæ. & nu.9.*

7 *Possessor qui meliorament a fecit, potest rem melioratam retinere, donec ipsa melioramenta consequatur.*

8 *Libertas est res fauorabilis, sicut est dos.*

DECISIO XVIII.



IN causa Reueren.do. Cardinalis de sancto Seuerino, qui obtinuit pro se sententiam super restitutione Castri Rossæ cęcæ, cum fructibus, ita quòd fructus percepti excomputentur in meliorationibus: & quòd si meliorationes excedent fructus, ipsæ meliorationes reficiantur, liquidandis omnibus tempore executionis. Fuit dubitatum an do. Cardinalis possit petere executionem *ante factam liquidationem, ex quo liquidatio fructuum ac meliorationum requirit altiorem indaginem, dando cautionem idoneam de ipsis meliorationibus soluendis. Pro domino Cardinale facit * tex. in l. statuliber rationem. ff. de statuli. 2
vbi si alicui relicta sit libertas sub conditione, si rationes reddiderit, quæ habet in se clausulam, & reliqua * restituerit. per l.cum seruus. ff. de condi. & 3
demonstra. si hic seruus statuliber offeret fideiussores de reddendis rationibus, habebit iam libertatē. * hinc dicebat not. Ang.in l.iiij.§.ait prætor.ff. 4
de re iud. quòd licet dānatus soluere per sententiā præcisè cogatur soluere: nec euitet executionem si paratus sit satisdare: ne lites ex litibus oriantur. d. §.ait prætor. ij. l. item liberatur. §. j. ff. quib.mod. pign.vel hy.sol.& in l.promissor.§.fin ff.de consti. pec.tamen quando debitum * non esset liquidum, 5
vt quia esset condemnatus quis ad reddendum administrationis rationem & consignationem reliquorum, & rationes essent intricatæ: satis erit quòd victus compareat, & dicat: assero me debito-

rem

rem in vno denario, ecce illum: & si liquebit me
plus debere, adsunt actualiter fideiussores pro re-
siduo per tex. singu. in d. l. statuliber. cui Ange. ad-
dit similem in l. seruus hærede. §. fi. eod. tit. & cum
Ang. pertransit Alex. in d. §. ait prætor. addens An-
gel. & Imo. eandem practicam ponentes, in l. præ-
tor. §. si quis paratus. ff. de noui oper. nuntia. in l. si
mulier. soluto matrimo. in l. si insulam. vij. fal. vlti-
mæ regulæ. ff. de verborum obli. Facit etiam pro do.
6 Car. nam executio * debet habere causam promptã:
nec contra eam admittuntur exceptiones requi-
rentes altiorem indaginem. l. à diuo Pio. §. si super
rebus. ff. de re iudica. iuncta l. ille à quo. §. si de testa-
mento. ad Treb. nor. in l. iij. §. condemnatum. ff. de
re iudi. facit etiam Pau. de Cast. consi. cccxxvj. ij.
volu. qui in simili themate consuluit non esse fien-
dam executionem antequam liquidatio fiat. & hoc
ideo: quia in casu de quo in eodem consilio verba
sententię loquebantur clarè, videlicet soluta prius
æstimatione melioramentorum, propter quod
non est admittenda quæstio voluntaris. l. ille aut
ille. §. cum verbis. ff. de lega. iij. quasi si non essent
dicta verba, liquidatio posset & deberet postmodũ
7 fieri. Mihi videbatur, quod etiam * si in sententia
non fuisset illud verbum, prius, adhuc executio
deberet impediri. habemus enim regulam, quod
possidens qui fecit melioramenta, habet retentio-
nem rei in qua impendit, donec melioramenta illa
soluantur. l. si in area. ff. de condi. inde. l. Paulus. ff.
de doli excep. l. qua ratione. §. habet. ff. de acquir.
re. do. cum no. per gl. & doc. in l. si non sortem. §. si
centum. ff. de condi. inde. & iura prædicta conside-
rauerunt, quod meliorationes erant incertæ, &
non liquidæ: & nihilominus ita sanxerunt. ergo
&c. Non obstat l. statuliber rationem: nam illud
8 quod dicitur, est * speciale fauore libertatis. vt dicit
ibi tex. ne libertates impediantur: sicut in simili di-
cimus esse speciale in his fauore dotis. l. si filiofa. ff.
sol. ma. præterea ibi sumus in eo qui tenebatur ad
factum, videlicet ad reddendum rationem. vnde
secus dicitur esse in eo qui obligatus erat ad dan-
dum simpliciter: vt in fin. illius l. dicitur. Non
9 obstat etiam, quod * contra executionem non po-
test admitti exceptio requirens altiorem indagi-
nem: nam fallit, nisi except. illa oriretur ex verbis
sententiæ: vt est hæc: quia ex verbis eius opus erat
fieri liquidationem. ita Pau. de Cast. in d. consil. &
facit quod no. Bar. & alij in l. si vnus. §. pactus. ff de
pac. Nec etiam & aliter obstat di. consilium Pauli:
nam ipse subdit contrarium, dum dicit esse fiẽdam
liquidationem ante: quando non esset periculum
10 in differenda executione: * vt est in casu l. ille a quo.
§. . .i de testamento. ff. ad Treb. Fuit decretum quod
vadat cõmissarius qui liquidet & exequatur iuxta
formam sententię summarię de plano & extraiudi-
cialiter, & sic fuit prius liquidatum.

SVMMARIVM.

1 *Reus conuentus super l. diffamari. ad iudicem suum remitti debet. & nu. 15.*
2 *Actor sequi debet forum rei regulariter.*
3 *Fideiussor vnus ex pluribus habentibus beneficium discussionis potest antequam conueniatur iudicis officiũ implorare, ne exigatur vltra suam ratam aliis existentibus soluendo.*
4 *Reus exceptione tutus, antequam cõueniatur iud. officium implorare potest, vt imponatur actori silentium.*
5 *Reus futurus petens testes examinari ad futuram rei memoriam, potest coram iudice suo actorem futurum trahere.*
6 *Absoluendus à iuramento adibit episcopum suum: non autem creditoris.*
7 *Sponsa petit licentiam discedendi à sponsalibus nullis coram iudice suo, & non iudice sponsi.*
8 *Prælatus diffamans trahi potest per reum diffamatum coram iudice seculari.*
9 *Procurator vel administrator potest domino suo præiudicare in quærendis ex mora, non ex cõtractu: quid de aliis. nume. 12.*
10 *Rector ecclesiæ recipiens canonem ab emphyteota pro tempore præterito, præiudicat ecclesiæ super caducitate rei.*
Quid in aliis iuribus. nu. 11. & 14.
13 *Pupillus sicut nec alienare, ita nec legatum repudiare potest.*

DECISIO XVIII.


IN causa Nobilis Alphonsi Coppu-
læ, super remedio l. diffamari. C. de
inge. & manu. l. Titia. ff. de accu. capi.
tua. de his qui maio. accu. pos. contra
Reueren. Cardinalem de Aragonia.
Non videtur * esse dubitandum, an volens inten- 1
tare istud remediũ, possit illud proponere coram
iudice suo, an coram iudice aduersarij: nam licet
* regulariter actor debeat sequi forum rei. l. hæres 2
absens. in prin. de iudi. l. ij. C. de iur. om. iudi. l. fin.
C. vbi in rem actio. Tamen quando ageretur super
aliqua exceptione: vt quia reus originarius ante-
quam conuenitur, vult super exceptione agere: ta-
men non debet attendere iudex causam accidenta-
lem, qua reus ipse agit etiam, sed naturalem: vi-
delicet quia agit super futura exceptione sibi com-
petente, quæ vincit accidentalem. l. qui habet. in
prin. ff. de tuto. capi. requisisti. de testa. vt sic possit
reus adire eo casu iudicem suum, non actoris futu-
ri: ista est notabilis theorica Bart. in l. si societa-
tem. §. arbitrorum. ff. pro socio. & Abb. in c. si quis
contra clericum. de fo. compet. exemplificat * in 3
vno ex pluribus fideiussoribus, qui habent benefi-
cium discussionis per epistolam diui Adria. de quo
in §. si plures. insti. de fide instru. nam potest ante-
quam conueniatur, implorare officium iud. ne exi-
gatur vltra quàm sit sua rata, si alij sunt soluendo.
per l. si contendat. cum ibi not. ff. de fideiuss. pro
qua adducit etiam glo. in l. Aurelius. §. actum. ff de
lib. lega. quæ sentit quòd tutus * exceptione, ante- 4
quam conueniatur, implorare potest officium iu-
dicis, vt actori imponatur silentium. & eam sequi-
tur Bar. in l. iij. C. de conue. fiscal. deb. ac alij quos
alleg. Andr. Sic. in d. c. si quis contra clericum. de
for. cõpe. iiij. col. & producuntur hęc coram iudi-
ce rei. Et idem dicit Abb. esse in remedio l. diffa-
mari. quod firmat etiam Ant. de bu. in pluribus lo-
cis, prout eum refert Alex. consi. ciij. v. vol. videl-
cet in

cet in c. si clericus. in capi. cum sit generale. de fo.
compe. & in c. quintauallis. de iureiur. licet Paul.
contra in l. inciuile. vj. col. C. de iur. omn. iudic. Sic
5 dicimus in reo futuro, qui vult petere testes * exa-
minari ad futuram rei memo. quoniã petet coram
iudice suo trahendo ibidem actorem futurum, se-
cundum Bartol. in l. cum bi. §. transactiones. ff. de
transact. & Abba. vbi s. adducentem. Fed. consi. cc-
xxxj. & mouetur Bart. vbi s. per d. §. transactiones.
& l. j. C. vbi & apud quem. & l. fi. C. de vsur. pup. Sic
6 dicimus in reo * qui iurauit soluere vsuras forensi,
nam pro absolutione à iuramento adibit episco-
pum suum non forẽsiuxum quia nihil petit ab ad-
uersario, tum quia originaliter est reus. Lapus in
alleg. x. quem refert & sequitur Abb. in d. c. si quis
7 contra clericum. de fo. comp. Sic dicimus * in spõ-
sa, quæ si contraxeris sponsalia nulla, & vult pete-
re licentiam discedendi ab illis sponsalibus, non
debet eam petere corã iudice viri, sed suo: ex quo
coram eo ipsa veniret principaliter conuenienda
super matrimonio. Abb. in cap. ex parte. de restitu.
spolia. ij. col. alle. not. per Bart. in d. §. arbitrorum.
Sed maius dubium videtur consistere: an hæc
de l. diffamari. obtineant contra prælatum diffa-
mantem. & Alexan. in dicto consil. singulariter te-
net, quòd sic: loquens in episcopo Cremonensi, vt
in hoc possit trahi corã iudice seculari, vt sic pos-
sit ita præiudicari ecclesiæ non agendo. Pro quo
facit, quoniam sumus in iure quærendo. ar. in l. iij.
C. de hæred. insti. in l. fi. C. de acquir. posses. in l. ser-
uus. cum ibi not. C. de pact. & habetur in l. sed si
vnius. §. j. ff. miu. in l. pactum curatoris. C. de pact.
Et ideo Bald. in authen. si qua mulier. C. de sacro-
8 sanct. eccles. tenet, quòd * prælatus potest renun-
tiare bona ingressi. Et dicit Bal. in l. Imperatores.
9 ff. de pact. quòd administrator * potest præiudica-
re domino in quærendis, quando illa veniunt ex
mora: secus si ex contractu. per l. qui Romæ. §. Ca-
limachus. de verb. obli. & facit gl. & Card. in c. po-
tuit. de locato. quòd prælatus recipiens canonem
10 ab emphyteota * ecclesiæ pro tempore præterito,
præiudicat ecclesiæ super caducitate rei. Et dicit
Innoc. in ca. verum. de condi. appo. quòd prælatus
11 * potest non adimplere conditionem, ex cuius im-
plemento veniebat acquirendum commodum ec-
clesiæ. Et dicit Salyc. in l. pactum curatoris. col.
C. de pact. quòd curator vel administrator licet
12 * non possit expressè renuntiare peremptoriis, vel
declinatoriis domino competentibus: tamen po-
test tacitè ex processu & ordine iudicij. per l. fi. C.
ad exhib. Et videndus est Andr. Sicu. in c. vt super.
de reb. eccles. vbi nonnulla facientia ad prædicta
adducit. Vltimò pro Alexan. affero, quoniam iure
cannonico expressè decisum non reperitur, quòd
l. diffamari, non liget bona ecclesiarum: ergo stan-
dum est iuri ciuili. c. j. & ij. de no. oper. nun. cum si.
Sed contra Alexan. facit l. magis puto. §. fundum.
13 ff. de reb. eo. vbi sicut pupillus * non potest aliena-
re, ita nec legatum repudiare. & tex. ibi, appellat
hanc alienationem. item quia habens actionem ad
rem, videtur habere ipsam rem. l. qui actionem. ff.
de regul. iur. Item Abba. in propriis text. in ca. ve-
niens. de præscriptioni, vj. columna. quòd prælatus
14 * non potest cum enormi damno ecclesiæ renun-
tiare iura ecclesiæ. Item Cardi. in cle. gratia. de re-
scrip. & in c. de mulcta. de præb. quòd prælatus nõ
potest renuntiare ius quod habet in re, sine autho-
ritate superioris. Sed ad omnia ista responderi po-
test, per id quod dixit Sal. in loco proximè allega-
to. * Fuit remissa causa ad regiam Cameram sum- 15
mariè: ex quo ibidem per prius dictus Alphonsus
iudicium inchoauerat super l. diffamari contra
eundem dn. Cardinalem, & fuerat interlocutum
debere procedi. Sed quòd debeat conuentus super
l. diffamari remitti ad iudicem suum, not. dn. Mat.
in decis. cclxviij. vbi dicit ita fuisse votatum.

SVMMARIVM.

1 *Emptor petens interesse frumenti, debet soluere vsuras vel interesse pretij non soluti: limita nisi constituisset in mora venditorem, offerendo pretium manualiter, vel intus sacculum. nu. 1. 3.*
Venditor non potest petere vsuras pretij pro tempore quo percepit fructus rei venditæ. eo. nu. 1.
Oblatio emptoris cõstituentis in mora venditorem frumenti. an debeat esse verbalis, seu manualis, vel in marsupio. nu. 2.
3 *Debitor offerens pecuniam, non tenetur eam in manu habere. quando creditor denegat recipere solutionem: imo non tenetur consignare, nec ostendere quòd antea fuerat numerata.*
4 *Mora quæ posset ex æquitate purgari, non purgabitur quando fuisset geminata propter geminatam interpellationem.*
5 *Confessio geminata caret exceptione non numeratæ pecuniæ.*
6 *Mendax non gaudet beneficiis indultis à legibus, maximè in casibus expressis.*
7 *Interesse lucri cessantis in solito negotiari circa contractus bonæ fidei, an consideretur.*
8 *Vidua solita ponere pecuniam in bancis, vtrum possit habere interesse lucri cessantis.*
9 *Interesse cuius habetur ratio, potest crescere durante iudicis officio vsque ad executionem, nedum ad sententiam.*
10 *Interesse non debetur iure actionis, sed iudicis officio in contractibus bonæ fidei.*

DECISIO XIX.


N causa Francisci Viualdi cum Ber
nardo de Ligorio de Hebolo super
interesse, ratione moræ per ipsum
Bernardum venditorem frumenti
commissæ in non consignando fru-
mentum in tempore conuento. Contra actorem
faciebat. Nã ipse retinuit penes se, nec * nunquam 1
soluit pretiũ. vnde si nunc vult interesse frumenti,
deberet soluere vsuras pretij non soluti, seu inter-
esse illius. per ea quæ not. gl. in l. Iulianus. §. ex ven-
dito. in ver. post diem. & ibi Pau. ij. col. post Bartol.
& alios. & per Bar. in l. in minorum. C. in qui. causis
in integr. resti. non est necessaria. & in l. curabit. C.
de act. empt. & facit text. in l. liberalitatis. §. j. ff. de
vsur. vbi econtra idem statuitur in venditore; vt
non possit petere vsuras pretij pro tempore, pro
quo percepit fructus rei venditæ. Sed ad hoc respõ-
sum est, quòd ista procederent, quando emptor

2 *non cõstituisset in mora venditorem offerendo
pretium, prout fuit factum per Franciscum. Nec
videtur posse opponi contra dictam oblationem,
quòd non fuerit facta modo legitimo, videlicet
cum pecunia in marsupio, prout requiritur etiam
in casu, quo depositio non requiritur, prout gloss.
not. dicit in authen. vt exactione instante dotis. §.
fin. in vers. contestetur. ad quam remittit se Barto.
in l. acceptam, in fin. C. de vsuris. quod intelligit,
dummodo testes viderent antea numerari, & in
sacculo poni. vt declarat Bar. in l. cum seruus. ff. de
condi. & demon. Nam illud habet locum, nisi cre-
ditor, vel is cui oblatio fienda est, denegasset illam
recipere. tunc enim sufficit sola verbalis oblatio,
secundum Bal. in l. j. ij. col. C. ne liceat tertiò pro-
un. Paul. & Imol. in l. qui Romæ. in princ. ff. de ver.
oblig. de quo per Aret. in l. si mora. ff. sol. mat. in l. si
seruus. §. j. ff. de vulg. & pup. & in d. l. qui Romę. j. &
ij. col. licet Pau. post Raph. in l qui Romæ. in prin.
de verb. obli. j. col. videtur tenere, quòd non sit ne-
cesse habere pecuniam in manu, quando creditor
3 denegat recipere solutioné. Et quamuis posset * at-
tentari, quòd dicta limitatio intelligatur, dummo-
do pecunia manualiter offeratur, saltem intus sac-
culum, etiam si non numeratam eam probetur: &
hoc ideo, quia creditor denegat recipere: vt indu-
catur speciale in odium nolentis recipere, hoc vi-
delicet quòd non tenetur offerens consignare, &
deponere, nec ostendere, quòd antea fuerit nume-
rata, vt colligitur ex his quę not. Alexander in d. l.
si mora. vj. colum. versi. iuxta prædicta. dum saluat
Imol. & Pau. Nihilominus hic habemus duplicem
interpellationem. vnam extra iudicium, & aliam
in iudicio. vnde hæc geminatio debet operari, per
l. traiectitia. §. de illa. secundum vnam lectu. ff. de
4 acti. & obli. vbi mora, quæ alias ex æquitate *posset
purgari, non purgabitur quando fuisset geminata:
vt quia præcessisset geminata interpellatio. refert
Rom. in l. si verò. §. de viro. xxx. fal. xvj. speciali, &
facit l. j. in versi. transactionibus. C. de plus peti. ex
5 qua probatur, quòd * iura concedentia exceptio-
nem non nu. pec. non obtinent, vbi præcessit con-
fessio geminata. Item habemus, quòd nedũ recusauit
Bernardus recipere solutioné pretij, imò negabat
contractum, & fuit postea conuictus de mẽdacio.
6 vnde succedit, quòd per mendacium * perduntur
beneficia inducta à lege l. si actione. §. fi. ff. pro soc.
l. si dubitetur. §. ita demum. ff. de fideiuss. & per Iaso.
in l. vinum. ix. col. ff. si cer. pet. quod tamen licet nõ
sit tutum dicere: nam negans nõ perdit beneficiũ,
nisi in casibus expressis: vt per Alex. in d. l. vinum.
& Bal. in authen. ex testamento. j. colũ. C. de secun.
nupt. quos Iaso. vbi s. refert, & sequitur: attamé suf-
ficit ad propositum nostrum, quòd denegauerit re-
cipere solutionem. Cum ergo habeamus pro cla-
ro, quòd debeatur Frácisco interesse, dubitari cõ-
tingit de duobus. Primò, an possit consequi in-
teresse etiam lucri cessantis. dicit enim, quòd, si in
tempore fuisset sibi in loco statuto & conuento
frumentum datum, illud ferri fecisset Neapol. vbi
plus valuit quam in dicto loco, vbi solui debebat,
& fundat se Fráciscus ipse ex quo est solitus nego-
tiari. Circa hoc dubiũ sunt variæ opiniones: qua-
7 rum vna est, quòd in solito* negotiari indistinctè,
siue simus in arbitrariis siue in bonæ fidei actioni-
bus, debeat haberi ratio lucri cessantis: & ita tenet
Bart. in l. j. xv. col. de sent. quæ pro eo quod int. per
text. in l. iij. §. fi. ff. de eo quod certo loco. Et sentit
hoc idẽ Bar. in d. l. iij. §. fi. de eo quod cert. loc. dum
opponit de d. §. cum per venditorem. & primò sol
uit, quòd ibi in §. fi. est speciale in arbitrariis. dein-
de dicit alij dicũt, quòd ibi loquitur in solito ne-
gotiari: & dicit hoc esse notandum: & idem indi-
stinctè firmat Abb. in c. conquestus. ij. col. de vsu.
vbi * fortius vult, idem esse in viduis, quæ solent 8
ponere pecuniam in banchis, & aliquod lucrum
consequi ex honesto mercimonio. per capitulum
per vestras. de dot. post diuor. restit. Alia opin. est,
quòd non fiat tantum distinctio inter solitum ne-
gotiari, & non solitum, sed debeat etiam cum con-
suetudine negotiandi concurrere, quòd simus in
iudicijs stricti iuris, & quòd in bonæ fidei iudiciis
non debeatur lucrum cessans. per text. in l. sterilis.
§. cum per venditorem. ff. de actio. empti. & quòd
d. l. iij. §. fi. intelligatur in arbitrariis. & hanc opin.
tenet Bal. in d. l. j. xij. oppo. de sen. quę pro eo quod
interest. & ibi etiam Saly. pen. col. versi. sed pro su-
stinenda glo. & ibi Alberi. in vij. col. versic. sed ibi
speciale propter naturam illius actionis. & Paul.
de Cas. in d. §. fin. ij. col. & in d. §. cum per vendito-
rem. Et secundum hanc opinio. fuit votatum. Se-
cundò dubitari contingit in dicta causa, an de in-
teresse, quòd Franciscus prætendit se fuisse passum
post sententiam vsque ad illius executionem, ra-
tio debeat haberi. & clarum est in iure, quòd quã-
do habetur ratio * interesse seu æstimationis, iudi- 9
cis officio, tunc potest crescere quo vsque iudicis
officium durat: quod est non solum vsque ad sen-
tentiam, sed & vsque ad executionem. l. in fidei-
commis. in princ. ff. de vsuris. & in l. datio. §. si per
venditorem. ff. de actio. empt. ista sunt verba Bart.
quem omnes sequuntur. in l. iij. §. in hac. ix. colũ. ff.
commo. Constat etiam quòd in contractibus bo-
næ fidei æstimatio* non debetur iure actionis, sed 10
offi. iud. gl. no. in d. l. vinum. in ver. petitum. ibi, bo-
nitas extrinseca & ibi Iaso. ponderat. x. col. Et hoc
pro Francis. Tamen non fuit habita ratio per sacr.
Con. de hoc interesse, quia non apparuit peritum.

SVMMARIVM.

1 *Fructus semper intelliguntur deductis expensis.*
Expensa non deducuntur à decimis prædialibus.
2 *Decimæ personales sunt, quæ ex industria & mi-*
nisterio hominis proueniunt: vt piscatio, venatio,
& negotiatio, & nu. seq.
4 *Decimæ personales debentur ecclesiæ parochiali.*
5 *Decimæ piscationis debentur expensis nõ deductis.*
Decima debetur Deo de iure diuino, in recognitio-
nem vniuersalis dominij.
6 *Principum seu Regum dispositio regulari debet se-*
cundum legalem. vt perinde sit ac si à lege men-
tio facta fuerit.
7 *Rex est lex animata in terris.*
8 *Tributum seu gabella de fructibus soluenda, debet*
intelligi deductis expensis.
9 *Decimæ seu fructus ecclesiæ vel piæ causæ, debiti ex*
dispositione legis statuti. vel hominis, semper de-
bentur expensis non deductis.

Fruct

Fructuum appellatio debet intelligi non deductis expensis, vbicunque vertit fauor animæ vel piæ causæ. eo. nu. & nu. 8

10 *Decimæ qua ratione non subiacent expensis.*

11 *Fructus in aliqua parte soluendi, & non vniuersaliter, ex conuentione debentur expensis non deductis.*

Mitius agitur cum lege, quàm cum homine. eo nu.

12 *Fructuum appellatio vbicunque refertur ad quotam partem, intelliguntur expensis non deductis.*

13 *Fructus omnes obligati quando intelligantur deductis expensis. & nu. 16.*

14 *Colonus obligatus pro certa quota, non deducit expensas.*

15 *Statutum volens quòd de qualibet corbe frumenti soluatur tantum pro gabella, non deducentur expensæ, secus si diceret de fructibus.*

17 *Sententia lata contra prædecessorem quando noceat successori alicuius castri ex causa deuolutionis, & nu. 23.*

18 *Sententia lata contra vnum ex duobus dominis alicuius castri adinuicem litigantibus super iurisdictione, non præiudicat hominibus eiusdẽ castri.*

19 *Dominus venire non potest contra sententiam super re feudali, vt seruiente, vel super re tãquam feudo ex persona vassalli ex causa deuolutionis, siue sciens fuerit, siue ignorans litis vertentis inter duos vassallos, recognoscentes feudum à se domino. secus si veniat ex persona propria, dummodo litis fuerit ignorans.*

20 *Vasallus conuentus ab aliquo asserente rem esse propriam vel allodialem: ipse verò excipiat rem esse feudalem, & recognoscere à tali domino si succumbat: dominus postea veniens ex persona vassalli victi data litis scientia, repellitur excep. rei iudic. & nu. 22.*

21 *Dominus ex persona vassalli venire non potest contra sententiam latam aduersus eundem vassal. actorem asserentem rem feudalem ab ipso domino: reo autem excipientem rem esse suam & allodialem siue sciuerit litem siue ignorauerit: secus autem si ex persona sua etiam sciente petat rem tanquam suam iure proprio.*

24 *Tertius possessor citari debet, & causa cognita procedi.*

25 *Actio quæ oritur ex sententia, dicitur habere naturam actionis, super qua sententia lata est.*

26 *Decima est in dominio ecclesiæ: & ideo pro ea datur actio realis, seu in rem scripta, contra quemlibet prædij possessorem, etiam pro tempore præterito, quo suus author possedisset.*

27 *Decima est onus reale, & sequitur fructuum detentorem, dato quòd ex conuentione teneatur venditor prædij, & non emptor.*

Sententia transfert quasi dominium, & quasi possessionem in victorem: & hoc in corporalibus, sicut iuramentum. eo. nũ. & nu. 16.

28 *Officium iudicis nobile, datur etiam contra singularem successorem, in actione in rem scriptam, vbi eadem est æquitas.*

29 *Successor in castro, territorio, vel iurisdictione, dicitur vniuersalis, & non particularis.*

30 *Sententia lata contra authorem ante translationem, nocet singulari successori.*

DECISIO XX.



IN causa Venerabilis Mona. sanctæ Mariæ de Tremito, contra mag. Galeatium Caracciolum, super eo videlicet, an vigore sententiæ aliàs latæ cõtra priorem vtilem dominum lacus Barani, super solutione integræ decimæ piscium, sine deduct. expẽsarum, possit Galeatius ad eandem solutionem integrè faciendam compelli.

Primò dubitatum fuit, an in d. casu decima debita sit sine detractione expẽsarum, quæ in piscan-
do fiunt. Et quidem in alia * materia & generali- 1
ter ac regulariter, fructus semper intelligũtur de-
ductis expensis: vt in l. si à domino. §. fin. ff. de peti.
hære. in l. fundus qui dotis, in fi. princ. ff. fami. erci.
in l. fructus. ff. solu. matri. vbi est materia bene per
docto. enucleata. & hæc iura sunt contra Mon. At
circa materiam decimarum adhibetur per Papam
distinctio, quòd à decimis * prædialibus expensæ 2
non deducantur. vt in c. cum homines. c. non est. c.
tua nobis. de decimis. à lucris verò negotiationum
sic: vt in c. pastoralis. eo. tit. est gl. iuris ciuilis in d.
l. si à domino. §. fin. in versi. deductis, in fin. alleg. d.
ca. pastoralis. quæ circa hoc distinguit inter decimas prædiales & personales. Videntur in fauorem Galeatij, videlicet quòd possit deducere expensas, quas facit pro piscando, afferri posse duo.
Primũ *, quia decimę piscandi seu piscationũ sunt 3
personales, secundum Innocen. in d. ca. non est. de
decimis: ex quo ministerio hominis & industria
proueniunt, licet in mari vel aqua nutriantur: ex
quo infert, quòd decima * de his piscationibus, si- 4
cut etiam de venat. debet præstari eccle. parochiali, ad quam decimæ personales spectant: vt in capi. ad apostolicæ. eod. titu. non autem eccle. prædiali, & cum Innocen. tenent ibi Anton. de Bur. & Car. & etiam Abbas: licet aliud dicatur in piscibus viuario seu stagno, & animalibus terra foresta inclusis: vt ibi per eosdem doct. quod euenit, quãdo quis aliunde pisces & animalia capiendo recludit & nutrit in viuariis: sed decimæ personales debentur deductis expensis: vt dictum est per glos. in d. l. si à domino. §. fin. ergo, &c. Ad hoc potest responderi, vt glos. illa non bene distinguat: quod ostendo. Cla-
rum est vt & s. dixi, quòd * decima piscationum 5
est personalis: & tamen nos habemus q. istam, an piscationum decimæ debeantur expensis non deductis, propositam in d. ca. pastoralis. & per illum text. determinatur, quòd non debent deduci à decima expensæ, propriè loquendo de expensis retium & mercenariorum, seu piscatorum, & aliis quæ fiunt causa fructuum habendorum. & in hac opin. fuit ibi glo. Innoc. Hosti. Anton. de Butr. iij. colum. Card. in iiij. q. & etiam Ioan. Andr. dum distinguit inter fructus qui germinant, & qui non germinant. Secundum, quod pro Galeatio facit, est: nam dato quòd d. deductio fieri non debeat, illud procedit: ex quo loquimur ibi in decima. quæ debetur Deo de iure diuino, in recognitionem vniuersalis domini: vt in c. tua. de deci. & no. gl. in d. c. pastoralis. in verb. credimus. & facit Bald. in l. j. ij. col. de fruc. & lit. expens. Et pro hoc est quod not. Bart. in d. l. fructus. in sua distinctione: dum dicit,

quòd licet verſi.fructus,prolatum à lege,intelligi-
tur deductis expenſis : vt in iuribus in prin.allega-
tis : tamen fall.hoc in decima. Et ad rem noſtrã fa-
cit adhuc : nam decima iſta prætenditur debita de
fructibus lacus & fluminis ex priuilegio Regum
6 prædeceſſorum, * quorum Regum diſpoſitio de-
bet regulari ſecundum legalem:vt perinde ſit,ac ſi
à lege fructuum mentio facta fuerit, ex quo Rex
7 * eſt lex animata in terris,in authent.de conſuli.§.
pen.gl.in l.more.& in l.ij.ff.de iur.om.ind.vnde ſi-
cut verbum,fructus, prolatum à lege, debet intel-
ligi deductis expenſis:ita & ſi proferatur à Princi-
pe.& hoc in ſpecie dicit Bal.in l.j.iij.col.C.de fru.
& lit.expen.not.Pau.de Caſt.& Alex.in l. non am-
plius,in prin.ff.de leg.j.& Iaſ.in d.l.fructus.iiij.co
lum. Item pro hoc etiam eſt quod not.Angel.in
d.l.fructus.ſol.ma.dum per regulam illius l. & per
8 l.fundi Trebatiani.de vſufr.leg.tenet.quòd*etiam
ſi ageretur de commodo reipub.& fiſcali,ſeu Prin
cipis : vt quia ſibi deberet ſolui gabella, vel tribu-
tum de fructibus, debet intelligi deductis expen-
ſis.& idem tenent ibidem Imol.Aret.Alex.& Iaſo.
Ad hoc etiam reſponderi poſſet. primò, quòd ca-
nones qui ſanxerunt deberi decimam non dedu-
ctis expenſis, illud ſtatuerunt fauore animarum:vt
patet in d.c.tua.vbi dicitur,quòd decimæ ſunt tri-
buta egentium animarum:& expon.egentium,ſci-
licet,diuina gratia,ſecundum gl.xvj.q.j.c.decimæ.
colligitur ex his quæ not.Imol. Alex. & Iaſ. in d.l.
fructus.qui fauor viget in caſu noſtro, cum appa-
ret ex lectura priuilegiorum talem decimæ conceſ
ſionem factam per Retroreges pro remiſsione pec
catorum.Soz.in d.l.fructus prima conclu.ſol.ma.
infert ex limitatione Bar.ibi dum dicit,fall.in ver
9 bis,quòd ſi * ex diſpoſitione legis vel ſtatuti debe-
rentur fructus alicuius rei eccle.vel piæ cauſæ, in-
telligeretur non deductis expenſis. Infert etiam,q
ſi decimæ deberentur ex diſpoſitione hominis ec-
cleſiæ,vel piæ cauſæ, deberentur non deductis ex.
penſis:quæ notat ad ampliationem d.iurium,vide-
licet c.tua,& c.paſtoralis cum ſit : quia adhuc non
reperi alium ita in ſpecie extendẽtem:ideo dabam
iſtas rationes ſeu reſponſiones.& no.quia primum
illat.facit Bald. not.in d.l.fructus. videlicet,quòd
10 vbicunque verteretur * fauor animæ vel piæ cau-
ſæ, fructuum appellatio intelligi debet non dedu-
ctis expenſis. Secundò reſ.per id quòd not.Inn.
in d.c.paſtoralis.dum ponit cauſam quare in deci-
mis nõ detrahãtur expenſæ:quæ eſt, quia verbum,
fructus,vt decima fructuum,intelligitur ibi natu-
raliter : quicquid enim percipitur ex re,eſt in fru-
ctu ſeu reditu. ſed in leg. fructus interpretatur ci-
uiliter, hîc ſumus in donatione Principis, in qua
debet fieri latiſsima interpretatio in præiudi. con-
cedentis, quando non concernit præiudi.tertij.l.
fin.de conſti.prin.l.nec auus.& ibi Bal.C.de eman.
lib.c.cum dilecti.de dona. quod maximè procedit
in donat.quæ fiunt eccleſiis & locis religioſis. c.ij.
de dolo.l.fi.C.de ſacroſan.eccleſ.l.ſunt perſonæ.ff.
de relig Card.in d.cap.cum dilect.j.col.Et ob hoc
verba debent naturaliter accipi. Hinc dicimus,
quòd Princeps ligatur ex promiſsione facta ſine
cauſa,ſecundum Inn.& Ioan. And. in c.grandi.de
ſup.negli.præla.refert Laud.de prin.not. ccxlix.&
ex confeſsione facta parte abſente : perinde enim
eſt ac ſi in iudicio eſſet confeſſus.l.omnium. C. de
teſta. Laud. vbi ſ.not.cclx.Alb.in d.l. ſi à domino.
§.fi.dicit,quòd * quando quis conuenitur ex con- 11
uentione, quam fecit de ſoluenda certa parte fru-
ctuum,non deducit expenſas.quando autem ex eo
ſolo quod poſsidet, nulla facta conuentione de-
ducit expenſas : vt ſic mitius agatur cum authori-
tate ſola legis obligato, quàm cũ obligato ex con-
uentione propria. l. ſi fideiuſſor. §. ſi neceſſaria.ff.
qui ſatiſd.cog. Tertiò reſp. quòd non ſit aliquo
modo ſpeciale in decimis diuino iure debitis, id
de quo agitur, videlicet vt ſoluantur * non dedu- 12
ctis expenſis : nam ideo eſt illud,quia verbum fru-
ctuum, refertur ad aliquotam partem, & vbi ver-
bum fructus refertur ad aliquotã partem, non de-
ducuntur expenſæ:nam decima redditur eccleſiæ,
& nouem partes remanent apud dominum, & ita
loquuntur c.paſtoralis.& c.tua.& hic eſt caſus no-
ſter. At vbi quis obligatus eſſet * ſoluere ſeu reſti- 13
tuere omnes fructus, tunc debent ante omnia de-
duci expenſæ,ne quis locupletetur cũ aliena iactu-
ra,quia fecit expenſas, & reſtituit omnes fructus.
arg.l.nam natura.ff.de condi.inde. Et iſta fuit opi.
Hoſt.in d.c.paſtoralis:quæ placet d.Cardinali ibi,
in prima opi.& Abb.ibidem eam ſequitur. & Soz.
in d.l.fructus.ſolu.mat.in j.& iiij.concluſione, te-
net quòd etiam vbi decimæ deberentur ex diſpo-
ſitione hominis, non detrahantur expenſæ ex mo-
do ante dicto,qui fit in illo tex.vbi arguitur à con-
ceſsione domini tẽporalis:& ſic à diſpoſitione ho-
minis ad conceſsionem domini ſpiritualis, id eſt,
dei. & hæc interpretatur ob hoc, quòd conceſsio
dei ſub onere decimarum intelligatur facta non
deductis expenſis.Et pro hoc Abb. adducit text.in
d.cap.tua.de decimis.vbi Papa æquiparat verbum
decimarum,prolatum ab ipſo Deo, verbo prolato
à domino particulari. Hinc notant omnes in d.c.
tua.quòd dominus*tradens fundum excolendum 14
pro certa quota fructuũ, debet habere illam quo-
tam non deductis expenſis. Eſt ergo facienda dif-
ferẽtia an verbũ fructus proferatur indetermina-
tè,an verò determinatè.Et hoc apertè videtur Bar.
voluiſſe in d.l.fructus.dum primò facit diſtinctio
nem, an verbum fructus proferatur à lege, an ab
homine. Et deinde ſubdit, & hoc verum quan-
do verbum fructus indeterminatè profertur, &c.
Subdens inferendo,quòd ſi ſtatutum*vellet,quòd 15
de qualibet corbe frumenti ſoluatur tantum pro
gabella: non deducentur expenſæ:ſecus ſi in eo di-
ceret de fructibus. per l.ſi debitor. §. veriſimile.ff.
de contrahend.empt.aliud enim eſt quando verba
referuntur ad certam quantitatem, aliud quando
indefinitè.adeò quòd Bal.in d.l.j.pe.col.ver. pone
dono.C.de fru.& lit.expen.dicit,quòd ſi dono* o- 16
mnes fructus qui ſunt in tali agro meo, non dedu-
centur expenſæ ex eo : quia verbum fructus, non
eſt poſitum ibi indefinitè,ſed tãquam certum cor-
pus per dictionem,omnes. Secundò principali-
ter dubitatum eſt,an * dicta ſententia præiudicare 17
habuerit domino Regi directo domino lacus, ad
quem poſtea lacus ipſe ob rebellionem vtilis do-
mini deuolutus eſt:& conſequenter an noceat ipſi
Galeatio, qui à Rege cauſam habet. Regulæ iuris
faciunt,

faciunt, quòd dicta sententia non præiudicet: vt c. res inter alios acta. in rubro & nigro. & in l. sæpe. ff. de re iudi. l. Lucius. ff. de his qui. not. infa. c. cum olim. in fin. de causa pos. & propr. ca. quamuis, cum ibi not. de re iudi. & c. cum super. eo. ti. Item quod dicit Bald. in tit. de pace Const. in verbo, opinoni: quòd si inter duo castra vicina erat quæstio de aquæ publicæ ductu, & fuerit inter se lata sententia: deinde imperator concessit mihi vnum ex illis castris, ego non tenebor seruare dictam sententiam. Refert & sequitur Alexand. in l. si tertius. §. si quis prius. ff. de aqua plu. arc. in addit. Item quod decidit Bal. in l. j. C. de lib. causa. videlicet, quòd si inter
18 duos nobiles * est contentio de iurisdictione super aliquo castro, sententia inter eos lata non præiudicabit hominibus dicti castri super subiectione. refert & sequitur Abb. in d. ca. quamuis. x. col. de re iud. Hoc dubium videtur decidi ex his quæ habētur in c. si vassallus de feudo. si de feu. fue. contro. & in c. j. de contro. inter vass. & alium. secundum quod intelligit An. dicta iuta. Et breuiter applicando dicta Andreæ in d. cap. si vassallus. ad ca-
19 sum nostrum, an sententia lata * contra vassallum noceat domino. Quandoq; vassallus super re feudali, seu eius parte, aut seruitute agit: & iste non est casus noster, ex quo prædecessores Galeatij fuerāt conuenti. Quandoque vassallus conuenitur, & tūc subdistinguit. nam aut is qui agit, dicebat rem illam quam petit, seu seruitutem esse de feudo suo, quod ab eodem domino recognoscebat, & conuentus econtra asserebat esse de feudo suo, quod ab eodem domino tenebat: vel fuisset sibi ab eodem domino datum in feudum, & sic vterque fatetur eundem in dominum: & tunc sententia inde lata fuisset, siquidem dominus vult postea venire contra sententiam, asserendo feudum ex eius persona sibi pertinere, vt quia vassallus decessit sine hærede, vel commisit culpam dignam deuolutione, & non poterit: siue sciēs fuerit de lite, siue ignorans. obstabit enim sibi quod obstabat defuncto vel rebelli: per l. si actu. §. Iulianus. ff. de exceptio. rei iudic. vbi acceptio rei iudic. transit ad eum qui habet causam tetrogradam ab eo, qui à se habuerat causam, secundum opinion. Ioan. & Azo. Si verò dominus vult venire contra sententiam, asserendo rem seu feudum esse suum, aliter quàm ex deuolutione, & ab antiquo, & quòd sententia sibi ob hoc non potuit præiudicare: & isto casu poterit dominus per exceptionem seu replicationem rei iudicatę repelli, ita demum si fuerit sciens, non si ignorans. Andr. in dicto capit. primo. de contr. inter vass. & al. ij. col. ibi, certè si non est corruptus dicit clarè quòd si vincens egisset cōtra vassallum vendicando rem vt suam allodialem, si propterea dominus ageret, non ex persona vassalli sed sua: talis sententia non nocebit sibi, etiam scienti: quod est contra id, quod dixit in d. c. si vassallus. iij. colū. ibi, sed si vendicauit. Aut is qui agit asserebat rem
20 *non esse de illo feudo, sed suam propriam, & de suo allodio: possessor verò econtra dicens rem se recognoscere à tali domino, & actor vinceret obtinendo rem, vt de allodio, ad se spectare. si deinde dominus velit rem illam petere non ex persona victi vassalli, sed veluti rem suam, & tunc data

scientia litis poterit repelli: ex quo defensio causæ principaliter ad eum spectabat, & non defendit. d. l. sæpe. de re iudic. & multo fortius repelletur, quando vult venire ex persona vassalli, secus autem si fuisset ignorans. Et vide bene quoniam nec Andr. nec aliquis in dictis locis aperit, quòd si do minus velit venire ex persona vassalli, & esset ignorans, an posset repelli. in casu præcedenti fuerat dictum, quòd sic: sed ille est diuersus, quia ibi petebatur res vt feudum, & ambo fatebantur eum domi-
num. Aut econtra is * qui agit, asserit rem vt feudalem ab isto domino: is verò qui possidet, asserit suam & allodialem, & vincitur actor, si deinde feudo actoris ad dominum deuoluto, vellet dominus agere contra eum qui tenebat rem vt allodialem, vendicando ex persona victi vassalli, & repelli poterit per exceptionem rei iudic. siue sciuerit, siue ignorauerit: vt in d. c. si vassallus. quia vassallus victus potuit litigare de iure suo quod prætendebat. c. j. §. j. de inue. de re. alie. facta. At si velit vendicate ex persona suam rem tanquam suam iure proprio, & tunc non poterit sibi obiici de sententia etiam scienti, per d. l. sæpe. §. cur autem. Casus præsentis dubij, videtur posse decidi ex his
* quæ dicta sunt in secundo membro ante præcedentem, cum simus in vassallu conuento, tenente rem vt feudalem, & conueniebatur ab alio qui nō agebat vt vassallus, & prætendebat rem, seu seruitutem deberi, vt allodialem, seu iure allodiali. Tamen non apparet clarè an Galeatius tueatur se ex iure primæuo curiæ, an verò ex iure deuoluto per rebellionem vassalli victi. nihilominus dico sententiam hanc nocere Galeatio, & posse de ea replicari. Aut enim volumus dicere, quòd Galeatius
* velit se tueri, seu allegare, quòd tenet ex persona vassalli, videlicet Henrici Bulgarelli olim domini medietatis lacus victi per monasterium, & tunc sententia indistinctè sibi nocceret: siue fiscus directus dominus, ad quem postea feudum deuolutum est: & deinde Galeatio concessum sciuerit, siue ignorauerit: per dicta dun. c. scilicet c. primum. de contro. inter vassal. & alium. & ca. si vassallus. si de feudo fue. contro. Aut quòd Galeatius velit se tueri seu allegare, quòd tenet ex iure regio. Et hoc casu, quia constat de scientia domini regis: dum nomine suo lata est sententia, dum priuilegium sententiæ cum suo sigillo demonstratur, & eum manu secretarij dicentis, dominus Rex mandauit mihi, &c. Item dum per plures literas proprias mandauit, vt dicta sententia exequeretur. Idem dicendum est, quòd sententia præiudicauerit Curiæ Regiæ, & consequenter Galeatio, qui ab ea causam habet, per dicta per Andr. ita declarantem in d. c. si vassallus. & capi. j. cum qua declaratione Alua. & Car. Alexā. in eo. capi. si vassallus, pertransenunt. Potuit ergo monasterium vigore dictæ sententiæ agere actione iudicati, vt fecit, & quoniam Galeatius fuit citatus, & fecit super hac actione suas defensiones, suisque auditus, nilque attulit, ob quod sententia exequi non posset, bene sequitur, quòd debet pronuntiari sententiam exequendam. Nec obst. quòd ipse est tertius possessor: nam satis * in fauorem tertij possessoris inductum est, vt citari debeat, & causa cognita procedi, vt per mode. vi-

Decis. Neapol. nn 3 delic

delicet Alexand. in l.à diuo Pio. §.in venditione. xiij.colum.de re iudi.dum alleg.Inno. in c.quia v.
25 de iudi.& ibi per Fel.Et facit,nam actio * quæ oritur ex sententia, dicitur habere naturam actionis. super qua sententia lata est.l.miles. §.j. & ibi Paul.
26 ff.de re iudi. sed actio * super qua sententia postea lata fuit, videlicet pro decimis competens, erat realis, cum decima sit in dominio ecclesiæ: vt in c. commissum. & ibi per Abbat. de decimis & per eundem in c.parochianos, in fi.& in c.tua.ij. colũ. eod.titul.aut saltem in rem scriptam: datur enim contra quemlibet possessorem prædij, etiam pro decima temporis præteriti quo ille non possedisset: vt Host.Ioan.Andr.Card.& Abb.in d.c. pastoralis.alleg.Card.& Abb.Fed.consi.lxxxj.vbi dicit, quòd non est omnino obligatio personalis. & dicit Soz.in consi.cclxviij.j.colum.ij.volu.quòd de-
27 cima * est onus reale,& sequitur fructuum detentorem, & quòd pro eis potest agi actione rexli.adeo quòd gl.in c.in aliquibus.de dec. quam sequitur ibi Abb.j.colum.dicit, quòd etiam si fuerit factum pactum.quòd alienans prædium teneatur ad decimam,& non emptor,non valet hoc in præiudic.eccl.volentis agere contra emptorem. Ergo actio quæ oritur ex d. sententia, debet etiam posse dari contra tertium vel singularem successorem, sicut actio principalis. Imo ipsamet sentẽtia transtulit in Mon.quasi dominium, & quasi possessionem, quia sententia in corporalibus istud operatur.Inno.in c.in nostris. de conces.præben.maximè in ecclesiam.l.fin.vbi Bald.C.de sac.san. eccle.
28 Item facit:nam offi.iudi.nobile* datur etiam contra singularem successorem, vbi est eadem æquitas, quando est in rem scriptum. Bart.in l.si tertius §.si quis prius.iij.colũ.de aqua plu.arcen.vide Bald.in consi.lxv.ij.colum.j.volumi. vbi optimè loquens
29 dicit, quòd is * qui succedit in castro, territorio, vel iurisdictione, dicitur successor vniuersalis, nõ particularis. Item facit: nam ex sententia lata super actione reali oritur vtilis in rem, sicut ex iuramento.l.sed & si possessore.§.fin.versic.vtilis.& ibi gl.ff.de iureiur. Imo.& Alex. in d.l.miles.§.fin.ff.
30 de re iudica. Item facit, quòd sententia * lata contra authorem ante translationem, nocet singulari successori.Inno.in c.quamuis.de re iudic. facit l.si superatus.& ibi Bar.ff.de pigno.& l.si à te.§.fin. de exceptione rei iudi.sequitur Alexan. in saepe.xxij. colum. de re iudic.quòd si non posset contra eum exequi, non noceret. Fuit conclusum pariter quòd sententia mittatur executioni contra d. Galeatium, quamuis singularem successorem, sed solum pro tempore quo ipse possedit, non autem pro futuro, nec pro præterito quo ipse non possederat: & hoc ideo, quia procurator Monasterij se astrinxit solùm ad illud tempus.

SVMMARIVM.

1 *Neptis subintrat in gradum patris quo ad successionem nec non & in personam in tota hæreditate, excludenda amitam. limita vt infra eod.num. 8.& 10.*
2 *Neptis succedens ascendentibus, ingreditur ex persona & sexu patris, & non suo: quod secus est succedendo transuersalibus.*
3 *Clausula in fine posita, debet referri ad omnia præcedentia: dummodo non resultet correctio iuris: nã tũc sufficit vt possit inferri ad aliquid & n.11.*
4 *Statuto stante, quòd fratre decedente ab intestato sine ascendentibus, succedant fratres exclusis fœminis: nisi moritur frater cum ascendentibus, & fratribus, & sororibus: adhuc sorores excluduntur: licet de iure communi venirent cum ascendentibus.*
5 *Statutum debet ita strictè intelligi, vt ius commune non lædatur.*
Argumentum à contrario sensu, non habet locum in statutis, quæ loquuntur in casu prouiso à iure communi eo.nu.
6 *Nepotes succedendo in locum parentum, debent intelligi in locum. id est gradum. licet in veritate succedant ex propria persona, & non patris, cui nondum fuerat hæreditas delata.& nu.seq.*
8 *Filiorum appellatione quando veniunt nepotes. Filius masculus in statutis non excludit sororem, quia filius simpliciter sed quia filius masculus: quæ qualitas masculus non transit in nepoẽ.eo.nu.*
9 *Statuto quòd existente filio masculo. filia fœmina non succedat: si filius prædecedit relicto nepote, nepos excludit amitam: quod procedit quando in statuto esset expressa ratio.*

DECISIO XXI.


N causa Lisæ Seuerinæ cum Iac. Seuerina eius amita, fuit dubitatum: vtrum stante consuet. ciuitatis Neapoli.quæ incip.si quis, vel si quæ: in qua disponitur, quòd decedenti ab intestato sine liberis succedũt fratres, ac nepotes, & neptes, & pronepotes descẽdentes ex fratre vel fratribus præmortuis, æqualiter cũ fratribus superstitibus in stirpem. Si ad hæreditatẽ defuncti concurreret soror defuncti cum filia fratris alterius prædefuncti, an filia fratris excludat amitam. Et quidem quòd excludat multa faciunt, & sic contra amitam. Primò, nam certum est quòd si* pa- 1
ter huius neptis viueret, excluderet amitam illius, eandémque suam sororem vigore consuet. iam dictæ: sed ita neptis intrat in gradum patris sui, tum quia consuet. eam vocat: tum quia iura ita disponunt.l.si nepotes.ff.de colla.bono.insti.de hær.quæ ab intesta.defe.§.cum filius.& in authent.cessante. C.de legi.hære.& nedum in gradum: vt scilicet succedat æquè ac pater successurus erat: videlicet non obstante, quòd sit ipsa in remotiori gradu: verum etiam in personam, vt scilicet veniat ad totam hæredi. exclusiuè ad amitam vt masculus. probatur per tex.in authen.de hæredi.ab intest.§.reliquum. inducendo, prout facit Aret.consi.clxiiij.v.col.& Soz.consi.cclij.vij.col.vers.item per tex.in l.j.§. si filius.de coniun.cũ ema.lib. prout inducunt Aret.in d.consi.vj.col.in fi.& Soz.i.vbi s.vj.col.vers. ij. & per plures rationes, & iura, & authoritates, quæ in dictis consiliis referuntur:& in consi. Pau. de Castr. consil. clxj. incipient. in præsenti causa. Item probatur ex authoritate Neapolitani, in glo. in versic.ex masculis.vers. item quæro vtrum filia primogenita.in cõsuetudine, si moriatur.qui dicit, quòd de iure *. municipali Neapolis fœmina in- 2
gred

gredlens locum patris, succedit auo ex persona,&
sexu patris,& non suo:& ad idem gloss. in consue-
tudine, si quis vel si qua.in vertic. alij descenden-
tes. Item facit idem Neapo.in rub.de succe. ab in-
testato. vbi ponit hæc verba videlicet: & ex hoc
resultat terminatio alterius quæstionis, videlicet,
quando quis decessit relictis filiabus & neptibus
& nepotibus ex filiis masculis præmortuis, quòd
nepotes & neptes ex masculis excluduot amitam,
quamuis proximiorem in gradu: nisi stringas hæc
ad lineam ascendentium: quia illa gloss. loquitur
in linea ascendente, in qua nos nõ sumus, & quòd
sit fiendæ differentia: an succedatur ascendenti-
bus, & tunc filia intrat sexum: an transuersali-
bus, & tunc non. vide Caro.in longobarda, si quis
habuit filios. circa medium. & in longobardia, si
quis longobardus sororem. in fin. in tit. de succes.
Secundò facit: nam in fine dictæ consuetud. sunt
verba: & in præmissis appa. fratris soror non con-
tinetur: quasi velit quòd dum supradictum erat,
quòd nepotes, ac neptes, & fratres veniunt ad suc-
cedendum defuncto, vnà cum illius altero fratre
seu fratribus, non habeat locum in sorore: quo-
niam illa cum his, vel horum altero non admitti-
3 tur.& hoc ideo, quia * clausula in fine posita, de-
bet referri ad omnia præcedentia.l.iij.§.filius.ff.de
liber.& posthum.l.j.in princip. iuncta l.ij.§. quod
ait prætor.ff.de incen.rui. nau.l.j. C. de lib.præte.
item quia verba ipsa in casu directo nihil opera-
rentur: quo casu etiam in correctoriis ex eis argui
posset.glossa in l.nulla.iuncta authen.draconissam.
C.de epis.& cler. Bald.in l.obseruare.§.proficisci.
iij.quæst.ad fin.ff.de offic.procons.& le.ideo Bal.
in l.conuenticulam.C.de episc.& cler.tenet stante
statu.Flo. quòd non extantibus masculis fœminæ
succedant, ex quo in casu proprio nihil operatur:
quia sine statuto fœminæ non extantibus masculis
succederent: operabitur à contrario sensu: & ex-
tat ad propositum gloss. Neapol.in d.consu.in ver.
sororque expressè dicit, quòd in casu istius con-
suetud. & præcedentis, appellatione fratris soror
non continetur. Tertiò facit, quod voluit Ludo.
consilio cccxcix.inci.præsens consultatio, vbi vo-
4 lui, quòd stante statuto, quòd fratre * decedente
ab intestato sine ascendentibus, succedant fratres
exclusis fœminis: si moritur frater cum ascenden-
tibus, & fratribus, & sororibus, adhuc sorores ipsę
non veniunt: licet de iure communi venirent cum
ascendentibus. refert Ias. in l.j.in principi. xer. col.
5 de offic.eius. Quartò * facit: quoniam hic non
sumus in statuto, cuius verba debent strictè intel-
ligi, vt ius commune non lædatur: sed sumus po-
tius in pacto ciuium: & sic quodammodo in con-
tractu. & clarū est quòd latius interpretamur con-
tractus quàm statuta, quod patet: nam licet in sta-
tutis, quæ loquuntur in casu prouiso à iure com-
muni, non habeant locum argum. à contrario sen-
su, secundum Bartolum in l.omnes populi. vj. quæ-
stione. princip. de iustit.& iur. in dicta l.j. in princ.
ff.de offic.eius. tamen in contractibus non ita di-
stinguitur. l.inter socerum. §.cum inter.ff. de pact.
dot. l. pecuniam. ff. si certum petatur. etiam si sint
stricti iuris. Ludo. consilio præallegato cccxcix.
6 Pen amita verò, quòd * non excludatur in totum,
facit primò: nam leges quæ dicunt, quòd nepotes
succedunt in locum parentum, debent intelligi in
locum, id est gradum, vt perinde succedant, &
tantum omnes nepotes quantum solus pater. d.§.
cum filius. institut. de hæred. quæ ab intesta. defe. d.
auth. cessante.& c.j. de grad. success. in feud. in ve-
ritate autem succedunt ex persona propria, non pa
tris, cui nondum fuerat delata hæreditas. ita Bar-
tol. in l.j.§. si sit filius. ff. de colla. bono. & in l.j.§. si
filius. ff. de coniun. cum em. lib. & in l.ij. C. de libe.
præter. inducit Alex. consilio iiij. iiij. col. iiij. volu.
Et istud videtur esse verius, quàm id quod dictum
est suprà in primo motiuo pro nepte. & vide Alex.
consilio xx. penult. colum. j. volu. vers. non obstat
octauum argum. vbi limitat doctrinam Bartol. in
istis locis. Idcirco Iac. de are. & Salyc. in l.j. C. de
adult. tenent stante statu. quòd filij masculi * ex- 7
cludant fœminas, si mortuo patre superstitibus
sibi filio & filia sua, deinde moritur filius supersti-
te sibi sua filia, si hæc neptis hæreditatem auitam
totam vellet ex persona patris, qui nondum agno-
uerat, non posset obtinere: sed diuidet cum amita:
vnde non intrat personam patris, sed solum gra-
dum. de quo vide Ias. in l. si cum mota. C. de trans.
& idem firmat Bartol. in l. liberorum. vij. colum.
vertic. quæro pone per rationem: quoniam tunc
* appellatio filij de iure communi porrigitur ad 8
nepotes, quando profertur simpliciter sub ea ap-
pellatione. quia filius: secus si respectu alterius qua
litatis. per l. fi. C. de na. lib. sed filius masculus non
excludebat sororem, ideò quia filius simpliciter,
sed quia filius masculus: quæ qualitas masculus nõ
transit in neptem: ergo in ea non transit disposi-
tio statuti, non potest assumere locum patris: &
quòd amita cum nepte concurrat, vide Albertum
in ij. parte statu. quæstione cij. Idcirco licet Barto.
in d.l. liberorum. teneat, quòd stante statuto quod
existente * filio masculo, filia fœmina non succe- 9
dat, si filius prædecedit relicto nepote, nepos ex-
cludet amitā: ea potissimū ratione, quia nepos as-
sumit personam patris sui, vt in d.§. cum filius. ta
men Imo. in l. si verò. §. de viro. vlt. col. solu. matri.
limitat dictum Bart. non habere locum, nisi quan-
do in statuto esset expressa ratio, ex quo statutum
est valde præiudiciale, & correctorium iuris com-
munis, & in dubio debet restringi, vt quanto mi-
nus possit, lædat ius commune. c. cum dilectus. de
consuet. l. ij. C. de noxa. Secundò facit: nam iura
* prædicta, quæ dicunt filium succedere in locum 10
patris, loquuntur quando ageretur de excluden-
do patruo à parte, non à toto. vt est inst. de hæred.
quæ ab intest. §. cum filius. & d. auth. cessante. & d.
c.j. de gra. succ. in feu. ita Alex. no. in cons. cxxiij. ij.
col. j. vol. & consil. xx. iij. col. eo. vol. Sed in casu no
stro tractatur de excludenda amita à toto: & su-
mus in re diuidua. non autem in feudo indiuiduo,
prout loquuntur consilia Pauli, Soz. & Aret. præal
leg. ergo &c. Tertiò facit: nam statuta debēt in-
terpretari, vt minus lædant ius cōmune quàm fieri
posset. d.c. cum dilectus. de consuet. d.l. ij. C. de no-
xa. vnde debet sumi intellectus ad illa verba, & in
præmissis etiam: vt tunc appellatione fratris non
contineatur soror, quādo ipsemet alius frater, vel
filius masculus fratris, cum ea concurreret, non si

nepris. vnde non obstat, quòd in casu directo verba illa, & in præmissis, nihil operatentur: nam satis operabuntur: vt superius dictum est. Posset etiá intelligi hoc modn, videlicet, quòd dum supra in consuetu. dictum erat, filij & filiæ, nepotes & neptes ex fratre vocantur cum alio fratre viuo: illud verbum, & in præmissis, appellatione fratris referatur ad fratrem prædefunctum, patrem illorum vel illarum quæ volunt succedere, vt si hi tales essent nati ex sorore, non venirent. Et facit: nam li-
31 cet clausula * in fin. posita, debeat referri ad omnia: vt suprà dictum est: illud tamen debet intelligi, dummodo nó resultet correctio iuris: nam tunc sufficit, vt posit inferri ad aliquid. Abb. no. in c. ecclesia. de elec. Ias. in l. si idem cum eo. in fin. de iur. omn. iud. Et ad propo. facit optimè glo. in cap. cupientes. §. quòd si per xx. in verbo petere. de elect. lib. vj. & quòd per illam dicit Alex. consil. lxxxviij. ij. col. j. vol. versi. corroborantur. vbi decidit quasi similem quæstionem. Fuit conclusum & votatum, quòd amita cum nepte concurrat: & quòd ambæ succedant. Et quidem ratinnabilis est decisio: nam vtraque pars erat in iure sustentabilis: æquior igitur est sententia vt omnes admittátur. & nota: quia hic est casus nunquam decisus, nisi nunc.

SVMMARIVM.

1 *Legitimatus adhibita clausula, sine præiudicio venientium ab intestato: succedit patri, nedum ex testamento si instituatur, verumetiam ab intestato, exclusis venientibus ab intestato. Limita, nisi venientes ab intestato sint de descendentibus nu. seq. & 5. 7. & 8.*

3 *Princeps incipiens cognoscere de causa, videtur ob hoc totum negotium ad se reuocasse perpetuò.*

4 *Clausula in legitimatione apposita, videlicet, absque præiudicio venientiũ ab intestato, operatur quòd præteritus vel exhæredatus non veniet contra testamentum.*

6 *Legitimatus cum clausula. sine præiudicio &c. non succedit, nisi instituatur: ex quo per eam videtur Princeps cogitasse, quòd erant alij successuri. & nu. seq.*

8 *Legitimatus cum clausula sine præiudicio &c. excludetur à fratribus legitimis & naturalibus: eis verò non existentibus, excludet agnatos & transuersales.*

DECISIO XXII.



Vit apud me proposita dubitatio per Reuerendiss. Cardinalem Surrentinum de clausula in legitimatione apposita: videlicet, absque præiudicio venientiú ab intestato, quid operetur: & an si pater ab intestato decedat, hic legitimatus excludat proximiores: qui debuissent defuncto succedere, si legitimatio non adesset. Angel. in consil. clxiij. inci. viso puncto & literis. Pet. de Anch. consil. cliij. incip. pro fratribus defuncti.
1 tenent * quòd hic legitimatus ne dum ex testamento si instituatur, verumetiam ab intestato succedat exclusis venietibus ab intestato. & si dicatur, quòd hæc clausula * esset superflua: ita intelligendo. re- 2
spon. secundum Angel. vbi supra quòd non superabũdat. operatur enim, quòd si aliquibus ab intest. venientibus esset quæsitum ius tempore legitimationis succedendi in bonis personæ defunctæ, his per virtuté dictæ clausulæ non præiudicabit. Item respondetur secundò, secundum Anch. in d. consi. vlt. col. nam saltem dubitanter potuisset attentari, quòd agnati per hanc legitimationem forent perpetuò exclusi, etiam si legitimatus patri prædeceret: ex quo Princeps in hac success. apposuit ma-
nus, sicut dicimus, * quòd quando Princeps inci- 3
pit cognoscere de causa, videtur ob hoc totum negotium ad se reuocasse perpetuò. c. vt nostrum. de appel. Per hanc ergo clausulá remouetur tale obstaculum perpetuæ exclusionis: & idem si legitimatus iste morte, repudiatione, vel aliter excluderetur, tunc agnati venirent ob virtuté eiusdem clausulæ. l. peto. §. fratre. ff. de lega. ij. Item respondetur tertiò, secundum Ang. in præalle. cons. clxiij. quòd operari posset etiam in casu, quo aliquibus ab intest. venientibus quæsitum esset ius aliquod in successione, quæ defertur post legitimationé ex causa, etiam de præterito: vt si hi venientes ab intestato essent vocati per fideicomissum, cuius dies nondum cesserat tempore quo fiebat legitimatio. Item
respondetur quartò: nam licet * aliàs quando prę- 4
dicta clausula nó adesset, si pater institutis venientibus ab intest. filium legitimatum præterisset vel exhæredasset, posset legitimatus auocare hæreditatem per ius dicendi nullum, vel per querelam inofficiosi: tamen clausula hæc operabitur, quòd iste
præteritus, vel exhæredatus * nó veniet contra te- 5
stamentum. ita Ang. d. cons. ij. col. At Bal. in quodá suo cons. posito inter cons. Ang. cós. cclxiiij. tenet,
quòd hic * legitimatus cum d. clausula non veniat 6
ab intesta. ad excludendos proximiores vsque ad quartum gradũ. Et quòd ab intesta. hic non succedat, firmat Pau. de Castr. cons. ccxxv. incip. videndum est primò. vbi tenet, quòd * ita demum succe- 7
dit si instituatur. Anch. cons. ccxlj. ij. col. tenet generaliter, quod clausula prædicta operatur prout sonat, i. quod ab intesta. nec ex testamento veniet legitimatus in præiudicium venientiũ ab intest. sed in casu d. cons. is qui veniebat ab intest. erat de descédentibus: item nó fuerat expositum legitimanti, quod ille extabat, prout videtur requiri: vt per Anto. de Butr. in c. venerabilem. xviij. col. qui fil. sint leg. & per Abb. ibidé. vj. col. in fi. per Aret. plenè. cons. pe. circa fi. & Ias. in l. Gallus. §. & quid si tantũ. ff. de li. & posthum. & Laud. de legitimatione. v. char. licet istud vlt. non videretur necessarium, quando in legitimatione est d. clausula, ex quo per eam videtur Princeps cogitasse, quòd erant alij successuri. Nicò. de vr. in tract. de success. ab intest. xij. charta tenet: quòd hic legitimatus cum ista clausula non veniat nisi ex testaméto. allegat idem tenere Petr. de vbal. in quodam suo cons. & d. Onufrium de bartolinis, qui suo tépore dicebatur doctor veritatis. & Ioan. Petr. in l. fin. C. de edic. Concludit tamé esse bene cogitádum, & consulendá curiam Ro. à qua emanát d. priuilegia. Idé quod prædicti tenet Soz. in d. §. & quid si tantum. ix. col. & in consil. cexij. in quibus locis dicit, quòd ista est communis opi.

Alex.

Alexand.verò in consilio clxxxvij. iij.colum.v.vn
lum. & consilio clxxxviij.iij.colum. prope finem.
8 eod.volum.dicit, quòd licet *alias, quando hæc
clausula adiecta non fuisset, patri aliis filiis legiti-
mis & naturalibus superstitibus decedenti, hic le-
gitimatus vnà cum dictis filiis successisset ab inte-
stato: tamen clausula ista operabitur: quòd si pa-
ter ipse superextantibus dictis aliis filiis legitimis
& naturalibus decederet, iste legitimatus non suc
cedet ab intestato, nisi instituatur: vnde secundum
eum ab intest. excludetur à fratribus: eis verò non
existentibus, excludet transuersales & agnatos. Di-
xi, quòd mihi placebat opinio prima cum declara-
tione Alex. per rationes per eum adductas.

SVMMARIVM.

1 *Quarta legatorum ad pias causas est duplex: alte-*
ra parochialis, altera episcopalis.
2 *Quarta parochialis & episcopalis differentia.*
3 *Quarta parochialis petitur ab herede: episcopalis*
autem ab ecclesia legataria.
4 *Quarta episcopalis non detrahitur demissis lega-*
tis, nec derelictis ad perpetuum cultum di-
uinum.
5 *Ciuitas non habens aliam parochiam nisi maiorem*
ecclesiam, quæ sustinet onera parochialia, dici-
tur habere vnicam parochiam, & per conse-
quens episcopus habet quartam parochialem.
Ecclesia parochialis habet orare pro parochianis,
quorum peccata cancellat. eo. nu.
6 *Vita laicorum clericis est passio: sed mors est con-*
solatio.
7 *Legatario cui aliquid in diem est relictum, debet*
caueri, sicut creditori vsque ad aduentum ter-
mini. & nu. 6.

DECISIO XXIII.

ADHVC per literas eiusdem Reuerē-
dissimi d. consultus, quid sentirem
de legato ad perpetuas missas, facto
in ciuitate Surr. per quondam do. A-
nellum Raparium doctorem, an pos-
set ipse Reuerendissimus dominus detrahere quar
1 tam. Respondi * quòd cùm duæ sint ad proposi-
tum nostrum quartæ: alia parochialis, de qua in c.
ij. & in c. in nostra. de sepul. in c. ij. de sepul. in vj. &
in Clem. dudum. §. verum. eod. titu. & alia episco-
palis, de qua in cap. requisiuisti: & in cap. fi. de te-
sta. & in c. de his. cum sequenti. x. q. j. & vide Bald.
2 consil. clxvj. ij. volu. Inter illas plures * assignant
doctores differentias, quarum duæ sunt quæ ad
propositum nostrum faciunt. Vna, quod de his
quę ad perpetuum cultum diuinum relinquuntur,
quarta episcopalis non soluitur. dicto cap. fina. &
exemplificat ibi Abb. in eo quod legatur, vt die
quolibet celebraretur in certo altari: sed bene sol-
uetur quarta parochialis, per textum in d. Clem.
dudum. §. verum. ibi, de quibuscunque & quomo-
docunque relictis. & in hoc videtur Summa ange-
lica, in versic. canonica portio. §. j. versi. tertius ca-
sus. non bene locuta, dum æquiparat in hoc quar-
tam episcopalem, & parochialem. Alia diffe-
3 rentia: quoniam quartam * episcopalem nequit
prælatus petere ab hærede, sed ab ecclesia legata-
ria (sibi enim defunctus aliquid relinquere tene-
batur:) sed ecclesia legataria ratione communio-
nis, quam cum episcopo habet, communicat sibi
legatum. dicto cap. requisiuisti. de testam. Quartam
verò parochialem de directo ab ipso hærede cura-
tus percipiet, secundum glossam in dicto §. verum.
versic. largiri. quam ibi sequuntur Cardinalis, An-
charanus & Imol. & hanc differentiam ponit Abb.
in cap. de his. ij. colum. de sepult. Ad propositum,
si essemus in quarta episcopali, foret dicendum,
quòd ipse Reuerend. dominus non valeret eam pe
tere: tum quia sumus in re * ad perpetuum diui- 4
num cultum relicta, per dictum cap. fina. Et con-
stat quòd dicta clem. procedens correctoriè ad il-
lud capitulum, prout notat ibi Imola. in xvij. co-
lum. post glossam & alios, non habet locum nisi
in quarta parochiali: prout tenet Barb. in eod. ca.
fina. iiij. colum. Rom. consilio ccxxxiij. incipienti,
præmissa quæstio. Abbas in consilio xxxvij. incip.
tria. j. volum. & in dicto cap. fin. de testamen. Tum
etiam, quia sumus in missis, de quibus dicit Bal-
dus in l. si quis ad declinandam. nona colum. C. de
episcopis & clericis. quòd non detrahitur quarta
episcopalis, limitans glossam in dicto §. verum. in
ver. funeralibus. in fin. vt loquatur in quarta paro-
chiali: quod indistinctè de missis detracta hac quar
ta reperin. quod tenet Anton. Corss. in reperto. Ab-
ba. in verbo, canonica portio, cum limita. At in
casu de quo agitur, est bene considerandum, quòd
non tractatur de quarta episcopali, sed parochiali:
cum ciuitas Surr. non habeat * aliā parochiam nisi 5
maiorem ecclesiam, & ab ea suscipit sacramenta:
sicut Neapolis, in qua licet nominentur plures pa
rochiæ, tamen vna tantum est: & illa est quæ susti-
net onera parochialia, quæ cōsistunt in exhibitio-
ne sacramentorum & aliorum diuinorum, cum
orare habeat eccles. pro parochianis. vnde scribi-
tur, cancellat peccata populi. de pœnitent. distin.
j. quem pœnitet. j. quæstione j. dictum. Et ideo ipsa
ecclesia, sacerdotes & prædicatores ciuitati dat:
quòd * spectat ad parochianū. d. §. verum. in prin. 6
hinc tex. in c. j. de sepult. dicit, quòd vita laicorum
clericis est passio, sed mors est consolatio. Ideo te-
neo, quòd ipse Reueren. dominus quartam ab isto
legato detrahere potest, per d. Cle. quæ licet loqua-
tur in relictis factis minoribus, & prædicatoribus:
tamen Clemens v. prorogauit eam ad eremitanos,
secundū Io. And. ibi in apostillis: & in c. constitu-
tionem. de regula. lib. vj. referūt & sequuntur Car.
Ancharanus & Imol. in ead. Clem. fina. & Abb. in
d. cap. fin. de testa. Sed quoniam præsupponitur,
quòd testator posuerit diem in tali legato, videli-
cet biennium: videtur, quòd ex quo ipse Reue-
rendissimus posset compellere hæredem ad soluen
dum tēpore adueniente: nec tenetur petere ab ec-
clesia, seu monasterio, per ea quæ dicta sunt, si hæ-
res ipse vult recuperare pignus captum, cauere te-
neatur de soluendo quartam adueniente termino
duorum annorum. Sicut dicimus in eo * cui ali- 7
quid in diem legatum est: nam debet ei caueri. l. j.
vt lega. no. caue. sicut etiam statuunt iura in hære-
de, qui soluerit integrum legatum: nam si ratio-
nabiliter dubitaretur an falcidia locum habeat,
debet sibi caueri de restituendo id, quod per leg.
Falcid.

Falcid.defalcari poterat.l.j.in princip.ff.si cui plus quam per leg.Falcid.

SVMMARIVM.

1 *Filij heredes tenentur alere matrem post mortem patris de iure cõmuni, & in consuet. Neap. de iure municip. iuxta quod non tenentur extranei alere viduam, etiam infra annum restituendæ dotis, existentis in rebus mobilibus.*

Limita, nisi mulier esset inops, nec haberet vnde se aleret, tunc heredes viri tenentur sibi dare tantùm de dotibus, quòd ex eo possit ali: necnon potest sibi dici, tu habes patrem, alaris à patre. nume. 11.

2 *Heredes viri extranei de iure communi tenentur vxori ad alimenta, si volunt gaudere annali dilatione: dummodo non habeat vxor vnde se alat de introitibus suis.*

3 *Alimenta debentur vxori siue dos sit in pecunia, siue in rebus mobilibus fructum dantibus, vt pecudibus, nauibus.*

4 *Dos consistens in rebus mobilibus lapso anno debet restitui cum suis fructibus: non sic in pecunia: licet tanto minus de fructibus, quantum fuerit expensum pro alimentis datis vxori*

5 *Alimenta non debentur vxori vltra fructus prouenientes ex rebus mobilibus, qui non sufficerent.*

6 *Heredis est electio soluere dotem, an dare alimenta infra annum.*

Alimenta vtrum præstentur salua substantia dotis an verò possit hæres dicere vxori: ecce tibi tot pecunias pro alimentis: quas volo quòd excomputes in dotem eod.nu.

7 *Heres tenetur ad alimenta, si mulier non habet aliunde: posito quòd habeat patrem etiam diuitem.*

8 *Alimenta præstantur vxori extra domum heredis siue debeantur ex dispositione testatoris, siue legis ad suam electionem: posito quòd possit honestè viuere cum herede.*

9 *Alimenta debentur pro tempore præterito, quando mulier interpellasset heredem, & accepisset mutuo pecuniam.*

10 *Vidua recipiens alimenta, tenetur heredibus operari de omni opere quod scit, vt suere, filare, texere: aliàs de alimentis tantum deduci debet, quantum interest heredum ipsam operari domi.*

11 *Limita si mulieris conditio repugnaret: puta quòd esset magna domina, cuius nulla sunt opera: & tunc non tenetur ad operandum, nec ad excomputandum.*

12 *Heredes viri quare possit vxori dicere in ciuitate Neapo. & non alibi: tu habes patrem diuitem, alaris à patre.*

DECISIO XXIIII.



N causa Lucentis Pappalardæ viduæ relictæ quondam Iac. Antonij Nicolai, petentis ab hæredibus dicti eius viri alimenta sibi præstari, durante primò anno soluto matrimonio, infra quem * dotem exigere non potest: 1 cum hic simus in hæredibus extraneis, non filiis ipsius mulieris: quoniam de filiis est cautum per consuetudinem Neapoli. quæ incipit, viro mortuo. quòd incontinenti ad alimenta teneantur: quæ se conformat cum iure communi, quia filij debent alere matrem. l. finali. §. ipsi autem. C. de bonis quæ liber. glossa, & doctores in l.vnica. §. exactio. C. de rei vxoriæ actio. vide Baldum consilio cclij. secundo volum. & consil. cclviij.v.vol. Et claræ sunt doctrinæ * in hærede etiã extraneo, 2 quòd si vxor quæ soluerat dotem vult alimenta, quòd ipsi hæredes teneantur, si volunt gaudere dilatione annali. de qua in dicta l.vnica §. exactio. dummodo non habeat vxor ipsa vnde se alat. Nec consideratur ad videndum si habeat vnde se alat, an habeat bona quæ vendere potest, sed an habeat introitus. Baldus consilio cxcvj. secundo volumi. ita gloss. in eod. §. exactio. in l. diuortio. in princip. in gloss. in versi. facto. ff. solu. matr. in l. pen. ff. vt in po. leg. & per Spec. in titu. qui filij sint leg. §. j. versi. sed nec dicamus. Et licet præfata videantur procedere quando * essemus in dote consistente in re 3 mobili, quę fructus dat: vt in naui, equo, pecudibus &c. ad quæ restituenda etiam annus datur. dicto §. exactio. quasi quòd ideo hæres tenetur, quia percipit ex his rebus fructus, vt considerant omnes: vt sic non sit idem in dote consistente in pecunia, saltem quando ex dicta pecunia fructus non percipit. Tamen doctores in locis prædictis videlicet in d.l. diuortio. & in §. exactio. non videntur facere differentiam, an dos consistat in pecunia, an in rebus mobilibus. Ioan. de Imol. ibidem. ij. col. explicat, videlicet in dicta l. diuortio. parificando casum, quo pecunia vel res mobilis datur in dotem. Quinimò * arguendo videtur maior ratio vigere in pecunia: nam si dos consistit in mobilibus, hæres viri lapso anno debet ipsa mobilia restituere cum fructibus. d.l. diuortio. §. nõ solum. & dicto §. exactio. cum sequent. & not. Bart. in l. si constante. §. quoties. ff. soluto matrimonio. licet tanto minus debet de fructibus restitui, quantum fuerit expensum pro alimentis. vt not. in dicto §. exactio. per Salycetum post Dynum in ver. hoc. attende. At quando dos erat in pecunia, quodcunque interusurium hæres infra annum habuit, non attenditur, nec venit modo aliquo restituendum. vt declarat Bartolus in dicto §. quoties. l. si constante. Ergo si hæres indistinctè non cedet interusurium quando euenisset, tanto fortius debet ligari ad alendum, cum iura quæ alendi necessitatem ingerunt, id potissimè faciant ob commoditatem quam hæres ex dotibus percipit medio tempore, & quòd quando dos in pecunia consistit, si mulier non habet vnde se alat, debet infra annum ali ab hæred. viri. firmat Alexander consil. xxviij. in princip. ij. col. iiij. volum. allegans doctores in dictis locis. videlicet in §. exactio. & in l. diuortio. Licet * in contrarium faciat: nam est decisum, 5 quòd quando fructus ex ipsis mobilibus venientes non sufficerent ad alimenta, hæredes viri non tenentur contribuere ad ea vltra dictos fructus: prout tenet Alexander in dicta l. diuortio. in prin. viij. & ix. col. post Iac. But. & Paul. de Cast. contra

Bart

Bartol. & Angel. in ead. l. diuortio. Et dicit Saly. in d. §. exactio. quod opin. Bart. est rigorosa: prima autem est æqua. Contra Bar. tenet Ias. in d. l. diuortio. viij. colum. Alex. saluat Bart. dicens, quòd potest intelligi vbi aliqua esset dos, licet non tanta, cuius fructus ad alimenta sufficiunt: vt vbi nulla esset dos, tunc procedit quòd non tenentur hæredes ad alimenta. Alex. ibidem. ix. col. quia non reperitur hoc casu iure cautum. Retenta ergo opi. quòd hæc vidua debebat in primo anno ali, si nõ habet aliun-
6 de, videndum est primò, an debeat * ali salua substantia dotium, an verò possit hæres dicere, ecce tibi tot pecunias pro alimẽtis, quas volo quòd excomputes in dotem. Pet. & Cyn. in d. §. exactio. tenent, quòd hæres possit hoc dicere, & dare mulieri tot mobilia, quando dos in mobilibus fuisset: vt se inde alat & excomputet. sequitur Alex. in d. l. diuortio. viij. col. versi. ex prædictis igitur. At Imol. Are. & Ias. post Ant. dicunt, quòd hæredes viri tenentur alere vxorem ob reuerentiam prioris matrimonij, istud de reuerentia nihil esset: quoniam excomputare deberet vxor in dotem id quod recipit. Quòd sit hoc in electione hæredis, an soluere dotem an dare alimenta infra annum, tenet Bal. in authen. ei qui. xvij. col. versi. quæro minor. C. de bo. author. iu. poss. sequitur Alexã. in d. l. diuortio. ix. col. sed hi loquuntur, quando hæres offerret totam dotem. Præterea ex opinione eorum quos retuli proximè, qui tenent, quòd quando fructus dotis non sufficiunt, adhuc infra annum debet ali mulier, infertur quòd nisi hæres soluat totam dotem, non potest soluere partem, & facere quòd excomputet vxor in dote. Secundò videndum est,
7 * ex quo omnes tenẽt tunc vxorem debere ali infra annum si non habet aliunde. pone prout in casu nostro est, quòd vxor habet patrem: an possint ei hæredes dicere, prout hic dicunt, alaris per patrem: maximè si esset diues: quia tenetur alere filios. l. si quis à lib. §. si vel parens. ff. de lib. agno. Salyce. in d. §. exactio. tenet quòd adhuc debet ali ab hæredibus viri. sequitur Alex. in dicta l. diuortio.
8 in princip. vij. colum. Tertiò, an debeat * ista recipi in domo hæredis, si nõ vult ibi stare: & in hoc Bart. in d. l. diuortio. in princ. dicit quòd text. in l. libertis quos. §. fi. ff. de ali. & cib. leg. videtur: quòd non imponatur necessitas standi cum hæredibus: sed quòd debet alibi alimentari. idem clarius ponit Bart. in eo. tio. l. libertis. §. fin. in fi. firmat Bald. in l. in annalibus. C. de leg. in fin. dicens esse casum in l. cum hi. §. in causæ. ff. de transact. subdens, quòd si testator habebat domos proprias, non tenebitur hæres ad conducendum alienas: & quòd debeantur extra domum hæredis, tenet Paul. in l. j. C. de lega. & Ias. in d. l. diuortio. in princip. viij. col. dicit hanc esse communem opin. doct. siue alimenta debeantur ex dispositione legis, siue testatoris: & allegat eũ ibi dicere, quòd semper vidit ita in practica communiter obseruari: quòd licet mulier possit honestè viuere cum hærede viri: possit tamen separatim petere alimenta, quamuis ratio sit
9 in contrarium secundum eum. Quartò, an * possit hæc vxor petere alimenta pro tempore præterito. Bald. in l. de alimentis. C. de transactionib. tenet quòd sic: loquendo in vidua quæ se aluit: sed hoc debet intelligi secundum Paulum in dicta l. diuortio. quando mulier interpellasset hæredes viri, & fuisset in mora: & propter hoc vxor ipsa pecuniam mutuo accepisset. & cum hac limitatione transit Alexander in dicta l. de alimentis. Quintò, * an durante hoc tempore mulier debeat ope- 10
rari hæredibus viri, dum alimenta recipit ab eis. Bartolus in eadem l. diuortio. in principio, tenet quòd sic, & ideo dicit, quòd de alimentis debet deduci tantùm, quantum interest hæredum eam in domo eorum operari. alleg. dictam l. si constante. §. quoties. quod limi. procedere in muliere, quæ operaretur secundum suam conditionem. & ideo dicit Paulus ibidem, quòd hæredibus tenebitur vxor vidua de omni opere quod scit facere, vt suere, filare, texere &c. per glossam in l. ij. fic. de oper. libert. Si verò esset aliqua magna domina, cuius nullæ sunt operæ, dicit Bartolus quòd ista non tenebitur ad aliquid operandum vel excomputandum, per l. si. ff. de ope. liber. Sextò * an præ- 11
dicta vendicent sibi locum in ciuitate Neapo. vbi viget consuetudo in scriptis redacta, quòd infra primos sex menses à morte viri si fuerint hæredes filij communes, teneantur vxorem eandémque matrem alere: sed si fuerint alij hæredes, non teneantur ipsam alere. Et contra mulierem facit, quia verba consuetud. clarè loquuntur: quòd hæredes non teneantur. Crederem, quòd quando esset inops, nec haberet vnde alimenta percipere posset, cogerentur hæredes viri dare sibi tantum de dotibus, quòd ex illa ali possit, prout Alex. in d. l. diuortio. viij. col. ver. ex prædictis. Et * quòd possit 12
sibi dici, si habes patrem, alaris à patre: nam ratio ob quam circunscripta consuetudo de iure communi non potest allegari vxori, quòd alatur à patre, est; quia pater potuisset sibi dicere, non teneor, quia hæredes viri tenentur: vt Alex. in d. l. diuortio. vij. col. & Saly. in d. §. exactio. hoc quidem quòd hæredes viri tenerentur, cessat in ciuit. Neapolit. ergo &c.

SVMMARIVM.

1 *Falsitatis iudicium motum contra testes, vel contra principalem dum pendet. facit supersederi in causa principali, ne sententia proferatur.*
Limita in regno procedere in causa etiam possessorij. propter pragmaticam, quòd causa perdatur, vbi quis producit falsos testes, quare congruit expectare finem falsitatis vt sciatur de amissione causa num. 6.
2 *Falsitatis iudicium retardat causam principalem in sententia, non autem in conclusione.*
3 *Limita secundò, dummodo illi testes facicbant probationem necessariam: nam si præter eos, qui de falso redarguuntur, remanerent in sufficienti numero non suspenditur sententia.*
4 *Limita tertiò, dummodo non appareat accusationem fieri maliciosè, pateriter, & non præsumptè.*
5 *Limita quartò, dummodo accusator se nimium arctauerit tardando accusationem post conclusionem: nam tunc non differtur decisio. & numero sequenti.*

DECISIO XXV.



N causa reuerẽdi Baruli cõtra mag. Ioannem de Topho ac vniuersit. Lauelli: ipsi dominus Ioannes ac vniuersitas accusauerunt testes domini Prioris, eundémque do. Priorem de falso. dum autẽ pro d. Prioris parte instaretur pro conclusione in causa fuit per conuentos opposi-
1 tum, quòd * non potest aliquem actum in causa procedi pendente quæstione falsitatis. cõstat enim quòd iudicium falsitatis dum pendet, si modo motum sit tam contra testes quàm contra principalem, facit supersederi in causa principali: vt tenẽt Cyn. in l. j. pen. & vlt. col. C. qui accu. non pos. Bar. in l. diuus. & l. seq. ff. de peri. hære. Bald. in l. si quis testibus. pen. col. C. de testib. & in l. fin. prope fin. C. de fide instrum. Fuit voratum, quòd procedatur ad conclusionem: & præfatæ doctrinæ non vetant procedi vsq; ad conclusionem inclusiuè: sed bene impediant quo minus possit sententia ferri. Et verba Cyn. in loco præallegato istud sonant, dum dicit, quòd per talem accusationem differtur diffinitio causæ principalis. sic etiam ver. Bart. in d. loco, dum quærit, an per istam accusationem differatur condemnatio. sic verba Bald. in d. l. fin. dum quærit an pendente accusatione, possit expediri principalis processus. Est ergo vna & sic prima limita-
2 tio, * vt supersedeatur in sententia, non autem in
3 conclusione. Secunda limitatio est, * dummodo illi testes redarguantur de falso, qui necessariam faciebant probationem. nam si præter eos, qui redarguuntur de falso, remanerent in numero sufficienti, non suspenditur etiam decisio causæ. Cy. & Bal. in d. l. j. C. qui accu. non pos. refert, & sequitur Soz. in tract. de instantia. xxiij. principali articulo. ver.
4 sed quæro &c. Tertia limita. est, * dummodo non appareat istam accusationem fieri maliciosè, ita quòd malitia sit clara, patens, & non præsumpta.
5 Bald. in d. l. j. vlt. col. Quarta limita. est * dummodo accusator nimium se actauerit, retardando accusationem. Bal. vbi suprà, vt quia esset cõclusum in causa principali: nam si tunc accusat, non differ
6 tur pronunciatio. Quinta limit. est, * nisi essemus in causa possessorij: nam eius decisio non suspenditur per accusationem de falso. glo. in l. iij. in ver. falsum. C. de edi. diui Adriá. quã sequuntur Bart. & Salyc. & procedit secundum Corn. ibi etiam si principalis criminaliter intentaretur, Allega. Rapha. licet Dyn. contrà. Tamen in causa oppidi inter Berardum Cataciolum & Vincentium de mandato iud. fuit decretum per commissarios causæ, quòd supersederi debeat etiam in causa possessorij, præcipuè quia in regno est pragmatica, quòd causa perdatur, vbi quis producit falsos testes: vnde congruit expectare finem falsitatis, ad hoc vt sciatur de amissione causæ.

SVMMARIVM.

1 *Vidua vestem de domo viri debeat expensis heredum habere vestes lugubres seu vidualer, si consuetudo loci. & conditio personarum hoc importat: cùm tristis habitus sibi competat ob viri sui mortem.*

2 *Consuetudo loci, quòd vxori viduæ debeantur vestimenta vidualia, est probanda per heredes in Regno, an per viduam.*

DECISIO XXVI.



N causa Lucentis Pappalardæ petentis vestes lugubres ab hæredibus quondam viri sui, non adducta nec probata aliqua consuetudine, per quam debeantur Ang. in l. decreto. C. ex quibus cau. infam. irrog. dicit & est arg. hac b
* quòd mulier de domo viri debeat habere vesti- 1
menta vidualia. si consuetudo loci & cõditio personarũ hoc importat: nam tristis habitus sibi competit ob viri mortem. Angel. in l. sed vsufr. §. dos legata. ff. ad leg. Fal. quem refert ibi Imol. tenet idem: videlicet, quòd istæ vestes lugubres spectant ad onus hæredum, si secundum cõsuetudinem regionis consuetum est viduam vxorem indui talibus vestimentis, sed loquitur in vestimentis iam emptis & traditis: Imo. in in tus alleg. l. si vsufr. §. dos leg. ff. ad legem Fal. loquens in vestimentis iam traditis, dicit quòd ita demũ sint vxoris, si sunt quotidiana. quòd si essent festiua & magni valoris, videntur non data, sed potius tradita, quòd vxor secuet honorem mariti, quando sic vidua. & ideo si mulier nuberet, hæres posset tales vestes repetere. At Alex. dicit referendo Imo. & eum sed Imo. hoc non dicit; videlicet quòd in casibus in quibus hæredes viri tenentur ad alendum, tenentur prouidere de dictis vestibus vxori stanti in viduitate secundum conditionem suam: aliàs non possent cogi ad vestiendum de rigore iuris cessante consuetudine: dicit ita etiam esse de mente Romani in auth. ex testam. C. de coll. nec placet Alex. id quod dicit Imol. de vestibus quotidianis, quòd illæ videantur donatæ pro toto tempore, etiam finita viduitate. Alex. in l. si ex re. §. illud. ff. de stipul. fer. tri addit dicit, quòd ex his quæ traduntur, videtur decidi, quòd vxori defuncti emenda sint per hæredem vestimenta lugubria, nisi consuetudo aliud disposuerit alleg. not. per doct. in d. l. decreto. Aret. in §. fuerat. ante p. col. instit. de act. dicit, quòd mulier debet vestiri pannis lugubribus & velis expensis hæredum viri viro mortuo, secundum qualitatem personarum & quantitatem patrimonij, si & in quantum in regione est talis consuetudo sic vestiendi: aliàs hæredes viri ad istam impensam non tenentur. alleg. not. per Bar. & Ang. in d. l. decreto.
Ex verbis Alex. in d. §. illud colligitur, * quòd vxo 2
ri petenti vestes lugubres non incumbit probare aliquam consuetudinem, sed incumbit hæredibus probare consuetudinem de contrario. At ex verbis Ang. & Are. suprà relatis, videtur inferri, quòd vxor probare debeat consuetudinem esse, vt ei dentur ab hæredibus vestimenta. Posset dici, quòd illa exceptio probandæ consuetudinis, de quo per d. doct. proximè relatos non refertur, vt vxor debeat probare consuetudinem, quòd hæredes viri vestire soleant secundum consuetudinem, quòd viduæ ita vestitæ ire consueuerant in locis. Et ita fuit votatum pro vidua.

SVM

SVMMARIVM.

1 *Custodia ciuitatis tempore belli ex pluribus dominis habentibus iurisdictionem, spectat ad habentem merum imperium, & iurisdictionem. intellige vt infrà eod. nu. 8.*

2 *Belli tempore pro quolibet etiam modico pœna capitis imponitur.*

3 *Custodia rei in qua sunt plures Domini, debet esse penes digniorem.*

4 *Comestabilis magnus de iure communi vocatur magister militum, sub quo sunt etiam omnes Marescalli, qui vocabantur tribuni militum.*

Rex solus ad quem spectat indicere bellum, potest creare Capitaneum seu ducem exercitus. & numero seq.

5 *Domini ciuitatum hodie possunt ex iusta causa bellum indicere stante Imperatoris absentia: tamen in regno non licet, tum ob præsentiam regalium officiorum, tum per consti. a. qua incipit, comes vel baro.*

6 *Dominus potest custodire castrum tempore necessitatis inuito vasallo, & simul cum vasallo: sine vllo tamen malo ingenio.*

Dominus directus potest castrum feudale reficere & fortificare, sua tamen forma non mutata. eod. numero.

Dominus temporalis tempore belli, & necessitatis posset ecclesiam incastellare, & maximè Campanile.

7 *Rex aut Princeps potest castrum situm in confinio debile & non aptum ad bellum, diruj facere à fundamentis.*

8 *Sigillum castri debet esse penes digniorem: sicut regimen quo ad statum, penes nobiles tanquam digniores.*

9 *Dominis duobus existentibus insolidum in eodem castro, alter non potest alterum punire delinquentem. Fallit si alter habet maiores gradus meri imperij. & nu. 11.*

Par in parem non habet imperium. & nu. 11.

10 *Officialium excessus in Regno sola magna curia cognoscit, maximè in officio commissos. & nu. 11.*

11 *Præuentioni locus est inter duos habentes æqualem iurisdictionem.*

Iurisdictio accessit alteri adueniente inhabilitate sui collegæ. eo. nu.

12 *Pœna pecuniaria subrogata seu mutata de pœna corporali vtrum sit Baronis, vel alterius domini iurisdictionis. & nu. 18.*

13 *Iudex inhabilis ad impenendam pœnam ex defectu iurisdictionis, debet facere eam impom per iudicem habilem.*

14 *Pœnarum commutatio aut fit ex voluntate, puta quòd ex meritis processus debet mori: tunc per Baronem commutatio in pecuniam fieri non potest: aut ex necessitate, & minorari pœna posset ex aliqua iusta causa, puta in homicida sponte confessa ad sui defensionem: & tunc pœna capitalis mutaretur in pecuniariam. & nu. 17.*

15 *Pœna condemnationum & bona confiscata sunt fructus iurisdictionis.*

16 *Iurisdictionis fructus, sicut alij fructus diuidi debeat proportionibus dominij vel quasi.*

17 *Pœnæ pecuniariæ pro delictis imposita non sunt de mero imperio: & ideo sunt domini iurisdictionis, excepta pœna confiscationis bonorum: vel nisi habeat quis merum imperium in feudo.*

18 *Incendiario non habenti dignitatem imponitur pœna deportationis, quando incendium fiat extra ciuitatem.*

19 *Pœna ciuilis pecuniaria propter impotentiam non soluentis vt lœdatur in corpus, iudicabitur à iudice criminali: licet si posset soluere, iudicaretur à iudice ciuili.*

20 *Salarium, prouisio, & domus officiali dari solita, vtrum diuidatur accedente altero officiale deputato per alium Dominum loci eiusdem. & nu. 21.*

Officialis vnus si fuisset in duobus castris cum prouisione centum florenorum: deinde dominus Castrorum in quolibet deputasset vnum officialem: tunc salarium diuidi debet. eo. nu.

21 *Salarium aut debetur solum ratione laboris: aut eius causa non est labor, sed dignitas & industria.*

22 *Concilium vniuersitatis congregari debet per rectorem loci seu potestatem.*

Officialis criminalis an ciuilis interesse possit in concilio vniuersitatis. eod. nu.

Decretum vel authoritas superioris in acta, quo per vniuersitatem conuocatam requireretur, cuius officialis, ciuilis, an criminalis debet esse. eo. nu.

23 *Officialis ciuilis an criminalis habet præcedere vbicunque requiritur eorum præsentia vel authoritas.*

Nobilior quisque est, quanto nobilius habet subiectum. eod. nu.

24 *Episcopus in sua Diœcesi debet honorari ab Archiepiscopo, imò à Cardinali debetur reuerentia.*

25 *Patriarcha subesse debet Archidiacono in territorio ipsius Archidiaconi.*

26 *Doctores in actibus militaribus non gaudent priuilegio Doctorum.*

27 *Episcopus, idémque Canonicus in aliqua ecclesia debet sedere vt Canonicus, non vt Episcopus.*

Canonicus, idémque vicarius Episcopi, sedebit vt Canonicus in actibus Canonicorum, non autem vt vicarius. eo. nu.

28 *Ecclesia fit subdita & vassalla ex quo recipit feudum ab aliquo Domino.*

Ecclesiæ iudex vtrum præcedere debeat iudici alterius Domini, ex quo ipsa ecclesia est dignior Domino. eo. nu.

29 *Banna criminalia proferri debent ab officiali criminalium: ciuilia verò ab officiali ciuilium.*

30 *Banna conferunt ad iurisdictionem exercendam, cum sint instar interlocutoriarum.*

Banna sunt fructus iurisdictionis illius à quo ea manant. eod. nu.

Iurisdictionis quasi possessio probatur per bannum, etiam non probato, quòd sit executum. eo. nu.

31 *Dominus vel quasi alicuius castri quando & quomodo dicatur, & per quos actus. & an. seq.*

32 *Uxor dicitur domina rerum viri, ratione connexitatis vitæ. Publicanus habens ius exigendi gabellam in loco, ostendit imperium & præeminentiam. eo. nu. & nu. præced.*

33 *Baro habens causas criminales tantum limitatas*

reſeruatione in aliquo caſtro, vtrum poſſit ibi tenere capitaneum, qui ius dicat in prædictis cauſis, & nu. 36. & 40.

34 *Præſes prouinciæ prohibetur in locis particularibus prouinciæ tenere officialem, qui ſuo nomine cognoſcat: quod hodie non ſeruatur.*

Archiepiſcopus non poteſt tenere officialem in Diœceſi ſui ſuffraganei: vt cognoſcat de cauſis appellationum, antequam occurrant. eo nu.

35 *Potentioribus pares eſſe non poſſumus: quia vbi Leo tenet pedem cætera animalia quieſcunt.*

36 *Iuriſdictio vtrum cohæreat territorio.*

Iuriſdictio non dicitur vendita venditis prædiis continentibus iuriſdictionem. eod. nu.

37 *Iuriſdictio cohæret caſtro: & quatuor elementis.*

38 *Decimas ius habens in territorio, poteſt ibidem tenere cuſtodes, familiam, & officialem.*

39 *Officiales plures, etiam diuerſi, poſſunt habere iuriſdictionem in vno loco: puta inquiſitor in cauſis hæreticorum: præfectus annonæ in contrahentibus annonam: conſul in cauſis mercatorum: dux armorum in cauſis militaribus: & rector in cauſis criminalibus.*

40 *Capitanei dicuntur propriè Barones, qui feudum titulatum à Principe recognoſcunt: impropriè autem multipliciter.*

41 *Arma alicuius poſita ſeu affixa in aliqua eccleſia, vtrum poſſint fratres inuito domino mutare, & ponere aliena.*

42 *Executio fieri non poteſt in mœniis: quia ſunt ſancta & extra commercium propter debitum ciuitatis.*

Mœnia violare capitale eſt. eod. nu.

43 *Muros ſeu mœnia de nouo in terra facere nemo poteſt abſque Principis licentia.*

Mœnia ſeu muri ſunt ciuium. eo. nu.

44 *Barones habentes tantùm cauſas criminales in ciuitate poſſunt arma apponere, ſeu depingi facere permittentibus ciuibus: non aliàs.*

45 *Baro habens tantum cauſas criminales in loco, cuius iuriſdictio eſt alterius, non poteſt vexillum ſuum promere ſeu promi facere tempore nundinarum.*

46 *Vexillum illius, qui eſt in maiori dignitate, debet præcedere ſtantibus cæteris paribus: quia per vexillum denotatur præeminentia.*

47 *Inueſtitura comitatus fit per vexillum.*

DECISIO XXVII.


N cauſa Reuerendi prioris Barenſis
cum magnifico Marcãtonio filima-
rino, plura ſunt ſuper quibus vntan-
dum eſt. Primum de cuſtodia ter-
ræ Rutiliani tempore belli, & ſic de
creatione ad guerram in terra ipſa, ad quem per-
tineat ex prædictis. Lucas in l. ij. C. de exac. & exec.
li. xj. ij. col. mouet q. in duobus dominis, * quorum
1 quilibet in ſua parte habebat iuriſdict. ſimplicem,
vnus autem eorum in parte ſua vltra iuriſdictio-
nem habebat etiam merum imperium, & conclu-
dit, quòd is qui habet merum imperium, debet cu
ſtodire totam ciuitatem, & multo fortius quando
in tota haberet merum imperium. Bald. in l. ſi ita. §.
dominus. ff. de vſu & ha. dicit per illum text. quòd
quilibet habens ius in re, poteſt cuſtodire rem. Et
quòd licet Comes conceſſerit mihi caſtrum in feu
dum, tamen poteſt ponere ibi cuſtodes tempore
neceſſitatis, & quòd in omnibus terris, in quibus
aliquam iuriſdictionem habemus, poſſumus licitè
mittere milites ad cuſtodiam. Ratio: * nam in bel- 2
licis pro quolibet etiam modico imponitur pœ-
na capitis. l. deſertorem. §. in bello. de re milit. vn-
de ſi eccleſia tunc non poſſet punire, minimè man
daret & teneret capitaneum. vbi enim non cadit
pœna, non cadit diſpoſitio ſeu prohibitio. gloſſ. in
l. mancipia. ver. ad vocandum. de ſer. fug. & ibi Ia
cob. But. Rap. & Pau. de Caſt. Item ratio: * quia cu 3
ſtodia rei, in qua ſunt plures Domini, debet ſtare
apud digniorem. l. ſi quæ. famil. erciſ. l. fin. ff. de fide
inſtrum. l. cum pater. §. pater pluribus: vbi Bart. ff.
de legat. ij. ſed d. Marcanto. eſt dignior ratione ma-
iorita. graduum meri imperij, quod ſibi compe-
tit: ergo &c. Viſum eſt mihi, quod ſi quidem partes
intelligunt de Capitaneo ad guerram, qui habeat
poteſtatem mouẽdi bellum, ſeu indicendi, de quo
loquitur textus in l. conuentionum. in fi. ff. de pac.
vbi appellatur Dux belli. l. officium regentis exer-
citum. ff. de re milit. vbi appellatur regens exerci-
tum. & Luc. in l. tamen collatores. C. de re milit. li-
bro xij. vbi dicit, cum Ducem belli. & in l. r. emi-
nem. eod. titu. vbi ponit de magno Comeſtabili,
quòd poſſit de vna prouincia in aliam non expe-
ctato iuſſu regis exercitum conducere. & in l. fin.
eod. tit. vbi dicit, * quòd ſub magno Comeſtabili 4
ſunt omnes mareſcalchi Regni, qui iure communi
vocabantur Tribuni militum, & quòd ipſe voca-
retur Magiſter militum. de quo in l. j. ff. de officio
præfe. præto. Et huius Capitanei creatio ſpectat ad
Regem, ad quem pertinet bellum indicere: vt in l.
ex hoc iure. vbi gloſſ. ff. de iuſti. & iur. in l. hoſtes. ff.
de cap. And. in l. j. §. ſed nec eſt alia. quæ fuit pri. ca.
bene. amit. Nam licet Alua. in cap. j. j. col. hic fini-
tur lex. per illum text. notet, quòd * hodie Domi- 5
ni ciuitatum poſsint ex iuſta cauſa bellum indice-
re ſtante abſentia Imperatoris, tamen in regno eſt
prohibitum, tum ob præſentiam regalium officio-
rum, tum per conſtit. quæ incip. comes vel Baro.
Et de creatione huius Capitanei, quòd ſpectet ad
d. Regem, ponit And. in tit. quæ ſint rega. in ver. ad
iuſtitiam faciendam. alleg. in aut. de ar. in princ. &
in l. j. & in rub. C. de ar. vſu. *Si verò* partes intelli-
gerent de eo Capitaneo, qui belli tẽpore habeat cu
ſtodiam & curam ciuitatis, mœnium, & portarum
ad eius tuitionem: tunc dicerem, quòd ſi quidẽ do-
minus Rex velit ipſe eum ponere ob aliquam iu-
ſtam timoris vel ſuſpicionis cauſam: & poterit ſe-
cundum Bal. in c. j. §. quid ergo. de inue. de re alie.
fa. vbi dicit, * quòd dominus poteſt cuſtodire ca- 6
ſtrum inuito vaſſallo tempore neceſsitatis, per l. ſi
ita. §. dominus. de vſu. & hab. & quidem ſimul cum
vaſſallo. ff. vſuſ. quemad. ca. l. penul ſine vllo tamen
malo ingenio. l. quoniam. de prohib. alien. per Lu.
Poſſet etiam directus Dominus caſtrum feudale
eius forma non mutata reficere & fortificare. Alb.
de Roſa. in l. fi. per illum tex ff. de vſu & hab. Quin-
imò Dominus temporalis tempore belli & neceſ-
ſitatis poſſet eccleſiam incaſtellare, ſecũdum Luc.
in l.

in l.si diuina. C. de exacto.tri. libro x. & Cyn. in l.
nullus hæreticus.C.de sum.tri.vbi de turri & cam-
panili loquitur : quod Bald. in consilio ccclviij.
j.volum.limitat,data mora vel negligentia posses-
soris. Et Baldus consilio ccxxij.iiij. volum. dicit,
7 * quòd Princeps potest castrum situm in confinio
hostium debile,non aptum ad bellum, dirui face-
re à fundamentis. Sin autem do. Rex non curaret
de ista custodia,vt quia confideret domino, puta-
rem, quòd Marcantonius solus non posset Capi-
taneum ponere.quia Luc.in dicta l.ij.C. de exacto.
& execu. libro xij. dum dicit quod supra positum
est, loquitur in eo,qui vltra merum imperium ha-
bebat etiam vtile dominium in parte castri.& Bal.
in dicto §.dominus.non dicit, quòd custodia spe-
ctat ad solum eum,qui habet ius in re.Ecclesia sola
minimè:nam est alius qui in hac habet ius.& iuris-
dictionem, qui est dignior : & habet claues por-
8 tarum. Et * sigillum castri debet stare penes di-
gniorem,secundum Bald.in c.si.de fra.de no.bene.
inuestr. & Andr.in l.j. in princip. de pa. iur.sit. te-
net quòd regimen ciuitatis quo ad statum, debet
esse apud nobiles tanquam digniores. Ideo vide-
tur,quòd ecclesia possit custodire,& do.Marcant.
quilibet suam iurisdictionem exercendo.Fuit vota-
tum,quòd spectet ad Regem.Secundum principa-
le erat:an officialis dom. Marcanton. contra offi-
ciales ecclesiæ habeat cognitionem in criminibus
9 sibi reseruatis. Quòd non facit : * nam quando
sunt in eodē castro duo Domini etiam insolidum,
vnus non potest punire alium delinquentem : vt
dicit Bartol.in l.fin.in fin.ff. de rerum diui. in l.in-
ter tutores.ff.de administ.tuto. Bald. in l.cætera.§.
si duobus. ff.de legat.j. in l.j.§. præterea si inter. de
probib. alie.feu. per Fede.Paul.in l.est receptum.ff.
de iurisdict.om.iud. Abb.in c.prudentiam. de offi.
10 deleg. Item * quia de excessibus officialium, in Re-
gno sola magna Curia cognoscit, vt in ritu qui in-
cipit, Item quòd d.curiæ. In contrarium videtur,
quòd offic.Marcanton. cognoscere valeat contra
supradictos, sicut poterat d. Rex priusquàm Mar-
canton.iurisdictio. concederet. Nam hic non su-
mus in duobus Dominis æqualibus, vt loquuntur
doctrinæ suprà adductæ : sed in superiore & infe-
riore : constat enim iurisdictio.Marcanto.esse ma-
iorem : quia continet maiores gradus meri impe-
rij, iuxta theo. Barto. & aliorum in l.imperium.ff.
de iurisd.om.iudi. Et facit Luc.in d.l.ij.de exacto.
pen.col.dicens,quòd si ex duobus Dominis vnius
castri, alter qui habebat imperium merum solus in
parte sua accepisset custodiam totius ob bellum,
potest illud imperiū exercere in alium Dominum.
Ratione enim meri imperij quod ipse habet, alius
11 nō videtur hoc posse facere.Et facit:nam * quādo
sunt duo habentes æqualē iurisdictionē, quo casu
quilibet cognoscit, & est locus præuentioni:si ve-
niret casus in quo alter eorum esset inhabilis, tota
iurisdictio quo ad casum illum, accresceret alteri
habili,l.j.ff.de offic.consul. perquem ita dicit Bal-
dus in l.j.C.quando non peta.par.vlt.colum.Cum
ergo d. Prior in casu quo officialis suus delinquē-
ret crimine capitali, sit inhabilis : ergo dom. Mar-
canton.cognoscet. Et facit: nam an par in parem
habeat imperium, attenditur paritas in ipsa iu-
risdictione, quam vnus contra alium vult exerce-
re.l.j.C.ne lice.pot. Vnus clarissimus punit alium,
qui illi æqualem in loco iurisdict.non habebat.ita
Bart.in d.l.si.ff.de rer. diui.vbi etiam Alber.& alij.
Ritus magn.curiæ de excessibus officialium.vide-
tur loqui in officialibus regiis. Item habet locum
quando officialis in iure dicendo deliquisset, non
alias. Fuit votatum, quòd possit cognoscere of-
ficialis dom. Marcanto. contra officiales ecclesiæ,
de delictis tamen extra officium commissis. Ter-
tium principale * dom.Marcanton.sunt reseruatæ 12
causæ criminales,pro quibus pœna mortis,aut pri-
uationis membri,vel exilij debebit inferri. Modò
euenit, quòd Capitaneus seu officialis ipsius Mar-
canto.commutat harum pœnarum aliquam in pœ-
nam pecuniariam, dubitatur ad quem pœna ista
pecuniaria spectabit. Pro Priore adducitur : nam
dom. Rex in prima concessione facta ecclesiæ de
terra Rutiliani, dum reseruauit supradictos casus
mortis, membri, & exilij : videtur habuisse respe-
ctum ad pœnam corporalem, quæ non conuenie-
bat ecclesiasticis.Non autem ad pecuniariam quæ
fortè quandoque in locum corporalis subrogare-
tur: per cap. sententiam sanguinis. ne cle. vel mo.
Item adducitur,nam * quando pro aliquo delicto 13
vel facto iudex aliàs habens potestatem cognoscē-
di non potest imponere pœnam ex defectu iuris-
dictionis, debet facere eam imponi per iudicem
habilem.cap.j.de hom.libro vj.vbi Ioan. Andr.iij.
colum.alleg.c.ij.de male.& c.postulasti. de Iudæis.
Item adducitur tertiò quædam sententia aliàs lata
tempore regis Ferdinādi primi super hoc, in quo-
dam casu incendij; quæ tanquam lata super iuris-
dictione & publico officio.& his quæ sapiunt pu-
blicam vtilitatem, debet facere ius quo ad omnes,
secundum Baldum in l.ingenuum.de statu homin.
Alex.in l.sæpe.xv. colum.de re iudica. & maximè
debet nocere Marcanton.quia lata contra præ-
decessorem suum,vel fiscum.c. si vassallus de feu.si
de feud.fuer.controuer. cap.j.si de feud. inter vas-
sal.& alium controuer.fuer. Videtur quòd * istud 14
de pœnarum commutationibus possit intelligi
duobus modis.Primò quando fit ex voluntate, vt
si quis ex meritis processus debet mori, crederem
quòd hæc pœna mortis non possit commutari in
pecuniariam per Baronem:quia hoc spectat ad Re-
gem,vt tenet Andr.in tit.quæ sint rega. verb. bona
committentium.iij.& iiij.colum. Bald.in l.ij.C.de
vsu.rei iudi. Inno.in c.licet.de pœn. In casu autem
quando Regi placeret commutationem facere,vel
essemus in secundo membro seu modo, scilicet
quando fieret ex necessitate: vt quia ob aliquam
iustam causam esset mitior pœna imponenda : siue
quando esset incertum à quo de pluribus fuit com
missum delictum. vt per Bartol.in l.si rixa.ff. de si-
car.vel in homicida sponte confesso quòd fecit ad
sui defensionem.vt per Abbatem in cap.auditis.de
præscriptionib.vel ex qualibet iusta causa : vt per
Speculat.in titu.de accus.§.j.versic.quid si in iudi-
cio. Et hoc casu si per sententiam pœna capitalis
mutaretur in pecuniariam, credo,quòd hæc pœna
pecuniaria esset dom. Marcanton. Constat enim
* quòd condemnationes, & bona confiscata sunt 15
fructus iurisdictionis: vt per Bartolum in l.fina.ff.

solu.matr.Bal.in l.j.C.de fruc.& lit.expen.Bald.in
cap.j.§.econtrario.de inue.de re.al.fa. Angelus &
Alex.in l.diuortio.§.si vir.ff.soluto matrim.Et Bal.
in l.si seruus communis.ff.de stipu. seru. vbi per il-
16 lum textum dicit, quòd * debent diuidi pro por-
tionibus dominij seu quasi ipsius iurisdictionis, si-
cut alij fructus, de quo etiam per Andr. in l.j.§.
post natale. de pac.tenen.& in constitu. post mor-
tem.& per Alua.in dicto cap.j.§.si quis alium. vlt.
colum.Andr. verò in c.j.§.quicunque. aliàs, si qui
17 alium.versic.quicunque.de pace ten. tenet *quòd
condemnationes & pœnę pecuniarię sunt domini
iurisdictionis:& firmat in hoc attēdi debere quod
consuetū est. Est bene verum, quòd gl. magna post
medium in l.imperium.tenet, quòd pœnę pecunia-
riæ & mulctæ non sunt de mero imperio : & eam
sequitur Bald. in l.fin. ff.de offic. præf.vrb.dicens
ex hoc, quòd si Rex donasset mihi reditus talis ca-
stri, reseruato sibi mero imperio, pœnæ pecunia-
riæ pro delictis impositæ ad me spectabunt : quia
non sunt de mero imperio, cum sint redactæ instar
causarum ciuilium : excepta pœna confiscationis
bonorum, secundum eum: & idem Bald.hoc tenet
in dicta l.imperium.vij.colum.sed Alexā. & Iason
ibidem tenent cōtra Baldum & glossam. Quidam
dicebant, quòd pœnæ non sunt Baronis, nec do-
mini iurisdictionis, sed Regis.per ea quæ habentur
in l.fin.C.ne sine ius.princ.per Baldum & Salyce.
vbi dicunt, quòd condemnandus ad mortem non
potest per iudicem habētem causam iudicare con-
demnari ad confiscationem bonorum. sed hoc ni-
hil facit. Alij ad hoc allegabant Bartolum in l.j.C.
de excu.mu. vbi vult, quòd pœnæ & mulctæ non
sunt illius, qui habet merum imperium : sed fisci.
per cap.j.quæ sint reg. ibi. mulctarum &c. Sed di-
ctæ authorisates loquuntur in eo qui habet impe-
rium non iure proprio : nam si haberet merum im-
perium in feudum, pœnæ erunt suæ, vt dicit Ang.
in authent.vt nul.iud.§.fi. Cogitandum tamen est,
an dici possit, quòd in secundo casu, videlicet
quando commutatio fieret ex necessitate, quòd
pœna spectet ad ecclesiam : ex quo tunc de iure
non debebat mors inferri, vel abscissio membri,
aut exilium. Ad primum pro ecclesia adductum
respondetur per cap.Archie.de rap. Ad secundum
quòd doctores in dicto cap.j. loquuntur quando
ille iudex, qui de crimine cognouerat, erat inha-
bilis : quòd non est hic. Ad tertium respondetur,
18 quòd * sententia loquitur in casu quo non venie-
bat imponenda pœna corporalis : videlicet in in-
cendiario, qui posuit ignem in villa, & non fecit
damnum, iuxta doctr. Bartol.in l.fi. ff.de offi. præ-
fec.vigil.Bald.& Salycet.in l.data opera.C.qui ac-
cus.non poss. Sed posset dici, quòd ex tali incen-
dio poterat imponi pœna deportationis : quæ ha-
bet locum, quando fit incendium extra ciuitatem
per personam non habentem dignitatem : vt in l.
capitalium.§.nonnunquam, de pœn.& per dom.in
dictis locis.ergo debebat pœna applicari fisco, &
nihilominus fuit lata sententia in fauorem eccle-
siæ : nisi dicatur, quòd illa commutatio fuit facta
ex necessitate, vt quia erat causa aliqua habilis ad
pœnam moderandam in pecunia. in casu contra-
19 rio * quando esset causa ciuilis de pœna applican-
da parti, vt in casu l.fi.& pen.ff. de in ius vocand.
si contigerit quòd propter inopiam esset deuenien
dum ad pœnam corporalem, iudex causæ ciuilis
non potest eam imponere, sed iudex criminalis.
Angelus in dicta l.si per text. ibi. Ias.in l. si quis id
quod.ix.colum. de iurisdict.omium iudic. & ha-
betur per Bart.in dicta l.imperium. Fuit votatum,
quòd quando de corporali deuenitur ad pecunia-
riam ex voluntate, non spectet ad Baronem, id est
ecclesiam: quando verò ex necessitate, sic. Quar-
tum * principale est de domo & prouisione hacte- 20
nus dari solita Capitaneo dom.Marcantonij, dum
tenebat ciuilem & omnem criminalem iurisdi-
ctionem. an nunc quòd ecclesia obtinuit senten-
tiam in causis ciuilibus & parte criminalium, pro
quibus possit tenere Capitaneum, valeat dicere
quòd vult habere prouisionem & habitationem
totam vel partem. facit quod dicit Baldus per il-
lum textum in l.binos.C.de aduoc. diuer.iudi.vbi
vult, quòd si in duobus castris fuisset vnus vica-
rius cum prouisione centum florenorum, & dein-
de dominus castrorū in quolibet deputasset vnum
vicarium : tunc salarium debet diuidi. Et idem es-
set secundum eum, si duo assumerentur ad vnam
præbendam authoritate apostolica. argu. de præb.
ca.maioribus. Vnde facient hi sibi partes per con-
cursum. & idem not. Alber.in l.si quos.C.de offic.
præfe.præ.Orien. Et facit illud generale, quòd la-
bor, & pecunia &c.l.Seio.ff.de an.lega. Circa hoc
tamen visum est mihi debere distingui : quòd aut
prouisio solita tanta est, quòd ex ea possit solui
salarium vtrique Capitaneo: & tunc diuidatur per
suprà allegata : aliàs quòd eam habet Capitaneus
domini Marcantonij, cum habitatione, quæ est
indiuidua. Et hoc primò, quia Bartolus in dicta l.
Seio.in fin.princip.dicit in his attendi debere ar-
bitrium, dum posuit quæstionem de famulo con-
ducto ad seruiendum tribus scholaribus, quorum
vnus discederet, an deberet minui salarium. Se-
cundò, quoniam ista prouisio solui solita est per
vniuersitatem, quæ percipere consueuit prouen-
tus & pœnas criminales in casibus dom. Marcan-
tonio reseruatis. quæ pœnæ ad eum spectare de-
bent, vt suprà dictum est. Tertiò, nam hic su-
mus in salario : cuius causa non est labor, sed in-
dustria & dignitas : sed illa l.Seio. loquitur * quan 21
do salarium debebatur solū ratione laboris, prout
hanc diuersitatem ad alium effectum considerant
doctores in l.diem functo.de offic.ass. vbi Alexan.
v.colum.versic.tamen puto veram.& Ias.x.colum.
& ibi allegatur Bartol.in l.prima.ij.oppo.C.de leg.
quòd causa finalis dictæ l. Seio. erat ex quo sala-
rium debebatur medico ob laborem. Fuit deci-
sum, quòd salarium diuidatur inter vtrunque Ca-
pitaneum: & quòd domus vniuersitatis seruiat Ca-
pitaneo domini Marcantonij: ex quo fortelscium
potest deseruire Capitaneo ecclesiæ. Quintum
principale, an in conciliis terræ Rutiliani dum po
pulus seu consiliarij congregantur pro ipsius vni-
uersitatis negotiis, debeat interuenire Capitaneus
ecclesiæ solus : an etiam Capitaneus domini Mar-
cantonij, quia in concilio non sunt vocandi, nisi
illi quorum causæ aguntur.xviij.distinctione.cap.
propter ecclesiastica. & quorum consensus requi-
ritur.

ritur.lxiij.distinctio.abeuntibus.& in rubr.& in l.
j.C.de decur.libro x.Sed Capitaneus domini Mar-
cantonij non est huiusmodi,ergo &c. cum in con-
cilio non tractentur causæ criminales, nec crimi-
nalia. Visum est mihi quòd conuocatio concilij
spectare debeat ad Capitaneum ecclesiæ, quæ est
vtilis domina terræ: & habet ciuilem iurisdictio-
nem. infertur hoc per textum in l.ij.C. de decur.
iuncta glossa ibi in ver. magistratus. quæ exponit
22 pro defensore ciuitatis,* qui similiter iurisdictio-
nem ciuilem habebat cum coërtione: & quòd re-
ctor ciuitatis seu potestas debeat cõuocare conci-
lium,habetur in dicta rub.vbi docto.& per Barto-
lum & alios in l.nulli.ff.quod cuiusque vniuer.no-
mi.per doct.in cap.fin. de procur. vbi Abb.ij. not.
cap.j.de sind.& do.Paris in sindi.in rubr. de offic.
sindic.versic. pone quòd vniuersitas. Sic quoque
quando essemus in casu quo in actu gerendo per
vniuersitatem cõuocatam requireretur decretum
vel authoritas superioris. de quo per Bartol. in l.
actor.ff.rem rat.hab.Inno.& doct.in dicto c.fin &
c.j.quòd talis authoritas interponi debeat per Ca-
pitaneum ecclesiæ.Sed quòd si in tali concilio ve-
lit interuenire Capitaneus domini Marcantonij,
possit: non enim potest sibi denegari assistentia in
concilio:præcipuè,quia ipse etiam est Capitaneus:
& sic de vniuersitate: vt considerat Abb. in d.c.fi.
de procur. Et ita in supradicto quinto principali
decisum fuit. Sextum correlariè ex prædictis in-
23 surgit, videlicet * quis istorum Capitaneorũ præ-
cedere debeat in conciliis & aliis locis. Quando
in loco sunt officiales, quis præcedere debeat, vi-
de Bald.consil.cccxxxv.iij.vol. Et in hoc videtur,
quòd præcedere debeat Capitaneus Marcantonij
tanquã dignior, ex quo habet dignius subiectum,
videlicet causas criminales maioris gradus quàm
Capitaneus ecclesiæ, ac etiá aliqua regalia,vt sunt
functiones fiscales: vt in titu. quæ sint reg. in ver.
extraordinaria.vbi And.j.col.& per glo.in rubr.&
de superin. & eo quis est nobilior, quo nobilius
subiectum habet, secundum Philo.j. de ani. & in
auth.de mona.§.fin.Nec obstat si diceretur, quòd
in terra Rutiliani ecclesia est domina: ergo debet
eius officialis honorari à Capitaneo domini Mar-
cantonij licet diginiori: sicut dicimus in Archie-
24 piscopo, * qui dum est in diœcesi Episcopi, debet
ipsum Episcopum honorare, secundum gloss. in l.
nihil omnino.versic.ab inferioribus.C. de pala.sa.
larg lib.xij.vbi dicit Ioan. de pla.quòd etiam Car-
dinalis debet reuerentiam Episcopo in sua diœce-
si.Et not.Bart.in cap.studuisti.viij.colum.de offic.
25 leg.* quòd Patriarcha debet subesse Archidiaco-
no in territorio ipsins Archidi.allega.Bald. in cap.
26 penult.de offic.deleg.& docto.in * actibus milita-
ribus non gaudent priuilegiis doctorum.l.in ciui-
libus.de offic.vica.& Episcopus idémque canoni-
cus in aliqua ecclesia debet sedere vt canonicus:
nõ vt episcopus. gl.sing.in cap.à collatione.de ap-
27 pellationib.lib.vj.Sic * si aliquis est canonicus, &
vicarius Episcopi,sedebit vt canonicus in actibus
canonicorum.Domi.in cap.à collatione. Nam ad
hoc respondetur, quòd officialis domini Marcan
tonij in hacmet terra & loco habet superioritates,
vt supradictum est, priuatiuè ad ecclesiam. Nec
etiam obstat, si dicatur, * quòd ecclesia ex quo est 28
dignior laico, iudex ecclesiæ præcedere debet.c.
solitæ.de maiorita. & obedien. nam in casu nostro
ecclesia est subdita domino Regi vt in feudataria,
à quo Rege dominus Marcantonius habet iurisdi-
ctionem criminalem.& quòd sit subdita, patet per
cap.cæterum. de iudic.& c.verum. de fo. compet.
Quinimo si ecclesia Romana, cui imperator iurat
fidelitatem, rec gnosceret ab eo feudum, esset
eius vassalla.Bald.in l.sed & si.§.liberto.in fin.ff.de
in ius voc.& tenetur ad ea ad quæ alij, secundum
Bald.in l.fin. ad fin.C. sine cen. vel reliq. Et ita se-
cundum Capitaneum dom.Marcantonij decisum
fuit. Septimum, circa * promulgationem ban- 29
norum, à quo scilicet & cuius nomine proferan-
tur.Et visum est mihi esse dubitatum, quòd in spe-
ctãtibus ad causas criminales proferri debeat per
officialem domini Marcantonij. in aliis verò per
officialem ecclesiæ. * banna enim conferunt ad iu 30
risdictionem exercendam, cum sint instar interlo-
cutoriarum.l.j.& ij.C.de con.vel epi.l.iij.C.de mo
do mul.Bald.in l.j.penul.colum.C.de fur.in l.pen.
x.colum.C.de condi. inser. Item banna sunt fru-
ctus iurisdictionis illius à quo emanant,quia iuris-
dictio est eorum productiua.Bald.not.in l.j.ij.col.
in fi.C.de fruc.& li.expen.Item per bannum etiam
non probato quòd sit paritũ, probatur quasi pos-
sessio iurisdictionis. Secundum Bald. in marg. in
ver.possessio.Et cum hac distinctione fuit per Sac.
Consil.decisum. Octauum, * an dominus Mar- 31
cantonius in dictis bannis, sententiis, ac aliis acti-
bus possit dici do.terræ Rutiliani.Et quòd sic,ad-
ducitur Bald.in l. proprietatis.j.col. C.de probat.
qui dicit,quòd habentes preeminentiam in subdi-
tos, appellantur Domini.Facit melius Ange.con-
silio cclxviij.j.volu.dicens,quòd is qui habet me-
rum & mistum imperium in loco, dicitur Domi-
nus illius loci. Et facit:nam is qui habet iurisdi-
ctionis exercitium, dicitur habere ius in territo-
rio.Soz.consl.clxxxj.iij.col.ij.vol. alleg.l.pupillus.
§.territorium.de verbo.signifi.cle.ne Romanæ.de
elec.glo.in l.quicunque.de fun. limit.lib.xj.& do-
minium dicitur ius in re.Bald.in l.error. C. ad le-
gem Falcid.Facit:nam si solum ius exigendi gabel-
lam in loco ostendit imperium.l.vectigalia. C. de
vectigalibus.Bald.in c.j.de pac.tenen.Canon.in c.
super quibusdam.§.prætereà.de verb.sig.Sozi. con
sil.clxxvij. circa medium.ij.volum. multo fortius
iurisdictio criminalis, & ius focular iorum. Vide-
tur mihi, quòd non possit dici dominus terræ, &
quòd iura prædicta loquantur in eo,qui largo mo-
do dominus dicitur.Nam * & ratione cõnexitatis 32
vitæ, vxor etiam dicitur domina rerum viri. l.j.ff.
rerum amota.Ratione præeminentiæ seu guberna-
tionis, publicanus dicitur dominus vectigalis. l.
iij.§.j.ff.de publica. Ratione administrationis sine
dignitate, tutor dicitur dominus rerum pupilli.l.
interdum.§.qui tutelam.ff.de furtis.l.qui fundum.
§.si tutor.ff.pro emptore.Ratione honoris, patro-
nus dicitur dominus liberti.l. cum quis.§. Sciam.
vbi gloss.in verbo, dominum.& ibi Bartol.ff.de le-
gatis tertio.& tamen nemo dixerit præfatos voca-
ri posse dominos in actibus, contractibus. & com-
merciis, quæ per ipsos geruntur. Vocabitur ergo

quasi dominus iurisdictionis in casibus sibi reser-
uatis, & fiscalium functionum. Et sic fuit deci-
sum, non posse dici dominũ Rutiliani. Nonum
33 * an dominus Marcanton. posit in terra Rutilia-
ni tenere Capitaneum: qui in causis prædictis ius
dicat. quòd non, adducit textum in authent. de
34 collat. §. ad hoc prohibemus. * vbi Præses prouin-
ciæ prohibetur in locis particularibus prouinciæ
tenere officialem, qui suo nomine cognoscat: &
facit in authentic. de manda. princi. §. eos. & in au-
tentic. vt iu. sine quoquo suffrag. §. vt nulli quoque.
& vt nulli iudi. in princip. Item tex. in c. j. de offic.
ordin. libr. vj. vbi patet, quòd is qui habet iurisdi-
ctionem limitatam in certis casibus in loco, vt est
Archiepiscopus in causis appellationum in diœ-
cesi suffraganei sui, non potest tenere in loco illo
officialem, qui in causis illis, antequàm ocurrant,
cognoscat: & dicit ibi Hostiensis hoc esse contra
Principes & prouinciarum Præsides, qui licet in
aliquibus locis sibi subiectis non habeant iurisdi-
ctionem, nisi in certis casibus: tamen quo ad illos
casus, constituunt tales officiales, qui quodam-
modo per alluuionem & latenter trahunt ad se o-
35 mnem iurisdictionem. Nam * potentioribus pa-
res esse non possumus. ff. de alien. iudic. l. iij. & vul-
go dicitur, Vbi leo tenet pedem cætera animalia
quiescunt. Et in hac illatione insistunt ibidem Io.
Andr. Gemin. Anch. & Phili. de Fran. Et ex his in-
fert ecclesia, quòd Marcantonius posit tenere Ba-
iulum, seu alium, qui notet crimina. & illa de-
ferat: iuxta l. j. §. penult. versic. & sane. ff. de officio
præfec. vrb. Præsuppono quòd donatio ecclesiæ,
fuit eodem tempore facta, quo & reseruatio cau-
sarum criminalium cum d. limitatione. vnde dictæ
causæ apud dominum Regem remanserunt, & sic
etiam ad dom. Marcanto. transiuerunt cum eo iu-
re & prærogatiua, prout erant ante donationem.
Item quòd nedũ d. causæ reseruatæ sunt, sed colla-
tiones feudorum quaternatorum: & adoha in suf-
feudatarios cum certa modificatione: & littora
quo ad ciuilem & criminalem iurisdictionem: quę
omnia demũ cõcessa sunt d. Marcãt. Videtur mihi
quòd etiam si d. Marcan. nihil aliud haberet, quàm
dictas causas, posit tenere Capitaneũ: nihil enim
prohibet, cum sit iam vtilis Dominus huius iuris-
dictionis, quæ erat libera apud regem, & pro ea po
tuisset ponere Capitaneum separatum: vt idẽ pos-
sit etiam post concesionem ipse & habentes cau-
sam ab eo: & qualitas hæc denotat diuersitatem
inter hunc casum, & casus iurium primo loco pro
36 ecclesia adductorum. Et si dicatur, quòd * dicta
iurisdictio non cohæret territorio, per ea quæ no.
Bald. in cap. j. §. econtrario. de inue. de re alien. fa.
vbi not. quòd si aliquis habens castrum, emit in eo
iurisdictioné. iurisdictio illa stabit per se: quia mœ
nia castri possunt esse vnius, & iurisdictio alterius.
Et sic sunt ad inuicem non solum separabilia, sed
etiam separata. argu. not. per Innoc. in cap. dilecto.
de app. Et pro hoc facit, quod dixit Bald. in cap. j.
§. fin. quib. mod. feu. amit. vbi dicit, quòd si aliquis
habens prædia, & iurisdictioné in prædiis, illa ven-
dit, non transit iurisdictio: quod firmat idem Bal.
in consil. cxxxiij. iiij. vol. facit etiam quod no. Cur.
consil. lvj. ix. colum. Responderi potest, quòd præ-
dictæ doctrinæ non arguunt iurisdictionem non
cohærere territorio, sed quòd potest considerari,
quòd iurisdictio Domini potest considerari sepa-
rata: idest, quòd vnus habeat territorium, & alius
iurisdictionem in eo: videlicet quòd possunt esse
domini: vnus respectu territorij, & reddituũ eius:
alius respectu iurisdictionis, & redditũum eius:
aliàs sequeretur, quòd si forensis in hac terra delin
queret, non posset d. Marcant. cognoscere: & quòd
posit tenere Capitaneum, facit Bald. consi. cclxix.
ij. vol. dicẽs quòd iurisdictio cohæret castro. Imo
* iurisdictio cohęret quatuor elementis. idem Bal. 37
in consi. cxlj. v. vol. Propter necesitatem & vtili-
tatem ibidem habitantium: quia hoc modo defen-
di debet castrum à malis hominibus. l. congruit. ff.
de offic. præsi. quod quidem non posset commodè
fieri, si in eo non adesset Capitaneus. facit. nam * si 38
habens decimam in territorio potest ibi tenere of-
ficialem, seu familiam, & custodes, vt dicit Albe.
in dicta l. si ita. §. dominus. de vsu. & habi. per illum
textum. Iac. in ver. de Castr. ij. colum. vbi alleg. An-
gel. in auth. nec hæres. C. de litigio. qui nihil de hoc
dicit. multo fortius & is, qui habet iurisdictionem.
facit Luc. in l. fi. C. de loc. pręd. libro xj. qui in quæ-
stione illa, an dominus, qui concesit ciuitatem
in feudum, posit ibi tenere iudicem, dicit deci-
sionem pendere ab eo, an Papa in regno Siciliæ
infeudato domino Regi posit tenere legatum ra-
tione ecclesiæ. in quo refert tenere quòd sic, per d.
l. si ita. §. dominus. & l. ij. ff. de no. oper. nunt. licet
ipse hoc de Papa non affirmet. facit Laud. in tract.
de confed. no. xvij. dicens quòd stante conuentio-
ne, quòd ciuitas Florentina non posit derogare
iurisdictioni potestatis Aretij. ciuitas Florentina
poterit nihilominus mittere Vicarium ad vnum
castrum subiectum dictæ ciuitati, per no. in l. col-
latores. C. de re milit. lib. xij. vbi Bartol. facit. nam
* non inconuenit, quòd in loco seu ciuitate sit ali- 39
quis habens iurisdictionem in certis causis seu ca-
sibus, prout sunt rector militum in causis militari-
bus. l. fin. C. de iur. omn. iudi. Præfectis annonæ in
contrahentibus annonam. l. j. C. de nfñ. præfe. vrb.
vbi Bar. de officiali super damnis datis. Consul ar-
gentariorum seu mercatorum. l. viri. vbi Bald. ff. de
offic. præfe. vrb. inquisitor in causis hæreticorum.
c. super hoc. de hæret. lib. vj. Cle. j. eod. tit. cognitor
criminalium causarum tantum. l. solemus. §. latrun
culator. ff. de iudic. Perusina ciuitas habet Baricel-
los cum potestate contra omnes bannitos Perusij.
Angel in l. præcipit. C. de cano. largi. tit. lib. x. Mes-
sanenses habent officialem particularem cum ple-
no arbitrio in certis speciebus maleficiorum. Bal.
in cap. penult. de offic. deleg. Et multa de his ponit
Ludo. consil. cccxciij. incip. præsens consultatio.
Barba. in cap. studuisti. de offi. leg. Fely. in ca. pasto-
ralis. de offic. ordin. Et * licet Capitanei propriè 40
dicantur ij qui feudum titulatum à Principe reco
gnoscunt, qui dicuntur Barones. Bald. in cap. j. in
prin. de his qui feud. da. poss. ac etiam illi qui à di-
ctis titulatis feuda recognoscunt. dicto c. j. in prin-
cip. c. j. de nat. feud. c. j. quis dicatur dux. in ca. j. §. si
Capitanei. de feu. march. Item illi qui de capitania,
vel potestaria, vel rectoria alicuius populi ad vitã
inuestiretur, vt prouentus iurisdictionis sint sui.
vt di

vt dicit Andr.in d.cap.j.in prin.quis dic.dux.prout temporibus antiquis de terris Baronum in isto regno fiebat.tamen hoc fuit extēsum, vt hodie Capitanei etiam vocentur ij. qui absque quòd de potestaria inuestiantur ad vitam, potestates etiam ad annum creantur:ideo Andr.in d.c.j de nat. feud.j. col.dicit, quòd hodie ex vsu ista nomina attēduntur. l. Labeo de supell. lega. Fuit votatum quòd sic. Decimum, an in mœnibus Rutiliani possit prohibere ecclesia, quòd depingantur arma domi. Marcantonij, cum per talem affixionem seu picturam designari videatur res esse illius, cuius sunt insignia. l.qui libertatem.§.fi.& l.fi ff.de oper.pub. quæ iura ad hoc affert Bar.Vero. in tra. serui. vrb.
41 in rub.de patiete siue muro.iiij.col. Nec* videatur conueniens, quòd Marcantonius, qui non est dominus, habeat in mutis sua arma. Anchar.in consil. cxiij. concludit, quòd si habeo capellam in ecclesia, possunt fratres mutare ibi arma & ponere aliena me inuito:loquitur tamen in capellis sitis in ecclesiis mendicantium. Item loquitur in casu, quo is qui volebat ponere arma, erat de descendentibus ex fœminis fundatoris capellæ seu sepulchri. & vide Bar.in l.j.§.pen.ff.de ventre in poss.mitt. Et si capella est sub nomine Titij, an rector vel conuentus possit mutare nomen illius, & ponere sub nomine alterius, & concedere alteri, Bart.in l.ij.§. fi.ff.de np.pub.vt refert Ang.in tract.de test.in verbo.item mandauit construi capi.vnam dicit quòd non potest illa arma antiqua mutare: sed ego non reperi. Hoc visum est mihi quòd pendeat ab eo, videlicet, an dominium murorum terræ vel ciuitatis sit ciuiū, an verò Principis, an nullius. & quòd sit nullius, est tex.in l.in tātum.§.sacr.iuncta l.sanctum.§.fi.ff.de rer.diui.& in §.sanctæ.instit.eo.tit. pro quo est quod dicit Bal.in l.etiam.iij.colum.de
42 execu.rei iudi.&* quòd ob debitum ciuitatis non potest fieri executio in muris eius: quoniam sunt sancti, & extra commerciū, per d.l. sanctum, quos violare capitale est.d.l.sacra.§.fi.& l.fi.e.tit. Quòd
43 sint principis, facit: nā* nemo potest muros de nouo in terra vel ciuitate cōstruere sine licētia Principis.l.opus nouum.versi.publico.ff.de ope.pub.d. l.sacra.§.pen.ff.de rerum diuisio.l. nemo potest.C. de oper.pub.& Saly.in l.per prouincias.C.de ædific.priua. Et quòd sint ciuium, facit text.in d.l. per prouincias. C. de ædifi. priua. in l. omnes prouinciarū.C.de oper.pub.& ita tenet gl.in d.l. per prouincias. clare loquens.& hoc vltimū videtur mihi verius, vt scilicet sint ciuium: tamē quo ad eorum violationem ac alienationem, sint sancti. Nec obstat d.l.opus nouum.cum simil.nam prohibitio, de qua in illis ll. locum habet contra priuatum, non autem contra vniuersitatem.ita intelligit glo.in d. l.sacra.§.pen.in verbo, licet.gl.in d.l.opus nouum. versi. publico.glo.in d.l.per prouincias.in verbo, sui.glo.in d.§.sanctæ.in gl.j.institu.de rer.diui. Si
44 *ergo muri sunt ciuitatis seu terræ, & ciues volūt, seu permittunt arma d. Marcantonij apponi, non
45 debet prohiberi. Fuit decisum,* quòd cum dicta regalis ecclesia sancti Nicolai de Baro habeat vassallos & vtile dominium dictæ terræ Rutiliani, & sic dicitur & nominatur domina dictæ terrę, quòd non liceat d. Marcantonio sua arma seu insignia affigi seu depingi facere in parietibus & portubus dictæ terræ:sed tantum in domo, vbi residebit suus Capitaneus pro iustitia ministranda. Vndecimum, an dictus Marcantonius* habeat ius 46
immittendi vexillum suum tempore nundinarum, quæ in Rutiliano celebrantur. Et videtur quòd sic, ratione iurium quæ in territorio habet: licet * dici soleat, quòd inuestitura de comitatu 47
fiat per vexillum, secundum Andr.in prolngo, liquet vltim.colum.& hic non habet titulum comitatus. Et quòd inuestitura de potestate gladij in territorio fiat per ensem, Bald.in c.j.iij.colum.quę sit inuestit. Et videtur quòd debeat vexillum domini Marcantonij præcedere, quoniam cæteris paribus debent præcedere vexilla illius, qui est in maiori dignitate secundum Bart.in tract. de insig.& arm.in ij.colum.arg.ff.de al.scrib.l.j.& C. de consul. l.j.libr. xij. Fuit decisum, quòd tempore & die nundinarum, quæ fiunt in dicta terra Rutiliani, non liceat dicto Marcantonio, nec eius officialibus portare vexillum seu banderam in dictis nundinis.

SVMMARIVM.

1 *Possessorio intentato per spoliatum, qui passus est discuti de exceptionibus conuenti concernentibus dominium vel quasi, unde succubuit in prima instantia: potest in secunda petere vt solum pronuncietur super possessorio per se intentato, suspenso petitorio in exceptionibus deducto. & numero 11.*

2 *Possessorio & petitorio simul intentatis ab eodem in eadem instātia, potest actor petere petitorium suspendi vsque ad conclusionem in odium spoliantis saltem dolosi.*

3 *Conclusio in causa in prima instantia, est suspensa in appellationis causa: cum appellatio rescindat omnia vsque ad publicationem testium.*

4 *Instrumenta quæ non possunt produci post conclusum, lata sententia in causa appellationis producentur.*

5 *Confessio criminis quæ post conclusum non potest propter crimen reuocari: lata sententia in appellationis causa reuocabitur.*

6 *Appellatio reducit rem ad terminos, in quibus erat post litem contestā. non autem ante.*

7 *Spoliatus conuentus petitorio à spoliante, potest vsque ad conclusionem mouere iudicium spoliationis, quod quidem habet vim suspensiuam dicti petitorij: etiam si post litem contestat. proponatur.*

8 *Possidere & non possidere quando habilitet aliquem ad proponendum possessorium.*

9 *Articulis impertinentibus productis & notificatis aduersæ parti, quæ non opponit ante conclusum: non poterit amplius opponere.*

10 *Processus valet parte non appellante ab interlocutoria iudicis pronunciantis articulos etiam impertinentes non esse reiiciendos iuxta oppositionem factam.*

11 *Supplicatio & appellatio sunt similes, & pari passu ambulant: exceptis quinque casibus, in quibus expensa differunt.*

DECISIO XXVIII.



IN causa Magnifici Ioanuis Philippi
de afflictis cum Saluideis fuit dubi-
tatum. Ioan. Philippus egerat in pri-
ma instantia contra prædictos de Sal
uideis super * possessorio officij cu-
1 stodiæ maritimarum Calabriæ: & dum rei conuēti
in eorum articulis seu exceptionibus posuissent
quædam concernentia dominium seu quasi: Ioan.
Philip. passus est de illis discuti, nec aliquid oppo-
suit, vnde sibi præiudicauit: est enim hæc vna ex li-
mitationibus ad l. si quis ad se fundū. C. ad leg. Iuli.
de vi. vt scilicet non procedat, quando agens pa-
tiatur discuti de dominio. c. j. de rest. spo. Bart. in l.
si duo patroni. §. idem Iulianus. in fi. de iureiuran.
Alex. in l. naturaliter. §. nihil commune. xiiij. limit.
de acqui. poss. Lata fuit sententia contra Io. Phili.
ab ea extitit reclamatum seu supplicatum, an ista
causa reclamationis possit Ioā. Phil. petere, vt so-
lum pronuntietur super possessorio primo loco
per eum intentato, suspenso petitorio deducto in
articulis: ac exceptionibus conuentorum. Et cer-
2 tè quando sumus in eo * qui intentat petitorium &
possessorium, & in ea instantia vult suspendere pe-
titorium, est decisum per capi. pastoralis. de causa
poss. & proprieta. quòd possit vsque ad conclusio-
nem in odium violenti vel saltem dolosi. Illud ca.
non loquitur in eo qui vult suspēdere petitorium
intentatum per partem, nec loquitur in causa ap-
pellationis, pro quo expresse Cat. ibi. & Anchar. in
d. cle. j. At tex. in cle. vnica, de caus. poss. & pro-
priet. statuit quòd in odium spoliantis possit quis
etiam in causa appellationis suspendere petitoriū
etiam intentatum ab aduersario, & econtra. Rota
decisi. ccv. in nouis tenet, quòd illa cle. nō habeat
locum nisi in beneficialibus, videlicet dum loqui-
tur de suspensione petitorij intentati ab aduersa-
rio: fatetur tamen, quòd etiam ante illam cle. pote-
rat quis in secunda instantia suspendere petito-
rium. à se tamen intentatum. per d. capi. pastoralis.
quod generaliter loquitur. & vult Rota in decisi.
ccclxxxij. in nouis, incipi. fuit dubitatū. quòd ne-
dum in prima & secunda instantia, verùm in tertia
potest suspendi petitorium: & loquitur de petito-
rio intentato ab eo qui illud suspēdit: quòd d. cle.
obtineat solum in beneficialibus, tenent glo. j. ibi.
& Io. And. & Petr. de Ancha. vlt. colum. & Cat. vj.
col. ver. quarto quæro. firmans idem tenere Matth.
idem tenet ibi Imo. ij. & iij. col. sed quòd etiam in
profanis idem sit, tenet Butr. in d. c. pastoralis. §. si
3 verò. j. col. quia * conclusio in causa in prima in-
stantia est suspensa in appellationis causa: cum ap-
pellatio rescindat omnia vsque ad publicationem
testium: vt de testi. c. fraternitatis. de iureiur. c. ve-
niens. de fid. instr. c. cùm Io. C. de tempo. app. l. per
hanc. & in hoc videtur se firmare etiam Card. in d.
c. pastoralis. antepe. col. & Abb. ibidem vltim. col.
versi. & aduerte. vbi alleg. Rotā, d. deci. ccv. & eam
4 reprobat. Instrumenta * quæ non possunt produci
post conclusum, lata sententia in causa appellatio-
nis producentur. Paul. in l. admonendi. de iureiur.
5 Confessio * quæ post conclusum non potest pro-
pter errorem reuocari, lata sententia in causa ap-
pellationis reuocabitur. not. in l. non fatetur. de
confes. & in l. creditor. §. iussus quan. app. sit. Ias. in
d. l. admonendi. xxviij. col. in repetitione. Appella-
tio * reducit rem ad terminos, in quibus erat post 6
lit. contest. non autem ante. Bar. in l. ita demum. de
procur. & ibi Ias. iij. col. infert ad multa: & ideo ea
quæ debebant opponi in causa principali ante li-
tem conte. nū possunt opponi in causa appellatio-
nis: & vide infrà in fine istius decisionis. Primò
ergo cōtra Io. Phil. facit id quod suprà dictum est,
videlicet quia dicta Cle. j. quæ permittit suspendi
petitorium partis aduersæ in alia instantia, non ha
bet locum in profanis. Nisi dicatur quod in iure istud
non procedat, videlicet d. limit. ad Cle. j. ob cōtra-
rias authoritates. Secundò facit contra Io. Phil.
quoniā Abb. qui in c. ex conquestione. de resti. spo
lia. iiij. col. ver. quo ad ij. dum dubium. tenet * quòd 7
spoliatus cōuentus petitorio à spoliāte, potest vsque
ad conclusionem in causa mouere iudicium spo-
liationis ac restitutionis: & quòd tale possessoriū
habet vim suspēsiuam petitorij, etiam si post litem
contest. proponatur. per text in d. c. ex conquestio-
ne. & per d. Cle. j. reprobatur per Aret. & Ias. in d.
§. nihil commune: vbi Aret. xiiij. col. & Ias. xix. col.
tenēt cum Bar. ibi in iiij. combina. vult, quòd si in-
tentatur remedium recuperandæ possessionis post
litē contest. in petitorio, procedetur super vtroque.
& Bart. sequuntur ibi & Alex. post Imol. ac cæteri.
Sed potest dari solutio. Nam Are. & Ias. loquuntur
in casu quo * is qui mouere vult possessorium lite 8
pendente, non argueret spoliū eius quē conuenire
intendit. quod non est in casu nostro. Itē doctrina
Bar. in d. iiij. cōbinatione limitatur per Imo. ibi. cū
quo pertransit Ale. ibidē. xxxviij. col. vt nū proce-
dat, quando cōuentus petitorio, & agēs postea pos
sessorio recuperandæ, diceret se nō possidere, per
l. qui petitorio. cū gl. ff. de rei vendi. in qua Ale. di-
cit non probari hoc, sed probari in l. is qui se obtu
lit. cum gl. eo. tit. hæc enim qualitas, videlicet quia
non possidet, habilitare videtur eum ad proponē-
dum possessorium: quæ quidem qualitas inest Ioā.
Philip. ex quo non possidet, & dicit se non possi-
dere. At in præsenti causa principaliter de duo-
bus est hæsitatio. Prima, esto quòd possit quis etiā
in secunda instantia supendere petitorium, etiam
per aduersarium intentatum: quod videtur du-
bium: adhuc per notata per Areti. in dicto §. nihil
commune. xv. columna. qui dicit opinionem legi-
starum esse, quòd possessorium propositum post li-
tem contestatam non suspendit petitorium: &
quòd capi. ex conquestione. loquitur in spiritua-
libus: & Clement. prima. in beneficialibus. allega.
etiam pro ea Ioann. Andr. in Spec. de petit. & pos-
ses. §. j. versiculo. sed penè. vbi dicit quòd hoc nun-
quam practicabitur: & magis firmat idem Aretin.
ibidem. xviij. columna. qui dicit sibi videri verum
de iure ciuili, quòd exceptio vt prius cognoscatur
de possessorio, est præponenda ante litem conte-
statam, & quòd contraria loquuntur in spirituali-
bus vel beneficialibus de æquitate canonica. & per
notata per Pau. cōsi. cclxxij. incip. quia per primū.
j. & ij. col. vbi multa considerat contra opi. cano-
nistarum tenētium communiter secundum eum,
quòd habeat locum suspensio post lit. contest. ta-
men hîc non sumus in petitorio principaliter in-
tentato


tentato per aduersarium, sed excipiĕdo & inciden-
ter: an quo gl. in c. j. de resti. spoli. in gl. j. dicit, quòd
actor qui consentit vt reus faciat probationes de
dominio, videtur renūciare possessorio: aut saltem
secundū Caprā in priuilegio possessorij, quod non
reperitur in eo qui possessorio agens contra illum
qui prius egerat petitorio, pateretur procedi in
vtroque, vt scilicet videatur renunciare possesso-
rio: nam si hoc esset verum non posset suspendere
petitorium, prout tenent cano. in d. c. ex conque-
9 stione. Quinimo videtur, * quòd si post habitam
notitiam articulorum impertinentium pars con-
tra quam producti sunt, non opponit, sed patitur
procedi ad aliquem actum etiam antè conclusum,
non poterit amplius opponere. nam dicit Aret. in
10 d. §. nihil commune. v. colum. quòd * si opposito
quòd articuli impertinentes reiiciātur, iudex in-
terloquitur non esse reiiciendos, vel procedit ad
vlteriora: si pars non appellat. valet processus, & si-
bi debet imputari: & tamen sumus in actibus ante
conclusionem. Bal. in l. certi cōdictio. §. quoniam
igitur. vlti. colum. dicit quòd protestatio de imper
tinentibus seu non admittendis operatur, vt pars
quæ tacet, non videatur consentire. & Bartolus
in §. nihil commune. in v. combi. sentit quòd qui
patitur hoc, videtur renunciare. Secunda dubi-
11 tatio est, * ex quo d. Cle. j & Abb. loquūtur in cau-
sa appellationis: at hic nos sumus in causa recla-
mationis seu supplicationis. Et licet dicatur quòd
appellatio & supplicatio pari passu ambulant, vt
Andræ. in c. j. §. his enim. ij. col. si de feud. inter do.
vassal. lis ori. & in l. imperialem. §. præterea si inter
duos. xij. colū. de prohi. alie. per Feder. & in proœ.
constitutionum regni. v. col. nisi in casibus expres-
sæ differentiæ, qui sunt quinque positi per Ias. in l.
si quis aduersus. C. de precib. impe. offe. & differen
tias inter supplicationem & appellationem ponit
Imo. in c. ex literis. de in integ. restit. & vide Imol.
consi. cxlvj. iiij. col. in fi. quòd supplicatio est simi-
lis appellationi, nisi in casibus in quibus reperitur
expressa differentia. Tamen inter alias differentias
ponitur ea, videlicet, quòd supplicatio concedi-
tur ex gratia, & præsupponit sententiam valere: ap
pellatio verò dicit sententiam nullam, vel iniquā:
vnde appellatio quamuis suspendat sententiam &
conclusionem. l. j. in fin. ad Turpilia. & reducat ob
id causam ad terminos, in quibus erat ante publi-
catum: vt Imo. in d. Cle. j. x. no. & ibi Card. & Abb.
in d. c. pastoralis. pen. col. & Rot. deci. ccclxxxij. in
nouis. nihilominus hoc non videtur posse dici in
supplicatione: vt scilicet rescindat vel suspendat.

Fuit decisum per omnes de consilio, quòd di-
cta suspensio locum habeat.

SVMMARIVM.

1 *Testiū subscriptio de iure communi nō requiritur.*
2 *Testium subscriptio in Regno est de substantia, & in negocio excedente libram auri, debent esse tres testes ad minus subscripti.*
3 *Notario & iudice mortuis superuiuentibus, tamen ad minus duobus testibus potest instrumentum reassumi per alium notarium.*
4 *Teste vno superuiuente & notario, qui habet potestatem reassumendi sua instrumenta: si testis asserat se interfuisse, tale instrumentum reassumi potest: sin autem dicat se non recordari, compelli minimè potest ad se subscribendum. & nu. 9.*
5 *Testis testamenti tenetur præcisè sigillum suum recognoscere, & dicere si est vel non: nec sufficit ei dicere se non recordari.*
6 *Testis instrumenti de iure cōmuni dicendo se non recordari, non ob hoc minus stabitur instrumento: tanta enim fides est Notarij quòd ei credi debet de præsentia testis: licet ipse dicat se nō recordari.*
7 *Scriptura, quam oportet coadiuuari testibus, & de per se fidem non faceret: si testis diceret se non recordari, vitiatur.*
8 *Testes aut sunt necessarij in scriptura, aut supernumerarij: & quid si quis ipsorum deficit.*
9 *Iudex in Regno non dat fidem notario, nisi fuerit ipse præsens: nec notarius iudici.*
10 *Dotale instrumentum solus Notarius, etiam si omnes testes sint cum iudice mortui, potest reassumere ad instantiam mulieris, de cuius dote agetur: & non alterius.*

DECISIO XXIX.


IN causa Honorabilis Pyrrhi Anto-
nij Toraglies prætendentis, quòd
Magnificus Nicolaus Agnesius, qui
reperitur descriptus pro teste in
quodam instrumento seu protocol-
lo, compellatur ad se subscribendū in instrumen-
to, in quo superuiuit solus Notarius & ipse Nico-
laus. Quantumcunque ad mandatum sibi de se
subscribendo factum comparens, asseruit se non
recordari si interfuit pro teste ita an non. Constat
& est indubitatum, * quòd de iure communi non 1
requiritur, quòd in instrumento testes se subscri-
bant. Pau. consi. ccv. incip. non multum videtur. j.
col. vbi dicit quòd non reperit gl. vel doctorem a-
liquem dicentem requiri testium subscriptionem.
& notatur in gl. consti. instrumentorum robur. su-
per verbo, subscribant. At in Regno est data for-
ma per d. constit. instrumētorum robur. quòd * de- 2
bet ostendi instrumentum cum signo notarij &
subscriptione testium & iudicis: & quòd sint te-
stes tres ad minus in negocio excedente librā auri:
Alia consti. baiulos dispensat, * quòd si mortui es- 3
sent notarius, iudex: & ex testibus saltem duo su-
peruiuant, possit instrumētum reassumi per alium
notarium. Modo * sumus in casu quo superuiuit 4
vnus testis, & in quo notarius habebat potestatem
reassumendi instrumenta sua, in quibus vnus testis
viueret, testis ipse dicit se non recordari. Quòd
teneatur præcise se subscribere, facit tex. in l. cum
ab initio cum l. seq. ff. quemad. test. aper. quo caue-
tur, quòd * testis testamēti tenetur præcise sigillum 5
suū recognoscere, & dicere si est, vel non est: nō er-
go valet dicere ꝙ non recordatur: si nō negat. Fa-
cit etiam Bar. in eo. ti. l. j. §. fi. vbi tenet quod * si te- 6
stis instrumenti diceret se non recordari, non ob
hoc minus stabitur instrumento. & cum Bar. tenēt
Angel. Bald. & Imol. Idem tenent Inno. Anton. de
Butr. & Imol. in ca. cum Ioan. de fide instrum. vbi
per Felin. pen. colum. tanta enim est fides notarij,
quòd ei debet credi de præsentia testis: licet testis
ipse dicat se non recordari, prout clare ponit Pau.
post prædictos in d. cōs. ccv. Quòd non, facienā
prædi

prædictæ doctrinæ loquuntur de iure communi,
secundum quòd soli protocollo vel sumpto sine
aliqua testium subscriptione fides adhibetur. At
hic sumus in loco in quo testes debent esse subscri
pti,& ad minus duo: vnde hoc instrumentum ita à
notario sumptum per se fidem non faceret: adeo
7 quòd *quando testes non essent,habetur quodam-
modo tanquam scriptura priuata.& Bald. & Imo.
in d.§.si quis neget.ac Feli.in loco præalleg.tenent
quòd quando essemus in scriptura, quam oporte-
ret coadiuuari testibus, & de per se fidem non fa-
ceret, si testis diceret quòd non recordatur, vitia-
tur scriptura: & idem videtur clarè ponere Sali.l.
in exercendis.pen.col.C.de fide instru. vbi volens
plenè materiam discutere,facit duo capita, primũ
de testibus necessariis ad instrumenti validitatem:
8 & dicit,quòd *si vnus deficit, instrumẽtum vacil-
lat,per d.l.j.§.fi. quemad testa. aper. secundum ca-
put ponit de testibus supernumerariis, & non ne-
cessariis:& hoc secundo casu subdistinguit:aut te-
stis dicit se non recordari, aut se non interfuisse.
Vnde sensus suus est,quòd in primo capite non di-
stinguatur quomodocunque testis dicat,vel quòd
non recordatur, vel quòd non interfuit: vt vtro-
bique instrumentum vitietur. Facit etiam capit.
regni. Item caueant iustitiarij. in fin. vbi dicitur,
9 * quòd iudex non det fidem notario, nisi ipse fue-
rit præsens: nec notarius iudici. & quòd idem in-
telligatur de testibus, bona gloss. est ibi. Domini
de consilio habuerunt pro claro, quòd testis iste
non possit compelli ad se subscribendum:tandem
per Pyrrhum Antonium fuit productum quod-
dam c.seu litera Regis, qua statuitur,quòd* quan-
10 do instrumentum est dotale, prout erat illud, de
quo nunc agimus,notarius solus,etiam si omnes te
stes sint cum iudice mortui, si ipse superest,potest
reassumere.sed ad hoc fuit dictum, quòd is qui pe-
tit reassumptionem, non est mulier ipsa, de cuius
dotibus ageretur.

SVMMARIVM.

1 *Carcerari quis non potest, vel accusari, vel in tor-*
mentis poni: nisi præcedentibus indiciis, & diffa-
matione in causa criminali.
2 *Fideiussoribus relaxari quando possit inquisitus in*
criminibus, in quibus imponitur pœna corporis
afflictiua. & nu. 7.
3 *Literas Papæ Regias de falso dubias gerens debet*
custodiri: dummodo taliter suspectus non det ido-
neam cautionem fideiussoriam. & nu. seq.
4 *Falsitatis crimen habet speciale, quòd suspitio ha-*
betur pro veritate, si adsit aliqualis diffamatio.
& nume. 7.
5 *Fideiussoribus non committitur inquisitus propter*
sceleris magnitudinem. & nu. 7.
6 *Falsificanti literas Papæ verum detur pœna mor-*
tis. & nu. seq.
7 *Coniectura quando sufficiant ad pœnam, & quan-*
do ad probandum in causa ciuili & criminali.

DECISIO XXX.

IN causa Nobilis Gasparis de Restaino
inculpati de fabricatione falsi priuile-
gij viso per S.C. ac plures expertos pri
uilegio, ac præsupposito quod omni-
bus visum fuit esse suspectum de falso: dubitatum
est an Gaspar possit detineri. vide Cæp.consi.xl.xj.
col.dum alleg.gl.xxiiij.q.v.c.cum homo.Aduertẽ-
dum tamen est,quòd* oportet quòd diffamatio si- 1
ue indicia præcedant: sine indiciis autem, & sine
suspicionibus præcedentibus, & diffamatione in
criminali non potest ad aliquẽ actum iudex proce
dere vel capturæ,vel accusationis personę,vel tor
mentorum. Ang.in tracta.mal.verbo,fama publ.ij.
col.in prin.& ibi in eadem col.in fi.Et de eo * qui 2
petit se fideiussoribus relaxari, vide Aretinum in
d.verbo,fama publica.xviij. col. quòd non potest
in criminibus, in quibus veniret imponenda pœ-
na corporis afflictiua: quod intelligendum fortè
est,vbi constaret ne contradicat antedictis.In quę
stione igitur præposita, quòd possit detineri,facit
tex.in c.in memoriam.xix.dist. vbi si* aliquis pro- 3
duceret literas Papæ de falso dubias, debet custo-
diri.& idem firmat tex.in c. ij. de rescript.in fin.&
in c.ij.de fals.& Andr.in constit.per literas.exten-
dens dictos canones etiam ad literas regias. Item
facit:nam* in crimine falsi est speciale, quòd suspi 4
cio habetur pro veritate & falsitate: vt in d. cap.in
memoriam.per gl.magnam, dum alleg.l. iubemus.
C.de proba. sequuntur ibi Archid.& Gemin.vter-
que in vlti.colum.in fi.quos refert Alexan. consil.
lxxvij.ij.colum.j.volumi. Ad primum potest re-
spondeti, quòd licet iura prædicta dicant debere
detineri taliter dantem vel præsentantem: tamen
hic nõ præsentauit Gaspar,sed coactus dedit:item
quòd Archidi.in d.cap.in memoriam. ista limitat,
quando taliter suspectus non potest dare idoneam
cautionem fideiussoriam. & sequũtur Gem.& Car.
Alexand.ibidem. & Felin.in d. ca.ij.x.& xj.colum.
de rescript.Et licet Archidiac.in loco præallegato
subdat,quòd* quandoque propter sceleris magni- 5
tudinem non committitur quis fideiussoribus.l. di
uus. ff. de custo. reo. tamen non videtur discedere
ab eo quod primò dixerat:sed vide bene,quoniam
Archidia. ac cæteri qui eum referunt & sequũtur, 6
videntur tenere, quòd * in falsificante literas Pa
pæ,non sit pœna mortis, sed solum ea quæ de iure
communi statuitur in quolibet falsum commit-
tẽte,iuxta terminos ca.falsariorum.de falsis. quin-
imo Car.Alex.in d.c.in memoriam.in pen.colum.
in falsante literas Principis dat pœnam deporta-
tionis.& publicationem omnium bonorum:quod
sentit etiam Fel.in d.cap.ij.dum dicit,quòd in hoc
falsantem literas Papæ potest sequi pœna mortis
comparabilis præuia degradatione, iuxta c.ad fal-
sariorum.& hoc etiam videtur tenere gl.in d.c.ad
falsariorum.vnde non sine mysterio dicit Arch.ꝙ
ob sceleris magnitudinem quis non committitur
fideiussoribus, quoniam hoc scelus in quo non ve
nit pœna mortis naturalis, nõ habuit pro magno,
& licet quandoque pœna falsi sit mors naturalis,
vt not.Cy.in l.j.C.eo.& Anchar.in d.c.ad falsario-
rum.ij.col.tamen istud delictum in falsificante li-
teras Papæ, non ponitur inter illa, in quibus est
pœna mortis naturalis: & de iure canonico fal-
sans sigillum Regis debet bullari.c. ad audiẽtiam.
de falsis.quamuis Salic.in l.maiorem.C. de fal. te-
neat, quòd sit pœna mortis naturalis, per text.il-
lum qui dicit maiorem.contra quod tenet gl. in d.
constit.

constit. qui literas. At nos hic sumus in casu, in quo secundum iura ciuilia attenta opinione Saly. item secundum iura Regni, vt in d.c. vt quæ ab excellentia nostra. alias incipit constitutionem, est pœna mortis: vnde videtur, quòd simus in casu quo sit sceleris magnitudo. & illud fulcitur, quoniam * de iure quando sumus in crimine in quo
7 venit imponenda pœna corporalis, nō venit quis relaxandus fideiussoribus. Bart. in l. j. de custo. reo. glos. xxv. q. iij. cum homo. Imn. in rubri. de fideiussorib. cum concord. de quibus per Felin. in d. capi. ij. sed hæc resolui videntur pro Gaspare, per constitu. Regni, humanitate. qua statuitur, vt etiam in casibus vbi est pœna mortis naturalis, quibusdam exceptis, habeat locum fideiussio. Ad secundum etiam responderi potest, quòd ad hoc, vt in crimine falsi suspicio pro veritate habeatur, requiritur diffamatio saltem aliqualis ita Pet. & Cy. in l. vbi. C. de falsis. refert Ana. vbi suprà. iiij. colū. qui clarius & proprius loquuntur, quàm Fede. ad hoc allegatus. consil. ccxix. præterea Ana. in consil. xlix.
8 videtur firmare, quòd * tunc in istis arduis & atrocioribus sufficiant coniecturæ ad illa probanda, quando ageretur ciuiliter: & ponit in crimine vsurarum & falsi. sed hoc non videtur procedere: nam Archidi. in d. capi. in memor am. & alij suprà allegati dicunt, quòd ex tali suspicione proceditur ad pœnam.

SVMMARIVM.

1 *Feudum transit ad monasterium saltem quo ad commoditates durante vita vassalli: quando seruitium potest æquè præstari per monasterium, sicut poterat per ipsum vassallum & nu. 3.*
Fallit si deberetur militia: quia tunc non transit etiam momento. eo. nu.
2 *Feuda perduntur per ingressum religionis.*
3 *Feudatarius qui aliàs esset inhabilis si per inuestituram vocatur ad feudum: & sic admittitur ad seruiendum per substitutum: licet aliàs ex natura feudi non admitteretur: & tunc feudum dicetur non habere propriam naturam feudi.*
4 *Feudum, quod non potest pertinere nisi ad hæredes sanguinis: vt regnum, ducatus, & baronia, non transit ad monasterium, sed remanet suo generi, vt fuit in beato Ludouico.*
5 *Feudum dignitatis, quod non transit nisi ad hæredes sanguinis non transit ad monasterium, etiam quo ad commoditates durante vita ingressi.*

DECISIO XXXI.


IN causa Sancti Cosmati de Vrbe veteri: ex quo propositur de commoditatibus, vera videtur decisio, quòd quando seruitium iuxta feudi conditionē potest æquè pręstari per monasterium, sicut poterat per ipsum vassallū: vt quia
1 non esset militare seruitium, feudum * ipsum transit ad monasterium saltem quo ad commoditates, durāte vita vassalli. ita Bal. in c. j. j. col. de mil. vasal qui ar. bel. depo. refert. & sequitur ibi. Alua. iij. col. Si enim deberetur militia, non transit etiam momēto: & ita loquitur d. c. j. & sic resoluātur omnia
2 iura volētia ꝙ * per ingressum religionis feuda perduntur, ac omnes authoritates, & præcipuè constitutio Regni, errores eorum. in fi. idem firmat Bal. in auth. nisi rogati. C. ad Treb. quem refert, & sequitur Alex. consi. x. iiij. col. v. vol. & Anto. in c. in pręsentia. xvj. colū. de proba. tam in primo membro, vbi clarè hoc dicit: quàm in iij. col. xvij. vbi dum dicit, quòd quando feudum haberet annexum tale seruitium, quod non posset præstari per monachū, vel per monasterium in illius persona, licet posset pręstari per substitutū, non admittitur ad feudum monachus, etiam ipso viuente. subiungit hæc verba, videlicet, quod est contra dicta doctorum. fatetur Aret. doctores tenere præcedentem opinionem, de qua suprà primo loco dictum est. Item vera videtur conclusio, quòd * quando per inuestituram vocatur aliquis ad feudum, qui aliàs esset 3
inhabilis: licet aliàs ex natura feudi non admitteretur quis ad seruiendum per substitutum: tamen iste inhabilis admittitur. Andr. in c. j. de mil. vasal. qui ar. bell. depo. in c. qui clericus. si de feu. fue. cōtro. in c. si quis decesserit. j. colum. eodem tit. in ca. j. in fi. de benefi. fra. in c. j. in fi. de cleri. qui inuesti. fec. in c. j. j. col. an mutus. in l. j. §. firmiter. iij. & v. col. de prohi. alien. feu. per Fede. & quo ad hoc dicetur feudum non habens propriam feudi naturam, de quo in c. j. de feu. nō habe. propr. natu. feu. & in multis aliis locis. Bald. in cap. qui cleric. si de feu. fue. cōtrouer. tenet quòd si vassallus est factus clericus in sacris, ita demum perdit, si dominus velit: sed si est factus monachus, omnino vacat, quia habetur pro mortuo. Bald. in ca. inter dilectos, de fid. instru. tenet quòd si habens quis feudum ab Imperatore, etiam comitatus, illud non perdit per adeptionem episcopatus. Feli. ibi. in iij. colum. dicit aliud esse, quando quis efficeretur professus, quia tūc perdit comitatum & omnem nobilitatem, per gl. in c. scripsit. per illum text. xxvij. q. j. & nonnulla alia iura. His præsuppositis resultat, ꝙ quantumcunque feudum esset talis naturæ, quòd in eo substitutus non admitteretur, & quòd non posset seruitium æquè præstari per monasterium: & ob id si masculus feudatarius efficeretur monachus, illud incontinenti amitteret, adeo quòd etiam commoditates ad monasterium non trāsirent: vt suprà dictum est: quoniā feudum verum & regulare non transit ad monasterium: tamen quando is qui haberet hoc feudum, esset fœmina: ex quo ipsa fœmina semel fuit habilitata per legem ad seruiendum per alium, quod scilicet seruire per alium, pòtest ita commode fieri per monasteriū, sicut per ipsam: feudum tale quo ad commoditates in ecclesiā debet transire: & hac illatione vtitur Felin. in d. c. in præsentia. xxiiij. col. & eum sequitur Cur. ij. parte sui tract. q. xx. Contra hæc stringit Bal. in l. deo nobis. v. colum. versicul. iiij. nor. decepis. & cle. & in l. dara opera. xvij. colum. C. qui accus. non poss. vbi vult, quòd * quando substantia ingresi esset natu- 4
ræ talis, quòd non potest pertinere nisi ad hæredes sanguinis, vt Regnum, Ducatus, & Baronia, huiusmodi non transeunt ad monasterium, sed remanet generi, vt fuit in beato Ludouico: licet ibi fuerit alia ratio, videlicet quia de ordine minorum: & * quòd talia feuda quæ non transeunt nisi ad hę- 5
redes sanguinis, non transeant ad monasterium, etiam

etiam quo ad commoditates duráte vita ingressi, tenet in propriis terminis Car. Alexand. in c.j.§.& quia.xv. colum. de his qui feu.da.poss. Inuestitura autem in feudis seu castris de quibus agitur, dicebat hoc modo, patri roganti pro se & hæredibus ex suo corpore legitime descēdentibus: ergo, &c. Sed ad hoc patet respōsum, quòd Bal. loquitur in perpetua translatione, non de ea quæ est ad vitam feudatarij.& hoc dictum ita stringit Alex. in d.consil. x.vltim.colum. Secundò respondetur, quòd Bald. non habuit respectum ad feuda omnia, sed solum ad feuda dignitatum, quæ multa habent specialia, vt in cap.j.de feud.March.per Bald.& Alua. ibi in §.Capitanei. præterea si dictum Bald. simpliciter intelligeretur, esset contra ea quæ dixit in d.c.j.de mili.vassall.& in d.authent.nisi rogati cum in omnibus feudis non veniunt nisi hæredes sanguinis. & appellatione hæredis, is tantum venit.c.j.§.cum vero.de his qui feu.da.pos.c.j.§. item si fuerit.quibus mod.feud.amit.c.j.de success.feu.cum similib.

SVMMARIVM.

1 *Clericus de iure communi non succedit in feudo: secus est in Regno: in quo præcisè Rex potest compellere feudatarios ad seruiendum personaliter.*

2 *Vassallus habet electionem de iure communi seruire personaliter, vel soluere adoham: quod non est in regno.*

3 *Feudum si est exiguum, non præstatur seruitium militare integrum sed fit solutio in pecunia.*

4 *Hæredes plures vnius vassalli, qui diuisissent sibi feudum, dabunt vnum de seipsis ad seruitium domino præstandum.*

5 *Feudum debet ascendere ad summam vnc. xx. vt præstetur integrum seruitium militare.*

6 *Naturalis filius largo sumpto vocabulo dicitur natus ex soluto & soluta: sic etiam incestuosus, & adulterinus, & natus ex serua etiam aliena: sed filius verè naturalis dicitur, qui nascitur ex concubina.*

7 *Spurius an sit infamis, & incapax feudi: & quid de naturali tantum. nu. 9. & 10.*

8 *Infames à dignitate repelluntur.*

9 *Nobilitas acquiritur per inuestituram feudi habentis vassallos, & annexam iurisdictionem.*

10 *Spurius potest esse decurio, si non habet naturalem & legitimam.*

11 *Feudum, quod non habet vassallos, non dat nobilitatem.*

12 *Soror venit appellatione fratris.*

13 *Rescriptum debet continere ea que potuisset mouere Principem ad non concedendum, vel difficilius concedendum.*

14 *Supplicatio si exprimat falsum: & taceat verum, differt inter se: nam primo casu vitiatur gratia: secundo casu non, si taceantur ea de quibus reperitur iure expressum, quod Princeps eis expressis adhuc gratiam concessisset.*

16 *Rescriptum continens aliquid falsum, quod si fuisset expositum verum, multo fortius Princeps concessisset non vitiatur.*

17 *Princeps an & quando fuisset aliquid concessurus: attenditur communis stilus Cancellariæ.*

DECISIO XXXII.



IN causa magnificæ Mariellæ Morimilis cum Andræa Morimili super feudo Fautiani, quod Andræas ipse tenet ex donatione sibi facta per quoodam Reuerendum Nardū Morimilem Archiepiscopum Surrentinum eius patruum, mediante quodam assensu regis Ferdinandi primi. Obstat primò præfato Andrææ, quoniam in dicto assensu narratum est & expositum, quòd idem Archiepiscopus tenebat feudum legitimè & pleno iure ex successione paterna: nam *clericus prout erat ipse Nardus, qui tempore delati feudi erat prælatus, non succedit in feudo, & afferendo iura quæ loquuntur in clerico, est text. in c.j.de bene.fra.in c.j an mutus: & in c.qui clericus.si de feu fue. contro. nam text.in c.j. de milit. vassal.qui ar.bene. depo. loquitur in intrante religionem, & sic in clerico regulari. At contra hoc faciunt nonnullæ authoritates relatæ per Laud. & Car. Alexand. in c.j.§.& quia.de his qui feu.da.po. Felin.in c.in præsentia.de proba. Barb.in rubri. de feu.laco. in tract.feud.in versic. & quibuscunque hæredibus.& Cur.in tract feu.iij.parte. versic.x.& in specie Bald. loqueos de episcopo in c. inter dilectos.de fid.instrumen. vbi etiam Felin. & etiam Abbas qui loquitur de Archiepiscopo Neapolitano, qui erat Comes: quæ quidem auctoritates esto quòd in Regno non obtinerent, in quo præcisè d. Rex potest compellere feudatarios ad seruiēdum personaliter, secundum Andr.in c.j.vltim.colum. quis dicatur dux.& in c.j.§.fin.ij.colum. de ca. qui cur.vendi.quod non erat de iure* communi, secū- dum quod est in electione vassalli: vt in l. imperialem.§. firmiter. vbi Alua. de prohi.feudi alien. per Fede.& in l.j.in fin.vbi etiam Alua. & alij. de pace iur.fir.& in cap.j.§.similiter.de cap.Corra. Tamen * in feudis in quibus seruitium militare integrum ob feudi exiguitatem non potest exhiberi, quo casu fiat solutio in pecunia: vt in c.j.in princ. v. colum. de contro.feu. apud pa.ter.& per. Andr. pro quo est ca.Regis Roberti, quod incipit, comiti, &c. vt idem Andr.qui in c.omnes.si de feu.fue.contro.ij. colum.dicit, quòd * quando sunt plures hæredes vnius vassalli, qui diuisissent sibi feudum, dabunt vnum ex se ad seruitium domino præstandum. & in d.capi.j.de contro.feud. apud pa. ter. vbi dicit, quòd adunabunt se tot, quot facient vnum militem: vel soluent pro parte, &c. loquitur in pluribus, qui vt hæredes vnius feudum tenent, licet diuisum: quod non est hic, cum nesciatur origo qualiter hoc feudum, & quo iure diminutum seu diuisum extiterit: præcipuè * cum totum feudum vnitum non ascendat ad summam vnc. xx. prout sunt feuda, pro quibus integrum seruitium militare præstatur: vt per And. in ca.j.§. si quis de manso. de contro.inuesti.in c.j.iij.colū.de vassal. decrepi. ætа. in d.c.j.§.fi.ij.colum. de cap.qui cur.ven.& in c.j.§.fin.v.colum.de contro.inter mascu.& fœmi. ac in aliis locis videtur posse sustineri, quòd clericus seu episcopus succedat. Obstat secundò: nam in assensu prædicto narratur quòd Andr. erat filius naturalis duntaxat quondam Berardini eius patris,

6 patris, & in veritate erat spurius: licet * enim possit dici, quòd largo sumpto vocabulo, quilibet natus ex soluto & soluta dicatur naturalis filius, secundum Abb. in cap. per venerabilem. vij. col. qui fil. sint leg. & ibi Car. Alex. vj. col. & sic etiam incestuosi, & adulterini, per glo. ibi. in verbo, non naturalibus & not. per Ioan. And. in Speculo. qui fil. sint legiti. circa prin. & tenet expressè Bald. consil. cccxliiij. iiij. volum. adeo quòd etiam si natus quis sit ex serua, quem iura ipsa naturalem vocent: vt est tex. in l. si ex liberta. C. de lib. cau. in l. Lucius. §. fin. ff. de lega. ij. in l. si rogatus. §. mulieri. ff. de manu. vindic. in l. si quis ingenuam. ff. de capt. etiam si ex ancilla sit natus, secundum glo. in l. fi. in glo. j. ff. de iur. deli. & est tex. in l. naturalis. in fi. iuncta gl. j. ff. de præscrip. verb. de quo per Ludo. consi. cxciij. ij. colū. qui loquitur de nato ex serua propria. & per Lud. de sardis in tract. de legitimatione. ij. parte. ij. col. & iiij. parte versi. sextò quæritur. vt sic dicatur filius naturalis ad differentiam legitimi & naturalis: vt dicit glo. in l. idem sermo. ff. de reg. iur. secundum quæ non fuit erratum in expositione, dum dictum est Andræam esse filium naturalem, id est, nō legitimum: tamen verè filius naturalis est is qui ex concubina nascitur. Ioan. And. in loco prællegato. & Abb. in d. c. per venerabilem. vj. col. Bald. in l.
7 eam quam. C. de fideicom. si * ergo Andræas erat spurius, erat infamis saltem infamia facti, secundū Azo. in sum. ex quibus caus. infam. irro. j. colum. & Card. Alexā. in c. naturales. si de feu. fue. contro. in prin. vbi allegat plures authoritates de hoc: & etiā Bal. ibidem, qui hoc non dicit: & sic erat incapax
8 feudi, ex * quo infames à dignitatibus repelluntur. regula, infamibus. de reg. iur. in c. inter dilectos. de excess. præl. & l. neque. C. de digníta. lib. xij. & à iudicando. l. cum prætor. §. non autem omnes. ff. de iudi. succedit quod no. Bal. in quibusdam libris. in c. j. in prin. de his qui feud. da. po. videlicet quòd si spurius est inuestitus à domino de feudo paterno ignoranter, non debet habere feudum, si dominus
9 credebat eum legitimum. Præcipuè * quia per infeudationem acquiritur nobilitas: vt in c. j. de his qui feu. da. possu. in princ. & ibi Aluar. j. col. & c. j. quis dicatur dux. vbi etiam Aluar. ij. colum. At contra hæc facit. nam attentis prædictis, etiam naturalis natus ex concubina esset infamis. Ita loquitur Azo & Car. Alexand. & tamen in assensu dicitur hunc esse naturalem. Item facit nam non reperio spurium esse incapacem feudi acquirendi de nouo, etiam ab ignorante eum spurium: Si enim esset vsquequaque infamis, repelleretur à testificando: quod tamen non est iure cautum. Non enim omnis infamia est sufficiēs ad feudi priuationem.
10 l. j. §. illud. quę fuit pri. cau. bene. amit. Item * spurij possunt esse decuriones, si non habent naturalem legitimum. l. generaliter. §. spurios. & l. spurij. ff. de decur. & Bald. in l. j. viij. colum. ff. solu. matrimo. Item maximè debent esse capaces feudi, in quo nō
11 sunt vassalli: nam illa * feuda solum habent dignitatem, quę sunt titulata: vel habent annexam iurisdictionem: vt not. in d. c. j. quis dicatur dux. quinimo feuda, quæ non habent vassallos, non præstant etiam nobilitatem, vt tenet expresse Lucas in l. mulieres. C. de digni. lib. xij. v. Obstat tertiò prædicto Andrææ, dum in assensu narratum est, quòd Archiepiscopus non habebat fratres: & sic nedum fuit tacitum de sorore quæ extabat, verùm fuit negatum: cùm * appellatione fratris soror etiam contineatur. l. tres fratres. C. de pact. vbi doctō. cum alijs, quę multa adducuntur. Exprimēda enim sunt 12
ea * quę potuissent mouere Principem ad non concedendum, vel ad difficilius concedendum. ca. postulasti. de rescrip. c. si motu proprio. de præben. in vj. Abb. in c. super literis. de rescrip. & ibi Felin. vj. colum. Rex aut nō dedisset assensum, aut cum maiori difficultate, quando sciuisset superesse sororē. 13

At contra hoc facit decisi. Egidij Bellemeræ, decisi. dcxcviij. vlti. col. quā alleg. Feli. in d. c. postulasti. iiij. col. sed hæc est potius contra Andr. cum faciat differentiam, an * exprimatur falsum, an taceatur verum: vt primo casu vitietur gratia: secundo casu non: nisi taceantur ea de quibus reperitur iure expressum, quòd Princeps eis expressis adhuc gratiam concessisset: & facit Saly. in l. præscriptione. C. si contra ius vel vti. pu. iij. colū. quem alleg. Feli. in c. ij. versi. clausula, si preces veritate nitantur. de rescript. qui dicit, * quòd ista clausula locū sibi vendicat, quando Princeps non fuisset aliàs concessurus. Ité facit, & melius iudicio meo Nam * quādo in literis gratiæ etiam exprimitur aliquid falsum, quod si fuisset expositum verū, multo fortius Princeps concessisset, non vitiatur gratia. Fel. not. in d. c. super literis. j. col. allegat Rotam decis. lxvij. in antiquis. in tit. de rescript. sed si in assensu fuisset expositum, quòd extabat soror: Princeps multo fortius concessisset quàm in casu deficientis sororis: ex quo in primo casu feudum non fuisset deuoluendum ad curiam: in secundo sic: & tamen dedit assensum: Ergo multo fortius dedisset, maximè quia passim omnibus dari consueuit, vbi feudum non erat Regi aperiendum. Item facit Lapus in allega. lxxxvij. duo prælati. quem allegat. Felin. in d. c. super literis. vj. colum. dum vult, quòd * ad cognoscendum an Princeps fuisset concessurus an non, attenditur communis stilus Cancellariæ. Fuerunt varia vota. 14 15 16 17

SVMMARIVM.

1 *Variare non potest creditor, qui semel egerit super assistentia certorum bonorum vigore instrumenti, & sententiam reportauerit: modo intendit pro eadem quantitate agere assistentia super alijs bonis in prima lite non contentis. & nu. 3*
2 *Hypothecaria non tollitur nisi fiente solutione: etiā si fuerit iudicatum super debito.*
3 *Creditor variare non potest, si semel est lis contestata super vna specie bonorum: vel super re electa iudex pronunciauerit fore fiendā executionē.*

DECISIO XXXIII.



IN causa magnificorum Leonardi & Francisci comi. cum magnifico Ioāne Angelo de sancta sede fuit dubitatum: an domi. Leonardus & Fran. qui semel egerunt contra præfatum Ioan. Ang. super assistentia. * & apprerio certorum 1 bonor

bonorum vigore instrumenti, sententiámque in eorum fauorem obtinuerunt, possit ad præsens pro eadem quantitate & debito variare, & agere assistentia, & appretio super aliis bonis in prima lite non contentis, omissis primis. Pro parte affirmatiua facit tex. in l grege.§.etiam.ff. de pign.
2 vbi habetur, quòd * actio hypothecaria nunquam tollitur, nisi secuta solutione, etiam si super debitō fuerit iudicatum. Ad quod etiam text. in l. quãuis.C.eo.ti. sed ad hoc posset responderi. Nam potest esse verum, prout est, quòd non tollatur hypothecaria, nisi secuta solutione: & tamen quòd ista hypothecaria ita manens non possit moueri ad alia bona, donec videatur, an primo electa sufficiant: aut saltem sub conditione, si prima non sufficerent: nec dicitur in d. iuribus, quòd lata sententia super hypothecaria ad vnam rem, possit eadem actione agi ad aliam: non aliter discusso debito, scilicet, an res primo petita sufficiat. Sed bene dicitur, quòd lata sententia super personali, hypothecaria durat. Secundò pro hac eadem parte affirmatiua adducitur Bart. in l. consentaneum.C. quomo. & quando iud. Bal. in l. ignorare.C. de testi. milit. Ancha. in c. j. de eo, qui mitt. in possessio. volentes quòd si feci capi debitorem meum, & demum petam me mitti in possessionem bonorum suorũ, possum hoc petere: quia ista duo remedia tendunt ad eundem finem. Sed ad hoc posset responderi, quòd illud est ratione contumaciæ perseuerantis, prout not. Alex. consil. cxxx. iiij. volu. vj. col. dum allega. Angel. in l. nemo carcerem. de exacto. tribu.
3 Pro negatiua verò facit: nam * semel est contestata lis super vna specie bonorum, non videtur, vt possit creditor variare. l. si quis stipulatus sit Stichum. ff. de verb. obli. Secundò facit, quando in casibus in quibus licitum est variare, id non habet locum, quando quis semel elegit: & super re electa iudex pronunciauit fiendam esse executionem. ita Bart. not. in l. eum qui certarum.§.j. iij. colum. ff. de verbo. oblig. Tertiò facit text. in l. j.§. fin. ff. si fa. furt. feci. dica. vbi si familia seruorum fecit furtũ: quo casu est in electione damnum passi agere contra dominum ad furtum tanquàm factum ab vno ex eisdem seruis quem dicet si egerit modo hic passus damnum contra dominum tanquam si Stichus fecisset furtum, non potest variare post litem contestatam, & agere tanquam pro furto facto à Pamphilo: sed debet expectari, quòd feratur sententia, & etiam quòd fiat executio, ad hoc vt sciatur: an per hoc primum iudicium valeat actor consequi id quod consecuturus foret, si liber furtum fecisset. Fuit decisum dictam varietatem non esse admittendam.

SVMMARIVM.

1 *Appellari non potest à sententia seu decreto lato super possessorio: quia daretur processus in infinitum. & nu. 5.*

2 *Sententiæ duæ quando sic se habent quòd secunda est executio primæ: si non potest appellari à prima, ita nec à secunda.*

3 *Appellatio prohibita per statutum debet intelligi nedum quo ad effectum suspensiuum, vt scilicet per appellationem non suspendatur sententia nec executio: verùm etiam quod effectum deuolutiuum: nam non deuoluetur negotium ad iudicem ad quem, etiam facta executione.*

4 *Appellari non potest à sententia de exequendo: limitatur nisi talis sententia inferret nouum grauamen, vel nisi possessori nõ posset aliter esse consultum, quàm per retentionem. & nu. seq.*

6 *Procurator non appellans in casibus permissis præiudicat suo principali.*

7 *Appellans reiectus ab appellatione debet iterum appellare ab ipsa reiectione, seu non admissione, maximè si fuerit præsens & vocatus, seu citatus.*

8 *Citatio an requiratur vbi quis est præsens, & certioratus per iudicem de eo super quo vult interloqui.*

9 *Appellatio à decreto de exequendo dicitur appellatio ab interlocutoria: & consequenter debet in scriptis fieri.*

10 *Appellatio ab interlocutoria si fuerit viua voce facta: deinde fiat in scriptis præualet secunda: ex quo prima non fuit rite interposita.*

11 *Appellans non admissus per iudicem à quo. potest iterum appellare ad iudicem ad quem: & ab eo dependet admittere, vel non, cum causæ cognitione.*

12 *Appellans non admissus per iudicem à quo. dicendo, ego insisto appellationi meæ licèt non appellet ab ipsa non admissione, intelligitur ac si appellasset.*

13 *Appellatio non potest fieri nisi semel in casibus, in quibus ab executione potest appellari.*

DECISIO XXXIIII.

IN causa magnifici Andr. de Ebulo cum domino Comite Triuenti necnon postquã decretum de exequendo latum in magna Curia vicariæ in fauorem dicti Comitis, fuit iam executum non obstante appellatione, vult idem Andræas appellationem prædictam prosequi: & quòd non possit. Opponitur primò, quòd * à sententia 1
lata seu decreto super possessorio non potest appellari. l. j. C. si de mo. po. fu. ap. & propriè in sententia de exequendo tenet Spec. & Ioã. And. in tit. de exec. sententiæ.§. pe. ver. sed secundum eum quæritur. quia daretur processus in infinitũ. Ange. Imol. & Are. in l. ab executore. ff. de app. cum concor adductis per Alex. consi. xcv. ij. colũ. ij. vol. vbi dicit hanc esse communem opinionem: & per Feli. in c. quinad consultationẽ. x. col. de re iud. qui idem firmat: & tanto magis, quia sententia super cuius executione latum est hoc decretum, erat super possessorio: vnde succedit quod dicit Bal. in l. si cũ executione.§. hæc autem. ff. de eo quod met. cau. videlicet, q. * quando duæ sententiæ sic se habent, quòd 2
secunda est executio primæ, si nõ potest appellari à prima, nec à secunda appellatur. Et tanto magis, quia aliàs magna Curia dederat sententiam de exequendo sententiam primi commissarij: à qua sententia magnę curiæ cum appellatum fuisset: appellatio fuit deserta: & est decretum sacri Consilij appellationem illam fore desertam: & facit * optimè 3
pro hac parte quod not. Abb. in c. ad reprimẽdam. pen. col. de offi. ordi. versic. sed ego, hoc dictum videlicet,

delicet, quòd in casibus in quibus valent statuta prohibentia appellationem debet talis prohibitio intelligi, nedum quo ad effectum suspensiuum, vt scilicet per appellationem non suspendatur sententia & executio: verumetiam quo ad effectum deuolutiuum: nam non deuoluetur modo aliquo negotium ad iudicem ad quem, etiam facta executione: alleg. text. in c. pastoralis. §. præterea. de offic. delega. & in capi. pastoralis. de appellatio. Sed ad hæc respondetur: nam stante vera illa opinione quod
4 * à sententia de exequendo non possit appellari: limitatur vt non habeat locum quando talis sententia inferret nouum grauamen: vt quia decretum se extenderet vltra sententiam, de cuius executione tractatur: & iudex in decreto non haberet rationem de aliqua exceptione ad impediendam executionem opposita. ita Bart. & Imol. in l. ab executore. j. col. ff. de app. Ang. in l. si cum executione. §. hæc autem. ff. de eo quod met. cau. & ibi Bal. j. col. Alexan. consi. lxxxv. ij. col. v. volu. Feli. in d. c. quod ad consultationem. xj. col. de re iudic. Bal. in addi. Spec. io
5 tit. de appella. versi. à pronuntiatione. Imò * à sententia super possessorio etiam de iure ciuili appellatur, quando non posset possessori esse consultum aliter quàm per retentionem. Bar. in l. ij. ff. de appel. recipi. refert & sequitur Abba. in c. cum ad sedem. xij. col. de resti. spolia. & idem dicit in sententia de exequendo. Sic est in casu nostro, vbi decretum magnæ curiæ de exequendo excedit terminos sententiæ, volens vt illa exequatur contra eum qui in illa non est nominatus. Non obstat quod dictum est de sententia aliàs lata in magna curia de exequenda sententia primi cõmissarij quòd transiuerat in rem iudicatam: nam nunc non agitur de exequenda sententia contra Carolum in illa sententia magnæ curiæ nominatum tunc Dominum, sed contra Andræam nouum possessorem. Nec etiam obstat quòd decretum de exequendo est latum super exequenda sententia lata in possessorio: vnde debet sapere eius naturam: nam esset hoc verum quando latum esset de exequenda sententia contra illum, contra quem lata est, non contra tertium: Nec obstat etiam id super quo fuit allegatus Abb. in d. c. ad reprimendam. nam hic nõ sumus in casu in quo est prohibita appellatio: imò est permissa vbi continet nouum grauamen. Opponitur secundò: nam magna curia, cum à suo decreto fuit appellatum, appellationem non admisit, sed reiecit: & procurator domini Andreæ à tali reiectione nõ
6 appellauit. Ex quo sequitur, quòd * etiam si appellare à decreto de exequendo potuisset procurator prędictus, in hoc pręiudicauit suo principali, quia non appellauit à nõ admissione. per id quod dicit Innocen. in d. capi. pastoralis. §. præterea ij. colum. de offi. de leg. videlicet: quòd quando iudex interloquitur super non admissione appellationis, prę-
7 iudicat appellanti: * nisi iterum à dicta non admissione appelletur. vnde domin. Cardin. ibi. vj. columna. dicit, quòd ad hoc euitandum debet appellans appellare etiam à reiectione, & sic quando iudex reiicit: dicet notario, scribe me præsente & contradicente, & inquantum expediat ab hac reiectione iterum appellante, & apostolos petente.

Sed ad hæc respondetur primò, quòd Innoc. dicit partibus præsentibus & vocatis: * & sic ista 8 duo copulatiua requiruntur: quòd non est factum in casu nostro: & licet dici soleat, quòd quando quis est præsens in iudicio, non debet vocari. per text. in l. etiam. §. j. versicul. parte præsente vel eoocata. & l. in causis. §. causa cognita. de mino. per Angel. & Imol. in l. de vnoquoque. de re iudic. Anton. de Butr. in ca. j. de iudic. tamen illud obtinet dummodo is qui præsens est fuerit ante actum certioratus per iudicem de eo super quo debebat seu volebat interloqui. ita Bartol. in l. furiòso, ad fin. ff. de re iudic. Butr. in d. c. j. de iudic. Sed quia hoc est in iure dubium: de quo per Ias. in rubric. C. de in ius vocan. vltim. columna. ideo secundò respondetur, quòd * ex quo hæc appellatio à decreto de exequẽ- 9
do dicitur appellatio ab interlocutoria: vt per Angel. in l. v. in princ. ff. de verbo. oblig. & consil. cxv. ij. colum. & cõsequenter debebat in scriptis fieri. cap. cordi. de appell. Bartol. & doct. in l. litigatoribus. & in l. eos. §. si autem. C. de app. non mirum si cum appellatio sine scriptis emanata admissa non fuerit: appellatum à tali non admissione non sit: ex quo sequitur, quòd licuerit postea in scriptis appellare: & dicit Philip. de Franco, in cap. tua nobis. v. columna. de appellatio. quòd * si ab inter- 10
locutoria fuerit appellatum viua voce, deinde appelletur ab eadem in scriptis, prævalet secunda: ex quo prima non fuit rite interposita. alleg. Bart. in l. cum procurator. §. j. ff. de ope. no. nuncia. Bald. in l. appellatione. iij. colum. de appel. Salyce. in l. si quis libellos. ij. colum. eo. tit. quare sequitur quòd etiam in magna curia potuisset domin. Andr. in scriptis appellare. & facere id quod fecit in sacro Concilio. Tertiò respondetur, quòd * quando 11
appellatio non admittitur per iudicem à quo, licitum est iterum appellare ad iudicem ad quem, & ab eo dependet admittere, vel non. l. si cuius. & l. scieodum: de appell. reci. Bartol. in l. chirographis. §. j. io j. not. ff. de admini. tutor. quamuis Barto. post glos. in l. j. in fin. C. quando appell. non recip. dixerit in hoc an sit admittenda, requiri causæ cognitionem: sed sacrum Concilium seu domi. Vicerex appellationem domin. Andr. infra terminum appellandi factam admisit, ergo, &c. Hinc dicit Cardin. in Clemen. j. vltim. uppo. de dolo & contumacia, quòd si iudex à quo reiicit appellationem, potest eam iudex ad quem admittere: & facit idem Cardin. in d. §. præterea. dicens, quòd * quando ap- 12
pellatio reiicitur per iudicem à quo, sufficit quòd appellans dicat, ego insisto appellationi meæ: licet non appellet à non admissione. & dat rationem, videlicet: quia appellatio videtur repetita etiam contra hanc reiectionem, vide Philip. in cap. constitutus. vltim. colum. de appella. qui dicit quòd ab appella. non admissa non est necesse appellare per text. in c. cum super abbatia. de offi. deleg. Quartò respondetur de eo quod dictum est per aduocatum domin. Andr. videlicet: quòd is qui non appellauit à decreto non admissionis, non erat procurator ad prosequendum appellationem à decreto executiuo, & * quòd appellare à non admissione 13
est tantum quantum prosequi primam appellationem. Opponitur tertiò: nam in casibus in quibus ab executione possit appellari, illud non po-

test fieri nisi semel, secundum Angel.de Aret. in l.
ab executore.iij.colum.ff.de appell.quem refert &
sequitur Fel.in d.c.quod ad consultationem. xiiij.
colum.de re iudi.qui dicit se hoc alibi non reperis
se. Post tamen longam discussionem fuit pronun-
tiatum in fauorem domini Andr. & admissus ad
prosequendam appellationem.

SVMMARIVM.

1 *Iudex ex officio vtrum possit deferre iuramentum suppletorium, & si non petatur, dum videt probationes dubias: quòd non, nisi petatur.*

2 *Iuramentum suppletorium non defertur post conclusionem, etiam ad instantiam petentis: & ita se habet consuetudo.*

3 *Citari debet pars in delatione iuramenti supplet. aliàs foret delatio nulla: & ideo sit cautus aduocatus in hoc.*

4 *Iuramentum supplet. non petitum in causa principali potest peti in causa appellationis, & sic in secunda & tertia instantia: licet post conclusum peti non possit. & nu. 6.*

5 *Errores omnes purgari possunt in causa appellat. qui causas causarum concernunt.*

6 *Petitorij suspensio, quæ non potest in causa principali fieri post conclusum: fieri potest in causa appellationis: & in tertia instantia.*

7 *Testis examinatus parte non citata ad videndum ipsum iurare, quo casu nulliter deposuit: an consulatur producenti petendo quòd testis ille repetatur parte citata.*

DECISIO XXXV.



IN causa magistri Antonij Friscaroli
cum magistro Alphonso ametrano.
1 Primò dubitari contingit: an* iudex
ex officio dum videt probationes
dubias, possit deferre magistro An-
tonio iuramentum suppletorium, etiam si non pe-
tatur. in hoc Bart. in l. admonendi. penult. colũ. de
iureiur. tenet quòd pars debet tale iuramentum pe
tere. alle. l. iiij. §. hoc autem iudicium. ff. de dam. in
fect. idem firmant Ang. in d. l. admonendi. j. colum.
Anto. de Butr. in c. fin. vlti. colum. de iureiur. & li-
cet Abb in d. ca. fin. §. sanè ad fi. de iureiur. teneat
quòd etiam parte non petente iudex possit defer-
re. & Alexand. in consil. liij. ij. colum. dicat idem:
per l. vbicunque. ff. de interrog. action. & per not.
per Bald. in l. actor. in prin. C. de proba. tamen Ias.
in d. l. admonendi. in repetitione, in antepe. chart.
tenet quòd opi. Bart. est vera & communis, confir-
mans illam certis mediis. Secunda dubitatio est,
2 * esto quòd pars velit petere: an illud procedat
postquam fuit in causa conclusum? Bartol. in loco
præallegato pen. colum. tenet quòd non: subdens
quòd ita se habet consuetudo: idem tenet Bald. in
c. j. §. item si vassallus. vltim. colum. de controuer.
inuesti. & Ange. in d. l. admonendi. j. colum. Bal. in
l. in bonæ fidei. pen. col. C. de iureiur. & in l. genera
liter. in prin. v. no. co. tit. & quamuis Saly. in d. l. ad-
monendi. & in dict. l. in bonæ fidei. xviij. colum. te-
neat quòd peti possit etiam post conclusum. & idẽ
videatur firmare Alex. in d. consi. liij. allegans Ant.
de But. & Imo. in c. j. de iudic. nihilominus Iaso. in
d. l. admonendi. pen. chart. dicit primam esse com-
munem opinionem. Tertia est dubitatio: * an in de 3
latione iuramenti suppletorij debeat pars citari.
Ang. in hoc in l. certum. §. si quis absente. ff. de con-
fess. per gl. ibi, tenet quòd sic: idem firmat in d. l. in
bonæ fidei. per illum tex. ibi, causa cognita: aliàs se
cundum eum delatio foret nulla: & infert, quòd
cautus debet esse aduocatus in hoc: & idem tenet
Alex. consi. cxxij. pen. colũ. ij. volu. Quarta dubita-
tio est: * an iuramentum suppletorium non peti- 4
tum in causa principali, possit peti in causa appel-
lationis. Audiui plerosq; tenere quòd non: tamen
Bal. in d. c. j. §. item si vassallus. vlti. colũ. de contro-
uer. inuesti. dicit: quòd licet iuramentum hoc non
possit peti post conclusum: tamen si post conclu-
sionem est lata sententia: & est appellatum: potest
suppleri omissum. per not. in l. j. in prin. ff. de actio.
empt. nam * in causa appellationis secundum eum 5
omnes errores purgari possunt, qui causas causa-
rum concernunt: vt no. ff. de app. l. creditor. §. ius-
sus: & facit: nam * suspensio petitorij quæ non po- 6
test in causa principali fieri post conclusum in
causa: vt in c. pastoralis. de caus. poss. & propr. fieri
posset in causa appellationis: vt firmat Abba. in d.
c. pastoralis. pen. & vlti. colum. & nedum in ij. sed
etiam in tertia instantia, secundum Rotam decisi.
cccclxxxij. in nouis. Quintò fuit dubitatum, an
* ex quo dictus magister Antonius fecit in causa 7
examinari vnum testem inter alios nõ citata par-
te ad videndum ipsum iurare, quo casu nulliter te-
stis ille deposuit. l. si quando. C. de testi. c. ij. eo. tit.
l. iudices. C. de fide instr. & l. generaliter. §. cisdem.
C. de reb. cre. Lanfr. in ca. quoniam contra. in ver.
testium depo. ij. colum. tamen possit sibi consule-
re, petendo quòd testis ille parte citata repetatur.
tex. in Clem. ij. de test. ibi, rite à cõtrario sensu pro-
bat quòd sic: & ad idem facit tex. in authen. de test.
§. quia verò. firmat latè Soz. in c. fraternitatis. iiij.
principali arti. prima conclusione. Mihi tamen fa-
cit in causa ista dubium: quia est facta conclusio
quæ claudit os partibus: vt nihil amplius probare
possint. capit. cum Ioan. de fide instrument. & cap.
auditis. eodem titulo.

SVMMARIVM.

1 *Diuisio vbi cõmodè fieri non potest: tunc deueniendum est ad licitationem in qua obtinet is qui habet maiorem partem offerendo pretium æquale, quod pars aduersa obtulit.*

2 *Communis rei existentis inter duos, quorum vnus habet duas partes, alius verò tertiam: is autem, qui habet duas, vult tertiam alterius partem iure licitationis quando possit habere.*

3 *Creditoribus pluribus existentibus data paritate creditι, præualet numerus personarũ: adeo quòd duo creditores in centum præferentur vni creditori in aliis centum.*

4 *Licitatio expeditur spatio xx. vel xxx. dierum in venditione rerum fiscalium, ecclesiæ, vel minoris: in aliis statur arbitrio iudicis.*

5 *Licitatio fieri non potest nisi semel elapso termino*

in pra

*in praiudicium tertij, cui ius quæsitum est ex obla-
tione.*

*Fallit nisi persona, quæ licitationē petit iterari, esset
priuilegiata vt minor ecclesia, secundo nisi in pri-
mo termino nemo obtulisset. tertiò nisi ex verbis
statuti aliud induceretur. eo. nu.*

DECISIO XXXVI.



N causa Magnificorum Diomedis Ma
richondæ, & Hieronymi de Angelo
cum Ioanne Paulo Papa & Lucretia
brancaleone eius vxore, cum agatur
de diuisione molendini in quo dom. Diomedes &
Hieronymus habent medietatem, & dicta Lucre-
tia aliam medietatem, & sit facienda diuisio huius
1 molendini. Fuit primò dubitatum, an * ex quo
molendinum hoc non recipit commodam diuisio
nem, quo casu deueniendum est ad licitationem:
vt is in licitando obtineat, qui habet maiorem par
tem, offerendo æquale pretium quod pars aduersa
obtulit. l. sancimus. §. sin autem amplioris: vbi glos.
C. de dona. l. ij. C. quando & qu. quar. pa. l. ij. C. de
metatis. lib. xij. Petr. de Vbal. in tract. socie. xij. par-
te princip. xij. q. posit. d. Lucretia præferri in lici-
tando: ex quo habet medietatem illis duobus habē-
tibus aliam: quòd sic, faciunt dicta iura. item facit
Albe. in l. ad officium. C. commu. diui. vbi quærit,
2 quid * si res est communis inter duos, quorū vnus
habet duas partes, alius tertiā: & is qui habet duas
vult partem tertiam alterius iure licitationis. di-
cit quòd potest: ex quo habet maiorem partem: de-
inde subdit alios distinguere, quòd istud proce-
dat, tunc demum quando is qui habet duas partes,
eas habet iure proprio: secus si acquisiuisset vnam
à socio, quoniam tunc nō potest petere, sicut nec
potuisset socius à quo causam habet. l. traditio. ff.
de acqui. rer. do. In contrarium autem facit tex. in
3 l. maiorem. ff. de pact. vbi * in consideranda maiori
parte creditorum data paritate crediti præualet
numerus personarum, adeo quòd duo creditores
in centum præferentur vni creditori in aliis cen-
tum. Et per illum tex. ita in materia diuisionis & li
citationis tenet Are. consi. clvij. iij. volum. versi. &
4 dato quòd ille solus. Ad * licitationem autem
prædictam quantum tempus statutum sit, hoc est
secundum dubium: nam tempus xx. vel xxx. dierū,
aliàs xl. de quo per gl. in l. j. C. de ven. re. vni. & glo.
in l. j. de fide instru. & iur. hast. fisca. libr. x. non ha-
bet locum nisi in venditione rerum fiscalium, ec-
clesiæ, vel minoris: in aliis ergo videtur quòd ha-
beat locum arbitrium iudicis: vt in l. si tempora.
per Ioan. de Platea eo. tit. de fide instr. vnde secun-
dum Neapol. in consuetu. si fratres. commu. diu. in
glo. in versi. licitationis. nō bene locutus videtur,
dum dicit, quòd debet statui tempus xx. seu. xxx.
5 dierum. Tertiò dubitatum est, an * pluries pos-
sit hæc licitatio fieri. glo. in d. l. si tempore. in gloss.
j. in fi. tenet quòd non: per l. ij. C. de loc. pręd. ciui.
sequitur ibi Ioan. de plat. dans limitationes, primò
nisi nullus obtulisset in primò termino: nam si ali-
quis obtulisset, ei esset ius quæsitum ex illa oblatio
ne. ideo nō potest amplius licitari elapso termino
in præiudiciū tertij: per l. metros. §. si quis à prin-
cipe. ff. ne quid in loco publico. secundò nisi per-
sona quæ post terminum vult licitare esset priuile-
giata: vt ecclesia minor. per l. & si sine. §. certis. ff.
de mino. tertiam limitationē dat Neap. vbi suprà,
nisi ex verbis statuti aliud induceretur: vt patet in
consuetudine illa Neap. quæ dicit eum præferri in
eligendo qui in licitando vincit, vt illud verbum
vincere inducat pluralitatem licitationis. sed vi-
de: quia in l. j. & in l. ad officium. C. commu. diui.
text. vtitur etiam isto termino vincere: quare se-
cundum hæc pluries licitatio fieri potest.

SVMMARIVM.

1 *Testes deponentes quòd Titius possedit semper &
continue post mortem Sempronij: & in veritate
possedit Seius immediate post mortem: licet ipse
Titius successiue possederit quomodo soluantur.*

2 *Dictio, post, quandoque denotat actum mediatum,
quandoque immediatum.*

3 *Dictio, post, à teste prolata potest referri etiam ad
longum interuallum.*

4 *Dictiones, continue, quotidie, & semper, à testibus
prolata intelliguntur ab initio possessionis, non
autem à morte prædecessoris.*

5 *Testes deponentes quòd Titius possedit semper,
continue, vel quotidie, verum vitientur, posito
quòd per aliquod interuallū Titius nō possederit.*

DECISIO XXXVII.



N causa falsitatis motæ per magnifi.
Troianum Morimilem: contra quos
dam testes magnificæ Corneliæ de
Marra, super eo quòd dixerint, * qua 1
liter post mortem quondam magni-
fici Nicolai de Marra ipsa Cornelia possederit sem
per & continue castra Cagnani, & Caprini, cum
apparere prætendatur qualiter post mortem do.
Nicolai immediate possederit Iulius de Marra, ac
deinde Regius fiscus: pro saluandis dictis testibus,
facit: nam illa verba, quòd post mortem Nicolai d.
Cornelia possederit ad hoc ne testes in falsum inci
dant, intelligentur non de possessione immediata,
sed de mediata. ca. j. de consti. in. vj. per gl. in c. cum
Vintoriensis. de elect. in versi. sed iij. & facit. c. si. de
exc. pręla. & no. Domi. per d. iura in d. c. j. j. col. pro
teste qui dicit. quòd Titius possedit post illū, quia
immediate nō videtur per hoc includere, quòd Ti
tius post illum possederit. Et licet hæc * dictio post, 2
quandoq; denotet actum immediatum: vt not. idē
Domi. in c. frequens. in prin. de resti. spol. eo. lib. &
Phil. ibidē ij. col. tamen sufficit quòd possit referri
ad actum mediatum. & facit quod not. Alex. consi.
vlti. vlt. col. ij. vol. vbi in teste loquens dicit, quòd
* hæc dictio, post, prolata à teste potest referri etiā 3
ad longum interuallum. alleg. l. nam & postea. ff. de
iureiu. & l. post idem. ff. ad leg. Cor. de Fals. & licet
testes prædicti dicant quòd post mortem Nicolai.
d. Cornelia continue possederit: * tamen ego refe- 4
ram illud verbum, continue, nō à morte Nicolai,
sed à tempore à quo cœpit possidere, quātuncun-
que attentari posset, quod & si hoc verbum refera-
tur ad tempus à morte Nicolai: non ideo testes es-
sent falsi, per ea quæ not. Batt. in l. j. solut. matr. vbi

omnes:& Anto.de But.Imo.& Abb.in procem.de-
5 cret.dicentes * quòd dictum testis qui dicit quòd
quis semper possedit, seu continue, vel quotidie.
non vitiatur,etiam si per aliquod interuallum ille
non possederit: super quo adducunt infinita fa-
cientia.Ias.in d.l.j.ix.& x.col.& Feli.in d. procem.
xij.col.istud tamẽ attentare non est tutum:ex quo
videtur, quòd à morte Nicolai ad initium posses-
sionis d.Cor. fluxerit longum interuallum,in quo
non potest verificari dictio, semper, seu continue.
per id quod consuluit Ancha. consil.ccxcj.incipi.
visis articulis:quem referunt & sequuntur Feli. in
d.proce.vlti.col.& Ias.in d.l.j.x.colũ. vnde melius
est referre verbum continue, ad tempus, quo cœ-
pit dicta Cornelia possideret:& hoc pro saluandis
testibus: pro quorum saluatione sunt vidẽda mul-
ta facientia quæ ponit Lud.consil.cccj. quod con-
silium allegatur per Feli.in d.loco.

SVMMARIVM.

1 *Iuris congrui fraus præsumitur si venditor sibi reseruauerit frustum terræ trium passuum latitudinis circumcirca terram à se venditam, & non poterat intrari ad terram reseruatam, nisi per terram venditam.& nu seq.*

2 *Venditor habens plures domos aut membra, quorum seu quarum vna confinat cum vicino, alia stat iuxta illam confinatam: primò vendit domum quæ non confinat, deinde illam quæ confinat, videtur egisse in fraudem iuris congrui.ratio est, quòd sicut alienatio totalis semel facta esset contra statutum:ita si fiat simpliciter per partes.*

DECISIO XXXVIII.



N causa illius de Angria qui emerat
1 terram,&* venditor reseruauerat si-
bi quoddam frustum terræ trium
passuum latitudinis circuncirca:mo
do vicinus agit contra emptorem iu
re congrui. Opponitur sibi quòd non confinat:
ex quo dictum frustum est in medio.vicinus repli-
cat quòd illa reseruatio fuit facta in fraudem iuris
congrui:& ad hoc fundandum adducit, quòd di-
cta reseruatio est inutilis venditori: ex quo ex re-
latu commissarij apparet quòd non haberet acces-
sum ad dictam terram reseruatam venditori. An-
2 char.con.clx.ponit.q.in eo*qui habet plura mem-
bra seu domos, quarum vna confinat cum vici-
no,alia stat iuxta illam confinatam:& primò ven-
dit domum quæ non confinat: deinde illam quæ
confinat,videtur egisse in fraudem statuti:adeo si-
cuti totalis alienatio semel facta esset contra sta-
tutum, ita si simpliciter fiat per partes.l. omnes.§.
Lucius. ff. de his quæ in fraud. credi. coniuncta l.
nomen debitoris.ff.de lega.iij.& quod ibi per Bar.
& Bal.no.in l.seruus dotalis.ff.sol.matri.in fi.vide-
tur tenere contrarium:& quòd dicta cautela non
venit fraude, sed magis & iuris subtilitate proces-
sit ad euitandam exorbitantiam statuti,cõtra l.nec
emere.C.de iur.delib.cũ si. & per id quod habetur
in l.dudum.C. de resci. vendit. & quia principali-
ter non fuit factum in iniuriam vicini, sed magis
pro maiori commoditate vendentis & ementis:ac
eius quod habetur in l.ij.§.denique.ff.de aqua plu.
arc.& in l.Proculus.ff.de dam.infec.at in casu suo
Per.de Ancha. ponit quòd ad domum seu membra
primo loco vendita non poterat intrari, nisi per
aliam domum contentam in secundo instrumen-
to,licet rationes suæ sint generales: sed quia vt di-
ctum est ad dictam terram reseruatam non pote-
rat intrari nisi per terram venditam: fuit iudica-
tum esse locũ iuri congrui ob fraudem præsumptã.

SVMMARIVM.

1 *Testium productio id operatur, quòd producens eos citatos & iuratos compellatur ad examinari faciendum.*

2 *Testes debent iurare & dicere veritatem pro vtraque parte in omni causa.*

3 *Testis productus si non examinatur ad instãtiam producentis, potest altera pars illum examinare facere.*

DECISIO XXXIX.



N causa Francisci Viualdi cum Ioã-
ne de Auignone fuit dubitatum: ex
quo* d.Ioãnes citari fecit testes, & 1
deinde non intendit quosdam ex te-
stibus illis examinari facere:an pos-
sit compelli per do.Frãciscum ad illos examinari
faciendum:quòd producens testes possit compel-
li ad illos examinari faciendum, allegabatur Inn.
in c.præsentium. de testi.ij.col.vbi dicit formali-
ter,hoc autem fixè tenendum est, quòd postquam
induxerit testes ad reprobationem testium à parte
altera productorum, vlterius non potest pœnite-
re: nam cum testes pro vtraq; parte iurent.xiiij.q.
v.non sane.potest esse quòd*testes reprobatorij ea 2
dicerent quæ potius facerent ad confirmationem
suorum testium quàm ad reprobationem. & licet
Inno. loquatur in testibus productis ad repulsam,
tamen ratio viget in omni casu:ex quo testis debet
dicere in omni causa veritatem pro vtraque parte. 2
Dominis de consilio visum est quòd dictum Inn.
intelligi debeat quando testis iurasset, vt tunc te-
neatur producens illum examinari facere:& ita il-
lud dictum videtur intelligere Aret.consil.cxxxx.
ex cuius dictis etiam colligitur.quòd d.* doctrina 3
non imponit necessitatem producenti, quòd fa-
ciat ipse examinari testem:sed quòd altera pars po-
test illum examinari facere.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum producens solenniter publicatum manu & signo Notarij, cogitur ad exhibendum & ostendendum protocollum ad instantiam partis petentis redarguere de falsó per inspectionem protocolli.& nu.4.*

2 *Instrumentum semel præsentatum, cuius est in actis relicta copia authenticata fidem faciens, debet iterato præsentari ad instantiam partis petentis redarguere de falsó: seruatis tamen his de quibus,&c.*

3 *Originale dicitur sumptum à protocollo.*

4 *Scriptura quæ est penes partem, non ea quæ est penes notarium si fuerit perdita, statur iuramento perdentis.*

5 *Durum est contra stimulum calcitare.*

DECI

DECISIO XL.



N causa Hippolytæ de Campora & Antoniæ de Rosa actricum cum Ca
1 rolo de Rosa conuento * , nunquid dom.Carolus possit præcise cogere prædictas actrices quæ præsentauerunt testamentum Hectoris de Rosa cum manu & signo Notarij ad ostendendum & producendum protocollum, ex quo prætendit , quòd instrumentum præsentatum sit falsum. text. in l.fin. C.de fide
2 instr.decidit, quòd * quando produxerit quis pro se instrumentum in iudicio , & reliquerit in actis copiam authenticatá, licet copia illa fidẽ faciat: si tamen alia pars velit instrumentũ illud productũ redarguere de falso: pars quæ semel produxit, tenetur ire rato præsentare, seruatis his de quibus in d. l.fi.casus illius l.non videtur posse applicari ad hãc
3 causam.nam * hic productum est originale, id est, sumptũ à protocollo , quod adhuc originale dicitur: vt no.Batt.in auth.si quis in aliquo.ij.oppo.C. de edend.præterea omnes in d.l.fin.imò text.ibi in
4 versi.sin autem dicat.vult quòd * data impossibilitate producẽdi: vt quia iurat quis, quòd nõ habet, non tenetur producere. Ex quo patet tex.illum loqui de scriptura quæ esset apud partem , non de ea quæ est apud notarium. Bar. verò, Bald. & Ange. in eadem l.fi.ij.not.colligũtur ex illo tex. quòd is qui produxit instrumentũ solenniter publicatum, cogitur ad exhibẽdum & ostendendũ protocollum, quando petẽs editionẽ velit instrumenũ redarguere de falso per inspectionẽ protocolli : & sequitur
5 ibi Pau.de Ca.in d.l.fi. & * durum est cõtra stimulum calcitrare. Si isti non dicerent hoc, omnes tenuissemus contrarium per prædicta.

SVMMARIVM.

1 *Ius offerendi pecuniam condemnato competit in actione hypothecaria, etiã post sententiam: & competit cuilibet possessori.*

2 *Limitatur vt non habeat locum tale ius, quando in sententia res ipsa purè adiudicaretur.*

3 *Limitatur secundò nisi post sententiam super hypothecaria latã victor instaret pro executione , & victus susciperet tale iudicium. nu. 3.*

Limitatur tertiò nisi esset erratum in appretio: nam tunc victo se aggrauante de appretio, si committeretur iterum appretium , & illud reuocatur, videtur, quòd res reponatur in statu quo erat ante appretium : vnde debet habere locum ius offerendi etiam post executionem, aliàs non. nu. 8.

Limitatur quartò, videlicet , quòd possessor non habet ius offerendi contra mulierem agentem hypothecaria constante matrimonio propter viri vergentis ad inopiam. nu. 11. & est ratio vt vxor alat se & filios & virum. vnde potius interest habere bona hypothecata quàm pecuniam : & dicta ratione cessante locus est iuris offi. nu. 14.

Limitatur quintò si à sententia pendet appellatio: nam tunc posset in appellationis causa etiam secuta executione locum habere ius offerendi: aliàs non : nam constat, quòd appellatio suspendit sententiam , & reducit causam ad terminos in quibus erat ante publicationem. nu. 12. 13.

4 *Hypothecaria facit quòd res sit in obligatione: pecunia verò in solutione. non enim potest ita conuentus compelli ad solutionem inuitus per sentẽtiam latam in hypothecaria.*

5 *Debitor condemnatus hypothecaria, electionem habet ex dispositione legali soluẽdi rem vel pecuniã donec agatur iudicati, & iudicium suscipiatur.*

6 *Debitor victus hypothecaria sit cautus vt offerat antequã suscipiat controuersiã super executione.*

7 *Debitor patiens creditorem petentẽ executionem super hypothecaria: & sic destinari expertos ad æstimandũ, non habet ius offerendi: nisi cautus sit vt interueniat in executione appretij. &c.*

9 *Adiudicatio verum vitiatur tota , si facta fuerit plus debito, an locus sit retentioni pro concurrenti quantitate debiti.*

10 *Decretũ secundum adiudicatiuũ facit vt victus nõ habeat postea ius offerẽdi: nisi vellet ostendere decretum fuisse interpositum ex falsa causa.*

13 *Assecuratio præstari debet pro pretio, quo emptores reperiuntur licet appretium fuerat longe minoris: vt fuit aliàs iudicatũ in sacro Cõsilio, quòd fuerat terra appretiata duc. 6. pro modio , & emptores obtulerunt xij.*

14 *Debitor , qui obtulit creditori pluries dare rem, vtrum possit variare & soluere pecuniam.*

DECISIO XLI



N causa magnifici Buffili Crispani cum magnifico Ioãne francisco crispano. In iure clarũ est, quòd * ius of 1
ferendi pecuniam cõdemnato in actione hypothecaria cõpetit: vt in l. ij.ff.qui.mo.pig.vel hypo.sol. & habet tale ius quilibet possessor, vt in l.Paulus.§.j.ff.eod.tit. & dicit Bal.in l.ij.C.si vnus ex plu.hær. & cõpetit etiã post sententiá : vt per Spe.in tit.de exec.sen. §.fi.ver.itẽ quid si mihi. & per Bar.in l.si si quis stip.fuerit x.ff. de solu.in vltimis verbis. Limitatur tamẽ hoc * vt 2
non habeat locũ quando in sententia res ipsa purè adiudicaretur: vt vult Spe.in ti.de primo & secundo decr.§.iuxta.ver.sed quid si ille redeat.loquens in secundo decreto adiudicatiuo.firmat Imol. in l. debitoribus.ff.de re iudi. & Alex.in l. si finita.§.Iulia.pe. & vlt.col.ff.de dam.infe. & ideo cum in sententiis assistentiæ & adiudicationis, quæ quotidie in sacrũ Consi.ferũtur, dicantur rẽ appretiandá & appretiatam adiudicandá, prout per præsentes adiudicamus &c. Ex quo ista verba habẽt conditionẽ appretij fiendi, admittimus possessorẽ offerentem, etiam post sententiã, ante tamẽ quàm fiat appretiũ.
Limitatur secũdò illud * nisi post sententiã latam 3
super hypothecaria victor instaret pro executione petẽda ad eam procedi, & victus susciperet tale iudicium executiuũ. & hoc dico, quoniã quãdo agitur hypothecaria, res est in obligatione & sententia: pecunia verò in solutione : Non enim * potest 4
ita conuentus compelli ad soluendum inuitus per talem sententiam in hypothecaria latam: vnde succedit quod dicit Bar.in d.l.si quis stip.fu.x. in mille.circa medium: per tex.in l.item veniunt.§.idem rectè ait: & in l. miles.§.decem. de re iudica. quòd
* quãdo vnum est in oblig. aliud in solu. ex dispo- 5
sitione legali, facultas soluẽdi post sententiã durat

donec agatur iudicati & iudicinm suscipiatur. Et
idem firmat Paul.in l. non amplius.§. cum booo-
6 rnm.iij.colum.de leg.j.sit * ergo cautus secundum
hoc victus, vt antequam suscipiat controuersiam
super executione, offerat. Cogitandum tamen est,
7 * an si victor petit executionem, & victus nō con-
tradicit: sed patitur exequi & sic destinari exper-
tos ad æstimandum, habeat ius offerendi ante ap-
pretium. & videtur quòd sic, quoniam non potest
dici lis contestata super actione iudic. postquam
non contradicitur. fortè contrarium est verius,
maximè in Regno, vbi proceditur in contumaciā.
Cautius igitur videtur vt cōpareat victus & inter-
ueniat in executione appretij, non contradicendo
8 executioni. Limitatur & tertiò, nisi * esset in appre
tio erratum. Nam tunc si victo se aggrauante de
appretio, committeretur iterum appretium, & il-
lud reuocatur: videtur qnòd res reponatur ad sta-
tum in quo erat ante appretium: vnde debet habe-
re locum ius offerendi, etiam post executionem. Et
dubito an hic possint cadere ea quæ habentur in
l. si non sortem.§. si centum. de condic. inde. vbi si
9 adiudicatio fit plus debito,* tota vitiatur: licet sit
locus retentioni: quoniam hic adiudicatio fit per
seoteotiam, licet conditionaliter, & fit pro con-
currenti quantitate referēdo se ad appretium: vn-
de si in appretio datur plus, seu fit missio in plus:
non propterea vitiari debet adiudicatio, à qua
pendet missio: sed quòd missio vitietur in eo quod
excedit. & ad hoc vide quod singulariter conclu-
dit Bart. post glo. in l. Fulcinius.§.ij. quib. ex cau. in
posses. ea. quem refert Alexan. in dicto §. Iulia. vlti.
10 colū. vbi per plura iura tenet, quòd * licet victus
post secundum decretum adiudicatiuum non ha-
beat ius offerendi: tamē hoc intelligitur, nisi reus,
contra quem esset processum ad secundum decre-
tum, vellet ostendere illud esse interpositum ex fal
11 sa causa. Limitatur & quartò: nam * muliere agen-
te hypothecaria constante matrimonio ob vergen
tiam viri ad inopiam, possessor non habet ius offe-
rendi. Cyn. in l. cum tibi. C. qui po. in pign. habe. &
in l. vbi adhuc. xiij. q. C. de iur. do. Paul. de Castr. in
l. ij. in prin. ff. sol. mat. Bald. no. in priuileg. dotium
constante matrimonio. xlvij. priuilegio. Limita-
12 tur & quintò: nam * si à sententia pendet appella-
tio vel reclamatio, posset in causa reclamationis
etiam secuta executione, & sic appellationis habe-
re locum ius offerendi: constat enim quòd appella
tio suspendit sententiam. l. j. in fin. ad Turpil. & re-
ducit causam ad terminos in quibus erat ante pu-
blicatum in causa: vt Imo. in Clem. j. x. not. de cau.
pos. & propri. & ibi Car. & Car. in cap. pastoralis.
penult. colum. eod. titu. & Rota deci. ccclxxxij. in
nouis. & propterea tenent omnes in dictis locis,
quòd etiam in causa appellationis habet locū sus-
pensio petitorij: licet in causa principali post con-
13 clusum in causa non haberet. quid autem * si res in
qua petitur assecuratio, est appretiata certo pretio,
& reperitur plus? eo quia emptor aliquis compa-
ret offerendo plus. extat in sacro Cōnsilio decre-
tum in anno M.cccclxxxviij. xxiij. decemb. in cau-
sa Thomasinæ virgatis cum Bascarello sabbatino
de Marigliano: est actorum magister Marinus ro-
ta, & dicitur ibi quòd assecuratio præstetur pro pre-
tio quo emptores reperiuntur: etiam si sit plus lon-
ge pretio quo appretiatur: est hoc decretū in pro-
cessu causæ inter Marcum saxi, & dominum Ioan.
de Tupho super terra Calicti, & fuerat terra appre
tiata ducatis vj. pro modio, & emptores fuerūt qui
obtulerunt duc. xij. pro modio. Modo ad causam
Bustillus habuit contra se sententiam in hypothe-
caria: ab ea reclamauit: nondum est deuentum ad
executionem: ipse tamen obtulit ter, quòd seoten-
tia mittatur executioni, citra tamen præiudicium
reuisionis, inde offert pecuniam debitam. Io. fran.
dicit hanc oblationem non esse admittēdam: tum
quia * ipse victus obtulit ter, & sic quodammodo 14
videtur elegisse dare rem bis & vltra: quo casu nō
potest variare per ea quæ dicit Bart. in l. eum qui
certarum.§. fi. iij. col. de verb. obli. tum etiam quia
sententia lata est pro muliere pro dotibus cōstan-
te matrimonio, per d. suprà in iiij. limit. Tandē vo-
tauimus esse locum oblationi. non obst. quod not.
Bart. in d. l. eum qui certarum: nam illa oblatio erat
facta citra præiudicium reclamationis, quæ iam
peodet. non obstat, quod dictum est in iiij. limita.
nam illa loqnitur, quando mulier egisset constan-
te matrimonio ob vergētiam viri ad inopiam: quo
casu fit assecuratio ad hoc vt vxor alat se & filios
ac virum, & potius iotereft habere bona hypothe-
cata quàm pecuniam. & ista ratio consideratur per
Bal. vbi suprà qui subdit, quòd quando illa bona
essent mobilia vt mercantiæ, quæ non fructifica-
rent nisi ad pecuniam redigerentur, esset tamen lo-
cus iuri offerendi, quia cessaret dicta ratio.

SVMMARIVM.

1 Diuisione facta domus communis, si modo socij discrepant inter se circa electionem vnius eiusdemq. partis: qui habet aliam domum contiguam illi parti, debet obtinere.

2 Socius habens fundum prope fundum diuidendum: alius verò non: debet habere portionem iuxta fundum proprium. & nu. 6.

3 Mulier potest pro dotario petere sibi assignari terras suis vicinas & cohærentes.

4 Creditor ponendo se in possessionem immobilium in contumacia rei, potest petere bona vicina sibi.

5 Creditor, cui debitor vult in solutum dare bona, potest petere quæ sunt meliora sibi.

DECISIO XLII.

IN causa magnifici Antonij Cātacio-
li cum Barone Torellæ: * habent isti 1
domum communem quæ iam diuisa
est: differunt modo in electione par-
tium: quia vnus vult vnam partem,
alius eammet. Ant. iuxta vnam ex illis partibus ita
diuisis habet aliam domum, vult eligere partem
quæ cōfinat cum alia domo sua. Fuit iudicatum in
eius fauorem per dictum Angel. de Periglis, qui in
l. non amplius.§. cum bonorū. vl. col. ff. de leg. j. vbi
dicit hæc verba: Et ideo si * vnus ex diuidentibus 2
haberet fundum prope fundum diuidendum, &
alius non, deberet portio assignari ei iuxta fun-
dum proprium. l. ij. C. de meta. lib. xlj. & facit l. si cui
fundus. in tit. j. Et facit l. quicunq;. C. de omni agro
deserto. lib. xj. per quem Luc. in vlt. col. dicit * mu 3
lierem

lierem posse pro dotario petere sibi asignari terras & castra vicina vtrique,& sibi cohærētia. item
4 dicit, quòd actor * ponēdus in posse.immobilium
in contumacia rei ex primo decreto potest petere
5 vicina sibi. Itē,dicit,quòd * creditor, cui debitor
vult dare bona in solutum, potest petere ea quæ
sunt meliora sibi. Nisi d.l.quicunq;. & Lucam ibi
intelligas in vicinis inter se, vt scilicet non vnum
pretium in vno loco,aliud in alio loco: res autem
vicina erat hic rei actoris. Et facit pro hoc Nico.
de vbal.seu Pet.in tract.societa.in xj.parte.ver.xij.
6 quæro.vbi dicit,& * si vnus ex diuidentibus habet
fundum prope fundum diuidendum,& alius non,
debet portio asignari eidem iuxta fundum proprium.l.ij.C.de murilegul.lib.xij.& dicit quòd facit.l.si fundus.ff.de de leg.ij. Et idē fuit iudicatum
pro Mezeo arcella cōtra Alphōsum Caracciolū.

SVMMARIVM.

1 *Mulier non potest agere super assistentia vigore dotalis hypotheca contra creditorem habentem hypothecam anteriorem.*

2 *Creditor emens rem sibi hypothecatam irreuocabiliter, fit dominus per emptionem: & hypotheca extinguitur, nisi quo ad retentionem, nec recuperatur euictione.*

3 *Creditor prior emens irreuocabiliter à debitore, tuebitur se à posterioribus creditoribus: quia sua diligentia sibi obesse non debet.*

4 *Creditor secundus succedens in locum primi circa rem, quam emerat à debitore: cum pecunia soluta sit illi primo creditori, habet rem emptam adhuc obligatam, ex quo non est factus dominus irreuocabiliter, cum possit à secundis creditoribus conueniri.*

6 *Hypotheca primi creditoris ementis rem à debitore vtrum extinguatur.*

DECISIO XLIII.

IN causa Aureliæ de Summonte cum
Iacob.de mauro eius cognato possidēnte terram quæ fuit Stephani de
mauro venditam eidem Iacobo per
dictum Stephanum. Dubium est an
1 * agente dicta Aurelia super iure asistentiæ & adiudicationis vigore hypothecæ dotalis contra dictum Iacobum vt possessorem terræ,quæ fuit dicti
quondam Stephani viri sui, posit Iaco.qui habet
anteriorem hypothecam,dicta Aurelia vti ea ante-
2 riori hypotheca. Et videbatur,quòd nonenā * dum
Iaco.ipse emit à Stephano rem sibi hypothecatam:
sua hypotheca est extincta, ex quo res sua nemini
obligata esse potest:fuit factus dominus per emptionem: igitur hypotheca cessat.l. rem pignus.ff.
de reg.iur. Et ideo Bald.in l.libera.C.de senten. opponens de d.l.eleganter.ff.de pig.act.dicit quòd in
re euicta agebatur vtili ex empto, & quòd actio
prima & hypotheca ei accedens est finita à principio: nec per euictionem recuperatur. Et Bal.in d.
l.eleganter.in fi.princ. dicit hæc verba. item colligitur ex isto textu, quòd dominium superueniens
creditori tollit pignus:dato, quòd res posit euinci hoc ideo,quia res nō poterat euinci iure dominij,sed per hypothecariā quæ nudam possessionem
auocat.ff.de acqui.poss.l.iij.§.genera.l. si cum venditor.ff.de euic. & sic non obstant. de exceptione
rei iudi.l.ex sext.§.latinus.& de capt.l. in bello.§.si
quis seruum. In cōtrarium facit * principaliter gl. 3
in l.qui à debitore.ff.qui.mo. pig. vel hypo.sol.quæ
dicit clarè, quòd si prior creditor emit à debitore,
tuebitur se à posterioribus creditoribus: quia sua
diligentia ei obesse nō debet:& quia videtur velle
discesisse à vinculo pignoris, si irreuocabilis esset
datio sibi à debitore facta: vt arg.ff. de separa.l. debitor.& suprà eo.ti.si prior.& est expressum secundum eam.C.si ante.cre.l.j.in fi.Alber.post Cy. in l.
j.C.de his qui in prior.cre.loc.succed.dicit: quòd
* succedens in locum primi creditoris in re quam 4
emerat à debitore, vt quia de pecunia pretij satisfecit primo creditori, habebit rem illā adhuc obligatam:ex quo non est factus dominus irreuocabiliter:cum posit conueniri à secundis creditoribus.Pau.in d.l.eleganter. dicit, quòd in §.latinus.
fuit creditor effectus dominus reuocabiliter,non
quo ad dominium, sed iure hypothecæ, quia suberat secundus creditor:qui habebat rem hypothecatam. vnde si fit primus creditor dominus:si dicamus,quòd sit finitū pignus,secundus creditor posset ab eo rem auocare:quia vbi erat secūdus, nunc
efficeretur primus,& sic primus creditor efficeretur deterioris conditionis ex eo quod esset factus dominus:quod esse non debet.l.j.C.si ante.cred. ideo
causa pignoris non finitur.& idē Pau.in l.debitor.
ff.ad Tre.istud firmat.tenēt ergo prędicti doc.post
glo. in d.l. libera, quod * hypotheca primi creditoris 5
qui emit rem à debitore,nō extinguitur. At Iac.de
Aret.Cy.& Albe.in d.l.j.C.si ante.cre.tenēt quod confunditur obligatio pignoris propter iuris necesitatem vt per acquisitionem dominij:tamē effectus
obligationis durat tam excipiēdo quàm etiā agendo,& quod ista actio erit datiua.Ang.in d.l.libera.
tenet,quòd hypotheca est in totū extincta:sed creditor primus idémq; emptor habebit ius retentionis.Fuit votarū in fauorem Iacobi, quòd liceat retinere terram pro sua hypotheca.Non obst. tex.in
l.neque pignus.cum sim.nam durat effectus hypo.
quo ad retentionem,secundū opi. Ang. vel quo ad
agendū,& hoc ex priuilegio,secundum opi.Iac.de
Aret.præterea illa iura loquuntur,quando quis est
factus dominus irreuocabiliter:vt soluit glo.in l.
qui à debitore.Non obst.Bal.in l.libera.quia eodē
modo potest responderi.Non obst.etiam Bald.d.l.
eleganter.Nam illa differentia quā ipse videtur facere,an res euincatur iure dominij, an iure hypothecæ,est falsa:vt colligitur ex supradictis dum allegaui Cyn.& Alb.in l.j.de his qui in prio. cre.lo.
succe.& Pau.in l.eleganter & in l.debitor.

SVMMARIVM.

1 *Mulier inhonestè viuens non gaudet priuilegiis matrisfam.nisi nupta sit, etiam luxuriosè viuens.*

2 *Iniuria illata meretrici aliqua constit.impunibilis: impunitas restringitur ad non nuptam.*

3 *Mulier nupta etiam si esset meretrix, capi non posset pro debito ciuili.*

Adulterium cum meretrice etiam nupta, quo ad ipsam est punibile: non autem quo ad accedentem ad ipsam.

Mulier

5 *Mulier meretrix nupta potest saltem à viro, patre, & ab aliis propinquis accusari de adulterio, licet non ab aliis extraneis.*

DECISIO XLIIII.



IN causa Constantiæ Valentianæ meretricis præsupposito priuilegio excellentis Gasparis de Toralto super iurisdictione priuatiua in meretrices: Fuit dubitatum an ad instātiam mariti prædictæ Valētianæ, qui detulit dictam eius vxorem de adulterio in magna Curia vicarij, possit dictus Gaspar eā repetere. mihi visum est quòd non, per ea quæ no. Io. And. in Spe. de iniu. & dam. dato super rub. videlicet, quòd iura volētia mulierem inhonestè viuentē non gaudere priuileg. matrisfa. vt argu. in auth. de restr. & ea quæ parit. §. fin. Bal. in l. consentaneū. vlt. col. C. quomodo & quan
1 do iud. non habent locum in nupta, quamuis * luxuriosè viuente: & illud dictū exclamat Ro. in §. de viro. ij. fal. in fi. & infert Ioan. And. vbi suprà, quòd
2 * constitutio reddens iniuriam illatam meretrici impunibilē restringitur, vt non extendatur ad meretricē nuptam. per l. si vxor. §. j. ff. de adul. Ex quibus Alex. Ias. & Anto. de Alex. in l. pleriq;. ff. de in
3 ius voc. tenent, quòd * mulier nupta etiam si esset meretrix nō posset capi pro debito ciuili. vide Io. b. de citat. tit. de debito. suspe. v. q. ante fi. Sed cōtra hæc faciunt quæ not. Bart. in l. quæ adulterium. C.
4 de adult. & in d. l. si vxor. §. j. in * quibus locis videtur concludere quòd cum meretrice etiam nupta non puniatur adulterium. & istud firmat Saly. in d. l. quæ adulterium. vnde meretrix etiam nupta: regulatur secundum ll. meretricales, ideo debet hæc remitti ad iudicem meretricum. Hoc non obstante fuit votatum, quòd causa huiusmodi nō debebat remitti: ex quo hæc meretricando non potuit auferre viro ius faciēdę querelę in magna Curia. Et non est verum quòd cum meretrice committatur adulterium impunibile: nam glo. d. l. quæ adulterium. tenet quòd est punibile. idem sequitur Cyn. ibi. & Bar. & Ang. in d. l. quæ adulterium. tenet, quòd quo ad ipsam meretricem est punibile, sed quo ad accedentem ad eam, non. Et Io. de Ana. in c. j. de adul. vi. col. post recitatas omnes opinio-
5 nes concludit: * quòd mulier meretrix nupta potest saltem à viro, patre, & ab aliis propinquis accusari de adulterio: licet non ab extraneis.

SVMMARIVM.

1 *Animalia damnum dantia in terris meis possum retinere donec sciam dominum, cui debeo restituere data cautione de soluendo damnum: & hæc est vera practica.*

Fallit in fida & diffida: nam non debeo restituere nisi prius soluta diffida. & nu. 4. & 6.

2 *Iuramento damnum passi creditur habentis in manu animalia damnum dantia, vel non habentis in manu dicta animalia, nisi vnum testem de visu, adhuc eius iuramento statur in Regno.*

3 *Officiali solum creditur inuenienti animalia damnum dantia.*

4 *Ius commune pro se, vel iuris communis præsumptionem habentes præferuntur innitentibus priuilegio, consuetudini seu præscriptioni.*

5 *Præsumptione verisimili contra agentem possessorio recuperandæ, quòd possessionem, ad quam petit se restitui, occupauerat iniustè, qua iniustitia constat ex eius assertione: restitutio non fit ei, nisi iustam probet possessionem.*

6 *Animalia restitui debent data cautione de soluenda diffida, vbi dominus terræ non habet intentionem suam fundatam de iure communi.*

DECISIO XLV.



IN causa illustriss. Marchionis Laini cum nobili Herrico Oliuerio super restitutione boum captorum per officiales dicti Marchionis tanquam diffidatos. Pro Herrico facit Spec.
in titu. de actore. xx. colum. versi. sed * pone inue- 1
nio pecudem. qui dicit, quòd animal captum in terra mea possum retinere, donec sciam dominū contra quem agere possim: ergo cum scio, debeo restituere. idem tenet Bart. in l. prætor ait. §. de his. ff. de damn. infect. Angel. in l. ratis. ff. de incen. rui. naufra. Flo. in l. quintus. ff. ad legem Aquil. hinc practica inoleuit, quòd data cautione de soluendo animalia restituūtur. Animalia damnū dantia capta an debeant sine emenda restitui, vel sine cautione, vide pragm. Fer. primi: vltimam inordina-
tionem. de offic. baiuli: qua statuitur, quòd * in 2
causis damnorum datorum si pars quę dicit se passam damnum ab animalibus vadat cum animalibus in manu, & iurat se inuenisse in suo damnum dantia, debet sibi credi, & solui damnum. Quòd si animalia in manu sua non habeat, & habet vnum testem, sufficiet sibi cum iuramento suo quòd in-
uenta sint in suo damnum dantia. * Quòd si offi- 3
cialis animalia inuenerit sic damnum dantia, hoc solum sufficiet. Pro Marchione facit ca. cum personæ. in fin. de priuile. libro vj. vbi quando aliquis habet ius cōmune pro se, seu iuris communis præsumptionem, & alius innititur priuilegio, consuetudini, vel præscriptioni, non est aliquid in-
nouandum contra habentem præsumptionem iu-
ris communis. Vnde cum constet * ex partium 4
confessione boues captos in territorio Acerrarum, in quo de iure communi Marchio habet fidam & diffidam: non debet restituere boues, nisi prius soluta diffida & ex illo cap. inoleuit practica, quòd quando in loco seu territorio diffidato animalia reperiuntur: adeò quòd dominus animalium non negat illū esse locum Baronis: sed fundat se ex aliquo priuilegio, contractu, seu possessione, non debēt sibi restitui animalia nisi soluta fida. Et doctrinæ allegatæ pro Herrico militant, quando est incertum quid debeat solui: vt quia dominus volebat damnum, quod est illiquidum: secus videtur esse quando sumus in fida & diffida, quæ sunt semper certa. Et facit Gemin. in cap. ad decimas. de rest. spo. lib. vj. j. colum. vbi dicit not. argum. quòd
* vbi est verisimilis præsumptio contra agentem 5
possessorio recuperandæ, quòd possessionem, ad quam petit se restitui, iniustè occupauerat, & de iniustitia constat ex eius assertione, nō fit restitu-

tio,

tio, nisi iustam probet possessionem. & vide ibidem eundem.iij.col.ver.si autem hoc non constat.
6 Fuit votatum, quòd * animalia data cautione de soluenda diffida restituātur, & hoc ideo quia Marchio non habebat intentionem fundatam de iure communi, quòd in terris Acerrarum patronatis haberet fidam prout prætendebatur esse terra illa, in qua dicti boues capti fuerant.

SVMMARIVM.

1 *Uxor assecurata pro dote constante matrimonio super aliqua re viri, nō liberat eū, nec alia eius bona ab hypothecis: nec in tali assecuratione procedi potest ad secundum decretum: & si maritus assignaret rem, dominium non transfertur. & numero 3.*

2 *Dos assecurata priusquam maritus efficeretur diues, adhuc remanet penes uxorem.*

4 *Vir aut filij cum uxore & matre permanentes in re assecurata pro dote, præsumentur iure familiaritatis permansisse.*

5 *Uxor assecurata pro dote in vna re viri semel electa non potest variare, & eligere alia bona licet hypothecata sibi. & nu. 13.*

6 *Creditor, cui plures res obligatæ sunt alternatiuè habens electionem ex prouisione sua, siue legali si semel elegit litem conte. super vna re, non potest amplius variare, & aliam rem eligere.*

7 *Hypothecaria habet sua specialia, inter quæ est ut non tollatur nisi solutione, adeo quòd lata sententia condemnatoria super personali, pignora non liberantur quo ad supplementum, & non aliàs. & num. 10.*

8 *Creditor faciens capi debitorem, potest adhuc eo existente in carceribus cumulare petitionem missionis in pos. bonorum: nam ista duo remedia tendunt ad eundem finem.*

9 *Debitor mercator cessans non liberabitur, nec sui fideiussores: quamuis creditores statim capiant omnia eius bona.*

11 *Hypothecaria electa non tollitur actio personalis quo ad supplementum hypothecariæ.*

12 *Argumentum valet de pluribus actibus ad plures res. Hypothecaria &, personalis actio ut competant, & cumulatiuè moueri possint, in eodem libello cumulari debent. co. nu.*

DECISIO XLVI.



IN causa Magnificæ Dianæ Carlinæ cum domino Iaco. de Capua. Primò attendendum est: an * domina
1 Diana assecurata semel, vt prætenditur, super domibus sedilis nidi possit dici facta domina irreuocabiliter, adeo quòd quando appareret virum peruenisse ad pinguiorem fortunam, possit dici dominium non reuocari ab ea, saltem quo ad effectū: vt non possit sol. matione contra possessores aliorum bonorum viri. Et hoc deciditur per Bar. in l. si constante. in prin.
2 pe. col. forma. vbi dicit, q * si vir post assecurationē est factus diues, dos adhuc remanet penes vxorē, & sequuntur ibi Pau. Alex. Bal. no. & Decius. licet Aret. in l. pluribus. §. & si placeat. ff. de verb. oblig. distinguat, idē quod Bar. tenet. Cum in consi. xcij. col.
col. cū gl. in l. vbi adhuc. & ibi Bal. in c. j. vt lit. non conte. ij. col. dicit q * assecuratio ista nō est plena 3
restitutio dotis: vnde nō liberatur vir, nec alia eius bona ab hypothecis: & dicit q in causa assecurationis dotiū non potest procedi ad secundū decretū: quia etiā si maritus assignaret, dominiū non transfertur: vt not. Guliel. de Cuneo in l. si nozali. §. denique. ff. de pecu. & super hoc: vide etiā Bal. nouel. in vij. parte sui tract. At Soz. cons. lx. j. vol. ij. & iij.
col. vbi plus vult, scilicet, q * etiā si vir aut filij cū 4
vxore & matre in re tali permanserint, præsumentur iure fami. remāsisse. Sed quoniā sit dubiū in facto, nunquid sit probatū, d. Dianā fuisse cū effectu assecuratā, ex quo non apparet clarè domos fuisse appretiatas, nec ipsam ex causa assecurationis in possessionē missam. ideo procedamus vlterius. Vnde secundò videtur considerandū, * vtrum quādo 5
per translationē dominij nō esset secuta liberatio aliorū bonorū, possit d. Dianæ opponi de prohibita variatione, videlicet, q semel elegit agere super domibus. Constat * enim (quicquid dici soleat in 6
debitore alternatiuo, an postquā elegit vnam rem, possit variare, & eligere aliam) q quādo sumus in creditore cui plures res alternatiuè obligatæ sunt, & habet electionē, q si semel elegit litē contest. super vna re, non pōt amplius variare, & eligere aliā rem, siue habeat electionē ex prouisione sua, vt in l. si quis stipulatus sit stichū. ff. de verb. obli. siue ex prouisione legali: vt in l. iij. §. & generaliter. ff. de eo quod certo loco. & per Bar. in l. eū qui certarū. §. fi. ff. e. tit. de ver. ob. idē enim importat electio collata à lege simpliciter, quod electio collata ab homine per futurū indicatiui: vt in d. l. eū qui certarū. §. fi. per gl. & Bar. Et facere videtur optimè tex. in l. j. §. si. ff. si fa. fur. fe. dica. vbi si is qui à familia seruorū Titij passus est furtū, egerit cōtra dominū actione furti tanquam facti à Sticho, & sic nomine Stichi, nō potest pendēte lite, imò nec finita per sententiā cumulare actionē eandē nomine aliorū, sed debet expectare exitum rei, an per executionē sibi de tota litis æstimatione satisfiat. Et certū est, q à principio potuisset agere pro furto nomine omnium, i. tāquàm facto ab omnibus, cuius actionis effectus erat q dominus solueret totū furtū, vel dederit omnes. ista inferūt cōtra d. Dianā. At pro ea faciunt vulgata iura, quibus cauetur, q * actio hypotheca- 7
ria habet specialia sua, inter quæ est vt nō tollatur nisi solutione, adeo quòd etiā lata sententia condemnatoria in personali, pignora nō liberantur. l. grege. §. etiam. ff. de pign. l. quāuis. la. ij. C. eod. tit. l. solutum. ff. de pig. act. Facit etiam quod voluit Bar. in l. consentaneū. C. quomodo & quādo iudex. pe. col. ver. quæro secundò. Bald. in l. ignorare. C. de re
mili. Anc. in c. j. de eo qui mit. in posse. rei ser. q * si 8
feci capere debitorē meum, possum eo existēte in carceribus cumulare petitionē missionis in po. bonorū: quia hæc duo remedia veniūt ad eundē finē. Facit etiam quod dicit Pau. de Cast. per illū tex. in l. hæres à debitore. §. q si stipulator. ff. de fideiuss. q
* si mercator aliquis cessaret: quamuis creditores 9
statim caperent omnia eius bona. nō propterea liberabitur ipse mercator, nec sui fideiussores. Stringendo materiam duo considerabam. Primū est, q l. grege. §. etiā, cū simi. dum diceret, q data sententia

tentia condemnatoria super personali: adhuc du-
10 rat hypothecaria: non infert, * quòd possit mo-
ueri illa hypothecaria indistinctè, sed tūc demum,
quando per executionem sententiæ latæ super per-
sonali non potest esse satisfactum debito, vt scili-
cet in eo, quòd deficit, possit moueri hypotheca-
ria. Hoc fulcitur per text. in l. aduersus. C. de act. &
11 obli. vbi dicitur, * quòd si intentaui, & elegi hy-
pothecariam, non tollitur ideo actio personalis:
sed illam potero intentare ad id, quod per hypo-
thecariam consequi non potui. Secundum est
12 * arguendo de pluribus actionibus ad plures res.
l. si idem cum eodem. in prin. ff. de iurisd. omn. iud.
quòd actio hypothecaria, & personalis ad hoc vt
competant, & moueri cumolatiuè possint, debēt
in eo libello cumulari: vt in auth. de fide. §. sed ne-
que. ibi, morum. & per Dyn. in c. nullus pluribus.
de regu. iur. & Bart. & alios in l. edita. de eden. Io.
Fab. in §. item Seruiana. insti. de act. Fuit votatum
contra d. Dianam, vt non possit variare.

SVMMARIVM.

1 *Publicatione testium facta coram arbitris, expira-
tóque compromisso: & causa introducta coram iu-
dice, vtrum ex partibus altera possit alia inuita
examinare nouos testes. & nu. 3.*
2 *Arbitri sententia, vel eius acta non valent coram
iudice, coram quo debet de nouo libellus produci,
lis contestari, & iurari de calumnia, nisi Prin-
ceps &c nu. 5.*
4 *Testes examinatos coram arbitro, potest quis re-
petere facere coram iudice: si pars cōtra quam pro-
ducuntur, nollet eis stare: nam ipsa volente stare,
non debet ille admitti ad vlteriorem examina-
tionem.*
6 *Rescriptum, & decretatio intelligitur, & refertur
secundum quod supplicatur.*
7 *Plenitudo potestatis non procedit à Principis con-
sistorio.*

DECISIO XLVII.


N causa Baronis Morimilis cū Mar-
co Pappalardo contingit dubitari:
1 an * facta publicatione testium co-
ram arbitris, expiratóque compro-
misso, & causa introducta coram iu-
dice, possit altera ex partibus alia inuita examina-
re nouos testes: & habere terminum ad faciendas
probationes, prout vult facere dictus Marcus. Pro
2 Marco prædicto facit: Nam * publicatio est de
actis ordinatoriis: & clarū est quòd acta ordinato-
ria facta coram arbitro non valent coram iudice:
cum & sententia arbitri coram ipso non valeat. l.
j. C. de arbi. & istud videntur tenere Innocen. Petr.
Imo. do. Ant. & Abb. in c. præsentata. de testi. & in
eo. c. iij. col. maximè ea ratione: quia cum sit noua
instantia, necesse est omnia acta litis ordinatoria
reiterare: ad quod l. ij. & l. cum apud. ff. iudi. sol. &
l. pen. C. de arbi: vbi per Bart. qui hoc idem tenuit,
hoc etiam dicit Capra, quòd coram iudice debe-
bit de nouo libellus produci, lis contestari, iurari
de calum. &c. Si ergo publicatio, vt de actis ordi-
natoriis, ergo non est impedimēto quo minus possint
de nouo fieri probationes. Secundo pro eo Mar-
co facit autoritas Cy. in l. per hanc. ij. colum. C. de
tempo. appell. vbi dicit, * quòd productis testibus 3
coram arbitro & apertis, possunt alij produci co-
ram iudice: alleg. l. fina. C. de testi. licet ibi non lo-
quatur de aliis: sed de eisdem, & in casu quo pars
nollet stare examinationi factæ coram arbit. & di-
ctum Cyn. vbi suprà refert Alex. consil. lxxxiiij. j.
col. iiij. vol. licet Alex. loqui videatur, quòd quan-
do is vellet nouos testes producere, contra quem
testes coram arbitro fuerant producti. Pro Baro-
ne faciunt textus in d. l. fina. C. de testib. & in d. c.
præsentata. extrà, eo. tit. in * quibus iuribus solum 4
permittitur repetitio testium examinatorum co-
ram arbitro, quando pars contra quam producun-
tur, nollet eis stare, & viuerent. Secundò facit
quoddam verbum Abba. in c. præsentata. ij. colum.
vbi dicit, quòd iudex succedit loco arbitri. vnde
in fauorem illius, contra quem fit vt iterum non
producantur, maximè publicatis attestationibus.
potest ergo huic fauori renuntiare, &c. Pro Ba-
rone facit Mar. Soz. in repe. cap. fraternitatis. ante-
pen. char. ver. circa quintum & vltimum. ibi, secun
do casu. vbi expressè tenet, quòd publicatio facta
coram arbitro, impedit productionem coram iu-
dice: nisi pars contra quam producti fuerant, no-
lit eis stare: & idem tenet ibidem in xxvj. limitat.
Pro Barone facit Paul. in l. fin. C. de test. penu. col.
vbi dum not. limit. ad auth. qui semel. de test. dat ra
tionē, videlicet, quòd ideo in d. l. fi. admittitur quis
ad examinandum eosdem vel alios testes contra
dispo. d. auth. post pub. in causa. quia pars recusat
stare testibus examinatis corā arbitro: ergo quan-
do pars vellet illis stare, vt vult Baro: non debet il-
le alius admitti ad vlteriorē examinationem. Hæc
non * videntur eneruare motiua præcedentia: quæ 5
pro parte Baronis adducebantur: nam pars aduer-
sa expirato compromisso adiuit Sacrū Consilium
& supplicauit, quòd vult causam prosequi, asseren
do in ea esse publicatum: & decretatio dicit, quòd
causa committitur, & quòd commissarius faciat iu
stitiam: & sic essemus in terminis eorum, quæ di-
cuntur in d. c. præsentata. vbi secundum vnum in-
tellectum Princeps potest facere, quòd eam prose-
quatur cum iisdem actis ordinatoriis, & quòd illa
non pereant &c. Ad hoc potest respō. primò, quòd
Sa. Consilium non expressit, quòd causa videatur
ex eisdem actis: sed quòd fiat iustitia. Sed contra di
ctam responsionem adduci posset: quia * decreta- 6
tio intelligitur & refertur secundum quod suppli-
catur. l. si defensor. §. qui interrogatus. ff. de interr.
act. sed in supplicatione dicitur, quòd causam pro-
sequi debebat, & sic ex eisdē actis, ergo &c. Secun-
dò responderi potest: quòd id quod dicitur per d.
c. præsentata. procedit de plenitudine po. vt expri-
mit Capra in eo. c. & dicunt Abb. & Felin. ibidem,
quòd * procedebat ex speciali mandato Papæ, & 7
in casu nostro non cadit speciale mandatum Sacri
Consilij: nec plenitudo po. qua vti non potest con
sistorium Principis. Nec etiā potest se iuuare pars
Baronis de consensu partis aduersæ resultantis ex
illa supplicatione. nam in his partis cōsensus non
potest operari, videlicet, quòd acta ordinatoria va
leant

leant, vt tenet Abb. in d. cap. præsentata. de quo tamen per Felin. ibi pro & contra in j. limit. ver. ij. limita. Præterea est vidundum, an concurrerit simul consensus vtriusque partis, quoniam procurator Baronis prætendit, quòd antequam ipse Baro acceptauerit supplicationem, ipsum reuocauit, instando pro termino ad prob. Fuit votatum quod dictus Marcus non posit producere testes super veteribus articulis, sed super nouis, si voluerit, dummodo articuli non sint de directo contrarij articulis veteribus dicti Ladislai.

SVMMARIVM.

1 *Compromissum peti non potest, ubi agitur ex instrumento liquido: & testamentum licet sit liquidandum per probationem mortis testatoris, & aditionis hæredi &c. procedit quo ad executionem: nam ad impediendum compromissum dicitur liquidum & nu. 5.*

2 *Paria sunt instrumentum liquidum, & de breui liquidandum,*

3 *Instrumenta guarentigia habentia cõditionem re vera purificatã, sed in iudicio nondũ probatam, dicuntur instrumẽta pura, & non conditionalia.*

4 *Compromissum fieri peti potest etiam post terminũ datum ad probandum in Regno, dummodo non sit vlterius processum, scilicet ad citationem testium, vel articulorum præsentationem.*

5 *Compromissum fieri peti potest de iure communi lite contestata, tamen ante publicationem.*

DECISIO XLVIII.



IN causa magnificæ Camillæ Carraphæ cum Federico, & Io. Vincentio fratribus suis contentis ab ea super legato materno, & petentibus fieri compromissum. vigore pragmaticæ.
1 Pro conuentis faciebat * ex tenore pragmaticæ, vbi agitur ex instrumento liquido, non potest peti compromissum: sed agens ex testamẽto, non agit ex instrumento liquido: ex quo debẽt probari adhuc aliqua: vt mors testatoris, aditio hæreditatis &c. & quòd mors probanda, & aditio hæreditatis reddant instrumentũ illiquidum, allegabatur consilium Aret. xxxij. dum in j. col. allegat ipse Bald. in l. si causam iudicati. in fi. C. de execu. rei iud. & in l. per diuersas. C. mandati. ergo sequitur. quòd si instrumentum testamenti non est liquidum, habet locum exceptio compromissi. Fuit nihilominus vo-
2 tatum, quòd * non sit locus compromisso, nam paria sunt, esse instrumentum liquidum, vel de breui liquidandum. l. fi. cum ibi not. C. de compens. alleg. Alex. in l. quidam. ex iij. col. ff. si cer. peta. & facit not. dictum Bal. in l. cum testamentu. C. de test.
3 manu. in fi. qui dicit, quòd * instrumenta guarentigiæ si habent conditionem re vera purificatam, sed in iudicio nondum probatam, dicuntur instrumenta pura & non conditionalia. Ad contraria respondetur: quia procedunt, quoad executionem fiendam: non debet enim fieri executio instrumenti: nisi illa constent, vt mors, aditio &c. Sed ad litis contest. & sic ad exclusionem cõpromissi sufficit,
4 quòd instrumentũ testamenti appareat. Fuit * etiá in d. causa incidenter discussum vsque ad quantum tempus posit peti vt fiat d. compromissum. Bal. in auth. habita. C. ne fi. pro pa. dicit, quod recessus ab vno iudice, vt eatur ad aliũ, dicitur quædam exceptio declinatoria, & sic dilatoria: & in dilatoriis pragmatica regni vult, quòd proponãtur infra terminum: alia pragmatica quæ incipit odia &c. vult, quod posit peti vsque ad dationẽ termini ad prob. & sic secundum hoc ista exceptio non regulabitur secundũ alios: si igitur potest opponi in termino ad prob. quod æquiparatur secundũ nos litis cõtestationi: ergo etiam post datũ terminũ petitur, dummodo non sit factus aliquis actus alius, ex his qui incumbunt post terminũ ad probandũ dationem: vt est præsentatio articulorũ: citatio testium &c. iuxta not. in Cle. sæpe. ver. non sic tamen: de ver. sig. & ibi per Car. xij. q. vlt. col. Et hoc credo verũ, quádo pragmatica non diceret prout dicit, quod petatur ante dationẽ termini ad probãdum: standum est ergo pragmaticæ. De * iure communi circunscripta pragmatica cõpromissum ex forma statuti potest 5
peti etiam post lit. conte. dũmodo antequá fiat publicatio in causa. not. Bal. in l. j. ff. de transact. Paul. in proœ. C. in prin. j. col. ad fi. Ro. in l. prætor ait. in prin. in addi. no. ff. de no. ope. nun. & vide Lanfr. in tit. de arbi. in fi. vbi ponit quoddá consiliũ d. Iá. de Zocchis. & Ias. in d. l. j iiij. notab. ff. de transact.

SVMMARIVM.

1 *Vsurarius contractus an præsumatur continens pecuniam debitam ex mutuo. & ex venditione alicuius rei: & constat in facto quòd confessio dicta rei fuit facta sub spe futura cõsignationis, & quod creditor non erat aliter mutuaturus.*

2 *Vsurarij. qui recipiunt promissionem de vera sorte habentes rem sterilem, vel nomina debitorũ inania, non soluendo, vendũt ea receptori mutui certo pretio: & re vera contractus emptionis non fuisset celebratus, nisi propter mutuum: quòd ista fraus rescindetur.*

3 *Vtile per inutile quando vitiatur.*

4 *Creditor petens plus debito, vt amittat debitum, quæ requiruntur.*

DECISIO XLIX.



IN causa Nicolai Anelli imperati cũ domino Comite Magdaloni. Appa-
ret * contra d. Comitem instrumentum, in quo recipit certam pecuniæ 1
quantitatem ex causa mutui à Nico. Anel. & constituit in eo instrumẽto se debitorem eidem Nicolao Anello in certa alia summa pecuniæ ex causa emptionis certorum armorum, quæ confitetur se recepisse, & etiam petularũ quas confitetur se recepisse: & constat in facto, quòd cõfessio de armis fuit facta sub spe futuræ consignationis: & cõstat etiam in facto, quòd petulæ fuit longè minoris pretij quàm sit pretium conuentũ, item quòd Nicolaus Anellus non erat aliter mutuaturus. Quoad contractum quòd sit vsurarius, fuit adducta decisio Bald. in l. cum alleg. iiij. col. C. de vsur. vbi dicit contra fœneratores * qui recipiunt 2
promissionem de vera sorte, & habentes res steriles vel nomina debitorum inania, id est, non soluendo, vendunt ea receptori mutui pro certo pretio: & re vera iste contractus emptionis nó fuisset

aliàs celebratus, nisi propter mutuum, quòd ista ta
lis fraus rescinderetur, per tex. in l. cum videtur. ff. de
iur. dot. Quod dictum allegat Laud. de rod. in tra.
de vsur. q. lxiij. Ex quo inferebatur contractum esse
nullum, & nedum contractũ vẽditionis, sed etiam
mutui, vt ne sic posit per creditorem peti inter-
esse, saltem pecuniæ mutuatæ per elapsum dici ap-
positi in contractu. Sed hoc mihi non fuit visum,
videlicet, quòd etiam contractus mutui sit nullus,
quoniam ista sunt separabilia, videlicet mutuũ &
3 venditio, & * vtile per inutile non vitiatur. l. j. §.
sed si mihi. ff. de ver. ob. vbi per omnes. & est tex. in
d. l. cum allegas. & in l. pecuniæ. C. de vsur. & tanto
magis, quia Bal. dicit, quòd rescinditur fraus, id est
illa venditio facta in fraudem vsurarũ. & Lau. vbi
suprà sentit expressè, quòd rescinditur contractus
loquens de venditione: & pro hoc est text. in l. ro-
gasti. §. si tibi. ff. si cert. per. & expressè dispu. firmat
Laud. de rod. q. cxxxv. Adducebatur etiam con-
tra Nico. Ane. quòd ipse in sua supplicatione pete-
bat nedum pecuniã verè mutuatam, verum etiam
& pretium armorum & perularum. vnde infere-
batur ad dictum Bald. in l. j. in prin. C. de plus pet.
vbi notans quatuor quæ dicuntur concurrere ad
4 hoc, * vt petens plus debito amittat debitum, vi-
delicet quòd cautio ex qua agitur, sit extorta de
maiori summa: & quòd propter dolũ: & quòd reus
sit vocatus in iudicium, & lis contestata: & quòd
in probationibus liqueat de dolo actoris: subdit
hæc esse notanda contra fœneratores qui extor-
quent instrumenta de duplo, nec possunt excusari
à dolo, quia faciunt in fraudem vsurarum &c. &
idem ponderant ibi Saly. & Pau. de Cast. sed prout
notat Saly. ibi in fin. debet hoc peti. pro parte Co-
mitis non fuit petitum: vt scilicet Nico. Ane. ca-
dat à toto debito.

SVMMARIVM.

1 *Tutores antequam administrent, debent nouem requisita solennia obseruare.*

2 *Tutor si non confecit inuentariũ, non priuatur administratione, nisi prius accusetur vt suspectus.*

3 *Tutor qui per plura tempora non fecerat inuentarium si postea facit, admittitur ad agendum.*

4 *Tutor debet expreßè promittere defensionem pro pupillo suscipere: & dicit Bart. quòd propter huiusmodi promißionis defectum vidit multas tutelas cassari.*

5 *Mater & auia petentes tutelam, debent promittere solennia cum expressa hypotheca suorum bonorum: aliàs talis omissio vitiaret tutelam.*

6 *Mater & auia petentes tutelam, debent renuntiare secundis nuptiis, sine iuramento tamen: aliàs omissio vitiaret.*

7 *Mater & auia tutelam petentes debẽt expreßè renuntiare omni legum auxilio: quæ clausula est de substantia.*

DECISIO L.



IN causa Iacobi Luciani cum hæredi-
bus quondam Pyrrhi Antonij de Con
1 stantio, dubitatum est * quæ sint solen
nia, ad quæ tenẽtur tutores antequam
administrent. Primò requiritur decretum iudi-
cis: debet enim decerni tutela, vt rectius loquar,
administratio cuilibet tutori etiam testamẽtario:
vt in l. fi. §. fi. C. arbitrium tutelæ: & per glo. & Sal.
in l. fi. §. sed cum antiquitas. C. de cura. furi. in ma-
tre quòd nõ indigeat. vide Bart. in auth. ma. & aui.
iiij. col. Secundò quòd confecerit inuentarium.
l. tutores. C. de admi. tuto. Si * tutor non confecit 2
inuentarium, potest vt suspectus remoueri, tamen
antequam accusatur vt suspectus, non interdicitur
administratio eius. Cum. consi. xv. inci. auia pater-
na. alleg. Bar. in l. tutor. qui rep. ij. col. versi. contra-
rium puto. de adm. tut. & vide Fulg. consi. ccxxxiij.
incip. proponitur. vbi dicit, quòd si quis aut verus
tutor non fuerit, aut fuerit, sed legitimè non ca-
uerit: aut tutelæ administrationem non acceperit,
vt oportuit: hoc est iudicis decreto, & facto inuen
tario, secundum l. vlt. Card. tu. vel no. vt lege cautũ
est, iurauerat, palàm est quod gessit, vel ipsi pupil-
lo nocere potuisset. vt ff. de legit. tut. l. legitimos. &
quod ibi no. per Dy. Bar. Bal. & Ia. de Are. post glo.
& per Cyn. & cæteros. C. de admin. tuto. l. fi. §. fi. &
ex hoc quidam inferebant, quòd tutor etiam sine
solennibus posit agere antequam vt suspectus re-
cusetur: sed contrarium videtur. & Bart. in d. l. tu-
tor qui reperto. ij. col. mouet q. de * tutore, qui per 3
plura tempora non fecerat inuentarium, si postea
facit, an admittatur ad agendum: & determinat,
quòd sic. quasi quòd si non fecisset, non admitte-
retur. Tertiò, quòd satisdet rempub. saluam fore.
l. j. C. de tuto. & cu. qui non satis ded. quod non ha-
bet locum in tutore testamentario: vt ibi per doct.
dic vt ibi. Quartò, quòd iuret vtilia facere, & in-
utilia prætermittere. in authẽt. vt hi qui oblig. hab.
perhib. res mi. §. fin. ij. col. & de cur. fu. d. l. fin. §. sed
cum antiquitas. Quintò, * quòd expressè promit- 4
tat defensionem pro pupillo suscipere. l. fi. §. defen
sionem. C. eod. tit. de admin. tut. & dicit Bart. quòd
propter huiusmodi promissionis defectum vidit
multas tutelas cassari. Sextò, quòd * quando ma- 5
ter seu auia est illa quæ tutelam gerere vult, faciat
dictas promissiones cum expressa hypotheca bo-
norum suorum, in aut. vt sine prohib. matr. Bart. in
auth. mat. & aui. iiij. col. ver. quæro quòd si in tute-
la. dicens, quòd hæc omissio vitiaret. Septimò,
quòd mater seu auia renuntiet Velleiano senatus-
consulto: vt in auth. matri & auiæ. & hoc est etiam
de substantia secundum Bar. ibi. & Sal. sequitur in
vj. col. Octauò, quòd renuntiet mater & auia se-
cundis nuptiis: vt d. authen. matri & auiæ. & dicit
etiam ibi Bart. quòd hoc est de substantia: & omis-
sio vitiaret. & sequitur Sal. ibidem. vj. col. hæc au-
tem renunciatio fiet sine iuramẽto: vt ibi. & in au-
thent. sacramenta. Nonò, quòd mater & auia re-
nuntiet omni legum auxilia: & istud est etiam de
substantia, vt in auth. vt sine prohibi. matr. & est gl.
in dicta authẽ. matri & auiæ. in versic. Velleiani. &
quòd sit de substantia, dicit Bar. ibi. & sequitur Sa
lic. videlicet in dicta auth. matri & auiæ. vij. col. In
causa huius Troianæ omnia hæc fecerat mulier ex-
cepto octauo: quia non renuntiauerat secundis
nuptiis: attamen in actu erat clausula, quòd pro-
mittebat obseruare omnia ad quæ de iure teneba-
tur: item erat clausula, quòd se obligabat in for-
ma curiæ consuetæ. Fuit conclusum, quòd ex quo
pars

pars non opponit de defectu dictæ clausulæ, quòd valeat processus.

SVMMARIVM.

1 *Decretum latum ex causa partim vera, partim falsa, ruit in totum: licet sententia lata ex falsa causa contra ius litigatoris peccans in iustitia non sit nulla.*

2 *Decreta quæ hodie interponuntur super appretio vel assistentia virtute l. creditores. C. de pigno. sunt in totum nulla, & etiam adiudicatio quæ inde sequitur, est nulla, si fuerit petitum aliquid plus debito.*

3 *Decreta quæ proferuntur officio iudicis nobili sunt reuocabilia: secus si proferantur officio iudicis mercenarij deseruiente actioni intentatæ vt hypothecaria, condictioni ex l. certi condictioni quæ nascitur ex stipulatione apposita in instrumento, &c.*

4 *Decretum latum officio iudicis nobili, & mercenarij, & sententia, in quo differant inter se.*

5 *Decretum interpositum post litem contest. in vim diffinitiuæ, valet vt diffinitiua: ante lit. verò contest. in vim interlocutoriæ.*

6 *Decretum nullo modo potest dici nullum ratione falsitatis causæ: quando ante decreti interpositionem fuisset plenè disputatum & cognitum de veritate seu falsitate causæ.*

7 *Solutio pecuniæ in totali specie, quæ non erat nisi pro parte debita, facit quòd non possit tota pecunia repeti, sed tantum pro rata partis speciei non debitæ: secus in datione in solutum. & nu. 1.*

8 *Cessionarius actionis agens contra tertios possessores, debet pro rata sibi diminuere de debito, quando reperitur etiam ipse inter ipsos possessores.*

9 *Cessio actionis contra debitorem & eius bona facta per creditorem, cui debitor obligauerat omnia bona. deinde vendit Titio domum, postea Paulo fundum: creditor agit hypothec. contra Titium petendo domum, Titius offert debitum, fit cessio supradict. vtrum possit intentari contra Paulũ.*

10 *Assensus regius generaliter concessus alienationi, potest alienatio cuicunque fieri, vel quando in instrumento debiti est data potestas capiendi authoritate propria, vendendi, & alienãdi, & Rex simpliciter assensit.*

Creditor potest cedere: & in cessione non requiritur assensus regius. eo. nu.

11 *Assensus regius vtrum requiratur quo ad assistentiam, vel quo ad adiudicationem, & quid si fuerit interpositus post conclusionẽ causæ. nu. 9.*

12 *Priuilegium emptionis alicuius Ciuitatis emanatum à Rege cum clausula quòd derogetur omnibus etiam dotibus, & quòd pro bono pacis fuit facta venditio, vt de illa pecunia subueniatur bello, intelligitur in dotibus non veris.*

13 *Princeps ex causa vtrum possit tollere ius alterius: cum in dubio præsumatur motus ex causa rationabili.*

14 *Priuilegium continens clausulas abdicatiuas iurium aliorum, & beneficium l. bene à Zenone. non præiudicat iuribus tertij, etiam si dicatur pro bono pacis factum.*

DECISIO LI.

IN causa Antoniæ Palmisanæ cum illu-
striss. duce Atiani, Comite Potentiæ, &
consortibus: Primò fuit dubitatum:
* vtrum sententia seu decretum S. Con 1
cilij super assisteotia & adiudicatione latum in fa
uorem magnifici Galeotti Carraffæ pro ducatis
M. super castro Panni ipsius Antoniæ (cuius vigo-
re fuerunt soluti dicto Galeotto dicti M. ducati:
factáque cessio dictæ Antoniæ) sit nullum: ex quo
apparet, quòd non erant debiti nisi sexcenti duca-
ti: & consequẽter an cessio, cuius vigore dicta An-
tonia agit contra dictos Dominos, sit valida. Con-
tra decretũ facit: nam licet sentẽtia diffinitiua lata
contra ius litigatoris, & peccans in iustitia non sit
nulla, etiam lata ex falsa causa. l. cum putarem. fa-
mil. herc. l. j. §. item cum contra sacras. quæ sen. sine
app. resc. l. j. C. de condi. inde. tamen decretum latum
ex falsa causa, etiam si pro parte sit vera, ruit in to-
tum. l. cum vero. §. subuentum. de fideiuss. libe. l. j. §.
hæc verba. ff. ne vis fiat ei. l. iij. §. puberi. de Carbo.
edi. Bart. & omnes per illum text. in l. si non sortẽ.
§. si centum. ff. de condi. inde. & ibi dicit Anto. de
Alex. hæc verba formalia: ex hoc apparet, * quòd 2
decreta quæ hodie interponuntur super assistentia
vel appretio, virtute l. creditores. C. de pigno. sunt
in totum nulla: & etiam adiudicatio, quæ inde se-
quitur, est nulla: si fuerit petitum aliquid plus de-
bito: quod tene menti. Et istud de decreto quod
latum est ex causa partim vera partim falsa, sit in
totum nullum, firmant omnes post Bar. in l. iuste.
ff. de acquirẽ. poss. Pro decreto facit. Primò: nam
* iura prædicta cum authoritatibus loquentia in 3
decreto, videntur loqui in decreto quod fertur
officio iudi. nobili: & est secundum decretum &c.
illud ergo & similia quæ officio iud. nobili profe-
runtur, sunt reuocabilia: vt Bar. & Alex. in l. quòd
iussit. de re iud. Felin. in c. j. eod. tit. Sed decretum
de quo in casu nostro, videtur esse latum offic. iu-
dic. mercenarij deseruiente actioni intentatæ, vi-
delicet hypothecariæ: Saluiano interdicto, condi-
ction: ex l. fina. C. de acquir. eod. possess. certi con-
di. quæ nascitur ex stipulatione apposita in instru-
mento, in quo est conuentum quòd liceat propria
authoritate ingredi per clausulam, ius & iustitiam
ministrari omni meliori via &c. Et istud de decre-
to lato per offic. no. vel merce. ponderant docto.
mod. in d. l. iustè. dum ponunt rationes diuersitatis
inter * sententiam & decretum, in ratione Bald. 4
ibi in addi. & in ratione Abb. in c. j. de re iudic. Et
ad d. rationem Bal. dicit Bald. no. ibi hæc verba: ex
qua ratione inferri potest notãter; quòd vbi inter-
locutoria fertur circa ea quæ respiciunt ipsam a-
ctionem intentatam, & sic non ex mero, & nobi-
li iudicis officio: non est nulla: licet sit lata ex in-
iusta, seu non vera causa. Secundò pro decreto
facit: nã super hoc decreto fuit lis contestata: pro-
cessumque ordinarie cum omnibus terminis. vnde
succedit limitatio: de qua per Sozin. in d. l. iuste. v.
col. versi. iij. conclusio: vbi dicit, quòd * quando 5
decretũ interponitur post litis contest. in vim dif-
finitiuę: valet vt diffinitiua: alle. Cy. in l. consenta-
neũ. C. quomodo & quãdo iudex. & dicit ibi Sox.

quòd prædicta, quæ ibi no. de decreto, habent locum in decreto quod interponitur ante lit. contest. in vim interlocutoriæ. Tertiò facit alia limitatio: de qua per Alex. in d. l. iuste. vj. col. versi. quintò fal lit: vbi dicit limitando dicta ibi decreto: quòd
6 * quando ante decreti interpositionem fuisset plurime disputatum & cognitum de veritate, vel falsitate illius causæ, talis discensio operabitur, quòd nullo modo posset dici decretum nullum ratione falsitatis causæ. alleg. An. in l. fi. ff. de iust. & iur. Rapha. in d. l. iuste: sed ita videtur in casu nostro: cum iam in causa sint facti articuli super satisfactione, licet non probati, & pars aduersa articulos super non satisfactione: quare videtur esse de hoc cognitum. Quartò facit: nam hic est deuentum ad solutionem pecuniæ, eo enim ipso quòd domina Antonia habuit contra se decretū adiudicatiuum, volens redimere se, obtulit pecuniam: cuius causa fuerat latum decretum, & Galeottus recepit & fecit cessionem: vnde succedit quod dicitur in d. §. §. si centum. videlicet, quòd licet datio in solutum de specie facta quæ non debebatur nisi pro parte,
7 intantum vitietur: tamen * quando loco speciei pro parte debitæ detur pecunia pretij totius speciei: non potest tunc repeti tota pecunia: sed tantum pro rata partis speciei, quæ non erat debita: & hoc dicit text. ibi in dicto §. si centum. versic. idem Marcellus. Fuit votatum quòd ex æquitate remaneat decretum validum. Secundò in d. causa fuit
8 dubitatum: an * stante decreto valido & consequenter quòd vigore cessionis possit domina Antonia agere contra tertios possessores, vtrum debebat ipsa pro rata sibi diminuere de debito, ex quo inter alios possessores erat etiam ipsa: & fuit votatum, quòd sic, per dicta per Specu. in tit. de cessione actionis. §. j. versi. sed pone habeo. vbi po-
9 nit hæc verba, videlicet: sed pone * habeo debitorem qui mihi obligauit omnia sua bona: post hoc ille vendit Titio domum, postea Paulo fundum: egi contra Titium hypothecaria petendo domum: obtulit mihi debitum: cessi ei actionem contra debitorem & eius bona: agit modò contra Paulum: ille verò opponit beneficium cedendarum. quæritur an possit. Quòd Titius agere possit, probatur: quia constat de debito & obligatione, quòd res fuit in bonis debitoris quæ probantur in hypothecaria: vt C. de pigno. l. nec creditores. & de non nu. pecu. l. j. ff. de pigno. l. si superatus. & l. quæ nondum. §. j. arg. contra, quòd nō possit: nam iusto possessori cedenda sunt iura. ff. qui po. ba. l. mulier. & sic culpa creditoris sunt deteriores. ff. de sol. l Stichum. §. Si creditor. domus enim videtur liberata, cum facta fuerit Titij, & ipse acquisiuit sibi iura, quia pignus & dominium simul non concurrunt. vt ff. de pign. l. si in non: & in generali sermone &c. ff. de act. empt. l. si mercedē. & de sent. l. j. Solu. dic, quòd diuiditur obligatio. ff. de resc in. vend. l. cum possessor. ff de admi. tu. l. si pupilli. ff. ad leg. Rho. de iac. l. ij. §. j. Tertiò in eadem causa fuit dubitatum an stante validitate decreti, vt dictum est, possit opponi dom. Antoniæ agenti iure cesso de defectu assensus in dicta cessione, ex quo assensus interpositus fuit post conclusum in causa, & ius post conclusum superueniens nil iuuat: vt per Bart. in l. si mater. §. eandem. ff. de excep. rei iudi. Alexan. consilio cl. v. volum. Afferebant in hoc Apostillam d. Anto. de Alex. ad And. in consti. constitu. diuę memoriæ. vbi consuluit, quòd * quando in instru- 10
mento debiti est data potestas capiendi propria authoritate vendendi, alienandi, & in solutum retinendi, & rex simpliciter assentit: tunc creditor potest cedere: & in cessione non requiritur assensus alius, per nor. per And. in l. imperialem. de prohib. alie. per Federic. volentem, quòd quando assensus est concessus generaliter alienationi, potest fieri alienatio cuicunque. ista non erant in casu nostro: nam in instrumento non stabant extensæ clausulæ: sed dicebatur cum potestate capiendi &c. & tale instrumentum ita diminutum erat in assensu insertum. Subdebat do. Ant. quòd * quando 11
non fuisset in instrumento data hæc potestas, sed solum res hypothecata cum assensu, tamen in cessione quo ad assistentiam non requiritur assensus, sed in adiudicatione sic: & in hoc ego residebam. Fuit tamen votatum: quòd ex æquitate talis assensus iuuet etiam: quo ad adiudicationem. Quartò in prædicta causa fuit dubitatum: an * dux Ariani 12
habens priuilegium Ariani à Rege secundo Ferdināndo, cum clausula per quam derogatur omnibus etiam dotibus, possit se tueri aduersus dictam adiudicationem & assistentiam: cum dicatur in priuilegio, quòd pro bono pacis vendit ciuitatem Ariani, vt de illa pecunia subueniatur bello contra Gallos. Quòd sic, facit: nam * Princeps ex causa po- 13
test tollere iura alterius. l. item si verberatum. ff. de rei vendi. per Bar. in proœ. ff. orum. ij. col. cum aliis adductis per Felin. in c. quæ in eccle. ix & x. col. de constitu. Et in dubio præsumitur Principem motum ex causa rationabili: vt per Cyn. in l. fin. C. si contra ius vel vti. pub. & in l. rescripta. iij. & iiij. q. C. de precib. imp. offe. cum concord. per Felin. vbi suprà xxij. colum. maximè hîc, quia allegatur causa, & præsumebatur stante bello & inopia dicti Regis. Fuit in hoc votatum quòd non obstet priuilegium, & quòd dum derogatur dotibus, intelligatur in dotibus non veris, non in veris: vt erat ista. At in causa simili Antoniæ palmisanæ & dom. Sigismundi Carraffæ contra dictum Ducem Ariani: ducem Termularum: Marchionem Vasti: dominum Inicum do. Apitij, fuit votatum quòd per clausulas abdicatiuas iurium alienorum, & beneficio. l. bene à Zenone &c. non præiudicetur iuribus tertij. Nec obstat quòd dicatur, quòd pro bono pacis: nam * non potest auferri res mea pro bo- 14
no pacis: quando non cōstet non potuisse alia bona fisci alienari, & pacem aliter haberi non posse, & hoc in anno 1520. in Nouemb. aut Decemb.

SVMMARIVM.

1 *Impeditus instrumento vti ante sententiam, restituitur.*
2 *Instrumentum solutionis nouiter repertum & incognitum vtrum prosit condemnato per sententiam.*
3 *Obliuio præsumitur maximè spatio x. ann.*
4 *Confessio seu depositio alicuius examinati tanquam testis in vno iudicio, non nocet sibi tanquam parti seu principali alio iudicio.*

DEC

DECISIO LII.



N causa hæredum magnifici Ioannis gagliardi cum magnifico Ioanne minutulo super executione cuiusdā sententiæ alias latæ in S. Consilin cōtra dictum Ioan. minutulum vt hæredē Loysij. Qui defendebat non debere exequi contra bona quæ possidat ex quo est hæres cum beneficio inuentar. quondam Loysio patri suo: & quòd hæc bona non sunt paterna: præfatis de Gagliardo opponentibus quòd extat decretum latum in Sacro Concilio quòd super his bonis executio fiat, tanquam inuentariatis in dicto inuentario, prædicto Ioanne minutulo in contrarium asseuerante, & petente se restitui in integrum contra dictum decretum ex clausula generali, cùm per depositionem dicti Ioan. gagliardi & Margaritæ minutulæ suę matris, facta in quodam alio iudicio inter dictum Ioan. minutulum & quondam Iac. minutulum, in quo tanquam testes examinati sunt, constare dicat, quòd dicta bona non remanserint in hæreditate Loysij, & quòd de istis depositionibus nō habuit hucusq; notitiam: & sic tuebatur se his quæ not. Bar. in l. j. post medium. C. de sent. aduer. fis. la-
5 tis. lib. x. videlicet: quòd * is qui est impeditus vel instrumento ante sententiā, restituitur: & latè probat Pau. de castr. consil. cccxxv. per totum. vbi dat plura remedia quando aliquis est condemnatus,
2 & * deinde post sententiam reperit instrumentum solutionis, quod antea erat sibi incognitum & refert & Felin. in c. suborta. pe. col. de re iud. Contra hæc allegabatur pro parte illorum de gagliardis. Nam Ioan. minutulus tēpore dicti decreti de exequendo sententiam super bonis inuētariatis, quòd fuit in Anno 1506. habuit notitiam de dicto processu, ac depositione Ioan. gagliardi: ex quo in causa illa fuit facta publ. in Anno 1493. Ad hoc Io. minu. dicebat se non didicisse testificata, & esse longum tempus plusquam x. ann. inter decretū & exa-
3 men seu publicationem: vnde * potest præsumi obliuio per not. in l. peregre. de acquirē. poss. Contra Io. minu. allegabatur etiam: quia si velimus attendere testes examinatos in dicto processu, illi non probant, quia inter alias personas. Si verò depositionem Ioā. gagliardi principalis, minimè probat: nam, vt dictum est, in illo iudicio Io. gagliardi deposuit tanquam testis. & constat quòd depositio alicuius, qui in vno iudicio certo modo tanquam testis deposuit, non nocet sibi in alio iudicio tanquam parti: vt est decis. Rotæ, in tit. de confessis. ij. decis. in decis. d. Bernardi de bisgneto. char. xij. & licet in alia decis posita in antiquis in titulo, de con-
4. fessis. nu. 855. char. 146. que concordat de verbo ad verbum cum præcedenti in fin. sit cauda, quæ dicit in oppositum. facit extrà, de transactio. cap. ex literis. cum no. ibidem tamen rubrica dictæ decis. in antiquis. vbi est d. cauda, concordat cum rubrica præcedentis alteriùs decisionis de Bisgneto, vt confessio non præiudicet.

SVMMARIVM.

1 *Executio sententiæ regiæ seu Sacri Consilij non impeditur per restitutionem in integrum petitam contra sententiam: secus in sententiis inferiorum ... Principe.*

2 *Restitutio nec supplicatio impediunt executionem sententiæ Principis.*

3 *Executio sententiæ principis non impeditur beneficio restitutionis in integrum: tamen datur cautio, quòd in casu retractationis &c.*

4 *Læsio infertur ad restitutionem, non ad sententiam rescindendam.*

DECISIO LIII.



N causa magnifici Manfredini de bucchia cum vniuersitate fuit dubitatum,
an * petitæ restitutionis in integrum 1
aduersus sententiam S. Con. facta per
vniuersitatem prædictā impediat illius executionem. In sententiis inferiorum, constat quòd impedit, per tex. in l. vna. C. in integ. resti. postu. nequid noui fiat. Cum distinctione an læsio possit incontinenti probari, an non: secundum Bart. in l. iij. §. condemnatum. ff. de re iudi. & in l. si prætor. §. Marcellus. in fi. ff. de iudi. hanc autem distinctionē non
sequitur. Imo in d. §. cōdemnatum. imò vult quòd 2
indistinctè impediatur executio per rubrum & nigrum in dict. l. j. C. in integr. restitu. po. nequid noui fiat. & Imol. sequitur Alex. ibidem allegans plures author. ad hoc. At in sententia Principis est dubium. Inno. in c. sciscitatam. de in integrum restitut. tenet, quòd non impeditur executio per illum tex. quem ita intelligit. Abb. ibi intelligit illū text. aliter videlicet: q ideo executio in casu illius canō impeditur: quia constabat ex præsumptione, quòd petebatur restitutio malitiosè causa differendi executionem. Et ideo tenet Abb. ibi. quòd impeditur executio sententiæ Princ. per resti. & in fi. dat cautelam, vt aduersus sententiam Principis potius intercedas per viam restitutionis, quàm supplicationis: Alexā. in d. §. condemnatum. tenet, quòd non impeditur executio sententiæ Principis per peti. resti. in integ. ob præsumptionem quæ est pro sententia ipsius Prin. & dicit, quòd intell. Inno. in d. c. sciscitata. est verus intellectus. Iaso. in authent. quæ supplicatio. C. de precib. imper. offe. ij. col. æquiparat supplicationem & restitu. in integr. in ij. notabili;
dicens: quòd * sicut supplicatio non impedit exe- 2
cutionem sententiæ Principis: ita & restitutio in
integ. per d. c. sciscitata. Fuit votatum quòd * fiat 3
executio data cautione per Manfredinum de restituendo in casu restitutionis concedendę parti decretúmque est, quòd nil allegabatur per vniuersitatem, per quod inferebatur debere sententiam rescindi, nisi sola læsio: ex quo non fecerat suas defen-
siones: quæ * læsio inferebat ad restitutionem con- 4
cedendam, non ad rescindendam sententiam.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio discussionis opposita per tertium possessorem conuentum contra actorem, in quibus casibus releuet excipientem.*

2 *Discussio bonorum non est necessaria. vbi reperitur instrumentum cum pacto de capiendo, & constitutionē precarij.*

3 *Fideiussor opponens exceptionem discussionis non factæ contra principalem non auditur. si in iudicio contra se intentato fiat plena fides, quòd principalis non est soluendo.*

4 *Actor in replicatione facta contra fideiussorem excipientem de discussione verum dicere debet, sua non interest, vel tibi non expedit: cum vis sit in forma opponendi.*

5 *Discussio bonorum nō requiritur, ubi notorium est, principalem non esse soluendo.*

6 *Notorium factum sufficit, licet iudici ex processu non sit notorium: & sufficit notorium allegare.*

DECISIO LIIII.

IN causa magnificæ Ritæ caldoræ cum Iac. de rusiis per dictū Iacobum opponitur 1 *exceptio discussionis contra dictam do. Ritam. ex quo est ipse tertius possessor cōuentus hypothecaria, contra quē non potest agi nisi discussis hæredibus quondam magnifici Io. Antonij Caldorę principalis debitoris: vt est casus in auth. hoc si debitor. C. de pigno. Ex aduerso opponebantur tria. Primum quòd in instrumento, vigore cuius agitur, est pactum de ca-
2 piendo, & constitutio precarij. quo * casu non est necessaria discussio, prout dicta pragmatica Reg. quæ incipit assistentia. Pro pragm. est Bald. in l. j. ij. colum. ver. quæro quid si debitor. C. de his quæ in frau. cre. sed tale instrumentum non fuit ostēsum. Secundum, quod opponebatur, erat glo. singu. in l. nisi hoc actum. ff. de pact. in gl. j. ver. vel prius eum conueniri fideiussori non expedit. per quam gloss. not. Ang. in l. x. vlt. col. ff. de verb. oblig. & in auth.
3 hoc si debitor. C. de pign. circa finē. quòd * si dum agitur contra fideiussorem non discusso principali: & fideiussor opponit exceptionem discussionis non factæ: & actor replicat: quòd non debet ipse fideiussor audiri super sua exceptione, eo quòd nō interest eius eam opponere: ex quo reus prin. non est soluendo, procedet iudicium, dummodo in iudicio intentato contra fideiussorem fiat plena fides, quòd principalis non est soluendo: & illud dictum Ang. refert & sequitur Alexā. in d. l. nisi referens multa cōcordantia, præcipuè Ang. & Imo. in l. exitus. ff. de acq. pos. Sed de hac replicatione non
4 fuit habita ratio, nam * in actis non erat opposita ista replicatio: vt dicit Ang. videlicet: quia tua nō interest, & prout dicit dicta gl. videlicet: quia non tibi expedit, & dicit And. in d. l. decē, quòd est vis in modo opponēdi. Tertium quod opponebatur, erat, quia notorium est ipsum d. Io. Anton. ac eius hæredes non esse soluendo: ex quo omnibus innotescit, quòd do. Io. Anto. tanquam rebellis domus
5 Aragoneæ fuit denudatus omnibus bonis, & * vbi est notorium quem non esse soluendo, non requiritur discussio, secundum Bart. & omnes in l. si. ff. si cert. pet. & in d. l. decem. & Ange. in §. sed neque. in auth. de fideiusso. & Bald. in d. l. j. C. de his quę in
6 fraud. cred. & * quòd sufficit factum fuisse notorium, licet iudici ex processu non sit notorium, secundum Inno. in c. tua. de cohab. cle. & mu. & sufficit noto. allegare Clem. app. de appel. per gloss. Et sic per hanc vltimam rationem fuit votatum pro actrice.

SVMMARIVM.

1 *Armorum timore proceditur ad capiendam informationem, quis durante lite stare debeat in possessione.*

2 *Testium repulsa, vel impugnatio scripturarum an competat in iudicio possessorij summario.*

Probationes plenæ fieri debent, unde competit etiam repulsa, in omnibus causis summariis, ut sunt causæ possessorij, quæ non sunt fauorabiles, vt alimentorum ex altera parte tantum. eo nu.

3 *Publicatio requiritur in causis in quibus proceditur sine figura iudicij: si enim non publicarentur, testes & eorum dicta, non possent impugnari.*

4 *Repulsa testium respectu personarum & dictorum non admittitur tertio comparente ad impediendum executionem. quo casu debet summaria informatio capi, & constare de iure opponentis.*

5 *Testium receptio reprobatoria non admittitur in summario iudicio ad legitimandum personam: ratio quare non admittitur reprobatio, quia illud venit postea examinandum in iudicio ordinario.*

6 *Possidere aliud est, & aliud in possessione esse.*

7 *Decretum, quòd altera pars debeat esse in possessione lite pendente, debet continere clausulam, citra præiudicium possessionis & proprietatis.*

8 *Possessorium iudicium, & iudicium, quòd altera pars sit in possessione lite pendente, differt in aliquibus inter se.*

DECISIO LV.

IN causa magnifici Pauli Brācatij cum Reuerendissimo d. Cardinale Capuano præsupposito, quòd sequestrum de quo reuocando agitur, fuit factum timore armorum, & sine causæ cognitione, videtur quòd non simus in terminis in quibus non esset adhuc ad sequestrandum processum, * sed esset timor ar- 1
morum, quo timore extante processum fuerat ad capiendam informationem, quis durante lite stare debeat in possessione, iuxta theoricam, de qua per Iac. but. in l. incerti. de interd. quem refert Bald. in l. fi. C. de ed. diui Adr. coll. Suprà in decisione xiij. fuit dubitatum: an competat personæ priuilegiatæ læsæ in probationibus non factis beneficium, nunc dubitatur: an competat alteri parti repulsa. Quòd competat repulsa facit Bart. in extrauag. ad reprim. in ver. summariè: vbi vult, quòd * in causis 2
summariis quando non sunt fauorabiles, vt status alimentorum &c. prout est in omnibus causis possessorij, debent fieri plenæ probationes: ergo competit repulsa: & per illud dictum Bat. Are. in c. veniens. lo. ij. de testi. vij. & viij. col. tenet quòd licet simus in iudicio summario, quod parat præiudicium reparabile in alio iudicio, tamen per doctri. Bart. vbi suprà est fienda plena probatio: & consequenter secundum eundem Areti. debent admitti testes repulsatorij. allegat c. presentium. §. testes. de testi. lib. vj. sed Are. per c. quod allegat, videtur sentire de causa possessorij ordinaria: de qua in d. c. presentiū. videlicet de possessorio recuperandę, in quo nos non sumus. itē dictum Bat. in d. ver. summariè. habet locum vbi esset in iudicio tali dare actorem & reū: dicit enim ꝙ in causis nō fauorabilibus ex parte actoris requirūtur plenæ probationes

nes:sed non ex parte rei:vt ibi per eum. Et pro hac
sententia facit etiam. Bart.in d.extraueg. ad repri.
3 in verbo & figura. vers. &* an requiratur publica-
tio.qui dicit, quòd in causis in quibus proceditur
sine figura iudicij,requiritur pub. si enim non pu-
blicarentur testes,non possent impugnari testes &
eorum dicta : sed auferre defensionem : repugnat
iuri naturali secundum eum : ergo ,&c. In con-
trarium quòd repulsa non debeat concedi , facit
Petr. Abbas,Anton. & Ioan.Andr. in dicto capit.
veniens.lo ij.de test. vbi in materia illius capit. vi-
4 delicet,*quando tertius cōparet ad impediendam
executionem:quo casu debet summariè capi infor
matio,& constare de iure opponētis.tenent, quòd
in ista causa summaria,non admittitur reprobatio
testium,nec respectu personarum , nec dictorum:
& sequitur Anto.de Butr.in d.c.veniens,qui dicit
5 hoc etiam probari per tex.ibi,quòd* in summario
iudicio ad legitimandum personam non admitti-
tur testium receptio reprobatoria. idem firmat
Abb.Moder.ibidem.iij.col.& Capra.v.col.& Feli.
in v. col.fundās se in præiudicio reparabili vel ir-
reparabili.Rom.in sing.incip.reprobatio persona-
rum. tenet simpliciter quòd in iudicio summario
non admittitur reprobatio testium : quoniā illud
venit postea examinandum in iudicio ordinario:
ponit tamen exempla in causa priuilegiata , vt ali-
mentorum : & in causa tertij comparentis:de quo
in d.cap. veniens.Aret.in d.ca.veniens. considerat
quòd in d.capi.veniens. non mirum si non conce-
ditur repulsa : quoniam ibi non agitur de auferen-
da possessione vel re aliqua , sed solum de suspen-
denda executione.& Imol.in eod.ca.veniens.istud
sentit,dum dicit in iij.colū.post recitatam opinio.
Pet.& Abb.fortè ideo illud esse, quia modici præ-
iudicij est, quòd admittatur ad contradicendum:
quia per hoc nihil cōsequitur in facto principali,
nisi aliter probet iterato : & tunc poterit obiici in
personas testium.sed dictum Are.non videtur ob-
stare,quia,vt dictum est , loqui videtur secundum
c.quod allegat , videlicet: quando tractaretur de
possessorio retin.vel recup. tunc enim videtur au-
ferri : at in hoc iudicio non videtur auferri etiam
possessio. non enim declaratur alteram ex parti-
bus debere possidere lite pendente, sed debere esse
6 in possessione : * longe enim est aliud possidere,
aliud in poss.esse.l.si quis ante.ff. de acquir.possess.
7 præterea * ponitur in tali decreto clausula citra
præiudicium poss.& proprietatis. Et quando pro-
priè auferretur,istud est modici momēti.quoniam
est quoddam preparatorium ad lit.futuram in pos
sessorio. Et facit pro his contra Aret.Paul.d.consi.
8 v.vbi inter aliàs differentias inter * hoc iudicium
& alia iudicia possessoria dicit, quòd sententia su-
per alio possessorio est diffinitiua : ista verò est in-
terlocutoria.item in illa requiritur causę cognitio
plenaria:quia de maiori præiudicio agitur : in ista
verò sufficit summaria cognitio de possessione, ex
quo vltimo dicto præfatus Aret.& Bart. ante eum
non loquitur in casu nostro,sed in casu possessorij
non præparatorij ad aliud possessorium. Fuit vo-
tatum non esse concedendam repulsam. In hac ea-
dem causa dum peteretur impugnatio scriptura-
rum,fuit votatum non esse concedendam.

SVMMARIVM.

1 *Lis in quibus casibus potest esse cum patre & filio, & auo cum nepotibus.*

2 *Donatio inter patrem & filiū firmatur iuramēto.*

3 *Pater donans filio si in instrumento reseruat sibi fructus in casu necessitatis & inopiæ, quibus cessantibus videtur etiam vsumfru. donare : quid si præcederent merita, & quid in aliis casibus.*

4 *Pater est legitimus administrator filiorum & nepotum: exceptis bonis, in quibus patri non quæritur vsusfructus.*

5 *Mater potest aspirare ad tutelam filiorum , quæ excludit auum paternum.*

6 *Filius in lite contra patrem an teneatur petere veniam,& an ea omissa iudicium sit nullum.*

7 *Filius qui pœnam veniæ commisisset, si supplicauerit Principi contra patrem vel auum: & Princeps quòd committat causam , vtrum videatur dispensare.*

8 *Libertus si in libello iudici oblato exprimat quòd intendit citare patronum: eo ipso quòd iudex permittit citationem, videtur concessisse veniam.*

9 *Princeps concedendo rescriptum delegatiuum supplicanti , videtur facere habilem supplicantem ad agendum.*

DECISIO LVI.



IN causa Pinti de Laudisiis cum Aurelio de Laudisiis & fratribus , quorum Pintus ipse est auus. Fabricato processu spolij ad instantiam dictorum nepotum contra auum in cuius potestate existunt , vsque ad conclusionem in causa , opponitur per dictum Pintum de pluribus contra dictum processum. Primò quòd est nullus:*ex quo inter nepotes 1
& auum qui eos in potestate habet:iuxta l. lis nulla.ff.de iudic.Sed hoc non obstat:nam filius potest agere , & esse in iudicio contra patrem in casibus, & pro aduentitiis , in quibus patri acquireretur vsusfructus,secundum quod dicit Bart.& Paul.de Castr.In dict.l.lis nulla. Secundò opponitur quòd
* auus in his bonis habet vsumfr.sicut in omnibus 2
profectitiis : ex quo ab ipso auo hæc donatio processit:vnde aut donatio non tenuit ratione patriæ po. ex quo quicquid acquirit filius acquirit patri. l.placet.ff.de acquir.hær.cum vulg.aut si tenet, pater habet vsumfructum, sicut in re profectitia : ergo potest retinere.sed hoc non ob.ex pluribus.primò,quia iuramentum firmat donationem inter patrem & filium, vt firmat Bald.in l.iij.C. de vsucap. pro dote. Abb.in c.cum contingat.de iureiurand. Alex.in l.si donatione. C. de colla. Aret.in d.l.pla-
cet. Secundò non obstat:nam * licet dubium sit, 3
an stante validitate donationis factæ filio per patrem , pater habeat in re donata vsumfructum , in quo Imol.in l.si quis pro eo.§.j.ff.de fideiusso. sentit quòd sic,cùm hoc non negetur secundum eum in authentic.vnde si parens.C.de inofficio.testam. Et Ioan.bapt.de S.Seuer.in l.frater à fratre.xx.q.in repetitio.ff.de condition.indebit. dubitat volens: quòd vbi pręcederent merita quorū intuitu pater filio

filio donat, patri vsusfructus acquiratur per rationes, de quibus ibi per eum: tamen si in instrumento dotationis est clausula, quòd pater reseruat sibi fructus in casu quo ad necessitatem & inopiam deuenire, ergo cessante hoc casu videtur remissse etiam vsumfru. arg. in l. cum prætor. ff. de iudi. & in l. nam quod liquidè. §. fi. ff. de pen. lega. Tertiò opponitur quòd * auus iste est legitimus administrator nepotum. l. fi. C. de bo. quæ lib. & l. j. C. de bo. ma. cum simil. ergo ab eo non possunt bona euelli. sed hoc tollitur: nam dicit Barto. in d. l. lis nulla. quòd in bonis in quibus patri non quæritur vsusfruct. nõ est legitimus administrator. Item tollitur: nam isti * habẽt matrem quæ aspirat ad tutelam eorum: quæ excludit auum etiam paternum: vt not. doct. in authen. matri & auiæ. C. quando mu. tu. offi. potest. Quartò opponitur * de venia non petita: in hoc autẽ articulo, an si fiat iudicium inter patrem & filium in casu in quo procedit lis, & omittitur petitio veniæ, reddatur iudicium nullum: sunt variæ doctorum opiniones: nam Cyn. & Ray. tenent in l. fina. C. de in ius vocan. quòd valet processus si pars non opponat: & dicit Alex. ibi quòd istud tenent communiter alij ibidem sed Bart. in l. quamuis. ff. eo. tenet, quòd est nullus. cum quo pertransit Alex. in d. l. fin. dummodo pater nunquam compareret: nam si compareret & pateretur procedi, valet iudicium: & dicit Alexander in dict. l. quamuis. secunda columna. quòd istud tenent ibi communiter doct. Et hæc est verior opinio: prout late dixit Maria. Sozin. in tracta. de Citatione. in xx. arti. xxvj. q. principali. versicu. ix. quæro vbi post Ioan. Pet. tenet quòd etiam si pars opponit si contra iudex pronuntiat expresse vel tacitè procedẽdo, valet processus si non opponitur. Fulgo. in l. libertus aduersus. ff. de in ius vocã. per illum tex. tenet quo ad casum nostrũ, quòd * valet processus: nam quando supplicatur principi per filium contra patrem vel auum: & Princeps committit causam, videtur dispensare: nam secundũ eum dubitatur in illa l. si pœna fuisset commissa, & Princeps ex certa scientia rescribat pro liberto, an videatur pœnam remittere, & per consequens innuitur vt videatur pœna remitti, quando commissa fuisset. subdit Fulg. facere. l. sed si hac. §. patronum. eo. tit. de in ius vocan. vbi dicit eo ipso quòd celat se libertum, nõ videtur cõcessum per principem vt ingenuus fiat, quasi sentiat, quòd si libertum se dixisset, & Princeps rescripisset, posset arrogari, & fieret ingenuus. præterea secũdum eum hoc videtur probari in l. quidam consulebat. de re iud. quia concedẽdo Princeps magistratum, ex certa scientia videtur dispensare contra ius commune: & licet Aug. ibi videatur contrarium innuere: vt scilicet Princeps ex certa scientia pro liberto rescribens non videatur concedere. vt patronum posit conueniri aliter quàm ius permittit: tamen Fulg. istud dictum Ang. non admittit, nisi in rescripto concesso pro excommunicato, vt non videatur propterea absolutus. Anto. de Alexand. etiam in d. l. fin. C. de in ius vnc. in fin. dicit se solere not. text. in dict. l. libertus aduersus: quòd * si libertus in libello oblato iudici exprimit quòd intendit citare patronũ, eo ipso quòd iudex permittit citationem, videtur concessisse veniam. Alexã. in d. l. quidam consulebat. iij. colum. dicit etiam hæc verba. Addo text. in l. libertus aduersus. ff. de in ius voc. per quẽ text. dicit ibi Ang. quòd * Princeps concedendo rescriptum delegatorium supplicanti, videtur supplicantem habilem facere ad agendum. Qui vult inducere tex. in d. l. libertus pro hac parte credo, quòd faciat hoc modo: libertus dederat supplicationem principi contra patronum exprimendo hanc qualitatem quòd erat libertus, Princeps commisit causam, quòd processus valeat. iurisconsul. videtur habere pro indubitato per verbum etiam positum in tex. dubitabatur enim, an non solũ videatur Princeps dispensare super processu fiendo, sed etiam super pœna: & dicitur ibi quòd istud dubium de pœna nõ cadit in casu proposito illius l. ex quo nondum fuerat processum ad citationem, quasi velit, quòd si ad citationem processum esset: tamen procederet: & tamen videretur debere decidi, quòd non esset metus pœnæ. Totum Consilium fuit in voto quòd valeat processus, & fuimus d. Viceproton. do. Antonn. Pal. d. Ioan. Loysius de Ath. do. Marcellus Gazella: & ego. at do. Ioan. Matti. & do. Ioan. Marcellus fuerunt in voto contrario: tãdem omnes in hoc conclusere, videlicet quòd validato processu & actis, pars aui admittatur ad faciendas defensiones. M. actorũ Franciscbellus capellonus.

SVMMARIVM.

1 *Possessio vel quasi in iuribus incorporalibus vt quæratur, an requiratur scientia eius ad quem spectabat aut saltem possessoris.*

2 *Scientia officialis in iuribus incorporalibus quærendis an sufficiat, vel vtrum requiratur imperatoris scientia. & nu. seq.*

3 *Colonus vel procurator, cuius corpore possidemus, dissimulando, & patiendo non præiudicant domino circa possessionem: tamen si realiter tradere nt, dominus priuaretur possessione sua.*

DECISIO LVII.



IN causa magnifici Troiani de S. Mango cum magnifico Bernar. de S. Mango super restitutione possessionis iurisdictionis criminalis casalis S. Cypriani. Quòd præfatus Bernar. conuentus foueat potiora iura in possessorio: & sic, quòd actor non fundauerit suam intentionem. Facit: nam * in istis iuribus incorporalibus nõ quæritur quasi possessio: nisi data scientia illius, ad quẽ ius illud spectabat. l. pe. ff. de serui. Bart. in l. j. §. fi. ff. de aqua plu. arc. in l. j. §. fi. ff. de iti. actúque priua. in l. j. & ij. C. de serui. aut saltem possessoris, secũdum Bat. in d. l. j. in fin. C. de serui. Anto. de Butr. in c. fi. xxvj. col. de ca. pnſ. & prop. Alex. consi. xciij. iij. colum. in fi. v. vol. Sed dominus rex Feder. qui erat in possessione huius iurisd. ad eum deuolutæ ob vltimam rebellionem principis Antonelli: nõ est probatum, quòd habuerit notitiam, quòd do. Io Tho. exercebat hanc iurisd. post d. Principis rebellionẽ, & expugnationem Diani, vt actor ipse prætendit. ergo, &c. Et si dicatur, quòd officialis Regis Federici,

rici,qui erat in ciuitate Salerni, habuerit notitiã:
Cum sit probatum, quòd remittebat causas dicto
2 Io.Tho. vt * sic sufficere videatur scientia officia-
lis:prout videtur dicere Bart. in l. si publicanus.§.
si.ff.de publ.& Aret.consi.xlij.vlt.col. Pro quo fa-
cit:nam nedum officialis regius sciebat: verũ ipse
operatus est in remittendis causis: vt sic simus in
3 eo quod alibi dicimus, videlicet: * quòd licet co-
lonus, vel procurator cuius corpore possidemus,
prodendo,vel dissimulando,& patiendo non prę-
iudicent domino circa possessionem.l.si.C. de ac-
quir.poss. tamen si realiter alteri traderent, domi-
nus priuaretur possessione sua.l. iij. §. quòd si ser-
uus.l.peregrè.§. quibus.ff. de acquir.poss.& per gl.
in l.si colonus eo.tit. Ad hoc responderi potest.pri
mò contra opin.Bartol.in loco præallegato. tenet
idem Bar.in l.j.§.denique.ff.de aqua plu.ar. vbi re-
quirit scientiam imperatoris.& idem Bar. in l.fin.
ff. vti po. vbi dicit, quòd requiritur scientia eius
ad quem spectat. & quòd requiratur scientia im-
peratoris,& non officialis tenent Saly.in l.ij. vers.
sed pro præfatorum. C. noua. vectig. institui non
posse.& Iaso.in l.imperium.ff.de iurisd. omn.indi.
xiiij.col.vers.circa aliud. & expressè Bald.in l.j.in
princi.in ij.lectura.ff.de offic.eius.Fuit iudicatum
pro Bernardino.

SVMMARIVM.

1 *Iniuriatus vtrum possit reproperare iniuriam con tra iniuriantem, dicendo similem, vel maiorem: puta latronem.*
2 *Iniuriatus quando reproperat animo se defendendi, vel animo se vindicandi, quomodo cognoscatur, vt mitius puniatur.*
3 *Iniuria per verba impersonalia, quonam pacto fiat.*

DECISIO LVIII.

IN causa Nicolai de Cãpulo de Ae-
1 rola cum regio fisco:an * licuerit di-
cto Nicolao reproperare iniuriam
Ioann.Casænouæ: ita quòd impunè
ipse Io.Nicolaus potuerit ipsum vo-
care latronem:ex quo d.Io.ipsum vocauerit extir-
patorem bonorum vniuersitatis. Spec. in tit.de
accusatore.§.j.versi. quid si vocaui.primò conclu-
dit quòd non licet reproperare iniuriam: deinde
dicit,alij dicunt,&c.& refert alios dicere quòd sit
licitum.cum Spe.transit Ang. in l.vt vim.de iusti.
& iu. Areti.in tract.malef.in verb. verba contume-
liosa.iij.col.vers.quid si aliquo dicto:tenet non te-
neri hunc reproperantem actione iniuriarum. &
alleg.Spe.& Ang.ibi in addi.dicit doctrinam Spe.
esse veram. Et intelligunt Spec.tenere id quod vl-
timò per eum recitatum est.idem firmant Rom. &
Ant.de Alex.in l.cum mulier.ff.sol.mat.& Ias. in l.
vt vim.pen.col.ff.de iusti.& iur.Sed Abb.in c.cum
te.vij.col.de re iud.dum refert Specu.in loco præ-
alleg.allegat eum tenere partem contrariam.scili-
2 cet quòd * ista reproperatio debeat puniri, tamen
ipse concludit, quòd si quis reproperat animo de-
fendẽdi iniuriã sibi illatam:vt quia dicit, tu men-
tiris, & non debet puniri:aut animo se vindican-
di: vt quia dicit illi aliam, seu æqualem iniuriam:
& tunc debet puniri, tamẽ mitius. & idem firmat
idem Abb.in c.j.de iniur.cum quo videtur transire
Feli.in ca.dilecti.viij.col.de excess.prælator. Clau.
mod.in d.l.vt vim.xj.col. versi.nunquid autem.te-
net idem quod Abb.licet non alleget eum:& intel
ligit Spe.vt facit Abb. Ego * quia dictus Nicolaus 3
impersonaliter protulerat iniuriam, videlicet:qui
cunque fecit hunc articulum, est latro, &c. licet
hoc solum non excuset, per l. hoc quòd senatus.ff.
de iniu.item quia ipsum Nicolaum ante lit.conte.
pœnituit: licet hoc solum etiam non excuset. Fui
in voto quòd stantibus omnibus istis reus absol-
uatur, & quòd magna curia non bene condemna-
uerit,& mecum concurrerunt do.Marcellus & d.
Ioan.Loysius:ac duo ex aliis,videlicet d. Io.Marc.
& d.Martial. votauerunt bene iudicatum: sed do.
Antoni.Pal.& d.Viceprot.votauerunt sententiam
magnæ curiæ, quæ pro his verbis condemnauit
eum, inducit xxv. esse moderãda in mitiorem pœ-
nam: & sic cum hoc vltimo voto tanquam medio
fuit sententiatum:& deinde per aliud decretũ fac.
Consi.fuit dicta pœna moderata ad ducatos octo.

SVMMARIVM.

1 *Barones Neapolitani qui committunt vt barones maximè contra vassallos non gaudent priuilegio fori Neapolis.*
2 *Exemptus factus Prior monasterij non exempti poterit tanquam Prior talis monasterij conueniri coram ordinario.*

DECISIO LIX.

IN causa magnifici Ioã. Andreæ Ca-
tacciolі Baronis terræ Mesuracæ cũ
Anto.Caleo eius vassallo,prætenden
te * quòd dictus Baro vigore cuius- 1
dam decreti,seu ordinationis suę cu
riæ,vel eius Capitanei ipsum Antonium de facto
spoliauerit, seu iniuste possessione rerum suarum:
& propterea ipsum conueniente in audientia Ca-
labriæ: fuit dubitatum, an dictus Ioan. Andreas,
qui est Neapolitanus, potuerit declinare forum
Calabriæ vigore capitulorum Neapoli. quibus est
concessum, quòd ciues Neap. non possint conue-
niri nisi in tribunalibus ciuitatis Neapoli. Fuit
votatum & decretum, quòd audientia Calabriæ
bene decreuerit contra dictum Baronem, & hoc
per tex.in c.j.§.fin.de priuile.libr.vj. vbi * licet ali- 2
quis sit exemptus: si tamen efficeretur Prior alicu-
ius monasterij non exempti: poterit tãquam Prior
talis monasterij conueniri coram ordinario.

SVMMARIVM.

1 *Testes prætensi falsi contumaces an condemnẽtur ex eodem processu, si non apparet quòd falsum deposuerint.*
2 *Contumax in respondendo positionibus debet haberi pro confesso: sed hoc non habet locum in causis criminalibus, nec vbi agitur de dolo.*
3 *Producens testes, contra quos prætenditur falsitas, tenetur eos præsentare: aliàs eorum depositionibus nulla fides adhibetur.*

DECI

DECISIO LX.


N causa testium examinatorum pro
parte quondam do. Francisci Manerij
Comitis Manerij, contra. do. Lauram
Cantelman: dum pro parte dictæ do.
1 Lauræ fuisset instatum, quòd * testes producti per
dictum Comi. Manerij prætendantur per eam falsum deposuisse. & citati sint, quòd personaliter cõ-
parerent, & oon comparuerunt. condemnentur
de falso vigore regiæ pragmaticæ, volentis quòd
testis super falso citatus sit contumax est, potest ex
eodem processu de falso condemnari. Fuit dubitatum an posśint testes præfati haberi pro confes-
sis, vel citari sub pœna confesśi. dubium facit, quia
non constat ex processu quòd isti falsum deposue-
runt, prout videtnr requirere pragmatica regia. Et
quidem fac. Consi. dubitauit an posśint haberi di-
cti testes pro confesśis. quoniam ca. ij. de confesśis
2 in sexto, quòd * contumax in respondendo positio
nibus debet haberi pro confesso, non habet locum
in causis criminalibus, nec vbi agitur de dolo, per
d. Bal. in l. j. j. col. versi. scias tamen. C. de pœna iud.
qui mal. iu. de quo etiam per Pau. in l. ij. §. quod ob
seruari. vlti. col. C. de iura. calum. Tandem potius
3 comminatiue quàm aliter fuit decretum, * quòd
comes modernus cum quo causa agitur: teneatur
illos testes præsentare: aliàs eorum depositionibus nulla fides adhibeatur.

SVMMARIVM.

1 *Testis an & quando admittatur ad corrigendum suam depositionem incontinenti, vel ex interuallo, vel habeatur de eo ratio, quæ de iure habenda est, & nu. 7.*

2 *Testis an ex semet poßit corrigere dictum suum, & iterato ire ad testificandum incontinenti, antequam cum parte loquatur, allegando iustam erroris causam.*

3 *Testis ad instantiam suam vel partis, vel iudicis officio post publicationẽ quando reputatur denuo dicat, vel vt addat: & quando minuatur in fide.*

4 *Testis obscurè deponens potest ex officio iudicis repeti.*

5 *Teste dicente se aliter deposuisse quàm scripserit notarius, cui magis sit credendum.*

6 *Testis persona multum notabilis asserenti se aliter dixisse, magis creditur, quàm notario suspecto, vel examinatori non actorum magistro.*

7 *Notario seu magistro actorum creditur, pro quo præsumitur quòd suum officium diligenter exercuit ratione publici officij.*

DECISIO LXI.


N causa magnifici Carraffelli Carraffæ
cum Magnifico Octofredo Caracciolo: Magna Curia vicariæ * admisit Vin-
1 centium granatum testem dicti Octo-
fredi ex interuallo post eius depositionem ad cor-
rigendum dictum eius, quod repericbatur scriptũ
certo modo: an hoc fieri potuerit. Glo. in authẽ.
2 de testibus. §. quia verò concludit: quòd * testis ex
semet potest corrigere dictum suum, & ire ad testificandum iterato, ante tamen quàm cùm parte
loquatur, post non. & sequitur ibi Angel. & debet
hoc facere incontinenti, vt in c. præterea. de testibus cogendis. vbi per Bald. & Abba. dummodo se-
cũdum Bar. in l. eos ff. de fals. ij. col. iustam causam
erroris alleget, quæ moueat iudicẽ ad recipiendam
dictam correctionem. de quo etiam per Bart. in l.
repeti. in prin. ff. de quæstionibus. Hic non est ca-
sus noster. cum iam sit publicatum in causa: & si-
mus ex interuallo. gl. in d. §. quia verò dicit: quòd
*ad instantiam iudicis seu ex officio potest etiam 3
post publicatum in causa fieri repetitio testis: ad
instantiam verò partis non potest fieri repetitio
vt denuo dicat, sed vt addat causam dicti sui: & se-
quitur Ange. ibi. & dicit gl. illa quòd istud etiã vi-
detur esse de consuetudine. At Inn. But. Car. Imol.
& Abb. in c. per tuas. de testibus cõcludunt. & ibi
per Feli. j. col. io prima cõclusione: videlicet, quòd
potest fieri repetitio, etiam ex interuallo, etiã post-
quam testis est locutus cum parte: non solum vt te
stis corrigat se, verum etiam vt addat: verùm mi-
nor fides ei adhibetur, quãdo ex interuallo, quàm
quando incontinenti. Quòd intelligitur secundũ
Imo. ibi post But. dummodo ista repetitio non fiat
ad partis instãtiam, contra quam testis productus
est. sed bene fiet repetitio præfata secundum Felin.
vbi s. ex iudicis officio vel ad instantiam testis.
Secundum hæc dictus testis, * ex quo ad partis 4
instantiam repetitus est, non bene fuit repetitus: si
testis obscurè deposuisset, potest iudex ex officio
repetere & interrogare ipsum, secundum Bar. in l.
iiij. §. hoc autem iudicium. iij. q. ff. de dam. infect. se
quitur Fel. vbi. s. post alios in ij. conclu. & hoc non
saluat dictã repetitionem: quia Magna curia fecit
parte instante: item testis ille clare deposuerat. Ca-
sus de quo nunc agitur, videtur esse is, de qno per
Spec. in tit. de test. §. j. versi. sed pone ecce iudex. &
in tit. de instr. edi. §. restat. ver. sed * quid si dum at- 5
testationes. vbi tractat de teste, qui dicit se aliter
dixisse, quàm scripserit notarius, cui magis sit cre-
dendũ: & distinguit in effectu an agatur de hoc ad
effectũ puniendi testem de falso: & tunc non stabi-
tur notario. an verò ad effectum: vt sciatur cui in
ipsa causa ciuili stari debeat, & dicit, quòd statur
magis notario: quod late reassumit Abb. in c. ad au
dientiam. de præscr. quando verò omnes testes di-
cunt se aliter dixisse quàm notarius scripsit, stabi-
tur eis, secundũ Ange. in l. j. §. si quis neq;, quemad.
test. aperi. quem refert & sequitur Alex. in cõsi. lxv.
vlt. col. ij. vol. & Fel. in d. c. ad audientiã. iij. col. Vin
centius granata testis Octofredi, dicit se non di-
xisse prout scriptum est, si examinator fuisset no-
tarius causæ, crederetur magis notario, & sic dicta
repetitio non esset admittenda: sed is qni examina
uit, fuit quidam scriptor, non notarius, nec acto-
rum magister. igitur videtur esse locum repetitio-
ni: eo maxime, quoniam Abba. in d. ca. ad aud. post
Specul. dicit: quòd * quando notarius esset suspe- 6
ctus, vel testis esset multum notabilis persona, cre-
deretur testi etiam in ciuili causa: & dicit etiam
* quòd notario creditur ratione publici officij, 7
pro quo præsumitur, quòd diligenter suum offi-
cium exercuerit. Fuit votatum quòd de tali repeti-
tione an fieri potuerit: habeatur in decis. causæ ratio quæ de iure habenda est.

SVMMARIVM.

1 *Articuli qui sint idem cum primis, & directo contrarij*

contrarij articulis repulsatoriis aduersæ partis, an sint admittendi.

2 *Testes reprobatorij testium reprobatoriorum partis aduersæ, & confirmatorij suorum possunt produci, maximè non data copia articulorum.*

3 *Copia articulorū reprobatoriorum dari non debet.*

4 *Restitutio non datur in odiosis: sed vtrum ad reprobandum testes.*

5 *Repulsa non concernens contumeliam personarum an sit odiosa.*

6 *Testem tuum reprobare possum quoad dicta: licet ipsum repulsare non possem, cum examinauerim pro me.*

7 *Odiosa, an fauorabilis sit dispositio qualiter cognoscatur.*

DECISIO LXII.



IN causa illustris. don Ferdinandi de
Aragonia cum illustri. Principe Sa-
1 lerni: * probauerat in termino prin-
cipali præfatus illust. Princeps, qua-
liter certo tempore ipse illustr. don
Ferdinandus in terra Diani existens dixerat seu
confessus fuerat se habuisse in integras dotes, quas
nunc petit. illustr. autē. don Ferdinandus in repul-
sa produxit: & examinari fecit testes, qui deposue-
runt quòd in illo tempore ipse non fuit in terra
Diani: sed alibi præfatus illustriss. Princeps in re-
pulsa repulsæ fecit articulos: quòd imo illo tem-
pore fuit illustr. don Ferdinandus in terra Diani:
& sic articuli sunt iidem cum primis suis, & dire-
cto contrarij articulis repulsatoriis don Ferdinā-
di: an debeant illi articuli stare obstante regula, de
qua in c. fraternitatis. iuncta glo. in verb. nobis. de
testi. & in Cle. ij. eo. tit. & in authen. qui semel. C. de
proba. Fuit conclusum & votatum quòd sic:
2 nam prædicta * iura non habent locum, quando
quis vellet reprobare testes reprobatorios partis
aduersæ, & confirmare suos testes. & hoc sentit gl.
in c. ex tenore. de testi. & traditur in c. series. & in
c. cum clamore. eo. tit. & est bonus tex. in c. cum in
tua. secundum vnum intell. in eo. tit. & firmat Ma-
ria. in repetitio. d. c. fraternitatis. in viij. arti. princ.
3 vers. ij. limitatur. quòd * maximè procedit non da-
ta copia articulorum, prout non solet dari in sac.
Con. vt sentit Imo. in c. ex tenore. in vltimis verb.
de testi. In eadem causa etiam hæsitatum est. ecce
quòd illustr. Princ. debet admitti ad examinandū:
an si sit elapsa dilatio, data ad repulsam, debeat
ipse illust. Princeps restitui in integrum. quòd nō,
4 facit: nam * repulsa est odiosa, & in odiosis non da-
tur restitutio: vt in his in quibus propalantur alio-
rū crimina, & defectus: vt in l. auxilium. de min. &
And. in constitutione, obscuritatem. ij. colū. dicit:
quòd restitutio non datur ad reprobandum testes.
In contrarium affertur: nam hîc non agitur de exa-
minando contra personas testiū illustr. don Ferd.
nec ad propalandum illorum defectus. videtur
5 * enim potius ista repulsa concernere factum seu
negotium principale: ob quod nō videtur exami-
natio odiosa, sed fauorabilis. pro quo facit: nam in
6 casu in quo ego nō possem repulsare testē * tuum,
vt quia illum examinaui pro me, vt per gl. in cap.
constitutus. in glo. j. in fi. de testibus. tamen potero
illum testem reprobare quo ad dicta secundum
Saly. per tex. ibi. in l. si quis testibus. ij. col. C. eo. tit.
Videtur vim stare, an in casu præmisso dicta repul-
sa quo ad probandum per indirectum, sit odiosa:
quia tunc non daretur beneficium vel fauorabilis
dispo. Et quidem ad * cognoscendum vtrum ali- 7
qua dispositio sit odiosa, vel fauorabilis, inspicitur
seu attenditur id, super quo principaliter intendit
prouidere: vt in l. qui exceptionem. per Barto. ff. de
condi. indebi. & per glo. in c. sciant. in ver. alios. in
fi. de electio. Ista igitur probatio per testes videtur
principaliter concernere probationes causæ prin-
cipalis: secundario autem repulsam testium, vide-
licet, quòd falsum dixerint. ergo, &c. Sed hac ra-
tione attenta, etiam quando testes in persona re-
pulsantur, principaliter illud fit ad cautelam cau-
sæ: & tamen ratio ista non attenditur.

SVMMARIVM.

1 *Diuisionem res non recipiens, vel gradus & portæ seruientes ad plures domos, ita nec recipit licitationem.*

2 *Licitatio vbi congruè fieri non potest: vt portæ per quas habetur ingressus ad plures diuersas domos diuersorum, non veniunt in diuisorio, nec vt diuidantur, nec vt licitentur.*

DECISIO LXIII.



IN causa magnifici Marini de Alexan.
cum magnifico Saluatore de Alexā. &
fratribus habentibus cum dicto Mari-
no quosdam gradus communes: per
quos quælibet ipsarum partium ascēdit ad partem
domus suæ. Fuit dubitatum, an * dictus Marinus, 1
qui prouocauit eius fratres prædictos ad licitatio-
nem dictorum graduum qui commodam diuisio-
nem non recipiunt, debeat admitti. Et conclusum
est, quòd non: nam si d. licitatio fieret, partes dicto-
rum fratrum (si ipsi succumberent in licitando) re-
manerent quasi inutiles: cum ad eas alius commo-
dus aditus non haberetur. & hoc per text. in l. ar-
bor. §. de vestibulo. ff. com. vbi etiam dicit Bal. not.
quod * portæ per quas habetur ingressus ad plures 2
diuersas domos diuersorum, non veniunt in diui-
sorio: nec vt diuidantur, nec vt licitentur, vbi con
gruè licitatio nō potest fieri: & pro hoc vide Azo.
in summa. C. com. diui. qui bene loquitur.

SVMMARIVM.

1 *Testamentum super feudo hæreditario fit mediante assensu.*

2 *Feudum hæreditarium potest alienari etiam in præiudicium agnati: nisi pacto fuerit alteratum inter se. & nu. 8.*

3 *Assensus non requiritur vbi in inuestitura fuerat adiecta clausula ad vendendum & alienandum inter viuos, & in vltima voluntate.*

4 *Feudum francum nunquam dicitur nisi expresse apponatur in inuestitura verbū, quòd sit francū.*

5 *Feudum francum potest ecclesiæ in testamento relinqui.*

6 *Feudi legati inualide debetur pretium.*

7 *Agnatus in feudo hæreditario succedit: licet alius sit*

sit hæres institutus, non sufficit quòd per se non steterit quin hæres institutus fuerit.

3 *Feudum hæreditarium potest alterari in suo natura per conventiones, & refutationes factas à feudatariis inter se.*

DECISIO LXIIII.



IN causa Faustinæ Forgionæ filiæ quondam Annibalis Forgioni de Suessa cum Monasterio S. Dominici de dicta ciuitate * super petitione medietatis feudi, quod dicitur de se Saluatico: Contra dictam Faustinam agentem vt neptem quondam Bernardi Forgioni fratris vtrinque coniuncti præfati Annibalis opponebatur pro parte monasterij de testamento dicti Bernardini, in quo Bernardinus ipse dictum feudum cum assensu Ducis Suessæ reliquit prædicto monaste-
2 rio, quod fieri videtur potuisse, * cum feudum sit hæreditarium, quod potest alienari etiam in præiudicium agnati: vt per Andr. in cap. j. §. hoc quoque, de success. feudo. in capi. Titius. li. de feud. fue. controuer. & in ca. j. an agnatus. Opponebatur
3 secundo, quòd * in ipsa prima inuestitura fuerit adiecta clausula ad vendendum, & alienandum inter viuos, & in vltima voluntate: quæ clausula operatur, vt non requiratur vlterior assensus, secundum Sal. in l. fi. j. col. C. de iur. emphy. Imol. in ca. potuit. xlix. col. locati. Lud. in sing. eccl. incip. emphyteota. Alexan. consi. clxxiij. vlti. colum. ij. volumi. Iac. in verfic. ita etiam quòd ipsi vassalli. j. & ij. colum. vnde feudum hoc dicetur non habere propr. natu. feud. & sic erit feudum francum, secundum Bal. in l. j. ij. colum. C. si à non compe. iudi. fue. app. qui dicere videtur quòd feudum fràcum sit illud de quo
4 loquitur tex. in c. j. de feu. nõ hab. prop. na. feu. & * quod id sit feudum francum facit: nam in inuestitura prima solũ reseruabit sibi donator par vnum fimalearum anno quolibet: & voluit, quòd vassallus ad nihil aliud teneretur: vnde succedit doctrina, de qua per Ioan. Andr. in Spe. de præscrip. super rubri. pen. & vlti. col. quem refert Alua. in prælud. feu. secunda diui. & Curt. in prima parte. viij. q. ver sicu: secundo principalis. videlicet quòd feudum francum illud dicitur, pro quo non præstatur seruitium aliud, nisi id, de quo in inuestitura cautum
5 est. Ex quibus sequitur quòd * tanquàm feudum francum potuit contra regulas iuris feudum prædictum in testamento relinqui. Bal. sing. in authen. nisi rogati. vlti. col. ad Treb. et in ecclesiæ Bal. ibid. & per Felin. in cap. quæ in ecclesiarum. xxv. col. de consti. Opponebatur tertiò: quòd saltem æstima-
6 tio ecclesiæ deberetur, prout est quando * quis legat feudum casu quo legatum de feudo non valeret, vt not. & tenet Præpos. in c. j. de alie. feu. & Ias. in l. fi. de iur. emphy. Sacrum Consilium his non obstãtibus determinauit in fauorem Faustinę, tanquàm agnatæ. Nec obstat quòd ipsa non esset hę-
7 res Bernardini: vnde non * debet succedere in feudo hæreditario, etiam vt agnata, secundum Andr. in c. j. §. hoc quoque de succe. feu. & in c. j. an agnatus. Alex. consi. x. iij. col. iij. volu. & consi. xxvj. pe. col. v. volu. & Cur. in j. parte. iij. q. prin. vj. col. nam sufficit * quòd per eam non steterit ex quo non est 8 hæres instituta per Bernardinum, prout not. singu. Bald. in c. j. an agnatus. & potest etiam responderi, vt in sequenti verti. Nec obstat etiam quòd de feudo hæreditario potest quis testari cum assensu: nam licet prima inuestitura dicat pro hæredibus: tamẽ ex post facto in cõuentionibus & refutationibus factis per patrem Bernardini ipsi Bernardino cum consensu Annibalis patris Faustinæ, qui erat primogenitus, fuit cautum, quòd feudum hoc esset Bernardini, & filiorum ex eo procreandorum: vnde cum defecerit, ille casus in feudo, iure optimo succedet Faustina, pro qua in hoc est casus in j. c. j. de eo qui fin. fec. agnat. Et sic etiam respondetur principali motiuo. Nec obstat etiam, quòd istud feudum esset francum: nam præsupposito eo quod proximè dictum est, Bernardinus non poterat disponere, ex quo non habebat illud, nisi pro se & filiis. Præterea feudum nunquàm dicitur francum, nisi expressè in inuestitura apponantur ista verba: quòd ut francum. Bal. in c. inter dilectos. vj. col. de fid. instr. Alex. consi. xxx. j. volu. vlt. col. quos refert & sequitur Iaso. in prælud. Feu. xxxiiij. col & Curt. in j. parte versicu. viij. principaliter quæro. col. vij. Nec etiam obstat de æstimatione: nam æstimatio quando veniret in legato, deberetur per hæredem Bernardini. Faustina autem Bernardini hæreditatem non adiuit. præcipuè quia Bernardinus alium sibi hæredem instituit. Fuit votatũ quòd condemnetur dictum monasterium, ad relaxandum & restituendum dictam medietatem feudi dictæ Faustinæ actrici.

SVMMARIVM.

1 *Vsufructus ante fatis non soluto an debeatur vxori.*

2 *Vxoris est electio recipiendi vsuram competentem ab hæredibus viri, vel consequi pecuniam præstita cautione de vtendo fruendo in quarta constituta in pecunia iuxta consuet. Neapo sed hoc intellige vt infra ea. dec. nu. 5. 7. & 10.*

3 *Annua præstatio longi temporis causat promissionem validam super præstatione semper soluenda. & nume. 9.*

4 *Pactum valet inter eum qui dotem promittit, & virum, quòd donec dos in pecunia soluatur, debeant viro solui tot pro centenario quolibet mensi: si vir solutus sit negociari, vel ponere pecuniam ad lucrũ, & sustinet onera matrimonij. & nu. 9.*

5 *Dotis promissor etiam sine pacto tenetur ad vsuras dotis proportionabiles pro alimentis, & interesse propter moram. & nu. 10.*

6 *Vsura virum permutatur in recompensationem vsusfructus: quando naturaliter ipsa res erat commoditatem allatura.*

7 *Sors perpetuò non debet esse sterilis: nisi repeti posset ad nutum creditoris.*

8 *Viro inopi soluitur dos data per eum cautione, vel quòd pecunia ponatur ad honestum lucrum penes mercatorem.*

9 *Sepulatio solemnis præsumitur per solutionem annuam x. annorum.*

10 *Vsura soluta per debitorem dotis in mora constitutum etiam sine pacto, dicitur interesse damni emergentis.*

Vsura

11 *Usura est percipere tantum pro centenario, quod est semper certum & uniforme: non autem posse habere vel non habere uniformiter fructum ex re. cum non semper sit, nec semper percipiatur.*

12 *Consuetudo Neapolitana super usufru. dotis donec restituatur non valet.*

13 *Uxor post solut. matrimonij ultra sortem dotis an possit aliquid petere pro alimentis post annum solutionis.*

DECISIO LXV.

IN causa Honorabilis Margaritę Brá
caleonæ cum Ioan. Sarcosa & fratri-
bus super * petitione vsusfructus an-
1 tefati dictæ Margaritæ ab ipsis tan-
quàm hæredibus quondam Benedi-
cti Sarcosæ hæredis quondam Frácioni viri ipsius
Margaritæ, præsupposito, quòd ex dicto matrimo-
2 nio filia superfit. Pro * vxore videtur facere pri-
mò glo. Neap. in cósuetudine, quartam autem quæ
loquens in quarta constitura in pecunia, dicit esse
in electione vxoris an velit ab hæredibus viri con
3 sequi pecuniam * præstita ei cautione de vtendo,
fruendo &c. iuxta l. secundam. ff. de vsufru. earum
rerum quę vsu consu. an verò recipere vsurá com-
petentem, sicut dicitur in authen. de non elig. se-
cundo nu. §. aliud. ver. si autem omnis. Secundò
facit: nam constat ex processu, quòd dictus Bene-
dictus hæres prædicti quondam Francioni per x.
item xv. annos mortuo viro soluit eidem Marga-
ritæ vsumfructum: propter quod resultat quædam
valida & solennis promissio seu conuentio super
eo vsufructu semper soluendo, prout not. per glo.
in l. cum de in rem verso. ff. de vsuris. & per doct.
maximè moder. in l. si certis annis. C. de pact. Ter-
4 tiò facit: nam * valet pactum inter eum qui dotem
promittit, & virum: quòd donec dos in pecunia
promissa soluatur, debeant viro solui tot pro cen-
tenario quolibet mense: vt tenent Paulus de Eleaz.
& Ioan. Cal de. in ca. salubriter. de vsuris. videntur
enim in dubio esse promissa pro alimentis: vt con-
cludit Alexan. in l. in insulam. §. vsuras. versic. alius
est articulus. ff. solut. matri. quinimò etiam sine pa-
5 cto * tenetur debitor dotis ad vsuras dotis propor
tionabiles ad dotem, & ad alimenta, vt interesse:
vt concludit Bart. & alij sequuntur in d. §. vsuras.
& Alex. ibi. & in consi. lvj. iij. col. iiij. vol. Quartò
facit: nam antiquitus constituebatur vxori quarta
lucrifacienda per eam super omnibus bonis eius:
vt patet in dicta consuetudine: quo casu erat cla-
rum, quòd vxor poterat percipere fructus dictæ
quartæ partis bonorum cum bona conscientia,
cum extantibus liberis in hoc consistebat suum
antefatum, videlicet, in fructibus illius quartæ. sed
cum in instrumento antefati dictæ Margaritæ scri
ptum sit, quòd vir constituit sibi antefatum illud
in locum quartæ super omnibus bonis suis, ergo
debet censeri eodem modo, sicut & quarta l. sicut.
§. qui iniuriarum. si quis cau. cum simi. Facit etiam
Bal. in l. hac edictali. §. his illud. pe. col. vers. ibi pro
6 vsufructu qui dicit: quòd * quando vsura permitti-
tur in recompensationem vsusfructus, est licita,
quando res ipsa naturaliter erat commoditatem
allatura. & subdit quòd in omnibus rebus quæ sui
natura sunt finibiles, videtur quòd vsufructuaria
possit apponere pactum de interusurio compen-
sando: & subdit, quòd sors * perpetuò non debet 7
esse sterilis, secus in sorte quæ potest repeti ad nu-
tum creditoris. Sed hoc dictum non obstat, nam
sors de qua nunc agimus, videlicet vnc. xxv. ante-
fati potest peti per vxorem offerétem cautionem,
dubium esset quando ipsa non reperiret, vel non
curaret offerre cautionem: quo casu fortè tutum
esset dicere quòd seruetur id quod dicitur in c. per
vestras. de dona. inter vir. & vxo. At contra mu-
lierem faciunt iura communia de vsuris loquuto-
ria, quòd quicquid accedit sorti, &c. Nec obstat
primò glo. Neapol. Nam illa loquitur contra. l. ca-
nonicam, & diuinam: præterea illa gl. non videtur
residere in d. opin. dicit enim, vel dic vt extra. de
donat. inter vir. & vxorem. c. per vestras. vbi text. 8
vult, quòd * viro inopi soluatur dos, data per eum
cautione, vel quòd pecunia ponatur ad honestum
lucrum penes mercatorem: lucrum videlicet, vt ex
ea mercimonia fiant. Nec obstat secundò de vsu-
fru. per longum tempus solu. &c. nam * ad hoc vt 9
per cursum x. annorum præsumatur solennis con-
uentio, puta stipulatio: debet hoc allegari, & sic
per dicti temporis cursum probari. vt dicit glo. in
d. l. cum de in rem verso. & doct. in d. l. si certis an-
nis. quod non est factum in casu nostro. Præterea
talis conuentio quando verè facta fuisset, esset nul
la, contra leg. diuinam & canonicam. Nec obst.
tertiò, quòd valet pactum, &c. nam opini. Paul. &
Car. est contra opi. Ioan. And. in d. c. salu. cum quo
transit ibi. d. Car. & Laudentius in tracta. de vsu.
liij. q. & Abba. in d. c. salu. limitans. vt dictum Ioá.
And. seu eius opi. non habeat locum in viro solito
negociari, vel ponere pecuniam ad lucrum: & su-
stinente onera matrimonij, vt sic, vt interesse, di-
cta pecunia ex pacto promissa debeatur. Et quan-
do doct. volunt * quòd etiam sine pacto si promit- 10
tens dotem committit moram teneatur ad vsuras,
illud est ratione alimentorum, quę facit vir vxori,
& sic erit interesse damni emergentis: vt conside-
rat Alexand. in dicto §. vsuras. dum saluat Bartol. à
distinctione Ioan. de Imol. quod quidem interes-
se non potest in casu nostro considerari. Nec ob-
stat quartò, quòd istud antefatum in pecunia suc-
cedit in locum quartæ quæ constituebatur in bo-
nis. Nam hæc verba non operantur, quòd maritus
sit dominus bonorum pro illa rata pecuniæ: hæc
enim dictio, super bonis, importat hypothecá tan-
tum, vt in l. quintus. vbi Petr. & Iaco. de rau. ff. de
an. le. & per Alexá. & alios in l. rescriptum. §. si pa-
ctum. ff. de pac. Præterea non est simile * habere pos- 11
se fructus ex re. ex quo non semper sunt vel perci-
piuntur, & non habentur vniformiter, & percipe-
re tantum pro centenario, quod est semper certum
& vniforme, prout ad propositum cósiderat Car.
in d. c. salubriter. prope finem. de vsuris. post Ioan.
And. ibi. Vltimò accedat prædictis. Nam in quęst.
illa, an valeat statutum quòd hæredes viri donec
dotem restituant vxori, teneátur dare tantum pro
centenario, sicut est Neapo. in consuetudine, viro
mortuo doct. communiter videntur tenere, quòd
* tale statutum seu consuetudo non valeat. ita Ioá. 12
de Imol. post Matthæum in Cle. j. circa fi. de vsuris.

&ibi Ioan.de ligna. Quinimò secundum eos non potest etiā ratione alimētorum vxor vigore istius statuti aliquid petere, cum sit finita causa alimentorum, videlicet matrimonium, & seruitia matrimonialia: & Pet.de Anch.consil.clxiij.incipien.in
13 quæst.quæ vertitur. vbi plene tangit verum * mulier possit soluto matrimonio vltra sortem dotis petere aliquid pro alimentis. in effectu concludit, quòd non, quia extinctus est titulus dotis, & cessat causa priuilegij: & subdit quòd licet causa alimentorum sit fauorabilis & pia, non tamē per hoc potest plus debito peti. Et ad dicta de statuto licet Abb.in d.c.salubriter.concludat, quòd quando essemus in casu quo hæredes viri tenentur alere vxorem, tale statutum valeat, tamen communis opin.se habet quòd mulier post annum, & sic postquàm est in potestate sua habere dotem, non debet ali ab hæredibus viri: vt tenent Angel. Rapha. & Pau.& Alex.in l.diuortio.in princ.solu.mat.& ibi per Ias.in v.conclusione. Fuit votatum quòd condemnentur conuenti ad soluēdum vncias vigintiquinque pro antefato, præstita cautione secūdum consuetudinem Neapolitanam, vnà cum vsufructu liquidando tempore executionis.

SVMMARIVM.

1 *Clericus ligatur pragmatica loquente de compromissis fiendis inter coniunctos consanguinitate vel affinitate vsque ad quartum gradum. & nume.3.& 5.*

2 *Exceptio quæ impedit processum, impedit etiam compromissum.*

3 *Clerico litiganti in foro seculari currit instantia iuris ciuilis.*

4 *Clericus non ligatur statuto quod vlterius disponit alterando decisionem causæ, scilicet penitus prohibendo appellationem, seu reductionem. & num. sequen.*

DECISIO LXVI.

IN causa Abbatis Caroli de Cioffis cum Antonio de Cioffis eius fratre præsupposita regia pragmatica * in re
1 gno nostro vigente, quæ se habet quòd causæ inter coniunctos consanguinitate, vel affinitate vsque ad quartum gradum inclusiue secundum ius ciuile computādum, debeant compromitti ad petitionem cuiuslibet ex litigantibus. Fuit dubitatū: an contra Clericum agentem in sacro Cons.posśit reus sibi coniunctus infra quartūm gradum opponere exceptionē compromissi. Bald.in c.cum venissent.de eo qui mit.in poss.ca.rei.ser.iiij.col.dicit, quòd statutum de causis compromittendis non ligat Clericum, etiam in minoribus constitutum, quem referunt & sequuntur Alex.consi.ccxj.iiij.col.ij.volu.& Feli. in c.ecclesia San.Ma.xlix.col.versi.iiij.scias. de constitut. vbi alleg.dictum Bal.vbi s.& d.consilium Alex. sine tamen numero. In contrarium facit: nam compromittere est de processu litis, & sic videtur respicere ordinatoria: vt dicit Bal.in l.si iudex.in fin.ff.
2 de his qui sunt sui vel alie.iur.& ideo * exceptiō, quę impedit processum, impedit etiam compromissum: vt not. Bal.in l.fratris.C. de transact. ergo videtur, quòd Clericus teneatur ad compromittendum. Nam in respicientibus ordinem & processum Clericus litigans in foro seculari obligatur: vt not.doct.maximè Abb.in d.cap.ecclesia sanctæ Mariæ: vnde secundum Abb. vbi supra * Clerico li- 3
tiganti in foro seculari currit instantia iuris ciuilis, & firmat Butr.in c.quod clericis.viij.col.& ibi Imo.j.col.& Sali.in authē.cassa.j.q. Corneus consi. cxiiij.incipi.quamuis primo aspectu.ij.volu.tenet, quòd etiam si statutum de causis compromi.loqueretur taliter, quòd respiceret decisoria: vt quia diceret arbitros debere iudicare de facto, &c. Adhuc seruabitur contra Clericum agentem in iudicio seculari. Bal.consi.clxxj.incipien.nunquid clericus. ij.volu.tenet; quòd statuto volente compromitti de iure ligatur clericus. idem Bald. in ca.fin. vt lit. pend. tenet, quòd statutum de causis compromittendis respicit ordinē procedendi, nisi alterata forte sit decisio per potestatem arbitris tributam. Decius in d.c.ecclesia S.Mariæ.xxv.colū. in hoc articulo concludit: quòd * tale statutum quando vlte- 4
rius non disponeret, ligat clericum: secus si vltra procederet alterando decisionem causæ: vt quia diceretur in eo, quòd laudum ferendum habeat paratam executionem: vel quòd reductio peti non posśit. Maius dubium in hac causa faciebat: nam pragmatica regu.nostri.sequens illam, quæ incipit odia.vult quòd si iudex ad quem sit habitus recursus à sententia arbitri iuris, sententiam confirmauerit, debet fieri executio non obstante appellatione: & sic statutum vltra procedit: tamen sacrum Consil. votauit causam debere compromitti: nam
* tunc statutum alteraret decisionem, quādo pro- 5
hiberetur appellatio penitus, seu reductio, prout videtur sentire Decius in loco præallegato in prin.d.iij.colum.versic.ex præmissa.ibi, præcise, & ibi, absolute.

SVMMARIVM.

1 *Falsum testem scienter producens, vel articulum, vel scripturam: vel eis vsus fuerit in Regno ipso iure amittit causam: licet secus sit de iure communi.*

2 *Procurator producens falsos testes ante litem contestā. vel post, existens soluendo siue non, habens mandatum generale siue speciale, non præiudicat domino.*

3 *Mandato generali non venit licentia committendi crimina.*

4 *Maritus, cui nomina debitorum in dotem assignata fuerunt, si contra ipsos agendo falsificauerit acta: sibi & non vxori nocebit falsitas.*

5 *Instrumenta falsa si tradantur per dominum procuratori: dominus perdit causam.*

6 *Falsos testes, & articulos producens, licet eis tantum vsum, non propterea euitabit pœnam falsi.*

7 *Falsum ignoranter vel errore commissum in facto alieno vel proprio, in eo casu quo præsumitur probabilis ignorantia, excusat à pœna, quia falsum non committitur absque dolo.*

8 *Error iuris non præsumitur ad euadendam pœnam in facto proprio.*

9 *Falsum testem producens super falso articulo euitat pœ*

tat pœnam, renuntiando vſui dicti teſtis: præcedente tamen aduerſarij proteſtatione: quia præſumitur errore: ſecus ſi aduertentia propria renunciet: quia declarat dolum habitum in falſitate.

DECISIO LXVII.



IN cauſa magnifici Annibalis Pignatelli ſeu d. Lucretiæ carbonæ eius vxoris
cum excellente do. Comite Conſiæ. Licet de iure communi is qui producit
falſum articulum aut teſtes, vel ſcripturas nõ perdat cauſam, vt in l. diuus. ff. de re iudica. in l. qui agi
tis. ff. de exceptionibus. niſi falſificet acta. vt in l. in
fraudem. §. quoties. ff. de iure fiſ. & ibi per Bar. poſt
glo. tamen in Regno noſtro viget pragmatica, quæ
incipit, teſtem falſum, &c. qua cautum eſt eos, qui
1 * ſcienter teſtes falſos, vel alias ſcripturas produxerunt, vel eis vſi fuerint, cauſam ipſo iure amittere. hoc præſuppoſito, dubitatum fuit, an ex quo in
cauſa prædicta pro parte prædicti d. Comitis ſit factus quidam articulus falſus, continens quòd poſt
ipſius Comitis à Regno diſceſſum, quondam dominus Cæſar eius germanus tenuit Caſtrum Paterni. Super quo multi teſtes examinati affirmarunt
vera eſſe contenta in articulo. Si propter hoc do.
Comes debeat puniri iactura cauſæ? præmiſſo,
quòd tota hæc cauſa per procuratorem agitata ſit.
Et omiſſa diſtinctione Bar. in l. j. §. ſi procurator. ff.
ſi quis ius dicen. non obten. deueniendo ad authoritates magis particulares. Inn. in cap. j. vt lite non
2 conteſt. tenet: quòd * ſi procurator produceret in
cauſa falſa inſtrumenta, vel aliam fraudem faceret,
hoc non præiudicat domino. D. ſignorellus. conſi.
ccxxxj. in fi. tenet: quòd ſtante ſtatuto quòd producens falſos teſtes perdat cauſam. Si procur. producat falſos teſtes, & ipſe procu. eſt ſoluendo, dominus cadit à cauſa, & imputare debet ſibi dominus cur tali cauſam commiſit. l. j. in fin. ff. de iudic.
cum ſimi. Pau. de ca. in l. iij. §. ſi procurator. ff. quod
quiſque iur. dicit, quòd ſi procurator habẽs generale mandatum producat falſos teſtes, vel det poſitiones criminoſas, ad hoc vt dominus teneatur
de falſo, vel actione iniuriarum: cautela eſt, vt interrogetur dominus an ratum habeat quod geſsit
procurator, & an velit inſiſtere in illis: & ſi reſpõdebit, quòd ſic, tenebitur ipſe, non procurator: ſi
reſpõdebit quòd non, tenebitur procurator, quia
3 * in generali mãdato non venit licentia talia committendi per gl. ibi. & dicit Pau. quòd ita practicatur vbique: & quòd dominus tenebitur reſpondere, & iudex ad poſtulationem partis tenebitur interrogare. per l. vbicunque. de interro. acti. Ang. in
d. l. j. §. ſi procurator. ſi quis ius di. non obt. dicit
quòd ſi procurator delinquit faciendo, & habuiſſet ſpeciale mandatum, vel ſaltem dominus ratum
habuit, & tunc præiudicat domino ſine dubio. d. l.
iij. §. ſi procurator: & in l. j. §. quoties. de vi & vi ar.
ſi neutrum interueniſſet, & dolum commiſit in iudicio ante lit. conte. & non nocet domino: ſecus ſi
poſt. l. ſi procurator. la ij. ff. de doli exce. nõ tamen
ſecundum eum afficere poterit dominum damno
totius litis propter dolum ſuum. exemplum, ſi falſificaret acta cauſæ vel aliam falſitatem in cauſa
committeret: Bal. in conſi. xciiij. incip. decreto domini cauetur. iij. volu in caſu fortiori, vbi quis habuerat mandatum ſpeciale ad iurandum, ſi iurauit falſum, ob quod ex forma ſtatuti erat pœna facturæ cauſæ: tenet quòd non propterea dominus
dicto damno afficietur. Nam nunquam quis videtur habere mandatum ad committendum falſum, vel quaſi falſum. l. diuus. §. nec generalem. ff.
de fal Ana. conſil. xij. incipi. primò ad intellectum
præmitto. tenet in procuratore quodammodo in
rem ſuam, vt eſt maritus, * cui nomina debitorum 4
in dotem aſsignata fuerũt, qui egerat contra ipſos
debitores, & acta falſificauerat: quòd non propterea pœna amiſsionis cauſæ de iure communi ſtatuta per d. l. in fraudem. §. quoties. habebit locum in
iſto caſu: ex quo hic nõ erat principalis, ſed ſolum
perdet ille maritus ius, quod ipſe habebat in dicta
cauſa: vxori autem nullum fiet præiudicium. Bald.
in d. cap. j. vt lit. non conteſt. v. col. vult, quòd ſi in
caſu quo per quamlibet falſitatem perditur cauſa,
ipſe procurator poſt lit. conteſta. ſine ſpeciali mandato producit falſa inſtrumenta, dominus nũ perdit cauſam. inde ſubdit, quòd * ſi dominus tradat 5
inſtrumenta procuratori ad producendum ea, dominus cauſam perdit. Præterea pro Comite etiam 6
facit, * quando ipſe vere per ſe & non per procuratorẽ articulos feciſſet, & teſtes produxiſſet. Nam
licet is qui fabricat falſum articulum, & ſuper eo
teſtes producit, non poſsit euitando vſum, euadere pœnam falſi: vt in l. ſi falſos. & ibi per Bart. C. de
fal. l. qui ea mente. cum materia. ff. de furt. Nihilominus quando * eſſet certum, vel præſumptione 7
iuris dato quòd qui fecit falſum articulum, illum
facit ignoranter: vt quia erat de facto alieno, vel
in facto proprio, eo caſu quo præſumitur ignorãtia, & eſt probabilis, de quo in c. ſi. de confeſ. & in
l. non fatetur. ff. eo. per Bar. tunc ſine dubio is non
eſt in pœna: quia falſum non committitur ſine dolo. l. quid ſit falſum. ff. de fal. l. nec exemplum. C. eo.
ita not Are. in c. præſentium. v. col. de teſti. factum,
de quo in articulo Comitis, non erat de facto proprio, ſed de alieno, videlicet de poſſeſsione Cæſaris, præcipuè ipſo Comite abſente à Regno: ergo,
&c. Quinimo tenet Areti. vbi ſuprà, quòd etiam ſi
ſuper facto proprio quis fabricaſſet falſum articulum, & in eo teſtes produxiſſet, & nõ eſſet teſtibus
vſus vſque ad finẽ cauſæ, ſed aduerſario proteſtante falſitatem incontinenti renuntiaret vſui teſtiũ,
oriretur præſumptio pro renuntiante, quæ ſatisfaceret præſumi errorem iuris, qui * aliàs non præſu- 8
meretur ad euadendam pœnam, vt eſt caſus not. &
ibi per Bar. in l. ſi adulterium. §. j. ff. de adulte. & ita
præſumetur error in facto proprio eadem ratione,
dummodo ille qui renuntiat vſui teſtium alleget
errorem, & dicat ſe erraſſe in articulãdo. & ſecundum hunc modum dicit Aret. poſſe intelligi Bald.
in l. ſi. vlt. col. C. ſi ex falſis inſtru. vbi expreſsè videtur tenere, * quòd producens teſtem ſuper falſo ar- 9
ticulo poſsit euitare falſum renuntiãdo vſui ipſorum teſtium. Sed hæc vltima conſideratio Aretini
non eſt neceſſaria in caſu noſtro. cum neque Comes ipſe produxit, neque ſumus in facto proprio:
prodeſſet tamen conſideratio prædicta, quando a-

liquis falsum articulum fecisset, & testes produxisset: nam poterit si non est vsus eis vsque ad finem causæ aduersarij protestatione præcedente, non aliàs, renuntiando euitare pœnam. Nam secundum Are. si producens ex se non præcedente aduersarij aduertentia renuntiat, nõ euitat pœnam, vt sic magis præsumatur error quando ad hoc venit præcedente aduertentia aduersarij, quàm sua. Fuit pariter votatum falsitatem prefatam non nocere domino Comiti.

SVMMARIVM.

1 *Testium repulsa tantum petita verum videatur impugnationi renuntiare: cum aliud sit repulsare testes, & aliud impugnare scripturas. & nu. 5.*

2 *Appellans si comparet coram iudice à quo, faciens aliquem actum in causa principali, videtur appellationi renuntiare.*

3 *Repulsa contra scripturas præsentatas ante lit. contest. non conceditur post publicationem in causa: secus si præsentata fuissent post datum terminum ad repulsam testium.*

4 *Impugnatio scripturarum potest peti & concedi, etiam post lapsum terminum repulsæ: nisi prædictus terminus esset pro vtraque repulsa datus ad instantiam partis aduersæ.*

DECISIO LXVIII.

IN causa Magnifici Iulij de scortiatis cum Illustris. Principe Bisiniani post publicatum in causa, per d. Iulium fuerunt productæ certæ scripturę: quibus productis pro eiusdem d. Principis parte petita fuit repulsa, lapso termino ad repulsam procurator eiusdem d. Principis petit terminum ad impugnandas scripturas. d. Iulius contradicit, asserens quòd in termino ad re-
1 pulsam potuit ista facere, & nõ fecit: imo * petendo terminum ad repulsam videtur huic impugna-
2 tioni renuntiare: sicut dicimus in eo qui * postquàm appellauit comparet coram iudice à quo, faciens aliquem actum in causa principali: quia per hoc videtur renuntiare appellationi: vt in ca. gratum. de offic. delega. in ca. cum venissent. de eo qui mitt. in poss. cau. rei ser. in c. solicitudinem. de appella. Est ritus Mag. Cur. incip. item seruat dicta
3 cur. chart. cviij. quòd * post publicationem in causa non conceditur repulsa contra scripturas. qui debet intelligi in his quę ante lit. contest. sunt pręsentatæ.
4 sentatæ. Quando * scripturæ quarum impugnatio petita est, fuissent præsentatæ post terminum datum ad repulsam, non haberet dubium res: nam haberet concedi. Nihilominus Sa. consil. votauit adhuc esse locum termino ad impugnandas scri-
5 pturas: * nam aliud est repulsare testes, aliud impugnare scripturas. Est bene verum, quòd quando in tempore repulsæ per d. Principem petitæ fuissent per d. Iuli. facta instantia, quòd hic terminus esset & intelligeretur etiam latus ad impugnationem scripturarum, Sa. Consil. hoc fecisset, & ita decreuisse compertum est aliàs in causa illustriss. Ducis Ariani.

SVMMARIVM.

1 *Rex pro bono pacis restituit bona rebellibus reuocando alienata per fiscum.*

2 *Dominus potest pro habenda pace sui territorij Castrum vnius subditi alteri concedere.*

3 *Emptores bonorum rebellium possunt cogi ad restitutionem eorum reuertentibus bannitis: si hoc est in capitulo pacis.*

4 *Princeps Salerni, & Princeps Bisiniani, & fratres fuerunt causa finalis aduentus Regis Franciæ cum exercitu in occupatione Regni.*

5 *Marius Romanus, qui dum mille homines egregie in libello pugnantes libertate donasset, ob idque accusaretur, quòd præter legem egisset: respondit se propter strepitum armorum leges non audiuisse.*

6 *Possessorio agenti spoliato an opponatur restitutio facta per capitula pacis à Rege stante ipsorum validitate. & nu. 8.*

7 *Spoliatus promittens cum iuramento spoliatorem suum non molestare, non potest agere possessorio, etiam pro beneficio ecclesiastico.*

8 *Renuntiatio cum iuramento facta post spoliationem licet non impediat restitutio. possess. tamen pactum iuratum de non agendo seu non petendo restitut. obstat agenti possessorio.*

9 *Molestari dicitur vbi fit ei quæstio, & mouetur controuersia siue agendo, siue excipiendo de iure seu de facto, in iudicio vel extra, etiam ante lit. contesta.*

10 *Spoliatus, cui denegatur audientia propter capitulationem Regis cum Barone, non potest petere restitutionem.*

11 *Princeps audientiam denegando, siue silentium imponendo ratione dominij, dicitur & ratione possess. quæ est debilior: alias esset absurdum.*

12 *Ardua causa dicitur de ipsare: si tamen agatur de possess. res, nõ dicitur amplius ardua: cum possessio causa debilis.*

13 *Princeps de potestate ordinaria non potest tollere ius dominij sine causa sicut ius possessionis.*

14 *Spoliantem, qui de spolio tacuit in supplicatione, impetratio non releuat: nisi Princeps sciuerit inuasionem, & occupationem. nu. 14. & 30.*

15 *Ignorantia facti notabilis & notorij non præsumitur, etiam in facto alieno.*

16 *Notorium quãdo sit, & quomodo. ibi videas exemplum: & non est necessarium exprimere ea quæ sunt notoria in curia Papæ.*

17 *Imperator non præsumitur habere notitiam negotiorum generalium, sicut Reges & alij Domini particulares, qui præsumuntur scire consuetudines vniuersales Regni, & particulares.*

18 *Præsumitur quisque scire id, de quo est publica vox & fama.*

19 *Spoliatus quando post sex menses possit recuperare possess. à tertio possidente. & nu. 31. & 33.*

20 *Dispositio collata in vnum casum, vendicat sibi locum etiam in casu omisso, quando disponens sciuisset, idẽ disposuisset. quod multas in rescriptis, consuetudinibus, & statutis.*

21 *Tacitum non nocet, quando etiam expressum adhuc Princeps concessisset.*

22 Rest

22 *Restitutio facta vassallo per Principem occasione pacis, extenditur etiam ad bona per fiscum alienata, licet non exprimatur, posito quòd sint feudalia.*

23 *Princeps pro facienda pace potest remittere iniurias & damna subditis illata, & silentium perpetuum imponere.*

24 *Ignorantia iuris equiparatur ignorantiæ facti. & nume. 39.*

25 *Possessio potest ex interuallo recuperari, datis qua litantibus, de quibus ibi.*

26 *Creditor habens ius executiuum in reali contra debitorem, an possit vti contra singularem successorem.*

27 *Constitutum dat ciuilem & naturalem possessionem: precarium verò ciuilem tantum, & quando secundum cōstitutum tollat precarium primum, non autem primum constitutum.*

28 *Dominus debet priuari proprietate, si committit in vassallum: an sit idem si committat in familiam vassalli verberando ipsam in dedecus vassalli.*

29 *Papa committendo fellonsam contra vassallum Ecclesiæ, Ecclesia non priuabitur iurisd. sua. idem in Rege.*

30 *Dominus non potest adiutorium petere à vassallis pro comprimendis aliis vassallis iuste rebellantibus contra eum.*

31 *Dominus tyrannice viuens poterit expelli, non tamen occidi: si non potest haberi recursus ad superiorem: licet philosophi gentiles libere dicebant occidendum esse Tyrannum.*

33 *Vassallus poterit resistere Domino, imò ipsum occidere, ob mala tractamenta. & nu. 32.*

34 *Impetratio rescripti, non facta mentione de sententia qua transiuit in rem iudicatam, non tenet.*

35 *Sententia Principis etiam de plenitudine potestatis, & cum clausula supplentes & e. lata sine causæ cognitione & sine partis cit. non tenet.*

36 *Citatio non requiritur propter periculum moræ, seu propter potentiam vassalli in occupando feudo: & factum postea debet iustificari.*

37 *Præsumptio, quæ pro sententia esset quando processus non appareret, tollitur ex actorum inspectione.*

38 *Sententia saltem declaratoria debet interuenire, vbi quis feudo priuatur.*

39 *Exceptio dominij non admittitur regulariter contra agentem possessorio recuperandæ: fallit, nisi talis exceptio tendat ad petitorium simul & possessorium. Fallit secundo quando elidit ius actoris, & fundat ius reo.*

DECISIO LXIX.



IN causa Inānis Hieronymi de Scortiatis cū Ioanne Fricia super recuperanda possessione castri Sacci. Præsupposita validitate capitulorum initorum inter quondam serenissimum regem Ferdinandum secundum ac Illustrissimos Barones de sancto Seuerino, inter quos erat quon-
1 dam dominus Comes Capudatij: in quibus * pro bono pacis quæ tunc inibatur, idem Rex restituebat dictos Barones in integrum cum reuocatione alienatorum, &c. quæ quidem capitula ob pacis bonum fieri poterant. vt in l. item si verberatum. ff. de rei vendica. in l. Lucius. ff. de euict. in l. venditor. §. si constat. commu. prædio. quam l. pro singulari ad hoc Barto. allegat. in proœ. ffor um. iiij. colum. eum concor. quæ adducuntur per Mod. in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de libe. & posth. vbi Ias. xvij. col. & in c. quæ in ecclesiarum. de constit. vbi Felin. x. colum. & per Alexand. in consil. xciiij. penulti. co-
lum. v. volumin. dicentem, quòd * dominus potest 2
pro habenda pace territorij sui castrum vnius subditi concedere alteri. Allegat Bar. in l. quæcunque. de fide instru. & iur. ha. fisca. lib. x. qui voluit, quòd
* illi qui emerunt à fisco bona exbannitorum, pos 3
sunt cogi restituere ipsa reuertentibus bannitis, si hoc est in capitulis pacis. Maximè quia in casu nostro pax aliter haberi nō potuisset, quoniā isti proceres se aliter non cōcordassent. Ac etiā non fuissent in maximo periculo & detrimento res Regni, si isti extra Regnū accessissent: ex quo apparet in ar-
ticulo xxxvij. actoris, fol. cxix quòd * Princeps Sa- 4
lerni & Princeps Bisiniani, & fratres fuerunt causa finalis aduentus Regis Franciæ cum exercitu in occupatione huius Regni, & in articulo primo addito. fol. cxliij. dicti Ioan. Hieronymi, quòd exercitus Regis Caroli in hoc Regnum non veniret.
* In istorum Baronum videlicet Principis Saler- 5
ni & Principis Bisiniani. Et quidem si Rex Ferdi. à ciuibus suis more Regum Lacedæmoniorum causam dicere coactus esset, cur ista fecisset contra iura, videlicet auferre res illis quibus concessæ erant, & restituere nonis dominis? respondisset prout fecit C. Marius qui dum mille homines Camertes, qui egregiè in bello pugnauerant, libertate donasset, ob idque accusaretur, quòd præter legem egisset: respondit se propter strepitum armorum leges non audiuisse, vt in vita Marij refert Plutarchus. Præsupposita igitur capitulorum validitate videndū est, an in causa hac locum sibi vendicent: & quòd non, adduci potest. Primò: nam in casu nostro Ioan. Hieronymus agit mero possessorio re-
cuperandæ: & constat * quòd ante omnia spoliatus 6
est restituendus: vnde capitula ista non videntur extendi ad casum in quo ageretur possessorio per id quod dictum est, quòd ante omnia &c. cap. primo. de restitut. spol. capi. cum dilectus. de ordi. col. & cap. reintegranda. iij. q. j. Ad hæc faciunt ea quæ dicunt domini de Rota decisio. cccc j. incipien. item si agenti, in nouis. quos refert & sequitur A-
lexand. consil. xciij. v. volum. videlicet, quòd * si 7
spoliatus promisit cum iuramento spoliatorem suum non molestare in iudicio, vel extra, non poterit postea agere possessorio recuperandæ, etiam pro beneficio ecclesiastico, quo fuerat spoliatus:
quia * licet renuntiatio, etiam cum iuramento fa 8
cta post spoliationem non impediat restitut. po. c. solicite, de restitut. spol. tamen pactum, siue iuramentum de non agendo, siue restitutionem non petendo, bene obstat interdicto possessorio. Responderi posset primò, quòd capitula comprehendunt etiā possessorium: dicitur enim in illis quòd isti Barones non possint super bonis ipsis mole-
stari, & clarum est, * quòd vbi fit alicui quæstio, 9
dicitur molestari: vt probatur in l. Lucius. §. tres

hæredes:& ibi Bartol.& Imol.iuncta glos.in versi.
de omni.ff.ad Treb.cùm ista parificentur,vt ibi:&
is etiam dicitur cõtrouersiam mouere, & sic etiam
10 molestare, * qui quomodocunq; facit controuer-
siam,siue agendo,siue excipiendo,siue de iure, siue
de facto, siue in iudicio, siue extra, etiam ante lit.
contest.vt in dicto §.tres hæredes.per glo. & doct.
in versicul.moueret.& in l.diuus.& in l.sed si lege.
§.ante litem.ff.de petit.hæredi.in l. non solum.§.si
status.ff.de procurat.cum aliis quæ affert Alexand.
consil.lij.ij.volumin.& consil.clxxvij.v.volumin.
Item & in capitulis dicitur, etiam si vigore dicta-
rum alienationum,quæ reuocantur, fuisset deuen-
tum ad traditionem, & possesio esset penes alios.
11 Responderi potest & secundò: quòd * absurdum
videtur,dubitare de hoc,videlicet,quòd Princeps
voluerit imponere silentium ratione dominij, &
non ratione possessionis.Constat enim quòd cau-
sa possessionis est debilior, & vbi aliàs causa de se
12 *esset ardua,quádo ageretur de ipsa re:tamen quá-
do agitur de possessione rei, non est ardua, prout
not.Bartol.in l.admonendi.xv. colum. de iureiur.
& est deci. Rotæ in antiquioribus.in tit. de offic.
archidia.deci.j.Cardi.Alexand. refert, & sequitur
Felin.in c.edoceri.iij.colum.versicul. restringe ta-
13 men.de rescript.Ideo videmus, quòd * licet Prin-
ceps de potestate ordinaria non potest tollere ius
dominij sine causa: vt in l.fin. si contra ius vel vti.
pu.per Innocent.in capi.quia plerique.de immun.
eccles. Archidia. & Dominicum in cap. ius ciuile.
j.distinctio. tamen potest tollere ius possessionis:
& facere quòd videatur de causa petitorij omisso
possessorio:vt per Abba.in cap. in literis.x.colum.
de restit.spol.Alexand.consil.liiij.j.colum.v.volu.
& Bartol. vero. consil.lx. penulti. colum.versicul.
& maximè.Responderi potest & tertiò:nam in ca-
pitulatione dicitur quòd Rex Ferdi. promittebat
imponere silentium molestantibus.& gl.in capi.in
nomine domini.in verbo audientia.xxiij. distinct.
dicit,quòd quando denegatur spoliato audientia,
non potest petere restitutionem. Secundò quòd
capitula non opitulentur,facit: nam prætendit a-
14 ctor, quòd * Comes,qui impetrauit dicta capitu-
la,spoliauerat d. Camillum, ex cuius persona ipse
actor venit, & de spolio in capitulis mentio non
est facta,vnde succedit text.in l.authoritate.C.vn-
de vi. per quem dicit ibi Bartol. quòd concessio
superioris facta spoliatori, qui tacuit se spoliasse,
nihil nocet spoliato. & pro hoc facit quod not.
Felin.in capi.in nostra. vj. colum. versicul.spolia-
tus.& colum.sequen.de rescri. Responderi potest
primò,quòd d.l. authoritatem,ac doctrinæ per il-
lam legem firmatæ non procedunt, quando Prin-
ceps sciret de inuasione & occupatione,quia tunc
videtur illam remittere.ita Salic. in d.l. authorita-
tem. argumen.l.j.C.de reuo.donat.quam refert &
sequitur Felin.in capit.postulasti.xx. colum. de re-
scrip.& non curo an fuerit spoliatus Rex,an alius,
& in casu quo alij Rex potuisset præiudicare: vt
pro causa pacis. Quòd autem Rex Ferdin.habue-
rit notitiam de ista re,adducitur primò Salic. vbi
§.qui dicit in fin.quòd quando factum esset arduũ
& antiquum,Princeps præsumitur scire,cum con-
tra se gestum sit:prout prætenditur in casu nostro:
quòd Comes cum vassallis Franciæ contra vexilla
Regis Ferdinandi cœperit.& vide addi. Anton.de
Alexand.& Bartol.in l.si res oblig.de lega.j.Et non
nocet taciturnitas rerum, quæ præsumuntur no-
torie sciri per Principem. Felin. in capi.in nostra.
xij. colum. de rescript. versicul. quintum correla-
rium.& colum.xxj.ibi * non præsumitur ignoran- 15
tia facti notabilis & notorij, etiam in facto alie-
no. Car.Alexand.in capi.in nomine domini.xxiij.
distinct.Et de testamento facto per Card.in Curia.
vide Felin.cap.sicut.xxj.colum.de re iudic.& vide
omnino in addi. do.Anton.de Alexand.in l. si res
obligata.ff.de legat.j. Adducitur secundò Bald. in
consil.cxc.j.volumin. in princip. qui voluit quòd
* quando est aliquod magnum factum, illud non 16
potest esse nisi notorium: & dat exemplum in ma-
gno Domino qui spoliat personam notabilem Ca-
stro notabili: quod est in casu nostro,cum Comes
vt prætenditur qui est persona notabilis, occupa-
uit totum Comitatum Capudarij spoliando om-
nes possessores. Succedit ergo trita regula, quam
dat Felin.in cap.super literis.colum.j.in iij.regula.
de rescript.qui dicit,quòd non est necessarium ex-
primere ea quæ sunt notoria in Curia Papæ. alleg.
Fede.in tract.de rerum permut.iij. colum.q.iiij.&
Pet.de peru.in eod.tract.eiusdem materiæ.xvij.co-
lum.ibi,quęro tertiò:& nemo vera coniectans po-
test dicere, quòd d. Camillus met,ac alij qui erant
apud Regem non ei dixissent de dicto negocio, &
quòd Comes exiens recuperauit omnem suum sta-
tum.Sed esto quòd Rex Ferdin. habuerit notitiam
de recuperatione totius status, an appareat quòd
habuerat notitiam quòd spoliauerat d.Camillum.
Et facit etiam:nam licet generalia negocia imperij
non sint Imperatori nota,tamen* Reges & Domi- 17
ni particulares præsumuntur habere scientiam de
consuetudinibus vniuersalibus Regni, & de par-
ticularibus statutis,& consuetudinibus:vt per Bar.
in extrauag.ad repri.in vers.non obstantibus.in fi.
& per Cur.consil.lxviij. x. colum. Adducitur ter-
tiò: * nam quilibet præsumitur scire id de quo est 18
publica vox & fama. vt dicit not.Bartol.in l.is po-
test.ix.colum.ff.de acqui.hære.alleg.not. in l. si tu-
tor petitus.de pericu.tut.in l.regula. §.j.§. supina.
ff.de iur.& fact.igno.not.Alexan.consi.xxxvj.ij.co
lum.j.volu.Adducit etiam consi.100.Abb.j. volu.
vbi vult quòd tertius, qui habet causam super re,
de qua erat notoriũ, quòd authoritate eius alium
spoliauerat,præsumitur sciens spolij.ideo * spolia- 19
tus potest ab eo licet tertius sit,propria authorita-
te etiam post sex menses recuperare.Sed vt ex arti-
culis met actoris colligitur, erat publicum, noto-
rium,& manifestum de dicto asserto spolio per il-
la verba xxv. articuli. sicque fuit, &c. & de fama
omnium in articulis.lxxix.fol.cxxix.ergo Rex qui
maximè erat directus dominus præsumebatur sci-
re, dummodo appareat, quòd erat fama tempore
dictorum capitulorum. Responderi potest se-
cundò: * nam Rex Ferdin. si sciuisset istud, adhuc 20
idem concessisset:quod quidem colligitur,ex quo
tollit dominium quod est maius,tollit etiam iura-
mẽtum quod est maximum:tollit contractũ:remit-
tit crimen rebellionis, &c. vnde succedit id quod
dicere solemus,videlicet: quòd dispositio collata
in

in vnum casum, vendicat sibi locum etiam in casu omisso, quando disponens, si sciuisset, vel fuisset interrogatus, idem disposuisset, vt in l. tale pactú. §. fin. ff. de pact. in l. Lucius. §. Titius. ff. de liberis & posthumis. & in l. fina. C. de posthum. hæredib. instit. & istud secundum Baldum in dicto §. fina. habet locum, nedum in ll. statutis, sed etiam in con-
21 uentionibus, & rescriptis. Et * quando id tacetur, quod si expressum fuisset, adhuc Princeps con cessisset, non nocet: vt in c. super literis. de rescri. not. in l. præscriptione. si contra ius vel vtilit. pub. Responderi potest tertiò: nam non per omnia videtur simile, quòd quis occupet rem alienã, & deinde impetret: vel quòd quis capiat rem, quam ex rebellione amiserat, & deinde facit pacem, & in capitulis pacis ei confirmantur: nam in derogando iuri alieno aliter quàm per capitula pacis, re-
22 quiritur causæ cognitio &c. At * per capitula pacis non est sic: nam si aliquis restituitur per Principem, licet non recuperet bona alienata, tamen si restitutio fit propter pacem, trahitur ad bona alienata: quod intelligo etiam si non exprimatur. not. Bald. in titulo de pa. Const. xij. colum. versic. priuilegia omnia. per illum textum sequitur Areti. in l. Gallus. §. & quid si tantum. de liber. & posthu. not. Abb. in cap. j. de parochi. Ias. in dicto §. & quid si tantum. xvij. colum. Et facit Bald. Ang. & Alexand. in l. conuentionum. ff. de pactis. dum dicunt
23 * quòd Princeps pro facienda pace potest remittere iniurias, & damna illata subditis: ita quòd in perpetuũ conqueri non possunt, nec ciuiliter, nec criminaliter. Item licet aliàs in qualibet dispositione feuda non veniant nisi exprimantur, tamen in restitutione quæ fit ex causa pacis, veniũt etiam feudalia, licet non dicatur. Flor. in l. loci. §. fi. ff. si serui. vendi. Bellame. decis. dcxliij. & seq. Resp. potest quartò: nam satis videtur esse dubiũ in iure, an Comes spoliauerit, an id recuperauerit & cõstat q
24 * ignorantia iuris intricati æquiparatur ignorantiæ facti. text. singu. secundum But. ibi in c. cum dilectus. de consuetu. Responderi potest etiam quintò: nam illa lex authoritatem. videtur habere locum solum in spolio violento. ita Bart. in illa l. in solutione cõtrarij. ibi, illud est in odium violenti. Rursus ad secundam difficultatem ex l. anthoritatem. secunda difficultas videtur insurgere ex l. authoritatem. C. vnde vi. ex l. fin. C. ne rei domin. vel templorum. ex gl. in l. ij. in gl. pe. C. de fundis & sal tibus. per quam gl. multas fallentias colligit Felin. in c. postulasti. ij. col. de rescrip. nam si quis quem spoliat, seu occupat rem, & deinde impetrat à Principe, nihil facit. Contra istud motiuum facere vi-
25 dentur aliqua vltra §. adducta. Primũ, quòd * Comes non spoliauerit, sed recuperauerit possessionem, à qua iniustè deiectus fuerat, quod licebit facere quàm primum sibi facultas offerebatur. per l. iij. §. enim igitur. de vi & vi. arm. etiam ex interuallo secundum Hugutio. in c. ius na. j. dist. vt refert & sequitur Bald in l. fin. C. de his qui à non do. ma. Licet Aret. in l. j. §. qui præsens. & in l. continuus. in prin. ff. de verb. obl. teneat, quòd dictum Hugu. non habet locum in eo qui nullam iurisdict. exercuisset in loco: nec esset spes de præsenti, quòd verisimiliter posset facere præparamẽtum sufficiens, nisi status & conditio mutaretur. allegans not. per Innoc. in c. olim. de restit. spolia. & Bal. in l. ij. pen. char. de serui. & aqua. nam in casu nostro iam Rex Gallorum tẽpore capturæ & spolij facti de Comite erat in accinctu veniẽdi ad occupandũ Regnum: vnde non potest spes non considerari in Comite, stantibus præparamentis Regis potentioris, cum quo, seu consanguineis suis cum eo in Gallia existentibus habebat Comes intelligentiam: vt in articulo v. addito. & in articulo vj. addito dicitur, quòd Comes se præparabat contra d. Regem. licet Abb. in d. c. olim. vlt. col. de resti. spolia. & Aret. in l. clam possidere. §. qui ad nundinas. vij. col. ver. ij. limitandum. de acquir. poss. allegans glo. singul. in l. j. §. j. si mulier ventris nomine. & Bald. in l. imperialem. §. calidis. de prohi. alien. per Feder. teneant, quòd talis potestas recuperandi non possit exerceri contra tertium. Nam Bar. in l. creditores. viij. ix. & x. col. tenet, * quòd siue simus in creditore ha- 26
bente ius executiuum in reali contra debitorem, potest istali iure vti contra singularem successorem debitoris, per l. si superatus. §. j. de pignor. l. si mater. §. j. de excep. rei iudi. l. iudicati. §. fin. eod. tit. Siue * simus in creditore habente ciuilem & natu- 27
ralem vigore constituti, vel ciuilem tantum vigore precarij, potest per vim ingredi possessionẽ rei existentis penes tertium, etiam si inueniret resistentem. Et licet Bart. contrarium dicat. in l. Celsus. iiij. col. versi. sed pone creditor. & teneat, quòd debitor per secundum cõstitutum tollat primum precarium, non autem primum constitutum: & sic debitore alienante ciuilis possessio tantum non producit effectum ingrediendi propria authoritate rem alienatam, quem sequuntur ibi communiter doctores. Tamen Bart. In illa l. Celsus. loquitur quando possessio ciuilis sola creditoris quiescebat super naturali debitoris, nos autem quando ciuilis possessio spoliati non requiescebat super naturali debitoris: sed de per se & armata contra eam. Quo casu succedit quod notanter tradit dominus Abb. in cons. 100. j. volumine, volens quòd spoliatus à Titio de quo erat notorium, quòd Titius spoliauerat, potest propria authoritate etiam post sex menses recuperare possessionem cõtra tertium habentem causam à spoliante: cum præsumatur ille tertius sciens spolij. Hinc vltra quòd de spolio Regis Alf. erat publica vox: & fama publica, notoria, & manifesta: vt ponit actor in suis articulis: præsumemus etiam dominum Camillum, vt olim vasallum Comitis, vt fratrem do. Iulij, vt regiũ consiliariũ habuisse tẽpore emptionis & ante & post notitiã de dicto spolio. Secundò contra dictum motiuum d. l. authoritatem. facit: nam d. iura loquuntur in eo qui per vim occupauit: vt clarè dicit Bar. in solu. contrarij. in d. l. authoritatem. At in Comite stante maximè iniustitia capturæ suæ & spolij nedum violentia nõ imputabitur, quæ probata non videtur: sed etiam bonam fidem habuit. Animaduertebat, quia fuerat iniustè priuatus pote. & propria libertate. Quia Rex Ferdinand. eum liberauerat: quia Rex ipse Ferd. aufugerat relicto Regno: quid volebat facere, an agere via iuris coram Rege Carolo, qui reputatur inuasor, & acta sub suo regimine sunt reputata nulla, velut gesta à

Tyrannn: an expectare Regem Ferd. quòd reuer-
reretur, & sic coram eo agere via iutis? de cuius
reuersione modica spes erat, & pater eum iam in-
iustè priuauerat, vt dictũ est: fecit illud quod qui-
libet hoc fecisset, scilicet, recuperare statutũ suum
quomodo poterat. Animaduertebat fortè ꝙ dire-
ctus dominus feudi commiserat, vt ita dicam, fel-
loniam priuando & capiendo iniustè, & conce-
dendo aliis bona sua, & reputando eum rebellem,
qui tenebatur sibi eadem fide qua ipse Regi. in c.j.
de for. fide. in fin. registrato in cap. de forma. xxij.
28 q. v. vnde * Dominus debebat proprietate priuari:
& dicit Bald. in dicto c.j. quòd illud cap. continet
sanctum ius, & animaduertit Dominos, quòd no-
tent valde titulum illum, quia terribilis est eis: &
quòd Dominus debeat priuari proprietate, si com-
mittit in vas. est tex. in c. domino cõmittente. si de
feu. fue. contro. & licet quando Dominus commit
tat culpam in alium, proprietas non vadit ad vas-
sallum, tamen hoc non obtinet secundum Andr.
in dicto cap. committente. quando Dominus com
mitteret quid in offensionem vassalli: vt si verbe-
raret familiam vassalli in sugillationem & dede-
cus ipsius vassalli. l. item apud Lab. §. si quis sic. de
iniur. Et quamuis Bald. in cap. j. qualiter do. pro-
29 prie. priue. dicat, * quòd quando Papa committe-
ret felloniam contra vasallum ecclesiæ, ecclesia
non priuabitur iurisdictione sua: quia quicquid
vult Papa, legis haber vigorem. & quòd est omnia
super omnia. Et Luc. de pe. in l. in sacris. circa fin.
de proxi. sacr. scrin. dicat hæc non habere locum
etiam in Rege: hanc limitationem Comes nescie-
bat, & si sciuisset, esto quòd Dominus non priue-
rur proprietate: tamen præstat hoc excusationem
vasallo. Animaduertebat etiam, & fortè credebat
ob præfata licitum sibi fore committere rebellio-
nem etiam contra Regem Ferd. id est, eum non ad-
mittere ad Regni recuperationẽ, & adhærere Re-
gi Carolo, qui fuerat causa salutis suæ. Et facit ad
hoc quod not. Andr. in c. j. §. sed non est alia. x. col.
30 quæ sit prima causa bene. ami. qui vult * ꝙ quando
vassalli rebellarẽt iniustè contra Dominum, non po-
terat Dominus petere adiutorium ab aliis vasallis
pro illis comprimendis. Et quod not. Andr. in c.
j. §. extraordinaria. ij. colũ. quæ sint rega. qui idem
tenet, & videtur concludere quòd Reges tyran-
nicè viuentes, qui excedunt terminos tyrannizan
do in vno, exceduntur à non suis terminis in alio,
sicut actio depositi. l. Lucius. ff. depo. & dat exem-
plum in l. ij. §. exactis. de origi. iur. Animaduerte-
bat, quòd idem Andr. in dicto §. extraordinaria.
not. videlicet: quòd philosophi gentiles liberè di-
cebant occidendum esse tyrannum, secundum Ci-
ceronem in tertio de officiis. tamen And. videtur
31 residere, quòd * si non potest haberi recursus ad
superiorem, poterit Dominus tyrannicè viuens
expelli, non tamen occidi. Quod fuit approba-
tum in Concilio Constantiensi contra beatũ Tho-
mam, videlicet, vt occidi non posit, vt refert
Felinus in cap. cum nobis. de præscriptionib. Vnde
dicebat Luc. in l. si quis. C. de omni agro deserto.
32 quòd * subditi tenentur rebellare contra princi-
pes nimium emungentes. Et in l. si coloni. de agr.
33 & censi. tenet idẽ Luc. * quòd ob mala tractamen-
ta licebit vassallo resistere Domino, imò ipsum oc-
cidere. Non dico quòd in puncto iuris Comiti li
cuisset committere contra Regem, tamen si com-
misisset, excusaretur per prædicta. Quoniam er-
ror in iure intricato æquiparatur errori facti. cap.
cum dilectus. & ibi Ant. de But. & Imo. de consue.
Ex quo errore causantur multi effectus, qui notan
tur per Felin. in cap. de quarta. ix. & x. col. de præ-
script. & in c. j. ix. & x: col. de re iudi. Tertiò quòd
capitula non auxilientur, facit: nam præsupponi-
tur, quod Rex Alphon. secundus in priuilegio ven
ditionis, quòd factum est d. Camillo, asserit se de-
disse sententiam contra prædictum d. Comitem su
per rebellione, de qua quidem sententia non est
facta mentio in d. capitulis: & * impetratio rescri- 34
pti non facta mentione de sententia, quæ transiuit
in rem iudicatam, non tenet. l. si. C. sententiam res.
non poss. c. exposita. de arb. per glo. & Doct. in c. su
per literis. de rescrip. Responderi potest ad hoc pri
mò, quòd eodem modo Rex Ferd. fecisset si dictum
esset de sententia, vt suprà dictũ est de spolio. Re-
sponderi potest secundò, quòd * d. sententia erat 35
nulla ipso iure, tanquam lata sine causæ cognitio-
ne parte non vocata qui defectus vitiat etiam sen-
tentiam Principis. Cle. pastoralis. ad fin. de re iud.
glo. in l. fin. in gl. ij. ff. de legi. Bal. in prælud. feu. xij.
col. Are. latè consil. clxv. etiam si feratur cõtra sub-
ditum, etiã de plenitudine po. Abb. in c. cum olim.
de re iudi. in c. j. de causa po. & proprie. Bal. in l. j.
ij. col. quomodo & quando iud. Etiam si esset clau-
sula, supplentes. Card. in consi. lxxxv. incip. venera-
bilis vir. dicens quòd sententia inferioris lata sine
citatione partis non validatur confirmatione apo
stolica: etiam si esset clausula, supplentes. Et licet
Feli. in c. quæ in ecclesiarum. xxiiij. colum. dixerit,
quòd præsumitur causa in Principe procedente
sine citatione, tamen corrigit se expressè in d. ca.
cum olim. xj. col. vbi etiam dicit communem esse
opin. quòd Princeps non posit hoc facere. Anch.
consil. cclxij. incip. ex prædicta facti narratione,
tenet, quòd * propter periculum in mora, vel pro- 36
pter potentiam vassalli potest procedi eo non ci-
tato, & feudum occupari. & idem dicit in consil.
ccccij. refert Felin. in c. quoniam fre. in princi. ix.
col. vt lit. non contesta. at talis destitutio debebat
saltem ex post iustificari. Et * si qua præsumptio 37
esset pro sententia quando non appareret proces-
sus, illa tollitur quando ex inspectione actorum
colligitur. Bald. & Angel. in l. sciendum. de verbo.
oblig. constat autem ex depositione Angeli Aret.
quòd processus est ille de quo fortè in sententia
erat informatus, & nullum alium processum pars
allegat. Et * ꝙ vbi quis feudo priuatur, debet inter- 38
uenire sententia saltem declaratoria. est text. in l.
fin. quo tempore mil. in c. j. de feudo. sine cul. non
amitt. in l. fina. de benefic. & terr. trib. in longob.
Andr. in l. j. §. sed non est alia. quæ sit prima causa-
sa bene. amitt. in l. fi. j. col. de prohi. alien. per Loth.
in l. j. §. callidis. ij. col. de prohib. alien. per Federic.
in cap. j. ij. col. de cap. Cor. in c. j. col. j. de na. succes.
feu. Stante ergo nullitate dictæ sententiæ, non erat
necesse de ea facere mentionem in capitulis, prout
not. Abb. in ca. per vestras. iij. col. post Hostien. de
donat. inter virum & vxorem. & latè comprobat
Felin.

M 2

Felin. in c. ex tenore. iij. col. de rescrip. His præmissis quo ad capitulorum validitatem, ac difficultatem ipsorum videtur, quòd verè sint infrascriptæ
19 conclusiones. Conclusio prima est, quòd *licet regulariter quando agitur remedio recuperandę pos. non admittatur exceptio dominij: tamen quando exceptio cõcludit ad petitoriũ & possessoriũ, simul illa admitti debet: vt no. in c. accepta. de resti. spol. Butr. in cap. in literis. xj. colum. & in cap. ex conquestione. vj. colum. in fin. eod. titu. & in casu nostro hæc capitula inferunt tam ad dominium, ex quo confirmant & reuocant omnes alienationes &c. quàm etiam ad possessionẽ, dum dicunt, quòd non posit Comes molestari: quod intelligitur etiam quo ad posses. Conclusio secunda sit: quòd exceptio dominij, licet aliàs opponi prohibita: tamen quando facit duo, scilicet, quòd non solum elidit ius actoris, sed fundat ius reo, potest tunc opponi. Butri. xj. colum. Imo. & Abb. in dicto c. in literis. Lanfr. in rubri. de cau. poss. & pro. v. colum. Bald. not. in §. nemo. x. limitatione: sed in casu nostro capitula nedum reuocant, & tollunt dominium. do. Camilli, sed concedunt & confirmant terras & cætera ipsi Comiti. ergo &c. Hæc causa in die Iouis quartadecima Septẽbris 1525. in Monasterio montis Oliueti fuit votata per domi. Ludouic. de Monte alto. do. Hieronymum de colle. do. Marcellum gazella. d. Cicum de loffredo. d. Io. Martialem. d. Bernardinum galeota. d. Iacobum de la quadra. d. Doctorem Baronum, & me: & omnes fuimus in voto nullo discrepante, quòd reus esset absoluendus: ego in voto meo reseruaui, quòd si aliis Dominis videretur, quòd conuentus daret actori aliquam pecuniæ summam propter dubietatem causæ, concurrentem. cum ista pecuniæ reseruatione concurrit etiam Dominus de quadra, & d. Marcellus. Et dicebatur: quòd ex quo in capitulis pro bono publico Regni erat. d. Camillus priuatus Castro, cuius saltem ex subsecuta rebellione Comitis contra Regem Ferd. reuertẽtem ad regni recuperationem erat factus Dominus: quia ius superueniens authori prodest successori, & debet dari pretium d. Camillo per Regem, qui non dedit quod poterat in subsidium agi contra possessorem rei, qua fuerat ob bonum pup. priuatus.

SVMMARIVM.

1 *Creditor agens contra filium alicuius ex debito paterno debet facere mentionẽ quòd sit hæres: aliàs libellus est ineptus: nec sufficit allegari, & probari quòd sit assertus hæres.*

2 *Actor declarando filium esse hæredẽ, & eius aditionem, & administrationem, releuatur ab ineptitudine libelli.*

3 *Protestatio actoris petentis debitum in hæreditate, quòd si in futurum appareret de aliquo iure sibi competẽte in dicta hæreditate, quòd sibi esset saluum, non implicat contrarietatem.*

DECISIO LXX.

IN causa magnifici Bartholomæi Carracioli cum magnifica Elionora Caraciola eius nepte, dubitatum est, an idem Bartholomæus agens contra dictam Elionoram vt hæredem assertam quondam magnifici Ioan. ba. Carracioli sui patris, debeat instante conuenta in libello suo exprimere: quòd ipsa est hæres absque aliqua adiunctione: videlicet quòd est asserta hæres. Quòd non teneatur, facit: nam apparet ex beneficio inuentarij ad quod ipsa se admitti petiit, quòd ipsa hæres: imò ipsa se hæredem semel asseruit, licet hanc assertionem reuocauerit. Bal. in l. ij. C. ne filius pro patre. dicit hæc verba no. Et * ideo agens contra filium ex persona pa- 1
tris debet facere mentionem, quòd sit hæres, aliàs libellus est ineptus, vt no. in l. si eum dotem. §. trãsgrediamur. soluto matrim. Imol. in dicto §. transgrediamur. versic. in fin. gloss. &c. dicit no. bene ex hac gloss. quòd agenti contra filium ex debito paterno, necesse est allegare filium esse hæredem, & probare: aliàs autem videtur quòd agens succumbere debet, tanquam non probans id quod est causa suæ intentionis, & dicit quòd hæc est communis opin. verba Imol. possunt se referri ad processum causæ, quasi quòd in prosecutione sit necesse probare & allegare hæc. At Baldus loquitur in libellante, vnde magis stringunt pro muliere.
Fuit conclusum, * quòd dictus libellus non proce- 2
deret. cum autẽ ex parte d. Bartho. fuisset additum, quòd dicta Elionora adiuit hęreditatem quondam Ioan. Ba. & quòd eam tanquam hæredem conuenit, & quòd ipsa tanquam hæres administrauit, fuit decretum quòd ista declaratio sufficeret, & quòd in causa procedatur, non obstante quòd in eadem aditione esset quædam protestatio: videli-
cet, quòd dictus Bartol. protestabatur, quòd * si 3
in futurum appareret, seu ad sui notitiam deueniret de aliquo iure sibi competente in eadem hæreditate, quòd sibi esset saluum. dicebatur enim pro parte Elionoræ quòd ista protestatio implicabat contrarietatem & præposterationem. Si enim prętendebat se hæredem Barthol. ergo actiones fuissent confusæ: vnde debebat ante agi super hæreditate: deinde super debito. per l. vt debitum. C. de hæred. action. tamen, vt dictum est, fuit votatum contra Elionaram: ex quo l. debitum. loquitur in eo qui de præsenti prætendebat se hæredem, & ius in hæreditate habere: at protestatio est facta per verba, si in futurum apparet &c.

SVMMARIVM.

1 *Confessio facta in rescripto narratiuè quando præiudicet etiam in alio iudicio, etiam inter alias personas.*

2 *Enunciatiua verba non probant, quando contingit principaliter dubitari super enunciatione.*

3 *Libellus conuentionalis, & supplicatorius datus Principi super quo fundatur libellantis intentio, æquiparantur in multis.*

4 *Libellus, super quo non est lis contestata non probat: sed supplicatorius etiam reprobatus & pronunciatus surreptitius, & sic super quo non est lis contesta. probat contra supplicantem.*

5 *Confessio facta in vna causa, licet probet in alia, etiã inter alias personas, tamen non procedit in confessione tacita vel implicita.*

DECISIO LXXI.


IN causa illustriss. don Ferdinandi de Aragonia cum illustriss. Ferdinando de S. Seue. Principe Salerni super petitione ducatorum sex millium eidem debitorum vigore instrumenti mutui facti sibi olim per illustriss. Antonellum Principē Salerni auum dicti Ferdinādi depēdentis ex dotibus vxoris suæ. Pro parte conuenti adducebatur satisfactio, & ad eam probādam potissime afferebatur quoddam rescriptum catholici Regis, in quo Rex permittebat causam spolij Comitatus Arenarum olim facti dicto don Ferdinando, & in eo dicebatur: qualiter ipse don Ferdinandus asserebat, quòd idem Comitatus erat obligatus pro dotibus quondā suæ vxoris in ducatis xij. m. quos idem don Ferdinandus pro cōseruatione dicti Comitatus de dotibus præfatis exoluit: fuerāt enim dotes ducati xij. m. qoos idem don Ferdinandus recepisse per instrumentum dotale cōfessus fuerat: & eo. die Princeps Antonellus suus cognatus fecerat sibi instrumentum mutui de ducatis vj. m. Magna igitur fuit facta hæsitatio super dictis verbis rescripti, si probarent solutionem veram dictorum ducatorum xij. m. cum illustr. don Ferdinandus dicat se illos exoluisse, & non potuissent exolui nisi per eos habiti essent. Pro conuento allegabatur Io. and. in c. cum impositionibus. de confessis. quem refert & sequitur ibi Phi.
1 decra. v. col. qui dicebat, quòd * confessio eorum quæ in rescripto continentur, præiudicat etiam in alio iudicio, etiam si reus reprobauerit illud rescriptum tanquam surrepititium, etiā si fuerit lata sententia contra tale rescriptum, licet contra hoc de rescript. surreptitio arguat ibi Philip. & idē de rescripto reprobato no. Abb. quem refert ibi Fel. ij. col. in c. examinata. de iudi. & idem Abb. in c. cum venerabilis. de except. ix. col. quem refert Feli. vbi s. de instrumento reprobato, quia nō solenne: quia nihilominus stat adhùc confessio ostensa ex productione. Pro actore dicebatur, ꝙ illa verba rescripti de quo in casu nostro, habēt duos defectus: primus est, quia illa verba sunt enūciatiua: & verba libelli enunciatiua non probant: adducebatur quod dicit Riminaldus in l. ij. vlt. col. de eden. qui dicit: quòd licet confessio facta in vno iudicio probet in alio. etiā inter alias personas: tamen hoc procedit in confessione facta principaliter pro se, secus si per verba enunciatiua propter aliud: allegat Bal. in l. ad probationem. locati. & Anto. in c. illud. de præsump. & in c. fin. de succes. ab intest. & istud de
2 verbis enunciatiuis, * ꝙ non probent quando con tingeret principaliter dubitari super enūciato. tenet Alex. in cons. xxj. ij. col. & cons. cxxxvj. vij. col. j. vol. & cons. cxxxij. ix. col. v. vol. & Arc. cons. xiij. xij. col. Ad hoc obstabat, quòd dictæ doctrinæ non loquuntur, quando verba enuntiatiua posita sunt in rescripto, seu libello oblato Principi, vt est in l. cum precum. Sed respondebatur per id quod dicit Saly. in d. l. cum precum. versic. quærit gloss. j. vbi
3 * æquiparat libellum datum Principi supplicatorium, & libellū conuentionalē. Item per id quod dicit Bal. in l. prædia. C. de præd. mi. vbi ad limitationem l. cum precum: quæ loquitur in verbis narratis in libello supplicatorio, dicit ꝙ nō habet locum in verbis narratoris, super quibus non fundatur intentio narrātis, quem ad hoc allegat & sequitur Felin. in c. cum venerabilis. vij. col. de exceptione. ver. limita dupliciter. Et ad limitationē d. l. cum precum. quæ vt dictum est loquitur in Principe, dicit Flo. in l. qui familiæ. ff. fam. herci. quòd procedit quādo verba sunt talia, super quibus fundatur intentio libellantis. Prædictis tamen obstare videtur: nam * vt dictum est verba posita in re- 4
scripto etiā reprobato & surreptitio pronunciato, & sic super quo lis contest. non est, probāt: at in libello cōuentionali nō probant, nisi super eo sit lis contestata, vt latè cōprobat Soz. cons. xlj. pe. col. j. vol. & sic in hoc est differentia inter libellum supplicatoriū & conuentionalē: sed non infert. ergo in aliis ita est per supradicta. Secundus defectus contra dicta verba est, ꝙ non dicūt explicite quòd don Ferdinandus habuit pecuniā, sed implicite ex illatione resultāte ex eo quia exoluit: vnde succedit quod dicit Do. in c. j. j. col. de cōfes. in vj. vide-
licet: ꝙ * licet cōfessio facta in vna causa probet in 5
alia, etiam inter aliàs personas: tamē illud non habet locum in cōfessione implicita, nec etiā in cōfessione tacita, secundum Imo. in Clem. constitutionem. de electione. quem allegat & sequitur Feli. in c. causam quæ. iij. col. de testi. & Riminaldus in d. l. ij. Fuit votatum pro actore per prædicta.

SVMMARIVM.

1 *Interdictum retinendæ possess. est talis naturæ, vt is possideat & vincat qui tempore lit. contesta. possidebat.*
2 *Attentatorum iudicium consideratur an aliquid innouatum sit post litem motam, imò contestatam.*
3 *Possessio continuari potest lite pendente, non propterea dicitur innouari.*
4 *Attentatorū iudiciū non impedit causam principalem super remedio retinendæ possess. intentatā.*

DECISIO LXXII.


IN causa notarij Bernardini castaldi cū nobili Carolo copula, & Alphōso eius filio: egerat dictus Notarius Bernardinus remedio retinēdæ possessionis cōtra prætatos patrem & filium ratione cuiusdam territorij dicti de Penete, quo iudicio moto & pēdenti præfati d. Carolus, & Alphōsus, seu alter eorum obtulerunt petitionem asserēdo qualiter lite pendente d. Notarius Bernardinus attētabat in d. territorio illud locando ac immittendo in eo animalia &c. petebāntq; propterea procedi super attentatis. Pro notario Bernardino facit: nam * iu- 1
diciū principale est super remedio retinendæ possessionis, de cuius natura est, vt is vincat qui tempore litis contestatæ possidebat, vt in §. hodie. in-
stit. de interdic. Sic * etiam in remedio attentato- 2
rum attenditur, an quid post litē motā innouatum sit, imò contestatā, vt Rot. in nouis Decis. xiiij vnde si Bernardinus perderet in iudicio attentatorū, illud esset, quia lit. contest. tēpore non possidebat: & sic

& sic econtra, si vinceret, ista omnia spectant ad
causam principalem. Posset enim Notarius Ber-
nardinus dicere, ego non attentaui, sed cōtinua-
ui possessionem, cum lite pendēte liceat possessio-
nem continuare, & non propterea dicitur inno-
uari: vt per Car. in Clem. fin. vt lit. penden. secun-
3 da oppo. in * hoc ergo iudicio an attentatum sit
ita an non, omnino discutiendum esse id quod in
causa principali discutiendum foret. Ideo fuit
4 votatum & decretum. iiij. Iunij 1512. quòd * non
habet locum remedium attentatorū in dicta cau-
sa, & Magister actorum fuit Damianus Carola.

SVMMARIVM.

1 *Notarius, qui non est pro absente stipulatus, sed tamen vsus est clausula in fi. instrumēti: quæ omnia per me notarium vulgariter stipulata fuerunt: an acquirat absenti. & nu. 10.*

2 *Notarius stipulando alterius absentis nomine quibus verbis vti debet.*

3 *Persona non intelligitur extrinsecus, nisi de ipsa fiat mentio.*

4 *Notarius, qui stipulatur tanquam notarius, an semper præsumatur tanquam persona publica stipulari, & nomine omnium, quorum interest.*

5 *Iudex interrogando partem in prorogatione compromissi altera parte absente, dicta prorogatio facta valet: quia videtur fecisse stipulationem tanquam publicus officialis, ad quem spectat lites dirimere.*

6 *Praeceptum guarentigiæ operatur ac si factum fuisset in iudicio: & idem in omnibus instrumentis, quæ fiunt Neapoli, in quibus semper iudices intersunt.*

7 *Donatio causa mortis quo ad sui ordinationem an æquiparetur contractui: & sic an requiratur iuramentum.*

8 *Donatio causa mortis facta per adultum sine curatore an valeat: nec heres adulti restitui possit aduersus talem donationem.*

9 *Filiusfamilias, qui donat causa mortis, debet eius ætatis esse, cuius esse oportet si testari velit: dummodo interueniat curatoris authoritas.*

10 *Pater non est filij legitimus administrator, in his in quibus nō habet vsumfructum: nec patris authoritas in his supplet defectum curatoris.*

DECISIO LXXIII.



IN causa domini Petri deciazio de
Cusentia, curatoris & patris eius fi-
liæ cum domino Coletta Malgerio
de Regio eius socero: filia huius Co-
lettæ vxor do. Petri habens ex d. ma-
trimonio infantem natam, fecit quoddam instru-
mentum donationis causa mortis Mario de Mile-
to de omnibus suis dotibus relicta filiæ suæ solum
legitima. In quo quidem instrumento non appa-
ret quòd Marius fuerit præsens, vnde donatio e-
tiam causa mortis inualida redderetur, vt in l. in-
ter mortis. ff. de donat. cau. mor. extat tamen clau-
sula quædam in fine instrumenti, in qua dicitur,
1 * quæ omnia supradicta per me supradictum No-
tarium vulgariter stipulata fuerunt. Ob quam is
qui donationem defendit dicit Notarium stipu-
latum pro absente. Dubium huius causæ consiste-
bat in eo quòd Notarius non dixit, quòd fuerit
stipulatus nomine Marij absentis: sed solum pro-
tulit dicta verba. Contra donationem facit Bart.
in l. nec ei. §. j. cum qua legit l. non aliter. ff. de ado-
ptionib. in illa quæstione, qualiter * Notarius qui 2
stipulatur pro alio concipiat verba, dicit quòd
debet concipere in personam suam nomine eius,
cui vult acquirere. Alb. etiam ibidem dicit, quòd
Notarius concipiat verba hoc modo, videlicet,
promittis mihi stipulāti nomine talis &c. vel pro-
mittis mihi quòd dabis illi. Paul. etiam in l. ij. ff.
rem pup. salu. fore. dicit quòd Notarius debet re-
cipere tanquam persona publica, vel tanquam No
tarius, vt alteri possit actio quæri: & subdit quòd
ita seruat consuetudo: quia stipulatur pro omni-
bus, quorum interest, vel interesse poterit in fu-
turum. Signorolus consil. lxxviij. in quæstione, in
qua quidam confessus erat se debitorem vnius &
filiorum & hæredum eius si illud debitum volue-
rint, concludit quòd mortuis principali credito-
re, ac filiis & hæredibus suis, pro quibus Notarius
fuerat stipulatus, filij filiorum non possunt agere,
quia * persona nunquam intelligitur extrinsecus, 3
nisi de ipsa fiat mentio. Pro donatione facit Bart.
in l. ij. ff. rem pu. sal. fore. vbi dicit, quæro * quando 4
Notarius stipulatur, vtrum est necesse quòd di-
cat, promittis mihi Notario tanquam personæ pu
blicæ recipienti nomine omnium quorum inter-
est &c. Respondeo fateor, quòd si non stipulare-
tur tanquam publica persona, non posset alij quæ-
rere. Sed ego præsumo quòd si stipulatur tanquam
Notarius, quòd præsumatur stipulari tanquam
persona publica, & nomine omnium quorum in-
terest. vt in l. cum post. j. §. primo. de administr. tut.
& l. vlti. de iust. & iur. Facit etiam Fulgo. consilio
clxxxij. in quæstione in qua * duobus litigantibus 5
iudex interrogauerat actorem, si volebat proroga-
re compromissum, & actor recusauerat, deinde
reo absente iterum actorem interrogauit, & actor
respondit, quòd volebat prorogare, concludit
valere prorogationem, non obstante quòd simpli-
citer & nude iudex interrogasset. videtur enim se-
cundum eum tunc iudex stipulatus esse nomine di
cti rei absentis, ex quo antea eiusdem nomine a-
ctorem requisiuerat, & dicit quòd ista secunda in-
terrogatio videtur facta ad vtilitatem dicti rei, ex
quo ad eum spectabat negotium, & quòd iudex vi-
detur fecisse stipulationem tanquam officialis pu-
blicus, cum ad eum spectabat litē dirimere. Facit
quoque Bal. in d. l. non aliter. de adopt. vbi in illo
dubio an in contractibus possit notarius alteri sti-
pulari: post multa dicit, quod ad prædicta facit vnum
dictum Bar. qui dicit, quòd * vbi est appositū præ- 6
ceptum guarentigiæ, quæritur sine cessione; quia
videtur contractum in iudicio de acquir. possess. l.
possessio. §. & si possess. per Bartol. Item dicimus in
instrumentis quæ fiunt Neapoli, secundum eum,
quia semper iudex interest in eis. In hac causa in-
surrexit aliud dubium contra donationem: nam
ista filiafamilias erat minor xviij. annis. Et dicit
Bal. in tit. de pace iu. firm. §. item sacra. in fi. quartæ
colum.

colum. ſub verbo forte. quòd in vltima voluntate
non eſt opus quòd adultus iuret:& hoc eſt quando
eſt mera vltima voluntas. ſecus ſi eſſet promiſsio
cauſa mortis. Et cum Bal. tranſit Alex. in l. ij. in fin.
7 ff. de leg. j. dans rationem: videlicet * quia donatio
cauſa mortis quo ad ſui ordinationem æquipara-
tur contractui. Do. Hercula. etiam in ea l. ij. tranſit
cum Alex. & in hac opi. eſt Areti. in l. ſi curatorem
habens. C. de in integ. reſtit. Fulgo. quoque in conſi.
lxxxviij. j. col. idem videtur ſentire ibi, ſi nō mino-
ris ætatis refragetur ratio, & quòd donatio cauſa
mortis quo ad ſui ordinationem æquiparetur con-
tractui, tenent omnes in d. l. ij. Pro donatione au-
tem contra dubium proximè poſitum facit Bal. in
l. j. in prin. ff. de tut. & ratio. diſtr. qui dicit expreſsè
ſine verſic. fortè, quòd donatio cauſa mortis facta
8 per adultum ſine curatore valet, & * quòd hæres
adulti contra hanc donationē non poteſt reſtitui
in integ. idem tenet Bal. licet per verbum fortè, in
d. l. ſi curatorem habens. C. de in integ. reſtit. quem
ſequitur ibi Alex. & Io. pet. & Iaſ. in d. l. ij. de lega. j.
iij. colum. hoc idem firmat dicens quòd Bald. in d.
§. item ſacra. malè locutus eſt, & quòd Alexand. in
eadem l. ij. fuit locutus inaduertenter. & Barba. in
addit. ad Bald. in d. l. ſi curatorem habens. ſequitur
ſimpliciter Bald. ibi. & pro hoc facit Bart. in l. tam
is. §. filiusfamil. verſic. quæro cuius ætatis. qui dicit
9 * quòd filiusfamiliàs, qui donat cauſa mortis de-
bet eſſe eius ætatis, cuius eſſe oportet ſi velit teſta-
ri, per l. j. §. j. ff. de tute. & ratio. diſtr. ſed poteſt dici
quòd Bart. loquitur dummodo interueniat autho-
ritas curatoris. Illud tamen fuit habitum pro cla-
ro, quòd in caſu iſto authoritas patris non ſupple-
10 uit defectū curatoris. Nam * in his in quibus pater
non habet vſumfructum, prout erat hîc, non eſt le
gitimus adminiſtrator filij, vt per Bart. in l. fi. §. j. ff.
de verb. obli. in aliis ſic:& ſuppleret defectum cu-
ratoris ſecundum Azon. in ſumma. C. de bon. quæ
libe. De quo latè docto. & Iaſ. in d. l. ij. ff. rem pup.
ſal. fore. Ego eram relator, & votaui pro donatio-
ne per illa verba, quæ omnia &c. per verba Bart. in
d. l. ij. ff. rem pupil. ſal. & mecum tenuit dom. Ioan.
Lov. de actis. dominus Martialis & dominus Mar-
cellus fuerunt in voto contra donationem. dom.
Viceprotonot. noluit votare. dominus Palmerius
vt ſuſpectus non dedit votum, ſed poſtea die vj.
Iulij 1512. ego & dom. Ioan. Loy. & do. Viceproto.
concurrimus contra donationem, & ſic commu-
ni voto fuit deciſum contra dom. Colettam.

SVMMARIVM.

1 *Copia repertorum, & ſic. teſtium examinatorum ante lit. conteſta. datur inquiſito lite conteſtata in termino ei dato ad faciendum ſuas defenſiones repetitis teſtibus, vel habitis pro repetitis: & hoc in regno.*

2 *Copia teſtium examinatorū ſuper infamia vtrum detur reo petenti: de iure communi fit diſtinctio, an iudex procedat ex officio, vel ad partis poſtulationem.*

3 *Copia repertorum tam nominum quàm dictorū datur reo in regno, ſiue generalis, ſiue ſpecialis ſit inquiſitio de crimine, non habita perſonarum diſtinctione.*

DECISIO LXXIIII.

IN cauſa Franciſci de Serino carcerati
cum regio Fiſco lite conteſtata, datóq;
termino ad faciendas defenſiones, re-
petitíſque teſtib. Fiſci, aliíſque de no-
uo per Fiſcum examinatis. Fuit * per dictum Fran- 1
ciſcum petita copia repertorum, & ſic teſtium exa
minatorum ante litem conteſtatam. Extitit in ſa-
cro Conſil. dubitatum, an dicta copia dari debeat.
De iure communi habemus in Ang. in tract. maleſi.
in ver. hæc eſt quædam inquiſitio. ix. col. vbi con-
cludit, quòd * quando iudex ex mero officio pro- 2
cedit habitis teſtibus ſuper infamia, & reo petente
copiam, iudex non dare debet copiam: ſecus ſi ad
poſtulationē alterius vel denuntiam iudex inqui-
rit: quia ipſi reo petenti copiam de ipſa infamia,
iudex debet ei dare copiam infamiæ. allegatur ad
hoc dictū Gandini in regno extat. c. quod incipit
generalibus alias ſubiungēdo, vbi ſunt hæc verba.
Et vt omnis in hoc inducta dubietas ſopiatur,
quando * generalis, vel ſpecialis inquiſitio de cri- 3
mine legitimè facta fuerit, diſtinctione non habi-
ta leuium vel non leuium perſonarum, omniū re-
pertorum copiam tam nominū, quàm dictorum,
per quencunque & quoſcunque probatum fuerit
dari notato mandamus. In magna curia vicariæ eſt
obſeruantia, quòd inquiſito non datur copia re-
pertorū, niſi lite conteſtata, repetitis teſtibus exa-
minatis ad informationem, vel habitis pro repe-
titis:& de hac obſeruantia iudices, aduocatúſque,
& procurator Fiſci ſac. Conſil. præſentes fidē fece-
runt. Atque ob id ſac. Conſil. decreuit copiam eſſe
dandam repertorum, aliorum verò poſt litem te-
ſtium conteſtatam examinatorum nouiter, non
eſſe concedendam.

SVMMARIVM.

1 *Hæres creditoris poteſt accuſare de periurio debitorem, ex quo non obſeruat ei tanquam filio & heredi dicti creditoris: non autem accuſare poteſt de eo quòd non obſeruauit defuncto.*

2 *Accuſandi ius de priuato crimine tranſit in heredem vt heredē: quia nō erat in bonis defuncti: ſed tanquam perſonam, cuius intereſt proſequi propriam vindictam proſequēdo iniuriam defuncti.*

3 *Criminalis actio vadit in priuatis delictis: & eſt pœna arbitraria extraordinaria vſque ad mortem excluſiue.*

4 *Hæredes iurantis astringentur iuramento: & quid ſi quis iurauit pro ſe, & heredibus.*

DECISIO LXXV.

IN cauſa Hieronymi & fratrum de
formariis, ac Nicolai Guani pro eis
cum Frāciſco de Lopiano. Fuit dubi-
tatum an dicti fratres * (qui ſunt hæ- 1
redes quondā eorum patris, cui Frā-
ciſcus per contractū iuratum recipienti pro ſe &
hæred. & ſucceſ. certū quid promiſerat) poſsint d.
Franciſcū accuſare de periurio, ex quo periurauit,
dum non obſeruauit eorū patri, & dum non obſer
uauit etiā ipſis pro quibus pater receperat iuramē-
tum. tex. inſt. de perpe. & tēp. act. §. non omnes. ver.
ſed hæredibus: facit pro hæredibus prædictis. &
Bart.

Bart.in l.fi.ff.de priuat.del.loquens in accusatione
dicit, quòd * ius accusandi de priuato crimine
2 transit ad hæredem, non vt hæredem, quia non erat
in bonis defuncti, sed bene secundum eum potest
accusare hæres tanquam persona cuius interest: &
& quòd prosequitur propriam vindictã, cum pro-
sequitur iniuriam defuncti. ad idem facit Bar. in l.
j.§.pe.eod.tit. & Saly. in l.j.ij.col.C. ne ex delictis
defunctorum. At contra dictos hæredes tenet An-
dræ.in constit.eos qui scienter.loquens propriè in
periurio, in verbo accusationẽ ergo: & dicit, quòd
hæres non potest accusare de periurio, nec ex per-
sona defuncti, qui iam decessit, & extincta est ac-
cusatio per mortem: nec ex persona sua, cum sibi iu
ratum non fuit. Clarius idem firmat Andr. in tra-
ctatu, actor & reus.in ver.hæres.& videtur contra-
riari Bar.in d.l.fi.nisi dicas, quòd And.loquitur sic,
ex quo pœna periurij est alterata per consti.regni.
eos qui sciẽter.& est facta corporalis. Sed hæc non
est bona concordatio: nam etiam in priuatis deli-
ctis, de quibus loquitur Bart.in d.l.fin. datur quan-
doque pœna corporalis, vt in §.in summa. institu.
de iniur.cum ibi not.per gl.& docto.constat enim
3 * quòd in priuatis delictis cadit criminalis actio,
& est pœna arbitraria extraordinaria: vt in d.l.fin.
de priua.delict.de iniur.& de furtis. & extraordi-
naria pœna potest extendi vsque ad mortem.d.§.
in summa.per glo.vnde melius videtur quòd And.
loquitur concorditer cum Bart. quòd scilicet ius
accusandi non transit ad hæredẽ vt hæredem, quia
non erat in bonis defuncti, & ita loquitur Andr
& ita dicit etiam Bart. & dum Bart. postea subiur-
git, quòd hæres potest accusare tanquam persona
cuius interest: in hoc non contradicit Andr. Et de
4 * hæredibus iurantis, an ligentur iuramento: &
quid si quis iurauit pro se & hæred. vide Felin.in c.
cum sit generale.vj.col.de foro compe. ver. limita.
vj. Votarunt in causa iudices magnæ curiæ, & sac.
Consil.& omnes fuerunt concordes excepto do.
Ioan. Loysio, quòd ex quo iuramentum hoc fuit
præstitum recipienti pro se & hær. quòd possint di-
cti fratres accusare de periurio commisso eis. &
hoc per clausulam in instrumẽto adiectam, videli-
cet pro se & hæredibus. & And. hoc videtur senti-
re dum in d.constit. eos. dicit nec sibi scilicet hæ-
redi iuratum fuit. In periurio autẽ in quo Franci-
scus incurrit ex quo contrauenit non obseruando
defuncto. Vnus ex iudicibus magnæ curiæ fuit in
voto, quòd non possunt hæredes accusare per di-
ctum And.& in hoc eo. voto fuere do.Martialis, d.
Marcellus, & do. Viceproton. at tres alij iudices,
egóque, ac do.Palmerius fuimus in voto quòd ac-
cusare potuissent, sicq; paria vota fuerunt, ex quo
ad istud caput do.Ioan. Loysius concurrebat cum
voto, quòd non possit hæres modo aliquo accusa-
re. Fuit ergo decretum, quòd magna curia pro-
cedat quo ad periurium commissum post mortem
defuncti: quo verò ad periurium commissum de-
functo, casus remansit indecisus stante paritate vo
torum, videlicet quinque, & quinq; iudicum hinc
inde. Tandem postea die vj. Iulij eiusdẽ anni 1512.
votatum fuit iterum cum interuentu domini Lu-
douici Montalti, qui votauit quòd pro periurio
solum commisso post mortem possit hæres vigore
verborum pro se, & hæredibus accusare. & sic plu-
ra vota fuerunt pro hac parte. & ita fuit decretũ.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio hostica non competit vxori illius qui mi-
litat in castris.*
2 *Vxor, quæ sequitur virum in militiam euntem,
gaudet beneficio viri.*

DECISIO LXXVI.


IN causa do.Comitis Altauillæ cum
filia domini Fabricij de Capua, vxo-
re don Ioannis de Gueuara, quæ agi-
tatur corã domino de colle. Fuit du-
bitatum per viam consultæ in sacr.
Consi.* an dicta vxor, quæ habet virum suum in 1
castris, possit in causa, in qua ipsa conuenitur, &
non vir, opponere exceptionem hosticam. tex.in l.
j.& ij. C.de vxoribus militum. vult, quòd * vxor 2
quæ sequitur virum in militiam euntem, gaudeat
beneficio mariti. Ex quibus ll. infertur, quòd in ca-
su nostro, cum vxor non sequatur virum, non de-
beat gaudere hac exceptione hostica, & beneficio
quod competit marito. Et in hoc voto fuimus o-
mnes, excepto do. Anto.de Palmerio, qui dicebat
contrarium motus ex quo vir vxore litigante ve-
risimiliter discedet à castris, & veniet ad defenden
dam causam vxoris, & sic distraheretur à seruitio
regio. pro vxore allegabantur no.per Ias. in l.ij.iij.
col.ver.v.pondera.ff.de in ius voc.

SVMMARIVM.

1 *Spoliatus ante omnia est restituendus, hac regula
fallit in pluribus, vt infrà patebit.*
2 *Possessorio recuperando ad castrum extra terri-
torium agentis existens opponitur exceptio do-
minij.*
3 *Possessio qua infringit possessionem non inuat posses-
sorem, nisi de tit. doceatur.*
4 *Spoliatus non restituitur quando per facti notorie-
tatem apparet iudici possessionem non debere re-
stitui, maximè si priuilegium spoliantis apparet
in promptu. & nu seq.*
5 *Priuilegium facit probationem euidentissimam.*
6 *Exceptio peremptoria notoria si opponi potest an-
te lit. contestatã & exce. peremptoria proba-
ta per instrumentum.*
7 *Possessio vel quasi possessio sine tit. in quibus casibus
non releuat possidentem.*
8 *Publicanus agens ad pœnam fraudati datij non au-
ditur quod sit in quasi possessione datij exigendo,
nisi de tit. doceat.*
9 *Clerico ad beneficium agenti non creditur, nec ad
euitandum iudicem secularẽ, nisi de tit. clerica-
tus appareat, licet incedat in habitu & tonsura.*
10 *Inhabilis ad rem, vt clericus, & mancus, possidens
fundum poterit à domino possessione spoliari, nisi
doceat in promptu de dispẽsatione seu priuilegio.*
11 *Possessor malæ fidei spoliatus nõ agit contra spolian-
tem malæ fidei possessorem, quia in pari causa po-
tior est conditio possidentis.*

12 *Spoliatus ante omnia &c. procedit etiam in feudalibus, etiam si de tit. non doceat.*
13 *Feuda quæruntur priuilegio, successione, & inuestitura præsumpta, vt quia quis tenuit feudum per xxx. an faciendo seruitium.*
Officia an æquiparētur feudalibus e. nu. & n. præced.
14 *Spoliatus restituitur ante omnia, & maximè si de tit. doceat in promptu, nec datus spolianti terminus ad impugnandum ipsum tit.*

DECISIO LXXVII.

IN casu d. Petri Foces Aragonēsis cum
nobili Angelo reda: super recuperatio-
ne quasi possessionis officij portula-
noti, & quatuor sigillorum ciuitatis
Mamphridoniæ: habetur pro vero in facto, quòd
d. Petrus pluribus annis possederit seu quasi dictū
officium, & quòd spoliatus fuerit per Angelū, seu
eius opera & quòd in præsenti Angelus possideat,
& quòd Angelus in hoc officio habeat titulū à do
mino Rege cathol. cuius vigore possessionem ade-
ptus fuit. Dubitatur autē an debeat actor restitui:
ex quo nullum ostendit titulum, & reus demon-
strauit. Contra actorem faciunt aliquæ limitatio-
1 nes quæ dantur ad regulam se habentem, * quòd
spoliatus ante omnia est restituendus. de quo in c.
j. de restitu. spolia. in c. cum dilectus de ord. cog. in
c. reintegranda. iij. q. j. quarum quo ad propositum
huius causæ, vna est, vt non procedat, quando de
iure cōmuni esset fundata præsumptio iniustæ pos-
sessionis contra agentem ad recuperationem illius
possessionis, vt est in eo qui peteret se restitui in
quasi possessionem decimandi in aliena diœces. c.
ad decimas. de rest spo. lib. vj. & c. j. de præscr. e. lib.
per quæ dicit Alexan. in l. naturaliter. §. nihil com-
2 mune. de acqui. poss. vj. limit. quòd * si ciuitas Bo-
noniæ ageret possessorio recuperandæ ad castrum
existens extra territorium Bononiense, non obti-
neret, si sibi opponeretur exceptio dominij. Vt ita
etiam sit in casu nostro: nam portus, & maritimæ
regni, & aliæ de iure communi sunt liberæ à custo-
dia, ob quam dictum officium agitatur: imò sunt
in dominio regis, à quo reus habet priuilegium. is
ergo qui in ciuitate vel portu regis vult exercere
officium seu custodiam, habet contra se præsum-
ptionem iuris, vt possessio sua, qua cecidit, dicatur
iniusta. Et ideo ad propositum dicebat Bal. in l. via
3 eius. C. de proba. in fin. quòd * possessio quæ infrin
git possessionem, non iuuat possessorem: sed dam-
nat, nisi de titulo vel priuilegio doceatur. Alia &
4 secunda * limitatio ad propositum erit ea, quam
Ponit Alex. in d. §. nihil commune. xiij. col. x. limit.
videlicet, quando per facti notorietatem appare-
ret iudici possessionem non debere restitui. cap. si-
gnificasti. de diuort. cum ibi not. & per gl. in dicto
cap. ad decimas. & per Bald. in l. ordinarij. vlt. col.
de rei vendic. sed Angel. ostendit in promptu pri-
uilegium dicti officij. & hic succedunt verba no-
tanda quæ ponit Felin. in cap. licet causam. vij. col.
5 xj. not. de prob. qui dicit quòd * probatio, quæ fit
per priuilegium, est euidentissima probatio. Anto.
de Butr. & alij ibi. & in cap. inter nos. de re iudica.
& in c. auditis. de in integr. restit. & hoc secundum
eundem Felin. est vtile ad materiam c. ad decimas.
de restit. spolia. in vj. quia diceretur conuitare noto-
rie de dominio spoliantis, si proceduceretur liqui-
dum instrumētum dominij, & facit secundum ip-
sum Ant. de Butr. in c. super literis. xviij. col. de re-
scrip. quòd * si ante lit. contest. potest opponi no- 6
toria exceptio peremptoria, vt Specu. in tit. de ex-
ceptio. verb. Martinus de Fano. & per Ioan. Andr.
& alios in c. j. de lit. contesta. in vj. ita etiā exceptio
peremptoria probando eam per instrumentū. Alia
& tertia limitatio ad rem nostram, vt non proce-
dat d. regula, quando sumus in his quæ nō possunt
possideri sine priuilegio: nam possessio priuilegio-
rum non releuat aliquem contra ius commune, se-
cundum Cyn. post Pet. in l. solennibus. C. de fide
instru. qui dicit, quòd propter hoc est facta decre-
talis extrà de priuile. c. cum personæ. Et ad propo-
situm Florianus, in l. sicuti. §. sed si quæritur. ff. si ser.
vend. dicebat hæc verba. Adde prædictis, quòd * quan- 7.
doque præsens status nō contradicit, nec cōsentit
origini, sed est præter eius naturā, vt quia reperi-
tur quis in quasi possessione vectigalis exigēdi, vel
iurisdictionis in loco exercendæ, vel clericatus &
si. & in istis casib. quasi possessio non prodest, nisi
de titulo doceatur: quia ista sunt accidentia, & nō
sunt iusta, nisi iustificentur. quod not. Pet. & Cyn.
in l. solennibus. C. de fide instrum. & Bart. in l. He-
rennius. infrà de decu. & facit extrà, de priuil. cap.
cum persona. lib. vj. Et ideo secundum eum Datia-
rio * agēti ad pœnam fraudati datij, nisi vere pro- 8
bet, conditionaliter non sufficit probare, quòd sit
in quasi possessione datij exigendi: nec * clerico a- 9
genti ad beneficium vt obtineat: licet sit in habitu
& tonsura nec euitet iudicem secularem, nisi appa
reat de titulo clericatus. quòd intellige secundum
not. de sent. excom. c. si iudex laicus. Dicit insuper
Lucas de penna in l. quicunque. C. de fundis limit.
lib. xj. quòd si aliquis reperiatur possidere regalia
in terris demanij regij, aut demanialia Baronum
in terris eorum, nisi priuilegium ostendatur legi-
timum, cuius vigore valeat possidere, cogendus
erit illa dimittere. & idem in eo * qui tenet feu- 10
dum, cuius esset inhabilis, vt clericus, mancus &c.
nam poterit à domino spoliari possessione ipsius,
nisi in promptu doceat de priuilegio seu dispensa.
per not. per And. in cōstit. de viol. l. j. Et licet Luc.
dicat, quòd non habet locum inter priuatos: quia
etiam possessor suæ possessionis titulum, & ius o-
stendere non cogetur: tamen in causa nostra An-
gelus, licet sit priuatus, habet priuilegium & ius re
gis. Pro Angelo etiam facit Alexand. consi. xciiij.
v. volum. vj. colum. in princip. qui tenet quòd * re- 11
medium c. reintegranda. non competit ei qui erat
malæ fidei possessor, licet agat contra malæ fidei
possessorem: quia in pari causa potior est conditio
possidentis. l. siue autem. §. si duob. ff. de publi. l. si
seruum. §. sequitur. ff. de vsucap. Imol. in ca. sæpe.
de restit. spol. & subdit quòd agens dicitur mala fi-
de adeptus possessionem qua cecidit, si sciebat vel
scire debebat rem ad alium pertinere: ex quo in ea
nullum titulum, vel probabilem causam posses-
sionis habebat, per l. fina. C. vnde vi. quod est con-
tra dominum P. Foces qui nullum titulum osten-
dit: vt ideo præsumatur inuasisse quasi possessio-
nem

nem officij. Et ex prædictis iustificari poterat vo-
tum aliquorum de sac. Consi. tenentium quòd An-
gelus debebat absolui. Aliqui vero erant in vo-
to, quòd Angelus condemnaretur per regulam, &
quòd spoliatus ante omnia &c. Et dubitabant an
reperiretur iure cautum, quòd officia non posśint
12 teneri sine titu. & mouebantur: quia * in feudali-
bus etiam spoliatus ante omnia debet restitui, vt
concludit Andr. in l. imperialem. §. præterea. de
prohib. alien. per Fed. etiam si de titu. non doceat,
vt ibi. sed ista similitudo feudalium ad officia non
placebat mihi: nam non sunt ita prohibita posside-
ri feuda sine tit. sicut officia, patet, quia feuda quæ-
runtur aliter quàm per priuilegium, videlicet suc-
cessione, inuestitura præsumpta, vt quia tenuit
quis per xxx. annos faciendo seruitium &c. si quis
per xxx. si de feu. fue. contro. quæ non cadunt, nec
reperiuntur in officio. Item habere officium in lo-
co Regis, quod spectat ad Regem collatione, vi-
detur, non esse permissum sine eius priuilegio. Et
13 dum res esset, * vt concluderetur, fuerunt per a-
ctoré præsentata duo priuilegia de officio, vnum
illustriss. magni Capitanei Viceregis, in quo offi-
cium cócedebatur. d. Petro foces ad regium bene
placitum. Aliud suæ maiestatis, in quo illud à ma-
gno Capitaneo factum confirmabatur. & licet di-
ctum priuilegium Regis fuisset post priuilegium
14 Angeli, tamen * non fuit factus casus de hac poste-
rioritate, cum hic agatur mero possessorio: & titu-
lus ille licet forte non integer sufficiebat ad colo-
randum. imò fuit Angelo denegatus terminus per
eum petitus ad impugnádum priuilegia do. Foces.
Et sic fuit votatum, & iudicatum pro actore, etiam
quo ad fructus.

SVMMARIVM.

1 *Creditor hypothecarius primus vtrum possit auo-
care à secundo hypothecario pecuniam sibi solu-
tam per debitoré vtriusque creditoris. & nu. 5.*

2 *Sac. Con. pronunciauit aduersus consilium subscri-
ptum per Alex. de Imo. Franciscum de Aretio,
& plurimos famosos doct.*

3 *Creditor an habeat hypothecam contra debitores
sui debitoris, cuius habet obligata bona & nomi-
na debitorum.*

4 *Creditor debitoris cedentis, qui habebat obligata
nomina debitorum, licet habeat actionem vtilem
personalem contra debitores sui debitoris, tamen
non habet illam contra cessionarium.*

6 *Creditor potest in subsidiú agere contra secundum
creditorem qui exegit: quando apud debitorem
soluentem non remansit aliquid de bonis.*

7 *Creditores ex causa onerosa præferuntur credito-
ribus ex causa lucratiua.*

8 *Maritus assecurando vxorem super bonis suis, li-
beratur ab obligatione dotis.*

9 *Vxore vnà cum marito alienáte fundum dotalem,
tota pecunia ad virum peruenisse præsumitur.*

10 *Dotalis fundus fit res illa, super qua fuit dos vxoris
assecurata.*

11 *Vxor si consensit alienationi fundi dotalis in casi-
bus in quibus vendi potest, precium succedit lo-
co dotis & habet mulier in eo hypothecata bona
viri.*

DECISIO LXXVIII.



IN causa Iuliani Ritij vt filij & hæ-
redis quõdam dominæ Matotiæ Ga-
leoctæ cum Paulo Tolosa, fuit dubi-
tatum an dictus Iulianus tanquá fi-
lius & hæres præfatæ dominæ Mato-
tiæ habentis obligata bona & nomina debitorum
quondam Francisci ritij patris eiusdem Iuliani, ip-
siúsque Matotiæ viri, posśit exigere & petere à di-
cto Paulo ducatos mille & ducétos olim per Re-
giam Curiam debitos præfato Francisco, per ip-
sumque Franciscum cessos domino Paulo, ac per
Paulum habitos à Regia Curia tempore Regis Fer
dinandi secundi. Et quidem quando essemus in
duobus * creditoribus etiam hypothecariis vnius 1
eiusdem debitoris, quorum secundo debito etiam
hypothecarius soluisset, licet multæ ll. authorita-
tésque faciant quòd primus, cui sunt obligata o-
mnia bona debitoris, posśit pecuniam secundo
solutam auocare etiam consumpta pecunia per
eum, vt not. cum certis moderationibus Io. Andr.
in Specul. de obligatio. & solutio. in rubr. versi. vi-
deamus qualiter. pro qua parte extat Neap. quod-
dam consilium * cum subscriptione domini Ale- 2
xandri de Imol. Franc. de Aretio, do. Cicci Anto-
nij quindacij. & domini Antonij de Alex. ac alio-
rum doctorum: tamen sacr. Consilium aliàs, vt
retulit mihi d. Viceproto. pronunciauit contra di-
ctas authoritates. & etiam me existente Commis-
sario idem sententiauit in causa Saluatoris billi
cum Francisco viualdo. At in casu proposito Iu-
liani ritij duo aduertantur, primum est, quòd non
sumus in creditoribus hypothecariis. Ex quo con-
tra Regiam Curiam, quæ erat debitrix, non exta-
bat aliqua hypotheca. Secundum est, quòd non
sunt hic duo creditores & vnus debitor. Franci-
scus enim ritius erat creditor Regiæ Curiæ chiro-
grapharius: hic obligauerat vxori suæ omnia sua
bona, & iura, & nomina debitorum: deinde cedit
nomen debitoris Paulo, & Paulus exegit, vnde
extinctum videtur. De eo * qui obligat nomina 3
debitorú, an is, cui hypothecata sunt habeat con-
tra illos hypothecariam: Paul. de Castro in l. si con-
uenerit. la ij. ff. de pigno. acti. dicit quòd si debitor
cuius nomen est obligatum, erat debitor cum hy-
potheca, habebit hypothecariam vtilem, aliàs ha-
bebit solum personalem vtilem: & ante eum te-
nuit hoc Bar. in l. nomen. C. quæ res pig. obli. po. d.
Matotia ergo, & consequenter d. Iul. eius filius &
hæres habet personalem vtilé, & agit cótra cessio-
narium. Alex. consil. xvij j. & ij. colum. j. volum.
loquens de cessionario debitoris eiusdémque cre-
ditoris, qui obtinuerat executionem contra debi-
torem debitoris credentis dicit, quòd * creditor 4
illius cedentis qui habebat obligata nomina debi-
torum, licet habeat actionem vtilem personalem
contra debitorem debitoris sui: tamen non habe-
bit illam contra cessionariú facta executione sen-
tentiæ latæ pro cessionario, quia nullus contra-
ctus vel quasi gestus erat inter creditores ipsos &
cessionarium. vnde licet ad cessionarium perue-
nisset pecunia, vel res debitoris data ei in solutum,
non tamen per hoc posset contra eum dari actio

personalis ratione dicti nominis exacti. Mihi videbatur, quòd Iulianus debebat obtinere contra
5 Paulum.mouebar, * quia creditũ Iuliani hær. dict. do. Matociæ erat priuilegiatum, cum dependeret ex causa dotis.l.j.C.de priuilegio dotis.& iure cautum est, quòd creditor priuilegiatus posſit à secundo creditore, cui per communem debitorem solutum est, pecuniã auocare.l.sed an hic.ff. quod cum eo.l.ex facto.§.fin. ff.de peculio. vbi loquitur de beblto dotis: vel tutel.quæ habent priuilegium tacitæ hypothecæ. l.pecuniam.C. de priuileg. fisci. vbi loquitur in fisco habente tacitam hypothecam secundum gloss.ibi. Et iura dantia primo creditori hypothecario priuilegiato ius auocandi à secundo creditore, habent etiam locem in creditore priuilegiato in actione personali.ita Salycet. in dicta l.pecuniam. & ante eum Ang. idem voluit in l.pupillus.ff. de his quæ in frau. cred.& Cuma. in l.priuilegia.iij.colum.ff. de priuile. credito. ver.in istis priuilegiis est talis, ergo. Nec obstat quòd pecunia sit consumpta, quoniam auocatur per conditionem ex dict. ll. vt subdit Salyc.in dicta l.pecuniam.Fulg.in l.ex facto.ff.de pact.dicebat in fin.legis, quòd si vni creditori non priuilegiato bona fide solutum sit, creditor priuilegiatus cõsumptam pecuniam non potest reuocare, quamuis gl. & doctores dicant oppositum. Nec obstat quod dice-
6 bant aliqui, videlicet, * quòd in subsidium tantum potest agi contra secundum creditorem qui exegit, & dicit Bartol.in dicta l.pupillus.& Ange. ibidem: nam istud in subsidium intelligitur, scilicet, quando apud debitorẽ soluentem non remaneret aliquid de debito, vt quia soluit totũ, prout est in casu nostro. si enim superesset tãtum, vel aliquid vsq; ad concurrentem quantitatẽ eius quod superest, non tenetur creditor secundus, qui recepit, communicare cum cæteris. Nec obstat per prædicta id quod dictum est primo loco: videlicet quòd hic non sumus in creditoribus hypothecariis: nam vt dictum est, idem erit in priuilegiato in personali. Nec obstat quòd hic non sunt duo creditores: nam non sunt duo creditores: quia non est dare meo iudicio rationem diuersitatis in hoc, cum sit eadem ratio priuilegij. Nec obstat consilium Alexã. quoniam loquitur in primo creditore non priuilegiato. Ad dictorum iustificationẽ mouebat, quoniam Cuma.in d.l.priuilegia.iij. col. di-
7 cit * quòd creditores ex causa onerosa præferuntur creditoribus ex causa lucratiua, quod est singu. secundum eum.& hic Paulus videtur habuisse à regia curia debitũ cessum ex causa lucratiua: ex quo non apparet quòd verè numerauerit Francisco Ritio, & confesſio in hoc non proba. vt concludit Bartol.in l.per diuersas.ij.col.C.manda. vbi refert se pluries ita consuluisse. Non obst. vnum quòd dicebatur: videlicet, quòd de dotibus istis fuerat di-
8 ctæ d.Matociæ satisfactum: ex quo * super quadam massaria viuente viro obtinuerat se assecurari, & assecuratione facta euenit liberatio, per ea quæ no, Bar.in l.si constante in prin.pen.col.sol.mat.quem sequuntur ibi Pau.Alexan.Bald.& Decius: nam, vt
9 ex facto colligitur, ipsemet Franciscus * cum Matocia massariam prædictam submiserunt, & sic alienarunt: & tota pecunia ad virum peruenisse præsumitur, vt concludit Imol. in c.cum contingat.xix.colum.de iureiur. licet hic appareat deseruisse vtilitatibus viri: ex quo cum illa pecunia se carceribus liberauit. vnde succedit alia dispositio quæ se habet, * quòd ista massaria, in qua dicta Ma- 10
tocia fuit assecurata, erat facta fundus dotalis secundum Hostien.in c.Ray.de test. quem refert & sequitur Io.Bapt. de S.Blasio, in cccxlvij. speciali dotis in trac. de priuile. dot. & si fundus * dotalis 11
venditur de assensu vxoris in casibus in quibus potest vendi, pretium succedit loco dotis, & habet mulier in eo bona mariti hypothecata, & omnia alia priuilegia dotalia: dato quòd nihil sit dictum non vt ex nunc sed vt ex tunc. ita dictus do. in priuile.cccxlviij.allegat Bart.in consil. cxxiiij.incip. d.Io.in actu votandi partes concordatæ sunt, quia cesſit dictus Iul. liti & causæ, & sic de mense Septembri 1512. fuit latum decretũ, quòd stante cesſione prædicta præfatus Paulus absolueretur.

SVMMARIVM.

1 *Falsum contractum dicens ad finem impedienda reassumptionis, non debet declarare speciem falsitatis: sed capitur informatio super concernentibus reassumptionem. & nu.4.*
2 *Accusator falsitatis an teneatur exprimere falsi qualitatem, locum, & in qua parte.*
3 *Accusare falsum, & velle accusare facta sibi editione scriptura, differunt inter se.*

DECISIO LXXIX.

IN causa magnifici Galeocti carrafæ cum magnifico Ioanne carrafa fuit dubitatũ an dictus dominus Galeo-
ctus qui * obtulit supplicationẽ pe- 1
tendo quòd instrumentum testamenti condici per d.Ioanniam suam vxorem, non reassumeretur: ex quo erat falsum, nullum, & suppositum teneatur instante ipso d.Ioanne declarare in qua specie & parte esset falsum. Quòd teneatur declarare d.Galeoctus faciunt regulæ iuris, de quibus in l.edita.C.de edeo.in l.libellorum.ff.de accu. Secundò facit glo.in l.j.§.editiones.ff. de eden.in gl. magna ibi. vnde de hoc dico eũ diligenter interrogari in quo falsum dicere velit: sed illa potest intelligi in quo, id est an in die, & consulibus, an in aliis vt non dicat qua alia. Tertiò facit Angel. in l.j.ver.idem dico.ff.de liber.& posthum.prout eum refert & sequitur Alexand. cons.lxxj.col.ij.iij.vo-
lum.videlicet: quòd * vbi accuso te quòd commi- 2
sisti falsum in tali instrumento, prout apparet in illo, non dicor specificè & bene libellasse falsum. allegat.l.prætor edixit. de iniur.& l.item exigit.de dolo. sed oportet quòd exprimatur qualitas falsi. Quòd autem declarare non teneatur, facit quoddam dictum Bal.in c.j.in princip.v.colum. quibus mod.feud.ami.vbi vult, quòd in crimine falsi procedatur, licet locus non ponatur: quia clandestine committit.allegat glo.singu. inst.de pub. iud.in prin. Et cum hoc dicto pertransit, & illud sequitur Ang.in tractatu maleficiorum, in ver. hæc est quædam inquisitio.x.col. in prin.licet in eo. tracta.vel falsario.x.col.dicat quòd illa glo.non videtur di-

cere id

cere id ad quod allegatur. Secundò facit Bald.in l.fi.C. de fide instru. dicens, quòd ille qui dicit se velle redarguere de falso,non debet cogi dicere in qua parte velit dicere falsum, & sufficiet quòd simpliciter dicat, quòd vult redarguere: quia potest ignorare in qua parte originale sit suspectum, donec edat ipsum Sed in terminis Baldi excusabatur petens edi ex quo ignorabat, praeterea ibi non ac-
3 cusabat, sed volebat accusare: * vnde facta editione accusatio debet esse clara.fact.Consi.fuit visum,quòd ex quo hic non dicebatur testamentum falsum ad finem accusandi,nec ad finem agendi e-
4 tiam ciuiliter, * sed solum ad finem impediendae reassumptionis, quòd procederetur ad capiendam informationẽ super concernentibus reassumptionem,si debet fieri ita vel ne, quòd ad istum actum non teneatur declarare d.Galeoctus aliter.

SVMMARIVM.

1 Cumulatio personalis & hypotheca actionis permittitur in libello separato, & tempore diuerso ex post facto.

2 Tertius possessor potest hypothecaria conueniri. posito quòd prius sit conuentus principalis actione personali.

DECISIO LXXX.

IN causa magnifici Bartholomaei Caraccioli cum domina Elionora eius nepte,& d.Io.Th.Caraffa illius viro, fuit
1 inter caetera dubitatum, si actio * hypothecaria possit cumulari cũ persona in libello separato,& diuerso tempore.& dato quòd possit,an valeat ista cumulatio, seu hypothecariae motio fieri contra tertium possessorem. Quo ad primũ Dy. in c.nullus pluribus.de reg.iur.intelligit.§.sed neque. in authen. de fideius. quòd ibi ab initio simul & semel fiebat cumulatio personalis & hypothe.& licet Bart.in l.edita.in secundo genere cumulationis reprehendat Dyn.in ratione sua,tamen quo ad hoc vt simul & semel intẽtari debeant,cum eo pertransit. At Bald.expressè in d.l.edita.xix.colũ. ver. quintò quaeritur.in specie tãgit hoc, & tenet quòd etiã ex post facto procedit cumulatio. & cum Baldo sacrum Consil.pertransit. Quo ad secundum,
2 an * contra tertium possessorem stante precario, & sic cessante beneficio discussionis:mihi non videtur esse aliud dicendum,quàm si contra principalem ageretur, cum non sit dare diuersitatem rationis.si aliter enim prout doc. in d.l. edita. considerant,praecipue Alexan.ideo contra principalem permittitur cumulatio,quia istae duae actiones tendunt ad eundem effectum, vt scilicet satis fiat de debito, eodem modo debet idem dici contra tertium.Riminaldus in d.l.edita.xix. col. expressè tenet,quòd conuento reo principali actione personali,potest tertius possessor conueniri hypothecaria:per tex.in l.fin.C.de act. & ob.& sic fac.Consil. decreuit.

SVMMARIVM.

1 Dilationes ad probãdum datae, sunt omnes peremptoria de iure communi, etiam si non dicantur.

2 Dilatio secunda si concedatur sine causa cognitione: omnia quae intra illam fierent, essent nulla. Fallit si ius aduersarij non est factum deterius, & omnia essent in statu suo integra.& nu.seq.

3 Probatio incõtinenti facta post terminum, vel post paucos dies,valet.

4 Testes ad defensam in criminalibus possunt recipi etiam post publicationem & conclusionem: licet in criminali nunquàm concludatur.

5 Conclusio in criminalibus non fit.

6 Testes in ciuilibus vtrum admittantur post publicationem super nouis articulis dependentibus à primis.

7 Dilatio ad producendum noua iura datur in Calabria post publicatum in causa sine causa cognitione.

8 Dilatio secunda, nec noui articuli, nec noui testes post terminum dantur in Regno: licet ex aequitate reus admittatur in criminalibus ad vberius se defendendum sine dilatione.

DECISIO LXXXI.

IN causa hominum Albaroni cum illustris. Duce Ariani.Et quamuis * de iure 1
etiam communi omnis dilatio ad probandum data cẽseatur,& sit peremptoria etiam si non dicatur.l.j.vbi Bart.C.de dilat.c.ij. vbi glo.eod.titu.de dilat. Ias.in l.fin.ij.col.ff.de fer. etiam Felin.in c.licet causam.ij.col.de proba.adeo quòd * si concedatur secunda dilatio sine causae 2
cognitione, omnia quae intra illam fierent essent nulla:vbi dicit Bart. in d.l.fina.ff.de fer. & ibi Ias. iij.col.ver. iiij. amplius. Tamen de iure * quando 3
probatio fieret incontinenti post terminum vel post paucos dies valeret, secundum Bald.in dicta l.fi.iij.col.quem refert ibi Ias.& sequitur in vj.col. Item & quando ius aduersarij non est factum deterius,quia possit probare sicut prius,& omnia essent in integro statu suo, potest iudex sine alia causae cognitione concedere secundam dilationem. Bart.in d.l.fi. vbi omnes illum sequuntur ante Ias. de quo tamen latè per Felin.in d.c.licet causam.xj. col.ver.sed aduerte.de proba.& in col. praece. in fi. Item & in criminalibus * ad defensam etiam post 4
publicationẽ processus possunt recipi testes,etiam post conclusum in causa.Barto.in l.j.§.fina.& in l. vnius.§.fin.ff.de quaestio. & in l.diui fratres.de poenis.latè per Angel.in tracta.malefic.in ver. comparuerunt dicti inquisiti & negauerunt totum.vj.colum.versi.quaero an post publicationem.& ibi per Augustinum.& in ver.qui iudex statuit terminum ad oppo.contra processum.ij.col.ver. sed quando. vbi habes, quòd * in criminali nunquam conclu- 5
ditur. Item & in * ciuilibus post publicatum in 6
causa possunt de nouo testes produci super nouis articulis dependentibus à primis,dummodo tales articuli, vel probanda in eis non includantur in antiquis de necessitate probationis iuris & facti simul,sed solum de necessitate probationis: vt in c. ex tenore.secundum vnum intellectum. de testi. & sentiunt in cap.fraternitatis.Hostien. Innocen. Ioan.Andr.d.Anto.& Moder.& Bar.in l.per hanc. C.de tempo.app.& no.Imol.in c. cum causam. iiij. no.de test.& latè Sozi.in d.c.fraternitatis.vij.articulo principali: sic etiam quando fierent noui ar-

rieuli,qui pnterant comprebendi & oon comprehendi sub primis, vt sunt qualitates quæ possunt adesse & abesse circa contractum.l. pacta conuenta.ff.de contrahen. empt.vt io c.veniens.dc rest. & Sozi.vbi suprà.ver.quidam primò & tertiò. Vt sit
7 in prouincia Calabriæ,in qua * absque aliqua difficultate vel causæ cognitione,etiam post publicatum in causa datur dilatio ad producendum noua iura.Itèm & in ciuilibus: ex causa tamen cognita de iure communi datur secunda dilatio. vt in d.l. fin.cum ibi not.ff.de fer. Circa omnia supradicta, & similia de iure cõmuni permissa emanauit constitutio Regni,quæ incipit, lite legitime contesta-
8 ta.quæ vult * quòd in primo termino dato omnia producãtur,& loquitur tam in causa ciuili, quàm in crimioali. Et per d.consti.nos in sac.Consil.non admittimus nouos articulos post terminum, nec nouos testes,nec damus secundam dilationem. In dicta causa fuit dubitatum, an ad defensam post terminum M. Curia potuerit seu possit recipere reo instante nnuos testes.& fuit ex æquitate votatum & conclusum,& sic decretum, quòd non daretur noua dilatio quæ petebatur,sed quòd admitteretur reus sine aliqua dilatione ad pinguius seu vberius se defendendũ: ex quo in eriminalibus.& fuit habitum pro claro quòd ita obseruat magna curia,etiã post publieationem.& vide in decisi.xc.

SVMMARIVM.

1 *Terminus ad probandum elapsus, in quo neutra partium aliquid probauit, minus est reintegrandus,etiam ad instantiam actoris.*

DECISIO LXXXII.

IN causa Thnmæ de Piacente, seu Ioan.And. & Marci eius filiorũ cum Perico de milia fuit repetitis dictis ℥.
1 proxime dubitatum an* dato termino ad probandum,eóque elapso,si in illo neutra partium aliquid fecit, posit actor hoc petens reiotegrari ad terminũ ad probandũ. dum referrem casuin hunc,seu istud incidens sac.Cons. omnes mihi dixeruot dictum terminum non esse reintegrandum.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio dilatoria in Regno debet infra triduum allegari, & ea in quinque dies immediate sequentes probari, aliàs ad merita intelligatur reseruari.*
2 *Terminus v. dierum ad probandum exceptionem dilatoriam currit ipsò iure, si pars non opposuit, nec iudex contradixit: aliàs non currit.*
3 *Probatio dilatoriarum exceptionum, contra quas actor opposuit, potest fieri etiam post terminum.*
4 *Cautela est actoris, vt cum videt reum opponere dilatorias taceat: nam currit ipso iure terminus.*
5 *Testes nisi fuerint examinati infra terminum quinque dierum datum ad probandum dilatoriam: non releuatur excipiens, posito quòd articulos produxerit,& testes citari fecerit infra terminũ.*

DECISIO LXXXIIII.


N eausa Magnifici Cæsaris de miraballis, cum Magnifico Raynaldo de miraballis, præsuppolita Regia pragmatica,quæ dicit * quòd reus infra tri 1
duum deber allegare exceptiones dilatorias,& eas in quinq; dies immediate sequentes probare,aliàs ad merita reseruatæ intelligantur. Fuit dubitatum
an* ad hoc vt illi quinque dies currant debeat in- 2
dex admisisse exceptiones oppositas: vel verbo dilationem illam quinque dierum assignare. An verò etiam si iudex taceat, eurrat terminus suprà dictus. Rota in nouis decisi.ccviij. & Hostien. Ioan. Andr.Domi.& Philippus in c.sua.de excep. lib.vj. tenent, quòd terminus ad probandum similes dilatorias incipit currere post exceptionem admissam per iudicem, & subdunt Gemin. & Philipp. quòd si exceptinne opposita, statim contra illam exceptionem replicaretur, & in ista replicatione pertraosirent octo dies, qui in illo cap. statuebantur ad dilationem probandam, non nocet: cum adhuc non fuerit admissa exceptio. Io causa prædi-
cta * reus opposuit nonnullas exceptiones infra 3
triduum, actor verò replicauit contra illas. Commissarius causæ d. Mercerius post lapsum quinque dierum statuit dilationem decem dierum ad illas probandas. sacrum Consilium decreuit quòd commissarius benefecit admittendn reum ad probandas exceptiones post terminum pragmaticæ, motúmqne fuit ex replicatione actoris contra exceptiones, qua stante terminus non occurrit per d. authoritates, sed reformauit decretum, dum statuit decem dies ad quinque: ad illud quòd iudex debet admittere exceptiones ad hoc, vt terminus currat. visum fuit mihi,& d. Viceproto. & d.Ioan. de palmerio, qnòd si pars non contradicit, satis videtur exceptio admissa, si iudex tacet, & non
reiicit. Cautela * ergo actoris est, vt cum videt 4
reum opponere dilatorias, taceat & non contradicat, nam curret dictus terminus. An autem sufficiat infra dictum terminum quinq; dierum præsentare articulos,& citare testes? Gemi.in d.c.pia. post Ioan.And.in Specu.de testi. distinguit, & videtur Gemin. æquiparare hunc terminum quo ad
hoc,termino, * qni daretur in causa principali ad 5
probandam. Mihi hoc nõ videtur, stante eo, quòd hic sumus in dilatoriis, in quibus differenter proceditur, ac si in causa principali, per d.℥. in decisi. xiij. Præsertim quia verba pragmaticæ vidẽtur repugnare, dum dicit, quòd reus tenetur probare dilatorias infra quinque dies immediate sequentes, aliàs ad merita reseruatæ iotelligantur.

SVMMARIVM.

1 *Expensa funeris alicuius Prælati an fiant de spoliis: puta sepulchrum marmoreum, vestes lugubres pro consanguineis,& seruitoribus eius.*
2 *Expensa funeris aliqua tendunt ad solatium animæ defuncti, vt circa clericos: & hæ fiunt ab ecclesia Prælati defuncti: licet alius sit hæres in patrimonialibus: aliqua ad viuorum solatia, vt funeris apparatus, sepultura constructio, pretiosa*

exequ

exequiarum pompa: & in his ecclesia nō tenetur.

3 *Funeris impensa circa Prælatum in Regno partim fit ab ecclesia de spoliis, partim ab hæredibus patrimony.*

DECISIO LXXXIIII.



N causa reuerendi de Corduba episcopi Scalensis, cum Magnificis Victo Pisanello, & fratribus super spoliis dicti Episcopatus, in qua ipsi de Pisanellis, volunt deducere funeralia per eos facta quondam Episcopo prædecessori
1 eorum patruo. Fuit dubitatum,* an inter alia funeralia dicti cōuenti possint deducere culcitram sericam, & sepulchrum marmoreum, ac vestes lugubres factas ipsis nepotibus, earúmque vxoribus, filiisque, ac filiabus, & generis, seruitoribus quoque episcopi prælibati. Allegabatur pro reis conditio defuncti quia episcopus. item solitū Neapolitanorum Episcoporum decedētium, qui cum dicta pompa sepeliuntur. item quia in funerum impensa omnia prædicta venire intelliguntur. Verum Abbas in disputatione sua incip. Sempronius clericus super primo dubio concludit & tenet,
2 quòd * quædam sunt impensæ funerum, quæ tendunt ad remedium seu solatium animæ defuncti, vt impensa quæ fit circa clericos cōfluentes ad officium sepulturæ, & in similibus, & in istis tenetur ecclesia, etiam si defunctus alium hæredem habeat in patrimonialibus. Quædam impensæ sunt quæ tendunt ad viuorum amicorum solatia, vt apparatus funeris, constructio sepulturæ, pretiosa exequiarum pompa, quòd multi induantur vestibus luctuosis, & in his ecclesia non tenetur: & eandem distinctionem firmat idem Abb. in c. vt præterita. de electione. Ego fui in voto ob dictam authorita-
3 tem, * quoniam paucæ reperiuntur in funeribus prælatorum, quòd ecclesia sit obligata tantum ad medelas, ad debita defuncti, ex spoliis tamen soluenda, & ad funeralia, dempta tamen culcitra, & cantato, ac vestibus lugubribus: & quòd authoritates & iura quæ volunt ista venire appellatione funeralium, intelliguntur quando quis est de suo sepeliendus: non in prælato. bene votaui quòd vestes lugubres factæ famulis episcopi deduci debeant. D. Martialis commissarius volebat, quòd vestes factæ nepotibus deducantur, alia non, præterquàm ea quæ dixi s. in voto meo. D. Mercerius cōcurrebat mecum, sed volebat quòd cātatus etiam deduceretur. D. Io. de palmerio erat in voto quòd omnia deducerentur iuxta eorum intentionem. d. Viceproton. in effectu mecum concurrit.

SVMMARIVM.

1 *Soror vel eius filij loco suo non possunt auocare saltem medietatem bonorum donatorum fratri per communem sororem virtute consuetudinis Neapolitanæ. & nu. seq.*

2 *Fraus præsumitur in donatione tribus concurrentibus, videlicet: donatio omnium bonorum, coniuncta persona: & spes nulla procreandi liberos.*

3 *Dotale pretium succedit loco rei si sic actum est.*

DECISIO LXXXV.



N causa Ioannis Matthæi, & Bonauenturæ Coci cum Ioanne baptista, & Ioanne Andrea faiella: Margarita faiella habens Andream fratrem, & Loysellam sororem fecit cum viro venditionem dicto Andreæ de quadam planca sua dotali pro ducatis ducentis, & eo die per instrumentum mutui idem Andreas promisit dictos ducatos ducentos soluere eidem Margaritæ, ac viro suo cum pacto quòd de his pecuniis emerentur bona stabilia pro tuitione & cautela dotium ipsius Margaritæ: deinde certo temporis spacio post dictam vēditionem dicta Margarita cum consensu viri, cum non haberet aliud nisi certa bona stabilia dotalia ac ius ad dictos ducatos ducentos nōdum habitos, facit prædicto Andreæ instrumentum donationis de dictis dotibus, ac bonis & iuribus dotalibus, reseruato vsufructu. Fuit dubitatum primò, an* dicti actores venientes ex per- 1
sona Loysellæ eorum matris possint auocare saltem medietatem dictorum bonorum donatorum vigore consuetudinis Neapolitanæ, præsupposito in facto quòd prædicta Loysella fuerit masculiata & admissa per fratrem ad succedēdum secum vna patri communi. consuetudo, & si testator, loquitur per verbum disponere: & glo. Neapol. ibi vers. vnde videtur, concludit quòd non habet locum vbi alienatio fieret inter viuos, dummodo nō fiat in fraudem. inde in penul. colum. dicit, quòd* præ- 2
sumitur fraus, si fiat donatio omnium bonorū, vel coniunctæ personæ, & antea dixerat præsumi fraudem quando donās non haberet spem procreandi liberos. In casu nostro omnia ista tria interuenerūt: primò quia Margarita, vt in instrumento donationis dicitur, non habebat spem habendi liberos.

Secundò quia est omnium bonorum: fuit enim hoc probatum in processu, quòd ista non habebat aliud nisi istas dotes. Tertiò, quia fuit facta donatio coniunctæ personæ. Tamen sac. Cōsilium communi voto votauit pro donatione, motum sola ratione, videlicet: quia ista habens fratrē masculum, & sororem fœminam donando masculo non videtur fecisse in fraudem, sed potius ob conseruationem familiæ, & honorem agnationis. Secundò dubitatum extitit, an saltem medietatem illorum ducatorum ducentorum obtinere actores possint tanquam rem quæ non venit in donatione: ex quo donantur bona dotalia, & istud est pretium peruentum ex bonis ipsis. Et in hoc etiam fuit votatum pro conuentis. ea ratione videlicet, quia* pre- 3
tium rei dotalis succedit loco rei, si hoc actum est: vt in l. si ex lapidicinis. ff. de iure dotium. iuncta gloss. in l. ex pecunia. C. eodem titul. & his quæ not. Bartol. in consilio centesimo vigesimoquarto. incipient: domina P. Appatet enim quòd in instrumento mutui actum est. quòd illa pecunia stat pro securitate dotium, vt dictum est. Fuit lata sententia de mense Octobri 1552. dictos Ioannem Baptistam, & Ioannem Andræam absoluendos esse ab impetitione dictorum Ioann. Matthæi, & Ioan. Bonauenturæ.

SVMMARIVM.

1 *Assensus regius faciens mentionem de instrumento venditionis, viso probat instrumentum.*

2 *Enuntiatiua verba Principis faciunt plenam fidem, sicut in antiqua scriptura dicta verba reperirentur.*

3 *Priuilegium antiquum carens sigillo quam fidem faciat.*

4 *Antiquum factum probatur per scriptum priuatum saltem semiplene, & quot annorum dicatur antiquum.*

5 *Registrari non faciens priuilegium infra tempus statutum propter spolium tempus non currit, sicut quando datur ad iurandum fidelitatem, non currit non possidenti.*

6 *Possessorio & petitorio cumulatiuè intentatis potest iudex super possessorio tantum pronuntiare liquidato, suspenso petitorio nondum claro. & numero 16.*

7 *Mala fides defuncti nocet vniuersali successori ad præscript. non tamen præsumpta, quia potest ex persona sua inchoare præscriptionem. & nu. 9.*

8 *Procuratoris scientia non constituit dominum in mala fide præscribentem.*

9 *Mala fides præsumpta quomodo intelligatur.*

10 *Mala fides præsumpta purgatur spatio 30. anno.*

11 *Scientia & mandatum vtrum præsumantur in causa, qua fit eum impensa litis. & nu. 16.*

12 *Mala fides præsumitur in eo qui procurat habere nouos titulos confirmationis.*

13 *Præscribens si allegat & producit nouos titul præsumitur habuisse malam fidem.*

14 *Sententia debet mentionari in priuilegio aduersary, ne aliquo tempore possit surrepititium allegari.*

15 *Mādatum procuratoris ex quibus præsumatur. & num. seq.*

17 *Acta facta rebellionis tempore sunt nulla.*

18 *Lex noua superueniens non comprehendit causas pendētes per appellationem, quamuis decisa non essent. & num. 21.*

19 *Iudex appellationis succedit loco primi, & ideo tenetur iudicare secundum illud ius, quod vigebat tempore primæ instantiæ, ratio est ne præiudicium fiat ei cui per l. antiquā fuit ius quæsitum.*

20 *Lite pendente si altera pars impetrauerit priuilegium, contra quod lis decidatur, victus non potest agendo denuo producere priuilegium.*

21 *Impedimentum non attenditur, vbi potest comparere quis per procuratorem.*

DECISIO LXXVI.



IN causa magnifici Ioannis Antonij Vulcani cum excellente Comite venaphræ super petitione terræ Mastratæ, & possessionis ipsius. Primò dubitatum est, an actor fundauerit suam intentionem. produxit enim quasdam literas reginalis assensus, in quibus Regina Ioanna prima ad supplicationem quondam Carlucij brancatij sui proaui assentit cuidam emptioni dictæ terræ Mastratæ factæ per ipsum Carlucium à quondam Baldasare de rapta Comite Casertæ & Alesani pro
ducatis 1500. sub anno 1417. Et * in eisdem literis 1
assensus dicitur, quòd instrumentum venditionis
fuit in curia originaliter præsentatum, quæ* verba 2
probant instrumentum, tum quia prolata à Principe,
cuius verba enuntiatiua plenā fidem faciunt:
vt in c. si summus pontifex. de sent. excom. in vj. in
cle. literis. de proba. cum simil. tum quia narrant
rem quæ in ipso actu potuisset interuenire, quo
casu etiam verba iudicis plenè probant: vt per gl.
in l. j. C. de fide instrum. & in. hast. fisca. libr. a. latè
Felin. in c. sicut. a v. colum. de re iudic. tum quia
sumus in scriptura antiqua, in qua verba etiā enuntiatiua
probant, secundum Ant. in c. fin. de success.
ab intesta. & in d. clement. literis. cum aliis adductis
per Ias. in l. ea his verbis. iiij. limita. C. de testa.
mil. tum quia illud quod est enuntiatum, videlicet
contractus venditionis, erat de substantia actus,
nam circunscripta venditione assensus est nullus.
vnde verba enuntiatiua hoc casu probant secundum
Anton. de Butr. in ca. illud. de præsumpt. Ias.
vbi §. vij. limitatione. tum etiam quia in sententia
magnæ curiæ alià s lata in fauorem dicti Carlucij
dicitur, quòd * fuit pro eius parte præsentatum 3
quoddam instrumentum: & licet dicta litera reginalis
careat sigillo, tamen non videtur de hoc defectu
habenda ratio, tum ob alias scripturas in dicta
magna curia tunc productas, vt videtur esse litera
reginalis de indulto, & etiam sententia d. magnæ
curiæ, tum quia * sumus in factis antiquis, in 4
quibus etiam scriptura priuata probat, secundum
Anto. de Butr. in capi. ij. de fide instru. saltem semiplenè:
quem refert, & sequitur Ias. in l. cum aliquis.
iij. colū. C. de iur. delib. allegans aliquas fallentias,
licet ibidem Ias. velit factum antiquum in hac materia
esse centum annorum. Et quamuis in priuilegio
postmodum de assensu expedito dicatur, quòd
* in certum tempus Carlucius faciat registrari il- 5
lud in quinternionibus, & non ostendatur registratio:
nihilominus non apparet, quòd durāte toto
illo tempore statuto ad registrandum Carlucius
possederit, cū fuerit spoliatus. vnde videtur idem
esse dicendum hic, quod dicitur in tempore statuto
ad iurandum fidelitaté, quod non currit non
possidenti: secundum Andr. in c. j. in princ. ij. col.
de cap. Cor. Alua. & Card. Alexand. in c. j. in princ.
quæ fuit prima causa ben. amit. Bald. & Salyc. in l.
solennibus. C. de rei vendicati. licet minimè probatum
sit, quòd Carlucius non possederit. Sed vide
quia in executorialibus quibusdam M. C. Vica.
ad Car. clxvij. in proxim. primo factis de mense
Martij 1425. recitatur petitio domin. Carlucij, in
qua dicitur quòd fuerat spoliatus à domin. Francisc.
& quòd domin. Francisc. cum vitio spolij
spatio annorum sex, & vltra possedit: & nihilominus
à tempore venditionis seu assensus ad illum
diem fluxerant anni circa octo, cum assensus
sit factus in Iunio 1417. Præterea sufficere videtur
ille primus assensus per literam reginalem, de quo
suprà, in quo non adest illa qualitas. Et quando
non esset fundata intentio actoris super dominio
vel quasi, videtur fundata super possession.
stante indulto domin. Reginæ volente quòd Carlucius
reintegretur, & reponatur in possessione,
super quo se fundat dominus Stephanus in pos-

sesso

6 fessorio , vt infrà. Nec obstat , quòd * sit intenta-
tum petitorium & possessorium simul : iudex enim
coram quo vtrunque remedium cumulatum est, si
constat sibi de possessorio, debet super eo pronun-
tiare, suspenso vel dilatato petitorio, vt not. Inno.
& doct. in capi. suborta. de re iudic. & sequitur ibi
Felin. j. colum. not. Bartol. in l. naturaliter. §. nihil
commune. pen. quæst. de acquiren. poss. & Alexan.
qui multa ad hoc adducit, in consi. cxvij. ij colum.
ij. volumin. At contra prædicta & quatenus a-
ctoris intentio fundata foret, adducitur primò ex-
ceptio pręscriptionis. constat enim quòd do. Frau.
pandonus abauus domi. Henrici moderni Comi-
tis , & successiuè Scipio eius nepos ex Carolo pri-
mogenito, & Carolus eius pronepos , & ipse Hen-
ricus abnepos continue possederunt per spacium
7 annorum ferè lxxx. Et si diceretur * quòd isti non
potuerunt præscribere data mala fide præfati Frã-
cisci, ad quem cum vitio spolij peruenit, quæ mala
fides nocet vniuersali successori. vt in l. cum hęres.
ff. de diuer. & tempo. præscri. gloss. in l. Pomp. in §.
j. ff. de acquirend. posses. vbi Alexand. in vij. & viij.
colum. & Anto. de Butr. & Abb. in cap. si diligenti.
de præscrip. vbi late Felin. in v. & vj. colum. contra
Dy. in regula possessor. de reg. iur. cum quo transit
Bartol. in d. l. cum hæres. Ad hoc responderi po-
test. quòd prædicta procedunt in mala fide defun-
cti vera, non in præsumpta : nam non apparet hic
in ista causa , quòd do. Francisc. pannonus fuerit
verè in mala fide: non enim probatum est spolium:
imò ex aliquibus coniecturis, vt est litera indulti,
& sententia domi. Stephani , & præsentatio quin-
que literarum executorialium facta in causa alle-
gata per Carlucium mota in magna curia. contra
d. Franc. pręsumo, quòd initium possessionis dom.
Francisci fuerit sine vitio: & quòd ex concessione
& literis Reginæ adeptus sit possessionem. Vnde
non sine ministerio in litera indulti reuocantur
concessiones, sententiæ, executiones, &c. Quin-
imò do. Stephanus circumscripto indulto non fa-
cit domin. Franciscum malæfidei possessorem. Si
ergo mala fides domi. Francisci causatur ex scien-
tia indulti: aut ex sententia in qua fuit condemna-
tus, ista non apparet, quòd sit vera, videlicet, quòd
ipse habuerit scientiam indulti, vel sententiæ , sed
solum procurator suus , videlicet notarius Lucas
8 Casanoua: & * scientia procuratoris non præiudi-
cat domino : vt in l. interueniunt. §. petitam. ff. de
9 petit. hæred. Erit * igitur mala fides. dom. Francisci
præsumpta ex eo , quòd illud quod tuum non est,
scire debes ad alium pertinere. l. fin. C. vnde vi. Vel
præsumpta: vt scientia vera procuratoris dicatur
scientia præsumpta domini. Et quòd mala fides
defuncti præsumpta non noceat vniuersali succes
sori, tenet Paul. in l. nunquam. ff. de vsucapi. quem
refert & sequitur Felin. in d. cap. si diligenti. vj. col.
nam. poterit ex persona sua inchoare præscriptio-
nem. & in causa nostra sunt lapsa tot tẽpora, quòd
bene his potuissent successores ex eorum persona
præscripsisse. Quinimò quando in personis hære-
dum non fuisset cœpta, aut completa præscriptio,
10 tamen hic sunt lapsi bistriginta anni : & * spacio
triginta annor. purgatur mala fides præsumpta: vt
in d. l. fin. C. vnde vi. vbi Bartol. notat, quem refert
& sequitur Abba. in d. c. si dilenti. iij. colum. & ibi
Felin. ij. colum. in fin. Pro actore multum stringit,
quoniam mala fides præsumpta , de qua ȝ. videtur
quòd æquipolleat veræ : adsunt enim plures malæ
fidei præsumptiones. Prima de indulto: & hæc ful-
citur ex quodam priuilegio confirmationis, & no-
uæ concessionis factæ Scipioni per Regem Al-
phonsum primum , in quo reuocat quodcunque
priuilegium indulgentiæ, remissionis, & gratiæ fa-
ctum a se vel suis prædecessoribus : item de prima
sententia contra eundem lata, vt * præsumendum 11
sit indultum, ac sententiam notificatam do. Fran-
cisco, ex quo suo nomine fuit ab ea appellatum, &
prosecuta appellatio cum impensa litis: vt sic præ-
sumatur eo sciente & mandante omnia gesta per
not. per Bartol. in l. cum seruus. ff. de verbor. oblig.
cum infinitis adductis per Feliu. in capi. sicut. xxij.
colum. versicu. fallit quintò. de re iudic. Secunda
quia in anno 1425. in Martio , quasi per annum
post indultum do. Franc. fuit citatus in magna cu-
ria vica. super castro Mastratæ , & contra eum tan-
quam contumacem fuit facta missio ex primo de-
creto. Tertia quia deinde in anno eo 1425. in O-
ctobre d. Regina facit reuocationem supersessorię
impetratæ per do. Franci. in causa Mastratæ: impe-
trauit ergo supersessoriã in causa Mastratæ. Quin-
ta quia postm odum mota lite per do. Carlucium
super restitutione bonorum mobilium ablatorum
tempore asserti spolij per domi. Francis. ipse domi.
Franc. extitit condemnatus: pręsumitúrque dictam
sententiam , & processum ad sui notitiam perue-
nisse ex causa, de qua ȝ. Sexta quoniam * post sen- 12
tentias procurauit domin. Franciscus habere titu-
los confirmationis , & nouæ donationis: ex quo
præsumitur mala fides , secundum Bald. in l. quo-
ties. C. de rei vendi. quem refert & sequitur Feli. in
d. capi. si diligenti. iiij. colum. Septima * quoniam 13
hic modernus Comes allegat priuilegium , imò
priuilegia confirmationum , & nouarum conces-
sionum , & nihilominus dicit se præscripsisse : ex
quo præsumitur mala fides, secundum Felin. vbi ȝ.
dum allegat Bald. in l. sollennibus. C. de rei vendi.
Et his stantibus succedit id quod dicit Felin. in c.
vigilanti. in fi. de præscrip. qui dum allegauit Bart.
in d. l. fin. adiungit, non putarem intrepide hoc fir-
mandum : sed debere attendi qualitatem præsum-
ptionis. Secundum quod principaliter affertur
pro reo , est exceptio edicti , quo cauetur per re-
gem Alphonsum primum in anno 1444. secundo
die August. contra occupatores terrarum, &c. qui
inter bellorum tunc præteritorum inuolucra an-
te tempus vniuersalis pacis terras etiam occupa-
uerunt, aut aliter ex priuilegiis suorum antecesso-
rum obtinuerunt, postquam illas posident titulo
concessionis, seu cõfirmationis suæ maiestatis nul-
lus in iudicio vel extra audiatur, nisi prius consul-
tatio de his per iudices delata suæ maiestati fuerit,
expectatúmque responsum. Et ad hanc exceptio-
nem fundandã producitur quoddam priuilegium
eiusdem regis concessum in anno 1443. 11. Martij,
in quo confirmat , & de nouo quatenus opus est,
concedit do. Francisco certas terras, inter quas est
terra Mastratæ cum clausulis amplis. At contra
hanc exceptionem facit: nam licet ex assertionibus
d. Car

do.Carlucij factis in libello, de qno in d. senten-
tia lata super bonis mobilibus, & in alia sententia
lata in magna Curia super terra Mastratæ assertiuè
appareat, quòd d. Francis. cum armigeris, ac armis
prohibitis ipsum Carlucinm spoliauerit, & sic oc-
cupauerit terram prædictam, & quòd hoc fuerit
ante tempus vniuersalis pacis, quo tempore Rex
Alph. fecit illud edictum, tamē non apparet quòd
occupatio ista sit facta intra bellorum inuolucra.
Item facit contra hanc exceptionem id quod di-
cetur infrà de sententia, de qua non est facta men-
tio in d. priuilegio, nec in edicto. pręterea d. edictū
non derogat in totum, sed vult vt consultetur sua
maiestas. Tertium quod obstare videtur, est ex-
ceptio edicti Mazoni editi per Regem Alphons.
primum apud Mazonum sub anno 1446. primo
Nouembris: in quo ipse Rex declarat, quòd in cau
sis, in quibus in totum debet audientia esse dene-
gata, quantuncunq; sua maiestas mandauisset fieri
iustitiam, non fuit suæ intentionis derogare priui-
legiis per suam maiestatem concessis de nouo,
vel confirmatis possessoribus ipsis: nec quòd pro-
cedatur contra eos, qui tenuerunt ante mortem
Regis Ladislai citra continuè. At contra hanc ex-
ceptionem facit: nam non apparet quòd hic simus
in causa, in qua in totū audientia debet esse dene-
gata. Præterea illud edictum ligat, seu comprehen-
dit cōmissiones causarum factas à se. Obstat etiam,
quia non fuit facta mentio de dicta sententia, vt
infrà dicetur. præterea in hoc edicto nō vult Rex,
quòd non procedatur, sed solum declarat, quòd
per dictam commissinnem iustitiæ non intendit
derogare suis priuilegiis confirmationis vel nouæ
cnncessionis. Quartum, quod opponitur, est exce-
ptio regiæ nouellæ pragmaticæ d. Regis prohiben-
tis moueri litem super his quæ sunt donata, con-
cessa, seu aliquo quouis modn dispensata, disposi-
ta, & ordinata per Regem Alphons. & Ferdinan-
dum primos. Ad istam exceptionem fundandam
adducitur. Primò dictum priuilegium Regis Al-
phonsi primi sub anno 1443. vbi vltra confirma-
tionem & nouam donationem Rex mandat, quòd
in derogationem confirmationis, & nouæ dona-
tionis prædictæ, aut super dictis castris, &c. nullo
modo officiales procedant. & multa alia ponun-
tur ibidem. Secundò quoddam aliud priuilegium
eiusdē Regis sub annn 1450. vbi inter cætera Rex
mādat, quòd d. Fran. in omnibus per eum possessis
tam vigore priuilegiorum Regni, quàm suorum
non posit molestari. Tertiò quoddam priuilegiū
confirmationis & inuestituræ factæ d. Scipioni fi-
lio Caroli primogeniti præfati Francisci per di-
ctum Regem Alph. primum, sub anno 1457. in quo
inter cętera mandat, quòd nullum priuilegium re
missionis & gratiæ, donationis, vel concessionis
quod obsisteret ipsi confirmationi, & nouæ con-
cessioni, habeat vires. Aduertendum tamen est,
quod in d. priuilegio est clausula, iuribus alienis
semper saluis, Item ibi confirmata & donata fue-
rant ea quæ fuerant dicti do. Fran. & ad eum quo-
modolibet spectabant: quæ verba fortè non com-
prehenderunt ea quæ ad ipsum non spectabāt, nec
14 sua fuerant. Et si diceretur, quòd * nec dicta edi-
cta, nec priuilegia obstant actnri, ex quo in eis nō
fit mentio de sententia supradicta domi. Stephani,
vt in l. causas. C. de transaction. & in l. si. C. senten-
tiam rescindi non poss. in ca. exposita. de arbitris.
& per doct. in cap. super literis. de rescriptis. quod
procedit etiam in lege generali. per text. in authen.
vt cum de appella. co. in prin. & no. Cyn in l. leges.
C. de leg. Ad hoc responderi potest, quòd dicta
sententia non debet esse ad hoc in consideratione.
Primò quia non apparet, quòd is qui in ea inter-
uenit, vt procurator do. Francisci habuerit man-
datum. sed hoc de mandato non ob. * nam in dicta 15
sententia, seu processu primæ instantiæ dum iura-
tum fuit de calumnia per notarium Lucam, dici-
tur, habentem ad id plenariam potestatem: poterat
enim hoc etiam constare per inspectionem man-
dati. vnde verba illa probant per glos. in d. l. j. C. de
fide instrum. & iu. hait. fi. & Felin. in d. cap. sicut &
ista non infert quoad primæ sententiæ validita-
tem, quæ fuit primò reuocata per iudices appella-
tionis primos, & deinde per secundum confirma-
ta: nam primi iudices appellationis, ideo primam
sententiam reuocarunt, quia non erat conformis
libello: nam in libello medium concludendi erat
in possessorio, & sententia condemnabat ad resti-
tuendum castrum, sed * non aduerterunt isti pri- 16
mi iudices appel. quòd in libello erat clausula, ius
& iustitiam ministr. & quòd in libello narrabatur
de petitorio & possessorio, quo casu potest sequi
condemnatio in petitorio. vt no. Abb. in capi. cum
dilecti. de ordin. cogn. refert & sequitur Alexand.
consil. cxcij. iiij. colum. ij. volumi. item in his pro-
cessibns agitatis per notarium Lucam multæ im-
pensæ accesserunt. imò etiam aduocati in vltimo
processu pro do. Francisc. auditi sunt: ideo præsu-
mendum est, quòd facti sint ab eo cuius interest,
videlicet, ad Franc. Bartol. in l. cum seruus. ff. de
verborum obligationibus. cum infinitis, quæ ad-
ducit Felin. in eod. capi. sicut. xxij. colum. versicul.
fallit quintò. Item in processu primæ instātiæ sunt
productæ in actis nonnullæ scripturæ pro Comi-
te: vnde existentia scripturarum penes aliquem in-
ducit mandatum saltem dubium. capi. coram. vbi
late Felin. doct. in l. Mæuia. soluto matrimonio. &
per Modern. in l. prima. solut. matrimon. licet hæc
ratio non inferat ad vltimam sententiam, sed fortè
hoc in feudalibus non procedit. Secundò contra
dictam sententiam afferri posset, nam illa fuit lata
post mortem Reginæ Ioannæ secundæ, videlicet,
de mense Martij 1435. cùm Regina in mense præ-
cedente Februarij mortua fuerit, quo tempore vi-
delicet latæ sententiæ, ciuitas Neapolitana erat
infidelis siue rebellis Regi Alphonso, eò quòd no-
lebat ipsum in Regem contra adnptionem de eo
factam per Reginam, & adhærebat domui de An-
degauia, prout videntur deponere plures testes
Comitis, * & acta facta tali tempore sunt nulla, 17
vt in l. decernimus. C. de sacrosanctis ecclesiis.
& per Bartol. in tractatu. de Tyranno. Sed cnn-
tra istos testes, quòd non probent, videtur fa-
cere: nam sunt examinati in alia causa, scilicet
executionis sententiæ, licet inter easdem perso-
nas, non in ista: vnde cum ad alium finem re-
cepti sint, videtur quòd non probent in alio iu-
dicio: vt notant omnes in l. secunda. C. de eden.
Sed

Sed hoc obiectum contra sententiam non videtur esse sine dubio: nam quicquid testes dicunt in sententia, non nominatur pro Rege Renato de Andegrauia, sed Cõsilium deputatum ad regimen Regni: quòd si res fuisset in totum inclinata Regi Renato, fuisset nominatus in Regem in instrumẽto dictæ sententiæ. Item non videtur verisimile, quòd in tam breuissimo tempore, videlicet à 25. Februarij, quo Regina obiit, ad iiij. diem Martij, quo fuit lata sententia, Rex Alphon. tentauerit habere Neapolim, & succedere, & in eo met paruo tempore fuerit exclusus. vt sic ideo destinasset habere Neapolim pro rebelle: forte enim in tempore sententiæ Rex verisimiliter nesciebat de morte. vnde illi dies videntur æquiparari illis diebus quibus Regina viuebat: in quibus non videtur posse cadere aliqua rebellio, videlicet Regina viuente, cuius studia contra Regem Alphonsum inclinabantur. Præterea d. Stephanus habebat iurisdictionem à vera Domina, non à Tyranno, quia erat delegatus Reginæ, & per illius mortem mandatum non erat finitum. Item causa illa super qua vltima sententia lata fuit, pẽdebat coram d. Stephano per
18 remedium appellationis, & * lex noua superueniẽs non comprehendit causas pendentes per appellationem, etiam si decisæ non essent. tex. in d. authẽt.
19 vt cum de appell. co. in prin. quia * iudex appellationis succedit loco primi: & ideo tenetur iudicare secundum ius commune, quod vigebat in prima instantia. glo. in c. licet canon. de dec. in vj. in c. de cætero. & gl. fi. in l. sancimus. C. de sacrosan. eccles. cum infinitis quæ adduc. Feli. in c. fi. v. col. versic. limittat. iij. de constit. Tertiò contra d. sententiam, vt de illa mentionem fieri nõ oportuerit, nec etiã de pendentia causæ appellationis, facit: nam iura contraria procedunt, quando quis venire vellet ad executionem talis sententiæ, quando essemus in sententia, & ageretur remedio executiuo: vel quãdo essemus in pẽdentia causę appellationis, & pars vellet prosequi illam causam: his enim casibus lex noua non trahitur ad præterita. Sed in casu nostro Ioannes Anto. agit de nouo, & est noua causa: vnde debet iudicare secundum leges nouas: vnde dum do. Card. in d. c. fin. tenuisset, quòd ad hoc, vt lex noua non comprehendat causam pendentem in prima instantia, sufficeret quòd in causa sit conclusum, & contra eum tenuisset Io. de Imo. ibidem Feli. in eo. c. fi. v. colum. versi. limit. ij. saluat opin. d. Card. in casibus in quibus post conclusum in causa non possent adhuc fieri aliquæ probationes: & dicit, quòd opin. Imol. procederet indubitanter in illis casibus, in quibus post conclusionem in causa posset adhuc fieri probatio, quos dicit se posuisse in d. c. cum dilectus. de fide instrum. Et dicit Felin. quod ratiò, quare in negotiis decisis lex superueniens non se extendit, est, ne fiat præiudicium ei, cui per decisionem est quęsitum ius, & lis sopita. d. l. causas. C. de transactio. Cum ergo in casu de quo agitur, actũ sit de nouo, videtur quòd simus extra dictos terminos. l. causas. & authent. vt com de appel. cog. in princ. Cogitandum an ratio ista procedat solum in lege, non autem in priuilegio: vt sic priuilegia domi. Franc. non valeant, non facientia mentionem, &c. Istud fulcitur ex not. per Innocent. in cap. fin. vt lit. pend. vbi dicit * quòd priui- 20
legium impetratum à communi domino, vel vniuersitate lit. pend. non prosit, licet quo ad illam litem non prosit: tamen finita illa lite, vel perempta instantia, valebit in alia instantia. istud d. sequitur simpliciter Felin. in cap. j. xiij. colum. de rescriptis. Attamen Abba. in d. capi. fina. intelligit, & videtur limitare hoc in casu quo priuilegium esset contra ius commune, & non contra ius speciale. vide ibi Butr. & d. Cardi. & Felin. in cap. super literis. versi. vij. regula. Doct. communiter, prout refert Abbas iud. capit. fina. dicunt * quòd quando impetratur 21
priuilegium lite pend. si postea deciditur lis contra priuilegium, non potest victus denuò agendo producere priuilegium. Quartò contra sententiam facit: nam saltem ex probatis inficiari nõ potest, quin ciuitas Neapol. erat locus non tutus do. Fran. ex quo erat contra Neapol. cum Aragonensibus adhuc viua Regina. Sed de hoc non videtur curandum: non enim infertur de hoc non tuto loco ad nullitatem sententiæ. vbi enim potest comparere per procuratorem, non attenditur istud impedimentum. vt Imol. post glo. in Clem. pastoralis. xiiij. colum. de re iudi. Maior pars Dominorum votauit, quòd Comes condemnetur nulla de prædictis obiectis per eum habita ratione. tamen demum habita vlteriori discussione fuit votatum in fauorem Comitis, qui fuit absolutus.

SVMMARIVM.

5 *Curator hæreditati iacenti, seu vacanti vt detur, quæque requiruntur.*

2 *Citatio fit nominatim si creditores sunt certi. si verò sunt incerti, sufficit citatio generalis vel per edictum, capta tamen informatione summaria per iudicem.*

3 *Heredi deliberãti in hereditate iacente quod tempus statuatur à lege, & an per iudicem minuatur, vt deueniri possit ad dationem curatoris. & nume. 9.*

4 *Processus licet annulletur ex male actitatis, tamen ex eo potest deueniri ad iudicandum super authoritate creditorum, si ita decernatur per iudicem.*

5 *Filius pupillus conductoris mortui repudiando hereditatem cum authoritate tutoris, & sic locator alteri locaret, si deinde pupillus restituatur aduersus repudiationem, non restituitur ad conductionem, sed vt à conductione liberetur.*

6 *Hereditas vacans quando dicitur, & practica discussionis in dando curatore dictæ hereditati. & nume. 9.*

7 *Hereditate vacante finiuntur & extinguuntur omnia etiam ad heredem transitoria, fallit in pignore, & nume. 9.*

8 *Remissio fieri debet, quando per conductorem non stat quo minus vtatur re conducta, nisi renunciatum sit omni ll. auxilio, vel nisi impedimentum procedat à casu fortuito. & nu. seq.*

9 *Hereditas iacens repræsentat personam defuncti, & potest incidere in pœnas ex contractu defuncti legales siue conuentionales, sed an detur restitutio.*

10 Clau

10 *Clausula renūciauit omni ll. auxilio, operatur quòd sterilitas & quæcunq. casus fortuitus non prodest conductori ad remissionem.*

11 *Locator potest alteri locare vacante siue iacente hæreditate, seu nullo existēte cōductoris hærede.*

DECISIO LXXXVII.



IN causa magnifici Baronis Sereni cum Michaele Conte Pirpinianensi, Francisco Surrentino, ac aliis creditoribus cum eo concurrentibus ad bona quondam Bernardi Bruni Flo-
1 ren. Primò dubitatum est * de validitate processus per dictos creditores agitati cum curatore dato hæreditati dicti quondam Bernar. Et præsuppono, quòd ad hoc vt perueniri possit ad rationem dicti curatoris, & ad hoc vt valeat gerere, plura requiruntur. Primum est, quòd detur ad instantiam creditorum, & quòd in hoc concurrat maior pars ipsorum. l. ij. ff. de cur. bo. da. & in l. fi. de bo. autori. iu. poss. Spe. de curatore. §. cum autem. versi. opponitur. Secundū quod nominatim citentur hi, quorum est prima causa successionis, nec sufficit citatio generalis. Bart. in l. si diutur. ff. quibus ex cau. in po. ea. & in l. j. ff. de cur. bo. da. & in l. si quis instituatur. §. si conditioni. ff. de hære. instit. & Alex. consi. cvij. v. volum. Tertium, quòd citato, si est hæres extraneus, non statuatur tempus ad deliberandum minus centum dierum. Barto. in d. l. si diu. & in d. l. si quis instituatur. §. j. & si est de descendentibus, annus. Quartum, quòd talis curator facere debeat inuentarium. Bart. in d. l. j. ff. de cur. bo. da. & Spe. eo. tit. de cur. §. cum autem. versic. in certis casibus, & Bar. in l. j. §. fin. ff. de vent. in poss. mitten. de quibus requisitis vide Ang. consi. cxciij. incip. pro decis. iij. col. & Aret. consil. cix. j. colum.

Quintum, quòd curator iste satisdet, Angel. per illum text. in authen. vt liceat matr. & aui. in prin. in ver. ibi, in fideiussione. Quo ad primum requisitum, in causa ista videtur iam satisfactum: ex quo maior pars creditorum instetit pro datione curatoris, vt patet in supplicatione ad chart. xxxviij. dico maiorem partem eorum, qui in processu
2 agunt. Quo ad secundum, licet * hic non appareant nominatim citati omnes, quorum proxima vel remotior causa est successionis, tamen non videtur curandum: ex quo Bartol. & alij videntur loqui quando sunt certi illi tales: hic verò sunt incerti, quo casu sufficit citatio generalis. l. si eo tempore. C. de remiss. pignor. authentic. si omnes. si vt se ab hæreditate abstineant. Vnum tamen obstare videtur: nam antequam deueniatur ad citandum quem per edictum, debet iudex cepisse informationem saltem summariam, & sine partis citatione de illis qualitatibus, quæ concurrere debent ad validitatem dictæ citationis, secundum Bart. in extrauag. ad repri. in versic. per edictum. & Sozi. in trac. de citatione. xxiij. arti. v. q. principali: quod hic non est factum: nam non constat, quòd hj qui sunt forte successuri. d. Ber. sunt incertæ personæ. Quo ad tertium, videtur etiam satisfactum,
3 * quoniam licet verum sit, quòd debeat statui terminus centum dierum vel anni, &c. & hic non sit statutus terminus nisi xxx. dierum, illud de anno, vel centum diebus habet locum, quando tractaretur de excludendo in totum futuro hærede à facultate adeundi ob nō comparitionem: sed quo ad effectum, vt deueniri possit ad dationem curatoris cum quo creditores procedere possint, iudex potest minuere dictum tempus. ita Iaco But. Ang. & Saly. in rub. C. de suc. edicto. cum aliis allegatis per Ias. qui dicit istam esse communem opinionem. Quo ad quartum de inuentario: verum est quòd non fuit factum per curatores, attamen Fran. Raynerius vnus ex curatoribus fecit actum in chart. xcvj. in quo vult haberi pro producto quoddam inuentarium, quod est in processu ad chart. liij. & sic est bene verum, quòd inuentarium quod est in processu, fuit factum de ordinatione Baronis: sed Franc. Raynerius producit inuentarium quòd dicit esse factum ex ord. magnæ curiæ. Quintum requisitum omnino defecit. Præterea circa nullitatem processus aduertendum est, quòd quando fuerunt præambulo edicto dati curatores hæreditati iacēti Saluator Billi & Fran. Raynerius, quòd fuit in anno 1511. x. Iulij, erat iam datus terminus ad probandum, & facti multi actus qui erant nulli: & deinde super illis actibus fuit facta publicatio, licet consentiente Francisco Raynerio vno ex curatoribus. nec videtur, quòd dictus curator ob id voluerit, aut potuerit acta conualidare. Item in prosecutione causæ non fuit processum cum Billo, sed solum cum Francisco Raynerio vno ex curatoribus. sed tex. in l. j. C. si ex pluribus tutoribus. dicit, quòd sufficit cum vno ex pluribus tutoribus vel curatoribus agere. Dominis de consilio fuit visum, & ita votatum est, quòd * in præiudicium hæreditatis iacentis processus sit nullus: sed quòd ex illo possit deueniri ad iudicandum super mera hypothecaria circa præcedentiam & graduationem creditorum, attento precario, & ciuili possessione apud ipsos existente vigore precarij. Baro enim prætendit se anteriorem omnibus: ex quo suum instrumentum arredamenti facti per eum de Ferreriis sereni dicto Bernardo est anterius omnibus aliis. Alij verò creditores dicunt hoc esse verū, quo ad ratam temporis & pagarū, quę cucurrerunt ante mortem Bernardi: qui fuit mortuus in primo anno locationis, videlicet in Septembre, cùm locatio cœperit à Maio, & erat facta locatio pro quinque annis ad rationem ducatorum mille per annum soluendorum, in tribus anni terminis: prætendúntq; creditores ipsi, quòd locatio sit finita, non obstante quòd de sui natura ad hæredes transeat, præsertim in isto casu, cum sit facta Bernardo pro se & hære. Mouentúrque ex eo, quòd hic videtur, quòd simus in hæreditate non iacente, seu vacante, ex quo hæres institutus repudiauit. Item posito edicto, si quis vellet adire hæreditatem, nullus comparuit. Et ad illud de repudiatione instituti adducebant tex. in l. si vno. §. si. cum l. seq. ff. locat. vbi * si mortuo conductore filius suus pupillus repudiat seu abstinet se cum tutoris authoritate, & sic locator alteri locaret: si deinde pupillus restitutus aduersus abstensionem se immiscet, non potest petere vt restituatur ad locationem, sed solum vt à locatione liberetur. vnde apparet quòd ista locatio facta post abstensionem, non rescinditur, quasi quòd 4 5

quod præcedens erat rescissa per abstensionem: aliàs enim secunda fieri non potuisset. Item quòd ista dicatur hæreditas vacans, facit Bartol. in l. san-
6 cimus. §. j. C. ad Trebel. vbi dicit, quòd * est necesse cõstare, quòd omnes propinqui, & etiam fiscus istam hæreditatem repudient. est practica multum certa, sed est dura, vnde alij dicunt: & hoc dicit gl. secundum eum, quòd ille dicitur decedere sine hærede, qui statim cum moritur, non habet hæredem. quòd puto verum, dicit ipse, puto tamen subdit. quod de hoc debeat aliqua discussio fieri, vt fiat saltem aliqua proclamatio. si est aliquis qui velit esse hæres talis. arg. C. de rem pig. l. si eo tempore, &c.
7 Si ergo in casu nostro * est hæreditas vacans, succedit, quòd extinguũtur & finiuntur omnia etiam ad hære. transitoria, vt optimè not. Ange. in consil. cccxxxiiij. incip. gagliardus. in ij. volum. Item pro creditoribus etiam contra Baronẽ facit, quoniam
8 quando * per cõductorem non stat quominus vtatur re conducta, debet fieri emissio, per tex. in l. habitatores. §. fi. ff. locat. quod fuit hic: nam per mortem fuit conductor impeditus. Item facit, nam Baro mortuo Bernardo debuit locasse ferterias alteri, cum potuerit, vnde sibi debet imputari, secundum glo. in l. diem functo. eod. titul. ff. loc. At pro Barone facit quod suprà dictũ est, videlicet, quòd locatio trãsiit in hæredes Bernardi, præcipuè quia
9 ita concepta est. Et * hæreditas iacens repræsentat personam defuncti. l. hæreditas. ff. de acquiren. rer. do. l. si mihi & tibi. §. fi. ff. de leg. ij. l. cum hæreditas. C. de postu. Et potest incidere in pœnas ex contractu defuncti, siue legales. l. debitor. ff. de nego. gestis. ibi, veluti si periculum erat, ne prædia in publicum committerentur, ne pœna traiectitię pecunię augeretur, aut ex compromissio committeretur. siue conuentionales. vt in l. ad diem. ff. de verbor. obliga. & per Bald. in rubri. C. de succes. ed. ij. col. versi. in pœnas. & Specul. in tit. de loca. §. nunc aliqua. versic. xix. dum alleg. l. ad diem. videtur tenere quòd res emphyteotica hæreditate iacente incidat in cummissum, sed datur restitutio. non erit igitur inconueniens, quòd ratæ pensionum iacente hęreditate currentium debeantur. Nec obst. quòd hic simus in hæreditate vacante: quoniam, donec est spes aliqua, quòd quis possit esse hæres, non dicitur vacare hæreditas: quia est ius succedendi, &c. ita Barto. in l. postquam. ff. vt leg. nomine caue. In casu enim nostro non sunt citati particulariter hi: qui ad succedendum vocari poterant, vt requirit Bartol. in d. l. postquam. & in l. si bona. C. de bon. authẽ. iu. po. Et licet sit positum edictum: tamẽ non est positum in patria, vbi verisimiliter hæredes morantur, videlicet Florentiæ. Item non sunt in edicto positi centum dies vel annus, vt suprà notatum est. & licet valeat citatio cum minori tempore, quo ad hoc, vt perueniri possit ad dationem curatoris, tamen non valet ad excludendum habentes ius, vt suprà dictum est: igitur possunt illi venire: ergo non est hæreditas vacans. Et etiam si aliquis sine hærede decedat, non ob hoc finitur ius pignoris. Barto. in l. debitor. ff. ad Trebellia. Alexand. consi. xlv. vlti. col. v. vol. Nec ob. l. habitatores. §. fin. quoniam ibi steterat per tertium, hic autem ex impedimento casus fortuiti contingentis ex parte conductoris. qui casus non liberat conductorem, vt not. Bartol. in d. l. si vno. §. item cum quidam. versi. quarto casu. ff. loca. Nec ob. quòd Baro potuerit ferterias alteri locare, quoniã hoc non est probatum. Præterea ad hoc etiam præcedens
motiuum facit: nam * in instrumento locationis 10
Bernardus renuntiauit omni legis auxilio, &c. quę clausula singulariter operatur, quòd etiam simplici conductori, siue ob sterilitatem, siue ob alium quemcunque casum non fit remissio aliàs à iure fieri debita, vt not. Ias. in l. j. in vlti. cart. C. de iure emphyt. alleg. Alb. in l. item quæritur. §. exercitu. eod. tit. locati. Quinimò videtur in casu nostro * es- 11
se in electione locatoris mortuo conductore sine hærede (non dico quòd vacet hæreditas, sed nullo existente qui adeat) vel alteri locare, vel sinere rem stare sine conductore: & vt sibi currat pensio, per d. l. si vno. § fin. fac. Consilium quo ad primum votauit, vt suprà dictum est, quo ad secundum, videlicet super anterioritate & graduatione iudicauit, quòd Baro omnibus pręferatur ob prędicta, etiam in pagis quæ concurrerunt post mortem conductoris, & quando in causa nihil oppositum de lignaminibus syluarum Baronis, quibus vti potuisset conductor, si arrendamentũ durasset toto tempore, sacr. Consilium non habuit rationem, tamen deductionem debuisset pati Baro pro concurrẽti quantitate dictorum lignaminum.

SVMMARIVM.

1 *Remissio mercedis non fit conductori propter clausulas & renunciationes instrumenti, vel si non probauerit diminutionem introitus consueti vltra dimidium causa mortalitatis insolitæ.*
2 *Compensare prohibitus occasione contractus in quo renuntiauit omni ll. auxilio & omnibus exceptionibus, & sic retinere prohibetur.*
3 *Creditor factus debitor eiusdem debitoris intrat in hypotheca quam ipsemet habet contra eundem, & an possit nomen suum retinere vel compensare debitum cum debito.*
4 *Compensatio directè prohibita vtrum permittatur indirectè.*
5 *Renunciatio generalis post species casus expressos trahitur ad omnia alia remedia competentia saltem expressis non maiora; nisi prolata sit cum signo vniuersali, puta quoscunque, &c.*
6 *Generalis renunciatio extenditur etiam ad exceptionem, posito quòd illa exceptio sola cõpetebat.*

DECISIO LXXXVIII.



N causa excellentis Comitis Merconi, cum Nicolào Anello imperato. Primò dubitatum est an dicto Nicolào Anello conductori introituum terræ Podimontis debeat fieri remissio ob probatam insolitam mortalitatem in dicta terra. Et breuiter ob duo videtur,
quòd * remissio nõ habeat locum: primò quia non 1
probauit conductor, quòd diminutio introituum prædictorum ascenderit ad dimidiam eius quod perceptum foret, si diminutio seu mortalitas non

assuisset, prout videtur requiri, vt not. Bart. in l. li-
cet. C. loc. quem sequuntur Bald. ibi. & Anton. de
Butri. Abb. & Imol. in c. propter sterilitatem. eod.
titu. & Alex. consil. cviij. vj. colum. iij. volu. in quo
per multa hoc comprobat. Secundò quia clau-
sulæ & renunciationes in instrumento arrenda-
menti hoc permittere non videntur, vt est clausula
illa omni ll. auxilio, de qua suprà proxima decisio-
ne dictum est, dum fuit allegatum dictum Abb. in
l. item quæritur. §. exercitu. ff. loc. & Iaso. in l. j. vlti.
chat. C. de iure emphy. Secundò in eadem causa
dubitatum fuit, an Nicolaus Anellus, qui tempo-
re dicti arrendamenti erat creditor Ducis Traie-
2 cti: ex cuius cessione venit dictus Comes, * possit
saltem retentionis iure vti, & dicere quòd vult re-
tinere tantum de ista summa cessa, quantum erat
summa sibi debita. compensare enim non potest
ex quo renunciauit exceptioni compensationis.
Quòd possit, facit: nam Dux in instrumento, in
quo debitorem se Nicolao Anello constituerat in
ducatis 4600. obligauerat ipsi Nicolao Anello
omnia bona sua, & iura, ac nomina debitorũ, cum
3 constitutione precarij. Cum * ergo deinde succes-
sit, quòd Nicol. Anell. creditor est factus debitor
Ducis ex causa arrendamenti, & est nomen debi-
toris ipsius Ducis, intrat in hypotheca, quam ipse-
met habet contra Ducem: & ratione precarij vi-
detur, quòd possit suum nomenmet retinere: &
quòd nomen debitoris eiusdémque creditoris pos-
sit per ipsummet retineri, & esse hypothecatum. o-
ptime not. Sozin. loquens in hypotheca in consil.
4 clxxx. iij. colum. Præterea in casu in * quo cõpen-
satio directa prohibita esset, vt in casu nostro, vbi
est ei renunciatum, vel vbi quis vellet eam facere
de quantitate ad speciem, non videtur prohibita
compensatio indirecta, videlicet retentio, quando
res, quam volo retinere, erat mihi hypothecata.
not. Cyn. in l. prætextu. quæ est fin. C. commo. Abb.
in cap. fin. prope fin. eo. tit. At quòd retentio fieri
non possit, faciunt generales renunciationes Ni-
colai Anelli, qui tempore arrendamenti erat iam
creditor Ducis, & sciebat se habere hypothecam &
precarium, &c. & tamen renunciat omni ll. auxi-
lio, omnibúsq; exceptionibus iuris & facti, & ante
hæc generalia renunciauerat expressè exceptioni
doli mali, & infinitis aliis: & renunciatio exceptio
num excludit omnes exceptiones, vt not. Bald. in
5 l. pacta nouissima. in fin. C. de pact. Item * renun-
ciatio generalis subsequens post speciales casus ex
pressos operatur, vt generalis renunciatio traha-
tur etiam ad omnia alia remedia competentia sal-
tem non maiora expressis, vt not. glos. & doct. in l.
iiij. §. quæsitum. ff. si quis cau. cum infinitis quæ ad-
ducit Alexand. consil. xlij. vij. col. j. vol. Quinimo
quando clausula generalis non est indefinitè pro-
lata post speciem, sed cum signo vniuersali, tunc
veniunt etiam maiora, vt quando esset verbum,
quæcunque, seu quibuscunque; vt est hic. vt not.
Imol. in capi. j. penult. colum. de iudic. de quo latè
Felin. in cap. sedes. de rescriptis. in versicul. quarta
6 declaratio. Sic quoque * quando non competeret
nisi vnica exceptio, vt retentionis; si subiicitur post
expressionem aliquorum clausula generalis; illa
comprehendet talem exceptionem, quæ sola com-
petebat, per l. fundus qui. loca. de fundo instr. Soz-
zo c. postulasti. xxxxvij. colum. versi. quæ etiam li-
mitatio. de rescri. & Felin. in d. ca. sedes. versic. vij.
declaratio. Facit etiam pro communitate consil.
Lud. lxxxvij. incipi. circa id de quo quæritur. Fuit
votatum de mense Martij 1513. contra Nicolaum
Anellum.

SVMMARIVM.

1 *Legata in testamento minus solenni naturaliter de-
bentur, & sic retentionis iure saluantur.*

2 *Legatarius possidens sine vitio rem sibi legatam in
testamento non solenni, si conuenitur, exceptione
tuetur.*

3 *Hæres institutus in testamento minus solenni, quo
ad animam retinet hæreditatem: tamen conuen-
tus in iudicio condemnatur ad restitutionem,
nisi adsit clausula codicillaris probata per duos
testes. & nume seq.*

5 *Fideicommissum non agnitum seu bona hæredita-
ria transmittuntur ad filios, etiam si clausula co-
dicillaris sit in testamento.*

DECISIO LXXXIX.

IN causa Ioannis Baptistæ de vuo,
cum illis de Campora super inuali-
ditate testamenti quondam Sanctæ
de vuo, quo dicti de Cãpora se tuen-
tur. Primò dubitari contingit an
ex quo in testamento dictæ Sanctæ non adsunt le-
gitimæ solennitates, & prædicti de Campora pos-
sident hæreditatem, in qua eorum quondam pater
fuerat institutus per do. Sanctam in testamento
non solenni, possint conuenti vti retentione. Et
quidem * in legatis factis in testamento minus so- 1
lenni dicimus, quòd naturaliter debeotur, vt in l.
cum quis. per Bartol. post glos. C. de iu. & fac. igno.
Imo. & Cano. in cap. fin. de solu. & Iaso. in d. l. cum
quis. iij. colum. Hinc est * quòd legatarius, qui pos- 2
sidet sine vitio rem sibi relictam in testamẽto non
solenni est tutus exceptione, si cõuenitur. ita Bart.
in l. nemo potest. v. col. ff. de leg. j. allegat. l. milites.
§. veteranus. ff. de testam. mil. & in l. etiam. de com-
pensa. & Bart. omnes doct. ibi sequuntur. At in hæ-
reditate est dubiũ, & doct. concludunt, quòd * quo 3
ad forum conscientiæ & animam institutus in mi-
nus solenni testamento potest retinere hæredita-
tem, tamen si conuenitur in foro iudiciali, debet
condemnari ad restit. Imol. in d. l. nemo potest. &
ibi Alex. & Ias. In testamento * de quo agitur, adest 4
clausula codicillaris. & Alex. in cõs. clxxvj. v. vol.
pen. & vlti. colũ. tenet, quòd operatur, quòd saltem
iure fideicommissi possit institutus retinere, dum-
modo dicta clausula probetur per duos testes, pro-
pter naturalem obligationem. allegat quod notabi-
liter voluit Bal. in l. si post diuisionem. C. de iur. &
& fac. ign. Et per hoc consil. Alex. fuit votatum in
fauorem possessorum, qui per duos testes probaue-
rant de clausula codicillari. Secundò dubitatum
est, an quondam Franciscus de Campora pater con-
uentorum, * cum non appareat quòd agnouerit fi- 5
deicõmissum, seu bona hæreditaria iure fideicom-
missi (testamentũ enim reputabatur validum) trã-
miserit, tale ius fideicommissi ad filios: mortuus
enim est antequàm sit adita hæreditas ab intestato.
& qui

& quidem communis opi. est quòd transmittatur. Bart. in l. cum filio. de leg. j. per l. cogi. §. inde Neratius. ff. ad Trebel. & late Alexan. in d. l. cum filio. xij. & xiij. colum. vbi etiam Iason. Et licet Bar. in l. j. in princ. ff. de iu. cod. tenet hoc non procedere, quando fideicommissum deberetur virtute clausulæ codicillaris in testamento appositæ per l. quærebatur. ff. de testa. milit. propter quod videbatur ad hanc causam cadere dicta limitatio: ex quo, vt suprà dictum est, conuenti subsistunt ob clausulam cod. attamen Alex. in d. l. xiij. col. dicit, quòd hoc dictum Bart. fuit semper sibi visum mirabile, & iure non probari, & allega. Raphaelem in d. l. j. de iur. cod. reprobare Bart. & Ro. in l. si quis priore. ad Treb. & contra Bartol. etiam tenent Areti. & Iaso. in d. l. cum filio. & cum hac opinione contra Bart. sacrum Consilium iudicauit.

SVMMARIVM.

1 *Testes præsentes citati, locis existentium extra ciuitatem nominatis, articulisque præsentatis infra terminum possunt examinari etiam post terminum elapsum. & nu. 3.*

2 *Dilatio de iure communi est peremptoria, posito quòd non dicatur, vnde secunda non conceditur, maximè si ius partis sit factum deterius: quod quidem quo pacto fiat: ibi videas.*

3 *Testes paulo post terminum producti permittuntur examinari, nisi producentis malitia redarguatur.*

4 *Testes quando personaliter comparere debent ad deponendum in causa ardua ciuili, & cuius expensis. & nu. 7.*

5 *Iudex non debet committere testium examinationem in causa criminali, in ciuili ardua, & vbi est suspicio.*

6 *Præsumitur causa iusta, si reperitur testium commissio, vel examinatio.*

7 *Examinatio testium qui semel fuerūt in curia præsentati & iurati, solet à magna curia committi vni de curia, & sic etiam committitur iuramenti receptio.*

DECISIO XC.

IN causa Magnificorum domini Bartholomæi Carraccioli agentis ex vna parte, & dominæ Elionoræ Carracciolæ eius neptis ex altera. Pri-
a mum dubium fuit. Terminus * ad
probādum in causa principali statutus est elapsus, sed infra dictum terminum testes d. Bartho. præsentes in ciuitate Neapol. fuerunt citati, & loca existentium extra ciuitatem fuerunt nominata: articuli quoq; præsentati sunt infra dilationem, non autem reperitur, quòd à die, à quo terminum prædictum currere intelligimus, prædictus Bartho. vltra prędicta aliquam instantiam fecerit pro examinatione, nisi in vltima die termini, aut per plures dies post: an parte alia contradicente, d. Batho. debeat admitti ad dictorū testium examinationem, cum terminus iam elapsus sit. De iure communi omnis dilatio ad probandum est perēptoria, etiam si non dicatur. dictum est suprà in allegatione seu decis. lxxxj. & si dicatur quòd illud non procedit,
* quando ius partis non esset factum deterius, vt a
d. etiam decisi. allegatur. ad hoc pro parte d. Elionoræ respondetur, quòd satis fit ius meum deterius: ex quo si tu non examinares, mihi rea conuenta nō esset opus facere vlteriorem processum: sed si examinatio tibi concederetur, opus esset me etiā examinare & probare. at dubito, an istius interesse consideratio procedat. vide Fel. in c. licet causam. col. x. de probat. Glosa quæ est in constitutione regni, in pecuniariis. in gloss. mag. quam sequitur ibi
Andr. in ij. col. concludit, * quod quādo pars, quæ 3
elapso termino vellet examinare, produceret testes suos in promptu, & non essemus multum post terminum: si videt iudex istum talem non malitiose gessisse, potest de bono & æquo ad examinationem procedere. In sac. Consil. solemus admittere partes ad examinandum infra tempus recipiendi copiam statutum per regiam pragmaticam. In ista causa sumus per plures plusquàm x. dies post lapsum termini. item testes non sunt in promptu: ex quo nominati sunt per varia Regni loca. item forte stilus consilij non opitulatur: nam hic in ista causa non cadit terminus ad recipiēdum copiam, ex quo in termino probatorio nihil est factum, nisi quòd d. Barthol. produxit articulos. Fuit in præsentia d. Viceregis cum voto Regentium cancellariam, & Locumtenentis Maiestatis Cæsareæ votatum, quòd d. Bartho. reintegretur ad examinandum. Secundò dubitatum est, an ad instantiam
d. Elionoræ petentis, * quòd testes d. Bartho. com- 4
pellantur personaliter venire ad deponendum in loco iudicij, aliàs nō examinentur extra sac. Cons. hoc facere debeat. præsupposito quòd ista causa sit ardua plus quadraginta millibus ducatorum. Pau. de Cast. in l. iudices. C. de fide instr. in j. col. di-
cit doctores tenere, quòd * si causa ciuilis est mul- 5
tum ardua, iudex non debet cōmittere audientiam testium, sed testes ad se vocare. Abb. in ca. si qui testium. in j. colū. de testa. volens exemplificare causam, in qua testis debet venire ad præsentiam iudicis, exemplificat in causa criminali, vel ciuili ardua. & idem Abb. in ca. cum causam. vlt. col. eo. tit. dicit quòd in causa ciuili debeat attēdi primò consuetudo fori. ea cessante subdit, quòd si testes sunt in alia prouincia, non sunt inuiti euocandi: si verò sunt in eadem prouincia, est in facultate sua, an venire faciat, an committat: nam secūdum eum propter suspicionem ipsorum testium, vel magnitudinem causæ debet ipsos coram se vocare. Imo. in l. si quis ex signatoribus. ff. quemad. test. ap. per quam l.
cū l. cùm ab initio. eo. ti. tenet, * quod si in testibus ad- 6
est suspicio, præsertim si magnitudo causę hoc etiā suadet, potest iudex iubere, quòd coram se producantur. Fel. in d. c. cum causam. ante pe. & pe. col. in ij. fallent. tenet, quòd iudex in causa ciuili potest committere audientiam testium ipsi Notario propter multitudinem agendorum, & sic ex dicta causa: & quòd præsumetur causa, si reperitur commissio facta, seu examinatio. Andr. in constit. in peculiaris. ij. & iij. colū. loquens de causis in quibus de iure, & secundum Regni constitutionem nō com-
mittitur audientia testium, dicit * quòd magna cu- 7
ria consueuit præsentatis testibus in curia iudicibus, & iuratis per eos, committere receptionem &

examinationē vni de Curia. & subdit etiam quòd receptio iuramenti modo prædicto committitur, & quòd sic seruat vsus: videtur tamen intelligere prædicta, dummodo testes ipsi in curia semel se præsentent: nam subdit, quia litera dicit in Curia præsentari. Fuit vbi suprà votatum, quòd testes omnes præter senes & infirmos, aut aliter iustè impeditos veniant Neap. ad expensas Elionoræ, pro quibus deponere habeat pecuniam.

SVMMARIVM.

1 *Sententia executoria, vel processus expediti contra principalem, non possunt exequi contra tertios possessores in hypotheca, vel vtili actione.*

2 *Iuramentum in litem veritatis aut affectionis non datur aduersus hæredem debitoris, nec aduersus tertios possessores.*

3 *Probatio simpliciter prolata non comprehendit probationem quæ fit per iuramentum, ex quo ficta probatio resultat.*

DECISIO XCI.

IN causa Honorabilium Iacobi, Nicolai, & Marci Saxi cum do. Ioanne de Tufo, & Ioanne Baptista de Ponte, qui sunt tertij possessores bonorum Petri Saxi olim tutoris dictorum Iacobi, Nicolai, & Marci. Fuit primò dubi-
1 tatum, an * ad fundandam intentionem prædictorum actorum agentium actione hypothecaria ob causam tutelæ sit fundata eorum intentio ex sententia lata contra præfatum Petrum, ac decretis sact. Cōsi. & executorialibus inde expeditis. Communi voto dictum est, quòd non: nam Bal. in l. ij. in fi. C. quando fis. vel priuatus, dicit quòd facta discussione ad hoc vt aduersarius, id est tertius possessor condēnetur in hypothecaria vel vtili actione, est plenè probandum, quia istud est iudicium principale. arg. C. quorum bonorum. l. leges. Secundò dubitatum est, posito quòd ex processu, super quo dicta sententia ac decreta lata sunt, appa-
2 reat de debito Petri, si tamen illud * debitum non est clarum, sed liquidatum fuit per iuramentum in litem delatum d. actoribus ob dolū tutoris, an extendatur vis istius iuramenti contra tertium possessorē. omnes quoque votarunt, quòd non: nam si cōtra heredem non iuratur in litē, siue sit veritatis iuramentum, siue affectionis, vt not. omnes, præcipuè Ias. post Bart. in l. admonendi. de iureiurando. multo minus si est delatum principali: non nocet tertio possessori. & ad hoc fuit allegatus Bal. in c. j. §. conuenticulas. iij. col. de pac. iura fir. qui dicit,
3 quòd * verbum probationis, simpliciter prolatum, non comprehendit probationem, quæ fit per iuramentum. ex quo resultat ficta probatio. Fuit votatum de mense Ianuarij absoluendo ab impetitione actorum.

SVMMARIVM.

1 *Minor factus maior per lapsum x. ann. non potest restitui aduersus confessionem factam sine iuramento, & sine curatore.*

2 *Donatio facta per minorem sine curatoris authoritate per lapsum x. anno. confirmatur.*

3 *Filiæ fœminæ de paragio dotatæ non succedunt extantibus masculis in Regno, scilicet quando sunt ex eodem matrimonio genitæ: nam si ex diuerso, matre intestata decedat, æqualiter fœmina cum masculis succedent. & nu. seq.*

4 *Mulier in Regno disponere non potest de dotibus, vel aliis sibi obuenetis ab agnatis & cognatis liberos habens, nisi de x. partibus vnam.*

DECISIO XCII.

IN causa Nobilis Ioannis Baptistæ de Marchesio conuenti cum nobili Octofredo Caphatino agente super repetitione seu venditione cuiusdam domus datæ alias in dotem per quondā dominam Lauram Romanam dicto Octofredo eius secūdo viro æstimatæ tali æstimatione, quòd faciat emptionē. Fuit dubitatū, an * ex quo iam cōstat, quòd domus prædicta fuerat quondam d. Bernardini de Marchesio 1
patris Io. Bapt. & quòd tempore quo dicta Laura illam cepit pro suis dotibus d. Bernardini eius primi viri, Ioan. Baptista erat minor xviij. annis, possit prædictus Octofredus tueri se ex quodā instrumento, in quo sine iuramento Io. Baptista confitetur & narrat fuisse domum adiudicatam ipsi Lauræ per magnam curiam Vicariæ seruatis seruādis, præcipuè cum per quinque, imo decem annos Io. Baptista factus maior non contradixit dictæ confessioni, nec eam reuocauit. Dubium consistit in intellectu l. fi. C. si maior factus. nam si vellemus legem illam intelligere, quòd procedat etiā vbi minor sine curatore contraxit, Octofredus obtinebit, aliàs non. Tex. dicit. si quando sine decreto minorum, vel adhuc sub curatoribus constitutorum, vel per veniam ætatis eorum curam excedentium res alienantur, &c. Textus iste clarè videtur loqui, vt intelligi debeat in casu quo minor contraxit existens sub curatore: & esset pro Ioan. Baptista, ex quo curatore carebat. Cyn. in ead. l. dicit. & aduerte, quia Iac. de Areti. dicit, quòd hæc lex locum habet, vbi persona est legitima, id est, quia persona minoris vendit cum authoritate tut. vel cur. Albe. de Rosa. ibidem sequitur Iaco. de Aren. At pro parte contraria est opin. Azo. in d. tit. dicentis. Cæterum quantum ad ratihabitionem tacitam partium, non habet locū iste text. nisi cum res vt pupilli est vendita, hoc est ab ipso pupillo tantum, vel à tutore tantum, vel ab vtroque. nisi dicas Azonem loqui in casu, quo pupillus habebat tutorem, quod non erat hic: & sic sine tutore contraxit. Glo. magna in ead. l. ponit casus, in quibus locum habet lex illa, & sunt quatuor: & in tertio casu ponit quando aliàs est minor sine tutore vel curatore. Salycetus recitat glo. & casus suos, & cum ea pertransit Sozi. in cons. cxlvij. iiij. colum. j. volu. loquens de minore, * qui donauerat sine authoritate curatoris, te- 2
net, quòd per lapsum x. annorum confirmetur dicta donatio, per l. fi. præallegatā. Corneus in consi. ccvij. in iij. volu. pen. colum. refert opi. glo. & Cyn. Iaco. de Areo. & Salycet. & dicit posse attentari id quod d. gl. dixerat in sui princi. videlicet. Item dixerunt quidam eam non habere locum, cum quis minor non habens tutorem vel curatorem, & non impetrata venia vendidit. quam opin. in effectu, vt dictum

dictum est, tenent Iac. de Aret. & Cyn. à qua postea
glo. discedit, & tamen ipse Corneus subdit, quòd
durum est contra stimulum calcitrare: & animad-
uerteris quòd Saly. sequitur glos. in dictis quatuor
casibus, & quòd Bar. & Bal. transeunt non recitan-
do illam gl. quòd si eam reprobare voluissent, fe-
cissent de ea mentionem. ergo videntur sequi. Fate-
tur tamen Sal. quòd quando minor habuisset cura-
torem, & sine eo, & sine decreto contraxit, quòd
lex illa non habet locum, sequendo in hoc etiam
gl. per l. si curatorem habens. Secundò in eadem
causa in reconuentione facta per Ioã. Bapti. in qua
petiit, quòd in euentu in quem domus veniret re-
stituenda, Octofredus condemnari debeat ad do-
3 tem in pecunia, pro qua * domos sibi data fuit æsti-
mata. Fuit dubitatum an do. Laura, quæ ex primo
viro habebat do. Ioann. Baptistam, & ex secundo
Elionoram, potuerit in suo testamento relinquere
Ioã. Bapti. masculum heredem, relictis solum Elio-
noræ fœminæ ducatis ducentis. Pro validitate te-
stamenti allegabatur consuetudo Neapo. si moria-
tur aliquis. quæ vult, quòd stantibus masculis fœ-
minæ non succedãt, sed solum habeant paragium.
Contra testamentum allegata est alia consuetudo,
quæ incipit, si qua moriens, quæ ponit frænũ mu-
4 lieri, vt * non possit, si habet liberos, disponere de
dotibus, & aliis sibi obuentis ab agnatis, & cogna-
tis: nisi decem partibus vnam. Et dicebatur nõ ob-
stare consuetudinem: si moriatur aliquis. quoniam
illa loquitur in casu quo filij masculi & fœminæ
essent ex eodem matrimonio: nam si sunt ex diuer-
sis maritis, & mater moritur intestata, succedent
fœminæ æqualiter cum masculis sine discretione
sexus, vt in consuetudine, si qua mulier habens fi-
lios vel filias.

SVMMARIVM.

1 *Vniuersitas ciuitatis, aut castri debet in aliena-
tione rerum adhibere quatuor requisita.*
2 *Vniuersitas alienans non potest renunciare solenni-
tati quatuor requisitorum.*
3 *Compromissum facere non potest, qui de re liberè
disponere non valet.*
4 *Compromissum requirit eam solennitatem, quæ re-
quiritur in alienatione rerum minoris, vniuersi-
tatis, & ecclesiæ.*
5 *Arbiter habens potestatem prorogãdi terminum
compromissi frustra laudat, si non intimauerit
parti prorogationem.*
6 *Promittens factum alienum puta quòd vniuersitas
ratificabit verè, modis omnibus, & cum effectu
faciet & curabit, ita quòd posse suum non execu-
tetur, liberatur si ratificatio sequatur, etiam sine
decreto. & nu. seq.*
7 *Promittens aliquid facere, tenetur taliter facere,
quòd sit validum de iure.*
8 *Impossibilium promissio etiam expresse facta non
valet.*
9 *Melioratio, & expensæ an repetantur à bonæ fi-
dei emptore in casu restituendæ rei. & nu. 13.*
10 *Malæ fidei poss. licet teneatur ad fructus qui per-
cipi potuerunt, non tamẽ tenetur de illis qui per-
cipi potuerũt ex melioramẽtis in re factis ab ipso.*
11 *Fructus, quos quis percepit etiam mala fide vltra
sumptus in re factos, habent extenuare debitum.*
12 *Bonæ fidei poss. compensabit fructus, quos aliàs lu-
craretur, cum impensis in melioratione factis.*
13 *Compensatio fructuum cum melioramentis non fit,
nisi opponatur causa retinendi. sed compensatio
impensæ gratia fructuum colligẽdorum fit, etiam
si non opponatur ab homine.*

DECISIO XCIII.

IN causa Athenasij Ferrarij cum vni-
uersitate villæ Casoriæ. Primò dubi-
tatũ est si dicta vniuersitas, quæ præ-
tendebat quandam terram vniuersi-
tatis esse indebite penes ipsum Athe-
nasium, potuit super ea ea facere compromissum,
cuius vigore arbiter iudicauit, & sic de validitate
laudi: præmisso * quòd ad hoc, vt res ciuitatũ ven- 1
di possint, requiritur primò, quòd sint in alienatio-
ne præsentes omnes siue pro majori parte curiales
& honoratæ personæ, ac possessores immobilium,
vt dicit tex. in l. fi. C. de vendi. rerum ciui. lib. xj. Se-
cundò quòd dictæ personæ iurent alienationem
ipsam fore vtilem ciuitati, vt in ea. l. Tertiò quòd
interponatur decretum in d. véditione postquam
facta sic fuerit, vt ibidem. Quartò aliqui requirũt
subhastationem. per tex. in l loca. C. de loca. præ. ci-
uilium. eod. lib. quæ loquitur in rebus reipublicæ,
quando locandæ sunt, & per illum tex. in d. l. fi. ibi,
non aliter. dicit Lucas de pen. ibidem, quòd * ciui- 2
tas alienans huic solennitati renuntiare non pos-
set. Et illa l. fi. licet loquatur in venditione, tamen
vendicat sibi locum in omni alienatione saltem si-
mili, vt est illa quæ fit tit. oneroso. Alexan. consi. j.
v. colum. iiij. vol. per no. per Bal. in l. fi. ff. de condi.
ob cau. & quamuis loquatur in alienatione rerum
ciuitatis: tamen videtur habere locum in rebus ca-
stri. Alex. vbi s. per no. per Bar. Bal. & Saly. in l. fin.
C. de sacrosan. eccles. Hoc igitur ita breuiter præ-
misso, pro vniuersitate facit: nam is * qui nõ potest 3
rem alienare, siue de ea libere disponere, nõ potest
de ea facere compromissum ca. cum tempore. vbi
hoc not. Abb. per illum tex. extrà, de arbi. in ij. col.
ver. vlt. not. & subdit * quòd ea solennitas quæ re- 4
quiritur in alienando, requiritur in compromit-
tendo. alleg. not. per gl. & Bar. in l. nulli. C. de trans
actio. & tex. cum gl. in l. non solum. C. de præd. mi-
no. At cõtra vniuersitatem facit quod subdit idem
Abb. in d. c. cum tempore. iij. col. vers. & intellige.
& vers. sed dubitatum. vbi tenet, quòd quando per
transactionem res esset remansura penes prohibi-
tum alienare, & quòd ille prohibitus daret aliquã
pecuniam aduersario, valeret tunc transactio. &
ideo tenet post Anto. de But. quòd ab initio vale-
bat compromissum: nam posset esse. quòd per lau-
dum non sequeretur alienatio: vt quia forte lauda-
retur rem esse debere minoris, vel ecclesiæ: vt est
in casu nostro: nam arbiter iudicauit: quòd terra
reuertatur ad villam Casoriæ, & quòd villa daret
Athenasio pecuniã. vide Lanfr. in tract. de arbi. iiij.
char. ver. iuxta pollicitum: j. col. fac. Consi. per alia
* media pronuntiauit laudum nullum, videlicet 5
quia habẽs hic arbiter potestatem prorogandi ter-
minum compromissi, dum prorogasset, non inti-
mauit procuratori villæ Casoriæ ipsam proroga-

6 tionem. Secundò dubitatum est, * an ex quo in
d. compromisso quidam particulares promiserant.
quòd vniuersitas ratificaret, & quòd facerēt mo-
dis omnibus & cum effectu, ita quòd faciendo pos
se suum non excusetur, quòd vniuersitas ipsa ra-
tificaret. Et vniuersitas ratificauit: sed non me-
diante decreto, an isti particulares teneantur: ex
quo non ratificauit cum effectu. Quòd teneantur,
facit quod not. gl. secundùm Bal. ibi in l. huiusmo-
di in princi. ff. de lega. ij. & refert etiam & sequitur
7 Alex. in iij. col. videlicet quòd * qui promittit, vel
tenetur aliquid alicui facere, tenetur taliter facere,
quòd sit validum de iure. Quòd non teneātur, fa-
cit consi. Are. cxlij. iiij. col. ver. venio igitur ad pri-
mum. vbi tenet, quòd is qui promittit se facturum
& curaturum cum effectu, quòd alius quid faciet:
illud verbum importabit, quòd non simulate, sed
verè & bona fide, quātum erit in eo, & cum omni
8 diligētia possibili curabit id fieri, nō * tamen obli-
gāt promittentem ad impossibile: quæ obligatio
etiā expressè facta nō valet. l. impossib. & quòd ibi
not. ff. de verb. obli. probatum est autem, quòd ipsi
particulares adhibuerunt omnem diligētiam. sacr.
Consil. considerando quòd isti iam fecerunt vni-
uersitatem more solito congregatam, & pro maio-
ri parte ratificare, non habuit respectum ad glo. in
d. l. huiusmodi: nec etiam habuit pro vero id quod
d. Fran. de Areti. præcipuè hic, quia iuratum est, per
ea quæ no. idem Are. in l. si ita stipulatus. §. possum.
ij. col. ff. de verb. oblig. & Ias. in l. stipulatio ista ha-
bere licere. in prin. iiij. col. versic. iuxta istud nota-
bile. eo. tit. de verb. obli. Tertiò dubitatum fuit:
nam Athenasius fecit seu ædificauit in dicta terra
molendinū magni redditus, in quo expendit mul-
9 tas pecunias. Esto * quòd non teneatur ad fructus
propter bonam fidem, an vltra fructus lucratos ha
beat repetitionem impēsarum, præsupposito quòd
non sint necessariæ, sed vtiles, & etiam valorē me-
liorationum. Præsuppono vnum quod habemus
in materia meliorationum, quòd si quis expendit
super re centum aureos, & ob hanc impensam res
est meliorata in ducentis aureis, non habet locum
repetitio nisi pro centum expensis: & ecōtra si ex-
pendit ducentos, & ob expensas istas res non fuit
meliorata nisi in centum: non repetet plus quàm
centum. tex. est in l. in fundo. ff. de rei vendi. ibi, &
reddat impensam. vt fundū recipiat vsque eo dun-
taxat, quo pretiosior factus est, & si plus pretio fun
do accessit. solum quod impensum est. & facit tex.
& quod ibi not. Abb. in c. j. ij. col. extrà de restit. in
integ. Item præsuppono id quod not. Ange. per il-
lum text. in l. cæterum. ff. de rei vendica. videlicet,
10 * quòd malæfidei possessio. licet teneatur de fru-
ctibus etiam qui percipi potuerunt, tamen si rem
meliorauit, vt quia vineas plantauit suo sumptu,
vel ædificia construxit, non tenebitur ad fructus,
qui ex vineis seu ædificiis vberiores percipi potue
runt, sed tantum ad perceptos. loquitur tamen in
malæfidei possessore, vt dictum est. Et text. in l. em-
ptor. eod. tit. de rei vendi. dicit, secundum Bald. in
11 summario, * quòd fructus, quos quis percepit etiā
mala fide vltra sumptus factos in re, habent exte-
nuare debitum. Item præsuppono quòd licet bon.
12 fin. po. lucretur fructus, * tamen si fecit impensas
in meliorando, &c. illi fructus, qui aliàs lucri fiunt,
compensabuntur cum impensa. l. sumptus. ff. de rei
vend. Et dicit Bal. in d. l. in fundo. quòd ista com-
pensatio fiet per modum replicationis: nam ego
petam fundum, tu excipies de impensa & meliora-
tionibus: ego replicabo de fructibus. hæc * igitur 13
compensatio non fiet, nisi opponatur: sed compen-
satio impensæ factæ gratia fructuum colligendo-
rum. fiet etiam si non opponatur ab homine, secun
dum eum. l. si pater §. fi. ff. de petit. hære. & vide bo-
num consi. Pau. in consi. xvij. pe. & vlti. col. incipi.
in causa quæ vertitur Parmæ. His præsuppositis
sac. Consi. adhuc non votauit, sed re discussa incli-
nabat quòd isti fructus quatenus sunt infra expen
sas, excomputentur cum impensis: quatenus verò
sunt vltra, & essent percepti post lit. contest. & sic
post malam fidem, restituantur. Stante enim quòd
Athenasius conduxit ab assertis procuratoribus
vniuersitatis, & quòd vidente vniuersitate & pa-
tiente, imò hominibus illius operantibus fecit mo
lendinum, sac. Consi. habuit eum pro bon. fid. poss.
Fuit tandem votatum contra Athenasium verum,
quòd quatenus fructus percepti per eum sunt per-
cepti respectu soli territorij & aquarum dictæ vni-
uersitatis Casoriæ, compensentur cum melioratio-
nibus factis per Athenasium. quatenus verò sunt
percepti ex meliorationibus & aliis aquis dicti A-
thenasij, non teneatur ad restitutionem nec com-
pensationem.

SVMMARIVM.

1 *Testibus asserentibus se aliter, vel non ita dixisse contra notarium, nec econtra, creditur in criminalibus.*

2 *Notario magis creditur in ciuilibus, nisi sit suspectus quàm testi asserenti se aliter deposuisse nisi sit persona multum notabilis ipse testis: vel nisi multi sint testes in vnum conuenientes.*

3 *Notarius & testes adinuicem contrariantes in ciuilibus & criminalibus non puniuntur: licet neutri cōtra alium detur fides ad condemnandū accusatum vel inquisitū: sed verū ad inquirendum.*

DECISIO XCIIII.

IN causa Ioannis Pauli scribæ cum d.
Antonio de Bononia: super eo videli-
cet, quòd * cum d. Ioan. Pau. examinas- 1
set quàm plures testes pro vxore quō-
dam Franciſchelli de Feulo, qui clarè probabant
contra dictum d. Antonium, nōnulli ex eis iterum
interrogati dicunt, se aliter, vel non ita dixisse: sic-
que d. Antonius vult prædictū Io. Pau. carceratum
ob hoc non liberari à carceribus: sed debere puni-
ri de falso. Spec. in titu. de instr. edi. §. restat. ver. sed
quid si vnus. in casu proposito tenet, quòd nec cre
datur notario contra testem, nec econtra: loquens
quando criminaliter procederetur ad puniendum
de falso. Abb. post Spec. ibi. & in tit. de teste. §. fin.
versic. sed pone ecce iudex. Abb. inquam in cap. ad
aud. de præscrip. in j. & ij. colum. tenet, quòd * quo 2
ad causam ciuilem, creditur magis notario cum li-
mitatione: nisi sit notarius suspectus, vel testis
sit persona multum notabilis, præsertim secun-
dum

dum eum, si testes sunt multi, & omnes conueniũt.
Quo verò ad causam criminalem, tenet Abb. quòd
non credetur scripturæ notarij contra testem, nec
dicto testis contra notarium, cum sint singulares,
licet plures sint. Ang. in l. j. §. si quis negot. ff. quem-
admo. test. aper. tenet, quòd quando tabellio esset
suspectus, vel quando omnes testes examinati dice-
rent se non ita dixisse, credetur magis testib. & do
cto. vt mihi videtur, intelligunt istud dictũ etiam
in causa ciuili: vbi aliàs magis staretur Notario, &
sequitur Imo. ibi pen. col. versi. item adde. & Alex.
in consil. lxv. vlt. col. versi. decidit insuper. ij. volu.
& Felin. in dicto c. ad audientiam. iij. col. Pro parte
d. Antonini dicebatur, quòd hic erãt plures testes,
qui dicebant se aliter dixisse, & scriba non erat no
tarius, & probatum erat in processu informatiuo,
quòd erat domesticus & amicus aduocato, & con
sanguineus partis aduersæ. apud me hoc non rele-
3 uabat allegantem: nam, vt dixi, illud * quòd nota-
rius sit suspectus, vel quòd omnes testes contradi-
cant, militat in causa ciuili: vt scilicet ideo nota-
rio non credatur, non autem vt puniatur. docto.
loquẽtes in causa criminali volunt, vt neutri con-
tra alium detur fides. Præterea & in causa ista non
omnes testes contradicebãt: sed multi, non tamen
omnes. & Ang. ac alij prędicti dicunt quòd omnes
&c. Præterea super eo in quo dicti testes se reuoca-
bant, erant alij testes qui se non reuocauerãt. sacr.
Consi. decreuit dictum Ioan. Pau. esse à carceribus
liberandum. Et de materia habemus plene Alex. in
d. consi. lxv. & Felin. in d. c. ad audientiam. de præ-
script. & in c. cum dilecti. de accusa. vj. colum. Pars
contra Ioan. Pau. dicebat, quòd doct. volẽtes quòd
in criminalibus non credatur notario, nec e con-
tra, debent intelligi quo ad condemnandum: sed
non ad inquirendum, vel torquendum.

SVMMARIVM.

1 *Debitor ex contractu absolutus seu habilitatus à iu-
ramento, potest opponere promissionem fuisse fa-
ctam ob turpem causam. & nu. 5.*

2 *Turpiter accipit pecuniam qui facit pro pecunia,
quod gratis facere tenetur.*

3 *Transactio quamuis pro enorme damnum rescindi
nequeat: tamen si quis illicite resistendo pro re-
stitutione rei debitæ recipit aliquid, conueniri po-
test condi. ob turpem causam.*

4 *Ciuitas inuadens aliena castra, turpiter accipit pe-
cuniam pro eorum restitutione.*

5 *Metus interueniens rescindit cõuentionem factam
inter contrahentes.*

DECISIO XCV.

IN causa domini Thomæ de Sanfra-
mundo cum domino Comite Magda-
loni. Promiserat namque præfatus d.
Comes, tempore quo in prouincia ter-
ræ laboris regnabat Rex Ludouicus de Francia,
prædicto Thomæ pro eius sustentatione dare sibi
annis singulis durante eius vita ducatos cc. de au-
ro, asserendo quòd hoc faciebat ex ordinatione
1 tunc Proregis, nunc * autẽ præfato Thomę agenti
ad dictam pecuniam idem Comes absolutus iam à
iuramẽto seu habilitatus opponit, quòd dicta pro-
missio erat ex turpi causa, allegatq; ac etiam pro-
basse prætenditur, quòd dum ipse Thomas tene-
retur restituere eidem Comiti comitatum Cerre-
ti, cuius tenuta Comes ipse vltimo loco in aduen-
tu Gallorum spoliatus fuerat, Tho. præfatus, quan-
tumcumq; præfatus Rex Ludouicus per suas hoc
literas ordinasset, noluit restituere, nisi habita di-
cta promissione. vnde succedebat secundum Co-
mitem dispositio iurium dicentium, quòd quando
quis pro faciendo eo ad quod gratis tenebatur, re-
cipit pecuniam, tenetur illam restituere, & sic cui
damus actionem, multo fortius exceptionem. Et
id de eo, * qui recipit pecuniam pro faciendo eo 2
ad quod gratis tenebatur, quòd turpiter recipit,
tenet glo. sing. in l. iiij. §. pe. in gloss. in ver. reperi. ff.
de condi. ob turp. causam. pro quo facit bo. text. ad
propo. in l. pen. C. de condit. ob turp. causam. Et
dicit Bald. in l. fi. eo. tit. ff. de condi. ob turpem cau.
quòd * licet in contractu transactionis pactiũ non 3
fiat rescisio per enorme damnum. l. Lucius. §. fi. ff.
ad Trebel. tamen si quis resistendo illicite aliquid
recipit pro restitutione rei debitæ, potest conue-
niri condictione ob turpem causam. Et Bal. in d. l.
pen. C. de condit. ob turpem cau. dicit * quòd illa 4
lex facit contra ciuitates quæ inuadũt castra alie-
na, quę nolũt restituere nisi recepta pecunia, quòd
tunc turpitudo non sit nisi ex parte recipientis: te-
netur restituere quicquid accepit. nec putat hunc
contractum per capitula pacis adiuuari, quia est
turpis & improbatissimus. Et Mart. Laud. in tit. de
confœderatione. xviij. notab. applicat hæc ad prin
cipem inuadentem castra aliena, & nolentem re-
stituere, nisi aliquo excepto ex cõuentione. Et sub-
dit, * quòd propterea aliàs vidit consilium illud 5
docto. quòd cum multi de facto rebelles Ducis, &
de iure subditi illius Ducis fecerunt conuentio-
nem cum ipso Duce, & principe suo de restituen-
dis ciuitatibus, & castris: cum pacto quòd dicti re-
belles retineãt aliqua castra Ducis, & habeant ali-
qua bona ciuium, fuit, vt ipse dicit, cõsultum, non
valere dictam conuentionem tanquam meticulo-
sam: & posse reuocari, alleg. l. metum. §. volenti. ff.
quod me. cau. & no. in l. interpositas. C. de transact.
vide Ang. in disp. incipiente renouata guerra. iiij.
col. vbi dicit de gestis in bello non potest dici de
metu vel violẽtia. Votatum tandem & iudicatum
est pro Comite, fuitque absolutus.

SVMMARIVM.

1 *Possessoribus adinuicem concurrentibus in posses-
sione summaria, capitur informatio vsque ad te-
stium aperturam inclusiuè: quorum depositioni-
bus vter appareat possidere, manutenetur in pos-
sessione.*

2 *Actor intentans dominium, & probans de quasi
possessione alicuius iuris, non cadit ab illo iure.*

3 *Actor agens rei vendicatio. ad fundum allegan-
do se dominum, si probet de vsufructu, an cadat
ab eo.*

4 *Libellus saluabitur si continet dominium, & pro-
babitur seruitus aliqua, vel commoditas.*

5 *Liberè & plenè idem significant: & pleno iure*

quandoque verificatur in parte rei, vt solum in domino directo.

6 *Libelli verba disproportionata seu repugnãtia probationibus, non impropriantur ad saluandum ipsum.*

7 *Vendicare possum totam rem ratione iuris, quod habeo in ipsa re: quando non possem vti iure meo, nisi res tota relaxetur.*

8 *Clausula omni meliori modo &c. non tollit vitium contrarietatis. puta si petitio sit deformis, & probata petitioni non conueniant: licet saluet omnem ineptitudinem & verificet in parte rem in genere petitam.*

9 *Dominus potest quis esse (nec inconuenit) in vna specie, puta in pascuis affidandis, & alius sit dominus in alia specie, prout in pedagio.*

10 *Possessorium retinendæ ordinarium & officium iudicis extraordinarium, an proponi possint post litem contestatam.*

11 *Sequestrum poss. non fit, etiam ob timorem armorum, altera partium stante in possessione: sed vbi neuter, aut incertum est quis possideat.*

12 *Sequestri remedium differt ab eo, quando proceditur ad examinationẽ, per quam alteri parti lite pendente super vti possid. esset ad rem prohibendus accessus.*

13 *Dominus rei cauere debet possessori iuris seruitutis, quòd non impediat eum in quasi possessione sua pendente lite super ipso iure.*

14 *Minor non appellãs si petit se restitui ad appellandum: ante lit. contest. in restitu. causa summarim cognoscetur, an habeat bonam causam læsionis.*

15 *Ordinarium remedium nõ facit extraordinarium cessare, quando istud pinguius prouidet, puta iudicis officium, in quo faciliores requiruntur probationes, & magis summariè proceditur.*

DECISIO XCVI.



IN causa magnifici Roberti Bonifacij,
qui primo loco obtulit supplicationẽ,
citationémque expediri fecit contra d.
Marchionem Neritoni super interdi-
cto retinendæ possessionis territorij cuiusdã, tan-
quam territorij ciuitatis Oriæ, cuius ciuitatis ipse
d. Robertus est vtilis dominus, expeditáque non-
dum, tamen executa significatione. Aliam petitio-
1 nem obtulit asserẽdo, quòd * timet lite pendente
à dicto domino Marchione turbari, & quòd de fa
cili possent euenire scandala, ex quo intendit de-
fendere suam possessionem manu armata, sicque
conclusit vt sac. Consil. prouideat, quòd manu te-
neatur in libera possessione dicti territorij, fuitq;
post executam citationem decretum, quòd capia-
tur informatio, & per viam summariã processum
vsque ad testium aperturam inclusiuè: ex quorum
depositionibus apparet, quòd totum dictum terri-
toriũ est ciuitatis Neritoni, & quòd dominus Ro-
bertus, & sui prædecessores domini Oriæ erant in
quasi possessione percipiendi fidam & diffidam ab
animalibus illud intrantibus. Faciebat mihi du-
bium contra d. dominum Robertum, primò: nam
2 * ipse in petitione tam prima quàm etiam secun-
da; & etiam in articulis deduxit, quòd ipse est in
possessione dicti territorij, & non probauit, nisi
de quasi possessione fidæ & diffidæ: & aduersarius
probauit melius super possessione corporis ipsius
territorij. vnde videtur quòd * non possit obtine- 3
re, ad instar illius qui egit rei vendicatione ad fun
dum dicens se eius dominum: nam licet probet
quòd habet ibi ius aliquod, vt est vsusfru. perdet,
secundum Bald. l. l. qui vsumfructum. ff. si vsusfru.
per. & in l. ij. ff. de cond. inst. & eum refert & sequi-
tur Alexand. in l. naturaliter. §. nihil commune. ff.
de acquiren. poss. ij. colum. (nisi diceret quis sim-
pliciter se dominum, non adiecto fundi, secun-
dum sensum Bald. in l. proprietatis. in j. colũ. C. de
proba. quem refert & sequitur ibi Aret. j. colum. &
Sozin. etiam. j. col.) Sed non procedit hoc secun-
dum Alex. & Ias. in l. sed & si poss. §. item si iuraue-
ro. ff. de iureiur. qui reprobant Bald. per text. ibi,
ex quo verba libelli impropriantur. Et si dicatur,
prout dicit Sozi. in dicto §. nihil commune, quòd
etiam quando quis dicat se dominum fundi, pro-
bato de vsufructu, obtinere potest, & tunc vsus-
fructus capietur hic pro parte fundi, vt declarat
Baldus in l. qui vsumfructum. ff. de verb. obli. sicut
etiam est in qualibet seruitute, vt dicit Baldus in
dicta l. proprietatis. Vnde * probando quòd quis 4
est dominus commoditatis, seu quòd tanquam do
minus fundi percipit illas commoditates, saluabi-
tur libellus. Ad hoc responderi potest quòd ver-
ba petitionis domini Roberti excludunt dictum
sensum: nam dicit, quòd posidebat totum terri-
torium. item dicit * liberum seu liberè, quòd tan- 5
tum est dicere quantum plenè, vt probatur in l. fi-
deicommissa. §. quanquam. ff. de legat. iij. & ibi per
doctores & per Bar. in l. alio. iij. col. ver. item quæ-
ro dicit testator. ff. & de alim. & cibar. leg. Sed non
procedit hæc responsio: nam etiam in non tota re
verificatur hoc verbum pleno iure, vt solum in do
mino directo, vt not. Angel. per glo. ibi in l. Iul. §.
idem Iul. ff. de rei vend. & not plenè Felin. in dicto
c. auditis. iij. & iiij. colum. Et si dicatur quòd verba
libelli debẽt impropriari &c. vt late cumulat Bert.
in tract. de gabellis. & Marianus in cap. fin. xxxiij.
prin. art. de li. obla. & Felin. in c. auditis. j. & ij. col.
de præscrip. & Ias. in l. sed & si possessori. §. item si
iurauero. ij. & iij. colum. ff. de iureiur. Ad * hoc re- 6
sponderi potest, quòd hæc non habent locũ quan-
do verba libelli essent disproportionata à proba-
tionibus: nam vt dicit Felin. in dicto cap. auditis.
post Alexand. in consi. cxxj. j. volu. incip. viso pro-
cessu si libellus continet repugnantia probationi-
bus, nullo modo saluari potest. ad propositum ca-
sus nostri dicere in libello se esse dominum terri-
torij, siue possessorem liberè, & probare de aliquo
iure vt fide &c. est quid repugnans: nam in re sua
quis non potest habere seruitutem, vel ius forma-
le. item probationes aduersarij excludunt totalem
possessionem, vel dominium. Sed non procedit
hæc responsio: nam intelligendo libellum de ter-
ritorio, quo ad ius fidæ in toto territorio, non
inconuenit, quando volumus quòd fida hîc non
iure seruitutis, sed dominij capiatur. Quinimò
dicit not. Abbas in cap. j. vltima colum. de immun.
eccle. quòd * ratione iuris quod habeo in re, pos- 7
sum vendicare totam rem, quando non possem
meo

meo iure vti, nisi relaxetur tota res. allegat not. in
cap. examinata. de iudic. & ibi per eum. Et si dica-
8 tur *quòd in libello est clausula omni meliori via,
per quam videtur saluari omnis ineptitudo, adeo
quòd quis obtinere potest ex causa probata, licet
non deducta; secundum Sozin. in d. §. nihil com-
mune, post Alexand. in l. si ita stipul. §. Chrisogo-
nus. de verb. obli. & per Cano. in c. ij. de ordin. co-
gna. Ad hoc responderi potest: primò quòd virtus
dictæ clausulæ procedit, quando essemus in ambi-
guo vel incerto: secus si petitio est prorsus defor-
mis, & probata non conueniunt petitioni. ita Ma-
rianus in c. ij. xiij. principali arti. de lib. oblat. quod
esse videtur in casu nostro, vnde quidam volebant,
vt dicit Ioan. Pet. in l. j. in princip. ff. de eden. quòd
dicta clausula non tollit vitium cõtrarietatis. Sed
9 soluitur hæc responsio prout præcedens, * præ-
terea non inconueniit, quòd in eodem territorio
vnus sit dominus in vna specie, puta in pascuis
syluestribus in affidando, vt se nunc prætendit Ro
bertus, & alius sit dominus ratione alterius spe-
ciei, puta pro pedagio, sicut dicitur in cap. cum
in tua. de decimis. Secundum principale dubium
10 contra dom. Robertum erat: nam primò * fuerat
motum iudicium ordinarium vti possidetis: de-
inde fuit motum remedium extraordinarium, &
summarium videlicet officij iudicis. iuxta not. pra
cticam, quam dat Paul. de Cas. in consil. v. versi. au-
thoritatet. nam non videbatur quòd consil. Paul.
cum ibi adductis per eum obtineat, nisi ante litem
motam, & iste erat casus consilij sui, vt in fi. ipsius
consilij apparet, quòd consilium incipit, causa
quę vertitur. aliàs in causa quæ vertitur, coram vi-
cario potestatis Bergonij occasione cuiusdam ve-
næ cotanæ &c. nam Iac. Butr. in l. incerti. C. de in-
terdic. quem refert & sequitur Bald. in l. ordinarij.
C. de rei vend. iiij. col. versi. sed hic quęro, duo asse-
runt. & Lanfr. in repet. rub. de causa po. & proprie.
ix. col. ver. j. conclusio. vbi disceptatur. ac alij plu-
res loquentes de hac materia ponunt, quòd quan-
do vterque prætendit se possidere, & neuter vult
esse actor, quòd cessat in casu nostro: ex quo iam
habemus actorem. & hic cadit quod not. Bald. in l.
æquissimum. ff. de vsufruct. videlicet, quòd tunc,
quando iudex videt imminere periculũ armorum,
debet causam ciuilem celeriter expedire. pro hac
parte facit etiam Bal. in c. dilectis. de app. ij. col. ibi,
maiori turbatione. quasi quòd super eadẽ non pos-
sit lite pend. agi. Vide s. decisi. lxxij. quòd pendente
iudicio retinendæ non potest agi remedio attenta-
torum. Pro d. Roberto facit: primò Spec. in tit. de
sequestr. po. & fr. §. j. versi. sed nunquid. vbi agitur.
qui vult quòd pendente lite super interd. vti poss.
iudex ob timorem armorum poterit procedere ad
sequestrandum, Sed hoc non videtur obstare: nam
11 * vt dicit Bal. in l. quidam æstimauerunt, quem se-
quitur ibi Ias. in iiij. colũ. ad sequestrum nunquam
deuenitur, nisi quando neuter possidet, vel incer-
tum est quis possideat: non enim potest etiam ob
metum armorum fieri sequestrum altera partium
stante in po. & sic etiam Lanfr. in d. rubric. ix. col.
12 aliud* est ergo remedium sequestri quod fit in illo
casu, aliud procedere ad examinationẽ, per quam
alteri parti lite pendente super vti po. esset prohi-
bendus accessus ad rem. Secundò pro do. Roberto
faciunt quædam verba Pau. afferentis glo. in l. j. §. j.
ff. de itinere actúque priuato. in d. consi. v. ij. col. lo
quentis in hac materia. & per gl. in l. j. §. j ff. de itin.
actúque priua. per quam patet, quòd * lite penden- 13
te super iure, vel quasi poss. iuris, ille qui non pos-
sidet debet cauere possessori, quòd non impediat
eum in quasi possessione sua. Sed ibi hoc est ex na-
tura seruitutis, in qua non cadit possessio rei, sed
iuris. Sic & in simili dicit Paul. cum * minor non 14
appellans petit se restitui ad appellandum: nam
ante lit. conte. in causa restitutionis summatim co
gnoscetur an habeat bonam causam, & sic sit læsus.
Tertiò facit: nam Franc. de curt. in cons. lx. videtur
hoc sentire, dum allega. Abb. in cap. examinata. de
iudi. & ibi Abb. in j. col. versic. sed aduerte. & cla-
rius in addi. vbi videtur innuere in ver. & licet lo-
quatur Spec. quòd fortius iudex interponet offi-
cium suum lite pend. quàm non. licet non loqua-
tur in sequestro. Quartò facit: nam * remedium 15
ordinarium non facit cessare extraordinarium,
quando illud pinguius prouidet. Bart. in l. in pro-
uinciali. §. j. vlti. colum. ff. de no. oper. nuncia. glo.
in l. fin. C. si aduersus rem. iudi. quod est in casu no-
stro: nam remedium de quo agimus est officium iu-
dic. in quo faciliores probationes requiruntur, &
magis summariè proceditur. Quintò facit: nam
pars non opposuit, & non fecit defensiones suas
in hoc officio iudicis. communi voto iudicatum
est pro domino Roberto.

SVMMARIVM.

1 *Successor filius in feudo petens feudum non tenetur*
ad instantiam rei declarare si petit vt hæres vel
non: etiam si hæres instituatur.
2 *Feudum non potest haberi per filium: nisi sit patris*
hæres.
3 *Actor in duobus casibus etiam circa burgensatica*
non tenetur declarare, si petit vt hæres vel non:
aliàs practica est in contrarium.

DECISIO XCVII.



IN causa Comitatus Neocastri inter ma
gnificam Faustinam Carracciolam pri-
mogenitam quondam d. Marci Anto-
nij carraccioli Comitis Neocastri a-
ctricem ex vna, & dominam N. carracciolam con-
uentam ex altera parte. Fuit dubitatum, an * dicta 1
Faustina actrix instante & opponente rea teneatur
declarare, si venit ex testamẽto vel ab intestato ad
dictum Comitatum. Et conclusum ac votatum &
decretum est, quòd non, per id quod no. Bal. in c. j.
in prin. ij. col. de succe. feu. vbi dicit q filius etiam
si hæres instituatur, non veniet ad feudi successio-
nem ex testamento, nec ab intestato, sed iure suc-
cessorio feudorum M. actorũ Franciscellus Cam-
pellonus. Dicebant aliqui ex dominis, quòd quan-
do rea petiisset actricem declarare, si est hæres d.
M. Antonij, & si venit vt hæres, quòd ipsa debuis-
set respondere: ex * quo feudum nõ potest haberi 2
per filiũ; nisi sit hæres patris, vt in c. j. an agn. & ibi
Andræ. & in c. j. de alienat. feu. pa. etiam si sit ex pa-
cto & prouid. vt vbi s. Vide Ias. in l. si autẽ. iij. col.
C. de succ. edict. qui * ponit duos casus, in quibus 3
etiam

etiam in Burgĕsaticis quis non tenetur declarare. primus est quando pars nõ opponit, secundus est, quando reus sine ista declaratione posset deliberare an velit cedere vel contendere: sed in sacro Consil. est practica pro reo petente, semper actor debet deber declarare quomodo venit, & hoc in burg. quicquid dicat Bart. in l. si defensor. §. illud. de inter. actio. & de hac practica vide d. Ant. de al. in l. j. ff. de petit. hæred. vbi dicit quòd hoc seruaretur in practica. In ea causa pro conuenta parte fuit petitum post dictum decretum, quòd præfata actrix declaret, si venit hæres. Domini de consilio declararunt in facie aduocatorum, quòd ipsa actrix non tenetur hoc declarare, ex quo semel dixit, quòd venit vt successor. Quare ipsi aduocati incontinenti formatunt petitionem, vt actrix declaret si est hæres, sed de ea non fuit habita ratio, nam oblata est post litem contestatam. quare non tenetur quis respondere per modum interrogatoriorum, sed fuit dictum quòd faciat positiones.

SVMMARIVM.

1 *Clericus testari potest de bonis, quæ paterna successionis, vel agnationis intuitu, vel ex artificio lucratur: non obstante consuetudine Neapol. quia iure municipali clericus non ligatur.*

2 *Clerici ementes pro se, non autem pro ecclesia, ligantur consuetudine iuris congrui.*

3 *Monachus nec pro eo Monasterium petere potest portionem se tangentem à fratribus institutis vniuersaliter per communem sororem virtute consuet. Neapol.*

4 *Agnatus ingressi Monasterium an excludatur per ipsum Monaste. ab omnibus bonis ingressi stante consuet. Neapol.*

DECISIO XCVIII.


N causa Francischellæ maricondæ cum Notario Loysio castaldo, & cõsortibus. Fuit dubitatum, * an agnati sacerdotis Neapolitani auferant ab hæredibus institutis per sacerdotem medietatem bonorum antiquorum, iuxta con suet. Neap. gloss. Neapolita. super consuetu. si quis vel si qua. super verbo, materna. in fi. dicit hæc verba: si autem viuent præfati clerici, vel prælati possent testari ex prædictis bonis quæ paternæ successionis, vel agnationis intuitu, vel ex eorum artificio lucrantur, vt extra. de testa. c. quia nos. §. interdicimus. nec tenetur relinquere medietatem proximioribus secundum censuram huius iuris, cum non ligentur hi iure municipali, vt dixi in d. gloss. qui tenor. idem Neopolit. in titu. de iure congrui.
2 in consuetudine, si ecclesia, in glos. j. tenet * quòd clerici emẽtes pro se non pro ecclesia ligẽtur consuetudine illa iuris congrui. idem Neapol. in dicta glo. qui tenor. quæ est in proœ. consuetudinum super vet. tenorem. late examinat articulum in genere sacr. Consil. iudicauit in dicta causa, quòd clericus potuit disponere, non obstante consuetud. erat autem ille talis sacerdos. Quid in aliis cleri-
3 cis, aliàs dicemus. Quid econtra, filia * Thomæ Cecalensis decedit superstite Alexand. Scipione, & Altobello Cecalensibus: hic vlti. erat monachus Carthusien. Mulier ista habens hos tres fratres fecit testamentum, & reliquit hæres illos suos seculares, venit Mona. ex persona Monachi, & vult auocare portionem, hunc Monachum tangentem vigore consue. vide Neapol. in consuet. hic allegata, in verb. proximiore, vbi determinat quòd non potest. Alibi glo. Neapo. in consuet. si moriatur. in glo. in ver. moriatur. quærit * an agnati eius, qui 4 ingreditur Monasterium, excluduntur ab omnibus bonis ingressi per monasterium.

SVMMARIVM.

1 *Vicinus rei emphyteoticæ venditæ non præfertur directo domino volenti eam pro se: licet alienationi consenserit. & nu. seq. & nu. 9.*

2 *Dominus directus non requisitus ab emphyteota alienante, præfertur cuilibet emptori.*

3 *Consensus domini non requiritur in venditione rei emphyteoticæ necessaria, puta in adiudicatione, in solutum datione per iudicem facta creditori saltẽ iure Canonis. & nu. 9.*

4 *Ius congrui non habet locum in alienatione necessaria.*

5 *Dominus directus rem emphyteoticam possidet saltem ciuiliter.*

6 *Possessor quilibet habet ius offerendi.*

7 *Feudum licet à creditoribus capi & vendi possit consuetudine vel statuto, tamẽ directus dominus offerre & redimere potest ab ipsis creditoribus.*

8 *Venditor vnius domus cõiunctæ alteri sua domui: licet vicinus ex alio latere vincat iure congrui ab emptore: tamen poterit ab ipso vicino auocare medietatem domus venditæ, quatenus coniungitur alteri suæ domui.*

DECISIO XCIX.


N causa Michaelis puluerini * petentis à d. Sebastiano Barnaba quandam 1
domum iure congrui, cum Monasterio sancti Ligorij directo domino dictæ domus: quòd in venditione præfato do. Sebastiano facta de domo prædicta per Ioãnem de morimãno consenserat: nunc autem videns vicinum ad eam iure congrui aspirare concurrit, & vult eam pro se, offerendo pretium. Dubitatum est, quis præferri debeat, an vicinus, an dominus directus. Et quidem quando * ipse dominus directus non 2
fuisset requisitus, iuxta l. fin. C. de iure emphy. nec consensisset, ipse dominus directus præfertur vicino, vt decidit Neap. in j. cõstitutione, sub tit. de iure congr. in gl. in ver. alicuius. Idem firmat Alb. in l. Imperator. la vlti. post Guliel. de cu. ff. de pact. & Alua. in cap. j. §. porro. pen. q. qualiter olim feud. alie. pote. At in casu nostro consensit in venditione facta d. Sebastiano. ergo non potest vlterius venire, est enim per illam venditionem quæsitum ius vicino, & illa venditio quæ est fienda vicino, fit ex causa necessaria, videlicet consuetudinis, & * in 3
venditione necessaria rei emphyt. non requiritur consensus domini, vt not. Bal. in l. Imperialem. iij. colum

colum. de prohi. alie. per Fede. loquens in adiudi-
catione, seu in solutum datione, quæ fieret per iu-
dicem creditori emphyteotæ de re emphyteotica.
fiet enim saluo iure canonis. & idem firmat Ias. in
d.l.fin. de iure emphy. in colum. cxxxiij. versi. quin-
tò quæro. & sunt no. per Bar. & alios in l. si finita. §.
si de vectigalibus. de dam. infect. & Alexan. consil.
lij. vij. col. j. vol. & tenet Albe. in ij. parte stat. ij. q. j.
4 col. sic etiam dicimus, quòd * in dicta alienatione
necessaria non habet locum ius congrui, vt deter-
minat Neap. in d. prima consuet. in gl. in ver. emit.
iij. col. In contrarium verò, & sic pro Monasterio
facit: nam esto quòd per consensum præiudicauit
sibi ecclesia, vt ob alienationem res non deuolua-
tur, nec cum ipse d. Ioan. vendidit do. Sebastiano.
nec cum ipse do. Sebastianus vendet Nicolao mi-
chaeli: ex quo ista venditio secunda est ex causa ne-
cessaria, in qua non habet locum deuolutio, tamen
ob aliud caput, videlicet vt pro eodem pretio Mo-
nasterium præferatur vicino, videretur dicendum
pro Monasterio. Et pro hac parte facit primò: nam
5 * ratione iuris emphyteotici, & directi dominij
clarum est quòd Monasterium possidet saltem ci-
6 uiliter. Et * cuilibet possessor habet ius offerendi,
vt in l. si fundus. §. in vendicatione. ff. de pig. & in
l. pan. §. ii. quib. mod. pignus vel hypo. soluit. Vnde
vt rē sibi conseruet ecclesia, debet admitti ad hanc
oblationem. Secundò facit glo. no. in c. j. § porro.
7 in glo. j. qualit. olim feu. alie. po. quæ voluit * in ca-
su quo feuda per statuta vel consuetudinē possint
à creditoribus capi & vendi, Dominus directus
potest offerre, & redimere à creditore. Quam glo.
sequuntur Iaco. de Bel. Bald. & Iac. alua. ibi. vnde
licet alienatio de qua. in d. glo. sit necessaria, quia
per iudicē vel ex necessitate ll. vel statuti: tamē do-
minus pro suo interesse potest offerre. Tertiò facit
gl. Neap. in consuetudine, si ex vno; in gl. in ver. &
8 volentibus, in fine. quæ tenet quòd * si ego vende-
rem domum vnam coniunctam alteri domui meæ
Titio, & tu vicinus ex alio latere vinceres hanc do
mum venditā ipsi Titio iure congrui, & sic Titius
ex causa necessaria tibi vicino venderet, ego pote-
ro abs te ex nouo iure congrui auocare medietatē
seu partem illius domus quatenus coniungitur do
mui meæ: pariter ergo ecclesia, quę primo loco cō-
sensit venditioni factæ d. Sebastiano: si nunc vici-
nus vincit, d. Sebastiano ex iure congrui hanc do-
mum: ecclesia licet primo loco illi primæ vendi-
tioni consenserit, posset ex nouo iure secundę ven
ditionis licet necessariæ, admitti, nō obstante pri-
mo consensu. Quartò facit consil. Bal. cclvj. iij. vo.
9 vbi vult * quòd licet creditor rei emphyteoticæ
possit petere adiudicationē seu in solutum datio-
nem rei emphyteoticæ pro debito, & ad hoc non
requiratur assensus domini, ex quo est alienatio
necessaria, vt suprà dictum est, tamen directus do-
minus potest offerre debitum, & præfertur ipsi cre
ditori: & si aliter iudex non vocatō directo domi-
no procederet; ipsi non præiudicat. Votatum est,
quòd coodemptur d. Sebastianus emptor ad ven-
dendum d. Nicolao michaeli pro pretio, quo fue-
rit appreciata iuxta consuetu. Neapol. & quòd in
auocanda possessione à præfato d. Sebastiano præ-
feratur Monasterium iure directi dominij.

SVMMARIVM.

1 *Feudum venditum reuocari potest per vendito-rem, posito quòd postea sequatur assensus. & numero 7.*

2 *Iuramentum alienantis feudum habet in se tacitam conditionem scilicet si Dominus alienationi consenserit.*

3 *Feudi alienatio facta in augmentum feudi de iure communi nō requirit assensum: at in regno etiam in melius non licet alienare. & nu. 7.*

4 *Feudum dicitur in augmentum alienari quando iuuenis vendit seni: & habens filios vēdat non habenti: vel aptiori ad præstandum seruitium: vel promittenti seruitium duplicatum.*

5 *Assensus superueniēs post venditionem reuocatam non reperit materiam in statu validandam.*

6 *Alienatio feudi si fiat in præsentia Domini scientis, & intelligentis, de iure communi non requiritur vlterior assensus: at in Regno dicta præsentia non sufficit.*

7 *Licentia vbi requiritur, expressa, nō tacita sufficit.*

DECISIO C.

IN causa Tutij de persona cum Petro
Vetrano, cum dictus Tutius vendidis-
set præfato Petro quoddam feudū pro
certo pretio, illúdq; tradidisset, ac de-
inde venditionem reuocasset, & post reuocationem
emptor assensum regiū obtinuisset in forma com-
muni, & demum pro ducatis quinquaginta idem
venditor post assensum interpositum super con-
tractu celebrato de dicta venditione, venditio-
nem ipsam ratificauerit, reuocationémque reuo-
cauerit. Fuit dubitatum an * præfatus Tutius agēs 1
super recuperatione feudi debeat obtinere stante
constitutione Regni, quæ incipit, constitutionem
diuæ memoriæ. quæ permittit alienantibus feuda
quòd possint iure proprio reuocare. Pro conuen-
to facit primò Lucas de penna in l. nulli. ij. col. C.
de fundis pat. qui dicit, quòd quando vassalus alie-
nat feudum, & iurat non contrauenire huic alie-
nationi, vbi expresse Dominus renueret consen-
tire, * tunc ipse idem alienans reuocare poterit, 2
non obstante iuramento, quòd videtur habere in
se tacitam conditionem, scilicet si Dominus alie-
nationi consenserit. c. constitutus. de rescript. & in
c. venientes. vnde antequam Rex requisitus renuat
consentire, non videtur quòd reuocatio fieri pos-
sit. si ergo dominus Rex assenserit, licet post reuoca-
tionem est clarificatum; quòd Dominus non re-
nuet assensum. Et dicit d. Mazzaus in decl. cxj. quòd
domi. Anto. de Alexandro & d. Andr. mariconda
dicebant, quòd ipsi videtur de istis reuocationi-
bus, quæ precedunt regium assensum, interdū non
fuisse habitam aliquam rationem. Facit secundò
tex. in l. si quis mihi bona. §. sed quid si mandauit.
versi. aut quid si petitam. ff. de acqui. hær. vbi si pa-
ter dixit quòd ratam habebat petitionē bonorum
possessionis talis hæreditatis factā à filio suo quem
in potestate habebat, inducere per hæc verba man-
datum seu iussus de adeundo. Et sic actus qui fit ad
validandū actū iam factū importat mandatū super
actu

actu de nouo gerendo: vt sic eodem modo assensus
Regius, qui interuenit in dicta venditione vt su-
5 prà facta, inducat vim super venditione fienda:
nam Tutius ratificauit primam venditionem, &
quatenus opus erat de nouo vendidit. & illum tex.
ita induxit Alexand. in consil. cxlvj. iij. colum. v. vo
3 lum. Facit tertiò: nam * quando alienatio fit in
augmentum feudi: non requiritur in ea assensus
Domini, vt dicit And. in l. imperialem. in princi.
xj. colum. de prohibit. alie. per Fede. in c. j. §. fina. de
cap. qui cur. vend. in c. j. §. præterea. de cap. Cor. ij.
col. in c. j. §. ex contrario. de inuesti. de re alien. fa.
& in ca. j. an ille qui interf. fratrem Domini sui. &
not. And. post glo. ibi in d. consti. constitutionem.
4 j. col. Et dicitur * fieri in augmentum feudi, quan-
do habens filios vendat non habenti filios. item
quando iuuenis vendat seni: quibus casibus feu-
dum est citius ad Dominũ reuersurum: Item quan-
do is in quem alienatur esset aptior ad præstãdum
seruitium, vt hæc ponit And. in d. l. imperialem. in
princ. xj. col. circa finem. item quando habens rem
pro vno seruitio, venderet vt emptor seruiret pro
duobus. vt not. Andr. in d. c. j. ij. col. an ille qui in-
terf. fr. d. sui. Ex quo infertur quòd cum ex proces-
su apparere dicatur quòd emptor de quo agitur est
aptior ad seruiendum. item vxore carẽs non debe-
bat esse necessarius assensus. igitur reuocatio nihil
operatur. & d. Anto. de Alexandro in addit. sua, ad
Andr. super constitutione, constitutionem diuæ
memoriæ. in secunda addit. dicit hæc verba: si feu-
di alienatio tenderet ad augmentum seruitij, quia
fieret ei qui melius seruiret, valeret sine iussu Prin-
cipis, & non haberet locum hæc constitutio. Pro
actore autem facit principaliter constitutio Re-
gni, constitutionem diuæ memoriæ. Item quia as-
5 sensus * superueniens post venditionem reuoca-
tam non reperit materiam præexistentem, quam
validare habeat. Ad Lucam in dicta l. nulli. respon-
detur, nam nõ receptum est propter generalitatem
illius constitutionis, vt dicit dictus doctor in de-
cis. cccxxxv. Ad l. si quis mihi bona. §. sed quid si
mandauit. respondetur, quòd non potest negari
iussum de quo ibi, seu illius extensionem, esse ta-
citum: & vt taciti; sed in Regno non sufficit ta-
citus assensus: imo debet esse expressus: vt in d. con
stit. ibi, nisi de speciali nostræ celsitudinis licentia,
6 in tantum * quòd licet quando alienatio feudi fie-
ret in præsentia domini intelligentis & scientis,
non requiratur vlterior assensus, vt dicit gloss. iiij.
in l. j. de prohib. alien. per Lothar. & ibi Alua. in §.
hac edictali. & in cap. j. §. denique. xlij. conclusione
quæ fuit prima causa benefi. amit. tamen in Regno
non sufficeret præsentia Regis, & scientia propter
verba d. constit. ita Andr. in d. §. hac edictali. Pro
7 quo facit: quoniam * quando requiritur licentia
debet esse expressa. & non sufficit tacita. vide Ale-
xand. in l. ij. §. voluntatem. ij. col. sol. mat. Ad illud
de alien. quæ fieret in augmentum feudi responde-
tur, quòd id procedere posset de iure communi
feudorum quando esset, verum. at in Regno etiam
in melius non licet alienare. ita expressè And. in d.
c. j. §. præterea. ij. colum. de cap. Cor. vbi dicit hæc
verba, quia quantum ad Dominum feudi intelli-
gitur diminui, quòd est etiã in melius contra suam
voluntatem, & expressius & melius in d. constitu-
tione, constitutionem. ij. colũ. ibi verius videtur:
sed ibi se remittit. & circa hoc vide in decis. clxvj.
Votatum est. emptorem condemnari ad restituen-
dum feudum habito per eum pretio: & super fru-
ctibus fuit reseruata deliberatio melior. sac. Consi.

SVMMARIVM.

1 *Citatio particularis creditorum requiritur, quan-
do creditores sunt certi: & proclama non sufficit
in confectione inuentarij.*
2 *Creditores seu sint veri, seu prætendant se credi-
tores esse, non attenditur, vt dicantur certi.*
3 *Consuetudo seu regionis stylus attenditur in facien-
dis inuentariis.*

DECISIO CI.

IN causa Andreæ viues agentis ex per-
sona quõdam Albinæ de Corduba eius
matris cõtra dominam Reginam Ioan-
nam possessorẽ massariæ, quæ fuit quon
dam Loysij Benet, & fuerit dicto Loysio adiudica-
ta pro quodã debito Pauli viues patris dicti And.
Opponitur, quòd dictus Andr. est hæres quondam
d. Pauli, & quòd non possit ad dotes, seu ratione
dotium maternarum agere contra eum qui tenet
propter debitum paternum: nam ipse est hæres pa-
tris, & teneretur Pro parte Andr. allegatur benefi-
cium inuentarij. Contra inuentarium opponitur,
quòd non fuit in eo citatus Loysius creditor, &
*quòd licet sufficiat citatio generalis creditorum 1
per edictum, seu proclama: tamen debet particu-
latim citari quando est certus vt no. omnes, maxi-
mè moder. in l. fi. in prin. C. de iure delibe. Ad hoc
respondebatur primò: quòd non erat certus And.
Loysium esse creditorem. Contra istam responsio-
nem dicebatur, quòd ipse Loysius mouerat tempo-
re inuentarij litem contra Andræam super adiudi
catione dictæ massariæ vigore sui debiti, & quòd
licet non fecisset fidem de debito, tamen * suffi- 2
ciebat hoc, videlicet, quòd Andræas sciebat Loy-
sium prætendere se creditorem: nam Ang. in l. j. §.
hæc stipulatio. iiij. colũ. ff. si cui plusquàm per leg.
Falc. dum ponit formam inuentarij super citatio-
ne, dicit asserentes se legatarios & creditores. Se-
cundò respondebatur, quòd * non est consuetum 3
per notarios conficientes inuentaria citari facere
aliquem specialiter: sed solũ per proclama. & quòd
ista consuetudo debet attendi per id quod no. An-
gel. in d. §. hæc stipulatio. v. col. vbi in specie dicit
circa hanc vocationem esse seruandum stylum re-
gionis, & per no: per Bal. consi. xxxvj. iiij. vol. inci.
inuentarium. vbi dicit quòd de generali consuetu
dine non est necesse tot substantialibus in istis in-
uentariis, & dixerat ante de citatione, & aliis so-
lennibus. Ad hoc seu contra istam secundam re-
sponsionẽ dictũ est, quòd de tali cõsuetudine non
fuit facta fides. & sic votatũ est contra inuentariũ.

SVMMARIVM.

1. *Donatio causa mortis facta cõcubinæ per clericum
valet: si tempore donationis concubinatus non
durauit.*

1 *Clericus potest ob merita donare concubinæ. probatis tamen meritis aliunde. quàm per donãtis confessionem absque iuramento.*

DECISIO CII.


IN causa Hippolytæ Squeræ cum
Carolo Antonio de limata fuit du-
1 bitatum, vtrum * donatio causa mor
tis facta per quondam Abbatẽ Mel-
chionem de limata in dictam Hip-
polytam valeat: ex quo prætenditur quòd fuit con
cubina donantis. In donatione Bart. in l. affectio-
nis. ff. de dona. & in l. miles. in princi. ff. de re iudic.
& in legato, idem Bartol. in l. miles ita hæredem. §.
mulier. ff. de mili. testa. post Richar. Malumb. tenet
non valere. Et licet ad hæc dentur limitationes,
2 prima, vt * non habeat locum quando donaret ob
merita: probatis tamen meritis aliunde quàm per
confessionem donantis: vt tenet Anchar. consil.
ccxlvij. secunda: vt non habeat locum stante iura-
mento donantis, secundum Ro. consi. xlij. qui lo-
quitur in donatione militis: & mouetur per ratio-
nem non conuenientem clericis: attamen in casu
de quo agitur, nihil istorum apparet. Fuit nihilo-
minus consideratum in dicta causa: quòd non ap-
parebat quòd tempore mortis donantis: & sic tem-
pore donationis concubinatus durabat: vnde vo-
tatum est pro actrice.

SVMMARIVM.

1 *Census vbi soluitur annuus pro terris feudalibus, ipsæ terræ non dicuntur amplius feudales, nec emphyteoticæ: sed simpliciter censuales.*

2 *Censualia, quæ non sunt feudalia, dicuntur habere propriam naturam discretam etiã ab emphyteot. iure.*

3 *Baro si alienat rem particularem feudi ad annuum redditum: per ipsã dicitur censualis & non feudalis.*


4 *Feudum, seu res in feudum si detur ad annuum redditum, non ob hoc erit feudum.*

5 *Censualia si alienantur pro franchis etiam irrequisito domino census, nõ ob hoc irritatur alienatio & nu. 7.*

6 *Censualia bona possunt alienari per possessores saluo censu.*

7 *Censuarius non priuatur iure suo non soluendo, nec alienando: & ista duo æquiparantur.*

DECISIO CIII.


IN causa magnifici Vincentij barrilis
cũ Vincentio dente, ac nonnullis aliis
super deuolutione nonnullarum ter-
3 rarum, & domorũ redditiciarũ feudo
casalis Pomigliani, cuius ipse Vincẽtius est vtilis
dominus, ob alienationem dictarum terrarũ factã
1 eo irrequisito. Constabat ex processu, q * de di-
ctis terris soluebatur redditus actori, vt domino
feudi seu casalis, itẽ quòd fuerãt alienata pro fran-
chis, irrequisito dicto vtili domino Casalis. Sac.
Consi. habuit bona ista nõ pro emphyteoticis, non
pro feudalibus, sed pro simpliciter censualibus, nõ
obstante dicta probatione, quòd erant redditiciæ
feudo, pro quo no. per And. in c. j. versicu nam &
illud. de eo qui sibi & hære. suis. vbi dicit * ista cen 2
sualia quæ non sunt feudalia habent propriam na-
turam, discretam etiam ab emphyteoticario iure.
Item facit quod in propriis terminis no. Neapo. in
cõsuetudine prima. in quibus rebus habeat. locum
quarta. in ver. sed in bonis. vbi quærit, * quòd si Ba- 3
ro alienat rem particularem feudi cum assensu de-
bito, & alienat ad annuum redditum siue censum,
transferens quicquid iuris habet in talem vel eius
hæred. cum potestate alienandi sine nuncupatione
feudi vel seruitij, res ista erit censualis, & non feu-
dalis: ex quo nec de feudo, nec de seruitio mentio
facta est. Item facit quod no. Bal. in l. liberti liber-
tæque, pen. col. de ope. lib. & Alex. in consi. cxxxvj.
iij. & iiij. col. j. volu. vbi tenet, quòd * etiam si detur 4
res in feudũ ad annuum redditũ, non ob hoc erit
feudum. Et licet fuisset allegatũ quod dicit d. Ma-
theus in sua decisio. cxxix. qui dicit fuisse votatum,
quòd res redditicia feudo, esto quòd nõ sit feuda-
lis, tamen erit emphyteotica: tamen non fuit statũ
illi decisioni maximè quia ibi ponitur pro certo,
quòd res illa fuerat aliàs Curiæ, & quòd in ea fue-
rit furnus Curiæ. Casus enim noster est, quòd non
apparebat aliud, neque origo cõtractus: sed solùm
quòd res illa erat redditicia feudo. Vide Andr. in
consti. si quando. post gl. ibi, quòd vasallus seu vil-
lanus qualitercunque non posset terram vel teni-
mentum, quod tenet à domino, sine sua licentia
alienare, etiam si tenimẽtum hoc non sit feudum,
vel in honore militari datum. fac. Consil. etiam in
ista causa Vincẽtij barrilis habuit pro certo, quòd
* res cẽsuales etiã si aliencẽtur pro franchis: etiam 5
irrequisito eo cui reddunt censum, non cadunt, cũ
hoc non reperiatur iure cautum, quòd ob hoc pos-
sidẽs priuetur vtili & directo dominio, & hic suc-
cedit id quod dicit And. in d. c. j. ver. nam & illud.
succedit etiam quod no. Luc. in l. quicunq;. iij. col.
ver. ex his bonis. de omni agro deserto. vbi vult
quòd * bona censualia possunt alienari per posses- 6
sores saluo censu, vide j. decisi. cxcvj. Et quãtum-
cunq; facit. Consi. in alia causa simili in anno 1487.
in fauorẽ domini Martini carracciolí, in qua erat
magister actorum N. Iac. de luciferis. Et in alia cau
sa etiam simili in anno 1499. in fauorem do. Anto-
nij Maramaldi, in quã erat magister actorum Da-
mianus Carola, iudicasset, quòd si istæ terræ seu
bona redditicia alienãtur pro franchis irrequisito
domino feudi cadant, tamen sacrum Consi. coram
quo ista vltimò mentionata sententia ostensa fuit,
noluit iudicare exemplo illius. sic quoque sacrum
Consi. non fuit commotum per id quod not. Aret.
in §. adeo. institu. loca. dum allegat Bartol. in l. j. §.
quid autem. lo. ij. de superficiebus. vbi tenet quòd
censualis res non potest alienari irrequisito domi-
no, & Iason illum sequitur in l. fina. penulti. chart.
versi. xviij. quarto. de iure emphytheut. nam Barto.
vbi supra loquitur in eo qui cõduxit superficiem,
& non erat ob hoc factus dominus, item dicti alij
duo loquuntur in casu quo is cui soluebatur cen-
sus, illam recolligebat iure dominij directi, patet
quia dicunt irrequisito domino &c. Sed contra
Aretin. in loco præallegato tenet Decius cõsi. clxiiij.
col. iij. qui dicit, * quòd sicut in contractu cẽsuali 7

quis non priuatur iure suo non soluendo, ita nec alienãdo, quia ista duo æquiparantur.c. potuit.locat.& respondet ad Spec. in tit.de locato.§. nunc aliqua. versi.cxix.ad Bar.in l.j §.quod autem.de superficiebus.& Imo.in d.c.potuit.iiij.col.quòd illi loquuntur in superficiario, qui tãtum habent vtile dominiũ ad similitudinem emphyteotæ, & tales soluunt pensionem de re aliena: secus in censuario dicit videri: & per hæc Aret.in d.§.adeo. non bene dicere, & ad dictam æquiparationem de delicto in non soluente ad delictum in alienante, adducit Decius Alex.cons.cvj.iij.col.vol.iiij. Votatum est ergo & iudicatum illos conuentos esse absoluendos ab impetitione dicti Vincentij, saluo eidem Vincentio iure petendi ab eis redditum, si quod competit.

SVMMARIVM.

1 *Fur puniri debet vbi captus est cũ re furtiua, etiam si eodem die caperetur, quo furtum factum est.*

2 *Fur captus cum re furtiua in alio loco quàm in eo, in quo furatus est: potest ratione noua contractationis in loco capturæ puniri.& sic nõ remittitur.*

3 *Furtum Neapoli commissum punitur per Capitaneum Puteolanum, non obstante quòd illomet die furti Neapol. facti apud Puteolos contractasset & vendidisset: & in loco contractationis per vnũ diem residentiam non fecisset.*

DECISIO CIIII.

IN causa d. Comitis Montellæ cum dn. Comite Noiæ fuit dubitatum,
1 an quidam vassallus Comitis Montellæ, qui in eiusdem domini sui territorio furatus fuerat vnum iumentum de mane, & de sero dum applicuisset in territorio Comitis Noiæ, videlicet in Aguadia, in quadam taberna, ibidẽ captus fuit cũ iumẽto, debeat remitti ad Comitem Montellæ, ex quo in eius ter-
2 ritorio furtum commissum est. Bartol.in l.si dominium.ff. de furt.dicit, quòd * captus seu repertus cum re furtiua in alio loco, quàm in eo in quo furatus est, potest ratione nouæ cõtractionis in illo alio loco puniri.fac. Consil.habuit, & habet opin. Bar.pro vera, saltem in practica. de qua tamen habetur latè per Alex.in d.l.si dominium. in addit.& Ang.& Augu.ibi. in tract. mal.in verbo, & vestem cœlestem.& Ana.in c.fin.in vij.col.& seq.extrà de fur. Ange.vbi suprà dat plures limitationes, quarũ vna est, vt illud quod dicit Bar.ita demũ obtineat, si faceret in illo alio loco contractationis residentiam saltem per vnum diem.alleg. Bal.in l. qui fugere.ff. de statu homi. Hanc limitationem fac.Cõs. non habuit pro vera in causa hac, ex duabus rationibus. prima est: nam Alex.in d.l.si dominium. ponens casus in quibus opi.Bart. non procedit, dicit, quòd procederet quando eodem die furti in aliud territorium ipse fur contractasset, per tex in l.quo destinauerit. eod. titu. vt sic tunc demum faciens furtum Neap.& deinde alibi cõtractans nõ posset alibi puniri, quando per totum illum diem Neap. stetisset, & nullibi accessisset, vel alibi accessisset, & tamen extra Neap. illo die non contractasset. nã licet postea alibi contractaret, nõ potest nisi Neapol. puniri. at in casu nostro illomet die alibi contractauit. Secunda ratio est: nam Ana.in d.c.si.viij. colum.ver.tu considera.dum allegauit Bald.in d.l. qui furere allegantem d.l.quo destinauerit, subdit, tu considera, quòd illud quod ibi dicitur, dicitur ad illũ finem, vtrũ dicatur manifestus vel non manifestus, vt probatur ibi, in l.seq.sed in casu, dicit ipse, sufficit quòd sit für etiam non manifestus, & subiungit Ana. posset etiam forte dici, quòd dictũ Bal.de vno die procedat, nisi esset fur suspectus de fuga.ar.eorum quæ no.in l.si.cum si. C.de fur. Ideo fuit votatum causam remittendam esse ad locum vbi captus est fur cum re furtiua, etiam si illomet die caperetur. Et dum* alia vice hic casus occur- 3
risset in persona cuiusdam capti à Capitaneo Puteolano in territorio Puteolorum, eomet die quo furtum Neap. commissum erat, & ante capturam illomet die dictas res furatas Puteolis vendiderat, fac. Consi. notauit causam esse cognoscendam per Capitaneum Puteolanum, non obstante, quòd illomet die furti Neap.facti apud Puteolos contractasset, & vendidisset, & in loco contractationis residentiam per vnum diem non fecisset.

SVMMARIVM.

1 *Decretum requiritur in alienatione rei ecclesiæ, posito quòd sit sterilis.& nu.seq.*

2 *Alienatio rei ecclesiæ sine debitis solẽnitatibus procedit in xj.casibus.*

3 *Ecclesiastica res sterilis potest in emphyteosim concedi ei, qui ad culturam reduxit adhibitis solennitatibus: alias possessio non quinquaginta non iuuaret emphyteotam.& nu.1.*

4 *Ecclesia potest alienare in perpetuam emphyteosim æqualitatis causa seruanda.*

DECISIO CV.

IN causa monasterij sanctæ Claræ cum Ferdinando de Merculiano & consortibus apparebat,* quòd olim, 1
iam sunt elapsi quinquaginta anni, monasterium sanctæ Claræ concesit in emphyteosim quondam Saleno de Merculiano patri præfati Ferdinãdi quasdam domos cum horto prope domos Comitis fundorum pro ipso Saleno, suisque hæredibus & successoribus: & quòd in hac concessione defuerat decretum: & quòd tunc temporis erat domus sterilis, id est, quæ non locabatur, & in horto proiiciebantur morticina: & quòd Salenus ipsas domos cum horto ædificauit meliorando, expendit que ducatos trecentos. Cardinalis Alexã.in c.sine exceptione. pe.& vlt.col.x.q.ij.ponit.xj.limitationes,* in quibus valeat alienatio rei 2
ecclesiæ sine debitis solennitatibus. Hoc dico, nam de iure est quòd decretum superioris necessarium est in alienatione rei ecclesiæ, vt in c. nulli. de rebus ecclesiæ non alienandis, per Abb.& latius per eum in c.j.de his quæ fi.à prælatis sine licent. capituli. sed melius per gl.& ibi Card. Alex. in antepe. col.in d.c.sine exceptione. Ex alia parte est cap.ad aures, de rebus ecclesiæ nõ alienãdis. vbi* quòd de 3

res ecclesiæ est sterilis, potest in emphyteosim con-
cedi ei, qui ad culturã reduxit. Dubium nostrum
est, an in casu c. ad aures. posit fieri ista concesio
sine solennitatibus. quòd non, arguitur è casibus
numeratis per Cardi. Alex. vbi supra: inter quos nõ
ponit istum. Pau. de Cast. in consi. lxiij. incip. vide-
tur dicendum. ij. colum. nominat casum c. ad au-
res. in quo causa æqualitatis seruandæ potest eccle
sia alienare in perpetuam emphyteosim. Accesi-
mus super locum, & considerauimus, quòd iam
antiqua ædificia extantia tempore concesionis
erant magna, & sic non potest dici res in totũ ste-
rilis. Votatum est pro ecclesia.

SVMMARIVM.

1 *Emptor non denuntians venditori litem motam super re empta succumbens & non appellans, an posit contra venditorem agere de euictione & nume. 4.*

2 *Venditor an debeat specialiter requiri vt veniat ad defendendum. nam per solam denuntiationem cogitur ad euictionem, & non ad defensionem.*

3 *Denuntiatio an sit necessaria, quãdo venditor esset præsens in iudicio litis motæ contra emptorem, stante suo iuramento defendendi, quod habet vim denuntiationis.*

4 *Emptor citatus contumax, & in eius contumaciam processum & sententiatum: vtrum agat de euictione posito quòd denuntiauerit.*

5 *Venditor læsus promittendo defendere totam rem, & in veritate deceptus in parte pretij non denuntiatus solenniter, de euictione non tenetur.*

DECISIO CVI.


N causa Diomedis de Marinis cum
Francino morello, promiserat præ-
dictus Francinus defendere, & de
euictione teneri d. Diomedi de qui-
busdam domibus, & horto, sitis in
pertinentiis Nuceriæ paganorũ. Diomedes cõuen
tus iudicio asistẽtiæ, & adiudicationis à quodam
1 tertio, * omisit denuntiare iudicium Francino,
quinimò tulit sententiam contra se, nec appella-
uit, & etiam executionem passus est. nunc agit con
tra dictum Francinum pro interesse passo ex causa
dictæ euictionis, Per Francinum opponitur, quòd
ei non fuerat denuntiatum, & quòd quantumcun-
que de hac lite Francinus notitiá habuisset, ex quo
apparet, quòd actor qui obtinuit aduersus Dio-
medem, fecit intimari iudicium etiam ipsi Franci-
no, si sua interesse putauerit, tamen hoc non suffi-
2 ceret, sed debet * vocari & requiri specialiter per
emptorem, vt veniat ad defendendum, vt tenet
Io. And. in Spe. de emp. & vendi. §. fin. Bart. & Saly.
in l. emptor. C. de euict. Bar. in l. non solum. §. mor-
te. vbi Alex. xiij. colum. de oper. no. nunc. & Bald.
in c. j. ij. col. si de feu. vassal. ab aliquo fuer. int. dicit
quòd sola denũtiatio etiam sine requisitione quòd
defendat, sufficit ad effectum, vt re euicta agatur
de euict. non autem ad effectum, vt ille teneatur
defendere. Secundò per Francinum opponitur:
nam in hoc iudicio moto contra eum super inter-
esse produxit quoddam instrumentum, per quod
in magna parte detegitur de iniustitia sententiæ
latæ contra Diomedem. vnde licet in casu quo est
notorium de iustitia vincentis: vt quia est instru-
mentum hypothecæ, posit agi cõtra venditorem,
etiam non facta denuntiatione, vt not. Io. de Imo.
in c. fina. vlti. colum. de empt. & vend. & Alex. eum
refert & sequitur in consi. lxvij. vlti. colum. iij. vol.
de quo per Alexan. in d. §. morte. xiiij. & xv. colum.
tamen hic illud ius surgens ex instrumento, cum
quo Diomedes perdidit causam, fuit ostensum
inane per instrumentum nouiter per Francinum
productum. vnde dicit Francinus, si mihi legitimè
denuntiasset, ego tunc produxissem hanc scriptu-
ram, & alias. Breuiter contra Francinum facit pri-
mò: quia, vt dictum est, ipse fuit vocatus in illa
lite per actorem, imò in ea comparuit & allega-
uit se habere scripturas, petendo terminum ad eas
præsentandum: vnde succedit vna ex limitationi-
bus datis ad regulam necesitatiuam denuntiandi,
videlicet vt non sit necessaria denuntiatio, quãdo
* venditor esset præsens in iudicio litis motæ con- 3
tra emptorem, vt no. Alex in d. §. morte. xv. colum.
per glos. sing. in l. si dictum. §. si præsente. de euict.
& sequitur etiam hoc Cardi. Alexan. in c. solicitu-
dinem. antepe. col. de ap. vbi dat octo limitationes:
& ista est septima. Et idem format Alexan. in l. ij. §.
fin. col. pe. sol. matri. Secundò facit contra Franci-
num, nã ipse in instrumento venditionis seu trans-
actionis, cuius vigore agitur, iurauerat Diomedem
defendere. vnde succedit vna ex limitationibus
positis per Bal. ad d. regulã, in c. fi. de empt & vend.
qui dicit, quòd quando venditor, cui non est de-
nuntiatum, iurasset, debet accurrere ad defenden-
dum, vt stimulus iuramenti habeat vim denuntia-
tionis. & hanc eandem limitationem tradit etiam
Alexan. in d. l. ij. §. fi. pe. colum. solu ma. Et licet Ias.
ibidem dicat, quòd Alexan. in l. quod te. si cer. pet.
tenet cõtrarium, tamen ipse affirmare videtur pro
opin. Alexan. in d. §. fin. quinimò in d. l. quod te. ix.
colum. tenet contra Alexã. allegando contra eum
Specu. in titu. de aduoc. §. j. ver. sed nunquid is qui
iurauit. & Panor. in c. breui. de iureiur. & nonnulla
alia. Claudius quoque in d. §. fi. transit cum limita-
tione Alexan. & pro eo allegat quod singul. dixit
Bald. in l. fin. in princip. ff. si cert. peta. Herculanus
etiam in d. §. fin. implicite videtur sequi d. limita-
tionem Alexan. licet postea subdat tutius esse, seu
cautius, ad euitandas opiniones, quòd fiat denun-
tiatio. Sozi. nihilominus in eo. §. fi. considerat con-
tra Alex. & relinquit cogitandum. Vnde pro Dio-
mede in hac secunda ratione sunt authoritates
Alexan. Barba. Iaso. & Claudij: & contra præfatam
rationem nihil est. Contra Diomedem tamen facit
in hac causa: quoniam * vocatus in iudicio fuit 4
contumax: & in contumaciam processum ad da-
tionem termini ad probandum: & citatus ad sen-
tentiam non comparuit: quo casu etiam si denun-
tiauerit, & perdit, non agit de euict. vt in l. j. C. de
pericu. & com. rei vend. & in l. si ideo. ff. de euict. &
dicit glo. in d. l. si ideo. quòd etiam si sententia iustè
lata sit, vt quia certũ sit eum amisisse causam, etiam
si præsens fuisset, adhuc non agit: quando eó non

defendente lata sit sententia. sed Salyc. & Fulgo. tenent cootra illam glos. nam quando certum esset, quòd etiam si causa defensa foret, fuisset iudicatum contra emptorem, tunc datur actio de euict. ex quo apparet q d. l. j. de peric. & com. rei vendit. & d. l. si ideo. sunt intelligendæ, nisi certum fuisset ita fuisse iudicaturum iudicem. & istud idẽ tenet Bal. in d. l. si ideo. qui dicit illum text. loqui in emptore qui fuit verus contumax. Et ex prædictis etiam patet solutio ad id quod contra Diomedem dici posset, videlicet quia victus non appellauit, vt in l. Herennius. io §. Gaia. ff. de euic. nam si per citationem ad sententiam æquè factam tam Diomedi quàm Francino potest dici, quòd per Francinũ præsentem non teneretur Diom. appellare: vt dicit tex. in d. §. Gaia. si verò non possumus ex hoc dicere ipsum Francinum præsentem: tunc ex quo causa tunc erat iniusta respectu rei, ex quo erat instrumentum hypothecæ, non tenebatur reus appellare: vt in d. §. Gaia. & ibi per Bal. & tenet Saly. in l. debitorem. §. si ignorantes. ff. mandati. Quinimò etiã si causa esset dubia, minimè tenetur appellare, secundum Bald. & Saly. vbi suprà. Sacr. Consi. ex his
5 causis votasset pro Diomede, sed quoniam * instrumentum, in quo Diomedi de euictione promittebatur, erat detectum, & apparebat factum in læsionem Francini, qui non recipiebat nisi promissionem vnc. xj. seu vnc. xij. & promittebat defendere tutam rem. item nõ apparebat, quòd hæc eadem res, quæ euicta est, fuit illa de cuius euictione promissum fuerat: ideo iudicauit pro Frãcino. & quoniam de illis vnciis xij. erat dubium si Diomedes soluisset verè, quo ad illas xij. vnc. reseruauit sibi deliberationem, de quibus pendebat lis super præsentatione instrumenti in ma. Cu. vicariæ.

SVMMARIVM.

1 *Sententia super actione personali contra debitorem lata, vtrum faciat fidem contra tertios possessores non citatos. & nu. 9.*

2 *Intellectus l. à diuo Pio. §. si super rebus. ff. de re iudicata.*

3 *Acta facta inter alias personas faciunt fidem quo ad præparationem alterius iudicij, non quo ad decisionem.*

4 *Tertius possessor, de cuius præiudicio principaliter non agitur, licet non sit citandus quo ad validitatem actus in iudicio principali contra debitorem agitato: tamen vt præiudicet ipsi, requiritur citatio saltem per generalia proclamata.*

5 *Tertius possessor non est citandus particulariter in iudicio principali, cum ad ipsum nõ pertineat defensio causæ, sed per proclama. & nu. 7.*

6 *Emptor conuentus super re empta, si laudat authorem denuntiando iurdicè iudicium: euicta re potest agere contra fideiussorem venditoris, etiam non citatum. & nu. 9.*

8 *Iudicia duo si sunt contra diuersos agitanda, quorum vnum causatur ab alio: tunc sententia lata in primo, prodest quo ad secundum licet non citatum, vt possit vigore primæ sententiæ formari secundum iudicium.*

10 *Inuentarium tutoris præsentatum in iudicio per adultum originaliter, habet vim probationis debitæ.*

11 *Inuẽtarium licet probet inter tutorem & pupillum, an operetur contra tertium.*

12 *Aestimi liber quamuis probet inter cõmune & descriptum in æstimo, vt appareat quid & quãtum solui debeat nomine functionum: tamen non probat inter descriptum & tertiam personam singularem.*

13 *Tertius extraneus differt à tertio habente causam à principali debitore.*

DECISIO CVII.


IN causa Marci Saxi cum magnifico
Ioanne de Tupho, & Ioãne Baptista
de Ponte, fuit dubitatũ an acta facta,
& sententia * lata cum liquidatione 1
secuta inter Marcum prædictum, &
Petr. Saxi super actione personali, in qua Marcus
fuit victor, & obtinuit contra Petrum pro certis
summis, faciant fidem, & probent ipsum Petrum
esse debitorem. In hoc iudicio, io quo pro quantitatibus tunc liquidatis & iudicatis petitur per
Marcum contra prædictos dominum Ioannem de
tupho & Ioan. Baptistam de ponte assistentia super
certis bonis quæ fuerunt dicti Petri. Et præsupponitur quòd hic iam constat & probatum sit, quòd
ista bona super quibus adiudicatio petitur, fuerint
dicti Petri: * vnde non sumus in terminis de qui- 2
bus in l. à diuo Pio. §. si super rebus. eò magis quia
hic non est actũ via executiua, sed actione hypotecaria. Pro reis quòd acta prædicta non probẽt Petrum fuisse debitorem, facit: nam in dicto iudicio
agitato contra Petrum non fuerant citati hi tertij
possessores, vnde eis non præiudicatur, per l. de
vnoquoque. de re iudi. l. primam. & in rubri. C. res
inter alios acta. Facit Alexand. in l. secunda. C. de
eden. v. colum. vj. conclusione. vbi dicit quòd acta
* facta inter alias personas, faciunt fidem quo ad 3
præparationem alterius iudicij, non quo ad decisionem. allegat Bald. post Iacob. de Aret. in l. j. in fi.
C. de aduo. diuer. iud. Facit Paul. de Castr. in d. §. si
super rebus. dicens, quòd quando * tertius non fuit 4
citatus in iudicio, quòd agebatur contra debitorem: non fiet contra eum executio, etiam si victor velit probare quòd ad illum debitorem victum res pertineat: & fundat se, quia ille processus non facit sibi præiudicium, nec probat illum esse debitorem in præiudicium istius tertij possessoris non vocati. Facit, nam licet glos. ij. in l. de vnoquoque. ff. de re iudic. teneat, quòd is de cuius præiudicio principaliter non agitur, non sit citandus. pro qua est l. j. §. pen. de ventre insp. & Bart. in l. in diem. de aqua plu. arc. & Bald. in l. ab eo. vlti. colum. C. quomodo & quando iud. tamen illud intelligitur quo ad validitatem actus. sed ad hoc vt præiudicet illi de cuius præiudicio etiã principaliter non agitur, requiritur citatio saltem per generalia proclamata. ita no. Alexan. in d. l. de vnoquoque. vlti. limitatione. Feli. in c. fi. ij. colum. de maio. & ob. Ias. in l. filiusfa. § diui. xiij. & xiiij. col. de leg. j. allegat Bal. in l. si eo tempore. de remi. pi. Barto. in extrauag. ad reprim. in verbo, per edictum. & Fel. adducit Lud. in l. peregre. §. quibus. j. col. de acqui. pos. & And. in c.

si vassal

si vassallus. si de feu. fu. cõtro. licet Ludouicus vbi suprà videatur facere differentiam circa prædicta ibi. secus si non est corruptus. Pro actore facit Angel. in l. cum filius. in si. prin. ff. de verb. obli. vbi di-
5 cit* quòd quando processus principaliter ordinatur ad perniciem eius contra quem proceditur, licet per quandam necessariam consequentiam præparetur executio contra tertium: non propterea ille tertius est citandus, quoniam ad illũ non pertinet defensio illius causæ, vt in l. sæpe. de re iudic. vnde dicit ipse, si ago personaliter contra Titium, & dico eum obligasse mihi omnia bona sua, & vinco in causa per probationes claras & apertas, sententia declaratiua hypothecæ & debiti præiudicabit possessoribus bonorum quantũcunq; non citatis. Facit Alex. in cõsi. clvj. j. & ij. col. ij. vol. vbi allegat multa faciẽtia ad id, quòd satis sit citare eum de cuius interesse principaliter agebatur, & inter cætera allegat tex. l. authore laudato. C. de euic. vbi
6 * si emptor conuentus super re empta laudat authorem, & sibi denunciat iudicium iuridicè, & res euincitur, potest emptor agere cõtra fideiussorem venditoris, licet in illo iudicio euictionis citatus non fuerit. Facit Bal. no. in l. sæpe. vj. col. de re iud. xv. limitatione ad regulã, quòd res inter alios acta
7 & eo qui dicit expresse, quòd sententia* lata in personali contra debitorem præiudicat tertiis possessoribus, licet non citatis, vt possit cõtra eos deuehiri, per id quod habetur in authen. hoc si debitor. C. de pig. & idem tenet idem Bald. in propriis terminis in d. l. de vnoquoque. iij. col. de re iudi. & dicit idem tenere quendam Iacobũ in suo tractatu discussionum. & id quod Bal. no. dixit in d. l. sæpè. fundat ex d. xv. limitatione. quæ est ratione ordi-
8 nis, puta secundum eum: quia* sunt duo iudicia contra diuersos agitanda, quorum vnum causatur ab alio: nam tunc sententia lata in primo prodest, quo ad secundum, licet non citatum, vt possit vigore primæ sententiæ formari secũdum iudicium contra ipsum: allegat Bald. in l. ingenuum. & per id quod habetur in l. j. C. de aduo. diuer. iud. & dicit bene facere l. primam. & quod ibi per Bald. C. vbi caus. fisc. & quod not. Bartol. in l. in cognitione. ad Sylla. & quòd habetur in l. cum filius. in princi. de verb. ob. & id quod idem Bal. no. dixit in l. de vnoquoque. fundat ex tertia limitatione, quam ibi dat ad regulam, quòd quis est citandus &c. & limitatio est, vt habeat locum quando principaliter ageret negocium suum secus si incidenter. Tamen omnes istæ doctrinæ confundi videntur per illam limitationem, de qua per Alexan. in d. l. de vnoquoque.
9 quam sequuntur* Felin. & Iason vbi suprà. Et tex. in dicta l. authore laudato, videtur intelligi posse, quòd agi valeat contra fideius. ideo quia agitur contra eum ex contractu secum inito & subordinato ad euictionis casum, quod non videtur obtinere contra tertios possessores, cum quibus nihil est contractum. Vnde sac. Con. quò ad vltimũ dubium inclinabat pro reis per d. limitationẽ Alex. sed quoniam allegabatur, quòd debitum Petri nedum fundaretur ex sententia, & iudicio agitato inter quõdam Marcum & Petrum, & sic inter alias personas, sed fundatur ex quodam inuentario ipsius Petri, facto per eum vt tutorẽ Marci, in quo erant descripta bona & res maximi valoris, per quod fuit fundata sententia, & * istud inuentariũ in hac 10
causa originaliter præsentatum est in vim probationis debiti. Ad istud dicebatur, quòd inuentarium* non probat nisi inter tutorem & pupillum, 11
non autem opitulatur contra tertium. vt no. Bart. in l. tutor qui repertir, iij. col. in fin. & in l. chirographus. ff. de admi. tut. Sicut etiam de libro æstimi,* quod non probat nisi inter commune & de- 12
scriptum in æstimo: vt sic appareat quid & quantum solui debeat nomine functionum: vt in l. forma. de censibus. & de ann. tri. l. mediterraneæ. & l. pro locis. lib. x. nõ autem probat inter descriptum & tertiam personam singularem, vt C. de donat. l. si functiones. & l. censuales. C. de rei vendi. l. solennibus. ita no. Ang. in l. decem. in vlti. verbis. ff. de verborum obligationib. At hoc* non obstante sacr. 13
Consil. votauit, quòd inuentarium hoc casu probaret ex quo non sumus in tertio extraneo, sed in eo qui habet causam à conficiẽte inuentarium, cum præsupponatur reos conuentos habuisse causam à Petri in his bonis, super quorum hypotheca conueniuntur.

SVMMARIVM.

1 *Alienationis prohibitio facta per testatorem filiis, quando extendatur ad posteros.*
2 *Prohibitio alienationis aliqua est impersonalis. seu realis, aliqua personalis, aliqua personalissima.*
3 *Prohibitio cum causa, videlicet, ne exeat de familia, an extendatur vsque ad quartum gradum.*
4 *Prohibitio alienationis ratione affectionis: puta turris, sepulchri, vel domus quæ fuit maiorũ suorum, dicitur realis, & extenditur ad posteros.*
5 *Tertiis alienatio prohibita sine causa non tenet.*
6 *Clausula, ita quod domus non exeat de familia &c. vtrum sit per modum causæ, vel enunciatiuè, aut dispositiuè.*
7 *Legatum domus factum vxori, ita quòd habitare possit in ea toto tempore vitæ suæ &c. hæc clausula restringit legatum domus.*
8 *Clausula, ita quòd domus &c. vtrum referatur ad proxima, vel ad omnia præcedentia.*
9 *Clausula in fine posita refertur ad omnia præcedentia: limita, vt nu. 10. 12. & 14.*
11 *Argumentum à contrario sensu non facit prouisionem specialem, sed per subauditum intellectum.*
13 *Clausula in fine posita si referatur ad omnia capitula etiam remota, tanto magis ad capitulum vnum suis rationem continentem dictam clausulam.*
15 *Alienationis prohibitio haredi facta vtrum dicatur odiosa, vel fauorabilis.*
16 *Clausula in fine posita etiam in odiosis refertur ad præcedentia.*
17 *Prohibitio rei alienari an perimatur per mutationem: & quid si mutetur nomen, & prohibitio sit pauper.*

DECISIO CVIII.


N causa magnifici Francisci marta-
maldi cum magnifico Io.Bapt. mar-
ramaldo præsupponēdum est, quòd
1 quondam d.Fran.martamaldus * pa-
ter quondam Iacobi Antonij marta-
maldi sui primogeniti, à quo descendit d.Franci.&
quondam Antonij martamaldi, à quo descēdit di-
ctus Io.Bap.in suo vltimo testamento, fecit primò
legatum infrascriptum, videlicet: Et dictæ domus,
in quibus ad præsens habitat ipse do.Franci.sint &
esse debeant dicti Antonij, præter & vltra partem
eum tangentem de hæreditate ipsius do. Francisci,
cum hac conditione, quòd do.Ant.durāte eius vi-
ta non possit domos ipsas vendere, alienare, obli-
gare, diuidere, nec in alium extraneum transferre,
ita quòd si decesserit sine hæredibus masculis ex
suo corpore legitimè descendentibus, quòd dictæ
domus sint & esse debeāt ipsius Iacobi Antonij si
vixerit: & si nō vixerit, filij sui primogeniti, ita q
dictæ domus non exeant de domo de martamal-
dis. Ioan.Bap.martamaldus filius præfati Antonij
possessor domorum prædictarum prætēdit sibi ius
esse alienandi domos ipsas: nam aut volumus at-
tendere prohibitionem, de qua suprà & illa fuit
facta Antonio sua vita durante, qui non est casus
noster, aut fideic.quòd si decesserit Anto.sine libe-
ris, vt suprà. & minimè est casus noster ex quo An-
ton.decessit cum liberis masculis, videlicet, ipso
Io.Bapt.ac Frācisco, & Antonio filiis Ioannis Loy-
sij nati ex dicto Anto.prætenditque idem Ioannes
Bapt.quòd illa verba, ita quòd dictæ domus &c.re-
ferantur ad proxima præcedētia, videlicet ad sub-
stitutionem factam Antonio, de Iacobo Antonio
& filio eius primogenito. Econtrario præfatus
Franc.filius Iacobi Antonij præfati vult impedire
alienationem domorum prædictarum. Præsuppo-
2 no, quòd est quædam prohibitio impersonalis, * vt
quando non adiicitur nomen, & fit in rem: vide-
licet ne alienetur, & in familia remaneat: de qua
loquitur tex. in l.pero.§.fin.de lega.ij.& ista transit
ad filios filiorum. Imo.in l.filiusfa.§.diui.de leg.j.
iiij.col. Quædam personalis, vt quando hæres sub
nomine proprio alienare prohiberetur, & hęc non
excederet personam prohibiti.text.est in l. Lucius.
in prin.de lega.iij.vbi per Bart.& de hac loquitur
ille tex. Quædam personalissima, vt quando esset
dictum, ipse hæres, etiam si sub nomine appellati-
uo fieret, & hæc similiter personam non excedit.
Bal.no.consi.ccciiij.v.vol.incip.nobilis vir.refert,
& sequitur Ias.in d.§.diui.xxvj.col. Quædam rea-
lis, vt quando non est adiectum nomen, prout est
in d.§.fi.& suprà dictum est. vel quando esset hæres
prohibitus cum causa adiecta, quia vult testator vt
de familia non exeat, secundum dist.Barto.in l.pa-
ter filium.§.fundum.de lega.iij.de qua Soci.consi.
ccxxvij.ij.col. Et est hic aduertendum, quoniam ad
hoc vt prohibitio hæc cēseatur realis, videtur vel-
le Bar.quòd ponantur illa verba, ne exeat de fami-
lia, per modum rationis cum expressione dictio-
nis, quia, vel ideo: & ita ipse exemplificat, videlicet
ideo fieri, quia volo hoc. Sic quoq; Lud.qui in cōsi.
cccclvij. dum vult ponere quando illa verba, ne
exeat de familia, ponuntur per modū causæ, dicit:
vt quia dixerit, ideo sic prohibui, vt non exeat de
familia. Sic Soz.in l. qui Romæ.§. cohæredes. vij.
colum. dum vult dicere, quando verba adiiciuntur
per modum causæ, dicit, quia volo &c. sic Iason in
d.§.diui.xxvj.col. dum dicit, nisi testator apponat
dispositioni rationem, quia velit talem rem in fa-
milia remanere. ex Pau.consi. ccxxxiiij.incip. visis
& consideratis.pe.col.in fin. videtur colligi, quòd
non est de substantia ponere hoc verbum, quia, vel
simile, verba sua sunt. Contrarium dico, quia atten
ta causa prohibitionis, quam testator expressit, sci-
licet quòd volebat dicta bona sua venire ad suam
posteritatem. Ex Alexan.etiam in d.§.diui.viij. col.
idem colligitur, dum dicit, quòd si prohibitus est
hæres alienare fundum, vt in familia remaneat &c.
non dicit: quia volo vt in familia remaneat. & ta-
men in quæst. Alex.præsupponit & decidit, quòd
* in quartum gradum per dicta verba prohibitio 3
extendatur: & sic sit realis. Ad considerandum an-
tem an in dubio videatur realis prohibitio, vide-
tur multum attendendam esse rei naturam, per ea
quæ no.gl.& ibi not.Cy.& alij in l.quoties ab om-
nibus.C.de fideicom. vbi loquitur * de turri, quæ 4
poterat esse tutela, & propugnaculum familiæ. &
Iason, in d.§.diui.xxv.col. per illam glo.dicit quòd
hoc casu prohibitio facta filiis extenderetur ad ne-
potes.& facit ad hoc quod not. Ludo.in l.si quis fi-
lium.§.fi.ff.de acqui. hære. volens, quòd vbi aliàs
prohibitio non extenderetur ad hęredem hæredis:
tamen extenditur quando esset prohibitus aliena-
re sepulchra, vel domum, quæ fuerunt maiorum
suorum, ad quæ habetur affectio. per l. lex quæ tu-
tores.C.de admi.tut.& l.si in emptione.ff.de mino.
& miror quòd Alexand.in d.§. diui. viij. colum.
teneat contra istam limitationem Ludouici cum
ipsemet in dicto §.diui.in j. colum. sequatur glos.
in d.l.quoties.& velit per illam quòd satis dicitur
habere causam prohibitio, quando est facta * de 5
turri non alienanda, de qua suprà, vt sic valeat, li-
cet si facta sit sine causa, non teneat. vt d.§.diui. His
præsuppositis, quoniam habemus in testamento
clausulam, ita quòd dictæ domus &c. est vidēdum
* primò de intellectu istorum verborum, an sint 6
per modum causæ, an enunciatiuè, an dispositiuè:
& mihi videtur, quòd stent dispositiuè, aut in vim
modi necessitatem importantis; prout quilibet
modus importat necessitatem, licet non suspendat
dispositionem, & potest agi actione ex testamento
vt impleatur, secundum Bart.in l.quibus diebus.§.
fi.ver.tertium remedium.per l.secundam. C. de his
quæ sub modo. Et quòd hæc verba importent mo-
dum seu necessitatē, & sic stent dispositiuè, & non
enunciatiuè, facit tex.in l.ita tamē.ff. ad Treb. vbi
valet fideicō.de testa.hære.ciuitatibus, ita tamen q
hi quibus instituitur, actorem eligant ad agendum
& excipiēdum. Facit tex.in l.libertas.§.ij.ff.de ma-
nu.testa. vbi dicitur, Pamphilus liber esto, ita vt fi-
liis meis rationes reddas. Facit Alb.in dictionario
in verbo, ita tamen: vbi * lego vxori meæ domum, 7
ita tamen quòd possit in ea habitare toto tempore
vitæ suæ: Hæc verba restringunt & limitant legatū
domus. Facit tex.in Cle.j.de foro cōpe. vbi dicitur,
quòd

quòd episcopus expulsus potest in aliena iurisdict.
ius dicere, ita tamen quòd non expulsores vltra
duas dietas nõ trahantur. Facit tex. in c. cũ omnes.
de consti. vbi erat, do tibi canonicatum, ita quòd
nihil percipias, donec alij duo præbendas fuerint
assecuti. Facit tex. in c. significatum. de præben. vbi
do tibi præbendam, ita quòd missam Sanctæ Ma-
riæ quotidie habeas celebrare. De his verbis, ita,
vt, quòd, quod importent modũ, tenet Bart. in d. l.
quibus diebus. §. si. de cõdi. & demon. nisi adiician-
tur orationi, per quam aliquid veniebat explican-
dum per grauatũ. Bar. ibi, per l. à testatore. de cõdi.
& demon. in casu nostro hoc grauamen erat expli-
candum per honoratum, scilicet Anto. Quinimò
potest dici quòd hæc verba importent conditio-
nẽ, licet non suspensiuam: nã suprà dictũ erat cum
hac conditione &c. quæ clausula videtur referri
ad omnia sequentia, cum magis inferatur de præ-
cedentibus ad sequentia quàm econtra, secundum
Bart. in l. aula. de condi. & demon. Et quòd dictio,
ita tamen, importet cõditionem, vide iura ad hoc
per Neap. in consuet. si qua mulier. in verbo, ita ta-
8 men. de mul. hab. fil. Secundò * videndum est, an
hæc clausula, ita quòd, etiam debeat referri ad pro-
xima, vt prætendebatur per Ioan. bapt. & suprà di-
ctum est, videlicet, ad casum, quo Anto. sine liberis
masculis decederet, & domus peruenirent ad Iaco
bum Ant. vt tunc scilicet non exeant de domo de
marramaldis, an verò ad omnia præcedentia, id est,
vt etiam si non sit factus locus dicto fideicommis-
sario, & domus deuenirent ad masculos Antonij,
sint ipsi per hanc clausulam ligati. Regulam ha-
9 bemus, quòd * clausula in fine posita referatur ad
omnia. l. talis scriptura. in fi. ff. de lega. j. in l. fi. ff. de
re. du. in l. j. C. de lib. præte. Ad hanc regulam dãtur
plures limitationes, ex quibus ad casum tres attri-
bui possent, prout per aduocatum Ioan. bap. attri-
10 buũtur. Prima est, * nisi circa id, quod clausula vl-
tima cõtineret, esset specialiter prouisum in ante-
cedentibus: nam ad illa non referret, sed ad proxi-
ma. Bar. in d. l. talis scriptura. per tex. in l. j. §. cũ qui.
de posthu. in l. sed & si prætorem. §. deinde. ex qui.
cau. ma. in l. cohæredi. §. qui patrem. de vulg. & pu-
pilla. sed in præcedentibus erat specialiter proui-
sum: ergo &c. hæc limitatio non videtur quòd ca-
dat ad casum nostrum: nam de filiis Antonij, quòd
possint vel non possint alienare, non erat proui-
11 sum: nec dici potest, quòd * dũ Antonio fuit pro-
hibitum, eis à contrario sensu videtur permissum:
nam ista prouisio per argumentum à cõtrario sen-
su, non esset prouisio specialis, sed per subauditum
intellectum, vt not. glo. in l. ij. C. de condi. insertis.
Et per cõiecturam, vt in l. apud antiquos. C. de fur.
per glos. Secunda limitatio est, nisi clausula vlti-
12 ma * esset posita non principaliter, sed ad aliquam
dispositionem qualificandam, per not. per Bartol.
singu. in l. fin. ff. de reb. dub. & Alexan. consi. xlviij. j.
volu. vlti. col. & Mod. in d. l. j. de lib. præte. sic vide-
tur esse in isto casu, & in clausula ita quòd &c. Sed
aduertendum est: nam hæc limitatio intelligitur in
clausula, ex cuius verbis expressè appetet, quòd sit
posita ad qualificãdam proximam dispositionem,
sicut est in l. filium. in princi. ff. quando dies leg. ce.
per quam limitatio ista fundatur: nam ibi testator

instituerat filiumfa. purè in parte hæredem, & ei-
dem purè fideicõmissum reliquerat, deinde ponit
clausulam: quòd ego Titium purè institui, ita eum
hæreditatem adire volo, si is patria potestate libe-
ratus sit &c. Certè, vt videmus, illa clausula po-
nitur ad qualificandum capitulum institutionis:
quia in ea sic dicitur, ideo non mirum si non com-
prehendit fideicommissum. Et ideo Bartol. in d. l.
fin. ff. de reb. dub. dicit, vt puta si conditio, aut mo-
dus infertur legato vltimo loco apposito. Et ver-
ba Sozini in ea. l. fin. sunt ista, secus si fuissent posi-
ta ad qualificandum vnum capitulum. Et aliter in-
telligendo obstaret multum. l. talis scriptura: nam
illa clausula quas pecunias legaui, quibus dies ap-
positus non est: etiam est posita non principaliter,
* sed ad qualificandum aliam dispositionem, & ta- 13
men text. ibi in fin. vult referri ad omnia capitula
etiam remota, tanto magis, quia nos hic sumus in
vno capitulo, & vna oratione. Tertia limit. est * vt 14
regula præfata non habeat locum in odiosis, vt est
hic: odiosum enim est ligare aliquem, vt alienare
non possit: est namque hæc prohibitio contra l. in
re mandata. C. mãdati. & l. pen. ff. de pact. & hæc est
ratio, ob quam in d. §. diui. statutum est: quòd * pro- 15
hibitio de alienando debet habere causam, vel re-
spectum ad certam personã, vt ibi dicitur. & pon-
derant moder. videlicet Iaso. ibi. in iiij. not. qui di-
cit hoc odiosum, seu absurdum. Contra hanc limi-
tationem facit: nam ista dispositio non dicitur ex
toto odiosa, cum respiciat fauorem familiæ con-
seruandæ, præcipuè in re, quæ fuit maiorum, vt su-
prà dictũm est. Et quando esset odiosa, nos habe-
mus textum in materia relationis, quòd etiam in
odiosis fit relatio, vt est exhæredatio, per text. in d.
l. j. C. de libo. præte. & tenet Alex. consil. cij. ij. volu.
Et ideo * non sine mysterio Iaso. in ead. l. j. uedum 16
non ponit hoc pro limitatione inter xij. limitatio-
nes, quas ponit: sed ponit pro ampliatione: quòd
etiam in odiosis clausula in fine posita refertur ad
præcedentia. quam ampliationem dat Alex. consil.
cij. ij. volu. In hac causa fuit pro parte Ioan. Bapti-
stæ oblata supplicatio, & petitum, quòd in euen-
tum, in quem domus esset vinculata, ipse offert de
pretio maximo: quod reperit de eadẽ domo, eme-
re aliam rem: quæ stet cum eodem onere: & insu-
per dicit, * quòd domus patitur ruinam, & opus 17
est impensa, & ipse est pauper. Pro se fuit allega-
tum consil. xvj. Pauli, in primo volu. antiquorum
consiliorum. vbi habet secundũ eum: quòd re pro-
hibita alienari poterit permutatio fieri: sed nihil ad
rem nostram: nam ibi ponderat Paul. de Castr. ra-
tionem, videlicet quòd prohibitio erat fauore eius
facta, qui est prohibitus: hic autem erat fauore ter-
tij: item fuit allegatum consilium Bologni. xliij.
Fuit votatum per omnes, quòd dictum fideicom-
missum adhuc duret: vt Ioan. Baptista non possit
alienare, per clausulã illam: ita quòd dictæ domus
&c. tandem virtute dictæ supplicationis fuit vo-
tatum cum interuentu domini Ludouici de Mon-
talto, quòd si dictus Ioan. Bapti. voluerit iuxta for-
mam supplicationis præsentatæ excambium emẽ-
dum de pecunia dictæ domus subiicere & suppo-
nere oneri dicti fideicommissi, quòd liceret alie-
nare seu permutare.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium seu restitutio vtrum competat hæredi qui successit priuilegiato, puta minori, ecclesiæ, vel mulieri.*

2 *Hæres restituitur ex persona defuncti.*

3 *Restitutio ad probandum an detur post quadriennium minori, vel Ecclesiæ, & nu.6.*

4 *Instantia perempta dicitur restaurari, vel perpetuari per citationem ad dicendum, &c.*

5 *Fatalia non currunt in sacro Consi.*

7 *Beneficia duo dantur in regno mulieri, & minori sine aliqua causæ cognitione, etiam læsione nõ probata. & nu.10.*

8 *Læsio circa probationes omissas apparet manifestè, eo ipso quod omissa est probatio necessaria in termino.*

9 *Restitutio pro modica læsione non competit, sed pro enormi.*

10 *Priuilegium si causatur ob personam, non transit ad hæredem: sin autem ob læsionem, vel aliquã æquitatem, & tunc transit.*

DECISIO CIX.

1 IN causa D. Ducis Hadriæ hæredis quondam d. Catharinæ de Rapta suę vxoris cũ vniuersitate Salerni. Fuit primò dubitatum * an ipse do. Dux volens prosequi litem, quæ agitabatur inter ipsam Ducissam & vniuersitatem, posset petere beneficium ad faciendas probationes. mortua enim fuerat Ducissa post publicationẽ in cau-
2 sa. Quòd hæres * restituatur ex persona defuncti est tex. in l. non solũ. ff. de integ. restit. in l. minor autẽ. §. fi. ff. de mino. Quinimò etiam si quis succederet maiori, in hærede esset iusta causa succedendæ dilationis, vt in l. ratione. ff. de feriis. Secundò du-
3 bitatum est in muliere * vel ecclesia litigantibus, an lapso quadriennio à tempore dati termini, seu publicationis in causa possint petere beneficium,
4 vt puta * quia instantia fuit restaurata, vel erat facta citatio ad dicendũ, & sic perpetuata vel fatalia
5 * in causa reclamationis, in qua sac. Consi. fatalia
6 non currunt. Siquidem * loqueremur de iure communi, videtur decisum, quòd in quadriennium tantum peti debeat, per tex. in l. fi. C. de tempo. in integ. restitu. & in restitutione, quæ petitur aduersus probationes omissas, quod in quadriennium tantum petatur, est tex. in Clem. j. de in integ. restit. secundum exempla gloss. ibi, in verbo lapsum temporis, quod incipit currere à die lapsi termini, secundum gl. in d. Clem. j. in ver. à tempore lationis: & Abb. in c. com. vl. colum. post Io. an. vbi &
7 sic non à die publicationis. * At in Regno, vbi habemus obseruantiam quòd dantur duo beneficia sine aliqua causæ cognitione etiam non probata læsione, videtur dubium. Aduertendum est, quoniam circa omissas probationes non videtur differentia inter obseruantiam nostram, & ius commune: nam in petenda restitutione aduersus probationem omissam, de iure communi non est necesse probare aliter læsionẽ: nam eo ipso apparet de læ-
8 sione, quod omissa est probatio * necessaria in termino: vnde satis est allegare læsionem, vt in c. quidem. & ibi Abb. in viij. notabili. de in integ. resti. nisi diceres, quòd est differentia in hoc, videlicet: quia de iure communi debet allegari licet nõ probari: sed in Regno nec etiã allegari debet. Quòd si non esset differentia, videtur, quòd post quadriennium non possit peti. Et quamuis alias restitutio non competat, nisi * vbi est læsio enormis: nam non datur pro 9
modica: vt in l. scio. ff. de in integ. resti. & Abb. in c. j. ij. col. eo. titu. de in integ. restit. Aliqui dicebant, * in Regno datur beneficium, non quia læsus quis 10
est, sed quia minor, fœmina, ecclesia &c. patet: nam non debet etiam allegari læsio, vnde si ratione læsionis nõ datur, sed solum ratione personæ, donec illa inhabilitas personæ durat, semper competit. Si hoc esset verum in casu nostro, non daretur d. Duci ex persona Ducissæ: nam dicit Bar. in l. interdũ. de mino. post Dy. in c. beneficium. de reg. iur. in vj. & clarius idem Barto. in l. quia talis. sol. mat. quod quando persona est causa priuilegij, tunc priuilegium non transit ad hæredem: quando verò causa priuilegij est læsio, vel aliqua naturalis æquitas, tũc transit; & allegat d. l. non solum. Si igitur vellemus dicere, quòd in Regno beneficium detur ratione personæ, quia minor, quia mulier &c. d. Dux non posset petere beneficium sacr. Consi. non voluit: nam pendente discussione huius dubij pro parte d. Ducis fuit oppositum de desertione appellationis: nam eramus in causa appel.

SVMMARIVM.

1 *Mulier inuita compelli potest ad petendum restitutionem seu beneficium, vel ad approbandũ actum factum, ne pars aduersa diu teneatur in suspenso: fallit in minore, vel pupillo.*

2 *Minor non potest renunciare beneficio restitutionis in integrum non competit etiam si renunciauerit tacitè, vel expressè.*

DECISIO CX.

IN causa Nicolai Francisci Pellotti cum Ioanne Thoma [illegible] de sororibus fuit dubitatum, an dictæ sorores, * quæ in Regno propter sexum 1
muliebrem habent primum & secundum beneficium, & super eodem illud petere, possint cogi ad petendum. Iudi. post Pet. in Clem. vnica vlt. col. de in integ. rest. mouet quæstionẽ, si mulier tenet me obligatũ, nec restitutionem petit, an ego possim contra illum maiorem factum, vel vt approbet, vel vt restitutionẽ petat: & dicit quòd sic; per l. Iul. 2. §. si quis cum [illegible]. ff. de act. emp. vbi si contraxi cum minore, quo casu contractus est ad dicit [illegible] agere vt [illegible] [illegible] vel rescindatur, ne sit in suspenso, allegat etiam l. si [illegible] debitum in princip. ff. [illegible] [illegible] C. [illegible] [illegible] pign. non debet. [illegible] facit ad casum, quando restitutio seu beneficium esset petendum per mulierem, vel personam quæ posset restitui [illegible] [illegible] At quando essemus in pupillo, vel minore non facto maiore, dubitationem [illegible] non potest renunciare beneficio restitutionis in integrum, imò ei competit etiam si renunciauerit, secundum gl. in [illegible] minori 11
& gl.

& glo. in l. si intra. C. de in integr. restitu. vnde si ex-
presse renunciare non potest, minimè potest per
taciturnitatem, seu contumaciam, quam incurre-
ret per comminationem iudicis comminantis vt
petat, aliàs sibi via petendi præcludatur.

SVMMARIVM.

1 *Sententia Principis ad relationem vnius doct. cui commissa causa fuit, habet executionē paratam, nec ab ea potest appellari. & nu. 5.*

2 *Appellare non licet à principis sententia, sed reclamare.*

3 *Appellatio tolli per Regem non potest: quia est iuris diuini.*

4 *Sententia lata cum clausula, pronunciatur nomine Regio, per eum cui commissa causa fuit per D. Vicegerentem, de communi stylo non subiacet appellationi.*

DECISIO CXI.

IN causa do. Anto. de sacco cum Da-
niele vnisio corā me extra sac. Con.
vertente ex delegatione do. Vicere-
gis cum clausula, quòd facerem iusti
tiam nomine regio, & iam nomine
1 Cæs. maiest. protuli sententiam, * fuit dubitatum,
an à dicta sententia posit appellari ad finem retar
dandæ executionis, an verò sententia ipsa habeat
paratam executionē, nec posit ab ea appellari sed
2 solùm reclamari, prout fit* in sententiis principis.
iuxta l. primam ff. à quib. ap. non licet. & auth. quæ
supplicatio. C. de precibus imperatori offerend.
Quòd hæc sententia non habeat paratam execu-
tionem, & quòd ab ea appellari posit, tenet Ludo.
ro. in consi. cccccxxj. in j. col. incip. circa proposi-
tam etiam consultationem. vbi vult quòd quando
Papa promulgat sententiam ex alterius relatione
potest prouocari, quia tunc videtur potius prouo-
cari aduersus errorem, seu imperitiam relatoris,
quàm aduersus sententiam Principis. & dicit quòd
de hoc est casus in terminis ad propositum valde
no. in l. j. in prin. ff. quando appel. sit. canonicata. ij.
q. vj. biduum. in verbo, si quidem. Paris de puteo in
syndicatu. in ver. appel. §. subiicio pulchram quæ-
stionem. loquens de cōmisione facta per Regem,
quod commissarius pronuntiet sub nomine Re-
3 gio dicit *, quòd per huiusmodi clausulam nō tol-
litur appel. quam Rex tollere non potest: quia est
iuris diuini. alleg. Andræ. in tit. quæ sint reg. in ver.
committendum crimen læsæ maiestatis, & videtur
ipse Paris tenere, quòd à tali sententia posit ap-
pellari. & allegat d. consi. Ludo. licet diuersificet
seu erret in numero. Contra has doctrinas facit
4 communis stylus: nam videmus * quòd hi, quibus
per d. Vicegerētem cōmittuntur causæ cum d. clau
sula, pronunciant nomine Regio, & non appella-
tur. tex. allegatus per Ludo. nō probat. nam ibi non
iudicabat Princeps ad relationē præsidis, sed præ-
ses ipse. pro tanto autem ibi Princeps consuleba-
tur, quia præses non habebat insulam, & sic nō po-
terat deportare, quia si habuisset insulam, potuisset,
iuxta no. in l. legatorum. vbi per Bart. ff. de interdi.
& releg. erit ergo illa sententia præsidis iure ordi-
nario lata cū Principis authoritate, seu confirma-
tione. Nec est inconueniens dicere, quòd Lud. ibi
errauerit: nā errasse videtur in eo. consi. & grauius,
dum tenet quòd à dicta sententia, de qua ibi, ap-
pellari poterit ad Conciliū, quod nunc non discu-
tio: sed an à sententia Papæ posit appellari ad Con
cilium maximè in causis priuatorum, & nō magnis
prout erat illa. Ego decreui sententiam nū obstan-
te dicta obiectione exequendam, sicq; factum est.

SVMMARIVM.

1 *Clericus abbas ac beneficiatus de assassinio inquisitus, potest per iudicem secularē puniri mediante sententia declaratoria, si reperitur captus, & in manu dicti iudicis. & nu. 7.*

2 *Pœna ipso iure incursa, intelligitur secundum iura ciuilia & Can. mediante sententia declaratoria.*

3 *Clericus assasinus vtrum debeat degradari quādo punitur per iudicem secularem.*

4 *Sententia declaratoria contra clericum assasinum an proferatur per iudicem secularem.*

5 *Periurij & abrenuntiationis probatio facienda est coram iudice, qui de causa cognoscit.*

6 *Clericum esse incorrigibilem declarari debet per iudicem ecclesiasticum.*

8 *Assasinus clericus potest occidi antecedente sententia declaratoria.*

DECISIO CXII.

IN causa abbatis Francisci de mastrilis
de Nola clerici * ac beneficiati incul- 1
pati, seu querulati ac inquisiti de assas-
sinio in personam domini Gentilis de
albertinis, dubitatum est an magna curia Vicariæ,
in qua ob causam prædictā stat carceratus, debeat
ipsum remittere ad iudicem ecclesiasticū. Ex textu
in c. j. de homicid. in lib. vj. dum dicit: quicūq; præ-
latus excommunicationis, & depositionis ab ordi-
ne, officio, & beneficio incurrat sententiā ipso fa-
cto, sit à populo Christiano perpetuo diffidatus. Et
postquam probabilibus constiterit argumētis ali-
quem scelus execrabile cōmisisse, nulla alia excom
municationis vel depositionis sentētia requiratur
hæc sunt verba, licet non ad eundem contextū hic
recitata in d. c. j. Cōmunis est * opinio, quòd iudex 2
secularis talem clericum in casu dicti capituli pri-
mi, potest punire sine sententia saltē declaratoria,
qua declaretur tale crimen esse probatū, vel talem
esse assasinum: sine enim tali sententia pœnæ illius
c. non irrogantur, secūdum Domi. ibi. in ver. sacri.
iiij. & v. col. post Archi. & Host. & dicit Domi. ibi,
quòd ita debent intelligi omnia iura canonica, &
ciuilia, quę dicunt pœnā ipso iure incursam. Idém-
que tenet Anch. in d. c. j. iiij. colum. post Io. And. ad
quæ faciunt quæ notat Fel. in cap. cum non ab ho-
mine. de iudic. Et ita debet intelligi idem Gemin. 3
in d. c. j. pen. colum. vbi * quærit nunquid clericus
committens tale delictum posit puniri per iu-
dicem secularem absque alia degradatione. Et con
cludit quòd sic. Et vide Felin. in capit. j. xv. colum.
de constitu. versicu. & quòd emergentis casus. ibi,
statim potest degradari. vbi allegando Abb. sen-
tit, imo dicit quòd debet degradari clericus as-
sasinus licet statim. Dubium modo an talis sentē-
tia declaratoria * posit ferri per iudicē secularem. 4
Quòd

Quòd sic,facit Domi.in d.c.j.ver.sacramenti. col. iiij.qui dicit quæro pœnas cui debet constare de hoc crimine?Et respondet quòd iudici,cui facienda est,& licet ista verba obscura sint : tamen ex iuribus per eum allegatis percipitur id quod dixi.al-
5 legat enim c. secundum. de rescript.vbi * videtur præsupponi probationem periurij,& abrenuntiationis,de quibus ibi,faciendam esse coram iudice, qui de causa cognoscebat.item allegat c. inter cæteras.eodem titu. vbi probatio vnius alternatiue facta erat coram iudice causæ principalis.& in c. statutum.§.j.in fi.de rescrip.eod.lib. vj.vbi de perhorrescentia dicitur faciendam esse fidem iudicis causæ principalis.& per hoc Lapus secundum Gemi.allegat c. seculares. super verbo, probationes. eo.lib.de foro compe.vbi damnātur iudices seculares, qui per probationes coram se factas contra clericos procedunt compellendo eos ad soluendum,qui textus videtur probare cōtrarium.Quod autem cognitio hæc ad secularem non spectet,adduci potest: nam Gemi.vbi suprà dum vult probare id quod dixerat, videlicet,quòd clericus committens assassinium potest puniri per secularem: allegat quod not.Ioan.and.in d.capi.cum non ab homine. de iudic.vbi tenet secundum eum ,quòd clericus incorrigibilis possit per iudicem laicum puniri absque aliqua degradatione. Et tamen do. Card.in d.c.cum non ab homine.tenet, quod ante
6 omnia * per iudicem ecclesiasticum declarari debet talem clericum esse incorrigibilem,aliàs si coram seculari exciperet de suo priuilegio secūdum eum,iudex secularis non posset cognoscere , an sit de suo foro:allegat de sent. excom.si iudex laicus. lib.vj.imò & Host.ibi tenet quòd iudex laicus puniet,ad requisitionem tamen ecclesiæ.c.a.ij.de cler. excom.min. Et dicit Andr.Sic.in d.c.cum non ab ho.quòd illo casu secularis non potest capere , nisi ad requisitionem ecclesiastici,secundum Host.per tex.in d.c.ij.de cler.excom.mi.in verbo,ad requisitionem.nam reliquiæ pristini clericatus remanentes in tali clerico,debēt aliquid operari.Sacr.Cōsi.
7 votauit quòd magna * curia possit procedere & cognoscere ipsa,& sententiam declaratoriam ferre:ex quo habet causam in manu ,eo quòd cœpit clericum. Pro hoc voto facit Abb.in dicto capit. cum non ab homine.vbi tenet contra do.Cardi.& dicit in viij.colum. quòd de necessitate nulla requiritur declaratio : sed Abb.loquitur in casu quo ille clericus incorrigibilis erat antea depositus, excommunicatus, & anathematizatus per ecclesiasticum,per quæ luce clarius dicebat ibidem constare de incorrigibilitate fundante iurisdi.secularem,quinimò etiam in casu illo Cardi. tenet contrarium,cum quo tenet And.sic.& Feli.qui ibidem in v.colum.ex omnibus dictis doctorum communiter colligit,quòd potestas circa hoc data seculari , non exercetur , nisi declaretur qualitas ipsam conferens,per text.in c.cum secundum.de hæred. lib.vj.in fi.quæ verba Feli.maximè sunt contra decretum sac.Consi. nam si iurisdictio , seu potestas data seculari non exercetur , nisi declarata qualitate, ergo sententia declaratoria ferenda per secularem,& cognitio quæ fit ante sentētiam , & etiam captura fierent à non habente iurisdictionem & potestatem super hoc. Pro voto etiam fac. Consilij facit consilium Sozi.quod est inter consilia Franc. Curtij consi.xx.xviij.col.ver.omitto postremò.vbi tenet * quòd ante sententiam declaratoriam assas- 8
sini possint occidi,vt sic inferatur quod ad pœnarum illationem inter quas est cognitio iudicis secularis,& exemptio à protectione ecclesiæ , nō est necessaria sententia declaratoria , sed hoc est contra communem opi.doct.in d.c.j.& in d.c.cum nō ab homine. nec mirum si Sozin. qui Pisis legebat sub pensione & mercede Florentinorum, ita consuluit.

SVMMARIVM.

1 *Pupillorum res sine decreto an possint alienari pro maiori pretio: & an ob dictam causam iuste interponatur.*
2 *Transigere prohibitus sine decreto, transiget quando faciet conditionem suam meliorem.*
3 *Ecclesia vtrum possit absque decreto alienare rem sterilem.*
4 *Minor an possit alienare sine decreto rem quæ affert plus incommodi quàm commodi. & nume.8. & 9.*
5 *Ecclesia, vel minor an in causa non concessa possit alienare, faciendo suam conditionem, vel ecclesiæ meliorem.*
6 *Pupillaris rei alienatio quot habet requisita.*
7 *Sterile non videtur quod vendi potest.*
8 *Ecclesiastica res omnino inutilis differt ab inutili respectiue.*
10 *Pupillaris res alienari non potest sine solennitate, nec cum solēnitate, nisi in casibus permissis,inter quos est ob periculum amissionis res propter Tyrannos circunstantes.*

DECISIO CXIII.

IN causa Baliorum filiarū quondam magnifici Iacobi Caraffe * prætendentium velle alienare castrum N. quinq; millium , & partē castri Rasi ob euidentem pupillæ vtilitatē,cum ex eis reperitur maius pretium,quàm æstimata fuerunt , dubitatum est, an super hac alienatione sac. Consi.interponere debeat decretum.Pro parte affirmatiua facit,Primò tex.in l.cum hi.§.causa trāsactionis.ff.de transa. vbi prohibitus * transigere si- 2
ne decreto , transiget quando faceret suam conditionem meliorē.sic etiam text.in auth.item si prædium.C.de sacrosan.ecclesi.vbi * ecclesia prohibi- 3
ta alienare bona immobilia alienabit rem sterilem. Secundò facit glos in l.ij.§.fin.ff.de offi.eius: 4
vbi sub dubio forte dicit , quòd prædiū * minoris potest alienari , quando affert plus incommodi , quàm commodi,ad instar ecclesiæ,& licet quidam reprobent glos.illam,secundum Ang.ibi,quia non reperitur hoc cautum in iure,tamen Angelus eam sequitur. Tertiò facit gl.in d.l.cū hi.§.causa trāsac. vbi dicit esse arg.q; si vendit * ecclesia, vel minor in causam non concessam , tenet venditiō si fecit conditionem suam,vel ecclesiæ meliorem,& dicit ibi Bal.

ibi Bal.per illam gl.quòd valet vēditio prædij minoris,vel ecclesiæ non accedente decreto, quando hoc continet manifestam vtilitatem ecclesiæ, vel minoris. Quartò facit Specul.in titu.de empt.& vendi.§. nunc dicendum restat.ver.hoc quoque. quem refert Alex.cōsi.cxxv.iij.col.j.vol.vbi dicit,
6 quòd res pupillaris * debet vendi cum licentia tutoris vel curatoris.item ob æs alienum.aut ob euidentem vtilitatem pupilli iam cognitam,quòd ita sit,& quòd non sint res mobiles in hæreditate commodè vendendæ. & quòd subhastentur legitimè. Adde quòd Decius consi.lx.ij.col.dicit quòd requiritur decretum, & causa necessaria, & vnum sine alio non sufficit,& dicit causam notoriam, id est, æs alienum.Pro parte autem negatiua facit text.in l. ob æs alienum tantum causa cognita &c. C. de præd.mino.tex.melior in l.magis puto.§.si æs.ff. de reb.eor.vbi si tutor volens alienare allèget expedire hæc prædia vendere,vel alia comparare,non est audiendus,nisi alienum æs vrgeret, nec prætor dabit super hoc decretum,tex.etiā melior in l.si fundus sit sterilis vel saxosus,vel pestilens.ff.eo. tit.de reb.eo.vbi vult tex.quòd etiam ex dictis causis ibi expressis non potest ob id alienare prædium pupilli.Secundò pro hac parte facit gl.in d.l.ob æs.C.de
7 præd.mi.quæ dicit * quòd fundus minoris sterilis non potest alienari,quia non videtur sterile quod vendi potest. ff. ad leg. fal.l.iij.ff.de reb.eo.l.si fundus.nisi forte nihil posset percipi. idem tenet Azo in summa.eo.tit.vltra principium,versic. quid autem si minor,secundum Albe.ibi,qui subdit quòd contrarium videtur innuere glo.in d.l.ij.de offic.eius.& non dicit vltra Alb. Tertiò facit Dy.in d.l. si fundus. qui idem sequitur,& ponit rationē quare aliud sit in ecclesia,nam minor tractu temporis efficitur maior, & eo facto maiore nollet venditionem factam esse, & si vellet, poterit tunc vendere vel disponere secundum voluntatem suam, quod non est in ecclesia. Quartò facit, quoniam Iac.But.Alb.Barb.Ang.Fulg.& Pau.de Cast.& Ias. in d.§.causa transactionis.l.cum hi.reprobant glo. ibi contrarium volentem.sic quoque Salyc.Fulgo. Pau.de Cast.Ro.& Ias.in d.l.ij.ff.de offi.eius.reprobant glo.ibi contrarium dicentem.Quintò Bar.in l.ij.C.de agri.& cen.lib.xj.tenet quòd cum prædij minoris interdicta sit alienatio absque causa, talis interdictio locum habet etiam si prædium sit sterile.idem in re pupilli firmat Ant. de Butr.in c. vt
8 super.in fi.de reb.eccle.non alien.vbi etiam * dicit notabile verbum ad propositum,dum dat primam solutionem ad capitulum terrulas, quòd in ecclesiis sit differentia inter rem omnino inutilē & rem respectiue inutilem.Sextò facit:nā Iason ex mente Bal.ibi in d.l.ij.de offi.eius saluat opi.quòd quando prædium affert plus incommodi, quàm commodi,tunc habeat locum glo.illa,vt quia soluetetur plus de censu quàm esset in redditu, aliàs habeant locum contraria. Aduocatus, * qui volebat
9 interponi decretum,allegabat pro se dictum Spe. vbi suprà & Alexan.& dicebat non obstare nec per Iason.in d.l.ij.de offic.eius.& in d.§.causa transactionis quoniā loquitur quādo minor volebat alienare prædium sterile sine decreto,& solēnitate,quod non est hic:et quò petitur interponi decretum, & adhiberi solemnitatem. Et certè Iasonis verba in dicta lege secunda sunt, Quid autem si prædium minoris sit sterile? an tunc posset alienari sine solennitate? Sed ineptè ponit Iason.q.hoc modo. nā glos.in dicta l.ij.præsupponit, quòd causa cognita volebat minor alienare, & dubitat si in causæ cognitione est causa legitima illa, quia res est sterilis. idem etiam sentit Iason in ead.l.versic. & facit clara ratio ibi,sine decreto. Et Iason in dicto §.causa transact.in d.terminis, quando sine solennitate videtur formare dubitationem. Item Barto.idem in dicto §. causa. dicit istud inducit glos. in argu. ad q. quòd si ecclesia, vel minor vendit ex causa non concessa, & solennitate non seruata &c. Ita etiam Bald.in d.§.causa videtur intellexisse. Contra has * ponderationes posset dici, quòd dum ex 10
glos.in d.l.cum hi.§. causa transact.infertur prout infert Bart.eam velle,quòd minor posit vendere sine solennitate,& in casu aliàs prohibito,& doct. illam reprehendunt: non propterea volunt inferre,quòd in casu prohibito,vt in fundo sterili, possit alienatio fieri cum solennitate: & quòd Iason, qui quærit, Quid si prædium minoris sit sterile? an tunc posit alienari sine solennitate? non propterea sentiat quòd cum solennitate posit alienare: nam esset contra d.l.si fundus. vbi is qui volebat alienare fundum sterilem, ibat ad imperatorem pro licentia seu decreto, & imperator prohibet: Item esset contra dictam legem magis puto. §. si æs. vbi erat dubitatio, an cum decreto posit alienatio fieri quando expediret pupillo, & dicit quòd non. Et ad dictum Specu.posset responderi, quòd illa verba ob euidentem vtilitatem intelligantur, vt quia erat damnum pupillo tenere rem,sicut concordat Iaso.in d.l ij.vel quia erat periculum amissionis ob circunstantes tyrannos,vt exemplificat Guil. quem refert Bal.in d.l.cum hi. §. causa transact. in secunda lectura. Maior pars dominorum votauit quòd decretum non sit interponendum:vota tamen scripta non fuerunt.

SVMMARIVM.

1 *Cardinales seu cœtus domi. Cardinalium, an possint sede vacante restituere, & habilitare Cardinales priuatos per domi. Papam Iulium, saltem ad vocem.*

2 *Cardinalium cœtus sede vacante nihil potest facere de his, quæ erant iurisdictionis pertinentis ad Roman. Pontifi. dum viuebat. fallit, vt numero 9.*

3 *Capitula inferiora maiorē habent cum prælato communionem, quàm collegium Cardinalium: cùm illa condant statuta sede vacante.*

4 *Cardinales æquiparantur Senatui Romano: & tantum potest collegium Cardinalium, quantum Senatus: sed in electione papæ repræsentant vniuersalem ecclesiam. & nu.8.*

5 *Papa electus per duas partes Cardi. is absque vlla exceptione ab vniuersali ecclesia Romana pontifex habeatur.*

6 *Hæretici notorij, eligunt Pontificem, & eliguntur: nam ab electione non repelluntur Cardin. excommunicati, interdicti, & suspēsi, & si notorij sint. & nu.9.*

Electio

7 *Electio Rom. Pont. utrum fieri possit non seruata forma c. vbi periculum. de elect. lib. 6.*

10 *Cardinales possunt esse numero lxxij. ad instar discipulorum.*

11 *Ecclesia urbis Romæ diuiduntur per tit. & diaconias: presbyteri scribũtur cum titulo, diaconi sine titulo.*

12 *Cardinales xv. fuerunt creati propter baptisma & sepulturas hominum à Marcello Papa, sed à Leone x. fuerunt creati xxxj. super alios xxxj.*

13 *Episcopus an possit assumi in presbyterum vel diaconum.*

DECISIO CXIIII.

1 AN cœtus * do. Cardinalium sede vacante posſit restituere & habilitare Cardinales priuatos per d. Papã Iulium, saltem ad vocẽ. Quòd non, facit tex. in c. vbi periculum. ver. iidem quoque. de elect. lib. vj. vbi cauetur, quòd d. Cardi. sede vacan. de alio negotio se nõ intromittere habent, quàm super acceleranda futuri Pont. electione. Facit etiam tex. in clemen. ne Romani. ver. irritum. en. tit. per quam statutum est, quòd cœtus do. Card. sede vac. nihil posset facere de his quæ erant potestatis aut iurisdictionis pertinentis ad Rom. Pont. dum viuebat. vide Barb. in tract. d. Cardi. in x. basilica. q. xij. col. ver. tales ergo. vbi dicit, quòd si Cardinales delinquunt, & per sententiam remouentur, sine spe restitutionis deponuntur. cap. ex gestis. d. cle. ne ref. ad exemplum Luciferi. de pœn. distin. ij. principium. allegat Hostien. hoc dicẽtem in summa, de pœn. §. cui confitendum. ver. Cardinales. & paulo pòst subdit: quòd nihilominus Cardinalis depositus à Cardinalatu ex dispositione & indulgentia Papæ potest restitui. & refert no. in c. j. de scisma. per scribẽtes & Domi. lib. vj. Et quam-
2 uis alia Collegia * sede vacante succedant in potestate prælati & iurisdictione, vt in c. his quæ. de maio. & obe. ob quod Host. tenuerit, quod d. Cardinales sede vac. succedant in potestate papali: tamen secũdum gl. in d. Cle. in ver. non consoná. hoc dici non potest per Collegium d. Cardi. stante d. Clem.
3 Capitula * enim inferiora habent maiorẽ communionem cum Prælato, quàm collegiũ Cardi. cùm illa condant statuta sede vacante. Card. Alex. in c. episcoporum. ij. col. xviij. dist. Quòd sic, facit primò tex. in c. j. de scism. lib. vj. in ver. omnem personam. vbi dicitur, ꝙ collegium sede vacan. non valeat habilitare illos Cardi. priuatos ad dandum vocem. & gl. arguit ibi in versi. sede vacan. quòd ideò expressit hoc Papa, quoniam si nõ expressisset, potuisset fieri dicta habilitatiò. ideo Gemi. ibidem in j. col. dicit not. argumentum quòd collegium Cardinalium sede vacante potest restituere depositum
4 per Papam. Facit secundò: nam dn. Card. * æquiparantur Senatui Romano. cap. Constantinus. xcvij. distin. vnde dicebat Imol. in l. si quæramus. ff. de testa. quòd tantum potest collegium Cardinalium, quantum Senatus. per d. c. Constantinus. & facit c. ecclesia habet Senatum. in princip. xj. q. j. vnde ad instar Senatus Ro. d. Cardinales possunt restituere famæ. Inno. & Ioan. Andr. id tenent in c. cum te. de re iudic. do. Cardin. Flor. in d. Cle. ne Romani. ver. irritum. ij. col. sequitur Land. in tract. Card. iij. col.
Facit * tertiò tex. in d. cap. licet. de elect. vbi si duæ 5
partes Cardin. eligant Papam, is absque vlla exceptione ab vniuersali ecclesia Romana Põt. habeatur. & dicit ibi d. Cardina. Flo. * quòd etiam hære- 6
tici notorij eligunt & eliguntur, per illum text. & secundum Imo. in d. Cle. iiij. col. non posset opponi exceptio hæresis. Facit quartò tex. in ea. Cle. ne Ro. ver. cæterum. dum dicitur ibi, quòd ab electione non repelluntur Cardi. excommunicati, interdicti, suspensi &c. & si notorij sint, secundum glos. ibi: & Imo. in x. colum. Facit quintò d. Card. in d. c. licet. de elect. xxviij. q. arguit enim per text. in d. Cle. quòd Cardinales non possunt eligere monachum. inde tenet contrarium, dicens quòd in electione Papæ sunt sublata iuris impedimenta. Facit sextò idem d. Card. in d. Clement. ne Romani. vij. q.
vbi tenet, * quòd duæ partes Cardin. possunt eli- 7
gere non seruata forma c. vbi periculum. quam nihilominus Papa in ea. Cle. seruari mãdat, & respondet ad d. Cle. vt videatur prohibere d. Car. sede vacante facere posse ea quæ spectant ad Rom. Ponti. dum viuit: sed electio Papæ non est de prædictis, cum fiat post Papæ mortem. Facit vij. idem d. Car. Flor. in d. c. licet. pe. colum. dicens, quòd d. Card. in
his * quæ concernunt electionem Papæ, repræsen- 8
tant vniuersalem ecclesiã. & idem not. d. Alexãdrinus in c. in nomine do. ij. col. xxxiij. dist. Facit. viij. d. Card. Alex. in d. c. in nomine do. vj. col. & an casi
quis apostolicæ. lxxix. distin. dicens, * quòd potest 9
eligi inhabilis inhabilitate iuris positiui: excipit tamen hæreticum, de quo ꝫ remittitur. Qui tenere vellet partem negatiuam, posset respondere ad dicta motiua. Ad primum quòd non sequitur, Papa prohibuit, ergo si non prohibuisset, collegium valuisset facere: nam glos. præallegata quæ d. illationem sentit, non videtur residere in hoc. & Domi. ibi in d. notabili subdit. de quo dic. vt in Clem. ij. de elect. per quam vt dictum est, abdicata est potestas d. Card. sede vacant. Ad secundum responderi potest, quòd d. authoritates loquũtur vt ex vi potestatis propriæ cœtus Car. posſit famæ restituere, non autem ex vi potestatis deuolutæ ob mortem d. Papæ. & ita dicit Card. in d. Clem. & etiam Imol. ibidem iij. q. allegans Bu. quòd ita demum possint, si poterant viuente Papa. Sed nulli dubium quòd Papa viuente, do. Cardinales non poterant hos restituere, ergo &c. Tanto magis, quoniam Abb. ac Feli. & nonnulli, quos ipse Feli. refert in d. ca. cum te. de re iud. v. colum. tenent, quòd colleg. d. Card. nullomodo famæ restituere potest. & Fel. ibi dicit hanc opinionem esse probabiliorem. Ad tertium respondetur, quòd iura in eo motiuo allegata loquuntur dummodo hi qui dictos defectus patiuntur, Cardinales sint. ita infertur ex not. per Abb. in d. c. licet. vj. colum. dicẽntem, quòd exceptio, quòd aliqui ex electoribus non erant Cardinales admittitur. sed prædicti erant priuati, ergo &c. Ad quartum respondetur, prout ad præcedens tertium. Ad quintum respondetur, quòd defectus ille concernebat personam electi & eius defectum, non autem eligentium. Ad sextum respondetur, quòd transgressio de qua in eo, non erat circa personas eligentium qui debent esse Cardinales, vt dictum est. Ad septimum respondetur, quòd repræsentant

sentant vniuersalem ecclesiam, non tamen vt fa-
cere posint vel habilitare in Cardinales eos qui
non sunt. Ad octauum respondetur, prout ad v.
responsum est. Qui volet tenere partem affirmati-
uam, diceret d. Cardinales sede vacante, nihil posse:
&c. præter ea quæ spectant circa electionem Pont.
futuri, & quòd ista habilitatio ad vocem est de spe-
ctantibus ad electionem. ergo &c. An verò atten-
tari posit distinguendo, quòd aut d. Cardinales
vellet prædictos reintegrare, & restituere in casu,
quo si non fieret immineret periculum scismatis,
vel aliud graue: & quòd tunc posit, quoniam glo.
magna in d. c. j. de scisma. vult quòd ex grandi cau-
sa & imminenti periculo potest cœtus Cardinaliũ
exercere iurisdictionem pontificiam, quam glo. re-
fert. Laud. in loco præallegato. vij. col. versic. ardua
quæstio. sic quoque collegium Card. sede vacan. ex
magna & vrgenti causa reuocat Legatum Papę, se-
cundum Franc. de Pau. in tract. de offic. & pot. sede
vac. sexto pręludio. Aut nõ extaret magna causa, &
tunc non posset: nam vt dicit d. Car. in d. Clem. ne
Ro. ver. irritum. ij. col. & in ver. eo ipso. vlt. colum.
potestas Cardinalium talis est, qualis in iure per-
mittitur. Hæc raptim scripsi, requisitus per d. Car-
dinalem surrentinum Neapo. existentem, ex Albe.
de Ros. in rub. ff. de statu ho. & alua. in titu. episco-
pum vel abb. habentur principales ecclesiæ vrbis,
item tituli Cardinalium episcoporum, presbyte-
10 rorum & diaconorum. Et de numero * Car. habe-
tur per Card. in Clem. ne Romani. ver. irritum. vlt.
col. de elect. vbi dicit, quòd sunt lxxij. adinstar di-
scipulorum Domini. de quibus xxj. dist. cap. in no-
no. & quòd tituli episcopales sunt sex, de quibus
in c. examinata. de confir. vti. vel inuti. & quòd de-
bet esse certus numerus presbyterorum & certus
11 diaconorum, & quòd * ecclesiæ vrbis diuiduntur
per titulos & diaconias: presbyteri scribũtur cum
titulo, diaconi sine titulo & sine hoc ver. titu. Et
Cardinalium creatio cœpit tempore Pontiani Pa-
pæ, & aliquando fuerunt ccxxxvj. Card. in Cle. ne
Romani. §. porro. j. col. iij. not. & Marcellus Papa
12 * fuit primus qui creauit xv. Cardi. propter Bapti-
sma, & sepulturas hominum. allegat lxxxix. dist. c. j.
& plura alia. & Papa Leo x. in Ann. 1517. in col. Iul.
13 ij. creauit * xxxj. Cardinales super alios xxxj. Et is
qui est Episcopus an posit assumi in presbyterum
vel diaconum Cardi. Gem. in cap. cum aliquibus.
iij. colum. de rescript. libro vj.

SVMMARIVM.

1 *Assensus in testamẽto potest impetrari etiam post mortem testatoris.*
2 *Legatum de feudo roborari potest per consensum domini, sicut roboratur alienatio: nam qui potest in contractu assensum præstare, potest & in vltima voluntate: dato quòd fiat post mortẽ testatoris.*
3 *Vasallus testari non potest de feudo neue assensu ratificante: nec de feudo antiquo vel paterno, quòd nec posset alienari etiam domini assensu accedente: nisi interueniat consensus agnatorum. & nume 5.*
4 *Assensus præstari non potest in alienatione mortuo alienante, nisi hæres consentiat: & super hoc consensu alius impetretur assensus.*
6 *Substitutus procedẽs non transmittit ad hæredem spem substitutionis pupillaris, nec vulgaris, nec fideicommissariæ: nisi hæres ille veniret ex iudicio testatoris. & nu. 7.*
8 *Nominatus in conditione non videtur vocatus ex testamento.*
9 *Ordines sancti Francisci tres reperiuntur approbati: videlicet ordo Minorum, ordo sororum sanctæ Claræ, & ordo Tertij ordinis, de quorum obseruantia videas ibi.*
10 *Sorores sancti Francisci de elemosyna & sancti Hieronymi existentium Neapo. sunt de tertio ordine: & licet claustraliter viuant, adhuc possunt exire & legitimè nubere.*
11 *Clericus qui laicatur, an succedat in feudo.*
12 *Monachus exiens infra professionis annum post patris mortem an succedat in feudo.*
13 *Fœmina Tertij ordinis, vel sorores sancti Francisci, & sancti Hieronymi de Neapo. exeuntes de Monasterio, in feudo succedunt.*
14 *Soror existens in capillo excludit maritatas quo ad successionem feudi.*
15 *Capitula tertij ordinis aliqua notantur ad propositum præsentis quæstionis facientia.*
16 *Professio fratris, vel sororis tertij ordinis quo pacto fiat, & eius forma.*

DECISIO CXV.

Memoriale allegationum fiendarum in causa Comitatus Caputatij.



AMERICVS de Sancto Seuerino
Comes Caputatij in suo vltimo te-
stamento instituit sibi hæredem vni-
uersalem Gasparem filium eius pri-
mogenitum, & specialiter ad terras
& castra ibi nominata, & Gaspari morienti in pu-
pillari ætate, vel ab intestato substituit Antonel-
lum secundo genitum, Antonello & Gaspari mo-
rientibus in ætate pupillari, vel ab intestato substi-
tuit Gulielmũ tertiogenitum. Et si omnes filij de-
cederent in pupillari ætate, aut sine hærede legiti-
mo masculo ex eorũ corporibus, substituit in feu-
dalibus vnum ex suis fratribus seruato ordine pri-
mogenituræ, secundogenitus antè habeat certa ca-
stra. Et si primogenitus ex fratre suo decederet,
substituit secundogenitum, & quòd si omnes fra-
tres decederent sine legitimis hæred. masculis, su-
perstitibus fœminis, succedere debeat lo piu pro-
ximo parente loro de la casa di Sanseuerino. Ame-
rico mortuo successit Gaspar, Gaspari Antonel-
lus, Antonello Gulielmus, qui sine masculis obiit,
superstitibus filiabus fœminis. Antequam Guliel-
mus vltimis ex filiis decederet, & sic ante factum
casum substitutionis factæ de fratribus testatoris
fratres ipsi omnes decesserunt, superstitibus filiis
legitimis ex eorum corporibus. Mortuo deinde
Gulielmo contigit dubitari. Primò videlicet * si 1
dictum testamentum, ac disposita in eo seruari de-
beant, ex quo regius assensus non adfuit viuo, sed
mortuo testatore. Secundò esto quòd valeret, an
filij fratrum testatoris excludant fœminas vltimi
morientis, id est, Gulielmi Comitis vigore substi-
tutionis: ex quo non ipsi, sed patres eorum Gulel-

mo substituti sunt, & ante euentum conditionis
decesserant. Tertiò quando fœminæ non exclu-
derentur, an ex quo primogenita earum, videli-
cet illustris Principissa Melphiæ reperitur marita-
ta, & dotata tempore mortis patris: & sic aliæ,
præter vltimā quæ reperiebatur tunc existere mo-
nialis in monasterio sancti Hieronymi, & audita
morte patris exiuit à monasterio, an hæc tanquam
in capillo excludat primogenitum & alias? Ad pri-
mum dubium pro memoria allegandorum, quan-
do tempus occurret, videnda sunt infrascripta vi-
delicet Baldus in cap.j.§.donare.j.colum. qualiter
olim feu.alien.po. dicit, quid si dominus mortuo
vassallo approbat eius testamentum: nunquid con
firmetur? & videtur quòd sic: nam istud testamen-
tum est præter legem, & sic stat in eo statu, in quo
stant testamenta de iure gentium. vt no. Iac. de Are.
C. de legi. l. non dubium. secus si esset cōtra legem.
quare non posset confirmari. Alua. in d.§. donare.
2 penult. colum. tenet, * quòd legatum factum de
feudo in vlti. voluntate potest roborari per con-
sensum domini, sicut roboratur alienatio, per tex-
tum in l.j.§.j. de prohibi. aliena. per Fede. nam qui
potest præstare assensum in contractu, potest præ-
stare in vltima voluntate. l. sicut.§. venditionis. qui-
bus mod. pign. vel hypot. sol. & dicit quòd hoc te-
net Bald. dato quòd ista confirmatio Domini fiat
post mortem vassalli disponentis, per rationem &
authoritatem Cyn. in l. non dubium. C. de legit. vi-
delicet quia ista dispositio est solum præter l. non
autem contra l. Card. Alexan. in eo.§. donare. vlti.
colum. dicit, pone vassallus condidit testamentum
in re feudali, non relinquendo pro anima, deinde
mortuo vassallo vel eo viuente, dominus ratifica-
uit testamentum, quæritur an valeat. Bald. hic vi-
detur sentire quòd sic, quòd dictum Bald. sanè in-
telligerem esse verum in præiudicium domini ra-
tificantis, non autem in præiudicium agnatorum
consentientium, nec ratificantium. argu.§. poerò
sequenti. & facit l. in concedendo. ff. de aqua plu.
arcen. Cur. in iij. parte.§. pen. quæro. vers. tertio
igitur hac opin. ibi, statergo conclusio firma &c.
3 chart. xlvij. dum dat limitationes ad regulā, * quòd
vassallus non potest de feudo testari dicit: & pri-
mò limitatur vt non procedat, quando dominus
viuente vassallo, vel eo mortuo ratificatet testa-
mentum: quia talis ratificatio traheretur retrò, &
mandato comparatur. iuxta regulam l. fin. C. ad
Mace. & ita dicebat Bal. in c.j.§. donare. qualiter
olim feudalie.po. Quòd sanè intelligit, & sublì-
mitat d. Mar. de laude, vt talis ratificatio valeat in
præiudicium domini ratificantis: sed si fuisset feu-
dum antiquum vel paternum, quòd non posset
alienari etiam accedēte assensu domini, nisi inter-
ueniat consensus agnatorum. c.j. de alie. feu. pa. ta-
lis ratificatio secundū eum non præiudicaret agna-
tis. arg. l. in concedendo. ff. de aqua plu. arcen. vnde
1 videtur quòd Alexandrinus furatus fuerit suam
limitationem à Lauden. Mihi videtur quòd de hac
quæst. est decisio Andr. de Isern. in l. Imperialem. in
4 prin. pen. & vlt. col. vbi * loquens in alienatione,
an in ea possit præstari assensus mortuo alienante
& concludit quòd non, nisi hæres consentiat: &
super hoc cōsensu impetretur alius assensus: & mi-

ror quòd nullus prædictorum doctorum reassu-
mat, nec tangat Andr. ibi. isti autem * dum viden- 5
tur sentire, maximè Curt. quando est feudū no-
uum non requireretur cōsensus agnatorum, male
dicunt. Ad secundum * dubium pro filiabus fœ- 6
minis Comitis Gulielmi contra filios fratrum fa-
cit text. in l. sed si plures. in prin. ff. de vulg. & pup.
vbi si pater substituit filio suo pupillariter, & sub-
stitutus præcederet pupillo, non transmitteret ad
hæredes suos spem huius substitutionis: & sicut
non transmittitur ius substitutionis pupillaris, ita
nec vulgaris. l. si ex pluribus. ff. de suis & legi. Paul.
in dicta l. sed si plures. in princip. ita etiam nec fi-
deicommissariæ. Salyc. in l. si personam. C. de fidei-
com. qui dicit hanc esse com. opin. Bart. in l. hære-
des mei.§. cum ita. j. colū. ad Trebe. qui dicit quòd
non transmittitur etiam ad suos. per text. ibi cum
aliis adductis per Alex. consil. clxv. ij. colum. v. vo-
lum. ad quod etiam Sal. in l.j. C. de his qui ante ap.
tabul. viij. q. At pro masculis contra fœminas fa-
cit. Nam per aliam clausulam testamenti quæ inci-
pit. Item si caso fosse, quod absit &c. disponitur
quòd si omnes fratres decederent sine hæredibus
masculis, veniant proximiores: & sic filij fratrum
hoc casu videntur vocati ex iudicio defuncti, se-
cundum vnam opin. de qua per Alex. in l. ex facto.
§. ex facto. ff. ad Trebel. in l.j. C. de pac. vnde succe-
dit, quòd licet aliàs substitutus non transmittat ad
hær. ius substitutionis, tamen transmitteret * quan- 7
do ille hæres esset talis, qui veniret ex iudicio te-
statoris. casus est in l. paterfam. primis tabulis. ff. de
vulg. & pup. & not. Paul. de Cast. in d. l. sed si plu-
res. in princ. & in l. qui liberis.§. hæc verba. eo. tit.
de vulga. & pup. Mihi stat sententia pro fœminis,
* nec obstat præcedens motiuum: nam nominatus 8
in conditione nunquam videtur vocatus ex testa-
mento, secundum com. opin. de qua per Alex. in d.
§. ex facto. Ad tertium de moniali sancti Hiero-
nymi, an excludat nuptas tanquam existens in ca-
pillo: ex gl. in c.j. in vers. obedientiam. de relig. do.
in Clem. & Imol. ibi in ij. col. colligit * quòd sunt 9
tres ordines sancti Francisci. Primus ordo est fra-
trum minorum, & isti profitentur tria substantia-
lia, nec possunt aliquid habere in particulari, nec
in communi. Secundus est ordo sororum sanctæ 1
Claræ, & istæ adhuc profitentur tria substantialia.
& differt ordo his à primo: nam istæ possunt habe-
re proprium in communi. & ideo secundum Imo.
vbi suprà fratres minores multoties procurant il-
lis relinqui, vt sic etiam ipsi commodum sentiant
per illas, vbi per se non possunt. Tertius ordo qui
dicitur tertij ordinis sancti Francisci, seu sororum
minorum tertij ordinis. & dicit gl. prædicta, quòd
istæ promittunt obedientiam, & habent regulam
non propriè, quo ad tria substantialia: sed quen-
dam modum viuendi approbatum per sedem apo-
stolicam, vt dicit glo. ibi constare. idem tenet Gu
lielm. secundum Imol. ibi, dicens tertium ordinem
beati Francisci approbatum per Nicolaum quar-
tum, vt manifestauit Ioan. xxij. per suas patentes
literas. & de ista regula subdit Imol. possunt esse
viri & mulieres coniugati, & non coniugati, li-
cet non renuncient proprio, & abdicent continen-
tiam, nec promittunt aliter obedientiam, nisi quòd
seru

seruabunt fideliter mandata Dei, & illa quæ continentur in sua regula. De his qui sunt de tertio ordine sancti Francisci, vide Felin. in trac. quando li teræ opo. noceant parti. viij. col. versic. limitatur
10 quartò. Sorores * sancti Francisci de eleemosyna,
& sancti Hieronymi, quas Neapoli habemus, sunt de tertio ordine, nec in aliquo differunt, prout audio, nisi quia hæc claustraliter, ac cœlibes viuunt, hæc tamen (videlicet in claustro, & cœlibatu viuere) non vouent, nec promittunt aliquid plus quàm illæ, quæ extra claustrum, & in matrimonio degunt: & prout mihi relatum est, possunt impunè & licitè exire & nubere. His ad euidentiam huius tertij dubij præmissis dico, quòd Andr. in ca. j. de mil. vassal. qui art. bell. depo. vult quòd clericus,
11 * qui patre mortuo laicatur, statim succedit in feu
do, quia non perditur quod non habetur. ex quib. cau. mai. l. denique. l. nec inutilem. & de reg. iur. l. non videtur. quando enim erat clericus, non erat dominus feudi, deinde dum recitat Iac. de Aret. in summa, & limitat, videtur velle, quòd si antequàm esset quæstio de feudo, quòd esset perditum, dimittit clericatum, non perdit feudum. & videtur sentire, quòd hoc habeat locum, quando non longo tempore stetit post patris mortem, ibi pro quo est &c. Idem Andr. in cap. qui clericus. si de feud. fue.
12 controuer. tenet, * quòd Monachus etiam exiens
infra annũ professionis perdit feudum. licet quàm durum sit. idem Andr. in c. j. de beneficio fœmi. videtur tenere, quòd exiens licitè de religione infra annum probationis post mortem patris, cum inueniat feudum alij apertum, nõ succedit, nisi cum esset quæstio de feudo, an scilicet alij debeat aperiri: habitum deponat. Præsupposito * ergo in facto,
13 ri: habitum deponat. Præsupposito * ergo in facto,
quòd hæc domina Catherina vltimò genita exiuit Monasterium, incontinenti mortuo patre, videtur
14 quòd omnino succedere debeat, * exclusis marita-
tis & dotatis. Cum simus in terminis Andr. in d. c. j. de mil. vassal. qui ar. be. de. & in c. j. de bene. fœm. Quinimò etiam si vellemus tenere opin. And. in d. c. qui clericus. adhuc fortè succederet, ex quo regula tertij ordinis non contradicit. Ad proposi-
15 tum * autem prædictæ dubitationis pono hic co-
piam quorundam capitulorum regulæ tertij ordinis, quæ faciunt ad rem, quæ sunt in bulla Nicolai quarti expedita Aret. xv. Calend. Septemb. pont. ann. ij. Dixerat ante, quòd volens intrare fraternitatem debet certificari de oneribus ipsius, & quòd restituere debet malè ablata, & reconciliari proximis. inde subditur: & poi che queste cose serãno menare a compiemento, da poi lo spacio di vno anno sia receputo per consiglio de alcuni discreti frati si alloro parerà acconcio & sufficiente. cio è in questo modo, che prometta obseruare tutti li diece commandamenti di Dio, & anchora satisfare come si conuiene de li defetti, & trapassamenti che commettesse & facesse cõtra de questa regula, quando sera chiamato & domandato à la volũtate de lo visitatore. Et deinde paulò post subditur. Rub. che nullo possa vscire dall'ordine. Ordinando che nullo possa vscire da questa fraternitate da poi che sera professa, & tornare à lo seculo, ma bene possa hauere libera authoritate & via de ire ad altra religione appropriata. Rubrica de non andare à li lochi dishonesti. Et sia à loro vetato & tolto cosi à li frati come à le sore lo andare à li conuiti dishonesti, & a le vedute vane, & canti, & balli, & danze, & corte, & piaceri mũdani, & non donare cosa nulla a li ioculari, o per vanitate: & procurano de vetare che nulla cosa sia data alloro de la sua famiglia. Rubrica de nõ portare le arme. Arme de combatere nullo frate porte saluo per defensione de la santa Roma. ecclesia & fede christiana, & de la terra loro, o vero per licentia de li ministri loro. Verba autẽ professionis reperio quòd sunt ista quę dicuntur manibus profitentis iunctis inter manus recipientis. Ego frater, vel soror talis
voueo & * promitto Deo, & Beatæ Mariæ semper 16
virgini, beato Francisco, & omnibus sanctis, & tibi patri Ministro, vel Visitatori toto tempore vitæ meæ seruare omnia præcepta diuina, & de transgressionibus per me in regula tertij ordinis sancti Francisci confirmata per dn. Nicolaum quartum committentis parte mandantis Visitatoris, & pœnitentiam per eum mihi impositam humiliter adimplere.

SVMMARIVM.

1 *Concessa res ad beneplacitum non potest sine causa reuocari*
2 *Mutuum factum sine temporis præfinitione non potest incontinenti reuocari: sed expectatur iudicis arbitrio.*
3 *Iurisdictio ordinaria per Principem ad beneplacitum concessa morte Principis non expirat vsque ad successoris euentum.*
4 *Legatum ad beneplacitum legatarij non importat liberam voluntatem, sed boni viri arbitrium.*
5 *Precarium sine causa non reuocatur cum damno recipientis precarium.*
6 *Officialis ad beneplacitum parificatur cum perpetuo.*
7 *Priuilegium ad beneplacitum concessum simpliciter, vel ob merita, vtrum possit reuocari sine iusta causa: & an veniat in generali reuocatione. & num. sequen.*
8 *Merum imperium propter seruitia concessum sine causa non potest auferri si ex priuilegio constat.*

DECISIO CXVI.


QVOD res cõcessa ad beneplacitum
* non potest sine causa reuocari con 1
tra l. cum precario. ff. de precario. Facit primò Bald. in l. si pœnam. ff. de
verb. obl. vbi dicit * quòd mutuum 2
factum sine temporis præfinitione non potest incontinenti reuocari, sed debet expectari per aliquod interuallum arbitrio iudicis moderandum. Facit secundò Bald. in l. meminisse. ff. de offic. procon. dicens, * quòd si per Principem concedatur
iurisdictio ordinaria ad beneplacitum, & moria- 3
tur Princeps, nõ expirat hęc iurisdictio ante euentum successoris. refert & sequitur Philipp. de fr. in cap. si delegatus. iij. colum. de offi. del. lib. vj. Facit tertiò Abb. in ca. verum. ij. colum. vltimo notabi-
li, de foro compet. dicens *, quòd hæc verb. relin- 4
quo beneplacito tuo, non important liberam vo-

luntatem, sed potius referuntur ad arb. boni viri,
& sequitur ibi Barb. Facit quartò idem Abb. in c.
5 fina vlti. colum. de precario, vbi * dicit se putare,
quòd si precario concedens vellet sine causa reuocare precarium illud cum maximo dãno alterius,
obstaret sibi exceptio doli. quia non potest negari
quin precarium sit beneficium, vnde non debet
dolose versari in beneficio concesso: sicut dicimus
in eo qui inuitauit viatorem, & ipsum detinuit, sed
postmodum pœnituit de beneficio, vt not. Ioan.
Andr. in proœmio decret. & allegat etiam Bald. in
d. l. si pœnam. Facit quintò Alex. in l. principali-
6 bus. in fi. ff. si cert. pet. vbi dicit * quòd dicta in officiali perpetuo habet locum in officiali ad beneplacitum: nam de illa dubietate reuocationis, seu de
illo beneplacito iudicatur vt de perpetuo, vt in l.
sufficit. de condi. inde, c. si delegatus. de offi. deleg.
lib. vj. Et plura de beneplacito vide per Deci. in
consil. cviij. j. ij. colum. Et vide Andr. in consti. ea
7 quæ. in ij. colum. qui dicit, * quòd quando priuilegium concessum est alicui ad beneplacitum, si concedens vult illud reuocare, debet specialiter hoc
facere, nec venit sub generali reuocatione. vide
etiam in tract. actor & reus. in versic. priuilegium.
author colligere videtur ex Andr. in d. constit. ea
quæ, quòd quando priuilegium ad beneplacitum
fit cum causa, vt propter seruitia & merita, & hoc
exprimitur in priuilegio, tunc non potest etiam
specialiter reuocari nisi ex iusta causa. & aduerte
quia licet Andr. expressè hoc non dicat, tamen videtur tacitè affirmare: nam dixerat ante finem, ꝙ
8 in casu, * in quo priuilegium esset reuocabile &
sine causa, vt quando concederetur merum imperium alicui in terris suis, tamen quando propter
seruitia fuerat talis meri imperij concessio facta,
& hoc constaret per priuilegium maximè, nõ posset tunc sine causa auferri. arguitur ergò in eo tractatu, actor & reus. de priuilegio meri imperij reuocabili ad priuilegium ad beneplacitum similiter reuocabile, vt sicut illud, si ob merita datum
est, non posit reuocari, ita nec istud ad beneplacitum concessum. Sed cogita an sit ista bona argumentatio: nam quando conceditur priuilegium
ob merita ad beneplacitum, istud verbum ad beneplacitum, habet in se annexam reuocationem
expressè, vt in alio casu habet annexam reuocationem tacitè, & vide Speculatorem in titulo de
locato. §. nunc aliqua. versiculo, quid si dominus
Papa. post versiculum, cl. vbi dicit quòd beneplacitum durabit donec reuocetur. & per prædicta
maximè ex notatis per Abb. in d. cap. fin. dum dominus Rex. cath. concessit illi d. 3130. officium perceptoris Aprutij ad beneplacitum, & concessionatius fecisset multas & maximas expensas pro habenda poss. & postea rex concessionem reuocauit.
Ego votaui quòd non potuisset reuocare nisi solutis expensis, alij contra, & sic iudicatum.

SVMMARIVM.

1 *Dominus soli an possit vendicare ostrachum, seu solarium superius.*
2 *Cœnaculum semper debet cedere illi domui, cui superimpositum est: & quid sit cœnaculum.*
3 *Aedificium, seu superficies cedit solo: & traditione soli venit superficies etiam non mentionata.*
4 *Solo dato in emphyteosim: & superficie iure proprio, tota superficies erit emphyteotica.*
5 *Alter vendicans ædificium, non cogitur probare se ædificasse: sed sufficit probare soli dominium.*
6 *Cœnaculum annexum domus ex latere, licet membrum inferius sit tuum, ex quo non habes aditum, sicut ego: meum erit in totum.*
7 *Possessor cœnaculi licet contra quemlibet extraneum agere possit interdicto vti possi. tamen contra dominum soli minimè, nisi ostendat se habere iustè cœnaculum.*
8 *Cœnaculum habens aditum ex publico, non est illius qui habet membrum inferius, sed eius à quo possidetur.*
9 *Præscriptio seruitutis habẽtis causam discõtinuam, requirit tantum tẽpus, cuius initij memoria non extat.*
10 *Præscriptio xxx. annorum, & bona fides debet allegari.*
11 *Superficies cedit solo regulariter, sed contra hoc reperitur sacr. Consil. semel votasse.*

DECISIO CXVII.


IN causa Pyrrhi campanilis cum Galeocto de mirabaliis * dubitatum est,
si aliquis reperitur in possessione alicuius ostrachi aliàs membri superioris ad solem, & nõ ostendit titulum illius ostrachi,
quod ostrachum stat super membro vicini sui, &
non apparet quòd aliquando ille vicinus habuerit
ostrachum illud, & ad illud ostrachum solitum est
haberi aditum, nõ ex membro inferiori vicini, sed
ex domo illius qui est in possessione ostrachi, an
ille qui est in possessione, vel dominio soli possit
vendicare ostrachum. Pro domino soli facit: nam
istud membrum * de quo agitur, dicitur propriè 2
cœnaculum, vt declarant doct. in l. pen. in fin. de
dam. infe. & cœnaculum semper dicitur cedere illi
domui, cui super impositum est, vt in d. l. pen. versic. nec tamen. & in l. si duo. §. sed si supra ædes. vers.
plane. ff. vti po. facit l. si supra tuum parietem. ff. de
acquirend. re. dom. Facit etiam, nam * ædificium 3
cedit solo, & sic superficies, adeo quòd si ego dicerem, quòd trado tibi solum sine superficie, venit etiam superficies, vt dicit text. in l. obligationem fere. §. placet. ver. plane. ff. de action. & oblig.
per quem text. Bart. in l. j. §. j. de superficiebus. dicit
quòd si in concessione rei in emphyteosim ego asseuerarem, * ꝙ concedo tibi solũ iure emphyteotico, & superficiem iure proprio, tota domus erit 4
emphyteotica: nam non potest esse alterius ædificium nisi cuius est solum. per d. §. placet. Facit text.
in l. ij. C. de rei vend. per quem dicit ibi Bal. in principio not. * quòd ille qui vendicat ædificium, non 5
habet necesse probare se ædificasse, vel de suo mandato ædificatum esse: sed sufficit sibi probare dominium inferioris partis. Ad quod suppeditat ostrachum facit tex. in d. l. pen. vers. nec tamen. vbi dicit sub
cœnaculo * est membrum inferius, non est consequens, vt cœnaculum, quod non est connexum 6
domui eius, qui vult ipsum suppeditare, nec aditum

rum aliunde habet, quàm à membro inferiori, sit alterius quam eius cuius est id, cui superimpositum est. Ex quo text. infertur à contrario sensu, quòd quando cœnaculum est annexũ domui meæ, licet subtus sit tuum, & tu non habes aditum ex membro inferiori: sed aliunde scilicet a meo habetur, hoc cœnaculum debet esse meum. Facit etiam text. in d.l. si duo.§. sed si suprà ædes.ff. vti po. vbi si ego habeo membrum inferius, & alius quasi dominus moretur in cœnaculo superiori, si turbor, habeo ego interdictum, non ille qui tenet cœnaculum: semper enim superficies solo cedit: & subiungit text. limitando in verbo plane. vt istud non habeat locum quando illud cœnaculum seu membrum superius haberet aditum ex publico, & idem dicit gl. ibi in ver. ex publico, quãdo haberetur aditus à priuato solo illius qui habet cœnaculum: ex quo patet quòd ego qui suppedito ostrachum sum in possessione, & hoc tenet glo. in d.l. si duo.§. sed si suprà, quando habeo aditum aliunde quàm ex inferiori. Contra tamen suppeditantem ostrachum in casu prædicto facit, quod no. Iac. de Aretin. quem refert Cyn. in d.l. ij.C. de rei vend. & Bart. in dict.§. si supra ædes. videlicet quòd in casu prædicto is qui habitat cœnaculum, etiam si habitat iure suo, non possidet nisi naturaliter: dominus verò soli in quo sustentatur cœnaculum possidet ciuiliter: ex quo Bartol. dicit in §. sed si supra ædes.
7 quòd possessor * cœnaculi licet possit contra quẽlibet extraneũ agere interdicto vti po. tamen contra dominum soli non potest agere, nisi ostendat se habere iustè cœnaculũ. Aduerte tamẽ quoniã Iac. de Aret. quẽ sequitur Bart. prout refert eum Cyn. dicit quòd naturalis possessio existens penes cœnacularium est quæ habetur tanquam à superficiario. Aduerte etiam * quoniam Angel. in d.§. si su-
8 pra ædes. dum tex. dicit quòd quando cœnaculum habet aditum ex publico, nõ possidetur ab eo qui habet membrum inferius: sed ab eo qui habet illud cœnaculum suprà addit Ang. quòd illud cœnaculum erit suum ratione proprietatis vtilis: vnde videtur, quòd ex quo cœnaculum habetur tanquàm à superficiario. item habetur ratione vtilis dominij, seu iu dominij vtile, videtur quòd contra dominum etiam cõpetat interdictum, & etiam vtilis vendicatio: nisi dicatur quòd ad hoc, vt cõpetat contra dominum debeat demõstrari debeat iustum initium dicti cœnaculi. In casu autem de quo agitur considerandum est in fauorem Galeocti, qui cœnaculum habet, primò quòd istud sustentatur ex vno latere, item ex alio, & sic ex duobus lateribus in parietibus iunctis domui Galeocti. Secundò quòd probatum est, quòd per annos quinquaginta semper fuit habitus aditus à domibus Galeocti, & non ex inferiori, & nunquam inferior habuit aditum quòd probetur. Tertiò quòd licet membrum existens subtus cœnaculum sit Pyrrhi, tamen solum sub illo membro est pro parte ipsius Galeocti, vt sic sicut cœnaculũ debet cedere membro inferiori, ita illud membrum inferius debet cedere solo Galeocti pro parte illa vnà cum parte cœnaculi per directum tendente suprà solum Galeocti. Et istud est forte motiuum, & concludens quo ad partem prædictam. Quartò extat vnus testis qui deponit patrem Pyrrhi, qui fecit ostrachum considerasse, quòd dominus domus Galeocti tenebatur contribuere, & quòd nihilominus iste non curabat de ista contributione, vnde ille superior habebat ius. Quo ad secundam rationem duo obstant: primò, quoniam hic non caderet præscriptio iure seruitutis, non enim allegatur. item quando allegaretur non procederet: ex quo
9 * non est probatum de quasi possessione, à tempore cuius initij non est memoria, prout requiritur in seruitutibus habentibus causam discontinuam, sicut est ista, vt nota. Paul. in l. j. ij. colum. C. de seruitu. & Bartolus in tracta. seru. vrb. cap. ij. Secundò obst. nam * quando proprie diceretur, quòd 10 procederet præscriptio iure dominij, & non iure seruitutis saltem quasi dominij respectu superficiei, quæ quidem præscriptio videtur perfici spatio triginta annorum, tamen hæc etiam præscriptio allegata non est, nec etiam bona fides, prout requiritur secundum Angel. in l. cum qui.§. fi. ff. de public. & est casus singula. in l. si adulterium cum incestu.§. idem Pollioni. de adulter. & not. Barto. Vero. vbi suprà cap. ij. ij. colum. Quo ad tertium, illud videtur forte motiuum, & quidem quo ad id quod prætenditur suprà solum Galeocti procedit: nam rationes facientes contra Galeoctum in ostracho, faciunt cõtra Pyrrhum in membro mediano existente sub ostracho, quatenus tenet superficiem super solum Galeocti. Vnum est, quòd maximè videtur facere pro Galeocto, saltem quo ad superficiem, & pro iure superficiei teneat illud ostrachum, seu tenere possit, nam non apparet initium, nec quòd aliquo tempore ipse suique antecessores ostrachum non tenuerint, nec apparet initium, seu tempus, quo aliquando Pyrrhus siue antecessores habuerint ostrachum prædictum. Extat sententia aliàs lata in Sacr. Consil. me referente in fauorem domini Ferdinandi de punzettis, & nepotum contra Dominicum de Marco, qui vendicabat ostrachum, quod per eos detinebatur supra cellarium ipsius Dominici. Sed tunc non fuerunt ista discussa. Extat sententia aliàs prolata in eodem sacro Consi. in Viceprotonotariatu domini Antonij de Alexandro, in causa, in qua is qui habebat membrũ inferius alio habente ostrachum supra illud membrum, ædificauit supra illud ostrachum: & fuit iudicatum quòd debeat demoliri, sed ex æquitate ne ædificia ruinæ darentur dictum in sententia est, quòd is * qui ædificium fecit, de- 11 beat illud retinere & soluere victori iustum pretium ostrachi siue terratiæ, & hoc fuit in causa Antonij Martialis cum Iacobo Tagliamilo. Sac. Consil. in hac causa votauit, quòd Galeoctus * qui iam 12 ædificauerat camerã supra dictum ostrachum, teneatur illam demoliri facere, & reducere ostrachum in pristinam formam seu speciem. & quatenus actor vẽdicabat ostrachum fuit voti quòd ab hac impetitione Galeoctus absolueretur, sed quòd illud tenere debeat vt per prius, vt sic Galeoctus nõ potuerit mutare formã antiquam dando maius onus parietibus existentibus à parte Pyrrhi, quod onus inferior ex eleuatione dictorum parietum: dando etiam onus continuationis suppeditationis ostrachi. Et ita iudicatum est.

SVMMARIVM.

1 *Baro an possit compellere vniuersitatem suæ villæ ad præstandum sibi Camerarium pro exigendis eius redditibus.*

2 *Syndicum esse, vel collectarum exactorem computatur inter munera personalia, ad quæ quilibet astringitur.*

3 *Iudices locorum æquiparantur defensoribus ciuitatum in hoc Regno.*

4 *Priuilegium venditionis factæ per Regem continens clausulam cum regaliis, angariis, & perangariis: operatur quòd Baro possit exigere seruitia quæ poterat Rex.*

5 *Libera præsumitur omnis res.*

6 *Vasalli sunt omnes in dominio Regis in Regno, & possunt etiam volentes perpetuis seruitiis alligari sine Regis assensu. & nu. 16.*

7 *Vasallus, qui grauatur angariis à Barone, potest implorare iudicis officium, & ibi not. implorandi forma.*

8 *Vasalli præstant angaria Dominis suis in Regno ex consuetudine, quæ cuius temporis sit probanda est.*

9 *Vasalli an possint recedere probata per Baronem consuetudine quòd sint angarij. & nu. 10. 12.*

11 *Villani habitantes in burgis & casalibus possunt compelli præsertim tempore belli ad deferendam annonam in ciuitate.*

13 *Vasallus habens terram à Barone videtur cum eo agere ne discedat: sed hoc intelligitur nisi velit relinquere terram.*

14 *Filius Vasalli de vassallagio molestari non potest: si quæstio vassallagij patris, dum vixit, mota non fuerit.*

15 *Vasalli per instrumentum obligati domino dare annuas operas in putatione & vindemia, non tenentur obseruare: nec temporis lapsus in hoc operatur.*

DECISIO CXVIII.

IN causa magnifici Francisci Siripanni
1 * vtilis d. Villæ Casepuzanæ cum Bartholomæo de rorza, & consortibus de dicta domo habitantibus in villa Frignani maioris pertinentium Auersæ. Videtur in hac causa quòd bene consideretur, & inspiciatur in iure an dictus Baro Casepuzanæ circunscriptis probationibus valeat compellere vniuersitat. suæ villæ ad præstandum sibi camerarium, aliàs baiulum, qui habeat seruire ad exigendos redditus Baronis. vide ad hanc decisi. no. per iudicem Blasium in rub. de vlt. volunt. secunda differentia. chart. cx. & in titu. de his qui se in ali. po. sub. chart. clxxix. Quòd sic, facit text. in l. j. §. fin. & in l. fin. §. defen-
2 sores. ff. de mun. & ho. vbi * esse syndicum & gestorem negotiorum publicorum computatur inter munera personalia, ad quæ quilibet astringitur l. iij. §. pr. esses prouinciæ. eod. tit. Et proprie in collectore pecuniæ l[illegible] text. in l. munerum. §. qui annonam [illegible]. Et [illegible] Bar. in l. ergo. §. c[illegible] bus. ff. de [illegible]. quòd iudex potest compellere vniuersitatem ad faciendum syndicum. facit
etiam: nam esse defensorem ciuitatis, & sic præcise ad causas ciuiles, est munus & seruitium personale & necessarium [illegible]. munerum. §. iudicandi eodem titu. de mune. & hon. l. sicimus. C. de aduoca. diuer. iudi. & in hoc regno Baiuli locorum æquiparantur defensoribus ciuit. vt nota. Andr. in constitutione officiorum. facit constitutio Regni, si quando. vbi habetur * quòd Baiulus qui domini res ad- 3
ministrandas suscepit, non potest bona etiam a se quæsita alienare, nisi reddita prius domino ratione suæ administrationis. Et quod in Regno hoc procedat, est capitulum Regis. Caroli primi inter prima edicta pro bono statu Regni, ita dicens, Item, collectores syndici, & aliæ personæ, quæ ab vniuersitatibus sub eorum periculo pro seruitio nostræ curiæ eliguntur, non amoueantur per iustitiarium &c. Nec facio vim, quòd ibi dicatur. pro seruitio nostræ curiæ: nam si tenebantur dare vniuersitates Camerarium seu collectorem pro curia Regis, ita & pro Barone, cui Rex concederet eum seruitiis realibus & personalibus. Dicebat enim dominus Paris in syndicatu. cap. de excessibus Baronum. ij. colum. quòd si * in venditione 4
facta per Regem, seu cócessione est clausula, cum regaliis, angariis, & perangariis: poterit Baro exigere seruitia, vt poterat Rex, vt verba priuilegij aliquid operentur. l. j. §. is qui nauem. ff. de exercitoria. l. non alr. ter. de leg. ij. in priuilegio quod fecit Rex Ferdinandus secundus huic Bar[illegible], sunt verba cum vasallis angariis, & perangariis, seruitiis personalibus, & realibus. & licet doctrina Paridis dicteret cum regalibus &c. tamen ea ratio militat in hoc priuilegio: nam hæc verba nihil operarentur quæ in priuilegio posita sunt. Sed quòd non possit, facit: nam * dare Camerarium vide- 5
tur esse seruitium personale. dicta l. j. §. fin. & dicta l. fina. §. defensores. & sicut res quælibet præsumitur libera. l. si quis ædes. in prin. ff. de ser. vrba. præd. & not. Andr. in cap. j. §. item si sit. de controuer. inter masculum & fœmin. multo magis homines. Facit: * nam homines Regni sunt omnes in dominio 6
Regis, & non possunt etiam volentes perpetuis seruitiis, aut conditionibus alligari. vt in consi[illegible] tu. quia frequenter. in fine. quemadmodum allegat Lucas in l. si quis. vlt. colum. C. de agrico. & censi. lib. xj. Et quod vasalli non possint se subiicere alij sine voluntate Domini, vide Felin. in cap. dilecti. de maio. & obedien. Facit Spe. in tit. de exactionib. §. j. ver. sæpe. & versi. vasallus. volens * quòd vasal- 7
lus qui grauatur huiusmodi seruitijs [illegible] domino potest contra eum implorare iudicis officium, & docet formam implorandi. Nec obst. primum & secundum adducta pro prima parte: nam non sequitur, est munus personale hoc, ergo [illegible]tium: ibi enim illa præstabantur in communi ad communem vtilitatem, non pro aliena [illegible] domini. Non obst. tertiò: nam iura in eo adducta non inferunt quòd ex debito, seu ab inuitis illi o[illegible]ales dari sint: & si dati sunt regi, vere[illegible] dari debeant Baroni, & exemplum d. Paridis de angariis & perangariis regalibus, vbi sc[illegible]icet est expressum regalibus: si enim regalia non exprimuntur, nunquam veniunt. Attamen videmus contrarium seruari per totum regnum, * vt isti Camerarij ac etiam plures Baiuli 8
præst

præstentur anno quolibet domino, nisi dicatur q
illud est ex consuetudine & præscriptione cente-
naria, quæ in hoc processu probata non sunt. Sed
9 esto * quod esset probata consuetudo, & quod ve-
rum sit vt in regno quælibet vniuersitas teneatur
dare domino Baulos seu Camerarium, an pro-
pterea homines vniuersitatis sint angarij, vel ad ser
uitia personalia obligati, & ideo non possint rece-
dere. Et certe videtur quòd non: nam hoc intelli-
go, scilicet quod debeat exstari Camerarius vel
Baiulus: tamen de his qui habitant in loco, non de
alijs, vt per hoc recedere non prohibeantur. Vide-
mus quod esse exactorem, esse syndicũ & similes,
est inter munera seu onera personalia, & nihilomi
nus intelligitur inesse istud onus inhabitantibus,
& non propterea prohibentur ire ad alia loca ad
domicilium transferendum, vt in l. in bello. §. ma-
numittendo. ff. de capt. in l. nihil. ff. ad munici. Fa-
cit: nam & libertus qui debet personales operas,
potest habitare vbi vult, nec cogitur habitare cum
domino suo patrono, vt dicit tex. in l. pe. in fi. C. de
ope. liber. quo argumeto vtitur And. in consti. quis
quis de burgensibus nisi ex pacto, & in manumis-
sione dictum esset, vt à certo loco, seu a patrono
non discederet, vt in l. Titio. §. Titio. ff. de condi. &
demonst. & in l. medicus libertus. ff. de oper. lib. Vi
detur autem dicit And. in d. constit. actum esse in-
ter do. & vass. vt non discedat à loco quando da-
ret sibi terram, vt hæc conditio non discedendi,
ex quo communiter sic terra dari cõsueuit, habea-
10 tur * pro expressa. l. cum quid. ff. si cer. pet. l. si is qui.
§. fin. ff. commoda. Et circa hoc d. Paris in ca. de ex-
cessibus Baronum. §. j. penul. colum. dicit sic. vide-
licet. & de modo probandi quod sint vassalli habe-
tur in consti. regni, probationum defectum, quam
bene nota, quia hodie Barones regni vt possint
vendicare vassallos vt angarios, dicunt, quod te-
nẽtur facere seruitia personalia, vt portare literas
de terra in terram, vel exercere officium Camer-
lingatus pro domino, vel deferre cippum in pri-
ma die anni, quia istæ probationes sunt sufficien-
tes, vt quis sit angarius, vel obligatus personaliter
domino per d. constit. quia portare cippum dicta
die fit ex quadam curialitate. argu. no. in l. solent. §.
non vero. ff. de offic. procon. vbi gl. Bart. & Bald. &
etiam exercere illud officiũ est munus, quod etiã
de iure communi tenentur exercere ciues, & in-
colę. ff. ad muni. l. j. §. j. ver. vt syndicus fiat, & corru
pte allegat: nam est l. j. §. fin. de mune. & hono. Cum
ergo ex præstatione Camerarij non sit cõstitutum
seruitium personale: nec per cõsequens necessitas
manendi in casali, videtur quòd ex hoc capite a-
stringi non possint hi conuenti: vt reuertantur ad
11 habitandum. villani quoque * habitantes in bur-
gis & casalibus possunt compelli, præsertim tem-
pore belli ad deferendam annonam in ciuitate, vt
dicit Luc. in l. j. C. vt rusticani ad nullum obseq.
libr. xi. non tamen dicet quis propterea eos anga-
12 rios. Illud autem constat, * quòd tunc vassallus
Baronis recedens ab eius terra potest compelli ad
rehabitandum, quando esset obligatus ad seruitia
personalia. argument. in constitutio. errores eo-
rum. quæ prohibet tales accedere ad ordinem cle-
ricatus. facit etiam capitulum regni, item statui-
mus quòd vassalli. volens, quòd vassalli ecclesia-
rum ad seruitia personalia obligati, non possint à
loco recedere. Facit quoque prouisio quædam Re-
gis Roberti quæ incipit, pro parte Caruniani, posi-
ta retro constitutiones domini Antonij de Ianua-
rio, statuens, quòd taliter obligati, si recesserint, re-
dire compellantur. facit capitulum Honorij, quod
incipit, ad nouas comminantias. relatum & posi-
tum per Luc. in d. l. si quis. vltima colum. de agric.
& cens. vbi ascriptitij, & similis conditionis non
possunt deserere terram, nec obligari ad seruitia
personalia ratione personæ: sed si ratione rei dimis
sa re possunt ipsius terræ deserere incolatum, & ad
alia loca se transferre. Et licet Andr. in constitu.
quisquis de burg. velit * quod is qui habet terram 13
à Barone videtur agere cum eo, vt non discedat,
hoc debet intelligi nisi velit relinquere terram, vt
in dict. capi. & in d. constitutio. errores eorum. Ex
qua constitution. patet quòd etiam sine re potest
quis esse angarius, quod aliqui negant. Nec vide-
tur opitulari actori quòd probatum sit vnum ex
conuentis iurasse sibi fidelitatem seu assecuratio-
nem, & quòd parentes aliorum cõuentorum idem
iurauerint vt sic filius vassalli mei sit mihi vassal-
lus, vt dicit gloss. in constit. probationis defectum.
in versicu. prædecessorum suorum, per illum text.
& Spec. in tit. de feud. §. quoniam. versicul. v. cum
si. nam non sequitur, est vassallus, ergo non potest
recedere vt dictum est, nisi aliter qualitas serui-
tiorum. & istud idem firmat d. Paris in syndi. in
versicu. excedunt etiam Barones volentes.
Quinimò quo ad filios eorum qui iurauerunt ob-
stat quod dicit Luc. in l. si ille. in C. de decur. li-
bro x. per hæc verba. Dicit hic Andr. quòd si quæ-
stio * vassallagij patri dum vixit mota non fuerit, 14
non poterit eius filius ex tali vassallagio molestari,
ad quod etiam facit supra de bo. quæ li. cum opus.
§. si autem res. & de reuoc. do. l. j. in fin. & l. fin. in
fin. cum concor. ibi not. & argumen. ff. de re mi lit.
l. milites prima. §. penulti. & l. milites secunda. &
extrà. de donat. capit. propter, & ibi not. Et subdit
Luc. quòd ille dicitur vassallus alicuius, qui ab eo,
& sub eius dominio tenet terram, vt in constitut.
de prob. probationum defectum. Nec etiam vide-
tur * quod possit se fundare ex eo quòd illi de Ca- 15
sapuzana * obligauerant se ad pręstandum domino 16
certas operas in putatione & vindemia, vt ob hoc
dicantur angarij, iuxta not. per Andr. in titul. quæ
sunt regalia. in versicul. angariæ. & in constitutio.
prosequentes. & per gloss. in l. neminem. C. de sa-
crosanct. eccles. de qua obligatione patet per in-
strumentum quoddam productum, & confectum,
sunt anni elapsi. lxx. & quòd vigore illius instru-
menti perseueratum sit in dicta præstatione. Nam
quicquid sit de iure communi, d. constition. regn.
quia frequenter. vult quòd non possint homines
Regni personas seruitiis perpetuis aut conditio-
nibus obligare sine Regis assensu, qui est dominus
personarum, nec temporis lapsus in hoc operatur,
tum quia habuit initium iniustum, videlicet d. in-
strumentum, per quod patet quòd antea non tene-
bantur, sed ex tunc ex vrbanitate seu æquitate pro-
mittunt. Tum etiam quia constitutio, vt vniuersis.
prohibet præscribi homines de demanio: quã alleg.

xx 4 Andr.

Andr. in constitut. Regn. si dubitatio. Et licet isti de Casa puzana non sint de demanio, tamen illa qualitas libertatis à seruitijs, est qualitas demanialis, contra quam videtur quòd præscriptio non valeat. Sac. Consil. votauit conuentos esse absoluendos, & ita iudicatum est.

SVMMARIVM.

1 *Creditor condemnatus ad rei restitutionem, potest eam retinere post sententiam virtute hypotheca vel precarij, quam vel quod licet non opposuerit. & nume. 12.*

2 *Retentio pro alio debito nõ opposita, magis prodest condemnato, quàm opposita.*

3 *Mulier mortuo viro potest authoritate propria remanere in retentione domus, in qua cum viro inhabitabat: donec dos actualiter sibi soluatur.*

4 *Venditor conuentus ad rem tradendam negans venditionem, & condemnatus ad dictam traditionem potest nihilominus vti retentione: donec sibi soluatur pretium.*

5 *Retineri quando potest vna res pro altera. distingue vt ibi.*

6 *Variatio non permittitur creditori rerum alternatiuo, altera semel electa: secus est in creditore qui per hypothecariam potest auocare omnes res debitoris. Et pendente lite super vna re, potest agere super alia. & nu. 11.*

7 *Creditor, qui habet plures insolidum obligatos, pendente iudicio contra vnum, potest adhuc alium conuenire, non expectato fine, si primò conuentus sit soluendo, siue non.*

8 *Retentio multoties permittitur, quando non datur actio: vt in legato relicto in testamento minus solenni.*

9 *Dominus authoritate propria potest emphyteot. expellere non soluentem: etiam pendente iudicio, in quo sit petita licentia de expellendo: si protestatus fuerit de hoc in primordio litis.*

10 *Creditor petens missionem in possess. bonorum debitoris, potest adhuc agere personali: si reus iterum post missionem citatus perseuerat in contumacia.*

DECISIO CXIX.



IN causa domini Goffredi de Gallicipo, cum do. Cath. de Cardines dubita-
1 tum est, an domina Catherina, * quæ fuit in iudicio petitionis hæreditatis contra eam mora per d. Goffre. condemnata ad restituendum & assignandum actori turrim annunciatæ, possit retinere dictam turrim vigore sui instrumenti dotalis ac precarij, pro causa suarum dotium & iurium dotalium. Quod possit retinere, facit Albe. in l. j. pen. colum. etiam ob chirogra. pecu. vbi dicit, quòd si debitor egit pigioratitia contra creditorem, quia soluerat debitum, creditor fuit condemnatus ad restitutionem rei, nunquid post sententiam possit vti retentione pro alio debito? & videtur quòd non: imò hoc debuerat opponi ante sententiam, argum. eius quod dicitur. ff. de fideiuss. l. fideiussores. In contrarium
2 videtur, * quod prætor in condemnatione hoc beneficium non abstulit, nec etiam auferre potuisset, arg. j. de adult. l. adult. cùm si. Vber. dicit, aut ante sententiam de ista retentione fuit oppositum, & ea non obstante condemnatus fuit ad restitutionem & tunc vti non possit, aliàs sic. s. de fideiuss. l. fi. & ff. de nego. gest. l. si autem. §. fi. cùm similib. In casu nostro d. Catherina côuenta nihil de iuribus dotalibus, nec dicta retentione opposuit, nec discussum est. ergo, &c. Facit Ias. in l. si non sortem. §. si centum. vlti. colum. de condi. inde. dicens ad limitationem regulæ prohibentis retentioné. Vltra doctores fallit quartò in muliere fauore dotis. tex. est secundum intell. Bart. & aliorum in l. si filio. in prin. ff. sol. mat. imò signanter tenet Bal. l. pen. C. de
pig. acti. quòd mulier * mortuo marito potest pro- 3
pria authoritate remanere in retentione domus, in qua habitabat cum marito, donec dos actualiter soluatur. idem tenet Bald. in l. pen. in prin. C. de nô num. pe. in l. j C. de seru. pe. da. ma. in l. cum tibi. C. qui po. in pig. hab. Facit Bal. in l. per hanc. iiij. colû.
C. de tempo. appel. ver. item dubitatur, * vtrum de- 4
bitor, volens quòd si venditor conuentus ad rem tradendam negasset se vendidisse, & esset condemnatus ad rei traditionem, potest nihilominus non obstante condemnatione opponere exceptionem pretij non soluti, & vti retentione. Et licet contra d. Cathe. allegetur quòd non potest retinere: ex quo adepta est possessionem cum vitio, nam constat quòd mortuo domino Nicolao eius viro, ipsa vigore cuiusdam intersignij prætensi & fortè falsi intrusit se in possessioné turris, per quod essemus in eo quod dicit Bald. in l. fin. C. commo. vbi in il-
la q. * vtrum vna res possit pro alia retineri, distin- 5
guit, quòd aut illa res quam volo retinere pro alia peruenit cum vitio, & non potest retineri pro alia re: quia nec pro se ipsa, per l. j. §. rediguntur. ff. quorum leg. aut peruenit sine vitio: & tunc subdistinguit, vt ibi per eum. Et contra eam allegari etiam posset glo. in l. cum nemo. C. de acquit. poss. volens quòd quis nô potest sibi mutare causam possessionis de iniusta in iustá, aliquo extrinsecus nô superueniente, per l. non solum. §. j. ff. de vsuca. Tamen ad illud de possessione vitiosa potest responderi, quòd ipsa poterat verisimiliter credere, quòd sibi liceret capere: ex quo in testamento dom. Nicolai, quod prima facie videbatur solêne, legata sibi fuerant bona, quorum retêtione vti vult. Item ex quo retentio hæc sua fundatur ex precario dotium suarum, talis possessio etiam antè habita non potest considerari modo aliquo vitiosa. Ad illud d. l. cum nemo etiam responderi potest eo modo propter precarium. Et sic sac. Consi. pro maiori parte habuit possessionem pro non vitiosa. At contra retentionem facit: nam domina Catherina antequam declarasset se velle retinere turrim pro dotibus suis, & iuribus dotalibus, egerat in sacro Consilio contra domin. Goffre. vt possessorem castri rocchæ Raynolæ, & aliorum nonnullorum bonorum quondam d. Nicolai super assistétia & adiudicatione eorum pro dictis dotibus & iuribus
dotalibus. Vnde succedit * quod dicit Bartol. in 6
l. eum qui certarum. §. fina. ff. de verborum obli. per text. ibi. & in l. si quis stipu. sit Stichum. eod. tit. quòd quádo creditor habet plures res obligatas, in

quibus

quibus habet electionem, si semel vnam elegit post litem contest. non licet variare, & eligere aliam, dicitur habeat actionem ex prouisione sua. d. l. si quis stip. sic Stichum vel ex prouisione legali. l. a. j. §. & generaliter. de eo quod cert. loco. idem enim importat electio collata simpliciter à lege, quod electio collata ab homine per futurũ iudicatiui. d. l. eũ qui cer. §. si. per gl. & Bart. sed hæc obiectio nõ obstat: nã loquitur in creditore rerũ alternatiuè, qui non poterat nisi alterum tantùm consequi, vnde non mirum si facta electione super vno, aliud tollatur. At hîc sumus in creditore, qui per hypothecariam potest auocare omnes res & omnia bona debitoris loco pignoris, per eum tenenda donec integrè satisfiat de debito, iuxta tradita per Bartol. in l. rem alienam. ff. de pig. actio. in l. si cum venditor. in princ. de euict. in l. j. C. si vnus ex plu. hære. & Moder. in §. item Seruiana. insti. de action. vnde non mirum si acto super vna re, & lite super ea pendente, potest agi super alia. Et pro hoc facit

7 * arguendo de personis ad res, id quod tenet Bartol. in l. in duobus. § vbi duo. ij. colum. ff. de duo bus reis. qui vult, quòd si creditor qui habet plures insolidũ obligatos, egerit primò contra vnum, & deinde vult agere contra alium, poterit: nõ obstante quòd primò actum sit contra vnum, & hoc etiam pendente primo iudicio, & non expectato fine, an ille pòst repertus sit soluendo ita, an nõ: & dum respondet ad d. l. quoties. §. si creditor. ff. de pecu. considerat diuersitatem, an simus in his, quorum electio præiudicat in aliis. Præterea quòd variatio, & consequenter retentio locum nõ habeat: facit text. in l. j. §. fin. ff. si fa. fur. fec. dicatur. vbi si is, qui à familia seruorum Titij passus est furtum, egerit contra dominum actione furti, tanquam facti à Sticho, & sic nomine Stichi, non potest pendente lite, imò nec finita per sententiam cumulare actioné eandem nomine aliorum, sed debet expectare exitum rei, an per executionem sibi de tota litis æstimatione satisfiat. Sed lex illa non obstat: nam loquitur in agere volente, hos enim in posses-

8 sore * volente retinere: multoties nanque cui non damus actionem, permittimus retentionem. & pro vno casu vide Bar. in l. nemo potest. ff. de lega. j. vbi vult quòd relictum in titulo minus solenni, potest retineri, tamen ad illud agi non potest. Præterea

9 facit * contra hanc retentionem quod nor. Iaso. in l. ij. ij. colum. C. de iure emphyteo. versic. & multa remedia. quærens an pendente iudicio, in quo est petita licentia de expellendo emphyteotam, possit dominus eum propria authoritate expellere, & sic an postquam elegit viam iudicij, possit redire ad viam facti. & allegat Bald. quòd non, in l. ij. x. q. C. de fer. & alia plura, nisi secundum eum fortè in motione iudicij facta protestatio, & reseruatio propriæ facultatis. Sed potest responderi, prout in præcedenti, videlicet vt per modum agendi fieri non possit, secus si per modum retinendi: seu vt rectius loquamur, loquitur in non possessore, nos in possessore. præterea ibi in vna re, hic in diuersa re. Præterea facit contra retentionem: nam quamuis Bartol. in l. consentaneum. penult. colum. C. quo-

10 modo & quando iudic. teneat, quòd si quis * contra contumacem elegerit vnam viam, puta missionem in possessionem, & deinde vult adiungere aliam, scilicet captiuitatem personæ, quòd possit: per l. j. §. quid ergo. de ventre inspi. & alia. vt ibi per eum: quem sequitur Anton. in l. edita. penult. columna. de edendo. & ibi Rimminal. in vigesima columna tamen Alexand. post Paul. de Castr. in l. j. §. j. ff. si quis ius dic. non obed. & in §. fina. ea. l. quem refert & sequitur Iaso. in dicto §. j. limitat, vt procedat quando reus iterum post missionem citatus perseueraret in contumacia, aliàs per missionem in possessionis punita esset prima contumacia. Sed ad id etiam posset responderi, quòd procedat proponendo non autem retinendo. Et vide Bartol. in l. de rebus. ff. rerum amot. vbi dicit * quòd quando 11 variatio non est circa idem, nec circa diuersa quæ habentur loco eiusdem, permittitur. & text. est ibi: quòd contra diuersas res admittitur variatio.

Sacr. Consil. votauit & decreuit esse locum retentioni, * & quòd procedatur in causis moris 12 per d. Cathe. quæ primo loco egerat hypothecaria & adiudicatione super Rocchæ, & aliis bonis ibi nominatis, & secundo loco egerat super adiudicatione tertis annunciatę post lit. contest. & primum beneficium petitum in primo iudicio.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesiæ Romanæ vrbis quinque sunt principales, quæ patriarchales dicuntur.*
2 *Cardinalium ordo est triplex: videlicet episcoporum presbyterorum & diaconorum.*
3 *Cardinales episcopi sunt quinque titulati.*
4 *Cardinales presbyteri sunt xxviij.*
5 *Cardinales diaconi sunt xvij.*
6 *Cardinalium numerus est certus ad instar numeri discipulorum qui fuerunt lxxij.*
7 *Cardinales presbyteri scribuntur per titulos, videlicet tituli sanctæ Ceciliæ presbyt. Card. d. Diaconi verò scribuntur à diaconiis, videlicet tituli. sanctæ Mariæ in porticu diaconi Cardin.*
8 *Cardinales ccxxxvj. aliquando fuerunt tempore Pontiani Papæ.*
9 *Cardinales xv. fuerunt creati propter Baptisma & sepulturas: quæ officia hodie non exercent: cum sit summus gradus in ecclesia post Papam.*
10 *Cardinales xxxj. fuerunt à Leone x. creati vno die supra alios xxxj. qui tunc erant: & sic tunc temporis ecclesia Dei habuit lxij. Cardinales, videlicet vj. episcopos xxxvij. presbyteros. & xix. diaconos.*

DECISIO CXX.

Ex Alb. de Ros. in rub. ff. rerum, de stat. ho. Pone hîc decisio. xxx. ex his quæ sunt suprà in hac rubrica in consi. sancti Marcum,



Omanæ vrbis * ecclesiæ quinq; sunt 1 principales, quæ patriarchales dicuntur. Ecclesia sancti Ioannis Lateranensis, quæ habet Priorem, sed ex constitutione Bonifacij octaui habet Decanum, & erant religiosi, & facti sunt Canonici ordinis S. August. Ecclesia sancti Petri, quæ habet

habet Archipresbyterum, qui debet esse Diaconus
Cardinalis, & sunt Canonici seculares. Ecclesia
sancti Pauli quæ habet Abbatem, & sunt Monachi
sancti Benedicti. Ecclesia sanctæ Mariæ maioris,
quæ habet Archipresbyterum, & sunt Canonici se
culares. Ecclesia sancti Laurentij extra muros, quæ
habet Abbatem, & sunt ordinis sancti Benedicti.
2 Cardinalium * ordo triplex recitatur per Aluar.
3 in titulo * Episcoporum, vel ab. Episcoporum, qui
sunt Hostiensis, Portuensis, Albanensis, Penesti-
4 nus, Tusculanus, Presbyterorum, * quorum se-
ptem intitulati sunt ad ecclesiam sancti Petri, vi-
delicet sanctæ Mariæ ad trans Tyberim, sancti Gri
sogoni, sanctæ Cecilię. sanctę Anastasiæ, sancti Lau
rentij in Damaso, sancti Marci, sancti Martini
in monte. Septem alij sunt intitulati ad ecclesiam
sancti Pauli, videlicet sanctę Sabinę, sanctę Priscę,
sanctæ Balbinę, sanctorum Nerei & Achilei, sancti
Sixti, sancti Marcelli, sanctæ Susannæ. Septem alij
sunt intitulati ad ecclesiam sanctæ Marię maioris,
videlicet sanctorum Apostolorum, & hic non no-
minatur per titulum, sed per Basilicam sancti Cy-
riaci in thermis, sancti Eusebij, sanctę Potentianę,
sancti Vitalis, sanctorum Marcelli & Petri, sancti
Clementis. Septem alij presbyteri Cardinales san-
cti Laurentij sunt, videlicet sanctę Praxedis, sancti
Petri ad vincula, sancti Laurentij in Lucina, san-
ctæ Crucis in Hierusalem, sancti Stephani in Ce-
lio monte: sanctorum Ioannis & Pauli: sanctorum
quatuor coronatorum. In ecclesia sancti Ioannis
non ponuntur alij Cardinales præter Episcopos,
qui subsunt Papæ Episcopo illius ecclesiæ Diaco-
5 norum, * videlicet sanctæ Mariæ in dominica, &
iste est Archidi. aliorum, sanctæ Luciæ in circo Pa-
latij iuxta septisolium, sanctæ Mariæ nouæ, sancto-
rum Cosmi & Damiani Palatij, sancti Adriani Pa-
latij, sancti Gregorij Palatij, sanctæ Marię in scho-
lagræca, sanctæ Mariæ in porticu. sancti Nicolai
in carcere, sancti Angeli, sancti Eustachij, sanctæ
Mariæ in aquario. sanctæ Mariæ in via lata, san-
ctæ Agathæ, sanctæ Luciæ in capite Saburræ, san-
cti Quiriaci: secundum Alber. vbi suprà refert
aliter, quem vide. Et de eo qui est Episcopus an
possit assumi in presbyte. vel diacon. Cardi. Gem.
in capi. cum aliquibus. iij. colum. de rescrip. in vj.
Et vide Cardi. in Cle. ne Romani. de electi. in ver-
bo, irritum. vlt. col. qui dicit quòd est certus nume
6 rus * Cardinalium, ad instar numeri discipulorum:
de quibus xxj. distinct. in nouo, quòd sunt lxxij. &
quòd tituli episcopales sunt sex. de quibus in capi.
examinata. de confir. vtili. inter quos est Portuen-
sis, cui vnitus est titulus sanctæ Rufinæ, & quòd de
bet esse certus numerus presbyterorum Cardina-
lium, & certus diaconorum. & quòd ecclesiæ vr-
7 bis * diuiduntur per titulos & diaconias. presby-
teri enim scribuntur per titulos, scilicet talis ti-
tuli sanctæ Ceciliæ presbyter Cardinalis. Diaco-
8 ni verò scribuntur à diaconis, * scilicet tituli san-
ctæ Mariæ in porticu diaconi Cardinal. Sed idem
Cardi. in d. Clemen. ne Romani. §. porro. j. colum.
tertia. notabili dicit post Matth. quòd aliquando
fuerunt ccxxxvj. Cardinales tempore Pontiani Pa
pæ. & allegat chronicas, quòd Marcellus Papa
constituit xv. Cardinales Romæ esse propter Ba-
ptisma * & sepulturas hominum. allegat lxxxix. di- 9
stinctio. capi. primo. & plura alia, quæ officia sub-
dit quòd hodie non exercent: sed est summus gra-
dus in ecclesia post Papam. Et hæc nota * pro Papa 10
Leone. x. qui in vno die, videlicet in Calendis Iulij.
1517. creauit Cardinales xxxj. supra alios xxxj. qui
erant, sicque nostro tempore ecclesia Dei habuit
lxij. Cardinales simul, videlicet vj. episcopos. xxx-
vij. presbyteros. xix. diaconos.

SVMMARIVM.

1 *Rex successor an teneatur seruare data per eius prædecessorem.*

2 *Procurator venditoris ad tradendam possess. rei vendita, an dicatur reuocatus ob mortem venditoris ante traditionem.*

3 *Papa regi Ungariæ, qui patri successerat in regno, imponit pœnam priuationis regni: dum non vult obseruare votum à patre factum.*

4 *Rex Aragonum nō posset facere filium naturalem legitimari per Papam in præiudicium alterius consanguinei, cui consuetudo regnum defert rege decedente sine filiis legitimis.*

5 *Officiales vtrum debeant esse annales, vel biennales, vel perpetui.*

6 *Titulus priuilegij an incidere debeat à nomine proprio an appellatiuo.*

7 *Gratia vtrum expiret per mortem cōcedentis, antequam vacauerit officium.*

8 *Feudum concessum tibi, & cui dederis, tu potes alteri dare vigore illius inuestituræ: nec huiusmodi potestas expirat morte concedentis.*

9 *Possessio vel quasi iurium incorporalium transit per solum priuilegium.*

10 *Beneficium, seu gratia concessa contēplatione conferentis, & non illius cui confertur, non expirat morte concedentis.*

11 *Assensus factus Titio, quòd alienet feudum, prodest heredi Titij decedentis ante alienationem: & quid si moriatur Rex ante alienationem, an requiratur nouus assensus.*

12 *Donatio facta per prædecessorem, præfertur donationi eiusdem rei etiam postea vacantis facta per successorem in regno.*

13 *Regnum transfertur successione iure hereditario: non autem electione.*

14 *Successor in dignitate grauari non potest per suum prædecessorem in rebus propriis, nisi consentiat: sed in rebus dignitatis sic, ad ipsam dignitatem pertinentibus.*

15 *Donatio quæ aliàs esset reuocatoria per ingratitudinem si fiat ob merita, non reuocatur.*

16 *Priuilegium concessum subdito, potest etiam sine causa reuocari: nisi datum sit ob renunciationem.*

17 *Officialis delinquens in officio, priuatur officio: nec amplius vnquam ad dictum officium reuertitur.*

18 *Officiales committentes furta & barattarias possunt dignitate priuari, & degradari.*

19 *Officialis delinquentis bona, vel salarium dantur illi officio in quo fraudem commisit.*

20 Offi

20 *Officialis perpetuus deponi non debet, nisi depositionem culpa inducat: vt quia deliquit in officio.*

21 *Officij priuatio vtrum inducatur ipso iure, vel per sententiam. & nu. 23.*

22 *Officialis delinquens si aufugit, habetur pro confesso: & qualiter intelligatur conuictus de delicto, vt possit dignitate priuari.*

24 *Sententia saltem declaratoria, requiritur in casibus, in quibus per leg. quis ipso iure priuatur, fallit in notorio. & nu. sequen.*

26 *Heredi non nocet, licet pro confesso defunctus habeatur.*

27 *Possessorio recuperandæ agenti, & iustificanti suam possessionem ex priuilegio, non opponi potest exceptio de proprietate.*

28 *Possessorio adipiscendæ agenti, opponitur exceptio proprietatis, cuius probatio fiat incontinenti.*

29 *Exceptio quòd titulus primus est reuocatus per posteriorem excipientis, releuat excipientem.*

30 *Possessorio retinendæ non obstat exceptio proprietatis.*

31 *Prædecessoris delictum acquirentis feudum, vel officium, nocet successoribus filiis: sed vtrum noceat agnatis in feudo antiquo. & quid si nominatim datum sit patri & filiis.*

32 *Electio non cadit in vnum: dispositio enim fit pura, vt ille vnus habeat officium sine electione.*

33 *Patris culpa nocet filio in eo quòd debet habere filius post patris mortem.*

DECISIO CXXI.

Hinc petij Siciliam die 27. Aprilis 1517. cum Domino Comite Montis Leonis causa informationum capiendarum de Insulæ reuolutionibus.

Panhormi.

IN causa Officij conseruatoris regni Siciliæ vertente inter magnificum Petrum Andræam Iambardum petentem se poni in possessionem seu quasi officij supra dicti ex vna parte, & regium fiscum ex altera. præsupponitur, quòd quondam Magnificus Ioannes Ripes altes, vltimus conseruator, qui pridie decessit, habuerit priuilegium à quodam Catholico Rege, in quo ob sua seruitia ampliauit sibi dictum officium ad vnum ex generis suis post eius mortem eligendum per eundem Ioannem, & quòd Ioannes ipse elegerit iam dictum Petrum Andræam suum generum, licet electio ipsa ac etiam vacantia officij facta sint post obitum concedentis priuilegium, videlicet Cath. regis. Quando conseruator ex causa dotis hoc officium genero promisisset, casus videretur habere minus dubiũ, quoniam successor Regis non posset reuocare, licet ipse Rex potuisset. l. si ego. §. j. de iure dot. & vide Bald. nonnunquam. de dot. respectiali. vj. partis. cum duob. sequen. vbi vult quòd fauore dotis hæres non potest reuocare nec contradicere Bald. not. in tract. dot. vj. parte & priuilegio. Contingit primò dubitari, an dominus Rex Catholicus potuerit in con-
1 cessione dicti priuilegij ligare *. successorem in regno. Barto. in l. prohibere. §. plane. ff. quòd vi aut clam. dicit, quòd si Rex alienaret aliqua quorum donatio esset in magnam diminutionem iurisdictionis regalis, non posset hoc facere, etiam iuramento mediante, per c. intellecto. de iureiur. sed si donaret ea quæ non diminuerent ita iurisdictionem regiam: valeret donatio, & præiudicaret successori in regno. & allegat text. in c. Abb. sanè. de re iudi. lib. vj. loquente de rege Aragonum, qui donauerat rem existentem in posse hostium, sub conditione quando, vel si ad manus fidelium deueniret. Facit etiam pro priuilegio: nam ob merita & seruitia iam datum est. quòd si potest Princeps militibus dare bona aliena. l. Lucius. ff. de eui. l. venditor. §. si constat. col. prædi. l. item si verberatum. de rei vend. multo fortius bona regni, seu Regia: facit etiam text. in l. fundi venditor. ff. de acqui. pos. vbi
is * qui fundum vendiderat, procuratorémque ad 2
ipsius fundi possessionem tradẽdam constituerat, decederet ante traditam poss. non expirat mandatum: imò dummodò hæres non contradicat, si tradit, valet: licet Areti. ibi intelligat illum text. quòd hæres debet esse conscius de ipso contractu & traditione fienda. qui intellectus ad materiã nostram faceret, si esset verum quòd Cæsarea maiestas debeat consultari. Albe. in l. digna vox. penu. colum. C. de leg. tener, quòd quãdo prædecessor in regno, vel imperio disponeret contrahendo, vel alienando in casibus à iure permissis, successor ligatur. c. j. de soluti. cum ibi no. & no. in c. fin. ne prælati vices suas. per Inno. & Hosti. & quantuncunque Albe. faciat duo capita: primum in hærede in vniuersali, secũdum in successore in dignitate & officio: & in secundo capite ponat Imperatores & Reges, eos æquiparando in hoc. tamen Ias. in l. j. pen. colũ. de constitu. princi. facit differentiam inter papam, & Imperatorem, qui electione creantur: & alios qui veniunt per successionem, vt Reges & similes. Credit enim, quòd in his successores tenentur seruare omnem contractum, quancunque cõuentionem, sicut quilibet successor priuati. per regulam l. cum à matre. C. de rei vendicati. & allegat. Iason
etiam text. in capit. licet. de voto. vbi * Papa Regi 3
Vngariæ, qui successerat patri in Regno, imponit pœnam priuationis Regni, dum non vult obseruare votum à patre emissum, & licet ibi filius iurasset patri obseruaturum se votum, tamen idem esset, etiam si non iurasset, nec promisisset, nam in summario illius capi. hoc non ponderatur. Rex A-
ragonum * non posset facere legitimare filium na- 4
turalem per Papam in præiudicium alterius consanguinei, cui consuetudo defert Regnum Rege decedente sine filiis legitimis, quia hoc non pendet ab eius potestate. c. licet de voto. Ioan. de Imo. & Gem. in capit. grande. de supp. negli. præla. in vj. simpliciter sequitur in locis, de quibus per Iaso. in §. & quid si tantum. ij. colum. Abba in d. cap. licet. dicit no. quòd hæres non adimplens voluntatem defuncti, etiam contra executionem voti, perdit omne emolumentum, quamuis fortè aliquis ponderando illud verbum hęres diceret, quòd ibi adiuerat filius paternã hæreditatem. Bal. consi. ccclix. j. vol. tenet quòd successor in Regno, etiã non iure hæreditario, sed per electionẽ tenetur habere ratas collationes, & infeudationes factas à prædecessore, & loquitur in officiis, quãdo factę sunt sub nomine

miue dignitatis. Et hic est aduertendum, quoniam
officia magis videntur adhærere ossibus Principis
quàm feuda: officia enim annalia sunt, vt in l. Pu-
blius Meuius. de condi. & demõ. l. prædio. ff. de fe-
riis. tex. in c. j. de feudo guardiæ, vult quòd licet of-
ficia sint annalia, vt suprà dictum est, & ideo feuda
seu prouisiones ratione officiorum stabilitæ anno
finiantur: tamen hoc non habet locum, quando ali-
ter esset dispositum, vt quia esset appositum vlte-
rius tempus, tunc enim durant durante illo tem-
5 pore. Et quòd officiales * non debeant esse perpe-
tui, sed annales, vel ad plus biennales, est text. in l.
neminem. C. de su. & ar. lib. x. & vide Abb. in c. fi.
ij. colum. de iodi. Et hanc opi. quòd quando infeu-
datio non esset in magna diminutione regalis iu-
risdictionis, quòd de iure successor non posset re-
uocare, tenet Alua. in c. j. in prin. vij. col. de his qui
feu. dare po. & Iac. in tracta. feu. in versic. princeps.
ij. & iij. col. post Bal. in l. j. ff. de consti. prin. dummo-
do faciat ea quæ sunt de natura sui officij, vt infeu-
dare. & idem videtur esse in concessione officio-
rum, cum pariformiter sit de sui natura officij, &
Bal. in l. qui se patris. ix. col. C. vnd. lib. videtur idẽ
quod ante dixeramus firmare, dum tenet quòd in-
distinctè successor in his, in quibus per prædecesso-
rem translatum est vtile vel directum dominium,
non potest reuocare: & in officiis, licet non trans-
eant quo ad dominium, sed solum quo ad titulum,
sicut beneficia, vt in ca. ij. de dona. tamen possunt
dici nostra, vt not. Phili. in c. si huius absenti. j. col.
de præben. lib. vj. in his enim iuribus quæritur ius
perfectum per acceptationem, vt not. in ca. nouit.
de iudi. per Feli. post Anto. de But. in vj. col. Est be-
ne verum, quòd Phil. Deci. in c. j. v. colũ. de proba.
dum notat, quòd obligatio Principis ligat etiam
successorem in dignitate, no. post Abb. ibi, esse hoc
intelligendum quãdo sub nomine dignitatis con-
tractus celebratus esset, per tex. in c. quoniam Ab-
bas. & quæ ibi habentur. de offic. dele. Et ita intel-
ligendo istud verbum sub nomine dignitatis, pro-
ut notat Abb. in d. ca. quoniã Abb. videlicet quòd
6 debeat * titulus priuilegij incipere à nomine appel-
latiuo, videlicet Rex Alphonsus seu Ferdinandus,
non autem à nomine proprio, videlicet Ferdinan-
dus Rex, nullum priuilegium, nec pontificia bulla
essent facta sub nomine dignitatis: omnes enim in-
cipiunt à proprio nomine, licet in subscriptione
Regia quæ fit priuilegiis, nũquàm ponatur nomen
proprium per d. Reges præsentes, dicunt enim Yo
el Rey. & Reges Regni Siciliæ dicebant, Rex Fer-
dinandus, &c. vt vtroque casu sit positum nomen
appellatiuum, vel solum in prin. subscriptionis. &
vide Bald. consil. ccccxvij. j. vol. qui dicit, quòd id
verbum, domino nostro, positum cum verbo Re-
ge, videtur denotare, quòd actus non sit gestus sub
nomine dignitatis. Contingit dubitari secundò,
7 an * ex quo ante vacantiam officij, & sic casu quo
debebat peruenire ad generum conseruatoris, Rex
ipse mortuus sit, ob hoc expirauerit gratia. & du-
bium facit circa hoc text. in capi. j. qui successores
teneantur. non enim habemus clarè, si dominus
Rex modernus venit ad Regnum iure hæreditario.
Et quòd text. ille, & similes, videlicet. cap. primum
hic potest esse text. qui successor. ten. capi. imori-
bus. si de feu. fue. controuer. non obtinuerat in ca-
su isto. Facit primò, nam aliud est concedere Ti-
tio feudum Sempronij post mortẽ Sempronij, hoc
enim est odiosum, & inducit votum captãdæ mor-
tis: aliud concedere Sempronio, & facere sibi gra-
tiam, quòd de officio seu feudo possit disponere,
vel quòd feudum transeat ad vnum hæredem, vt
tibi, & vni hæredi tuo. nos habemus tex. in ca. j. de
feudo non habẽte propriã naturam feudi. * Quòd 8
si conceditur feudum tibi, & cui dederis, tu potes
dare alteri vigore illius inuestituræ: nec dicit ali-
quis quòd si antequàm des moritur concedens, ex-
pirat illa potestas. Item habemus opi. Salyc. contra
Spec. quàm sequitur Imol. in cap. potuit. loc. Alex.
in pluribus consi. Ias. in l. ij. ij. colum. C. de iure em-
phy. quòd si fiet Titio inuestitura, & dicitur quòd
possit alienare, &c. non requiritur vlterior assen-
sus in alienatione: nec dicet aliquis quòd si mori-
tur concedens ante alienationem, expirat illa po-
testas. Facit secundò: nam in iuribus incorpora-
libus * transit possessio per solum priuilegium. In- 9
nocent. in capi. cum nostris. de conces. præben. iij.
col. versi. imò plus dicitur, & ibi Imol. pen. colum.
& in d. c. j. qui successores teneantur, dicitur. quòd
quando dominus directus feudi volente Sempro-
nio tenente feudum, miserit Titium in possessio-
nem feudi illius viuentis, etiam in Prælato, & non
hærede, valet inuestitura: nec potest reuocari, si mo-
riatur concedens ante casum mortis: vt ita sit in ca-
su nostro, dum per priuilegium concessum, de quo
suprà, videatur translata possessio, seu, vt aptius di-
cam, positus in possessionem officij gener illius vi-
uentis. Et de possessione incorporalium per priui-
legium, vide Abb. in c. fin. ij. colum. de iudic. & ibi
Feli. in ij. colum. vbi dicit, quòd in his sententia est
modus transferendi ciuilem & naturalem. Fa-
cit tertiò text. in c. si cui nulla de præb. lib. vj. vbi si
Papa * concederet alicui potestatem conferendi 10
beneficium in certa ecclesia incertæ personæ, &
moritur Papa antequam conferatur beneficium,
non expirat gratia, adeo quòd etiam mortuo Papa
potest ille prouidere de beneficio, & hoc quando
gratia facta est contemplatione illius primi, qui de-
bebat prouidere seu conferre, sicut est in casu no-
stro: nam ex priuilegio patet quòd contemplatio-
ne domi. Ioan. tipes aliàs dictum priuilegium con-
cessum est: & licet dicatur ibi nulla personarum fa-
cta expressione, tamen idem est secundum docto.
& præcipuè Phili. de fr. quando fuit nominata cer-
ta persona, non tamen sui gratia. sed illius qui de-
bebat conferre. Et videndus est Innocen. in c. cum
nostris. ij. colum. dicens, quòd cap. gratum. & cap.
relatum. de offic. deleg. obtinent in literis iurisdi-
ctionis. secus in beneficialibus; cum sæpe contin-
gat, quòd in vita delegantis nõ occurrat facultas
prouidẽdi, licet aliqui contradicant, secundum
eum. Hic cadit dubitatio * quam nullibi reperi ta- 11
ctam, si Rex facit priuilegium assensu super obli-
gatione vel alienatione feudi, & antequàm venda-
tur vel obligetur, moritur Rex, an possit postea a-
lienari vel obligari vigore primi assensus, an verò
debeat impetrari nouus assensus. Econtra enim si
est factus assensus Titio, quòd alienet, & moritur
Titius ante alienationem, potest hæres absque no-
uo as

uo assensu alienate, vt in l.sicut.§.pe.ff.quib.mod.
pig.vel hypo.sol.facit quartò text,in d.ca. Abbate
sane.de re iudic.eo.lib.versic.pro parte autē.iuxta
12 glos.ibi,in versi.per partem:* nam Rex Aragonum
donauerat Hospitali sancti Ioannis Castrum Cur-
uariæ cum suis iuribus,inter quæ erat locus de Ro
sellis,tunc existens in potestate infideliū, sub con-
ditione,si ad manus fidelium perueniret. Demum
mortuo illo Rege successit ei in regno nepos suus,
qui locum ab infidelium potestate armorum vi re-
cepit; donauitque Monasterio Populeti,& deter-
minatur in fauorem primæ donationis,& licet gl.
in d.versicu pro parte,in verbo,separata,dum pro
secunda donatione adduceret,quòd bona illa no-
uiter acquisita erant per successorem in Regno, &
separata ab aliis bonis hæreditatis prædecessoris,
ponderet quòd ille successor patris vel patrui hæ-
reditatem simpliciter adiuit & quòd cēseatur vna
hæreditas,vnde non mirum,diceret aliquis, quòd
ligatur ibi successor: tamē idem videtur esse etiam
si hæreditas adita non sit. vel intelligendus est tex.
ille, quòd non poterat haberi Regnum nisi adita
13 hæreditate,vt authoritates quæ dicunt* quòd Re-
gna transferuntur successione,intelligātur, id est,
hęreditario iure,& hoc videtur sentire Phil.de fra.
dum super gl. illa dicit hæc verba & maximè quia
Regna transferuntur per successionem, non per
electionem. cap. grandi. de suppl.neglig.prælat.&
idem videtur sentire Barto.in d.§.plane.dum alle-
gat illud c.ad hoc scilicet, quòd successor in Re-
gno non reuocat alienata per prædecessores. Et cir
ca glo.ibi in versi.per partem,dictus Phil.sentit gl.
quòd etiam res quæ non pertinent ad Regnū, pos-
sunt donari sub conditione si fiant ipsius Regni,&
obligat talis donatio successorem in Regno adue-
niente conditione.& allegat Ancha.ibi dicentem,
14 * quòd licet successor indignitate grauari non pos
sit per prædecessorem in rebus propriis, nisi con-
sentiat, vt not. in c.licet de voto. tamen bene po-
test grauari in rebus dignitatis ad ipsam dignitatē
pertinentibus, & ponderat etiam ibi quòd res illa
quæsita fuerat per nepotem successorē in Regno,
& sub vexillis Regni,allegando Ioan.And. Facit
quintò: nam dictum priuilegium fuit factum &
concessum ob merita, vnde non potest reuocari,
etiam in terminis illius capituli. Donatio enim,
15 *quæ aliàs per ingratitudinem reuocatoria esset, si
ob merita fiat,reuocari non potest.l.si pater. & ibi
glo.& Bart.ff.de donat.Item concessio iurisdictio-
nalium,quæ potest aliàs ad nutum concedentis re-
uocari,etiam sine causa,vt not.Gemi.in c.j.de con
stit.lib.vj.vj.colum.Bal. in d.l.qui se patris.ix. co-
lum.Felin.post Are.in c.nouit.de iudi.si tamen fiat
ob merita,est irreuocabilis.Andræ.in constitut.ea
16 quæ ad decus.& Bal.vbi s.Item priuilegium* con-
cessum subdito, potest etiam sine causa reuocari,
vt not.Felin.in cap.j.ij.colum.de proba.per glos.fi.
in regula, decet. de regul.iur.in vj.tamen si datum
est ob remunerationem, est irreuocabile.Felin. in
dict.capi.nouit.x. colum.de iudic. Contingit ter-
tiò dubitari,an fisci regij procurator,qui se oppo-
nit contra dictum Petrum Andræam; quòd non
debeat habere officium ea quo olim Ioan.de ripes
altes conseruator, à quo ipse causam habet, deli-
quit in ipso officio:& vult hoc in promptu proba-
re, quòd audiri debeat ad exclusionem possessorij,
seu possessionis,quam ipse Pet.And.prætendit. Et
quidem negari nō posset, * quòd si quondam con- 17
seruator in suo conseruatoris officio deliquisset,
fuisset iam in pœna priuationis officij. text. est in
l.si aliquid.C. de suscep.& archa.libro decimo: ita
dicens, nemo eorum qui semel interuersione con-
uictus idem rursus officium gerat, in quo ante de-
coxit:& si rescriptum nostrum elicitum clandasti-
na supplicatione intulerit.& not.ibi Ioan.de plat.
per illum text. quòd si susceptor tributorum, vel
eius notarius, vel alius officialis in suo deliquis of
ficio,& de hoc conuictus & condemnatus exstat,
nunquàm ad idem officium amplius reuertetur.
text.etiam est in l.iudices.C. de digni.libr. xij.cu-
ius hæc sunt verba: Iudices qui se furtis, & sceleri-
bus fuerint maculasse conuicti, ablatis codicillo-
rum insignibus, & honore exuti inter pessimos
quosque & plebeios habeantur. & dicit ibi Ioan.
de Platea hanc legem bene nota contra officiales
* committentes in officio furta & barattarias, vt 18
possint dignitate priuari & degradari. text. quo-
que est in l.ij.C. de palatinis sactarum larg.libr.xj.
sic loquens, Nullus thesaurensis vel officialis Co-
mitis thesaurariorum semel deprehensus euersor,
quocunque pacto, aut repetat militiam suam aut
aliam.& Ioan.de Plat. dicit ibi, & hanc l. not. pro
thesaurariis,seu pro conseruatoribus monetæ, seu
defensoribus æris communis: quia si reperti fue-
rint aliquam fraudem commisisse in officio, pri-
uantur & illo, & omni alio officio & dignitate.
Quinimò in l. ordinariorum. C. de coarctal. eod.
libro xij. habetur * quòd bona talis officialis ap- 19
plicantur illi officio, in quo fraudem commise-
runt. an verò lex illa intelligatur de omnibus bo-
nis, an verò de salario temporis, quo seruiuit, tan-
git ibi Ioan.de Plat.in fin. Et idem doctor in l. iu-
dices.secunda colum.C. de anno. & trib. loquens
de magistratibus inquit, Maiores autem magistra-
tus propter enormia delicta in officio cōmissa re-
moueri possunt.l.fin.suprà ad leg.Iulia.repet. text.
tamen in dict.l.fi. non ponit pœnam priuationis,
sed quadrupli,& ei qui conuictus est. & not. Bald.
in l.mancipia.C.de ser.fugi.dicens quòd officialis
perpetuus * non debet deponi, nisi culpa inducat 20
depositionem, vt quia deliquit in officio.allegat d.
l.si aliquid. in gloss. de infa.l.ij.§. miles. & talis se-
cundum eum dicitur extinctus.C.de primicerio.l.
præclaram. Sed dubium est * an ista priuatio of- 21
ficij inducatur ipso iure. text.in authent.habita.C.
ne fin. pro patre. loquens de officialibus patienti-
bus iniuriam fieri,& extorsionem scholaribus, di-
cit, Notáque infamiæ ipso iure eis irrogata digni-
te sua careant in perpetuum. & dicit ibi Bald. in
vij.colum. ex hoc not. quòd,quando propter deli-
ctum quod in officio committitur aliquis ipso iu-
re infamatur,& ipse dignitate priuatur.istud est in
casu dictæ authenti.quia ita lex ibi vult. At in aliis
casibus dubitandum est, nam text.in dict. l. si ali-
quid.dicit conuictus,&c.sicque in d.l.iudices. di-
citur conuicti,&c.Vnum not. circa hoc ponit Fe-
lin. in capi. si constiterit. de accu.in gloss. prima.
quòd in crimine de quo quis non est priuatus ipso

iure,sed puniendus seu priuandus per sententiam,
sententia super eo lata non facit beneficium vaca-
re.& dicit ita tenere d.de Rota contra Innoc.io c.
inter dilectos.in prin.de exceptio.præla.vbi dicit,
quòd ista exceptio , condemnatus es de crimine,
inducit priuationem : si probatur , inducit priua-
22 tionem ipso iure. Est bene verum,* quòd Ioan. de
Pla.in d.l.iudices.de dig.tangit qualiter. intelliga-
tur quis esse conuictus de delicto, vt possit digni-
tate priuari , & remittit se ad d.l. si aliquid. ibi di-
cit.Sed qualiter probetur hoc delictum.glo.in au-
thenti.vt iudic.sine quoquo suffr. §. necessitate.in
versicul.ostenditur. colla.ij. dicit quòd per testes,
vel solum sacramentum agentis. Quod est verum
quando delinquens in officio aufugit , quia tunc
habetur pro confesso:ideo sufficit sacramentum.l.
iij.§.de assesso.& l.si pariter. in fin.de coarctal. vel
etiam,quando esset præsens , & certum est de deli-
cto. Sed dubium est de summa vel quantitate, vel
qualitate rei.l.si quando.C.vnde vi.aliàs autem re-
quiritur plena probatio.l. sciant.C. de proba. Sed
Ioan.de Plat.loquitur de modo probandi. non de
modo iudicandi , scilicet an requiratur sententia,
quæ regulariter ad priuationem requisita est, vt in
c.j.de feud.sine cul.non am.& ibi Ang.& Andr.in
l.fin.de prohibi.alie.per Loth. & in l. Imperialem.
23 §.Callidas.de prohibi.alie.per Fede.Et* ad propo-
situm nostrum Alua.in d.cap.j.de feu.sine cul. non
am.ij.colum.in materia, quando quis intelligatur
condemnatus ipso iure.& quando non , facit pul-
chram distinctionem,& dicit,quòd aut est expres-
sum à lege vel statuto quòd ipso iure , & non exi-
gitur sentẽtia.l.commissa,cum ibi not. de publica.
aut simpliciter,& tunc requiritur sententia , vt in
d.§.œconomus.in l.iubemus.C. de sacr.sanc.eccl.
& ibi per doct.& in l.in criminali. C. de iur.omn.
iudi.vbi glos.sentit prædicta,& allegat etiam non-
nulla alia. In casu nostro non reperio vsque adeo
l. volentem quòd ipso iure officio priuetur quis
ob delictum in eo cõmissum , & sumus in officiali
perpetuo:& in authen.habita.est casus specialis, ex
quo ibi propter delictũ ipso iure infamatur quis,
vt animaduertit ibi Bald.sentiens,quòd non sit sic
in aliis casibus.Imò videtur , quòd etiã in casibus,
in quibus quis ipso iure per l. priuatus est , debeat
24 adhiberi * sententia saltem declaratoria,iuxta no.
per Bartol.in l.eius qui delatorem.j. colum. ibi.&
ideo puto. & habetur per Alexand. consil. cxxiiij.
omissis superfluis.primo volumi.Butr.consil. xxij.
Paul.consil. cxxj. super primo puncto. iij. colum.
doct. in l. si quis maior.de transf.Rom. consil.ccxj.
vide Pau.in l.ij.§.quòd si actor.C. de iur.cal. Et li-
25 cet * in notoriis maximè grauibus potest reus pu-
niri absque sententia declaratoria iudicis,vt in ca.
proposuit. & ibi per Phili.j. colum. de appellatio.
qui dicit esse hoc singu.notandum ad capi.cum se-
cundum.de hæred.libro vj.& ad d.l. eius qui dela-
torem. de iure fis. & ibi Bartol. tamen hic non su-
mus in delicto notorio , licet graui.loquitur enim
d.capitulum in notorio facti permanentis, secun-
dum Abb.ibi in fine.ca.quod non est hic , cum re-
quirantur probationes extrinsecus , quo casu de-
bet super hoc iudex pronuntiare expressè , secun-
dum Bartol.in d.l.eius qui delatorem.de iur. fisci.

Et hoc maximè procedit in q.præposita.cum simus
in tertio,& tractetur de præiudicio tertij, quo ca-
su maturius est agendum. Hinc Bartol. in d.l. eius
qui delatorem.post prin.dicit.not.quòd licet* de- 26
functus habeatur pro confesso,hoc tamen non no
cet hæredi. Et ne diutius vagemur super isto pas-
su,breuiter.Aut iste Petrus Andræas intentat pos-
sessorium recuperandæ possessionis , quod fortè
posset:nam stante suo priuilegio volente, quòd ex
tunc prout ex nunc , mortuo conseruatore gener
suus faciat officiũ,quo casu videtur in casum præ-
dictum translata ipso iure possessio de conseruato-
re in generum per priuilegium , quod in corpora-
libus transfert ipso iure possessionem : vt not. In-
nocen.in d.cap.cum nostris.de conces.præbendæ.
Hinc si fiscus prohibet eum exercere officiũ , spo-
liare ipsum videtur, iuxta no.in l.clam possi.§. qui
ad nundinas:vnde* sibi agenti possessorio recupe- 27
randæ, ac iustificanti suam possessionem ex priui-
legio,& titulo priuilegij,non potest opponi exce-
ptio de proprietate.l. si quis ad se fundum. C. ad l.
Iuli.de vi.capi.j.de restitutio.spol.c. cum dilectus.
de ordi.cogn.ca.reintegranda.iij.q.j.Etiam si con-
uentus dicat se velle incontinenti probare. vt not.
Paul.in l.si de vi.ff.de iudi.& in l.ij.de edict.di. A-
dria.tollen.habet enim iste priuilegium, & hic suc
cedunt verba notanda.quæ ponit Felin. in capi.li-
cet causa. viij. colum. xj. not. de proba. qui dicit,
quòd probatio quæ fit per priuilegium,est euiden
tissima probatio. Aut intentat * possessorium a- 28
dipiscendæ , & hoc casu licet sint communes do-
ctrinæ, quòd exceptio proprietatis admittitur , si
de ea probatio incontinenti offertur,vt not. Paul.
de Castr.in l.ij.vlt.colum.C. de edict. diui Adri. &
in l.si de vi.penult.colum.ff.de iudi. ex quo posses-
sio occupata vacabat. Et habetur optimè per Phil.
de fra.in c.licet episcopus.de præben.in vj. dicen-
tem in pen. colum. secundum Lapum , quòd con-
tra agentem possessorio adipiscendæ potest oppo-
ni non solum exceptio concernens ius possessio-
nis,& iustificationem tituli ipsius,sed etiam exce-
ptio solum , vel principaliter exclusiua iuris ipsius
agentis,& ius ipsius & proprietatem concernens,
& hoc quando incontinenti offertur probatio pa-
rata. Et vide Alexand. in hac l.ij.de edicto diui A-
dria. ponentem exceptionem in eo qui diceret ti-
tulum primum * esse reuocatum per posteriorem, 29
in quo se scriptum diceret , & illud statim produ-
ceret. Et dicit ibi Alexand.post Salyc. quòd si iam
cognito quòd hæres esset in possess.mittendus.pos-
sessor opponeret aliquam de exceptionibus ibi ex-
pressis , non esset audiendus nisi in promptu , po-
nendo exẽplum supradictum,quod quidem exem-
plum militat,quando nihil esset aliud docendum,
aliàs iudex debet considerare an de exceptione pos
sit constare infra tempus , in quod iudex in termi-
nis illius legis habet examinare , an hæres scriptus
sit in possessionem mittendus, an nõ:& ad propo.
dicit Bald.in l.fin. C. quorum bon. quòd illud in-
terdictum non excluditur per exceptionem domi
nij,nisi probatio dominij sit in promptu. vbi ergo
requirit altiorem indaginem , ibi reseruatur in pe-
titorio,sed vbi de facili potest probari , statim di-
scutitur. Tamẽ illa exceptio defectus proprietatis
in ca

in casu nostro non procederet, nisi prius ferretur
sententia, vt supra dictum est, super qua debet quis,
præcipuè iste tertius, plene audiri. nec posset expe-
diri infra tempus deputatum, vel necessarium ad
cognoscendum de idoneitate petentis, quæ iam
prompta est, iuxta not. per Bartol. in l. si is aqua. ff.
vt in po. leg. iuxta quem Phil. in d. ca. licet episco-
30 pus intelligit prædicta. Aut intentat * possesso-
rium retinendæ, & tunc adhuc non admittitur ex-
ceptio proprietatis. Paul. in d. l. si de vi. contra Dy.
in c. qui ad agendum. de regul. iur. lib. vj. & Cyn. in
dict. l. ij. C. de edict. diui Adria. per glo. ordin. in l.
31 si de eo. §. fin. ff. de acquiré. poss. Et tangendo * ali-
quid de meritis exceptionis, quando non posset
denegari cognitio petitorij, illud constare vide-
tur quòd delictum huius conseruatoris mortui no
ceret genero suo:, ex quo istud officium procedit
ab ipso delinquente qui fuit causa proxima: vt of-
ficium post eius mortem iret ad generum, iuxta ea
quæ habentur in ca. j. vbi Andr. si vasal. feu. priuet.
cui defera. & in c. j. §. pen. quæ fuit prima causa be-
nefi. amit. & ibi etiam per And. & in ca. si vassallus
culpam. si de feu. fue. contro. In quibus locis, habe-
tur quòd quando sumus in feudo nouo delictum
acquirentis, nocet successoribus filiis: de agnatis
non ponit, quia non succedunt in feudo acquisito
de nouo: vnde si est datum feudum non nomina-
tim Titio & filiis suis, cum videatur datum con-
templatione patris, filij contéplatione patris quæ-
sita perdent, per ea quæ dicuntur ff. de procura. l.
qui proprio. §. vt incertis. ff. de vulga. & pup. l. sed
& si plures. §. in arrogato. ita And. in d. c. j. ij. colú:
si vassal. feud. priue. secus si nominatim secundum
eum, vt Titio & Gaio & Seio filiis suis: quia tunc
non perditur, nisi quo ad partem patris secundum
eum. Et licet in agnatis posit quandoque poni, vt
no. ibidem Andr. & quando esset datum quid duo-
bus fratribus à principe, iuxta l. secundam. si soce-
rus imper. lib. x. tamen non sumus in illo casu: sed
in casu quo genero post soceri mortem, soceri ta-
men contemplatione datum est officium. Et quòd
32 si * successurus est nominatus in priuilegio nomi-
natim, posset fortè dici, quòd etiam sine aliqua so-
ceri electione iste gener habiturus esset, ex quo ex
tribus generis tunc duobus re, tertio spe. postea res
redacta sit ad vnum, cum alij obierint. vnde cum
in vno non cadat electio, dispositio est effecta pu-
ra, vt ille habeat officium sine electione, iuxta l. si
tibi. §. j. ff. de opt. leg. & l. si optio. in princi. eod. tit.
quæ iura Bartol. in d. l. si tibi. ad plura adducit. Et si
hoc procederet, fortè dici posset, quòd delictum
conseruatoris non noceret genero, cui iam ex pri-
uilegio erat ius quæsitum absque electione soceri.
circa istud tamen videnda essent verba priuilegij.
Tamen nescio si euadi potest motiuum, quòd so-
ceri contemplatione sibi quæsitum perdet ob cul-
pam patris, vt notat Andreas in dicto capitulo
33 primo, dicens, * quòd in eo quod debet habere
filius post mortem patris, & à patre, præiudicat ei
culpa patris. Quo ad primum & secundum du-
bium, fuit pro maiori parte votatum pro Petro
Andræa contra fiscum. Quo verò ad tertium, non
fuit clarè votatum, sed est in pendenti; quia pars
iuit ad Regem.

SVMMARIVM.

1 *Continentia causæ vtrum attendatur vbi sunt plu-
res inquisiti diuersi fori.*
2 *Res plures diuersi fori coguntur apud eundem iudi-
cem litigare in causis connexis.*
3 *Priuilegium recipit limitationes, quas recipit ius
commune in materia, super qua disponit.*
4 *Connexitatis causa vt in petitorio & possessorio
conuentus non potest se tueri priuilegio.*
5 *Connexitatis aut continentiæ causa non attendi-
tur, vbi actor & reus essent diuersi fori.*
6 *Priuilegium continens clausulã abdicatiuam cum
decreto, operatur tantã separationem iurisdictio-
nis, quòd etiam de consensu partium renuntiari
non potest.*
7 *Mandans & mandatarius coram diuersis con-
uenti non possunt petere causam terminari per al-
terum ex iudicibus.*
8 *Titulus, de quibus rebus ad eum. in ea. an habeat
locum in causa criminali.*
9 *Exceptio processus pendentis non ob. iurisdict. nisi
sibi ob. exceptio rei iudi. ipsi actioni.*

DECISIO CXXII.

Panhormi.

IN causa spectabilis admirati Regni Si-
ciliæ cum regia magna Curia super pe-
tita remissione Ioannis * Antonij Cam 1
panellæ nautæ accusati in dicta magna
curia super homicidio Iacobelli morronelli vnà
cum pluribus aliis: fuit dubitatum, an petita remis
sio fieri debeat. Pro iurisdictione magnæ curiæ
facit tex. in l. j. ff. de quib. reb. ad eundem iudicem
eatur: vbi habetur, * prout summat eam Bar. quòd 2
in causis connexis plures licet diuersi fori cogun-
tur apud eundem iudicem litigare: & facit etiam l.
nulli. C. de iudi. & quod ibi not. per Iaso. in ij. col.
versic. tertiò dicuntur. volens quòd titulus, de qui
bus rebus ad eundem iudicatur, habet locum non
solum in causis ciuilibus, sed etiam in criminali-
bus. Facit etiam text. in ca. volentes. §. & id ipsum
de priuil. lib. vj. vbi patet, * quòd priuilegium reci- 3
pit limitationes, quas recipit ius commune in ma
teria super qua disponit. Vnde licet sit quis priuile
giatus, vt debeat tantum sub vno iudice respondo-
re, per hoc non censetur exemptus ab aliis iudici-
bus ratione contracti delicti, vel rei sitæ. vt colli-
git Do. ibi in princ. vt sic videatur in casu isto, sci-
licet quòd iste nauta, licet aliàs priuilegiatus sit, ta
men hoc suum priuilegium debeat interpretari, vt
non habeat locum, quando ratione connexitatis
causæ vel continentiæ aliter de iure communi sta-
tueretur. Dicit tamen Gemi. ibidem in prin. vltim.
colum. quædam verba de clausula derogatoria. vi-
de ibi. Facit tertiò Abba. in ca. fi. de iudic. v. colum.
versic. si autem reus in vna causa. vbi vult * in ma- 4
teria quòd ratione connexitatis causæ, quæ est ra-
tione petitorij & possessorij, is qui conuenitur,
etiam si habeat priuilegium sibi eligendi iudicem
iuxta authen. habita. C. ne fi. pro patre. quando o-
riginaliter esset de foro, vbi conuenitur, non po-
terit se tueri ex illo priuilegio. At pro admirato

5 facit text.in d.c.fin.de indic.vbi patet,*quòd cau-
sæ continentia non attenditur,vbi actor & reus es-
sent diuersi fori. & est text. ille ad hoc reputatus
singularis per legistas in d.l.nulli.prout not.Felin.
simpliciter in d.c.fin.iiij.col. versic. nona conclu-
sio,limitans certo modo.& ita per illum text.in d.
c.fin.Alexan.in d.l.nulli.ij.colum.versicu.secundò
vltra prædicta. limitat regulam illius legis proce-
dere ,vbi actor & reus essent eiusdem fori:secus si
diuersi.Et licet dictus Ias.ibi in iij.col.versi.secun-
dò limita.in fin. restringere videatur hanc limita-
tionem ad clericum, & sic ad diuersitatem fori ra-
tione ordinis clericalis , tamen alij , vt Alexand.
ibi,& Pau. & Fely.in d.ca.fin.loquuntur generali-
ter. Facit secundò pro Admirato : nam in suo pri-
6 uilegio * est clausula abdicatiua,cum clausula de-
creti , quæ quidem clausula operatur tantam sepa-
rationem iurisdictionis , quòd etiam de consensu
partium non potest renunciari , secundum glos.in
c.statutum,ad fin.in prin.in versi. committatur.&
in cap.dispendia.in versi.processus.de rescri. in vj.
Gemi.in c.cum beneficio,de præb.eod.lib.Bald.in
l.non dubium.x.colum.de leg.text.& ibi can.in c.
dilecto.circa fin.versic.nisi forte,de præben.vt sic
casus iste sit quodammodo similis clericali causæ,
id est quando vnus ex delinquentibus esset cleri-
cus.Facit tertiò:nam Bal.in l.non ideo minus,vlti.
7 colum.C.de accusidum quærit,* an si mandans &
mandatarius qui conueniuntur corã diuersis pos-
sint petere perduci ad eundem iudicem : videtur
concludere,quòd nõ.dicit enim.quòd vidit istam
quæst.de facto,& ita fuit determinatum, videlicet
quòd non habeat locum remissio per rationem,
quia isti obligantur quilibet per se , & processus
cum vno non valet cum alio. argu. l. cum reus. de
cri.expi.hær.& arg.in d.l.j.de quibus rebus ad eun-
dem iudi.eatur.Item facit Bald.in ca.j.vlti.colum.
de controuer.feud.inter pa.ter.vbi. in illa q.accu-
saus percussorem coram potestate,& auxiliatorem
8 coram Capitaneo,&c.primò dubitat,* an titulus
ille;de quibus rebus ad eundem iudi.eatur,habeat
locum in causa criminali quo ad remissionem per
sonarum. & primò dicit,quòd debet remitti tota
causa ad iudicem ,qui primò incepit cognoscere,
quòd hoc putat verum , nec iudicũ diuersitas per-
plexitatem inducat.argum.C.de accus.l.qui de cri-
mine.& C.de asser.tollen.l.j.in fin. deinde subdit,
9 vel dic, quòd exceptio * processus pendentis non
obstat iurisdictioni,nisi vbi obstat exceptio rei iu-
dicatæ ipsi actioni.vt de exce.l.fundi.& l.fundum.
quæ dicta Bald.allegat Alexand.in addi.in d.l.j.de
quibus rebus ad eundem iudic. eat. & in d.l.nulli.
Fuit determinatum esse locum continentiæ causæ
ex preeminentia & obseruantia mag.Curiæ.

SVMMARIVM.

1 *Reus discessurus, & absfuturus conueniens seu con-*
ueniendus ab aliquo creditore , an teneatur di-
mittere procuratorem in causa ardua , & absen-
tia necessaria. & nu. 5.

2 *Impedimentũ in dubio præsumitur esse perpetuum.*

3 *Impedimentum absentiæ debet esse iustum , & ne-*
cessarium, & absque impedites culpa.

4 *Gratia concessa ad beneplacitum: vel gratia, cuius*
terminus est incertus,dicitur perpetua.

6 *Testes ad futuram rei memoriam ad actoris in-*
stantiam , an possint examinari, si reus est disces-
surus ex causa necessaria, & non teneatur dimit-
tere procuratorem. & nu. 8.

7 *Testes ad futuram rei memoriam vtrum exami-*
nentur omnes , vel tantum senes , valitudinarij, &
absfuturi absentia longa pro reo. cum in eius pote-
state non sit ordinare iudicium, vel pro actore in
eodem casu.

DECISIO CXXIII.

Panhormi.



IN causa Don Antonij de sancta pace,cum Marchione Licodiæ eius nepote super Marchionatu & territorius. Fuit primò dubitatum , an ex quo prædictus Marchio ex mandato Regio est recessurus à Regno , & petiturus Neapolim, debeat supersederi in causa cõtra eum mota per dictum don Antonium,an verò possit compelli , ad relinquendum seu dimittendum procuratorem.Bartol.in l.ij.§.si quis in iudicio.ff.si quis caut.per illum text. post Guil.tenet, quòd quando aliquis est absens ex causa iusta & necessaria, & est reus, non tenetur mittere procuratorem. idem tenet Barto.in l.j.ff. de diuersis & temporalibus præscriptionibus. distinguens , an impedimentum sit breui,vel multo tempore duraturum. tamẽ discussio eorum quę per Bartol.in d. locis recitantur , & per alios remissiuè relatos per Alex.in l.quæsitum. ff.de re indi.non videtur necessaria in casu nostro, ex quo sumus in causa ardua , videlicet Marchionatus , & in omnibus casibus in quibus concluditur per Bartol. & doct. quòd absens teneatur mittere procuratorem.fallit in causis arduis.c.querelam:vbi glo.& doct.de procur.& Ias.in d.§.si quis in iudicio.allegat multa concordantia ad hoc,sed non reperio doctores ita large loquentes. prout per Ias.allegatur.nam Abb.in d.c.querelam, quod est etiam de procuratoribus, tenet quòd in reo , si impedimentum est perpetuum , tenetur dimittere procuratorem : si verò est temporale, tunc distinguatur inter causam grauem & leuem. Adde, nam impedimentum temporale potest esse longum & breue, & causa ardua non dimittit procuratorem: si longum tunc mittit procuratorem,saltem ad litem contesta. vt sic præscriptio actori non currat. Car.in cap.si ægrotans.v.q.iij. Præterea si causa esset cœpta antequam superueniret impedimẽtum: eo casu tenetur quis dimittere procuratorẽ, etiam in casibus in quibus aliàs non teneretur dimittere.heundem.§.j.ff.de legatio.glos.& Bart.in l.fin.ff. de in integ. restit. sic & vbi esset præparata sciente illo qui vult supersederi,secundum Alex. in d.l.ij. §.si quis in iudicio.j.col.allegat Bald. in l. ab co.C. quomodo & quando iudex. & tamen Alex.in d.§. si quis in iudicio.dum refert Imo.in d.l.quæsitum. de re iudi.dantem intellectum ad d.c.querelam.vt inducat speciale , quòd etiam in causis arduis cœptis ante impedimentum non teneatur quis mittere procuratorem,si causa est ardua,ipse inquam Alexã.post relatam dictam limitationem subdit:vel

dicas,

dicas,quòd in causis nõ arduis distinguitur an impedimentum sit longo vel breui tempore duraturum,vt ibi per Barto.sed in arduis non attenditur
illa distinctio.d.c.querelam.& istud sibi magis placet:quasi sentiat, quòd etiam in arduis cœptis, tamen ante impedimentum non supersedeatur. Et
stringendo rem contra Marchionem facit primò,
2 quòd hic non apparet * quanto tempore durabit
ista sua absentia, & in dubio impedimentum præsumitur perpetuum.ita Imol.in d.l.quæsitum.ff.de
re iudi.arg.per l.sufficit.ff.de condic.indeb.& no.
per gl.in Clem.ij.de rescript.& gl.in capi.fin.de rescrip.in sexto refert Alexand.in d.§.si quis in iudicio.penul.col. Secundò facit contra eum:nam iudicium hoc fuit cœptum ante impedimentum,vel
saltem præparatum ,& supradictum est quòd hoc
casu tenetur mittere procuratorem. Si attenderemus verba Iaso.ista duo motiua non procederent:
nam dicit quòd in omnibus casibus,in quibus cõcluditur per Bar.& doct. quòd absens tenetur mittere procuratorem, non habet locum in causis arduis. Item si tenemus Imol. in d.l. quæsitum relatum per Alexand. vt suprà,scilicet quòd in causis
arduis cœptis ante impedimentum , non tenetur
quis dimittere procuratorem , adhuc non obstat
primum motiuum prædictum, scilicet quòd causa
fuit cœpta ante impedimentum. Alexand.in d.§.si
quis in iudicio.j.colũ.istud de causa cœpta intelligit,& limitat,nisi impedimentũ esset modico tempore duraturum.Allegat Cyn.& Ang.in l.cum antiquitus,per illum tex.C.de test. Item si teneremus
intellectum Alexan.ad d.c.querelam.suprà recitatum, non obstaret primum motiuum,quòd impedimentum in dubio præsumetur perpetuum : nam
quomodocunque sit , non tenetur mittere procuratorem. Item adhuc ad secundum motiuum prædictum potest considerari responsio alia : nam in
causa nondum est lis contestata.& dicit gl.sing.in
l.si quis instituatur in diem.in gl.fin.ff.de hære.instit.quam sequitur Paul.de Castr.in d.§.si quis in iudic.& Ias.ibidem in vlti. colum. quòd in causis in
quibus impeditus tenetur mittere procuratorem,
fallit quo ad contestandam litem , & quo ad sententiam : quasi illi actus sint magis ponderosi. sed
vt subdit Iaso.quem vide,gl.illa improbatur. Ego
3 autem vehementer dubito * an Marchio audiatur
petens supersederi. maximè autem videtur facere
contra eum : nam esto quòd causa ob quam vocatur sit iusta,licet in veritate sit dubium an sit iusta,
nec constet adhuc de iustitia ipsius causæ,& dubiũ
hoc sit fortè tolerabile,dico tolerabile ex quo non
apparet, an ex sua culpa absentia hæc procedat , &
hoc respectu dixi causam iustam:nam non sufficit
causam iustam esse, sed debet præuenire sine culpa
rei. Si enim impediretur culpa sua, puta quia relegatus ,teneretur mittere procuratorem.l. Papinianus. de minor.cap.intelleximus.de iudic. & nota.
Abba.in dicto capitulo ij. secunda columna. de
procu.Attamen dubiũ est,an hoc impedimentum,
seu iussio regia de eundo Neapo. sit longo tempore vel perpetuo duratura , & vt dictum est , in dubio præsumetur seu iudicabitur de ea vt perpetua,
maximè per gl.in d.c.fi.de rescr. in sexto.per quam
dicit ibi Gemi.esse inferendum ad statuta dispo-

nentia super actus perpetuos,quòd includãt etiam
actus qui possunt esse temporales & perpetui : secundum quod casus accidere posset,quando istud
constat ex verbis statuti.Et ex illa glos.not.ibi Bal.
quòd omnis gratia , * cuius terminus est incertus, 4
dicitur perpetua, sicut aliàs dicitur de gratia concessa ad beneplacitum.refert ibi Phil.pen.col. Potest causa & articulus iste decidi ex his quæ ponit
Bart.in d.l.j.circa fin.ff.de diuer.& tempo.præscri.
vbi distinguit, * an impedimentum sit paruo tem- 5
pore duraturum : vt tunc non teneatur dimittere
procuratorem. an sit duraturum multo tempore:
& eo casu si lis nondum contestata est tempore impedimenti, & supersedebitur,aliàs non, per l.eandem.ff. de legatio. & cum Bartol. iungantur nota.
per Imola. in dicto capitulo.secunda de procura.
in tertia & quarta colum.qui notanter distinguit,
quòd aut impedimentum est perpetuum , & tunc
non supersedetur:aut est tẽporale,& tunc aut modici temporis,& tunc supersedetur , si causa est ardua,per d.cap.secundum.si leuis,non:aut non modici temporis, sed multi , & eo casu etiam supersedetur , si superuenit imp.ante litẽ inchoatam,aliàs
non.per d.l.eandem.& per not.per Bartol. in d.l.j.
Secundò in eadem causa dubitare contingit, * an 6
quando non teneretur Marchio relinquere procuratorem , possit dictus don Antonius actor potere, quòd examinentur dicti sui testes, saltem ad
futuram rei memoriam,non solum senes valetudinarij,& absfuturi longa absentia, sed omnes : sicut
diximus in reo.Bar.in authen.si quis. aliàs,sed & si
quis ab aliquo. facit differentiam inter actorem &
reũ,quòd reus,vel is qui potest esse actor, & reus,
possint indistincte examinari facere testes ad futuram rei memoriam, & publicari. Albet. in d.authent.sed & si quis.versic.item fallit,hoc sentit.tamen non aperit an in casu tantum , quo actor habet in potestate sua agere , illud sit. Actor verò vt
tangamus casum nostrum qui impeditur agere, vt
quia pendebat cõditio obligationis, siquidem poterat sibi actio superuenire,etiam sine testium examinatione, & non poterunt eo casu testes sui recipi ad futuram rei memoriam, nisi adsit timor mortis,vel absentiæ diuturnæ, & sic videtur intelligere l.in leg Aquil. si deletum.ff. ad leg. Aquil. & licet Barto.clare ita non dicat:tamen doctores omnes eum referentes ibi,& in c.significauit.de testibus.hoc modo ipsum referunt intellectualiter magis quàm verbaliter.Ang.in d.authen.si quis. tenet
in hoc cum Bart.& eum sequitur, vt scilicet actor
etiam si non sit in sua potestate agere , non possit
petere examinationem testium , nisi dubitetur de
morte vel absentia.in hoc tamen tenet contra Bart.
videlicet,quòd in isto casu quando in dubio mortis , vel absentiæ fiet examinatio , fiet etiam publicatio. Bald. ibidem sequitur Bart. subdit tamen in
vj.colũ.versi.circa cuius intellectum, quòd quandoque timetur de perditione totius probationis,
quandoque de perditione probationis per quosdam testes,puta senes,&c.Exemplum de primo,in
actore habente ius conditionale vel in diem longum : nam in tanta temporis mora naturaliter est
possibile , quòd omnes testes moriantur : tunc testes omnes secundum eum recipientur & publica-

buntur. Exemplum de ſecundo in actore: nam de
eo loquimur, quia poteſt eſſe, actorem timere ra-
tione quorundam teſtium determinato modo, id
eſt, ad quoſdam teſtes: ita quòd nõ ad omnes alios,
cum forte habeat, vel habere poſsit plurimos, qui
qui poſsint teſtificari, tunc non omnes recipiun-
tur: ſed tantum hi, de quibus eſt timor, & iſto caſu
non publicantur. allegat Nicol. de matt. Imol. c. ſi-
gnificauit. iij. col. ſequitur ſimpliciter Bart. Feli. in
d. c. ſignificauit. ſequitur etiam Bart. in vlti. colum.
7 verſic. ſecunda concluſio.* At Abb. in eo. c. ſignifi-
cauit. dicit in pen. colum. quòd contrarium ſentit
gl. in d. c. ibi, quandoque, &c. & quòd apertè con-
tra opin. Bar. ſentit Imo. in c. quoniam freq. in verſ.
abſens. vt lit. non conteſt. & Ioan. Aud. in Spec. de
teſte. §. nunc tractemus. in addi. in c. item quæro. &
quòd Anto. de Butr. hoc ſequitur contra Bartol. vt
ſcilicet quando non eſt in poteſtate actoris agere,
omnes teſtes recipi debeant, & hanc partem putat
ipſe veriorem, & magis cõſentaneam literæ illius.
l. in le. Aquil. & dicit quòd æquitas maximè illam
ſuadet. cum enim non poſsint agere de præſenti, &
nihil incertius hora mortis, æquum eſt ſubueniri
prout ibi dicitur: cum nullum in hoc, ſed in con-
trario periculum eſſe poteſt, & adducit pro hoc gl.
in d. c. quoniam. in verſicu. ſubtrahantur. quæ dicit
quòd ſi dubitatur an teſtes varient dicta ſua pro-
pter moram, ſunt recipiendi. Cum ergo dicit ipſo
tempore conditionis, vel diei exiſtentis poſſent te-
ſtes dicta ſua variare, vel fortuitis caſibus non ſu-
pereſſe, eſt merito prouidendum. vide gl. Neap. in
conſuet. idem in inſtrumento xix. Io. in verſ. geſta,
in rit. de inſtr. conf. procur. Neap. Salyc. quoque in
d. authen. ſed ſi quis. ij. colum. dicit. addunt moder-
niores, quòd ſicut ex parte rei omnes examinantur
ex eo, quia in eius poteſtate non eſt ordinare iudi-
cium: ſic ex parte actoris omnes ſunt examinandi,
quando non eſt in eius poteſtate ordinare iudi-
cium: vt ſic tunc per omnia idem cenſeatur in a-
ctore, quod in reo: dicit eſſe notandum. Alexand.
quoque conſi. cciij. dicit hæc verba, & licet quan-
do teſtes producuntur ex parte rei, & in quibus
etiam caſibus ex parte actoris poſsint recipi teſtes,
non ſenes, nec infirmi, nec abſentes, etiam quo ad
publicationem vt plenè not. in ca. ſignificauit. de
teſtibus. & per Ioan. Andr. poſt Spec. in titu. de te-
ſte. §. nunc tractemus, &c. ex quibus videtur ſenti-
re dictam conformitatem. Aret. in d. c. ſignificauit.
dicit in pen. colum. quòd forte opi. Bartol. de iuris
ſubtilitate eſt verior, licet alia ſit æquior & com-
munior, quam etiam approbat ſecũdum eam Sali.
in d. authentic. ſed ſi quis. & ſuprà relatum eſt. Fuit
compoſita res, quòd in quatuor menſes nihil poſ-
ſit fieri, niſi examinari facere teſtes, ſtantes in peri-
culo mortis, poſt quatuor menſes poſsint exami-
nari omnes teſtes ad futuram rei memoriam, &
etiam procedi in cauſa principali, prout iuris erit.

SVMMARIVM.

1 *Baro quando punire poſſit vaſſallos rebellantes à ſua obedientia ad Cæſarem, impedientéſque introituum exactionem. & nu. 12.*

2 *Iudex in cauſa propria nullus eſſe poteſt inferior à Principe, etiam aduerſario volente.*

3 *Barones, & Communitates non poſſunt cognoſcere de cauſa, quæ vertit inter eos & eorum ſubditos: nec aliis committere.*

4 *Notorium delictum contra ſuperiorem etiam à principe inferiorem, vbi ſit certa & terminata pœna, cognoſcitur, & punitur ab eo, fallit vt infrà nume. 6.*

5 *Pœna poteſt minui, & augeri ex cauſa cognita in omnibus criminibus etiam ordinariis, & habentibus ordinatam pœnam.*

7 *Notorium aliud eſt facti permanentis & aliud facti tranſeuntis, quod indiget probatione: & multa dicuntur notoria. quæ non ſunt.*

8 *Iudex vt ſuſpectus recuſari poteſt, maximè in recipiendis probationibus notorij facti tranſeuntis.*

9 *Iniuria illata in perſonam iudicis an ſit realis reſpectu dignitatis, an perſonalis, cognoſcitur ex inferentis voluntate.*

Iniuria non realis reſpectu dignitatis illata, nec perſonalis. punitur ab ipſo iudice ſi ſit ordinarius data adiuncto, eo. nu.

10 *Baro recognoſcens ſuperiorem actu & poteſtate, an poſſit conſtituere iudicem ordinarium in cauſis ſuis abſque ſuperioris authoritate.*

11 *Clericus conuentus à Prælato opponens ſe non eſſe de iuriſdictione ſua, vel non debere ſibi ad decimas, oſtendens ſuper hoc inſtrumentum, vel teſtes, vel alias probationes, an poſſit excõmunicari.*

DECISIO CXXIIII.

Panhormi.

IN cauſa Domini Comitis Calatabel- 1
lorum cũ ſuis vaſſallis de Binona. Fuit
dubitatum, an ipſe poſsit procedere ad
punitionem vaſſallorũ prædictorum,
qui rebellarunt terram à ſua obedientia, præten-
dendo ſe eſſe Cæſarianos, impediuerunt quoque
ſuorum introituum exactiones. imò & filios cepe-
runt. Et quidem regula eſt: * quòd nullus inferior 2
à Principe poteſt eſſe iudex in cauſa propria. l. qui
iuriſdictioni. cum ibi not. ff. de iuriſ. om. iudi. & in
rubr. & nigro. C. ne quis in ſua cauſa. nec poteſt in
contrarium diſponi per conſtitutionem inferioris
à principe. vt not. Abb. in cap. in geneſi. iij. not. de
electi. vbi notanter ſubdit, quòd non poterit eſſe
iudex etiam aduerſario volente. per not. in l. pe. ff.
de arb. & idem not. Abbas in c. cum veniſſent pen.
col. de iud. licet ibi Decius contra in v. col. & pro-
cedit hoc etiam ſi quis regia præfulgeat dignitate,
& voluit Old. conſil. cxxiij. allegat in argu. §. tuto-
ris. inſti. de tuto. & l. primam. §. de qua re. ff. de poſt.
quæ omnia affert Sozi. in conſi. xcvj. verſic. iij. quia
dicit. vj. colum. ſed quoniam contra hanc regulam
adducuntur aliqua, diſcutiamus illa breuiter. Et
ad propoſitum illa. l. qui iuriſdi. Bartol in j. colum.
not. contra communitates & Barones, * quòd non 3
poſsint cognoſcere de cauſa quæ vertitur inter
ipſos & eorum ſubditos: & quòd nec poterant a-
liis committere, & de materia habetur plene per
Abb. in c. cum veniſſent. de iudi. & ibi Feli. per Sa-
lyc. in l. j. C. ne quis in ſua cauſa. per Phili. de Fr. in
cap. j. de pœn. in vj. per Anchara. in cap. j. de maled.
per Card. Alexand. in capi. ſi quis erga. ij. queſt. vij.
Abb. in c. dilectus. de pœ. & aliquid per Ang. in tra.
mal.

mal. in verbo, hæc est quædam inquisitio. xvj. col.
4 ver. quæro an iudex. Primò adducitur * quòd di-
cta rebellio & inobediētia fuit notoria, & vbi de-
lictum contra superiorem est notorium, etiam si
sit inferior à Principe, potest ipse cognoscere &
punire. cap. si quis erga. cap. si quis ab episcopo. ij.
quæst. x. Bartol. in l. si quis. §. si quos. ff. de pœn. post
Cyn. in d. l. j. C. ne quis in sua causa. Innoc. in cap. ex
parte. de verb. signifi. Et vide Paul. de Cast. in d. l. j.
C. ne quis in sua causa. vbi referendo Cynum, di-
cit quod in notoria distinguitur an sit in iniuriam
officij an non: sed in non notoria indistinctè tenet
quòd non cognoscit. Sed ad id potest responderi,
primò quia quādo delictum esset notorium, adhuc
requiritur aliud, scilicet, quòd sit certa & deter-
minata pœna, secus si veniret declaranda arbitrio
iudicis. Innoc. in cap. proposuit. de appel. refert &
sequitur Phil. de Fr. ibidem. iij. col. Abb. in cap. di-
lectus. de pœn. & in cap. ex parte. de verbo. signifi.
& ibi Anto. de But. mod. in l. qui iurisd. præallegati.
5 In hoc casu esset videndum, * an delicta hæc ha-
beant certam pœnam. illud constat quòd in omni-
bus criminibus etiā ordinariis & habētibus etiam
pœnam ordinatam, iudex potest augere vel mi-
nuere ex causa cognita, vt not. Bar. in l. hodie. ff. de
pœnis. debet ergo pœna esse talis, quæ iuncta cum
notorietate non possit augeri, nec minui. Et not.
in prop. terminis Phil. Decius in dicto ca. cum ve-
6 nissent. iiij. col. de iudi. Secundò responderi potest
* quòd etiam si pœna esset certa, tamē quando veniret
imponenda, ratione proprij interesse, tunc pote-
rit recusari iudex in causa propria is, ad quem pœ-
na applicanda est. ita notanter determinat Salyce-
tus in dicta l. j C. ne quis in sua causa. tertia colū.
allegat l. senatus. in fin. ff. de officio præsidis. in hac
causa Comes ipse habet emolumenta pœnarum,
7 ergo &c. Tertiò respondetur * quòd in terminis
nostris delictum debet esse notorium notorietate
facti permanentis, vt quia in ipso actu iudex pro-
nunciaret, & non sufficit, quòd sit facti transeun-
tis: cum tale notorium indigeat probatione, vt
per gloss. ij. quæstio. j. de manifesta. & multa dican-
tur notoria quæ non sunt. cap. consuluit. de appel.
8 & * in ipsis probationibus recipiendis iudex pos-
set grauare partem. Ideo vt suspectus recusabitur.
ita not. Philip. de Fr. post Abba. ibi in dicto c. pro-
posuit. de app. loquens in suspicione iudicis. at in
terminis in iudice iudicare volente in causa pro-
pria not. Decius. in dicto capitulo cum venissent.
v. colum. Secundò pro d. Comitis parte affertur:
9 nam dicta Regula * non habet locum quando in-
iuria seu delictum non respiceret personam, sed
dignitatem iudicis, vt not. Cyn. in d. l. j. & Salyce-
tus ibi. Innoc. in d. c. ex parte. de verbo. significat.
tunc enim debet ei dari adiūctus si est ordinarius,
vt in d. l. j. per Cyn. & per Ioan. Andr. in cap. j. de
maled. & not. Phili. de Fra. in cap j. de pœnis. in vj.
ij. colum. Dicitur pro Comite, quòd ista rebellio,
& alia patrata per vasallos non sunt commissa con
tra personam, sed contra dignitatem. Ad hoc re-
sponderi posset ex his quæ not. do. Abb. in c. cum
venissent. de iudiciis. penulti. colum. dicit enim
esse considerandum principale propositum, an sci-
licet quis intendat principaliter inferre iniuriam
dignitati, vt quia principaliter non habet respe-
ctum ad personam, & tunc erit realis, nam iniu-
ria cognoscitur & distinguitur ex voluntate infe-
rentis, vt in capit. cum voluntate. de senten. ex-
communica. & ff. de iniur. l. qui iniuriarum. videa-
tur ergo animus vassallorum, & nedum animus,
sed factum: nam deliquerunt in dominium Comi-
tis, dicendo se non esse eius vassallos, sed dema-
niales. item in personas filiorū eos capiendo. Item
in iniuriam seu honorem Comitis, vt apparere po-
test ex informationibus. Et pro hac responsione
facit aliud: nam esse illos de demanio, vel non,
vel asserendo se esse de demanio iuste an iniuste as-
seruerint, est vertendum & discutiendum in hoc
iudicio, quòd spectat ad interesse d. Comitis. Ter-
tiò pro d. Comite allegatur quod not. Bald. in c. j.
ij. colum. de inuest. in mar. facta. dicens * quòd & si 10
aliquis recognosceret superiorem, tamen potest
in suis causis constituere iudicem ordinariū. ver-
bi gratia, statutum est in ciuitate Perusiæ, quòd
Iudex portæ Susannæ sit iudex ordinarius in qui-
buscunque causis vertentibus inter commune vel
fiscum, & priuatas personas. & allegat gloss. in l. j.
C. de sen. quæ sine cert. quant. profe. sed idem Bald.
in d. l. ij. vlt. col. hoc non tenet: imò dicit quòd in
ciuitate non putat, quòd possit facere hoc sine au
thoritate superioris, qui sit superior actu & pote-
state. & tenet contra illam gloss. & Salyc. ibidem
intelligit illam glo. quòd loquatur localiter, quia
ita erat in illa ciuitate. Et Ang. intelligit ibi in Of-
ficiali qui præsidebat, ius dicendo toti prouinciæ,
sicut in prouincia Marchiæ & Ducatus Patrimo-
nij. Quartò adducebatur Bat. Veronen. in consil.
xvij. vbi consulit quòd dominus Fauentiæ vallis
Hamonis. defens. & protector sanctæ Romanæ ec-
clesiæ in temporalibus Vicarius generalis potuerit
per se, vel per suum iudicem procedere ad confis-
cationem bonorum, & sententiam condemnato-
riam contra nonnullos, qui voluerant sibi aufer-
re fortilicium Calamelli, vt sic in causa propria iu
dicasse potuerit contra subditos. Sed in illo con-
silio verbum nullum de iudicando in causa pro-
pria, nec de hoc ibi fuerat oppositum: imò ibi in
quinta columna, dum vult dictus doctor probare,
quòd illi commiserunt crimē læsæ maiestatis, pon
derat & considerat, quòd ille D. recognoscebat
fortilicium ab ecclesia Romana tanquam eius Vi-
carius, & quòd delinquentes volendo auferre, vel
auferendo à Vicario pontificis, seu ecclesiæ Ro-
manæ, videntur voluisse auferre ab ecclesia Ro-
mana, & sic delictum videtur esse commissum sibi
contra dignitatem, & contra eum vt Vicarium.
Quintò pro domino Comite facit Luc. de penna
in l. coloni. C. in quibus causis coloni cēsiti. lib. xj.
iiij. colum. cuius verba sunt hæc, videlicet: tertiò
quæritur, quid si vassallus inferat iniuriam Domi-
no suo, qui habet in eum iurisdictionem, & me-
rum imperium: an poterit ab ipso proinde puniri?
videtur quòd sic. ff. si quis ius. dic. non ob. l. j. econ-
tra quòd non, supra ne quis in sua causa iudicet. in
rubro & nigro concord. Videtur dicendum, quòd
aut iniuria tāgit dignitatē sui dominij, puta Comi-
tatus, aut alterius dignitatis, aut nō: vt primo casu
possit eā punire, secūdo verò nō, pro his vide quod

legitur.& not.ij.quæstio.viij.si quis ab episcopo.& xxiij.quæst.iiij.inter querelas,cum cócor.& quod not.Innocen.extra de verb.sign.ex parte.& de pœ. c.dilectus.vel dic clarius,aut ex iniuria huiusmodi sua iurisdictio impeditur, aut non: vt primo casu possit,secundo verò non.& hoc verum in iniuriis non notoriis, & manifestis: nam si iniuriæ notoriæ sunt, & manifestæ, videtur quòd illas punire possit ordinarius sibi vel suis illatas, etiam si eius iurisdictio non impediatur.de pœn.cap.j.in fi. lib. vj. & vide quæ scripsi suprà. de decur. l. quinque. hanc materiam diffusius tractat Cyn.suprà ne quis in sua causa.l.j.iij.q.hæc Lucas. Et pro Comite facit etiam Iodoc.in cap.ex parte.de verb. sig.ij.col.
11 vbi tenet *quòd quando côuentus à Prælato quis diceret, ego nô sum de iurisdictione tua.ego enim sum à te exemptus,vel non debeo tibi hęc iura,puta decimas patrochiæ &c. & ostenderet super hoc instrumentum, non cognosceret episcopus, sed debet de suo iure agere contra superiorem: sed si non ostendit priuilegium,sed dicat se habere priuilegium,vel instrumentum alibi, vel testes,vel probationes alias:tunc si id quod petitur à Prælato est notorium de iure vel de facto sibi deberi, vt quia petit decimas suæ parrochiæ, poterit eum excommunicare.Innoc.c. dilectus. de pœnis. dicit quòd quis non debet esse iudex in causa sua, nisi turbaretur eius iurisdictio. Mihi videtur vt etiam suprà tetigi, debere in facto considerari an delicta ista rum tangât dignitatê principaliter, an personam: & ideo duxi ponderâda verba doctorû. Cyn.in d. l.j.ne quis in sua causa.iij.col.vtitur his verbis, aut iniuria est illata obtentu dignitatis,aut ex inimicitia personali. si dignitatis obtentu, potest inquirere & punire: si verò illata sit iniuria ex inimicitia personali, licet secundario pertineat ad dignitatem, præualet principale, licet iniuria personalis, & hoc casu non potest punire. Bartol. in dicta l. si quis.§. si quos.referês Cy. vtitur his verbis, videlicet: siquidem delictum committitur contra officium principaliter non contra personam,tunc potest procedere, & punire: si verò delinquitur contra personam, tunc non potest procedere. Salyce. referens Cy.in d.l.j.ne quis in sua causa,dicit.Aut delictum est commissum contra officium, vel in contumeliam dignitatis tantum, aut ratione inimicitiæ personalis.primo casu &c.Abb.in dicto c. cum venissent.referens doct.dicit in iiij.col.si tangitur persona sua principaliter, non potest esse iudex, aut causa principaliter spectat ad ecclesiam suam,seu iniuria tangit dignitatem suam principaliter,& tunc potest esse iudex. Deinde in seq.col.loquitur, vt iam suprà relatum est. Fuit decretum
12 *quòd Prorex ponat vnum iudicem, & Comes alium, qui procedant in causis vsq; ad expeditionem exclusiuè,suspensis processibus factis per Comitem,& tunc fact.Consilium viso processu fabricando videbit si causę spectabunt ad Comitem, vel ad regiam Curiam. & hoc fuit ideo factum, vt videri possint causæ, super quibus est procedêdum, an in eis sit offensa dignitas, & quomodo.

SVMMARIVM.

1 *Pecunia & labor recipiunt diuisionem.*

Salarium non debetur officiali nisi pro tempore, quo seruiuit: eod. num. fallit, vt infra. nu. 4.5.6.& 7.

2 *Officialis mortuus infra tempus officij debet habere integrum salarium.quod transmittit ad hæredes.*

3 *Assessor mortuus in officio an debeat habere salarium integrum.*

8 *Officialis ad beneplacitum impeditus officium exercere,an debeat habere salarium integrum,an pro illo anno quo incipit.*

DECISIO CXXV.

Panhormi.



IN causa Magnifici Andreoctæ de Augustino rationalis Regni Siciliæ prætendêtis deberi sibi salarium sui officij à tempore expulsionis Don Hugonis, non obstante quòd non iuerit cum eo Messanã, nec seruiuerit per menses circa sex.Regula est * quòd officialis nô debeat habere salarium,nisi pro tempore,quo seruiuit, quoniam labor & pecunia recipiunt diuisionê. l. Seio amico.ff.de annuis legatis in princip.quam ad hoc allegat Bartol.in l.diem functo.ij.& iij.colum. ff. de offic.ass.& facit l.si vno.§. item cum quidam.ff. loc. Vide Abb.in cap.fina.ij.colum. de iudi. quòd officialis ad annum vel certum tempus si non potuit toto illo tempore exercere officium, etiam sine culpa sua, non potest petere illud pro tempore sequenti. Et loquor de officiali viuente, * nam à de mortuo infra tempus officij clarum est quòd transmittit salarium ad hæredes, etiam * pro tempore quo non potuit seruire. Bart. in d.l.j. in fin.& bene per Alex.ibi.vij.col. facientem differentiam inter potestatem, & assessorem, & distinguentem, quem vide. Fallit primò d.Regula .* quando essemus in officio respiciente seu requirente nedum laborem,sed etiam probitatem scientiæ vel intellectus, quoniam tunc si ob casum in sua persona contingentem puta infirmitatem impeditur seruire, debebit habere salarium.Bart.in l.j.§. diuos.iiij. col.ver. quartò quæro.iunctis dictis per eum ibid. in iij.col.ver.secundo casu.ff.de va.& extraor.cog. in quibus locis Bart. loquitur quando operæ non possunt præstari casu fortuito, quem casum applico tam morti, quàm infirmitati. Fallit secundò * quando in ciuitate in qua quis debebat exercere officium insurgeret tyrannus,vel aliqua secta, vel aliquid fit, ex quo rector nô posset remanere, quoniam tunc debet habere totum salarium.ita Barto. in dicto §.diuus.v.colum.dicens ita fuisse obseruatum Bononiæ in persona dicti Iacob. de Gabrielibus, quando venit ibi legatus, & quòd idem fuit obseruatû Pisis. Fallit tertiò * quando sine sua culpa officialis staret detentus, debebit enim etiam pro illo tempore habere salarium. Ioan. de plat.in l.j.C.de re mil.lib.xij. Fallit quartò.d.reg.* quando quis se absentasset cum licentia superioris, etiã pro suis negociis peragendis:interim enim consequetur salarium.l.hac lege.& ibi etiam Ioannes de plat.C. de proximis sacri scrinij. libro xij. Ad casum nostrum sumus in officiali ad beneplacitum. Bart.in d.§.diuus.ver.secûdo casu,dicit:* quod fierat fienda

fienda vna præstatio, debetur totum salarium, per
illum text. & in l.legatus.§.j. ff. de legationibus. si
verò annua, debetur pro illo tantum anno quo in-
cipit. l.post duos. C. de aduo. diuer. iud. & Bart. ibi-
dem v.colum. versi. sed quid dices, æquiparat huic
vltimo casui officialem ad beneplacitũ: vt scilicet
debeat habere pro primo anno tantum. In facto
præsupponitur quòd ob nouitates euẽtas Panhor-
mi hic magnificus non potuerit stare in officio,
tamen inculpatur quòd debuit ire Messanam cum
Prorege, quò accesserunt alij rationales cum offi-
cio: ipse dicit, quòd si non iuit Messanam, minimè
stetit Panhormi, nec participauit cũ aliis, & quòd
dubitabat accedere Messanam, & relinquere fami-
liam Panhormi. Cæsarea Maiestas super hoc sala-
rio scripsit quasdam literas in effectu, quòd dare-
tur sibi salarium debitum, si nõ participauit in tu-
multu Panhormitano. dubitabatur, an illud ver-
bum debitum referatur ad tempus quo seruierat,
an ad tempus etiam quo non seruierat.

SVMMARIVM.

1 *Testis vnus omni exceptione maior facit indicium ad torturam.*

2 *Conatus vt pumatur debet actus esse multum principaliter propinquus delicto, & quasi de eius esse, & quasi pars eius intrinseca, vel vbi est rei exempli perniciosi & nu. 9.*

3 *Seruus in facto suo torqueri non potest absque indiciis. & nu. 17.*

4 *Indicia requiruntur etiam in crimine læsæ maiestatis, posito quòd iudex habeat liberum arbitrium in criminali.*

5 *Pœna semper est commensuranda delicto.*

6 *Tortura grauior est pœna, quàm vtriusque manus abscissio.*

7 *Seruus mori debet si dominus occiditur in sua præsentia: & non clamat, nec auxiliatur.*

8 *Seruus testis confitens contra alium torquetur, etiam si indicium non ascendat ad semiplenam probationem.*

10 *Seruus torqueri potest à domino, vel ab herede domini occisi ad eruendã veritatẽ, moderatè tamẽ.*

11 *Indicium sufficit, licet minus sit quàm semiplena probatio contra personam vilem.*

12 *Seruus punitur grauius quàm liber in pari delicto, vbi pœna est corporalis.*

x3 *Inquisitus vel accusatus vtrum absolui debeat, an in aliquo condemnari ex semiplena probatione in delicto, in qua pœna esset arbitraria: & tortura locum non haberet.*

14 *Semiplena probatio, vel plusquàm semiplena in delictis quid operatur.*

15 *Pœna minor imponitur vbi proceditur ex præsumptione.*

16 *Serui possunt deportari cum non habeant libertatem, nec ciuitatem.*

DECISIO CXXVII.

Panhormi.


N causa Ioannis Nigri serui do. Anto.
de platamone carcerati, & per domi-
num petiti torqueri: ex quo per vnum
testem cõstat, quòd ipse ab eodem teste
pluries quæsiuit auxilium ad fugam: ex quo vole-
bat interficere dominum offerẽdo sibi pecuniam
domini. Si pœna * huius conatus esset à deporta- 1
tione citra inclusiue, esset clarum quòd haberet
locum tortura: ex quo per vnum testem iam sim-
pliciter probatum videtur de hoc conatu, vt sic
sit indicium ad torturam, secundum Bartol. in l.
fin. iij. colum. ff. de quæstio. & in l.mariti. eod. titu.
& Bal. in c.sacramentum. ij. col. in princip. de con-
suet. rec. feu. dummodo sit probatæ vitæ & opi. se-
cundum Bal. vbi suprà. & omni exceptione maior
secundũ Ang. in l.fi. in fi. C. de accus. & idoneus se-
cundum Bart. in d. l.maritus. ij. col. de quæst. Quòd
hic non sit nisi pœna arbitraria, & quòd tortura
locum non habeat, & sic pro seruo, facit quod not.
Bald. post Cyn. in l. si quis non dicam rapere. C. de
episc. & cle. vj. colum. dum dicit * quòd in grauio- 2
ribus delictis aut est deuentum ad actum verbi, &
delictum non punitur tanquàm pro consumma-
to, sed extraordi. id est, minori pœna. l.j. de extraor.
crimin. aut processum est ad actum facti, & tunc si
quidem ad proximum & immediatum, & punitur
pro consummato. l.is qui cum telo. C. ad l.Cor. de
sic. si verò ad remotum, minus punior, quàm si con
summassem, in hoc vltimo capite sumus. videtur
enim esse iste actus remotus: & idem etiam tenet
Salycet. in d. l.is qui cum telo. iij. col. dum loquitur
de actu nõ proximo cõsummationi. & facit quod
dicit Bald. in d. l. si quis non dicam rapere. iij. col.
quòd ad hoc vt conatus puniatur, actus debet esse
multum principaliter propinquus delicto, & quasi
de esse eius, & quasi pars intrinseca eius. Facit etiã
pro seruo quod not. Salycet. in l.interrogari. C. de
quæstio. dicens * quòd quando seruus interroga- 3
tur de suo facto, & negat, ei non creditur, sed ad
tormenta recurritur: & tunc indicia sunt necessa-
ria. per l.primam. ff. de quæstion. & hoc tenet gloss.
in l.quicunque. in ver. interrogatione. C. de ser. fu-
git. & dominus Paris in versic. tortura. §. an stetur.
versi. an dominus. Facit tertiò, * nam etiam in cri- 4
mine læsæ maiestatis requiruntur indicia ad tor-
turam. tex. glo. Cyn. Bal. d. Saly. in l.si quis alicui. C.
ad l.Iul. maiest. etiam si iudex habeat liberum arbi-
trium in criminali. Alexan. in l.filiusfam. in quinta
postilla. ff. de donat. allegat Paul. de Leazar. in cap.
grauis. de deposito. Facit quartò: * nam pœna est 5
commensuranda delicto. text. ibi Baldus in authẽt.
omnes peregrini. C. communia de suc. sed tale de-
lictum habitum pro non consummato. non vide-
tur tale quod ingerat pœnam tortura maiorem.
* Grauior est enim tortura & eius pœna, quàm 6
vtriusque manus abscisio, vt habetur in authent.
vt nulli iud. §. fina. At pro contraria parte, & sic
contra seruum pro domino, facit primò text. in
l.j. ff. ad Sylla. in princip. vbi ad sciendum quis in- 11
terfecit dominũ in domo repertum occisum, tor-
quentur serui eius, ergo multo fortius quando ip-
se seruus hoc attentauit. Facit secundò: * nam 7
quando dominus in præsentia serui occiditur, &
seruus non auxiliatur, nec clamat, debet mori. d.
l.j. §. potuisse. §. cum dominus. & §. tulisse. ff. ad Syl-
lanian. ergo multo magis in dicto casu debet so-
lum torqueri. Facit tertiò textus in l. diuus. ff. de
quæstion. vbi etiam in causa pecuniaria seruus in
subsid

subsidium probatinnum torquetur.hinc Bartol.in
d.l.j.§.si seruus.ff.de quæst.dicit quòd liberi homi-
nes non ita de facili torquentur, sicut serui.& fa-
8 cit l.serui.ff.de testib. Facit quartò: nam * ad tor-
quendum testem seruum confitenté contra alium,
sufficit etiam indicium nonascendens ad potesta-
tem semiplenæ probationis. Fulg.no. ad hoc gloss.
primam.in l.cum probatio.ff.de probatio.super il-
la autem gloss.vide Salyce. in d.l.interrogari.C.de
quæstio.post gloss.ibi. Facit quintò. l.si quis seruo.
9 C.de furtis.vbi * conatus punitur pro facto,& ta-
rio ibi datur,quia erat res pernitiosi exépli.& not.
ibi Salyc. quòd quando res est pernitiosi exempli,
punitur factum, licet non sit perfectum.Ita etiam
esset in casu nostro: vt scilicet coerceantur serui
ab occasione dominorum: licet Salycetus ibi per
verbum maximè, subdat, maximè quando animo
delinquẽtis censebatur esse perfectum, vt ibi erat:
quod in casu nostro iam haberut pro absoluto in
10 facto. Facit sextò: * nam dominus ipse posset ser-
uum suum torquere ad eruendam veritatem, vt di-
cat eos qui sibi insidiati sunt, vt dicit text.in l.& si
certus.§.fin.ff.ad Sylla.& dicit ibi Ludo.Ro.prout
refert dominus Paris in loco prææallegato: quòd
potest hæres defuncti occisi seruos non terribili-
ter torquere, sed paruis tormentis afficere, vt di-
cant ea de quibus iudici resultent indicia ad tor-
turam.argum.l.liber homo.& l. Lueracius.§.si ser-
uus.ad leg.Aquil. Facit septimò Bald.in l.fin. vlti.
11 colum. C.de probat. * dum dicit quòd in vili per-
sona sufficit indicium, licet esset minus quàm se-
12 miplena probatio. * Et quòd in pari delicto vbi
pœna est corporalis grauius punitur seruus quàm
liber.l.Pedius,cum concord.de incen.ruina. nauf.
13 Bartol.in l.quædam.ff. de pœnis. Siquidem * esse-
mus in persona non vili, in persona libera, ex quo
est delictum, in quo pœna esset arbitraria, & forte
vltra deportationem non haberet locum tortura
per dicta suprà. Quid autem tunc esset fiendum,
an debeat accusatus vel inculpatus absolui, an in
aliquo condemnari? quidam dicunt quòd conde-
mnari ex illa semiplena probatione per doct.Bald.
in d.l.fin.vlt.colum.C.de probat. ibi, quædam est
14 probatio quæ in ciuilibus.vbi vult, * quòd quan-
do esset aliqua probatio, quæ coniuncta semiple-
nam probationem excederet, & non adminicu-
laretur ei confessio, vel quia qualitas personæ hoc
non pateretur, vel quia cùm hoc sit cõmissum arbi
trio iudicis, iudex non vult torquere, vel quia
reus abest, vel quia statutum prohibet, tunc non
potest imponi pœna corporalis: quia propter ino-
piam probationum minuitur pœna, hoc est quia
non potest plus puniri in criminali quàm conde-
mnari in ciuili. & subdit esse sententiam Innocen.
15 * quòd vbi proceditur ex præsumptione, imponа-
tur minor pœna: & propter hoc dictum dicebant
præfatum seruum non torquendum, sed per vnum
testem debere condemnari, mitiori tamen pœna,
quàm esset illa arbitraria, quæ veniret imponen-
da ob delictum non consummatum. Sed vereor
an dictum Bal.haberet locum in casu nostro, dua-
bus rationibus: Prima, Bald.loquitur quando ex-
tat plus quàm semiplena, quòd hic non est.Secun-
da est quia hic sumus in seruo, in quo forte non in-
conueniret procedere ad torturam ex argumentis
prænarratis, cum delictum etiam non consumma-
tum: & tale in seruo debeat haberi pro consum-
mato, vel si esset puniendum arbitrarie, istud ar-
bitrium nõ deberet esse mitius deportatione, cum
si verè consummasset deberet mori. nec est abso-
num * quòd seruus, qui non habet libertatem nec 16
ciuitatem, deportetur: potest enim hoc fieri secun-
dum Bartol.in l.hos accusare.§.fina.ij.colum. ff. de
accusat. Mihi visum est * quòd condemnationi 17
locus non sit, quoniam hic nõ habemus plusquam
semiplenam probationem, prout Baldus requirit,
nec etiam torturæ: nam licet maiorem pœnam hic
quàm liber ex hoc conatu mereretur, non arbi-
tror eam vt sit deportatio, sed damnarem eum ad
triremem per annum vel biennium, vel ad fustiga-
tionem, & hoc quando constaret plusquam semi-
plene: nunc quia non ita constat, melius est fortè
nec absoluere, nec condemnare, liberarem ta-
men eum à carcere.

SVMMARIVM.

1 *Actor tenetur edere reo iura sua ad fundandam exceptionem: nisi resultaret criminis manifestatio.*
2 *Crimen lesæ maiestatis est exceptuatum circa probationes.*
3 *Reus cogitur edere probationes & instrumenta contra se in causa capitali: sic arma sumuntur de domo rei.*
4 *Emptor & habens causam à fisco an gaudeat priuilegio fisci.*
5 *Iudicis officium, quod datur ad editionem fiendam, transit in singularem successorem actiuè & passiuè.*
6 *Acta iudicialia siue ciuilia siue criminalia debent edi cuicunque prætendenti interesse.*
7 *Reus, qui sumptibus suis acta recollegit à notario deperditis originalibus, tenetur edere partis sumptibus restitutis.*
8 *Turpitudinem suam nemo tenetur manifestare.*
9 *Positioni criminosæ nemo respondere tenetur.*
10 *Restitutio non datur ad obiicienda crimina aduersus aduersarium ad pœnam seu vindictam, limita vt ibi.*
11 *Exceptio excommunicationis & banni potest opponi ciuiliter, & in causa ciuili.*

DECISIO CXXVII.

Hîc reuersus fui Neapolim, appliciuiq; xv. Augusti 1517. cum è Panhormo soluissem xiij.eiusdem.

Neap.xv.Octobris 1517.


N causa magnifici Ioannis de Samidio cum magnifico d.Iacobo Carbono super petitorio terræ Padulæ, fuit dubitatũ, an præfatus Iacob.qui est in dicto petitorio actor, teneatur pręfato Ioan.ad exceptionem fundandã edere quędã capitula expedita per quondã Serenifs.d.Regé Ferdinand.primũ, ex quibus prætéditur ꝙ inferri posit magnifi-
cum

cum quondam Dominum Carbonum patré prædicti Iacobi fuisse in crimine rebellionis contra dictum Regem. Et quidem regula vera est, & com-
1 muniter approbata* quòd actor tenetur edere reo ad exceptionem fundandam. l. non est nouum. cum l. seq. & l. fin. C. de eden. & omnes doct. in d. l. fin. & in cap. j. de probat. Sed dubium in puncto facit, nam ex hac editione resultaret criminis manifestatio, quo casu actor non tenetur edere reo. Bald. allegatur ad hoc in d. l. fina. iiij. colum. volens quòd in qualibet exceptione criminosa actor non edat reo, per l. secundam. §. diuus. in fi. ff. de iure fisci. sequuntur Alexand. ibi. ij. colum. & Anto. de Alex. ac alij moderniores. Felin. in cap. j. xiiij. colum. de probat. & ibidem Decius in lj. colum. Pro Samudio tamen, quòd omnino debeat sibi edi non obstante dicta limitatione facit, primò: hic sumus in
2 crimine læsæ maiestatis* quod est crimen exceptuatum circa probationes, vt patet in l. j. C. de
3 quæst. vbi * in hoc crimine seruus torquetur contra dominum, & sic sumuntur arma de domo rei. & ideo Decius in d. c. j. lj. colum. dum ponit affatam limitationem, dicit quòd forte illa non procederet in criminibus exceptuatis: quia sicut dispensatur in probatione, ita in editione. & allegat d. l. primam. C. de quæst. sed licet ipse non alleget Bart. in dicto §. diuus. facit in secunda lectura dictam æquiparationem, volens quòd in illis casibus quis cogatur edere instrumenta contra se in causa capitali, in quibus seruus contra do. torquetur, qui casus secundum eum ponuntur in l. j. C. de quæstio. Facit secundò, nam text. in d. §. diuus. per quem fundatur dictum Bald. loquitur in causa capitali, & non in causa criminali pecuniaria: vt sic non sufficiat causam esse criminalē, sed debet esse capitalis, ad hoc vt quis edere non teneatur. verba text. sunt, toties edenda esse instrumenta, quoties de iure capiendo, vel de iure dominij, vel de aliqua simili re pecuniaria quæratur: non si de capitali causa agatur. & dicit ibi Barto. in prima lectura, quia in causa capitali non agitur de pecuniario interesse. l. si libet. ad exhibend. & inferius in tertia inquit, acta verò criminalia non cogitur edere ipsa pars, contra quam criminaliter agitur. & ista fuit consideratio Ias. in l. j. ij. col. C. de eden. qui tantum mouet. & Decij. in d. c. j. xxxij. colum. de probat. qui mouet & tenet, quòd ad hnc vt reus non teneatur edere fisco contra regulas iuris quæ se habent quòd teneatur edere, nō sufficit causam esse criminalem & pecuniariam, sed debet esse capitalis. Vt ita sit in casu nostro, scilicet quòd ad hoc vt actor non teneatur edere reo contra regulas iuris volentes quòd tenetur edere. nō sufficiat executionem esse criminosam, sed quòd crimen sit capitale, id est capitaliter obiectum, non autem ad effectum pecuniarum, sumus enim nos in causa ciuili. & in re pecuniaria. Et ex hoc secundo motiuo
4 correlarie posset inferri*, quòd sicut fisco in causa criminali, vbi esset pœna pecuniaria debet fieri editio: vt dictū est, ita & huic de Samudio habenti causam à fisco. per ea quæ not. Bald. in l. j. §. editiones. penul. colum. ff. de eden. volens quòd si fiscus peteret gabellam de contractu, poterit petere instrumentum contractus sibi edi. & idem videlicet in emptoribus gabellarum: quia in locum fisci succedunt, & quamuis Deci. in d. c. j. xxxj. colum. loquens in editione impugnet hoc dictum, & dicat quòd priuilegium concessum fisco non debet in emptorem transire, per ea quæ not. Bart. in l. licitatio. §. emptores. ff. de publ. & Berth. in tract. de gab. vij. parte. vj. colum. & per multas authoritates quas ipse allegat, & præcipuè Alexand. in d. §. emptores. & in l. nec quisquam. ff. de eden. tenet contra Bald. tamen potest dici, quòd illæ authoritates loquantur in casibus suis, non in materia alterius editionis: nam Bald. in l. instituta. ij. colum. versi. quæro ecce hæres. quem refert & sequitur Felin. in d. c. j. xj. colum. ver. limita quartù vltra omnes de proba.
vult * quòd officium iudicis quod datur ad edi- 5
tionem fiendam, transit in singularem successorem actiue passiue. & videtur benedicere, quasi quòd hoc ius cōcernat rem potius quàm personam, nisi dicas quòd nō habeat locum hoc in successore singulari fisci, & quòd in eo loquatur Barto. in dicto
§. emptores. & Berth. vbi suprà. Facit tertiò: * nam 6
hæc capitula, quorum editio petitur, fuerant authenticata in mag. Curia, & de illn authēticoedendo agitur: & sic facta sunt de actis, & acta iudicialia siue sint ciuilia, siue criminalia, debent edi cuicunque interest. l. ij. C. de eden. Felin. in d. c. j. versi. limita. vj. etiam si essent facta per modum voluntariæ iurisd. sicut est emancipatio, secundum Bald.
in d. l. j. §. editiones. vlti. col. Et hoc procedit * no- 7
dum quando editio actorum peteretur à notario, sed etiam quando ab ipso reo conuento, qui suis sumptibus à notario recollegisset: tūc enim ex causa, vt quādo originalia essent deperdita, debet reus edere. secundum Innoc. in d. c. j. de prob. refert & sequitur Alex. in d. l. ij. iij. limit. de eden. & Felin. in d. c. j. xiij. col. ver. iij. declarat. Solutis tamen expensis factis per reum in recolligendo secundum prædictos. & licet Bartol. in d. §. diuus. in tertia lectura contradicere videatur: dum facit differentiam inter acta criminalia existentia penes eum, contra quem criminaliter agitur, vt is illa etiā fisco edere non teneatur, & existentia penes tertium, vt ille teneatur edere: tamen dum Bar. dicit, quòd is, contra quem agitur, non debet edere acta criminalia existentia penes se, debet intelligi nisi adsit causa, vt suprà dictum est. Pro Carbono verò quòd ede-
re nnn teneatur, facit: * nam quis non tenetur do- 8
cere de sua turpitudine, illamque detegere. l. altius. ff. de iureiur. & est hæc ratio Alex. in d. l. fina. Facit:
* nam positioni criminosæ nemo tenetur respon- 9
dere, vt not. Bar. per illum tex. in l. transactione. C. de transact. not. in c. dudum. secundo. de elect. & habetur per Bald. in l. Marcellus. ff. rerum amot. & hanc rationem affert Decius in d. c. j. lj. colum. Fa-
cit in casu, * in quo quis est priuilegiatus contra 10
restitutioné petendam, non potest vti priuilegio suo ad finem opponendi crimina contra aduersarium. Ant. de But. in c. auditis. vij. col. de in integr. rest. & ibi Abb. v. col. & Fel. in c. fraternitatis. v. co. versic. fallit tertiò. de test. Inde dicimus, ꝙ in causa criminali non dantur beneficia, & dicetur causa criminalis ad propositū, quando agitur ex delicto ad pœnā seu vindictā, vel pecuniā: non ꝙ aliquid à me absuerit. Ad hoc ergo vt competat restitu-

tio,

tio, debet id quod petitur, etiam si pœna sit de-
beri vel ex contractu, vel etiam ex delicto, dum
tamen agatur ad interesse pecuniarium ad rei pro-
secutionem, non ad pœnam seu vindictam: ita no.
Andr. in consti. regni. obscuritatem. in ij. colum. In
casu de quo quærimus de delicto rebellionis op-
ponitur ad vindictam pœna amissionis feudi. er-
go &c. Sacrum Consilium votauit pro Carbono
nec obstat primum motiuum: nam loquitur quan-
do ageretur criminaliter: quod nõ est hic. tex. enim
in d. l. j. C. de quæst. in causa ciuili non vult seruum
torqueri contra dominum. Nec etiam obstat se-
cundum motiuum: nam sufficere videtur quòd ex-
ceptio contineat crimen siue ciuiliter, siue crimi-
11 naliter opponatur. sic Alex. in d. l. fi. C. de edē. * ex-
emplificat exceptionem criminosam in exceptio-
ne excommunicationis & banni, quæ tamen non
opponebantur ad puniendum: sed ciuiliter, & in
causa ciuili. Nec & tertium argumentum obstat,
nam editio non fuit petita ex capite, quia acta sunt
seu de actis ea, quæ edi petuntur. item nec apparet,
quòd non posint haberi à magistro actorum.

SVMMARIVM.

1 *Executio sententiæ lata contra vxorem, an possit fieri contra virum super bonis datis in dotem, ex quo vxor nil aliud habeat. & nu. 5.*

2 *Executio non fit in rebus dotis pro debito vxoris, nisi in casibus expressis in l.*

3 *Executio non fit in fundo dotali pro debito vtriusq; simul scilicet viri & vxoris.*

4 *Mulier debitrix, si dat in dotem omnia bona sua: quod æris est alieni dedisse non videtur.*

6 *Sententia lata contra alienantē, mandatur executioni absque alia tela iudicij cõtra emptorem rei litigiosæ: limita in alienatione causa dotis. numero 7. & 13.*

8 *Executiuum ius ex sententia vtrum transeat contra singularem successorem.*

9 *Reuocatoria rei alienatæ in fraudem non procedit, nisi probetur emptorem participasse de fraude.*

10 *Dotis titulus dicitur titulus onerosus.*

11 *Alienatio quando censetur facta in fraudem executionis.*

12 *Executio rei alienatæ in fraudem executionis parate vtrum fiat contra emptorem sine alio processu tam in actione reali quàm personali: & quid si res alienata fuit ante litem motam.*

DECISIO CXXVIII.


N causa do. Ramnndectæ Catlinæ tu-
tricis & matris filij quondam Ioan-
nis Gaghardi, cum d. Iulio de Capua,
super eo videlicet, an sententia lata
in sacro Consilio contra dominam Bernardinam
minutulam vxorem dicti d. Iulij in actione perso-
nali posit mandari executioni contra do. Iulium.
1 super bonis * datis sibi in dotē lite pendente, præ-
supposito, quòd omnia bona in dotem data sint,
nõ sub nomine vniuersali, nec collectiuo, sed talia
& talia, adeo quòd facta discusione, reperitur
nihil apud præfatam Bernardinam remansisse: nec
apparent aliqua illius alia bona super quibus exe-
qui posit. Et primò videamus, an posit dicta sen-
tentia exequi super bonis in dote datis. Pro d. Iu-
lio facit glo. in l. quinque legibus. in fin. ff. de bonis
dam. * dicens, quòd pro debito vxoris non fit mis- 2
sio in rebus dotis, præterquam in casibus in illa l.
expressis. Facit etiam Bald. in l. Titia. ff. de iure do.
dicens per illum text. quòd licet vxor constante
matrimonio sit alicui priuato condemnata, non
poterit fieri executio in res dotales: & videtur fa-
cere glo. in dicta l. quinque legibus, quòd non al-
legat dictam l. Titiam. vbi dicit casum esse de hoc.
Facit Bald. in l. ob maritorum. in fine. C. ne vxor.
pro marito, dicens, * quòd etiã pro debito vtriusq; 3
simul, scilicet viri & vxoris non poterit fieri mis-
sio in fundo dotali, & quòd sententia in persona-
li contra vxorem non exequatur in rebus dotali-
bus nisi in illis v. casibus. l. quinque legibus. dicit
Alex. in l. à diuo Pio. §. in venditione xj. col. in ad-
dit. incip. additio inquantum gloss. ff. de re iudic.
Pro pupillo facit text. in l. mulier bona. ff. de iure
dot. vbi pater, * quòd quando mulier daret in do- 4
tem bona sua, illud quod æris alieni est in bonis,
non videtur datum in dotem, vnde super illo, vel
ad concorrentem illius quantitatem debet posse
fieri executio in bonis dotalibus. ita videtur hic
quo ad affectum: licet nomen collectiuum vel v-
niuersale, bona, non sit expressum. Facit glo. sin-
gul. in dicta l. Titia. in gloss. fin. ff. de iure dot. quæ
videtur velle, quòd executio in bonis dotalibus
fieri posit contra virum in subsidiũ, quando non
potest aliter consuli creditori. In hoc primo du-
bio sacrum Consilium conclusit, * quòd posit 5
super dictis bonis satisfieri debito ipsius vxoris
iam existente ante matrimonium. Et quòd gloss. in
dicta l. quinque legibus. cum aliis suprà allegatis
pro domino Iulio non habeant locum in casu no-
stro propter adducta pro alia parte. Secundò vi-
dendum erit, an opus sit nouo processu pro pupil
lo. quòd nouo processu opus non sit, facit: nam
hæc alienatio bonorum in virum facta fuit pen-
dente lite contra vxorem, contra l. fin. ff. & C. de li
tigi. Et ad propositum Bart. in ead. l. fi. C. de litig.
dicebat per illam legem esse introductum: quòd
sententia * lata contra ipsum principalem reum 6
potest mandari executioni contra eum qui rem li-
tigiosam emit. Et Abbas in cap. ecclesia sanctæ
Mariæ, lo primo. penu. col. vt lite pendente dicit,
quòd est dare alium effectum litigiosi: nam sen-
tentia lata contra alienantem, mandatur execu-
tioni absque alia tela iudicij contra eum in quem
facta est alienatio. Et Pau. in l. certa. C. vt in po. leg.
refert Cyn. in l. j. vij. q. C. de alien. iur. mu. ca. fa. de-
terminet, quòd si lite pendente in rei vendi. reus
transferat poss. in alium, sentẽtia lata contra eum,
mittetur executioni cõtra possessorem, etiam non
citatum, in exemplario nõ reperio hoc ita expres-
sum. subdit tamen Paul. quòd Bart. tenet contra-
rium in pluribus locis, vide ibi. Pro domino Iu-
lio, quòd sit opus nouo processu, facit: * nam 7
hæc alienatio pendente lite fuit facta in causam do
tis, quo casu non est locus vitio litigiosi, vt dictat
text. in dicta l. fin. C. de lit. & ad propositum Abb.
in cap. fi. pen. col. de alien. iu. mu. ca. facta. dicebat,
quòd

quòd vbi alienatio facta est lite pendente in casibus à iure concessis, oportet quòd instituatur nouum iudicium contra tertium, ad hoc vt sententia habeat executionem in illa re. & alleg. Bartol. quem ipse sequitur in dicta l. fina. C. de litig. Et plenius secundum eum in dicta l. creditores. quamuis Barto. in dicta l. fina. nihil dicat ad hoc, & in dicta l. creditores. ix. colum. dicat solum, quòd quando res non obstante litigio poterat alienari, quia erat quæstio in hypotheca, tunc non transit ius exequendi; sed erit opus contra successorem nouo processu, per §. ad hæc. in authenti. de litig. & iam bene dicit Abb. quòd Bartol. hoc tenet. Et aduertendum, quoniam dum Barto. in dicta ix. colum. dicit, aut erat in actu producēdi, & tunc non obstante tali litigio poterat alienari vt illa verba, aut non erat in actu producendi, & tunc superflua sunt. & ideo Butr. in c. quia. in vlti. colum. de iudic.
8 dum refert Barto. non posuit dicta verba.* Considerandum videtur esse hunc passum, quòd hic sumus in alienatione facta pendēte lite super actione personali, imò non personali ad rem, sed simpliciter ad pecuniam. Et Barto. in dicta l. creditores. viij. colum. dicit esse distinguendum inter ius executiuum actionis personalis, & actionis realis. Nam secundum eum in iure executiuo personalis ex contractibus non transit contra singularem successorem executio, nisi reuocata alienatione per actionem reuocatoriam, iuxta §. item si
9 quis in fraudem. Institu. de act.* Et in ista reuocatoria agēs non poterit obtinere; nisi probetur nouum acquisitorem participasse de fraude. vt in l. qui autem. §. hoc edictū. & in l. ait prætor. in princ. & in §. quod ait. ff. de his quæ in fraud. cred. quando titulo oneroso acquisiuisset, iuxta not. in dicto §. item si quis in fraud. vbi per doct. & Iasonem in vj. colum. prout est titulus dotis in casu nostro. est
10 enim * titulus dotis, titulus onerosus. l. ex promissione de actio. & obliga. cum remiss. Neapo. in consuetu. si quis vel si qua. in glos. in ver. præterquam. xvij. colum. Et quamuis Bald. in dicta l. ob maritorum. C. ne vxo. pro ma. pen. colum. teneat, quòd quando alienatio fieret in fraudem paratæ executionis, illa fiet etiam contra possessorem sine alio processu, per l. chirographis. §. fina. ff. de admi. tuto. & cum eo pertranseat Pau. de Cast. in l. à diuo Pio. §. si super reb. de re iudi. declarans quando in fraudem executionis alienatio facta cēseatur, & quan-
11 do non: quia * si post litem motam fieret, in fraudem executionis facta censeretur: si ante, & tunc secus, vt sic is in quem alienatio facta est, sciuerit litem motam. Et hæc opinio Bal. & Pau. satis æqua videatur. Herculano in dicto §. si super rebus. pe. colum. & secundum eum non obstant iura con-
12 traria,* quoniam tūc debet agi reuocatoria, quando alienatio facta esset in fraudem creditorum & iudicis, vt quia mota lite fieret: quia tunc secundum ipsum poterit fieri reuocatio ex eadem sententia, & pronuntia probata fraude & sine nouo processu: quia duo vtocula sunt in consideratione. authen. itaque. commuo. de succes. & capi. j. de treug. & pact. Attamen Alexand. in dicto §. si super rebus. iiij. colum. dicit veriorem esse opinionem Bartol. in eo. §. vt scilicet agi debeat reuocatoria indistincte, & respōdet ad l. chirographis. quòd lex illa loquitur, quando lis pendebat super re quæ fuerat alienata, secus quando ageretur actione personali ad quantitatem, & executio veniebat facienda in bonis iuxta formam. §. in venditione. ea. l. Iaso. in d. §. si super rebus. iij. colum. sequitur opi. Bal. in dicta l. ob maritorum. vt sic pro ista sententia adsint Cy. Bald. Pau. Herc. & Iaso. Et quidem vt dicit d. Hercu. æquior videtur ad circuitus euitandos. Aret. in capitu. quia. v. pen. & vlti. colum. tenet simpliciter opi. Barto. respondet aliter ad d. l. chirographis. vt ibi per eum. Pro æquitatis tamen ac naturalis iustitiæ obseruantia videtur, quòd non sit opus agere reuocatoria: tamen non potest negari quin ipse domi. Iul. vocetur & audiatur, neque Hercul. hoc negat, dum loquens de probatione fraudis dicit hæc verba, quæ probatio secundum ipsum fieri debet in hoc iudicio executionis. Contra hanc æquitatē & quòd nullo modo possit do. Iulius molestari, facit: nam esto quòd sequeremur opi. Bal. in l. ob meritorum. illa loquitur quando alienatio est facta in fraudem paratæ executionis, & vt fraus conuenti alienātis titulo oneroso obstet nouo possessori: debet ipse nouus possessor participare de fraude, & sic esse conscius litis, quod in casu nostro non apparet, sed quòd tempore contractus do. Iulius habuit scientiam de lite, quod Pau. de Cast. & Hercu. videntur requirere, scilicet vt acquisitor sciētiam litis habuerit: nisi dicas quòd ex quo omnia bona data sunt in dotem & nō videtur datum quatenus æs alienum ascendit, vt suprà dictum est, vt ex hoc domi. Iulius qui illa tenetur satisfacere vel ex isto capite, vel quia tenetur in subsidium, per glos. in d. l. Titia: quamuis in puncto iuris forte non procederet hoc: nam bona fuerunt data inter eos æstimata ea æstimatione quæ facit venditionem: & propterea domi. Iulius habet vicem emptoris particularis. Et pro hoc facit quod not. singu. Bartol. in dicta l. creditores. ix. colum. C. de pigno. vbi tenet. quòd etiam in executione iuris realis fienda contra tertium possessorem, qui habuit causam à debitore, etiam si omnia essent contra debitorem liquidata, quia contra ipsum successorem non est ita liquidum, & posset esse dubium, an habeat causam vel non, debebit hoc coram iudice liquidari, & summarie. Facit etiam Areti. in dicto capi. quia v. adducens Innocen. ibi clarius loquentem secundum eum, quòd in realibus in quibus magis contrahitur vitium litigiosi, etiam si sententia sit lata priusquam fiat alienatio, & postea res alienetur, non poterit fieri executio in singularem successorem, nisi prius ipse citetur, & liquidetur ipso præsente, vel citato, quia habet causam ab eo contra quem fuit lata sententia, & quia sententia fuit lata ante alienationem, tamen hæc inductio quæ fundat se in sententia lata ante alienationem, nescio si debilitet iura dom. Iulij in puncto de quo agitur. si enim alienatio facta sit post sententiam, est facta finita lite: ergo non litigiosa, nisi dicas quòd ex alio capite prodest: quia si facta post sententiam, ergo magis in fraudem paratæ executionis considerātam per Bald. in dicta lege ob meritorum. penultima colum. Sacr. Consilium votauit, * quòd 13
super dicta petita executione vocetur ac citetur

d. Iulius possessor ipsorum bonorum, super quibus executio petita fuit.

SVMMARIVM.

1 *Tutor in testamẽto datus vtrum confirmari debeat à iudice, & facere solennia.*
2 *Tutor an vere dicatur custos seu dominus pupillorum in testamento constitutus, & an indigeat iudicis confirmatione.*
3 *Tutoris bona sine solennibus administrantis, in testamento dati, vtrum sint tacite hypothecata pupillis.*
4 *Hypotheca tacita vtrum complectatur bona futura, vel nomina debitorum etiam pro dote vel tutela.*
5 *Hypotheca tacita vtrum contrahatur à tempore administrationis, vel à tẽpore male gestionis tutoris in testamento dati, & sic retrotrahatur hypotheca.*
6 *Rex aut Regina vtrum habeat tacitam hypothecam, vt fiscus.*
7 *Principi dedit Augusta priuilegia, quæ ipsimet habet.*
8 *Vxor cõsequitur viri sui dignitatem, & eam etiam tenet post mortem: si non nubat homini gradus inferioris.*
9 *Vidua gaudet priuilegio, quod datur ratione dignitatis.*
10 *Hypotheca tacita fisci vtrum præferatur tacitæ pupillorum.*
11 *Prior in tempore potior in iure in pari causa.*
12 *Fiscus præfertur priuato in bonis quæsitis post hypothecam tacitam, secus si priuatus sit etiam priuilegiatus, vt pupillus.*
13 *Primipilaris hypotheca tacita præfertur omnibus creditoribus etiam priuilegiatis habentibus expressam, quibus non præferretur fiscus simpliciter.*
14 *Primipilaris hypotheca tacitæ contrahitur in bonis in dotem primipilo datis ab vxore.*
15 *Primipilus quis proprie dicatur.*
16 *Camerarius Papæ dicitur primipilarius, seu generalis thesaurarius.*
17 *Vxor & filij quando tenentur fisco causa vel occasione viri & patris primipilary fugientis: licet nõ sint heredes. & nu. sequen.*

DECISIO CXXIX.



IN causa Serenissimę d. Reginæ, Loysius Benet vt tutor Sberti Bener & fratrum nepotũ suorũ ex fratre administrauit eorũ bona, postmodum fuit thesaurarius generalis d. dominæ Reginæ, & etiã vt substitutus thesaurarij dominæ Reginæ matris. Hic finita tutela durante administratione pecuniarũ vtriusq; Reginæ acquisiuit certa censualia data sibi in solutum à d. Rege Federico eius debitore. super his censualibus egit d. Serenissima Regina filia ratione tacitæ hypothecæ causatæ ex dicta administratione officij. in ea lite subintrarunt præfati Sbertus & fratres pro eorum tacita hypotheca causata ex administratione dictæ tutelæ lata extitit sententia in fauorẽ dominæ Reginæ saluo iure ipsorum fratrum, obtinuitq; Maiestas sua possessionẽ. Nunc Sbertus & fratres prosequuntur litẽ, estq; ferenda sententia. Et primò dubitari contingit, an isti actores fundauerint eorũ intentionem super tacita hypotheca. Pro domina Regina facit: nam esto quòd Loysius fuerit constitutus *tutor in testamento Bernardi patris actorũ, 1
tamen non ob hoc factus est tutor: cum non appareat, q; sit cõfirmatus à iudice prout requiritur, vt in l. fi. §. fi. C. arb. tu. & no. Bar. post gl. ibi. vbi ponit omnia solẽnia seruãda per tutores, in l. legitimos. ff. de legit. tu. & Salyc. in l. tutores. vlt. col. C. de admi. tu. Quinimo *etiã in testamẽto nõ relinquitur 2
expressè tutor: nam licet pater in testamento diceret, quòd relinquit filiũ in custodiã alicuius: nõ ob hoc videtur eũ tutorẽ facere. l. qui aliena. §. quanquam. iuncta glo. j. ff. de nego. gest. & ibi no. Bar. & Bal. in l. omnẽ. C. ad Tert. Pro actoribus facit: nam Loysius in testamẽto fratris fuit cõstitutus dominus nepotum suorum, & alter ipse, & quando quis relinquitur sub dominio seu potestate alicuius, per hæc verba importatur tutela. Bal. in c. ex parte. de app. & ibi Phil. in vlt. col. Quinimo per hęc verba ita ampla dom cõstitutus est alter ipse, videtur data potestas vt sine decreto possit gerere, constat enim, quòd quãdo pater, qui in testamẽto dat tutorem, & daret sibi potestatẽ sua authoritate administrandi, non requiritur cõfirmatio iudicis, vt not. Bart. in d. l. legitimos. j. col. Item facit: * nam dato, 3
quòd Loysius non possit dici tutor ob defectum aliorum solenniũ, non potest negari quin dicatur protutor. Et clarum est, quòd in tacita hypotheca veniunt etiam bona protutoris, vt no. gl. in l. dabimus. in glo. in ver. priuilegio. ff. de priuil. cred. non enim debet esse melioris cõditionis tutor qui nulliter administrat, quàm ille qui administrare potest, vt no. Aret. consi. xxix. incip. diligenter & mature. j. colũ. vbi illud tenet & comprobat. Rursus pro domina Regina facit: nam * tempore administrationis tutelæ, quam faciebat præfatus Loysius, 4
non habebat hos censuales, nec etiam causarum erat nomen debitoris Regis Federici, à quo ista censualia descenderunt, propter quod inferri posset ipsos censuales non venisse in tacita hypotheca, in qua bona futura non veniunt, secundum glos. in l. iij. j. col. C. de hære. actio. & in l. fin. C. quæ res pi. ob. po. in opin. per eam vltimo loco recitata. quam sequi videtur iuxta not. in l. qui filium. §. Sabinus. ad Treb. & glos. in d. l. iij. sequitur ibi Bal. allegans no. per gl. ord. ff. mandati. l. hæredi. & in argu. ff. pro socio. l. ea verò. & idem videtur firmare Bald. in l. iij. C. de priuil. fisci. per locum à speciali. Pro actoribus tamen facit. nam verior & communior opinio esse videtur, quòd in hypotheca tacita veniunt bona etiam futura reprobata glos. in d. l. iij. ita Cy. ibi loqui videtur in nominibus debitorum. Barto. Angel. Albe. & Salyc. in d. l. iij. idem tenent Cyn. & Bald. in l. vbi adhuc. C. de iure dot. vlt. col. & Bald. in l. j. vlt. colum. solu. matri. de quibus aliqui per Alexand. in addit. Bald. in l. tertia. C. de priuileg. fisci. Et quòd tacita hypotheca contrahatur etiam in nominibus debitorum tenet Bald. in l. pater. ff. de solutin. Quinimò licet Alber. in l. pro officio.

citca

circa fin.C.de admi.tuto.moueat dubium, an quæ-
sita post finitam tutelam veniant in tacita hypoth.
quia ita erat hic: tamen ipse remittit se ad l. primã.
§.si vt plenius.C.de rei vxo.actio.& ibi tenet indi-
stinctè bona futura venire in tacita pro dote. al-
leg.l.fin.C.quæ res pi.ob.po.& dicit esse expressum
in l.hac edi. §. in omnibus.& in l. si quis prioris. §.
in illo de secundis nuptiis.sic Bald.no.in tract. do.
vj.parte.vij.priuil.iij.col. Rursus facit pro domina
5 Regina:* nam ista tacita hypotheca pupillaris non
videtur posse considerari, quòd habuerit ortum à
tempore mortis Bernardi patris pupillorum, quo
tempore administratio cœpta est, sed à tẽpore ma-
læ gestionis. Sed pro actoribus, quòd retrotrahatur
ad tempus initij gestionis. l.pro officio.vbi Alber.
j.colũ.C.de admi tuto.& est text. loquens in tacita
hypotheca data filio in bonis patris administrato-
ris seu legatarij in l.cum oportet.§.fin.C.de bo.quę
libe.vbi doc.omnes. Et circa hoc vidẽdus est Bald.
nou.in tract.dot.x.parte. xiij. col. qui idem firmat
in materia dotis confessatæ seu promissæ, & pro ea
solutæ. Et aduertendum, quoniam istud motiuum
potest facere pro d.Regina, vt circa administratio-
nem seu debitum descendens ex administratione
Loysij attendatur tempus, quo cœpit gerere offi-
cium, non autem tempus vltimorum sex mensium,
6 pro quibus debitum arguitur. Secundò * in causa
principaliter dubitari contingit, an domina Regi-
na super dictis censualibus habuerit etiam tacitam
hypothecam. Pro actoribus facit: nam lex quæ dat
tacitam hypothecam in multis casibus, nunquam
nominat. istud quòd habeat eam Regina, licet lex
secunda C. in qui.cau.pig.vel hypot. tac. contrah.
nominet fiscum, & det sibi hypot. in bonis contra-
hentis cum eo. sic l.aufertur. §. fiscus.ff.de iure fis-
ci.sic lex j. C.de iure fisci.lib. x.sic lex.iij.& iiij. C.
de priuil. fisci. & l.si quis post hac. §. fin. C. de bo.
proscr. vbi gl. in ver. habuerit.extendit eam etiam
ad futura in bonis administratoris.& not. Laud.in
trac.de fisco.ij. notab. Pro d. Regina * facit tex. in
7 l.princeps.ff.de leg. vbi dicitur, quòd princeps de-
dit Augustæ priuilegia quæ ipse habet, licet illa l.
soluta non sit. item facit tex. in l.fiscus.la j.§.fi.ff.de
iure fisci. vbi sunt hæc verba: Quodcunque igitur
priuilegium fisco competit, hoc idem & Cæsaris
8 ratio habere solet & Augustæ. & dicit * Albe. in l.
fœminæ. ff. de sena. quòd mulieres consequuntur
dignitatem viri, & eam detinent etiam post mor-
tem mariti: si non nubant homini inferioris gra-
9 dus. & dicit * idem doctor in l.omnis. vlti.col. de
epis. & cle. quòd priuilegium quod datur ratione
dignitatis, remanet apud vxorem in viduitate per-
manentem. Et dicit Bal. consil. ciij.ij.col. j. volu.
quòd vxores principum gerentium vicem Cæsa-
ris habent iura Augustæ. Vnde videtur quòd dom.
Regina habeat priuilegium tacitæ hypothecæ,
10 quemadmodum & fiscus. Tertium * & maius du-
bium in hac causa est, quæ hypotheca istarum ta-
citarum præferatur. Pro actoribus facit: nam ipsi
sunt in tacita hypotheca pariter vt fiscus priuile-
11 giati; vt est pupillus: tunc enim in pari causa *
qui prior est in tempore potior est in iure: vt in l.
ij. C. de priuileg. fisci. hic præsupponitur admini-
strationem tutelarum præcessisse: ergo &c. Et si
dicat, * quòd priuilegium fisci est quòd in bonis 12
postea quæsitis, id est, post hypothecam contra-
ctam, præfertur ipse fiscus, vt dicit tex. in l. si is
qui. ff. de iure fisci: etiam si habuit anteriorem in
tempore, vt ibi. Ad hoc posset responderi, quòd
ille textus loquitur in fisco concurrente cum alio
priuato. secus si concurrit cum persona priuilegia-
ta, vt est pupillus: tunc enim in pari causa qui prior
est in tempore, potior est in iure, etiam in quæsi-
tis post vtriusque obliga. iste est textus, & ita illum
summat Bar. in l.fina.ff.qui pot.in pig.hab.& ita te-
net Bar. ibi.& in d.l. si is qui. Ange.in ea. l. si is qui
Bal.in d.l.si.in summario. licet Ful.in e.l.fi.& Sal in
l.licet. C.qui pot. in pig.ha. teneant quòd concur-
rat vterque, prior scilicet & posterior in bonis po-
stea quæsitis. Pro d. Regina facit: nam esto quòd
vera sit opi.Bar.de qua proxime, & sequacium: ta-
men illa loquitur simpliciter in debitore fisci: * at 13
hic sumus in eo quod debetur fisco ex causa primi-
pilaris administrationis, quo casu fiscus esset præ-
ferendus omnibus etiam anterioribus creditori-
bus, etiam habentibus expressam hypothecam, qui-
bus fiscus simpliciter non præferretur, vt no. Ang.
in l.assiduis.C.qui pot.in pig.hab.& quòd fiscus in
debito primipilari præferatur etiam personæ pri-
uilegiatæ habẽti anteriorem contra d.l.secundam.
C. de priuil. fisci. est tex. in l.vtilitas.C.de primipi-
lo.lib.xij. vbi si concurrunt super bonis primipila-
rij fiscus, cui ille debitor erat occasione officij pro
sua tacita hypotheca: & ex parte alia vxor pro sua
hypotheca dotis tacita, præfertur fiscus vxori. &
istud est etiam si tacita mulieris præcessisset: nam
Ang. in d.l.ij.C. de priuil. fisci, dicit eam non ha-
bere locum in debito primipilari. Item pro hoc
tex. in l.satis.in quib.cau. pi.vel hypo. ta. contrah.
vbi * in bonis datis primipilo in dotem ab vxore 14
contrahitur tacita hypotheca fisco, in qua præfer-
tur ipsi vxori. Ideo Dyn. in regula, qui prior. de
reg. iu.in vj. dum dat plures limitationes ad istam
regulam: inter aliâs dicit. Item fallit in fisco agen-
re ex causa primipili, vt. C. in quib. cau. pign. vel
hypo.ta.cont.l.satis iccirco Ioannes petrus de Fer-
rariis in sua practica dicta Papiensi generalius lo-
quens in xij.col.§.sub eadem oblig. verborum, dum
recitat limitationes ad d. regulam dicit, item fal-
lit in fisco qui in causa primipilari præfertur om-
nibus. vt l. satis.C.in quib. cau. pig.ta.contrah. Et
quòd sumus hic in primipilari debito facit: nam
Loysius bene erat thesaurarius generalis dominæ
Reginæ filiæ, & substitutus in thesauriatu d. Regi-
næ matris per d.Comitem Triuenti, ergo primipi-
lus præsupponendo communicationem priuile-
giorum Regis cum regina. Et hoc probatur primò
per glo.in rub. C.de primipilo. quæ dicit, quòd * 15
primipilarij dicuntur primi administratores, &
quòd ita sumitur in l. solita. & in l.ordinariorum.
de coart. lib.xij. & quamuis gl. ibi det aliam expo-
sitionem, videlicet vt sumatur pro his qui primum
pilum gerunt, tamen non recedit à suprà dictis; vt
sic vtroque modo accipi possit, & debeat. Secun-
dò per gl. in l. officialis. C. de epi.& cle. in versi
primipili. id est primæ & maximæ administrationis
quam gerebat. Tertiò per gl. in l. quisquis emer-
sis.C.eo. tit. vbi exponit primipilares, pro his qui

primi sunt administratores & rationales principis licet quo ad materiam illius l. variè exponat. Quartò per glo. in l. sed & milites. §. fin. ff. de execu. tuto. text. ibi loquitur de his qui exercent primipilum. glo. exponit, id est vexillum, & subdit aliàs sumitur seu dicitur administrator maior. Quintò per glo. in l. pater. ff. de adi. leg. vbi rationem primipili exponit, id est, cuiusdam administrationis in qua multa commoda & lucra fuerunt. Sextò
16 nam * Ange. in l. j. C. de priuil. fisci. dicit quòd primipilarius est officium maius Principis, & credo dicit, quòd intelligatur de generali thesaurario Principis, in cuius bursa omnes introitus Principis sunt, & quòd in Curia appellatur primipilarius camerarius d. nostri Papæ. Septimò adducitur idem Ange. in l. satis. C. in quib. cau. pi. vel hypo. tacitè contrah. vbi dicit, quòd primipilarius administrator est vniuersalis collector pecuniarũ quæ soluuntur cameræ imperiali seu apostolicæ. Octauò facit quod not. Alex. in l. à diuo Pio. §. in venditione. x. col. de re iudi. in addi. incip. in quantum glo. dicit, vbi ponit primipilatem pro administratore rerum Principis. Nonò facit Laud. qui in tract. de Fisco not. ccxiiij. dicit, quòd maior thesaurarius Principis, qui in ciuitate Senensi appellatur Camerlingus gabellæ, in cuius bursam regulariter veniunt omnes introitus Principis, habet officium primipilare. & alleg. Angel. in dicta l. j. C. de priuileg. fisci. Decimò facit Franciscus de Parma in tracta. de priuileg. fisci. in xviij. priuileg. vbi dicit quòd maior thesaurarius Principis, qui appellatur Camerlingus gabellæ: in cuius bursa veniunt omnes introitus Principis, habet officium primipilatus. Et quamuis Lucas de penna in l. vtilitas, de primipilo. libro duodecimo, in fi-
17 ne secundæ columnæ, dicat sic, fortè * enim primipilarius recipiebat à fisco stipendia pro se & militibus sub se. vel vexillo, aut pilo suo consistentibus quæ non erogauit: vel recepto pro se stipendio militari deseruit & aufugit, quare tenetur etiã vxor vt hic: & filij, licet non sint hæredes. vt infrà. l. proxima. Sed quòd hoc officium consistat in administratione pecuniæ, colligitur in C. de epis. & cle. l. officiales. & C. de priuil. fis. l. j. & ff. de adi. leg. l. pater. & hoc patet bene ex dictis Vegetij. primipilarius enim qui est signifer comprobat dimidiam totius stipendij omnium militum apud signa: vt ipse ponit lib. ij. c. xx. vel merita & commoda velut caput idem. c. viij. & subdit Lucas, quòd hic est verus intellectus legum & concordantium, quæ de materia, & bonis primipilariorum loquuntur. tamen si bene aduertatur, Lucas ponit originem officij, & non negat quin loco illius antiqui hodie sit administrator generalis: maximè per illa verba, quæ dicunt illud officiũ consistere in administratione pecuniæ. Sic quamuis
18 Abb. in c. ex parte. prope fin. de consue. dicat * sic: & dicuntur primipilarij illi qui deferebant in bello prima pila, id est tela, & propter magnum periculum quod in eis vertebatur, cum erant primi in bello, fuit inducta ista specialitas, vt si ipsi condemnati, quòd se fraude gesserint in officio, non habent vnde soluant, potest manus extendi ad bona vxoris & filiorum. tamen nõ negat Abbas, quin ad instar illorum, hodie sumantur administratores primi pecuniarum fiscalium. Fuit votatum in fauorem dicti Sberti & fratrum. Iterum petij Siciliam & sic secundò in mense Martij 1518. 14. dicti mensis.

SVMMARIVM.

1 Maiestatis crimen qualiter & quot modis committatur, ferè per totam decis.

2 Crimen læsæ Maiestatis aliter committitur in ciuitatem Romanam, vel aliam non recognoscentem superiorem: & aliter in aliam ciuitatem & nu. 18.

3 Seditiosi qui sint, & qualiter puniendi. & numero 5.

4 Patriæ proditor ad finem vt auferat à Principe dicitur committere crimen læsæ maiestatis.

6 Seditiosi concitantes rumorem studiosè, puniuntur eorum pœna: secus si per accidens tumultus incideret.

7 Officialis aut Princeps occisus ob inimicitias vel à se defendente, non dat locum pœnæ de seditiosis.

8 Iniurians aut violans res, vel familiam, aut Curiales Regis in Curia morantes, duplicatam pœnam patitur.

9 Reges Siciliæ, non habentes licitè Regnum, incidunt in l. Iul. Maiestatis: & condemnantur ab Ecclesia Romana.

10 Baro carcerans aut prohibens ire vassallos appellantes ad regiam Curiam quando teneatur crimine læsæ Maiestatis.

11 Collaterales Principis parificantur Principi quo ad pœnam offendentium eos: nisi fiat occisio causa inimicitiæ. & nume. 15.

12 Officiali offenso respectu dignitatis, vel vt persona priuata, recurritur ad præsumptiones vel coniecturas.

13 Coniectura vassali offendentis dominum qualiter & quot modis inueniatur.

14 Fiscus & resp. idem sunt.

16 Rebellis Imperij an quis reputari debeat antequam feratur sententia condemnatoria.

17 Fellonia seu iniuria, qua feudum perditur ipso iure, transit etiam in hæredem: cum trahat secum executionẽ. Capitula, causa, & casus l. Iul. Maiestatis sunt ibi.

18 Pœna l. Iuliæ Maiestatis in primo capite quæ sit. & in secundo capite. nume. 22.

19 Memoria delinquentis dãnatur in duobus tantum casibus scilicet quãdo committit contra Principem, & Rempu. Romanam.

21 Priuata persona suscipiens ex se magistratum committit crimen vsurpatæ iurisdictionis. & numero 28.

22 Officialis si committat alij causas criminales, tam ordinator quàm ordinatus puniuntur omnibus bonis & officio in Regno. & nu. 29.

23 Vniuersitas creans officialem in ciuilibus & criminalibus debet desolari: & homines angarij in perpetuum haberi. & nume. 31.

24 Baro qui sine regia concessione exerceat iusticiariatus

tus officium in terris suis, priuabitur eis, si tantum eiusdem iurisdictionem habebat & numero 30.

35 *Pœna capitalis de iure cōmuni commutatur in publicationem bonorum in Regno circa crimen lesæ Maie.& nu.33.*

36 *Magistratuum creatio est de regalibus ad Principem spectantibus.*

37 *Usurpantes iurisdictionem qualiter puniantur. & nume.32.*

34 *Officialis regius vtrum possit ll. transgredi contra populos & gentes insurgentes ex frequenti motu & consuetudine ad cōmittenda facinora & scandala.*

35 *Tyranni sunt instrumentum iustitiæ diuinæ ad puniendum delicta hominū, sicut Rex Assyriorum super Israeliticum populum: & Rex Gotthorum flagellum Dei super Italiam: & Dionysius Siciliæ rexit in virga ferrea.*

36 *Homines transmutantur in natura regionis & loci vbi viuendo frequentant: sicut planta transplantata.*

37 *Sicilia ter populata fuit de gentibus Gallicis.*

38 *Regimen & dominium debet ordinari secundū gentis dispositionem.*

39 *Sicilia, Sardinia, & Corsica semper habuerunt tyrannos propter eorum prauos mores.*

40 *Confiscare omnia bona quibus iudicibus licet. & nume.41.*

42 *Ciuitas rebellis officiali Principis propter Principem dicitur hostis: secus si rebellasset propter ipsum officialem.*

43 *Andreas de Iser fuit occisus à quodā Gallo Neapo. ante portam Petrutij reuertendo domum è Castello nouo, propter sententiam latam contra occisorem: vnde mors eius Consiliarij Regij fuit habita pro crimine lesæ maiesta.*

44 *Princeps concedendo potestatem generalem vel specialem officiali, quam potestatem dicitur concessisse.*

45 *Præfecti prætorio quam potestatem habeant in Prouincijs sibi deputatis.*

46 *Vicarius Papæ in terris ecclesiæ, vt dominus Camerini & similes, est loco præfecti prætorio.*

47 *Conatus solus seu tractatus de occidendo Potestatem vel alium officialem punitur crimine lesæ maiestatis.*

48 *Crimen lesæ maiestatis committitur ab occidente officialem habente merum imperium.*

49 *Vicerex & Vicarius Principis an parificentur Principi quo ad offendentes eos, & fere per totam questionem*

50 *Extrauagantes leges vtrum seruētur in Regnis Siciliæ.*

51 *Pœna lesæ Maiestatis complectitur hodie filios & nepotes.*

52 *Extrauagantes factæ sunt in Anno Domini 1312.*

53 *Leges Imperatorum seruantur in terris ecclesiæ vbi non contrariantur iuri canonico.*

54 *Maiestatis crimen quot habet specialia.*

55 *Minor in crimine lesæ maiestatis torquetur.*

56 *Abolitio per statutum concessa delinquentibus non procedit in crimine lesæ maiestatis.*

57 *Socius criminis admittitur contra socium in crimine lesæ maiestatis.*

58 *Frater accusat fratrem in crimine lesæ maiestatis.*

59 *Mulier potest accusare in crimine lesæ maiestatis.*

60 *Impubes authoritate tutoris accusat in crimine lesæ maiestatis.*

61 *Miles accusat in crimine lesæ maiestatis.*

62 *Delinquens in crimine lesæ maiestatis fit intestabilis.*

63 *Accusari post mortem potest in crimine lesæ maiestatis.*

64 *Appellari non potest in crimine lesæ maiestatis.*

65 *Sciens & non reuelans quando punitur, vt faciens in crimine lesæ maiestatis. & nu.68.*

66 *Officialis inuasus debet protegi à præsentibus: alias præsentes ipsi puniuntur. & nu.69.*

67 *Conscius criminis quando puniatur.*

70 *Uniuersitas potest delinquere omittendo.*

71 *Bona rebellium possunt à Rege dirui.*

72 *Domus in quibus casibus possunt ab officialibus dirui. Quid de vineis, viridariis, & arboribus delinquentium.*

73 *Creditores delinquentium an impedire valeant domum vel vineam dirui. quid de vxore delinquentis.*

74 *Duellum in Regno quando habeat locum.*

75 *Clericus degradatur per coniurationem factam contra Principem, vel dominum terræ.*

76 *Arma seu insignia baronū in quo casu destruantur.*

DECISIO CXXX.

Dubia quæ occurrerunt in causis reuolutionum Siciliæ lesæ maiestatis capita.

Panhormi.


RIMVM dubium est * quot sint 1
capita l. Iuliæ maiestatis. pro quo de-
clarando recitabimus capitula dictæ
legis, & ex l. j. ff eod. titu. colliguntur
hæc: dicitur enim ibi. Maiestatis cri-
men est cum quid committitur aduersus Pop. Ro.
vel aduersus securitatem eius: quo crimine tene-
tur is, cuius opera, dolo malo consilium initum
est, vt obsides in iussu Principis liberarentur. Is
cuius opera, dolo malo consilium initum est, vt
armati homines in vrbe sint, conueniatúrve ad-
uersus rempubl. locáue occupent, vel templa. Is
cuius opera, dolo malo consilium initum est, vt
cœtus conuentúsve fiant, hominésve ad seditio-
nem conuocentur. Et not.* quòd hæc duo proxi- 2
ma præcedentia capitula videntur, quòd habeant
locum quando in eis contenta committerentur
in ciuitate Romana, vt not. glos. ibi in versicu. in
vrbe sint. Dicit tamen ibi Bartol. quòd qui facit
congregationem gentis in alia ciuitate, tenetur l.
Iulia de vi. allegat. l. cum l. sequen. ff. ad legem Iu-
liam de vi. & l. fina. C. eodem titulo: Et id quod di-
ctum est de ciuitate Romana, habet locum etiam

in ciuitate nnn recognoscente superiorem, vt in
addit. ad Bartol. in dicta l. j. vltima colum. ff. ad le-
gem Iuliam maiesta. vbi vide allegationes. Et in eo
3 * qui congregat seu mouet plebem ad seditionem
in detrimentum Reipub. est etiam pœna seditiosi,
quæ habet locum etiam in eo, qui in Castro facu-
ret talem commotionem: vt est text. in l. j. iuncta
glos. j. C. de seditiosis. & exemplificat glos. secunda
ibi, illam l. in eo qui volebat expellere Potestatem
seu deponere. & Bal. in l. data opera. C. qui accusa.
non possunt inter causas in quibus debet quis mo-
ri, ponit istas: videlicet fautores seditionis vel
tradimenti. allegat l. fautores. ff. de pœn. concitan-
tes populum gridando viuat, vel moriatur. alle-
gat dicta l. primam. C. de seditiosis, qui inuadunt
castra, ciuitates vel oppida. & alleg. l. primam infra
de sedit. & l. primam. §. loca. ff. ad legem Iul. maie-
statis & vide glos. in l. fallaciter. C. de abolitio. in
versicu. prodita. quæ dicit, quòd is qui prodit pa-
triam est in crimine læsæ maiestatis. sed Salyc. ibi
4 limitat * quando proderetur ad finem, vt prin-
cipi auferatur: refert Areti. in tracta. malefic. in
versicu. che hai tradito la tua patria. in secunda co-
lumna. Lucas in rubric. C. public. lætitiæ. lib. xij. di-
cit hæc verba, si quis mouerit seditionem in ciui-
tate vtens acclamationibus dicens viuat vel mo-
riatur talis: vel pro specie aut quæsito colore bo-
ni ad malum, tamen exclamat, & dicat populo,
vt sæpenumero fit in ciuitatibus Italiæ, vt tumul-
tum impetúmue committat, vel conuenticulam
collecta multitudine in qualibet parte ciuitatis
vel via vel cuiuscunque loci colligere in secreto,
aut celebrare in publico conetur, aut seditionem
mouere tentaret: quia ex hoc generalis pax loci,
aut tranquillitas violatur, vltimo supplicio pu-
nietur l. denunciamus. suprà de his qui ad eccles.
confu. & idem si qualitercunque ad se trahere ple-
bem aduersus publicam disciplinam aliqua ratio-
ne tentaret. suprà de seditio. l. prima idem si pro
inuadendo aliquo officio, vel honore in ciuitate,
aut pro aliquo officio, vel rumorem populi re-
mouendo, vel similibus tumultuosis clamoribus
populus concitatur. C. de sedit. l. secunda ex his
enim pax & quies locorum publica violatur. Et
prædicta locum habēt, cum id sæpius delinquentes
admiserunt, vel à præside admoniti ab his illicitis
actibus cessare noluerint: nam pro vnico actu, vbi
nihil periculi, aut grauioris maleficij est inde se-
cutum, pro prima vice delinquentes huiusmodi,
aut cæsi virgis dimittuntur, aut eis spectaculis in-
terdicitur. ff. de pœn. l. capitalium. §. solent. & l. si
5 quis aliud. §. actores. Pœna autem * seditiosi quæ
sit, glos. in dicta l. prima in versicu. grauissimam,
ponit duas opin. primò vt sit pœna mortis propter
illud verbum grauissimam, per l. fina. ff. de pœn. se-
cundò quòd puniatur quis pro qualitate personæ
& dignitatis, vt vel furca suspendatur, vel bestiis
subiiciatur, vel in insulam deportetur. l. si quis
aliquid. §. finali. ff. de pœn. Bald. ibi summario dicit
quòd debet mori pœna seditiosi. Angel. in summa-
rio l. primæ, eodem titulo. dicit quòd congregans
plebem in detrimentum reipublicæ debet capita-
liter puniri, sed in lege secunda. dicit, nota hanc l.
& sequentem contra facientes & cōcitantes rumo-

rem in populo: nam capitaliter puniuntur, &
quandoque figuntur furcis, quandoque subiiciun-
tur bestiis, quandoque * deportantur pro quali- 6
tate personæ, vt in l. si quis aliquid. §. secundo. ff.
de pœn. & intelligit Angel. illas leges in concitan-
te rumorem studiose, & ad finem tumultus: si au-
tem per accidens tumultus inciderit, erit quis alia
pœna puniendus secundum eum. Salyce. not. in d.
l. j. dum glos. ibi. suprà relata ponit duas opin. dicit
quòd prima est approbata in practica, sed ipse se-
cundam putat tutiorem de iure. & intelligit Saly.
ibi prima colum. illas ll. non habere locum in ac-
currentibus ad tumultum per lasciuiam nihil vl-
tra peccantibus. Is cuius opera * & consilio dolo 7
malo consilium initum fuit, quo quis magistratus
populi Romani, quiue imperiū potestatémue ha-
beat occidatur. & vide Andr. in constitu. regni. vt
participatio. in secunda col. qui alleg. istum text. &
dicit hoc habere locum, quando in exitium reipu.
hoc fieret, vt careat prouincia tali rectore, non si
ob inimicitias proprias, non etiam quando quis
occideret officialem defendendo se cum modera-
mine inculpatæ tutelæ: & dicit quòd eadem ra-
tione id esset in Principe, si vellet aliquem spe-
ciali odio occidere cōtra iustitiam: & subdit quòd
In dubio pro Principe præsumeretur, & recitat de
Rege Manfredo qui occidit Borcillum de Anglo-
ne in Theano, non volens expectare quòd alius fa-
ceret, & vide d. constitutionem, vt participatio. de
iniuriis curialibus illatis. vbi is * qui infert vio- 8
lentiam vel iniuriam in rebus vel familia officia-
libus Regis in Curia Regis morantibus, duplica-
tam pœnam patitur, quàm si intulisset aliis. & li-
mitat Andræas ibi hoc, nisi iniuria fieret ob ini-
micitias particulares. Ad quod est constitutio, cos.
de repulsa officialium, alias de iniuri. cur. perso.
cætera ad hoc capitulum videbimus infra, vbi de
lege quisquis. Is cuius opera & consilio dolo ma-
lo consilium initum fuit, vt quis contra Rempub.
arma ferat. Is qui hostibus populi Romani nun-
cium literas ve miserit signúm ve dederit. Is qui do-
lo malo fecit vt hostes populi Romani consilio
iuuentur aduersus Rempub. Is qui milites populi
Romani solicitauerit, aut cōcitauerit ad tumultū
aut seditionem aduersus rempu. Ex l. ij. eo. tit. ff. ad
l. Iul. maie. colliguntur ista, videlicet: Is qui de pro-
uincia cum ei successor datus esset non decesserit.
Is qui exercitū deseruerit. Is qui priuatus ad hostes
profugerit. Is qui sciens falsum conscripserit vel
recitauerit in tabulis publicis, nam & hoc capite
primo maiestatis numeratur. Non videtur iste tex.
inferre quòd omnia posita in præcedentibus spe-
ctent ad primum caput; in præcedentibus enim est
de eo qui occidit magistratum Po. Rom. sed nos
in primo capite ponimus solum quando commit-
titur contra personam Principis vel rempub. vt j.
in secundo dubio. Quidam mod. Siculi ponderant
istum text. quasi quòd omnia præcedentia sint in
primo capite numerata. Item ex l. tertia. Is qui con
tra rempub. hostes concitauerit. Is qui opem ho-
stibus tradiderit. Maiestatem publicam lædens,
vt est is qui bellis cesserit retro. Is qui contra Prin
cipis volūtatem arcem tenuerit. Is qui castra con-
cesserit inimicis. Is qui iniussu Principis bellum
gesserit

gesserit inimicis. Is qui iniussu Principis delectum
militum habuerit, aut exercitum comparauerit.
Et vide Andr. in constitu. Regni, Comes vel ba-
ro. vbi allegat hunc text. Is qui tenens in prouin-
cia sibi commissa exercitum, illum successori tra-
dere recusauerit. Is qui imperium aut exercitum
populi Romani deseruerit. Is qui priuatus gesserit
quid sciens, dolo malo pro potestate magistratúue.
Et vide Andr. in constitu. regni, duram & diram.
vbi allegat hunc text. Constitutio enim illa impo-
nit huiusmodi personis pœnam publicationis bo-
norum tantum, & eximit à pœna capitis, quando
criminalis tantum iurisdictio vsurparetur, de quo
infra. Quidue eorum quæ supra scripta sunt facere
curauerit: & vide Barto. hic, qui per istum text. in
9 versicu. is qui priuatus. dicit, * quòd ecclesia Ro-
mana condemnat omnes istos, qui dicunt se Re-
ges Siciliæ, cum non habeant Regnum licitè, in-
cidunt in leg. Iul. maiestatis. Item ex l. quarta. Is cu-
ius dolo malo iureiurando quid actum est quod
faciat aduersus rempublicam. Is cuius dolo malo
exercitus populi Romani in insidias deductus ho-
stibúsue proditus erit. Is cuius dolo malo factum
est quo minus hostes in populi Romani potesta-
tem veniant. Is cuius opera dolo malo hostes po-
puli Romani commeatu, armis, telis, equis, pecu-
nia aliáue aliqua re adiuti erunt. Is cuius opera do-
lo malo ex amicis aliqui hostes Po. Rom. fierent. Is
cuius dolo malo opera factum est, vt Rex exteræ
nationis Po. Ro. minus obtemperet. Per istum tex.
dicebat Luc. de pen. in l. prima. in fi. C. vt nemo ad
10 suum pat. quòd Barones * prohibentes eorum va-
sallos pro querelis delictorum venire ad Regem,
videntur teneri crimine læsæ maiestatis, prout re-
fert Paris in syndica. c. de excessibus Baronũ. §. iij.
quod limitat d. Paris vbi suprà, nisi ipse Baro habe-
ret merum & mixtũ imperium in terris suis, vel co-
gnitionem primarũ causarum ciuilium & crimina-
lium: nam posset secundum eum prohibere vassal-
lum, ne in derogationem iurisdictionis & priuile-
giorum suorum veniat ad Curiam Regis. Et not.
hæc contra nonnullos Barones Regni. qui (vt fer-
tur) carcerant subditos appellantes ad regia tribu-
nalia. Is cuius dolo malo opera factum est, quo ma-
gis obsides, pecunia, iumenta, hostibus Populi Ro-
mani dentur aduersus rem publicam. Is qui con-
fessum in iudicio reum crimine læsæ maiestatis, &
propter hoc in vincula coniectum emiserit. Item
ex l. qui statuas. Item qui statuas aut imagines Im-
peratoris iam cõsecratas conflauerit, aliúdve quid
simile admiserit. Item ex lege pœna. Is cuius ope,
consilio, dolo malo prouincia vel ciuitas ab hosti-
bus prodita est. Item ex l. quisquis. C. ad legem Iul.
11 maiesta. Is qui tractat * vel perficit necem collate-
ralium Imperatoris siue consiliarij, siue milites,
vel alij sint illi collaterales, & multomagis ipsius
Imperatoris. & dicit Cyn. ibi. quem refert & se-
quitur ibidem Salyce. quòd in personam Princi-
pis & eius latus astantes, seu qui sunt pars corpo-
ris sui, proprie crimen læsæ maiestatis committi-
tur, improprie in cæteris capitulis d. Paris in ver-
12 sicu. iniuria officialis. §. an officialis. dubitat * si
commissum est delictum in officialem., & sit du-
bium, an sit commissum respectu iurisdictionis
vel dignitatis suæ: an verò vt in priuatam perso-
nam, quid tunc esset iudicandum? & dicit, quòd
erit recurrendum ad coniecturas & præsumptio-
nes. per not. per Andr. in titu. hic finitur lex. & per
eundem in titu. quibus modis feu. amit. vbi * si non 13
potest probari liquido, quòd vasallus ad damnum
Domini reuelauerit credentiam, sumitur proba-
tio ex coniecturis: si aliàs Dominum habuit odio,
aut aliàs damnificauerit Dominum ex aliqua cau-
sa: & per not. per ipsum in titu. ex quibus cau feud.
amit. §. porro: & in titu. de prohib. alien. per Lotb.
§. & si vasallus: vbi latè scribit, quòd coniectura
sumitur ex personis, ex causis, ex seruitiis, ex in-
dustria, ex pecuniis, ex consanguinitate, ex ami-
citia, societate, & conuersatione. hæc Paris. Sed
Andr. in constitu. reg. vt participatio. ij. colum. di-
cit, si quis ergo occidat habentem merum impe-
rium dicitur committere crimen læsæ maiesta. ff.
ad legem Iul. maiesta. l. prima §. j. ibi, cuiúsve: & hoc
intelligendum secundum eum quando in exitium
reipublicæ quæ rex est, hoc fit, fiscus enim * & respu 14
blica idem sunt. ff. de bonorum possessio. l. non est
ambigendum. & patet per Senecam primo de cle.
vt in superioribus dictum est: vt careat Princeps
tali milite, vel vt prouincia sine rectore remane-
ret: quòd ad aliquod malum rebellionis perueni-
ret, occidit iustitiarium: & hoc dicitur in l. quis-
quis. C. ad legem Iul. maiest. quòd cum barbaris &
hostibus factionem, aliàs causam conceperat de
occidendis Collateralibus. Aliàs si non contra
Principem, sed quia erat inimicus occidentis: non
dicitur crimen læsæ maiesta. committere: id enim
est quando contra Principem hostili animo quis
animatur. ff. ad legem Iul. maiest. l. fiua. & de bo. lib.
l. j. quòd hic non est: licet ergo lædatur Princeps
ipse & respublica quia carent tali homine: iudica-
tur delictum à principali intentione, quæ fuit non
contra Principem agere: nam etiam secũdum An-
gel. peccatum est in voluntate. ff. de fur. l. qui iniu-
riæ patet. ff. de capti. & postli. reuer. l. si quis inge-
nuam. §. in ciuilibus: quomodo peccauerit con-
tra Principem ille qui in animo hoc gerebat: aliàs
non gerebat, sed vindicauit se de inimico suo: hoc
dici non potest, sicut non dicitur abesse causa rei-
pub. qui causa sui cõmodi abest. ff. ex quib. cau. ma-
io. l. verum. Et ad intel. d. l. quisquis. vide Andr. in
titu. quæ sint regalia. in versicu. & bona commit-
tentis crimen læsæ maiesta. in septima columna. in
versicu. animaduertendum est etiam quòd vulgari-
ter. vbi ad constitutionem, humanitatem, quam-
æque intelligit cum dicta l. quisquis, dicit hæc ver-
ba. Sed hoc intelligendum est quando ille qui oc-
cidit collateralem, vel ad actum occidendi cogi-
tatum perduxit, inijt de hoc factionem seu conspi-
rationem cũ hostibus Regis & principis militibus
vel non militibus, vt dicit litera d. l. quisquis. Inde
subdit paulo pòst: & sic * quisquis occideret cancel 15
lariũ Regis vel Principis, secretariũ vel aliũ Colla
teralem intimũ propter inimicitiã quã haberet se-
cum, nõ tangentẽ Regem vel Imperium, vt dicitur
ibi factione cũ hostibus non inita: nõ videtur esse
crimẽ læsæ maiest. quia nõ offendit intentionaliter
Principem: & paulo pòst adducit constitutionem
de iniur. off. illat. l. iij. & tit. sequen. & constitutio-

nem, eos tantum: secus si fecit in odium Principis. & paulo pòst dicit: sed si in exitium ciuitatis & damnum reipublicæ, sicut dictũ est, vt careret tali strenuo viro Princeps vel Rex, vel propter iustitiam quam fecit, vel consuluit vt fieret hostis & reus maiest. per ar. à contrario sensu &c. & idem in viij. colum. versicu. vnde contra Collateralem, dicit: vnde contra Collateralem inire factionẽ cum hostibus qualitercunque etiam propter odium est crimen maiest. quia l. quisquis. indistinctè loquitur, indistinctè intelligitur. ff. de aleato. l. j. si sine factione cum hostibus distinguitur, vtrum propter odium speciale, propter damnum Principis & reipubl. quæ idem sunt. inde subdit & in hoc videtur contradicere prædictis dicens: sed si contra Collateralem inirem factionem cum hostibus propter odium non in damnum reipub. nõ est crimen maiestatis, si in damnũ reipub. vel Principis sic, vt patet ex prædictis: vbi verò contra Principem attentatur hoc sine factione: vel cum etiã factio sit inita per subditos Principis, habet lucum l. quisquis. hæc And. & vide circa prædicta Laudẽsem in tract. de Principe, not. xxj. qui dicit, quòd priuata inimicitia nõ excusat à pœna rebellionis: allegat Inn. & Bal. in c. j. de offic. del. licet Bart. teneat contrarium secundum eum in l. hostes. de captiuis. cuius sententia dum ipse videtur humanior: aliqua alia circa d. l. quisquis. videbis infrà. Item ex extrauaganti Henrici Imper. in titul. qui sint rebel. Is qui quocunque modo publice vel occulte contra Imperatoris honorem & fidelitatem rebellionis opera facit & contra Imperij prosperitatem aliquid machinatur, contra Imperatorẽ seu officiales suos in his quæ ad commissum eis officium pertinent rebellando: & dum tex. ibi dicit contra Imperatoris honorem, Bar. ibi in versi. nostrum honorẽ: dicit scilicet personæ vel Imperij: & dũ text. dicit facient rebellionis opera. Bar. ibi in ver. faciunt, dicit, loquitur ergo de ea rebellione, quę in faciendo consistit, vt eo cooperendo se in numero hostium, insequendo Principem & gentem eius: & Bar. ibidem in gl. in ver. machinantur. exemplificat illam. l. quando Imperator volebat nuncius vellet ingredi ciuitatem pro recuperandis iuribus Imperij, & aliqui responderent, quòd intromittere eũ vel gentem eius esset periculosum statui eorum, & sic tenẽt eos in verbis, & sic labitur tempus quo multa posset facere pro Imperij prosperitate: & Bart. ibidem in versicu. rebellando, declarando qualiter contra officiales Imperatoris dicitur quis rebellare in terminis illius l. dicit, intellige quando rebellat pro his quæ petuntur pro statu imperij: & vide an dici possit quòd dicta l. non loquatur in eo qui machinatur contra officiales Imperatoris, scilicet contra personas eorum, vt quia eos interficere conantur vel tractant: sed solum quando machinantur rebellando contra eos, mandantes aliquid pro statu imperij per illa verba, in his quæ ad commissum eis officium pertinent &c. vide Laud. in tract. de crimine læsæ maiestat. xij. ont. quòd illę dicitur facere contra statum Principis, qui vult dirigere statum ad aliud regimen, puta ad alium Principem. allegat. Bald. in l. j. §. huius studij. ff. de iusti. & iure. Et not. bene hanc extrauagantem, quoniam in

terris in quibus seruatur, si volumus tenere quod rebellando contra officiales regios puta contra Vicarium (aliter quàm committendo contra personam vel statum Regis) vt in eos qui Vicarium ipsum expellunt vel interficiunt committatur crimen rebellionis, de quo in illo ca. si moritur delinquens ante sententiam, esto quòd non possit damnari memoria, vt infrà in secundo dubio: tamen feuda & bona sunt deuoluta ad fiscũ, & in eis non habet successorem: hoc probo: nam in d. extrauaganti Henrici dubitabatur, an debeat * quis reputari rebellis Imperij antequam feratur sententia condemnatoria, & respondet Imperator inferendo, quòd sic. primò dum dicit, attendentes quòd acta praua malorum potius quàm verba sententiarum ipsos faciunt pœna condignos: deinde & secundò dum dicit, declaramus, decernimus, & pronuntiamus, quòd illi omnes & singuli sunt rebelles. Hoc ergo fundato sequitur, quòd quãdo fellonia est talis, quòd feudũ perditur ipso iure, & sic sit iniuria quæ trahit secum executionẽ, etiam in hæredem transit: vt eleganter no. ff. quòd quisq; iuris. l. iij. §. quod ait prętor. ita Bal. in l. imperialẽ. §. insuper. vlt. col. de proh. feu. aliena. per Fede. & idem secũdum eũ si esset commissa fellonia alienãdo, quæ contraheretur ipso iure etiam sine pacto, vt ea. l. §. callidis. in text. & gl. vel etiam alia fellonia, esset tamen appositum pactum, quòd pereat vasallus caderet à feudo ipso iure, tale præiudicium transiret in hæredem etiam querela non præparata: quod est not. secundum eum. Item ex e. Felicis. de pœ. lib. vj. is qui insequitur, percusserit ue dominos Card. ceperit ue eos, aut consilium, vel fauorem circa hæc præstiterit. Ex prædictis patet plura esse capitula. l. Iulia maiestat. text. in l. fina. ff. eod. appellat causas: dum enim ibi dicitur * damnari memoriam hominis in crimine perduellionis, subiungitur, cæterum si quis ex alia causa leg. Iul. maiest. reus sit &c. Glosæ appellant capitula, vt facit glos. institut. de publ. iudic. §. publica autem. ibi intelligas in duobus capitulis illius l. glo. in l. antepenul. ff. ad legem Iul. maiesta. dum illa l. vult quòd libertorum bona reseruentur filiis damnatorum crimine læsæ maiesta. dicit eam procedere in aliis capitulis quam contra principem vel rempub. glos. fina. in l. j. C. de bonis lib. nominat etiam capitula ibi, aut in alio capitulo: & ibi, vel dic, quòd in aliis capitulis. glo. in l. penul. C. eod. titu. ad legem Iul. maiest. dum ibi dicitur damnari in hoc crimine memoria hominis dicit. Quod intellige in duobus capitulis illius l. quando scilicet cõtra principem vel rempub. molitus est: non in aliis, vt ff. eod. l. fin. At meo iudicio respondendo primo dubio crimen hoc habet tantum duo capita: in primo capite ponẽdi sunt omnes casus causæ, & capitula in quibus molitur quis contra principem vel rempub. Sicut est videre in pluribus casibus ex suprà narratis: vt in maiori eorum parte prout ingeniosus lector eliciet: & ideo Iurisconsul. in d. l. ij. ff. ad l. Iul. maiest. loqnes in eo qui falsum conscripserit vel recitauerit in tabulis pu. in damnum reipu. dicit: nam & hoc capite primo l. Iul. maiest. enumeratur. In secundo verò capite ponantur aliæ causæ ex superius expressis: in quibus quis non molitur contra principem vel rempubl.

princip

principaliter: ideo Cyn. etiam quem supra retuli in d. l. quisquis. dicebat. quòd in personam principis & eius latus assistẽtes: & idem intelligo si in rempublicam cõmittitur crimen læsæ maiestatis proprie: in cæteris verò capitulis improprie: de quo etiam per Aretinum, in Tractatu maleficiorum, in versiculo Che hai tradito la tua patria. secunda columna. Dare ergo operam, quòd Magistratus populi Roma. occidatur, item quòd priuatus gerat se pro magistratu, videntur esse in secundo capite collocanda: dare operam quòd Magistratus po. Rom. expellatur concitata plebe, ad hoc videtur esse crimen seditiosi: non læsæ maiest. de iure
18 digestorum & C. Secundum * dubium est quæ sit
pœna l. iul. maiest. In primo capite. text. institu. de pub. iudic. §. publica autem. dicit, lex Iul. maiest. in eos qui contra Imperatorem vel rempublicam aliquid moliti sunt suum vigorem extendit. Cuius pœnam animæ amissionem continet, & memoria rei etiam post mortem damnatur. tex. insti. de hære. quæ ab intest. defer. §. per contrarium. dicit: veluti si post mortem suam pater iudicatus fuerit perduellionis reus, ac per hoc memoria eius damnata fuerit: suum enim hæredem habere non potest, cũ fiscus ei successit. tex. in l. iij. ff. ad le. Iul. maiesta. dicit, lex xij. tabul. iubet eum qui hostes concitauerit, quiue opem hosti tradiderit capite puniri: lex autem Iulia maie. præcipit eum qui maiestatem publicam læserit teneri, non dicit qua pœna. tex. in l. fin. ff. eo. ti. loquens in eo qui perduellionis reus est hostili animo aduersus rempublicam vel principem animatus: dicit quòd hoc crimen non extinguitur morte: sed si à successoribus non purgatur. hæreditas fisco vendicatur: & idem dicitur in l. pen. & in l. fin. C. eo. tit. ad le. Iul. maiest. tex. in l. quisquis, præallegata, loquens in eo qui machinatur contra principem vel eius Collaterales, dicit gladio feriatur, bonis eius omnibus fisco addictis: & insuper disponit filios eius esse inhabiles & incapaces bonorum & successionum. Et aduertendum quoniam in hoc primo capite differentia est, an quis damnetur ex machinatione in principis personam commissa: an verò ex crimine perduellionis: nam in primo casu filij non succedent in iure patronatus, quod poterat transire ad hæredes extraneos: sed fiscus. vt est tex. in d. l. j. C. de bon. lib. in secundo verò casu siquidem tale ius patronatus erat auitum, fiscus non succedet. ita Ang. in d. l. j. j. col. C. de bon. libe. est ergo conclusio, quòd pœna l. Iul. maiest. in primo capite continet amissionem vitæ, & bonorum, & & memoriæ damnationem. Aug. in addi. ad Areti. in ver. qui iudex videns quòd inquisiti. xiij. col. allegat Ang. consi. ccxxj. incip. pro decisione con-
19 sultationis,* quòd in duobus tantum casibus dam
nari potest memoria. primus quando committeretur cõtra personam Imperatoris: secundus quando contra rempublicam Rom. in omnibus autem aliis cap. læsæ maiesta. dicit hoc not. esse. vide ibi. item adde quòd Lauden. in tract. de crimine læsæ maiest. no. xxxvj. dicit quidam Barones facientes contra statum principis, habẽt magis puniri quàm alij ciues: allegat Bat. in l. j. C. de condi. impu. lib. x.
20 illud sciendum,* quòd potest esse quis in crimine

læsæ maiest. & esse in pœna tantum relegationis, vt no. Bar. in extrauag. ad repri. in gl. in ver. legitime, versi. non obstat hæc litera. iuncta glo. in eo. tit. in ver. tangat. In secundo verò capite, nõ possum colligere ex textibus & doctoribus pœnam aliam separatam: videtur tamen quòd sit pœna capitis & publicationis bonorum, & ad pœnam capitis adduco tex. in d. §. publica. instit. de pu. iud. iuncta gl. ibi in ver. & memoria. dicit tex. lex Iul. maie. quę in eos qui cõtra Imperatorem, vel remp. aliquid moliti sunt, suum vigorem extendit, cuius pœna animæ amissionem sustinet, & memoria rei etiam post mortem damnatur. & licet tex. videatur se stringere ad primum caput, tamen glo. prædicta dicit, & quod diximus post mortem accusari: intelligas in duobus capitulis illius l. hoc est contra principem vel Rempu. quasi quòd in illis duob. ca. hoc tãtum sit speciale, quòd potest damnari memoria hominis alia pœna, videlicet mortis, sit æqualis in omnibus capitulis. in eo. §. in tex. & gl. non probatur de pœna public. bonorum. Nam licet Ang. ibi in ij. col. dicat not. quòd pœna læsæ maie. est animaduersio in corpus: & sic mors naturalis: supple tu cum publicatione bonorum. vt in l. quisquis. C. ad le. Iul. maiest. tamen hoc dictũ Ang. videtur inferre, quòd circũscripta l. quisquis. & sic ante illam legem non erat statuta hæc pœnæ: quasi quòd in aliis capitulis extrà d. l. non sit pœna publicationis bonorum. Et quòd etiam in secundo capite sit pœna mortis, adduco Bal. in l. data opera. iiij. col. ver. vlti. in hac l. not. vbi ponens delicta in quibus statuta est pœna mortis, inter cætera dicit aliquos casus. le. Iul. maiest. in secundo capite, videlicet in eo qui cum sit priuatus vtitur imperio, vel insignia magistratum repræsentãtia gerit: quia illud dicit ipse est crimen læsæ maie. vt ff. ad le. Iul. maiest. l. iij. §. fin. & ff. de fal. l. eos. qui se. item in eo qui inuadit castra, ciuitates, vel oppida. allegat. C. de seditiosis. & d. l. j. §. loca. ff. ad leg. Iul. maiest. suprà adductam. Et ad idem quòd sit pœna mortis, adduco Bonifacium in tract. de malefi. in rub. quibus de causis quis possit ad mortem condemnari, vel in membro: vbi inter cæteros casus dicit, Item illi qui committunt in l. Iul. maiest. quod fit multis modis: vt ff. ad leg. Iul. maiest. l. ij. & seq. & C. eo. l. fin. & idem doctor in rub. ad l. Iul. maiest. dicit: pœna autem est, quòd non solum qui sic delinquunt puniuntur ad mortem pœna capitis: vt ff. eod. l. iij. sed & filij eorum qui bonis omnibus spoliantur sola vita eis relicta. C. e. l. fi. licet antea posuisset potius casus primi capitis, & iam misceat casus non faciens differentiam. Ad idem quòd sit pœna mortis: adduco quartò Saly. in d. l. quisquis. in prin. ij. col. vbi dicit ista verba, Nam licet in quolibet casu sit pœna capitis. vt ff. eo. l. ij. &c. Adduco ad probandum quòd etiam in secundo capite sit pœna publicationis bonorum, tex. in l. antepe. quæ incipit eorum. ff. ad l. Iul. maiesta. quæ secundum glo. ibi loquitur in his qui damnantur ex crimine læsæ maiesta. in secundo capite: & dicit quòd bona eorum qui fuerunt liberti damnatorũ, maiestatis crimine seruantur liberis damnatorũ, & tunc demũ (& hoc facit) fisco vẽdicantur, si nemo dãnati liberorum existat: quasi quòd speciale sit in hæreditate libertorum damnati,

damnati, vt reseruetur liberis, alia bona erunt fisci.& dum loquitur ibi de liberis, videtur etiam inferri, quòd pater iam debebat mori ob istud crimen. Ad idem quod bona publicantur: adduco l. fin.ff. eo. tit. per argumentum à speciali, vel à contrario sensu, dum ibi dicitur, quòd in crimine læsæ maie.perduellionis damnatur memoria,& hęreditas per fiscum vendicatur ab hæredibus. item dum in fin.l.dicitur, quòd delinquens ex alia causa.le.Iuliæ maiesta. quàm perduellionis morte crimine liberabitur: infertur, quòd si viueret & damnaretur, perderet bona adduco ad idem Saly. in d. l.j.in prin. ij. col. C. eo. quem pluries ventilamus, vbi dicit: nam licet in quolibet casu sit pœna capitis, vt ff.eo.l.ij. (credo quòd voluerit dicere tertia) & publicationis bonorum. vt ff. eo. l. eorum: quem superius induxi: & suprà de bo.libe.l.ita tamen &c.& not.quòd lex, quisquis, loquitur in casu suo. Contra hæc tamen quòd ante. l. quisquis, non erat inducta publicatio bonorum: facit Areti. in d. §. publica. in ij. col. quem paulo suprà recitaui dum ad fundandam hanc pœnam adducit.d.l.quisquis. quasi quòd in aliis casibus non sit ista pœna. facit etiam gl. in l. j. C. de peti. bono. subla. libro x. vbi dum text. facit mentionem de consuetudine confiscandi bona committentium crimen læsæ maiesta. glo.ibi dicit. & lex est allegata, suprà ad l. Iul. maie. l. quisquis. quasi quòd non sit alia lex quæ istam pœnam inducat: & tamen l. illa quisquis, non loquitur nisi in primo capite, & in casu speciali Collateralium: quòd autem pœna prædicta obtineat: facit text. in d. tit. quæ sunt regalia. versic. & bona committentium crimen læsæ maiesta. Sit ergo conclusio quòd in secundo capite. l. Iul. maiest. est pœna mortis, & publicationis bonorum: sed morte crimen extinguitur. d. l. fin. ff. eo. titu. Et quoniam suprà bis allegauimus Saly. in hoc secundo dubio in l. quisquis. in prin. ij.col.C. ad le.Iul. maie.aduertendum est: nã videtur defectiue locutus: Dum enim quærit, an sit aliqua differentia, an hoc crimen committatur in principem,& eos qui sunt pars corporis sui, an circa alia capitula in eo quod dixit, & in eos qui sunt pars corporis sui: debuit ponere vel in rempub. vt sic istud nõ relinquatur sub aliis capitulis: æquiparantur enim ista, moliri contra Imperatorem, vel contra rempublicam, vt dicit text. institu. de publ.iud.§.publica, & in l.fin.ff.ad le. Iul. maiest. & in vtroq; casu damnatur memoria, vt in d. iuribus: quod in aliis capitulis non est, vt dicit ipse Salyc.hic in d. l. j. nisi saluando Salyc. dicas, quòd dum ipse dicit in principem, voluit sub hoc vocabulo venire etiam rempu.ar.in l. non est ambigendum.ff.de bo.po.potes etiam dicere, quòd Saly. verè voluerit & benefacere differentiam, an hoc crimen committatur in principem & collaterales, an contra rempu.& alia capitula: nam primo casu filij efficiuntur penitus inhabiles: vt in d. l.quisquis. in secundo non, vt in iuribus allegatis per Salycet.& iam notat hoc Ange.in l.j. j. column. C. de bon.liber.sed ponendo inter alia capitula crimen perduellionis, quando contra rempu.non diceret bene Saly. dum dicit quòd est differentia quo ad extinctionem criminis per mortem rei, vt dixi: nam in hoc nulla est differentia, an in principem, an perduellionis in rempublicam licet sit differentia quoad pœnam filiis infligendam cogitabimus. Et nota, quia Sal. dum respondet q. & dicit, dic quòd sic primo &c. ponit duas mitigationes in aliis capitulis, vnam quo ad extinctionem criminis per mortem rei.ibi primo &c. Aliam quo ad pœnam filiis infligendam, ibi secundo: & postea in versi. nam licet &c. ibi tamen non reassumit, nisi vnam mitigationem: videlicet, quòd pœna ad filios transeat: & non puto, quòd voluerit negare quin sit etiam alia prædicta mitigatio, scilicet quo ad extinctionem criminis per mortem rei. Sed quòd bona non publicentur nisi quando quis committit contra Principem vel rempub. facit Andr. in titu. quæ sunt regalia. in ver. bona com. crim. læsæ ma. pe. colum. ver quæri consueuit. & in titu. de stat. contra lib. ecclesiæ. in §. diffidamus. antepe. colum. ver. in crimine maiestatis. vbi Andr. in ver. quæri consueuit. Quæri consueuit nunquid in crimine læsæ maiestatis in illis capitulis, maxime vbi publicantur bona, quando scilicet contra principem & rempublicam ff. eo. l. fin.& C. eo. l. quisquis. &c. vbi Andr. in d. vers. in crimine læsæ maiesta. s. h. s. cuius multa sunt capitula, in duobus tantum confiscantur bona, & damnatur memoria: quando contra Principem & rempublicam. ff. ad le. Iul. maie. l. pe. & in fin. colum. j. ij. & iij. &c.

Tertium dubium. * Quoniam inter alios casus. l. ar
iij. ff. ad leg. Iul. maie. est crimen vsurpatæ iurisdictionis contra eos, qui suscipiunt magistratum cum sint priuatæ personæ: quòd videtur esse secundi capitis: & Bald. in d. l. data opera. C. qui accu. non poss. iiij. colum. ponit casum istum inter illos qui mortem irrogant, an per iura constitutionum regni sit circa hoc derogatum. Si ius commune imponit in vno delicto vnam pœnam, & statutum imponit aliam, quę pœna sit attendẽda, vide Aret. in tract. mal. in ver. & ibi caput à spatulis. j. & ij. colum. & ibi Augustinum in addi. Sed altius aliquantulum repetendo: materiam vsurpatæ iurisd. tex. in d. l. iij. in fin. ponit casum istum in læsa maiestate: in qua esto, quòd sint in secundo capite, vt ego teneo, iam est pœna mortis, & publicationis bonorum. tex. in l. eos. §. fin. ff. de fal. dicit, quòd qui se pro milite gessit, & illicitis insignibus vsus est, vel falso diplomate vias commeauit, pro admissi qualitate, grauissime puniendus est. text. in leg. probatorias. & in leg. fin. C. de diuer. offic. lib. xij. volunt quòd electi ad officia, de quibus in illis ll. debent habere approbatorias Principis ab eo scriptas, & qui aliter administrat carebit officio, punietur proscriptionis styllo, aliàs capitis periculo (quod non exponitur pro pœna mortis, secundũ Io. de platea ibi) & amissione bonorũ: & hoc ob falsitatẽ, quia vt dicit Ang. in l. vbi per illum in fin. C. de falsis. quando falsum est valde graue punitur capitali pœna. tex. in l. in his e. tit. C. de diuer. offi. & in § actuarios. C. de numerariis. eo. lib. disponũt eos qui officia in illis iuribus contenta vsurparẽt puniri extra ordinem: quæ iura ad hæc allegat And. in cõst. regni durã & dirã, sub rub. de prohib. offic. occasione. Cõstitutio regni Siciliæ Regis Gulielmi quę incipit, officia quę personis.

personis.sub rub.vt iustitiarius alium loco sui or-
22 dinare non possit.statuit,*quòd quando magister
iustitiarius,vel iustitiarius committeret alij cau-
sas criminales,tam ordinator quàm ordinatus ca-
pituli sententiæ subiaceat:at postmodum Impera-
tor Federicus in d.const.duram & diram, mitiga-
uit dictam pœnã, statuens quòd prædicti publica-
tis omnibus bonis ab officio quod sic illicite vsur-
pauerant remoueãtur.& secundum gl.ibi est miti-
gata pœna etiam in concedente seu committente.
Idem autem Imperator Federicus in constit.cum
satis.sub rub.qua pœna vniuersitates teneãtur, vo-
23 luit *.quòd si vniuersitas crearet officialem ad iu-
stitiam in ciuilibus & criminalibus ministrãdam,
debet desolari, & omnes illius ciuitatis homines
angarij in perpetuam haberi, & quòd officialis ita
creatus capite puniatur.& quare maior pœna sta-
tuatur in d.consti.cum satis.quàm in alia duram &
dirã. no.And.post gl.ibi.quia in d.cõsti.cum satis,
fuit vsurpata iurisdictio ciuilis & criminalis,& sic
plus: Constitutio,ea quæ ad decus.in titu. vt nul-
24 lus Prælatus &c. disponit: quòd Baro * qui sine
cõcessione Regia in terris suis exerceret officium
iustitiariatus, vel alteri committeret gerendum,
punitur publicatione terræ. Habemus ergo in hac
materia diuersa iura. Lex digestorum imponit his
talibus crimen læsæ maiestatis, & nedum gerenti
se pro magistratu : sed ei qui talia fieri curauit, vt
in ea.l.in fin.ibi, quiue quid eorum quæ suprascri-
pta sunt facere curauerit.ll.C.in casibus earum po-
nunt pœnam mitiorem. Constitutio, officia, po-
nit pœnam capitalem in vsurpãte criminalia.con-
stitutio,duram & diram, dat pœnã publicationis.
& dicit ibi Andræ.quòd iure Romano est crimen
læsæ maiestatis facere se magistratum,& magnum
officialem sine motu imperij.allegat d.l.tertiam in
fin.ff.ad l.Iul.maiest.& ff.de iniur.l.nec magistrati-
bus.in fi.dicit etiam Andr.ibi,quòd plerunque sta-
tuitur iure Romano capitalis pœna in vsurpantes
talia sine iussu & licentia.allegat d.l. probatorias.
& l.fin.§.fi.de diuer.offici.Nam falsum committũt
secundũ eum,dicendo se potestatem habere quàm
25 non habent. Et no.* quædã verba,quæ ponit And.
ibidem,quæ videntur mihi obscura:dicit enim sic,
vbicunque ergo in huiusmodi esset pœna capitalis
de iure cõmuni,erit publicatio bonorum per hanc
consti.dubium enim apud me est,si illa verba, Erit
publicatio bonorum,ponãtur cumulatiuè,scilicet
vltra pœnam capitalẽ,vel mitigatiue vt transfun-
datur capitalis pœna in pœnam publicationis.&
dum And.dicit in huiusmodi videtur debere intel-
ligi, id est, in vsurpantibus iurisdictionem crimi-
nalem tantum. Nam in ea solum mitigat d.con-
stitutio : secus si ciuilem, & criminalem. Et not.
And.in fin.in ea.const.nam dicit, quòd illi qui di-
cunt se officiales cum non sint ad alia ministeria:
puta ad recolligẽdum pecuniam fiscalem,puniun-
tur in quadruplum,per l.primam.C.de stat.& ima.
& dicit quòd in hoc casu non est pœna capitalis.
Constitutio, cum satis, ingerit pœnam capita-
lem. Et quidem quando committerentur causæ
criminales tantum, tunc est publicatio bonorum.
Sed si per vsurpationem committerentur crimi-
nalia & ciuilia,tunc est pœna capitis.Ita Andræas
dicit dando differentiam inter d. constitutiones.
in constitutione, officia quæ personis. Constitu-
tio ,ea quæ, dat pœnam publicationis terræ. di-
cit Andr.ibi * quòd creatio magistratuum est de 26
regalibus ad Principem spectantibus solum : vt in
titu.quæ sunt regalia. Idcirco vsurpantes puniun-
tur ad omnia bona, vt in constitutione ibi proxi-
ma,duram.Et ad d.constitutionem, cum satis, no-
tandum est quod dicit glos. ibi & sequitur Andr.
* quòd illa lex non loquitur de illo populo qui 27
fecit Rectorem,Consulem, Potestatem , seu Capi-
taneum tempore turbationis , & guerræ ad hono-
rem domini Regis , & ad defendendum terrã pro
eo in fide regia:& dicit glos.quòd vniuersitas hoc
faciendo tempore pacis nõ excusaretur,sed tẽpore
guerræ, & intelligẽdum est secundum eum d.cõ-
stitutionem factam fuisse pro tempore pacis. Aliàs
cogitabam,*an dici posset sic,videlicet , quòd aut 28
sumus in eo qui authoritate propria occupat iuris-
dictionem,& facit se officialem sine motu Princi-
pis: vt tunc haberet locum d.l.iij.§.fi.ad l.Iul. ma.
& sit pœna capitis & publicationis bonorum &
falsi,vt videtur velle Bal.in d.l. data opera , secun-
dum l.quam allegat,videlicet.l.eos §.fina.ff de fal.
Aut * sumus in eo qui ab alio magistratu crearetur 29
magistratus causarum criminalium tantum:& tũc
sit pœna publicationis bonorum,& de hoc loqua-
tur d.constitutio,duram & diram. Aut in eo * qui 30
dum esset aliàs Dominus loci , & haberet in eo ci-
uilem iurisdictionem vsurparet sibi criminalem,
exercendo eam vel alij committendo in terra sua,
& tunc habeat locum cõstitutio,ea quæ, & sit pœ-
na publicationis terræ tantum.Aut in eo * qui pa- 31
titur se creari ab vniuersitate Officialem causa-
rum ciuilium & criminalium, & tunc sit pœna
capitalium,& de hoc loquatur dicta constitutio,
cum satis. Aut in eo * qui assumit sibi officia , de 32
quibus in dictis ll.C. de diuersis officiis. & de nu-
merariis libro duodecimo.& tunc sit pœna falsi
vel extraordinaria , vt in dictis iuribus habetur.
An cogitatio ista sit bona poterimus melius cogi-
tare,in casu vero d.const.cum satis, vbi datur pœ-
na capitalis , an sit etiam publicatio bonorum.
Dices tu quòd non.nam Andr. in constit.duram &
diram , dicit iure Roman est crimen læsæ maie-
statis facere se magistratum &c. quasi quòd aliud
sit de iure constitutionum.Sed Andr.dicit hæc ad
constitutionem,durã & diram,quæ loquitur in eo,
qui vsurpat solum criminalem. Et si diceres , quòd
And.postea ibidem dicit.vbicunq; ergo in huius-
modi esset pœna capitalis de iure cõmuni:erit pu-
blicatio bonorũ per hanc consti.respõderi posset,
primo q; And.dũ dicit huiusmodi, vult loqui tan-
tum in vsurpante solã criminalem , quòd nõ est in
cõstitutione ,cũ satis.secundo quia ille ver. potest
intelligi cumulatiue nũ mitigatiue,vt dixi.cogite-
mus ergo.Quartum dubiũ est:*an in pœna l.Iuliæ 33
ma.in ij.e.quã conclusimus esse capitis & publica-
tionis bonorum sit hodie immutatũ per auth.bona
damnatorum.de bo.damnatorum. quæ vult, quòd
hodie bona damnatorum debeantur ascendenti-
bus,& descendentibus,& vsque ad tertiũ gradum
collateralibus. vt in d.authenti.est videre. Et vide
Aug.in addit.ad Areti.in tract.male. in versi. præ-
sente

sente Caio & appellante.iiij.colū. ibi. sed aduerte,
quia ego sum in contraria opi. dum respondi ad l.
primam.C.de fal.mo.Tex.in ea.auth. in fi.dicit, in
maiestatis vero crimine condemnatis .veteres ll.
seruari iubemus.tex.videtur clare loqui: sed dubi-
tatio est apud me, an per hæc verba excipiantur
bona damnatorum ex primo capite tantum, an
etiam ex aliis, seu ex secundo: & id quod facit me
dubitare est glos.ibi in verbo iubemus, quæ dum
tex.ibi dicit veteres ll.exponit sic dicens, vt & su-
prà ad l. Iuli.ma.l. quisquis. & hæc l.& l.quisquis.
loquitur in casu speciali ex primo capite.gl.etiam
in auth.vt nulli iudicum, vnde auth. illa sumitur:
dum tex.ibi dicit veteres leges: dicit quæ sunt. C.
ad legem Iul.maie.l.fin.§.pen.& l.quisquis (credo
quòd voluerit dicere.l. pen.ex l.fin. & l. quisquis)
quæ omnia iura loquuntur in primo capite. Per
quas gloss.videtur quòd auth. bona damnatorum,
excepturet crimen hoc in primo capite tātum: pro
quo est, quod dicit Bartol.Vero.consil.xvij. pen.
colum.versic.circa quartum & vltimum dubium:
qui casum illius consilij ponit in primo capite,
volens seruire se de authen.bona damnatorum. di-
cit, nam committētes huiusmodi delicta perdunt
bona, & applicantur fisco etiam in præiudicium
filiorum. vt in l. quisquis.C. ad legem Iuli.maiest.
quæ in hoc non corrigitur. vt est casus cum glos.
fin. quam sequuntur doct in d.auth. bona damna-
torum. In contrarium facit: nam tex.ille loquitur
generaliter & indistincte, videlicet veteres ll. ser-
uari iubemus. ergo generaliter debet intelligi.l.j.
ff.de alea.l.si seruitus.de ser.vrba.præd.l.ij.de offi.
præf.item facit Bald qui sommando illam authen.
dicit: quòd iura vetera in crimine læsæ maiestatis
remanent incorrepta:item facit Salyc.in d.l. quis-
quis.in princip.ij.colum.suprà relatus, dum dicit
quòd in illis duobus est differentia, scilicet in dam
nāda memoria & in pœna filiis infligēda: & quòd
in quolibet casu est pœna capitis & publicationis
bonorum: & quòd de illis glosis allegantibus.l.
quisquis.non sit fienda vis:facit quoniam glo.non
videntur animaduertisse ad has difficultates, seu
eas ponderasse: forte quia secundum easdem glo-
sas non erat vis, an in primo, an in secundo capite
delinqueretur, quo ad hoc, vt bona commit.cri.læ-
sæ ma.exceptuata viderentur: & forte glosis non
succurrit aliqua lex, quæ imponat pœnam publi-
cationis in secundo capite: nam vt suprà dictum
est colligitur hoc potius ex mente quàm ex verbis
ll.scilicet: vt in secundo capite sit pœna publica-
tionis bonorum:sic supra ad probandum, quod in
secundo capite non sit pœna publicationis bono-
rum:adducebamus gl.in l.j.C.de pœ.bo.sublat.lib.
x.quæ ad fundandam pœnam publ.in crimine læ-
sæ maiesta. adducit.d.l.quisquis.& adducit eam ad
omne caput: licet loquatur in primo. item facit
Laud.in tracta.de crimi.læsæ maiesta.in xviij. not.
qui simpliciter dicit sic, in crimine læsæ maiestatis,
etiam hodie non seruantur bona filiis. authen. bo-
na damnatorum. C. de bon. dam.sed quod de ista
sua simplici locutione non sit fiendum fundamen-
tum, vide eundem ibidem in nota.xxx. vbi dicit,
memoria damnatur post mortem in crimine læsæ
maiesta.§.per contrarium.instit.de hæredi.quæ ab

intest.defer.non distinguit capita:& tamen in pri-
mo tantum capite illud est.cogitemus ergo.Quin-
tum dubium esto., * & non concesso, quòd in se- 34
cundo capite non sit pœna publicationis bono-
rum, an data instabilitate & frequenti motu Re-
gnicolarum alicuius Regni & consuetudine com-
mittendi in secundum caput, vt insurgendi con-
tra regios Officiales &c. possit Vicerex pœnam
confiscationis irrogare. Et non erit impropriè
præmittere quædam secundum beatum Thomam
in tract.de regimine Principum. lib.iij. capi. vij.j.
colum:vbi dicit, * quòd tyranni sunt instrumen-
tum iustitiæ diuinæ ad puniendum delicta homi- 35
num. Sicut Rex Assyriorū super Israëliticum po-
pulum, & Rex Gothorum, flagellum Dei super
Italiam:vt historiæ narrant. Item Dionysius in Si-
cilia, sub quo captiuatus est populus: & tandem
ab ipso libertati donatus, vt scribit Val.lib.iiij. Et
idem sanctus eod.lib.ca.xj.vlti.colum.dicit sic: in-
terdum enim dum populus non cognoscit bene-
ficium boni regiminis, expedit exercere tyranni-
des: quia cum eæ sunt instrumentum diuinæ iusti-
tiæ:vnde & quædam Insulæ & Prouinciæ secundū
quod historiæ narrant, semper habent tyrannos
propter malitiam populi: quia aliter nisi in virga
ferrea regi non possunt.in talibus ergo regionibus
discolis necessarius est regius principatus dispoti-
tus, non quidem iuxta naturam Regalis dominij:
sed secundū merita, & pertinacitates subditorum.
hæc ille.& idem sanctus* in d.tract.lib.iiij.c.viij. 36
ij.col.dicit, si enim plantæ transferuntur ad aliam
regionē, ad eius naturam cōuertuntur, simile est de
piscibus & animalibus:sicut ergo de viuētibus, ita
& de hominibus. Gallici enim qui se transferunt
in Siciliam ad naturam applicantur Siculorum,
quod quidem apparet, quia vt narrant historiæ,
iam ter populata est dicta insula * de præfata gen- 37
te: primo enim tempore Caroli magni: secundo
ad trecentos annos tempore Roberti guiscardi, &
temporibus nostris per Regem Carolum, qui iam
imbuerunt ipsorum naturam. Hæc ille, subdens,
Hoc ergo supposito dicendum est, quòd regimen
* & dominium ordinari debet secundum dispoti- 38
tionem gentis, sicut ipse philosophus in politicis
tradit. Quædam autem prouinciæ sunt seruilis na-
turæ, & tales gubernari debent principatu dispo-
tico, includendo dispotico etiam regale. Qui au-
tem virilis animi, & in audacia cordis & in confi-
dentia suæ intelligentiæ sunt, tales regi non pos-
sunt nisi principatu politico, communi nomine
extendendo ad Aristocratiam. Tale autem domi-
nium maximè in Italia viget, vnde nimis sibi incr-
uiles fuerunt semper propter dictam causam. quòd
si velis trahere ad dispoticum principatum, hoc
esse non potest nisi domini tyrannizent, vnde par-
tes insulares eiusdem,* quæ semper habuerunt Re- 39
ges & Principes: vt Sicilia, Sardinia, & Corsica,
semper habuerunt tyrannos. hæc ille. His ità præ-
missis ad propositam quæstionem redeo.tex.in l.j.
C. ne sine iussu Principis * licet certis iudicibus 40
confiscare: dicit, quòd hi, qui summa administra-
tione positi sunt, possunt inferre proscriptiones
totius substantiæ, & pro his qui sunt in summa
administratione. Glo.ibi ponit eos qui habent me-
rum

rum imperium, quales sunt illustr. spectabiles, & etiam clarissimi. quòd reprobat Salycet. ibi, & dicit, quòd debet esse Magistratus summus post Principem, vt sunt Præfecti prætorio, & ij à quorum sententiis non appellatur, & iam à Viceregis sententia non appellatur, sed supplicatur. Bald. ibi dicit, quòd si quis vult cõfiscare ex arbitrio, quod habet, vt in §. pœna grauior. & l. si seuerior. potest sibi de summis Magistratibus. Et dicit Bald. esse hoc notandum pro arbitriis quæ quotidie conceduntur: Nam si quidem arbitrium concederetur Potestati, qui est in hac ciuitate summus Magistratus, posset omnia bona confiscare, & differẽtia est concedere arbitrium maiori, & concedere minori. Augel. in ead. l. j. dicit, quòd quando ex crimine venit inferenda pœna confiscationis bonorum tacitè vel expressè, tunc omnis habens merum imperium potest hanc pœnam imponere. l. illicitas. §. qui vniuersas. ff. de offic. præsid. & est casus secundum eum in l. qui deportatorum. C. de pœn. & l. qui contra. de ince. nupt. quando verò nec tacitè nec expressè ex maleficio venit confiscatio, sed ratione absoluti arbitrij quod habet habens imperium, vult inferre pœnam confiscationis, non poterit sine permissu Principis, vel nisi supremam habeat potestatem, vt Reges, & alij illustres: & Potestas Florentinus, quia in exercitio meri imperij nullus est maior eo in Florentia. Salyce. quoque in d. l. j. consuluit, quòd quando iudex vellet facere confiscationem ex officio & præter legem & in casibus à iure non cautis, non posset, nisi qui positus est in summa potestate, vel aliàs Principis iussu. Andræas in tit. quæ sint regalia. in ver. contrah. incest. nupt. vj. colum. ver. Additio. sed certè dicit se vidisse magnum virum dicentem, & non male, quòd titulus ne liceat sine iussu Principis cert. iu. confi. (si intelligatur, quòd cum iussu Principis posit, & sine eo, si iudex est in summa administratione constitutus) corrigatur hodie per iura noua post C. facta, scilicet per iura nouissima authenticorum, dicentia puniri personam quæ deliquit: non res vt auferantur hæredibus, & veniant ad fiscum, vel fiant lucro iudicibus, vt in authent. de manda. principum. §. oportet. Nisi in crimine Maiestatis, & hæresis, in auth. vt nulli iudicum. §. fin. licet secundum eum magna sit authoritas Ioan. & Azo. distinguentium, quòd ex consequentia criminis &c. Et licet And. paulo post dicat, posset excipi à præmissis magna causa, & cum enorme sit, & quòd vidit sententiam Papæ Gregorij, tamẽ postea in hoc non stat simpliciter, vt in eo est videre. Quidam mod. ad Andr. vbi suprà in illo versi. dicunt sic. in hoc articulo Andr. multum se inuoluit & transcurrit hac illac, & non audet figere pedem. Illud clarum est, quòd in crimine Maiestatis potest procedere vtraq; pœna, scilicet corporalis, & pecuniaria, vt dicta auth. bona. in fi. & pari ratione secundum omnes in crimine hæresis, propter enormitatem criminis. finaliter dicit And. se audiuisse & vidisse quendam magnũ Orchum dicentem, & non male secundum eum, quòd tam in delicto contumaciæ quàm etiam in crimine incestarum nuptiarum & aliis, excepto quòd non sit crimen Maiestatis, aut hæresis, quòd hodie bona non publicantur per dictam authẽt. bona, sed tantum fit punitio corporalis, etiam si simpliciter lex dicat, imponi tantum pœnam pecuniariam, & illa pœna pecuniaria conuertetur in corporalem, per d. authent. indistinctè loquentem in omni casu, nisi in crimine Maiestatis & hæresis, vt dictum est. Nisi Princeps ex magna causa, & propter enormitatem delicti mutet ius nouum, & aliud statuat secundum Andr. Quod potest, maximè si ex certa scientia dicat se facere. Sed mihi videtur (dicunt illi) quòd ille non solum fuit magnus Orchus, sed etiam maximus, & sine mensura, ac etiam Andr. qui videtur cum illo transiuisse: nam nihil aliud facit dubium quàm d. authent. bona damnatorum. quia omnia iura alia concordant. Sed dico (dicunt ipsi) nihil obstare dictam authenticam, vt patet in corpore vnde sumitur, scilicet in authent. vt nulli iudi. §. fina. nam ille §. fina. solum dicit, quòd in illis casibus in quibus ll. pœnam mortis aut proscriptionis imponunt, nõ possunt iudices pœnas etiã pecuniarias infligere: sed solũ prædictas corporales. & quantumcunque ll. antiquæ vtranque pœnam imponerent: tamen hodie dicta solum pœna corporalis imponitur, & loquitur tantum in duobus casibus, scilicet quando imponebatur pœna mortis, seu pœna proscriptionis, seu deportationis: & habet solum locum siue lex tantum dictas pœnas imponeret, siue dictas pœnas & etiam mixtas simul cum pœna pecuniaria, vt ibi dicitur: quando autem lex imponit tantum pœnam pecuniariam, non etiam corporalem: sicut est in casu nostro: vt dicto §. finali & dicta l. qui contra. & dicta authent. incestas. & authent. bona damnatorum. nihil loquitur, sed tantum in casibus prædictis: ergo in aliis casibus non intelligetur in auth. quib. mod. nat. effi. sui. §. tribus. quod enim non mutatur &c. l. præcipimus. & l. sancimus. cum si. C. de app. & si voluisset in aliis casibus loqui dixisset. C. de cad. toll. §. pen. & dato quòd esset hoc dubium, ego dico, quòd hoc determinatur per ius canon. scilicet per dictum cap. cum secundum: quia quando sunt opiniones de iure ciuili: sequimur ius canonicum, vt patet ex notatis per docto. in dicta l. priuilegia: & in cap. j. & ij. de nou. ope. nun. & maximè quia hoc firmatur per text. in dicto §. fina. & si dicas quòd hoc est ius Imperatoris noui: dico quòd hoc confirmatur per dictam authẽt. incestas. & dicta l. qui contra. quod est ius commune: quibus non obstat dicta authen. bona. quia non loquitur hoc casu, vt prædixi. maximè quia si esset aliqua dubitatio de iure ciuili debemus inhærere iuri canonico: vt dictum est. & hanc opin. tene audacter. quia hanc videtur tenere Bald. in eod. §. fin. dum simpliciter transit cum d. textu. & idem tenet apertius in d. authent. bona. propriè loquens de d. authent. incestas. quod etiam tenet Bart. & hoc teneas sine dubio. hæc ille. Aret. in tracta. malefic. in ver. & eius bona publicamus. vj. colum. ver. quæro quis iudicum. pertransit cum opin. Ang. vbi suprà. Bart. verò d. consi. xvij. vj. & vij. colum. idem tenet. Licet Laud. in tracta. de fis. j. not. dicat sic, confiscationem ex officio præter legem nemo potest facere, nisi sit in suprema potestate constitutus: vt Imperator, Rex, vel Dux. l. vnica. C. ne lic. sine ius. pr.

certis iud.confiscare: & sic illud de suprema pote-
41 state * exemplificet solù in Duce, Imperatore, vel Rege: Concludam posse Viceregem Regni facere confiscationè in omnibus bonis. Sextum dubium an pœna.l.quisquis.C.ad l.Iul.maiesta. obtineat in eo qui committit contra Viceregem & Vicarium Principis.quòd non, facit tex.in l.j.C.de pet.bon. sub.lib.x.ibi, quos nostri lateris decus illustrat: & ibi Bald. not.pro canonicis qui sunt collaterales episcopi: pro quo vide Bald. in consil.lx.vij.volu. vbi tenet idem: nisi agatur contra Principem vel rempubl.item facit quod dicit Ber. in ver.ciuitas.
42 ver. lvj. quòd * ciuitas rebellis officiali Principis propter Principè quia noluit ipsi principi obedire, dicitur hostis: secus si rebellasset propter ipsum officialem tantum.adde Bar.& Alexan.in l.hostes. de cap.& text. de pac. Constã.& ibi Bar.item facit Bald.in rub.ff.de offic.procon.& leg.dicens,quòd Cardinalis est dignior in Curia quàm extra: nisi sit legatus.& facit tex.in l.ij.ff.de excu. tuto.& ponit hæc Felin.in c.pastoralis.in fi.princip. de offi.dele. item facit litera.d.l.quisquis.ibi, virorũ illustrium qui consilio & consistorio nostro intersunt.Senatorum etiam: nam & ipsi pars corporis nostri sunt: vel cuiuslibet postremo qui nobis militat. & gloss. ibi in ver.nobis.dicit nobis militat, id est circa nostrum latus in militia armata vel inermi. Andr. de Iser.militabat in consistorio regio: & dum fuisset
43 * occisus Neapoli ante portã Petrucij rediens domum à Castello nouo per quendam Gallicum,contra quem protulerat sententiam: eius mors fuit habita pro crimine læsæ maie.vt not. dominus Paris in c.de de excessibus consiliorum.in vlt.colum.Et in tantum debet stare ad latus Principis, quòd si Princeps vnum de suis collateralibus consiliariis crearet præsidem prouinciæ vel Capitaneum ciuitatis, non committeret crimen læsæ maiestatis secundum illam l.sed tanquam in magistratum cum mittens is,qui illum offenderet puniretur: ex quo tunc non erat de consilio,re,sed nomine. ita Saly. in d.l.quisquis.in prin.j.col.licet antea fuisset re & nomine.Item facit.nam Vicarius Principis non æquiparatur Principi: non enim potest condemnare personas illustris.sicut Princeps, vt in l.si grauis. C.de dign.libr.xij.& ibi Ioan.de plat.in ij. colum. sicut nec Præfectus prætorio: vt in dicta l. si grauis. Item facit, quoniam in generali concessione,
44 quæ fieret magistratui temporali, * qui non constituitur dominus & Princeps prouinciæ, nunquam comprehenduntur ea, quæ sunt Principi reseruata specialiter: vt not.Felin. in c.quæ in ecclesiarum.xiij.colum.ver.sed hanc declarationem. de constit.& Princeps concedendo inferiori aliquid de sibi reseruatis, intelligitur semper illa concedere, vt ea exerceat cũ debita causæ cognitione: non cum illa plenitudine potestatis, quam habet concedens.Felin.vbi suprà xij.col.allegans Inno. in c. cum ad mona.in gloss.nisi ex causa.in fi.de stat.monach.& alibi. item facit constitutio Regni. humanitate.quæ vult, quòd quis non relaxetur fideiussoribus, quando accusatur de crimine læsæ maiestatis commissæ in personam Imperatoris,& collateralium suorum: quasi quòd in aliis quàm collateralibus non contineatur hoc crimen: & istam constitutionem commentatur Andr.in d.ver. & bona cum.crimin.læsæ maie. & de Vicario verbum nullum. Item facit, * nàm Præfecti prætorio sunt su- 45
premi Magistratus,& sunt Illustris. sicut Reges, vt not.glo.in rub.ff.de offic. præfe.præto. & præsunt multis prouinciis, & Regnis, vt toti Africæ, toti Orienti, toti Illyrico, vt in tit. C.de offic. præfe. præto.Afric.& de offi.præfe.præto.Orien. & condunt leges.vt in l.firmam,eod.titu.C.de offic. præfe.præto. Ori. ad instar Senatus, vt in l.non ambigitur. de leg. & ab eorũ sententiis non appellatur, vt in l.j.C.de senten.præfe.præto. & in authen.quæ supplicatio.C.de precib.Impera. offer. & tamen l. quisquis. non loquitur, nec facit mentionem de præfectis prætorio, nec aliquis ad eos. l. illam extendit.& Pau.de Castr.consil.cl. incip.visis & ponderatis omnibus, notat * quòd Vicarius Papæ in 46
terris ecclesiæ vt Dominus Camerini Malatesta & similes, est loco præfecti prætorio, & non potest cum Iudæo facere capitula, dicit ipse de vsuris, nec potest facere in præiudicium subditorũ. Item facit Salycetus in dicta l. quisquis. in princip.prima colum.versic. quæro tunc dicens, quòd quando essent aliqui Domini superiorem recognoscentes: vt sunt Vicarij Imperatoris, licet in eorum persona crimen læsæ maiestatis committatur, vt in dicta l.j.§.cuius.ff.ad l.Iul. maiest. quem præsumimus suprà inter capitula secundi capitis, non tamen dicit Salycetus extenderet pœna in liberos, vt in præcedenti quæstio.dixisse se Salyc. dicit. Et hic est summopere aduertendum, quoniam Salyce. dum antea in prima quæstio. ibi, tamen aliqua iura posuit, seu reassumpsit vnam mitigationem de duabus antea per eum dictis in ver. primo quo ad extinctionè,& in ver.ij.quo ad pœnam: cum postmodum dicit, tamen aliqua iura &c. Et sic ponit seu reassumit vnam tantum mitigationem: non videtur, quòd voluerit negare seu excludere aliam, vt suprà dixi in fine secundi dubij, vnde nunc, dum se remittit ad dicta ibi.videtur quòd ita debeat intelligi hic sicut ibi. Et hoc probo ineuitabili fundamẽto, nã dicit Sal.in hac ij.q.ista.ver.nam licet. seu tũc licet crimen maiestatis in eorũ persona cõmittatur.vt ff.e.l.j.§. cuius (per quam nõ est inductum quòd damnetur memoria, nec quòd filij inhabilitentur) non tamẽ pœna extendetur in liberos, vt in præce.quæst.dixi.per ista ver.non tamen pœna.non est cogitandum Saly.voluisse, quòd puniatur in plus ille talis quàm sit in dicta l. iij. casu puniendus. videlicet pœna capitis & publicationis bonorum, vt est in capitulis secundi capitis, vt supradictum est. Et multo fortius ista declaratio procedit in Vicerege qui est temporalis, & non sibi possidet. Sed do.Regi, & in Regno dominus Rex tenet & mutat officiales: quod non est in istis Vicariis, quos Salyc.appellat Dominos seu Tyrannos,& possident sibi,& ad suam vtilitatem introitus conuertunt, & ponunt ipsi officiales. Salyce. simpliciter refert & sequitur Ang. in tract.malefi. in ver.che hai tradito la tua patria.ij.colum. Et licet Augustinus in add. ad Angel. dicat se credere opin. Aret.falsam quo ad filios delinquentis, quasi quòd per omnia iste offendens Vicarium perinde ac si offendisset principem, per dictam l. quisquis, vbi

vbi is qui machinatur contra militem Imperatoris punitur ac si contra Imperatorem: vt sit absurdum, ꝙ plus delinquatur in vnum militem quàm in Vicarium, tamen non videtur obstare, ex quo rex in d.l. facit vim an delinquatur in eo qui est ad latus Principis seu in curia sua, & non in omni milite. In contrarium facit: quoniam tex.in d.l. quisquis. loquitur in Senatoribus etiam, ergo debet habere locũ in Vicario, sed hæc ratio vereor an procedat: nam Senatus facit legem generalem sicut princeps: vt in d.l. non ambigitur. & in multis æquiparatur Principi, vt notat glossa in dicta l. non ambigitur. Præterea sic placuit Imperatori ponere de Senatoribus, non placuit de aliis: si voluisset dixisset. à sententia Senatus non potest appellari. l.j. in princip. à quibus appellare non licet, & vide ibi Aretinum in prin. vbi ponit rationem propter eius immensam dignitatem: vel quia repræsentat personam Principis. Imò dicebantur patres Principis. institut. quibus modis ius patriæ po.sol.§.filius. cum gloss. Imperator tamen est maior Senatu secũdum Aretinum ibi per l.regiam. de qua in l.j. de constitu.princi. Item facit Baldus in dicta l. data opera. iiij. colum. C. qui accus. non pos. vbi inter alios casus, in quibus quis debet mori, dicit hunc videlicet, in eo qui Præposito, vel Duci, vel potestati, vel Capitaneo illius Terræ manus intulit: allegat l. qui manus. ff. de re militari. Sed hoc non infert, quòd sit in casu l. quisquis. vbi damnatur memoria & filij inhabilitantur. Item facit Bald. singul. in cap.j.§. iniuria. in princi. de pac. iura. firman. dicens, quòd si aliquis daret alapam Potestati, posset Potestas facere eum furca suspendi, per not. per Innoc. in cap. j. vlti. colum. de constit. dicit tamen Ias. in l.j. C. de precib. Imper. offer. quòd ipse nõ faceret hoc, sed istud minimè, quando non negaretur, faceret ad rem. Item facit An-
47 gelus in l.ij. ad legem Iul. maiesta. * vbi ita inquit, not. quòd ex solo consensu & tractatu de occidendo Potestatem Bononiæ incidit quis in crimine læsæ maiestatis. quantum ad pœnam mortis, quod dictum refert ille. mod. in tract. quomodo commi. crim. læsæ maiesta. Item facit Alber. de Ros. in l.j. C. ne quis in sua causa: quem refert præfatus mod. vbi suprà dicens, quòd qui lædit Magistratum populi Romani, incidit in crimen læsæ maiestatis. al legat dictam l. primam. ff. ad legem Iuli. maiestatis.
48 Andr. in constit. vt participatio. dicit, si quis * ergo occidat habẽtem merum imperiũ dicitur committere crimen læsæ maiestatis. allegat dictam l.j. versic. is cuius opera. ff. ad leg. Iul. maiesta. vide suprà. Item facit Alber. in l. si quis in hoc genus. C. de episco. & cler. quem præfatus doctor, vbi suprà, refert, volens quòd ille qui mittit manum in præpositum seu magistratum suum, capitali sententia punitur, per l. omne delictum. §.j. ff. de re militari. item facit Bartolus in extrauagan. qui sint reb. in gloss. in ver. rebellando. versicu. sed an hæc constitutio. vbi dicit quòd illa lex facit rebelles eos qui rebellant contra Legatos & Vicarios Imperatoris: tamen tex. ibi vult quòd ista rebellio sit in bis quæ ad eorum officialium spectant officium, vt in his seu pro his quæ petuntur pro statu Imperij: vt dixerat antea Bart. in eadem glo. item facit Cuma. in consi. clxij. inci. ad primum respondetur. * vbi re- 49
net, quòd rebellio facta contra Dominum & vicarium Imperatoris est crimen læsæ maiesta. & rebellionis Imperij, & Principis: & allegat. C. ad legem Iul. maiest. l. quisquis. & extrauagantem Henrici. qui sint rebelles: paria enim sunt secundũ eum rebellare Principi, & eius Vicario. C. de his qui vi ca. alleg. iu. gerit. l. j. & ff. de leg. iij. l. j. §. deportati. quæ iura alleg. Bart. in d. glo. in ver. rebellando. dicit Cuma. quòd tales rebelles possunt impune occidi. ff. de sica. l. iij. §. fin. de re milit. l. proditores. & ad mortem damnari. ff. de pœn. l. si quis aliud. §. j. & constat secundum eum, cum sit crimen læsæ maie. d. l. quisquis. & per consequens bona eorum sicut damnatorum publicantur. d. l. quisquis. & l. fina. & C. de bo. proscriptorum. auth. bona damnatorum, sed vide: quia ibi ponitur illustr. Dominus & Vicarius: & habens regalia & emolumenta fiscalia, & quòd d. dominus Vicarius tanquam Princeps habebatur, & omnia faciebat, & concludit etiam quòd ille talis potuit donare bona sic confiscata. item ibi fundat se etiam per titulum: qui sint rebelles. Item facit Barth. Veron. in d. consil. xvij. v. col. vbi aliquid tangit, & dicit quòd auferendo vel auferre volẽdo quis castrum à Vicario Pontificis seu ecclesiæ Rom. vt daret alij Vicario: & sic no. Hostien. videtur voluisse auferre ab ecclesia Ro. & dicit aliud verbum paulo post, videlicet præterea, licet de iure non committeretur crimen læsæ maiestatis quantum ad publicationẽ bonorum: si quis esset rebellis inferiori à principe. tamen de consuetudine in Italia seruatur contrarium, quia quilibet princeps cognoscens etiã superiorem ecclesiam Rom. vt est Marchio Ferrariæ publicat bona. Cogitemus ergo. Septimum * dubium est, an le- 50
ges extrauagantes Henrici Imperatoris ad reprimendam, qua statuitur modus procedendi in crimine læsæ maiestatis, & qui sint rebelles, habeant locum in Regnis Siciliæ. Et præmitte quòd extrauagans ad reprimendam, statuens, quòd possit absens damnari, & alia de quibus ibi: habet locum in crimine læsæ maiestatis: nedum in primo, sed in omni capite: dicit enim text. ibi in quocunque læsæ maiestatis crimine, & hoc expreſsè not. Bart. ibi in gloss. in versic. in quocunque. item adde, & quòd Bart. post glo. in l. lege Cornelia. §. fi. ff. de sic. ponit duos casus, in quibus quis potest absens damnari etiam vltra relegationẽ, & deinde dicit, habemus hodie tertium casum in quadã constitutione Henrici Imperatoris quam promulgauit Pisis: in qua continetur quòd in crimine læsæ maiestatis absens potest damnari: & credo quòd loquitur de extrauag. ad reprimendam. Barto. in d. tit. qui sint rebelles. in ver. machinatur. dicit, ꝙ si aliquis rebellat contra rectores per ecclesiã Ro. positos in partibus Italiæ, putat illi constitutioni locum fore: cum eius Imperium sit ecclesiæ: & apparet, quòd rebellat contra prosperitatem Imperij: pro quo facit secũdum eum quoniam canonistæ in talibus imitantur leges, vt extrà de noui ope. nun. c. j. Ang. in d. l. quisquis. ij. col. C. ad l. Iul. maiesta. dubitans, * an in terminis illius l. dum inhabilitat filios comprehendantur nepotes. dicit, quòd non: quia lex pœnalis est: & verbum filiorum strictè accipien-

dum est.l.quòd si nepotes. ff.de test. tutela : & l.li-
berorum.ff.de verbo.signific.sed postea inquit,su-
peruenit Imperator Federicus qui edidit quãdam
constitutionem contra reos læsæ maiestatis diuinæ
vel humanæ seu Imperialis, quam approbauit ec-
clesia, & in ea fit mentio liberorum : vnde nedum
ad nepotes,sed etiam in infinitum extenditur. di-
cta l.liberorum.Andræ.in præslud.feudo.iij.quæst.
vult quòd ll. Imperatorum editæ priusquam re-
gnum Siciliç iret ad ecclesiam,seruabantur in Re-
gno : sed istæ extrauagantes sunt editæ post. ergo
&c. Lucas in rubrica,publicæ lætitiæ.C.lib.xij.di
cit, quòd in Regno leges Federici de pac.tenend.
non seruantur, eo quòd incolæ ipsius ab Imperio
sunt exempti. Andr.in l.imperialem.§.scriba.ij.co-
lum.de prohibit. alien. per Federic. dicit expressè,
quòd ll. Imperatorum, qui fuerunt postquam li-
bere fuit regnum datum ecclesiæ,nõ ligabunt non
subditos Imperio : & tenet, quòd ille §. non ser-
uabitur in Regno Siciliæ. His proximè dictis ob-
stat : quoniam authen.cassa. de sacrosan.eccle.edi-
ta est per Federic. Imperatorem : sic auth.item nul-
la communitas.C.de episcop.& cler.sic auth.item
quæcunque communitas.eod.tit.sic authen.statui-
mus.C.de episc.aud.sic auth. si verò dominus tem-
poralis : & auth.credentes.C. de hæret. sic anth.sa-
cramenta pubernm.C.si aduersus venditionem.sic
auth.habita.C.ne filius pro patre.sic authen.omnes
peregrini.C.comm. de succ. & multæ aliæ. & sunt
editæ post Regnum translatum ad ecclesiam : ergo
non seruabnntur in regno. Præterea si nos volu-
mus computare tẽpora translationis Regni ad ec-
clesiam à tempore Constantini Imperatoris, qui
fecit donationem de qua in palea, Constantinus.
xcvj.dist.& per Alb.de Rosa.in l.j.§.j.de offi. præ-
fect.vrb.qui ponit copiam de verbo ad verbum.&
per Fel.remissiue.in c.solitæ.vlti. colum. de maio.
& obe. omnes ll. factæ post Constantinum non li-
garent in regno:nisi dicas quòd dum regnũ fuit ec
clesiæ, & antequam alienaretnr in Reges ll. ligare
potuerint per Rationes Bart. in d.ver. machinan-
tur.quòd si ita esset, ista regna ligarentur:quia fue-
runt concessa per ecclesiam post dictos Imperato-
res Henricum & Federicnm : imò vereor an tem-
pore dictarum extrauagantium Imperator Henri-
cus ex persona Constantiæ suæ vxoris regno Sici-
liæ potiebatur, quæ considerationes faciunt con-
tra illud, quod dicit Andr. licet magna sit autho-
ritas sua.Sed nõ fuit ille Federicus:nam ille fuit in
anno 1312.sed Henricus vir Constantiæ fuit in an-
no 1195. & sic extrauagantes fuerunt post Caro-
lum primum : & fuit iste Federicus filius Henrici,
52 non illius, * qui fecit dictas extrauagantes : nam
extrauagantes factæ sunt in anno domini 1312. sed
Federicus cum patre suo alio Henrico fuit in an-
no 1180. vt patet in data pacis Constantiæ, & in
data extrauagantium. Item adde quòd Martinus
Rex Siciliæ in cap. satis constat. dum loquitnr de
bonis rebellium restitutorum, dicit non obstante
extrauagante de pace Constantiæ diui Imperato-
ris Federici prædecessoris nostri : vnde videtur ꝙ
istæ ll.ligent regnum Siciliæ, sed illa extrauagans
de pac.Constantiæ,erat incorporata in vsibus feu
dorum : at vereor si tunc erat. item author illius
pacis fuerat Feder.qui erat Rex Siciliæ : ideo dicit
predecessoris nostri. Item ex hoc quod dicit,non
obstante, forte infertur, quòd Rex voluerit ll.il-
las non ligare in hoc regno:imò fortè contrarium:
nam si in illo casu non vult seruari:& sic illum ca-
sum exceptuat, videtur velle, quòd in aliis obser-
uetur : præterea non mirum si extrauagantes illius
Federici de pac.Constantiæ,& aliæ seruentur:nam
illo tempore Regnum Siciliæ erat penes ecclesiam
nondum datum regibus : vnde vltra quòd sunt il-
læ incorporatæ in C.per authenticas. & in decima
collatione. * tamen ll. Imperatorum seruantur in 53
terris ecclesiæ, vbi non contrariantur iuri cano.
cap.ij.de operis noui nun. Octauum dubium est:
* quæ & quot sint specialia in crimine læsæ maie- 54
statis.pro nunc ob librorum penuriam ponam ali-
qua, quæ recitantur per Hippolytum Marsilium.
in l.de minore.in princip.j. & ij. col. de quæstion.
Primum est ex illa. l. in princip. videlicet: * quòd 55
licet minor in criminalibus non torqueatur: vt in
l.ex libero.§.j. eod.tit.& l.in testimonium.de testi.
tamen in crimine læsæ maiesta.torquebitur : vt ibi
in dicta l.de minore.& aduerte, quoniam text. ibi
loquitur expressè in maiestatis crimine, *quod ad 56
personas principum attinet. Secũdum ex eo quod
dixit Angel. in disputatione sua incipiente, exor-
ta guerra : quem refert Alex.in addi.ad l. primam.
ff.ad l. Iul.maiesta.quòd si per statutum concedere-
tur abolitio delinquentibus, non comprehenden-
tur delinquentes in crimine læsæ maiesta.sic in ge-
nerali rebannitione Imperiali si dicatur : relaxo o-
mnes feudatarios meos : non intelligitur commit-
tens crimen læsæ maiesta.Barb.consil.xij.v.char.ij.
volum.Tertium ex Specn.in tit.de accus.§.j.versi.
item repellitur quia fuit socius. vbi dicit, * quòd 57
socius criminis admittitur contra socium in cri-
mine læsæ maiesta.licet aliàs sit secus,vt in l.j.§.di-
uus.eod.titu.de quæstio. & in l.quoniam liberi.C.
de testib. Quartum ex Specu.vbi suprà.ver. item
quòd est frater : vbi dicit, * qnòd licet frater non 58
possit accusare fratrem vel sororem criminaliter
de magno crimine capitali, vt ibi per eum : tamen
hoc fallit in crimine læsæ maiesta.allegat text.in l.
pen.C.de accu.sed debuit dicere.C.qui accus.non
poss. Quintum ex Spec.in d.tit.de accus.d.§.j.ver.
item quòd est mulier.vbi dicit, *quòd mulier po- 59
test accusare quem de crimine læsæ maiest.licet re-
gulariter mulier non admittatur ad accusandum,
vt ibi per eum.Sextum ex Spe.vbi suprà. in ver.se-
quenti : vbi subdit * idem esse in pupillo vel impu 60
bere, qui cum authoritate tutoris forte accusare
poterunt de crimine læsæ maie. Septimum ex Spe.
in d.§.j.ver. item excipitur quòd est miles. * idem 61
esse in milite, qui poterit accusare de crimine læ-
sæ maiest.licet aliàs regulariter non possit. Octa-
uum ex eod.tit.de actore.§.j. in x.colum.ver. item
qnòd commisit.vbi inquit : quòd propter crimen
læsæ maiest.quis repellitur ab agendo. Nonum ex
Spec.in tit.de proba.§.j.ver.x.quòd in crimine læ-
sæ maiest.testes vtriusque partis admittuntur.alle-
gat text.in l.fallaciter.in fin.C.de abol. Decimum
ex eod.in tit.de instru.ed.§.compendiosè.ver.xiiij.
* quòd ille qui committit crimen læsæ maiestatis, 62
non potest facere testamentum : sed efficitur inte-

stabil

stabilis.allegat tex.in l.pen.C.ad leg.Iul.maiest.sed
melior est ad hoc in l.fi.illius tit. & idem dixit ipse
Specu.in tit.de iudic.§.j.ver.est etiam alia petitio,
circa finem.allegat text.in l.quisquis.C.ad leg.Iul.
maiesta.Vndecimum ex gloss.not.in §.per contra-
rium.instit. de hær. quæ ab intest.defe.quæ voluit,
63 *quòd licet regulariter post mortē quis non pos-
sit accusari:vt in l.j.C.de si reus vel accus.mor.fue-
rit:& in l.de qua.in §.j.ff. de iudi. cum simil.tamen
hoc fallit in crimine læsæ maiesta. Nam poterit in
hoc crimine memoria defuncti accusari & damna-
ri, & illam gloss.dicit esse singu. Ang.de Aret.ibi;
& Imo.inc.quoniam frequenter:vt lit.non conte.
& in l.si defuncto.ff.de pub.iud. Duodecimum ex
Aret.in tracta.malef. in verb. præsente Caio & ap-
64 pellante.iiij. col. qui dicit se non credere:* quòd
in crimin.læsæ maiesta.possit appellari, per ratio-
nem literæ l. constitutiones. ff.de appel.videlicet:
quia interest reipub. statim puniri: sed hi sunt hu-
iusmodi: vt patet C.ad l.Iul.maiesta. igitur &c. &
de hoc secundum eum videtur casus in extrauag.
ad reptim. vbi dicitur, quòd in tali delicto puni-
tio non retardatur aliqua l.non obstante. Item vi-
detur casus, dicit ipse,in d.l.constitutiones.in ver.
factionum.coniuncta d.l.quisquis. in princi.nam
sumitur factio pro proditione,quæ fit contra prin
cipem vel rempub.& not.illa verba contra princi-
pem vel rempu. & sic in primo capite tantum: su-
per quo illud August.ibi in addi. XIII. nam hoc
65 in crimine * sciens & non reuelans punietur ea-
dem pœna, qua faciens, vt in d.l.quisquis.§.pen.
C.ad l.Iul.maiesta.ibi,consciis. Bart. in l.vtrum.ff.
de parricid.ponens casus, in quibus de sola scien-
tia quis puniatur (non tamen dicit eadem pœna,
sed simpliciter) ponit inter eos casus eum,qui fuit
sciens de turbatione ciuitatis suæ,vel de alio com-
misso in ciuitatem suam, vel in principem. allegat
d.l.quisquis.& sic æquiparat Bart.eum qui est con-
scius de delicto in ciuitatem suam, vel in princi-
pem.& licet Bal.in quodam consilio, quem refert
Ioan.de Pla.in §.publica.inst.de pub.iu. & Aret.in
versic.che hai tradito la tua patria.iij. colum. hoc
Bart. dictum in omnibus per eum positis reprehen
dat:ex quo scientia debet esse talis,qua quis reuelās
possit probare crimen, quod reuelat: cum nemo
subiicere debeat se tormentis, quæ hoc casu dela-
tori inferuntur,vt in l.iij.C.ad l.Iul.maie.& squa-
lori carceris.l.fi.C.de accus.tamen Aret.vbi suprà.
dicit, quòd opin.Bart.vbi suprà. & Salye.qui eum
sequitur in d.§.pe.l.quisquis.C.ad l.Iul.maiest.ob-
seruatur in practica, vt dicit Bald.met in d. consi-
lio.& vide Aug.in áddi.ad Aret.in d.versic.che hai
tradito &c.dum alleg.Ang.in d.l.ij.ff.de parri. vo-
lentem quòd in Papa & Imperatore is,qui non re-
uelat,debet decapitari:sed in eo,qui nō reuelat tra
cta.contra ciuitatem non debet decapitari: quod
dictum nō tenet pro vero Aug.ibi.& no. quoniam
Salyc.in dicto §.penu.vlti.colum.limitat id quod
ibi dicitur: nisi principalis delinquens, quem
sciens quis non reuelauit, esset sibi multum con-
iunctus:tunc enim dicit ipse mitiori pœna est quis
puniendus: per l.secundam.iuncta l.fi.ff.de parric.
sed subdit se dubitare, an habeat locum illa falla-
cia in hoc crimine læsæ maiestatis.de quo in illa
lege.& not.verba Salycet.quasi quòd in aliis capi-
tibus non habeat locum illa, sed mitior pœna. In
hoc crimine læsæ maiesta.sciens, & non reuelans
punietur eadem pœna.dicta l.quisquis.§.pœna ibi,
consciis.in crimine parricidij filius ex sola scientia
si non reuelat non punietur ead.pœna,sed mitiori;
l.ij.ff.de parricid. Nec obstat l.vtrum.quæ vult e-
tiam extraneum consciū eadem pœna puniri:nam
conscius ibi ponitur pro particeps:& aduerte quia
Bartolus qui in dicta l.vtrum. dicit in casibus ibi
not.solam scientiam puniendam: dum allegat di-
ctam l.secundam, videtur sentire, quòd non ea-
dem pœna. In crimine domini occisi in domo, si
seruus potest ei succurrere saltem voce, & non suc
currit, est pœna vltimum supplicium.l.j.§. serui.
aliàs potuisset. & §.si quis in illa. ad Syllanianum:
debent enim serui eorum salutem præferre saluti
domini. dicto §. serui. in crimine officialis inuasi.
66 text.in l.iij.§.fin.ff.de re milita.dicit, * qui præpo-
situm suum protegere noluerint, occiso eo capite
puniuntur.no.hoc occiso eo: quasi quòd si non sit
occisus, capite non punietur is,qui non protegit:
& hoc percipitur ex gloss.in l.omne delictum.§.fi.
eod.titu.dicitur enim ibi in text. sed & in eos qui
præfectum centuriæ à latronibus circumuentum
deseruerint. animaduerti placuit.gloss.in versicu.
capite: dicit enim vbi præpositus occisus est, vt
suprà l.iij.§. fina. sed qui manum intulit capite pu-
nitur, etiam si non occidit. suprà eadem l.j.§.j.is
ergo qui manum intulit,licet non occidat, capite
punitur.dicto §.j.is qui non auxiliatur, dum ma-
nus infertur, non punitur capite, nisi occidatur
67 officialis. Et not.quia duo sunt, * vnum an sciens
debeat reuelare: aliud an sciens & potens defen-
dere.& non defendens puniatur.Bartol.in dicta l.
vtrum.ff.de parri.vlt. colum. dicit simpliciter hæc
verba,quòd ex sola scientia quis non debet puniri,
nisi quando maleficium debet committi in perso-
nam eius, cuius potestati est quis subiectus: vt si
seruus est sciens de morte domini.l.j.§. si seruus.ff.
ad Syllanianum.vel in filio, si fuit sciens de mor-
te patris, eodem tit. de parric.l.ij. idem de vassal-
lo, si fuerit sciens de morte domini ead. ratione:
idem de eo, qui fuit sciens de turbatione ciuitatis
suæ, vel de alio commisso in ciuitatem suam, vel
in principem, vt in l.quisquis.in fin.ff.ad l.Iuliam
maiesta.in aliis dicit ipse, videtur, quòd non suf-
ficiat sola scientia, nisi sit particeps delicti. Salye.
in d.§.j.l. quisquis, paululum se dilatat, & dicit,
quòd quando sciens erat subiectus patiēti ratione
principatus & dominij vniuersalis, punitur pari-
ter cum faciente: vt ibi.siue erat ei subiectus ra-
tione potestatis dominicæ.dicta l.j.§.serui.& §.eo-
dem tecto.ad Sylla.siue ratione pa.po. d.l.ij. & pa-
riter punitur. vt suprà siue ratione officij & etiam
præpositura.l.omne delictū. §.qui præpositū.ff. de
re milit. & quòd ex prædictis idem potest dici de
vassallo contra dominum, extra prædictos casus
secundum eum, vel similes, sciens * ex sola scien- 68
tia licet iuuare potuerit, non tenetur.l. culpa ca-
ret.& l.non sine culpa.ff.de reg.iuris.& paulo pòst
inter hunc casum & priores est ratio, quia priori-
bus sciētia est cum culpa admista:cum ratione sub-
iectionis & debitæ affectionis illi teneantur defen-

dere, & iuuare. quod not. dicit ipse: quia in prædictis casibus lata culpa æquiparatur dolo, etiam in criminalibus: quod non est regulariter. l. in lege. ff. de sicar. Andr. in titu. de pac. tenen. §. si autem omnibus. in addit. incip. item si velim. in j. colum. loquitur clarius, & dicit hæc verba, iure ciuili certum est, quòd non teneor (loquens de defensione) nisi sit ratione patriæ, vel domesticæ potestatis subiectus, vel ratione iurisdictionis. ff. de regulis
69 iuris. l. culpa caret. Et prædicta faciunt, * quòd quando ciues vident offendi officialem. cui sunt subditi ratione iurisdictionis, vel ei vim inferri: tenentur ipsum defendere: aliàs sunt in pœna, & delinquunt: & erit illud delictum in omittendo: in quo ad hoc vt committatur, non opus est conuocatione populi, vel congregatione consilij, & deliberatione: sed eo ipso committitur: vt notat Salycetus in l. j. j. colum. tertia quæstione. C. de sediti. l. iubemus nullam. C. de sacrosanct. ecclesi. & illud dictum Salyc. not. Felin. in c. cum omnes. xix. colum. de constit. hinc Feli. in d. c. cum omnes. xix. col. ver. vj. declaratio. dicit allegando Anch. in eleganti consi. cliij. incip. in Christi &c. ex narratis in facto. vj. colum. quòd quando delictum habet causam successiuam & continuatam, vt rebellio, guerra, & similia: si ciuitas perpetratur hæc, vel patitur à suis perpetrari, istud videtur vere delictum ciuitatis: satis enim declaratur voluntas factis: & habetur perinde, ac si consulte istud fieret: cum ab eis prohiberi posit, secundum Ancharan. late quem sequitur Ana. in cap. dilectus. ij. xj. colum. desimo. Pro quo secundũ eos: quia sequeretur, quòd si aliqui ciues inuaderent castrum alterius, quòd postea ciuitas tenet: vel si ciues deprædarentur bona alterius: & ciuitas receptaret prædam & captiuos, quòd nõ tenerentur. & istud de delicto commisso per vniuersitatem in omittendo not. Bart. in l. aut facta: §. fin. ij. col. ver. si quæratur an vniuersi-
70 tas. ff. de pœn. dicens: * quòd peccatum omissionis potest committere vniuersitas: nam ipsa tenetur aliquid facere, quòd si vniuersitas omittit, licet hoc contingeret negligentia regentium ciuitatem, tamen ipsa dicitur negligere: per d. l. iubemus. con iuncta l. si procurator. §. tutores. in fin. §. ff. mandati. quod dictum Bart. reassumit secundum Salyc. in d. l. j. ij. col. in iiij. q. de sedit. vnum dicit Saly. in ea. l. j. in prima oppo. quòd quando fieret seu moueretur seditio: & aliqui accurrerent ad tumultum per lasciuiam, & nihil vltra peccarent, mitius punirentur. per l. capitaliũ. §. solent. ff. de cap. quod non videtur bene dictum per prædicta: ex quo illam tales accurrentes debent obuiare: nisi dicas quòd Salyce. loquitur quando tumultus non fieret contra eum, quem quis adiuuare tenebatur: sed aliter, & quòd sic loquatur text. in d. §. solent: vel potest hoc intelligi verè & propriè: vt sit mitior pœna erga omittentes, quàm erga facientes. XIIII. speciale
71 est, * quoniam si Rex vult, potest bona rebellium diruere: & licet hoc non reperiatur aliqua lege expressum: nec ab aliquo doctore tactum quod ego viderim: tamen Luc. in l. j. C. de peti. bon. sub. lib. x. dicit prout suprà dixi: videlicet, quòd si Rex potest talium bona publicare, potest & diruere, quod est secundum eum æquissimum in detestationem tanti criminis. An posit potestas promulgare ban
num: * quòd nemo audeat tenere ludum in domo 72
propria sub pœna desolationis domus, vide d. Par. in synd. in ver. bannum: dum allegat gloss. in l. si is cum quo. ff. commu. diuid. & an iudex posit propter cõtumaciam alicuius diruere domos. vide d. Par. in ver. contenta. ver. an iudex propter contumaciam: dum allegat d. l. si is cum quo. ff. commu. diui. Et no. hoc ad c. Regni Siciliæ editum per Regem Federic. quod incipit, iubemus ne ciuitates: quo statuitur, quòd domus eorum, qui immaniter deliquerunt, nec debent dirui, nec vineæ, viridaria, & plantæ euelli, sed illud cap. forte non militat in hoc crimine: per ea quæ dixi suprà in secundo speciali in hac q. seu dubio. An autem vo-
lente regia Curia * procedere ad demolitionẽ do- 73
mus rebellis posint creditores quibus antea domus obligata fuerat, impedire istam demolitionẽ? Iac. de Aret. in l. j. §. seruus. ff. ad Syllan. dicit quòd non: sed debet domus dirui. sed ne creditor damno afficiatur debet fiscus sibi satisfacere: vt refert Cynus in l. pignus. C. de pigno. actio. Barto. in d. §. seruus. tenet, quòd creditor potest impedire vastum seu demolitionem: quia creditores publicis pœnis præferuntur. l. j. C. de pœn. fisca. lib. x. & l. quod placuit. ff. de iur. fisc. Non obst. d. §. seruus. quia loquitur in seruo, qui delinquendo potest priuare dominio suo dominum. l. j. §. quoties. ff. de vi & vi ar. Saly. in d. l. pignus. animaduertit, quòd inter istos doctores non est differentia seu contrarietas: nam dum Bart. dicit, quòd creditor potest impedire: intelligi debet nisi fiscus prius ei satisfaciat. Et hoc operatur obligatio pignoris, quæ ius in re constituit: ideo simplex colonus, vel inquilinus prohibere non potest. l. si fundus. ff. loca. & istud non negat Iac. de Aret. videlicet, quin fiscus debeat satisfacere: & not quòd Ang. in tract. malef. ver. & eius bona publicamus. v. col. vers. quæro quis posit. refert Bald. Ang. Raph. & Imol. in l. si marito. in prin. ff. sol. matr. dicentes quòd licet vxor habeat bona mariti obligata pro dote: tamen non potest impedire eorum publicationem & eorũ incorporationem: cum ipsa non habeat dominium illorum nec possessionem: sed postea ipsa à fisco dotem repetet: vt C. ad l. Iul. de vi. pub. l. ij. Augustinus autem ponit in addit. ibi duas limitationes ad prædicta not. per Ang. Prima est nisi res esset propria vxoris detẽta per virum: & ideo debet esse cauta vxor, vt non expectet authoritatem iudicis, præoccupare bona sua: sed ipsamet manum iniciat: quantumcunque bona illa per virũ detineantur. allegat Angel. in l. si quis. per illum text. C. de bo. damnat. Secunda limitatio est, nisi bona defuncti deberent deuastari, non dico publicari: quia tunc de iure dicit ipse, potest vxor pro dote impedire illam deuastationem. allegat Albe. de Ros. in iij. parte stat. q. vij. dicentem tamen quòd de facto nõ seruatur, quia deuastatur. Sed ciuitas isto casu satisfacit vxori & aliis creditoribus. XV. speciale in regno sic
est, * quòd habeat locum pugna & prouocatio ad 74
duellum in crimine perduellionis, non autem in alio crimine læsæ maiestatis, vt in const. monomachiam. iuncta gloss. fina. XVI. speciale est textus
not. in c. si quis laicus. xxij. quest. v. * vbi presbyter 75

vel

vel alius clericus, vel episcopus degradatur per
coniurationem factam contra Principem, vel Do-
minum terræ, vt not. doct. in c. petitio. de iureiurá.
& posset intelligi de actuali degradatione propter
immanitatem criminis. argu. l. quisquis. ad l. Iuliá
ma. hæc Abb. in c. at si clerici. in fin. principij. extra
de iudic. sed hoc de actuali degradatione, & quòd
hic tradi posit iudici seculari, non est expeditum,
nisi in certis casibus: vide ibi per Aretin. & alios.
76 X V I I. speciale est, * quoniam quando aliquis est
bannitus vel condemnatus de proditione: debent
destrui eius arma. Gandi. in tract. mal. in rubrica de
bannitis pro maleficio, allegat. l. eorum qui. ff. de
pœnis.

SVMMARIVM.

1 *Castra Baronum bannitorum respectu criminum ingerentium pœnam confiscationis bonorum, potest commissarius regere, iustitiámque facere ad instantiam fisci. & nu. 8.*
2 *Bona bannitorum immobilia non sunt capienda per fiscum infra annum banni.*
3 *Annotatio bonorum quid sit, & eius diffinitio.*
4 *Annotatio non fit hodie, nisi, in bonis mobilibus.*
5 *Potestates Terrarum hodie statim commisso delicto faciunt describi omnia bona delinquentis, & sequestrari, ne occultentur.*
6 *Iudex bannitis infrà duos menses perdit iudicatum: quia per bannum incurrit infamiam facti.*
7 *Vassallus citatus per tres citationes ad instantiam Domini de eo conquerentis, si non comparet priuatur feudi possessione: & si perseuerauerit ad annum proprietate carebit: ibi etiam not. quando citatio non requiritur.*

DECISIO CXXXI.

Panhormi.

IN causa nonnullorum Baronum Re-
gni Siciliæ citatorum, & ob contu-
1 maciam bannitorum * respectu quo-
rundam criminum ingerentium vt
præfertur pœnam cõfiscationis om-
nium bonorũ, dubitatũ est, an possit ad Regij fisci
instantiam destinari commissarius ad eorum Ca-
stra regenda, iustitiámque subditis illorum mini-
strandam: bonáque eorum mobilia pro tertia par-
te capienda, reliqua verò cũ fructibus sequestran-
2 da. Et quòd captura * immobilium fienda non sit:
facit primò text. in l. j. C. de requiren. re. ibi, anno-
tari, & sic non cap. item ibi, res arbitrio iudicis si-
gnatas recipiat. quod verbum, signatas, adaptatur
tantum ad res mobiles. facit text. in l. fin. ff. eod. tit.
ibi requirendorum bona obsignari qui eodem mo
do probat. facit tertio gl. in l. ij. in glos. j. ibi, ad oc-
cupanda: vt interim non occupet, sed annotet. ff.
eod. tit. de requi. reis. facit text. in l. si quis iotra. C.
de bon. proscript. prout intelligit ibi Salyc. qui di-
cit, quòd per illum text. dicunt doct. & quòd ita se
habet practica: quòd vbi sequestratio est prohibi-
ta, iudex potest fieri facere iterum descriptionem,
& docet ille text. qualiter bona deportati describi
& capi debeant: tamen non facit: primò, quia ibi
proceditur etiam ad capturam bonorum, & nos
volumus vt probet contrarium. secundò, quia ibi
eramus in damnato per sententiam secundum glo.
primam ibi. non enim dubitamus hic an debeant
bona describi: sed an possint postquam descripta
sunt capi. nec etiam dubitamus an possint capi
mobilia & sequestrari: quoniam istud secundum
dicta iura negari non potest: sed quærimus de im-
mobilibus. facit quintò Saly. in d. l. j. ij. & iij. colũ.
C. de requir. reis, dicens * quòd annotatio est quę- 3
dam iudicis sententia interlocutoria, prolata ra-
tione contumaciæ, qua pronunciat illum contu-
macem, & eius bona annotat in fiscũ: vt quia bo-
na ponit in banno fisci, nisi venerit infra annum,
& mandat ea describi: ergo bona saltem immobi-
lia non capiuntur corporaliter. Facit sextò Gandi-
nus in tract. malef. in rubrica, quid sit agẽdum reo
absente. qui dum loquitur de annotatione bono-
rum cõtumacis, dicit quòd bona sic descripta de-
bent collocari in aliquo loco tuto, vel personis
idoneis assignari: vnde sentit, quòd ista annotatio
non fit, nisi de mobilibus. Facit Luc. infrà allega-
tus in l. defensionis facultas. In contrarium verò,
quòd omnia capi possint, facit glo. in l. ij. C. si pen.
appel. mors interuenerit, dicens, quòd bona absen
tis citati describuntur: vt copiam sui præstet, vt
infra annum adueniẽs recuperet res suas, post an-
num vero non. si recuperat, ergo captæ erant. fa-
cit Barto. in d. l. j. ff. de requiren. reis. qui dicit post
annotationem sibi hoc notificabitur. vt j. proxi. §.
& si venerit j. annum bona recuperat, post annum
vero perdit: ergo capta erant. Facit Sali. in l. absen-
tem. iij. col. C. de accu. ibi si vult bona annotata re-
cuperare, & impedire ne publicentur in fiscum,
compareat infra annum, & paulopost, & eo infrà
annum comparente recuperabit bona, &c. ergo ca
pta: & vide Abb in c. veritatis. in iij. col. ver. aliam
distinctionem secuti. &c. facit Ange. in tract. male.
in verb. qui iudex videns, quòd inquisiti. ij. colum.
dicens, quòd sicut in ciuili fit missio in bonis, vt
tædio affectus contumax veniat responsurus: ita in
criminali bannitus in persona afficitur, vt nomen
eius inter reos ascribatur, & bona eius annoten-
tur: & paulo post: vnde sicut in ciuili comparens
reus quandoque infra annum refectis expensis re-
cuperat bona sua: ita in criminali, &c. & demum
subdit, bona autem non recuperat, nisi infrà an-
num compareat. &c. Facit Ang. in addi. ibidem, in
seq. colũ. qui dicit post Bald. & nota bene, * quòd 4
hodie secundum Iac. de Bel. non habet locum ista
annotatio bonorum nisi in bonis mobilibus: ergo
de iure communi habebat locum etiam in mobili
bus. & de hoc hodie vide Abb. in c. veritatis. iiij. co
lum. vers. aduerte tamen ad vnum. extra de dolo &
cont. aliàs, de iureiur. Facit Ioan. de Pla. in l. defen-
sionis facultas. ij. col. de iur fis. lib. x. qui primo po-
nit regulam, quòd lite pendente non debet posses-
sor sua possessione priuari, nec à fructibus perci-
piendis prohiberi, vel ea sequestrari. postea dicit:
nisi in causa appellationis, &c. & inde subdit idem
quando delinquens esset contumax & in fuga: alle
gat. l. fin. ff. de requi. re. & postmodum inquit: Pote-
states autem terrarum * hodie statim commisso ma 5
leficio faciunt describi & inuestigari omnia bona

delinquentis, & sequestrari: ne auferantur & oc-
cultentur.& bene per d.l.imperatores.in fin.& per
text.clarum.in l.si quis intra.C. de bon. præscri.&
sic intelligit d. l. si quis intra.etiam ante sentẽtiam
est verum, quod & dum dicit, occultentur, vide-
tur loqui in mobilibus.Lucas in d.l.defensionis fa
cultas, dicit, quòd per illum tex. mobilia ex lapsu
anni fisco applicanda obsignantur,& sic intelligit
in mobilibus materiam, & dicit, quòd illud in o-
dium contumacis.sed hoc arg.est pro.& dicit etiã,
quòd quando bona petuntur ex crimine, debet
fieri descriptio, sicut in petitione hæreditatis: &
quòd licet iudices in Cur. sentientes contrarium
voluerunt determinare, tamen secundum eum vi-
dẽtur satisefficaces rationes pro alia parte.And.in
const.clementiæ imperialis, de redimendis banni-
6 tis, in vlti.col.dicit, * quòd bannitus etiam infra
duos menses, si erat iudex, perdit iudicatum, quo-
niam per bannum incurrit infamiam facti. allegat
l.fi.C.der equir. reis.Forte loquitur in eo qui habe
bat simpliciter iudicatum: vt in Capitaneo,&c.nõ
in vtili Domino iurisdictionis. Facit etiam pro se-
cunda opinione seu parte tex.in c.j.de mili. vassal.
7 qui contu. est. vbi * vassallus citatus per tres cita-
tiones ad instantiam Domini de eo conquerentis,
si non comparet, debet priuari possessione feudi:
& si non comparet infrà annum perseueranter in
contumacia, debet amittere etiam proprietatem.
Sed in casu nostro non est actum hac via.Feli.in c.
quoniam frequenter.ix.colũ.versic.similiter. dicit
Pet.de Anch.extrà vt lite non contest.alleg.Anch.
in consil.cclxxij.incipi.ex prædicta narratione. &
8 consil.cciij.dicentem, * quòd propter periculum
in mora, vel propter potentiam vassalli potest pro-
cedi eo non citato, & feudum occupari. Et vide
Andr.in c.j.ij.col.hic finitur lex. Fuit repertum in
registris, quòd aliàs in similibus casibus fuerunt fa
ctæ prouisiones super captura terrarum seu Baro-
niarum, scilicet quo ad iustitiæ administrationem:
& sic fuit seruatum in Baronia Castriuetrani: &
in Baronia Petræ persiæ: in Baronia Militelli: & in
Baronia Ficaniæ.

SVMMARIVM.

1 *Iniustis ordinationibus superioris an sit obediendum in foro conscientiæ.*
2 *Iudici mandanti quando non est parendum.*
3 *Iudex qui metu tyranni profert malam sententiam aliàs non laturus, vtrum excusetur.*
4 *Executores Prælati literarum papalium iniquarum, nec audentes supersedere rationabili causa: vtrum excusentur.*
5 *Papæ an sit obediendum peccato imminenti.*
6 *Officialis regius non debet regi parere vel pragmaticis dictantibus, quòd non possit capi possessio alicuius ecclesiæ sine literis executorialibus regis*
7 *Statuentibus non sufficit rationabilitas statuti, nisi concurrat etiam potentia statuendi.*
8 *Domini temporales facientes prohibitiones generales in detrimentum ecclesiæ, sunt excommunicati.*

DECISIO CXXXII.

Panhormi.


N in Foro conscientiæ * sit obe- 1
diendum iniustis ordinationibus su
perioris? textus in l. non videtur
§. qui iussu. ff. de regulis iuris. dicit
qui iussu iudicis aliquid facit, non
videtur dolo malo facere: quia parere necesse ha-
bet. gloss. ibi distinguit, quòd aut superior man-
dat aliquid exercendo suum officium: & tunc siue
iustum siue iniustum sit, parendum est. aut aliquid
mandat non spectans ad suum officium, & tunc
parendum non est, si iniuste præcipit: nec excusa-
tur obediens, & hoc in atrocioribus, non autem
in leuibus.text. in capi. quòd quis. de regul.iur.in
vj.dicit * quòd qui mandato iudicis facit, dolo 2
facere nõ videtur, cum habeat necesse facere. Dy.
ibi dicit distinguendo, quòd aut præceptum est a-
perte contra l.& tunc non debent officiales pare-
re iudici: imo possunt & debent resistere. allegat
C.de decurio.l.omnes.lib.x. & alia iura: aut aperte
est secundum legem, & tunc punitur qui non pa-
ret.l.j.ff.si quis ius di.non obt.aut est dubium de iu
stitia præcepti: & tunc adhuc debet parere.l.si quis
ex aliena.ff.de iud.& ad hoc quàm plura affert. An
gel.in tract.male.in versi. Sempronium mandato-
rem.ij.& iij.colum.versicu.quartò quæro: vbi pri-
mò loquitur de extraneo, deinde de filio & seruo:
& in filio & seruo qui sunt subditi dicit, quòd in
leuibus excusantur, per l.liber homo. in princi.&
ibi glo.& Floria. ff.ad leg. Aquil. in grauibus verò
non.d.l.liber homo.& alleg.Bart. in l. non solum.
§.si mandato.ff.de iniur.quem hic non habeo. &
refert Salyc.& Bald.in l.seruus.C.ad leg.Iul. de vi.
quòd excusetur ad pœnam mitigandam: & dicit,
quòd id quod dicitur de filio & seruo, est idem in
berocino siue executore, licet faciat iniustitiã exe
quendo sententiam seu præceptum iudicis.allegat
not.per Dyn.vbi suprà.Paris in versic.sententia.§.
vtrum iudex. quærit an iudex, * qui propter vim 3
vel metum Tyranni profert malam sententiam, a-
liàs non laturus, excusetur,& dicit, quòd sic: nisi à
principio sciuisset hoc euenire potuisse, quia non
debuit officium acceptare.arg. de dam.infec.l.qui
bona.§.de illo.& ff. loc.l. habitatores.§.fin. & l.ex
conducto.§.j. idem in versi.tortura.in §.de repeti-
tione.in iij.col.versi. an iudex qui hominem: dicit
an iudex qui hominem sine indiciis tormentauit,
mandato Regis teneatur. vide in l.item apud La-
beonem.§.quæstionis,ff.de iniu.tamen vbi hoc fa-
ceret iudex Regio mandato excusaretur, per not.
per Bald.in l.seruo.C.ad l.Iul. de vi.& aliquid per
And.in constit.prosequẽtes.de testi.& proba.con-
tra Barones.gl.in authen.de man.principum.§.de-
inde competens.in versi.nuncians.colligit * argu- 4
mentũ contra miseros prælatos exequentes statim
literas Papæ iniustas, nec audentes supersedere,
etiam si rationabilis causa id suadeat: de qua gloss.
facit mentionem Bald. in proœ. decretalium. iiij.
colum.vers.dicit collectaneus.& Feli.in c.si quan-
do.in j.colum.de rescript.post Bald.& Imol.ibi.&
dicit Ioann. Andr.in capit.ad honorem.de auct.&
vsu pallij: quòd non obstante ple.po. quæ est in Pa-
pa * non est ei obediendum peccato imminenti. 5
refert

refert Feli.in d.c.si quando. ij. colum. &dicit Hostieo.in c.significauit.de offi. ordi. quod exclamat Abb.ibi.j.col.quòd Papæ nunquàm debet obediri contra Deum.refert Feli. in d.c. si quando.iij.col. & dicit Petr.de monte. in libro de potestate Papæ & consilij.xxxix.colum.quòd cuiuslibet præcepto Papæ quamuis durissimo debet obediri:per cap.in memoria.xix.distin.ibi licet iugum vix ferendum,
6 &c.nisi contineat peccatum.Feli.vbi ʒ. in v. colũ. versi.dicta per istum tex. ex quibus * inter alia potest inferri : an posit cum bona conscientia inferior administrator,seu officialis inferior dicto respectu Regis parere Regi,vel pragmaticicis regiis dictantibus, quòd non posit capi possessio alicuius ecclesiæ sine literis executorialibus regiis: an scilicet peccet officialis prohibendo capi huiusmodi possessionem.Ange.consil.xxiij.inci.nulla persona , loquens de statuto populi Florentini, tenet quòd talis ordinatio valet, & pntest fieri per laicum , & sic secundum eum non esset peccatum resistere istis capturis possessioonum sine executoriis.Abb.verò in consil.lxxxiij.incipi. præsens dubium in effectu consistit. teoet contrarium , quoniam esset tale statutum contra libertatem ecclesiæ:& dicit , quòd apprehendens dictam possessionem sine licentia non incidit de iure in pœnam statuti:nec notarius de ea rogatus,nec testes:quinimo statueotes, & ipsa statuta seruari facientes secundum eum sunt excõmunicati ipso iure : & hoc
7 putat verius Felin.in ca.ecclesia sanctæ Mariæ.xlj. colum.xj.q.de constitu.& dicit,* quòd in statuentibus nõ sufficiat rationabilitas statuti , nisi etiam concurrat potentia:& subdit Feli.ibi quòd ex hoc posset inferri contra Principes & Dominationes, quæ per generales prohibitiones statuunt , vt quis beneficium non impetret à Papa sine eorum licentia , & quòd videntur incurrere in excommunicationem ipso facto. Facientes ergo seruari dicta statuta secũdum Abbatem sunt excommunicati. An hæc excommunicatio liget officialem Regis , qui faceret obseruari Pragmaticam dictantem,vt ʒ.*

SVMMARIVM.

1 *Indultus generalis nondum publicatus ,sed tantum coram nonnullis declaratus cum reseruatione aliquorum , an possit à Principe reuocari,vel reseruatorum numerus augeri.*
2 *Confessio liberatoria licet absente parte nõ valeat: valebit tamen pactum liberatorium.& nu.5.*
3 *Donatarius absens non fit dominus,antequam rem sibi missam donatam accipiat.*
4 *Renuncians liti antequam pars sciuerit ,vel ratum habuerit,pœnitere potest.*

DECISIO CXXXIII.

Panhormi.



DEcreuerat,declarauerátque Illu. Vicerex Regni Siciliæ coram nonnullis personis se facere indultum & remissionem generalem quasi omnibus terris & ciuitatibus dicti Regni cum reseruatione certi numeri personarum tunc non expressarum.Non fuit hoc notificatum vniuersitatibus dictorum locorum , nec illæ curatunt
pro indultu mittere.Dubitatum est*an posit præ- 1
fatus Illu. Vicerex postmodum augere numerum reseruatorum. sicque dictam remissionem reuocare. Quòd non posit , facit tex.in ca.si tibi absenti &ignoranti.extra de præbend.lib.vj. vbi habetur quòd si per episcopũ fieret absenti & ignoranti collatio de beneficio,valet in tantum, quòd collator non potest amplius variare , & debet requiri ille si vult acceptare , & statui sibi terminus. Est bene verum,quòd ante acceptationẽ non quæritur illi ius:sed facta acceptatione quæritur ius sine apprehensione, quod de apprehensione non habet locum in prophanis, facit Salyc.in l.vnica.xv.
oppo.C. de confe.qui dicit, * quòd licet liberato- 2
ria confessio facta absente parte nõ valeat : tamen valebit pactum liberatoriũ.Quòd posit pœnito-
re,facit tex.in l.absenti.ff.de don.* Vbi si quis mir 3
tat rem ad donandũ absenti,donatarius antequàm rem missam accipiat non efficitur dominus, & sic est in l.nec ambigi.C.eod.titu. Facit Saly.in l.post
quàm liti.C.de pact.pen.col.dicens,* quòd si quis 4
renunciat liti , antequàm pars sciuerit vel ratum habuerit potest pœnitere.Facit Saly.in l.vnica.xv. oppo.C.de confess.remittendo se ad l.si actionem. C.de pact.qui dicit, quòd confessio liberatoria facta parte absente non valet.& sequitur Feli.in ca.si cautio.de fide instru.facit Fel.in c.si cautio.de fide instru. facit Feli.in c.insinuante.ij.colum.de offic. deleg.qui sic dicit. Item nota. quòd literæ familiaritatis nihil operantur antequàm perueniant ad notitiam illius,cui conceduntur:& ratio est secundum eum (quæ facit fortè pro prima parte.) quoniam familiaritas est quidam consensus reciprocus,ideo ante notitiam nihil operatur ,& dicit de hoc esse consi.Pet.de Anch.consi.cccxcviij.incip. præmitto pro clariori.& vide Feli.in c.nouit.vj.& viij. colum.'dum tractat , an quæratur ius aliquod priuilegiato ante acceptationem. vide Alexã. in l. qui absenti.§.j.de acquiren.possessio.vbi reprobat Bartol. qui volebat in l. finali tertia columna. de sentent. passis. quòd si princeps restituit deportatum : quæratur ipsi deportato talis restitutio absenti,& ignoranti.

SVMMARIVM.

1 *Electio, seu consensus eligentium , an præscribatur per non vsum xxx.vel xl.annorum.*
2 *Ciuitas habens priuilegium faciendi nundinas , & per x.annos non fecerit: priuilegium perdit.*
3 *Episcopus, qui sui capituli consilium habere debet in exercenda iurisdictione ,potest præscriptione sibi quærere vt dictum consilium requirere minime teneatur.*
4 *Canonici habentes facultatem optandi præbendas in ecclesia ex consuetudine : non optantes nullo vnquam temporis spatio perdunt facultatem.*
5 *Electionis qualitas canonicorum per non vsum est talis quòd qualitas ipsa non perditur.*
6 *Facultas an perdatur per non vsum.*

DECI

DECISIO CXXXIIII.

Drepani.


IN causa Antonij Planes Consulis Catalanorum ciuitatis Panhormi substituti per dominum Marimontem contra homines nationis Catalanæ in eadem ciuitate degentes. Extat priuilegium regis Caroli secundi confirmatum per Reginam Mariam, per quod ad contemplationem Iacobi Regis Aragonum concedit ciuitati Barchinonę, quòd valeat creare Consules in certis locis, inter quæ comprehenditur insula Siciliæ: ita tamen quòd Consul creandus quoties ipsum abesse contigerit, possit & valeat de voluntate, & electione Catalanorum in dictis locis commorantium substituere alium in
1 officio consulatus. cōstat, * quòd per xxx. item xl. annos proximè præcedentes Consules creati fecerunt substitutos, quibus per Catalanos Panhormi fuit præstita omnis obedientia: fuéruntque semper acceptati in officio. Ad præsens dum dictus de Marimonte substituisset Antonium Planes, natio quæ est Panhormi, opponit se, quòd nnn potuit hæc substitutio fieri sine voluntate ipsius nationis. Et quidem nusquàm apparet, quòd Consules voluerit substituere, & quòd Natione repugnante substituerint: adeo quòd non potest Dominus de Marimonte dicere, quòd sui prædecessores fuere in quasi possessione substituendi inuita Natione, nec econtra ostenditur, quòd Natio elegerit, vel quòd electionis actus per Consules factus, sit factus de Nationis voluntate. Quid erit modo dicendum? an fuerit præiudicatum Nationi per dictas electiones seu creationes factas à Consulibus modo quo supra? Pro actore facit tex. in l. j. ff. de
2 nund. vbi dicitur, * quòd si Princeps concederet Ciuitati priuilegiū, quòd valeat facere nundinas, & ciuitas per x. annos non fecerit: perdit priuilegium Secundò facit Bart. in d. l. j. dicens per illum text. quòd si Princeps concedat ciuitati priuilegium studij generalis: & ciuitas eo per x. annos non vtitur, amittit. Tertiò facit Bart. in l. nemo est qui nesciat. ff. de duobus reis, qui dicit, quòd licet doctor non possit legere de iure per substitutum: tamen si esset de hoc consuetudo in loco seu studio, quòd legatur per substitutum: perditur priuilegium, vel vt aptius loquamur, potest legi per substitutum. Quartò facit tex. in c. pen. de consue-
3 tu. lib. vj. vbi * episcopus qui in iurisdictione erga suos subditos exercenda debet habere consilium sui capituli, potest consuetudine, vel præscriptione sibi quærere vt dictum cōsilium minime requirere teneatur, & not. ibi Domi. in primo notabili. quòd astrictus in aliquo actu ad requirēdum consilium alterius potest consuetudine, vel præscriptione sibi quærere: vt illud requirere minime teneatur: & ad d. c. vide Dom. in c. non potest. in fin. de re iudi. quem refert Felin. in c. ex parte in fin. de consti. qui dicit, quòd in casu d. ca. non dicitur capitulum assistere, vt iudex, cum eius consil. non teneatur episcopus iudicans sequi. Quintò pro actore tenet Ias. in l. fin. ff. de constit. Principum. In contrarium pro Natione Catalanorum facit glos. in c. vt priuilegia. in glo. pen. de priuileg. quòd si aliqui regulares habeot priuilegium, quòd eis venientibus ad locum interdictum semel in anno aperiantur ecclesiæ: vt celebrentur in eis diuina: quod intelligitur de vna tantum ecclesia, vt ibi. Si per centum annos stetissent, quòd non venissent ad ecclesiam illam quæ sæpe fuit interdicta, non præscribetur. Sic ergo si Natio nunquàm volnit vti ista facultate eligendi: nec eis contradicentibus creatio facta est: sibi non præiudicarunt. Secundò facit quod dicunt Ioā. And. Ioan. de ligna. & Domi. in ij. col. in c. fi. de consue. lib. vj. videlicet
* quòd si Canonici haberent ex consuetudine fa- 4
cultatem optandi præbendas in ecclesia, si voluerint, non perdunt eam facultatem vllo temporis spatio. per d. glos. Tertiò facit Calde. consil. xix. incip. in operaria. in tit. de præben. volens, quòd licet Canonici multo tempore non posuerint operariæ clericum, sed laicum: cum ad eos stabat ponere alterum ex eis quem vellent: per hoc non est præscriptum laicis, quòd non possit eligi clericus. Quartò facit idem Cald. vbi s. quòd si Canonici
* qui poterant eligere per scrutinium, & de gre- 5
mio ecclesiæ vel aliter: si multo tempore elegissent per scrutinium vel de gremio ecclesiæ, nō per hoc amiserunt facultatem eligendi aliter. Quintò facit Felin. qui prædicta cumulat in c. cum accessis sent. xiij. col. de consti. dicens, * quòd si Imperator 6
daret in suo priuilegio vni nobili facultatem faciendi molendinum cum clausula ad libitum voluntatis tuæ: & ipse per multos annos nō esset vsus hac facultate, eam non perdit. Dubium est: nam in priuilegio Regis Caroli non sunt hæc verba, si voluerint. Et dum esset res in procinctu declarandi, C. maiestas scripsit, quòd ipsa ex quo erat de proximo intratura Barchinonam, vbi sunt ambæ partes originariæ, videlicet officiales Barchinnnæ & Natio Catalana tota, volebat ibi causam diffinire: sicq; ad suam celsitudinem remissa est.

SVMMARIVM.

1 *Maritus tenetur in certo loco perpetuum domicilium habere cum sua vxore: prout in capitulis matrimonialibus cautum est. & nu. 6.*
2 *Pactum apponi potest in qualibet traditione rei.*
3 *Societas potest ex causa superueniente dissolui ante tempus.*
4 *Pactum, per quod inducitur perpetua priuatio libertatis, non valet.*
5 *Vxor habet ius in persona viri: & econtra.*

DECISIO CXXXV.

Panhormi.


IN causa* magnifici domini Ioannis 1
Ioysij de Septimo, cum Barone Rocellæ genero suo: prætendit præfatus do. Ioannes Ioysius quòd Baro teneatur deferre vxorem suam ad faciendum incolatum in ciuitate Panhormi, ex quo ita in capitulis matrimonialibus cautum est. Ex aduerso gener suus asserit dictum pactum non valere. Abb. in capi. primo. ij. colum. qui ma. accus. pos. dicit hæc verba. Sed quæro nunquid in contractu matrimonij possit apponi pactū, vt vxor non teneatur sequi maritum, sed vt maritus moretur cum vxore

vxore & in certo loco. Petr.& Abb. & communi-
2 ter doct.se quentes tenent, quòd sic, * nam sicut in
traditione rei potest apponi pactum, vt in cap. ve-
rum.de condi.appo.& in l.j. C. de pact. connu.ita
& in traditione mulieris: & hoc verum, nisi orta-
tur noua causa propter quam maritum oporteat se
absentare: vt potest poni exemplum hic in casu no
stro.facit l.si conuenerit.cum l.sequé.ff.pro socio.
3 * vbi societas potest ex causa superueniente dissol-
ui ante tempus. Rom. in l. stipulationes non diui-
duntur.viij.char.versic.superest vltimo.ff.de verb.
4 obliga.dicit * non valere dispositionem: per quam
inducitur perpetua priuatio libertatis, veluti vt
quis perpetuo à tali loco non discedat.per text.in
l.Titio centum.§.Titio centum relicta sunt, ita vt
à monumento non recedat.ff.de condi.& demon.
limitat ibi, quòd licet dictum præceptũ, per quod
ius libertatis frangitur, non possit à testatore effi-
caciter fieri personæ liberæ, vt ibi: tamen potest
fieri personę libertæ, in qua idé ius habet, vt est ca-
sus ibi,& in l.Meuia. ff. de manu.testam.& per hoc
subdit Lud.hæc verba. & pro hoc anno isto existés
Romæ consului apud Vrbinum in casu pulcherri-
mo, scilicet an valeat pactũ factũ in contractu ma-
trimonij inter maritum & vxorem, vt maritus de-
beat certo in loco perpetuum domicilium cum
vxore habere: nec ab illius habitatione vnquàm di
scedere. Maior enim pars Dominorum aduoca-
torum Curiæ consulucrat, quòd non, ea ratione,
quia quòd aliquis obligetur ad standum in certo
loco perpetuo, est species seruitutis, quia ex hoc
ius libertatis infringitur, vt in d.§. Titio. ergo se-
quitur, quòd illud est innalidum, cum non possit
quis per pactum libertati personę suę prędiudicare.
C.de lib.cau.l.nec si volés.& in l.interrogatá. cum
si.Ego verò solus, dicit Lud. tenebam contrarium
ea ratione: quia non est dubium, quòd hæc. con-
uentio valeret, cum in eo, in quo obligatur, quo-
ties haberet ius aliquod.vt in d.l. Meuia. & in d.§.
5 Titio. est casus de liberto.sed vxor * habet ius in
persona viri, vt patet ex not.in text.& glo.de con-
iu.lep.c.j.& xxxij.q.j.si quis vxorem, ad finem.igi-
tur, &c. Et quia mihi non credebatur, allegaui di-
ctum Anton. hanc q.in terminis ponentem, & ita
determinat, licet nihil alleget in c.j.qui matr.accu.
posses. & ita fuit obtentum.Quod diligentet not.
quia dubium est peregrinum: hæc ille. Limitat se-
cundò præfatus doct. vbi ʒ. quòd licet non possit
hoc, quòd in certo loco quis continuo stet, venire
in dispositione, tamen bene potest venire in con-
ditione.casus est secundum eum.ff. de leg. iij.l.qui
concubinam.§.vxori.& de condi.& demonstr.l.si
6 quis ita. ob has doctrinas * emanauit mandatum,
iustificatum tamen à domino Vicerege cõtra præ-
fatum Baronem: qui licet primo loco multum ver
bis & supplicationibus recalcitrauerit: tamen de-
mum cessit, & attulit Panhormum vxorem suam.

SVMMARIVM.

1 *Gratia facta per Proregem, siue concessio ad bene-
placitũ regum, & ipsius Proregis an expiret fini
to Proregis officio, vel per mortẽ Regis: & nu.4.*
2 *Pronomina meum, tuum, suum, & nostrum, sem-
per in dubio concernunt personas.*
3 *Gratia facta ad beneplacitum Ro. Pon. respicit di-
gnitatem & non personam: & sic non extinguitur
per mortem concedentis.*
4 *Officium finitur finito rectoratu concedentis offi-
cium. & nu.6.*
5 *Beneplacitum, & voluntas expirat officio finito.*
7 *Licentia Rectoris data per Episcopum de residen-
do, non expirat Episcopi morte.*
8 *Gratia concessa per summum Ponti. ad beneplaci-
tum nostrum & apostolicæ sedis, verum expiret
per mortem Papæ.*

DECISIO CXXXVI.

Panhormi.


IN causa * Francisci Calandrini cum 1
Francisco castiglio, habuerat Calan-
drinus viuente catho. Rege conces-
sionem officij conseruatoris muni-
tionum regiæ Curiæ à domino don
Hugone tunc Prorege ad beneplacitum regium &
ipsius do.don Hugonis succedentibus, deinde Re-
gni reuolutionibus, ac stante dicto Prorege extra
officium venerunt prouisiones catho. maiestatis
noui Regis in quibus mandat, quòd si de officio
tarcinalis esset prouidendum: prouideret dicto
Francisco castiglio, & hæ literæ directæ sunt do-
mino locumtenenti generali, qui Regno nomine
regio præerat. Præsupposito, quòd idem sit officiũ
gubernatoris tarcinalis & conseruatoris munitio-
num: dubitatum est an gratia facta Calandrino ex
pirauerit per mortem Regis, & absentiam domini
don Hugonis à Regno & eius regiminis cessatio-
nem, Lapus in c.si gratiose.de rescri.libr. vj. tenet
quòd concessio facta sub nomine Roma. Pontifi.
concernat dignitatem, & intelligit illum text. in
prima parte quòd fuerat expressum nomen pro-
prium, aliàs esset idem in primo casu quod in se-
cundo illius text. & respondendo ad dictum Ar-
chidiaconi, ibi limitat, nisi id de quo fit mentio es-
set tale quid, quod respicere haberet personá Pon-
tificis tunc existentis tantum: vt quia respicit ani-
mum vel quid simile: aliàs si esset tale, quod posset
referri ad personam existentis tunc, & ad succes-
sores, eo casu verbum Ro.Ponti.vel alius Prælatus
proprio nomine non expresso respicit Pontifica-
tum & Papatum & Prælaturá, non personam Pon-
tificis, vel alterius Prælati tantum. Ioan.de Ligna.
in eo.tit.ca.j.dicit, * quòd ista pronomina meum, 2
tuum, suum, nostrum, semper in dubio cõcernunt
personas: & dicit hoc probari bene ibi.& in c.lite-
ris.ʒ.eod.& idem tenet Matth.in cle.j.de proba.se-
cus secundum eum, * si dicat ad beneplacitum Ro. 3
Ponti.quia tunc videtur contemplasse dignitatem
secundum eum.Gemi.ibidem.in ij.col.inquit, cre-
do dictum Lapi verum: quia istud nomen, Roma-
nus Pontifex, est nomen designans locum, vbi est
collata dignitas apostolica: vt patet ex no.ʒ.eo.lib.
de consti.c.j.Sed tales determinationes debent re-
ferri ad dignitatem, & non ad personam, vt dicit
tex.in c.quoniam Abb.ergo, &c. & hæc faciũt pro
Calandrino, & per mortem Regis non sit extin-
ctum beneplacitum Regium positum in cõcessio-
ne Calandrini. At contra Calandrinum facit gl.in
dict.capi.si gratiose.in versicu.sui.quæ tenet, quòd
verba,

verba, de quibus suprà, respiciunt personam tantum, & ad hoc glo. illam ponderat ibi Philip. in ij. columnæ quoque Archid. ibi tenet, quod quando loquimur de Romano Pontifice, debet intelligi de persona, non de dignitate: sed Lapus ibi dicit hoc esse verum in communi locutione, vel quando id, de quo fit mentio, esset tale quid, quod respicere haberet personam Pont. tunc existentis: vt supra dictum est. referendo Lapum Ioan. de Fantutiis, vbi §. tenet, quòd per ista verba: ad beneplacitum Roma. Pontificis non videtur contemplata fuisse dignitas, sed persona. Phili. de Fran. ibi. in ij. colum. dicit, quòd pars, quæ vult, quòd respiciat personam, videtur verior: per text. ibi, à Romano Pontifice. & facit secundum eum gl. j. ibi ponendo summarium, aliàs secundum eum nimis restringeretur pars prima illius capituli, dicendo, quòd ibi fuerat expressum nomen Papę proprium: inde colligit ibi Phili. tres casus: aut ad beneplacitum sedis Apost. aut Rom. Pont. aut nostrum: & hæc quo ad
4 beneplacitum regium. Sacr. Consilium Neapo.* in causa Ducis Grauaminæ cum vniuersitate Altamuræ, quę habebat priuilegium à Rege Ferdin. primo: quòd posset vti territorio Gargliani ad regiũ
5 beneplacitum, iudicauit, * quòd dictum priuilegium non expiret per mortem Regis. Quo ad beneplacitum Viceregis: an cesset eo desinente ab officio. Ioan. Cal. sub rubri. de rescript. consi. iij. quęrit sic. Rector prouinciæ positus per Papam contulit quoddam officium vsque ad suum beneplacitum, an finito rectoratu sit finitum illud officium, & primò dicit, quòd istud dubium videtur decidi per capitulum, si gratiose, scilicet quòd officium sit finitum finito rectoratu: deinde arguit in contrarium per multas rationes, quas refert Gemin. in d. cap. si gratiose. cum quibus residet: & dicit, quòd ista verba ad nostrum beneplacitum extincto rectoratu operabuntur: quoniam ab eius in rectoratu successore poterit officiũ reuocari, quòd aliàs non potuisset: vt in ca. decet. de reg. iur. Gemi. in d. c. si gratiose. residet cum Calderino: vt dictum est Bal. ibidem tenet, quòd si sit finitum officium eius, qui concedit ad beneplacitũ suum, reuocatur cõcessio. arg. l. Lucius. la prima. ff. de fideicom. liber. at Phil. de Fran. tenet ibi contra Calde. & Domi. & dicit quòd siue in fauorabilibus, siue in odiosis procedat distinctio illius rex. per l. quartam ibi allegatam. & per glo. in vers. morte. in c. si delegatus. de offic. dele. & sic concludit: quòd beneplacitum & voluntas expirat finito officio, & dicit, quòd ita etiam tenet Bartol. & alij doct. in l. centesimis. in fin. de verbo. oblig. & dicit esse de mente Federi. de Senis consilio cclj. incipien. reuerende. & idem
6 Philip. ibi in iij. quæst. tenet, * quòd cõcessio facta ad beneplacitũ Legati de latere, vel Vicarij etiam sub nomine dignitatis expirat per mortem, vel finem officij. Rot. in decisio. dlxxx. incipien. Camerarius Papæ, decidit: quòd si Vicarius ecclesiæ Auinion. constitutus ibi à Papa tenens episcopatum ad manum suam, quandiu suæ placuerit voluntati, concessit alicui licentiam de celebrando in domo sua, talis licentia mortuo Papa non expirat: quia fuit gratia: & sic mansura, donec reuocetur: durante tamen causa, quare concedatur: vnde non debet morte concedentis reuocari. argumen. capi. super gratia. de offic. deleg. & ad hoc, * quia licentia re- 7
ctori data per episcopum de residendo non expirat per mortem episcopi. vt not. per Archi. in ca. licet causam. de elect. & ibi per Io. And. in noue. Et hæc quo ad beneplacitum Viceregis: circa quod Felin. in c. ex literis. viij. colum. de constit. notat. q. quam vidisse se ait de facto Ferrariæ, dũ esset scholaris: vtrum licentia data religioso, quòd licite staret extrà monasterium vsque ad beneplacitum legati, expirauerit legato reuocato: & dicit videri, quòd sic: vide ibi. stringunt ergo iura contra Calandrinum: licet dominus don Hugo tempore dictæ regiæ prouisionis non fuerat iam reuocatus, sed suspensus ab officio suo: licet non nomine Viceregis. Considerandum quoque est, an ad casum nostrum possit applicari concessio facta ad Papæ beneplacitum, & id quod de ea dicunt doct. Nam Io. And. in c. licet. de accus. & in c. ad abolendam. in fin. de hæreticis videtur velle, quòd denotetur persona. Et idem tenet gl. j. in d. c. si gratiosè. in versi. apostolicæ sedis: sed d. Car. & Imo. in c. literis. de rescrip. tenent cum Io. Andr. ibi qui videtur sentire contrarium. Phil. in eod. ca. tenet, quod primo suprà dictum est, & dicit, quòd ita videtur tenere Bal. qui tamen limitat: nisi essent verba concepta in tertia persona, vt donec Papæ placuerit: quia tunc verba dicuntur in rem scripta. cum quo videtur Phil. transire. Et not. hoc quia in casu de quo agitur, is qui dixit ad regium beneplacitum, non fuit Papa, sed tertia persona, scilicet dominus don Hugo. Et hoc facit pro Calandrino. Et ex prędictis patet, an possit dici, quòd stante dicta concessione sic facta Calãdrino, sit prouisum, an verò prouidendum dicto officio. De gratia * concessa 8
per summum Pontif. ad beneplacitum nostrum, & apostolicæ sedis quid importent illa verba, an expiret per mortem Papæ, videndi sunt doct. maximè Domi. in eo. c. si gratiosè. post Ioan. Andr. Hosti. & Imo. quos not. quia gratia Calandrini habet etiam misturam videlicet, ad regium, & nostrum vt sic esto, quòd regius benepl. sit extinctus si duraret ille Vicerex, an expiret gratia? Causa hæc non fuit decisa: nam superuenit noua prouisio in fauorem Francisci de Castiglio, in qua d. Rex reuocat beneplacitum priuilegij Calandrini, & vult, quòd officium sit dicti Francisci.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus an in causa propria, vel ecclesia possit recusari suspectus. & nu. 6.*

2 *Prælato vt suspecto recusato erit alius adiungendus quando delictum respicit ecclesiam, vel dignitatem.*

3 *Ordinario suspecto dat lex adiunctum episcopum loci, aliàs si daretur alius quàm episcopus, nõ valebit processus.*

4 *Episcopo litigante cum subdito suo eliguntur arbitri. si verò causa ecclesia, constituitur procurator agens nomine ecclesia coram dicto episcopo, nisi recusetur, vt suspectus.*

5 *Iudex ordinarius vtrum punire valeat delinquentem in se, ne possit recusari vt suspectus. & num. 7. Quid de delinquente in familiam Iudicis. nu. 8.*

9 *Vica*

9 *Vicarius generalis episcopi poteſt allegari ſuſpectus.ſicut epiſcopus.*

10 *Ordinarius, & delegatus vt aſſocientur adiunctis ſiunt ſuſpecti allegatione ſola cum iuramento, ſed vt remoueantur in totum, debet adeſſe cauſa de iure ciuili, de iure autem canonico aliter prouidetur, vt ibi.ſed quod ius attendatur. & nu.ſeq. & nu.16.*

11 *Appellatur ab epiſcopo in cauſis temporalibus ad Archiepiſcopum niſi priuilegio, vel conſuetudine aliter demonſtretur.*

13 *Appellatur à iudice eccleſiaſtico habente iuriſdictionem temporalē in feudum ad dominum feudi.*

14 *Appellatur à iuſtitiario ad magiſtrum iuſtitiarium in regno.*

15 *Canones ſeruantur in cauſis Monarchia in Regno Siciliæ.*

17 *Magna Curia habet ex praeminentia; quòd appellatio in criminalibus non retardat executionē.*

DECISIO CXXXVII.

Panhormi.



IN cauſa iuriſdictionis reuerendiſsimi Archiepiſcopi Montis Regalis ſuus Vicarius generalis procedere volebat contra quoſdam, qui tempore reuolutionum Siciliæ expulerant Capitaneum domini Archiepiſcopi ab officio, qui deinde compoſuerant ſe cum magnifico gubernatore Archiepiſcopatus:ab his volebat Vicarius pro domino Archiepiſcopo pœnam illam, pro qua ſe compoſuerant. ipſi dicunt ſe non teneri,& quòd ob metum carceris, in quibus macerabantur, ſe compoſuerant, & quòd non commiſerant aliquod delictū, ob quod debuiſſent ſe componere. Et nihilominus quia hic agitur de intereſſe domini Archiepiſcopi,ad quem pœna ſeu compoſitio ſpectat:recuſant Vicariū eius vt ſuſpectum. Item eſt ſuper hoc ad Monarchiam tanquam ſu-
1 periorem archiepiſcopi. Primò videndum eſt,*an
epiſcopus in cauſa propriæ eccleſiæ poſsit recuſari ſuſpectus. & quòd prælatus in cauſa eccleſiæ ſuæ poſsit eſſe iudex,tamē poſsit vt ſuſpectus recuſari, tenuerunt Butr.& Abb.in c.cum veniſſent.de iudi. vbi Abb.in pen.col. & in cap.poſtremo. de appel. Pet.& Cyn.& Salyce.in l.j.C.ne quis in ſua cauſa. Phil.de Fran.in d.c.poſtremo.verſ.v.quæritur.Cōtrarium, ſcilicet quòd non poſsit recuſari, tenuit Spe.in tit.de iudice deleg.§.ſupereſt.verſic.quid ſi prælatus alicui eccleſiæ.Bald.in d.l.j.C.ne quis in ſua cauſa.cum quo tranſit Card.in cap.ex parte.de verbo.ſigni.pen.col.& in d.c.cum veniſſent.de iudic.& clarius in c.j.de maledi.vbi dicit verius eſſe dictum Iac.de Areti.quàm Cyn.in d.l.j.idem tenet Imo.in d.c.cū veniſſent. Phil.vt dixi in d.c.poſtremo.verſi.v.quæritur. dicit, quòd prima opinio eſt verior.per text.loco à maiori.in cap.inſinuante.de offi.deleg. quam ſecundum eum ſequuntur ibi Io.
2 And.Butr.Imol.& Panor.idem Phil. in c.j. de pœ-
3 nis.libr.vj.ij.& pen. colum. dicit,* quòd quando
delictum reſpicit eccleſiam vel dignitatem, ſi prælatus recuſatur vt ſuſpectus,erit alius adiungendus.vt not.in l.apertiſsimi.C.de iudic.Albe.in authen.ſi verò contigerit,circa fin. in terminis illius
auth.volentis,*quòd quando ordinarius eſt ſuſpe- 3
ctus: lex dat ſibi adiunctum epiſcopum loci.dicit, quòd ſi cauſa eſt epiſcopi,alius aſſociabitur,vel ad ſuperiorem recurretur.& alleg.Spec.de recuſa.§.j. verſi.ſed cum dixi epiſcopum.& idem dicit tenere ibi Odoff. quod ſecundum Alb.forte verum eſſet: ſi cauſa eſſet propria epiſcopi: ſi autem, dicit ipſe, eſſet cauſa eccleſiæ:tunc videtur, quòd epiſcopus poſsit eſſe iudex.argu.ff. de his quæ in teſta. deleg. l.proximè.& per ea quæ ple.no.per Inno. extrà,de verbo.ſignifi.c.veniens.& plura dicam, dicit ipſe. ỹ.ne quis in ſua cauſa.l.vnica:& tenuerat Albe. ibi quòd ſi alius, quàm epiſcopus, daretur adiunctus ordinario:non valebit proceſſus:quia ibi commiſſum à iure cōmuni. vt epiſcopo non potuit per ſui adiunctionem alius vſurpare.l.repetita.C. de epiſ. & cle.& de exact.tri.l.ij.lib. xij. & ponderandum, quia in princ.dictæ proximæ q.dicit hæc verba: & ideo adiungendo ſibi alium iudicem ordinarius à ſe iuriſdictionem abdicare non potuit,quaſi quòd ipſemet dederat ſeu dare poterat ſibi adiunctum il-
lum,quando verò epiſcopus * litigat cum ſubdito 4
ſuo,eliguntur arbitri.Phi. in c.dilecto. lo ij.v.col. verſi.iij.limitatio.de appel. ſed hoc extra materiā: hoc videlicet,à verbo.& tenuerat idem Albe.in d. l.j.C.ne quis in ſua cauſa.ij.colum.dicit,de epiſcopo ſic: ſi autem eſt cauſa eccleſiæ, conſtituat procuratorem,qui nomine eccleſiæ agat. vt extrà, de iuram.calum.cap.fin. & ipſe epiſcopus cauſam audiat per iura ſuprà ad hoc allegata:niſi recuſaretur vt ſuſpectus: quia tunc recurreretur ad arbitros. C.de iudi.l.apertiſsimi:licet Innoc. videatur tenere indiſtinctè eum eſſe iudicem. in cauſa eccleſiæ: vt plene nota.per eum extrà,de elect.c.noſti.& per Specu.in tit.de iudi.deleg.§.ſupereſt.verſic. quid ſi prælatus.omnes tamen dicit Alb.cōcordant, conſultius eſſe alij cōmittere.Deinde Albe.in quæſtio-
ne,*an iudex ordinarius poſsit punire delinquen- 5
tem in ſe, &c. circa ſecundum membrum:quando ſcilicet iniuria eſſet commiſſa ratione officij,dicit ſic. Cyn. tamen ſecundum Petr.de Bel.pert. dicit, quòd licet ſit verum,quòd poſsit punire iniuriam factam officio ratione reipub.ad quod adducit C. de offi.eius qui.vic.alt.iu.ge.l.j.& ij.non tamen ſolus:imò ſi eſt delegatus, poterit recuſari,ſi ordinarius,peti quòd ei aſſocietur epiſcopus:vt ſ.de iud. l.apertiſsimi.& authen.ibi poſita vbi de hoc tetigi, hæc ille. Ad propoſitum de domino. Archiepiſcopo,ex prędictis videtur apparere,quòd magis ſit
communis opinio,* quòd epiſcopus in cauſa ec- 6
cleſiæ ſuę poſsit allegari ſuſpectus.Cum ergo dicta compoſitio, pro qua agitur, ſpectet ad ſe nomine eccleſiæ, erit ſua dominatio ſuſpecta ad iudicandum ſuper ipſa compoſitione. De ipſo autem delicto, propter quod ad compoſitionem deuentum
eſt:*an potuiſſet ipſe do.Archiepiſcopus iudicare, 7
& punire, vt non poſsit recuſari ſuſpectus. ſ. allegati ſunt circa hoc incidenter Philip. de Franc. in capit.j.ij.& pennulti. columna. de pœn. libr.vj.& Alber.in l.j.C.ne quis in ſua cauſa.in quæſti.an iudex ordinarius,&c.idem Philip.in eod. capit.j.iij. colum. circa hoc dicit, quando delictum non eſt

nototium, & committitur circa officium, cogno-
ſcit ordinarius: & idem ſi committeretur contra
perſonam propriam:& per vnum de ſuis.l.non ſo-
lum.de rit.nupt.ſecus ſi committeretur per alium:
quia non poterit cognoſcere,ſecundum Bart. in l.
ſi quis forte.§.ſi quis. ff. de pœn. vbi Bart.conclu-
8 dit poſt Cyn. in d.l.j. ne quis in ſua cauſa. * quòd
ſi aliquis delinquit in officialẽ vel famulum eius,
ſiquidem ratione perſonæ principaliter:& officia-
lis tunc non cognoſcit:ſi ratione officij,& cogno-
ſcit.& ſic Bar.æquiparat,an contra officialem, vel
eius famulum delinquatur. Alexan.quoque conſil.
xxxv. ij. volu. probat officiales poſſe punire eos,
qui eximunt carceratos à carceribus Poteſtatis:
ex quo turbarant iuriſdictionem ſuam:non tamen
ibi fiebat dubium, quòd in cauſa propria eorum,
ſed an poterant puniri. circa hunc articulum vi-
dendi ſunt doct.maxime Salyce.in d.l.j. ne quis in
ſua cauſa: quoniam nõ eſt præſentis ſpeculationis:
non enim de hoc agitur, ſed de validanda vel in-
ualidanda dicta compoſitione, cum in ea agatur
de præiudicio eccleſiæ pecuniario. Secunda du-
9 bitatio, * an eſto quòd Archiepiſcopus poſsit al-
legari ſuſpectus,poſsit etiam allegari eius Vicarius
generalis. Philip. de Franc.mouet hanc dubitatio-
nem in c.dilectus. x. colũ.de appel.& determinat,
quòd ſic, contra Bald.in l.j.C. ſi quacun.præditus
poteſtate,allegat text.in c.inſinuante. de offic.de-
leg.& idem Phil.in c.poſtremo.vij.colum. de app.
in xij.cauſa.allegando Imo.in d.c.inſinuãte. quòd
10 eo ipſo * quòd epiſcopus eſt ſuſpectus, cenſetur
conſequenter ſuſpectus eius officialis. Tertia du-
bitatio ſtante prædicta recuſatione & Archiepi-
ſcopi,& eius Vicarij,quid erit fiendum? Et quidem
de iure ciuili quando ordinarius recuſatur ſuſpe-
ctus,non remouetur,ſed datur ei adiunctus epiſco
pus, vt in authent. ſi verò contigerit. C. de iudic.
& quando eſſet cauſa epiſcopi alius aſſociabitur:
vel ad ſuperiorem recurretur,ſecundum Albe. ibi
quem ſuprà retuli. & licet Alber. dicat quòd epi-
ſcopus eſt:& eccleſiæ epiſcopus non poteſt recu-
ſari: tamen hoc ſuprà non tenui per authoritates
præallegatas: ſed in delegato de iure ciuili, quòd
poſsit nuda voluntate recuſari procedit:dummo-
do recuſatio non appareat manifeſte fruſtratoria.
Abb.in c.ad hæc.iij. colum. de appell. & dicit dn.
Abb.in c.ſi quis contra clericum.iiij.colum.verſi.
venio nunc ad apparatum.de foro compe.quòd de
iure ciuili tam ordinarius, quàm delegatus ex ſola
voluntate recuſantur, & quòd ſufficit, quòd quis
iuret, quòd non calumnioſè recuſet,nec eſt neceſ-
ſe exprimere cauſam: & quòd in hoc grauatur iu-
dex ordinarius: releuatur tamen in alio,quia non
remouetur in totum. ſed idem Abb. dicit contra-
rium in ordinario in eo.c.vij.col.verſi. item ceſſat
illa obiectio domini Vic. qui verſiculus incipit in
vj. colum. Ad faciendum aſſociari ordinario ad-
iunctum ſola allegatio cum iuramento videtur ſuf
ficere: ſed ad remouẽdum eum in totum debet ad-
eſſe cauſa. vide j. in deciſi. in cauſa d. Comitis Ca-
meratæ,dum ibi allegatur Bald.in l. apertiſsimi:&
vide Abb.in c.ad hæc.iij.colum.de app. dum vult,
quòd quando iudex, à cuius ſententia appellaui,
vult in alia cauſa mea iudicare ad hoc, vt poſsim
petere ei dari adiunctum,debeo probare, quòd me
in illa prima cauſa grauauit, quaſi quòd ſola alle-
gatio non ſufficiat. De iure verò Canonico habe-
mus text.in d.c.ſi quis contra.de foro comp.quem
ad hoc allegat Ancha.in c.legitima.de appell.libr.
vj.& refert eum ibi Philip.in ij.colum.in quo qui-
dem.c.ſi quis contra.dicitur,quòd ſi ordinarius ſit
recuſatus vt ſuſpectus, ſuſpicione coram arbitris
probata (quod hic neceſſe non eſt) debet ordina-
rius cauſam alteri delegare: & ipſe poterit ſenten-
tiam delegati exequi:& not. Abb.in eod.cap.ſi quis
contra.in v.not.iij. colum. quòd epiſcopo recuſa-
to Archiepiſco. non ſuccedit in iuriſdictione: ſed
ipſe recuſatus dat iudicem delegatum,vel ſeruabi-
tur quod habetur in c.cum ſpeciali.de app.& not.
Abb.ibid.vj.nota. practicam: quòd quando iudex
ordinarius recuſatur à reo dat delegatum: ſic quã-
do ab actore:ſed ſi iſte delegatus interim recuſare-
tur ne in infinitũ contingat recuſatio,partes com-
pellentur ſibi iudicem eligere: & licet circa intel-
lectum d.c.ſi quis cõtra.varia dicantur: videlicet,
an debeat hæc delegatio, de qua ibi, fieri de partiũ
vel recuſatoris voluntate:tamen quando cauſa ſu-
ſpicionis eſſet notoria prout eſt iſta. Abba.ibi in d.
verſicul. venio ad apparatum.iiij. colum. ſequitur
opin.Goffr.volentis,quòd quando non refricatur
in dubium, an ordinarius ſit ſuſpectus: ſed quæli-
bet partium hoc fatetur: vt quia ſuſpicionis cauſa
notoria eſt:habebit locum d.decretalis, ſi quis cõ-
tra. vnde epiſcopus ſtatim delegabit abſque arbi-
trorum electione:ſuſpectus enim in cognoſcendo
non eſt ſuſpectus in delegando: vt dicit Abb. in d.
c. ſi quis contra. vj. & vij.colum. ſic etiam quando
ordinarius recuſatus propoſita recuſatione tan-
quam litem exercens ad arbitrorum electionem
deuenire non vult:nam tunc poterit cauſam com-
mittere etiam partibus inuitis:dummodo commit
tat perſonæ neutri parti ſuſpectæ, conſultius ta-
men faciet ſi partium conſenſum in commiſsione
requirat: vt recuſandi facultatẽ excludat. ita Abb.
in d.c.ſi quis contra.vj.colum.verſi.ego verò puto
ſic diſtinguendum.& hanc opi. ſequitur Philip.de
Fran.in c. cum ſpeciali.iij.col. de app. Hic videre-
tur eſſe caſus noſter:nam Vicarius recuſatus non
vult expectare electionem arbitrorum: ſed vellet
cauſam delegare:at rei contradicunt. Quarta du-
bitatio eſt, * quòd ius in hac cauſa ſeruandum ſit 11
circa recuſationẽ an ciuile, an verò canonicum,
cum iura prædicta,videlicet ciuile & canonicum,
variẽt in iſta materia,vt proximè dictum eſt.ad re-
ſolutionem huius dubitationis puto neceſſarium
inueſtigare: quem ſuperiorem in iſta iuriſdictione
ciuitatis Montis regalis recognoſcat eccleſia, ſci-
licet ſummum Pontificem,vel d. Regem. Quòd de-
beat * recognoſcere ſummum Pont.facit: nam in 12
cauſis appellationum temporalibus ventilatis in
curia epiſcopali,non appellatur ad dominum tem
poralem:ſed ad Archiepiſc.niſi ex præſcripta con-
ſuetudine, priuilegio, aut alio ſpeciali iure aliud
ſit.c.Romana.§.debet.de app. lib.vj.& gl.in c.ij.de
delic. puer. ponit de epiſcopo * habente regalia à 13
principe,quòd in illis regalibus appelletur ad do-
minum Papam,nõ ad principem.niſi conſuetudo,
vel priuilegium aliud induceret:& ibi Abb.in fin.
dicit,

dicit, quòd quando iudex ecclesiasticus habet iurisdictionem temporalem non tamen in feudum, appellabitur ad superiorem ecclesiasticum: si verò habet in feudum, appellabitur ad dominum feudi, licet sit secularis. allegat d. §. debet. cum glos. vnde cum non appareat hanc iurisdictionem in temporalibus super ciuitate Montis regalis fuisse datam in feudum d. ecclesiæ: debebit recognoscere in superiorem d. Papam, arguendo ab hac specie superioritatis in prouidendo super iudicis recusatione ad speciem superioritatis respectu appellationis. Quòd non debeat recognoscere summũ Pontificem sed do. Regem, facit nam in priuilegio donationis factæ per Regem Gulielmum secundum ecclesiæ Montis regalis de ipsa ciuitate & aliis castris, non dicitur, quòd donat ipsam ciuitatem & terras cum mero & misto imperio: sed quòd donat Ciuitatem & terras: & insuper creat Archiepi-
14 scopum seu Abbatem, sub quo * erat ecclesia tempore fundationis, & Iustitiarium in dictis ciuitate & terris cum mero & misto imperio: sed de iure constitutionum à Iustitiario appellatur ad magistrum iustitiarium: vt in constitutione regni non est donatum territorium cum mero imperio: sed est creatus Abbas officialis perpetuus, tali quidem nomine, quod subesse solet & debet magistro iustitiario: nec potest constare, quòd aliquando appellationes Montis regalis iuerint ad regiam Curiam: nec quòd ad Papam. ad causam videlicet: quòd attendendum sit, ius ciuile non facit, quòd Rex regni habeat monarcham in ecclesiasti-
15 cos: * nam in causis monarchæ iudicatur secũdum canones, vt dicunt isti domini doctores Siculi.
16 Magna regia curia * in dicta causa decreuit per interlocutoriam, quòd causa videatur per duos, quorum vnus deputetur per do. Archiepiscopum, seu eius Vicarium: alius per regiam curiam: & sic non fuit secuta ius canonicum, quoniam nõ permisit, quòd Archiepiscopus causam delegaret, nec ius ciuile, quoniam abdicauit personam ordinarij à iudicando permittẽdo solum delegationem: sic-
17 que male à dicta interlocutoria reclamatum est: & mihi causa commissa referenda domino * Viceregi: & quia pars domini Archiepiscopi volebat, quòd per suam appellationem retardaretur executio decreti, quod fieri non poterat: ex quo magna curia habet ex præeminentia, quòd appellatio in criminalibus non retardet executionem, eo maxime: quia non ipsa sed dominus Viceręx ea referẽte protulit interlocutoriam, maluit admittere partes prosecutas ad relaxationem carcerum, in quibus detinebantur, & ipsas non prosequi vlterius. quàm venire ad dictas delegationes, & executionem decreti: vnde non est d. appellationem prosecuta.

SVMMARIVM.

1 *Testes verum possint allegari suspecti omnes de vna prouincia, ciuitate, loco vel parentela.*
2 *Iudex etiam delegatus alterius factionis potest iuste recusari; posito quòd ipse iudex sit iusta factionis: & recusans esset iniusta. & nu. 3.*
4 *Inimicitia qualibet etiam non grauis vt capitalis, sed probabilis inducit in iudice suspicionem.*
5. *Suspectus iudex non debet interesse quando votatur: etiam si non det suum votum.*
6 *Successor etiam recusari potest, si prædecessor fuit suspectus: quando suspicio inhæsisset dignitati, & non personæ.*
7 *Collegium totum vnius ciuitatis non potest allegari suspectum in genere: sed debent suspectorum nomina specificari: limita vt ibi.*
8 *Partes debent dare suspectos in electione assessoris: nec sufficit dare confidatos: si tamen darentur suspecti & confidati: iudex non arctaretur ad eligendum de confidatis: satis enim est quòd non eligat de suspectis.*

DECISIO CXXXVIII.

Panhormi.



ERant per magnificum d. Franciscum Munnos prudentem Cameræ Regiae ialis de mandato Regiaalis maiestatis capiendæ informationes super tumultibus & excessibus Siracusanorum, & aliorum dictæ Cameræ commissis tempore reuolutionum Regni, necnon super querelis expositis per dictos Camerarios contra magnificum Don Americum centelles ipsius Cameręgubernatorem, suspẽsum tamen ab officio: & quia erat deputandus doctor aliquis ad fabricandos dictos processus: vt res sine suspicione procederet, fuerunt data per Camerenses nomina confidatorum, * & per magnificam do. Castellanam vxorem 1
Don Americi fuerunt data etiam nomina sed duorum tantum cum adiunctione quòd haber omnes alios de regno suspectos: dubitatum est, an dicta recusatio tam generalis admittenda sit. Multum iura prouiderunt: quòd lites sine suspicione procederent, adeoque quòd nedum inimicus, sed omnes qui sunt de eadem domo, & parẽtela possunt recusari. Bart. dicit esse text. ibi & forte non alibi in l. j. §. ... lo. C. si quacunque prædictus potestate. & quod ita seruat Episcopus Senatũ, qui cum sit de maleuolis, omnes causas de piccolhuominibus, cum sint inimici aliis delegat. Iason hoc refert in l. apertissimi. ij. col. de iudi. & si * delegaretur causa homini 2
alterius factionis, potest iuste recusari. Ias. in d. l. apertissimi. iij. colũ. versi. ix. causa etiam forte si esset factionis iustæ ille, cui causa mea delegata est: & ego iniustæ: nam non attenditur, an inimicitia causata sit ex culpa recusantis: ideo Philip. de franc. in c. postremn. pen. col. xxxij. causa, dicit, * quòd quæ- 3
libet inimicitia in iudice inducit suspicionem, etiam si non sit capitalis, vel grauis: sed sufficit, quòd sit probabilis. c. cum super. de offic. deleg. iij. q. v. quia suspecti. & glo. & Gemi. in c. a. j. de probabilibr. vj. & subdit, quòd non sufficeret in genere allegare inimicitiam: allegat Io. And. & * quòd non 4
inspicitur an talis inimicitia habuit fomitem à veritate, an à falso, aut ab ipsis partibus, aut à tertio, secundum Innn. in c. cum i. & a. de re iudi. & quando ea votatur *, non debet is, qui est suspectus, in- 5
teresse in votando, etiam si non det votum, secundum Alexand. in c. cum speciali. xij. colum. de appel. & si prædecessor fuit suspectus, * potest recusa- 6
ri etiam successor: quando suspicio inhæsisset di-

gnatari, non personæ, secundum Alex. ibi, id est,
quando fuisset causata respectu dignitatis: vnde si
iudices M. Curiæ prædecessores me in vna causa
grauassent, possum successores in ea causa refuta-
re: ad propositum nostrum Bal. in l. hoc modo. per
illum text. ff. de condi. & demnn. dicit, quòd is, qui
allegat omnes doct. de ciuitate suspectos, præsumi-
tur quòd faciat in fraudem: sed aliter tenet Alb. in
ij. par. stat. q. centesima; incip. an autem possit quis
dicere omnes iudices, &c. vbi dicit, quòd vidit ser-
uari in practica omnes sapientes vnius ciuitatis
posse vt suspectos recusari. refert & sequitur Iaso.
in d. l. apertissimi. iij. colum. versicu. adde etiam. &
quòd tota ciuitas possit dari suspecta, tenet Phili.
in d. c. cum speciali. vj. colum. versic. x. quæritur. de
appel. alleg. text. in c. licet ex suspecto. de foro com
pe. & Alex. ibi. idem firmat in xj. & xij. col. Ab. in d.
7 l. apertissimi. vlti. colum. dicit, * quòd totum col-
legium vnius ciuitatis non potest recusari suspe-
ctum in genere, imò expedit, quòd specificentur
nomina illorũ quos quis habet suspectos: nisi cau-
sa esset ecclesiastica: quo casu posset dicere omnes
iudices collegij suspectos, qui ignorarent ius ca-
nonicum. & dicit Alb. hoc dicere Ægidium. inde
ipse subdit: audiui etiam magnos proceres tenen-
tes totum vnum collegium iudicum non posse di-
ci suspectum, per l. custodias. ff. de pub. iudi. sed (in-
dicio meo dicit) illa l. hoc bene non probat. & pro
opinione prædicta dicit facere glo. primam extrà.
de iudi. c. j. quæ innuit synodum recusari non pos-
se. vbi not. Ioã. Andr. synodum recusari etiam pos-
se, quando illi, qui tantummodo præsunt, sunt su-
specti. arg. de procu. c. vlti. secundum Vinc. consi-
les etiam iustitiæ Vercellarum secundum eum fue-
runt recusari. cap. licet ex suspecto. de foro comp.
Phili. in c. cum speciali. vij. colum. vers. xvj. quæri-
8 tur. dicit, * quòd in electione assessoris partes de-
bent dare suspectos, & quòd non est necesse dari
confidatos: si tamen secundum eum per partes da-
rentur suspecti & confidati, iudex non arctatur ad
eligendum de confidatis: satis enim est, quòd non
eligat de suspectis.

SVMMARIVM.

1 *Contumax citatus personaliter, vtrum possit appel lare à die scientiæ, vel à die sententiæ.*

2 *Cõtumax verus nõ potest appellare, & quis ille sit.*

3 *Citatio trina habet vim peremptorij: & similiter iudicis monitio facta partibus viua voce ad audiendum sententiam.*

4 *Cautela est, quòd intimetur sententia lata personaliter, vel ad domum, vt currat decendium.*

5 *Procuratoris contumacia etiam vera vtrum præiudicet domino, quo minus appellare possit post decendium: si de sententia non habuit scientiam.*

DECISIO CXXXIX.

Panhormi.


N causa Hieronymi Bottiqni vult cau
sare executionem contra quosdam A-
1 grigentinos * ob sententiam contra eos
latam sub prętextu, quòd ab ea infrà x.
dies appellatum non sit: cum illi asserant, quòd li-
cet infrà x. dies non appellauerint, hoc fuit respe-
ctu; quia non fuit eis sententia intimata, quid di-
cendum videtur pro decisione huius dubij, quòd
debeant fieri casus. Primus casus est quando domi
nus fuit citatus personaliter ad sententiam: & in
hoc Angel. in l. à sententia. §. j. ff. de app. tenet quòd
etiam citatus ita personaliter non præsumitur ha-
bere notitiam sententiæ, sed debet sibi intimari ad
hoc, vt lapsis decem diebus non possit appellare.
& Ang. Aret. in l. j. §. fin. ff. quando app. sit ij. colum.
dicit, quòd in dubio teneret opin. Angel. quoniam
duo copulatiuè requiruntur, ad hoc, vt x. dies dati
ad appellandũ currant, videlicet: vt sciat quis sen-
tentiam fuisse latam vt ibi. & in l. ab eo. C. quomo-
do & quando iudex. & not. glo. in auth. hodie. C. de
tempo. appel. secundò, quòd sciat sic forte latam.
Cardi. Alex. in c. personas. j. & ij. col. de appel. tenet
idem, dicens, quòd vltra citationem ad sentẽtiam
necesse est, quòd sententia intimetur. arg. glos. in c.
concertatum. in versi. sciuerit. de appel. libr. vj. sed
sed quòd hoc casu non requiratur aliqua intima-
tio, tenet Raph. in d. l. j. §. fi. ff. quando app. sit. nam
ille qui fuit citatus personaliter & peremptoriè ad
audiendam sententiam, cogitare debuit, quòd iu-
dex illam ferret: & præsumere debuit, quòd ferret
contra ipsum contumacẽ. ar. c. nullus. de præsump.
ergo à tempore sententiæ latæ debuit currere de-
cendium. Phili. de Franc. in c. bonæ. vij. colũ. versi.
viij. tenet contra Angel. sequens Cuma. & Imol. in
d. l. à sententia. §. j. quia citatus personaliter in du-
bio præsumitur verus contumax, & ideo excludi-
tur ab appellando. l. ex consensu. §. fin. eod. tit. & in
Clemen. si ante. de dolo & contumacia. & no. quo-
niam secundum hanc rationem frustratoria est du
bitatio nostra, an s. x. dies currant à die scientiæ: an
à die sententiæ ipso volente appellare citato per-
sonaliter: nam si nõ potest appellare, * frustra quę- 2
ritur quando currant x. dies: & quòd verus contu-
max non appellet, ex text. in d. l. ex consensu. §. fin.
de app. in l. j. C. quorum appel. non rec. & in authẽ.
de iudi. §. audiant. & ad materiã dicitur verus con-
tumax ille, qui fuit citatus peremptorie, & nouit
se citatum, & tali tempore quo potuit comparere,
& contradicere noluit, prout not. Bart. & Ange. in
d. §. fi. & secundum Ang. in l. & post edictum, §. fin.
ff. de iudi. ille text. in l. ex consensu §. fin. est melior
qui sit de corpore iuris ad sciendum quis sit verus
contumax. refert Aret. ibi. ij. col. & ratio, quare ve-
rus contumax non appellat, est, quia comparendo
impediret vires perẽptorij, & non fecit: ergo dam-
num quod quis sua culpa sentit, &c. vt colligitur 3
in §. fin. Areti. in ij. colũ. aut ergo * in citatione est
peremptorium expressum: vel trina citatio interue
nit, quæ operatur vicem peremptorij: vel iudex vi-
ua voce monuit partes ad audiendam sententiam:
quæ monitio habet etiam effectum peremptorij, vt
est text. sing. secundum vnum intellectum gl. quem
sequuntur ibi doct. C. quomo. & quando iudex. &
non potest à taliter prolata sentẽtia appellari. aut
citatio non est peremptoria, & sententia esset nul-
la, vt not. eleganter Bartol. in extrauag. ad repri. in
versi. super dicto crimine, ad finem. & Aret. in d. §.
fin. ij. colum. in glo. ij. vnde vana est dubitatio hæc
prima, videlicet primi casus. Secundus casus est
quando

quádo quis fuisset citatus ad sententiá non perso-
naliter, sed domi, vel per edictum: & in hoc casu
post sententiam requiritur intimatio ipsius ad hoc
vt x. dies currant. ita Phil. in d. ca. bonæ. vij. col. qui
dicit, quòd dictũ Ange. de quo §. in l. à sententia. §.
j. de app. procedere potest, quando quis fuisset ci-
tatus in domo ad sententiam: nam in dubio non
præsumitur habuisse notitiam sententiæ: & sic po-
terit postea quandocunque infra x. dies à die noti-
tiæ appellare, & quòd ita procedit, quod Ang. no.
in l. j. C. de tempo. app. & in auth. hodie. eo. tit. ideo
4 dat cautelam, * quòd intimetur sententia ad do-
mum; vel personaliter: & hæc intimatio sufficit,
quòd fiat domi etiam si citatio facta sit domi. no.
Phil. in allegato c. bonæ, versicu. viij. Tertius casus
5 est, * quando non fuit citatus dominus, sed procu-
rator personaliter & peremptorie: nam vera con-
tumaciá procuratoris præiudicat domino, quo mi-
nus appellare possit postquam scit: & Phil. in c. Ni-
colao, pe. col. vers. postremo. dicit quòd ob contu-
maciam procuratoris etiam veram, dominus non
excluditur ab appellando, sicut quando esset con-
tumax ipse, quoniam dolus seu delictum procura-
toris non debet obesse domino. c. j. vt lit. non con-
test. l. j. §. si procurator. ff. si quis ius dic. non obtẽp.
& per Bart. ibi. & in l. fin. ff. de in integ. restit. in fin.
sed debet appellare infra x. dies à die sententiæ per
not. in d. l. j. in fin. ff. quando appel. sit. vbi Barto. ita
hoc notabiliter voluit: & per alias authoritates, de
quibus ibi.

SVMMARIVM.

1 *Rescriptum continens aliquid fieri copulatiue, vtrum verificetur in altero tantum.*
2 *Libellus continens plura copulatiue circa vnum effectum, in quo non sunt omnia de iure necessaria, tunc sufficit quòd verificetur in vno.*

DECISIO CXL.

Panhormi.

IN causa magnifici Antonij Patellæ
cum magnifico Federico sabbia, mã-
dauit dominus Rex per suas literas,
quòd si per quasdam alias prouisio-
nes quondam Cath. Regis ab eadem
maiestate domini Regis confirmatas tolleretur iu-
stitia ipsius Federici, & sequeretur disturbatio, seu
tumultus in Regno, dictę prouisiones nõ exequan-
1 tur, * sed consulatur sua maiestas: quid erit fiẽdum,
si per dictarum prouisionum effectuationem tol-
leretur iustitia Federici, & tamen nõ esset dubium
de tumultibus? & sic an dicta duo intelligãtur po-
sita copulatiue, an disiunctiue, seu alternatiue? A-
deo quòd sufficiat alterum verificari. Quòd vnum
sufficiat: & sic pro Federico facit: nam si Papa mã-
dat in rescripto de duobus inquiri alternatiue ad
certum effectum consequendum, sufficit alterum
probari. c. inter cæteras. de rescrip. sed hoc nihil ad
rem. nam sumus in copulatiuis, non in alternati-
2 uis. Facit secundò: * nam vbi plura copularentur
in libello, vt articulo circa vnum effectum, in quo
non sunt omnia de iure necessaria: tunc sufficit
vnum verificari. Fel. in c. ii. xij. col. ver. fallit tertio.
de rescrip. post glo. & omnes ibi per c. cum iaudu-
dum. de præben. & c. significauit. de appe. cum glo.
in versicu. eorum. & facit in ea. col. vbi allegat Ro-
tam de rescrip. septimam in nouis & deinde in fin.
eiusdem col. vbi alleg. Bald. in l. j. in prin. v. col. ibi
extra quæritur. de eden. & in excipiente, vel libel-
lante ponit Iason in l. interpositas. ij. colum. C. de
transact. obiit deinde Patella ex fractura coxæ. xxj.
Nouemb. 1518. & sic forte impositus est finis quæ-
stioni.

SVMMARIVM.

1 *Contumax citatus recusando dare fideiussionem de non offendendo bannitur in Regno Siciliæ, prout in criminalibus.*
2 *Contumax in causa pecuniaria, & ob contumaciam condemnatus, non dicitur bannitus ex maleficio: secus si ob contumaciam in causa delicti.*
3 *Condemnatus ex contumacia videtur damnatus ex delicto: & ideo impune offendi potest.*
4 *Bannum dicitur mulcta, & ficta contumacia: vnde mulctari non posset non citatus personaliter.*

DECISIO CXLI.

Panhormi.

IN causa Pauli Ägliati cum filio Am
brosij de Leui, stantibus inter eos * di- 1
uersis aggressionibus d. Vicerex sta-
tuit pro bono concordiæ, quòd ad-
inuicem firmarentur fideiussiones
de non offendendo: & cum pro parte Pauli esset
prompta circa hoc oblata obedientia, pars alia re-
cusans se absentauit. sua Illustris. Dominatio fecit
ipsum vocari, seu citari, quòd pro ista causa com-
pareret: nec vsquam comparuit. Dubitatum est, an
possit banniri tanquàm cõtumax eo banno. quòd
vltra mulctam tertiæ partis bonorum mobilium
ingerit annotationem omnium bonorum restan-
tium cum eorum confiscatione post annum, iuxta
constitutionem Regni, quæ incipit, grandis, eo in-
quam banno, quod lapso anno ingerit foriudica-
tionis pœnam, iuxta constit. Regni, pœnã, eorum.
theorica est Bart. in l. omne delictum. in §. contu-
macia, de re mili. * quòd si aliquis est contumax in 2
causa pecuniaria, & ob contumaciam condemna-
tur, non dicitur bannitus ex maleficio: secus si ob
tumaciam in causa delicti. iste de Leui vocatus per
d. Viceregem non vocabatur pro causa criminali,
sed vt fideiuberet de non offendendo: non etiam
pro causa ciuili: nam si ex criminali causa posset
banniri iuxta constitutionem, grandis. cum pœ-
nis, de quibus ibi. & in constit. pœnam eorum. Si
ex causa ciuili non posset banniri ad dictos effe-
ctus, sed ad eos, de quibus in constitutione posita
sub titulo, de pœna contumeliæ in ciuilibus cau-
sis. Nonnulli fidem fecerunt, quòd Viceregès præ-
teriti consueuere in similibus casibus contra ino-
bedientes præceptis eorum procedere, seu procedi
facere ad bannum, prout in criminalibus: & ita in
d. causa factum est. & facit * quod not. Ias. in l. j. §. 3

fin. ff. si quis ius dic. non obtemp.: qui transit cum
4 gl. ibi, quòd cōdemnatus ex contumacia * videtur damnatus ex delicto: & ideo potest impune offendi. Dicit tamen Iason ibi, v. col. post gl. quòd non citatus personaliter non potest mulctari: quia non potest dici vere contumax. vnde dicit. Bartol. ibi, quòd cum bannum dicatur mulcta ex ficta contumacia, quis non potest banniri: quod nota: quia si ille, de Leui non fuit citatus personaliter, tāto minus potuit banniri.

SVMMARIVM.

1 *Religiosus testis si per vacillationem de falso conuincatur, torqueri non potest, nec ad eius superiorem remissi ut torqueatur. & nu. 12. nec puniri per iudicem secularem. nu. 14.*

2 *Testes, qui aduersus fidem testationis suæ vacillant, audiendi non sunt.*

3 *Testis utrum possit incontinenti se corrigere, allegando iustam erroris causam; addendo, seu corrigendo.*

4 *Testis quando dicatur incontinenti corrigere dictum suum. & nu. 9.*

5 *Episcopus testis, vel nobilis persona in causa rusticorum corrigentes depositiones suas, vt melius recordantes, utrum præsumantur corrupti. & numero 10.*

6 *Testis si prius extraiudicialiter sine iuramento dixit aliud, & aliud postea in iudicio cū iuramento, utrum dicatur varius.*

7 *Testis qui in eadem depositione dicit varia vel contraria non probat: limita ut ibi.*

8 *Testis, qui sibi contrariatur in diuersis iudiciis aut instantiis, quam probationem faciat.*

11 *Testis sibi contrarius, qui bis iurauit in eodem iudicio, quam fidem faciat.*

13 *Testis in criminali vacillans torquetur, etiam si sit in officio, dignitate, vel nobilitate constitutus: limita ut ibi.*

DECISIO CXLII.

Panhormi.



1 FRater Franciscus* de Arimino ordinis minorum testis productus per d. Contessellam vxorem Vincentij de Benedictis, ad exculpandum ipsum Vincentium de conscientia: & non facta reuelatione casus mortis, iudicum, & tumultuum successorum in ciuitate Panhormi. Primo loco, die xvj. Nouemb. 1518. examinatus dicit, che lo Illustr. Signore Vicerre ad Missinali acceptaó come Vincentio de Benedetto per quattro hore auante lo insulto dell'hosteri lo auisao dello dicto caso, dicendoli che non hauesse andato alla matre ecclesia de Palermo lo giorno de santa Christina, che haueria stato amazato, & seriaci stato vn grāde scandalo. Secundo loco examinatus per vnum ex iudicibus certo modo variauit: & hoc fuit eodē die in sero, & eius depositio non fuit scripta: Tertio loco, videlicet xvij. eiusdem mensis interrogatus super xiij. interrogatorio ad instantiam procuratoris fisci, vt dicat, si omnia contenta in eius depositione sunt vera: respondit, che quello, che primo disse examinato per lo magnifico iudice, che lo Signore Vicerre li hauia acceptato, che Vincentio de benedetto li hauia detto, che deueanó essere amazati li iudici (hoc dixerat secundo loco) pigliao errore in quello, & declarādo dice, che Vincentio de benedetto disse, chel quondam Christophoro de Benedetto suo frate hauea detto ad ipso Vincentio: che non douesse andare lo giorno del caso all'hosteri con lo Illustris. Signore Vicerre alla matre ecclesia per audire vespero, perche se hauerria stato occiso ipso Vincentio, porche ne hauea da essere vn gran caso: & che ipso Vicentio andaoonde lo Signore Vicerre, & dissegli Illustriss. Signor non andati ad vespero, perche sariti occiso: che se haue preparato farese vn gran caso: & queste parole ipso confitente recontao & recontato à lo ditto Illustriss. Signore Vicerre, lo quale Illustriss. Signore li disse ad ipso confitente, vero è che Vincentio de benedetto me auisao che nō andasse ad vespero, perche ce deuea essere grande homecidij: ma non ce declarao che cosa habbia da essere, ne chi lo hauea da fare parlandonce in confuso, & similmente lo ditto Illustris. Signore parlando, li ipso confitente sabbato passato de simile materia li disse, prout suprà dictum est. Erit modo discutiendum, quæ istarum depositionum sit attendenda, & cui fides adhibenda sit: & an possit huic testi per suum iudicem inferri tortura ob variationem. & colligendo tex. & doctrinas in hac materia. tex. in l. ij. ff. de testi. dicit: & ideo * testes qui 2
aduersus fidem testationis suæ vacillant, audiendi non sunt. tex. in l. qui falso. co. ti. dicit qui falso vel varia testimonia dixerunt: vel vtrique parti prodiderunt à iudicibus competenter puniuntur. tex. in l. eos. in primo respon. ff. de fals. dicit eos, qui inter se diuersa testimonia præbuerint quasi falsum fecerint, præscripto legis teneri pronūciatum est: & in tertio responso de imprudentia eius qui diuersa duobus testimonia præbuit, cuius ita anceps fides vacillat, quòd crimine falsi teneatur: nec dubitandum est primum responsum à tertio, quod videtur idem dicere, differt secundum gloss. quoniam in primo testis deposuerat varie pro eadem parte super diuersis articulis, & sic non in eadem instantia. in tertio deposuit varia pro actore, & pro reo; in eadem tamen instantia: at secundum Bartolum primum loquitur quando quis varie deposuit in causa coram eodem iudice eodem tempore: tertium quando quis varia deposuit in diuersis iudiciis, & sic non in eodem. Casus noster est quia iste frater deposuit varia in ead. causa coram eodem iudice, non autem eodem tempore: & se quodam modo correxit: circa quam correctionem reperio, quòd Bartol. in dicta l. eos. tertia oppo. dicit, * quòd testis potest incontinenti se cor- 3
rigere, si iustam causam erroris, & correctionis allegēt, & hoc iudici videatur: sed quando simpliciter dicit diuersa, nec dicit, quòd facit animo corrigendi, habetur vt varius: & ideo punitur, dummodo ista varietas dicit ibidem Bartol. in penulti. columna sit circa negocium principale, vel circa circumstantias negotij principalis: nam si esset circa aliquas demonstrationes, vt circa pronomen vel

vel agnomen vnius ex partibus, vel circa locũ originis vnius ex partibus: nõ diceretur propter hoc quis varius: vt in l.ex his verbis.ff.de hæred.instit. & l.pen.reb.de dub. Bartol. in l.repeti. in princip. ff.de quæstionib. dicit quòd quandoque testis à iudice repetitur, vt puta vt dictum suum declaret, vel rationem dicti sui reddat: & hoc potest iudex: vt extra de testib.cap.cum clamor.quandoque verò testis reuertitur suo motu: & tunc si incontinenti, & auditur: secus si ex interuallo. extra de testibus. cap.præterea. & dixi vobis in dicta l.eos. & not.quia l.eos.vult, quòd ad hoc vt testis possit se incontinenti corrigere, debet allegare iustam causam erroris & correctionis: sed d.l. repeti. simpliciter loquitur: Innocen.in cap.præterea.de test. cogen.quem refert ibi Abb.distinguit: an testis velit corrigere dictum suum: an verò addere. si corrigere potest antequam exeat conspectum iudicis, seu partibus loquatur: si autem postea fecerit, stabitur primo dicto argumento.cap. sicut. de testib. debilitatur tamen primum, per contrarium secundum. Si autem vult addere, faciat antequam exeat conspectum iudicis, & licitum est. Si verò faceret postquam potuit cum partibus loqui, audiendus est: sed minor fides adhibetur. Hostiensis in eo. cap.præterea.prout refert Abb.ibi, dum gloss.ibi-
4 dem laborat, quando * dicatur testis dictum suum incontinenti corrigere, & dat plures solutiones: & secunda est quòd hoc sit considerandum ex qualitate personę. Hostiensis videtur inhærere huic secundæ opin. dicit enim quòd quicquid circa hoc dicatur, putat ipse hoc esse arbitratus considerata qualitate personæ, & quantitate interualli, colloquio partium, & reliquis circunstantiis: & iudex secundum hæc correctionem admittet, quãdoque non: & dicit Abb. quòd hæc opinio satis sibi placet: quid enim dicit, si causa est inter viles, & epi-
5 scopus, * vel alia notabilis persona producitur in testem, qui ex interuallo corrigit dictũ suum: quia melius recordabatur, debemúsne dicere, quòd præsumatur corruptus à villi rustico maximè arg. c.& si quæstionis. de simo. & maximè per illam regulam, tu magis scire potes &c. Abb.in c.per tuas. vlt.colum.de proba. dum impugnasset Bart.qui in
6 l.eos.dicit, * quòd debet stari ei, quod quis dicit vt testis primo loco, etiam extra iudicium, & sine iuramento: & non ei quod dixit in iudicio cum iuramento secundo loco: dicit Abb. puto tamen, quòd si primum dictum fuisset iuratum, non valeret secundum: quia conuincitur necessario de periurio ponendo se inter duo iuramenta contraria. idem Abb.in c.cum in tua. vlt.colum. de testi.primò dicit, quòd quando testis in eadem instantia inter easdem personas sibi contrariatur, & vtrũq; dictum fuit sine tormentis: si secundum fuit dictum animo corrigendi, reddendo rationem & incontinenti, valet secundum, vt in c.præterea.de testib.cogen. alias neutrum valet: & conuincitur testis de falso. vt in l.eos.in princip.sentit Bart.ibi. & expresšius dnmi. Anton.hic. ita Abb. Bartol. in loco de quo suprà, dicit, quòd quando simpliciter testis dicit diuersa, nec dicit se facere animo corrigẽdi, habetur vt varians. & ideo punitur. At Abb. in d.loco, videlicet in c.cum in tua.dicit, ego aliter dicerem, scilicet quando ex interuallo testis dicit contrarium: tunc valet primum, licet debilitetur per secundum contrarium: vt not.dicit Inno. in d.c, præterea. de testib.cogen. idem Abb.in d.c. præterea.ij.colum. in fin.de testib.cogend. inquit, not.bene & tene menti, quòd si testis corrigit dictum suum incontinenti, non habet docere de errore. & idem dicit se putare in parte reuocãre confessionem: & subdit, quòd circa dictum testis iudex secundum Innoc. debet attendere diligenter modum & causam correctionis. infra de accusat. cum dilecti: & nisi cognoscat eum probabiliter se posse corrigere, incidit in suspicionem vel vacillationem. ff. de test. l.in testibus. & idẽ putat Abb. esse considerandum in parte. Felin. in d.cap.cum in tua.iij.colum.in gloss. fin. ponit primò vnam conclusionem, quòd testis, * qui in esdem depositio- 7
ne dicit contraria, non probat. dicta l. qui falsa, vel varia.de testibus.c.licet. de probation.dat tres limitationes. Secunda est, nisi dictum secundum sit cum tormentis. & nota, quia secundum hoc loquitur in duabus depositionibus, in eadem tamen instantia. Tertia limitatio est, nisi secundum dixerit animo corrigendi primum. & no.quia ex hoc etiam datur intelligi eum intellexisse in eadem depositione in prima instantia inter easdem personas, maximè quia sublimitat per dicta in d. c. præterea.de test. cog. vbi sublimitat dũmodo incontinenti, nõ si ex interuallo: nam si esset ex interuallo, non posset dici, ꝙ fieret in eadẽ depositione. idem Felinus ibidem. & hic est animaduertendum, dum recitat secundum membrum Abbatis in sua secunda conclusione, videlicet * quãdo testis dicit con- 8
trarium in diuersis instantiis, seu iudiciis: & Abbas tenuisset, quòd stari debeat primo, licet debiliteiur per secundum, & hoc contra Anton. de Butr. Felinus tenet cum Abbate, licet secundum eum Bartol.in dicta l.eos. Anto. in dicto cap.cum in tua. & aliquis ibi adducit tenuerint, quòd neutri stetur, & quòd secundum dictum non valeat, dicit Felin. esse gloss.ibi. & gloss.pen. in c. veniens, de testib. & in tantum debilitatur primum dictum secundum Felin. quòd eius vigore non posset deferri iuramentum, secundum Card.in d.c.veniẽs, de testib. & sic habemus, quòd Fel. in primo membro Abb.non dicit hæc, sed in secundo quasi quod in primo, scilicet quando sumus in eadem instantia, sentiat, quòd neutri stetur. idem Fel.in d.c.præterea.de test.cog. in j.col. in fin. & princi. secundæ. no.ex illo tex.testem non posse corrigere* dictum 9
suum ex interuallo, sed incontinẽti sic, inde in pe. col. dicit sic, cõmuniter tamen seruatur secundum Imo.hic, quòd antequam testis alloquatur partem dicitur incontinenti. & inde subdit: si autem testis corrigat se ex interuallo, non valet correctio propter timorem subornationis, & stabitur primo dicto secundum omnes hic, & Rotam decisi.ccxciij. incip.testis infor[illegible]. & Bal. in l.iij.post prin. C.de adul. & tunc per illud secundũ debilitatur primũ, secundũ Inn.& Io.And.hic quod vltimũ no. Imol. hic. & affert iterũ Card.in d.c. veniens.ad illud de iuramẽti delatione. Inde Fel.dicit, & subdit Inno. hic, ꝙ etiã quãdo testis corrigit se incõtinenti, nõ statur correctioni simpliciter: sed debet iudex at-

tendere modũ correctionis, per tex. in c. cum dile-
cti. de accus. & quòd etiã si iudex vellet, non posset
testis se corrigere quando est allocutus partem. Fe-
lin. vbi suprà, fin. colum. allegat Bald. in cap. publi-
catio. ij. colum. de elec. Allegat etiam Fel. ibi vlt.
10 colum. Bald. in eo. cap. præterea. * quòd si testis est
notæ fidei & authoritatis, potest se corrigere, an-
tequam testimonia sint publicata, non post, iura-
bit tamẽ quòd cum nemine sit locutus. putat quo-
que ibi Felin. quòd testi dicenti se non fuisse cum
parte locutum, incumbit probatio. Marsilius quo-
que in l. ex libero. vlt. colum. de quæst. dicit quòd
si testis primò dicit vnũ, postea dicit contrarium,
neutri dicto statur. & allegat plures tex. & Specu-
latorem. Ex tot iuribus, & authoritatibus videtur
11 inferri conclusiue, * quòd stante variatione dicti
fratris Francisci stari debeat primo dicto, & cum
vtrunque sit iuratum, primum debilitatur per se-
cundum: prout suprà dictum est tenere Innoc. in
dicto cap. præterea. & Abbas in dicto cap. cum in
tua. & Felin. ibi. & Felin. in dicto cap. præterea. de
testi. cog. vbi affert omnes ibi ita tenere. & Rotam
decisione ccxciij. incipien. testis. Non ergo facit
istud primum dictum semiplenam probationem,
quia debilitatum, vt suprà dictũ fuit. Sed an stan-
12 te hac variatione * posit poni ad torturam hic fra
ter in pœnam falsi surgentis ex vacillatione, tex. in
l. ex libero. in princip. ff. de quæstio. dicit, ex libero
homine pro testimonio non vacillante, quæstio-
nem haberi non oportet. gloss. ibi, non vacillante.
tunc ergo posset torqueri, vt infrà eodem. l. vnius.
§. testes. & C. de test. l. nullum. & in authent. de test.
13 §. j. & de aboli. l. fallaciter. Testes ergo * in causa
criminali si vacillant, torquentur: quod procedit
etiam si persona vacillans sit in dignitate, nobili-
tate, vel officio. Bartol. ibi, prima colum. per l. nul
lum: sed limitatur, vt non obtineat hoc in liberis
hominibus positis in dignitate clericali: non enim
poterunt tales torqueri, sed aliàs de falso puniun-
tur, secundum Bart. in d. l. ex libero. prima colum.
per l. presbyteri. C. de episcop. & cleric. & sequitur
Brunus in tract. de ind. tortu. in prima char. secun-
di quinterni. Fuit conclusum in ead. causa & rela-
tum, quòd hic religiosus non posit torqueri, li-
cet per vacillationem de falso conuincatur, nec e-
tiam puniri per iudicem secularem, per notata in
l. nullum. C. de testibus. per Bald. & Salyc. sed quòd
procura. fisci proponat coram suo iudice, videli-
cet Vicario prouinciæ accusationem de falso, & il-
le Vicarius procedat cum consilio magnæ Regiæ
curiæ.

SVMMARIVM.

1 *Vxor vtrum comparere possit tanquam defensor innocẽtia viri sui absentis accusati de crimine læsæ maiestatis, & aliis criminibus.*
2 *Coniuncta persona & non coniuncta, masculus, vel fœmina etiã sine mandar[illegible]u est vt defensor comparere ad ostendendum de innocẽtia rei in omni causa de mundo, ciuili seu capitali, & vbicunque absens valeat damnari.*
3 *Absens in quibus possit damnari remissiue.*
4 *Iudex an possit arbitrio suo dicere defensori: volo quòd veniat principalis personaliter, tanquam melius de veritate informatus. & nu. 5. & 6.*
5 *Veritas colligitur ex aspectu.*
6 *Procurator an admittatur in causa criminali, quãdo pœna est corporalis.*

DECISIO CXLIII.

Panhormi.

IN causa Vincentij de Benedicto * ac- 1
cusati & prosecuti de crimine læsæ ma-
iestatis & aliis quamplurimis circa re-
uolutiones præteritas Siciliæ, pro quo
comparuit Nobilis Contessella eius vxor tãquam
defensor, & processum est ad testium receptio-
nem, eorúmque publicationem: dubitatum est,
an possit procurator fisci petere, quòd veniat
principalis: & quòd eo non veniente procedatur
ad bannum: & consequenter ad foriudicationem,
vel condemnationem, quæ parte absente fieri pos-
set, tanquam in crimine læsæ maiestatis, iuxta ex-
trauagantem, ad reprimendam. Et quidem, vt di-
ctum est, iam potuit & debuit admitti pro absen-
te dicta eius. vxor tanquam defensor: nam textus
in l. seruum quoque. §. publicè. ff. de procuratorib.
dicit, vbicunque itaque absens quis damnari po-
test: ibi quamuis verba pro eo facientem & inno-
centiam excusantem audiri æquum est & ordina-
rium admittere. & Bartolus ibi in ij. column. not.
* quòd in omni genere causarum de mundo, siue 2
pecuniaria sit, siue capitalis: vbicunque absens po-
test damnari, potest comparere defensor sine man-
dato ad ostendendum de innocentia rei: & intel-
ligit illa verba, quamuis &c. quasi dicat, non cu-
ro quis sit cum mandato, vel sine, masculus, vel
fœmina, seruus, vel liber: coniuncta persona vel
non: & dicit, quòd admitteretur etiam procura-
tor habens mandatum: sed non vt procurator, sed
vt quilibet ad informandum iudicem, nec pote-
rit * præiudicare absenti. casus autem, in quibus 3
potest absens damnari, ponuntur per Bartol. in l.
penult. §. ad crimen. de public. iudi. & Salycet. in l.
absentem. C. de accusationib. inter quos est casus
criminis læsæ maiestatis. per d. constitut. ad repri-
mend. Sed dubium est: an * posit iudex quando 4
sibi videbitur dicere, volo quòd veniat principa-
lis personaliter. Bartol. in dicto §. publice. dicit: sed
quia iudices nolunt cõmuniter procuratores ad-
mittere, dicunt, volumus quòd veniat principa-
lis, qui nouit melius veritatem, per l. fi. C. de pro-
curatoribus. & quamuis Bartol. infrà adducat Iac.
Bur. dicentem contra dictum remedium iudicum
certam cautelam, tamen dicit se putare dictã cau-
telam non sufficere: * quia veritas colligitur ex 5
aspectu l. de minore. §. tormenta. de quæstionib. &
ad istud nõ potest constitui procurator: quia opus
est persona: vnde concludit quòd erit in arbitrio
iudicis, an faciat comparere principalem, vel non.
Gand. in tracta. malefic. in ritu. vtrum procurator,
&c. v. colum. in princip. dum antea dixerat dicere
Dyn. * quòd stante statuto, quòd pro causa capi- 6
tali posit absens damnari, poterit inculpatus de
crimine capitali cõstituere procuratorem. & quòd
hæc erat opinio Dyni: licet alij plures doctores,
& sap.

& sapientes dixerint contrarium: subdit sibi videri dicendum, quòd si ab illo procuratore ita admisso ad defendendum petatur, quòd faciat inculpatum venire personaliter, tenebitur ille, & principalis persona: & si non venit procedetur tanquam contra contumacem: debet enim reus tali modo defendi, vt ius actoris, vel communis non efficiatur deterius. Aret. in trac. male. in ver. qui iudex vidés quod inquisiti. vij. co. loquéx in illa quęstione an, vbi absens ex forma statuti posset diffinitiue damnari, admittatur procurator. dicit: ego nunquã vidi admitti aliquem procuratoré: quando pœna est corporalis: & ego eram, dicit ipse, solitus vti vna cautela quãdo dubium erat vtrum deberet admitti vel non: quia dicebam, & habebam indicia contra inquisitum: & quòd principalis vt melius informatus deberet per se nõ per procuratorem comparere: vt aliquando contingit in ciuili. & dicit, quòd istam cautelam ponit Cynus in l. reos. C. de accusationibus. & Baldus in l. ij. §. defendi. ff. ex quibus causis in possessio. eat. & dicit, quòd si ille comparebat, retinebam, & torquebam, donec purgauerit indicia. Si verò per se non comparebat, etiam si comparuisset per procuratorem specialiter ad hoc constitutum, & plenarie instructum, reputabam eum contumacem: & dicit ibidem Aug. in viij. colum. in addit. quòd istam partem tenet expressè Ioan. Andr. in cap. fin. de iur. calum. & Angel. in l. si actor. ff. de procur. & quod Angel. in l. fina. C. de procurat. dicit, quòd in palatiis ita seruatur. limitat tamen Aug. hoc secundum ea, quæ dicit Petr. de Anchar. in cap. j. de iudi. libro vj. & Bald. & Anchar. in dicta l. seruum quoque. §. publice. de procuratorib. dummodo indicia sint contra eum, quem iudex vult arctare in criminibus, vt compareat, aliàs non procederet: quinimò secundum eum Bartol. in dicto §. publice. dicit, quòd est hoc verum, in casibus, in quibus potest esse locus torturæ, & non aliàs. & ad hoc pondetat Gandi. vbi suprà, licet secũdum eum Gandi.
7 vbi suprà in fin. innuat, * quòd etiam si non essent indicia, prædicta procederent. Aduertendum est, quia omnes prædicti tam Bartol. in dicto §. publicè, quàm Gandi. in dicto titu. vtrum procurator. quàm Aret. & Aug. præallegati loquũtur in eo, qui cõparet ad defendẽdũ, vt procurator: quoniam tunc iudex potest dicere, volo principalem. Dubium est, quid in eo qui cõparet, vt defensor. Bar. Vero. consil. xlj. iij. colum. versicu. & si dixerit dominus iudex &c. dicit, quòd ipse semper tenuit, quòd dictum Bartoli in dicto §. publicè. in defensore non sit verum, & illud procederet in casibus, in quibus quis potest per procuratorem cõparere, in quo substantiatur iudicium: vt tunc posit iudex quandoque reum principalem requirere, vt repellat procuratorem à defensione. & quòd licet procurator domino non comparente repellatur, tamen non repellitur defensor. & dicit, quòd dicere, quòd sit in potestate iudicis repellere, seu non admittere defensorem, vbi reus non vult comparere, semper fuit visum iniustissimum. Præterea dicit ipse, fateor, quòd iudex posit principalem requirere, sed quòd si reus non venit, posit repelli defensor, hoc sibi non potuit vnquam persuaderi, & quòd Bart. non dicit hoc, si bene inspiciatur. nam si iudex nullo se offerente debet assumere vices, & supplere deffectum absentis etiam contumacis, quare fictè dicere possumus, quòd non debeat audire eum qui in rei innocentiam velit afferre aliquam excusationem. Sed considerari potest contra Veronensem, quoniam Bar. in dicto §. publicè, tenet quòd non admittatur procurator vt procurator pro isto reo, dum dicit, ꝙ si cõparet procurator, nõ admittitur vt procurator: sed tanquam quilibet ad informandum iudicem. ergò, id quod postea subdit, debet intelligi, quòd loquatur in casibus, in quibus non potest per procuratorem comparere, nisi dicas, quòd illud dictum Bart. referatur ad proxima. Dixerat enim sic, vides ergo, quòd vbi imponitur pœna pecuniaria, admittitur procurator. deinde statim sequitur: sed quia iudices &c. & sic bene loquatur Veron. Sed contra Veronens. faciunt Gandinus Aret. & Aug. præallegati. nec valet dicere, quòd illi loquantur in procuratore admisso, sed nos sumus in defensore: nam non videtur posse constitui differentiam. illi tenent procuratorem admitti à statuto, sicut etiam defensor admittitur à iure. & tamen volunt, quòd iudice volente principalis pro se interrogando tenetur ire, aliàs est contumax. Imò procurator se instructum dicens debet esse causa, quòd iudex non posit instare, quòd veniat persona principalis: nisi vt videatur quo colore &c. At quando comparet defensor, duæ adsunt causæ arctatiuæ ad comprobationem rei: prima vt respõdeat ipse, ex quo magis instructus, & non misit aliquem instructum: secundò vt videatur qua fronte &c. vnde maior ratio est, vt posit comparẽte defensore arctari principalis ad comparendum, quia sunt duæ rationes, quàm comparente procuratore, quia vna tantum. Præterea ratio Gandini, vbi suprà in fine. videtur multum stringere. Si enim pro accusatore sunt indicia ad torturam, & diceremus reum non posse arctari ad comparendum personaliter, fraudaretur accusator remedio sibi dato à iure, scilicet tortura. Cogita an posit dici, quòd non posit defensor repelli eo respectu, quòd non comparet principalis, & ita loquatur Veronensis. sed si sunt indicia contra principalem: non video cur non teneatur comparere: nisi diceres, quòd posit defendi, etiam ab indiciis per defensorem: & non defendit bene, quia succumbit in euacuatione indiciorum: tunc venire debeat principalis. sed videtur verius, quòd ab indiciis, seu eorum probatione inferente ad torturam non potest admitti quis vt defendatur per alium. Ex quo non potest quis absens damnari ad torturam, cum requiratur sua pręsentia, & tanto magis, quando indicia talia sunt, quòd quis etiam præsens non debet audiri in aliqua defensione, quin prius torqueatur: quod hîc vocatur procedi de facto. Illud clarum est, *quòd 8
in causis criminalibus, in quibus potest comparere procurator, vt à relegatione infrà: iudex ad obuiandum malitiæ potest dicere, quòd vult, quòd reus personaliter compareat. l. fina. cum sua materia. C. de procur. & vide ibi per Bartolum & alios, maximè Iasonem: & vide Philip. de Fran. in c. j. vlt. colum. de iudic. lib. vj.

SVMMARIVM.

1 *Interlocutoria magnæ Curiæ in causa remissionis fori non potest reuocari, etiam per contrarium imperium. & nu. 7.*

2 *Appellatio non admittitur à magna Curia in criminalibus causis, etiam ab interlocutoria.*

3 *Supplicari potest. vbi repellitur appellatio.*

4 *Sententia lata super exceptionibus etiam declinatoriis, vel peremptoriis est interlocutoria.*

5 *Sententiæ interlocutoriæ modi, causa sunt xxvj. remissiua.*

6 *Contrarium imperium non habet locum in interlocutoriis habentibus vim diffinitiuæ.*

DECISIO CXLIIII.

Panhormi.

IN causa Baronis Fluminis Dionysij cũ
Abbate Federico de Spatafora. accusa-
uerat criminaliter in magna regia Cu-
ria dictum Federicum Baro de quibus-
dam insultibus & aggresionibus:& quia dictus ac
cusatus dicebat se clericum, dicta magna Curia
per interlocutoriam remisit causam ad forum ec-
1 clesiasticum. * Pro hac interlocutoria contrario
imperio reuocãda idem Baro iterum magnam Cu-
riam adiuit, præsentauit quoque scripturas ad effe-
ctum dictæ reuocationis. Quòd dicta prima inter-
locutoria non posit reuocari, nec quæri de eius
iustitia, vel iniustitia: facit primò ritus, qui est
2 in hoc regno, * quòd in causis criminalibus à ma-
gna regia Curia non admittatur appellatio. sed cõ-
3 trà facit: nam * vbi remota est appellatio, potest
supplicari. gloss. ordin. in cap. ex literis. de in integ.
restit. Aret. in l. ex consensu. §. cum qui. vj. colum.
de appell. item contra facit: quoniam dictus ritus
videtur, quòd debeat intelligi in diffinitiuis, non
in interlocutoriis. Felin. in rubr. de re iudica. alle-
gat Card. in cap. vt debitus. de appel. in fina. quòd
statutum prohibens appellari à sententia Potesta-
ris, intelligitur de diffinitiua. & not. Felin. vbi su-
prà iiij. colum. quòd dispositio exorbitans à iure
communi loquens de diffinitiua non habet locum
in interlocutoria. sed audio, quod dictus ritus, qui in-
cipit à sentẽtiis latis, & est ad char. 72. & 73. obser-
uatur etiam in interlocutoriis: quamuis hoc pri-
mum motiuum non faciat ad causam: nec etiam di
ctus ritus: ex quo non fuit appellatum ab interlo-
cutoria prædicta: sed petitum contrarium impe-
4 rium. * quòd sententia super remissione fori sit
interlocutoria, non diffinitiua, facit: quia senten
tia lata super exceptionibus etiam declinatoriis,
vel peremptoriis, & etiam iudicium nullum red-
dentibus est interlocutoria. cap. fina. in princip. de
appel. lib. vj. quia natura diffinitiuæ est, quòd fera-
tur super negocio principali: non super exceptio-
nibus. & pro primo est gloss. in Clem. fin. eod. titu.
in gloss. ij. ita Phil. de Fran. in c. cum cessante. xiiij.
colum. de appellat. & ibi vsque ad finem numerat.
5 xxvj. causas * seu modos sententiæ interlocutoriæ.
6 Facit secundò contra Baronem: * nam l. quod ius-
sit. ff. de re iudic. & sic contrarium imperium non
habet locum in interlocutoriis habẽtibus vim dif-
finitiuæ, vt videtur ista. ita Alexã. in d. l. quod ius-
sit. in iiij. limitatione: & facit Alex. ibi in xij. limita.
dum limitat etiam d. l. non habere locum, quando
per interlocutoriam esset finitum officium iudic.
& idem Alexan. post xij. limitationem dicit ad li-
mitationem. c. significãtibus. quòd iudex qui pro-
nuntiauit se incompetentem super principali ne-
gotio, non potest hanc interlocutoriam reuocare.
Super hoc an in criminalibus in magna Curia in
interlocutoriis habet locum cõtrarium imperium
fori, capere informationes, & testes, & doctores
variè deponebant: vnde d. Vicerex me consulente
conuocauit consiliũ in quo affuere Locumtenens
Magistri iustitiarij, do. Ioan. Loysius de septimo. d.
August. Biscardus fisci patronus: & do. Andriocta
Agliata: & d. Iac. de Fran. & omnes consuluerunt
in hac causa remissionis fori non habere locũ con
trarium imperium: & ita d. Vicerex declarauit.

SVMMARIVM.

1 *Accusatus de homicidio, qui nunquam voluit deponere vt principalis, nec examinari, torqueri potest non ad eruendam confessionem: quia non præcedunt indicia: sed responsionem affirmatiuam, vel negatiuam. & nu. 4.*

2 *Negare cibum & potum species est tormenti: & idem est ponere vbi frigore moriatur.*

3 *Confessio facta in tormentis non præcedentibus indiciis: licet postea sit ratificata: non nocet confitenti.*

DECISIO CXLV.

Panhormi.

IN causa * cuiusdã accusati de homi- 1
cidio, qui nunquam voluit depone-
re vt principalis, nec se examinare:
aliqui dicebant, quòd huic denega-
retur paulatim cibus & potus, donec
confiteretur. * denegare cibum & potum tormen- 2
ti species est. Marsilius in l. j. aij. colum. ver. an au-
tem priuatio. qui dicit idem esse, quando quis po-
nitur in loco in quo quis moritur frigore, per l.
item apud Labeonem. §. quæstionis. de iniu. & alia
quæ ibi præfatus doctor allegat. idcirco si est spe-
cies tormenti, quomodo torquebitur iste sine in-
diciis? nam confessio * facta in tormẽtis non præ- 3
cedentibus indiciis: licet postea ratificata sit, non
nocet confitenti: vt est text. cum gloss. sing. & ibi
Bart. in l. pen. ff. de quæst. & not. Aret. in tract. male-
fic. in ver. fama pu. viij. colum. & dicit Auge. ibi in
addit. quòd ita obtinuit ipse in persona vnius, qui
vocabatur August. de Arimino: sed Franc. Brunus
in tract. de indi. & tortu. in v. q. princi. j. colum. in-
ter casus, in quibus quis posit torqueri sine indi-
ciis, ponit, * quando accusatus vel inquisitus nol 4
let respõdere accusationi, vel inquisitioni, & præ-
sens foret, torquetur non ad eruendam confesio-
nem, quia non præcedunt indicia: sed ad eruen-
dam responsionem affirmatiuam, vel negatiuam,
prout sibi placuerit. alleg. Bal. in l. si accusationem.
in vlt. colum. C. qui accus. non poss.

SVMMARIVM.

1 *Iudex ordinarius, qui semel in vna causa iudicauit certo modo potest vt suspectus recusari, ne sic*

sibi

sibi ipsi contrarius, præsumendum est, quòd semper eodem modo iudicaret. & nu. 4.

2 *Aduocatus in alia causa simili, vel connexa, vel dependens cum illa, in qua vult esse iudex, potest recusari vt suspectus.*

3 *Consultor potest vt suspectus recusari, si deputaretur iudex.*

DECISIO CXLVI.

Panhormi.


N causa domini Comitis Cametatæ
1 * cum Regio fisco petente à dicto Co-
mite ius tarens pro quibusdam feudis
subiugatis cum pacto de reluendo iux-
ta formam bullæ, ipso Comite allegante magnam
Curiam rationum, coram qua dictum ius petitur,
suspectam, ex quo aliàs in simili causa iudicauit
pro Regio fisco: dubitatum est, an dicta allega-
tio suspicionis procedat. & vide dicta suprà in de
cis. in causa iurisdict. reuerẽdissimi domini Archi-
episcopi Montis regalis. Et quidem in iudice de-
legato videretur, quòd causa prædicta suspicio-
2 nis militaret: * nam is, qui fuit aduocatus etiam
alia causa dummodo sit connexa, & inuicem de-
pendens cum illa in qua vult esse iudex, potest re-
cusari, vt in cap. postremo, cum ibi nota. per Phil.
in ij. colum. de appel. & procedit text. ille etiam in
3 eo, qui fuit consultor: * nam is qui in causa fuit
consultor potest suspectus recusari, si deputare-
tur iudex. vt not. Phil. loco præallegato ij. colum.
& alibi dicitur nec tuam, nec tuorum sententiam
reuocabis. Sed dubium videtur magis in ordina-
4 rio iudice: * vt si tribunal iudicauit vno modo in
vna causa, an in alia simili possit recusari. Bald.
in l. apertissim. ij. colum. ij. quæst. de iudi. dum quæ-
rit, an iudex ordinarius possit ratione suspicionis
recusari. & concludit, quòd quando esset iudex or
dinarius ex principali non autem prorogata iuris-
dictione, non potest recusari, sed debet ei associa-
ri episcopus. & deinde subdit Paulo pòst, quòd fal-
lit ratione præcedentis aduocationis: vbi potest
ordinarius recusari. de iurisdictione omnium iud.
l. solet prætor. Et idem dicit vbicunque esset suspe-
ctus, eo quòd non est verisimile, quòd esset sibi
contrarius, & Lanfran. in repe. c. quoniam contra.
in ver. recusationes. ij. colum. dicit hæc verba. item
potest ordinarius recusari ratione præcedentis ad-
uocationis: item vbicunque est suspectus, eo quòd
non est verisimile, quòd esset sibi contrarius, vt in
l. eos. in prin. C. de ap. ita not. Bald. in l. apertissimi.
Ias. in ea. l. apertissimi. j. colum. quærit, an ordina-
rius possit in causa ciuili suspectus petere sibi dari
adiunctum. per auth. si verò contingeret. eod. titu.
fallit, dicit ipse in certis casibus specialibus, puta
quando in causa fuisset prius aduocatus. l. prætor.
ad fin. ff. de iu. om. iud. secundum Bar. & Salycet. &
Paul. de Cast. hic. & est gloss. in c. dilecto. in ver. re-
cusastis. de test. eo. modo in casu. l. qui iurisdictio-
ne. ff. de iur. om. iud. secundum Moder. ibi. & Bal. in
d. l. prætor. & Paul. de Castr. hic. Alex. in d. l. qui iu-
risdictione. ij. colum. dicit, quòd ordinarius quam-
uis non possit regulariter recusari, tamen fallit in
pluribus casibus, inter quos iste erit vnus & alij
nota. in d. l. apertissimi. & alium casum videbimus
in l. prætor. ∫. eod. & in his casibus vult Alex. opus
esse recusatione cum insertione causæ. Sic ergo se-
cundum opin. Bal. & sequacium videtur, quòd or-
dinarius, qui semel in vna causa certo modo iudi-
cauit, possit recusari ex quo ne sit sibi contrarius,
idem in ista iudicaret.

SVMMARIVM.

1 *Iudex vtrum possit allegari suspectus si iudicauit in alia causa contra allegantem, & ab eius sententia pendeat appellatio. & nu. 7.*

2 *Iudices delegati dantur in regno Siciliæ datis prius nominibus minus suspectorum ab vtraque parte, nec possunt postea recusari sine legitima causa.*

3 *Sententia iniuriosa non eximit iniuriam passum à iurisdictione iudicis, à quo appellauit, in aliis causis, excepta illa causa. & nu. 6.*

4 *Recusans iudicem, qui tulit sententiam contra se in alia causa, potest petere terminum ad probandum grauamen dolose illatum in dicta sententia. & nu. seq.*

DECISIO CXLVII.

Panhormi.


N causa Domini Marchionis Giracij
cum Don Antonio de viginti miliis su
per Castro seu Baronia Castellucij, do-
minus Bartholomeus de Marchetto * in 1
causa terræ pictinei fuerat iudex inter dominum
Calzenam, & dictum Marchionem, & dederat
votum suum contra dominum Marchionem. Ad
præsens fuit in alia causa datus iudex inter præ-
fatos Marchionem, & Don Antonium: recusat
eum d. Marchio, vt suspectum: quia in alia causa
contra eum iudicauit, & à dicta sententia seu vo-
to pendet app. seu reuisio: an ista sit iusta causa re-
cusandi eum. Et sciendum, * quòd quando iudi- 2
ces delegati dantur in hoc Regno, datis prius no-
minibus minus suspectorũ ab vtraque parte non
possunt recusari sine causa legitima. Circa hanc
materiam habemus text. in l. j. ff. an eum, à quo ap-
pellatur, aliam causam &c. quæ ita summatur per
Ang. iniuriosa sententia * non eximit passum iniu- 3
riam à iurisdictione iudicis, à quo appellauit, nisi
in illa causa, non in aliis. item habemus text. in ca.
ad hæc primo. de appel. qui ita summatur: coram
iudice, à quo in vna causa appellaui, possum in alia
conueniri, nisi eum recusem vt suspectum. item ha
bemus c. proposuit. eod. tit. quod hoc modo sum-
mant doct. appellans ab ordinario in vna causa in
aliis coram eo respondere tenetur: potest tamen
suspectus recusari, nisi de crimine notorio agatur.
Hanc iurium contrarietatem animaduertens glo.
in d. c. ad hęc. vno verbo expedit se, videlicet quòd
aliud de iure ciuili, aliud de iure canonico: & eam
sequitur ibi Goffredus. sed omissis aliis solut. Io-
annes Andr. in eodem cap. ad hæc. dicit, quòd aut
is qui allegat iudicem suspectum fundat se solum
in pendentia appellationis, nec ostendit aliud: &
ista sola pendentia non sufficit, sed eligentur arbi-
tri: aut vltra appellationẽ * probat corã arbitris ve 4
ritatẽ grauaminis: & tunc remouebitur: & arbitri
pron

pronunciabunt illum iudicem ſuſpectum:& hunc
iotellectum ad d.c.ad hæc.& c.præpoſuit. ſequitur
d.Ant. & Abb.& do.Phi.de Fran. in d.c.ad hæc.&
c.propoſuit.& Bart.ind.l.j.& dicit Abb.in d.c. ad
hæc. quòd iſtam lect. ſequuntur communiter mo-
derniores:vult tamē Abb.ibi in iij.col. ꝙ vltra gra-
uamen ſit neceſſe probare, ꝙ grauamen proceſſit
ex propoſito:nec ſufficit probare grauamē re ipſa:
ſed in dubio dicit pręſumendum malum animum:
& licet Abb.in d.c.ad hæc.iij.col. dicat iſta proce-
dere de iure canonico: ſed quòd de iure ciuili e-
tiam probato grauamine non remouetur ordina-
rius, ſed datur adiunctus ſecundum authenticam,
ſi verò contigerit. tamen alij hoc non ſequuntur.
Aretin. quoque in d.l.j. apud eum, à quo videtur
multum ſtringere materiam, ſcilicet quòd is, qui
allegat talem iudicem ſuſpectum, debet quodam-
modo pro firmo dicere, quòd doloſe, & ſcienter
male pronunciauerit, ſeu grauauerit, vel quòd in-
iuſte pronuntiauerit, & ex certa ſcientia: ſed ſe-
cundum Ioan.Andr. ſufficiet ſolum probare veri-
tatem grauaminis: prout refert Phil. in dicto cap.
ad hæc.& cap.propoſuit.tex.ergo in d.l.vnica.pro-
cedit quando recuſans pro cauſa recuſationis di-
cit ſimpliciter, quòd eſt appellatum, nec iuſtificat
appellationē ſuam probando grauamen:ſed quan-
do appellans dicit, quòd eſt appellatum, & probat
coram arbitris, vel offert ſe probaturū grauamen,
propter quod fuit appellatum:tunc cum iudex in
dubio inique iudicando videatur facere ex ani-
mo, & grauando partem ex animo, dicatur etiam
iniuriam facere. ſecundum gloſſ.in l.j. in princip.
ff. de iniur.& qui iniuriam facit in vna cauſa, non
poteſt eſſe iudex in alia.l. ſi quis prouncatione ſe-
cundum vnum intellectum. C. de app. & qui iniu-
riam fecit, poteſt indiſtinctè etiam ordinarius re-
cuſari de iure ciuili, non ſolum de iure canonico.
l.j.C. ſi qua præd. po.talis iudex probato vel obla-
to probari grauamine poterit recuſari: & ita lo-
quantur dict. cap.iſta dicit Abb.in d. cap. ad hæc.
ij.colum.& dicit hoc eſſe Ioan. Andr. quem ita re-
fert & ſequitur Bartol.in d.l.j.ff. apud eum à quo.
5 cautelam putarem, * quòd recuſans in libello, ſeu
petitione recuſatoria dicat, quòd fuit ſibi illatum
grauamen per illum iudicem in alia cauſa, à qua
appellauit, & hoc eſt neceſſarium. item & hæc eſt
cautela.quòd ex propoſito, aut malo animo, vel ex
certa ſcientia grauamen fuit ſibi illatum cum clau
ſula non aſtringens ſe &c.& not.quia licet Bart.in
d.l.j.velit, quòd quando ſciēter prounnciauit ma-
le iudex, & ſic mihi iniuriatur, ad hoc vt ſim exem-
ptus à iuriſdictione ſua, opus eſt appellatione: ta-
men idem Bart. prout refert Areti.in d.l.j.C.ſi qua
6 præd. po. vult, * ꝙ ſola proteſtatio de iniuria ſibi
facta reali vel verbali ſi quis exemptus à iuriſdi-
ctione talis iud.& dicit Aretin.quòd vtrunque re-
medium eſt bnnum, vel appellare, vel proteſtari:
ad probandum grauamen prncurator Marchionis
petebat terminum:& quamuis aliqoi dicebant oon
debere dari, tamen fuit me conſulente ei datus:&
audio quòd produxit proceſſum dictæ cauſæ cum
votis d.domini Bartholomæi, & aliorum; ac e-
tiam reoocationem dictorum votorum factam in
Curia Regia.

SVMMARIVM.

1 *Ciuitates, quæ recognoſcunt ſuperiorem, non poſ-
ſunt inſtituere nouas gabellas ſine licentia ſupe-
rioris: tamen hodie ex quo ciuitates Italiæ ha-
bent merum & miſtum imperium, obtinuerunt
de facto, vt imponere poſſint ex iuſta cauſa. & nu
mero 4.*

2 *Gabella noua exacta reſtitui debet tanquam in-
debite exacta: & imponentes non ſunt ſine pec-
cato.*

3 *Nouitates ciuitatibus non ſunt inducendæ, etiam
ob vtilitatem communē: niſi ſuperior conſulatur.*

5 *Gabella verum imponi poſſit aliquibus contradi-
centibus.*

6 *Maior pars vniuerſitatis præfertur in his quæ ſunt
communia pluribus vt vniuerſis: & quando ſta-
tuit, quod eſt vtile vel neceſſarium.*

7 *Forenſes vendentes, aut ementes aſtringuntur ad
ſolutionem Gabellæ nuper impoſitæ.*

DECISIO CXLVIII.

Mazaria.

CONSVEVIT hactenus Ciuitas
Mazarienſis pro ſoluēdo Regio do-
natiuo imponere collectas ciuibus:
& quoniā in dicta collectarum im-
poſitione aſſeritur, quòd multi, ma-
ximè pauperes grauabantur, quoniam principales
& potentiores ciuitatis aut nihil, aut parum ſol-
uebant, & homines impotentes opprimebantur:
fuit propoſitum, quòd imponerentur gabellæ. Du-
bitatum fuit primò: an ſuperior peccet præſtando
authoritatem, quòd dicta gabella imponatur. quòd
ſi de iure imponi poteſt, non videtur peccare: &
quidē ſi eſſemus in vniuerſitate non recognnſcen-
te ſuperiorem de iure vel de facto, quid tunc eſſet
dicendum? habemus per Saly.in l. vectigalia. ij.co-
lum.C.noua vect.imp.& Ber. ponit in tract.gabel-
larum.prima parte. quæſt.iiij. ciuitates verò * quæ 1
ſuperiorem recognnſcunt.Bert.vbi ſuprà, poſt an-
tiquos dicit: quòd non poſſunt inſtituere nouas
gabellas ſine authoritate, & licentia ſuperioris.per
d.l.vectigalia, & ibi doc.& l.nnn ſolent.& ibi Bal.
in fi.& l.j.& ibi Salyc.eod.titu.& per Bartol.in l.ſi
publicanus.ff.de public.quinimò * ſi noua gabella 2
exigatur, debet reſtitui tanquam exacta indebite.
dicta l.non ſolent.cum glo.& doctores. Non enim
nouitates * ciuitatibus ſunt inducendæ. d.l.vecti- 3
galia:& ibi Salyc.j.colum.& l.pen.ff. de decret. ab
or.faci.quòd eſt verum ſecundum Salycet.etiam ſi
communis vtilitas nouitatum inductionem ſua-
deret: niſi tunc ſuperior conſulatur. d.l.j.C.nou.
vectig. impo. non poſ.ſumma Angelica in ver.pe-
dagium.§.j.dicit, quòd Princeps, vel Rex Rom.
aut ille, cui à Lateranenſi concilio fuit cōceſſum,
vel à longa cōſuetudine, cuius non extat memoria
in contrarium, poteſt imponere pedagia.gradagia
& ſalinarias. alij ſunt excommunicandi. ſed quòd
hodie * ex quo ciuitates Italiæ habent merum, & 4
miſtum imperium, obtinuerunt de facto, vt impo-
nere poſſint ex iuſta cauſa, vt ſunt publicæ neceſ-
ſitates: & quòd oportet, quòd conſentiat maior
pars

pars ciuitatis, præsertim eorum, quos tangit. Ex
prædictis patere videtur, quòd ciuitates cum au-
thoritate & licentia superioris, si adest iusta causa
possunt sibi gabellam imponere: an autem prædi-
cta sit iusta causa, videlicet inæqualitas soluendi,
quia grauantur inopes, & diuites releuantur. item
difficultas exigendi, quam aliqui æquiparant im-
possibilitati. item pericula rixarum, & inimicitia-
rum quæ solent prouenire ex taxationibus. Fuit de-
5 liberatum * quòd istæ sint iustæ causæ mutandi exi-
gentias de collectis ad gabellas. Secundò dubita-
tum est: an aliquibus contradicentibus possit di-
6 cta gabella imponi: regula est, * quòd in his quæ
sunt communia pluribus vt vniuersis, valet quic-
quid facit maior pars. text. glos. & Bartol. in l. quod
maior. ff. ad municip. gloss. in capitulo primo. in
versicu. tractatus. de rebus eccles. non alien. in vj.
& in Clem. pastoralis. in princip. in versi. plures. de
rescript. cum aliis, quæ allegantur per Felin. in ca-
pitu. cum omnes vndecima columna. versicu. in ea-
dem glos. ibi, si verò. de rescript. ad quam ipse dat
plures limitationes: solutio donatiui est commu-
nis pluribus vt vniuersis: nam vniuersitas astrin-
gitur ad illud exoluendum: & consequenter mo-
dus soluendi, qui seruandus sit, videtur ad vni-
uersos spectare. ideo maior pars ligabit minorem:
& quoniam Felin. vbi suprà decima colum. ver-
sicu. primò fallit. dicit quòd maior pars in rebus
collegij tunc ligat minorem, quando quid statuit
quod sit necessarium, vel vtile. suprà ostensum est
hunc modum esse necessarium: aut saltem vtilem.
7 Tertiò dubitatum fuit: * an forenses astringi pos-
sent ad solutionem gabellæ in his, quæ in Mazaria
emunt, aut vendunt. Bald. in lege prima. C. de con-
trahenda emptione. Ludouic. in singularibus. in
versi. gabella. versi. statutum. dicit, pone quòd fo-
rensis contrahens in loco statuti disponentis sol-
ui gabellam de contractibus, tenetur ad gabellæ
solutionem. refert & sequitur Barto. in d. tract. se-
prima parte v. quæstio. vbi etiam dicit, quòd pro
mercibus, quas forensis defert, tenetur ad gabel-
lam. allegat Bald. in lege cunctos populos. vltima
charta, de summa trinitate. versi. circa maleficia di-
centem, forensem transeuntem sine solutione pe-
dagij puniendum secundum statuta loci, per quem
transit, & hoc dicit sentire Bartol. in l. prima, vlti-
ma colum. de mu. & in quo loco. libro vndecimo.
& Bald. in capit. primo vltima colum. quæ sint re-
ga. vbi dicũt, quòd pedagium debet solui à foren-
sibus transeuntibus cum rebus. Et sic fuit delibe-
ratum gabellam imponendam esse in ciuitate Ma-
zariæ ciuibus sic petentibus: & per easdem rationes
etiam in ciuitate Cathaniæ: vbi similiter ciues pe-
tiêrunt.

SVMMARIVM.

1 *Officiali insultato ciues præsentes, & auxilium non præbentes an sint in pœna. & nu. 3.*
2 *Scientia sola delicti futuri vtrum puniatur.*
4 *Pœna quæ sit contra ciues non præstantes auxi- lium officialibus insultatis. & numera sequen- tia.*

DECISIO CXLIX.

Mazariæ.


VPER ad terram Traynæ venerũt
nonnulli bãniti ad xxx. numero, in-
ter quos fuerunt inimici d. Syluestri
de Trayna. hi domum ipsius inuase-
runt, ipsum ac suos igne ad domos
apposito e fenestris sese præcipites dare compule-
runt: Syluestrúmq; interfecerunt: Capitaneus inte-
rim cum aliquibus exiuit, & re nondum confecta
ad locum inuasionis se contulit, vbi multi ciuium
plusquam lx. aut centum coadunati erant: banniti
videntibus ciuibus, & non auxiliantibus nedũ ho-
micidium perfecerunt, sed in Capitaneum manus
intulerunt. d. Vicerex, vt sciret quibus mediis con-
tra ipsos ciues procedendum erat, in dubium po-
suit: * an prædicti non auxiliantes sint in pœna, & 1
in qua pœna, an mortis. Quòd de sola scientia &
auxilio non præstito ei qui est superior ratione iu-
risdictionis, quis veniat puniendus, habemus Bar-
tol. in lege verum. ff. de parricidiis. qui tamen non
loquitur in specie de delicto. quod committeba-
tur in personam eius cuius iurisdictioni quis sub-
iectus est: sed dicit, * quòd ex sola sciẽtia quis non 2
debet puniri, nisi quando maleficium debet com-
mitti in personam eius, cuius potestati est quis sub-
iectus: vt si seruus est sciens de morte domini l. j. §.
si seruus ff. ad silla. vel in filio si fuit sciens de mor-
te patris eo. tit. de parri. l. ij. idem de vassallo si fuit
sciens de morte Domini ea ratione. idem de eo qui
fuit sciens de turbatione ciuitatis suæ, vel de alio
commisso in ciuitatem suam, vel in Principem l.
quisquis. in si. ff. ad l. Iul. maiest. in aliis dicit Bar. vi-
detur, quòd non sufficiat sola scientia nisi sit parti-
ceps delicti: item habemus Saly. in d. l. quisquis. qui
paululum se dilatat, & inter illos, qui ratione scien
tiæ puniuntur pariter cum faciente: ponit eum qui
est subiectus offenso ratione officij; & etiam præ-
positura, per l. omne delictum. §. præpositum. ff. de
re mili. & inferius ibidem dicit Saly. inter hũc ca-
sum, & priores est ratiò, quia in prioribus scientia
est cum culpa admista cum ratione subiectionis, &
debitæ affectionis illi tenentur defendere & iuua-
re. item habemus Andr. in tit. de pa. §. fuauté omni-
bus. in addi. inci. item si velim. p. col. loquẽtem cla-
rius, & dicentem iure ciuili certum est, quòd non
teneor, loquens de defensione: nisi sit ratione pa-
triæ vel domesticæ potestatis subiectos, vel ratio-
ne iurisdictionis. ff. de reg. iur. l. culpa caret. Cõstat
igitur * ex authoritatibus prædictorum, maximè 3
Saly. & And. quòd isti, * qui potuerunt auxiliari, & 4
non sunt auxiliati, sunt in pœna sed tamen sit ista 5
pœna mortis, text. in d. l. quisquis. in conscio
ei, qui offendere volebat personam Principis, vel
collateralium, ponit pœnam mortis. ibi §. pen. &
sic loquitur in crimine læsæ maiestatis. text. in l. j. §.
serui. aliàs potuisse. & §. si quis in villa. ff. ad Sylla.
loquens in crimine occisi domini in domo si ser-
uus potuisset ei succurrere, saltem voce non suc-
currit, dat pro pœna vltimum supplicium. text. in
crimine parricidij in l. ij. de parricidiis. vt si filius
solum sciuit paratam mortem patri, & non reuelat, non

dat pœnā statutā parricidis, sed mitiorem. & vide
suprà in cxxx.decisi. viij.dubio.xiiij. speciali. text.
in crimine officialis inuasi, qui est in l.iij.§. fina.ff.
de re milita.dicit qui præpositum suum protegere
noluerint, occiso eo capite puniuntur.no.hoc oc-
ciso eo, quasi quòd si non sit occisus, capite non
punietur is, qui non protegit:& hoc percipitur ex
gloss.in l.omne delictum.§.fina.eodem titu.dicitur
enim ibi in text.sed & in eos, qui præfectum Cen-
turiæ à latronibus circunuentum deseruerint, ani-
maduerti placuit glos.in ver.capite. dicit hoc. vbi
præpositus occisus est, vt suprà l.iij.§.fina. sed qui
manum intulit, capite punitur, & si non occidat.
suprà ead.l.§.j.is ergo, qui manus intulit, licet non
5 occidat, capite punietur d.§.j.is,* qui non auxilia-
tus est dum manus inferatur, non punitur capite,
nisi occidatur officialis. Mihi visum est casum no-
strum regulari potius debere cū casu l.ij.de parri-
cidiis.& l.iij.§.fi.de re mili.quàm cum duobus pri-
mis: vt sic non sit pœna mortis, sed arbitraria: &
ꝙ licet in arbitrariis iudex posit arbitrari vsque
ad mortē inclusiue, iuxta opinio.gl.in §.in summa.
insti.de iniur.quam recitatis sequacibus, & cōtra-
dictoribus videtur cum nōnullis declarationibus
sequi Fel.in c.ex literis xij.col.de constit.tamē non
tenerem, quòd posit in istis nō auxiliantibus sta-
tui pœna mortis: sed alia arbitrio iudicis. Circa di-
ctum casum prouisum est, quòd vadat ad terram
Traynæ commissarius, qui capta informatione de
magis suspectis ex illis, qui interfuerunt, maximè
consanguineis bannitorum, eos carceret ac ducat
ad Magnam Curiam.

SVMMARIVM.

1 *Victualia vtrum deferri possint ad infideles pro re-dimendis captiuis sine scrupulo conscientiæ me-diante licentia. & nu. 5.*

2 *Excommunicati sunt omnes commercium habentes cum Sarracenis tempore guerræ: quid de tempo-re pacis, distingue vt ibi. & nu. 4.*

3 *In Cœna domini excommunicantur omnes, qui de-ferunt equos, arma, ferrū, lignamina, & alia pro-hibita Sarracenis, Turcis, & alijs Christi nomi-nis inimicis, quibus Christianos oppugnant.*

4 *Licentia impetrata pro frumentis deferendis ad in-fideles intelligitur pro vnica delatione tantum: cum sit odiosa.*

DECISIO CL.

Mazaria.

1 DVBITATVM est,* an sine scru-
pulo conscientiæ posit concedi li-
centia deferendi victualia ad Tuni-
tium, vel Gelbas pro redimendis ca-
ptiuis.text.in l.j.C.de cōmer.& mer-
ca.prohibet quodcunque mercandi genus cum in-
fidelibus.text.in ca.significauit.de iudi.vult, ꝙ pro
redimendis captiuis licite acceditur ad infideles
nihil subsidij vltra redemptionem deferendo. tex.
2 in c.quod olim.de Iudæis.*excommunicat omnes,
qui tempore guerræ cum Sarracenis habent com-
mercium, vel aliquod subsidiū eis præbent: & Feli.
ibi in prin.dicit, quòd tempore guerræ omnia sunt
prohibita. sed tempore pacis distinguendum est,
quòd aut agitur de rebus militaribus, vel bellicis,
& illas deferre non licet: ne infideles tēpore pacis
fulciti redderentur fortiores: aut sunt res non bel-
licæ, & possunt deferri ad commodum ipsorum
Christianorum, qui omni ingenio possunt extor-
quere aurum à Barbaris.l.ij.C.de commer. & mer-
cat.in pœna * domini excommunicantur omnes, 3
qui deferūt equos, arma, ferrum, lignamina, & alia
prohibita Sarracenis Turcis, & aliis Christi nomi
nis inimicis: quibus Christianos oppugnāt. Refert
Angelica in ver.excommunicatio quinto.in casu
xxj.& in eo.casu.versi.quarto.loquens de victuali-
bus, & mercimoniis, videtur concludere, quòd in
tribus casibus * sunt ista prohibita deferri: Primò 4
tempore guerræ cum eis habitæ ab aliquibus Chri-
stianis legitimè. Secundò tempore pacis in casu
quo hæc dilatio fieret in dispendium Christiano-
rum: puta quia timētes infideles de guerra muniūt
se, vel vt inuadant Christianos. Tertiò & hoc colli-
gitur ex causis quando ipsi, quibus portantur vi-
ctualia, exercerent piraticam: nam omnes dantes
eis auxilium sunt excommunicati. Extra hos casus
tempore pacis: vt in d.versi.iiij.non sunt prohibita
deferri mercimonia & victualia: quinimo dicebāt
Inno.& Host.in d.c.significauit, de Iudæis,* quòd 5
pro redimendis captiuis &c.etiam tempore guer-
ræ etiam arma sine pœna excommunicationis de-
ferri possunt: quod Angelica sustinet post factū, nō
ante quo ad arma. quo ad alia mercimonia transit
cum prædictis doctoribus. Ex proxime dictis ha-
betur decisio, quòd cum Ianuensis quidam velit
onerare in terra Drepani certam quantitatem sal-
marum frumenti causa deferēdi ad Gelbas pro re-
dimendo fratre, nō debet sibi denegari licentia: &
sic fuerunt expeditæ prouisiones opportunæ cum
cautione idonea de explicando pretium in dicta
redemptione. Quid autem in eo,* qui habuit à do- 6
mino Papa licentiam, prout habuit Benedictus ra-
mus deferri facere frumenta ad infideles: an intel-
ligatur pro vnica delatione? Regula est per l.bo-
ues.§.hoc sermone.ff.de ver.signi.quòd sermo sim-
pliciter prolatus debet intelligi de prima vice:
quam latissime prosequitur d.Fel.in c.innouamus.
ij.col.& per totū c.de treuga & pace.& inter alias
limitationes ponit hanc tertiam in ordin.quæ per
argumētum à speciali firmat regulā in casu nostro,
& est ex disputatione Cald.ex octo studētibus.vlt.
char.quòd si scholaris debitor iurauit nō exire di-
strictum sine licentia creditoris: deinde peteret sim
pliciter licentiam exeundi, & simpliciter sibi con-
cederetur, intelligitur licentiatus: vt non obstante
iuramento posit exire quando voluerit, ea ratio-
ne, quia licentia illa data erat in materia fauorabi-
li: sed casus noster continet quid odiosum: er-
go &c.

SVMMARIVM.

1 *Magistratus ab Imperatore creati non possunt si-bi constituere Vicarios quid de iure canonico.*

2 *Potestates non possunt sibi Vicarios eligere de iure:*

nisi

nisi forte ex aliqua consuetudine, vel ratione impedimenti: & nu. seq.

4 *Vicarius licet non possit sibi constituere alium vicarium: tamen absentaturus ex magna causa potest.*

5 *Electa industria persona non potest quis facere per alium.*

6 *Delegatus à Principe licet subdelegare possit causam etiam meri & misti imperij: tamen quãdo ex aliquibus verbis appareret fuisse electam industriam persona, non potest subdelegare.*

7 *Vicerex, Præses, aut Legatus antequàm intrẽt prouinciam sibi legatam non habent iurisdictionem in ea, & ideo locum tenentem constituere nõ possunt.*

8 *Præses duarum Prouinciarum expedire potest negocia vnius Prouinciæ in alia propter connexitatem territoriorum.*

9 *Vascones dicunt se non teneri sub Rege Angliæ: nisi quando Rex est in Vasconia.*

DECISIO CLI.

Nari.

REGINALIS maiestas dominæ Germanæ de Fuxo cõstituit & creauit per suas patentes literas dominũ Viceregem in Locumtenentem generalem, & armorum Capitaneum in Camera sua Reginali. item misit eidem domino Viceregi suas literas secretas, quòd attenta diligentia, & sulertia, ac bono regimine, quibus vsus est in pacando Regno, fecit eum suum Locumtenentem cum spe, quòd idem faciat in dicta Camera, rogãs eum, quòd ibidem se conferat, & ad hunc effectum emanarunt etiam literæ à Catholico Rege: dubi-
1 tatum est de tribus. Primò* an dictus Vicerex possit in dicta Camera constituere aliquem Locumtenentem, qui loco sui ibidem se conferat, & faciat ea quæ ipsi do. Viceregi iniuncta sunt: & quòd non possit, facit text. in authen. de defenso. ciui. §. nullam. & in authen. vt iud. sine quoquo suffr. §. nulli quoque. & in authen. de mand. prin. § eos. & in authen. vt nulli iud. in princip. in quibus iuribus patet, quòd magistratus ab Imperatore creati non possunt regulariter sibi constituere Vicarios: licet secus sit de iure canonico, secundum quod episcopus potest facere sibi Vicarium: vt in cap. ij. & fi. de offic. vic. lib. vj. & in capi. vt officium. cum cap. sequen. & fin. de hæred. eo. lib. vnde dicit Alexand. in rubri. ff. de offic. eius cui mand. est iurisdi. pen. co-
2 lum. omnes docto. dicunt: * quòd Potestates non possunt sibi eligere Vicarios: & si faciunt, faciunt ex consuetudine, non de iure: secundum Bartol. & Bald. in l. obseruare. de offic. procons. & leg. & in l.
3 aliquando. eo. titu. Secundò dubitatum est: * an ratione impedimentorum dicti d. Viceregis, qui hoc præcipue tempore æstatis, quo est semper suspicio classis infidelium piratarum, est occupatus circa tuitionem locorum littoralium, & adsunt alia impedimẽta, possit facere dictum Locumtenentem? Alex. in d. rub. pe. col. tenet, quòd ratione impedimẽti Potestates possunt sibi facere Vicarios: sic ratione impedimenti potest alius prohibitus delegare causas meri & misti imperij. l. j. eo. titu. de offic. eius. sic licet Vicarius non possit sibi constituere alium Vicarium * secundum Anto. de But. in c. & 4
perpetuus. de fide instru. tamen absentaturus se ex magna causa, & nõ sæpe, & pro modico potest aliũ Vicarium dare: vt per gl. & doct. in Cle. j. in ver. vel locum aliorum. de regularibus. & Domi. post Ioan. And. in c. cum ex eo. §. porro. de elect. in vj. & not. Fel. in d. c. perpetuus. ij col. & facit tex. in l. aliquãdo. ff. de offic. procon. & leg. vbi licet proconsul antequam ingrediatur prouinciam non possit facere legatum, qui in prouinciam cum iurisd. vadat: tamen quando in itinere impeditus esset posset ratione impedimenti, vt si necessariam moram pateretur. In contrarium facit, * nam domina Regina 5
videtur hic elegisse industriam personæ do. Viceregis: quod patet primò propter causæ arduitatem: sunt enim in dicta Camera sedandæ seditiones, & tumultus populorum, & priuatorum, ac eis finis imponendus: & magnitudo causæ facit videri electam industriam personæ: secundum Inno. in c. fin. §. j. de offi. deleg. cuius opinionẽ saltẽ de iure ciui. sequitur ibi d. Feli. in iij. col & vbi electa est industria personæ, non potest quis per alium facere: vt in d. c. §. j. cum multis fallentiis ibi per Feli. adductis: & quòd sit electa industria personæ, faciunt dictæ literæ, in quibus dicta Regina declarat quòd ideo elegit do. Viceregem ad d. officiũ, quoniã bene se gessit circa Regni seditionem: sic licet * de- 6
legatus à Principe possit subdelegare causam etiã meri & misti imperij: vt est glos. in l. j. ad fin. C. qui pro sua iurisdi. & ibi tenent Barto. Bald. Angel. & Paul. de Cast. Barto. in l. si sic. §. si quis ita, per illum tex. de lega. j. Barto. Bald. & Ang. in dicta l. prima in princi. ff. de offic. eius. tamen quando ex aliquibus verbis appareret fuisse electã industriam personæ delegati, non poterit subdelegare: vt not. Ias. in dicta l. j. xx. colum. in iij. limita. per ea quæ allegat ibi. vnde dixi: & sic mihi videtur, quòd quantum ad causas tumultum & reuolutionum debeat ipse domi. Vicerex pro eis sedandis personaliter esse ad Camerã: pro omnibus aliis possit facere Locumtenentem stantibus impedimentis de quibus suprà, vt scilicet faciat * Locumtenentem, qui se non 7
impediat de dictis causis. Tertiò dubitatum est: an antequàm intret Cameram possit istum Locumtenentem constituere. text. in l. obseruare. §. fina. ff. de offic. procon & leg. dicit sic, post hæc ingressus prouinciam mandare iurisdictionem legato suo debet, nec ante hoc facere, quàm fuerit prouinciã ingressus: est enim perquàm absurdum antequàm ipse iurisdictionem nanciscatur (nec enim prius ei competit, quàm in prouinciam venerit) alij eam mandare, quàm non habet. sed quo ad casum nostrum facit dubium, quòd non obstante dicto tex. possit fieri Locumtenens, antequàm in Cameram itum sit: nam dominus Vicerex tempore dictæ commissionis factæ sibi per domi. Reginam erat iam Vicerex Regni continentis intus se dictam Cameram, & quando quis est præses, * seu Vice- 8
rex duarum prouinciarum, potest negocia vnius prouinciæ expedire in alia prouincia propter cõ-

nexitatem territoriorum: vt est text.in ca.nouit.de
offic.leg.& in l.j.C.de metropol. beti libr.xj.& ibi
tenet Bar.& Inno.in d.c.fi.& sequitur Ang.Pau.de
Cast.& Alex.in l.fi.ff.de iurisdi.om.iud.& ibi Iaso.
in iij.limit.licet Bald.teneat contrarium in l.iij.ff.
de offic.præsi.per gl.ibi loquentem de Vasconibus,
9 * qui dicunt se non teneri sub Rege Angliæ: nisi
quando est in Vasconia: sed videndum an dicta per
capi.nouit. & l.primam militent, dummodo quis
semel ingressus sit prouinciam: nam postea exeun-
do, & accedendo ad aliam retinet iurisdict.semel
quæsitam, etiam si in alia prouincia sit: non autem
loquantur quando quis nunquam prouinciam
ingressus sit dominus Vicerex contulit se ad Ca-
meram, & ibi dedit aliquam formam circa incul-
patos in tumultibus & seditionibus: & lapsis ali-
quibus diebus quibus ibi moratus est, discessit re-
linquendo ibi Locumtenentem domi. Iacob. A-
gliata Locumtenentem magistri iustitiarij Regni
huius.

SVMMARIVM.

1 *Vniuersitas ex vna volens territorium, quod ser-
uiuit pascuis animalium antiquissimis tempori-
bus, infeudare, scilicet quòd animalia soluant: &
animalium domini ex altera negantes: quis in hoc
præferatur.*

2 *Maior pars præfertur in his, quæ sunt communia
pluribus vt vniuersis.*

3 *Consensus omnium requiritur in his, quæ sunt com-
munia pluribus vt singulis.*

4 *Testes de vniuersitate in his, quæ sunt cōmunia plu-
ribus vt vniuersis, probant: secus in his quæ sunt
communia pluribus, vt singulis, vt in pascuis &
nemoribus.*

5 *Castrum si contendit cum alio de pascuis: non pos-
sunt homines vnius castri testificari pro vniuersi-
tate: nam effectus est singulorum: licet nomen sit
vniuersitatis. limita vt ibi.*

6 *Testes de vniuersitate quando pasculari non pos-
sunt, nisi aliqua vniuersitati mercede soluta: tunc
bene probant.*

DECISIO CLII.

Licata.



1 NIVERSITAS* terræ Licatæ
habet magnum territoriū, quod de-
seruit pascuis animalium hominum
vniuersitatis, & sic ab antiquissimis
tēporibus deseruiuit: ad præsens con
gregato consilio vult dictum territorium infeuda-
re, hoc est facere in eo defensam, quòd nullus pos-
sit animalia immittere sine solutione, ad hoc vt ex
hoc redditu valeat deseruiri circa cōstructionem,
& reparationem murorum, quibus ciuitas maxi-
mè indiget, & circa alia necessaria. aliqui de vni-
uersitate, videlicet domini animalium contradi-
2 cunt. dubium est* an maior pars vniuersitatis pos-
sit illud facere non obstante cōtradictione aliquo-
rum particularium. & quidē duæ sunt regulæ. Pri-
ma, quod in rebus, & negotijs vniuersitatis, quæ sunt
communia pluribus vt vniuersis, valet id, quid fa-
cit maior pars. tex.gl.& Bart.in l.quod maior.ff.ad
muni.glos.in c.j.in ver.tractatus.de reb.eccle.non
alie.lib.vj.in clem.pastoralis.in prin.in ver.plures.
de rescrip.& est materia c.cū omnes.de consti.quā
explicat ibi Fel.in xj.col.ver.in ea.gl.ibi, si vero.
Secūda regula est, * quòd habentes rem commu- 3
nem vt singuli, non possunt super illa disponere,
nisi omnes cōsentiant.gl.in d.c.cum omnes.quam
solennizat Fel.ibi xj.col.dans concordantias, & li-
mitationes. Dubiū modo stat an hoc territorium
sit ponēdum inter communia pluribus vt vniuer-
sis, vt sic maior pars vincat minorē: an inter com-
munia pluribus vt singulis, vt sic particulares pos-
sint impedire dictam infeudationem. & quòd de-
beat* censeri commune pluribus vt singulis, facit: 4
nam licet testes de collegio, vel vniuersitate non
possint testificari in causa vniuersitatis, vel colle-
gij secundum gl.in authen.de monachis.§.cogitan
dum.in ver.testes.& habetur in c.cum nuncius.de
testi.& in c.prudentia.xiiij.q ij.quia aliud est vni-
uersitas, aliud singuli de vniuersitate.l.sed si hac.§.
qui manumittitur.de in ius voc.tamen quādo vti-
litas resultās ex causa, quam habet vniuersitas, ob-
ueniret singulis de collegio, non autem vniuerso
collegio: non posset ipse de collegio esse testis in
causa Io.And.d.Ant.& Pau.de Eleaza.in dicto ca.
cum nuncius. & per hoc dicunt, quòd si est quæ-
stio de pascuis, vel nemoribus, in quibus singulo-
rum bestiæ pascuntur, & singuli ligna incidunt: te-
stimonium ipsorum non admittitur. Feli.refert in
c.insuper.quinta fallen.de testib.& addit Bar.idem
tenentem in l.in tantum.§.vniuersitatis.de rerum
diui.& Bal.in l.parentes.in fi.C.de testi.dicentem,
*quòd si vnum castrum contendit cum alio de pa- 5
scuis, non possunt homines vnius castri testificari
pro vniuersitate, quādo vtilitas affert commodum
bursale singulis vtentibus: sicut est in pascuis, in
quibus pascuntur bestiæ hominum villæ gratis, &
sine aliquo pretio, quod detur communitati illius
villæ: nam licet nomen sit vniuersitatis, tamen effe
ctus est singulorum: vt not.in l.sicut.§.vniuersi-
tatis.quod cuiusque vniuersitatis nomine.& in di-
cta l.in tantum.secus si effectus vtilitatis non distri
bueretur in singulos, sed pertineret ad bursam, vel
casam communem: quia bona sunt diuersa: scilicet
vniuersitatis, à bonis singulorum, secundum Bald.
& sequitur Sal.& adducit etiam Fel.Bal.in c.iij.lo-
co.de probat. & Abb.in d.c.insuper. ex quibus &
aliis concludit, quòd illi de vniuersitate non pos-
sunt esse tunc testes.& dicit quòd text.ibi cum si-
mil.procedit in causa concernente principaliter
vniuersitatem circa bona cōmunia, quorum vsus-
fructus non est diuisus per singulares, aliàs secus.
& bene est verum, * quòd quando isti de vniuer- 6
sitate non possunt pasculari, nisi soluta mercede
aliqua vniuersitati, tunc possent esse testes: vt sen-
tit Bald.in d.l.parentes. & sequitur Alexand. con-
silio xcix.iiij.colum.sub versi.non obstat quod est
in iij. Cogitandum igitur est, an sicut in materia
ferendi testimonij ista pascua censentur singulo-
rum, ita in materia alienandi res, profecto non est
sine dubio: nam Alex.in d.l.quòd maior.in addi.&
Fel.vbi suprà dant multas limitationes ad regulas
prædictas,

prædictas,& tamen non ponunt aliquam, quæ respiciat casum nostrum.

SVMMARIVM.

1 *Notarius, qui fabricauit instrumenta falsa, suspendi debet in Regno.& nu.6.de iure communi perdit manum.nu.5.*

2 *Deportationis pœna hodie non est in vsu:& eius loco stabitur pœnæ statuti: quo deficiente pœna erit arbitraria consueta, licet in Regno Siciliæ sit in vsu propter insulas.*

3 *Damnationis in metallum pœna nõ est hodie in consuetudine: sed eius loco succedit dãnatio ad triremem.*

4 *Bona damnatorum hodie non publicantur: sed reseruantur heredibus.*

DECISIO CLIII.

Messane.

NOTARIVS Petrus de Mayna
1 * de ciuitate Cathaniæ accusatus de
falso cõfessus est in tortura se fabricasse
quamplura instrumenta falsa.
Dubitatum est qua pœna puniri debeat.
Et in persona nobili:& in dignitate posita est
pœna deportationis cum publicatione bonorum.
l.j.§.fi.ff.de fal.in plebeio est pœna damnationis in
metallum l.si quis aliquid.§. qui viui.ff. de pœ.in
seruo est vltimum supplicium d.l.j.§.fi.de fal.& ibi
Bart.intelligit dicta iura hoc modo:licet doct.maleficiorum
non faciant nisi duos gradus, videlicet,
quia in libero homine ponũt deportationem cum
bonorum publicatione: & in seruo vltimum supplicium
d.l.j.§.fin.& insti.de publi.iudi.§. item lex
Cornelia.sic Gandi.in tit.de falsarus.ij.col. Et do.
Bonifa.in titu.de fals.iij.col.& August.in ver.falsa-
2 rio xij.colum.ad Areti.& dicit Gandi.ibi, * quòd
quia hodie pœna deportationis non est in vsu, stabimus
pœnæ statuti: & deficiente statuto erit pœna
arbitraria consueta, per l.auream in l.sacculario.
§.sunt quædam.de extraordin.cri. & C.de edi.
priua.l.an in totum.& quæ sit longa consuetudo.l.
j.ff.de pœ.l.hodie:& hoc sequitur Aug.in d.versic.
falsario.xij.colum.dicens esse de mente Imol.in l.
ij.ff.de pub.iud.sed ibi non est in vsu pœna deportationis,
vbi non sunt insulæ.In hoc regno maxi-
3 mè est in vsu dicta pœna. Bene est verum, * quòd
pœna damnationis in metallum non est hodie in
consuetudine, de qua loquitur d.l.si quis aliquid.
§.viui.& loco eius successit dãnatio ad triremem:
vt dicit, si male non recolo, Ioan.de Imo.in l.ij.de
pub.iud.& dicit Bonif.in loco præallegato ad ma-
4 teriam, quòd de iure nouo * bona non publicantur
eorum, qui delinquunt. in auth.vt nulli iudi.
§.fin.colum.ix.& C.de bonis dam.auth.bona dam.
& hæc de bonis cõmunibus. At in notario facien-
5 te * falsum instrumentum Gandi.in loco præallegato.
in tit.de falsariis.ij.col.dicit, quòd si notarius
facit falsam chartam, debet manum dexterã amittere:
vt in Longob.de eo qui falsam chartã scripsit.
quæ hodie secundum eum seruatũt, & dicit, quòd
ita sentiunt Iaco.de Are.& multi alij doct. & cum
Gandi.transit Augustinus, cũ referens in d.ver.falsario.
xij. col. licet varias opiniones circa pœnam
notarij posuerit d.Bonifa.in d.tit.de falsis.iiij. col.
In regnis vtriusque Siciliæ * contra notarios,& in- 6
dices fulminata est constitutio regni, quæ incipit,
iudices.sub titulo, de apparitoribus aliàs sub titulo,
ꝙ nullus officialis cogat aliquem ad ostendendum
titulum suæ possessionis. volens quòd notarius
& iudex, qui conficiunt falsa instruméta, non
puniantur pœna manus, vt olim, quod erat de iure
Longobardo, secundum Andr.ibi, sed decapitationis
vltimo supplicio:& propter hanc constitututionem
dictus notarius Petrus fuit suspensus.

SVMMARIVM.

1 *Banniti pro homicidio se voluntariè præsentantes Curia, post lapsum etiam duorum mensium, si nobiles maximè sint. possunt in camera poni cum fideiussoribus & custodia.& nu.5.*

2 *Carcer an & quando detur criminosis, quatuor iura reperiuntur.*

3 *Banniti comparentes infra duos menses à die banni præstita cautione de se præsentando non carcerantur in regno.*

4 *Accusatus de homicidio nobilis positus in camera palatij cũ fideiussorib.& custodia, an satisfaciat ritui, quòd accusatus ponatur in carcere.*

DECISIO CLIIII.

Messane.

IN causa domini Comitis Ayelli,
* Andreocti stayte, Francisci folle- 1
man, Frãcisci de Lignamine, Hieronymi
de Zizo, Antonelli Regetani,
Loysij Romani,& consortium accusatorũ
de nece Galeoctæ lanceæ, Gilocta de Ioãne,
& Frãcisci Fellic. dum isti pro dicta causa fuissent
banniti per Curiã Straticoti ciuitatis Messanæ lapsis
quàm pluribus mensibus, vltra duos se volũtariè
præsentauerũt do. Viceregi, qui tradidit eis certas
cameras palatij Messanæ pro carcere cũ fideiussoribus
deinde nõ recedendo. Pro parte accusatorum
fit magna instantia, quòd isti ponantur in carceribus,
à quibus exire non valeant. Cum fiendus
sit processus: dubitatum est quid agendum. Circa
materiã carcerandi criminosos, habemus quatuor
iura: Primum est ius commune, * secundum quod 2
quando quis accusatur de delicto, per quod venit
imponenda pœna mortis naturalis, vel ciuilis, debet
dicere causam in carceribus, & sic Bar.in l.j.ff.
de cust.reo. intelligit illam l.& l.diuus. eod. titu.l.
primam.C.eo.titu.per Gandi.in rub.quid sit agendum
reo præsente.iij.col. Secundum est ius constitutionum
imperialiũ, de quo in constitutione, humanitate.
per quod statutũ est lenita asperitas iuris
cõmunis, quòd non debeat quis in carceribus causam
dicere, nisi in crimine hæresis,& læsæ maiest. In
aliis verò debeat sub fideiussoribus relaxari:& erat
hæc constitutio cõmunis vtrique regno. Tertiũ est
ius capitulorũ Regni Siciliæ, videlicet c. abusionem
& c.à delatis.secundũ quod in criminibus delati,

vel accusati non debent carcerati, sed relaxari fideiussoribus: nisi in crimine læsæ maiestatis. item nisi in flagranti crimine quis deprehensus sit. item nisi de maleficiis commissis liqueat. Quartum ius est ritus dicti regni, sub rubrica de causis criminalibus distinguentis, quòd aut delictum est recens, id est, infrà duos menses à tempore scientiæ delicti, & delinquentis: & tunc accusatus primo loco carceretur, vel præstet: nisi in crimine læsæ maiest. aut hæresis: & notandum quia ista alternatiua posita est in electione iudicis. ita dicũt d. doc. Siculi, qui attenta qualitate delicti, & personarum facere potest prout sibi videtur, & tãtn magis, quia in alio ritu inci. item cum fiunt accusationes. nũ est illud verbum, vel præster: aut delictum non est recẽs, & tunc non potest accusatus carcerari, nisi concluso processu, vt in ritu inci. in causis criminalibus nec recentibus, & hæc antequam sit processum ad ban-
3 num contra accusatum: * nam si bannitus quis esset, tunc si quidem comparet, & sponte se præsentat infra duos mẽses à die banni, etiam si delictum sit de recenti, nnn carceratur: sed præstabit fideiussorem de se præsentandn, & sic stabit quousq; constiterit contra eum: si verò fuerit captus etiam infra duus menses: vel sponte venerit pnst duos menses, carcerabitur, & in carceribus se defendet, & hoc in ritu incip. item si aliquis fuerit accusatus de aliqun delicto. attento igitur iure communi, item attento ritu, ex quo sumus in delicto de recenti, in quo infra duos menses à die commissi delicti accusatio facta est, isti dnminus Comes, & consortes deberent stare carcerati, nnn obstante quòd sponte se præsentauerũt: nam illa præsentatin fuit post
4 duos menses à die banni. Sed esto, * quòd secũdum formam ritus debeãt isti in carceribus se defendere, an ex quo stant in certis cameris superioribus palatij sub fideiussoribus magnatum summarum deinde non recedendo, possint dici carcerati, vt sic satisfactũ sit ritui? Ange. in l. si in carcerem. ff. de eo quod met. cau. ponit ista verb. carceratus enim est, qui de locn ad sui libitum recedere non potest, vnde assignari potest vni nobili accusato pro carcere tntum palatiũ, vel ciuitas, & satisfacit rector statuto disponẽti, quòd accusatus punatur in carcere: & si datur custodia dicitur in vinculis, vt d. l. in eadem. & l. succurritur. Qui autem dedit fideiussores, & iurauit de non recedendo, nec in vinculis, nec in custndia est, & ideo non satisfaceret tunc rector statuto prædicto. sit ergo cautus tunc rector, vt det custodem, & satisfactum erit. Ex istis verbis Aogel. quem refert August. in addit. in versicu. fama publica vigesimaquarta colum. apparet, quòd isti non stant carcerati, nec est satisfactum statutn seu ritui: tunc enim is, cui assignatur palatium vel ciuitas pro carcere, dicitur stare carceratus, secundum Angel. quando est apposita ei custodia: nec sufficit secundum eum dare fideiussores de nnn recedendo à palatio, vel ciuitate.
5 Fuit visum omnibus, * quòd attento scandalo, quod sequi poterat ex perseuerantia tot nobilium se pnnentium in fuga & banno, qui de facili maximè in hoc regno poterant esse causa magnorum malorum, attento etiam quòd forte se nnn præsentassent, si fuissent ab initio positi in carceribus, & antequam se præsentarent, iam dominus Vicerex declarauit eorum aduocato locũ, in quo erant moraturi sub fideiussoribus, prout nunc morantur: & fuit dictum per vnum ex consiliariis, quòd tempore Viceregum præteritorum eo ipso, quòd bannito sponte etiam pust duos menses comparenti dominus Vicerex assignabat locum pro carcere, illa assignatio solita est stare firma, & non stringi amplius, quòd stent prout stant: verum quòd duplentur, aut in maiori longe summa augeantur fideiussiones, & quòd nihilominus ponantur aliqui custodes ad ostium loci, in quo stant dicti accusati: non tamen, quòd teneantur isti custodes nisi de dolo, & culpa: & hoc quo ad Andriodtam stayta, Franciscũ sollemam, Franciscum de lignamine, Hieronymum Zizum, & Loysium Romanum, contra quos in processu informatiuo sunt testes de morte Gilocti de Ioanne, & quo ad Antonellum tegetanum, contra quem sunt testes de morte Francisci Fellie: quo verò ad Comitem Ayelli, quòd in eo nihil innouetur, contra quem in specie non cnnstat aliquid, sicut contra prædictos, & pars accusatrix contra eum non faciebat instantiam.

SVMMARIVM.

1 *Inquisitus confessus se vulnerasse Titium occidendi causa mandato alterius, & pecunia, seu bonorum quantitate: vel transmisisse aliquos ad occidendum, damnatur vltimo supplicio.*

2 *In re dubia non est recedendum à verbis legis.*

4 *Mandans etiam morte non secuta tenetur ipso iure de assassimo: & quid de alijs delictis. & nume. sequen.*

5 *Inquisitus de assassinio, qui non pecuniam, sed promissionem tantum habuit, an teneatur ac si pecuniam habuisset.*

6 *Vendere, & promittere de vendendo differunt.*

7 *Emphyteuta vendens cadit à iure suo: non autem si promisit vendere.*

8 *Emptor futurus tenens rem promissam sibi vendi non lucratur fructus, etiam si totum pretium soluisset.*

9 *Promissio secreta, & non probabilis, nec acceptata debet haberi ac si non esset.*

10 *Scientia non probabilis de proditione parata contra principem non punitur quid in practica. & numero 18.*

11 *Confessus homicidium ad sui defensionem, nec aliter de delicto constat quàm per dictam confessionem qualificatam non punitur ad mortem.*

12 *Assassini vulgo vocantur. qui recepta pecunia, vel promissa committunt homicidia.*

13 *Iudex corruptus pecunia magis delinquit, quàm si ob odium, vel gratiam male iudicasset.*

14 *Intellectus ad capitulum primum de homicidiis libro sexto. quòd intelligatur in mandante, & in recipiente seu faciente: & fere per totam decisionem.*

15 *Opem præstans an puniatur vt faciens.*

16 *Delinquentes in grauioribus venientes ad actum proximum, licet non perfecerint, puniuntur ac si fecissent.*

fecissent.limita.vt ibi.

17 *Ex qualitate personæ eius, cui datur auxilium: vt quia filius vult occidere patrem: granatur delictum in persona ferentis opem licet extranea.*

19 *Voluntas, & propositum distinguunt maleficia.*

20 *Pœnitentia in delictis quando prodest, & quando punitur.*

21 *Conatus non punitur data pœnitentia sine impedimento facti.*

22 *Assassinium committitur in pecunia, & in bonis: & appellatione pecuniæ res etiam comprehenduntur.*

23 *Extensio non fit in correctorijs etiam ex identitatis ratione.limita vt ibi.*

24 *Constitutio quantumcunque pœnalis respiciens fauorem animarum, vel reipubl.est late interpretanda.*

25 *Assassini subiacent xiij.specialibus inductis in eorum odium, & pœnam.*

26 *Clericus assassinus potest puniri à iudice seculari sine degradatione.*

27 *Hæres assassini tenetur restituere pecuniam, seu bona, quæ peruenerunt ad manus defuncti, etiam lite non contestata cum defuncto: licet in alijs non teneatur.*

DECISIO CLV.

Messanæ.

1 NOTARIVS Marcus Pantho* in iudicio confessus est seipsum mandante Thoma Bonfilio, ac proinde certam vineā seu iura super ea promittente transmisisse quosdam, qui Ioannem Philippum de Bonfilio (cui dictus Thomas erat futurus hæres ex substitutione patris dicti Ioannis Philippi) occiderent, & quòd dicti transmissi in eundem Ioannem Philippum insiluerunt, ac compluribus eum affecerunt vulneribus, ipso Notario Marco præfatum Ioannem Philippum ad locum destinati insultus conducente ad effectum prædictum. prænominatus verò Ioannes Philippus euasit, nec mortuus est. Dubitatum fuit, an Notarius Marcus sit in pœna capitu.primi. de homicid.lib.sexto. Dicit Abb.in cap.at si clerici.in
2 princip.antepenulti.colum.de iudic:* quòd assassini per frusta inciduntur. Et quidem plura circa hunc casum occurrunt dubia. Et prima dubitatio est, quoniam in dicto capitulo primo.de homicid.
3 libr.sexto.nihil dicit de recipiente pecuniam,* seu faciente per pecuniam: sed solum de mandante: & in re dubia à verbis leg.non est recedendum.l.j.§. si is qui nauem. de exerci.l.non aliter. ff. de legatis tertio.l. prospexit.ff. qui & à qui. & ita exemplificat in summario dicti capitu. Domi.in mandante, non in faciente.facit Aret.in tracta.malefic.in versic.Sempronium mandatorem.j.columna.dum
4 dicit allegando capitu. primum: * quòd mandans etiam non secuta morte teneatur ipso iure. facit etiam Franc.de Areti.in consil.clxv. xvj. columna versic.allegant etiam domini Florentini. vbi dum vult tenere opin.Archid.& Ioan.Andr.in d.c.j.restringentium illum text.solum ad assassinos certi generis, videlicet infideles, qui sub vno domino simul morabantur, dictum intellectum comprobando dicit, quòd in dicto capit.non imponitur pœna aliqua recipientibus pecuniam: & quòd hoc non sine ministerio: quia tales recipientes secundū intellectum prædictum erant infideles, de quibus non curat ecclesia.ca.multi.ij.q.j. Cum igitur non imputetur Notario Marco, quòd mandauerit dando aliquid: sed quòd alius sibi mandauit cum dicta promissione: ergo &c. Secunda dubitatio est:
* nam hic Notarius Marcus non solum non mandauit aliquo dato, vel promisso: imò nec ipse fe- 5
cit, licet sibi promissio facta fuerit: sed mandauit aliis, nihil eis promittendo. vnde non videtur comprehendi in dicto capit.& pro hac dub.facit: nam essendo extra terminos illius cap.de iure communi, quando maleficium non est consummatum, mandans etiam si atrox sit delictum, quod mandatum est, non tenetur nisi pœna extraordinaria: non autem pœna ipsius delicti, vt not.Bart.in l.non solum.§.si mandato.ij.colum.ff.de iniur.per text.in l.j.in princip.ff.de extraordin.crimi.& sequitur hoc Salyce.in l non ideo minus iij.quæstio.de accusat. Quinimò etiam si secutum & consummatum esset maleficium: mandans licet puniatur pœna imposita delinquenti de iure communi, sicut faciens: sic dicit Gand.in trac.malef in tit.de homicid.& pœnis eorum.iiij.colum.versic.pone etiam aliam. per text.in l.ij.§.diuus Pius.ff.de iure fis.tamen in pœnis statutorum loquentium in personam, mandans non punitur eadem pœna, cum faciente, etiam secuto maleficio: non enim vere, sed ficte seu interpretatiue dicitur facere, secundum Bartol.in l.sed si vnius.§. seruus.ff.de iniuriis. Aret.in dicto versi. Sempronium mandatorem.xiiij.quæstio.post Bart. qui dicit istam esse veritatem: & ad propositū notat Salyc.in l.si is qui cum telo.C.de sica.audiuisse, quòd Bald.dum legeret illam l.dicebat, quòd vbi per leg.punitur affectus, ac si esset consummatus: iudex potest etiam potestate sibi à lege cōcessa mitigare pœnam, si vult: sed non necessitatur, per tex.singu.in l.aut facta.§.euentus.ff.de pœnis: si ergo casus hic est omissus in dicto capitu.primo.debet puniri secundum quod disponit ius commune. l.si extraneus, cum ibi notatis de conditione ob causam l.si cum dotem, in princi.ff. soluto matrimo.l.commodissime.ff. de libe.& posth.Secundum quòd ius commune cum maleficium secutum non sit, est pœna arbitraria, vt dictum fuit. Tertia est dubitatio, quoniam notarius Marcus non recepit aliquid à Thoma Bonfilio mandante, sed solam promissionem: vnde non satisfit dispositioni intellectus dati ad capitulum primum: videlicet, quòd pecunia debet esse recepta: aliud enim
* est soluere, aliud promittere: sicut aliud ven- 6
dere, aliud promittere vendere, vt in lege in bonæ fidei. ff. de eo quod certo loco. in l. si fideiussor.§.fina.& lege si æque.ff.de legatis primo.& per Bart.in lege si pupillus.ff.ad legem Falcid. inde li-
cet * emphyteuta vendens cadat à iure suo: vt in l. 7
fina.C.de iur.emphy.tamen quando promisit vendere, non cadit. Pau.de Cast.in d.l.in bonæ fidei.§. si tamen.& Moder.in d.l.fi.colum.clvj.tenens rem

8 promissam sibi vendi,*etiam si totum pretium sol-
uisset, non lucratur fructus. Alex. cōsil. xix. iiij. vol.
9 vj. col. Quarta dubitatio est: * nam de hac promis-
sione nulla apparet cautela: vnde nil videtur ex ea
habere seu consequi posse notarius Marcus, ergo
non debet haberi ratio de ea, & hic cadit quod no.
Bal. in suo eleganti consil. quòd incipit quanquam
allegata &c. quem refert Ioan. de Plat. in §. public.
10 institu. de publ. iud. videlicet, * quòd licet qui scit,
& non reuelat proditionem paratam contra Prin
cipem, incidat in pœnam legis Iuliæ maiest. l. quis-
quis. § pen. C. ad legis Iuli. maie. in ver. conscij. ta-
men talis scientia debet esse probabilis: vnde si ali-
cui soli per solum aliquid dictum est, si nō reuelat
non est in pœna: pro quo facit l. nostris. in fin. C. de
calum vbi sunt hæc ver. posthac singuli, vniuersi-
que cognoscant non licere in eo, quòd non possit
ostendi, iudicum animos commoueri. Quinta est
11 dubitatio: * nam nō cōstat de isto assassinio aliter
quàm per confessionem notarij Marci, qui confi-
tetur cum qualitate, videlicet quòd stantibus ag-
gressoribus ab eo transmissis in continuatione fe-
riendi Io. Phil. ipse pœnitentia ductus superadue-
nit, ac impediuit, & expulit eos: ob quod insulta-
tus euasit: quæ quidem confessio sic qualificata fa-
cit, quòd non possit Notarius Marcus confitens
puniri ad mortem, quando non constat aliter de
delicto, quàm per confessionem delinquentis non
elatam, sed exculpatiuam, iuxta doctrinam Abb.
in cap. auditis. de præscr. dum ponit de eo qui con-
fessus fuit homicidium: sed dicit se fecisse ad sui
defensionem: nec alibi illud verbum Abb. reperi-
tur secundum Feli. in d. c. auditis. xx. col. vbi dicit,
quòd apud practicos modernos est in solenni cul-
tu. & sequuntur doct. ibi. & Feli. in c. significasti se-
cundo: de homici. & Areti. in tract. malefi. in versi.
comparent. Sexta dubitatio est: nam huic Notario
Marco nō fuit promissa pecunia, sed solū remissio
cuiusdam vineæ, seu certi iuris super ea: sed intel-
lectus d. c. j. est vt habeat locum, & ita exemplifica-
tur in eo cui fuit soluta pecunia: quo casu debet
esse pecunia naturaliter soluta. vt dicit tex. in l. so-
lutam. ff. de solut. cum ibi not. per Bartol. & in lege
solutum. §. solutam. ff. de pignor. actio. In contra-
rium & quòd casus noster sit sub terminis dicto
capitu. primo. demonstratur ex solutionibus du-
biorum infrà scriptis. Ad primam dubitationem
respondetur, Primò per gl. secundam ibi in eo. c. j.
quæ in casus positione dicit, quòd Ro. Pōtifex vo-
lens obuiare malis de quibus in eo ca. profert plu-
res pœnas in istos assassinos, & illos, qui eis man-
dabant &c. Secundò facit Barto. in d. l. non solum.
§. qui mandato. ff. de iniur. iij. colū. vbi dicit, quod
quādo aliquis facit, vel fieri facit aliquid median-
te pecunia, dicitur delictum magis atrox, & pro-
pter hoc pœna posset augeri, & de facto dicit ipse,
videmus augeri in istos, qui dicuntur vulgariter
assassini. & paulopòst dicit, & videtur expressum
in capit. j. de homicid. lib. vj quasi, quòd intelligat
illud capitulum tam in dante, quàm in recipiente.
Tertiò facit idem Bartol. in l. citatio, ff. de pœn.
quæ loquitur in muliere, quæ recepta pecunia fa-
cit abortum. & Barto. dicit ibi, quòd ille tex. facit
contra assassinos, qui per pecuniam occidunt ho-
mines. Quartò facit Salyce. in d. l. non ideo minus.
vlti. col. de accu. vbi dicit, veruntamen. vt inquiūt
doct. & Bar. delictum censetur in vtroque istorum
atrocius, quàm si pecunia nō interuenisset: & ideo
pœna potest augeri. & pro hoc facit secundū cum.
l. Cicero. ff. de pœn. & dicit quòd videtur casus ex-
tra. de homicid. c. j. lib. vj. * vbi assassini grauius pu- 12
niuntur: & subdit, quòd assassini vocantur vulgo
hi, qui recepta pecunia, vel promissa homicidia
committunt: & quòd vulgi interpretatio est atten-
denda. ff. de fundo instru. l. cum de lanionis. §. asi-
nam: & l. Labeo. ff. de sup. leg. & quòd illi dicantur
assassini, qui pecunia corrupti sunt. August. ad An-
gel. in d. ver. Semproninm mandatorem. j. col. alle-
gat Ange. in l. qui sepulchri. ff. de sepul. viol. & in l.
si. ff. de eo per quem factum erit. Quintò facit ratio
Bar. in d. §. qui mandato. nam is * qui delinquit ob 13
pecuniam, magis delinquit, quàm si sine pecunia.
dicta l. Cicero. & l. mulierem. eodem titu. sic index
corruptus pecunia magis delinquit: quia vltra pœ-
nam lege Iul. repetun. de qua in l. lege Iul. ff. ad leg.
Iul. repet. sententia sua erit nulla, vt in l. venales. C.
quando prouoc. non est neces. secus si ob gratiam
male iudicasset: quia sententia rescindenda est ope
restit. l. seruo inuito. §. cum prætor. ff. ad Trebel. vel
ob inimicitias, seu odium: quia simili modo rescin-
denda est. l. non distinguemus. §. cum quidam. ff. de
arbitr. Sextò facit Ang. in consilio decimoquarto.
incipien. nos Carolus: vbi dicit hæc verba, in hos
ergo assassinos, & assassinatiam mādantes, & præ-
stantes eis fauorem, & auxilium etiam assassinatu
non facto, nec secuto, emanauit canon latæ sen-
tentiæ &c. vide quomodo dictum capit. intelligat
Ang etiam in operantibus, seu recipientibus man-
datum, quinimo in eo. consi. in mandantes minus
animaduersum est, quàm in recipientes manda-
tum: * & ponderat hoc August. in d. verticu. Semi 14
pronium mandatorem. iij. colum. & ex prædictis
patet quòd d. cap. primum licet videatur loqui so-
lum in mandante: tamen intelligitur etiam in re-
cipiente, seu faciente. Ad secundam dubitatio-
nem, quæ non est sine difficultate, videtur posse
responderi: nam vt iam Notarius Marcus fate-
tur, ipse cum sua persona vltra mandatum ope-
ratus est. conduxit enim summo manc Ioannem
Philippum per illam viam in qua præparauit illi
insidias insultantium ad effectum, vt insultare-
tur: & sic operatus est; & opem præstitit: * pro- 15
pter quod videtur esse in eadem pœna, sicut fa-
cientes, iuxta doctrina Barto. in l. si qui opem. ff. de
furt. & in lege furti. §. ope. eodem titu. per text. in.
lege prima C. de rap. virg. & ad hoc faciunt verba
Angel. in dicto consil. dum dicit, quòd in hos as-
sassinos, & assassinatiam mandantes, & præstantes
eis fauorem, & auxilium etiam assassinatu non fa-
cto, nec secuto emanauit canon sententiæ latæ.
Gandi. in titu. de homicid. iiij. colum. versi. sed po-
ne quærit: ego dedi tibi pecuniam, vt aliquem oc-
cideres, & maleficium non est secutum. & refert
Dyn. quòd si delictum mandatum est maximum, vt
homicidium, puniatur vt homicida: nec recorda-
tus est allegare dictū capitulum primum de homi-
cid. Sed dicta responsio posset cauillari, & dicit
sic, si tu dicis prout dicit Bar. quòd opem præstans
punitur

16 punitur vt faciens: dico,* quòd faciens hic nō punitetur morte: nam licet in grauioribus hi, qui veniunt ad actum proximum, licet non perfecerint puniantur, ac si fecissent dicta l. is qui cum telo. l. si quis non dicam rapere. de epis. & cler. prout infert Philip. de Fr. in d. c. j. vlt. col. tamen illud non habet locum quādo non perfecit quis, quia noluit, quod est hic: nam vel isti aggressores noluerunt, vel Notarius Marcus pœnitentia ductus impediuit (licet posset forte cogitari, quòd crediderunt illū mortifere vulneratum, & quòd ideo reliquerunt) & ita loquuntur doct. in hac materia. Item d. regula, quòd in atrocioribus si deuentum est ad actum facti, punitur affectus: non habet locum in casibus, in quibus pœna ipsa imponitur: vt hic est, secundum Philip. vbi suprà allegando Io. And. in regula in pœnis. de regul. iur. præterea facientes hic non operabantur per pecuniam: ergo non sunt assassini. & sic non in pœna dicti c. j. & succedit vna difficultas, quæ apud me est in doct. Barto. in dicta l.
17 is qui opem dum ponit,* quòd ex qualitate personæ eius, cui datur auxilium, vt quia filius vult patrem occidere: grauatur delictum in persona opem ferentis, qui extraneus erat: cogitabam enim quid possit in casu nostro è conuerso poni: nam in persona Notarij Marci, quæ mandabat, & etiam opem præstabat, erat qualitas assassinij: faciebat enim aliquo dato, vel promisso: sed in persona mandatariorum facientium gratis non erat hæc qualitas, an ex persona facientium exculpetur, seu exgrauetur qualitas in persona Notarij existens, an econtra. Nam secundum doctri. Barto. ad grauandam personam opem præstantis faciunt qualitates operantium: vt sic econtra sit ad disgrauandum: sed ad has considerationes resp. vnico versiper ea quæ Ange. dixit: nam præstantes fauorem, & auxilium in assassinatu ligantur d. c. præterea non potest negari quin dicti cap. liget mandantem: sed Notarius Marcus mandauit, vbi est alia differentia, nisi quia dictum capi. videtur intelligi in mandante re vel pecunia data per eum alij vel promissa. at Notarius Marcus mandauit re vel pecunia recepta per eum, vel promissa sibi, vt suprà proxima difficultate deductum est in solutione: non esse inter hos differentiam, & quòd plus debet puniri is qui recipit quàm qui promittit, seu dat. Ad tertiam dubitationem respondetur, quòd in materia dicti capitu. j. doctores videntur æquiparare promissionem solutioni. ita Salyce. in dicta l. non eo minus. dum dicit, quòd assassini dicuntur, qui recepta pecunia, vel promissa homicidia committunt: & hoc modo videtur intelligere Aret. in dicto consi. clxv. xvj. colū. ibi, au vero contra omnes qui pecunia accepta vel promissa promittunt aliquem occidere. Ad quartam dubitationem respondetur ex his quæ Aret. not. in tract. malef. in ver. che hai tradito la tua patria: qui dicit in illo
18 dubio, an is,* qui non habuit scientiam probabilem teneatur reuelare, quòd sic. & quod opin. Bartol. in l. vtrum. ff. de parricid. & Salycet. in dicta l. quisquis. §. penult. quòd sola scientia punitur, si quis non reuelat: seruatur in practica, & sequitur domi. August. ibi in addit. contra Bald. in dicto consil. quod ibi allegatur. Ad quintam respondetur, quòd esto quòd confessio Notarij Marci esset in totum recipienda, & quòd non posset diuidi: tamen pœnitentia per eum in sua confessione allegata, ipsum non iuuat: & ad hoc ponam verba Dominici in dicto capitu. j. vbi post Archid. in §. si ergo xvij. quæstio. j. & Hostien. & Ioan. Mnd. in eo. capit. j. de homicid. dicit, regulariter parcitur cogitanti qui potuit perficere, & noluit, quia pœnituit. ff. ad legem Cornel. de fal. qui falsam. de iniu. l. item apud Labeonem. §. si curauerit. vt sic * volun- 19
tas & propositum distinguant maleficia ff. de fur. l. qui in iure. Primo responso xj. quæstio. iij. quòd prædecessor. & de sententia excom. cum voluntate. in princip. in casibus autem * non prodest pœ- 20
nitentia: sed punitur criminis scientia. Primò in hæretico. de hæreti. ad abolendam. & cap. excommunicamus. §. credentes. Secundò in crimine læsæ maiest. C. ad legem Iul. maiest. l. quisquis. Tertiò in consciscente sibi mortem. ff. de bo. e. qui sibi. mor. consci. l. iij. primo responso. Quartò in extrahente de ecclesia fugientem ad aliam. C. de his qui ad eccles. confug. l. fin. §. sic vbi. Quintò in isto casu, qui nouus est. In his ergo casibus non excusatur quis à pœna temporali quantumcunque pœniteat, est tamen locus pœnitentiæ spirituali, & reconciliationi diuinæ quantumcunque deliquerit. l. distinc. ferrum. de summa trinit. firmiter. §. pen. & ex prædictis apparet, quòd non omnino in materia conatus dixit Felin. in capit. j. de præsump. & in trac. de conatu. Ponit enim ad regulā, * quòd solus co- 21
natus puniatur, plures limitationes: inter quas est prima, quòd quando conatus cum actu propinquo non deuenit ad consummationem: vt quia agens non impeditus impedimento facti destitit agere pœnitens incepti: talis conatus non punitur, per l. qui de mente. vbi glo. ff. de fur. l. qui falsam. ff. de fals. nam debuit Feli. huic limitationi primæ dare dictas sublimitationes: maximè quia non omnes eas ponunt doct. per eum ibi allegatas. Ad sextam respondetur quòd doct. qui loquuntur de hac materia (nam text. in cap. j. nihil de pecunia dicit) non dicunt debere esse solutam pecuniam. & Are. in d. consi. clxv. xv. colum. ponit, quòd Archiepiscopus Pisanus promiserat pro assassinio, de quo ibi, domos & bona Laurētij Medices ad prædam: & dum Aret. vult hoc non esse assassinium, non fundat se, quòd non erat promissa pecunia, sed quòd assassinium est,* quando committitur per certum genus 22
personarum: & pecuniæ appellatio res etiam comprehendit. l. pecuniæ. cum l. seq. ff. de verbo. signific. Præterea (& ista responsio adaptari potest ad omnes difficultates) si vellemus attendere ad verba capituli primi, de homicid. libr. vj. ibi non ponitur de eo, qui mediante pecunia mandauit, videlicet de eo, qui recepta vel promissa pecunia fecit, & tamen interpretatiue, & extensiue nemo negabit verum assassinium committi per eum, qui data pecunia mandat committi homicidium, & comprobantur istæ omnes responsiones: nam licet in correctoriis non fiat extensio, etiam ex ideoitate rationis: vt per glos. in Clemen. secunda de ætate & quali. in versi. eisdem: tamen * quando agitur 23
de salute animarū, & euitando peccato, dispositio correctoria & odiosa de tali materia loquens extenditur

tenditur ex rationis identitate, secundum quod
nor. Ioan. And. in c. ex tenore. qui tibi sint legi, quem
sequuntur ibi domi. Anto. & domi. Abb. & d. Abb.
in capitu. quæsiuit. de diuor. & per Bart. in authen.
sacramenta pub. C. si aduersus vendi. versi. quæro
vtrum ista authen. sed dispositio d. capituli primi,
respicit fauorem animarum: vt dicit ibi text. &
propterea licet in textu illo dicatur de Principe,
Ioan. Andr. ibi extendit ad omnes personas etiam
maximi gradus suprà Principem. Ex quo constitu-
tio illa respicit secundum eum fauorem animarũ,
& reipublicæ. & Ioan. Andr. sequuntur Domi. &
Philip. ibi, qui in ij. col. dicit, quòd constitu. quan-
tuncunque pœnalis respiciẽs fauorem animarum,
vel reipublicæ est late interpretanda. allegat Ioan.
24 Andr. in d. c. ex tenore.* & hinc succedit alia limi-
tatio ad glos. in Clem. ij. de æta. & quali. vt non ob-
tineat quando, si extendatur dispositio, resultaret
fauor reipublicæ, prout respicit dispositio d. ca. j.
secundum doct. ibi. ita Barto. in l. si constante. ix. q.
solu. mar. in l. ij. §. exercitus. per illum tex. de his qui
no. infam. & in l. quemadmo. C. de agric. & censit.
Nec videatur mirum si in odium istarum persona-
25 rum tot cócurrant specialia,* cum multa sint alia.
Primum, quòd dictum fuit, scilicet, quòd punitur
solus conatus seu affectus, etiam si maleficium se-
cutum non sit, vt in tex. ibi. Secundum, quòd is qui
in tale crimen incidit potest à quocunque impune
occidi: etiam si priuatus sit ille: ita Ang. in d. consi.
xiiij. per l. iij. §. transfugas. ff. ad leg. Cor. de sica. per
tex. in eod. c. j. ibi, diffidatus: quod consilium Ang.
ad hoc allegat Domi. ibi in §. sacri. iiij. col. Tertiũ,
quòd bona istius possunt à quocunque inuadi, &
occupari, & etiam illi, ad quos spectat successio
in temporalibus occupabunt illa. ita Hosti. Ioan.
Andr. & Domi. qui eos refert in d. c. j. per text. cum
suis mundanis bonis omnibus. Quartum, quòd in
diebus in quibus ecclesia indixit bellatoribus treu
gas, vt à mane quartæ feriæ ad serum secundæ fe-
riæ, & ab aduentu ad octauam Epiphaniæ, & à
Septuagesima ad octauam Paschæ. de quibus in di-
cto capi. de treuga & pace. isti tales possunt oppri-
mi per verbum perpetuo, positum in tex. dicti ca.
primi. secundum doct. ibi. Quintum, quòd contra
hos possunt recipi testes lite non contesta. & par-
te non citata, & etiam absente. Domi. ibi. tertia
colum. post Hostien. & Ioan. And. per tex. ibi post-
quàm probabilibus constiterit argumentis. sed ad-
uerte quia loquuntur per verbũ forsan, & propter
periculum: quasi quòd vbi cessaret periculum esset
secus. Sed hanc sententiam quis proferet? An secu-
laris? in sacro Consilio alias fuit decisum vt suprà
decisio cxij. quòd iudex secularis procedit absque
declaratione iudicis ecclesiastici: vide ibi. sed nun-
quid antequàm secularis procedat, debeat præce-
dere sententia hæc declaratoria? certe non: quia
antequàm procedat, & constet, non potest decla-
rari: & secundum Domi. post Hostien. in dicto c. j.
ver. sacramenti. quarta colum. sufficit quòd senten
tia talis dicat esse probatum: vnde probationes de-
bent præcedere, secundum quod videtur, quòd ta-
lis sententia est ordinata ad condemnationem, seu
pœnam vltimam aliã quàm sit illa, quæ facit iudi-
cem secularem habilem. Sextum quòd contra tales
non requiritur sententia, nisi tantum declaratoria.
Domi. ibi. & Philip. in secunda colum. in fin. & di-
cit ibi text. nullatenus alia excommunicationis,
vel depositionis, seu diffidationis sententia requi-
ratur. Septimum, quòd non admittitur in hoc cri-
mine appellatio, secundum Hostien. Ioan. Andr. &
Philip. per tex. ibi, libere. iuncta gl. in eo. ver. Octa-
uum,* quòd clericus committens hoc crimen 26
absque actuali degradatione potest puniri secun-
dum Domi. ibi in fin. Nonum, quòd iudex secula-
ris in hoc crimine est iudex competens etiam con
tra clericum. Lapus in dict. capi. j. Decimum, quòd
contra assassinos iudex potest ex mero officio pro-
cedere. Marsilius in l. vnius. §. cognitum. ff. de
quæstio. allegat d. Paridem in syndicatu. chart. lj. ij.
col. circa fi. Vndecimũ quòd possit assassinus, qui
pecunia homines offendit renunciare defensioni-
bus, & dilationibus sibi competẽtibus: quia est ho-
stis publicus, & diffidatus à lege, & à quolibet of-
fendi potest. Marsilius vbi suprà, allegans do. Pa-
ridem in syndicatu, charr. xxxj. j. colum. circa me-
dium. XII. quòd assassinus teneatur dominum, seu
mãdatorem in iudicio nominare, & super hoc po-
test torqueri. ita Bald. in dicta l. non ideo minus.
circa principium. in glos. secunda, de accus. refert
Aretin. in dicto versi. Sempronium mandatorem.
secunda columna. contra l. fin. C. de accus. XIII.
quòd licet hæres* de delicto defuncti non tenea- 27
tur, si quid ad manus defuncti peruenerit lite non
contest. tamen fallit hoc in hærede assassini, qui te-
netur restituere illam pecuniã, etiam lite non con-
test. cum defuncto. August. in addit. in dicto versi.
Sempronium mandatorem. secunda colum. dicit
hoc, & allegat Ang. in l. j. §. fina. de eo per quem fa-
ctum erit. sed quia inter alias pœnas est, quòd iu-
dex secularis cognoscit, & punit, si potest cogno-
scere sine sententia declaratoria: ergo & torque-
re clericum ad veritatem eruendam: cum ista co-
gnitio fiat ad probandum non ad puniendum, li-
cet vt dictum est pœna inter alias pœnas sit hæc,
quòd secularis cognoscit: & si decisio sacri Con-
silij recte lata est, secularis videtur quòd possit
etiam torquere: & fuit dictus Notarius Marcus
suspensus. Reuersus fui Neapolim, applicuiq; xxv.
August. 1519. cum xix. eiusdem è Messana soluissem:
Die xxviij. Septembris, 1519. Neapoli.

SVMMARIVM.

1 *Cessio liti & causa super feudo non valet sine regio assensu.*

2 *Cessio iuris hypotheca in feudo valet absque assensu regio.*

3 *Assensus domini an requiratur in alienatione feudi facta in augmẽtum feudi, vel habiliori ad seruiendum, & nu. 5.*

4 *Proprietarius inuito vsufructuario potest acquirere seruitutem.*

6 *Feudatarius potest meliorare feudum sine domini, vel agnatorum voluntate, & non deteriorare.*

7 *Mulier habens feudũ pro dote hypothecatũ cũ assensu regio, potest hypothecã remittere sine assensu.*

8 *Dominus allegans vassallagium sibimet vassallo, videtur legare liberationem vassallagij.*

Actor

9 Actor cedens litis in re existente penes reum conuentum, nihil transfert in eum, nisi ius excipiendi.

10 Vicerex potest assensum praestare cessionibus, et alienationibus aliorum, & proprijs.

11 Tutor authoritatem praestare potest in contractu, quem palam & bona fide facit cum pupillo.

12 Rex si emit feudum non indiget alterius assensu.

13 Subfeudatarius si renunciet feudum Domino immediate, non requiritur in huiusmodi cessione regius assensus: cum nō sit quaternatum, sed planum factum alienabile per alienationem primam regiam factam dicto Domino. & nu. 20.

14 Pactum à transactione longe differt.

15 Transactio vbi prohibita est sine certa solennitate, tamen est permissa quando res, super qua transigitur remaneret penes prohibitum alienare.

16 Vassallus de iure communi potest sine Domini licentia transigendo dimittere feudum penes possessorem: quia tunc non dicitur alienare.

17 Renuncians liti, & causa an videatur renunciare iuri, sicut instantia.

18 Renuncians beneficio non in manibus superioris, non potest ecclesiam repetere.

19 Pactum de non petendo factum sine assensu Domini non tenet.

21 Dominus quando emit feudum à vassallo non eget alterius assensu.

22 Alienabilis res semel facta perpetuo durat alienabilis.

23 Alienatio feudi facta praesente Domino, dicitur habere assensum de iure communi: sicut est in Regno.

DECISIO CLVI.



IN causa olim mota per magnificum quondam Iulium de Scorciatis contra Illustris. quondam. Bernardum Villamari Comitem Caputacij super petitorio, & possessorio ciuitatis Satriani, & castrorum Titi, & Calauelli: dū pro parte Hieronymi de scorciatis filij ac haeredis praefati quōdam Iulij solicitaretur expeditio dictae causae, oppositum ei fuit de quadam cessiōne litis, & causae, facta per eius patrem dicto Comiti, cum promissione de non mouendo amplius controuersiam contra eum, nec contra haeredes ex eius
1 corpore legitimae descendentes dubitatum est: * an
2 dicta cessio valuerit sine Regio assensu. * Cessio iuris hypothecae, quod quis habet in feudo, an valeat sine assensu? Decisio domini Mazei. ccxxxij.
3 Quòd valeat * adduci posset primò: nam ex hac cessione resultat vtilitas domino Regi, cum facta sit habilior ad seruiendum: quo casu quando alienatio fit in vtilitatem Domini, videtur assensum non requiri: sicut quando in augmentum feudi: vt vt not. glos. in constitu. Regni, constitutionem diuae memoriae. in versicu. minuendis. quae dicit: secus puto si pro eis accrescendis transactio, seu pactio fiat, vt C. de praed. minor. l. non solum. & ff. de transact. l. nulli. Pro quo facit text. in l. sed si quid.

§. penulti. ff. de vsufruct. vbi * proprietarius potest 4
acquirere inuito vsufructuario seruitutem in fundo, in quo habet proprietatem. & text. in capitu. in aliquibus. de deci. prout intelligunt ibi docto. in quo probatur, quòd licet sit dubium, an per consuetudinem possit disponi super decimis: tamen poterit, quando fieret in augmentum decimarum: & facit tex. ad hoc. in capit. primo. §. econtrario. de inue. de re alie. fa. vbi tenet hoc Andr. & idem Andr. in l. imperialem. in princip. vndecima
columna. de prohib. alien. per Fede. vbi * inter alia 5
exempla ponit illud, quando scilicet minus aptus ad seruiendum venderet aptiori: & idem firmat Andr. in dicto capit. primo. §. econtrario. j. colum. de inue. de re alie. fac. vbi alleg. dict. §. penul. l. sed
& si quid. & dicit * quòd feudatarius potest melio- 6
rare feudum, non deteriorare sine voluntate Domini, aut agnatorum. Et idem firmat Andr. in capitu. primo. §. praeterea. secunda colum. de cap. cor. loquens de alien. quae fit in augmentum feudi: & hoc in additione: super quo est cogitandum: nam Andr. ibi sensisse antea videtur, quòd per constitutionem Regni est prohibita commutatio de persona in aliam etiam meliorem: & dum postea contradicit in versicu. & ideo illud est verum, quia loqui videtur de commutatione circa res, seu feudi augmentum: & quòd in augmentum feud. valeat alienatio per dictam constitutionem. in versi. minuendis: videtur sentire Andr. in capit. primo §. fina. tertia colum. de capi. qui cur. vendi. & And. in capit. primo. in fin. an ille qui interfe. fra. do. sui. loqui videtur de hac materia. & dum in capitu. j. §. fina. de capit. qui cur. vend. iij. colum. & in capit. j. §. praeterea. ij. colum. de cap. cor. remittit se ad dicta per eum in rubr. de vas. qui cōtra consti. Lotha. feu. ali. credo, quòd voluerit sentire de his quae dicit in dicto capitu. j. in fin. an ille qui interfe. fr. do. sui. quia forte etiam fuerunt additiones ad rubricam praedictam, & stant in tit. proximo praecedenti illam rubricam in fin. titu. ibi Andr. loquitur inuolute. primò enim dubitat, an vassallus meliorando feudum possit alienare. & allegat constitutionem Regni cum gl. ibi arguēdo quòd possit: & dat exempla, & deinde dicit, non videtur: vt sic videatur velle, quòd non possit, quod patet per illa verba: quod videtur intelligi etiam commutando: vt subaudiri debeat etiam in melius. per l. fina. quam allegat, quae ita loquitur: & ad hunc intellectum facit dum postea dicit illa verba, & indistincte prohibet infrà. de prohib. alle. per Lotha. at dum deinde dicit, quòd constitutio, imperialem. non dicit meliorando, vel ampliādo, & quòd res ecclesiae potest alienari hodie si meliora prospiciat: videtur sentire maxime per id, quod postea dicit de registro imperat. Feder. quòd possit fieri alienatio in augmētum feudi. Quòd autem non valeat tunc sine assensu, videtur sentire Andr. in dicto capitu. j. §. fina. iij. col. de capit. qui cur. vendi. primò enim dicit, quòd vassallus nō potest diminuere feudum alienando, sed ampliando sic: deinde dicit, iure isto simpliciter prohibetur alienatio sine cōsensu Domini, non distincto ampliet vel diminuat: vt infrà, de prohib. alien. per Lotha. & in l. imperialem. in princip. licet postea dicatur, prout diximus suprà de vassa.

de vassa.qui contra constitutionem Lotha. prima
rub.videlicet in d.c.j.an ille qui interfe.fra.do.sui,
in fi.vbi varie,seu corrupte loquitur, vt dictũ est:
& de hoc etiam remissiue loquitur And.in d.cõsti.
constitutionem.in j colũ.vbi etiam remittit se ad
d.rubricas post relatam glos.quæ dicit, secus si pro
eis accrescendis: in maiori parte dictorum loco-
rum Andr.videtur tenere pro hoc primo motiuo,
quòd valeat alienatio in augmentum feudi sine as-
sensu: & ad propositum est quædam apostilla do-
mi. Antonij de Alexand.in li. constitutionum ad
constitutio. constitutionem diuæ me.in secunda
addit. vbi dicit hæc verba: si feudi alienatio ten-
deret ad augmentum seruitij: quia fieret ei, qui
melius seruiret, valeret sine iussu Principis:& non
haberet locum hæc constitutio. Quod autem in
vtilitatem d.Regis cessio ista redundet, vltra illud
de habiliori seruitio facit: nam d. Rex cath. alie-
nauerat istas terras per modũ dationis in feudum
præfato Comiti: & si euictæ essent per d.Iulium,
idem Rex fuisset obligatus dare ipsi Comiti ex-
cambium iuxta text.cum ibi not.in capi.j in prin-
cip.de inue.de re.alie.fa.& in capit.j.si vassallus de
feudo. per hanc cessionem d. Rex & Regia Curia
liberatur ab hoc periculo euictionis: ergo est ces-
sio in vtilitatem Regis. Certe non potest negari
quin istud motiuum sit magni momenti: maxime
quia modernus Rex quantum in se est declarauit,
licet post reuocationem, & mortem domini Iulij
quantum in se est, velle, quòd valeat cessio præ-
dicta. duo sunt, vel fieri alienationem in augmen-
tum feudi reale, prout iam loquitur And.in maiori
parte locorum præallegatorum, & iste non est ca-
sus noster: vel fieri in vtilitatem Domini,& de hoc
loquitur And.in dicta l.imperialem.in princip.xj.
colum.vbi dat plura exempla.& in cap j.in fin.an
ille qui interfe.fr.do.sui: vbi dat etiam exempla:li-
cet qui auget feudum, etiam vtilitatem Domini
faciat: & ille videtur esse casus noster: quia hæc
cessio duobus iã dictis respectibus, videlicet, pro-
pter habilius seruitium & propter euitationẽ eui-
ctionis respicit Domini vtilitatem. Secundò prin-
cipaliter, quòd assensus in dicta cessione non re-
quiratur, facit tex.in l.quarta.ff.de ma.vind.vbi li-
cet alias minor xx.annis non possit, nisi causa co-
gnita manumittere seruum propriũ: quia lex Ælia
Sentia impedit l.si minor.cum l.sequen.eod.titu.
& institu.qui & ex quibus cau.manu. non li.§.ea-
dem tamen si minor habet ius pignoris in seruo
alieno: potest consentiendo Domino manumit-
tenti remittere ius pignoris: vt sic remissio non sit
alienatio, sicut etiam cessio videtur non alienatio:
& per illum text.Barto.de cap.ibi in quadam apo-
7 stilla tenebat, * quòd creditrix mulier, quæ habe-
bat feudum pro dote hypothecatum cum assensu
regio, potest remittere hypothe.sine assensu: & ad
hoc accedat quod not.Bald.in cap.j.in prin. circa.
iij.col.de suc feu.prout refert, & sequitur Alex.in
9 l.cætera.§ fina.ff.de lega.j.volens,* quòd si Domi-
nus legat vassallagium, sibimet vassallo videtur
legare liberationem à iure vassalagij: sicut quando
dominus castri legat castrum vniuersitati ipsius ca-
stri, videtur liberare castrum à iurisdictione omni
quam ipse in eo habebat: vt not idem Bal.in d.§.fi.

Tertiò principaliter, quòd non requiratur assen-
sus, facit: * nam actor qui cedit liti remanenti re 9
apud reum conuentum, qui possidebat, nihil in eũ
transfert: nec aliquis titulus ei quæritur: vt not.
Bald.in capitu.j.in fin de contro.feu.inter vasal.&
alium.per tex.suprà in l.si pro fundo.C.de transac.
& quòd nihil transferatur, nisi solum ius excipien-
di, tenet Barto.in l. naturaliter.§. nihil commune.
ff.de acqui.pos.in ij.lectura.quem sequuntur Alex.
& Iaso.ibi.& in d.l.si pro fundo.quicquid dixerint
Ange.& Ro.in d.§.nihil commune. & Saly.in ea.l.
si pro fundo.ad quid ergo requiretur assensus, si
nulla sit translatio? Quartò principaliter facit:
* nam renuntiatio hæc fuit facta Viceregi, qui po- 10
terat iam assentire cessionibus, & alienationibus
aliorum: vt not.Andr.in d.l.imperialem.in princi.
ergo & suis: cum hoc sit voluntariæ iurisdictionis:
& potest quis in his sustinere duplicem personam.
vt in l.j.§. consules. ff.de offic.cons. & in l.j. ff. de
ma.vind.sicut dicimus in tutore, * qui potest au- 11
thorari in contractu, quem palam & bona fide fa-
cit cum pupillo.vt in l.cum ipse.C.de contrahen.
emptio.in l.tutor rerum.vbi bona glos.& in l.non
existimo.ff.de administra.tuto.& per Bart.in l.pu-
pillus.§.j.de autho.tut.& Alex.in l.j.§.quæsitum.ff.
ad Trebel.sic quando Rex emeret feudum, non re-
quiritur assensus alterius.secũdum Alb.in l.si con-
sentiente.ff.de manu.Quintò facit quod not.And.
in dicta l.imperialem.in princi. vij.colum. volens
* quòd quando subfeudatarius renuntiaret domi- 12
no immediato feudum, non requiritur in hac ces-
sione assensus regius: & si sic est, poterit se ex renũ-
tiatione, & pacto de non petendo iuuare hæres re-
cipientis contra hæredem promittentis, vt per
Barto in l.si sic stipulatus.ff.de verb.obl. At in con-
trarium facit. Primò: * nam is, qui apud alium rem 13
dimittit, dicitur alienare l. quædam mulier. ff. de
rei vendi.l.si sponsalibus.§.j.ff.de iure dotium.ideo
Bart.in l.Modestinus.ff.de dona.tenet per gl.in l.si
quis obligatione.ff.de reg.iur.quòd in quietatione
debiti, quam creditor faceret debitori suo animo
donandi: si excederet summam 500.aureorum, re-
quiritur insinuatio.& si dicatur, quòd hoc nõ ob-
tinet in transactione, prout dicit Bald.in d.c.j.de
contro.feu.inter vasal.& alium.per d.l.si pro fun-
do.cogito an possit responderi, quòd hic non su-
mus in transactione, quia nihil d. Iulius habuit à
Comite, & longa est differentia inter pactum, &
transactio, vt not.glos.& docto.in rubr. C.& ff.de
pact. Secundò facit: * nam in his quæ sine certa so- 14
lennitate alienari prohibita sunt: tunc demũ * trãs- 15
actio sine solennitate permissa est, quando res, su-
per qua transigitur, remaneret penes prohibitum
alienare.glos.est no.in l.non solum.C.de præd.mi.
& in l.nulli.ff.de transact.per quam dicit ibi Bart.
quòd quando prælatus vult transigere de re eccle-
siæ: tunc potest, quando res, de qua erat contro-
uersia, fuisset penes ecclesiam: & sic de minore: non,
si penes aduersarium. Alio enim possidente & re-
tinente ex causa transactionis videretur ecclesia,
vel minor alienare: & istud sequitur Abb.in c.con-
tingit.ij.col.de transact.allegans etiam Fede.consi.
lxxxvj. Tertiò facit: nam licet Alua.in d.c.j.de con
trouer.inter vasal.& alium.vltimo no.trãseat cum
Bald.

Bal.ibi, quòd quando per transactionem nō transfere possessio feudi: sed illud vasallus dimitteret
apud possessorem cum quo tansactum est, non dicitur alienatū feudum. per d.l.si pro fundo. tamen
idem Aluar. in c.si vasallus de feudo suo. si de feu. fue.cōtrou.pe.col.in uj.opp.dū dat varios intelle-
ctus ad illud.c.inter alios ponit, quòd ibi loquatur
quando vasallus per transactionem retinet penes
se feudum.& daret aduersario pecuniam, vel quid
aliud, & quamuis Iaco.in suo tract.feud.in ver.&
cum pacto de non alienando.iij. col. ex dictis per
Aluar.proxime eliciat vnam conclusionem, videlicet quòd vasallus potest transigere cum aduersa-
rio, dummodo vasallus retineat feudum.&ea di-
ctis per Baldum in d.c.j.de controuer.inter vasal.
16 & alium eliciat secundam conclusionem, * quòd
vasallus potest sine licentia Domini transigendo
dimittere feudū apud possessorem: quia tunc non
dicitur alienare.per dictam l.si pro fundo:& ex eis-
dem dictis Bald ponat tertiam cōclusionem quòd
vasallus non potest transigere transferendo feu-
dum in alium: quia esset tunc alienatio. d.l. si pro
fundo:tamen Franc.de Cut.in suo tract.iiij. parte.
vij.q.principali, dicit quòd dicta secunda conclu-
sio confunditur ea dicto Batt.communiter appro.
in d.l.nulli.de quo suprà feci mentionem: & ideo
dicit se multum dubitare de hac secunda conclu-
sione. Quartò facit Andr.in d.constit.ut.constitu-
tionem diuæ me.in penu.colum. in ver.transactio-
nes.qui dicit, hic corrigitur expressim c. si vasal-
lus de feudo suo si de feud.fuer.controuer.& sicut
prohibetur alienatio rerum, ita & iurium, vt serui-
tutum.C.de reb.alie.non alie.l.fi.item remissio red
dituum,& gallinarum, & similium.C.de sacrosan.
eccle.l.iubemus.in princip.ibi, annonas ciuiles: &
inde subdit dicendo idem de remissione iurium,
quæ habeo in feudo: quia & hoc dare est.ff. ad leg.
Falc.l.quærebatur.& de condit.ob caus.l.si mulier.
& idē quod in his vltimis verbis dicit Andr. tenet
etiam per eadē verba Lucas in l.ij.in fi. C.de agric.
& censi.lib.xj.Quintò facit: nam doct.communi-
ter tenent cum Bar.in d.§.nihil commune. in ij.le-
ctu.quòd hæc renuntiatio litis nihil iuris transfe-
rat in aduersarium possessorem.ita Aleaā. & Ias.in
d.§.nihil cōmune.& in d.l. si pro fundo:nisi solum
ius excipendi de pacto, vel exceptionem doli: vt
per eosdem: & tamen Alex.& Ias.in d.l. postquam
liti.limitant eam non habere locum in beneficiali-
bus.& Ias.adiungit: & etiam Claudius, quòd nec
17 etiam in feudalibus: quoniam in his, * qui renun-
tiant liti, & causæ, videtur renuntiari instantiæ
non iuri:& allegant Rotam dec.cccvj.inci.si actor
in causa, in nouis.vide Bald.in auth. in successio-
ne, circa fin.C.de suis & leg. quasi quòd Aleaan.&
Ias.intelligant, quòd in beneficialibus, & conse-
quenter in feudalibus, is qui renuntiat liti, & cau-
sa, possit per aliam instantiā denuo agere sine me-
tu exceptionis: nam si etiam in prophanis is qui re-
nuntiat liti,& causæ, non videtur renuntiare iuri,
vt dictum est, quando essemus in beneficialibus,&
feudalibus, vt sit aliqua specialitas: deberet dici, vt
possit denuo agi sine timore exceptionis: & ideo
non sine mysterio dixerunt instantiæ. Sed de hac
consideratione mea non facio fundamētum, quo-
niam Rota per eos allegata dicit, quòd dicta re-
nuntiatio litis, & causæ in beneficialibus obstat
postea agere volenti, sicut pactum de non peten-
do.argumento eorum quæ not. in c.j.de lit.conte.
lib.vj.& affert Rota Innoc.in cap.super hoc, de re-
nuntia.quòd licet renuntiatio facta per spoliatum
de beneficio non valeat: in c.solicite. de restit.spo.
tamen pactum de non agendo interdicto vnde vi
obstabit volenti agere, secundum Bart.in c.ea insi-
nuatione.de procur.& ad hoc allego vltra Rotam
Innoc.in cap.quod in dubiis.de renun. volentem,
* quòd is, qui renuntiat beneficio non in manibus 18
superioris, non potest repetere ecclesiam: quia & si
inutilis sit renuntiatio, tamen obtinet vim pacti:
sicut inutilis acceptilatio. ff. de pactis. l.si vnus. §.
pen.& in l.si acceptilatum.ff.de acceptil. videndus
tamē est Card.in d.c. quod in dub. dum refert Ioā.
de Lignano, quòd teneat renuntiatio quo ad se,
quo ad hoc, quòd sibi non competat actio: quia po
tuit renuntiari actioni: nam Cardin. videtur hoc
impugnare, quoniam donec toleratur iste in bene-
ficio per superiorem debet audiri, & valent gesta.
cap.querelam.de electio.cap. consultationibus.de
iurepatron. quicquid tamen dicatur in beneficia-
libus: * tamen in feudalibus, quòd non teneat e- 19
tiam pactum de non petendo factum sine assensu
domini, videtur tenere Andræ.in ca. Titius.quod
est cap.fi.si de feud.fuer.controuer. pro quo facit,
quia non potest negari quin saltem quo ad effe-
ctum fiat commutatio feudi. si ego vassallus ob
meam cessionem non possum cum effectu agere:
vnde per indirectum fieret id, quod directo fieri
non posset, vt considerat Abb.in dicto cap.con-
tingit: pro quo est textus in l.scire oporter.§.j.ff.de
tutor. & curat.da.ab his. Ad contraria videlicet
ad prima quinque motiua adducta pro illa parte,
quæ vult assensum in dicta cessione non esse neces-
sarium, responderi posset: & incipiendo ab vlti-
mo. Non obstat quintum, quoniam Andræ. vult
in loco ibi allegato, quòd * quando feudum, quod 20
refutaretur domino, esset feudum quaternatum,
requiratur tunc assensus d.Regis: nec mirum, quòd
si feudum esset plenum non requiratur: nam illud
per primam concessionem factam formiter cum
assensu Regis, fuit factum alienabile in quemcun-
que cum solo assensu Baronis: multo fortius po-
terit in ipsum Baronem alienari: * quando enim 21
dominus emit feudum à vassallo, non requiritur
assensus alterius, vt not. Abb.in dicta l. si consen-
tiente. ff.de manu.& pro hoc facit: quia * res semel 22
facta alienabilis durat perpetuo alienabilis.l.pater
filium.§.quindecim.ff.de lega.ij.Non obstat quar-
tum: nam in facto non apparet, quòd ipse Comes
qui tunc erat Vicerex, dictæ cessioni, licet in causa
propria factæ assensum præbuisset vt Vicerex, imò
nec quòd ipse Vicerea habuerit notitiam de dicta
cessione, seu eam ratificauerit: adeo quòd si iura-
mentum non adesset interpositum per dictum Iu-
lium, fortè in nullo nec etiam quo ad instantiam
valeret cessio. Non obstat tertium: nam licet non
transferat dominium, nec actionem perdat: tamen
ista remanent apud cedentem sine effectu ob exce-
ptionem doli: vnde non potēst negari quin trans-
ferat ius excipiendi. ita quòd per indirectum, vt

dixi, veniret priuatus effectus dominij & actionis, & iuris, contra dictam l. scire oportet. §. j. Non obstat secundum, de l. iiij. ff. de mand. vindi. nam vt considerat dominus Anton. de Alex. in additio. seu apostilla sua ad Andr. in constitu. constitutionem diuę. iij. colum. minor ibi non erat prohibitus omnem contractum facere: sed solùm manumittere sine prætore: ideo si consentit debitori manumittenti seruom pignoratum sibi, non videtur ipse manumittere: ideo valet contractus sine prætore, sed in casu nostro lex prohibet omnē contractum, per quem feudum aut diminuitur, aut commutatur: & per not. per Andr. in dicta constitutio. dum dicit esse prohibitam remissionem iurium, quæ habet quis in feudo, impugnat id, Bartolomæus de Capua inferebat ex dicta l. iiij. tandem dicit posse distingui, quòd Andr. loquatur de iuribus realibus: sed Bar. de Capua loquatur de iure hypothecæ, & sic de actione hypothecaria, quæ est in rem scripta, seu personalis iuxta not. in rubr. ff. si cert. peta. Primum motiuum stante vtilitate d. Regi resultante ex dicta cessione videtur forte dubium: & apud me est magnæ difficultatis propter authoritates Andr. in eo adductas: cogitabam posse dici, quod Andr. loquatur de iure communi feudorum: sed secundum verba constitutionis sit immutatum ob ver. commutandis, & ob ver. sine speciali licentia nostræ maiestatis, pro quo est: nam id,
23 quòd aliàs erat de iure communi feu. quòd* quando alienatio feudi fieret præsente domino, & non contradicente, dominus videatur consentire: vt not. gloss. & doctores in l. j. in princip. vbi est glo. io ver. permissione ... prohib. alien. per Lothar. & ibi etiam Andr. & Aluar. ibi, & in cap. j. §. denique xlij. colum. quæ fuit prima causa benefic. amitten. & Iac. in verbo, & cum pacto de non alienando. v. & vj. colū. & Curt. in iiij. parte. ver. & in primis quæro. hodie in regno est immutatū per dicta verba, speciali licentia. vt dicit Andræ. in dicta l. j. in princip. de prohib. alie. per Lotha. Sed contra hanc meam considerationem facit quoniam Andr. in d. c. §. præterea. ij. co... de cap. Corra. quædam primo ponderat, quòd per dictam constit. constitutionem diuæ. videtur prohibita alienatio, etiam in melius: quia quantum ad dominum feudi intelligitur diminui, quod est etiam in melius contra suam voluntatem commutatum: per l. fina. ff. vsusfruct. quemad. cau. tamen postmodum dicit illa ver. illud est verum, quòd in augmentum fieri posit. Facit etiam contra eandem considerationem Andr. in d. cap. j. §. fin. iij. colum. de cap. qui cur. ven. dum loquens de eo qui habet centum vnc. pro vno feudo, & vult dare in dotarium, & sic alienare viginti vnciis, vt seruiat de illis domino pro vno integro feudo: primò dicit, per constitutionem regni videtur, quòd diminuere non potest feudum donando, sed ampliando: & paulò pòst dicit iure isto, scilicet communi. simpliciter prohibetur alienatio sine consensu domini non distincto ampliet vel diminuat &c. nisi dicamus Andr. aliter debere intelligi, aut non bene loqui: nam constitutio expresse prohibet commutationem sine speciali licentia regis: & profectò si esset verum, sen procederet hoc, quod Andr. tenere videtur: quomodo vnus doctor prout erat dictus Iulius venderet feudum alicoi militi, qui est magis aptus ad seruiendum, non requiritur assensus regius? Maior pars dominorum de Consilio votauit valuisse dictam cessionem sine assensu: vt fuere dominus Viceprotonotarius, dominus Ioannes Martialis, d. Episcopus Bisiniani. sed dominus Ciccus votauit nō esse esse nunc votandum articulum, an valeat cessio quo ad ius, sed solùm quo ad instantiam: & omnes fuimus concordes in hoc, quòd quo ad instātiam valeret cessio sine assensu: vnde decretum est, quòd non posit procedi ad vlteriora in causa stante cessione prædicta. Sed ego post tres dies antequam decretum publicaretur dixi illis dominis declarando votum meum, quòd procederet, quando appareret in processu, quòd dictus Comes erat Vicerex in perpetuum, vel ad beneplacitum. nam si fuisset ad tempus, dubitabam, an etiam quo ad instantiam valeret cessio, per l. primam. C. de contract. iud. vide Bal. in consil. cxxvij. volum. iij.

SVMMARIVM.

1 *Repulsa concedi non debet facta conclusione, licet rescissa per beneficium primum ad pinguius probandum. & nu. 4.*

2 *Restitutio conceds debet, ita quòd per eam non præiudicetur alicui actui, aduersus quem restitutio dari non debet.*

3 *Suspensio petitory, quæ post conclusum in causa fieri non posset, cum non possint aliqua fieri probationes, minime fieri posset, quando per beneficium restit. in integrum in aliquo casu restitui bi li fieri possent probationes.*

4 *Repulsa conceditur ex causa contra testes examinatos ante conclusionem, & post, propter beneficium petitum ad pinguius probandum.*

DECISIO CLVII.



IN causa illustris. principis Bisiniani * cum illustr. Duce Neritoni facta 1 conclusione in dicta causa, in qua d. Princeps erat reus conuentus: fuit pro eius parte petitum primum beneficium, & sic concessum: ob quod conclusio rescissa est & termino beneficij elapso pro parte do. Principis petitur repulsa testium examinatorum in primo termino. opponebatur non debere concedi, ex quo erat facta conclusio, quæ quamuis fuisset rescissa propter beneficium datum ad pinguius probandum, tamen nō est rescissa quo ad petitionem repulsæ. Et quòd repulsa isto casu concedi non debeat, facit primò Bart. in l. ab hostibus. §. sed quod simpliciter. ff. ex quib. cau. maio. qui dicit sic: * nonò restitutio debet concedi, ita quòd 2 per hoc non præiudicetur alicui actui, aduersus quem nō debet dari restitutio. vt l. iij. §. sed verum. suprà de mino. &c. Si ergo primum beneficium, quòd iam restitutio est, aperiret viam repulsæ petendæ, præiudicaretur Duci circa repulsam ipsam, aduersus cuius omissionem beneficium non competebat. Facit secundò Abb. in c. pastoralis. in fin. de causa possess. & pro. vbi tenet per Innoc. * quòd 3 suspen

suspensio peritorij quæ post conclusum in causa fieri non posset: vt in eod. capit. pastoralis. ex quo tunc non possunt fieri aliquæ probationes, minime fieri posset, quando per beneficium restitutionis in integrũ in aliquo casu restituibili fieri possent probationes: illud enim non dicitur posse fieri, quod fit per remedium extraordinarium. licet ergo rescindatur conclusio per probationes fiendas postea ex capite restitutionis: tamen effectus denegationis suspensionis resultans ex conclusione
4 remaner. Et * per prædicta votatum, & decretum fuit repulsam non esse in dicta causa con-
5 cedendam. In alia * causa vertente inter magnificum Ioannem Baptistam cicinellum, & vniuersitatem Marchiæ dodone conuentam erat iam facta conclusio: pro parte vniuersitatis fuit petitum beneficium, in quo vtraque pars examinauit: & forte melius, & plus examinauit Ioannes Baptista actor. Magnifica vniuersitas petit repulsam cõtra testes actoris etiam in primo termino examinatos: aduersarius opponit de iuribus in hac decisione allegatis: & opponit etiam de hac decisione: tamen sacrum Consilium concessit repulsam vniuersitati etiam ad testes actoris examinatos in primo termino ob causam, quia vniuersitas posset dicere, quòd ante conclusionem non petierat repulsam: ex quo stabat sub spe, quòd testes sui eam releuarent cõtra probationes aduersarij: nec quòd aduersarius accumulauit ex primis testibus alios testes est facta quædam coniunctio probationum, ita quòd primi testes, qui soli forte non nocebunt vniuersitati, nec cum aliis nocituri sunt, & sic non mirandum, si ita contrarium fuit decisum.

SVMMARIVM.

1 *Legitima filij quanta sit, cum in eius computatione filiæ fœminæ faciant cum dotibus suis partem: licet à successione sint in Regno exclusæ propter masculos. & nu. 7.*

2 *Ius accrescendi diuidi non potest, cum non subeat locum, nisi portione omnino defecta.*

3 *Dos succedit loco legitimæ portionis stante statuto, quod filia fœmina &c.*

4 *Filiæ fœminæ faciunt partem, & augent numerum filiorum stante statuto, quòd excludantur à successione propter masculos, & an in dote constituenda quàm constituta. & nu. 6.*

5 *Legitima mensuratur secundum successionem intestati*

8 *Primogenitus tenetur dare vitam, & militiam fratribus suis: & quotam.*

9 *Frater institutus in legitima tantum portione, succedit pro virili portione fereri ab intestato decedenti vnà cum fratribus heredibus vniuersaliter institutis à patre.*

DECISIO CLVIII.


N causa magnificorum Nicolai Antonij Caraccioli, & fratrum filiorũ quondam Galeatij Caraccioli. Partes extraiudicialiter oblata supplicatione voluerunt casu posito in facto stare determinationi sacr. Consilij. in hac causa. Et Sacrum Consilium votauit vt intus præsupponitur pro vero in facto, quòd præfatus quondam Galeatius, dum vixit, nuptui tradidit Iuliam Elionoram, & Dianam eius filias cum dote ducatorum trium milliũ pro qualibet, & quòd deinde in vltimis constitutus instituerit sibi hæredes vniuersales Nicolaum Antonium, Marcellum, Fabium, & Lucium, Lælium autem Abbatem secundo genitum in legitima ad eum spectante: & quòd Galeatio mortuo dicta Elionora decesserit. primò dubitatum est * quanta 1
debeat esse legitima dicti Lælij, & an in eius computatione filiæ fœminæ prædictæ faciant partem, stante consuetudine ciuitatis Neapolit. quòd stantibus masculis fœminæ non succedaut: sed debeãt dotari, circa hunc punctum repetiuntur plures opiniones. Prima opinio est, quòd filiæ, quæ ex forma statuti sunt exclusæ, & debent tantum dotari stantibus masculis: si occurreret casus, in quo discutiendum esset, quanta sit legitima masculorum, vt quia cum eis institutis in legitima extraneus heres instituerettur vel aliquibus ex eis vniuersaliter institutis aliquis eorum esset institutus in legitima, in computatione dictæ legitimæ debet haberi ratio de portionibus filiarum tanquam si in totum succedetent: vt sic faciant partem institutis in eorum legitima: & hanc opinionem tenent Baldus & Imola. in l. huiusmodi. §. si Titio. per illum textum. ff. de legatis primo. qui dicunt, * quòd 2
etiam si filia non haberet nisi vnum denarium in dote, tamen quantum ad faciendum partem reputatur habere totam partem legitimæ: quia ius accrescendi non potest diuidi: cum non subeat locum, nisi portione omnino defecta: per illum textum, & per l. duobus. eodem titul. idem tenet Baldus in consilio clvj. ij. volumine, dicens, quòd quando filiæ habent aliquid, quod de sui natura in legitimam imputatur: puta, quia sunt dotatæ à patre, de cuius successione agitur: nam dos secuudum eum in legitimam imputatur: tunc faciunt * partem filio masculo, quia admittuntur ad 3
partem, id est, ad dotem, quæ succedit loco legitimæ portionis. l. quoniam nouella. C. de inoffic. testamen. & tenendo opinionem, quòd dos debita ex statuto succedat loco legitimæ: vt not. in d. l. quoniam nouella. Salyc. in l. ij. ij. not. C. commun. de leg. doct. maximè Imo. in l. Titio centum. §. Titio à genero. de condit. & demonstra. quem allegat Alex. in consil. cxxxj. in ij. colum. j. volum. vbi respondet ad Bartol. in d. §. Titio genero. quòd non tenet contrarium. & in consil. vj. iij. colum. & con silio ccvij. iij. col. ij volum. & cons. lxxxiij. vlt. col. iiij. volum. tenendo inquam istam partem dicit Aretin. in l. planè. §. si duobus. v. & vj. col. de legat. j. quòd in puncto iuris verior est opinio, * quòd fi- 4
liæ faciant partem, quando ex statuto excluduntur & debent habere dotem: & quòd filia augeat numerum filiorum videtur tenere Corneus consilio cxcvij. iiij. colum. j. volumi. & pro hac sententia allega. Baldus in l. vnica. §. in primo. C. de caducollen. & dicit etiam ibi, quòd hæc opinio videtur æqua, licet sit contra communem secundum eum, & loquitur tam in dote constituenda quàm in constituta. Paul. de Castr. in l. planè. §. si duobus.

de legat.j. v.col. ponit casus plures: primus quando filia est exclusa per statutum stante masculo: & dicit eam tantum pro mortua. & non facere partem secundus: quando est exclusa per renuociationem factam viuo patre in locis in quibus non est dictum statutum, & dicit haberi etiam pro mortua: & non facere partem tertius: quando renunciauit mortuo patre intelligendo in locis prædictis: & tunc distinguit, an renunciet fratri, an hæredi vniuersali, vide ibi. Secunda opinio est io totnm contraria: videlicet quòd filia exclusa per statutum à successione per masculos, nullo modu faciat partem, etiam ratione dotium sibi ex statuto debitarum: & hoc tenet Bald. in l. Papinianus. §. vnde si quis. ff. de inof. test. quẽ sequuntur ibi Ang. & Raph. & Aug. in ea. l. §. quoniã quarta. qui dicũt per gl. ibi, ꝙ staote statuto, quòd filia fœmina non succedat, nisi in sola dote: si quæreretur quãta erit legitima masculi, respondent, quùd dos filię detrahetur, vt æs alienum: vt in ead. l. §. quarta. & de toto residuo filius debet habere tertiam pro sua legitima non iure accrescendi, quia portio filiæ non est defecta, imò admittitur ad partem: & hac consi-
5 deratione faceret partem: sed ratio est, * quia filius esset ab intestato totum laturus excepta dote: & legitima mensuratur secundum successionem intestati: vt est casus ibi in textu & gloss. & aduer-
6 tendum, * quia hæc opinio videtur loqui quando filia non reperiretur dutata tempore mortis patris: dum in ea dicitur, quòd portio filiæ detrahitur vt æs alienum. idem tenet Ang. & Imol. in l. planè. §. si duobus. ff. de legat. j. Angel. in l. vnica. §. in primo. de caducis tollendis. & in authentic. nouissima. & in cunsil. ciij. incipienti, statutn cauetur si quis decesserit. & in cons. clxxj. inci. statuto ciuitatis Cortsanæ cauetur. & Ro. in dicto §. si Titio. & pro hac secunda opinio facit consilium quoddam collegij Paduani, de quo loquitur Cacialupus. & Sozin. in quodam consilio impresso post titulum de exceptione rei iudic. quod incipit, factum super quo petitur: in quo deciditur sorores ita exclusas non computandas in numero filiorum quo ad considerationem legitimæ: sed haberi pro mortuis, & incapacibus, vt extraneas: & non successibiles: & quod etiam dotes non sunt deducendæ, vt æs alienum: sed considerandæ, vt legatum factum extraneo: & dicunt Cacial. & Sozinus vbi suprà, quòd quando cogerentur indicare de iuris rigure essent procliui io hanc opinionem. & Albertus Brunus in tract. de stat. exclu. fœminas. argu. xiij. vj. col. dicit ita fuisse iudicatum per dominum Ioan. Iacob. Triuultium in quadam causa Hastensi, consulente dumino Ioanne Campegio: & quòd hæc opinio videtur sibi verior & tenenda, quia dos non succedit loco legitimæ secundum eum, licet alia opinio videatur æquior. & dicit Aretin. in dicta l. planè. §. si duobus. vj. colum. quòd ista videtur opinio communior. Tertiò pono opinionem Pauli de Castr. in dicta l. huiusmodi. §. si Titio. ij. colum. qui in casu quo pater habens vnum filium masculum, & vnam fœminam dotatam testatur, & instituto filio grauat eum de restituenda hæreditate loco pio post eius mortem, & illo mortuo hæres vellet detrahere legitimam, & sic tertiam totius: locus autem pius dicit, quòd ipse non erat solus: sed habebat sororem, & sic legitima erit tertia dimidiæ, dicit post Angel. in dicta l. Papinianus. §. vnde si quis. illum sequendo, quòd filia faciat partem quatenus habuit pro dote & non vltra: vnde dicit ipse, pone, quòd tertia valebat cccc. babuit filia centum in dotem, totum residuum, & sic ccc. erunt hæredis filij per illum textum in dicta l. Papinianus. §. vnde si quis. vbi dicit esse casum si bene consideretur in computatione: tamen debet tota dos in patrimonio computari, & videri quanta sit tertia totius computata dote: & subdit videri etiam, quòd ista filia cum non excludatur in totum, augeat numerum filiorum, vt si sunt quatuor masculi, & vna fœmina, legitima sit dimidia omnium bonorum, sicut dixit de tota tertia, quæ tota pertinebit ad masculos, deducta dote, sicut dixit de tertia: sed si non augeret numerum, legitima esset tertia, in auth. nouissima. C. de inoffic. testamen. & hanc opinionem in effectu videtur Paul. de Castr. approbare in consil. ccliij. incip. quoniam fundamentum. iij. colum. dicens, quòd filiæ, quæ non totaliter excluduntur à bonis paternis propter masculos, sed debent dotari: non potest dici, quòd habeantur pro mortuis seu extraneis, sed quòd portio eis debita ab intestato redacta sit ad dotem, & si quid vltra sit, totum pertineat ad masculos, iuxta not. in l. sancimus. C. de nupt. sicut igitur hoc est in tota portione intestati, cum testamentum factum non est: ita dici debet in portione ipsius portionis, id est, in legitima, si factum est testamentum. ff. de rei vendica. l. quæ de tota. cum similib. Et ex hoc dicit, quòd facto testamento, & institutis masculis vel extraneis vniuersaliter, licet fœminæ sint præteritæ, non rumpunt testamentum: ex quo à successione repelluntur: tamen faciunt numerum, vt faciant legitimam inter omnes esse dimidiam: si sunt vltra quatuor: qua dimidia inter omnes æqualiter diuisa tam masculns quàm fœminas, videbitur an portio tangens fœminas sufficiat ad dotem vel non: & si sufficiat, in dotem computatur: si dos non est tanta quanta est portio legitimæ, residuum accrescet masculis, sicut residuum totius debitæ portionis ab intestato: cum statutum velit eas contentari dote: si vero non sufficiat, vt plurimum contingit secundum consuetudinem loci, & qualitatem personarum, tunc quatenus deficeret ad dotem, deberet extrahi de alia dimidia hæreditatis: non autem deberet aliquid detrahi de portinne legitimæ debitæ masculis &c. Et ad quæstionem nostram facit, quod not. Aretinus in l. j. in fine. C. quando non peta. par. dicens, quòd aut filia debet dotari: & tunc faciet partem aliis, & auget legitimam: per illud enim, quòd filia minus recipit quàm sibi de iure debeatur, impinguatur legitima filiorum, quia non videtur totaliter exclusa: cum dos succedat loco legitimæ: licet non per omnia, secundum not. in l. sancimus. C. de nupr. & quia non est verisimile, quòd lex voluerit respectu eiusdem personæ grauare patrem duplici præstatione. l. Titia. §. qui in vita. de leg. ij. vnde sicut filia ipsa succedens impntaret sibi dotem in legitima. l. quoniam nouella. C. de inofficio. testamen. ita & ille, qui venit ex persona

sona sua per ius accrescendi vellet venire: & ista ratio vigeret secundum eum, quatenus dos concurreret cum legitima, vel excederet, & credit idem si esset minor, ne dicamus, quòd pro parte sit locus iuri accrescendi, & pro parte non in vna & eadem re, respectu eiusdem iuris. argument. l. eum qui hæres. ff. de vsucap. & quod not. Bartolus in l. centurio. de vulgar. & pupillar. & in quantum Aretinus suprà dicit dotem succedere loco legitimæ, idem in dicto §. si duobus. vj. col. dicit, quòd in hoc secutus est in dicta l. j. quando non pet. par. Salycetus in dicta l. sancimus. C. de inoffic. testam. licet eum non allegauerit: & cum magnificus Galeatius Caraccinlus decessisset superstitibus sibi octo filiis, videlicet, tribus filiabus per eum maritatis, & dotatis, ac quinque filiis masculis: & vnum ex eis scilicet Abbatem Lælium instituisset in legitima hæredem, alios masculos vniuersaliter, vt dictum est: & oriretur dubium antedictum, si in legitima dicti Abbatis Lælij facerent partem præfatæ tres fœminæ, sacrum Consilium, quo ad hoc primum dubium elegit iudicium in modum qui sequitur: & priusquam dicamus sacri Consilij iudicium, dicamus secundum dubium: quod secundum dubium erat, an dominæ Elionoræ præfatæ filiæ quondam Galeatij mortui post patris obitum succedere posit dominus Abbas Lælius vnà cum aliis fratribus, & super vtroque puncto sacrum
7 Consiliũ ita votauit hoc modo 21. Maij 1520. * Visis dictis duobus punctis, & scripturis cum eisdem exhibitis: quo ad primum videtur dictis magnificis dominis de sacro Consilio quòd legitima debita præfato Reuerendo Abbati Caracciolo, & sibi relicta per quondam magnificum Galeatium caracciolum patrem communem eorundem in eius testamento, sit & esse debeat decima sexta pars bonorum hæreditatis dicti quondam magnifici Galeatij: in cuius hæreditatis computatione, & dictæ legitimę deductione habeatur ratio de dotibus datis tribus sororibus eorundem fratrum filiabus dicti quondam magnifici Galeatij in vita ipsius. Et cum inter eosdem fratres esset differentia de vita & militia. sacr. Cõsilium declarauit præfatum Ni-
8 colaum Antonium primogenitum teneri * ad soluendam d. vitam & militiam Marcello, Fabio, & Lucio suis fratribus pro vita & militia quolibet anno quintam partem medietatis fructuum. & redditum terræ vici, & medietatis lacus de Barano, & hoc in anno 1521. 27. Aprilis. credo, quòd hoc
9 tempore Abb. Lælius decesserat. * Quò verò ad secundum punctum de successione quondam magnificæ Elionoræ communis dictorum magnificorum fratrũ sororis & filiæ dicti quondam magnifici Galeatij, videtur de iure dicendum, quòd dictus reuerendus Abb. admittatur ad successionem in hæreditate, & bonis eiusdem quondam magnificæ Elionoræ vnà cum fratribus præfatis suis, diuidendo dictam hæreditatem inter eos per partes æquales: ita quòd dictus reuerẽdus Abb. habeat de ea integram quintã portionem: & ita, vt præmittitur, videtur dictis magnificis dominis de Cõsilio.

SVMMARIVM.

1 *Filia fœmina in bonis sitũ extra districtum Neapol. succedit vna cum masculis: secus in bonis sitis in ciuitate Neapoli. iuxta earum consuetudines.*

2 *Ecclesia extra territorium Neap. verum gaudeat in successione consuetudinibus Neap.*

3 *Fœminæ de iure communi succedunt vnà cum masculis.*

4 *Renunciatio successionum facta per mulierem bene clausulata, inter quas sunt verba, ex linea auita: vtrum complectatur successionem auunculi. & nu. 47.*

5 *Linea est collectio personarum ab eodem stipite descendentium continens gradus, & distinguens numeros: & prædicatur de tribus speciebus, scilicet descendentium, ascendentium, & collateralium.*

6 *Linea recta, non autem transuersalis, intelligitur, cum facimus mentionem in dubio de linea.*

7 *Linea aui paterni dicitur illa, cuius auus paternus est caput: & ab ipso tanquam à fonte procedit.*

8 *Expressum particulariter non continetur sub verbis generalibus.*

9 *Verba debent interpretari iuxta loci vsum.*

10 *Pactum de futura successione viuentis certo modo disponenda an non valeat: & firmatur iuramento: & an possit fraus inesse.*

11 *Præsumitur quisque decessisse sine liberis, nisi contrarium probetur.*

12 *Agnatus proximior petens hæreditatem defuncti, habet intentionem suam fundatam: etiam si non sit probatum agnatum sine liberis decessisse.*

13 *Renunciatio successionum generalis an complectatur successionem viuentis in fraudem: cum solus erat coniunctus inter contrahentes.*

14 *Renunciatio qualibet futura successionis habet in se tacitam conditionem si deferatur.*

15 *Filia minor passa se à patre, vel fratre dotari, vnde priuatur à successione dotantis in feudo, an restituatur facta maior infra quadriennium.*

16 *Emens ad vitam suam, & etiam alterius annuum redditum, non facit contractum vsurarium ratione incertitudinis redditutum.*

17 *Spes potest in contractum deduci: in qua non habet locum deceptio vltra dimidium iusti pretij.*

18 *Successio futura ab intestato non debetur etiam spe.*

19 *Renunciatio generalis non extenditur nisi ad ius competens ex causa de præsenti.*

20 *Restitutio vtrum competat mulieri aduersus renunciationem propter enormem læsionem stantibus clausulis instrumentorum, & iuramentis, quorum obtinuit habilitationem.*

21 *Dolus re ipsa & dolus ex proposito æquiparantur.*

22 *Mulier, & rusticus tantum præsumuntur ius ignorare: secus in aliis personis. quid de minore. nu. 30.*

23 *Simplicitas præsumitur in rustico, muliere, & minore.*

24 *Læsio multum excessiua vltra dimidiam iusti pretij*

tij an validetur iuramento.

25 *Absolutio à iuramento num concedatur ratione læsionis enormissimæ.& nu.26.*

27 *Iuramentum præstitum super actu ab humana lege prohibito, si seruari potest sine interitu salutis æternæ, est omnino seruandum.*

28 *Absolutio à iuramento concedi debet, quando eius obseruantia sit instrumenta peccati ex parte recipientis ex proposito sine re ipsa.*

29 *Iuramentum facit vt quis præsumatur magis deliberate ad actum accedere.*

31 *Insinuatio an requiratur in donatione, vbi est iuramentum.*

32 *Timor aut reuerentia vtrum sufficiant ad rumpendam renunciationem. quid de minis, aut verberibus.*

33 *Principis iussus, aut patris imperium an indicant iustum metum.*

34 *Vendens aut remittens rem magni valoris Tyranno pro minimo pretio restituetur.*

35 *Læsio enormis, sexus fragilitas, minor ætas, & reuerentialis timor vtrum sufficiant contra renunciationem.*

36 *Testis deponens id in quo plurimum laborat, ratio intellectus quantunque consistat in facto, puta ebrietas, furiositas, non facit fidem, nisi assignet causam concludentem ex sensu.*

37 *Impetrans iuramenti absolutionem, vel habilitationem in renunciatione, an debeat asserere seductionem, & circumuentionem.*

38 *Solitum & consuetum faciens non videtur lædi.*

39 *Notarius simpliciter rogatus, intelligitur rogatus cum clausulis consuetis.*

40 *Maior iurans non conuenire ratione læsionis enormissimæ contrauenire poterit.*

41 *Testamentum si continet verbum &c. Notarius non potest per hoc verbum apponere clausulam codicill.*

42 *Clausula ex certa scientia, & clausula donationis posita per renunciantem an sint attendenda tanquam posita ex consuetudine Notariorum.*

43 *Renunciatio exceptioni doli mali, condictioni indebiti, & omni legum auxilio quid operatur.*

44 *Pecuniam recipiens pro faciendo eo, ad quod gratis tenebatur, turpiter recipit.*

45 *Transactio non rescinditur per enorme damnum: limita vt ibi.*

46 *Absolutio iuramenti conceditur contra recipientem cum peccato iuramentum.*

DECISIO CLIX.



IN CAVSA magnificarum Hippolytæ Carraphæ, & Camillæ Carraphæ contra dominum Ducem Montis Draconis, dominum Ioannem Vincentium, & dominum Federicum earum fratres vtrinque coniunctos, susceptos, & procreatos ex magnificis quondam domino Loysio Carrapha, filio quondam domini Antonij senioris, & domina Bernardina de marra sorore, vtrinque coniuncta quondam domini Eligij de marra Comitis Aliani super portione hæreditaria eas tangente in bonis dicti quondam Comitis Eligij communis auunculi mortui ab intestato, & quondam domini Hieronymi carraphæ communis patrui fratris dicti Loysij. Et quidem quo ad successionem dicti Hieronymi nulla fuit facta dubitatio: ex quo consuetudo ciuitatis Neapoli. si quis vel si qua. in fine, loquens de successione collateralium dicit, ita quòd si inter ipsos nepotes, & pronepotes, & deinceps fratrum præmortuorũ sint fœminæ, quæ habeant fratres consanguineos, ipsæ mulieres à præmissa successione excluduntur: cum fratres ipsas habeant maritare scilicet in successione ascẽdentium iuxta consuetudinem, vt superius dictum est. & postea in consuetudine. quod autem dicitur, & in præmissis, appellatione fratris soror non continetur. Quò vero ad successionem * Comitis Eligij, 1
cuius bona erant sita extra territorium ciuitatis Neapoli. in quibus non vendicabat sibi locum dicta consuetudo secundum Neapolitan. in proœmio consuetudinum. in glo. in verbo districtum: qui etiã in consuetudine, si moriatur. in verbo facultates, dicit, ꝙ filia fœmina in bonis sitis extra districtum succedit vnà cum masculis, & etiam in consuetudine, si quis vel si qua. in verbo, in bonis omnibus. dicit, quòd coniuncti ex parte patris & matris mistim succedent in bonis defuncti sitis extra territorium. Sic quoque idem Neap. in consuetudine, si ecclesia, de iure congrui. in glossa prima. versiculo, sed an intelligatur, dum quæritur * an ecclesia extra territorium Neapoli. 2
gaudeat illa consuetudine, subdit debere considerari, vbi res sitæ sunt: & facit glossa Neapolit. in consuetudine incipienti, idem instrumentum. in verbo, gesta. vltima columna, in titulo de instrumentis confectis per curiales Neapolitan. & in consuetudine instrumentum emancipationis, in glossa, in verbo emancipationis, eodem titulo; & in consuetudine prima, in glossa fina: in titulo; in quibus rebus habeat locum quarta. Quo ad ista inquam bona ascendentia ad summam sexaginta ducatorum fuit maximè dubitatum: actrices habebant intentionẽ earum fundatam ex iure sanguinis, & agnationis, secundum * quod æqua- 3
liter cum masculis admitti debebant per legem, maximum vitium. C. de liberis præteritis. & institut. de exhæredatione liberorum. §. nostra verò. & in l. lege duodecim tabularum. C. de legitimis hæredibus. & institut io. de leg. agnat. succes. §. nos verò. in verbo, hoc etiam. ibi, sed etiam germanæ consanguineæ, vel sororis vterinæ filius, & filia. Sed contra has opponitur, quòd ambæ renunciarunt dicto Duci omnibus successionibus, vt in instrumẽtis dictarum renunciationũ; in quibus inter cæteras sunt clausulæ, vt infra. Circa easdem * renunciationes occurrit dubitari de 4
infrascriptis. Prima dubitatio, quoniam dicunt actrices, quòd in his renunciationibus non venit successio Comitis Aliani: non enim potest venire dicta successio, nisi sub his verbis, quæ in prædictis instrumentis percipiuntur, seu leguntur, videlicet: cedens propterea &c. omne ius &c. in & super bonis eiusdem &c. iuribus, hæ-

redis

reditatibus, & successionibus paternis, maternis dotibúsque maternis, fraternis, & auitis vtriusque, ac successionibus, & excadentiis quibuscunque sibi deuolutis tam ex testamento quàm ab intestato vsque in praesentem diem, ac de caetero deuoluendis ab intestato tantum tam ex successione haereditaria, ex linea paterna & materna, quàm fraterna, & auita vtriusque, vt sic illa ver. ex linea auita, videatur includere successionem Comitis Eligij, qui descendit à Comite Guilelmo auo materno ipsarum: sed secundum eas hoc stare non potest.
5 Nam secundum eas, linea * est collectio personarum ab eodem stipite descendentium continens gradus, & distinguens numeros: prout diffinit Ioannes Andreas in arbore consanguinitatis, in margine: & ista licet sit descriptio lineae in genere tamen praedicatur de tribus speciebus, videlicet descendentium, ascendentium, & collateralium secundum Ioan. Andr. in loco praeallegato. stante ergo varietate & diuersitate linearum, quam facit Iurisconsult. in l. Iurisconsul. per totam. ff. de gradibus. & Imperator in institutio. de gradi. in princip. & in §. j. per quam apparet, quòd patruus, & auunculus sunt de linea transuersali: vt in §. tertio gradu. versicu. sed ex transuerso, eod. titul. institut. de gradi. sequitur, quòd sub linea auita ipsi patruus & auunculus non continentur. Sed tantum hi, qui per directum ab auo ad istas neptes renunciantes attinent: auunculus autem non per directum, sed ex transuerso, vt dictum est nepoti coniungitur. & propter Bald. consilio cclxxj. incipien. testamento
6 cauetur. in iij. volumin. dicebat, * quòd cum facimus mentionem de linea, in dubio intelligimus de linea recta, non de inflexa, vel obliqua, prout est transuersalium. argumen. ff. de vulg. & pupilla. l. qui liberis. in §. haec verba. Ad iu contrarium primò facit: nam negari non potest, quòd licet isti neptes & nepotes non sint de directa linea Comitis Eligij, tamen ipse Comes videtur esse de linea auis ipsorum nepotum suorū directa: quia ab ipso auo descendit: ideo Bart. in quodam consilio non impresso incip. non idem in quaestion. praedicta: quem refert Sozin. consil. xxxij. j. volumin. nouorum, v.
7 colum. inquit: * quòd linea aui paterni dicitur illa, cuius auus paternus est caput: & ab ipso tanquā à fonte procedit: vt ff. de verborum significatio. l. pronunciatio. circa finem. ibi, sicut dicimus familiam Iuliam, &c. & propterea loquens de fratribus natis ex duobus fratribus consobrinis seu patruelibus: qui fratres ita habent duos auos, & vnum proauum communem: tenet, quòd non potest dici, quòd alter istorum sit ex linea aui paterni alterius: ex quo non descendunt ambo ab vno auo paterno, sed ab vno proauo: quasi quòd si ab vno auo paterno eodémque ambo descenderent: quilibet eorum quo ad alium diceretur de linea aui paterni alterius: vt sic sit in casu nostro, cum Comes descendat ab auo suorum nepotum: ergo est ex linea auita nepotum praedictorum: & cum Bart. in allegato consilio sentit Bald. consilio clxij. iij. volumin. incipien. praemisso dicto statuto. Secundò facit: nam si non comprehendimus Comitem in dictis verbis: & vellemus sumere eos, qui veniunt per lineam, quae de directo ab auo, contineat nepotes: non posset haec esse, nisi mater: & de successione matris iam est cantum nominatim in renunciatione. si ergo cautum est de successione materna, illud * quod est expressum non continetur sub 8 verbis generalibus: sicut dicimus in pupillari substitutione, quae non continetur in vulgari, quando exprimitur: l. cum ex filio. §. fina. ff. de vulga. & pupilla. facit ff. de verborum obligatio. l. doli clausula. & l. stipulatus. §. commodissime. & de poen. l. sancio. si ergo successio matris non continetur, nihil operaretur ista renunciatio quo ad venientes ex linea auita vt ergo operetur videtur dicendum: vt contineatur successio Comitis Eligij.
Tertiò facit: nam instrumenta dictarum renunciationum facta fuerunt inter Neapolitanos per Notarium Neapolitanum item vnum eorum in ciuitate Neapolit. item capitula matrimonialia, per quae, seu quorum vigore ad ipsas renunciationes ductum est, fuerūt stipulata in ciuitate Neapol. sed secundum * vsualia verba Neapol. sub li- 9 nea materna veniunt coniuncti, supra j. & ex latere. ita Neapolita. in consue. si quis vel si quis in gloss. in versicul. linea. in principio. interpretatur versicul. linea: vnde si successio Comitis non veniret sub linea auita, veniret sub renunciatione successionum lineae maternae. Secunda dubitatio: quòd ex alio capite successio praedicti Comitis non videatur translata in fratres est: ex quo Comes ipso viuebat: vnde * pactum de futura illius 10 successione certo modo disponenda non valet: nec firmatur iuramento. vt in l. fin. cum ibi not. C. de pact. Ad in contrarium facit text. in l. tertia. §. de illo. ff. pro socio. vbi habetur: quòd si inter socios fieret pactum siue conuentio: quòd si qua iusta haereditas alterutri obuenerit sit communis: valeret pactum, & intelligetur, seu effectum habebit in successione ab intestato: & per illum text. dicit Bartol. post gloss. in dicta l. fina. quòd valeret pactum de futura successione hominis incerti: & Iason facit ibi de illo. §. quartam limitationem ad dictam l. fin. in casu nostro ita videtur esse: nam est facta renunciatio in genere. Et si di- 11 ceretur dictam renunciationem generalem esse factam in fraudem. §. de illo. cum per plures testes appareat, & etiam ex articulis conuctorum: quòd fuit tempore renunciationis cogitatum: quòd ad renunciantes spectabat magna Comitis Aliani successio, vt sic succedat id, quod nota. Bald. in dicta l. finali quartae principalis quaestionis. volens quòd per §. de illo. posset committi fraus contra illam l. hoc modo, videlicet quòd in pacto non fiat mentio certi hominis: quanquam in mente contrahentium sit de certa persona, & quòd si posset ista fraus probari, non valeret pactum, vt ff. de legibus. l. fraus. Respondere posset, quòd de ista fraude non constat: nam ad eam fundandam opus fuisset probari, quòd partes intelligebant vt renunciaretur haereditati Comitis, & quòd nihilominus ad renunciationem validandam: & hunc ad finem fiebat renunciatio generalis, quod non est, nec potest esse in casu nostro: cum actum sit, quòd renunciatio fiat generaliter, prout facta est: vt apparet in capitulis matrimonialibus non ad validandam particularem: sed ad essentiam

Ipsius generalis. Et si diceretur, quòd ex linea auita renunciantium non erat alius coniunctus, nisi Comes Eligius: nõ enim apparet, nec probatum est, quòd ex Comite Guilelmo auo communi sint procreati alij quàm Eligius, & Berardina mater istorum: vnde istæ, quæ dicunt Comitem Guilelmum non habuisse alium filiũ, nec superesse alium coniunctum ex linea auita, videntur habere intentionem suam fundatam de iure: per ea quæ no. Bartol. in l. qui duos. in §. cum in bello. & in l. quod de pariter. pen. colum. de reb. dub. vbi voluit per tex.
11 in l. ex facto §. si quis autem. ad Treb. quòd is * qui dicit aliquem decessisse sine liberis, habet intentionem fundatam in iure communi: & quamuis aliqui docto. teneant contra Bartol. prout sunt Angel. domin. Alexand. & Herculanus in d. §. si quis autem. tamen ipsi loquuntur quando semel apparuerat illum, quem volumus præsumere decessisse sine liberis, habuisse liberos: ex quo præsumuntur viuere, nisi is qui allegat cõtrarium probet: tamen in casu nostro nusquàm apparet aliquando fuisse aliquos coniunctos Comiti Eligio: vnde succedit id, quod not. Sozi. in d. §. in bello. qui ponit quinque casus: & postea dicit quintum & vltimum casum, quando non probaretur, quòd filios habuisset grauatus: quia allegatio, quòd est mortuus sine filiis, de necessitate concordat cum qualitate status hominis à principio: igitur qui contrarium dicit habet hoc probare: per regulam Bartol. in l. si prius. iiij. oppo. iij. partis. de no. ope. nnuc. & Bald. in l. ex persona. C. de probat. & hoc quod dixi comprobatur ex his quæ not. Alexand. post Cu. in l. is potest. vij. colum. de acquiren. hære. vbi concludit, quòd agens quis vt cognatus alicuius peti. hæred. contra possessorem, etiam si non probet se proximiorem esse, vel alium proximiorem non esse, obtinebit: ex quo habet intentionem suam fundatam probando se esse in gradu successibili: sed aduersarius secundum eum debet probare illum non esse proximiorem. Comprobatur etiam per Alexan. consil. xx. vltim. colum. primo volumin. vbi dicit,
12 * quòd is qui tanquam proximior agnatus petit hæreditatem defuncti habet intentionem fundatam: etiam si non sit probatum agnatum sine liberis decessisse. per d. §. si quis autem: & Alexand. in consil. ij. vltim. colum. ij. volumi. dicit, quòd in iudicando non esset recedendũ ab opinionibus tantorum virorum, scilicet Bart. & Angel. in d. §. cum in bello. & cum Bartol. ibi simpliciter tenet Paul. de Castr. in d. §. si quis autem. & Sozin. in d. §. cum in bello. & facit Iason in l. fin. §. licentia. C. de iur. delib. vbi cumulat plures facientes ad probãdam negatiuam, & inter cæteras ponit, quòd in contingentia facti ipse vsus fuit practica, & obtinuit ad probandum, quòd defunctus erat aliquis nullis relictis filiis: vt allegat hoc corroborando ex notatis per glos. in l. cum de le. ff. de probatio. si ergo diceretur, quòd ex quo ex dicta auita linea nõ erat alius, de cuius successione intelligi potuisset, præter Eligium: de illo tantum videtur intellectum & actum, & consequenter non sumus in §. de illo. sed in d. l. fin. D. de pact. vt per hoc videatur renunciatum successioni hominis certi, non autem incerti: per ea quæ not. ac singulariter tradit Aret. in d. l. fi. ij. columna. vbi ad limitationem dicti §. de illo, *dicit forte posse hoc limitari, vt intelligatur non 13 procedere, quando pactum ad vnum tantùm hominem verisimiliter referri posset, vt quia vnus tantum erat coniunctus, per text. in l. ij. ff. de lib. & posthu. iuncta l. j. & per not. per Bartol. in l. ij. ff. de appel. recip. & pro limitatione Aretini adduci possent multa facientia posita per Iaso. in ea. l. j. & per Felin. in cap. Rodulfus. ij. colum. de rescrip. vbi facit multas illationes ad propositum de text. in l. fundus qui locatus. de fundo instructo. Ad hoc posset responderi primò, quòd licet tunc temporis non fuisset alius quàm Eligius: tamen poterat esse, quòd ex Eligio procrearentur liberi: ex quo habebat vxorem, & ambo erant in ætate procreandi liberos. Secũdò: nam prout per aduocatos conuentorum deductum est, si non valeret renunciatio successioni Comitis Eligij sub linea auita: ex quo in ea nõ erat nisi ipse: tamen valeret apprehendendo eum sub linea materna, quę considerari potest sursum, deorsum & ex latere: vt cõsiderat & intelligit Neap. in cõsuetu. si quis vel si qua, in ver. linea. prætereaquo ad do. Camillam, quæ in sua renunciatione se ampliat ad alias successiones per illa verba: & ex aliis & quibuscunque iuribus, & successionibus tam ex testamento quàm ab intestato, vt superius dictum est: posset præfati Comitis Eligij hæreditas venire sub illis verbis, & ex aliis & quibuscunque, &c. Tertia dubitatio est: an ex istis renunciationibus præfatæ Dominæ censeantur enormiter læsæ. quòd sic facit: Nam præsupposito, quòd dominę Hippolytę debita fuerint ducatorum tria millia legata sibi in testamento auito: præsupposito, quòd dominæ Camillæ debita fuerint aliatria millia ratione paragij sibi legati per auum, & quòd paragium non sit minus: præsupposito etiam, quòd cõmenda duca. ccccc. vnicuique ipsarum data processerit ex dispositione auiæ earum paternæ, nihil à fratribus habuerunt: cuius respectu iam amplas renunciationes facere debuissent. Et si dicatur, quòd ratione paternorum læsæ non fuerunt: ex quo portio, quæ eas tangere potuisset de bonis patris earum do. Loysij: quę bona consistebant in hæreditate domiuæ quondam Comitissæ Aliani: quæ ipsum Loysium hęredem instituerat: non ascendebant ad magnam summam: non enim apparet, quòd excedant summam ducatorum viij. respondetur, quòd satis læsæ sunt, cum de dicta summa nihil ad eas vere peruenerit. Et si dicatur, quòd ratione maternorum non sunt læsæ, quia nihil apparet, quòd ex matre processerit: hoc concedi posset. Et si dicatur, quòd ratione successionis domini Hieronymi patrui, & fratrum non sint læsæ, quia consuetud. Neapolita. excluduntur, vt suprà dictum est: hoc concedi posset. Et si dicatur, quòd ratione successionis Comitis minimè fuit læsæ, ex quo erat illa quædam spes vana, & non considerabilis: vt declarat Barto. in l. prima C. de pactis. & in l. qui superstitis. de acquiren. hæreditate. in secunda columna. vnde Corneus consilio ducentesimo sexto, tertio volumine. nona columna. in filia, quæ viua matre, & consentiente renunciauit fratri maiori bonis paternis, & maternis, dicit, quòd donauit quandam spem,

quæ erat minimo pretio æstimanda: & quòd minima res censetur donata: nam poterit secundū eum mater ipsam priuare legitima supradicta. item poterit contingere, quod illa præcederet. Bartol. in l. si quis cum aliter. de verbor. obliga. tenet, quòd in rescindenda transactione per remedium l. secundæ. de rescinden. vend. non debet haberi respectus ad veram æstimationem rei: sed ad æstimationem dubietatis litis: vide Alexand. ibi. ij. & iij. columna. Ad hoc posset respōderi, quòd debeat haberi consideratio de hæreditate Comitis, quòd tempore renunciationum valuerit quantum nunc tempore mortis: vt ex hoc inferatur ad læsionem enormem, & perinde censeri debeat, ac si tempore renuncia-
14 rionis delata fuisset: * omnis enim renunciatio futuræ successionis habet in se tacitam cōditionem, si deferatur: vt considerat Imol. in d. l. qui superstitis. ij. colum. de acquir. hære. eo quòd in vita etiam patris filia non habet ius succedendi: vt not. in l. fi. ff. de libe. agnos. & Sozi. consil. clxxxiij. j. & ij. colū. dicens, quòd si illa tacita conditio non eueniret, renunciatio habetur pro non facta: sicut dicimus in stipulatione pure facta animo nonandi obligationem conditionalem: quia stipulatio habet tacitam conditionem, si veniat conditio obligationis nouandæ: ideo si conditio illa deficit, stipulatio habetur pro non facta. l. quoties, ad fin. ff. de noua. adueniente itaque casu delatæ successionis videtur aduenisse conditio: sed sic est quòd in contractibus conditio retrotrahitur quo ad omnia, quæ habuisset, quis, si contractus fuisset pure celebratus, & sic quo ad commoda, & incommoda. l. necessario. §. quòd si pendente. de peri. & commo. rei vendi. not. Bartol. in l. si is qui pro emptore, xx. colum. quinta principali. q. facit l. sub conditione, de solut. l. qui balneum. §. j. l. potior. qui potio. in pigno. hab. ideo Sozi. in d. consil. clxxxiij. colum. dicit, quòd renunciatio censetur collata in tempus, quo defertur hæreditas sub conditione, si deferatur: & sic adueniente casu delationis eo instante defertur, & per renunciationem præcedentem abdicetur: sicut in simili in dicta l. sub conditione: adeo quòd secundum eum in iij. colum. ibi quando quis renunciaret donando omnia bona sua & futura, quæ habere sperabat in hæreditate paterna, non videtur tunc donare spem succedendi, quia non potest fieri, ex quo talis spes non est considerabilis: vt declarat Bartol. in l. is potest. de acquirend. hæred. ij. & iij. columna. & in l. fin. C. de pact. sed videntur donata bona hæreditaria post successionem quæsitam: vt dicit Bart. in d. l. is potest, ij. colum. ad intellectum d. l. iij. §. de illo. & sic erit pactum hęreditatis iam quæsitæ, postquā est successum certo modo disponendo: quòd licet sit reprobatum in specie. tamen in genere non est reprobatum: per dict. §. de illo. Et pro hac retrotrahitione facit quod not. Andr. in capit. primo. in princi. xvj. columna.
15 de natu. succe. feud. qui voluit, * quòd quando soror, vel filia minor passa esset se dotari à patre, vel à fratre, ex qua dotatione resultat priuatio succedendi ipsi dotanti in feudo, iuxta constitut. vt de succe. in §. filiæ. poterit infra tempus statutum, id est infra quadriennium post maiorem ætatem petere in integrum restit. aduersus illud, quòd consensit donationi: non obstante, quòd tempore, quo renunciabat, erat incertum an dotans decessurus fuisset superstite filio masculo, an verò non: illud enim incertum, quod aliàs faceret valere pactum, hoc casu non faciet secundum Andream. Nam secundum eum quædam sunt, quæ quando fiunt sunt incerta, sed ex posteriore euentu declarantur: & cum sunt declarata retrotrahuntur ad tempus, quo facta sunt. ff. de castrensi peculio. l. proponebatur. de reb. dub. l. quædā sunt. cum aliis per eum ibi adductis: sicut cōditione existente contractus fit purus à tempore, quo fuit initus: non à tempore, quo conditio extitit. d. §. quòd si sedente. & d. l. potior. Cum ergo dicit ipsa filia, vel soror, vel alia similis persona dotata consensit dotationi, licet incertum fuisset vtrum in hoc damnificaretur, vel læderetur, aut non, istud tamen incertum ex posteriori euentu declaratum est: quia non nato, vel non existente masculo ipsa in totum succederet: & hoc perinde haberi debet, ac si fuisset certum tēpore dationis dotis. Ad propositum licet attento tempore, quo actrices renunciarunt, erat incertum de successione Comitis, an fuisset moriturus cum liberis, vel cum testamento: non propterea hæc incertitudo defendet renunciantes à restitutione in integrum respectu læsionis, quæ postea apparuit ex euentu: quia Comes mortuus est sine liberis, & ab intestato. At contra istam retrotrahitionem facit ad propositum istius causæ: primò: quia ad hoc vt fiat retrotrahitio, extrema debent esse habilia, scilicet tam extremum à quo, quàm extremum ad quod: & dicitur extremum à quo extremum vltimum: sicut est in casu nostro tempus mortis Comitis: & extremum ad quod extremum primum, sicut est in casu nostro tempus renunciationum. vt declarat Bartol. in d. l. si is qui pro emptore. iiij. columna versiculo, & est ratio. & quòd extrema debeant esse habilia, no. Bartol. in dicta l. si is qui pro empto. iiij. colum. vbi hoc late probat, sed in casu nostro considerando tempus renunciationum illo tempore mater communis erat in medio: & si res consideretur, vt retrotrahatur tempus mortis ad tempus renunciationum, & sic detur læsio, hoc esse non potest: nam tempore renunciationum stante matre istæ erant inhabiles ad succedendum: vnde videamus an potius dici posit, quòd ponatur in medio quædam spes quæ saltem de facto potuisset esse de futura ipsius Comitis successione, in qua habeat fieri consideratio de ætate Comitis, ac potentia generandi. Idem de odio, quo prætenditur probatum, quòd Comes ipsos nepotes prosequebatur, item de aliis hincinde considerandis: & illa æstimatur, qua æstimatione facta secundum summam, qua æstimabitur, sciri poterit de læsione: & consideratio hæc fulcitur primò ex his quæ ponit Baldus in dicta l. prima. quarta columna versiculo. extra pon. C. de pactis. videlicet, quòd licet is qui sextantem soluerat ob defectum fideicommissi appareat læsus: tamen contractus remanet firmus: quia non consideratur euentus, sed principium contractus: tempore enim dati sextantis læsio non poterat apparere: ergo contractus firmus remanet. leg. si ea lege. ff. de vsuris. & in tantum hoc

hoc procedit, quòd etiam si soluens fuisset minor, non posset ex hoc tanquam læsus restitui, secūdum Salyc. ibi, quem refert Alexā. & sequitur allegando d. l. si ea lege. de vsu. & in l. si pater puellam. de inoffic. testa. & pro hoc adducit Alex. l. sing. de fideicommisso. de transactio. & si diceretur, prout dicit Salyce. d. l. j. iiij. not. quòd ideo remittens spem dubij euentus fideicommissi modico recepto non dicitur lædi: quia dubius euentus non minus respiciebat incommodum quàm commodum soluentis: ex quo poterat esse, quòd fideicommissum non deficeret: pro quo adducit l. pater filię. C. de inoffic. testa. & l. si ea. C. de vsu cap. Forte responderi posset ita esse in casu nostro, præsupponendo, quòd aliquid vltra paragiū dictæ sorores habuissent, prout infra fatetur. licet in d. Hippolyta hoc elici non posset: quia ab auo omnia mamilia sibi relicta fuerunt: nam si Comes Eligij testamentum edidisset, illud vltra paragiū fuisset in damno masculorum: quia nihil lucrati essent: & mulieres fuissent in lucro: quanquam etiam in d. Hippolyta potest forte adduci, quòd habuerit de fraternis mille ducatos, vt ipsa in iudicio per eam moto deduxit petendo illos de auitis sibi legatis. Fulcitur secundò d. consideratio ex not. per Bald. consil. cccxxxiiij. j. volu. incipiēte, quòd dictus annuus redditus: dum con-
16 suluit, * quòd emens ad vitam suam, & etiam alterius annuum redditum, non facit contractū vsurarium: quia à principio perceptio dicti annui redditus est incerta: & dubium huius incertitudinis faciet valere contractum, qui aliàs non valeret. l. si ea pactione. & l. cum feudum. C. de vsur. vide ibi Bal. Fulcitur tertiò: ex not. per Alexan. in d. l. j. ij. &
17 iij. colu... C. de pact. dicentem: * quòd spes potest in contractum deduci, vt in l. spem. C. de donat. l. nec emptio. ff. de contrahen. emptio. & ideo is, qui remittit spem non potest contrauenire, etiam si allegaret se deceptum vltra dimidiam iusti pretij. iuxta l. secundam. C. de rescind. vendi. & hoc operatur ista dubietas secūdum eum. Fulcitur quartò ex dictis per Andr. in d. capi. j. xvj. col. de na. succe. feud. qui inter quæstiones de quibus suprà, voluit, quòd quando filia, quæ fuit passa se dotari, fuisset maior, præiudicasset sibi: præterea ad illud Andr. in d. c. j. quidam mod. ibi in v. q. limitant Andręam procedere, quando mulier esset exclusa per dotationem: sed si exclusa esset per renuntiationem iuratam, & fuisset pubes, & iurasset non venire contra ratione minoris ætatis, iuxta authen. sacra. pub. tale enim iuramentum tunc excluderet ipsam filiam: & sic succederet fiscus, per not. in c. quamnis. de pac. in vj. & in l. stipulatio hoc modo concepta. de verb. obli. & hoc quando de paragio fuisset dotata secundum eum: secus si pro modico renuntiasset magnæ hæreditati. Quarta dubitatio est, & surgit ex nota. per Bartol. in l. qui Romæ. §. duo fratres. vj. questio. de verborum obligation. in l. quod seruus. in vltim. colum. de condi. ob cau. qui tenet, quòd quando quis renuntiat omne ius quod habet, & habere sperat, intelligitur hoc ex aliqua causa subsistente de præsenti, per dictā l. quod prouid. & l. primam, & secundam. de statu libe. & quòd ista est spes, quæ potest cedi. C. de dona. l. spem. & ideo secundum eum in hac generali remissione non videtur remissum ius succedendi ab intestat. & in d. l. quod proui. Bartol. ponit idem in eo, qui renuntiat omne ius quod habet, & habere posset. Sed ad istam considerationem posset respōderi, quòd non obtinet quando expresse est dictum, quòd renuntiat successioni ab intestato: illa enim euenire non potest, nisi ex causa de futuro, & valet quando fit in genere ista renuntiatio. per d. §. de illo. ita Bart. in d. l. j. C. de pact. in vltimo membro primę distin. dum dicit, quòd quando verba renuntiationis, vel pacti porrigerentur in futurum hoc modo. si quo tempore res ad me perueniret etiam ex causa de futuro, facio tibi pactum de non petendo, vel alia verba, &c. tunc illud pactum valeret per l. si rem meam. ff. de verbor. obliga. & facit secundum eum l. cum vir. cum ibi not. ff. de vsu. & quòd ita ample fuerit renuntiatum imputet sibi: in renuntiationibus de quibus agitur sunt hæc verba: cedens, &c. omne ius, &c. sibi competens, competentem, competiturum, & competituram, & quæ sibi competunt, & competere possunt, ac habet, & habere possset, &c. tam ex testamento, quàm ab intestato vsque in præsentem diem, ac de cætero deuoluendis ab intestato tātum: & si dicatur, quòd omnia prædicta intelligātur ex causa de præsenti, vel de præterito, responderi potest: ex quo hic expressum est de successione ab intestato, illa non potest venire ex causa de præsenti, vel de præterito. & licet Bar. in prima solutione ad primam oppositionem in d.
§. duo fratres. * dicat, quòd illud quod euenire pos- 18
set ex successiune ab intestato, non est debitum etiam spe, per tex. cum glo. in l. post emancipationem. de libe. lega. tamen ex Bartol. in d. l. j. de pact. colligitur, quòd potest renuntiari quando dicitur expresse, si quo tempore res ad me perueniet etiam ex causa de futuro, prout colligitur in isto casu per verba prædicta, & per id dum renuntiat successioni ab intestato, cui potest renuntiari saltem in genere per dictum §. de illo. licet in renuntiatione, de qua per Bart. in d. §. duo fratres. & l. quod serui. non veniat ex præsumpta volūtate partium. dicit enim in dict. l. j. quòd quando sumus in iure, quod nec re, nec spe debetur (sicut alibi dicit esse successionem ab intestato) possunt partes renuntiare per verba conuenientia: & ad hoc faciunt verba Alexand. in d. §. duo fratres. xxv. colum. vbi
ad illud, * quòd renuntiatio generalis non exten- 19
ditur, nisi ad ius competens ex causa de præsenti: esse aliam rationem quàm eam, quam ponit Bartol. videlicet, quia non videtur cogitatum de hæreditate ab intestato: quia super ea non potest fieri pactum: quoniam esset pactum de futura successione viuentis: quod est improbatum, vt in d. l. fin. In casu nostro non est improbatum pactum: quia in genere quo ad personas, & in specie est dictum ab intestato: Nec obstat, quòd est vana spes: tamen ista spes potest deduci in pactum expressum, secundum Bartol. in dicta l. prima C. de pactis quando diceretur ex causa de futuro: hic videntur esse dicta verba æquipollentia, imò magis specifica, scilicet, deuolutis & deuoluendis ab intestato. Quinta dubitatio, * esto quòd constaret de 20
læsione enormi per has renuntiationes: an stantibus clausulis instrumentorum, & iuramentis compe

competere posſit dicta reſtitutio ſaltem obtenta
habilitatione, de qua in proreſſu, quòd reſtitu-
tio competat, facit Anchara. in capit. quamuis. de
pactis. in ſexto. quem ſequitur Sozi. regula. cl. ſex-
ta limitatione: vbi voluit, quòd quando filia nulla
dote à patre ſibi data renuntiat patri cum iuramē-
to, poteſt contrauenire tanquam ſi ex propoſito læ
21 ſa eſſet, * cum dolus reipſa ſecundum eum, & ex
propoſito æquiparantur l. ſi quis cum aliter. de ver
bo. oblig. & idem in c. canonum ſtatuta xj. q. verſi.
quid dices de iuramento. in diſputa. incipi. cum c.
laicus. & in repeti. c. ea quæ. de reg. iur. lib. vj. tenet,
quòd quando mortuo patre filia renuntiat hære-
ditati paternæ aliquo ſibi dato, quod erat minus
dimidia hæreditatis, non habet locum. c. quamuis.
& debet ſaltem poſſe petere abſolutionem à iura-
mento: facit Ant. de Butr. in ca. cum contingat. in
quarto caſu de iureiur. vbi tenet, quòd quādo non
conſtaret, quòd quis doloſè non ſit deceptus, ſiue
ſit minor, ſiue maior, ſi deceptio eſt in magna quā-
titate, poteſt reſilire à contractu per ſua remedia
non obſtante iuramento: & quòd ad hoc non eſſet
neceſſaria abſolutio: quia cap. quamuis. & authen.
ſacra. pube. non habent locum, vbi eſt dolus: qui
non refert, an ex propoſito, an reipſa inferatur: ni-
ſi iuret quis non venire cōtra, ratione enormis læ-
ſionis: tunc enim in maiore operabitur iſta ſpeci-
ficatio: In minore non. facit Abb. in d. ca. cum con-
tingat. in quarto caſu. qui tenet idem quod Ant. de
Butr. & plus, videlicet, quòd non ſit differentia in-
ter maiorem, & minorem: & quòd etiam ſi maior
late verba conceperit læſione data ſaltem enormiſ
ſima, poteſt contrauenire, quia notarij ſolent ho-
die communiter apponere illa verba ad maiorem
validitatem contractus: contrahentes tamen pu-
tant illud eſſe verum pretium rei, nec in aliquo de-
cipi: vnde ſecundum eum ſicut poſſet quis contra-
uenire ſaltem petendo abſolutionem, vbi interue-
nit dolus ex propoſito: ita quando reipſa d. l. ſi quis
cum aliter. & hoc dicit verum, niſi in aliquibus cir
cunſtantiis appareat c[on]trahentem vere voluiſſe
illud, in quo fuit læſus, donare. facit Imol. in en. ca.
cum contingat. lxxj. colum. verſi. videtur poſſe di-
ci. vbi poſt recitatas aliquorum opiniones tenet,
22 * quòd quando mulier, & ruſticus qui præſumun-
tur ius ignorare l. regula. §. j. de iur. & fac. ignor.
cum ſi venderent, & iurarent non contrauenire,
non excludentur à remedio l. ſecundæ. per iura-
mentum: ex quo præſumitur tempore iuramenti
ius illud, ſeu remedium ignorare: & conſequenter
non videtur veriſimiliter illi renuntiare voluiſſe:
ſecus in aliis perſonis, quæ non præſumuntur ius
ignorare, vt eſt regulariter quilibet maior. l. leges.
C. de ll. cum aliis per eum ibi adductis. ſequitur
Corne. conſil. cxxiiij. j. colum. iij. volu. facit Bal. in
rubri. C. de rer. perm. vltim. colum. dicens, quòd ſi
aliquis ex quadam ſimplicitate promitteret ſine
cauſa, non poteſt efficaciter agi. l. ij. §. circa. de doli
23 exceptione: * quæ ſimplicitas ſecūdum eum præſu-
mitur in ruſtico, muliere, & minore. ff. de proba. l.
cum deinde. & dicit, quòd ſi iurent, non nocet eis:
quia cum iuramentum ſit captioſum, & iniuſtum,
debet per epiſcopum relaxari, &c & dicit Cardin.
in capi. penulti. ſecunda colum. de empt. & vendi.

quòd comparatur minor & mulier ad præſumen-
dam & tolerandam ignorantiam. ff. de iur. & fac.
igno. l. regula. ſecundo reſponſo. facit Alex. in l. ſti-
pulatio hoc modo concepta. iiij. colum. ſuper ter-
tia limitatione. c. quamuis. loquens in filia quæ pa-
tre mortuo renuntiauit hęreditati paternæ aliquo
ſibi dato. quod erat minus dimidia hæreditatis, &
cum iuramento: in qua q. Ancha. in eo. c. & aliis lo-
cis præallegatis tenuerat hoc caſu poſſe peti abſo-
lutionem a iuramento. dicit ipſe Alex. hanc opin.
eſſe multum ſuſtentabilem, & æquam: facit Corne.
conſil. cxxiiij. j. columna. iij. volumine. qui dicit,
*quòd in læſione multū exceſsiua vltra dimidiam 24
iuſti pretij: puta in duplo, vel triplo arbitratur ma-
gis communem opini. eſſe quòd iuramentum non
iuuet effectualiter. allegat Butr. & Panormit. in d.
cap. cum contingat. & dicit, quòd idem conſulue-
runt Ioan. Pettucius, & Benedictus de benedictis,
& poſtea idem excludit etiam in donatione: quia
etiam in ea poteſt læſio conſiderari. facit Decius
conſil. clxxx. qui coaceruando quāmplurium do-
ctorum opiniones, dicit hanc eſſe communem ex
plurium doctorum authoritatibus, quòd ſcilicet
detur reſtitutio iuranti aduerſus enormem læſio-
nem, facit: quia collector deciſi. ſacri Conſi. deciſi.
cccxxiij. dixit, quòd domini antiquiores de Con-
ſilio dicebant, quòd eorum temp[or]ibus ſemper
fuit in obſeruantia opinio. Anton. de Butr. & Petr.
de Anchar. quia illa eſt æquior, ſcilicet quòd * ra- 25
tione enormiſsimæ læſionis concedatur abſolutio
à iuramento: & quòd diſpoſitio capit. quamuis. &
c. cum contingat. procedit quando læſio eſſet me-
diocris, ſecus vbi eſſet enormiſsima: & quòd pro
hac parte fuit iudicatum pro Marcoantonio Ca-
racciolo minore contra d. Elionoram Abbatē. Sed
quòd reſtitutio non competat, facit text. in dicto
cap. quamuis. de pact. lib. vj. vbi filia, quæ dote con-
tenta promiſit cum iuramento nullum ad bona pa
terna habere regreſſum, debet omnino ſeruare iura
mentum, ſi non vi, nec dolo præſtitum eſſet, quaſi
quòd vbi non datur vis, nec dolus, non detur re-
ſtitutio. facit Imol. & Gem. prout ipſe Gemi. refert
in d. c. quamuis. & ſequitur, quòd ſi in terminis il-
lius capit. filia abſque aliqua dotis aſsignatione fa-
cit pactum de non ſuccedendo cum iuramento,
valet: quoniam decretalis illa quo ad rationem ſui
concludit, etiam ſi dos non fuerit data, & quòd
non videtur aliquis dolus re ipſa, cum nullus in-
terueniat error: nec agatur de vero debito perden-
do: & quòd ſi attenderetur dolus talis in caſu pro-
poſito: eadem ratione non poſſet etiam cum iura-
mento renuntiari remedio l. ſecundæ. C. de reſcin.
vendi. & hoc dicit Imol. & Gemin. ibidem. in ſexta
columa. procedere, quando filia ſciebat valorem
hæreditatis: ſecus forte ſi communiter putabatur
multo minus valere: facit gloſſ. in l. ſecunda C. de
reſcind. vendi. & in capit. penultim. de emption.
& vendition. volentes, quòd vbi deceptus vltra
dimidiam iuraſſet non venire contractum, vlte-
rius non auditur: & ſi dicatur, quòd dictæ gloſſ.
non habent locum in minore, & quòd ita Dyn.
conſuluit, vt refert Cyn. in dicta l. ſecunda. niſi
primò fuerit certioratus de beneficio ſibi com-
petenti. & quòd Dyn. ſequuntur Ioann. Andreas
domin.

domin. Anton. & domin. Cardi. in d. ca. pe. vbi di-
cit d. Anto. quòd ista est communis opin. & loqui-
tur Dyn. etiam in muliere esse idem, vt refert do.
Abb. in d. ca. Nota quòd iuramentum non opera-
retur exclusionem beneficij eorum: sed perinde es-
set: ac si sine iuramento contraxissent. imò d. Anto.
in d. c. pe. vlti. col. quòd minor debet esse certifica-
tus de beneficio, & de quantitate, & quòd adhuc
requiritur, quòd dicat etiam si in maxima quanti-
tate sit læsus: quinetiam Abb. in d. c. pen. vlti. colū.
quòd quando minor esset enormiter læsus, posset
petere absol. à iuramento. quòd si dicat, quòd vult
donare, quod plus valet etiā in quantitate magna:
quia in minore præsumitur deceptio. argu. l. si quis
cum sciret. ff. pro empto. & fortius, & mirabilius
subdit Abba. hæc verba: & idem crederem dicen-
26 dum in maiore: vt possit * petere absolutionem à
iuramento ratione enormissimæ læsionis, intelli-
gendo, quòd nō donauerit quod plus valeret, quia
non præsumitur consensisse in tanta deceptione.
item secundum eum iuramētum videtur illicitum
ex parte recipientis, cum interuenerit ex parte sua
dolus ex proposito, vel reipsa: quo casu competit
absolutio à iuramento, iuxta not. in ca. j. & c. debi-
tores. de iureiur. & quòd mulier non excludatur à
beneficio l. secundæ. per iuramentum, tenet Imol.
in d. c. cū co[illegible]ogat. lxxj. col. quia præsumitur ius
ignorare. tamen Alex. in d. l. sciendum xj. colum. in
illa q. an minor qui iurauit non venire contra con-
tractum, iuxta authen. sacra. pube. videatur renun-
tiasse beneficio resti. in integr. adeo quòd illam pe-
tere non possit, etiam si de illa certioratus non sit.
sequitur Bart. ibi volentem, quòd excludatur à di-
cto beneficio: allegat idem sequi Ang. Pau. de Cast.
Rapha. Arcbi. Io. And. & Bald. & post plures doct.
recitatos, dicit posse sustineri opin. Dyn. in puncto
iuris: tamen communis practica secundum eum
videtur seruare opi. Bar. quam dicit ipse seruare in
practica propter authoritatem iuramenti: non ta-
men aperit Alex. quid erit quando minor, & con-
sequenter mulier peterent absolutionē à iuramen-
to, vel essent habilitati. Imo. etiam in d. l. sciēdum
dicit, quòd in minore practica videtur approbare
opi. Bar. quia nunquam fit mentio de certificatio-
ne beneficij in minore, sed in muliere sic. sic in d.
ca. cum contingat lxiiij. col. dicit, quòd in practi-
ca non fit ista certificatio in minore, licet fiat in
muliere: & sic secundum eum videtur, quòd con-
suetudo approbet opin. Bart. ideo dicit videri dif-
ficile obtinere contra. & idem dicit in d. ca. pe. vij.
colum. in fin. de empt. & vend. & licet Aret. in d. l.
sciendum. in viij. colum. dicit, quòd ex quo opin.
Dyn. secundum Ioan. Andr. & Imo. habet multam
æquitatem: possumus eam eligere tanquam tutio-
rem: vide tamen eum in ix. colū. vbi dicit, si in in-
strumento reperitur renuntiatum omni priuile-
gio, allegando Bart. ad hoc: vide ibi. Iason quoque
in d. l. sciēdum xiiij. colum. post recitatas opi. pro,
& contra Bart. & nonnulla Alexan. consilia: dicit,
& ita teneas consulendo, & iudicando. Claudius
etiam in d. l. sciendum. v. colum. dicit, quòd quam-
uis variæ sint opinio. tamen communis, & vera est
opin. Bart. ad illud quod dixi, quòd Alex. non ape-
rit, nec etiam alij aperiunt de absolutione seu ha-
bilitatione à iuramento, quòd non competat, fa-
cit Archid. in d. c. quamuis. qui reprobat opi. Vinc.
volentis, quòd in terminis c. cum cōtingat. mulier
ligetur iuramēto: sed potest instare, vt absoluatur.
Ang. in l. si quis pro eod. in prin. ij. col. dicit, quòd
quando minor, cuius fauore est interdictus con-
tractus, iurat, vel mulier intercedens iurat: non po-
test peti absolutio à iuramento. Imol. quoque in d.
c. cum contingat lxij. colū. refert Arch. & Angel. in
iuramento minoris. & in colū. lxxij. in iuramento
minoris volentis vti remedio l. secundæ: an possit
petere absol. à iuramento, tenet, quòd pars se ha-
bens, quòd possit absolutio peti, satis videretur
æqua: tamen difficile esset obtineri: quia commu-
nis opin. glossarum & doctorum videtur simplici-
ter habere, quòd tale iuramentum præiudicat ma-
iori: subdit tamen posse dici, quòd glos. & doct. ni-
hil dicunt de absolut. à iuramento. & ad propos.
Rom. consi. ccccxxxvij. in fin. tenet, * quòd quan- 27
do iuramentum præstatur super actu ab humana le
ge prohibito: si seruari potest sine interitu salutis
æternæ, est omnino seruandum: & ex quo loquitur
text. in d. capi. quamuis. per dictionem præcisam,
consequens est, vt non possit peti ab eo absolutio.
allegat Arch. in d. c. quamuis. Curt. quoque consil.
xliij. viij. col. dicit verior est opinio se habēs, quòd
absolutio non potest peti à iuramento ob læsio-
nem. & in pen. colum. dicit allegando Ang. in con-
sil. incip. domina Catherina, quòd deceptus vltra
dimidiam, qui iurauit, licet absoluatur nihil facit.
Alex. consi. ccxxij. ij. col. ij. volu. tenet, quòd quan-
do minor iurauit super contractu: tunc ratione læ-
sionis, & præiudicij non potest concedi absolutio
à iuramento. alleg. Ang. & Archi. in d. locis. & Bal.
in l. fin. qui satis. cog. imo in casu illius consilij fue-
rat concessa habilitatio à iuramento: & vult non
posse allegari læsionem & præiudicium: tamen non
errat multum ibi Alex. consi. xlij. x. colum. j. volu.
pro muliere late firmat hoc, allegans Ang. in d. l. si
quis pro eo. & in c. cum contingat. & in ca. quinta-
uallis. de iureiur. & in l. [illegible] vir. de vsucap. & quòd
in casu authen. sacra. non habeat locum absolutio,
firmat Alex. consil. cxxv. vij. colum. allegans Imol.
in d. ca. cum contingat. in fin. secundi membri. Sed
not. bene, quia in ead. colum. vult, seu videtur vel-
le illum qui iurat esse scientem de eo in quo sibi
præiudicat: & si diceretur, quòd Ang. in d. l. si quis
pro eo. & Bal. in d. l. fi. qui satis. cog volunt, * quòd 28
quando obseruantia iuramenti est nutritiua pec-
cati ex parte recipientis iuramentum: tunc debet
concedi absolutio quod Abb. in d. c. pen. in fin. ex-
tendit, siue ex proposito, siue re ipsa quis alium læ-
deret: tamen isti fratres recipiendo iuramentum
fecerunt rem solitam, & consuetam fieri: quoniam
istæ renuntiationes solent, vt est notorium, fieri
per mulieres Neapolitanas. Ad hoc accedat quod
dicit Cornel. consil. ccvj. ix. colum. qui loquens de
sorore, quæ renuntiauerat fratri maiori viua, &
consentiente matre bonis paternis, & maternis: &
postea dubitabatur, si ista donatio, seu renuntiatio
possit reuocari ob superuenientiam liberorum,
ponderat quòd ex quo in partibus illis solebant
mulieres facere similes renunciationes masculis:
est verisimile, quòd si millies de filiis cogitasset, fe-
cisset

cissent talem renuntiationem, cum solitum sit face-
re: quia trahimur ad solitum. Accedat quòd istæ
mulieres in earum renuntiationibus renuntiaue-
runt, prout in instrumentis legitur, beneficio re-
stitutionis in integrum: exceptioni doli mali, vis,
metus, & in factum condition. indebi. ob causam,
& sine causa, ac omnibus alijs iuribus ll. &c. dixe-
runt insuper se certioratas per iurisperitum de iu-
ribus ipsis, ac effectibus, & beneficijs eorundem,
ac de effectibus renuntiationum antequam renun-
tiarent eisdem: vnde sumus extra dubium, de quo
per Bart. in d.l. sciendum. & Alexand. ibi vt suprà
dictum est. Accedant pro fortificando iuramenta
istarum mulierũ, quòd quando mulier iurat etiam
nulla præcedente certioratione, vel alia renuntia-
tione Velleiani obligatur, ac si solenniter, & cum
certioratione renunciasset. Alexand. in d.l. scien-
dum. ix. colum. per text. singu. in c. ex rescripto. de
iureiur. vbi allegat plures doct. qui hoc sequuntur:
29 & quia * iuramentum facit vt quis præsumatur
magis deliberate accedere ad actum. d. c. ex rescri-
pto. & habet clausulam: vt actus valeat eo meliori
modo quo potest. l. patet. §. filius matrem. de leg. ij.
tanto magis quia hic dixerunt se certificatas. Ac-
cedat Alexand. in d.l. stipulatio hoc modo conce-
pta. v. colũ. dicens, quòd posset sustineri, quòd de-
cepto vltra dimidiam concedatur absolutio à iu-
ramento, quia authent. sacta. & c. quamuis. non lo-
quuntur quando deceptio erat vltra dimidiã cum
lucro alterius, tamen dicit difficile esse in practica
obtinere contra authoritatem glossarum prædicta
30 rum in l. ij. & in c. pen. Accedat, * quòd si in mi-
nore aliquid dicitur, multo fortius in muliere: nã
Paul. de Castr. in authen. sacta. pu. Ro. in d.l. scien-
dum. ad fundandum, quòd in minore iurante non
requiritur certioratio, allegant text. in d. c. ex re-
scripto. & ibi Bald. loquentem in muliere: & magis
hoc stringendo Iason ibi. xiij. colum. dicit, mulier,
& minor æquipatantur. l. j. §. fina. ff. de eden. l. cum
do indebito. in fin. princi. de proba. l. ij. §. fina. cum
glo. de iure fisci. imo postea dicit, tu autem respon-
de ad illum text. scilicet, ad c. ex rescripto, quòd in
muliere non ita de facili præsumitur ignorantia
iuris, sicut in minore, & dicit hoc ad literam dice-
re tex. in l. regula. §. j. de iur. & fa. igno. ergo non est
bonum, dicit ipse, argumentum in proposito igno-
rantiæ iuris de muliere ad minorem: & confirmat,
quia magis priuilegiatus est minor in beneficio re-
stitutionis, quàm mulier in beneficio Velleiani,
per text. in l. fin. in princ. & ibi per Salyc. ad Velle.
& ad hoc de minore, & muliere vide d. Pantaleo-
nem de Crema in repet. d. l. ij. xxx. colum. in v. li-
mitat. qui dicit quòd licet is, qui renuntiat benefi-
cio illius l. non possit conueniri: tamen secundum eum
hæc limitatio forte non procederet, quando ille,
qui est læsus, & renuncia esset minor, aut persona
simplex, puta mulier, rusticus re & opere, & simi-
lis persona, quæ propter simplicitatem præsume-
retur ignorare iura: nisi ex instrumento vel aliter
constaret, quòd fuissent certiorati. per not. in d.l.
sciendum. accedat Vitalis in tract. clausularum. c.
de renunciatione successionum futurarum. xix.
columna. Sexta dubitatio oritur: nam cum ces-
sio tot iurium non videatur habere causam subsi-
stentem, dotes enim erant debitæ sine ista cessio-
ne: præsumenda erit donatio. dicit enim Angel.
consilio xciiij. vj. colum: quòd pactum gratuitum
de non petendo præsumetur donatio. & Alexand.
consilio xx. iij. volumi. ij. & iij. colum. loquitur de
donatione ob causam. & in iiij. colum. dicit * quòd 31
etiam impositum donatario, debet deduci in com-
putanda summa insinuationis: vnde ex defectu in-
sinuationis videtur non valere has cessiones. iuxta
l. sancimus. C. de dona. nec in hoc videtur suffice-
re iuramentum: nisi expresse sit renuntiatum insi-
nuationi cum iuramento. ita loquitur Ioan. Andr.
in Specu. de instr. edi. §. porro. in vltim. addi. & ita
videtur intelligere Alexand. in l. nemo potest. de
leg. j. & expressius Federi. consilio clxxxj. quem re-
fert, & sequitur Imo. in c. cum contingat. xciij. co-
lum. Alexand. consil. xxxij. iij. colum. ij. volumi. ta-
men quòd sufficiat donantem iurare de non con-
traueniendo, videtur intelligere Angel. in d. consi.
xciiij. vj. colum. Alb. in d. l. sancimus. in fin. Salyce
in l. si quis pro redemptione. eod. tit. Bal. in c. cum
contingat. in vers. vij. colum. de iureiuran. dum te-
net, quòd iuramentum supplet solennitatem for-
malem. Butri. ibidem. in vj. casu. Cardin. in eod. ca.
cum contingat. vlti. colum. licet ipse aliter teneat.
Alexand. consi. lxxxiij. vltim. colum. ij. volu. dum
dicit, quòd quando iuramentum est interpositum
in donatione: non obstat defectus insinuationis. &
consil. clvij. vlti. colum. eod. volumin. dum tenet,
quòd virtus iuramẽti operatur, quòd defectus in-
sinuationis non possit allegari. & consilio xxij. iiij.
colum: iij. volumin. dum dicit, quòd iuramentum
positum in contractu remouet omnem obligatio-
nem defectus insinuationis: & in specie consi. xxj.
vlti. colum. iij. volu. qui dum in ij. col. opposuerat,
quòd iuramentum non videbatur continere re-
nuntiationem aliquam factam ll. insinuationem
requirentibus: vt sic non videatur obstare opinio
illorum qui tenuerunt, quòd per iuramentum pos
sit renuntiari ll. insinuationem requirentibus: vt
videtur secundũ eum esse de mente Fede. in d. con-
silio cclxxxj. incipi. casus talis est, statuto cauetur.
dicit Alexan. quòd satis est, quòd fuerit renuntia-
tum, & dictum, prout in d. instrumento continé-
tur: & probatur secundum eum, maximè per d. au-
then. sacra. pube. nam licet ibi non fuerit renun-
ciatum ll. requirentibus interpositioné decreti iu-
dicis in alie. rei minoris, nihilominus validatur
contractus. & satis est, dicit ipse, quòd fuerit iura-
tum non reuocare contractum: & pro hoc facit,
quod not. Aret. in d. l. sciendum. ix. colum. dum di-
cit allegando Bartol. quòd si in instrumento repe-
ritur renunciatum omni priuilegio sibi compe-
tenti: ista renuntiatio tantum valet quantum si spe
cialiter renuntiaretur omni priuilegio. & facit A-
lexand. infrà allegandus. consil. x. iiij. & v. colum.
ij volu. Septima dubitatio insurgit: * nam præ 32
tenditur probatum in processu, quòd istæ mulieres
habebant in magna reuerétia & timore præfatum
do. Antonium Comitem fratrem earum primoge-
nitum: & quòd tempore, quo nuptui traditæ fue-
runt, & sic tempore renuntiationum stabant sub
eius gubernio: ex quibus videtur resultare quidam
metus reuerentialis: vnde succedit, quòd determi-

nat Pau.de Ca.consil.clxxvij.in j.& ij.col. volens,
quòd filia,quæ dotata renunciauit omnibus bonis
paternis & maternis ascendentibus ad triplū plus
dote, etiam si certiorata esset de bonis, quæ vltra
pluris valebant, debet relaxari ei iuramētum. nam
stante metu reuerentiali, & nimia læsione præsu-
metur machinatio: erat tamen minor illa filia: &
dicit, quòd qualitas personæ facit, vt de facili per-
miserit sibi persuaderi. per text. in l. si superstite. C.
de dolo. nec obstat secundum eum tex. in d.c. quá-
uis. quia loquitur in patre, cui renunciabatur so-
lum hæreditas ipsius patris metu, quæ poterat per
patrem sibi auferri, si dos suffecisset ad legitimam,
vel si non sufficiebat parum restabat: nimirum si
per contractum id facere potuit: Non enim aufe-
rebat filiæ id, quòd erat ipsius filię, sed id, quòd fu-
turum erat, si nó abstulisset: quòd facilius fieri po-
test l. patre furioso. cum ibi not. ff. de his qui sunt
sui vel alie.iur. Et si diceretur quòd metus reue-
rentialis non sufficit, nisi adsint minæ, vel verbe-
ra, vt tenet Bar. in l.j.§. quæ onerandæ. quarum re-
rum act. non datur. & idem tenet. Inn. in c. causam
matrimonij. de offi.deleg. Bald. in l.fi.C. de condi.
ob turpem cau. Imol. & Alex. in v. & vj. colū. in l. si
cum dotem. §. eo autem tempore. solu.mat. & facit
glo. in c. insinuante. qui cle. vel vouentes. in versic.
33 metu regio. quæ dicit,* quòd iussus Principis non
inducit iustum metum, nec etiā imperium patris,
& ibi In.And. & Abb. dicit, nisi Princeps sit talis,
qui solet barbarice tractare suos subditos: quia in-
ducit iustum metum. sic But. in c. quintauallis. viij.
colum. de iureiur. dicit, quòd metus reuerentialis
non irritat compromissum per dictum Inno. in d.
c. causam. & dicit d. Abb. in ca. Abbas. vltimo not.
quod met.caus. quòd iussus Regis non inducit iu-
stum metum: nisi rex soleat sæuire omnino in non
obedientes. & Felin. in d.c. causam. iij. col. late hoc
comprobat dicés, quòd ista est communis opinio,
quòd ad probandum metum sola reuerentia non
sufficit: & dicit Ias. in l. interpositas. j. col. de trans-
34 actio. * quòd si quis remitteret rem magni valoris
Tyranno pro minimo pretio, restitueretur. allegat
Bal. in l. decernimus. circa fi. de sacrosanct. ecclesi.
Responderi potest, quòd prædictæ doctrinæ pro-
cedunt, quádo adest solus reuerentialis metus: sed
quando adesset metus ipse reuerentialis, & enor-
mis læsio, hæc duo sufficerent sine minis, & verbe-
ribus. ita in terminis notát d. Lancel. Decius in d.
l. interpositas. & etiam d. Ant. d. Alex. ibidem. De-
cius allegat Anch. in c. canonū statuta. qui hoc di-
cit in lxxxix. col. in libro meo. loquēs in nepte mi-
nore, quæ renūtiauerat patruo hæreditati paternæ
habita ab eo dote: & mouetur ex authoritate Vin-
cétij, vt ibi refert Io. Andr. in d.c. cū contingat. de
iureiuran. qui dicit: quòd licet iuramentum obli-
get mulierem ad obseruantiam contractus: debet
tamé instare, vt absoluatur: & dicit Pet. multo ma-
35 gis hoc militare in d. casu, * in quo ipse consuluit,
in quo interuenit sexus fragilitas, minor ætas, &
enormis læsio, & etiam reuerétia, quam puella de-
bet habere ad patruū suum, in cuius domo, & sub
cuius gubernatione remanserat post mortem pa-
tris. allegat d. §. quæ onerandæ. & dicit quòd sic
debet limitari authen. sacr. pube. allegat etiam De-
cius d. consilium Pau. de Cast. clxxvij. & do. Ange.
alleg. Ancha. vbi suprà. & istud est forte motiuum:
tamen vereor, quòd in fratre non sit dare metum
reuerentialem. Imo. in ca. quintauallis. xl. columna
de iureiur. dicit, quòd Io. And. non determinat, an
dictum Vincét. sit verum: & quòd esset intelligen-
dum, quando mulier fuisset inducta per metum. vi-
de ibi. & Alexand. qui eum refert, & sequitur con-
silio quadragesimosecundo. x. columm. j. volumin.
& dicit ibi Imol. quòd do. Petr. domi. suus videtur
nimis æquitatem secutus. & quòd testibus, qui di-
cunt, quòd sorores habebant Comitem in reueren
tia, & timore, non probant ob hoc timorē: est enim
timor res, quæ consistit in animo siue intellectu:
vnde succedit id, quod eleganter ponit Inno. in c.
cum causam. de testib. qui dicit, * quòd etiam si te- 36
stis inducatur ad probandum id, in quo plurimum
laborat ratio intellectus quantuncunque cōsistat
in facto: puta quia volo probare aliquem ebrium,
vel furiosum: nam ad ista scienda secundum eum
requiritur perspicax inquisitio, & non applicant
se animo: nisi per multa. & diuersa media: vnde te-
stis potest de facili errare: & ideo non creditur si-
bi nisi asignet causam. & tenet idem Bart. in tract.
de test. iij. col. & Bal. in l. solam. C. de testi. dicens:
quòd vbi requiritur prædominium intellectus &
sensum non creditur testi: nisi applicet rationem
concludentem ex sensu: quod est in omnibus quæ
sunt difficilis probationis: puta quia directe vide-
ri, vel sentiri nequeunt: & subdit idem esse, quan-
do testis produceretur ad probandam inuisibilem
qualitatem animi: puta dementiam, fatuitatem, vel
profundam amicitiam, vel inimicitiam: quia opor
tet asignare rationes illatiuas, & motiuas animi sa
pientum: cum hæc sint inuisibilia, & intangibilia:
& hæc refert, & sequitur Felin. in d.c. cum causam.
Alex. consi. lxxxv. vj. col. ij. volu. & consi. xxviij. vj.
col. v. vol. Accedat: nam istæ mulieres habebāt ma-
trem: in casu consi. Pau. de Ca. filia illa habebat no-
uercam, & erat minor: sic in casu Anch. illa neptis
erat minor, & stabat in domo patrui, cui debetur
maior reuerentia quàm fratri. insuper conuenti
probarunt, quòd istę sorores bene tractabantur: &
aliqui testes licet vassalli Comitis dicunt, quòd ha-
bebant præeminentiā in domo. Accedat: nam Pau.
in d. consil. clxxvij. iij. col. consuluit, * quòd quan- 37
do illa filia peteret iuramentum sibi relaxari, de-
bebit hoc allegare, quòd fuit seducta. vel circun-
uenta: alias non præsumitur super non allega. Bal.
in l. si certis annis. in fi. iij. col. C. de pact. per tex. in
l. si adulteriū cum incestu. §. idem Pollioni. ff. de a-
dult. & inhabilitatione obtenta per mulieres non
dixerūt se seductas, vel circunuentas: sed quòd sui
fragilitate renūciarunt. Maximè videtur pro con-
uentis in præsenti causa & ad excludendā læsionē,
& ad excludendū dolum, & ad excludendā sugge-
stionem: nam consuetum est, quòd mulieres Nea-
po. quando nuptui traduntur, & vadunt ad virum
facere similes renunciationes, & in eis apponere,
vt solitum est, omnes clausulas, quæ in his renun-
ciationibus positæ sunt, maximè illam de linea a-
uita, & vtriusque, quæ multum impedit hic, vt su-
pra dictum est. * vnde is, qui facit quod consue- 38
tum est, non videtur lædi. vnde gloss. in l. fin. C. de
in integ.

in integ. resti. mi. exemplificando illum text. dicit,
non restitui minorem, qui in venditione promisit
de dupla secundum morem regionis; & facit Bal.
39 in l. fin. per illum text. C. de fideiuss. dicens, * quòd
Notarius simpliciter rogatus intelligitur rogatus
cum clausulis consuetis: & facit Ioan. Andr. de in-
stru. edi. §. instrumentum. ver. quid si à contrahen-
tibus. dicens, quòd in contractu venditionis, vel
donationis notarius potest addere precariũ, quia
illud consueuit fieri: & facit nimium ad propos.
Barto. in l. ij. in fin. princi. ff. solu. matri. qui in quæ-
stio. an maritus in promissione restitutionis dotis
possit petere, quòd vult pōnere verba reseruatiua,
de quibus ibi, dicit quòd non, nisi consuetudo
fuerit: & si essent consuetudines contrariæ, dicit
standum esse iuri communi: vnde infert, quòd si in
ciuitate conficiuntur instrumenta diuersimode,
propter tales cohiecturas, & diuersitates redimus
ad ius commune l. nemo. §. temporales. ff. de regul.
iuris quod tamen vltimum dictum limitat Alexan.
consi. quinto v. volumi. & facit Bal. in l. j. ad fin. ff.
solut. matri. volens, quòd notarius in instrumento
dotis potest apponere hypothecã, etiam si sibi non
sit dictum quia consueta est apponi. & dicit Bald.
in l. ita demum. §. j. ff. de procura. quòd notarij pos-
sunt apponere clausulas consuetudinarias quando
sunt plures rogati. & dicit Bar. in l. si. in prin. quem
refert Bald. in rubr. C. de his quę in frau. cre. penul.
colum. quòd renunciatio exceptionis discussionis
per fideiussores venit de consuetudine: & ideo no-
tarij ex tacito mandato possunt eas renunciatio-
nes apponere: & dicunt Inno. But. & Bal. in c. cum
M. de constit. ibi text. esse meliorem de iure, quòd
illud quod solet apponi in contractu, habetur pro
apposito: & dicit Bald. in l. imperator. pen. colum.
de stat. ho. quod notarius semper videtur rogatus,
vt conficiat instrumentum in forma communi: &
multa alia ad hoc ponit Feli. in c. cum M. iiij. colũ.
de consti. & in c. ex literis. de fide instru. vj. colum.
& in quantum Bald. in rubri. C. de his quæ in frau.
cre. s. allegatus dicit, quòd istæ renũciationes cum
sint factæ, nõ debet notarius eas apponere ex pro-
pria prudentia: nisi esset rogatus conficere instru-
mentum ad sensum sapientis: nam si ipse est ita sa-
piens, quòd non indigeat alio iuris perito, ipsemet
ex proprio intellectu potest apponere renũciatio-
nes: prout in communi formulario tabellionum
continentur: vt not. ff. de verbor. obligatio. l. ex ea
parte. Respõdetur, quòd si in renunciationum in-
strumentis, de quibus agitur, est clausula, quòd &
si dicatur, quòd de clausulis instrumẽtorum pro-
ductorum maximè renunciatiuis non debet habe-
ri ratio: ex quo notarij videntur eas apponere ex
capite suo: prout ad hoc solet allegari Bar. de clau-
sula codicillari in l. j. vj. quęst. de iur. codicillor. &
quòd Bald. in l. quoties. de penult. colum. de hęred.
institu. loquens de illo verbo, instituit, de quo ibi
in sua quæstion. dicit non esse habendam de eo ra-
tionem: quia ista verba institutionis secũdum eum
ponuntur hodie ex consuetudine notariorum, qui
non intelligunt quid dicũt. & Abb. in c. cum con-
40 tingat. de iureiurand. in casu quo teneat. * quòd
etiam maior, qui iuraret non contrauenire ratione
enormissimæ læsionis, contrauenire poterit, quia
notarij solent hodie communiter apponere illa
verb. ad maiorem validitatem contractus: & quòd
Barba. consi. lviij. x. colum. j. volumin. teneat, quòd
si in testamento est versicul. &c. non potest nota-
rius per hoc ver. apponere clausulam cod. ex quo
testator non expressit: & quòd Butri. & Abb. in c.
quintauallis. de iureiuran. idem dicunt de clausu-
la compromissi, quòd possit libere arbitrari etiam
enormissime: ex quo notarij apponũt hoc ex se ma-
gis, quàm sit dictum à partibus, & sequitur Barba.
consil. lviij. x. colum. j. volumi. & contra has clau-
sulas idem in consilio xlij. xj. colum. j. volumin. &
*quòd Decius d. consi. clxxx. penultim. colum. de 42
clausula donationis posita per mulierem renun-
ciantem dicat, quòd videtur posita ex consuetudi-
ne notariorum. & ideo non attendendam. Respon
detur, quòd Bart. in l. fin. §. idem quæsiuit. de con-
ditio. inde. de clausula ex certa scientia seu de clau
sula scientiæ dicit, quòd notarij apponunt quoti-
die in instrumentis, talis ex certa scientia sponte,
&c. & iam non dicit, quod nec stetur. & idem te-
net Bart. in l. sed & si quis. §. fi. ff. si quis cau. ad hoc
Ias. in d. l. de his. in fi. ij. col. dum allegat Imol. in §.
duo fratres: & Bar. in l. si quis cum aliter ij. colum.
de verbo. obliga. dicit operari clausulam in vendi-
tione, & illud, quod plus est, donauit, siue quanti-
tas sit modica siue immodica, si renunciatur ben. l.
secundæ. & Barto. in l. qui Romæ. §. duo fratres. vj.
quæstio. item de clausula cod. quòd operatur effe-
ctum. de quo ibi & Imo. in l. sciendum. de verbor.
obliga. & in d. c. cum contingat lxiiij. colum. & in
d. c. penul: de empt. & vendi. vij. col. arguit de con-
suetudine notariorũ non ponentium in iuramen-
to minorum certiorationem: sed in iuramento mu
lierũ sic. & idem Imo. in d. c. cum cõtingat. lxxiiij.
colum. dicit contra Butri. & per hoc inoleuit pra-
ctica; quòd iuratur non venire cõtra, ratione dam
ni modici, vel enormis, vel enormissimi: & Bal. in
l. si mater iij. colum. C. de rei vendic. dicit, quòd si
notarius dicit in instrumento, talis ex certa scien-
iuris & facti, aut non per errorem iuris vel facti
ratificauit: creditur tabellioni. & Bald. in rubr. de
contrahend. empt. in j. q. dicit, quòd omnes clausu-
læ, quas ponimus in instrumẽtis venditionum, de-
bent operari. & in l. lecta. ff. si cert. peta. dicit quòd
omnia verba instrumenti sunt põderanda & Imo.
in l. filio præterito. xj. colum. de iniusto rupto. te-
net contra Barto. in d. l. j. de iur. cod. sicq; videmus
seruari: licet Barba. contra Imo. in d. consil. lviij. x.
col. j. volu. & Imo. in l. à Titio. pen. colum. de verb.
oblig. dicit: & per prædicta patet, quòd bona est
cautela, qua vtũtur notarij, dum dicunt talis spon
te. &c. vt ibi: & in specie Alexand. consil. cxxv. ix.
col. j. volum. dicit: non obstat, quòd notarius istas
clausulas apponat ex seipso: quia dico secus, vbi
constaret quòd aliud esset: sed in dubio præsumi-
tur ratione officij pro notario, & instrumento,
quòd cõtineat veritatem l. cum precibus. de pro-
bat. c. ad audientiam. de præscrip. Septima dubita-
tio est quo ad d. Hippolytam: nam ei fuerũt legati
tres mille ducati in testamento auito do. Anto. se-
nioris: & postea quando Comes eam maritat dicit
in instrumento tam dotali quàm renunciationis,
quòd ipsa habuit dotes, seu dotata fuit de bonis

paternis auitis,& fraternis:quaſi quòd mille duca
tos ex eia habuerit de bonis fratris: ergo non de a-
uitis legatis:illos ergo petit. Ad hoc opponitur de
renunciatione, quia renũciauit omnibus iuribus,
hæreditatibus, & ſucceſsionibus paternis, mater-
nis, dotibúſque maternis, fraternis, & auitis vtri-
uſque, ac ſucceſsionibus, & excadentiis quibuſ-
cunque ſibi deuolutis, tam ex teſtamento, quàm
ab inteſtato vſque ad illum diem. Et ſi diceretur,
quòd ex quo dicti mille ducati dependent ſeu de-
bentur ex cauſa teſtamenti:& non eſt in renuncia-
tione ex clauſula, cognitis & inſpectis verbis te-
ſtamenti. Reſpondetur ex his quæ not. Alex. conſil.
xj.v.col.ij.volum. quem refert,& approbat in l.de
43 his liij.col.ff.de tranſact. videlicet, * quòd per iſta
verba poſita in inſtrumento, quæ communiter po-
nuntur de ſtylo notariorum, quòd prædictæ par-
tes renunciant exceptioni doli mali, condictioni
indebiti, & omni ll.auxilio:ſi eſſet facta cum iura-
mento, intelligeretur derogatum illi l. per doctr.
Bartol. declarantis effectum illius renunciationis
omni ll.auxilio.in authen.matri.& auiæ iij. colum.
& ibi Bald.C.quando mulier tu.offic.fung.po.per
Bart.in l.ſi ſub condi.ff.de teſta.tu.Spec.in titul.de
renunc.§.j.verſi.& quia.& verſi.quòd ſi quis in in-
ſtrumentis renunciationum iſtarum Dominarum
eſt clauſula æquipollens illi omni ll.auxilio,ibi,ac
omnibus aliis iuribus ll.&c.Octaua dubitatio ori-
tur ex eo, quòd dicti fratres omnino tenebatur ma
ritare,& dotare ſorores cum dote non minore du
catot.3000. quia in Hippolyta ita auus diſpoſuit,
quia in Camilla attento patrimonio, & conſueto
non poterat dari minor dos: vnde pro ſoluendo
eo, ad quod tenebantur, voluerunt, quòd ſorores
ipſæ renunciarent ita amplè. quare ſuccedit diſpo-
44 ſitio iuris vulens, * quòd is, qui pro faciendo eo,
ad quod gratis tenebatur, recipit pecuniam, turpi-
ter recipit. vt tenet glo.ſingu. in l.iiij.§.pen.in gloſ.
in ver.repeti. ff.de condi.ob turp.cauſ.pro quo fa-
cit bonus tex.ad propo.in l.pe.C.de cõdi. ob turp.
cau.& ideo Bald.in l.ſi.eo.tit.ff. de condi. ob turp.
45 cau.dicebat, * quòd licet in contractu tranſactio-
nis non fiat reſciſsio per enorme damnum: vt in l.
Lucius.§.ſi.ff.ad Treb.tamen ſi quis reſiſtendo illi-
cite aliquid recipit pro reſtitutione rei debitæ, po-
teſt conueniri condi. ob turp.cauſ. & ſic ſumus in
46 eo, quod not. Angel. in d.l. ſi quis pro eo. * quòd
quando aliquis turpiter ſeu cum peccato recipit
iuramentum, debet concedi abſolutio ab eo iura-
mento. Ad hoc accedat, quoniam ceſsio, de qua a-
gitur, facta ex cauſa dotationis, cum illud quod
datum eſt in dotem, aut totum debebatur: aut pau-
lo minus, illud quod datum eſt plus paragin (nam
dicitur in inſtrumẽtis, quòd fuerunt dotatæ etiam
vltra paragium) videtur eſſe pretium ceſsionis,
quam fratres ipſi recipiũt. quare videtur, quòd ea-
tenus ceſsio valeat, quatenus eſt illud plus paragio
datum pro dotibus: vt dicit text. in l. per diuerſas.
C.mãdati.& etiam extat ritus magnæ Curiæ. quòd
ex ceſsione facta ex cauſa lucratiua non poſsit agi.
Sed ad hęc poſſet reſpõderi ex conſuetudine, quòd
quando mulieres maritabantur illo tempore, &
etiam nunc, ſemper conſueuerunt renũciare cum
illis clauſulis, de quibus in his inſtrumentis, vt ſu-
pra deductum eſt. Fuit iudicatum quo ad ſucceſ-
ſiones d. Comitis Aliani & do. Hieronymi Carra-
phæ conuentos eſſe abſoluendos: quo verò ad mil-
le ducatos petitos per dictam Hippolytam à Du-
ce ex cauſa legati eſſe condemnandum ipſum Du-
cem pro rata, id eſt pro quarta parte, pro qua fuit
hæres: fuerúntq; in cauſa iſta viſa quàm plura pro-
tocolla illorum annorum, quo renũciationes ipſę
factæ fuerunt, & annorum ante proximorum, &
omnia pro maiori parte fuerunt reperta confor-
mia in renunciationibus cum renunciationibus
præſentatis. Actorum magiſter Campellonus.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia habet fori electionem, etiam vbi agit.*

DECISIO CLX.

IN cauſa N. cum Nicolao de Clara dubitatum eſt, an dictus Nicolaus conuentus à præfato N. nomine dictæ eccleſiæ poſsit declinare forum ſacri Conſilij, & petere ſe remitti ad Regiam Cameram tanquàm officialis Regiæ dohanæ maioris Neapolis. Fuit decretum * non eſſe 1
remittendum, eo quòd eccleſia habet fori electionem etiam vbi agit. per ea quæ not. Andr. in conſtitut. ſtatuimus, de officio magiſtri iuſtitiarij in prima col.& addo d. Marcum in deciſi.cclvij.

SVMMARIVM.

1 *Clericus in minoribus conſtitutus quando gaudet priuilegio clericali in miſcendo ſe enormibus, aut ſæua committendo monitione præcedente.*
2 *Clericus in ſacris conſtitutus, vt careat priuilegio fori, plura requiruntur: ſed in minoribus minora.*
3 *Conſuetudo tribuit iuriſdictionem faciens pro foro eccleſiaſtico.*
4 *Enormia delicta quæ dicantur, & in delictis frequentatis quando dicatur.*
5 *Habitus & tonſura reſumpti non ſufficiunt, vt clericus cenſeatur ille, qui primo pro laico habebatur.*
6 *Excommunicationis pœna eſt aduerſus facientes obſeruari ſtatuta contra libertatẽ eccleſiaſticam.*

DECISIO CLXI.

IN cauſa Cruſconi carcerati in magna curia Vicariæ, & petentis ſe debere remitti ad Curiam eccleſiaſticam, cum & per literas clericatus, & per ſignificatoriales Vicarij Neapolit. fidem fecerit de clericatu in minoribus: cum opponatur, * quòd immi- 2
ſcuit ſe enormibus, dubitatum eſt, an ex quo de aliqua monitione nõ apparet, debeat remitti, & quidem circa eos, qui in minoribus ordinibus conſtituti ſunt, ſi ſæua committerent, an gaudeant fori priuilegio: reperio infrà ſcriptas opiniones. Prima eſt ea, quam refert, & ſequitur Innocent. in capit. primo. de apoſtatis: videlicet, quòd aut hi tales aliquid ſumpſerũt, ſeu fecerunt penitus contrarium ordini: vt ſi ceperunt ſecundam vxorem, vel corruptam

ruptã, vel fecerint se milites, & sæua exercuerint, & tunc priuantur omni priuilegio clericali lxxxiiij. di. quisquis. aut non fecerint aliquid penitus contrarium ordini sacro ducendo virginem, vel fiendo milites, dũmodo non exerceant sæua, tunc possunt viuere clericaliter, & priuilegio gaudere clericali xxxij. di. setiaiim. §. qui verò. sed si velint viuere seculariter, negociando, tabernam exercendo, vel tonsuram dimittendo, tunc nullo gaudebunt priuilegio de cleric. coniuga. cap. Ioan. & ca. sequenti. & huculque Innocent. non aperuit an sit necessaria monitio. deinde subdit hæc verba. Alij tamen dicunt, quòd gaudebit priuilegio canonis, si quis suadente, quod in fauorem ordinis eorum est introductum. & ideo illi renunciari non potest §. de fo. compe. si diligenti. & hoc satis verum credo anteqnam moneatur: sed postea non gaudebit. And. de Iser. in consti. apostatantes, recitat opi. Innocent. & videtur relidere, quòd si cle. in minoribus fecerit aliqnod irreparabile contrarium ordini relictõ: vt quia exercuit sæua, duxit vxorem corruptam, vel duas, cum ista sint irreparabilia, perdet omnia priuilegia: si verò ista non commiserit, ad hoc, vt priuetur priuilegiis, debet præcedere monitio, & not. quia licet And. intelligat Innoc. & velit, quòd istud solum, exercere sæua sine monitione, faciat perdere priuilegiũ. tamen Inno. videtur loqui quòd copulatiue efficiatur miles seculi, & sæua exerceat: ita refert copulatiuè, & sequuntur Innocen. Abb. in d. c. j. de apost. & Car. ibi, & Ana. ibidem in ij. colum. dum refert Hostien. & Butri. etiam ibi. & Abb. in d. c. j. ij. colum. de aposta. videtur transire cum Inno. vt dixi. Aliud valde not. infert Abb. in c. fin. de vi. & ho. cleri. prout & refert. & sequitur Felin. in ca. quoniam fr. §. porro. vij colum. vt lit. non contest. videlicet, quòd vbi ad perdendum aliquod priuilegium clericale iura requirunt trinam monitionem fiendam ipsis clericis rectè viuentibus, oportet quòd citatio seu monitio apprehendat clericos si fieri potest: & non sufficit generalis monitio, quòd omnes abstineant. & dicit Felin. esse menti tenendum ad intellectum c. cum non ab homine. & authent. & contingit. de sacrosanct. eccle. & prosequere, vt Feli. vbi §. Secunda opi. est, quæ vadit declarando magis, quam ponit Ana. in d. capit. j. vltim. colum. de apost. primò enim in ij. colum. dicit: nunquid autem clericus in minoribus constitutus perdat priuilegium clericale, si sine aliqua monitione conuersatur, vt laicus? Hostien. dicit, quòd si exercet actum omnino contrarium clericatui: vt quia duxit secundam, vel corruptam, vel effectus est miles, & exercet sæna, & similia contraria clericatui: & tunc ipso facto perdit priuilegium clericale, per id quod habetur lxxxiiij. distinct. capi. quisquis. secus si non exercet actum omnino contrarium: vt quia duxit vnicam, & virginem, vel effectus est miles, & non
2 exercet sæua. inde Ana. in vltim. colum. ad hoc* vt perdatur in genere priuilegium clericale, addnnt quinque, seu sex requisita. Primum, quòd non incedat in habitu & tonsura: Secundum, quòd ingerat se enormibus: Tertium, quòd in illis frequentauerit: Quartum. quòd in illis deprehendatur: Quintum, quòd fuerit monitus: Sextum quòd post monitionem fuerit incorrigibilis. & refert, quòd Io. Andr. in dict. capit. perpendimus. dicat, quòd vbi etiam omnia prædicta concurrunt: tamen non dicitur quis priuatus quo ad forum. & dicit Ana. ibi in dicto capitulo primo, vltima columna, quòd prædicta sex solum requiruntur in constitutis in sacris: sed in constitutis in minoribus fortè solum sufficerent quatuor ex prædictis. & subdit post Innocent. quòd in dubio an quòd quando perdat clericus, vel gaudeat priuilegio fori, debet *attendi consuetudo, quæ tribuit iurisdict. l. j. C. 3 de emanci. liber. capit. contingit. de offic. delega. quod intelligit Hosti. verum, si consuetudo facit pro foro ecclesiastico. & hanc opin. sequitur Bartol. Vero. in consilio xj. qui prosequitur hanc materiam per plures columnas. & in viij. colum. dicit sic: istud, quòd requiratur trina monitio. non tenet domi. Anton. in capi. j. in fin. de aposta. quando est clericus primæ tonsuræ seu in minoribus constitutus. & idem dicit ipse Anto. in cap. ex parte. de priuileg. lo iij. vbi dicit secundum Goffred. quòd si clericus in minoribus constitutus dimittit habitum, & reputatur vt laicus, etiam si non sit monitus, perdit priuilegium: & sic dicit, quòd potest interpretari. capi. si iudex laicus. de sentent. excom. libr. vj. quod dictum dicit Barto. Vero. intellige, dummodo alia quatuor de quibus supra conueniant, & erant ante per eum posita requisita. Primum: quòd non incedat in habitu, & tonsura: Secundum, quòd ingerat se enormitatibus: Tertium, quòd in illis frequentauerit: Quartum, quòd in illis deprehendatur: Quintum, quòd tertiò fuerit admonitus. vult ergo Vero. quòd prima quatuor requirantur: & hoc sub dubio fortè dixerat Ana. vbi §. Et* quæ dicantur enormia delicta, ponit Ve- 4 ro. in d. consi. v. & vj. col. vbi tenet, quòd percutere in facie cum cultello cum aliqua sanguinis effusione: tunc est enorme delictum: & frequentari in delictis intelligit Spe. in vij. colum. quando bis ad minus deliquerit enormiter: & deprehensum dicit, quando est deprehensus in crimine in vij. colum. & huic opi. satis videtur concordare Butr. in cap. fin. vltim. colum. de vita & hon. cleri. vbi post glo. per eum allegatas dicit, quòd quando clericus in minoribus cõstitutus immiscet se enormitatibus, & non incedit in habitu, & tonsura, non gaudet priuilegio clericali, si deprehendatur in illis, etiam sine alia monitione: & quòd sic potest intelligi ca. primum de apo. & c. ex parte. de priuileg. lo iij. licet idem But. in d. c. ex parte. largins dixisset: quòd quando clericus in minoribus reputabatur vt laicus, perdit priuilegium clericale sine alia monitione, secundum Goffre. sed ipse Ana. in d. c. ex parte. dixerat de clerico, qui omisso habitu ingesserat se enormibus: quod quidem non vna vice intelligendum est, quia loquitur in numero plurali: & ista opinio mihi placet tanquam tutior: quinimo Alex. consilio x. j. volumin. videtur tenere, quòd etiam si cle. in minoribus immiscat se enormibus, requiratur monitio, etiam si deprehendatur, seu capiatur sine habitu & tonsura. Quidam verò fiscales, vel fisco complacere volentes, tenent, quòd eo ipso, quòd clericus dimisso habitu & tonsura immiscet se enormitatibus, perdit priuilegium: quia

glos.in capi.perpendimus.de sent.excommu.dicit hoc.& Abb.ibi.pen.colũ.dicit, quòd idem videntur sentire Vincentius Tancr. & Philippus: & adducebant d.c.ex parte.lo iij.de priuileg.sed d.c. ex parte.secundum Butri.in d.c.j.de apost.& Abb.in d.c.ex parte. loquitur in casu:& dicit Butri. ibi in
5 d.c.j.quòd d.capi.ex parte.non probat aliud * nisi quòd habitus & tonsura resumpti non sufficiunt, vt censeatur clericus is, qui primò habebatur pro laico: nec per hoc desistet iudex laicus ab exercicitio iurisdi. vt ibi:vnde iuste faciet talem detineri, quia censetur laicus. d.c. si iudex:sed non tollit d.c.quin, si velit probare se clericum, sit audiendus. incumbet autem sibi probatio: quia præsumitur laicus, ex quo fuit deprehẽsus vt laicus.& Abb. in dicto capit. ex parte.reprobat intellectum quorundam, qui dicebant illud capi. loqui simpliciter in clericis in minoribus, qui diu habiti sunt pro laicis: vt deprehensi in maleficiis non possint se pro clericis defendere: ex quo patet, quòd Abba. dum secutus est primam opin. Innocent.intellexit eum in illo, qui vnà cũ assumptione militiæ sæuis se immiscuerit. Non omitto, quòd serenissimus quondam Rex Ferdinandus primus in anno 1469. sub data do.Luc.tozali edidit pragmaticam, quòd omnes diaconi saluatici vulgo appellati, seu clerici primæ tonsuræ, qui gaudere decernunt priuilegio, debeant vbique, assidue. & continue incedere in habitu & tonsura clericali, diuinis officiis horis congruis deseruire, & personaliter interesse, & ecclesiæ actu seruire personali: aliàs foro seculari suppositi sint ciuiliter & criminaliter. & postea tẽpore Catho. Regis Comes Ripagorsię fecit pragmaticam, per quam constituit illam Regis Ferdinandi seruari sub prætextu regiæ pragmaticę quõdam Cath. Regis. Datæ thori.1505.18. Februarij. in qua disponitur de decretis, & cõcessis per Regem Ferdinandum primum:sed dicta pragmatica Regis Ferdinandi primi nusquam, vt audio, fuit, nec est, in obseruantia tanquam contra libertatem ecclesiasticam. iuxta not.in authen.cassa.C.de sacrosan.
6 eccle.& in c. nouerit. de sent.excom. vbi * est instituta contra facientes obseruari statuta contra libertatem ecclesiasticam pœna excommunicationis.item dicta pragmatica Comitis Ripagorsiæ laborat eodem morbo, præterea non duraret vltra tempus sui regiminis.vt not.Petrus.consilio xiij. Est verum, quòd in Regno Siciliæ vltra fatum est quædam pragmatica, quæ nimium viget, edita per quõdam d. Nicolaum de speciali tunc Viceregem sub Rege Alf.primo, in anno 1425. 2. August.xiij. in d.Data Messanæ, per quam statuitur, quòd clerici, qui volunt gaudere priuilegio clericali, teneantur perseuerare, & incedere cum clericali habitu, & sacerdotali tonsura, ac diuinis officiis quibuslibet diebus dominicis, & festiuis, horis consuetis cum suo pellitio personaliter interesse.

SVMMARIVM.

1 *Dominus directus non potest alienare ius suum, siue feudum inuito vassallo: sicut econtra nec vassallus absque domini voluntate.*

2 *Dominus, & vassallus fere in omnibus iudicantur ad paria.*

3 *Persona dignior est cæteris rebus.*

4 *Imperator non potuit subdere Marchiones, & Comites Duci Mediolani tenentes feuda in eius Ducatu (prout consuluit Bald.eidem duci) sine consensu dictorum Baronum.*

5 *Inuestitura seu gratia de feudo viuentis an expiret, si aperietur post mortem concedentis.*

6 *Successor laicus vtrum teneatur habere ratam inuestituram factam per eius prædecessorem.*

7 *Dominium sine traditione an transeat ex contractu inito cum principe.*

8 *Feudum quaternatum, vel non quaternatum an deuoluatur ad Baronem, seu ad Regem, si subfeudatarius commiserit crimen in Regem.*

9 *Restitutus subfeudatarius ad gratiam Regis offensi dicitur restitutus ad feudum Baroni quæsitum ob dictam offensam, nisi Baro feudum alienasset ante restitutionem.*

10 *Baro immediatus dominus esto, quòd possit placitare cum vassallo, an valeat hoc facere, postquam Rex mediatus dominus indulsit.*

11 *Ligius homo non potest esse duorum.*

12 *Feudatarius non ligius, nec subditus ratione domicilij, vel originis committens crimen contra Regem non tenetur læsæ maiestatis: sicut fuit in Rege Roberto cum Imperatore.*

13 *Homo non ligius non est obligatus, nisi ratione feudi: sed ligius ratione personæ, & omnium bonorum.*

14 *Feudatarius, & ciuis iurantes domino fidelitatem in quo differunt.*

15 *Sententia declaratoria requiritur in crimine læsæ maiestatis: & priuatiua in aliis criminibus commissis per feudatarium.*

16 *Ciuis dici nõ potest nisi origine, adoptione, allectione, vel manumissione.*

17 *Incola quis sit: & ad quæ munera tenetur.*

18 *Ciuitas facit ligia per iuramentum operatur, quòd omnes habitantes tanquam ciuitati subditi dicantur ligij.*

19 *Vassallus habens feudum à duobus dominis, seruiendo priori non offendit posteriorem: quia in fidelitate quæ fit domino posteriori, semper excipitur fidelitas præstanda priori.*

20 *Vassallus excusatur à principe iussus arma capere stante dubietate belli iusti, vel iniusti: sed an ad offendendum sicut ad defendendum. & numero sequenti.*

DECISIO CLXII.

IN causa Francisci de Raynaldis cum domi. Comite sanctæ Seuerinæ conuento super rei vendicatione cuiusdam feudi sit in pertinentiis sanctæ Seuerinæ: cum domin. Comes prætendat patrem dicti Francisci commisisse feloniam ac rebellionem contra quondam Catholicum Regem, & se habuisse priuilegium à quondam Rege Federico, confirmato per eundem Catholic.

cathol. Regem, quòd habentes feuda etiam quaternata in Comitatu sanctæ Seuerinæ, illa ab ipso Comite suísque hæredibus & successoribus recognoscent, & quòd ad eum deuoluantur quoties aperiri contingat, ortæ sunt infrà scriptæ difficultates. Prima difficultas est, an Rex Federicus, sub quo immediate, & in capite Musea de Raynaldis tenebat feudum, potuerit illud subiicere Comiti, quòd ab eo recognoscatur. habemus textum in c. ij. quo tempo. miles. iu cap. j. §. ex ead. de l. Corradi. vbi Andræ. & in l. j. §. penul. vbi etiam And. de prohib. alien. per Lotha. & in l. imperialem. §. præterea.
1 in fin. de prohib. alien. per Fede.* quòd dominus directus non potest alienare ius suum, siue feudum inuito vassallo: sicut econtra vassallus non potest ius suum alienare sine voluntate domini, aliàs illud perdit, per dictam l. primam. de probi. alie. per Lotha. & per Feder. & dicit Alua. in d. §. ex eadem. primo not. quòd ista fuit ratio decidendi in illo
2 text. quia * fere in omnibus ad paria iudicantur, dominus, & vassallus. cap. j. in fin. de for. fide. merito congruum fuit paria decernere iura. §. fin. de pa. iur. fir. & eandem ratioñe not. Alua. in d. §. præterea ducatus. in iij. not. dicens, no. quòd dominus non potest ius suum, quod habet in feudo, transferre in alium extraneum absque volũtate vasalli. idem firmat Andr. in d. § ex eadem. Hinc Andr. in d. §. præterea. late explicat, an vasallua demanij possit per Regem alij concedi, & concludit in xij. col. quòd vbicunque interest vassalli non dari, seruabitur æqualitas: vt sicut vassallus non alienat inuito domino, & sine eus consensu: sic nec econtra: & deinde in xiij. colum. dicit hæc verba: sicut nec aufert feudum inuito vassallo, sic nec personam
3 vassalli dando alij multo fortius, * quia persona dignior est rebus. de ædil. edi. l. iustissime. & hæc in his quæ sunt in obsequio, quod dedignatur quis facere etiam inclinati se: & si melius esset eo inuito fieri non deberet. ff. de vsu & hab. l. fi. quod non est in dando, vel faciendo artificio: & in eo, quod recipit æstimationem, & potest vendi, & cedi secus: & subdit in xiiij. columna. quòd sit præiudicium hominibus demanij in recipiendo dominum specialem: nisi, dicit ipse, in fine fieret ob public. vtilita. vt quia daret militi strenuo, & non haberet aliud, quia tunc etiam res priuatorum concedi possunt. l. item si verberatum. ff. de rei ven. & istam
4 difficultatem * in propriis terminis in Imperatore, qui erexerat Ducatum Mediolani, & subdiderat Marchionatus, & Comitatus: & voluerat, quòd omnes & singuli Barones, Marchiones, & Comites, & alij vniuersi tenentes aliqua feuda in Ducatibus, & diocesibus Ducatus Mediolani recognoscerent ea à dicto Duce: consuluit Baldus ipsimet Duci, quòd non potuit Imperator hoc facere sine consensu illorum Baronum, & hoc in consilio vltimo incipienti, Rex Romanorum j. vol. Secun-
5 da * difficultas est, quando vere potuisset Rex prædicta facere, an sua gratia facta Comiti expiret ex eo, quia antequam dictum feudum sit apertum, ipse Rex Federicus sit expulsus: & videtur, quòd simus extra difficultatem istam. primò: quia in principe seculari faciente inuestituram seu gratiam de feudo viuentis, cum aperietur, cautum est quòd gratia non expirer: etiam si concedens moriatur, & successor * tenebitur habere ratam 6
inuestituram. capitulo primo. in fine. qui succ. ten. primò & secundo. & capitulo moribus. si de feud. fuerit controuersia. sed dicta iura videntur loqui in successione laico, qui venit vt hæres, vt dicunt textus ibi. & ista videtur ponderare ibi ratio differentiæ inter prælatum, & laicum: vnde gloss. in d. cap. j. in gloss. fina. dicit hæc verba: & est ratio, quia successor prædictorum nihil habet à prædecessore: vnde eius factum non tenetur habere ratum: sed in hærede secus, quia ex qua persona quis lucrum capit, eius quoque factum probare tenetur: etiam si quandoque iure pactum non esset, vt ff. de regu. iur. l. ex qua persona. & C. de lib. cau. l. si ab eo. Secundò videtur, quòd ex alio simus extra dictã difficultatem: Comes enim ex priuilegio Regis Federici videtur quodammodo fuisse factus directus, & immediatus dominus dictorum feudorum existentium in Comitatu: quoniam licet sit magna dubitatio, * an ex cõtractu inito cum principe trans- 7
eat dominium sine traditione, quæ in casu nostro non interuenit: de quo late per mod. in l. traditionibus. C. de pact. & in l. quoties. C. de rei vendi. & Bald. in prælud. feud. xj. col. dicit, quòd per verbalem inuestituram principis de feudo factam transeat dominium: & ita dicat etiam Angel. in l. officium. ff. de rei vend. tamen And. in c. j. iij. col. quid sit inuesti. clare tenet, quando princeps infeudando diceret, inuestio te, vt habeas dominium, prout est in feudo Comitis: tunc tollerentur iura communia, quæ sunt posita circa hoc: & quamuis quo ad Comitatum in Comitem sit tantũ vtile dominium translatum, vt est glo. in c. j. §. præterea. vbi Bald. & doct. de cap. Corr. text. in c. j. §. j. vbi Bald. Andr. & Aluar. de inuesti. de re. alie. fac. tamen non inconuenit dicere, quòd respectu subfeudorum residear in Comite quoddam quasi dominium, quod appellatur vtile. & Bald. in c. cæterum. pen. col. de re iud. appellat dominium inferius: & ita tenet Iaco. in trac. feud. in verb. dictique vassalli promiserunt non committere felloniam. iij. colum. vbi allegat Io. Ray. in d. l. impetialem. §. illud. circa septimam colum. & Ioan. Fab. in §. alia. instit. de leg. nec videtur ista secunda difficultas inconuenire: ex quo Cathol. Rex confirmauit iam priuilegium Regis Feder. vt sic simus extra c. primum. qui succe. tene. nam antequam fieret dicta confirmatio, præcesserunt capitula Neapolitana secunda remittẽtia crimina Neapol. & prima & secunda cõfirmantia bona, & feuda dictorum Neapol. Tertia difficultas est: * quoniam quando subfeudatarius committe- 8
ret crimen in dominum mediatum, puta Regem: quia hoc casu deuolueretur ad dominum immediatum: si non erat feudum quaternatum in d. l. imperialem. §. illud quoque. Iac. in ver. dictiq; vassalli. prima & quarta causa. si verò quaternatum Rex ipse poterit conferre: vt not. Andr. in dicto §. illud. ij. col. quamuis. c. Papæ Honorij si contingat. velit, quòd conferat dominus immediatus: si dominus mediatus, puta Rex offensus non deduxerit in animo hanc offensam, neque illam placitasset, an possit placitare feudatarius, scilicet dominus immediatus subfeudatarij delinquentis

pro suo interesse. Andr. in cap. j. v. colum. de vassal.
decret. ætat. videtur tenere, quòd sic. Ponit enim
9 quęstionem in ver. verum autem restituatur,* si ob
culpam vassalli delinquentis in Regem, & tenen-
tis feudum à Barone, Baro placitasset cum feuda-
tario: & postea Rex restitueret subfeudatarium
indulgendo ei crimen, an videatur restitutus ad
feudum Baroni quæsitum. & consuluit, quòd sic:
nisi Baro ante restitutionē alienasset: & idem intel
ligit ibi Car. Alex. quòd restitutio principis iuuat
in dicto casu, etiam agnatis: quando feudum ad a-
gnatos aperiri debuisset, & hoc in dicto cap. j. ver.
vlti. quæritur: & quòd in casu d. §. illud feudum
iret ad dominum, non ad agnatos, tenet Iacob.
in ver. dictique vassalli. iij. colum. versicu. quæro e-
tiam. licet Præpositus in dicto capi. j. iij. columna.
de vassall. decret. ætа. aliud dicat esse æquius. Quar-
10 ta difficultas, an esto * quòd Baro immediatus do-
minus posit placitare, facere hoc valeat postquam
dominus mediatus indulsit. Et quidem vt colligi-
tur ex Andræ. in dicto capitulo primo. de vassall.
decre. æta. si post latam sententiam posset dominus
remittere, & restituere, multo magis ante: sed
quòd Cath. Rex remiserit, vel restituerit Muscam,
non apparet: nisi per capitula ciuitatis Neapoli.
expedita per M. Cap. in quibus est quartum capit.
nihil loquens de indulto, & restitutione, sed de
confirmatione, & noua concessione, & clarum
est, quòd M. Cap. non habebat potestatem conce-
dendi de nouo: sed tantum confirmandi personis
particularibus nam in sua prima potestate sub da-
ta Granatæ 15. Iunij. 1501. dicitur, sic politis etiam
pro nobis, & nomine meo confirmare magnati-
bus, Baronibus & quibusuis incolis præfatorum
Ducatuum Calabriæ, & Apuleæ cum membris
suis, & vnicuique suorum terras iurisdictio. vas-
sallos, & alia bona, quæ per eos, & eorum quem-
libet impræsentiarū possidentur, vnicuique suam,
eo modo videlicet, quo melius hactenus eisdem
rebus vsi sunt, & vti potuerunt, & debuerunt.
Quinta difficultas an Musca, quem constat fuisse
incolam ciuitatis Neapolis, & domicilium, in
qua habebat etiam domum, dicatur: tunc potuis-
se appellari homo ligius Regis Francorum. Effe-
ctus huius difficultatis est: nam si erat ciuis Nea-
polita. & volumus dicere eum ciuem ratione do-
11 micilij, & sic ligium: cum * quis non possit esse
ligius duorum: vt notat glossa in Clementin. pa-
storalis. §. denique. de re iudica. in verbo, homóque
ligius: & Baldus in capitulo cæterum. eodem ti-
tulo. si primo per ciuitatem esset factus ligius: vt
Neapolitanus Regi Gallorum: sequeretur, quòd
deinde ratione feudi non erit ligius: & ex hoc re-
12 sultat maximus effectus:* nam si committeret cri-
men contra eum, cui non est ligius, vel subditus
ratione domicilij, seu originis, sed solum ratio-
ne feudi, non posset dici in crimine læsæ maiesta-
tis: ita in Rege Roberto statuit Papa in dicta cle-
mentina pastoralis. §. denique. vbi quamuis Rex
Robertus aliquas terras, videlicet Comitatum
prouinciæ in feudū ab Imperatore teneret: vt di-
cit Bartolus in titulo, qui sint rebelles. in versicu.
rebellando. tamen Imperator nullam superiorita-
tem, nisi ratione feudi habebat: & ex quo domi-
cilium in ꝓconiucia non tenebat, non potest dici,
quòd commiserit contra Imperatorem crimen læ-
sæ maiestatis. ita determinat Papa in dicta clemen-
tina in verbo, rursus. & glossa ibi dicit in verbo,
non sufficit. notat quòd per notarium subditum
non committitur crimen lęsæ maiestatis. inde Spe-
culator in titulo, de feudis. §. quoniam. versiculo
xvij. dicit, * quòd homo non ligius non est obli- 13
gatus, nisi ratione feudi: sed ligius ratione perso-
næ, & omnium bonorum: & propterea Baldus
notat in dicto consilio vltimo incipiente Rex Ro
manorum. sexta columna. considerat, * aliud esse 14
quem iurare vt ciuem, aliud vt vassallum ratione
feudi. primò: quia si iurat vt ciuis, & contrauenit,
non perdit iura ciuium: si verò vt vassallus, per-
dit feudum, & vadit ad superiorem solum per sen-
tentiam: secundò quia ciuis, qui iurat fidelita-
tem, & non seruat: si machinatur contra princi-
pem, etiam vitam perdere potest: sed vassallus non
potest plus perdere quàm feudum. item idem Bal-
dus ibi in vltima columna dicit, quòd quidam
sunt subditi, vt ciues, & etiam ratione feudi, &
isti iurabunt vt ciues, & obedient ratione feudi:
quidam sunt subditi solum ratione feudi, & isti
vel nihil aliud tenentur alicui, saluo quòd ipsi Im-
peratori tenentur facere fidelitatem: si ergo non
potest imputari in Musca crimen læsæ maiestatis,
sequitur quòd non fuit priuatus ipso iure feudo:
& donec feratur * contra eum sententia priuati- 15
ua, retinebit dominium vtile, quòd transit in hæ-
redem. l. cum hæredes, in principi. ff. de acquiren-
da possessione, & quòd in terminis nostris requi-
ratur sententia, tenet Iacob. in verb. dictique vas-
salli. lo j. versiculo. sed quæro vlterius. per textum
dicti §. illud. vbi Imperator vtitur verbo futuri
temporis: per quæ verba exigitur sententia secun-
dum glossam ordinariā in l. in criminali. C. de iu-
risdictione omnium iudicum. & in l. iubemus. §.
iconomos. & §. sane. de sacrosanctis ecclesiis. At in
crimine læsæ maiestatis requiritur solum sententia
declaratoria. vt notat Andræ. in l. j. §. sed nec est
alia. quæ sit prima causa beneficij amittendi. in l.
finali, prima columna. de prohibition. alienat. per
Lotha. in capitulo primo. secunda columna. de ca-
pi. Corr. in capitulo primo. prima columna. de na-
turali successio. feud. d. l. prima. §. callidis. de pro-
hibition. alienatio. per Federicum. Quòd autem
Musca non fuerit ciuis, sed tantum incola ciuita-
tis Neapolis, facit: * nam ciuis non potest dici 16
quis: nisi origine adoptione, electione, vel ma-
numissione: vt in l. ciues. C. de incolis. libro de-
cimo. & in l. j. ff. ad munici. quorum nullum inter-
uenit in Musca. Et si idem non fuerit in crimine
læsæ maiestatis, an saltem impingi ei possit crimen
rebellionis. Bart. in titulo qui sint rebelles. in verb.
rebellādo. ij. colum. primò dicit videri quòd non,
quia non est subditus. In contrarium secundum
eum videtur dicta cle. pastoralis. in prin. vide Bar.
ibi. Incola * verò is est, qui tanquā aduena aliun- 17
de veniens constituit sibi sedem & domicilium in
alieno territorio. l. pupillus. §. incola. de verbo. si-
gnifica. dicta l. ciues. & not. in dicta l. Incola. la pri
ma. ad muni. & Ioan. de Pla. in l. iij. & in d. l. ciues.
de incolis: at licet non sit ciuis, sed tantum inco-
la: tam

la:tamen erat subiectus muneribus & collectis, ad quas incolæ tenentur: vt in l.j. & 10 l.cum neque. eod.titu.C.de incolis.& not.glo.in dicta l.iij.in gl. ij.C.de Incolis.& declarat Ioan. de Plat.in dicta l. iij.& l.cum neque.eod.tit.vbi quòd tenetur muneribus personalibus illis quæ impoountur pro rebus.item erat subiectus ratione iurisdictionis, ob quod solum fuisset obligatus iurare fidelitatem, sicut omnes habitantes: vt in c.j. in prin. qualiter
18 vassal.iu.de fide. & ibi Andr. in ij.col. * vnde si ciuitas erat effecta ligia per iuramentum, ipse quoque ligius videtur effectus tanquam subditus ciuitati & habitator. Sexta difficultas, si Musca erat ex prædictis ligius Francorum Regis, an excusari possit ab amissione feudi: quod recognoscebat à Catho. rege: ex quo probatum est in processu, quòd belligerantibus Capitaneis vtriusque regis in Prouincia Apuleæ, quæ erat clara Cathol. regis, ipse Musca armabat, & auxiliabatur pro rege Francorum sequẽdo illas partes. Quòd feudum non possit sibi auferri, facit: nam tex.in l. imperialem.§.il-
19 lud quoque. de prohib.alien.per Fede. vult * quòd quãdo vassallus habuisset dominum antiquiorem, à quo ab antiquo recognoscebat aliud feudum, & erat sibi obligatus seruire ex debito fidelitatis: si seruiendo huic domino antiquiori offenderet posteriorem, non debet ob hoc feudo priuari, quod à posteriore recognoscit: quia in fidelitate, quæ fit posteriori domino, semper excipitur fidelitas, quæ debet præstari primo.c.j.§.fina. hic finitur lex. l.ij. de prohib.alie.per Lotha. Alua. in dicto c.j.§.fi. hic finitur lex. declarat, & comprobat per facientia iura: & intelligit hoc nisi posteriori esset ligius: imò glo.fi.in d.§.fin. & ibi Alua.in iij. q. tenent, quòd in iuramento, quod præstat secundo domino, debet excipi persona domini antiquioris. si ergo Musca ratione iuramenti Neapolitanorum, quod fuit antiquius, erat ligius Francorum regis, debet esse excusatus. Contra hoc facit primò: nam hac ratione attenta ipse Musca debebat seruire magis Cath. regi: nam per dictum feudum, quod habuit à quondam Rege Ferdinando, primò erat effectus ligius suus: in quo ligio successit Rex Catho. ob Prouinciam Calabriæ, in qua feudum erat, à cuius magno Capitaneo habuit confirmationem, licet datam post iuramentum Neapol. sed quod præstiterit ligium regi Ferdinando primò pro feudo non apparet: vnde tenebatur solum ad fidelitatem, quæ veniebat ex natura feudi. Secundò contra rem facit: nam non apparet, quòd Musca fuerit interpellatus, vt seruiret regi Francorum: vnde voluntarie & animose iuit ad bellandum: igitur stante, vt infrà dicetur, quòd bellum illud fuerit dubium, an sit iustum, debet verè vassallus interpellari ad hoc, vt excusetur ab interesse tertij. vnde Andr. in c.j.
20 ij.col.quib. mod.feud.amit.dicit: * quòd si sit dubium an bellum sit iustum, vel iniustum: si Princeps præcipiat tunc bellare, excusatus est subditus. xxiiij.q. prima: qui culpatur. & debet obedire, & de hoc infrà aliquid. Tertiò facit, nam ex parte Regis Gallorum bellum erat iniustum: quia Vicerex Gallorum iuit ad Apuleam Prouinciam Cathol.Reg.ad inferẽdum bellum, & cum eo Musca: & ad hoc, vt vassallus teneatur auxiliari domino in bello, debet illud bellum esse iustum: quinimo si esset dubium de iustitia, vel iniustitia belli, excusaretur tunc subditus, & debet obedire. vt not. Andr. in dicto cap.j.ij.colum. quibus modis feud. amit. quasi quòd sentiat per illa verba, debet obedire, quòd ad hoc, vt excusetur debet ei præcipi, quòd belletur. tanto magis debuit præcipi, quando bellum fuisset clare iniustum. & de hoc, an vassallus debeat iuuare in bello iniusto, Aluar. in dicto cap.j. in princip. ij.colum. quibus modis feud. amitta. refert, quòd in cap.j. hic finitur lex. conclu-
ditur, * quòd si est certum, quòd dominus habet 21
iustam guerram, vassallus tenetur iuuare in offendendo, & in defendendo: si est certum, quòd habet guerram iniustam, & tunc non tenetur eum adiuuare ad offendendum, sed ad defendendum sic. Si autem dubitaretur, tenetur iuuare in offendendo, & defendendo: sed idem Aluar. in dicto capitulo primo, tertia & quarta columna. hic finitur lex. loquendo de bello iniusto, dicit: veritas est, quòd non necessitatur ex vi promissionis, si non vult, sed tamen si sponte impedit hoc seruitium, debet dominus habere gratum, non tamen excusatur secundum eum vassallus à parte aduersa: cui infert nocumentum: & ita dicit dicere Bald. in dicto cap.j.in princip. quibus modis feud. amit. Ex quibus videtur clara decisio, quòd ad hoc, vt vassallus excusetur, requiratur interpellatio: etiam quando est dubium: vt suprà dictum fuerat: imò quando esset iniustum, non excusaretur vassallus ab interesse partis, vt proximè dixi. Et contra Muscam facit etiam, quia non constat, quòd iussu Regis Gallorum dictum bellum factum sit: quia non constat hoc iuxta rubrum & nigrum in authent. vt armorum vsus. nec obstat, quòd per iuramentum ligium datum à Neapolitanis sit promissum facere omnia, quæ tendunt ad exaltationem status Regij: primò, quia intelligitur de iustis: secundò, quia etiam in iuramento fidelitatis promittitur vtile: vt in capitulo primo, de for. fide. & de no. for. fide. & ad hoc vt teneatur vassallus adiuuare dominum, bellum debet esse iustum. Causa hæc non fuit decisa: quia partes se concordarunt, vt Comes daret certam pecuniam actori, & ille cederet liti, & causæ, & ita factum est. Pro actore tamen maximè faciebat: quia vt suprà allegatum fuit, si Musca non fuit rebellis, requirebatur sententia ad perdendum dominium: quæ non interuenerat: vnde forte iudicari debuisset pro eo quo ad dominium: sed Comite postea agente vt dominium auocaretur ob felloniam, quid iudicandum esset subsisto.

SVMMARIVM.

1 *Rescriptum concedens dari debere capitula, quæ postea reperiantur diuersa, quid operatur: & secundum quam formam dari debent imperranti, & nu. 5.*

2 *Dictio maximè, stat limitatiue & taxatiue: aliquando implicatiue & aliter, vt ibi.*

3 *Officio concesso cum salario consueto quòd apparet diuersimode solutum: debet inspici salarium quòd*

quòd longiori, & non breuiori tempore solutum est.

4 *Solitum & consuetum fieri, refertur ad proximos annos præcedentes, an ad longiorē consuetudinē.*

DECISIO CLXIII.



ÆSAREA maiestas inuestiuit illustr. don Raymundum de Cardona Viceregem huius Regni de officio magni Admirati, scripsitque literas sacro Consi. quòd debeat dare capitula Admiratiæ continentia prærogatiuas officij præfato Admirato, prout semper consuetum est dari eis prædecessoribus suis, maximè quondam Bernardo valla mari Comiti Capudatij, & domino Deceures. præfatus dominus Deceures nōdum habuerat capitula, sed dominus Comes Capudatij. sic: fuerúntque producta diuersa prædecessorum in dicto officio capitula, inter quæ stat differentia: nam producta fuere capitula dicti officij concessa per quondā regem Alfonsum Duci Suessæ: item cōcessa per Regem Ferdinandum primum d. Principi Altamuræ eius filio: item concessa per Regem Federicū quondā Principi Bisiniani: item per quondam Catholi. Regem præfato Comiti Capudatij. in his quæ concessa fuerant Duci Suessæ, & Principi Altamuræ: sunt nonnulla capitula, & 1 prærogatiuæ, quæ non sunt in capitulis Principis Bisiniani, & Comitis. Dubitatum est * secundum quam formam debeant concedi capitula præfato don Raymundo: quòd secundum capitula Comitis Capudatij facit: nam dicit dominus Rex, quòd dentur, prout semper consuetum est dari, maximè
2 quondam don Bernardo &c. vt * dictio hæc maximè stet limitatiue & taxatiue, prout sumitur in l. oratione. ff. de feriis. in l. fina. §. sin autem libertatibus. de Lati. lib. toll. in cap. ad abolendam. de filiis presbyterorum. in capit. charissimus. de conuersatione coniugatorum. Sed visum est quòd in casu nostro dictio, maximè, non habeat limitare: nam videtur posita inter genus & speciem. genus erat, prout semper consuetum est dari prædecessoribus suis, species est maximè Comiti Capudatij, & domino Deceures: vnde succedit, quod not. Bart. in extrauag. ad reprimen. in ver. maximè, qui dicit, quòd quando ponitur hæc dictio inter genus & speciem, vt quia præcedit genus, & sequitur species, non ponitur tunc implicatiue: cum totum sit iam expressum, sed significat rationem in expressis fortiori vigore, & hoc per tex. ibi. & in authent. habita. C. ne filius pro patre. & de hac dictione per Abb. in cap. auditis. ij. colum. de elect. & in cap. damnamus. ij. colum. de su. tri. Felinus in cap. significasti. penul. colum. de foro compe. vnde cum per hanc dictionem nō possit decidi quæstio hæc, videamus vltra. text. in l. Mella. §. j. de ali. & ciba. leg. dicit, quòd si aliquis legaret Titio alimenta, quæ viuus præstabat, si vario modo per tempora præstita sint, attendetur præstatio proxima morti, & per illum tex. dicebat Bald. in l. qui binos.
3 de aduoc. diuer. iud. * quòd si concederetur alicui officium cum salario consueto: & appareret, quòd diuerso modo solutum sit, debet inspici salarium quod longo tempore consuētum est, non illud quod duobus vel tribus annis præstitum est: quia cum de consuetudine facimus simplicem mentionem, intelligitur de longa consuetudine, vt extra de cōsuetudine. c. Cumana. inde subdit: sed tu dic, quòd sunt inspiciendi proximi præcedentes anni, & ad istud fit relatio: vt in l. Mella. §. j. de alim. & ciba. leg. tex. in l. Seio. §. medico. de annu. leg. dicit quòd si aliquis legaret Sempronio ea, quæ sibi viuus præstabat, illa videntūr relicta quæ certā formam erogationis animæ, non incertam liberalitatis voluntatem habuerunt. & per illum textum dicit ibi Bartol. * quòd procurator generalis qui potest facere ea, quæ dominus solitus est. l. vel vniuersorum. de pigno. act. debet intelligi de his quæ 4
solitus est facere ordinarie: secus in his quæ solitus est facere extraordinarie. Alex. consil. v. ij. col. v. volum. dicit, quòd quando tractaretur, an aliquid sit consuetum vno modo fieri, & varie probatum esset, videtur vltima consuetudo attendenda magis quàm prima per text. in d. l. Mella. §. j. Et sic per prædicta fuit conclusum, & oblatum d. Viceregi, quòd sacrum Consilium vult concedere capitula, prout fuerūt cōcessa proximis vltimis Admiratis, videlicet Principi Bisiniani, & Comiti Capudatij.

SVMMARIVM.

1 *Alimenta vtrum præstari debeant spurio de æquitate canonica in foro ciuili, etiam in terris Imperij.*
2 *Pater an teneatur dotare filiam spuriam.*
3 *Hæredes an teneantur alere spurios, adulterinos, vel natos ex quocunque coitu.*
4 *Spurius an teneatur alere patrem.*

DECISIO CLXIII.



N causa Ioannis Thomasij Tonti filij naturalis quondam domini Loysij tonti contra filios, & hæredes quondam Nicolai tonti super præstatione alimentorum: præsupposito, quòd d. Loysius legauerit præfato Thomasio ducatos ducentos pro alimentis: & quòd do. Nicolaus eidem simpliciter legauerit alios ducatos centum, quæ omnes summæ sibi præstitæ sunt. dubitatum est, an possit præfatus Ioan. Thom. obtinere. Primò dubitatum est: * an filio spurio debeantur alimenta in foro ciuili in terris Imperij, quoniam tex. in auth. ex cōplexu. de incest. nup. illa denegat. text. autem in c. cum habere. de eo qui duxit in vxor. eam quam polluit per adult. illa dari vult. Imo. in l. ex facto. §. si quis rogatus. lo j. vj. col. ff. ad Treb. dicit, quod ius can. super alimētatione liberorū videtur seruandum in terris subiectis ecclesiæ: non in terris subiectis Imperio. per not. per gl. in c. fi. de arbi. lib. vj. & idē tenet Imo. l. Lucius. §. j. de leg. j. & Alex. in l. j. ix. col. fnl. ma. & in cons. lxxiiij. inci. circa primum. iij. volu. & Are. in cons. xlvij. inci. reuocatur in dubiū. Fel. in c. quæ in ecclesiarū. xvij. col. sub illa conclusione, quod in terris subiectis tēporaliter eccl. Ro. ius can. præualet ll. etiā inter laicos in foro seculari, ponit aliquos effectus: & primus est 1
quòd

2 * quòd in terris ecclesiæ pater tenetur alere filiũ
spurium, & dotare filiam. per textum cum ibi not.
in dicto cap. cum haberet. secus erit in terris Impe-
rij de iure ciuili. per authent. ex complexu. allegat
Imol. in d. §. si quis rogatus: vnde Felin. videtur se-
qui hanc opin. Imolæ: quam videtur etiam sequi
in c. ecclesia sanctæ Mariæ xvij. col. Contrariam
verò partem, quòd etiam in foro ciuili & Cæsaris
debeantur spurio alimenta: tenet gloss. in d. cap.
cum haberet. in gloss. fin. prope finem dicens, quòd
ius illud canonicum præfertur iuri ciuili. Butrig.
etiam ibi. ij. colum. dicit, quòd illud ius cano. præ-
fertur ciuili: & quòd debet intelligi in terris etiam
Imperij: aliàs non haberet dubium: nam in terris
ecclesiæ præferretur. idem tenet ibi Abb. in j. col.
dicens, quòd huic iuri canonic. statur hodie etiam
de iure ciuili: quia ecclesia inducit hoc ex quadam
naturali æquitate: & ne filij alimentis priuati pe-
reant. idem sentit Bart. in d. authent. ex complexu.
prout intelligit eum Abb. in d. c. cum haberet. & in
l. si gener. ij. col. de his quibus vt indig. prout eum
intelligit Bald. nou. in tract. dotium. vj. parte. priui
legio xvj. ij. col. Nicol. de Vbal. in tracta. de succes.
ab intest. v. char. dicit, quòd æquitati iuris canon.
debemus stare etiam de iure ciuili: & dicit, quòd
crederet hoc habere locum in natis ex quocunque
coitu. contra id quod sentit Bal. in d. auth. ex com-
plexu. Caccialupus in repet. l. frater à fratre. xix. q.
xl. colum. de condit. indebi. dicit in quæst. an spu-
rius, cui de æquitate can. debentur alimenta, possit
ea petere coram iudice seculari. fuit quæst. de fa-
cto. & dicit quòd Mar. Sozin. & Thomas doctius
consuluerunt, quòd sic: sed Aretin. contra, in d.
cons. xlviij. incip. reuocatur in dubium: sed ipse
nihil firmat, & Bald. nou. in tracta. do. vj. parte. xvj.
priuile. ij. colum. dicit Bart. in l. si gener. de his qui.
vt indig. sentiens, quòd talis æquitas cano. debet
seruari in terris Imperij. Claudius in d. l. j. ij. & iij.
col. solut. matr. tenet opinionem cano. veriorem,
& ꝙ ita iudicaret: ex quo alimentatio est de iure
naturali. l. j. §. ius naturale. de iustit. & iur. & lex ci-
uilis prohibens dari alimenta est contra ius natu-
rale. ergo non seruanda. cap. vt autem lex. iiij. dist.
Hercul. ibidem in dicta l. j. xv. colum. videtur te-
nere idem quod Bald. nor. & quòd in terris Impe-
rij præualet ius canonum. Decius in cap. ecclesia
sanctæ Mariæ. xviij. colum. ver. secundus casus. ex-
tra de constit. ponens casus, in quibus in foro se-
culari præualent canones: dicit primus est in ter-
ris quæ sunt de temporali iurisdictione ecclesię: vt
nor. Abb. ibi. xxix. in casu. dicti cap. cum haberet.
vbi de æquitate canonica filiis spuriis aliméta de-
bentur: & talis æquitas attenditur etiam in foro
seculari. Secundò in eadem causa dubitatum est,
3 * an hæc æquitas foueat spurios petentes alimen-
ta ab hæredibus patris patre mortuo. Salycet. in d.
authent. ex complexu. dicit contra id, quod dicit
Bart. ibi se consultasse, quòd de iure canonico pos-
sunt spuriis alimenta relinqui, & pro dote etiam,
& quòd hoc est sibi dubium: quoniam si à patre
debeantur alimenta, non sequitur conclusio, ab
hæredibus patris debentur. & quia de facili posset
fieri fraus legib. Abb. in consil. cxv. ij. colum. ij. vo-
lum. dicit primò, quo ad patrem stari iuri cano-
nico, tanquam fundato super æquitate naturali: vt
habetur in d. cap. cum hæres. & dicit, quòd hoc te-
nent communiter legistæ, maximè Bart. & Bal. in
d. authen. ex complexu. inde subdit, vnde quemad-
modum tenebatur defunctus, ita & hæres obliga-
tur, qui succedit in locum defuncti: & ad hoc se-
cundum eum bonus text. in authen. licet. C. de na.
lib. & quod ibi not. maximè per Baldum & subdit,
quòd debet etiam dotari spuria ab hærede. Ludoui.
de Sardis in tracta. de legat. ix. colum. ver. quartò
quæritur: dicit quo ad naturalem alendum forte
cogentur hi, ad quos hæreditas patris peruenit:
nam hoc est onus reale, quòd imponitur pro men
sura substantiæ: & sic sequitur ipsam rem. C. sine
sensu vel reliquis. l. j. & dicit, * quòd ius cano. non 4
procedit in patre, quòd à filio spurio alatur: dicit
quòd cum ius cano. loquatur in filiis adulterinis,
non tenerentur parentes etiam hodie alere filios
incestuosos, aut nefarios.

SVMMARIVM.

1 *Instantia perempta ex lapsu triennij, & resuscita-
ta per insufflationem spiritus vitæ à Principe, &
secundo perempta, potest adhuc secundo resusci-
tari per eandem insufflationem. & nu. 5.*
2 *Restitutio iterata in vna eadémq; causa non con
cedatur. & nu. 4.*
3 *Deus in cadauer Lazari vitæ spiritum insufflauit.*
6 *Citatio partis non requiritur quando Princeps in-
sufflat spiritum instantiæ peremptæ.*

DECISIO CLXV.

IN causa Domini Comitis Grucdariæ
* cum domino Barone sereni dubita- 1
tatum est: an ex quo dictus Baro, dum
instantia causæ, quam agitabat contra
præfatum Comitem, esset perempta lapsu triennij,
obtinuit in ea insufflari spiritum vitæ, & iterũ per-
empta est, valeat iterum, & sic secundò aliam in-
sufflationem obtinere. Quòd non, facit text. in l.
fin. C. si sæpius in integ. resti. posthu. vbi dicit text.
* quòd in vna eadémq; causa non conceditur ite- 2
rato restitutio. item facit Ange. in l. ij. C. de tempo.
appella. dum dicit, hic patet, quòd instãtia, & cau-
sa quæ erat perempta resuscitatur ex gratia Princi-
pis, qui insufflat spiritum vitæ in eam mortuam,
& sic de nihilo facit aliquid tanquam Deus terre-
stris. sic ff. de iur. fisc. nec reuocata. & de senté. pass.
l. ij. de nata. restitu. in rubr. & nigro. sic fecit Deus
cœlestis incarnatus, * qui in cadauer Lazari in- 3
sufflauit spiritum vitæ. hæc Ang. ex cuius verbis, &
comparatione nonnulli arguunt, quòd sicut Chri-
stus non suscitauit Lazarum, nisi semel, ita & Prin
ceps non suscitat, nisi semel instantiam. Quòd sic,
facit tex. in l. & si sine. §. restitutus. ff. de minoribus.
* vbi quamuis semel circa aditionem hæreditatis 4
sit minor restitutus, poterit iterum restitui. ita e-
tiam gloss. in dicta l. fina. & ibi Bald. in vltimis ver-
bis. Nec obstat textus ibi, quia loquitur quando
primo loco fuit denegata restitutio. Nec obstat
dictum Angeli de Lazaro, quoniam non negatur,
quin si à Domino fuisset iterum postulata resusci-
tatio, iterum concessisset: imò * & in nouissimo
die eum secundò resuscitabit. Fuit tandem in causa 5
prædict

prædicta secundo loco insufflatus spiritus vitæ: & nota, quia in paucis locis in iure de ista insufflatione reperies, nisi istas auctoritates. Primò Ang. in dicta l.ij. Secundò Bald. in l.fin.C. ex quib.caus. ma.dum dicit: quòd beneficium prætoris si inuenit actum sublatum, & euulsum radicitus, non potest sibi insufflare spiritum vitæ. Tertiò Angel. in consil.xxxvj.incip. pro decisione, in fine. dom loquitur de sufflatione spiritus vitæ, quam facit statutum aut testamentum. Quartò Paul.de Castr. in l.Stichum.§.aditio.ff.de solut. dum dicit: quòd quando hæres, qui restituerat hæreditatem (& sic apud eum remanserunt directæ inefficaces: & in fideicommissarium transierant vtiles) succederet fideicommissario vniuersali: ista successio insufflat in illis directis spiritum vitæ: & not.text.in d. l.ij.versi.quòd si ita.de tempo.appella. vbi quæstio 6 trita, * quòd quando fit insufflatio, non est opus partem citari, vel vocari. Quintò gloss. instit. de actio.in §.rursus.in glo.in ver.rescissa.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium concessum subdito potest ad nutũ Regis reuocari etiam causa non subsistente: nisi transisset in contractum: vel non sit remuneratorium. & nu.seq.& seq.& nu.5.*

4 *Princeps non potest rem priuati auferre sine causa iusta, scilicet causa pacis, quando pax aliter haberi non potest.& nu.6. Sed de plenitudine potestatis nu.10.*

7 *Regi attestanti se alienationem fecere ob causam necessariam, an credatur in præiudicium demanij alicuius terræ.*

8 *Causa præsumitur in Principe, licet non appareat: limita, vt ibi.*

9 *Princeps de plenitudine potestatis potest nobis auferre dominum etiam nulla causa suadente: tamen non sine peccato.nu.13.*

11 *Plenitudo potestatis est arbitrij plenitudo nulli necessitati subiecta, nullisq; iuris regulis limitata.*

12 *Princeps non dicitur posse illud, quod cum peccato potest.*

14 *Princeps vtendo potestate absoluta & non ordinata contra hominem, qui sua facta diiudicare non potest, Deum habet vltorem.*

DECISIO CLXVI.



N Causa Illustris. dominorum Ducis Adriæ, & Ducis Termularum cum vniuersitate sancti Seueri, & cum vniuersitate Therami super validitate priuilegiorum per Cæs. Maiestatem concessorum dictis Ducibus de terris præfatis, in quibus d. Rex facit venditionem dictarum terrarum: & dicit, quòd facit ob causam necessariam reipublicæ pro statu pacifico, & ex aliis iustis, & rationabilibus causis derogando priuilegiis demanij ex certa scientia, motu proprio, ex ple.pot.cum deliberatione Consilij, dictis vniuersitatibus ostendentibus priuilegia demanij per Retroreges eis concessa. Visum mihi fuit pro decisione dictæ causæ considerandas 1 esse quatuor difficultates. Prima * an dominus Rex potuerit ad nutum reuocare ista priuilegia demanij: nam priuilegium cõcessum subdito potest reuocari etiam non subsistente aliqua causa: vt not. Bald. in l.qui se patris.vij.colum.versic.& scias.C. vnde lib. Abb.in consil.iij.xix.q.ij.volum. Felin.in c.j.ij.colum.de proba. Tamen quod in casu nostro non habeat reuocatio locum, & primò, de priuilegio sancti Seueri: nam cùm ipsa terra esset in posse, & vtili dominio Papini Comitis Turris maioris. Rex concedit ei, quòd soluat pretium sumet dicto Comiti, & reuertatur ad demanium: & promittit ipse Rex Robertus ipsam tenere semper in demanio &c. vnde pro habendo hoc demanio soluta est pecunia Comiti: ex qua solutione Rex consecutus fuit consolidationẽ dominij vtilis cum directo: vnde videtur hoc respectu dictum priuilegium in vim contractus transisse, quia habuit Rex dictam consolidationem, & ob id concessit demanium: & videtur esse initus contractus, facio vt des, vel do vt facias. & clarũ est, * quòd quan- 2 do priuilegium concessum subdito transit in contractum, non potest reuocari sine causa: vt not. doct. in locis præallegatis. & Pau.de Castr. in l.digna vox.C.de ll. & Petrus consil.xvj. & primo casu, bene habet pecunia soluta commensurationem cum concessione regia: considerando, quòd Rex acquirit ex illa pecunia vtile dominium, quod nec vult alienare. Quo ad priuilegium, vt videlicet ciuitatis Therami, videtur etiam quòd non sit simplex priuilegium: nam Rex Federicus primus rememoratis multis sibi præstitis per dictam ciuitatem, ac damnis per eam incursis, ob remunerationem vult, quòd stet perpetuo in demanio: vnde succedit, * quòd cum tale priuilegium sit re- 3 muneratorium est irreuocabile: vt not. tenet Fel. in c.nouit.x.colum. de iudic. vbi hoc comprobatur & non potest dici, quòd non sunt commensurata merita demanio: prout de commensuratione rei concessæ ad rem datam, vel factam considerat Baldus in dicta l. qui se patris.viij.colum. Anto.& Felin. in d.c.nouit. tum quia de modicitate meritorum non habemus, nec præsumimus æquipollentia: tum etiam quia Rex non donat vassallis vtile dominium, quando concedit demanium: sed retinet pro se: vnde si esset alienaturus alij pro xxx. millibus recipiendo x.millia ab vniuersitate, quòd retineat eam pro se: videtur magis lucrari quàm recipiendo ab emptore xxx.millia. Secunda est difficultas, an saltem ex iusta causa potuerit Cæs.Maiestas dicta priuilegia reuocare, & terras prædictas alienare: & quidem sine causa clarũ est, quòd non posset auferre bona etiam infidelium: vt not. Abb. Felin. Dec. & alij in d.c. quæ in ecclesiarum: & dicit And.in c.j.§.& iterum.de cap. Cor. vij.colum. * quòd Princeps non potest rem priuati auferre 4 sine causa iusta secundum communem distinctionem in l.fina.C.si contra ius vel vti.pu.& in capi.j. §.si.ix.col.de capit.qui cur.vendi. * quòd Princeps 5 ea quæ donauit non reuocat sine causa: & idem in iuribus, & priuilegiis: vt in iuribus adductis in præcedenti difficultate: cum causa autem potest vt causa publ.vtili.quæ præsupponitur in casu nostro, vt in l.item si verberatum.de rei vend. l.venditor.§.si constat.com.præd.l. Lucius.ff. de euict. cum

eum si.& quando facit cum causa,potest & dicitur
facere ex potestate ordinaria , si pleu.pot.quia
hoc etiam inferior a Principe posset facere.de quo
loquitur text.in capitu.in nostra. iniu.videlicet
de ciuitate Brixiæ . & text.in dicto §.si constat. lo-
quitur in ciuitate qualibet. & Bartol in l.quæcun-
que.de fide instrum.& iur.hast. lib.x. loquitur
de ciuitate Perusij , & de ciuibus loquitur Bartol.
in procœ.digestorum.in l.quoties.ff.de pollicita.in
l.Antiochensium.ff.de priuileg.credi & not. Alex.
consi.ccxvj.viij.colum.ij.volu.& Deci.in d.c.quæ
in ecclesiarum.xij.colum.& xiij.sed vis stat in cau-
sa ista , quia alienatio debet esse talis, sine qua non
potuisset prouideri statui , & necessitati,videlicet
6 * quia pecunia aliter haberi non potuisset per Re-
giam Curiam ,si non venditæ fuissent terræ præ-
dictæ : nam tunc demum pro causa pacis res po-
test alicui auferri , vel alienari : quando pax aliter
haberi non potest : vt not. Iason in l.Gallus.§. &
quid si tantum.in ij.lectu.xij.col.versi.intellige ta-
men.de libe.& posthu.allegat Pet.de Anchar.in c.
statuta.vj.q.de consti.& in regula peccatū.xxxviij.
col.de regul.iur.& consil.clxij.incip.viso diligen-
ter.quæ ante ad hoc Felin.allegauerat in d.c.quę in
ecclesiarum.xx. colum . hic licet in priuilegiis d.
7 Rex * dicat se alienare ob causam necessariam reip.
& tamen potest esse necessaria alienatio:sed non ap
paret , quòd non erant alia , quæ vendi potuissent
pro subuenienda hac necessitate : nec d.Rex dicit
hoc in priuilegiis , quia forte sibi crederetur, cum
attestetur cum suo assistenti Consilio de his , quæ
in priuilegio continentur , seu cum subscriptione
Quęstoris:quo casu licet principi volenti iuri ter-
tii præiudicare non credatur in eo , quod asserit
pro causa præiudicandi:vt tenet d.Abb.in d.c.quę
in ecclesiarum.& in clemen.literis, in fi.de proba.
tamen secundum Andr.in titu.qui succe.tene.in
capitu.j.de capit.qui cur.vendi.& de contro.feud.
apud par.ter.crederetur quando dicit cum Consi-
lio , cum subscriptione Quæstoris.in casu nostro,
vt dictum est non asseritur ,quod aliter pecunia
8 haberi non potuisset. Et si dicatur, * quòd in Prin-
cipe præsumitur causa licet non dicatur, nec ap-
pareat: vt not.Cyn.in l.rescripta.iij.& iiij.q6. C.de
precib.impe.offe & in l.fin.C.si contra ius vel vti.
publi.Andr.hic finitur lex.vij.colum.Butr.in capi.
quia plerique.de inuesti.eccle.Abb.in c.quanto.de
iureiur.& not.Fell.in d.c.quæ in ecclesiarum.xxj.
& xxij.colum.Responderi potest,quòd illud limi-
tatur non habere locum quando vellet Princeps
reuocare ea , ad quæ est obligatus de iure naturali
vel gentium.ita Felin.in d.c.quæ in ecclesiarum.
xxij.colum.& Deci.ibidem.xvij.colum.qui exten-
dit hoc non solum quando Princeps vellet venire
contra contractum suum:sed etiam in qualibet di-
spositione quæ fieret per principem contra ius na-
turale vel gentium.aliud ergo videtur attestari de
causa cum Consilio seu subscriptione Quæstoris:
quoniam tunc crederem sequendo Andr. aliud
præsumi causam,& subscriptionem Questoris.non
dicit Andr.quod facit præsumi eam : nec enim vi-
detur facere fidem nisi de eo,quod in priuilegio ex
pressum est:vnde ista difficultas est magni momen-
ti:dominus Ludouicus de Montalto , & dominus
Hieronymus de Colle oretenus attestati fuerunt,
quòd non poterat sine hac venditi ne subuen iri
necessitatibus belli. An his credendum sit, an vero
consulendum C.Maiestatem , seu sibi referri:dum
de eo,quod ius vult:& quòd si ita est in facto:quod
subueniri aliter necessitatibus belli non potuisset,
valeant alienationes:alias non;& tantò magis,quia
bene præsumitur d.Rex scire , quod ex causa ne-
cessitatis possunt quæcunque priuilegia infringi,
& tamen commisit , quòd Sac.Consi.de hoc iudi-
caret . Tertia difficultas est: * an ex plenitudine 9
potestatis nulla vrgente causa potuit d.Rex præiu-
dicare dicti priuilegiis,& ea tollere , & hanc non
habeo pro difficultate, * quoniam de ple.po.etiam 10
sine causa potest tollere ius tertij. Bald.in l.ij.viij.
colum.versicu.item no.quòd si Papa dicit : solius
enim Principis * priuilegium est iura vnius aufer- 11
re,& dare alteri ex plen.pot.est autem plen.pot.ar-
bitrij plenitudo nulli necessitati subiecta , nullis-
que iuris regulis limitata.Angel.in l.item si verbe-
ratum.§.j.ff.de rei vendi.dicit,quòd Imperator de
plen.po.auferre potest nobis dominium etiā nulla
causa suadente . plures remissiones ponunt docto.
moder.in d.c.quæ in ecclesiarum: vbi Deci.xiij.co-
lum.& consil.cxcj.iij.colum. Et videndus est Per-
nus.consil.xij.Quarta est difficultas,an vltima pro
uisio C.Maiestatis , in qua dicitur ad supplicatio-
nem dictarum terrarum Therami,& Sancti Seueri:
quòd si sua Maiestas potuit facere dicta priuilegia,
& debeat dare possessionem . Quòd debeat , facit,
* quòd in causa ista debeat iudicari habendo re- 12
spectum ad potestatem ordinariam, an verò ad po
testatem absolutam,difficultas oritur:ex quo Prin
ceps non dicitur posse illud quod cum peccato
potest.c.faciat.xxij.q ij.quòd ad hoc allegat Andr.
in c.j.ij.colum.de contra.inter do.& empto.& non
potest Princeps * vti potestatis plenitudine sine 13
causa: vt dicit Andr.in c.j.§.fin.xj.colum. de capi.
qui cur.ven.allegat Innoc.in.c.innouamus.de cen
sibus.& in.c.suggestum . de decimis. & dicit idem
Andr.in titu.quæ sint rega.in versic.flumina, quòd
sic debent intelligi iura de potestate Principis lo-
quentia : * vt semper cum causa faciat : alias si sine 14
causa,potestate absoluta, non ordinata facit , licet
non habeat hominem.qui sua facta diiudicet:vt di
cit gloss.super illum Psalm.tibi soli peccaui : cer-
tum est quòd peccat apud Deum.Alibi in eod.titu-
lo.in versicu.bona com.crim.læs Maiest.xviij.col.
dicit,quòd ista duo,scilicet defensiones , & appel-
lationem , non potest tollere princeps:nisi ex cau-
sa , & non faceret sine peccato.Maior pars Domi-
norum votauit stantibus clausulis priuilegij,quòd
potuit Rex priuilegia reuocare,& terras ipsas alie-
nare.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio compensationis an opponi possit aduersus executionem paratam:licet offeratur in promptu probare per testes & scripturas.& nu.9.*

2 *Decretum Sac.Consi.non potest exequi nec sententia nisi lapsis x.diebus.*

3 *Executio impeditur per exceptionem nullitatis sententia , quando in promptu , vel incontinenti vellet*

quis eam probare: incontinenti dic vt ibi notatur.

4 *Iuramentum an obstet contra opponētem exceptionem compensationis: & an renunciatio compensationis.*

5 *Spoliationis exceptio quando possit opponi contra agentem depositi.*

6 *Compēsatio est imaginaria solutio à iure præsumpta hinc inde proueniens ex die concurrentium debitorum compensabilium.*

7 *Compensationis exceptio non tenet si tempore obligationis, & iuramenti præstiti compensans erat creditor in alia manu sui creditoris.*

8 *Renunciatio compensationis extenditur ad debita præterita, & non futura.*

DECISIO CLXVII.



IN causa Manfredi de Bucchis cum Nicolao Francisco follerio: & litis consortibus condēnatis dicto Manfredino, vt actoribus laudatis: ac in executione sententiæ oppoeētibus exceptionem compensationis de debito ducatorum 3000. pro quo liquidando producunt certas scripturas: & in promptu offerunt nonnullos testes, quos petunt examinari: Primò dubitatum est,
1 * an posit opponi d. exceptio stante re iudicata, & parata executione. Bar. in j. aufertur. §. qui compensationē. ff. de iure fisci. tenet, quòd vbi nullum tempus datur condemnato, non poteit oppnnere compensationem contra sententiam: & vt breuiter loquamur, illam dnct. Bartol. sequitur Felin. in capit. suborta, secunda & tertia colum. de re iudi. in secunda limitatione: vt scilicet posit tunc opponi de debito liquidato compensatio: dicitur, quòd in casu de quo agimus, stante decreto Sacri Consilij, quod habet paratam executionem pro Manfredino, non poteit contra eum opponi compensatio. Ad hoc fortè posset responderi: primò,
2 * quòd decretum Sac. Consi. non potest exequi nec sententia, nisi lapsis x. diebus: & hic est stylus: & si dicatur, quòd hæc exceptio fuit opposita post x. dies a die decreti, tunc obstat doct. Bar. in l. iiij. §. condemnatum. de re iud. vbi vult: * quod licet ex-
3 ceptio nullitaris sentētiæ, de qua in promptu non constar, non impediat executionem: tamen impediret, quando incontioenti quis vellet eā probare: incontineoti autē secundum eum est, quando posset expediri infra illud tēpus, quod requiritur ad exequendam sententiam: vt ad capieuda pignora, & vendenda &c. secundum hanc doct. videretur, quòd adhuc exceptio compeosationis sit opposita
4 in tempore. Secundò dubitatum est, * an contra opponentes exceptionem compensationis obstet iuramentum, & ipsius compensationis renunciatio. quòd iurameotum nóo obstet, facit Barto. in l. amplius non petit. ff. rem rat. habe. tenens, quòd is, qui iurat solnere, potest iam opponere exceptionem compensationis. Si enim ego tibi non soluo, est ex culpa tua: quia tu non soluis mihi. opi. Bart. [illegible]tur Ang. in d. l. amplius non peti. ac alij doct. [illegible] per Felin. in dicto capitu. ad nostram. v. colum. contra Bartol. tenent: vbi est iuratum communiter. cano. in dicto capitulo ad nostram. prout refert Sozi. in l. Iulianus. penulti. colum. de condi. & demonstrat. & Tyndarus in tract. de compensat. vij. quæstio iiij. colum. & Feli. in eo. c. ad nostram. vj. colum. dicit, quòd absq; periculo vtraque pars sustineri posset: tamen sustentabiliorem putat opi. contra Bart. mihi visum est in hac materia esse distinguendum: quòd aut tempore, quo quis iurat soluere, erat ortum debitum contra eum qui recipit iuramentum, & tunc non posit opponi exceptio compensationis per iurantem, aut non erat ortum, & sic vult compensare de debito contracto post iuramentum, & tunc posit compensare. hoc in specie tenet Tyndar. in tract. vij. quæstio. iiij. colum. & fortifico hoc per author. Antonij de Butr. in capit. cum dilectus. de ordin. cognit. quem etiam refert & sequitur Abb. ibi, in viij. colum. qui in q. an contra agētem actione depositi posit opponi exceptio spoliationis, & compensationis: tenet * quòd principalis non posit opponere, quan- 5
do ab initio spoliatus erat, & sciens præstitit iuramētum: secus si ex post facto fuerat spoliatus: quia in iuramento inest conditio: nisi iusta causa superuenerit, propter quam recipiens iuramentum à petendo repellatur. item per authori. Sozi. in l. Iulianus. vlti. colum. de condit. & demonstra. qui dicit, quòd si debitum superueniret ex post facto, de quo non fuerat cogitatum: tunc procedunt rationes Barto. in d. l. amplius non peti. Applicando ad casum nostrum hæc, præsupponitur, quòd tempore iuramenti super euictione promissa licet fuisset nata actio contra Manfredinum hypothecaria seu pignoratitia per octo ballas serici. tamen ista debita nnn erant cōpensabilia: quia de specie ad quantitatem. item licet Manfredinus vendidisset tunc temporis dictum sericum Ioan. colæ orilię: adhuc nō venerat tempus solutionis: & si venisset, adhuc non erat facta solutio Manfredino, vt posit dici, ꝙ pecunia ad te deuenta ex re mea mihi debeatur saltem ex condi. sine causa, & tritic. cum simil. & si fuisset facta solutio. quod negatur per follerios producentes testes de hoc, tamen non habebant follerij de hoc notitiam: & si habuissent notitiam, & fuisset iam soluta, tempore iuramenti non erat factus casus euictionis domorum, per quem esset orta actio contra follerios: quæ omnia supra relata faciunt ista credita nnn esse nec fuisse facta compensabilia: nisi post iuramentum: vnde succedit quod not. Tyndar. in dicta tract. x. qō. j. colum. vbi
dicit, * quòd effectus primus compensationis est 6
imaginaria solutio à iure præsumpta cum effectu altero veræ solutionis hincinde proueniens ex die concurrentium debitorum compensabilium. succedit etiam quod not. Sozi. in dicta lege Iulianus.
prope fin. de condict. indeb. qui vult, * quòd si eo 7
tempore, quo quis iurat soluere creditori suo, ipse erat creditor in alia manu sui creditoris, & debita erant hincinde compensabilia: & tamen iurauit soluere, videtur se obligare ad non compensandum. argum. dicti capitu. ad nostram. Nec ob-
stat, * quòd sit renuntiatum exceptioni compen- 8
sationi: quia esto, quòd posit renuntiari exceptioni compensationis, prout tenet Tynda. in dicto tracta. ix. quæstio. secunda colum. tamen intel-

ligo

ligo renuntiationem compensationis extendi ad debita præterita, non ad futura. Fuit votatũ, quòd procedatur ad executionẽ, & nihilominus in causa compensationis oppositæ magna Curia faciat iustitiam, posset enim esse, quòd ante aduenientem diem venditinnis pignorum, quæ primo debent præcedente discussione capi, deinde subhastari seu æstimari, deinde vendi. inter has moras fiat liquidum debitum, de quo compensando opponitur: & sic sumus in casu, quem ponit Barto. in d. §. condemnatum.

SVMMARIVM.

1 *Angarij vel perangarij non sunt vassalli Baronis, licet vniuersitas teneatur anno quolibet dare camerarium, vel ærarium eligendos per ipsum Baronem. & nu. 12.*

2 *Vassallus duorum bellum gerentium, potius ei, cuius est originarius, seruire tenetur.*

3 *Barones, & vassalli cœperunt esse tempore Imperatorum modernorum.*

4 *Vassallus Baronis, qui tenetur de persona seruire, vt angarius, vel perangarius, non potest de sua terra recedere, & alibi facere incolatum absque domini sui licentia.*

5 *Angarij, nec perangarij sunt vassalli dari soliti in camerarium, vel ærarium domino suo.*

6 *Argumentum ab absurdo validum est in iure.*

7 *Angarij non possunt clericari, nec esse testes in certis casibus, nec officiales Curiæ, vel alterius Baronis.*

8 *Angaria est munus seu seruitium operarũ præstandarum. opera est officium diurnum.*

9 *Barones non possunt imponere subditis suis angarias, vel perangarias.*

10 *Rex non posset vassallos suos demaniales alienare in Baronem, vt sint eius perangarij.*

11 *Vassallus non potest in regno se angarium facere domini sui.*

DECISIO CLXVIII.

1 IN causa vniuersitatis Baroli, * & quorundam Mulensium cum domi. Marchione Polignani prætendentis vassallos suos de Mola esse angarios seu perangarios, & non potuisse recedere ad alibi habitandum, prætextu quòd vniuersitas teneatur dare sibi anno quolibet Camerarium atque Aerarium per ipsum do. Marchionem eligendos. Circa angariatum materiam tria tempora videntur mihi discutienda, seu annotanda. Primum tempus est, quo Romani orbi imperitabant, & secundum illud tempus erant etiam angariæ, de quibus loquitur tex. in l. munerum. in prin. ff. de mun. & ho. vt in ead. l. §. patrimoniorum: vbi de angariis vehendi, & deferendi in l. his honoribus. & in l. sunt munera. ff. de vaca. mu. hæ autem angariæ non vocabantur seruitia personalia: quoniam non iure seruitij sed muneris exhibebantur sumpto hoc verbo munus pro onere, prout declarat iurisconf. in l. munus. ff. de verb. sign. & quando
quis erat ciuis duarum ciuitatum, per vtranque ad
munera vocabatur: & quãdo ambæ eum ad munus
vocarent: deberet præferri ea cuius esset origina-
rius. Luc. in l. ciues. C. de incolis. sicut est in vassal- 2
lo * duorum illis bellum gerentibus, quia debet po-
tius ei, cuius originarius est, seruire, secundum gl.
in cle. pastoralis. §. denique. de re iudi. & text. est in l. imperialem. §. illud. de prohi. alie. per Fede. Secundum ista tempora ciues, & incolæ sic ad angarias obligati poterant à terra recedere, & alibi incolatum transferre. l. in bello. §. manumittendo. ff. de capt. l. nihil. ff. ad munic. verũ cum opus erat, compelli poterant ob munera in terra, ex qua recesserant, subeunda. l. incola. l. de iure. ff. ad munic. l. & qui originem. ff. de mu. & ho. Secũdum est tempus, à quo Imperatores regnauerunt, & secundum hæc tempora alia subiectorum species introducta fuit: qui dicebantur ascriptitij, & censiti: de quibus in l. j. & per totum titulum. C. de agri. & cẽsi. lib. xj. Hi quidem secundum eadẽ tempora non poterant relinquere terram, & alibi accedere ad habitandum, & si ibant, reuocari poterant. l. omnes. l. cum satis. C. de agri. & censi. Io. de Pla. in l. fi. eod. tit. Hoc eodem tempore inuenta est alia subditorum species, qui dicebãtur homines alterius: poterat enim quis alterius homo effici per pactum & cõuentionem: vt dicit Spec. titu. de feu. §. ij. ver. primo: non quidem vt ipse dicit in eo. §. ver. ij. iure ciuili: sed moribus: & habuerunt forte originem: quia damnandi ad mortem ob aliqua maleficia, vt iniuriam passus, vel alius eis vitam saluaret, faciebant se illius homines, quòd not. idem Spec. eo. tit. §. ij. ver. iiij. vt fuit in villa Arzani in familia illorum de Syluestro. fiebat tamen plerunque subiectio hæc per pecuniam, secundum Andr. in c. j. si de feud. vassal. ab aliquo fu. interpel. Et si quidem tales homines libertis æquiparentur: vt eos æquiparat Specul. eod. tit. d. §. ij. versic. xix. & Luc. in l. fin. de conductor. & procu. lib. xj. poterant recedere à domino: vt de libertis. j. notabitur: licet And. in c. j. in prin. quibus mod. feu. ami. & in cap. j. §. præterea si vassal. ij. col. quæ sit prima causa bene. amit. Tertium tempus est sub nouis Imperatoribus cum deuentum est, quòd Cæsares cœperunt in feudum concedere terras, & ciuitates: secundum quod tempus introducta est
alia subiectorum species, qui dicũtur vassalli: nam
* ante Imperatores nouos non erant Barones, nec 3
vassalli: vt not. And. in prælud. feud. ver. iiij. dubi-
tatur: & secundum hæc tempora solet * communi- 4
ter ita in vassallis distingui, quòd si vassalli sunt
angarij, vel perangarij, non possent recedere à terra domini sine illorum voluntate: aliàs sic: vt habetur in consti. quisquis. de Burgensibus. §. æqua lance. vbi glos. & gloss. in l. quemadmo. C. de agri. & censi. Andr. de Barulo, & Ioan. de Pla. ibi. Luc. in l. si quis. C. de agri. & censi. & in capit. Papæ Honorij. incip. ad nouas communantias. & in capitu. regni. incip. item statuimus, quòd si vassalli. & hæc in vassallis Baronum: vassalli autem regis non angarij: vt si Baro vellet recedere à regno, & ire ad loca amica, vel vassallus regius, non Baro vellet idem facere, an Rex teneatur dare eis licentiam. Non est nostra materia. Stante ergo hac indubitata cõclusione, quòd vassallus, Baronis, qui tenetur

de persona seruire vt angarius, vel perangarius, nõ
posit recedere sine licentia domini sui: vis.in hac
causa videtur stare in hoc.scilicet, an esse Aerariũ,
5 * vel Camerarium sit angaria, vel perãgaria ita vel
ne, & quòd non sit angaria, nec perangaria, argui-
tur primo per argumentum à dissimilitudine. illæ
enim sunt angariæ, quæ sunt munera sordida.ita d.
Cardin.in capitu.non minus.secunda quæstio.ad
quod text.in l.maximarum.C. de excus.mu.libr.x.
vbi enumerantur munera sordida.maxime in text.
ibi, per angariarum præbitio.item ibi, operarum
quoque diuersorum artificum obsequia: ad quod
Iacob.de Rau.quem refert, & sequitur Cyn.in l.
neminem.C.de sacrosan.eccles.vbi dicit, quòd an-
garia est munus personale sordidum: vnde licet
secundum eum munus personale consistat in labo-
re corporis honesto, at angaria in labore corpo-
ris inhonesto, & turpi: sed esse ærarium, vel Ca-
merarium non est munus sordidum: tum quia in
dicta l.maximarum.non enumeratur: tum quia vi-
detur constare plus in solicitudine animi, quàm in
labore personæ, habens insuper quandam iurisdi.
annexam. Nec omitto, quòd angariam appellabat
Vegetius lib.ij.de re milita.omnia munera, quæ à
militibus fiebant etiam non vilia: inde vigilias,
stationésque, & gestationes in vsum belli angarias
dicit quotidianas, & in pace vigilias, sed aliter in
iure quo ad propositum nostrum. Arguitur secun-
6 dò per argumentum ab absurdo * quod validum
est in iure.l.Pomponius.ff. de nego.gest. not.Bald.
in l.conuenticulam.iij.colum.versic.item est argu-
mentum ab absurdo.C.de episco.& cler.sed si pro-
cederet, quod allegatur per Marchionem, seque-
rentur plura absurda: omnes enim quasi terræ Ba-
ronum huius regni dant Camerarium, & nonnul-
læ Aerariũ domino, & sic omnes regnicolæ essent
vassalli angarij: absurda ex hoc plura, vt dixi, se-
7 querentur. Primum, * quòd nullus vassallus Ba-
ronis posit esse testis contra militem, Comitem,
vel Baronem in causa criminali, vel ciuili magna,
vt in constitu.Regni.prosequentes.prohibente an-
garios à dicto testimonio. Secundum, quòd vassalli
Baronum non possent clericari: vt in constitu.re-
gni.errores eorum, prohibente obligatos ad ser-
uitia personalia clericatum assumere. Tertium,
quòd vassalli Baronum non possent esse officiales
Curiæ, vel alterius Baronis dicto capit.regni.inci-
pien. item statuimus, quòd si vassalli. vbi text.lo-
quens in angariis ecclesiarum, eis interdicit dicta
officia. Arguitur tertiò argumento à diffinitione
angariæ: quam ponit Luc.in l.cum te.C.de mune.
8 pat.lib.x.quæ talis est: * angaria est munus præstan
darum operarum.opera autem ita diffinitur: opera
est diurnum officium.l.j. ff. de oper.liber. constat
autem nec ærariatum, nec Camerariatũ consiste-
re in officio diurno. Arguitur quarto argumento
ab odio euitando.l.cum quidam.de lib. & posthu.
l.Arrianus.ff.de actio.& obliga.l. quicquid astrin-
gendæ.ff.de verborum obligatio.sed esse quem an-
garium maximo odio habetur in iure: ob quod
9 statutum est, * quòd domini terrarum non possint
imponere subditis suis angarias, vel perangarias.
Bald.in l.in quibus. C. de fideicom. liber. Ioan.de
Pla.in l.operatum.C. de cano.larg.tri. ad quod fa-
cit: * nam Rex non posset vassallos demaniales 10
alienare in Baronem: vt sunt eius angarij. Luc.in d.
prima.C.de capita.ci.censi.eximen.ad quod facit:
nam quicquid dicat Specul.in loco præallegato:
tamen in regno isto quis non posset facere se vas-
sallum angarium etiam domini sui.* Rex enim est 11
dominus personarum regni sui.tex.est in const.re-
gni.quia frequenter. Arguitur quintò argumento
a simili: nam etiam is, qui fuit seruus alterius, si à
domino manumittitur non tenetur ei ad operas,
si tempore manumissionis non promiserit.l. ope-
ris.& l. Campanus.in princip.ff. de oper.lib.etiam
si longissimo tempore illas præstiterit. secundum
glos.in l.cum de in rem verso.ff. de vsuca.imò si in
ipsa manumissione fieret pactum de operis, nũ va-
leret: nisi cum iuramento, vel stipulatione.l.vt iu-
rissiu.in princip.ff.de oper.liber.l.fina.ff. de lib.cau-
sa.quinimò ipse libertus, qui iam fuit seruus meus,
non posset astringi, quòd moretur in aliquo loco
mecum: sed moratur vbi vult, & quando opus erit
mihi operis, veniet ad me:l.quod nisi.§.ex prouin-
cia.cum l.sequen.ff.de oper.lib.l.pen. C.eod.titu.l.
certa forma.C.de iure fisci libr.x.Votatum * & iu- 12
dicatum est pro vassallis contra domin.Marchio-
nem.

SVMMARIVM.

1 *Sententia regia habet executionem paratam.*
2 *Reuisio causæ peti potest à condemnato & carcera-
to propter discussionem factam, vbi executio rea-
lis fieri non potuit in bonis non inuentis.*
3 *Creditor cogitur accipere in solutum de bonis me-
lioribus debitoris.*
4 *Persona nõ capitur, donec bona reperiantur, vel nisi
cederet bonis.*

DECISIO CLXIX.

IN causa hæredum Gabrielis de For-
nariis contra Franciscum de Plano
eis condemnatum ad magnam sum-
mam dubitatum est:* an ex quo dict. 1
Franciscus cõdemnatus fuit per sen-
tentiam regiam habentem executionem paratam
iuxta authen. quæ supplicatio. & a dicta sententia
reclamauit, posit petere * reuisionem dictæ causæ 2
stans carceratus antequam cum effectu soluat.glo.
in l.iij.§.penul.ff.de susp.tut. reputata singu. tenet,
quòd pro executione sententiæ non potest capi
persona: nisi facta discussione non reperiantur ali-
qua bona: & illam gl.sequitur ibi Bart.nam si ordo
est in capiendis bonis: vt in l.à diuo Pio.§.in ven-
ditione ff.de re iudi.multò fortius in capiẽdo per-
sonam: Imo.in d.§.in venditione nõ putat hoc ve-
rum secundum tempora digestorum.quoniam nisi
debitor cederet bonis poterat capi, & carcerari.al-
legat tex.iuncta gl.in auth.de fideius.§.quod autẽ.&
no.in l.j.C.qui bo.ce.po.sed hodie dicit Imo.posset
procedere opin.Bar.quia videtur, * quòd creditor 3
cogitur accipere in solutũ de bonis melioribus de-
bitoris: vt patet in d.§.quod autẽ: vnde donec sunt
bona, non capitur persona: & dicit Alex.in d.§.in
venditione.v.colũ.* quòd in practica esset pericu- 4
losum

Insum discedere à glossa: & dicit in iiij. coliū.quòd Abb.in c.quod ad consultationem de re iud.videtur sentire cum d.glo.in l.iij.quòd non posit capi persona, donec extent bona: cum igitur in bonis Fräcisci facta sit discussio:& nõ reperiatur: potuit capi pro executione:& si capitur videtur facta executio:vnde poterit procedi ad reuisionem tãquam facta executione ; nisi dicas, quòd per not.in d.§. quod autem.tunc posset capi,quando non cederet bonis:vnde dicit actor, cedat bonis: sed si cederet bonis,nõ poterit carcerari.sac.Cõsil.decreuit procedendum esse ad reuisionem stante Frãcisco carcerato tanquam executione facta: & sic fuit processum.

SVMMARIVM.

1 *Minore restituto ad productionem nouorum testium post didicita testificata restituitur & maior ad idem.*

2 *Maior restituitur ad articulandum, & testes producendum super concernentibus articules priores, seu productus per ecclesiam, vel minorem in primo termino.*

DECISIO CLXX.

5 A L.in l.per hanc.vlt.col.versi.pone minor,* dicit:pone minor restitutus est post didicita testificata ad productionem nouorum testium:nunquid restituitur & maior,qui eadem testificata didicit? videtur quòd nõ:quia in minore nõ præsumitur dolus: in maiore sic. contrarium tenet Spec.in tit.de dila.§.videndum.ver.in summa: dicit quòd non restituitur respectu eorũ, quæ minor de nouo probat per nouos testes,& sic nouum contra nouum: sed veteres non possunt infringere, ne restitutio minoris sit minori damnosa. Item si nihil probat minor:nõ potest aduersarius infringere testes veteres per testes nouos:per hoc dictum Aduocatus hospitalis Sanctæ Mariæ annunciatæ de Neapoli (quod contra Comitem Nolanum petiit primum beneficum super positis tãtum) dicebat, quòd Comes,qui in primo termino nihil posuerat, non posset etiam ecclesia in beneficio producente testes nouos super articulis in primo termino productis,super quibus iam examinatũ erat, articulare,& testes producere circa concernentia articulos antiquos. tamen sacr.Consil.in ea causa 2 decreuit, * quòd posit Comes & articulos, & testes producere super concernẽtibus articulos antiquos, seu productos per ecclesiam in primo termino:videtur enim d.Bal.& Spec.procedere, quãdo restitutio seu beneficium esset concessum super nouis tantum: esset nanq; iniquitas,quòd ecclesia, quæ in primo termino jam examinauit,& forte nõ probauit, nec posit examinare alios testes super eisdẽ,& alia pars cõtra illos non, cõtra l.per hanc.

SVMMARIVM.

1 *Dotale instrumentum potest in publicam formam reassumi à protocollo Notarij mortui mortuis omnibus testibus, & iudice.*

2 *Instrumentum dotale potest reassumi in formam publicam mortuis Notario, iudice, & testibus: siue protocollum habeat iudicis subscriptionẽ siue non habeat.*

DECISIO CLXXI.



ANDRIELLA Cocozola vxor quondam Mariani Vulpis * petebat 1 reassumi in publicam formã instrumentum suum dotale à protocollo: erantq; mortui Iudex, Notarius, atq; omnes testes:afferebatque protocollum Notarij side digni, cuius protocolli quodlibet instrumentum erat subscriptum manu Iudicis.afferebat item testamentum dicti quondam sui viri,in quo relinquebat sibi dotes eas nominando,& antefatũ, asserendo, quòd de his factum fuerat instrumẽtum.ex alia parte adducebatur constitutio Regni, instrumẽtorum robur.Sacr.Consi.decreuit esse * faciendam dictam reassumptionem, & hæc fuit in anno 2 1521.ante ferias natiuitatis Domini.Magister actorum Gulielmus Pennẽsis, & credo quòd forte etiã si in protocollo nnn fuissent dicti iudicis subscriptiones,Sacr.Consi.idem decreuisset.

SVMMARIVM.

1 *Vxor militis in castris militantis non gaudet exceptione hostica ob eius virum & nu.3.*

2 *Vxores gaudẽt beneficijs militaribus,quæ cum maritis reipu.causa absentibus peregrinatæ sunt.*

DECISIO CLXXII.



IN causa Didaci de Sillos cũ domina Bernardina minutila * dubitatũ est: 1 an dictæ do. Bernardinæ competat exceptio hostica ob virum eius.d.Iulium de Capua in castris militãtem: tex.in l.j.C.de vxoribus militum.à contrario sensu probat,quòd non:* nam ibi illæ vxores gaudẽt be- 2 neficiis militum, quæ cum maritis reipu.causa absentibus peregrinatæ sunt.In contrarium facit tex. in l.in sacris.la tertia.C. de proxi. sacr.scri. lib. xij. vbi vxores militantium in sacris scriniis,vt epistolarum directarum principi,& à Principe,vel libellorum conuentionalium, & cognitionum causarum à Principe decisarum: vel registraratum,gaudent priuilegio fori competenti cautum viris ad idem text.in lege fina.C.de præpo.agentium in rebus.vbi vxores agentiũ in rebus quo ad sportulas, & alia gaudent priuilegio virorum:tamen Sacrum Consi.decreuit,non obstante * dicta exceptione, 3 procedendum esse ad expeditionem dictæ causæ contra dictam Bernardinam.

SVMMARIVM.

1 *Conuenti plures, inter quos sit aliquis foro priuilegiatus, in causa diuidua prout est hypothecaria, tenentur comparere citati, omissis priuilegiatis in foro suo.*

DECISIO CLXXIII.



1 VANDO sunt plures conuenti, * inter quos aliquis est priuilegiatus foro: quicquid dicant Bar. in l. sinlēt. de ali. & cib. leg. in l. fi. iij. col. de col. leg. illic. in l. præcipimus. §. eo. obser. C. de app. & Alex. in apost. ibi. & late Feli. in c. j. iij. & v. col. de præscr. & Thomas Ferrarius in cautelis nouis, cautela decima. Nos in sacr. Cōsi. seruamus,
2 quòd quādo causa est diuidua, retinemus laicos, & remittimus clericos, & alias personas priuilegiatas: & inter diuiduas causas intelligimus hypothecariam etiam quo ad istum effectum: pro quo facit quod no. Feli. in d. c. j. §. vel dices. in fi. quod not. in l. si communem. non haberet locum in materia diuidua. allegat Ang. in d. l. si cōmunem. & Lud. cōsil. cxcv. & Spe. in tit. de cle. cōiu. vet. quid si clericus.

SVMMARIVM.

1 *Societas vtrum contrahatur, si vnus ponit operam, alius pecuniam, & discedens à conuentione soluat mille, non facta mentione communicationis lucri, & capitalis.*
2 *Societas est duorum pluriúmve conuentio ob commodiorem vsum, & vberiorem quæstum, & in ea venit dolus, & culpa, & lucrū debet diuidi. nu. 3.*
4 *Societatis animus in dubio colligitur ex qualitate personarum, & negotiorum.*
5 *Hæredes vtrum ligentur ex contractu societatis inita per defunctum. & nu. 10.*
6 *Pactum, per quod aufertur alicui libera testandi facultas, etiam per indirectum non valet.*
7 *Pactum valet, quòd societas infra certum tempus non diuidatur.*
8 *Communio parit discordiam.*
9 *Electa industria personæ operatur, quòd hæres excludatur.*
11 *Hæredes tenentur ad pœnam, vel interesse damni emergentis, & lucri cessantis contra contractum defuncti venientes. & nu. 7.*
12 *Iuramentum ex parte iurantis est personale: sed an transeat ad hæredem iurantis.*
13 *Iuramentum seruari debet tribus aut pluribus concurrentibus: sed quid si aliquod istorum deficit, & nu. seq.*
15 *Hæredes & eorum bona potuerunt obligari per defunctum.*
16 *Societas coita ad tempus potest ante tempus renunciari, quòd promissa non seruantur.*

DECISIO CLXXIIII.



1 N causa hæredum Gabrielis de Ferrariis * cum Francisco de Plano, cōtraxerant enim prætensam societatē in cōficiendis bellutis. in quo Frācīscus ponebat operam & Gabriel pecuniā, & quòd Franciscus belluta cōficienda deberet assignare Gabrieli ad rationē ducatorū sex pro qualibet canna: & quòd volens discedere à contractu debeat soluere alteri parti ducatos 1000. Mortuo Gabriele hæredes sui recesserūt à contractu declarando nolle perseuerare, allegādo etiā certas fraudes cōmissas per Franciscum, & litigatum est inter eos in Audientia Regia: & iudicatum in fauorem hæredum: & reclamatio cōmissa est sacro Consi. & in prima instantia nihil dictum in sententia de ducatis mille. Primum dubium esse posset, quis cōtractus sit ille, qui per capitula initus fuit inter dictos quondam Gabrielem, & Franciscum. Quòd sit contractus societatis, facit prima diffinitio Azō. in summa. C. eo. nam secundum eum, societas * est 2
duorū pluriúmve conuentio contracta ob cōmodiorem vsum, & vberiorem quæstum. secūdò: nam cōstat, quòd vbi vnus ponit operam, vt Frācīscus, 3
& alius pecuniam, vt Gabriel: est societas: & in ea venit dolus, & culpa, vt dicit tex. in l. cum duobus. §. si in coeunda. ff. pro soc. tertiò: quādo partes ipsæ vocarunt contractum istum cōtractum societatis: vnde in dubio talis censeri debet. l. si margaritam. ff. pro soc. vbi si dedero tibi vendendam margaritam, & quòd si eam x. vendidisses, redderes mihi x. si plus, illud, quod excederet, tuū sit: erit societas, si animo cōtrahendæ societatis id actum sit: ad quod tex. in l. si fratres. §. item ex facto. eod. titu. vbi si de vnius pecunia emitur locus pro monumentis, & ageretur, quòd cum alterius pecunia & peritia fierent ibi monumenta, & vendantur, & de pretio is qui in emptione posuit pecuniam illam cum certo pluri habeat, & residuum sit ædificātis: erit pro socio actio: ad quod tex. in l. si tibi arræ. ff. de præscri. ver. vbi si res tradita sit, vt melior facta ab accipiēte cōuincetur: vel eius pretiū, erit pro socio actio. Quòd autē non sit contractus societatis: sed vēditio, vel innominatus, facit primò: nam hic non est actum de communicatione capitalis, & hoc nō importat: nec est actum de cōmunicatione lucri: vnde succedit tex. in l. si tibi rem. ff. de præscri. vet. vbi dicitur, quòd si darē tibi rem vendendā certo pretio, vt quod plus vendidisses tibi haberes: non erit pro socio: sed in factum actio, quasi alieno negotio gesto: quia societas nō videtur cū eo contracta, qui te nō admisit socium distractionis: sed sibi certum pretiū exceperit, bene non est societas, quādo quis non est admissus in sociū lucri prouenientis ex distractione: & notandū, quia in d. l. si margaritā. non dicitur, quod est pro socio sine distractione: hic autē dicitur, quòd est præscriptis verbis sine distractione, quasi ꝙ plus influat iste contractus in præscriptis verbis, quàm in societate: & licet gl. in d. l. si tibi rem. dicat, quòd erit ibi præscriptis verbis: si nō fuit animus societatis ineundæ, allegando d. l. si margaritam: tamen animus societatis ineundæ non colligitur ex eo, quòd socij ita dixerūt: vt infrà dicam: maximè in casu nostro: in quo apparebit non ita effectualiter dictum. insuper notādū: quia Pau. de Cast. in hac l. si tibi rem. dicit, quòd in d. l. nō est societas: quia in casu, quo non vendis vltra x. noluì quòd aliquid haberes de illis x. sed quòd integra mihi restituas: & sic nullū commodū es perceptu- rus, quod est secūdum eum præter naturam societatis, quæ debet esse æqualis: potius ergo est quidā contractus innominatus, facio, vt facias: cum certum sit negotiū esse gestum: & ignoratur in quam speciem contractus cadat: sic in casu quo Gabriel non venderet carlen. lviij. vel non lucraretur ex belluto:

belluto:sed totum lucrum esset Fräcisci, aut Franciscus non lucraretur ex opera: sed totum lucrum esset Gabrielis: forte tunc præter naturam societatis. Secundò facit text. in l. tenetur. §. j. ff. de actio. empt. vbi si vendidi tibi aream certo pretio: & tradidi, ita quòd insula in ea ædificata partem dimidiam mihi tradas, verum est, dicit text. vt ædifices, agere me posse ex vendito, & vt ædificatam mihi retradas. & facit iste text. quòd etiam si dominium serici translatum esset, non sit societas, & facit tex. ille secundum Paul. ibi: quod si ex vna parte tradatur res, vt ex parte Francisci, ex alia verò pecunia & res, vt ex parte Gabrielis: dicatur contractus
3 emptionis & venditionis: deinde * dicit videri distinguendum: an pecunia præponderet. Non obstat diffinitio Azonis: quia debet intelligi, quando est actum, quod lucrum diuidatur, vel simpliciter, vel certis portionibus. per d. l. si tibi rem, hic nihil de lucro dicitur. Non obstat, quòd quando vnus ponit pecuniam, alius operam, est societas: nam illud verum, quando ageretur, quod lucrum diuidatur vt suprà dictum est: hic nihil de lucro dicitur. Nec obstat, quòd partes nominauerunt istam societatem: quia per hanc nominationem non colligitur animus ineundæ societatis: quo-
4 niam vt dicit glos. in d. l. si margaritam. animus * societatis colligitur ex qualitate personarum; & negotiorum: nam si is qui recipit margaritã erat venditor margaritarum: prout hic Franciscus erat exercitor, seu professor negociationis sericariæ, non erit actio pro socio: sed præscriptis verbis, vt ibi. & in d. l. si tibi rem. si autem ille receptor promisisset, quòd in Alexandriam foret portaturus, erit pro socio, vt ibi. & in d. l. si fratres. §. item ex facto. allegato ibi per glos. Non obstat text. in §. item ex facto, quia loquitur extra terminos nostros. ibi enim actum est vt lucrum certo modo diuidatur: quod non est hic. præterea glos. ibi limitat illam l. dummodo illi societatem esse voluerint, aliàs erit præscriptis verbis, allegando dictam l. si tibi rem. vt videlicet distinguatur secundum gloss. in d. l. si margaritam: an is qui præstat operam ædificando solitus sit in similibus se exercere, & tunc sit præscriptis verbis: aliàs pro socio, vt supra dictum est. Nec etiam obstat d. l. si tibi arræ: nam ibi erat diuidendum lucrum, quod non est hic. & si diceretur ad id, quod suprà dictum est, de animo ineundæ societatis; quòd in eo attenditur qualitas personarum, & rerum, quod illud procedit in dubio, nõ autem quando partes expressè dicũt, quod volunt contrahere societatem. Respondeo primò per tex. in l. vt sit pro socio actio. ff. pro soc. vbi dicitur, quòd ad hoc vt sit actio pro socio, & sic societas: non sufficit esse rem communem: sed debet societas intercedere, & dicitur, quod non sufficit si non affectione societatis indicimus in communionem: vnde duo videntur requiri, & quod res communis sit, vel lucrum, & quòd animus ineundæ societatis adsit: ergo si res non communicatur, nec lucrum: animus solum non sufficit: verum est tamen, quod prout dicitur per aduocatum Francisci: tam Franciscus quàm Gabriel, ex hac negociatione lucra percipiebant. secũdo respondeo, quòd partes quo ad istam qualitatem societatis, quæ est, quod non transeat ad hæredes, noluerunt quòd sit societas: vt sic ex verbis partium arguitur non esse societatem omnino: nam quo ad hanc qualitatem non erit contractus societatis: quo ad alias qualitates sic, quia partes ita voluerunt. Secundum dubium, esto * quod esset contractus societatis, an stante con- 5 uentione iurata transeat, ita quòd hæredes ligentur perseuerare? quòd non, facit text. in l. nemo. text. in l. adeo. ff. pro socio. cum simi. & dicit tex. in dicta l. si fratres. §. idem respondit. idem respondit societatem nõ posse vltra mortem porrigi, & ideo nec libertatem de supremis iudiciis constringere quis poterit, vel cognatum vlteriorem proximioribus præferre, per illum text. Barto. ibi in summario videtur colligere rationem, quare non potest pacisci, quòd duret societas vltra mortem. dicit enim sic, * pactum per quod aufertur alicui libe- 6 ra testandi facultas etiam per indirectum non valet. Ioan. Fabri dicit idem in §. soluitur. institu. eo. Bart. in d. l. adeo. idem, dum dat rationem ad illam l. & dicit, ratio quia impedit liberam testamenti factionem. Alber. in eodem §. idem respond. idem, licet Fulgo. ibi dicat colligi ex illo §. dictum. videlicet quòd non potest restringi testandi facultas: & ratio est videlicet, quia societas vltra mortem extendi non potest: & hac ratione attenta Alexan. in dicta l. adeo. in addit. ad Bart. primo alleg. Ioan. fab. vbi supra quòd dicat virtute iuramenti posse transire societatem ad hæredes. inde dicit: sed ratio Barto. ibi facit in contrarium: iuncto cap non est obligatorium: sed hic videtur insistendum: nam quando in societate non nominaretur certus hæres, cum quo societas continuando veniret, prout non nominatus est in casu nostro: cessat ratio sublatæ liberæ testamenti factionis: & sic ratio Barto. & consequenter Alexand. non bene impugnaret Ioan. fab. restaret tamen aliud inconueniens: vnde Bald. in d. §. idem respondit magis clare, & intellectualiter dicit. nota, quòd societas non durat: nisi vsq; ad mortem, & est ratio: quia cum incerta persona non potest contrahi: aut ergo dicit ipse certa persona hæredis non specificatur: & non valet ratione incertitudinis: aut specificatur, & tunc videtur se stringere per contractum ad certum hæredem, quod est impossibile. & nota, quòd tex. in l. si conuenerit. §. fina. ff. pro socio. vult valere pactum, * quòd si societas infra certum tempus nõ diuida- 7 tur, & sic ibi sunt socij inuiti infra illud tempus: modo ad propositũ in pacto, quòd societas trãseat ad hæredem, duo sunt obstantia. Quando sumus in primo: vt quia declararetur certus hæres, circa hoc non valeat iuramentum: licet hoc non sit contra bonos mores canonici iuris: nam Imol. in capit. cum cõtingat. xxxij. colum. de iureiur. tenet quòd ad hoc, vt iuramentum non liget, debet esse contra bonos mores iuris canonici: vnde si iuro instituere te hæredem, valet iuramentum: licet possim instituere alium, & instituendo sim periurus: sic in eo, qui iurat non reuocare testamentum: nam licet possit reuocare: tamen est periurus, in libertate enim sua fuerat sic iurare. Quando verò sumus in secundo obstante, scilicet ratione incertitudinis, etiam videtur posse dici, quòd licet si volumus con tractũ societatis transire ad hæredẽ, esset defectus

circa consensum: quia hæres non consensit in hoc:
nec tempore contractus potuisset consentire, quia
incertus: tamen postquàm successit defuncto stan-
te iuramento defuncti, posset forte cogi ad consen
tiendum secundum opi. Io. fab. Duo enim sunt ca-
sus: nã aut defunctus nominauit socio suo certum
hæredem, cum quo sit continuãda societas, & tunc
fit contra bonos mores ciuiles: tamen vt suprà aut
non nominauit certum hæredem, & sic non est de-
fectus seu peccatum in auferenda libera testaméti
factione: sed in relinquendo incerto quis sit futu-
rus socius, quod est peccatum in hoc, quòd velit
defunctus socium sibi superuiuentem socium ha-
bere sibi incognitum & incertũ, in quem non con-
sensit: iste defectus nõ inducit aliquid, quod sit con
tra bonos mores: & iuramétum videtur, quòd pos-
sit operari circa defectum incertitudinis: non ex
tunc, videlicet tempore initæ societatis: sed ex post
facto, scilicet post mortem socij: quando certifi-
catum est quis sit iste socius: videlicet hæres Ti-
tius: & si bene etiam considerentur rationes positę
per doctores, non impediunt quo minus iuramen-
tum liget successorem: nam Io. fab in d. §. soluitur.
dum vult considerare rationem, dicit: ego nescio
nisi quòd ll. ideo hunc contractum restrinxerunt
8 propter lites euitandas, * quas communio parit l.
cum pater. §. dulcissimis. ff. de lega. ij. & ne libertas
suprema restringatur. ff. pro socio. l. cum duobus. §.
idem respondit societatem. inde dicit, quòd si ali-
quis contraxit societatem sibi & hæredibus iura-
mento hinc inde apposito forte de iure cano. iura-
mentum faceret tenere in personam hæredis: nec
viui poterunt cõtrauenire. extra de iureiur. c. cum
contingat. Item Fulg. in d. l. adeo. ff. pro socio. dicit,
quòd nũquàm sibi placet illa ratio, quæ putata est,
ne per hoc tollatur testandi facultas secũdum do-
cto. ibi per l. cum duobus. §. idem respon. suprà eo.
nec enim tolletur testandi facultas, si incertum hę-
redem faceret, antea tamen ibi dixerat: palam est
morte vnius sociorum finiri societatem, quod for-
te eo receptum est, propter amplissimam bonam
fidem, quæ in hærede desideratur: non apparuit
æquum inuito quoque societatem esse: vnde potest
tempestiue renunciari, licet teneatur: sic dicimus
in matrimoniis contrahendis, & dissoluendis. item
9 Aret. in d. §. soluitur. dicit, & est ratio, quia * non
transit ad hæredem etiam ex pacto, quia cum in so-
cietate dicatur electa industria personæ, ergo non
transit ad hæredem. l. j. §. ne autem. C. de cadu. tol-
len. & etiam quia ignoratur an prudens, vel bonus
erit, vel non: facit secundũ eum quod no. Bar. in l. si
sic. ff. de leg. ij. itẽ Ias. in §. manet, eo. titu. insti. dicit,
& est ratio: quia in societate eligitur industria per-
sonæ: vt hic in tex. & est in casu nostro consideran-
dum, quòd ex parte hæredum Gabrielis nõ est ali-
quid faciendũ, quod sit societatis aptius: sed solum
soluenda pecunia, maxime illi ducati 500. toties
quoties: sed est faciendũ ex parte Francisci, qui vi-
uit, & vult, quòd duret societas: vnde forte nõ in-
conueniret dicere, quòd licet quando fuisset mor-
tuus Frãciscus, cuius personæ industria electa fue-
rat, potuisset Gabriel non consentire in hæredem
Frãcisci: tamen ex quo viuit Frãciscus, qui debebat
10 ponere industriã, non posset dicere hæres * Gabrie-
lis, quòd non vult stare societati: sic quoque con-
tractus societatis claudicat. in d. l. adeo in fi. prin. ff.
pro socio: vbi licet contractus societatis vnius al-
teri ex pacto transeat ad hæredem, tamen quando
moritur is ex sociis, propter cuius operam maxi-
me societas coita sit, aut sine quo administrari so-
cietas non posset, nec transit: glosa ibi intelligit,
quòd quando persona successoris est idonea, trãsit:
vt sicut ibi potest claudicare: ex quo in casu per-
misso societas transit: ita hic, vbi etiam in casu
permisso ratione iuramenti societas transiret, clau-
dicet. Tertium dubium est, * quando vere societas 11
virtute iuramenti transire non posset, an hæredes
Gabrielis teneãtur ad ducatos mille ratione dam-
ni emergẽtis, & lucri cessantis dicti Francisci iux-
ta tenorem capitulorum: ex quo nolunt stare so-
cietati. circa solutionem istius dubij afferã autho-
ritatem Paul. de Castr. in authen. sacr. publ. C. si ad-
uer. vendi. qui in j. col. dicit, * quòd licet iuramen- 12
tum ex parte iurantis sit personale, & non trãsit ad
hæredem iurantis secundum Inn. in c. veritatis de
iureiur. vnde hæres iurãtis non tenetur seruare iu-
ramentum defuncti: tamen illud est verum, quan-
do informiter esset præstitum, id est nõ super con-
tractu: si autem formiter, & super contractu licet
inualido, cum ipsum faciat validum in cõsequen-
tiam virtute ipsius contractus transit in hæredem
iurantis, & ita limitatur id quod not. in d. ca. veri-
tatis. & in iij. colum. dicit, quòd superuenit ius ca-
no. disponens, vt tribus * concurrentibus, scilicet, 13
quòd iuramentum possit seruari sine interitu sa-
lutis æternæ, & quòd non sit contra bonos mores,
nec sit contra pub. vtilitatem, tunc seruandum est:
& postea dicit hæc verba: sed quando deficeret ali-
quod ex illis tribus, non valeret iuramentum ipso
iure, nec esset necessaria absolutio fiẽda ab episco-
po: si autem illa tria concurrunt, tunc validatur
contractus, & efficitur inexpugnabilis, nec potest
peti absolutio, nisi esset prohibitus cõtractus odio
creditoris, vel induceret peccatum non in iurãte,
sed in creditore, cui iuratur: vt cum promittuntur
vsuræ cum iuramento, vel si fiat cõtractus per me-
tum, tunc enim licet iuramentum valeat mero iu-
re, vt sit seruandum, aliàs incideret iurans in periu-
rium: tamen potest peti absolutio ab episcopo, ne
sit iniquitatis vinculum, vt suprà dixi, propria ve-
rò authoritate non potest veniri contra iuramen-
tum: item tunc iuramentum non firmaret contra-
ctum: ideo mortuo iurante hæredes non tenentur
seruare: quia est personale ex parte iurantis, vt in c.
veritatis. de iureiuran. & hoc voluit Bar. in l. si quis
pro eo. quarto speciali. de fideiuss. sed quãdo nõ in-
ducit peccatum in creditore, quia non est reproba-
tum in odiũ eius: tunc validat contractũ, & sic vi-
res contractus trãseunt ad hæredẽ, qui tenetur con
tractum seruare, & potest ad hoc cõpelli: si tamen
non seruaret, non est periurus. & idem Pau. in d. l. si
quis pro eo. plenius loquitur ponens quatuor iu-
ra, & quartum est ius can. quod secũdum eum * in- 14
distincte vult seruari iuramentum quinque cõcur-
rentibus, scilicet ꝙ possit seruari sine peccato iu-
rantis: item ꝙ nõ sit contra pu. vti. principaliter: itẽ
ꝙ non sit cõtra bonos mores: itẽ quòd nõ tẽdat in
præiudiciũ tertij: itẽ ꝙ non fuerit contractus simu-
latus. &

latus.& proinde subdit:quòd tale iuramentum his
concurrentibus firmat contractum : inde dicit : &
sic leges annullantes intelliguntur , quando con-
tractum est sine iuramento : sed quando cum iura-
mẽto,dicit,quòd cessant illæ leges:& ex hoc sequi-
tur secundum eum , quòd effectus talis iuramenti
transit ad hæredem iurantis , sicut effectus contra-
ctus.Abb.in d.c.cum . cõtingat.iiij.& v.col. in illa
q.an indistinctè valeat iuramentum contra legem
humanam fundata principaliter super fauore pri-
uato seu odio , tenet post multos canonistas cõtra
Bar.in d.l.si quis pro eo.& in d.authen. sacra.pub.
qui volebat tacere differentiam , an lex dirigeret
verba sua ad personam prohibendo eam , & tunc
iuramentum nullius esset momenti , an ad contra-
ctum,& in vtroque casu dicit seruandũ esse , dein-
de post multa dicit sic : ex quibus potest dari hæc
theorica , quòd quantuncunque iuramẽtum sit te-
merarium,seu illicitum,ex quo tamen non est con
tra bonos mores naturales , nec in eius obseruãtia
imminet peccatum , semper est seruandum.postea
idem Abb.in vj.& vij.col.facit quæst.an cõtractus
talis firmetur iuramento, an solum obligetur quis
ex suo iuramento,& non ex contractu: & ponit ef-
fectus non repetitionis, & transitionis ad hæredes
quando firmatetur.& adducit opin.quòd firmetur
iuramento contractus,& dicit sibi placere opi.do.
Anto.quòd contractus non firmetur, tamen hæres
vel successor singularis non poterit contrauenire,
multo fortius nec ipse iurans post adimplemẽtum.
hoc autem dicit nõ habere locũ, vbi lex inhiberet
contractum odio creditoris: vt in c. debitores. de
iureiur.& in c.significãte.de pigno. tũc enim odio
eius stabitur dictis iuribus. Ad consilium Alexan.
xviij.ij.volu.responderi forte posset , quòd ibi su-
mus in pacto seu conuentione de stando perpetuò
in communione: quod est reprobatum.l.in hoc iu-
dicium.§.si conuenit.ff.fami.ercis.& secundũ eum
non haberet locum in conuentione de stando ad
tempus in communi:vt d.§.si conueniat:& si dica-
tur , quòd in casu nostro pariter est prohibitum,
quòd societas non porrigatur ad hæredes, vide an
possit dici , quòd Alex.in casu illius consilij vide-
tur velle:quòd ille,qui contrauenit,sit periurus,&
teneatur ad pœnã, dicit enim sic bene facit , quod
not.Anto.de Butr.in c.pen.de offic.vic.vbi quærit
quid si Vicarius sit constitutus ad tempus, & appo
situm iuramentum de non reuocando ante tem-
pus : an si prius reuocatur,teneat reuocatio , licet
secundum eum sint periuri , si sine causa reuocant,
& sic tunc in pœnam incideret reuocãs, si pœnam
promisisset , & sine iusta causa reuocaret:tamen vt
dixi reuocatio valeret,per not.in dicto capi.quod
semel.Anto.de Butr.tamen vbi suprà de offic.vic.
capit.penul.dicit: dic,quod si sine causa reuocant:
licet aliquibus videatur , quod sint periuri , & in-
cidãt in pœnam.tamen tenet reuocatio,si fiat cum
causa , & tanto magis hoc de pœna procedit, quia
pœna hæc est adiecta facto , id est cõtinuationi so-
cietatis: quo casu non videtur adiecta in fraudem
vsurarum.l.sed & si quis.§.fi.ff.si quis caut.cũ simi-
libus adductis per Alex.consi.xxxij.ij.col.ij.vol.li-
cet Io.And.secundum Gemi.in c.fi.de proc.vbi gl.
vult : quòd is , qui iurat non reuocare procurato-
rem , potest reuocare : licet sit periurus , & dicit,
quod firmatur contractus:nec per iuramẽtum,nec
per pœnæ promisionẽ potest irritari:& forte Ioã.
Andr.loquitur in iuramento, vel pœna de non re-
uocando procuratorem constitutum ad matrimo-
nium contrahendum:præterea in casu nostro licet
promittatur pœna : tamen vltra pœnam sunt pro-
missi hinc inde illi ducati mille ratione interesse
damni emergentis,& lucri cessantis,quod in parte
verificatum est : & Anto.de Butr.in d.c.cum con-
tingat.antepe.col.de iur.dum vult respondere ad
c.accessorium.dicit,quod procedit quando acces-
sorium non habet subsistentiam de per se à princi-
pali : tunc enim nullitas principalis concludit ac-
cessorium,si subsistat de per se: nam cõtractus nul-
lus redditur:quia parti obligatur,quod tollere po-
test lex ad commodum partis: sed non iuramentũ,
per quod obligatur deo:& hic est considerandum,
vt dictum est:nam non solum fuit actum cũ pœna,
& iuramento, quod hæc societas sit etiã pro hære-
dibus:sed est vltra processum: scilicet ꝙ si hæredes
noluerint obseruare , teneantur ad ducatos 1000.
& super hoc iuratum est obligãdo hæredes.clarum
est enim * quòd quis potest obligare hæredes suos: 15
imo etiam & bona eorum, secundũ Pet.Cy.& Bal.
in l.assiduis.C. qui po.in pig.ha.& Bald.in l.j. vlti.
col.sol.mat.Alex.consi.clxxij.ij.col.ij.vol.ad con-
silium Curtij.5 a.dum in iij.col.vult,quod pœna nõ
debeatur, quando est adiecta pacto seu conuentio-
ni , quòd transeat societas ad hæredes , videt posse
respõderi:quod iura per eũ allegata non loquũtur
quando est iuratũ. præterea hic sumus non in pro-
missione pœnæ simpliciter,sed interesse. Quartum
dubiũ est : an sit attẽdenda aliqua conuentio Fran-
cisci facta Gabrieli vel hæredibus , ob quam licitũ
sit ipsis hæredibus recedere à societate : quia vt di-
cit Nic.de Vbal.in trac.societatis.in x. parte.j.col.
societas* coita ad tempus potest ante tẽpus renun- 16
ciari,quod promissa non seruãtur, allega.l. cũ pro-
ponas.C.de pact.l.Iulia.§.offerri.de act.empt.& l.si
conuenerit.§.fin.ff.pro socio.Figuratur autem hæc
conuentio ex eo:quod prætenditur Franciscum in
conuentione bellutorũ viuo Gabriele posuisse col-
los & sericũ male conditionatũ:tamen in hac con-
uentione videtur non esse habendam rationem: ex
quo Gabriel ea nõ placitauit,nec curauit,imo bel-
luta recepit:& quando aliqua non erãt secundum
conuentionem , illa ex certa scientia faciebat sibi
cambiare.itẽ in suo testamento videtur voluisse,ꝙ
duret societas:ideò videtur,quod nec Francisco pro
illis bellutis consignatis viuo Gabriele debeãt hæ-
redes facere bonos collos iuxta capitula : ex quo
Franciscus nihil de illis in consignatione locutus
est : nec hæredes Gabrielis possint prætendere bel-
luta non fuisse facta , prout decuit : ex quo belluta
recepit,& mala cambiari sibi fecit : & forte vt Frã-
ciscus nihil de collis loqueretur, illud faciebat. Sa-
crũ Consi.* votauit , & iudicauit bene iudicatum 17
per audiẽtiam in condẽnando Franciscũ ad bellu-
ta non consignata, & ad pecuniam pro bellutis in
capitulis contentã:& in dissoluendo societatẽ: sed
condẽnauit hæredes Gabrielis ad ducatos mille,ex
quo recesserũt à societate,quia ita in capitulis can-
tum erat: & ego postmodũ informationẽ habui ab

exponen

exponente, quod interesse Francisci non erat minus illis ducatis 1000. ob non secutam societatem.

SVMMARIVM.

1 *Vsurarij seu fœneratores volêtes mutuare vendunt recipienti mutuum res steriles, & nomina debitorum qui soluendo non sunt, & postea petunt pretium, an talis contractus debeat rescindi.*
2 *Iudex supplere potest nedum post vsuras solutas, vt fiat earum restitutio: sed etiam ante solutionem, vt earum nulla fiat exactio. & nu. 4.*
3 *Iudex ex officio compellit creditorem paratum ad exactionem, vt desistat.*

DECISIO CLXXV.



IN causa Pyrrhi de Lamberto cum Io. Vincentio Carapha præsupponitur quòd reperiantur duo instrumenta eodem contextu facta: vnum, in quo Ioannes pater Pyrrhi mutuauit præfato Io. Vincentio ducatos 550. aliud, in quo Pyrrhus vendiderit eidem Io. Vincen. tot residua, seu scampulos serici, qui cũ vno vase argenti positi fuerunt pro aliis ducatis 550. modo euenit quòd Pyrrhus præsentauit in magna curia instrumentum venditionis, petens procedi via executiua iuxta formam ritus vigore iuramenti, & inde per infor. extraiu. constat dicta bona posita inter partes fuisse satis longe maiori pretio quàm vere valeant, & quòd iste contractus præsumatur sic factus in fraudem vsurarum, no. Laur. de Rod. in tract. de vsu. q. lxiij. vbi no. de fraude fœne-
1 ratorũ,* qui volentes mutuare vendunt recipienti mutuum res steriles, & nomina debitorum, qui soluendo non sunt: & postea petunt pretium. Quod talis contractus debeat rescindi, allegat Bal. in l. cũ allegas. C. de vsur. & Bart. in l. cum vir vxori. C. de iure dot. ideo visum fuit dictum instrumẽtum non debere exequi iuxta formam ritus: sed procedendum esse iudicio ordinario, in quo partes audiantur: non obstante quòd pars conuenta, quæ personaliter non cõparuit, nihil dicat in iudicio, sed extra. Aliania enim in c. per tuas. j. colũ. de vsur. dicit
2 vlti. not.* iudicem posse supplere nedum post vsuras solutas, vt fiat earum restitutio: sed etiam ante solutionem, vt earũ nulla fiat exactio: potest iudex præuenire, ante consummationem peccati, cum videt aliquem in præcipitio peccandi: de quo vide bonam gl. in c. ex literis: de sponsa. & Feli. in c. j. iiij. col. ver. quintum remedium dicit: quintum est re-
3 medium: * vt iudex ex officio compellat creditorem paratum ad exactionem, vt desistat. c. per tuas. J. de vsur. vt hic per d. Ant. & d. Abb. licet Imol. cõtra. inde dicit, quòd opi. do. Ant. & do. Abbatis po-
4 test saluari ex eo, quòd alibi singul. dicit * iudicem posse supplere ex officio, vt obuiet peccato euidẽter imminenti, non distinguendo, an parti competat remedium. an non. vt dicit gl. in c. cupientes. §. j. de elect. lib. vj.

SVMMARIVM.

1 *Dotis restitutio vtrum fieri debeat secũdum consuetudinem loci, vel ius cõmune, vel ius Francorum, vbi tale ius viget.*
2 *Filia fœmina exclusa per statutum quòd extantibus masculis & c. vtrum dicatur esse in patria potestate. & nu. 5.*
3 *Filia exclusa per masculos à statuto præterita per patrem non potest rumpere testamentum.*
4 *Dos quæsita per filiam emancipatam postquam pater eam dotauit, non consolidatur amplius in patrem.*
6 *Dos mulieris exclusa propter masculos à statuto verum remaneat penes filios suos, an reuertatur ad patrem dotantem. & nu. 19.*
7 *Dos quonam modo dicatur appropriari filiæ.*
8 *Filia exclusa per statutum, & per renunciationẽ an pariter procedat quo ad transmittendam dotem filijs suis, & non patri.*
9 *Dos datur loco legitimæ virtute statuti excludentis filiam propter masculos.*
10 *Conditio non potest apponi in legitima.*
11 *Statutum excludens fœminas propter masculos intelligitur de dotatis tantum.*
12 *Renunciatio facta per filiam nocet nepotibus: sed in Regno non potest hoc euenire: quia filia dotata, & ex ea descendentes repelluntur à successione.*
13 *Nepotes ex filia defuncta succedũt auo pariter cum patruo etiam in Regno, quando auus recepit dotem dictæ filiæ virtute pacti.*
14 *Filij succedẽtes matri sunt heredes vniuersales exclusò auo materno.*
15 *Filij succedentes vniuersaliter matri descendentes infantes an transmittant dotem maternam sine hæreditatem ad patrem non aditam per se, nec per patrem nomine infantium. & nu 26.*
16 *Mulier vbi successione priuatur contemplatione dotis prout est in Regno, semper dotẽ ipsam percipere debet tanquam in se consolidatam.*
17 *Pater soluendo dotem si stipulatur sibi & heredibus suis reddi in omnem casum restitutionis dotium, an impediat consolidationem in filiam fieri.*
18 *Consuetudo generalis, quòd dos filiæ prædefunctæ transmittatur ad eius filios, & non reuertatur ad patrem, an debeat probari.*
20 *Doctoribus communiter afferentibus consuetudinem aliquam vtrum sit credendum. & numero 23.*
21 *Consuetudo generalis an sit probanda per allegantem.*
22 *Dotium fauore semper in dubio est amplectenda opinio, quæ fauet doti: nisi forte communiter esset reprobata.*
24 *Filij filiæ morientis ante patrem succedunt in dote materna ex generali consuetudine, nõ tamen tanquam matris heredes: sed an imputent in legitimam auitam. & nu. 25.*
27 *Persona deficiente, quæ est causa priuilegij immediata, tunc res reducitur ad ius commune.*
28 *Filiorum fauore, vel matris causa dos materna datur eis ex consuetudine generali.*
29 *Filius filiæ morientis ante patrem factus de ordine minorum an succedat in dote materna.*

Pater

30 *Pater filiorum filia morientis ante patrem lucratur dotem maternam ipsorum morientium sibi solutam: promissam verò diuidit æqualiter vnà cum sorore nu. 34.*

31 *Marito lucrante per statutum tertiam partem dotis datæ verum intelligatur etiam in dote promissa.*

32 *Mora debitoris non debet nocere creditori.*

33 *Malitijs non est aperienda via: nec ex delicto quis debet consequi præmium.*

DECISIO CLXXVI.


N causa domini Domitij de Guarino cum domino Ioan. Petro Theatino primum dubium videtur esse:
quæ opinio sit de iure verior, an opi.
Ioan. an vero opinio Martini: & circa hoc multum non insistam: nam communis opi-
nio doct. est, quòd verior sit opinio Ioannis de iu-
re. & omissis iuribus, rationibus, & authoritati-
bus, quæ sunt pro ista parte remitto me ad doct. in
l. dos à patre. C. sol. mat. & in l. post dotem. ff. eo. tit.
vbi late omnes mod. post & ante Alexã. tamen cir-
ca istud primum dubium occurrunt aliquæ diffi-
cultates ad causam de qua agitur, stante quòd de-
beremus iudicare secundum opin. Ioannis. Prima
1 est difficultas: *an debeat fieri hæc restitutio secun
dum consuetudinem ciuiũ Licij, & nobilium non
viuentium iure Francorum: an verò secundũ con-
suetudinem viuentium iure Francorum, an secun-
dum ius commune. Et quidem secundum consue-
tudinem ciuium non: quia præsupponitur, quòd
sit differentia in modo succedendi inter ciues, &
viuentes iure Francorum: secundum ius Franco-
rum minimè, quia non apparet probata ista con-
suetudo qualis sit: ergo debet determinari secun-
dum ius commune, & sic secundum opin. Ioan. cui
videtur se conformare, vt audio, consuetudo ci-
uium & nobilium non viuentium iure Francorũ:
restitutio enim dotis promissa est in casu quo filia
præcederet secundum viuentes iure Francorum.
2 Secunda difficultas: * an stante constitu. regni. in
aliquibus: quæ excludit filiam fœminam stantibus
masculis, talis sic exclusa sit sua, vel patris, & in
eius potestate. Barto. in l. j. §. sciendum. ff. de vsu. &
legi. dicit, quòd stante statuto, quòd fœmina non
succedat ab intestato stantibus masculis, filia non
dicitur esse sua: quia sicut filius exhæredatus non
est suus: ita eadem ratione filia priuata à statuto
non est sua. inde inferebat Bald. in l. maximum vi-
3 tium. pen. & vlti. colum. C. de liber. præter. * quòd
stante statuto, quòd filia fœmina stantibus mascu-
lis ab intestato non succedat: si filia præteritur per
patrem, non poterit rumpere testamentum: & opi.
Barto. in dicta l. sciendum. refert & sequitur Aret.
consil. xix. j. colum. & hoc quòd filia ita præterita
non rumpat testamentum tenet Alexan. post Paul.
ibi in l. filia dotem secunda colum. C. de collat. &
Philip. decis. ibidem. j. colũ. quia regula. l. inter cæ-
tera. ff. de lib. & posth. habet locũ in præterito, qui
est suus hæres, & qui ab intestato succederet. tenet
etiam Brunus in tract. de statutis excludẽtibus fœ-
minas. xj. articulo. v. q. vij. col. dicẽs hanc esse com.
opi. licet Bar. in l. fi. pen. col. ff. ad Tertul. teneat tũc
filiam rumpere, quando filius institutus sibi præde-
cederet, & quod interea testamentum sit in pendenti.
& idem quòd filia præterita exclusa per statutum
etiam si statutum excludat dotatas non rumpat te-
stamentum, tenet Alex. in l. Gallus. §. & quid si tan-
tum. x. col. de liber. & posthu. & quòd filia exclusa
per statutum desinat esse sua: tenet idem Albe. Bru.
in eo. tracta. x. art. iij. col. vbi dicit, quòd est cõ. opi.
Ex hoc sequitur, *quòd sicut quãdo filia postquam 4
pater eam dotauit, emancipata acquirat dotem, &
non consolidatur amplius in patrem: vt in l. ij. §.
quòd si in patris. solu. matr. in l. j. §. videamus. C. de
rei vxo. actio. etiam si pro emancipata esset soluta
dos. & multò fortius in d. §. quòd si in patris. iiij.
col. per Alex. post glo. ita in casu isto stante statuto
prædicto, quod facit eam extra patriã potestatem.
tamen Alexan. consil. cxxxj. j. volu. in casu quo sta-
tutum vult filiam dotari, tenet Gabriellam a Bapti-
sta de Ferrariis patre suo substitutam Nicolao filio
testatoris potuisse transmittere ex potentia suitatis
hæreditatem pupilli etiam non aditam. per ea quæ
no. in l. sed si plures. §. quos possum. cum ibi no. per
Bar. & alios. ff. de vulg. & pupil. non obstante statu-
to loci disponente, quòd filia excludatur propter
existentiam masculorum per ea quæ not. Bart. in d.
l. j. §. sciendum. & Bartol. in d. l. maximum vitium.
Mouetur quia rationes dictorum doctorum con-
cludunt: ex quo talis filia iudicatur vt exhæredata,
quæ non est sua: sed in casu, quo statutum non ex-
cludit simpliciter: sed vult quòd filia debet ha-
bere dotem extantibus masculis, quæ dos habe-
tur loco legitimæ, non desinit esse sua: nam ille,
qui debet habere legitimam, non potest dici exhæ-
redatus. inde idem Albericus Brunus in d. articu.
postquam dixerat communem opinion. esse: quòd
filia exclusa per statutum stãtibus masculis desinit
esse sua: dat plures limitationes, & inter alias est,
quarta limitatio, in qua sequitur Alex. in d. consil.
& refert idem tenere Iaso. in l. si emancipanti. C. de
coll. & dicit in fi. quartæ col. quòd prædictæ proce-
dunt, etiam si statutum mãdat filiam dotari, vel ex-
cludat dotatã. quinimò etiam in casu, quo statutũ
mandaret filiam dotari, quòd præterita non rũpat:
tenet Neapo. in consuetudine Neap. si moriatur. in
ver. succedunt. quia de consensu ciuium per prin-
cipem approbato ius succedendi videtur transfu-
sum in paragiũ: item quia is, qui habet aliud auxi-
lium, non habet querelam; nec ius dicẽdi nullum.
Et ex prædictis * in quantum dicendũ esset filiam, 5
quæ per statutum debet dotari, & sic excludẽdam,
adhuc durare suam, resultat, quòd non posset dici,
quòd filia d. Ioan. Petri exclusa per masculum non
erat sua: vt sic tanquam emãcipata impediret con-
solidationem dotis in patrem ipsa, vel eius hære-
des. Tertia difficultas in hoc primo dubio est: an
stante opinione Ioannis pro vera: & quòd secun-
dum eam debeat iudicari, habeat locum * in fi- 6
lia dotata in loco vbi viget dictum statutum, quòd
fœmina stantibus masculis non succedit: sed de-
beat dotari, vt tunc si moriatur dotata, filij ex ea
excludãt auum. Aduocati filiorum seu patris ipso-
rum adducunt, quòd non, & quòd imò isto casu fi-
lij succedant: & allegant primò consilium Cardi.

in j. &

de But. videtur determinasse, quòd si illa dos non
remansit penes filios eius: sed fuit per patrem recu-
perata, quia forte fuerat spoliatus, vel erat locus,
in quo seruabatur ius commune. iuxta no. in l. dos
à patre. C. soluto matrimonio. tunc filij eius non
excludentur à successione cum filio masculo: quia
statutum non excludit filiam solum fauore mascu
li: sed etiam contemplatione dotis, quam habuit:
si ergo ad patrem est reuersa, cessat causa exclusio-
nis quantum ad filios eius, secus si filia superuixis-
12 set patri, & sic haberet adhuc dotem, quam trans-
mittit ad filios: & idem in primo casu si ad patrem
non fuit reuersa: sed remansit apud filios eius tan-
quam hæredes secundum consuetudinem, de qua
13 in l. dos à patre. & sic Paulus tenet post But. quòd
etiam in casu statuti disponentis, quòd filia dota-
ta non succedat cum masculo: si filia præmoriatur
patri superstite filio, dos secundum ius commune,
quod est opinio Ioannis, reuertitur ad patrem: &
cum Paulo transit Brunus in dicto tractatu de sta-
tutis excludentibus fœminas. sexto articulo. co-
lumna decimaseptima. & ad dicta per Paulum est
videndus Baldus notanter in dicta l. post dotem.
antepenultima char. versiculo. & ex prædictis: qui
primo dicit inferendo ex antea dictis per eum,
quòd stante statuto volente, quòd filia dotata à
patre non succedat stantibus masculis: si pater vi-
uens filiam dotauit, & stipulatus est sibi reddi do-
tem: mortuo patre remanentibus filiis masculis
forte filia posset succedere: ex quo statutum debet
intelligi, quòd filia dotem habeat propriam, inde
dicit Baldus posse dici, quòd debeat reiici tale
14 onus. Quarta difficultas est: * quando non ob-
stante opinione Ioannis, vbi est statutum, quòd
dotata non succedat, filij filiæ excluderent auum:
an tunc habeantur, vt hæredes matris, an ali-
ter. & circa hoc videndus est Bartolus in dicta l.
post dotem. iiij. quæstione. vbi concludit, quòd
siue filia stipuletur sibi reddi dotem profectitiam,
vel pater suus nomine ipsius filiæ, vel alio modo
donasset filiæ actionem de dote: dos tunc trans-
ibit ad filios filiæ ea prædefuncta patri, vt eius hæ-
redes: & allegat Bartolum, pro casu l. inter soce-
rum. §. cum inter. de pact. dota. vbi in casu omisso
pater videtur donare filiæ: & ideo ipsius solius est
actio. l. si cum dotem. in principio. eodem titulo so
luto matrimonio. & ideo ibi tenetur per filios tan
quam hæredes filiæ: & dicit Bartolus, quòd de iu-
re authenticorum hoc est expeditum: quia textus
dicit, omnia, quæ pro filia patri non quæruntur,
transeunt ad eius hæredes descendentes. vt in §. j.
in authentic. de hæredibus ab intestato. sed dos ex
donatione tacita, vel expressa acquiritur ipsi filiæ:
ita quòd pater in ea nihil habet facere. ergo trans-
it ad filios vt hęredes. apparet ergo quod sicut quã-
do ex patris voluntate dos venit ad filiam trans-
mittitur per illam ad filios suos, vt hæredes: ita
quando sibi de iure communi aliter appropriata
est: de hoc in secunda difficultate secundi dubij.
15 Quinta difficultas est: * an iste filius filiæ domini
Ioannis Petri, quando esset verum, quòd exclu-
deret auum paternum, & habetur vt hæres, licet
anomalus secundum Baldum notanter transmit-
tat hanc hæreditatem patri non aditam per se, quia
infans obiit: nec per patrem nomine infantis, &
de hoc est casus in l. si infanti. C. de iure deliberan:
quod pater potest adire pro infante. & quòd si an-
tequam adeat hæreditatem maternam filio infanti
delatam infans præcedat, transmittet eam ad pa-
trem suum: ideo hic non insisto; & de hoc etiam
in tertia difficultate secundi dubij: quinetiam Ias.
in dicta l. post dotem. xvj. colum. dicit, quòd licet
pater stipulando dotem sibi, & hæredibus suis tol-
lat effectum solidationis in filiam: tamen quando
esset statutum, quòd stantibus masculis fœmina
dotata non succedat, prout est vbique per Italiam,
tunc pater stipulando dotem sibi, & hæredibus
suis, videtur tollere effectum consolidationis in
filiam: nam tunc hæredes patris tenentur illam sti
pulationem remittere mulieri. allegat Bald. in l. fi.
ij. colum. de dot. promiss. sequuntur Ro. & Alexan.
pro quo, secundum eum; quia * vbi quis priuatur 16
successione contemplatione dotis: semper dotem
ipsam debet percipere. l. pater filiã. de collat. dot.
sed hoc dictum Iasonis non facit ad casum quan-
do filia prædecedit: sed solum concludit, quòd
præmortuo patre dos in filiam cõsolidabitur: aliàs
filia succedat non obstante statuto d. Areti. in d. l.
post dotem. Sexta difficultas est: * nam constante 17
matrimonio dominus Ioan. Pet. soluit certam pe-
cuniæ quantitatem, & stipulatus est illam sibi &
hæredibus suis in omnem casum restitutionis ip-
sarum dotium: an per hoc impediatur consolida-
tio in filiam, quæ aliàs fienda esset: & videtur quòd
non; nam licet, quando pater stipulatur sibi red-
di dotem, non habeat locum consolidatio in fi-
liam: tamen illud obtinet, si à principio hoc fiat:
vnde in capitulis est actum, quod dos reddatur se-
cundum vsum & consuetudinem Baronum Licij
iure Francorum viuentium: & sic secundum ius
commune: & si de iure communi esset verum, quòd
dos esset ipsius filiæ: non potest postea ex interual-
lo fieri pactum sine voluntate filiæ in sui præiudi-
cium. tex. est in l. quoties. ff. sol. matr. quinimo dice-
bat Imo. in d. l. post dotem: quem refert & sequitur
Bald. not. ibi. in vij. char. quòd quando deberet in
causa iudicari secundum opin. Mar. de quo infrà
dicetur: etiam si stipulatio esset facta dicto modo
filia prædecedente in matrimonio cum liberis: ta-
lis stipulatio nihil operaretur, quia stante dicta
consuetudine verum non est, casum restituendæ
dotis contigisse. Secundum principale dubium in
hac causa est: quia contra Ioannẽ est opinio Mar.
& doctores dicunt illam seruari de consuetudine:
an debeat iudicari secundum cõsuetudinem Mar-
tini: an verò secundum ius commune, non pro-
bata aliter dicta consuetudine. Prima difficultas
* circa hoc est, an debeat hæc consuetudo proba- 18
ri. quòd probari non debeat facit glo. in d. l. dos à
patre. quæ dicit, quòd opin. Marti. vsu præualet: fa-
cit Bar. ibi dicens, quòd consuetudo approbauit,
quòd lex illa intelligatur muliere decedente sine
liberis. Angelus ibidem dicit de opin. Mart. quod
ita de consuetudine obseruatur, quæ est optima ll.
interpres. Bart. in d. l. post dotem. ix. colum. v. q. te-
net cum Io. licet dicat, quòd de consuetu. seruetur
opin. Mar. Bald. in d. l. dos à patre. dicit veritatem
esse pro Ioanne, & quod de consuetudine obser-

uatur contrarium. Saly. ibi dicit in fine sic, & appa
ret quòd vsus communis approbat opin. Marti æ-
quissimis rationibus. Alex. in d. l. post dotem. xij.
colum. post recitatam opin. Io. dicit quanquam de
consuetudine contrarium seruetur, scilicet opin.
Mart. Bald. not. ibidem. vj. char. dicit, quòd opin.
Mart. est magis æqua, & ita secundum hanc cõsue-
tudinem hodie seruatur vbique. Bald. not. idem in
tracta. dotium. sexta parte. priuilegio xxviij. in qu;
quando pater dotans stipulatus est sibi aut filię pri
mo dicit, quòd filia non est adiecta nisi tantum in
solutione: si verò esset stipulatus sibi, aut cui de iu-
re debetur: dicit cum Bal. quod quando matrimo-
nium solueretur morte viri, censebitur stipulatio
facta patri, & filiæ communiter: quãdo verò mor-
te mulieris, soli patri. inde dicit: sed tu dic, quòd
hodie stante consuetudine, de qua per gl. in d. l. dos
19 à patre. * quia tunc debetur de iure consuetudina-
rio filiis remanentibus ex eodem matrimonio, &
non patri, secundum dicta in d. l. post dotem. solut.
matrim. tunc censeretur facta stipulatio pro dictis
filiis, quibus debetur de iure non scripto. Ias. in d.
l. post dotem. xix. col. in q nostra: vbi non est facta
aliqua stipulatio alterans ius commune. Bart. con-
cludit, quòd dos debet esse liberorum: & sic reti-
neri per maritum pro ipsis filiis virtute consuetu-
dinis generalis approbantis opin. Mart. tanquam
æquam. idem Ias. ibidem. xix. col. volens defendere
Bald. in l. ij. ad fi. C. de bo. quæ liber. volẽtem: quod
consuetudo Martini habeat locum, etiam quando
pater est stipulatus dotem sibi reddi in omnem ca
sum, & euentum dotis restituendæ secundum ius
commune: dicit sic. item d. consuetudo est genera-
lis per vniuersum orbem, & non specialis alicuius
loci: ergo dicitur ius commune non scriptum. § ex
non scripto. institut. de iur. natura. gen. & ciuil. &
paulo infrà ad aliud propositum dicit sic: ista con-
suetudo generalis fuit inducta fauore liberorum
superexistentium: vt eis potius debeatur, quàm re-
uertatur ad patrem. & Curt. in add. ad Alexan. in d.
l. post dotem. xj. col. loquens de opin. Marti. dicit,
quòd ista non est proprie consuetudo, sed genera-
lis intellectus ll. & interpretatio dubij propter o-
pinionem tantorum doctorum. allegat Bal. in l. ij.
in fin. C. de bon. quæ lib. & Odo. in l. dos à patre. &
quòd istud dictum Bal. sequitur Ro. in rub. de arb.
iiij. col. tamen Bald. reprobat Bald. in d. l. post do-
tem. Hercu. in d. l. post dotem. xxxv. co. dicit, quòd
ex quo ista consuetudo est generalis: & ita prout
generalis refertur per doc. potest dici ius commu-
ne non scriptum. in d. § ex non scripto. de iur. nat.
Anto. de Alex. in d. l. post dotem. recitata opin. Bal.
dicit. quamuis autem hæc sit com. opin. & verior
de iure. Mart. tamen glossator dixit oppositum, &
eius opin. per totum seruatur de consuetud. Imol.
prout eum refert Alex. in d. l. post dotem. xix. col.
& Ias. in l. de quibus. antepen. col. de ll. in l. j. § nun
20 tiatio. iiij. colum. de nou. oper. nunc. dicit * quòd
quando docto. communiter asserunt consuetudi-
nem ita esse, tunc eis standum est & credendum
per not. per Io. And. in c. j. de const. & per Bar. in l.
fi. de pœn. iud. qui male iud. si autem duo doctores
dicunt consuetudinẽ ita esse, alij verò non dicunt:
tunc eis non est standum. ego verò in meo lib. non
habeo talia verba: Bald. not. in d. l. post dotem. vij.
charta: in illa q. an consuetudo Martini habeat lo-
cum, si prædecedat in matrimonio vir. in qua Bal.
dicit quòd non, & intelligitur, q nõ habeat locum,
quando esset probatum, quòd sic cõmuniter fuit
obseruatum in loco muliere prædecedẽte: & post
aliqua subdit Bald. quòd debet esse cautus ille, qui
se fundat in dicta consuetudine: & facit differen-
tiam, an quis restringat se ad consuetudinem pro-
prij loci, an ad generalem. Inde dicit, potest e-
tiam dici, * quòd fundans se ex hac consuetudi- 21
ne generali non tenetur ad eam probandam: cum
propter eius generalitatem videatur transiuisse in
quoddam ius gentium. Imol. in l. j. iiij. col. sol. mat.
dicit quòd * vbicunque in materia dotis sunt opi- 22
niones, in dubio est amplectanda opinio, quæ fa-
uet doti, nisi forte illa esset communiter reproba-
ta: & paulo post dicit, & not bene hic, propter id,
quod not. in l. dos à patre profecta: sed vide quia
opin. Marti. de iure communiter reprobatur. Sed
quòd hæc consuetudo debeat probari, facit Cyn.
in d. l. dos à patre. qui dicit, quòd opin. Bald. & se-
quacium continet veritatem, & euãgelium. sed de
consuetudine si tenetur contrarium in aliquo lo-
co, iuri cõmuni derogatur. facit Bart. in l. j. xxviij.
quæst. C. quæ sit longa consuetudo: vbi volens re-
ducere ad practicam modum probandi consuetu-
dinem per testes exemplificat in probanda consue
tudine secundum opin. Mar. facit Alb. in d. l. dos à
patre. vbi dicit, quòd de iure est vera opin. Bulg. li-
cet de consuetudine in multis locis seruetur opin.
Mart. facit Alex. in d. l. post dotem. xix. col. vbi di-
cit, quòd absque aliqua probatione non creditur
glossæ, & doc. asserentibus opin. M. de consuetudi-
ne seruari: etiam si plures & plures doctores in le-
cturis affirment. facit And. in consti. in aliquibus:
vbi dicit quòd gloss. in d. l. dos à patre dixit, quòd
opin. Mart. vsu præualet: postea dicit, oportet au-
tem probari hoc: quia ei qui dicit incumbit pro-
batio. facit Claudius in d. l. post dotem. pe. colum.
qui sequitur Alex. ibi dicens, quòd bene dicit. fa-
cit Ias. in d. l. de quibus. in antepe. col. ff. de leg. qui
in illa q. an credatur * doct. alleganti consuetudi- 23
nem: refert plures doc. & Imol. in d. § nuntiatio. &
Alex. in d. l. post dotem. & tenet cum Alex. tamen
loquitur, & loquuntur, quando sumus in vno vel
in pluribus doctoribus: non autem, quãdo omnes
hoc dicunt: licet posset dici, quòd quando Alex.
impugnat Imolam, videatur sentire idem, q quan-
do omnes: & no. quòd Alex. in l. illam. pen. colum.
de colla. dicit, quòd dos filiæ prædefunctæ secun-
dum omnes de consuetudine remanet apud libe-
ros. Secunda difficultas in hoc secundo dubio
erit, * filij huius mulieris patri prædefuncti stante 24
consuetudine, de qua suprà, habeant dotem tan-
quam hæredes matris vel aliter. de quo etiam su-
prà dictum est circa primum dubium, quòd non
tanquam hæredes. Bartol. in l. in quartam. penulti.
colum. ad legem fal. in illa q. an filij filiæ morien-
tis ante patrem excomputent sibi dotem in quar-
tam aui materni, sicut fecisset mater: dicit hæc
verba. Et quando mulier decederet in matrimo-
nio cum liberis, debet reuerti dos ad patrem. in l.
dos à patre. soluto matri. de consuetudine tamen
reman

remanet apud virum: consuetudo ergo non facit
illos hæredes matris, quia illa dos noo erat matris,
nec matris esse debebat. Sed quid facit consuetu-
do? certe aufert ab auo & illis oepotibus dat: ap-
25 paret igitur, * qoòd isti nepores non habent ex
persona filiæ: sed ab aun ex persona ipsius aui: me-
rito debent imputare in quartam. Alexander in l.
post dotem. colum. ix. tenet limitando Bart. quan-
do pater esset stipulatus dotem reddi soli filiæ, tūc
filij eius illam non computant sibi in legitimam
debitam matri, attento quòd filia secundum com-
munem opinion. habet hæredem. Idem tenet Bart.
in dicta l. post dotem. antepe. colum. dicens, quòd
si opinio Martini esset vera de iure, filij filiæ habe-
bnnt dotem, vt hæredes matris. Et sic non impu-
taretur in legitima, cum tractaretur de successio-
ne aui, vt in l. scimus. §. repletionem. & de exenm-
putatione, de qua Bar. in d. l. in quartam. late Alex.
consil. xxiiij. j. col. j. volum. si verò alia opinio esset
verior: isti filij non habent hoc à matre eorum: sed
à patre matris, à qua consuetudo aufert: & hinc
dicit Bal. not. quòd licet in hac sententia non mul
tum se firmet: tamen intentio Bartol. videtur esse,
quùd immediste mortua filia iuris mioisterio duo
actus successiui causantur: videlicet quòd dos im-
mediate redeat ad patrem, & illico de persona pa-
tris transeat ad ipsos nepotes vigore consuetudi-
nis. Sed quòd tanquam ad hæredes tenuit Baldus
in l. illam. C. de col. & in l. dos à patre. præallegata,
vbi quærit: an ista dos ob consuetudinem retenta
ob liberos cedat lucro mariti: an verò vadat ad fi-
lios, vt hæredes mnlieris. & ponit opinionem Iac.
de bel. quòd vadat ad libetos, vt hæredes matris: at
Alex. in d. l. illam. pen. colum. reprobat Bald. & te-
net cum Bar. & idem tenet ibi Ro. & Paul. de Cast.
26 Tertia difficultas in hoc secundo dubio est: * an
hic filius transmiserit istam hæreditatem nondum
agnitam ad patrem: & de hoc etiam circa primum
dubium tactum fuit: & quidem Baldus in d. l. dos
à patre. loquendo de dote, quæ retinetur ex con-
suetudine Martin. allegat Iac. de Bel. vt dictum est:
quòd vadet ad liberos vt hæredes matris: inferen-
do, quòd si non cœperant hæreditatem & decesse-
rint: reuertatur illa dos iure hæreditario ad hære-
des matris. & dicit Baldus quòd est ipsa veritas in
dote, quæ retinetur ex consuetudine: item quærit
Bald. an pater istorum filiorum oon restitoeodo
dotem intelligatur adire nomine filiorum, & pri-
mò ponit opinionem Bartoli, quòd si diu retinuit,
videtnr adiuisse: inde dicit, alij dicuot contra-
rium: & dicit, quòd hæc pars est vera, hic pater
infantis nō diu retinuit: quia in xxxx. diebus obiit
puer. idem Bald. in auth. sed & si quis. penul. & vlt.
col. C. de secundis nupt. dicit. iij. casus est, quando
omni stipulatione cessante dos retinetur per pa-
trem propter liberos ex consuetudine, de qua not.
in l. dos à patre. & tunc qoia ista consuetndo est in-
troducta fauore liberorum, dico quòd deficiente
matre & liberis non adita hæreditate cessat bepefi-
cium coosuetodinis: & dos reuertitur ad hæredes
mulieris, argnmento in authent. de nupt. §. quo-
27 niam. nam finita persona, * quæ est immediata cau
sa priuilegij, res reducitur ad ius commune. & Bal
dus ibidem in verbo, sed pone. in fine illius l. dicit,
quòd quando pater est stipulatus nomine filiæ do-
tem reddi in omnem casum dotis restituendæ, &
moritur filia superstitibus liberis, talem dotem ad
hæredes suos transmittit, & decedentibus filiis, &
non transmittentibus marito, quo mortuo talis
dos debet restitui: quia non est hæreditarium hæ-
reditatis ipsius mariti, sed patrimonium est mulie-
ris. Nos suprà in quinta difficultate primi dubij
diximus, quòd hæreditas per filium infaotem non
adita transmittitur ad patrem: quare ergo hic con-
trarium dicendum est, & tanto magis, quia hæc
dos secundnm consuetudinem non deberetur fi-
liis mulieris iure hæreditario, & sic non titulo vni-
uersali: sed ex legis dispositione: vnde debet trans-
mitti ad patrem, multo fortius etiam non agnita,
sicut legatum. l. voica. §. cum igitur. C. de de caduc.
tollen. propter quam rationem Alexand. in l. cum
antiquioribus. iij. colum. C. de iure delibera. tenet
contra gloss. ibi, quòd lucrum quartæ partis bono-
rum debitæ filio arrogato transmittitur ad hære-
dem, sic quoque lucrum dotis, quòd per statutum
defertur marito vxore prædecedēte, transmittitnr
ad hæredes mariti, etiam si maritus non agnouit,
secundum Paul. & Alexan. in d. l. cum antiquiori-
bus, oisi dicas, quòd cum hæc consuetudo sit in-
ducta faoore filiorum, eis cessantibus & deceden-
tibus ante agnitam dotem non trāseat ad patrem,
vel quod Baldus loquatur in alio quàm infante:
qnia in infante videtur speciale per d. l. si infanti.
sed etiam in non infante alia lucra titu. particnla-
ri transmittuotur vt suprà dictum est. Quarta dif-
ficultas est, * nam hic videtur cessare faunr filio- 28
rum, ex quo filius modico tempore matri super-
uixit: & hic videnda sunt omnia argumenta Saly-
ceti in dicta l. dos à patre. quæ faciunt pro opinio-
ne Martini: in quibus videtor plurimum se funda-
re ob fauorem filiorum, & sic solutiones, quas
dat ad argumenta pro opinione Ioan. & ad hoc vi-
detur tendere id, quod dixit Baldus in auth. sed
si qois. penulti. colum. de secundis nuptiis. in ver.
tertius casus: nisi dicas quod loquatur in liberis,
non infantibus. sed ad hoc obstat, quia Baldus vi-
detur etiam se fundare in fauore liberornm, qui
cessat hic. & ad hanc difficultatem facit Bald. not.
in d. l. post dotem. xxiij. colum. in repet. dum quæ-
rit, quid quando filij filiæ repudiassent hæredita-
tem matris? & primo ponit opinionē quorundam
modernorum, quòd adhuc pater filiæ non admit-
tatur: quia sola superexistentia filiorum eum ex-
closit propter dictam consuetudinem: deinde di-
cit ipse, tu dicas, quòd si pater filiorum vellet ad-
ire eis repudiaotibus, tunc forte excludetur ipse
auus maternus: si autem nnn vellet adire, & tunc
sine dubio talis dos rediret ad patrem, & forte
non tanquam hæredem, sed tanquam iure peculij
profectitij: quia tunc videtur cessare d. consuetu-
do, & eius æquitas, cum ideo æquitas consuetu-
dinis fuit inducta propter cōtemplationem filio-
rum, licet non veoiaot immediate, & iure consue-
tudinis: sed ex persona filiæ, & sic tanquam eius
hæredes secundum communem opi. vt suprà. licet
hoc sit falsum de communi. opi. vnde sequeretur,
quòd si d. filia f. eandem dotem donasset alteri puta
fratri, forte tunc excludetur pater, ex quo tunc ad-

huc subest fauor aliquis ipsius filiæ, quoniam fuit
consecuta in ipsa dote profectitia propter existen
tiam filiorum: licet non hæredum, per id quod no.
in d. l. Lucius. & in d. §. cum quis. nam non possu-
mus negare secundum d. commun. opin. quod ipsa
dos fuerit quæsita filiæ, & effecta de bonis & hære-
ditate ipsius filiæ incõmutabiliter propter super-
existentiam filiorum, cum ipsi filij veniant tan-
29 quam hæredes & tanquam ad bona matris.* Si au-
tem filius superexistens fingeretur pro mortuo, pu
ta quia esset deportatus, vel aliàs incapax factus,
puta de ordine minorum, & tunc consuetudo non
haberet locum per id quod habetur in d. l. j. §. fi. de
contra tabu. Quinta difficultas in hoc dubio est,
stante, quòd esset iudicandum secundum consue-
tudinem Martini, & quòd nõ requiratur alia pro-
batio, & quòd aliæ difficultates non obstarent.
30 Quid erit iudicandum * de ducatis 500. nondum
solutis per d. Io. Pet. qui petuntur ab eo per suum
generum? glo. in l. fin. C. de dot. prom. dum ibi dici-
tur, dederit, id est dare promiserit. dicit Baldus ibi
31 quòd facit ad statutum, * quòd maritus lucretur
tertiam partem dotis datæ, vtrũ intelligatur etiam
in dote promissa, & non data actualiter? videtur q
sic, per illum tex. cum glo. & dicit Bald. ego consu-
32 lui pro ista parte. si mora interuenit in dando,* ne
mora debitoris noceat creditori. argum. de iur. &
fac. igno. l. iniquissimum. & dicit Alex. consi. lxiiij.
volum. vlt. colum. quòd ista est magis vera opin. po
tissime quando promissor fuisset in mora dandi, &
allegat consi. Ang. pro hac parte. clxxix. hic præsup
ponitur mora debitoris. Bald. not. in l. post dotem.
viij. char. primo arguit, quod non habeat locum in
dote promissa: sed tantum in soluta, quoniam dos
promissa non dicitur vere remanere apud liberos:
quia id, quod nunquam fuit habitum, non potest
dici remanere. facit quod habetur secundum eum
in l. apud. de verbo. significat. inde dicit, quod hoc
non est verum: quia licet secundum eum consue-
tudo fuerit seruata in dote data, & forte in loco
non contigerit iste casus: ne resultet maximum ab-
33 surdum, videlicet, * quòd detur occasio patri in
faciendo moram in soluendo, & sic aperiatur via
malitiis, contra l. in fundo. suprà de rei vendi. ne
ex suo delicto pater consequatur præmium, con-
tra legem. siue hæreditaria. suprà de nego. gest. facit
l. scire oportet. §. sed & maximè. de excu. tut. aliàs
dicit ipse sequeretur, quòd pater ex hoc lucrare-
tur cum aliena iactura, vnde ne sequatur hoc ab-
surdum, dum fit extensio etiam in statutis. Hercu.
ibidem xxxvij. colum. mouet. q. quid in dote pro-
missa, & nondum soluta, an contra patrem actio
competat, cum consuetudo dictet, quòd dos re-
maneat, & sic videtur præsupponere solutionem
iam factam. inde dicit, quòd hoc videtur depende-
re ab eo, an statutum, quòd vir lucretur tertiam
partem dotis, habeat locum in dote promissa, ne-
dum soluta. & quòd de dote soluta loquitur con-
suetudo, quæ deducitur secundum eum etiam ex
eo, quòd dicta consuetudo venit ad interpretatio-
nem l. dos à patre. quæ sine dubio loquitur in dote
soluta, vt patet ex verb. profecta. & ex verb. redire.
Anto. de Alexã. in d. l. post dotem. dum dat limita-
tiones ad opin. Mat. dicit, fallit quattò secundum
aliquos in dote promissa, & non data: nam in ea
non cadit proprie retentio ex parte viri, de qua lo
quitur consuetudo; facit quod habetur in l. apud.
de verb. signifi. & in l. mulier. de condi. insti. in quo
tamen dicit ipse multum esse aliàs ponderandum
ponendo quomodo fuit practicata consuetudo in
loco. Secundum moder. ibi Brunus in tract. de sta.
exclud. fœmi. xj. qu. arti. ix. q. xj. col. mouet dubita-
tionem, & nõ soluit, & dicit, quòd si dos fuit pro-
missa, & filia mortua viuo patre, attendenda esset
consuetudo Martini, de qua in l. dos à patre. &
consequenter, an consuetudo illa habeat locum
in dote non data. Cum causa hæc esset in terminis
votandi pro parte viri, fuerunt producta capitula
quædam iuris Francorum in matrimoniis reperta
in fasciculis quondam notarij Citij sanctori, quæ
conseruantur penes notarium Gregorium ruffum,
inter quæ est quoddam cap. ita dicens: item mulie-
re nupta vt supra secundum dictum vsum, ac mo-
riente testata, vel intestata superstitibus liberis vi-
ro superstite, & deinde aliqua motula post dotes
ipsius mulieris morientibus suis filiis, pater succe-
dit dictis filiis morientibus in pupillari ætate vel ab
intestato, quandocunque ibi in dotibus eorum ma
ternis capitula hæc non fuerunt habita pro authen
ticis, nec in totum denegata fides. sacrũ Consil. ha-
buit causam pro difficili, ideo induxit partes* ad 34
compromittendum in posse Consilij de iure & de
facto in amplissima forma, & deinde vigore arbitri
laudauit dimidium dotis restituẽdum patri, aliud
remanere apud virum, in quo dimidio restãte apud
virum inclusi intelligantur ducati 500. nondum
sibi soluti.

SVMMARIVM.

1 *Pensiones domorum adiudicatarum percepta per conuentum lite pendente, an veniant in dicta adiudicatione, vel augeant pretium domorum.*

2 *Fructus percepti pendente iudicio super hypothecaria veniunt iudicis officio.*

DECISIO CLXXVII.

IN causa Manfredini de bucchis cum
Perotto villaguto fuit dubitatum,* an 1
pensiones domorũ adiudicatarum, quę
cucurrerũt, seu perceptæ sunt per con-
uentum pendente lite adiudicationis factæ in fa-
uorem Perotti contra Manfredinũ veniant in ad-
iudicatione, vel augeant pretium domorum. Saly.
in l. iij. C. quib. ex cau. pign. tacite contrahatur. di-
cit, vlterius cum quæritur, an fructus rei obligatæ
cadant in obligationem, & quo iure peti possent.
distingue secundum Iac. de Aret.* aut fructus per- 2
cipiuntur pendẽte iudicio in hypothecaria actio-
ne, & tunc veniunt iudicis officio, non iure actio-
nis. ff. de pigno. l. si fundus. §. interdum. facit l. ædi-
lem. §. item sciendum. ff. de ædil. edi. aut percipiun-
tur non pendente iudicio &c. quod non est casus
noster. hæc distinctio ante eum posita fuit per Cy.
ibi & Albe. de ro.

SVMMARIVM.

1 *Electus Regens ciuitatis Neapol. vtrum remoueri possit tanquam aduena de voluntate electorum.*

Medie

2 *Medicus semel approbatus potest ex iusta causa reprobari.*
3 *Electus inhabilis ad officium vel magistratum, & illum exerceat incidit in læsam maiestatem. limita vt ibi.*

DECISIO CLXXVIII.


N causa Magnifici Roderici pignalosæ cum Magothicis electis Ciuitatis Neapol. prætendentibus,
1 * quòd præfatus Rodericus creatus Regens Ciuita. Neapol. de voluntate electorum remoueatur tanquam aduena a dicto officio. tex. instit. quib. ex caus. §. semel. dicit, semel autem causa approbata siue vera siue falsa non retractetur. gloss. ibi exponit falsam pro iniusta, ne sit contra titulum C. si. ex fal. instrumeo. & l. qui agnitis. ff. de execu. rei iudica. textus in l. quod semel. ff. de decret. ab or. fac. quæ est l. j. dicit quod id quod semel ordo decreuit non potest rescindi, nisi ex causa id est ob publie. vtilitatem. text. in l. pen. in fin. ff. de decr. decu. dicit, non admitti contradicere volentem, quod non sit recte quis creatus decuriœ cum ab initio contradicere debuerit. text. in l. sed & reprobari. in princip. ff. de excusa. tuto. & in l. vt gradatim. §. reproba. ff. de mu. & hn. dicunt, quòd
2 * medicus semel approbatus à repub. potest reprobari, sic philosophus. & dicit Bart. in d. l. sed & reprobari. quòd procedit hoc, quando causa esset iusta, vt insufficientia: secus si iniusta, per d. l. quod semel. & inferebat Bart. ibi ad Archiepiscoum Capuanum, qui erat cancellarius studij Neapolitani, & examinabat iterum docto. & reprobat non obstante approbatione, & gloss. in dicta l. sed & reprobari. §. semel. dicit, quòd medicus semel approbatus reuocatur ob sanitatem conseruandam hominibus. text in l. Barbarius. de offic. præt. & in l. quidam consulebat. de regul. iuris. volunt, quòd quando superior concederet dignitatem scienter inhabili videtur dispensare, & Iasòn ibid. iiij. colum. aliter ponit. at Ias. in d. l. Barbarius. in v. col.
3 dicit, * quòd si ipse inhabilis eligatur ad officium vel magistratum, & illum exerceat, incidit in læsam maiestatem. l. iij. §. fin. & ad l. Iul. maiest. nisi eligeretur a populo credente eum habilem: quia tunc esset verus prætor, & intelligeretur habilitatus, ita quòd euaderet pœnam. In casu nostro ad electos non spectabat creatio Regentis, nec electi crearunt: sed tantum creationi factæ per Cæs. Maiestatem, seu eius Viceregem consenserunt, cum res esset in terminis decidendi, electi destiterunt.

SVMMARIVM.

1 *Confessio facta in iudicio nulla ratione incompetentiæ iurisdictionis non valet. & nu. 5.*
2 *Confessio extraiudicialis concurrens cum aliquibus coniecturis verisimilibus facit plenam fidem.*
3 *Confessio in vno iudicio probat in alio.*
4 *Confessus in iudicio delictum principaliter & per se condemnari potest, esto quòd processus sit inualidus.*
5 *Confessio coram iudice incompetenti operatur, vt confitens compellatur coram competenti pro eodem effectu.*
6 *Confessio facta in iudicio inualido præiudicat plene: sed limitatur xii. modis, remissiue.*
7 *Confessio extraiudicialis quid operatur.*

DECISIO CLXXIX.


N causa Sancij de Samundio cum Magnifico Iacobo carbono, petebat Sancius a Iacobo Castrum Paduli côcessum alias auo suo per quôdam Serenissimu Regem Ferdinandum primum ex titulo venditionis, & quia aliàs spectabat ad eundem Iacobum iure antiquo, dicebatur per actorem illud ius extinctû fuisse ob notoriam rebellionem quondam patrui sui, qui fuerat dominus dicti Castri, & ad probandam hanc rebellionē adducebatur quidam processus factus tempore Regis Caroli octaui, in quo sunt articuli, & probationes præfati Iacobi, quòd Domitius patruus suus adhæserat Duci Ioanni côtra Regem
Ferdinandum. Fuit dubitatum, * an ista confessio 1
præiudicet ipsi Iacobo, & sic probationes: quia factæ in illo iudicio nulla, ratione incompetentiæ iurisdictionis in iudicio. Et vide Bart. in tracta. de tyran. & Bald. de pac. Constant. in verb. sententiæ quoque, quòd acta gesta tempore tyrannidis, quando tangunt partes, & non statum, & quod confessio in iudicio nullo ratione incompetétiæ valeat, vt extraiud. Alex. in l. magistratibus. ij. col. de iur. om. iud. dicit esse communem. & vide Felin. in ca.
olim. viij. limit. de rescri. * quòd quando eum con- 2
fessione extra iudiciû de crimine concurrunt aliquæ coniecturæ & verisimilia veritatis, faciunt plenam fidem, & vide ibi Felin. in prima limita. & in omnibus limitationibus. & Decium in d. c. at si clerici. & Salyc. in l. fin. v. colum C. de quæstio. & Bald. in l. quoniam, parum ante fin. de his qui not.
infa. & vide * quia confessio facta in vno iudicio 3
probat in alio Bald. & Alex. in l ij. C. de confes. de quo per Decium in d. c. at si cler. secunda conclusione. Bart. in l. si si confessus. ff. de custo. reo. dicit,
* quòd quando reus cô. iterur in iudicio delictum 4
principaliter & pecse, potest condemnari, esto ꝙ processus sit inualidus. Angel in l. j. in fi. C. de con-
fes. dicit * quòd confessin coram iudice incompe- 5
tenti operatur, vt eius vigore possit cogi ad confitendum coram competenti: quod intelligitur, vbi agitur ad eundem effectum. Felin. late in c. qualiter, & quando. lo secundo. §. licet. ij. & iij. col. dat
regulam, * quòd confessio facta in iudicio inua- 6
lido præiudicat plene: limitat xij. modis. & inter alias ponit septimam, videlicet: nisi iudicium esset nullum ratione incompetentiæ iudicis per tex. in
c. at si clerici. in prin. de iud & alia multa, sed * an 7
valeat talis confessio vt extraiudicialis? allegat remissiuè primo Inno. in c. per inquisitionem. de ele. ij. col. qui dicit de confes. facta in alio iudicio, ꝙ non præiudicat: sed tamen valet ad faciendum incurrere pœnam infamiæ: ob quam incurritur priuatio: sicut etiam confessio extraiud. deinde dicit, & hæc vera sunt, dummodò coram non prohibito iudice fecerit côfessionem. Secundò But. ibid. qui in vj. col. dē confes. facta incidenter in iudicio, ꝙ

licet non possit quis ex ea damnari: tamen habebit effectum, quem habet cõfessio extraiudicialis: sed in v. col. mouet & concludit, quòd quãdo confessio est facta coram iudice incompetenti, non valet vt extraiud. contra Inn. ibi, & hoc quo ad effectum iuris. sed quo ad duo valebit, primò quo ad infamiam, secundò quo ad indicendam purgationem, & dat limitationem: nisi fiat à clerico coram iudice seculari volente illum in iudicem, per ca. si diligenti. Tertiò, But. in ca. at si clerici. de iud. qui in j. col. dicit, quòd cõfessio vel probatio facta coram iudice incompetenti nõ præiudicat, si postea agatur coram competenti: sed in pen. col. contra Inn. consuluit, quod nõ valet etiam vt extraiudicialis. inde in vlt. col. quærit: dato quòd valeret vt extraiudicialis: an præiudicet in crimine & vt cogatur in eo perseuerare: & allegat Innoc. ibi, quòd sic vellet eum excusare. fatetur tamen But. se vidisse consultum, & repetẽdo determinatum, quòd hæc confessio debet saltem valere vt extraiudicialis in j. & pen. co. Abb. in eo. c. at si clerici. iij. & v. colum. tenet, quòd si confessio fiat à tracto inuito in iudicium nõ habebit vim extraiud. si à tracto voluntarie, operabitur tunc indicium ad torturam. inde dicit: item limito, vt compellatur prædicto casu persistere, quando agitur de crimine: secus si mere ciuiliter. per tex. in c. olim. de rescrip. Imo. ibidem. iij. col. sic dicit: Doct. tamen Florentini transeunt cum dicto Innoc. & dicunt quòd valet confessio saltem vt extraiud. inde dicit: & licet opin. d. Antonij forte de iure sit verior per istum text. tamen forte in practica alias seruaretur aliud magis com
8 munc. Aret. in eo. c. at si clerici. j. col. dicit, * quòd quando processus esset nullus ex defectu incompetentiæ: ita est nulla confessio, sicut aliæ probationes. In hac causa iudicatum est in fauorem d. magnifici Iacobi: absolutúsque fuit.

SVMMARIVM.

1 *Mandatores si plures sunt, quilibet eorum tenetur insolidum: tamen habent beneficium diuisionis si omnes sunt soluendo sicut fideiussores.*

2 *Fideiussores, & mandatores in quibus æquiparantur.*

3 *Mercatores plures, qui præposuerunt factorem, tenentur omnes insolidum ex contractu illius factoris sed habent diuisionis beneficium*

4 *Negociorum gestor quæ habet probare, vt repetat impensas à se factas.*

5 *Negocium sufficit esse semel vtiliter gestum: etiam si effectum non habuerit, vel habuerit contrarium.*

6 *Procurator meus si pecuniam mutuatus est impensurus in me. negocia perdiderit eam sine culpa, facit me teneri nomine mandati.*

7 *Procurator generalis soluendo debita domini ex sua pecunia repetit a domino.*

8 *Donatio facta absenti non valet nisi epistola vel nuncius interueniat ad coniungendas voluntates contrahentium: quid si interuenerit traditio. & nu. seq.*

10 *Relatio causæ habet vim cõclusionis in causa: sicut quando mittitur processus ad consiliũ Sapientis.*

11 *Donatio an præsumatur, quando quis dicit, tolle istam pecuniam: vel do tibi hanc pecuniam. & nume. 13.*

12 *Donatio vt præsumatur quatuor requiruntur. quando quis tradit rem alicui.*

14 *Donatio facta ambasciatoribus an dicatur facta eorum contemplatione, vel mittentium.*

15 *Calculatio sæpius facta cum lapsu longi temporis, & sanguinis coniunctione videtur inducere debiti remissionem.*

16 *Confessio creditoris dicentis se debere consequi centum à Tutio, an præiudicet sibi si debuisset consequi plus.*

17 *Pecunia recepta pro eo, quod gratis fieri debebat, turpiter recipi dicitur.*

18 *Socij omnium bonorum non tenentur communicare illicite quæsita: tamen si communicauerint lucrum inde quæsitum erit commune.*

19 *Debitor si legat creditori non videtur in dubio legare animo compensandi.*

20 *Legatum, & donatio parificantur.*

DECISIO CLXXX.


IN causa Illust. don Raymundi de Cardona Viceregis cum Regia Curia. Primò circa petitionem ducatorum xx. millium, quos in partibus Lombardiæ ipse Don Raymundus erogaturus pro solutione gentium armigerarum ibidem degentium in exercitu Cathol. maie. misit pro suo argento, quod conseruabatur in arce, moliæ cudẽdo, & in itinere deprædatum ea ... d. Vicerex fundat suam petitionem ex mandato Consilij agens tãquam mandatarius, & tunc facit contra eum: quia ex qu... consilium repræsentabat plures Potentatos, videlicet d. Papam: Cath. Regem: & dominos Venetos. omnes isti videntur mandasse: quia, vt dicit tex. in l. si quis ex argentarijs. §. pertinere. ff. de eden. qui facit aliquid ex mandato procuratoris, videtur facere ex mandato domini: vnde quilibet eorum tenetur pro parte l. nos. §. fi. ff. de duo. re. l. ij. C. eod. ... in auth. de duo. re. in prin. & si diceretur: * quòd quando inter
1 plures mandatores, quilibet eorum tenetur insolidum: vt dicit tex. in l. si præcedente mandat... Tit. j. §. Paulus respõdet vnum. ff. mãd. in tantũ, quòd etiam hodie conueniri insolidũ possunt, nõ obstante auth. hoc ita. C. de duo. re. vt tenet gl. in l. fin. §. fi. ff. quod iussu. in l. non recte. glo. fin. C. de fideius. to §. ... res. in glo. j. inst. eo. & late Bar. in d. authent hoc ita. in vij. q. qui dicit, pro hoc tenẽt d... c. quibus verbis vtitur etiam Ioan. Fab. in d. §. si plures in prin. & reprobat a glo. in d. §. Paulus. & in l. creditor. §. duobus. ff. mand. Ad hoc respon... etur primò, quod dictæ glo. & doct. loquuntur in mandatoribus accessoriè venientibus ad mandandum: ita declarat Bartolus in d. auth. hoc ita. vij. q. dum ponit rationem diuersitatis inter eos, qui prin... ipaliter contrahunt, & eos qui vt fideiussores, & mandatores, & dicit Ioan. Fab. in d. §. si plures, in prio. quod tales adhibeantur pro securitate: vt ergo magis securitas extendatur, statutum est eos teneri insolidum. Secundo quòd ... dominus li et plures mandatores insolidum teneantur ipso iure: tamen habent benefi

beneficiũ diuisionis si omnes sunt soluẽdo: sicut in
fideiussoribus dicimus. in d. §. si plures. & l. inter fi-
2 deiussores. & l. inter eos. de fideiuss. & hoc quòd
mandatores fideiussoribus in hoc æquiparantur:
dicit text. in l. j. C. de constitu. pecun. & gloss. in d.
§. Paulus. in gloss. j. Et si diceretur, quod possit do-
minus Rex conueniri insolidum alio respectu, vi-
delicet quia isti plures Potentatus creauerunt do.
Viceregem Capitaneum generalem præponendo
eum bello: vt possit argui de pluribus exercitori-
bus, vel dominis, qui præponerent vnum magi-
strum, vel institorem, qui ex actu gesto cum insti-
tore, vel exercitore tenentur insolidum. vt in l. j. §.
fin. cum l. seq. ff. de exercito. & in l. habebat. §. fina.
cum l. seq. ff. de instito. quod Bartol. in d. l. si tamen.
de exerci. & in l. eandem. iij. q. ff. de duo. rei. exten-
3 dit* ad plures socios dominos mercantię, qui prę-
ponunt factorem: vt ipsi præponentes ex contra-
ctu factoris teneantur insolidum. & idem firmat
in d. authent. hoc ita ix. q. primæ partis principalis.
& Bald. in l. cum te in Gallia. C. si cert. petat. vt sic
idem sit in domino Vicerege: quoniam si ipse ab
alio mutuum sumpsisset: posset agi insolidum con-
tra d. Regem. multo magis quando ipsemet bona
fide mutuasset. Respondetur, quòd isti tales plures
exercitores haberent beneficium diuisionis. ita
Bart. in d. authen. hoc ita ij. q. secundæ partis prin-
cipalis. Pro ipso autem domi. Vicerege facit: nam
præsupponitur in facto, quòd non totum Conci-
lium Ligæ sed concilũ catholicæ maiestatis, quod
d. Viceregi assistebat, dedit hoc mandatum: aut do.
Vicerex fundat suam petitionem ex gestione: & a-
git tanquam nego. gestor. tunc facit contra eum.
nam si nõ præcessit mandatum totius Ligæ: videli-
cet, quòd nõ habeat negotioru gest. actio. nisi qua-
tenus do. Rex fuerit factus locupletior. per tex. in
l. si pupilli. §. sed si ego. versi. quod si amicitia. ff. de
nego. gest. vbi Barto. dicit, quarto nota diligenter,
4 * quòd quãdo negotium non est gestum mei con-
templatione, & contra me datur actio, quia ad me
pertinet res ipsa: non datur insolidum, sed quate-
nus sum locupletior. & idem firmat Bartol. in ea. l.
§. idem quæritur iij. colum. vbi sic dicit, non con-
cludit multum, quòd ad hoc, vt dominns teneatur
insolidum, debet probare duo gerens, scilicet ne-
gotium gestum, & eius cõtemplatione gestum. sed
si non probaret eius cõtemplatione gestum, debet
probare negotiũ gestum, & ipsum locupletatum:
vt in d. versi. eo. loco, alias ista actio non compete-
ret. & licet Bar. loquatur in negotio alieno re ipsa,
vt quãdo in rem alienam quis impendebat, vel im-
pendere volebat faciendn, vel reficiendo: vt decla
rat glo. in d. §. item quæritur. vers. ipso gestu: tamen
quo ad hoc videtur idẽ esse in casu nostro: quando
non appareret vere, vel præsumptiue esse gestũ ne-
gotinm. Sed ad hęc respond. quoniã, vt dictum est,
præcessit mandatum Concilij regij, & sic contem-
platione domi. Regis videtur gessisse. Facit secun-
do contra eum text. in l. iij. §. in hac. ff. iudi. solui.
vbi fideiussor de iudi. sol. qui non tenetur defen-
dere dominum, si non vult suscipit defensionem,
& succumbit, non potest repetere à domino ex-
pensas per eum in lite factas, quæ bonum exitum
non habuit. Facit etiam gloss. in l. qui mutuam. §. fi.
ff. mandati. quam sequitur ibi Bald. & Salyce. dum
facit differentiam inter procuratorem cum man-
dato facientem pro domino expensas in lite: quia
licet succumbat dominus tenetur. vt in d. §. fin. &
in l. & si contrariam. C. mãdati. & gestor sine man-
dato: qui si facit expẽsas in lite, in qua succubuit,
non repetit. ita intelligendo §. in hac. Sed ad hæc
respon. primo: quia hic sumus in eo, qui fecit cum
mandato. Secundo, quia ista iura vendicant sibi
locum in litibus, in quibus ideo illud est: quia ex
sententia postea lata contra gestorem apparet non
esset vtiliter cœptum. ita gl. in d. §. fin. & §. in hac.
Præterea pro domino Vicerege facit text. in l. sed
an vltimo §. j. ff. de nego. gest. * vbi sufficit nego- 5
tium gestum esse semel vtiliter, etiam si effectum
non habuerit: & dat exemplum in gestore, qui ful-
sit domum, quæ postea cremata fuit vel curauit
seruum ægrum, qui postea obiit. facit tex. in l. quid
ergo. §. sufficit. ff. de contrario iudic. tutelæ. vbi di-
citur, quod sufficit tutori bene & diligenter ne-
gotia gessisse, etiam si euẽtum aduersum habuerit,
quod gestum est: ad idem text. in l. quòd si seruus.
§. vnde recte. & sequenti. ff. de in rem verso. & si di-
catur, quòd in dictis iuribus negotium iam erat
perfectum, quia erat ędificata insula: respon. qoòd
non apparet: quod seruus fuerit sanatus. præterea
glos. tam in dicto §. j. quàm in d. §. quid ergo. intel-
ligunt illa iura non solum in euentu perseueran-
tiæ, quæ denotat rem completam: sed in effectu seu
euentu complementi, quod denotat rem incom-
pletam: facit pro hoc in terminis text. in l. si ser-
uus in rem. in princip. ff. de in rem verso. vbi hæc
est litera: si seruus in rem domini pecuniam mu-
tuatus, sine culpa eam perdiderit: nihilominus
posse cum domino de in rem verso agi. existimaui.
Nam * & si procurator meus in negotia mea im- 6
pẽsurus pecuniam mutuatus sine culpa eam perdi-
derit: recte eum hoc nnmine mandati, vel nego-
tiorum gestornm acturum: & Salyce. ibi in sum-
mario summat illam legem etiam in procuratore
gestore. Facit quoque pro domino Vicerege text.
in l. quæ vtiliter. §. fina. ff. de negotiis gestis. vbi in
negotio, quod est alterius ipso gestu, pront est in
casu nostro (ipso enim gestu negotiuin appella-
mus, quando creditori debitoris qui soluit, vt
declarat Bartolus in dicta l. si pupilli. §. item quæ-
ritur.) tenetur ille, ad quem vere pertinet, licet
contemplatione alterius sit gestum: sed hoc secun-
dum Bartolum ibi in dicto §. sed si ego. est, quia
non poterat aliquo modo pertinere ad eum, cuius
contemplatione geritur, soluebat enim in d. §. fi-
nali. frater creditoribus hæreditariis credens soro-
rem esse hæredem, quæ non erat, & ad eam di a so
lutio nullo modo poterat pertinere. sed in §. sed si
ego. negotia peculiaria quæ gessit gerens contem-
platione filij, vel serui, poterant aliquo modo per-
tinere ad filium, vel seruum: quia naturaliter obli-
gantur, secundum quòd Bartolus considerat in
dicto §. sed si ego. facit: * nam procurator gene- 7
ralis potest soluere debita domini de pecnnia do-
mini, vel etiam sua, & tunc repetit à domino. text.
est in l. si procurator. ff. de cnndi. indeb. versi. quo-
niam ideo. & ibi Pau. de Cast. Secundò circa duca-
tos decies mille, vt prætẽditur, donatns per ciuita-

tem Bergomi dicto do. Viceregi, & eius mandato erogatos in stipēdia armigerorum, quos nunc ipse petit à regia Curia. Prima difficultas in hoc secundò est: *quoniam non apparet sufficienter fuisse probatum, quod donatio prædicta fuerit intimata, aut notificata ipsi d. Viceregi per nuncium, vel epistolam Bergomensium, quod requiritur. vt in l. consensu. ff. de actin. & oblig. & ibi glo. not. dicit, quod vbi dicit lex contrahi inter absentes, subiicit per nuncium, vel epistolam: & illam gloss. reputat sing. Pau. de Cast. in l. absenti. ff. de don. dicens per illam: quòd vbicunque potest contractus fieri inter absentes requiritur nuncius, vel epistola ad coniungendas voluntates: adeo quòd Bartol. in d. l. absenti. de dona. dicit, quòd si ego in domo existens dono Titio fundum, & ille hoc audito diceret, hoc mihi placet: non erit perfecta donatio. & alleg. d. glo. in l. consensu. & aliam gloss. quæ magis in specie loquitur. in l. j. de contrahend. emptione. & etiam gloss. in l. illud. in glo. fi. in fin. C de sacrosanct. eccle. & dicit Albe. in d. l. absenti. quòd talis absens non potest ratificare, & donationem petere: allegat d. glossas l. illam & l. nuda. eod. titu. & dicit quòd hoc tenent Iaco. de Are. Oldr. ibi. & idem tenet Cyn. in d. l. illud. & in l. nec ambigi. C. de donat. & cum Bar. tenent Paul. de Castr. & Cu. in d. l. absenti. Salv. in d. l. ambigi. idem tenet Ioan. Andr. in tit. de instru. æd. §. nunc verò aliqua. in add. magna incipi. constat quòd tenet institutio. & Ludo. Rom. met qui in consil. cxcvij. tenet contrarium: dicit, quod communis doctr. sententia sequitur gloss. in d. l. non ambigi. quæ hoc firmat, & Salyc. eam sequitur: & quòd non possit fieri donatio absenti sine nuncio, vel epistola, not. Alex. in l. penul. ij. colum. ff. si cert. petat. & dicit ibi Paul. de Castr. quòd in contractibus, in quibus requiritur consensus vtriusque, requiritur nuncius, vel epistola: quia consensus non coniungitur, nisi hoe modo inter absentes: & quòd ista sit communis opinio, scilicet contra Lud. tenet Card. cons. cclxiij. iij. colum. qui dicit non esse tutum in decisiis ab ea recedere. & pro ea alleg. l. Labeo. ff. de pact. & si diceretur, *quod d. communis opinio* obtineret, quando non esset deuentum ad traditionem, prout est in casu nostro: cum præsupponatur, quòd de ordinatione d. Viceregis ratificantis donationem fuit pecunia numerata regio Thesaurario, & sic perinde videatur ac si fuisset assignata domin. Viceregi, & per eum Thesaurario: quia dicit text. in l. iij. §. ii. ff. de dona. inter vir. & vxor. quod si volenti donare mihi mandem, quòd donet tibi, inducitur donatio à me tibi. ad quod l. licet. §. j. de iure dot. & l. qui se debere. ff. de condi. ob caus. vt sic deuentum sit ad traditionem, seu adeptionem possessionis rei [illegible] natæ: non inualidetur donatio ob defectum nuncij, vel epistolæ. Comes Cariati fuit ille tertius, qui nun[illegible] tamē domi. Viceregi, de quo gloss. in l. nec ambigi, per authoritatem Bal. in d. l. nec ambigi. qui vult, quod licet ista donatio non sit perfecta quantū ad contractum, & donationem: ex quo non interuenerunt organa media, quæ requiruntur in donatione: tamen forte erit perfecta quantum ad dominum per authoritatem Cornei in consilio cc[illegible]ij. penulti. columna. qui videtur sequi Bal. per authoritatem [illegible] an. Fab. in d. l. nec ambigi. qui dicit sufficere, quod procurat[illegible], vel gestor nomine absentis recipiat: tamen communior opinio videtur esse, quod etiam si deuentum sit ad acquisitionem possessionis non sit perfectus contractus etiam ad acquisitionem dominij: & hoc modo primò respondetur de eom. opin. contraria gloss. in d. l. nec ambigi. in gloss. prima opponitur: quòd inter absentes non potest fieri donatio illo iure sine stipulatione. vt in l. si quis argētum. §. sin. autem. eod. titu. & soluit, quòd in d. l. si quis argentum. fiebat donatio per pactum: at in l. nec ambigi. fiebat per traditionem: & tamē in d. l. nec ambigi. interueniebat nuncius, vel epistola secundum opi. Ioan. quam gl. ibi videtur sequi Imo. in d. l. absenti. istud tenet: dicit enim sic not. qualiter posset fieri donatio absenti: quia si res est penes eum, cui agitur donari, potest fieri donatio mediante nuncio, vel epistola. si autem non est penes eum, cui agitur donari, tunc oportet, quòd transmittatur, vel detur personæ, quę posset acquirere absenti ea intentione, vt statim fiat absentis. Aret. etiam consilio xvij. v. colum. dicit, quòd etiam in donatione, quæ perficitur traditione, requiritur consensus donantis, & donatarij: sed consensus inter absentes non est efficax, nisi per medium nuncij, vel epistolæ: ergo vigore talis consensus inutilis non potest videri facta traditio à donante. Hoc maxime facit pro Vicerege, quia pecunia fuit transmissa, & numerata illi, cui dixit Vicerex: sed per quem fuit nunciatum Viceregi, quando dixit, quòd detur Thesaurario: & certe non per nuncium, nec per epistolam: sed si fuisset nunciatum per nuncium vel epistolam, etiam si non iussisset numerari, valeret: quando iussit numerari, nūciatum est ciuibus, qui numerarunt illi, & numerando miserunt nuncium, imò pecuniam, quod plus est. Nec videtur standum in ista difficultate seu dubio quibusdam testibus examinatis pro do. Vicerege ad impugnationem partitarum productarum per fiscum: quia illæ scripturæ fuerant præsentatæ antequam fieret *relatio causæ, quę relatio habet vim conclusionis 10 in causa: sicut quando mittitur processus ad consilium Sapienti. Butr. in capit. pastoralis. de capitu. po. & pro. Felin. in cap. cum dilecti. septima colū. de fide instrumen. Secunda difficultas in hoc secundo est in videndo, an ex quo præsupponitur, quòd dictus Vicerex mandauerat pecuniam præfatam toram dari Regio Thesaurario, sicque scripta est in introitibus Curiæ, videatur propterea facta donatio quondam catholi. Regi per ipsum Viceregem. Primò contra domin. Viceregem facit Bartol. in l. cum quid. ff. si certum petatur * vbi tt in illa quæstio. quando quit dicit, tolle istam pecuniam, an resultet donatio: recurrendum est ad coniecturas in dubio: videlicet ad conditionem personarum dantis, & recipientis, ad quantitatem, & ad merita: & si hæc cessant, præsumetur datum animo repetendi: per l. c[illegible]m de indebito. de probatio. & l. eum d[illegible]nat[illegible]nis. §. j. ff. de donati. Secundo facit, quia prætenditur, quòd d. Vicerex mandauit. quòd darentur pecuniæ Thesaurario: sed verbum do, im portat translationem dominij. §. sic ita que. instit. de actio. & quòd quando dico, do tibi hanc pecuniam,

niam, sit donatio:tenet Petrus in suis brocardis, quem refert Imo.in l.à Titio.ff.de verbo.obliga.& Alexand.in d.l.cum quid iiij.colum.& idem tenet Salyc.in l.si donatione.C.de collat.per d.§.sic itaque.& l.in ædibus.§.j.ff.de donat.idem tenet Imo. in d.l. à Titio. quando quis sciens se non teneri sic dixerat:secus si errans, pro quo l.cuius per errorē. de regu.iur. sicut dicimus in promissione scienter facta sine causa.vt nor.glo.in l.ij.§.fi.de constitut. pecu.& in l.qui cum alio.in gloss. magna. de regul. iur.nam traditio,& promissio à pari procedunt.l. fina.C.ad l.falcid.l.si patronus.C. de donat. & Petrum sequitur Sozi.consi. xciij.xiij.colum. Tertiò facit,quando propriè non esset dictum, du:sed esset simpliciter tradita,quia vt dicit Petr.in broc cardo illo, vtrum quis tradendo rem videatur do-
12 nare:concludit,*quòd tradendo quis rem non videtur donare in dubio:nisi in quatuor casibus. Primus est si tradidit coniuncto, per l. si seruus. ff. de donat. inter vir. & vxor. Secundus si tradidit ei, cui tenebatur ad antidora.per tex. in l.si verò non remunerandi.§.Papinianus.ff. mandati. Tertius si ex præcedentibus,& sequentibus apparere de intentione donantis.per l.si seruus plurium. §.fi. de le.j.

Quartus si vtatur verbo do,& non verbo trado. per dict.§.sic itaque eum in casu nostro sint merita cathol. Regis, qui eum creauit Viceregem primò Siciliæ, deinde huius regni: & ei donauit ciuitatem Ruborum: officium magistri iustitiarij dicti regni Siciliæ:& euexerat eum ad locum Capitanei generalis totius Ligæ: videtur colligi coniectura donationis. At pro domino Vicerege quo ad verbum do facit,quoniam Imol.in d.l.si fundum. tenet simpliciter contra Petrum in d. quarto casu,
13 quòd * per verbum,do, non extantibus aliis,non præsumitur donatio,facit Alexā.in d.l. cum quid: qui primò defendit opinio. Petri: secundò dicit, vel posset dici,quòd opinio Petri procedat, quando non daretur ad numerum res numerabilis, ad pondus ponderabilis, ad mensuram mensurabilis: vnde attendendo id , quod vltimo ponit, videtur tenere, quòd non sit donatio, quando non daretur res secundum naturam suam.facit Felin. in c.si cautio.ij.colum.de fide instru.secutus Imo. in d.l. si fundum. Tertia difficultas circa istam secundam dubitationem est: nam hæc donatiua videntur acquisita domino Regi, vel Ligæ: per glos.in l. qui proprio.§. procurator vt in cæteris. in gloss.ij.
14 in fin. ff. de procu.quæ dicit * fuisse iudicatum ita Bononiæ contra Consules Bononienses missos ad Imperatorem Constantinopol.& si dicatur, quòd Bartol. ibi. & in l.si verò.§. item quicquid. soluto matrimo.tenet quòd acquirantur dona ambasciatoribus , & nō mittentibus.per plura, maximè per tex.in l.socium qui in eo.in fi.ff.pro socio. responderi potest,quòd Calder.in c.proposuistis.de concess.præb.aliter dicit distinguendo : quòd aut persona nuncij erat aliàs nota in amicitia donanti:& videtur sibi donatum non contemplatione domini:aut non , & tunc debet distingui inter rem magni pretij donatam, vt quæratur mittenti: & rem parui pretij,vt quæratur misso.& illam distinct.sequitur ibi domi. Anton. de Butr. in vltim. colum. & do.Cardin.Flo.in fi.licet Imo.contra. & si dica-

tur quòd Iaco.de Ra.quē sequitur Cyn.in l. manifestissimi.vltim.col.C.de fur.teneat, quòd ista donata ambasciatoribus non debeant restitui: tum quia ambasciatores sunt liberæ personæ, quæ possunt sibi acquirere: tum etiam quia sic fieri solet, vt remunerentur nuncij , & ambasciatores , & sibi retineant. & dicit Cyn. quòd ista ratio magis mouet Iac.de Rau.nam præsumendum est ex eo,quod fieri solet. ff. de pact.l. iurisgentium. §. pactorum. Responderi potest, quòd intelligatur hoc in donatione non magna. & Alexand.in d.§. item quicquid.remittit se ad distinctionem Anton. de Butr. Card.& Imol.in c.postulastis.licet Imol. sequatur opin.Bartol.& dicat,quòd idem sequitur d. Card. flo.tamen Card. vt dixi sequitur Calde. & respondet ad l.allegatam per Barto. Quarta difficultas est:quia prætenditur per fiscum,quòd dum viueret quondam Rex catholicus,dominus Vicerex deuenerat ad computa eorum,quæ sibi per Regiam Curiam debebantur:& quòd in computo posuit multas pecunias sibi debitas ex illa administratione officij Capitanei generalis,& non posuit istas: quam ob rem videtur declarasse ex hoc suam intentionem quando mandauit solui Thesaurario. quòd fecisset animo donandi domino regi Contra domi. Viceregem facit l.Procula.ff.de probat.* vbi sæpe 15 calculata ratio cum longi temporis lapsu, & coniunctione sanguinis videntur inducere remissionem debiti:sed illa lex non facit:nam hic neutrum ex his tribus concurrit:& Imol.qui in l.quæ dotis. soluto matrimonio tenebat illam l. habere locum etiam in extraneo sæpius calculante: reprobatur per Alexand. ibi in vij.colum. Contra do. Vicerégem etiam facit,nam esto,* quòd is qui confitetur 16 se debere cōsequi centum à Titio , non præiudicet sibi , si debuisset consequi plus:nisi adiiciat dictionem tantum secundum Bar.& doct.in l.si quidem. C.de transact.in l.si cum dos.ff.re.amo.doct. in l.si quidem.& l.cum furti.de in litem iu.per gloss.in l. rationes.in fin.in versic.quantitatem.C. de probatamen hoc non videtur habere locum in eo , qui deliberate venit ad petendum debita producendo rationes dati, & expēsi:nam per positionem rationis, seu calculi deuenitur ad restitut. reliquorum, seu residui , & confunduntur ista: vt in l. cum seruus.ff.de cond.indeb.Sed ad hoc posset responderi: nam non apparet de hoc : quia procurator fisci nihil produxit : maximè quia illud procederet, quando fuissent redditæ rationes generales de omnibus. Alia circa prædicta potest esse difficultas: quoniam ista pecunia decem millium ducatorum turpiter & iniuste recepta videtur : verebantur enim Bergomenses,ne exercitus inuaderet, & deinde prædaretur Ciuitatem Bergomi:& ob hoc verisimiliter tantam pecuniam dedisse: & is,* qui re- 17 cipit pecuniam pro eo,quòd gratis facere tenebatur,turpiter recipit,vt not. gloss. singul. in l.iiij.§. penult.in gloss.in versic.repeti.ff.de condition.ob turp.caus.& in specie de eo, qui recipit pecuniam ne furtum faceret,aut homines occideret.est text. in l.ij.in prin.eo.tit.vnde videtur,quòd d.Vicerex non possit partem istius pecuniæ sibi donatam petere:arg.l.si fratres.§.pe.cum l seq.ff.pro socio.vbi dicit tex.* ꝙ socij omnium bonorum nō tenentur 18 commu

communicare illicite quæsita. Sed ad hoc posset
responderi, quòd dicta pecunia licet ex causa in-
iusta iam fuit exacta à soluẽtibus: nec agituc con-
tra eos; sed nec videtur posse sustineri, quòd pecu-
nia ita iniuste exacta, si mutuetur is qui recipit, nõ
teneatur restituere. præterea text. in l. quòd ex fur-
ti causa. in fin. eod. titu. pro socio. dicit, quòd licet
socius non teneatur communicare socio turpem
quæstum: tamen si sponte communicauit, lucrum
ex illo quæstu prouenient, erit commune. Alia
etiam potest considerari difficultas: nam extat pri
uilegium quõdam regis cath. post prædicta, in quo
donat d. Viceregi Comitatum Alberi ob merita, &
remunerationem seruitiorum: non apparet, quòd
alia seruitia idem d. Vicerex præstiterit: qui Comi-
tatus est lõgè maioris pretij, quàm dictæ pecuniæ,
& dicta bona: vnde videtur dedisse animo compẽ-
sandi. Sed ad hoc posset responderi per tex. & not.
ibi per doct. in l. si cum dotem. §. si pater. solu. mat.
in l. creditorem. ff. de leg. ij. in quibus iuribus ha-
19 betur,* quòd quando debitor legat creditori, non
videtur legare animo compensandi: sed creditor
petit vtrunque, & legatum, & debitum: quando
20 erat debitũ aliter quam ex dispositione legis:* vo-
de idem videtur esse in donatione: quia ista parifi-
caotur in terminis nostris: prout not. Ias. post Bal.
in authent. præterea xij. colum. C. vnde vir & vxo.
Sed ista respõsio posset forte militare in donatio-
ne, vel legato simplici: at hic donatur ob seruitia,
& merita: sed licet donet ob seruitia, tamẽ non cõ-
stat catholicum Regẽ habuisse notitiam de his ser-
uitiis; licet sit verisimillimum, quòd habuerit: & si
dicatur fuisse satisfactum seruitiis mutuando re-
spectu, quòd solum mutuum non esset æquipol-
lens donationi Comitatus: item esset quodam mo-
do vsura, quòd habuerit Comitatum, ideo quia
mutuauit in hac causa d. Rex voluit, quòd acta &
processus ad suam Cæs. maiestatem transmitteren-
tur, sicque factum est, nec aliquid fuit secutum.

SVMMARIVM.

1 *Spuriæ filiæ dari non potest pro dote, nisi quantitas æquiualens alimentis: aliàs præsumetur fraus.*

2 *Presbytero maritante filiam spuriam, consanguinei sui non possunt reuocare dotem à viro sed à muliere post solutionem matrimonij, & ab hæredibus eius.*

3 *Spuria filia mortua dos redit ad hæredes patris: quia finita est alimentorum causa.*

4 *Cautela est quòd pater relinquat filio suo spurio tantum, quòd sufficiat ad alimenta in vita sua, & quòd post eius mortem sit filiorum suorum, quibus relinqui potest.*

5 *Filiis filij naturalis aut spurij vna vncia relinqui potest ab eorum auo paterno stante etiam legitima prole.*

DECISIO CLXXXI.


IN causa Ioannis Francisci Caietani &
filiorum ex se, & quondam magnifica
Brianda Cãtelma contra d. Comitem
Populi: cõstat d. Comitem Restayoum
cantelinum patrem moderni Comitis, cum habe-
ret duo Castra nouiter sibi concessa per quondam
catho. Regem pro se & suis hæredibus & successo-
ribus ex suo corpore legitime descẽdentibus, cum
facultate dandi ea in dotem vni ex filiabus suis:
dicta duo Castra dedisse in dotem præfato Ioanni
Francisco pro dotibus dictæ Briandæ suæ filiæ spu
riæ mediãte Regio assensu seu d. Viceregis. in quo
narratur, quòd Brianda erat nata ex soluta & con-
iugato, non tamen dicitur, quòd Comes habebat
aliam filiam legitimam & naturalem: cum Castra
prædicta fuissent postea euicta præfato Ioan. Fran-
cisco: agerentque tam pater quàm filij nati ex di-
cta Briãda, quæ iam diem obiit ad restaurum pro-
missum per dictum Comitem Restaynum in casu
euictionis ipsorũ Castrorũ: opponitur eis,* quòd 2
Comes non potuerit dare in dotem dicta Castra.
Et primò quia erat spuria: & pro dote spuriæ non
potest dari, nisi quantitas æquiualens alimentis:
nam Bartol. in authent. ex complexu. C. de incest.
nupt. dicit hæc verba, ex quo dixi & cõsului, quòd
vsque ad quantitatem sufficientem pro alimentis
pater potest huic filio spurio relinquere: & eodem
modo filiæ spuriæ pro dote sua, quia sine aliqua do-
te non potest ali nec viuere & quòd non possit ex-
cedi valor alimentorum, videtur tenere Bartol. in
l. fina. ij. colum. ff. de his quibus vt indig. vbi post-
quam dixit de relicto pro alimentis: dicit, idem
dico in dote eodem fauore & eadem ratione. quia
spuriæ quis potest legare dotem, & alimenta. argu-
mento l. primæ, supra. solut. matri. & in l. cum post.
§. gener. de iure dot. & ita de facto dixi: & hoc nisi
excedat magnam quantitatem: aliàs forte præsu-
metur fraus. argumẽ. l. primæ. C. de nat. lib. sed ista
castra sunt longe maioris valoris, quàm fuissent a-
limenta Briandæ: ergo in eo, quod est plus, non va
luit datio in dotem. imo Bartol. in l. fina. §. si à so-
cero. ff. de his quæ in fraud. credi. loquens de pres-
bytero, qui maritauit filiam spuriam: dicit,* quòd 3
consanguinei presbyteri non poterunt reuocare
à viro, quia habet ex titulo oneroso: sed postquam
ad mulierem est reuersa potest reuocari ab ea dos,
quia ipsa habet ex titulo donationis: sed pater filio
spurio non potest donare, vt in l. j. C. de nat. liber.
ergo, &c. vnde si potest reuocari à filia post mor-
tem viri soluto matrimonio. pariter & ab hæredi-
bus filiæ: & hoc est, quod dicit Bald. nota. in tract.
dot. septima parte decimosexto priuilegio: videli-
cet, quòd mortua filia spuria dotata, non transit ad
eius hæredes. Barto. in l. eam quam. decimatertia
columna. C. de fideicommis. videtur velle,* quòd 4
dos redit ad hæredes patris: quia finita est causa a-
limentorum, & sic etiam in dote. Et si diceretur,
quòd ex matrimonio Briandæ supersunt filij: &
quòd Comes in dotatione cauit, quòd mortua
Brianda filij habeant Castra: vnde videtur, quòd
potuit hoc statui per Comitem: quia Bartol. in d. l.
fi. ij. colum. de his quibus vt indig. ponit cautelam,
quòd pater relinquat filio suo spurio tãtum quan-
tum sufficiat ad alimenta: & dicat, relinquo filio
meo spurio fundum in vita sua pro alimentis, &
quòd post eius mortem sit filiorum suorum qui-
bus relinqui potest. C. de nat. lib. l. fi. ad quod facit
Bald. not. in d. tract. dotium loco præallegato, di-
cens: sed quid si pater vellet, quòd transiret ad fi-
lios

lios mulieris consuluit Barto. prout ipse refert, & tenet in l.fina. de his quibus, vt indig. quòd posset relinquere in testamento doté tali filiæ cum hoc, quòd post eius mortem detur filiis dictæ filiæ naturalis. per id quod habetur in l. fin. C. de nat. libe.

Ad hoc quidem respondebat, quòd d. l. fin. loquitur non stante legitima sobole, & quod sit etiá debet intelligi dictum Bartol. qui eam allegat: sed hic ex Comite extat legitima soboles: ergo, &c. Sed hæc responsio mihi non placuit: quia Bartol. in d. l. fin. de his qui. vt indig. loqui potestetiá stante legitima sobole inducendo hoc modo: nam d. l.
5 fin. loquitur in eo, qui totam suam substãtiam* volebat relinquere filio legitimo filij naturalis, cui non poterat stãte legitima sobole: & nihilominus lex illa recipit limitationem, quoniam etiam stãte legitima sobole, potest relinquere naturalibus seu eorum liberis vnciam vnam. vt dicit text. in l. fi. eod. titul. de nat. libe. illa ergo lex cum sua materia disponit, stante legitima sobole relinqui vncia, dum igitur Bart. extendit d. l. fin. ad filios legitimos spuriorum: vt idem sit in eis, quod in legitimis naturalium: ergo sicut filiis naturalium stante legitima sobole potest relinqui vna vncia: ita & filiis spuriorum. In hac causa fuit dictus Comes condemnatus filiis Io. Francisci & Briandæ ad restaurum dotium eui&tarum liquidandum: & deinde fuit liquidatum ad duc. longe minus, quàm sit pretium Castrorum.

SVMMARIVM.

1 *Alienatio rei prohibitæ ex pacto facto ei, qui habet ius in re, an sit nulla.*

2 *Cautela ad prohibendum rem alienari, quòd pro obseruantia pacti vult quòd res ipsa sit specialiter hypothecata.*

3 *Locationis contractum an sufficiat continere hypothecam omnium bonorum: vnde colono ius quaeritur, ne possit expelli. & nume. 5. & 6.*

4 *Pactum de non petendo non facit quaerere ius in re, sed actionem personalem.*

7 *Personalis actio non datur contra tertium possessorem, seu singularem successorem.*

8 *Precarium operatur, quòd creditor authoritate propria possit ingredi possessionem contra tertium possessorem.*

9 *Venditor qui constituit se precario possidere, requiritur, quod ille tempore possideat.*

10 *Constitutum cum precario iuxta l. quoties. C. de rei vendicatio. habet etiam locum in personis ecclesiasticis.*

11 *Decretum iudicis in pignoratione rei pupillaris se extendit vt creditor possit rem pignoratam alienare sine alio iudicis consensu.*

12 *Assensus regius semel præstitus in concessione fundi pro dote, non requiritur amplius in restitutione fienda per solutionem matrimonij.*

13 *Lite pendente priuilegium impetratum non opitulatur impetranti.*

14 *Declaratio non requirit tantam solennitatem, quantam actus ipse principalis.*

15 *Legatum obscurum declarari potest coram duobus testibus.*

16 *Assensus retrotrahitur ad tempus contractus: & sic creditor hypothecarius assensu saluo præfertur emptori posteriori cum assensu.*

17 *Ablatiuus absolutus inducunt conditionem.*

DECISIO CLXXXII.


IN causa Lauræ de Auitaia & Bernardini de Auticmma cum Cassandra de campo apparet, quòd in anno 1491. secundo Maij monasterium sancti Petri Martyris locat magistro Ans tria magazena cum apotheca pro ducatis iiij. prout in instrumẽto, in quo sunt infra scripta verba, pacto etiam adiecto, quòd vbicunque dicti prior, & fratres, aut eorum successores in ecclesia, & conuentu prædictis vellent territorium quoddam situm in frontispicio dictorum bonorum locatorum in toto, vel in parte locare, censuare, aut quomodolibet alienare, & ipse magister Ans aut eius hæredes, & successores vellent dictũ territorium conducere seu emere pro pretio seu pensione ab aliis reperiendis, quòd tunc & eo casu illud prius d. Ans aut eius hæredibus, & successoribus concedere, & vendere seu locare teneantur & debeant. & in hoc instrumẽto monasterium obligat omnia bona cum potestate capiendi, & retinendi ea cum constitutione precarij. Deinde verò eodem anno expositum est Pontifici, quòd monasterium locauit magistro Ans, nonnulla magazena cum apotheca, & aliis membris de super cõstructis, adiectis nonnullis conditionibus, & inter cætera est, prout in quodam publico instrumento desuper confecto, cuius tenorem præsentibus haberi volumus pro expresso; supplicatque fecit summo Pontifici, vt locationi & concessioni prædictis robur adiicere, aliásque in præmissis opportune prouidere de benignitate apostolica dignaretur: Papa mandat Commissariis, quòd de præmissis informent. & si per informationem compererent ita esse, & locationem & concessionem præfatas cedere in euidentem, & c. illas, & prout eas concernunt omnia & singula in dicto instrumento contenta, & inde secuta quæcunque approbetis. Postquàm Commissarij dicunt, habitaque diligenti informatione de meritis cõtentorum tam in dicto breui, quàm in instrumẽto. & viso signanter dicto pacto de locãdo, habitáque informatione super verificatione contentorum in literis, & instrumento, declarant omnia in breui & instrumento cõtenta, cedere in euidentem vtilitatẽ, & c. & ea confirmant. Dubitatum est vtrum faciente postea eodem monasterio prędicto Bernardino, & Lauræ cõcessionẽ, vt presupponitur de illo territorio existente in frõtispicio dictorum bonorũ præiudicauerit Ans, & hæredibus suis, an verò possit dici, quòd sit constitutum ius in re præfatis Ans, & hæredibus suis per illam promissionem, & quòd vbi est facta promissio de nõ alienando, sit prohibita alienario, adeo quod impediatur translatio domi nij, facit,* nam quãdo pactũ de non alienando fie- 1 ret ei, qui habet ius in re, alienatio sequẽs nulla esset.

ser est tex.in l.si creditor.§. fin.ff. de distra.pignor.
& per illum text.Bart.in l.si ita quis.§.ea lege.ff.de
verbo.oblig.dat cautelam ad prohibendum ne res
2 posit alienari,*quòd prohibens alienationem fie-
ri sibi præiudicat, quòd pro obseruātia pacti vult,
quòd res illa sit sibi obligata idem firmat Bar. in l.
qui absenti.§.j.ff.de acquirend. possess.in d.l. si cre-
ditor.§.fi.in l.filiusfami.§.j.de lega.j.& in l. nemo.ff.
de pact.Et si dicatur,quòd Bart.loquitur, & etiam
text.in d. l. si creditor. quando res esset specialiter
hypothecata,responderi potest,quòd Pau.de Cast.
in d.§.ea lege, dicit sufficere generalem hypothe-
cam,prout fuit in casu nostro.Præterea Alexand.
in d.l.qui absenti.§.j.iij.colum.dicit, quòd opinio
contraria in puncto iuris non videtur esse sine du
bio:quia d.l.si creditor.§.fin.loquitur generaliter.
Præterea Barto.in l.qui fundum.ff.loca. & in l.j.§.
quod autem.de superficiebus. tener, * quòd si in
contractu seu instrumento locationis est apposita
hypotheca omnium bonorum,ex hoc quæsitum est
colono ius in re,& ideo non posset expelli ab illo
fundo.sed Imol.in d.§.ea lege iij.colu. dicit opor-
tere rem esse hypothecatam specialiter,& non suf-
ficere ad impediendam alienationem, quòd sit ge-
neralis hypotheca.idē firmat Aret.ibi.& Alex. in l.
filio §.si vir in quinquennium.ff.solu. matri.Imol.
in d.§.ea lege.& in l.si filiusfa.§.diui.ff.de leg.j. vbi
dicit hanc esse communem opinionem.& Iason se
quitur in d.§.ea lege.& in l.quoties. in secunda li-
mitatione. C. de rei vendi. Secundò dubitatur,
4 * esto quòd per pactum de non alienando nō fue-
rit quæsitum ius in re, sed actio personalis, vt est
text.in d. §.ea lege. an saltem ex pacto de locando,
seu alienando ipsi Ans,quæsitum sit ius in re. Paul.
de Castr.in l.si cum venderet.ff. de pigno.actio.ij.
colum.tenet per illum text. singu.secundum eum,
5 * quòd ex pacto de reuendendo oblato pretio per
eum cui factum est pactum, ipso iure transeat do-
minium in eum, cui reuendi promissum est, etiam
si pretium non offeratur singulari successori eius
qui promisit. & quidem si opin. Pauli procederet,
quod per pactum de alienādo seu locando sit fun-
datum ius in re, etiam cōtra tertium possessorem,
6 videtur, * quòd posit agere hæres magistri Ans
contra Berardinum,& Lauram.sed Alexan.consil.
7 x.iij.colum.j.volumi.tenet,* quòd contra ita pro-
mittentem non competat nisi actio personalis.per
l.secundam.C.de pact. inter empto. quæ actio per-
sonalis non datur contra tertium possessorem, seu
singu.successorem l.fin.§.fin.de contrahend. empt.
l.j.§.si hæres.ad Treb.& ibi in vlti.colum. respon-
det Alexand.ad d.l. si cum venderet. At pro Cas-
sandra, seu hæredibus Ans facit,nā ratio, propter
quam ex pacto de non vendendo seu alienando
non impeditur alienatio, nec dominij translatio,
est:quia pactum illud est negatiuum, in quo si non
seruetur promisio, succedit obligatio ad interes-
se l.ij.§.item si in factu.& l.si sic.& l.stipula.non di
uiduntur.§.Celsus.de verbo.obliga. sed imo ratio
est posita per Iaso.in d.§.ea lege.l.si ita quis.de ver-
borum obligati. quia sicut nuda voluntas contra-
hentium non sufficit ad translationem dominij. l.
traditionibus.C.de pact.l.ij. ff. si ager vect.ita nec
sufficeret ad impediendum translationem domi-
nij in alium.Sed in casu nostro videtur esse dubiū,
an stante precario videatur constiturum ius in re,
cum non simus in pacto negatiuo de non alienan-
do:quia tunc requireretur specialis hypotheca:sed
sumus in pacto affirmatiuo de alienando.Barto.in
l.creditores x.colum.C.de pigno.tenet, * quòd li- 8
cet alias pactum de ingrediendo propria authori-
tate non posit per creditorem exerceri contra ter
tium possessorē seu singu.successorem,tamen quan
do est cum precario potest. Tertiò dubitatur,an
esto,quod ex illo pacto ius quæri potuisset ratione
precarij, nunquid ex quo postea monasterium alie
nauit idem territorium in Lauram, & Berardi-
num eius virum,quibus tradita fuit possesio, aut
saltem ad eos peruenta, illi præferri debeant iure
dispo.l.patres.C.de rei vend.& circa istud tertium
occurrit,an sit locus l.quoties. in isto casu primo,
quia adest in prima conclusione precarium:secun-
do,quia sumus in ecclesia alienāte: tertio quia ad-
est iuramentum. Ad primum, quòd habeat lo-
cum facit,quoniam licet vbi precarium est in pri-
ma alienatione non obtineat.d.l.quoties. secundū
Guido.de suz.in d.l.quoties. Ioan. Andr, in Spec.
de empt,& vendi.§.sciendum.versi.& not.Butr.in
c.cum venissent iij.colum.de restitut.spol. Abb.in
c.ij.vltim.colum.de consue. Iason, qui hæc allegat
in d.l.quoties. quinta limitatione, tamen requiri-
tur, * quòd alienans,qui se constituit, tēpore con- 9
stituti possideret. ita Bald.in rubr.de contrahend.
emption.xvj.q. & Iason ibi. Sed tempore quo fuit
facta alienatio in Cassandram vigore primi pacti
monasterium non possidebat: sed Berardinus: vt
est probatum in processu, ergo, &c. bene verum
est, quòd tempore pacti monasterium possidebat:
sed per pactum non locauit: sed promisit locare,
tempore contractus executiui dicti pacti monaste
rium non possidebat, & licet contractus Berar-
dini sit factus ante istum cōtractum, tamen paulo
post:quia post interuenit assensus apostolicus. nisi
dicas, quòd illud pactum operetur cum precario,
vt ex tunc. Ad secundum,quòd habeat locum fa-
cit,nam licet Hostien.& Ioan.Andr.in c. continе-
batur.de his quæ fiunt à prælato, per illum text.&
per text.in c.cum inter.de electio.teneant, * quòd 10
illa lex non habeat locum in personis ecclesiasti-
cis,tamen Butrius,Cardi.Anchar.Imol. & Abb.in
d.c.continebatur.tenent contrarium, & sequitur
Iason in d.l.quoties.septima limitatione. Ad ter-
tium quòd habeat locum, facit quod notat In-
nocent.in c.cum contingat.de iureiurand.colum.
clxxxiij.& seq. refert & sequitur Iason vbi supra
in prima quæstio.posita post limitationes. Quar-
to dubitatur,an quando aliud non obstaret,obsta-
re posit Cassandræ,seu filiis Ans,quòd in conces-
sione eis facta vigore pacti non interuenit aliter
decretum sedis Apostolicæ. & in hoc videtur di-
cendum,quòd non obstat istud.nam videtur velle
consequens is qui consentit suo antecedenti. l. il-
lud.ff.de acquirend.hæredi.l. quamuis simpliciter.
C.de fideicommis.item consensus * siue decretum 11
Prætoris in pignoratione rei pupilli se extendit,
vt creditor posit illam rem pignoratam vendere
iure creditoris sine alio permissu Prætoris l. si pu-
pillorum.§.si pupillus.ff. de rebus eorū. item con-
sensus

fenfus Domini adhibitus in datione rei feudalis in
2 dotem marito operatur, * vt retranflatio dominij
quæ fienda eft folut. matri. non requirat alium af-
fenfum. Imo.& Ludo.in l.vfufructu.ff.folut.matri.
Præterea fi diceretur, quòd debebat faltem inter-
uenire decretum ad hoc, vt fciatur an in euiden-
tem,& pro iufto pretio. Refponderi poteft, quòd
iam interuenit, & nõ erat de fubftantia, fed ad de-
clarationem. Et fi dicatur, quòd lite pendente ve-
nit illud breue feu decretum, quod non debet opi-
13 tulari: quia * priuilegium obtentum lite pendente
non auxiliatur impetranti. capi. fio. vbi omnes do-
cto. vt lite pendente poffet forte refponderi, quòd
illud non dat ius: fed primum breue confirmati-
uum pacti eft illud quod firmat contractum, vt di-
ctum eft: hoc autem decretum folum tendit ad de-
clarandum, quòd in euidentem vtilitatem factus
14 eft contractus. Conftat enim, * quòd declaratio
non requirit tantam folennitatem, quantam ipfe
actus principalis, vt in l. hæredes palam.§ fi quid
poft.de tefta.& ibi glo.in verfi.poffe, vbi fi in tefta-
15 mento * eft aliquod legatum obfcurum poteft de-
clarari coram duobus teftibus.& not. Cyn. & alij
in l.j.C.de cod.Bart.in l. qui liberis.§. teftamento.
de bono.pof.fecun.tabu. Alexan.confil.liiij.ij.col.
ij.volumi.vbi per prædicta confuluit, quòd in du-
bio an coquina, de qua ibi, veniat fub legato vnius
domus, tres teftes qui dicebant audiuiffe à tefta-
tore, hoc ante & poft teftamentũ probabunt. Idem
firmat ad aliud propofitum Alexand.confil.xlv.ij.
colum.j.volumin. & tanto magis non videtur ob-
ftare pendentia litis. quia iftud fecundum decre-
tum vadit ad executionem primi. Non omitto an
pofsit dici, quòd licet in concefsione Bernardino
facta poft pactum Ans, & ante concefsionem Caf-
fandræ,& filiorum interuenerit affenfus poft con-
16 cefsionem Caffandræ, ille * affenfus traheretur re-
tro ad tempus concefsionis. Ita do.Maze. in con-
ftitut. conftitutionem diuæ memoriæ xvij. colum.
vbi tenet, quòd fi ego hypothecarem feudum faluo
affenfu,& non aliter, nec alio modo. deinde illud
venderem alij cum affenfu, demum creditor cui
hypothecaueram impetraret affenfum, præferetur
emptori: quia illa conditio faluo affenfu Regis, &
non aliter, nec alio modo fecundum eum trahitur
retro conditione veniente ad tempus contractus
l.balneum & l.qui potior. ff. qui po.in pigno.ha.ij.
volum. Bart.in repet. l.fi is qui pro emptore.v.q.ff.
de vfucap.& l.maritus.ff.de dona.inter vir.& vxo.
& Alexan. in l.fi filius.ff.de verbo. obli. bona gl.in
c.fi tibi.de refcrip.lib.vj.Bald.in l.j.C. an feruus ex
fuo facto. ablatiui enim abfoluti, qui fupra, indu-
cunt conditionem. Bald.in l.ab emptione ij.not.ff.
17 de pact.& hoc fecundum eum. quòd * affenfus tra-
hatur ad tempus contractus, probatur per tex.in l.
j.ff. de his qui po.in pigno. habe. Vltimo vt om-
nia ponderentur contra Lauram,& Bernardinum
maximè videtur facere: nam efto, quòd fi promif-
fio feu pactum nontribuant ius reale Caffandræ,
vel hæredibus Ans, tamen cõfiderandum eft, quòd
Bernardinus & Caffandra habuerũt cõcefsionem.
& etiam (vt teftes videntur iurare) pofsefsionem
dicti territorij in anno 1507. deinde antequàm fu-
perueniret Apoftolica confirmatio, fratres ipfos
pœnituit, & concefferunt illud territorium Caf-
fandræ,& filiis, authoritas poftea fuperueniẽs non
firmauit illum contractum in parte, in qua erat re-
uocatum feu aliter difpofitum, cum non fit perfe-
ueratum in eo, ficut dicimus in eo, qui alienauit
feudum vni fine affenfu, deinde alienauit alij partẽ
eius, efto quòd fine affenfu, affenfus primo fuper-
ueniens videtur, quòd non reperiat rem integram.
Super quo cogitandũ, quia ftante meo ftudio circa
has dubitationes votandas caufa non fuit decifa.

SVMMARIVM.

1 *Debitum ex caufa dotis transfufum in caufam mu-
tui feu mutuum an tranfeat cum eifdem priuile-
giis quoad curfum interufurij dotalis.*

2 *Maritus fuftinens onera matrimonij poteft inter-
ufurium dotis petere poft biennium à tempore
contracti matrimonij contra Canoniftas.*

3 *Mutuum defcendens ex contractu emptionis, aut
fimili quouis alio contractu, fapit naturam eius
contractus, & non mutui. & numero 5. & nu-
mero 7.*

4 *Stipulatio, quæ fuccedit in locum contractus bonæ
fidei, affumit eius naturam. vt veniant fructus à
tempore moræ, licet aliter fit in contractu ftricti
iuris.*

6 *Vfuræ ftatim currunt venditori contra emptorem
habentem rem emptam, & non foluentem pe-
cuniam.*

8 *Maritus confeffus habuiffe dotem tenetur refti-
tuere non obftante dotis promifsione ftatim fecu-
ta poft ipfam confefsionem.*

DECISIO CLXXXIII.


IN caufa do. Ducis Neritoni * cum 1
domino Principe Bifiniani dubita-
tum eft, an fi debitum ex caufa dotis
transfufum fit in caufam mutui, feu
mutuum tranfeat feu vigeat cum eif-
dem priuilegiis quo ad curfum vfurarum feu in-
terufurij dotalis: certum eft enim, quòd quicquid
dicant Canoniftæ in ca.falubriter.de vfuris.etiam
* quando dos promiffa confifteret in pecunia, & 2
fieret mora in foluendo ipfam dotem poft bien-
nium à tempore cõtracti matrimonij currunt vfu-
ræ, feu intereffe pro oneribus matrimonij, vt eft
text.in l.fi.§.præterea.C.de iur.dot. quinimo quòd
etiam de iure canonico pofsit maritus, cui promif-
fa eft dos, & in ea perfoluenda facta mora, petere
vfuras, fi fuftinuit onera matrimonij, tenuit Bart.
in l.fi infulam.§.vfuras.ff.foluto matrimonio & fe-
quitur ibi Cuma. & Paulus de Caftr.& Alexander
Bald.& Angel.in l.genero.§.non tantum.ff. de ne-
gotiis geftis.cum aliis allegatis per Alexand.in di-
cto §.vfuras.idem tenet Corne.confilio vltimo fe-
cundo volumine incipien. non feruato ordine di-
cens, quòd ita obferuat communis practica. & A-
lexãder confilio xxvij.incipi.vifo themate.quarto
volumine Bald. not. in tracta. dot. feptima parte.
tertio fpeciali. An iftud * priuilegium transfera- 3
tur in contractum mutui? Aliqui dicebant, quòd
fic, per text. in l.fi filius.§. primo ff.ad Macedonia.

vbimutuum descendẽs ex alia causa, puta emptio-
nis, aut simili quouis alio contractu, sapit naturam
eius causæ, & cõtractus, non autem mutui, & ideo
in eo mutuo non habet locum Macedonianum.
item per ea quæ not. Bartol. in l. si quis cum aliter.
ff. de verb. oblig. circa medium. vbi loquens de sti-
pulatione coæquali ad emptionem & venditio-
nem quando eam nouaret, nonat cum omnibus
qualitatibus & priuilegiis, quæ habebat primo ex
natura contractus, vel rei in obligationem dedu-
ctæ: nisi animo obiiciendi priuilegium sit factus.
vt in l. aliam. ff. de noua. & hoc est, quòd secundum
eum voluit dicere text. in l. v. §. cõuentionales. eo.
titu. de verbo. obliga. & in l. si stipulatus. ff. de vsur.
& in l. si ex legati serui. de leg. j. & de dam. infect. l.
damni. la secunda. in princip. item per ea quæ not.
Barto. in l. videamus. §. si actionem. ad fi. ff. de vsur.
4 dicens, * quòd stipulatio, quæ succedit in locum
contractus bonæ fidei assumit eius naturam, vt ve-
niant fructus à tẽpore moræ: licet aliter sit in con-
tractu stricti iuris. item per multa, quæ not. Sozin.
consi. clxxj. incipien. diu profecto anceps. v. & vj.
colum. ij. volumi. præterea fundabant etiam se ex
eo, quia esto, quòd non transeant priuilegia: tamen
petitio interesse ex primo instrumento capitulo-
rum promisionis dotium: adhuc donata maxime
hodie cum non fiat nouatio primæ obligationis
per sequentem etiam ope exceptionis, nisi expres-
se agatur, vt est text. in l. fina. ibi, penitus. C. de no-
ua. not. late Alexand. in l. qui vsumfructum. ff. de
verbo. oblig. Ego etam in voto contrario: ad istud
secundum respondebam, quòd antequam viro fiat
instrumentum mutui, seu eo. contextu vir confite-
batur se recepisse dotem, & quietabat ac liberabat
promissorem: imo cassabat, & annullabat omnes
promisiones: vnde non vigore nouationis, sed ex-
tinctionis totalis tollebatur prima obligatio. Ad
5 primum, * quòd contractus dependens ab alio sa-
pit eius naturam: dicebam de hoc non esse opus
ire per argumenta: quoniam habemus distinctio-
nem Bartol. quam omnes sequuntur in l. aliam. ff.
de noua. vbi ad propositum nostrum, quando tra-
ctamus de priuilegiis actionis nouatæ surgentibus
ex legali dispositione, pront cursus vsurarum. seu
interesse ex mora distinguit: quòd aut ista priuile-
gia insunt fauore creditoris, vel causa: quod exem-
plificat Imo. ibi in actione de dote, & actione tu-
telæ, vt intelligantur repetita. vt in d. l. aliam: aut
insunt odio debitoris morosi, vt vsuræ, quę veniũt
in contractibus bonæ fidei, & ista non intelligun-
tur repetita: vt in l. emptor. & l. nouationem eod.
titul. & si dicatur pront aliqui respondebant, quòd
Bartol. loquitur in vsuris odiosis, non autem in fa-
uorabilibus, prout istud loco interesse non lucri
ex pecunia prouenientis, dico quòd Bartol. loqui-
tur in omnibus vsuris etiam, fauorabilibus: nam
loquitur de vsuris, quæ debebantur ab emptore
venditori, quæ sunt fauorabiles: & de illis loqui-
tur text. quem allegat in dicta l. emptor. de noua-
tio. illæ enim sunt magis fauorabiles, quàm vsuræ
dotis: nam si emptor tenet fundum meum sibi ven
6 ditum, * ex quo impleuit tradendo fundum: sta-
tim currant vsuræ. l. Iulian. §. offerri. & §. ex vendi-
to. ff. de actio. empti. & l. curabit. C. eodem titulo
sed viro, cui est promissa dos, implenti ex parte sua
sustinendo matrimonium non debentur vsuræ ab
extraneo promittente, nisi post biennium, vt in di
cto §. præterea. & considerat Bartol. in l. de diui-
sione secunda columna, soluto matrimonio dum
ergo Bartol. in dicta l. aliam. loquitur de priuile-
giis, * quæ insunt actioni nouatæ fauore causæ, vel 7
personæ. intelligam de tacita hypotheca, & aliis,
quàm sit interesse seu vsuræ. & ad prædicta facit
quod not. Bartol. in l. penultima §. penultimo. so-
luto matrimonio vbi dicit, * quòd quando mari- 8
tus fuisset confessus se recepisse dotem integram,
quam promisit restituere: & statim non obstante
dicta confessione pater, vel extraneus dans dotem
promisit tantum marito illam dotem soluere: post-
quam vir confessus est se habuisse dotem. videtur
sibi solutum. l. vir ab eo. & l. dotem. ff. de iur. dot.
Et ideo tenetur restituere: etiam si à promittente
postea non reciperet.

SVMMARIVM.

1 *Vsufructuarius, an proprietarius debet exigere à vassallis adiutorium.*
2 *Vox vsufructuaria dotarij, vel creditor ratione pignoris vtrum possint à vassallis exigere adiutoria.*
3 *Adoha soluitur per vsufructuarium, an per proprietarium Regi.*
4 *Homo an sit in fructu. puta fructus vassalli.*
5 *Vsufructuarius agit actione furti: petit cautionem damni infecti: debet habere fructum in nominibus debitorum: tenetur ad collectas. & plura in sui fauorem ibi notantur.*

DECISIO CLXXXIIII.


N causa magnifici Michaelis Cossæ
vsufructuarij terræ Procidæ * cum 1
magnifico Petro Cossa eius filio, ac
proprietario dictæ terræ. donauerat
enim Michael Petro Procidam reser
uato sibi vsufructu: dubitatũ est, quis possit à vas-
sallis exigere adiutoria, an Michael vsufructua-
rius, an Petrus proprietarius. Constitutio Regni,
quam plurium. ponens casus, in quibus potest im-
poni adiutorium vassallis, loquitur in Domino im
ponente, & hoc pro Petro, ex quo Michael nõ est
Dominus sed Petrus. At And. in ea. constitut. ij.
colum. quærit an vxor, * quæ est vsufructuaria do- 2
tarij alio existente domino, vel creditor, qui habet
pignus pro dote alio existente domino debeat ha-
bere ista adiutoria. Primò arguit, ꝙ vsufructua-
rius non habebit hæc adiutoria. quia non est do-
minus: inde in versicu. vltimo autem casu, videtur
dicere licet corrupte: quòd quãdo vsufructuarius
seruit domino, non videtur absurdum præstare ei
adiutorium, qui seruit: inde in versic. in contrario.
* videtur dicere in quæst. an vsufructuarius soluat 3
ipse adoham, quòd quando indiceretur subuentio
Regia ratione rei, in qua esset vsufructuarius, esset
onus fructuarij: inde in ver. licet. dicit, ꝙ licet om
nis fructus sit vsufructuarij: tamẽ hoc adiutorium
datur domino ex prouisione illius constitutionis:
cum

cum dedit hæc adiutoria domino,excludit vsufru
ctuarium,& creditorem, & dicit,quòd non placet
dici,quòd fructus rei sit vsufructuarij , & sit etiam
4 fructus vassali,quia* non videtur homo esse in fru
ctu : erit ergo ratio quare nō habet vsufructuarius
adiutoria : quia domino datur , & ipse non est do-
minus:inde in versi.alij dicunt & forte melius,di-
cit in vxore , quòd habet plus quam vsufructua-
rius:& ideo ad eam spectabunt:inde in versicu.alij
exponunt nō concludere , exponendo dominum,
pro dominante :quòd etiam creditor habebit ad-
iutoria:quia hæc subuentio fructus est,& si eos lu-
crifaciāt ex pacto vel à lege, suus erit:aliàs excom-
putabit in sortem, vel quod vtiliter hæc adiutoria
præstabuntur vsufructuario:& quod multi haben-
tur pro dominis,qui non sunt domini. Pro vsufru
ctuario etiā facit : nam vsufructuario debetur lau-
demium omnium rerum censualium.Oldr. consil.
xxiiij.incipiente, quòd dominæ & vsufructuariæ
5 item * quia vsufructuarius agit actione furti.l.cre-
ditoris. §. j. de furtis.item quia vsufructuarius pe-
tit cautionem damni infecti l. vsufructu legato. ff.
de vsufructu. item quia vsufructuarius tenetur ad
onera collectarum l. hactenus in prin. versic.quo-
niam de vsufru.& alia onera agnoscit.l. arbores.§.
fin.eod.titu.l.si pendentes.§.si quid cloacarij.eod.
titu. item quia vsufructuarius debet habere vsum-
fructum etiam in nominibus debitorum. l.j. & ibi
doct.C.de vsufru.item quia vsufructuarius dicitur
dominus ratione præeminentiæ.glo.in l.non quo-
cunque.§.fundum.versicu.si aberit.ff. de lega. pri-
mo.& Flo. in rubrica de vsufruct.in fin. de quo an
vsufructuarius sit dominus, habetur per Iaso. in §.
æque.xj.colum.institu.de actio. Fuit votatum quo
ad seruitia præstanda per vassallos iuxta formam
regni constitutionum quando casus occurrerit
prouidebitur verum dictum magnificum Petrum
esse vtilem dominum terræ prædictæ , ipsumque
Michaelem esse vsufructuarium.

SVMMARIVM.

1 *Mulier cui maritus reliquit pro dotibus suis fru-*
ctus certorum castrorum, non potest in eis crea-
re officiales ad iustitiam cum perceptione fru-
ctuum iurisd.criminalis.& nu 5.

2 *Creditor,qui habet castrum in pignus,verum pos-*
sit in eo iurisd.exercere.

3 *Vir durante matrimonio lucratur confiscationes,*
condemnationes & mulctas castri pro dote dati
expressa iurisdictione.

4 *Prouentus criminales licet de iure sint regis:tamen*
non procedunt in castris Baronum.

6 *Legatarius resiliens à legato propter errorem in-*
terpretationis,& facta vera declaratione potest
legatum amplecti:& sic permittitur variare.

DECISIO CLXXXV.

1 IN causa domini Diomedis carraphę
Comitis Magdaloni * cum domina
Comitissa eius matre, cui pater pro
dotibus suis & iuribus dotalibus ac
bonis seruitiis reliquerat fructus cer
torum castrorū. Dubitatum est , an in ipsis castris
do. Comitissa possit ponere officiales ad iustitiam
cum perceptione prouentuum iurisdi. criminalis.
text.in l.eleganter.§.fi.ff.de pign.actio.dicit, quòd
creditor, qui pro maleficiis seruorū eos coercuit,
vel vinxit,vel obtulit præfecturæ,vel præsidi,non
tenetur pignoraticia : & per hunc text. Roman.in
singu.cccccliiij.tenet , quòd * creditor , qui habet 2
castrum in pignus potest in eo exercere iurisdict.
at in casu Ludo. fuerat datum in pignus castrum.
item dicit iurisdict.non dicit merum imperium:li
cet tex.quem allegat,nominet coertionem, & vin-
cula, quæ tamē possunt esse de modica iurisdictio-
ne.item tex.ille dicit,vel obtulit præsidi, quod po-
test quilibet etiam minor magistratus. in authent.
de defens.ciuit.§.audient.Bart.in l.fi.ff.soluto ma-
trimo.tenet, * quod si mulier daret viro in dotem
vnum castrum cum iurisdictione durante matri-
monio : confiscationes, condemnationes, & mul-
ctæ sunt viri constante matrimonio : nec debent
restitui : sed in casu Bart. erat expressum, quòd da-
batur castrum cum iurisdict. at hic non sunt data
castra:nec simpliciter , nec cum iurisdict. item in
casu Bart. non mirum:nam vir erat dominus : nec
est dubium, quin fructus prouētuum, & condem-
nationum in pecunia, quæ fuit in terris Baronum
habentium imperium iure proprio, sint Baronum.
Ange.in authen. vt nulli iudi.§.fin. & And.in l.j.§.
quicunque.& §.post natale.de pa.tenen.& in con-
stitu. post mortem.imò licet * de iure condemna- 4
tiones pecuniariæ spectent ad regem. vt in titulo,
quæ sint rega. & in l.mulctarum. C. de modo mul-
cta.tamen illud habet locum in terris,quę subsunt
iurisdictio. Principis : non in his quæ immediate
subsunt iurisdictioni Comitis, vel Baronis. Aluar.
in c.j.§.si quis alium.vlti.colum.vlti.oppo.de pac.
ten. sed hoc nihil pro do. Comitissa , cui non sunt
legati,*nisi fructus castrorum. Sacrum Cons.no- 5
tauit ad do. Comitissam non spectare creationem
Capitaneorum , nec fructus iurisdict. criminalis:
est bene verum , * quòd quamuis ipsa d. Comitissa 6
certis annis perceperit dictos fructus:& per d.Co-
mitem, cui expediebat , quòd ipsa perseueraret in
d.perceptione,ea impetente dotes,& iura dotalia,
opponeretur , quòd stetit quieta legato facto ; re-
siluit à dicto legato , & fuit sibi permissa varia-
tio:ex quo ipsa dicebat se opinari , quòd legatum
intelligeretur dare sibi potestatem creandi Capi-
taneos , & sic errabat in iure , quem errorem sacr.
Consil. admisit tanquam errorem iuris intricati:
vnde iudicauit in eius fauorem pro dotibus,& iu-
ribus dotalibus.

SVMMARIVM.

1 *Procurator in re feudali factus dominus litis per*
contesta.potest prosequi litem etiam post mortem
principalis.

2 *Assensus an requiratur in constitutione procura-*
toris in causa feudali.

3 *Iudicium redditur in inuitum.*

4 *Feudalis causa procedit .sicut iudicium ordina-*
rium.nam in ea datur libera, iuratur de cal. ap-
pellatur,& recusatur iudex vt suspectus.

5 *Dispositio iuris communis supplet in his, quæ per leges feudorum decisa non sunt.*

DECISIO CLXXXVI.

IN causa magnifici Francisci Milani
1 * cum domina ducissa terræ nouæ,
quæ cōuenta super terra sancti Geor
gij à dicto Francisco lite contest. &
pendente obiit. Dubitatum est, an
mandatum factum per ipsam d. Ducissam Ioan. de
ligori ad hanc causam finiatur morte: an verò pos-
sit continuari iudicium cum d. procuratore tan-
quam effecto domino litis: sicut esset si ageretur de
re non feudali. iuxta l. nulla. C. de procura. nam di-
2 cebatur pro parte conuentorum, * quòd in feuda-
libus requirebatur assensus in constit. procurato-
ris ad hoc, vt duret. Andr. in ca. si vassalli de feudo
suo. si de feud. fue. contro. dicit hæc verba: bene er-
go videtur loqui, & rationabiliter hoc capitulum,
vt sit differentia inter voluntariam alienationem
vassalli. quæ non potest fieri sine consensu domini:
imò perderet feudū. j. de vassallo, qui contra con-
stitut. Loth. c. j. & l. imperialem. §. j. & necessariam,
quæ est per sententiam: vt hoc fiat sine consensu
3 domini: quia iudicium * redditur in inuitum. ff. de
verb. oblig. l. inter stipulantem. in prin. voluntaria
in volentem. C. de actio. & oblig. l. sicut. de leg. ij. l.
peti. §. prædiū. per hæc verba Andr. videtur, quòd
cum constitutio procuratoris sit actus iudiciarius
ordinarie, & ad voluntatem iudicij factus vadat
cum terminis aliorum iudiciorum de re nnn feu-
dali factorum: vt hic casus decidatur secundum
ll. ciuiles: & Andr. in ca. j. iij. colum. de controuer.
4 feu. apud pa. ter. dicit, * quòd in causa feudali da-
tur lib. iuratur de calum. & app. & omnia fiunt si-
5 cut in iudicio ordinario: * & recusatur iudex vt
suspectus. text. in c. j. de feud. cogn. dicit, quòd in
his, quæ per ll. feudorum decisa non sunt, statur di
spositioni iuris: sicque Alua. in d. l. imperialem. §.
pen. in fin. qui subdit ad hanc materiam. quòd vbi
deficit vsus feudorum, recurrimus ad legem scri-
ptam. d. ca. j. & allegat Iaco. de Ardiz. in summa. in
tit. de content. feu. sub rubricella qualiter in causa
debeat procedi: & sequitur Curtius in vij. parte.
versi. tertio quarto. & Iacob. in versi. & dicti vassal-
li. x. colum. versic. sed nunquid. Sac. consi. decreuit
procedendum esse in causa cum dicto procurato-
re tanquam domino litis.

SVMMARIVM.

1 *Venditor ex necessitate decreti vendens domos, in quibus est fons, potest reseruare sibi aquam, vt fluat ad alias eius domos, sicut prius cōsueuerat, minori tamen pretio. & nu. 18.*
2 *Hæres potest obscurare ædes legatas, sed non in totum eleuando ædes depressas, quæ sibi remanserunt. & nu. 9.*
3 *Venditor an & quando possit imponere seruitutem, vt domus vendita seruiat domui retenta.*
4 *Seruitus aquæductus habet causam continuam.*
5 *Vendita res qualibet libera dicitur, nisi seruitus sit imposita: sed in vltima voluntate procedit alio modo.*
6 *Seruitus debita prædio acquisito transit cū prædio.*
7 *Seruitus imposita videtur per testatorem aut venditorem, eo ipso quòd legat seu vendit domum sustinentem onera permanentia: & maxime si contrahentes hoc sciebant.*
8 *Seruitus præstari debet per domum legatam hæredi, seu per domum retentam legatario: vel per vnum legatarium alteri proprietate legata.*
10 *Vendito fundo non videtur venditus accessus ad eum: nisi agatur expresse: nec cogitur venditor pretio vendere.*
11 *Diuisione domus facta inter fratres noua seruitus per alterum quæri non potest, de qua non est facta mentio tempore diuisionis.*
12 *Seruitus oneris permanentis eadem perdurare debet, quæ reperiebatur existens tempore diuisionis, legati, seu venditionis.*
13 *Seruitus habens causam discontinuam, videlicet aditus & itineris in cōtractibus inter viuos, non videtur imposita, nisi expresse sit actum.*
14 *Contractus completus & celebratum instrumentum operatur, quòd aliud sit actum inter contrahentes, quàm si completus adhuc non fuisset.*
15 *Possessio non dicitur libere tradita iuxta contractum, si in ipsa sit seruitus: quia tunc agitur ad interesse totale quasi res tradita non esset.*
16 *Clausula instrumenti, cum viis & accessibus suis ad viam publicam, quid operatur.*
17 *Clausula instrumenti, quod dat francam & liberam, quid operatur.*

DECISIO CLXXXVII.

IN causa magnificorum Leonardi, * & 1
Perloysij Comi fratrum ad inuicem:
magnificus Leonardus Comus habet
domos cum fonte iuxta domos dicti
Perloysij, & aqua decurrens ex dicto fonte, post-
quam pilam intrauit, consueta est per curriculos
subterraneos fluere ad alias domos dicti Leonardi
non coniunctas domibus prædictis: nunc Leonar-
dus ipse vendidit, seu ex necessitate decreti sacri
Consi. venditurus est præfato Perloysio domos, in
quibus est fons, vult sibi reseruare dictam aquam,
vt fluat è dicta pila ad alias domos suas sicut hacte-
nus consueuit. Quòd non potest: facit primò tex.
in l. binas ædes. la prima. §. qui binas. ff. de seruit. vr
ban. prædi. vbi habetur, * quòd si quis habens duas 2
ædes legaret Titio alteras ex eis: hæres apud quem
remanserunt ædes forte depressæ vel depressiores,
non prohibetur altius tollere: quamuis obscuret
lucem legatarum ædium, cum modificatione ta-
men, de qua ibi: videlicet vt non penitus obscuret:
& sic licet dominus binarum ædium vnas aliena-
ret: non videtur imposita seruitus: vt ædes stent
prout stabant tempore alienationis: vt videatur
per hoc imposita seruitus altius non tollendi. &
dat ibi tex. rationem diuersitatis quare aliud in via
seu itinere: nā sine itinere domus legata esset peni-
tus inutilis: secus in aspectu. Secundò tex. in l. si bi-
narum. eodem titulo * vbi si binarum ædium do- 3
minus in venditione vnius domus caueret: quòd
domus, quam vēdit, seruiat alteri. potest etiam tra-
ditione facta agere: vt seruitus imponatur: vt sic à
contra

contrario sensu, si nihil cautum sit, non debeatur seruitus:ad quod etiam text.in l.duorum. & in l. si quis duas.ff.de com.præd. Tertiò facit text.in l. tradendis.C.eodem titul. com. præd. vbi si dominus duarum ædium alienat vnas:etiam si generaliter dicat, quòd illæ alienatæ seruiant alteris: non est imposita seruitus,nisi dicatur species seruitutis.

Quartò facit text. in l. in vendendo.ff. de contrahend. empti. vbi si quis vendit fundum non tenetur ad illum fundum præstare viam, iter, seu aquæ ductum:nisi hoc dictum est:sed ille tex. loquitur quando emptor volebat acquirere à venditore viam vel aquæ ductum:nos verò loquimur, quando venditor volebat,vt fundus venditus seruiret, & sic econtra:& nota quia Bartol.in l.prima de ser uitu.leg.intelligit d.l.in vendendo. in seruitute habente causam discontinuam, vt sic seruitus aquæ
4 ductus habeat causam cōtinuam:quod tamen non est verum:quia Bartol. Vero. in tract. de serui. vrb. præd. sub rub.quomodo & qualiter acquiratur.rubrie.xix. dicit seruitutem aquæductus habere causam continuam. Quintò facit Bartol. in l.quod conclaue.secunda columna ff. de dam. infect. vbi
5 dicit,* quòd illud quod dicitur, quòd domus debet intelligi vendita libera, nisi seruitus imponeretur,& idem in domo quæ retinetur: habet locum in contractibus inter viuos: & hoc intelligit facta venditione. & imponitur seruitus oneris ferendi, vel aditus habendi,vt ibi, in verbo Labeo:at in vltima voluntate procedit, quòd in dubio videtur legata domus, & imponi seruitus ista. vt est casus in l.j.de ser. leg. & dicit ibi Angel.quòd sit cautus venditor,qui vult sibi consulere, & quòd emptor non possit conclaue residens super suo destruere, vendat eam seruitute imposita oneris ferendi. sed Paulus de Castro in d. l.quod conclaue, refert d. Bartol.ibi.& dicit,quòd Bartol.in l.j.de serui.leg. tenet contrarium: & quòd cum ista seruitus habeat causam permanentem, & continuam, videtur in dubio actum: quòd ita stet vt stat de præsenti:& quòd emptor teneatur sustinere iure seruitutis,& quòd ita dicit Barto.in d.l.prima.se intelligere illam l.quod conclaue:licet non Bartol. ibidem,nec Angel. faciant de hoc mentionem : secus in seruitute non habente causam permanentem vel continuam:quia non censetur imposita:nisi sit expresse imposita per venditorem, & quòd ita loquitur l.si quis duas.& dicit Paulus de Castro hoc esse perpetuo notandum: & hoc secundum eum melius videtur. Sextò facit Angel. in d. l. binas quis ædes.de serui.vrb.præd.dicens, quòd tignum debet ita esse immissum prout est, quando illa domus pluribus assignatur inter viuos, vel in vltima voluntate, vt ibi.cum l.sequenr. sed si habeus duas domos vna contignatione contextas vnam vendit,& aliam sibi reseruat, non poterit emptor retinere inuito venditore tigna aut cæmenta, quæ reposcantur, seu requiescant in domo vendita, nisi forma contractus aliter se habeat. vnde sit cautus emptor, quia ex hoc dicit ipse, vidi multas lites. probatur de dam. infect. l. quod conclaue. & notandum quia Angel. in dicta l.binas quis ædes. aperte facit differentiam: an duæ domus pluribus legentur siue vendantur:an verò vna vendatur, & alia reseruetur: & sic Perloysius potest respondere ad Bartol.in l.j.de ser.lega. sed vide quia licet text. in l.j.de seru. leg. loquatur in legante duas domos duobus.tamen Bartol. ibi videtur velle idem esse, si vnam legat seu vendit, & aliam retineat: & hoc ibi dum dicit,ex alia re alienantis. & ibi, dum dicitur à legatario debeat præstari seruitus hæredi, an ab hærede legatario. Septimò facit Bartolus Veronen.in tracta.seruit. rusticarum. in rubric.de seruitute aquæductus.vj.colum.dicens:quòd si dominus prædij dominantis vendiderit partem prædij, cui aqua est vtilis & necessaria:tota seruitus aquæductus sequitur partem venditam, & nihil debetur parti retentæ per venditorem. Octauo facit idem doctor ibid.decima columna. vbi dicit,quòd ille qui emit,vel aliter acquisiuit prædium, cui seruitus aquæductus debebatur, potest, & debet eandem seruitutem habere: quia illa seruitus debita prædio acquisito* transit cum prædio.l.si aquædu- 6
ctus.ff.de contrahend.emptio.l.si partem.in princ. ff.de serui.rustic.prædio. secus si per prius seruitus prædio non debebatur: quia vēdito fundo vel aliter alienatio non debetur seruitus aquæductus vel alia,nisi dictum sit.d.l. in vendendo. in princip.& ibi hoc not.gloss.ff.de contrahen.emptio. & dicit, quòd ita etiam tenet Bartolus in l. via constitui.§. quocunque. ff. de seruit.rust. prædio. cum itaque aliis ædibus retentis per Leonardum nulla seruitus aquæductus debebatur ab ædibus alienandis seu alienatis,nec actum sit quòd debeatur,non debebitur. At pro Leonardo, quòd possit dicta aqua fluente potiri, primò facit tex.in dicta l.binas quis ædes. de seruitute vrb. prædl. vbi si dominus duarum ædium vna contignatione rectarum legaret vel ederet duobus:videtur actum,quòd stent illæ contignationes prout stabant tempore legati vel cessionis: neque vnus potest agere contra alium, vt immissum non habeat. Secundò facit text. in dicta l.j.ff. de seruitu.lega.vbi habetur: quòd si habens duas tabernas, in quarum vna est aliquid inædificatum super alia, & legat eas diuersis, illud ædificatum super alia ipsarum debet remanere. & Bartol. summat eam sic, si domus vna sustineat actum seruitutis habentis causam continuam & permanentem,& alienetur:in dubio seruitus videtur imposita:& sic ille text. est proximus casui nostro, quia tractabatur de seruitute illi domui remanenda vel fundanda, quæ alienatur. Tertiò facit Bartol. in dicta l.prima.j. columna, de seruitu. leg. dicens, quòd illud, quod in illa l. dicitur,
* quòd non videtur imposita seruitus per testatorem eo ipso, quòd legat domum sustinentem onus seruitutis habentis causam continuam, ipse idem credit esse in vēditione domus, vt videatur imposita seruitus, vt sustineat onera permanentia, quæ ipso actu sustinebat. maximè si contrahentes hoc sciebant.allegat l.primam.in fin. ff. de actione empti.& l. quod conclaue. de damno infecto. & ad l. in vendendo. respondet, quòd loquitur in seruitute, quæ non habet causam continuam: & licet Bartolus & text. ibi loquantur, quando emptor vel legatarius nolebant pati seruitutem: qui non est casus noster:tamen idem Bartolus.ibidem postea loquens in legante dicit,*quòd quando legatur 8 7

proprietas siue quæratur, an seruitus debeat præ-
stari per domum legatam hæredi, siue per domum
retentam legatario, vel per vnum legatarium al-
teri. Bartolus ipse credit, quòd in vtroque casu
debet præstari per dictá l. binas. la prima. de seruit.
9 vrbano. prædi. vbi dicitur secundum eum,* quòd
non potest hæres lumina obscurare in totum rei,
cuius proprietas est legata: & eadem ratione di-
cit ipse, quòd debet iter præstari, quia minus ma-
le pullet habitare luminibus offuscatis in ædibus,
quàm vti sine itinere l. prima. ff. si vsusfruct. pet. &
dicit, quòd ita debet intelligi dict. l. binas. quæ est
clauis huius materiæ: & hæc procedunt secun-
dum eum, quando proprietas legatur, vt videa-
tur constituta seruitus modo prædicto, secus si
inter viuos: quia hæc seruitus, quæ habet cau-
sam momentaneam, non debet constitui: nisi ex-
presse agatur, dicta l. in vendendo: & sic habes, di-
10 cit Alexander ibi in additio. * quòd si vendo tibi
fundum, non videor vendere accessum ad illum.
dicta l. in vendendo. nec cogor tibi pretio ven-
dere, quia est speciale in via ad sepulchrum.
Quartò facit gloss. Neapolitan. in consuetud.
11 amplius. dicentis, * quòd si sunt duo domini do-
morum superioris, & inferioris, & in diuisione
vni est assignata domus superior, habens fenestras
sine cantonibus suprà domos inferiores, & alij
domus inferior: & in instrumento diuisionis ni-
hil esset dictum: non potest dominus domus in-
ferioris compellere consortem ad claudendum
fenestras, vel alia facienda contra formam anti-
quorum ædificiorum. argumento ff. de seruitutib.
vrba. prædi. l. qui luminibus. & potest dicere do-
minus superiorum ædium, ego teneo fenestras
non iure seruitutis, sed iure dominij: nam tem-
pore diuisionis fenestræ non erant ibi iure serui-
tutis, per l. binas. de seruit. vrba. prædio. vbi res
transfertur libera cum onere tigni: non tamen
iure seruitutis, sed dominij. Quintò facit quod
notat Paulus de Castro in dicta l. quod conclaue,
& relatum est suprà in quinto motiuo pro domi-
no Perloysio. & ibi Imola & Romanus. Sextò
facit Bartolus Veronen. in tractat. de serui[illegible] vrba.
in rubrica de seruitute stillicidij auertendi. nona
12 quæstione dicens, * quòd si vnus habet amplam
domum, & faceret stillicidia vnius partis domus
cadere super aliam partem, & postea vendit, vel
legat vnam partem de illa domo: vel si sunt plu-
res fratres habentes domum, & postea eam diui-
dunt inter se, & vni euenit vna pars domus, quæ
habet stillicidiū: & alteri alia pars quæ habet areā
sub stillicidio, videtur tunc esse imposita seruitus
vendendo, legando, vel diuidendo, vt sustineat
onera permanentia, quæ tunc tempore diuisionis
rei, legati, vel venditionis sustinebat. allegabat d. l.
quod conclaue. de dam. infec. & not. per Bar. in l. j.
circa finem de seruit. lega. & quæ habentur per do-
ctores in dicta l. quod conclaue. Septimò facit
idem do[illegible]r in eodem tracta. de serui. in rubrica,
de seruit. itineris seu a[illegible]us. tertia columna, vbi pri-
mo ponit regulam, quod si quis venderet propri e-
tatem rei, non veniret tunc seruitus itineris seu
aditus, nec alia seruitus. per dictam l. in vendendo.
& prosequere vt ibid. inde dat limitationes: pri-
mo quando esset seruitus tigni iniuncti, vel one-
ris ferendi: quia tunc cum suo onere videtur ven-
dita, vel aliter alienata. dicta l. quod [illegible]nclaue. & l.
binas ædes. & l. prima de serui. lega. & ita tenet
Bartol. & Florent. in dicta l. binas. Sed Bartol. &
Angel. secundum eum dixerunt contrarium in di-
cta l. binas. dicunt enim, quòd in contractibus in-
ter viuos, si non imponitur seruitus oneris feren-
di, non venit per illa iura. & idem dixit Angel. in
dicta l. binas. vbi dixit, quòd si habens duas do-
mos vnica contignatione contextas &c. quod do-
minus Angel. suprà relatum est, & subdit Bartol.
Veron. se credere, quod præfati doctor. non bene
dicant: quia in contrarium est text. in dicta l. bi-
nas. cum sequenti. cum gloss. super verbo conces-
serint. quæ exponit inter viuos: nam cum vendi-
tur domus, videtur imposita seruitus, vt susti-
neat onera permanentia, quæ ipso actu tunc susti-
nebat, & quòd ita debet intelligi dict. l. quod con-
claue. secundum Bartolum in dicta l. prima de ser-
uit. lega. & in dicta l. binas. in fin. & talis seruitus
dicitur habere causam continuam, & permanen-
tem, & propterea videtur imposita maximè si con-
trahentes hoc sciebant, vt dicit Bartol. in dicta l.
prima in principio, & dixi, dicit Veron. in præ-
cedenti seruit. in fin. & istud teneas, dicit ipse.
* Sed si haberet causam non continuam, sicut est 13
seruitus itineris, seu aditus: tunc secundum om-
nes in contractibus inter viuos non videtur im-
posita, nisi expresse actum sit l. in vendendo. de
contrahend. emptio. & ita dicit ipse, intelligo su-
prà in verbo, si verò super proprietate Qui[illegible] quid
sit, textus principaliores pro Leonardo sunt in l.
prima de seruit. lega. in l. binas quis ædes. de seru.
vrban. prædio. qui ambo loquuntur quando vtra-
que domus legatur, vel alienatur. Pro domino
Perloysio est textus in dicta l. quod conclaue. ibi,
totam porticum esse earum ædium, quas retinuis-
set. textus in l. si quis ædes. de serui. vrban. præd.
ibi, & si rursus vendere vale. textus in l. si quis
duos. commu. prædi. ibi, alteras tradat. text. in l. in
tradendis vnis ædibus. tex. in dicta l. in vendendo.
ibi, in vendendo fundo. Mihi quandoque vide-
batur, * quòd aut cōtra[illegible]tus e[illegible] completus, & cele- 14
bratum instrumentum: vt tunc [illegible] oritur differentia
de hoc actu seruitutis, & in instrumento non est
clausula, quod dabat domum francam, & liberam,
& [illegible] debeat seruari quod notat Bartolus in di[illegible]ta l.
prima. de serui. leg. videlicet, vt d[illegible]inguatur, [illegible]
actus iste sit seruitutis continuæ, & permanen-
tis: vt tunc vid[illegible]atur [illegible]tuitus impo[illegible]a. per dictam
l. binas quis æde[illegible] a[illegible] di[illegible] continuæ & [illegible] nunc n[illegible]ta,
per dictam l. [illegible] vendendo, [illegible] e[illegible] d[illegible]ta [illegible]au-
sula in instrumento, subdi[illegible] [illegible]ur: ut [illegible]tor
sciebat talem actum seu qualit[illegible]m, & tamen [illegible] or
tenetur, alias non, per di[illegible]tam [illegible] tamam. §. finali
ff. de acti. empti. licet in hoc dubitem: quia etiam
data scientia, hæc clau[illegible]a videtur operari [illegible]d
vend[illegible]r, in e[illegible] u[illegible] pot[illegible] are est tollere hunc a-
ctum, cum t[illegible] & al[illegible]ud esset, quando non
est in potestate [illegible] t[illegible]lere: puta quia seruiebat
alteri tunc etiam h[illegible]c casu subsisterem. pro quo
est quod notat Bar[illegible]lus in l. secunda. §. vacua. ff.
de actione empti. dicens, * quòd quando in testa- 15
mento

mento esset dictum, quòd quis promisit tradere
possessionem liberam vacuam & expeditam, vt ho
die dicitur communiter. possessio non dicitur
tradita libera, si in re est seruitus: & tunc agere-
tur ad totale interesse, quasi res tradita non esset.
pro quo etiam facit idem Bartolus in dicta l. pri-
ma. de seruitutibus legat. quem sequuntur Paulus
16 & Floria. in dicta l. binas. qui dicit, quòd * quan-
do dominus duorum fundorum, quorum vnus
dabat viam ad alium ex via publica, venderet il-
lum fundum, qui dabat viam: non videtur ven-
didisse cum iure illius viæ, ex quo habet causam
discontinuam d. l. in contrahendo: tamen quando
instrumento adesset clausula cum viis, & accessi-
bus suis ad viam publicam propter hãc clausulam
17 debebitur via: ita etiam erit econtra: * vt licet do
minus prædij seruientis, & dominantis quando
vendit prædium seruiens seruitute seu actu conti-
nuam causam habente, videatur dedisse cum illa
seruitute. dicta l. j. de seruitut. leg. dicta l. quod con-
claue. & dicta l. binas: tamen hoc nõ vendicet sibi
locum, vbi vendatur cum clausula, quòd dat non
francam & liberam &c. Aut nondum est celebra-
tus contractus: vt est in casu nostro: & tunc est re-
currendum ad coniecturas resultantes ex præce-
denti tractatu: aliàs in dubio videtur, quòd sit im-
posita seruitus. per nota. per Bartolum in dicta l.
prima. de seru. legatorum. qui licet dicat illud ver-
bum, maximè si contrahentes hoc sciebant, quasi
quòd etiam si ignorassent, seruitus videatur impo-
sita: tamen durum hoc videtur, & fortè quis non
esset empturus, vel minus empturus, si illam ser-
uitutem sciuisset. in proposito nostro, est fienda
venditio domus per Leonardum. dom. Perloysio
per decretum sacri Consilij. & sic ex necessita-
te: hic cessat ratio: quia non emissem, si sciuis-
18 sem illam seruitutem. adest alia ratio: * nam ex quo
venditio fienda est mediante appretio, & ita de-
cretum dicit, quòd appretiatores in appretiando
nesciebant dictam prætensam seruitutem: videtur
decidẽdum quòd tanto minus emat d. Perloysius.
& quòd illa aqua possit duci per Leonardum com
pletis prius commoditatibus do. Perloysij, saluo
aliorum dominorum iudicio.

SVMMARIVM.

1 *Vsus alicuius rei relictus intelligitur merus tantum: sed res rel[ict]a ad vsum seu pro vsu, intelligitur cum proprietate, & nu. 4. idem in contractibus ibidem. & nu. 5.*

2 *Mater dans præsente filia viro extra dotem rem ad vsum filiæ, dicitur cum proprietate dedisse.*

3 *Vsus appellatione quando veniat plena proprietas.*

5 *Proprietas dicitur relicta relicto fundo pluribus, vt inde percipiant alimenta.*

6 *Domus l[eg]ata vxori ad habitandum vel fundus ad vsumfructum, intelligitur legatus cum plena proprietate: [&] tr[an]sit ad heredes.*

7 *Legatum non coarctatur per causam de futuro: vel per modum, qui ponitur in fauorem legatarij.*

DECISIO CLXXXVIII.



IN causa domini Comitis de sancta Seuerina cum vniuersitate ciuitatis Cotroni, dicta vniuersitate teneo-te in pertinentiis Cotroni quoddam territorium vocatũ la defesa de crepacore, situm intra fines cuiusdam feudi ipsius domi. Comitis. contenta est à præfato domino Comite super restitutione dictę defensę: & quia actor non videtur bene fundasse suam intentionem super possessorio, nec super petitorio, elicit ius suum ex quibusdã scripturis productis per dictam vni-
uersitatem, in quibus fit mentio, * qualiter dicta 1
defensa fuerat eidem vniuersitati relicta, seu promissa, siue concessa ad vsum, seu pro vsu boum domitorum: nunc dicit dominus Comes, quòd vniuersitas habeat vsum tãtum iuxta tenorem suarum scripturarum: & quòd superest vltra dictum vsum, intendit locare ipse: an bene dicat. Textus in l. donationis. §. species. ff. de donationibus dicit,
* quòd si mater dat viro præsente puella extra do- 2
tem res ad vsum puellę, hac significatione non modus donationis declaratur, nec ab vsu proprietas separatur. verba Bart. ibidem sunt hæc. & sic con-
cluditur * quòd vsus appellatione proprietas ple- 3
na intelligitur. & vide gl. istã quæ incipit per quæ
verba &c. & semper * inspicias verba: quia si dono 4
tibi rem ad vsum, vel fundum ad alimenta: quia tunc videtur proprietas donata, siue in contractu, siue in vltimis voluntatibus. vbi hic est casus. si verò dico, dono tibi vsum vel vsumfructum, vel alimenta ex fundo, vel vsufructu fundi: tunc videtur datus vsusfructus vt in toto titulo de vsufructu legat. textus in l. liberti. in princip. ff. de alim.
& cib. lega. dicit * quòd si relinquatur fundus plu- 5
ribus vt alimenta percipiant: videtur plena proprietas esse relicta. Bartol. ibi. j. colum. cum Ia-
cob. Butr. dicit, * quod si testator reliquit vxori 6
domum ad habitandum, vel fundum ad vsumfructum: plena proprietas videtur esse relicta, & trãsit ad hæredes: & reprehendit Oldra. vt ibi. & in ij.
colum. dat argumentum: nam * causa de futuro 7
seu modus, qui ponitur in fauorem legatarij nunquam legatum coarctat. l. Titio. §. j. de cond. & demonstrationibus. l. j. in fine. & l. ij. ff. de donationibus. & in fine quærit Bartolus quid in contractibus: si aliquis dat fundum ad vsumfructum. & dicit idem in contractibus, quod dixit in legatis, per dictum §. species. Sacrum Consilium votauit semel in hac causa in fauorem vniuersitatis: & deinde fuit ordinatum, quòd iterum votaretur cum interuentu omnium Regentium, & Locumtenentis regiæ cameræ Summariæ, cum quibus aliquibus vicibus congregati sumus: & nihil actum est.

SVMMARIVM.

1 *Vniuersitas alicuius loci prætendens pascua, seu ius pascendi, aquandi, & lignandi in territorio alterius iure communionis antiquissime an debeat manuteneri lite pendente: & nu. 11 & 12.*

2 *Priuilegium est fauorabile.*

3 *Lite pendente possessor turbari, vel priuari non de-*

bet: etiam si contra ius cõmune possideat: dummodo possideat cum titulo allegato, sine producto. limita vt ibi.

4 *Bona fides quando non requiritur in possessione sola.*

5 *Turbare de facto, seu spoliare, vel animalia expellere quando liceat habenti ius commune pro se contra possessorem ex priuilegio, siue possessorem antiquum.*

6 *Possessor non ostendens priuilegium, seu consuetudinem, an possessione debeat exui lite pendente.*

7 *Possessio, vel quòd quis possederit aliquando, non præsumitur, nisi probetur, quia possessio consistit in facto, secus est in proprietate.*

8 *Præscriptio vsus insigniorum in alieno territorio fit cum titulo per spacium quatuor annorum, sed sine titulo per tantum tempus cuius memoria &c.*

9 *Ordinarius non potest exercere iurisdictionem contra eum, qui se allegat exemptum ex priuilegio, vel ex priuilegio & præscriptione simul lite pendente, dummodo sit in possessione suæ exemptionis.*

10 *Possessio sola quando procedat contra proprietarium in iudicio proprietatis, licet de titulo clare non constet.*

DECISIO CLXXXIX.



IN causa Vniuersitatis & hominum terræ Titi cum domino Comite Potentiæ, super eo videlicet, an dicta vniuersitas & homines, qui intendunt agitare iudicium ordinarium cum præfato domino Comite super iure pascendi, aquandi, lignandi, & pascẽdi in territorio Potentiæ, & Vincolæ ratione antiquæ communionis territoriorum hincinde, in cuius, quasi possessione prætendunt se stetisse, à tempore, in cuius contrarium non est hominum memoria, debeant dicta lite, seu iudicio ordinario pendente manuteneri in dicta quasi possessione libertatis, an verò pro parte præfati domini Comitis habentis contra ipsos de Tito intentionem fundatam de iure communi possit prætẽdi, quòd interea abstineant, prout iam prouisiones super hoc expeditæ sunt: quia iam in hoc iudicio summario datus est terminus, & capta informatio, & factæ hincinde probationes, in quibus iam apparet de antiquissima quasi possessione illorum de Tito super pasculatione, & lignatione virtute communionis, & eorum articulis, allegant titulum videlicet communionem antiquitus celebratã cum assensu Regio, licet assensus probatus non sit, probata tamen est quasi possessio communionis, vt dictum est, hincinde pascendi, & lignandi, & etiam emanarunt prouisiones à sacro Consilio ab initio huius causæ, quòd illi de Tito abstineant se. Dubitatur
1 * quid nunc sit iudicandum, debere seruari pendente lite mota, seu mouenda super ordinario iudicio. textus in cap. cum personæ de priuilegiis. libro sexto. ponit tres casus, prout colligit illos ibi Gemin. in vltima col. post Lapum. Primus casus est, quando is, qui prætendit exemptionem contra ordinarium habentem intẽtionem fundatam de iure communi fundaret exemptionem suam ex priuilegio tantum, & hoc casu dicitur, quòd non potest ordinarius pendente probationis articulo exercere iurisdictionem suam contra illum, vt eodem cap. cum personæ. in princip. & hoc videtur intelligendum, quando talis allegans est in possessione exemptionis, argumento supra vt lite pendente. capitulo primo. secus si ordinarius esset in possessione subiectionis. Secundus casus est, quando prætendens se exemptum allegat præscriptionem tantũ, & tunc dicit Gem. videri ꝙ siue ordinarius sit in possessione subiectionis, siue non, possit vti iurisdictione sua contra illum, donec probet præscriptionem, vt in fine capituli, & hoc propter odium præscriptionis. Tertius casus est, quando prætendens se exemptum fundat se in priuilegio & præscriptione, & hoc casu dicit idem videri dicendum, quod in primo. vt in eodem capitulo. §. quòd si tales. in fin. & §. fina. in principio. & hoc ratione priuilegij, * quod est fauorabile. supra de electio. capitulo ea parte. In hac causa allegatus est contractus communionis cum assensu regio, neutrum tamen est productum realiter, licet sit bene probatum de possessione antiquissima. Quod scriptura dans exemptionem debeat produci realiter, videtur dicere text. in dicto cap cum personæ. ibi, ostendere ad legendum integraliter exhibere. & ibi, priuilegium quidem ipsum exhibeant. & pro hoc sunt verba Philippi de fran. ibi in ver. quòd si tales. prima col. secundu notabili. quæ ita dicunt notanter, quòd lite pendente non debet quis turbari, vel priuari possessione sua, etiam si possideat contra ius commune, dummodo talis possessio adiuta sit titulo non solum allegato, sed etiam producto. Sed forte textus ille sic vt suprà intellectus procedit, quando quis pendente iudicio ordinario moto vel mouendo vult se manuteneri in quasi possessione, non cognito ante per iudicium summarium, quis debeat manuteneri * lite pendente in ordinario, tunc enim si 3
non produceretur priuilegium, procederet, quòd conseruabitur is, qui habet ius com. pro se: nam Philip. de fran. ibidem subdit istud, quod antea dixerat, procedere, quando ius agentis fuisset deductum in iudicium, & de eo cognitum, & sic in iudicio ordinario, si facta cognitione non ostenditur priuilegium, fiat executio contra possidentem, imò ex his verbis innuitur, quòd etiam pendente cognitione in iudicio etiam ordinario, ante tamen quam sit cognitum, non fiet executio, nec manutenebitur habens ius com. pro se. Nec textus in eod. cap. cum person. videtur contrariari, vult enim ante debere dari competentem terminum ad exhibendum priuilegium, quòd si in hoc termino possessor vult probare per testes talia, ex quibus resultat priuilegium, videtur quod non possit exequi contra eum Et pro hac parte affertur primo Innocentius in cap. cum venissent. de in integ. restitu. iii colum. versiculo item nota quòd licet quilibet præsumatur. cuius verba sunt hæc. vnde
* si alius quàm capi. ecclesiæ sit in possessione eli- 4
gendi

gendi, & petit confirmari suam electionem, suc-
cumber in petitione sua: quia non præsumitur bo-
na fides in hac possessione sua: quia contra ius est,
& idem videtur etiam in consimilibus. sed si agi-
tur interdicto vnde vi, vel vti possidetis. sufficit
sola possessio sine bona fide. C. vnde vi.l.j. infrà de
restitutione spoliato. ex literis. & idem est etiam,
quia pendente lite, ille quietat in possessione mea
tuendus est, nec quæritur ibi de bona fide, infra
de institution. cap. cum venissent. eadem quæ dixi-
mus in electione, dicenda sunt in possessione iu-
ris excommunicandi, & in multis aliis. & ex ver-
bis Innocentij, videtur colligi, quòd cap. cum per-
5 sonæ. obtinet, * quando pendet iudicium super pe
titorio, vel possessorio simplici reintegrandæ: sed
quando ageretur interdicto vnde vi, vel vti possi.
secus, quasi quòd non licet habenti ius cog. pro se
per vim expellere animalia, & spoliare, vel turba-
re de facto, sed agere via iuris. Secundò affertur
Abb. in cap. j. col. j. vt lite pendente. dicens not. ex
textu quòd lite pendente super validitate priuile-
gij, vel an fuerit priuilegium concessum vel non,
priuari quis non debet, vel interdici vsu possessio-
nis vel quasi, etiam si illa possessio sit contra ius,
& hoc vltimum secundum eum est notabile, & di-
cit videri tex. optimum huic concord. de priuileg.
cum personæ. libro sexto. inde Abb. in eadem j. co-
6 lumna, quærit, * quid si cessaret priuilegiũ. & con-
suetudo, nunquid debeat quis exui possessione li-
te pendente? Innocentius secundum eum dicit,
quòd non: quasi velit hunc textum & eius disposi-
tionem locum sibi vendicare, etiam ratione solius
posses. & sic transeunt communiter doctores. sed
contra hoc dictum dicit facere textum notanter
in cap. cum personæ. de priuileg. libro sexto. in fin.
& ibi glo. non enim debet conseruari in possessio-
ne contra ius habita, præsumitur enim illa vsur-
passe. centesima distinctione. c. contra morem xcv.
distinctione. cap. peruenit. vnde hic dicit, ipse con-
seruatur in possessione lite pendente, quia allega-
bat priuilegium in dicto cap. cum personæ. secus si
allegasset præscriptionem. & facit Abb. in c. olim.
lo vltimo. j. col. iij. not. de restitu. spol. dicens not.
7 & tene menti, * quòd licet Episcopus fundet in-
tentionem suam de iure communi quo ad proprie-
tatem super ecclesiis suę diœcesis, adeo quòd eo ip-
so, quòd non probatur contrarium, debet contra
quencunque obtinere, iuxta ea, quæ leguntur, &
not. in cap. cum venerabilem. & in cap. cum dile-
ctus. de relig. dom. de præscri. auditis. & xvj. q. vij.
omnes basilicæ. x. quæst. j. per totum, secus tamen
est quo ad possessionem, vnde non præsumitur
pars possidere, vel aliquando possedisse, nisi pro-
bet, & pro hoc quia possessio consistit in facto. de
conces. præben. ca. cum nostris. possibile enim est,
quòd Episcopus illam nunquam possideret à tem-
pore suæ fundationis. & ad de Rotam decis. cxix. in
antiq. & not. etiam Abb. in dicto cap. j. ij. col. quòd
8 * vsus. insigniorum denotantium superioritatem
potest per præscriptionem acquiri, seu consuetu-
dinem in alieno territorio. & in quantum Hosti.
secundum cum requirit tantum tempus, de cuius
initio non sit memoria, intelligit vbi præscribens
nõ haberet titulum putatiuum, quo casu cum hæc
sit præscriptio contra ius, requiritur titulus, aliàs
cum titulo sufficit tempus xl. anno. c. j. de præscri.
libro vj. Tertiò, facit Philip. de fran. qui in dicto
capit. cum personæ. vltimo nota. dicit a contrario
sensu notandum, * quòd ordinarius iurisdict. ex- 9
ercere non potest contra eum, qui se allegat exem-
ptum ex priuilegio, vel ex priuilegio & præscri-
ptione simul pendẽte prubationis articulo, & hoc
quando talis qui allegat se exemptum est in posses-
sione exemptionis, vt suprà proximo §. & c. j. vt li-
te pendente. aliàs si ordinarius esset in possessione
subiectionis, tunc lite pendente poterit vti iurisd.
contra ipsum sicut contra subditos, & in discus-
sione huius causæ fuerunt ponderata et[illegible] verba
Abb. in d. cap. cum venissent. ij. colum[illegible] vlterius
not. qui dicit not. * quòd possessio [illegible]tra ius [illegible] 10
[illegible]ta vera præsumptione alicuius tituli, licet cla-
re non constet de claritate tituli, sufficit ad repel-
lendum proprietarium illius iuris, nisi clare pro-
bet defectum tituli præsumpti, & est secundũ eum
in hoc ille tex. notabilis, limitans multum capitu-
lum cum personæ. de priuileg. libro vj. quòd sic de-
clarat, nam ius commune in illo c. cum venissent.
faciebat pro Archiepiscopo contra Archidiaco-
num, & pro Archidiacono erat possessio, & eius
titulus præsumptus: quia clare non cõstabat, quòd
concessio fuisset facta Archidiaconatui realiter:
sed propter præsumptionem, quæ erat pro eo: quia
constabat de cõcessione per confessionẽ Archiep.
præsumebatur, ꝙ erat concessio realis, ex longæua
& continuata possessione iuuata hac præsumptio-
ne, sufficit ad repellendum Archiepiscopum, nisi
Archiepiscopus probaret defectum tituli, alias au-
tem possessio sola non prodest contra proprieta-
rium in iudicio proprietatis, vt probatur in c. cum
ecclesia Suttina. de cau. pos. & proprieta. & aduer-
tendũ est ad hæc verba in iudicio proprietatis per
ea quæ suprà dicta sunt. fuit etiam lectum consi-
lium Abb. tertium secundo vol. inci. nitar. xx. col.
in soluti. xxj. q. In hac causa iudicatum est * illos de 11
Tito lite pendente super iudicio ordinario moto
seu mouendo manutenendos esse in quasi posses-
sione pasculandi, & aquandi citra præiudicium iu-
rium partis in petitorio, & possessorio ordinario.
Et cum dominus Ginosæ haberet similem litẽ cum
vniuersitate Materæ, quæ similiter prætendebat ha
bere ius pasculandi in territorio Ginosæ, nec dum
fuisset datus terminus ordinarius ad probandum:
quia partes non faciebant instantiam. In causa hac
quando pro vniuersitate Materæ nihil fuisset pro-
ductum, sacrum Consilium haberet pro indubita-
to, quòd lite pendente, ex quo non constat de
quasi possessione vsus, deberet vniuersitas absti-
nere. & in similibus solent expediri similes pro-
nisiones ad hoc. sed pro vniuersitate Materæ fue-
runt productæ duæ prouisiones, vna regis Fer-
dinandi primi, directa quondam Duci Venusij
domino Ginosæ, quòd permittat vti aqua & her-
bis ciuitatem Materæ ratione communionis aquæ
& herbarum, quam habet cum Ginosa: alia eius-
dem Regis, in qua prouidet seu mandat eidem
Duci, quòd tollat certas defensas factas in dicto
territorio, & hoc ad instantiam Materensium,
item quòd tauri Materanorum intrantes defen-
sas leg

ſas legitimas Ginoſæ expellantur, non autem of-
fendantur. vltra hoc in libello nouiter oblato per
dominum Ginoſæ petebatur illos de Matera de-
bere abſtinere ab vſu dicti territorij, quaſi quòd
ſint in quaſi poſſeſsione vſus, vt ſic dictæ prouiſio-
nes emanatæ 101 annis retro præſupponentes com
munionẽ aquæ & herbarũ iunctæ cum dictis ver-
bis ſupplicationis, ſeu libelli inferant ad quaſi poſ-
ſeſsionem requiſitam ad hoc, vt allegans priuile-
gium interea non amoueatur. factum Conſil. fuit
12 in voto, * quòd illi de Matera abſtineant à lignan-
do, & ab omnibus, ſed non amoueantur à paſcuis
herbarum, & ab aquando, & quòd nihilominus
fiat a[illegible]tio animalium intrantium ad herban-
dum & [illegible]dum, & hæc lite pendente, videlicet
donec capiatur ſummaria informatio de quaſi poſ
ſeſsione communionis, vel non communionis.

SVMMARIVM.

1 *Renũciatio filiæ facta patri cum clauſulis opportu-*
nis. & maximè quòd pater diſponere poſſit de
bonis renunciatis ad ſuæ libitum voluntatis, non
rumpi poteſt etiam ſi maſculorum contemplatio-
ne facta dicatur. & nu. 3.

2 *Renunciatio filiæ facta patri, quando dicatur facta*
contemplatione maſculorum.

DECISIO CXC.



N cauſa dominæ Berardæ cochæ cum
procuratore quondam Ioanis Andr.
patellæ, dico procuratore, ex quo
principalis lite pendente obiit, pete-
bat Berarda à dicto Ioanne Andr. medietatem bo-
norum quondam Bonauenturæ cochi ſui fratris,
quæ bona erant antiqua obuenta Bonauenturæ à
Ioannello patre & fratribus, in quibus vniuerſali-
ter præfatus Bonauentura Ioan. Andr. hæredem
inſtituerat, & hæc petitio fundabatur vigore con-
1 ſuetudinis Neapo. Contra hanc petitionem * op-
ponebatur de renunciatione facta per Berardam
d. Ioannello patri communi in ampla forma reci-
pienti pro ſe, & hæredibus, & ſucceſſoribus ſuis
cum clauſula, quòd liceret dicto Iannello, & ſuis
hæredibus, & ſucceſſoribus diſponere de ipſis bo-
nis renunciatis pro ſuæ libito voluntatis, vnde de-
buit licere Bonauenturæ hæredi Ioannelli diſpo-
nere libere in Ioan. Andr. Per Berardam replica-
batur, quòd tempore dictæ renunciationis viue-
bant alij maſculi filij Ioannelli, quorum contem-
platione renunciatio facta videbatur, & ſic etiam
recepta, qui omnes deſierunt tempore teſtamenti
ipſius Bonauenturæ. Ex alia parte obiicitur, quòd
ſtante generalitate verborum Aquilanæ ſtipula-
tionis, ac clauſula prædicta videtur Ioãnellus re-
cipiens, & ſic renuncians cogitaſſe ad omnes ca-
2 ſus, * vt ſic etiam hæres maſculus Ioannelli habeat
eandem diſponendi libertatem, & eo magis quo-
niam doctrinæ loquentes, quòd renuntiatio vide-
tur facta contemplatione maſculorum, loquuntur
in caſu, quo maſculi præmortui fuerint patri om-
nes, vt tunc filia, quæ contẽplatione maſculorum
videtur renunciaſſe, deficientibus maſculis viuo
patre admittatur ad paternam ſucceſsionem, non
quando per ſuperexiſtentiam alicuius maſculi fuit
renuncians ſemel excluſa, quoniam tunc durabit
perpetuo excluſa. ad quod facit conſilium Decij
xxxj. j. volum. penult. col. ver. iij. nec obſtat. & con-
ſilium Angel. 51. incip. d. Gilius. Sac. Conſil. votauit
& iudicauit * ipſum procuratorem Ioan. And. ab- 3
ſoluendum eſſe ab impetitione dictæ Berardæ: &
fuit lata ſententia in anno 1526. 19. Maij. magiſter
actorum Alexander de Ambroſiis.

SVMMARIVM.

1 *Neapolitani ſuccedunt in medietate bonorũ agna-*
tis ſuis inſtituentibus heredes extraneos, iuxta
certam eorum conſuetudinem.

2 *Agnati præſumuntur præferri perſonis extraneis.*

DECISIO CXCI.



N cauſa alia eiuſdẽ Berardæ cum An-
tonia de Cutinariis vxore ac hærede
dicti quondam Ioã. Andrææ. Moriens
enim dictus Ioannes Andræas, qui na-
tus erat ex Andræa Fayella, fratre carnali matris
dictorum Berardæ, & Bonauenturæ, dum condi-
derat teſtamentum, prætulit dictam Antoniam
ſuam vxorem ſorori ſuæ conſobrinæ Berardæ, di-
ctam vxorem inſtituendo hæredem vniuerſalem.
agebat ergo Berarda contra dictam Antoniam ad
medietatem bonorum ipſi Ioanni Andrææ obuen-
torum à d. Bonauẽtura fratre carnali ipſius Berar-
dæ, in quibus cum Ioanne Andrea ſuccubuit. item
& bonorum obuentorum eidem Ioanni Andrææ
teſtatori fratri conſobrino eiuſdem Berardæ à pa-
tre videlicet Andræa Fayella, * & ab aliis eius a- 1
gnatis vigore conſuetudinis Neapolitanæ, & iſta
petitio fouebatur authoritate dictæ conſuetudi-
nis. Contra iſtam petitionem afferebatur iam di-
cta renunciatio in tam lata forma. itẽ dicebat An-
tonia ſe etiam eſſe creditricẽ viri ſui ex cauſa, quòd
ornamenta & veſtimenta ſibi aliàs per virum do-
nata fuerunt per ipſum virum alienata & conuer-
ſa in proprias commoditates: & amplius quòd
quando Berardæ non obſtaret renunciatio, vole-
bat illa deducere à tota hęreditate Ioãnis Andręę:
& ſic etiam à medietate obuenta Berardæ. item di-
cebat, quòd in hæreditate Ioannis Andrææ erant
bona paterna dicti Andrææ Fayellæ antea obligata
per ipſum Andræam patrem Ioan. And. pro duca-
tis 1400. dotium quondam Caraciolæ Guardatæ,
& quòd à dictis bonis ante omnia erant deducen-
di dicti ducati 1400. tanquam res materna præfa-
ti Ioannis Andrææ, cum in bonis matris Ioan. An-
drææ nullum ius Berardę competat, quę erat Ioan.
Andrææ coniuncta ex parte patris tantum. Econ-
tra Berarda dicebat renunciationem ſibi non ob-
ſtare: ex quo iam illa clauſula, de qua fuit tanto-
pere habitus caſus in alia cauſa, videlicet, ꝙ liceat
Ioannello, & ſuis hæredibus diſponere, iam eſt ſe-
mel ſortita effectũ: quoniã Bonauentura hæres Io-
annelli diſpoſuit. nec videri iuſtum, ꝙ Ioan. Andr.
hæres hæredis dicti Ioannelli poſsit etiã ipſe diſpo-
nere: & tãto magis quoniã ſumus in caſu, quo tam
Ioan

Ioannellus recipiens renunciationem, quàm Berarda, quæ illam fecit, si fuissent interrogati de hoc casu iam eueuto: quòd Ioannes Andræas institutus à Bonauentura extraneum omnino instituturus erat, dixissent Berardam secundum eo-
2 rum intentionem * præferendam extraneæ personæ.l.generaliter.§.cum autem. de institu.& substi. & de fideicommiss.l. cum acutissimi. Et quòd illa potestas stipulata per Ioannellum in persona heredum non debet extendi ad hæredem hæredis.quòd si Ioannellus prædilexit filium, volẽdo fortè quòd ipse posset libere disponere, non potest hoc extendi, quòd idem voluisset de Ioan. Andræa, qui erat sibi extraneus, videlicet nepos vxoris suæ. Sacrum Consilium in causa hac votauit, & iudicauit condemnandu d. Antnniam hæredem institutam à Ioanne Andræa ad medietatem Ioannis Andræ obuentorum à Bonauentura, & ab Andræa suo patre & aliis agnatis suis: verum quòd à bonis Ioan. Andræ obuentis à dicto Andræa extrahar ante omnia præcipuos ducatos 1400. dotium maternarum ipsius Ioannis Andreæ: quoniam dicit glo. consue. Neapol. in consuetu. quòd de medietate, etiam de qua non potuit quis disponere, debent deduci onera eius, à quo bona obuenerunt illi, qui de toto dispofuit. is qui non potuit disponere, & de tnto dispofuit: fuit hic Ioan. Andr. is à quo bona obuenerunt, fuit Andræas pater: de credito autem dictorum ornamentorum venditorum nnn fuit habita ratio, quia illud onus debet deduci solum à medietate, de qua potuit Ioan. Andr. disponere, & fuit in die 19. Maij. 1546. lata dicta sententia magistro actorum Alexandro de Ambrosiis.

SVMMARIVM.

1 *Testamentum clausum, in quo subscripserunt iudex, notarius, & testes in numero necessario. ex quibus vnus dicat non audiuisse notarium stipulantem, an possit reassumi in publicam formam, & nu. 8.*

2 *Testis qui contra signum suum falsum prebuit testimonium, tenetur pœna falsi.*

3 *Præsentia includit actus intelligentiam.*

4 *Notarius non debet dicere rem gestam præsente tali, nisi vulgarizatam: cùm præsentia includat intellectum.*

5 *Testis qui se subscripsit in instrumento, non potest postea contra illud testificari nisi probet se deceptum ad subscribendum.*

6 *Testis se subscribens in testamento videtur deponere.*

7 *Subscriptio præfertur depositioni contrariæ, etiam iuratæ, & iudiciali postea factæ.*

DECISIO CXCII.



IN causa dominæ Ioãnę Castraiotæ, & fratrum cum domina Ducissa Me diolani super validitate, ac reassumptione testamẽti quondam Serenissimæ Reginæ matris, * quæ fece-
1 rat testamẽtum clausum, & deinde stipulatum per notarium, & in eo subscripseruut se iudex, notarius, & testes in numero necessario: & vnus ex dictis testibus, videlicet magnific. Philip. Vallaranus modo examinatus dicit, quòd licet se subscripserit, tamen ipse stabat in quadam fenestra remota à cubili, vbi testamentum condebatur, & non audiuit stipulationẽ notarij. nec d. Reginam firmantem verbo d. testamentum: dubitatum est an præfato Philippo credatur in his, quæ dixit, ex quo semel se subscripsit, & petitur vt compellatur ad se subscribendum testamento in publicam formam per notarium redacto. Pro parte dominorum de Castraiotis facit text. in l. eos. ff. de fal. in verbo, & eum cuius. ver. sunt hæc: & eum, * qui contra si- 2
gnum suum falsum præbuit testimonium, pœna falsi teneri pronunciatum est. Facit etiam: nam Philippus, dum in subscriptione dicit, * quòd inter- 3
fuit, non potest dicere, quòd nõ intellexit: ad quod Bart. in l. j. §. j. de autho. tuto. vbi dicit, quòd quando testis dicit, quòd ipse fuit præsens, includit etiam, quòd intellexerit, secus si deponat de præsentia alterius: & allegat text. in l. testium. C. de testib. ad idem Bart. in l. j. C. de error. aduoca. volens, quòd quando istud verbum præsentibus &c. profertur, à lege intelligitur & intelligentibus, nam is, qui est præsens, si non intelligit, non dicitur esse præsens. l. coram. ff. de verborum signi. l. diem. §. coram. ff. de arb. ad idem Bal. in l. j. C. de error. aduoc. qui consuluit * notariis, vt non dicãt rem gestam 4
præsente tali nisi vulgarizatam: dareturenim causa fallaciis: cum pręsentia includat intellectum, secundum Bar. ad quod Sozi. in consil. clxxxix. iij. col. vbi refert & sequitur Bar. in d. l. j. §. j. Facit Bar. in l. ij. §. si quis neget. iiij. col. ver. quæro. quid si instrumentum. ff. quemd. testa. ape. volens, * quòd te- 5
stis qui se subscripsit instrumẽto, non potest postea testificari contra instrumentum, nisi probet se deceptum & adductum ad subscribendum. & Alex. consil. cl. ij. vol. incip. ponderatis his. sequitur Barr. Facit Bald. in l. fi. in v. oppo. de edi. diui Adr. toll. & in l. fi. in ij. notab. C. si cert. peta. quęnor. quòd * eo 6
quòd testis se subscribit in testamento videtur deponere. Facit: nam licet sint opiniones, an is qui primò deponit aliquid extra iud. & secundo loco cum iuramento in iudicio dicit aliud, puniatur de falso: an verò præferatur secundum dictum in iudicio cum iuramento: tamen quando quis semel se subscribit, * hæc subscriptio præfertur depositioni contrariæ, etiam iuratæ, & iudiciali postea factæ. ita Aret. in c. per tuas. de proba. Imol. in c. cum causam. de testib. & vide Feli. in c. cũ in tua. vlt. col. eod. tit. de test. Facit Neapol. in consuet. contra instrumentum in glo. j. post medium. ibi, postquam se subscripserunt. & in gloss. ij. post medium. ibi, ante subscriptionem eorum. Sacrum Consil. non compulit * Philippum ad se subscribendum: fecit tamen reassumi testamentum in pub. formam, quod certo tempore stetit sic reassumptum in posse magnifici Alexandri Seuerini commissarij causæ. deinde fuit assignatum parti, atque iudicatum pro testamento. 7 8

SVMMARIVM.

1 *Probatio tanti temporis, cuius non extat memoria in contrarium, qualiter fiat.*

2 *Præscriptio centum annorum quomodo probatur.*

Testes

3 *Testes de fama probant in factis antiquissimis excedentibus hominum memoriam.*
4 *Testes de auditu auditus admittuntur vbi agitur de aliquo probando excedente hominum memoriam concurrente fama, & aliis adminiculis.*

DECISIO CXCIII.

IN causa Tremitana dubitatum est qua-
liter probetur aliquid factum, vel non
1 factum * a tempore, cuius non est me-
moria in cõtrarium. text. in l. si arbiter.
ff. de probat. dicit ibi, an aliquis meminerit id opus
factum esse. & ibi: sed cum omnium hęc est opinio:
nec vidisse cum id opus fieret, nec ex his audisse,
qui id vidissent, aut audissent. glo. in c. cum nobis.
in ver. centum annorum. de præscript. vult, quòd
testes dicant se semper audiuisse à suis maioribus:
& quòd nemo sit, qui viderit, vel audiuerit aliud:
sed deinde consuluit, quòd hæc non sufficerent
ad probandum præscrip. centum annorum. Abbas
2 ibi videtur transire, cum gloss. ponendo * aliquas
præsumptiones inferentes ad centum annos. gloss.
in c. j. de præscriptio. lib. vj. in glo. fina. dicit quòd
testes debent dicere si talem habent conscientiam,
quòd semper viderunt, & audierunt ita esse, nec
vnquam viderunt, vel audierunt contrarium, &
quòd communis est, & fuit semper opinio, quòd
sic fuerit: & quòd non extat contrarium, vel ini-
tij memoria. Alex. consil. cxxxvj. ij. volumi. vj. col.
dicit, quòd ad probandam memoriam non extare,
testes debent necessario dicere, quòd communis
opinio est, memoriam non extare in contrarium.
3 Illud certũ est, * quòd testes de fama probant in fa-
ctis antiquissimis excedentibus memoriam homi-
num. Innoc. in cap. quid per nouale. & in cap. ve-
niens. de verb. signifi. & vtrobique Abb. Felin. in c.
veniens. vj. col. ver. iiij. conclusio. de test. reproba-
4 tis his, qui tenent contrarium. sic quoque * testes
de auditu auditus admittuntur vbi agitur de pro-
bando aliquo excedente memoriam hominum. Io.
And. & Bur. in c. licet ex quadam. de testi. per illum
tex. Io. And. ibi. & Abb. intelligũt dummodo cum
testib. de auditu auditus concurrat fama cum aliis
adminiculis. Fel. ibi. j. col. sed vide, quia, vt dictum
est, fama sufficeret sine aliis probationibus in istis
ita antiquis.

SVMMARIVM.

1 *Nepotes ex filio naturali tantum non possunt hæredes institui.*
2 *Filius legitimus est, qui ex viro & vxore eius nascitur.*
3 *Legitimatio filiorum per rescriptum ita demum habet effectum: si pater legitimam sobolem non habeat.*
4 *Filius legitimandus consentire debet suæ legitimationi.*
5 *Ius annul. aureor. imaginem, non statum ingenuitatis præstat.*
6 *Statutum præferens fœmina filium masculum, non comprehendit filium masculum legitimatum: quia verba debent intelligi in potiori significatu.*
7 *Legitimatus quando dicatur vere legitimus.*
8 *Filius præteritus etiam si testamentum approbet, adhuc institutus posset contra tabulare: quando esset institutus in minori parte quàm virili.*
9 *Pater non potest inuitis filiis suis patriæ potestatis soluere: ita nec filios inuitos sub potestate redigere.*
10 *Hæreditas capti ab hostibus adiri non potest si de morte sua dubitatur. & num. 12.*
11 *Hæreditas antequam possit adiri, explorandum est de morte.*
13 *Ignorantia est duplex.*
14 *Institutus pro parte vel semisse pure & pro parte sub conditione: si ignoret extitisse conditionem, potest adire hæreditatem.*
15 *Emptio præsumitur facta ex pecunia, quæ peruenit ad manus emptoris.*
16 *Empta res ex pecunia hæreditaria, an subiaceat restitutioni, sicut ipsa pecunia subiacebat. & numero 18.*
17 *Pretium seu pecunia licet succedat loco rei: tamen res non succedit loco pretij.*

DECISIO CXCIIII.

IN causa Togragliorum: Pyrrhus Anto-
nius Toraglies habens neptes ex Fran-
cino germano suo: item & Nicolaum
Sebastianum proprium filium natura-
lem legitimatum: item & ex Ioanne Baptista alio
filio suo naturali nonnullos nepotes legitimos &
naturales: in suo vlti. quod condidit, testamento
instituit sibi hæredes d. Nicolaum Sebastianum in
semisse, & filios dicti Ioannis Baptistæ in alio se-
misse: cauitque, quòd si tempore testamenti præ-
dictus Nicolaus Sebastianus, de cuius vita iam du-
bitabat, mortuus esset, præfati Ioan. Baptistæ fi-
lij in omnibus essent hæredes: mortuo Pyrrho An-
tonio, nec vsque apparente Nicolao Sebastiano,
per dictas neptes Pyrrhi Antonij ex fratre fuerunt
capta nonnulla bona hæreditatis dicti Pyrrhi An-
tonij: contra illas agit Ioan. Baptista, vt pater &
legitimus administrator suorum filiorum, agit po-
tendo illos immitti in possessionem ex vi l. fina. C.
de ed. diui Adr. tollen. circa hoc thema insurgunt
nonnullæ difficultates. Prima est, ex quo præsu-
mitur extare Nicolaum Sebastianum, quem filium
suum legitimatum appellat testator, dicatur hic
Nico. Sebast. legitima soboles: qua extante tex. in
l. fi. C. de natur. lib. vult * nepotes ex filio naturali 1
institui non posse. & quòd legitimatus nõ sit verè
legitimus, & consequenter non legitima soboles,
facit text. in l. filium eum diffinimus. ff. de his qui
sunt sui vel alieni iur. filium eum diffinimus, * qui 2
ex viro & vxore eius nascitur. & Bartolus summãs
illum textum dicit: ille dicitur filius legitimus,
qui ex viro & vxore eius nascitur. not. quia l. fina.
C. de natura. liber. dicit prole legitima: pro quo. §.
liceat. in authentic. quibus modis naturales effi-
ciantur legitimi. vbi Bartolus & §. si quis autem. in
authent. quibus modis naturales efficiãtur sui. ibi,
legitima ei omnino sobole non extante. * vbi ita 3
demum legitimatio per rescriptũ habet effectum,
si pater legitimam sobolem non habeat. facit text.
in l. qui in prouincia. ff. de ritu nuptiarum. vbi dum
imper

imperatores Marcus, & Letus verus legitimant filios illegitimos Flauiæ Tertullæ dicunt perinde ac si legitime concepti fuissent.facit text.in dicta authen.quibus modis natur.effi.sui.vbi modos legitimandi volens denotare Imperator, dicit siue
4 per aliam quamlibet machinationem: & * quòd filius legitimandus debet consentire, facit text.in cap.tanta.qui filij sint legi.vbi tanta est vis matrimonij, vt qui antea sunt geniti post contractum matrimonium legitimi habeantur: & ideo text.in l.filio quem pater.de liberis & posthumis.loquens de patre, qui filium emancipauerat & exhæredauerat: deinde eum adoptauerat.quòd per arrogationem exhæredatio non reuocatur, dicit: nam in omni fere iure sic obseruari conuenit, vt veri patris adoptiuus filius nunquam intelligatur, ne imagine naturæ veritas obumbretur. & text.in l.
5 secunda C.de iur.an.aur.vult, * quòd ius annulorum aureorum imaginem, non statum ingenuitatis præstat: facit text.in auth.quib.mod. natu.effi. legi.§.quoniam autem. qui loquens de patre, qui expulerat vxorem in domo pro vaore receptam, & filios, dicit: si autem est soboles legitima inuito patre.& quòd non sit vere legitimus, facit glos. Neapo.in consuetu.si quis vel si qua.in ver.ex parte patris.dum vult, quòd stante consuetud. Neapol.quòd moriente aliquo sine liberis succedant sibi proaimiores ea parte patris: si aliquis habeat proaimiores legitimatos, illi non succederet: quia per legitimationem non fiunt vere agnati: ea quo vere agnati dicuntur legitimi, & sic ex legitimo matrimonio nati.quæ opin.confirmatur ex dictis per Paulum de Cast.in l.cum acutissimi.C.de fidei-
6 commis.qui vult, * quòd stante statuto præferente filium masculum fœminæ: non comprehendet filium masculum legitimatum: quia verba statuti, & sic etiam testatoris loquentis de masculo, debent intelligi in potiori significatu de illo qui est legitimus, & naturalis ex origin.non ex accidenti.argumen.l.fin.de bis qui veni.ætat.impetr.& ista pars videtur sibi verior.& idem tenet Pau.de Cast. in dicta l.fina. Anto.de Butr.in capit.per venerabilem.vlti.quæstio.xxix.colum. qui sint legi. Ias.in l. si is qui pro emptore.xx.char.dicens istam esse magis com.opin.à qua in consulendo & iudicando non est recedendum. Quod autem sit vere legitimus facit text.in auth.quibus mod.natu.effic.legi. §.sit igitur licentia.ibi, nihil à legitimis filiis differentes.& tex.similis in authen.quib.mo.natu.effic. sui.§.si quis ergo filios legitimos. istum articulum late disputauit Ro.in dicta l.si is qui pro emptore. Ant.de Rosellis in tract.de legit.Curt.consil.cxiij. incipien.super memorata facti narratione. Iason in dicta l.si is qui pro emptore. xviij. xix.& xx. chart. dicens, hoc in puncto iuris videri verius: deinde post Ben.de plumb.in disputa.inci.statuto Pisano cauetur.Ludo.& Rosel.vbi suprà consuluit distin-
7 guendo, quòd aut loquimur * de vera & originaria legitimitate, quæ ea matrimonio procedit efficaci, & legitimatus non erit vere legitimus, sic intelligendo dictã l.qui in prouincia, in fine: aut de alia legitimitate in genere sumpta: & tũc si vitium surgebat ea matrimonio prohibito de iure ciuili iuxta titulum.C.de interd.mat.iuata l.si contra. C. de incest.nupt.& l.primam.C.si rector prouinciæ. & si.& tunc legitimatus erit vere legitimus. si vero vitium legitimitatis surgebat à iure diuino, vel canonico: & tunc quia legitimatio spectaret ad sedem apostolicam, legitimatus per principem non erit vere legitimus, sed ficte: cum non sit legitimatus ad omnia, præsertim ad ecclesiasticas dignitates. item cum princeps non potuit super antecedenti, scilicet, substantia matrimonij, ergo nec dispensando super sequenti veram legitimationem inducit. Hæc distinctio non videtur comprehendere nisi casus, quando legitimatio fieret de nato ea matrimonio, licet inualido: non quando fieret de eo, qui extra matrimonium natus est: quo casu quando natus est quis eatra matrimonium, & à personis, inter quas de iure cano. matrimonium non erat prohibitum forte: hic ita natus si legitimatur, erit vere legitimus. nisi dicas, quòd ex quo hic natus extra matrimonium à personis non prohibitis de iure canonico contrahere, si legitimatur, non erit legitimatus ad omnia, præsertim ad ecclesiasticas dignitates, non possit dici verè legitimus. Secundò principaliter, quòd ista legitimatio non habeat obstare nepotibus institutis: facit, nam non apparet, quòd Sebastianus legitimatus institutus velit, quòd per existentiam sui institutio facta de filiis Io.Bapt.vitietur: vnde succedit quod voluit gloss.in l.tertia §.si quis ea liberis hæres.in versic.committat edictum.ff. de bono. possess.contra tabul.videlicet, quòd ad hoc, vt filius institutus possit beneficio præteriti contratabulare testamentum patris: requiritur, quòd præteritus saltem petierit bonorum possessio. contra tabul.licet non fuerit prosecutus.quam opin. secutus fuit Bartol.in lege si post mortem.§.fina. eodem titu.de bonorum possessione.contra tabul. per l.filio præterito.de iniusto rupto testam.Salycet.in l.si pater.penulti.colum. de institut.& substitut.in l.vxoris ab ortu.de posthu.hæred.institu. ea quo infertur, quòd istæ sorores non possunt inualidare legitimationem, per l.fin.ex quo legitima soboles tacet, & non contradicit. Sed hoc motiuum non videtur subsistere: nam contra illam glo. tenuit Azo, Dyn.Raym.vt refert Barto.in dicta l. si post mortem. Bald.in l.si defunctus.de su.& legit.Imol.in dicta l.filio præterito. Cu.in l.secunda §.si contra.ff.de vulga.& pupil. Aleaand.in l.posthumo.ij. colum. C.de bonor.possess. contra tabul. vbi inducit contra Bartol.aliquos text.quos vide. Imò Alexand.in dicta l.posthumo.iij.colum. concludit, * quòd etiam si præteritus approbet testa- 8
mentum, adhuc institutus posset contratabulare, quando esset institutus in minori parte, quàm virili, secutus Bald.ibi.& Iacob.de Bel.in authen.vt cum de appellat.co.§. siue igitur.& Imol.in dicta l.filio præterito, contra Bartol.in dicta l. post mortem.dicentem, quòd si præteritus approbat testamentum, remanet firmum: & contra Salyc.in d.l. vxoris ab ortu.& contra Franciscum de Rampon. in dicta l.filio præterito. Tertiò principaliter contra legitimationem facit, quòd illa non obsit: nam non apparet, quòd Nicol.Sebastianus huic legitimationi consenserit.& habemus tex.in auth.quib. mo.na.effi.sui.§.generaliter.dicentem, generaliter

autem in omnibus.quibus pro prædicto modo de-
ducunt ad legitimum ius,tunc hoc volumus obri-
9 re, dum & filijhoc ratum habuerint: * nam solue-
re ius patriæ potestatis inuitis filiis non permissum
est patribus: multò minus sub potestate redigere
inuitum filium, & nolentem. hoc firmat glos.au-
then. quibus modis natura.effic.leg.§.sit igitur li-
centia.in versi.nec fraudetur.& ita per dictũ §.ge-
neraliter tenet Bartol.in l.inuiti.ff.de his qui sunt
sui vel alien.iur.& Angel.in disput.incip. nobilis
qnidam genere.iiij.colum.nisi dicatur,quòd hic li-
cet non habeamus consensum expressum, tamen
non habemus dissensum, vel qnòd ex quo asseritur
interuenisse legitimationem, intelligendum sit de
valida. Secunda difficultas in hac causa erit. Dato
quòd Nicolaus Sebastianus non sit soboles legiti-
ma, de qua in dicta l.fina.ex quo nepotes sunt in
alio semisse instituti sub conditione, si tempore te-
stamenti Nicolaus Sebastianns esset mortuus, &
non apparet, quòd sit mortuus, an pendente con-
ditione possint filij Ioan.Baptistæ, seu potuerint
adire portioné, in qua Nicolaus Sebastianus fue-
rat institutus.text.in l.nec nos:de capt.quòd si du-
10 bium sit seu incertum, * an quis sit captus, vel in-
terfectus ab hostibus, non potest eius hæreditas
adiri.& ibi Bald.in principali dicit: nota proba-
biliter dubitari de vita, & morte eius, qui apud
hostes, vel in longinqna regione moratur. & ideo
11 * antequam hæreditas posit adiri, explorandum
est de morte.text.in l.qui hæreditatem.ff.de acqui-
renda hæreditate.dicit, qui hæreditatem adire, vel
bonor. possess.petere volet, certus esse debet de-
functum esse testatorem.tex.in l.neminem.eo.titu.
dicit neminem pro hærede gerere posse viuo eo, in
cuius bonis gerendum sit.tex.in l.quòd si dubitet,
12 eodem titu.Cod.dicit, * quòd si dubitet, an apud
hostes decesserit, an ciuis Romanus est, dicendum
est posse adire.dicit glos.in versi.decesserit. consta-
bat tamen eum decessisse: aliàs contra, suprà eod.
l.qui hæreditatem.text.in l.secunda.§.si dubitetur.
ff.quemad.testa aperi.dicit, quòd si dubitetur de
morte testatoris testamentum non aperitur: nisi
causa cognita. At text.in l.si quis extraneus.§. fina.
ff. de acquirenda hæreditate.ponit casum, in quo
quis in semisse pure instituatur, & in alio semisse
sub conditione: si ignoret conditionem extitisse,
potest adire hæreditatem.glos.fina.ibi, dum tex.di-
13 cit, si ignoret, animaduertit quòd * duplex est igno-
rantia, vna quæ se habet secnndum vehementem
opinionem, quòd conditio extiterit. licet verum
ignoret, & hac ignorantia non obstante poterit
quis adire. & quòd sic intelligitur ille text.alia est
mera, & simplex ignorantia, & illa impediet adi-
tionem ad propositum si in pupillis institutis pos-
semus causare talem vehementem opinionem, de
qna in dicta glos.præcipue ex literis Teraglies per-
quisitiuis: iuxta not.per Bald.in dicta lege ne nos.
possent adire: & notandum quoniam Bartol. in
dicta l.si quis extraneus.§. fina.non solum sequi-
14 tur illam glos.sed etiam ampliat, & vult, * quòd
quando quis pro parte pure, & pro parte sub con-
ditione institutus est, ignorantia simplex non im-
pediet aditionem: sic applicando secundam soln.
illius gloss. quando verò esset in solidum institu-
tus, tunc distinguatur inter ignorantiam simpli-
cem vt impediat, & eam quæ habet secum vehe-
mentem opinionem, quòd conditio euenerit. &
illa non impediat. At hic ista inuestigatio forte
non est necessaria, per text.in l.secunda.§. si sub
conditione.ff.de bonor.possessio.secundum tabul.
dicẽtem, quòd si filius instituatur à patre sub qua-
cunque conditione, potest pendente conditionis
euentu petere bonor. possess.secundum tabul.& gl.
ibi not.idem esse, si instituatur extraneus, dum-
modo vtiliter instituatur.allegat tex.in l.hi demũ.
eodem titul.vbi glos.sequitur opin.Ioan. volentis,
quòd etiam si taliter institutus non succederet ab
intestato, habet locum illa lex.& Bart.in dicto §.
si sub conditione pertransit cum glo.& distinguit:
an ista bono.posses.sit iuris vel facti, post Cyn.in l.
filiis matrem.ff.de inoffic.testamen.& in l.si pater.
C.de institu.& substitu.sub condit.fac.Tertia dif-
ficultas, esto quòd isti nepotes possint adire, vel
cognoscere bonor.possess.an debeant succumbere
quo ad medietatem, quam Pyrrhns Antonius te-
nebatur relinquere suis neptibus legitimis & na-
turalibus ex fratre iuxta formam consuetudinis
Neapolitanæ ex qua surgit alia maior?nam cõstat
quodammodo ad eum peruenisse plura millia du-
catorum à patre communi, & quòd mortuo patre
emit quasi omnia bona, de quibus agitur: vnde
præsumendum videtur emisse eum de illa pecunia
paterna, & sic bona hæc subiecta esse consuetudini.
nam Bartol.in l.imperator.ff.de lega.ij.in terminis
illius l.quærit cui incnmbat onus probandi, * quòd 15
illud emptum fuit comparatum de pretio rerum
venditarum, vel aliter: & dicit, quòd text.in l.fina.
C.de pigno.videtur velle, quòd quando quis com-
parat sibi, videtur in dnbio comparasse ex illa pe-
cunia, quam constat ad eum peruenisse.& Bald.ibi-
dem in d.l.imperator.§.fi.dicit in terminis illius l.
quòd si non apparet ex quibus numis ille emerit,
videtur emisse ex numis, qui peruenerunt ad ma-
nus suas.per dictam l.fi.C.de pignor.& l.si neuter.
§.fina.de priuileg.credit.videndum ergo est, * an 16
ista bona empta ex pecunia hæreditaria subiaceant
consuetudini, sicut pecunia: cum mobilia etiam
tali consuetudine ligentur.vt not.Neapol.in con-
suetu.si quis vel si qua.in glos in versic.à matre.ibi,
& quid si ipsa bona mobilia seu stabilia &c.text.in
l.venditor ex hæreditate.ver.sed hoc in re singula-
ri.vult, quòd si vendam vni seruum, & nõ tradam:
deinde ante moram primo commissam vendam se-
cundo emptori & tradam ei, pretio à secundo em-
ptore recepto: deinde seruus moriatur: primus
emptor re sic ante moram perempta nõ potest age-
re contra me venditorem ad pretium, quòd à se-
cundo emptore percepi: nam tale pretinm homi-
nis venditi non ex re, sed propter negotiationem
percipitur: & sic erit tanquam si alij secundo non
vendidissem: rem enim primo emptori debebam:
non actionem.text.in l.item veniunt.§.j.ff.de peti.
hæredi.dicit, quòd si possessor hæreditatis de pe-
cunia hæreditaria emeret rem, res illa sine dubio
veniet in petitione hæreditatis.tex.in l.sed & si le-
ge.§.primo eodem titu.dicit, qnòd si possessor hæ-
reditatis bonæ fidei vendat rem hæreditariam, &
ex pretio aliam comparauit, in petitione hæredita-
tis veniet

tis veniet pretium, & nnu res, quam in patrimo-
17 nium suum hæres conuertit.& not.Bar.ibi,* quòd licet pretium succedat loco rei:tamen res non succedet loco pretij.tex.in l.imperator.§.fin.ff.de leg. ij.cum l. sequen. vult, quòd si grauatus restituere quod supererit ex hæreditate post mortem suam, quod fideicõmissum habet in se qualitatem, quòd bona fide sic grauatus possit diminuere boni viri arbitrio.iuxta l. Titius rogatus.ff. ad Treb. secundum iura digestorum.licet secundum ius.C. debet
18 facere, quòd* quarta supersit.in auth.quæ rogatus. ad Treb.si inquam iste ita grauatus vendiderit res hæreditarias,& de pretio alias comparauit, nõ videtur diminuisse hæreditatem: sed res comparatæ venient fideicommissario restituendæ vice quodammodo permutati dominij: & licet Bartol.ibi impugnet glos.ibidem, quæ timore contrarij de d. l.sed si lege.§.j.volente, quòd si in peritione hæreditatis veniat pretium rei venditæ, non res ex pretio comparata.intelligit d.l.imperator.§.fin. de eo, qui emit res nomine hæreditario:& per plura optima media Barto.affirmet idem esse, si quis emit res nomine proprio cum certa distinctione, & sic facit differentiam inter possessorem hæreditatis, de quo in l.sed si lege.§.j.& hæredem grauatum restituere quòd superest: tamen Imo.ibi post Ray.saluat glo.ab impugnatione Bar.dicens, quòd in hoc, an quis emit nomine proprio vel hæreditario sit differentia: nam si nomine hæreditario, veniet res in restitutione: si nomine proprio veniet pretium. & idem firmat ibi Bald.allegans Dyn.& Andr.de Pisis. prædicta iura loquuntur in vniuersalibus.& l.venditor ex hæreditate.loquitur in particularibus. quod animaduertit etiam ibi iurisconsul. in primo responso. Nos sumus in vniuersalibus, quoniam consuetudo, & si testator. vtitur verbo vniuersali.ibi, potest de bonis.& ibi, medietatẽ ipsorum bonorum. quæ appellatio vniuersitatem continet.l. fina. ff.de vsufr. leg.l.nam quod.§. fina.ff.ad Treb.l.bonorum.ff.de verbo.signi.cum si.vt sic per hæc videatur, quòd vel bona empta, vel pretium quo ad medietatem isti nepotes restituere teneantur. Circa istam difficultatem tertiam adducta fuit quædam apostilla posita in libro consuetudinum domi.Stephani de Gaieta, quem conseruabat bonæ memor. quondam domi.Anton.de Ianuario.& quandoque vidimus eum afferentem illum librum in sacr.Consi.quæ apostilla est in consuetu.& si testator.in versi.disponere manu domi.Stephani: & dicit sic, Sed pone, quòd ex pecunia peruenta ad aliquem à patre vel matre emit domum vel ex pecunia redacta ex venditione alicuius rei peruentæ ad ipsum à patre vel matre emit domum:an proximiores habeant medietatem huius domus emptæ ex tali pecunia? & videtur quòd non, per not.in consuetud.si quis vel si qua.super ver.à matre. per totam gloss.licet enim videatur res ead.l.imperator, in fin.de legatis secundo.& facit infrà eodem. consuetud.quartam auem.super versic.aute quartæ constitutionem; in fin.gloss.& in consuetudine:& si mulier iustam causam.in glos.fin.tamen statutum istud, quod loquitur de bonis ipsis.& sic in casu vero, non procedit in casu ficto.l.tertia.§.hæc ver. ff.de nego.gest.& est glos.suprà in consuetu.si quis vel si qua.in versi.obuenerunt.post principium. & suprà proxi.consuetu.in versic.obuenientibus.& pro hac parte fuit iudicatum per do. Guttellum,& domi.Felicem.& facit optime in Specul.de empti.& vendit.§.iij.versicu.item pone, vir alienauit.& facit l.quamuis.C. in quib.cau.pignus tacite contrahatur. Hæc postilla mouebat multum sacr.Con. quo ad hanc difficultatem. Quarta difficultas est: posito quòd isti nepotes in omnibus prędictis difficultatibus succumberent: an ex quo veniũt cum testamento Pyrrhi Antonij non abolito, nec cancellato iuxta terminos d.l.fina.de edic.diui. Adria. possit per eos dici, quòd omnes istæ obiectiones reiiciantur, reseruentúrque ad iudicium ordinarium:& dum hæc discuterentur, essetq; deueniendum ad vota, partes deuenerunt ad concordiam, quòd mulieres conuentæ pro ducatis mille cederent.

SVMMARIVM.

1 *Hypotheca, seu creditoris actio cõfunditur per aditionem hereditatis sui debitoris.*

2 *Consuetudine Neapolitana cauetur, quòd quis non habens liberos, non possit disponere, nisi de medietate suorum bonorum, cùm altera pertineat ad agnatos. hoc limitatur in dote restituenda, siue alio debito, vbi etiam ad ipsam alteram partem deuenitur in subsidium.*

DECISIO CXCV.



IN causa alia præfatæ Berardæ Cochæ cũ Antonia de Cutinariis mortuo præfato Ioanne And.fayella do. Antonia egit in sacr. Consi. petendo adiudicari sibi mistim bona viri sui ponendo interea obuenta à patre & à Bonauentura,& omnia alia pro concurrenti quantitate ducatorum 1500.dotium.& 750.antefati, fundãdo hanc petitionem per cautelas,& instrumenta. Pro parte Berardæ opponebatur primò: * quòd ipsa actrix 1
erat hæres Ioan.And.& erat confusa actio etiã hypothecaria deducendo no.in l.debitori.C.de pact. & in l.debitor.ad Trebel.Secundò, quod dictæ dotes non erant solutæ integre: nam de mille ducatis dotium apparet instrumentum mutui factum eodem die cum instrumento dotali. Tertiò quòd istæ dotes, & antefatum debent deduci à medietate bonorum dicti Ioannis Andreæ, de qua ipse Ioannes And.poterat disponere libere, non autem à medietate debita in ipsis bonis dictæ Berardæ vigore consuetudinis per dictam gl. Neapol.in consuetudine,& si testator:& per quandam apostillam domini Stephani de Gaieta, quæ per multos habetur apostillata in d.gloss. Neapolitani Sacr. Consi. non habuit actionem pro cõfusa:ex quo hæreditas fuit huic creditrici delata reuocabiliter, ad quod not. per Pau.de Cast.in d.l.debitor.item de instrumento mutui ducatorum mille minime habuit rationem: ex quo iam extat instrumentum dotale liquidum:imò nonnulli dicebant Antoniam non teneri etiam ad cedendum d.Berardæ actiones: ideo iudicauit adiudicationẽ d. bonorũ esse indistinctè

faciendam pro omnibus dotibus, & antefato i ita
tamen quòd si ipsa in hac adiudicatione caperet de
medietate boorum obuentorum d.Io. Andrææ à
Bonauentura, debeat de aliis bonis & hæreditate
dicti Ioánis Andrææ refundere in pecunia oume-
rata eidem Berardæ illud, quod de dicta medietate
illi debita caperet: & fuit lata sententia in 1526.19.
Maij magistro actorum Alexandro de Ambrosiis
me referente. Et ex hac decisione habetur limita-
2 tio ad glo.præfatam & apostillã d.Stephani:* quòd
licet onera vltimi disponentis debeant detrahi à
parte, de qua poterat libere disponere: & non ab
alia, tamen in subsidium quando ipsa pars non su-
ficeret: deuenietur etiam ad partem, de qua di-
sponere non potuisset. Votum meum fuit, quòd
stante iam hæreditate soluendo, & sufficiente pro
oneribus dotium & antefati, non potuisset domi-
na Antonia recurrere ad medietatem debitam do.
Berardæ: potuisset enim Berarda, & potest offeren-
do debitum euitati facere adiudicationem, & lo-
co oblationis debiti dicere, tu habes bona, & es
hæres, & ad euitãdum circuitum videbatur melius
hoc, quàm adiudicatio omnium boorũ cum illa
reseruatione, per quã deuenitur ad refusuram pe-
cuniæ, quæ, vt dictum est, potest offerri per Be-
rardam.

SVMMARIVM.

*1 Censualis vtrum cadat ob alienationem rei censua-
lis factam non requisito domino: & nu.5.*
*2 Censualis differt ab emphyteuta, quia in censu res
non perditur, si non soluitur per bienniũ vel trien-
nium, sicut in canone iuris emphyteu.*
*3 Dominium vtile & directũ transit per contractum
censualem.*
*4 Censualia bona possunt alienari per possessores salue
censu.*

DECISIO CXCVI.


N causa dubitatum est: an censualis
1 * cadat ob alienationem rei censua-
lis factam non requisito eo, cui cen-
sus debetur: quòd cadat, tenet Aret.
in §.adeo.inst.loc.dum allegat Bart.
in l.j.§.quod auté.ff.de superficiebus. & tenet ibi,
quòd res censualis non potest alienari irrequisita
domina.tenet Ias.in l.fi.pe.char.ver.xviij.quarto.de
iure emphyt.qui etiam alleg.Bar.in §. quòd autem
distinguentem. quò quidam est superficiarius, qui
emit superficiem, nec tenetur ad aliquam pensio-
nem.& iste potest cedere, & quocunq; titulo alie-
nare absque alio consensu domini.& ita loquitur
secundum eum d.§.quod autem.quidam est super-
ficiarius, qui cõducit superficiem sub certa annua
præstatione.& in isto Bar.ponit idem quod in em-
phyteuta.allegat etiam Iaso.Specu.idem tenentem
in §.nec aliqua.versi.cxix.de loca.Imo.in c.potuit.
v.colum.eod.titu. & Aretinum in d.§.adeo dicen-
tem secundum eum dictã l.fi.esse extendendam ad
superficiarium, & censualem, qui soluunt aliquid
nomine pensionis.facit Andræas in cap.j §.j.v.col.
controuer.inter do.& empto.qui dicit, * quòd in- 2
ter ista duo, scilicet dare in emphyteusim, & cen-
sum, est in vno differẽtia: quia in censu non perdi-
tur res, si non soluitur per bienniũ vel triennium,
sicut in canone iuris emphyteutici.c. constitutus.
de religio.domi.ergo in omnibus aliis æquiparan-
tur. Sed quòd non cadat, facit primo Imo.in ca.ad
audientiam.ij.colum.de reb.eccle.non alie.vbi di-
cit,* quòd per contractum censualem transit vtile 3
& directum dominium, & quòd inter censum &
emphyteusim est differentia: quia in emphyteusi
non soluens per triennium, seu biennium cadit à
iure suo, per l.ij.de iur.emphy.& per c.potuit.secus
in censuali, per tex.iuncta gl.in d.c.constitutus. &
subdit quòd per prædicta patet, quòd dictum capi.
potuit.& d.l.ij.non haberent locum in contractu
censuali proprie sumpto vocabulo: sed imo ab illo
verbo, & quòd inter censum, & emphyt.facit pro
prima opinione: quia ponit differentiam in nõ sol-
uente, non autem in alienante.facit secũdo Lucas
de penna in l.ij.iij.colum.versic.ex his bonis.C. de
omni agro deser.l.xj.qui dicit, * quòd bona cẽsua- 4
lia possunt alienari per possessores saluo censu. fa-
cit tertio Andr.in c.j.§.nam & illud.de eo qui sibi
& hæredibus suis.qui dicit, quòd ista cẽsualia, quæ
non sunt feudalia, habent propriã naturam distin-
ctam etiam ab emphyteuticario iure.facit quarto
Decius consi.clxiiij.iiij.col.dicens,* quòd sicut in 5
contractu censuali quis non priuatur iure suo non
soluendo, ita nec alienando: quia ista duo non sol-
uere, & alienare, æquiparantur.d.c.potuit, pro qua
æquiparatione scilicet delicti in non soluendo, &
in alienando, adducit Alexand. consil.cvj.iij.co-
lumna iiij.volum.vbi arguit, quòd sicut non sol-
uens canonem non priuatur, nisi ecclesia volente:
ita etiam alienus.quia capi.potuit.æquiparat istos
duos casus.& respondet Decius ad Specu.in d.ver.
cxix.& ad Barto.in d.l.j.§.quod autem.& ad imol.
in d.c.potuit.iiij.colum.quòd loquuntur in super-
ficiario, qui tantum habet vtile dominium ad simi-
litudinem emphyteutæ, & tales soluunt pẽsionem
de re aliena. secus dicit videri in censuario. & per
hæc dicit Aretinum non bene dicere in d.§.adeo.
& vere videtur, quòd Areti.& Iason loquuntur in
censuario, in quem non fuit translatum directum
dominium, quia vocant dominum illum, cui cen-
sus soluebatur.

SVMMARIVM.

*1 Emptor à fisco à priuato conuentus an possit petere,
quòd causa cognoscatur per procuratorem Cæ-
saris.*
*2 Fiscus inter duos priuatos iudex esse non potest, nisi
quæstio dependeret à causa fiscali.*
*3 Camera Summaria tenet locum procuratoris Cæ-
saris.*
*4 Venditor laudatus in authorem quãde trahat acto-
rem ad forum ipsius authoris.*
*5 Procurator Cæsaris in quibus causis potest esse iu-
dex.*
*6 Venditor veniens ad defensionẽ emptoris vt author
laudatus, potest in se iudicium assumere, & com-
pellit actorẽ mutuum litigare secum, limita vt ibi.*

Clericus

7 *Clericus venditor laudatus tenetur emptorem defendere in foro seculari.*
8 *Fiscus euicto feudo per se dato tenetur prouidere feudatario de excambio.*
9 *Emptor conuentus potest denunciare authori authoris sui, omisso ipso suo authore virtute clausularum instrumenti prout hodie fiunt.*
10 *Procurator Cæsaris in Regno non potest esse iudex, etiam si directo fiscus conueniretur.*

DECISIO CXCVII.

N causa Sberti Benet ex persona vxoris suæ agentis contra Iosue de Rogeriis pro recuperatione Castri Benedicti Prouinciæ terræ Bari cum d. Iosue, qui habet causam à Cristophoro Tanguro habente causam à Regia Curia, petat causam remitti ad Cameram Summariæ, ex quo laudauit In authorem Regium fiscum, eandémque instantiam faciat fisci
1 procurator: dubitatum est,* an d. causa actore reluctante sit remittenda. Quòd causa debeat remitti, facit text. in l. cum eorum. C. de senten. vbi habetur quòd si fideiussor debitoris fiscalis condemnatus esset à fisco, deinde ipse fideiussor vellet agere contra dict. debitorem, quòd sibi ab eo pignora tradantur, poterit agere coram procuratore Cæ-
2 saris. & dicit ibi Barto. quòd* licet inter duos priuatos fiscus non debeat esse iudex, vt in l. secunda. C. si aduersus fiscũ. tamen quando quæstio priuatorum dependeret à causa fiscali, procurator Cæsaris esset iudex. & alleg. l. cum vendente. C. vbi causæ fisca. & not. pro priuileg. fisci. Franc. de pal. in tract. per priuileg. fisci. xxiiij. priuilegio. facit tex. in d. l. cum vendente, vbi mandatarius priuati, qui emit rem à fisco, & soluit fisco pretium, potest agere contra mandantem ad pretium coram procuratore Cæsaris. & dicit ibi Salycet. in iij. qũ. quòd licet procurator Cæsaris non sit competens iudex inter duos priuatos. l. j. C. de iurisdict. om. iudi. tamen ibi cognoscit ipse procurator Cæsaris de causa in cõsequentiam, & accessorie ad causam fiscalem, & allegat l. cum eorũ. C. de senten. facit Paul. de Cast. in l. edicto. aliàs tertia. C. si aduer. fiscum. dicẽs per illum text. in fin. quòd si quis emit rem alicuius à camera fiscali, & postea conueniretur à domino coram Potestate, tanquàm venditio fuerit male facta, potest emptor petere se remitti ad iudices Ca-
3 meræ,* qui tenent locum procuratoris Cæsaris, & isti erunt iudices. Facit Fr. de pal. in tract. priuileg. fisci. ver. xxxj. dicens: trigesimus primus casus est, vt agens cõtra emptorem fisci adeat iudicem fisci, non emptoris. tex. est, & ibi Ange. in repet. in l. j. C. de fide instru. & iur. hast. fisca. lib. x. & do. Anto. de Alexan. in l. secunda. C. si aduersus fiscum. referens Paul. de Cast. in dicta l. iij. dicit esse hoc sing. & in margine in dicta l. ij. vidi additionem manu domi. Caroli de rogeriis dicentis: ita vidi iudicare in sac. Consil. me existẽnte consiliarin. Sed quòd non debeat remitti, nisi quando fiscus iudicium in se assumeret, facit Oldra. quem do. Ant. refert in d. l. ij. qui dicebat, quòd quãdo est præiudicium fisci, vbi agitur inter duos priuatos, præsidi adiũgitur procurator Cæsaris. inde dicit Oldradũ dicere, prout refert ibi Bald. quòd quando fiscus venditor compareret ad defensionem sui emptoris conuenti à tertio, potest totam causam trahere ad suum iudicem solum, scilicet procuratorem Cæsaris. & hoc casu fallit regula l. venditor. C. de iudi. pro fauore fisci, facit Io. de pla. in l. iij. C. de iur. fis. libr. x. pen. colum. dicens, quæro nunc secũdo, quando agitur contra emptorem, coram quo debet agi? dic quòd non solum coram præside, qui est iudex inter priuatos. l. j. iij. & iiij. C. si vẽdito pig. agatur: sed etiam coram procuratore Cæsaris, qui est iudex inter fiscum, & priuatum. l. j. & ij. C. si aduer. fiscum. vel inter duos priuatos, quorum alter habet causam à fisco, ad cuius defensionem se offert fiscus, vt hic, &
in hoc hæc lex redditur sing.* quia licet inter duos 4
priuatos priuilegiatus venditor, siue author, veniẽs ad defensionem emptoris pro euictione rei venditæ non immutet forum, nec trahat actorem ad forum ipsius authoris. d. l. venditor. de iudic. nisi esset colonus vel inquilinus, qui nominaret dominum alterius fori in iudicio. l. ij. suprà vbi in rem actio. secus est in fisco, qui superueniens ad defensionem emptoris trahet actorem ad suum iudicem, id est coram procuratore Cæsaris. hic est casus not. facit Sozi. consi. xlvj. iiij. vol. inci: copiose & subtiliter.
qui primo arguere videtur* quòd solus procurator 5
Cæsaris sit iudex, quando volo cõuenire illum, qui habet causam à fisco, & dicit de hoc videri casum in l. j. C. de fide instr. & iur. hast. fisca. vbi hoc videtur decidi per Ange. in iij. col. & quòd ad idem videtur casus secundum vnum intel. gl. quem ibi sequitur. Bar. in l. si minori. C. de iur. fis. lib. x. & quòd videtur etiam casus in l. fi. in ver. rationalis noster. & quòd ibi hoc decidit Paul. de Cast. C. si aduersus fiscum. in cõtrarium allegat videri casum in l. fundus qui Lucij Titij. ff. de rescin. ven. & quòd est casus in l. ij. C. si aduersus fiscum. vbi fit differentia, an agatur aduersus fiscum, & tunc sit iudex procurator Cæsaris, an aduersus priuatum, & tũc iudex sit præses Prouinciæ. & quòd ita illum text. intelligit ibi Bar. Bal. Aug. & quòd ita tenet Bal. in d. l. si minori. & quòd est casus in l. vnica. in ver. apud suum iudicem. C. de vend. rer. fisca. lib. x. & ibi hoc tenet glos. & quòd sic aliquando attribuitur iurisdictio procuratori Cæsaris, aliquando prę́sidi, & sic ordinario. & subdit Sozi. possemus concordando altero de duobus modis dicere. primo, quòd ambo habeant iurisdictionem, scilicet, procurator Cæsaris, & præses Prouinciæ, & sic ordinarius. & ita tenet elegans doctor d. Io. de plat. in l. vnica. C. de vendi. rer. fisca. vbi dicit, ꝙ inter priuatos est iudex præses Prouinciæ, & etiam procurator Cæsaris, & sic dicamus vtiq; attributam iurisdic. demonstratiue, prout habetur in l. j. ff. de offi. cũsul. in l. j. C. de offi. præfe. vrb. in authen. habita. & ibi no. declarãt Bal. & Salyce. C. ne fil. pro patre. vel secundò dicamus prout dicit præfatus doctor Ioan. de plat. in dicta l. si minori. vbi formaliter dicit: quære nunc secundo &c. & suprà relatus est, & ex his dictis per Ioan. de plat. vbi suprà consuluit Sozin. quòd nisi fiscus compareat pro defensione, potest ordinarius adiri. & dicit, quòd secundum prædicta iura & authoritates, quæ ad inuicem contrariantur, possunt ad concordiam reduci. facit text. in dicta

6 l.j.C.vbi in rem actio.vbi * si volo agere pro recuperatione rei meæ per te venditæ, & agerem contra possessorem emptorem, non potest emptor petere, quòd conueniatur venditor, & sic cuitatur iudicium.dicit ibi Paul.de Cast.hoc intellige, nisi venditor veniens ad defensioné emptoris pro suo interesse velit in se iudiciũ assumere tanquàm procurator in rem suam, tunc enim incipit exceptio emptori competere ex persona venditoris, & debeo cum venditore litigare, non cum emptore.l.& si lege.§.item si rem.& circa fin.l.ff.de petit.hæred.
7 nisi probem personam emptoris legaliorem, * & interesse mea potius cum eo, quàm cum venditore litigare. facit etiam contra fiscum, nam licet aliqui teneant, quòd clericus venditor non sequitur forũ emptoris:sed potest declinare ex persona sua secundum gloss.in capitu. clericum nullus.ij.q.j. Specul.in titu.de primo decre.§.restat. versic.quia clericus. Angel.& Pau.de Cast.in dicta l.venditor. Imo.in l.non solum.§.quod vulgo.de vsuca.tamen quòd ille tex.habeat locum etiam in clerico, quòd nõ possit ex persona sua forum declinare, tenet ibi Bald. Fulg.& Ioan.pet.& comprobat hoc per plura media. Sozi.in consi.xcj.viij. & ij.colum.iij. volumi.qui dicit idem tenere Albe.de Ros.& Flor.in dicta l.venditor.& Angel.in dicto §.quod vulgo. Guil.de cu.& Bald.in authen.clericus.C.de episc.& cleric.& dicit Sozi.quòd ista opin.est communis.& idem tenet Abb.in capit.fin.de empt.& vendit.licet nos teneamus, & seruemus in sac. Consilio, quòd clericum authorem laudatum remittimus, & contra emptorem ab eo causam habentem procedamus. facit etiam Decius in dicta l.venditor. penulti.colum.qui primo firmat in authoritate Abb.in dicto capi.fi.de empt.& vend.& Ang. in dicto §.quod vulgo.& in lege qui absentem. de procur.quòd clericus venditor tenetur defendere emptorem in foro seculari.& firmat etiam per authoritatem Petr.de Anchar.in regula ea quæ.xvij. quæstio.& per tex.in capit.fina.ad fin.vt lite pend. & per authoritatem Lanfran.in tract.de Arbit.q°. xlvij.& Imo.in dicto §.quod vulgo.& dicit, quòd ista est communis.& subdit postea Decius, quòd stante firma ista conclusione in clerico venditore apparet, quòd glos.in dicta l.iij.de iure fis.& Bart. ibi.non est vera: quia rationes & fundamenta, quæ militant in clerico, militant etiam in fisco venditore. Ex prædictis colliguntur plures opin. vna, quòd indistinctè fiat remissio, licet primi duo tex. videãtur loqui in actore volẽte, alia opinio, quòd ambo iuncti procedant præses & procurator Cæsaris, alia quòd ambo etũt iudices prout actor elegerit, alia quòd tunc remissionis petitio habet locum, quãdo fiscus suscipit defensionem. Vltra hæc fuit in ista causa consideratum, an ex alio capite contra fiscum ius competat Iosue conuento, quòd si non cõpetit ius, non habet locum laudatio. quòd ius non competat adducebatur: nam Christophorus Tangarus qui vendidit Iosue, habebat à Regia Curia Castrum, non ex venditione, sed ex dona-
8 tione in feudum.sed hoc non obstat, * nam feudo euicto adhuc fiscus teneretur prouidere feudatario de excambio, iuxta not.in capitu.j.de inuest.de re.alie.fa.maxime quia ob merita.l.Aquilius.de donat.item dictus Christophorus quando vendidit Iosue, cauit sibi, quòd non teneretur de euictione, nec ad pretij restitutionem, quando euinceretur: Iosue igitur nihil fuit promissum à Christophoro, nec Christophoro per Fiscũ:sed illud, quod Christophoro fiscus non promiserit, non obstat per id, quod proxime dictum est. id quod Christophorus non promiserit Iosue, minime obstat, nam Iosue poterit vti cõtra fiscum illis remedijs, quibus poterat & Christophorus vti ad excambium. per ea quæ dicit Barto.in l.si pro re.§.fin.in fin.ff.de euict.
9 vbi not.* quòd si rem, quam emi, tibi donaui, & à te euincatur, ita quòd tu nõ habes regressum contra me, licet author meus tibi ad nihil teneatur: tamen quando in instrumẽto donationis, vt fieri solet, fuerunt cessæ omnes actiones competentes & competituræ donatori occasione ipsius rei, & donatarium fecerit procuratorem in rem suam, agi poterit per l.si res eo.titu.de euict.quod Bart.dicit notandum, quia si dicta verba apponerentur in instrumento venditionis, non est necesse, quòd ille qui emit à me, denunciet mihi, & ego authori meo: sed ipse poterit directo authori meo denunciare. vt in d.l.si res.vt sic Iosue absque eo quòd denunciet Christophoro authori suo, contra quem non potest agere de euictione, possit denunciare fisco authori Christophori, contra quem Christophorus agere potuisset. Præterea & contra fiscum petentem remissionem fuit consideratum, quòd hic agitur de re feudali & magna, item contra fiscum, propter quæ licet de iure communi * sit iudex procurator Cæsaris, tamen in Regno etiam si directo Fiscus cõueniatur, cognoscet Iustitiarius seu magister Iustitiarius per constitutiones has videlicet, Primò per constit.magister Iustitiarius: vbi magister Iustitiarius:vbi magister Iustitiarius est iudex, quando fiscus conuenitur super spolio nomine regio facto.ibi, pro Curia nostra factas. Secundò per constitutionem causas.ibi, contra fiscum motas.vbi magister Iustitiarius & Camerarius cognoscunt de causis contra fiscum motis: & si sunt magnæ, debent decidi consulto principe. Tertiò per constitutionem, Præsides prouinciarum.vbi Iustitiarij prouinciarũ Regni cognoscunt quando contra fiscum agitur.vt dicit glos.ibi, de feudis quaternatis, & rebus feudalibus, quæ à curia Regis tenẽtur instituto procuratore pro parte curiæ Regis præsente quoque fisci patrono: vnde patet, quòd in Regno nostro nõ est verum, quòd procurator Cæsaris est iudex in causis fiscalibus: solũ ergo Regia Camera cognoscet de rationibus & computis. Circa hoc dubiũ fuit prouisum, quòd Commissarius causæ cum quibusdam de Cõsilio, & de Regia Camera ambo, seu alter ex Regentibus Cancellariam procedant in causa, in qua parte non opponente, nec petente remissionem erat iam datus terminus, & remissio post terminum datum petita erat. 10

SVMMARIVM.

1 *Frater primogenitus, qui habet feudum præcipuum, & partem in bonis burgensaticis, tenetur in oneribus hæreditarijs pro rata contribuere, etiam ratione feudi, in quo solus successit. & nu.4.5.& 6.*

Hæres

2 *Heres primogenitus punitur in subsidium, etiã pro parte secundo genitum tangente in ære alieno propter non confectionem inuentarij desiciente.*
3 *Primogenitus quando tenetur ad totum in subsidium facta discussione contra omnes alios fratres.*

DECISIO CXCVIII.



N causa Monachorum filiorũ quõdam magnifici Ferdinãdi Monachi, fuit dubitatũ,* an primogenitus, qui
1 habet feudum præcipuũ, & partem in bonis burgensaticis, teneatur in oneribus hæreditariis contribuere pro rata, hæreditatis burgensaticorum tantum sicut alij, an verò plus aliis ratione feudi, in quo solus successit. Ego & forte primus, dum esset simile dubium in quadam causa, in qua quædam mulier agebat ad ducatos 300. contra d. Franciscum de Loria & fratres ex instrumento paterno attuli in Sacr. Consil. consilium Bal. 413. j. volu. antea nusquam, vt opinor, ad hãc materiam allegatum: qui dicebat, quòd filius masculus, qui cum fœmina succedens solus debet habere feudum, non tenebitur ob feudũ creditoribus hæreditariis. C. de hæred. instit. l. quoties. & l. ex facto. ff. eodem tit. nisi debita essent contracta ratione feudi: nã ad ea solus filius tenebitur. l. si certarum. §. Iulia. de testam. milit. Sed istud dictum Bald. debet intelligi, nisi in subsidium: * nã quan-
2 do portio allodialiũ secundo geniti facto per eum inuentario, vel quantitas bonorum suorum propriorum non facto per eum inuentario, non sufficeret ad partem æris alieni eundem secundogenitum tangentem, tenetur pro toto ad primogenitum in subsidium. ita Bald. in dicta l. si certarum. Luc. de penna in l. es quidem. in fin. C. de an. & tri. lib. x. Imo. in dicta l. ex facto. in fin. ff. de hæredi. instituen. & in d. causa illorum fratrum de Loria, cum produceretur aditio omnium cum beneficio inuentarij, fuerunt cõdemnati omnes simpliciter: quòd si mulier facta discussione petiisset contra dominum Franciscum, qui tenet feuda, exequi in solidum, forte obtinuisset: sed se concordauit pro ducatis centum. Sed sine dicto circuitu, quòd
3 fiat contra omnes discussio, * & in subsidium teneatur primogenitus ad totum: & sic, quòd sine dicta discussione debita soluantur per omnes, & primogenitus ratione feudi cõtribuat plus aliis. Primo loco fuit iudicatum* per Regem Ferdinãdum
4 primum in anno 1466. 10. decemb. 15. ind. in causa inter Bisictum, & Iacobutium Barrile fratres: cuius sententia primo loco. dat Castrum Pomiliani Bisicto primogenito, vt rem feudalem, & reliqua bona dicit debere diuidi inter ipsos fratres pro æqualibus portionibus. secundo loco dicit hæc verba declarantes in his per præsentes, quòd dicti Bisictus, & Iacobutius teneantur in omnibus oneribus tam hæreditatis paternæ, quàm fraternæ pro rata bonorum feudalium & burgensaticorum cuilibet ipsorum fratrum contingente contribuere: & hæc sententia producta apparet in quodam processu fabricato coram arbitris inter d. Principem Hostiliani, & d. Io. Vincen. eius fratrẽ: in qua est actorũ magister Paulus hodierna, & inserta est in quibusdam regiis executorialibus productis in eodem processu. char. 662. Secundò fuit sic laudatum* per magnificos Nicolaũ Marieonda & Tho- 5
mam Sinisealcum arbitros, & arbitratores electos per Illustr. Modernum Ducem Ariani ex vna, & eius fratres ex altera, cuius laudi hæc verba sunt, Et insuper declaramus & arbitramur debita hæreditaria, & quæ remãserũt in hæreditate dicti quondam Illustri. Ducis Ioan. fra. communis patris, & expensas factas in funere dicti eorum communis patris, & in satisfaciendis seruitoribus, ac pro satisfactione dotium & iurium dotalium communis matris ipsorum fratrum, & alia debita quæcunque esse satisfacienda & satisfieri debere per omnes ipsos fratres, videlicet per quemlibet ipsorum pro rata bonorũ, & iurium hæreditariorum tam feudalium, quàm burgensaticorum ad quemlibet ipsorum deuenta ex hæreditate prædicta. Et hoc laudũ latum est in anno 1525. iiij. Maij per manus notarij Ioannis Baptistæ de calle, existentis in curia notarij Gregorij Capliuri: & productum fuit in dicto processu existẽte penes Paulum hodiernã ad char. 667. Tertiò in eo anno 1525. xv Decẽb. fuit sic laudatum, & arbitratum* per magnificos d. Ludoui- 6
cum de Monte alto Regentem Regiam Cancellariam, & do. Nicolaum Mariccondam, & do. Scipionem de summa arbitros inter dictos domi. Principem Hostilmui, & do. Ioã. Vincentium fratres; cuius laudi verba subiiciuntur. Item laudamus & arbitramur iura dotalia excellentis Cianzæ Car. Comitissæ Alcini vxoris prædicti quondam domini Comitis Aliani debuisse exolui, & satisfieri per omnes fratres, & hæredes pro rata bonorum etiam feudalium, & non pro portionibus hæreditariis: idcirco condemnamus dictum Illustr. domi. Principem, & præfatum eius procuratorem ad restituendum & soluendum præfato magnifico domi. Ioanni Vincentio, & præfato eius procuratori quartam partem de quinque partibus de sex partibus debitam per ipsum Illustris. dominum Principem pro rata bonorum feudalium peruentorum ad eundem, ac etiam ratam debitam per ipsum Illustris. domin. Principem pro portione magnificæ Hippolytæ ipsi Illustr. Principi cessa ex successione dicti quondam Comitis Aliani pro solutione & satisfactione iurium dotaliũ, liquidandam tempore executionis præsentis laudi. Et extat hoc laudum in d. processu latum, in quo est actorum magister præfatus Paulus hodierna in char. 705. Et hoc, quod per d. tres declarationes iudicatum est, videtur mihi æquius, & euitatur circuitus.

SVMMARIVM.

1 *Feudatarius habens feuda hæreditaria implicans se multis debitis, & deinde instituat sibi hæredem extraneum omisso filio, vel fratre: si hæres institutus adeat cum beneficio inuentarij: filius verò vel frater inuestiãtur in feudis: quis ex ipsis teneatur ad æs alienum. & nu. 3. & 5.*
2 *Agnatus non succedit in feudis hæreditarijs alio hærede instituto.*

4 *Agnatus inuestitus in feudis non tenetur ad debita illius, qui dedignatus fuit ipsum heredem instituere, nisi in subsidium. & nu.6.*

DECISIO CXCIX.



1 IN causa Ioannis Francisci Strozæ * contra dominũ Comitem Golisani, & Marchionissam Padulæ Illustrisi. quondam Don Antonius de Cardona Marchio Padulæ habuit in vno priuilegio inuestituram terræ Padulæ, & Bonihabitaculi, vnà cum domino Ioanne, eius fratre, Comite Auellini: & secundum dictæ inuestituræ tenorem moriente don Antonio sine liberis debebat succedere in Padula & Bonohabitaculo ex pacto & prouidentia, domina Maria filia dicti don Ioannis: item habebat præfatus Don Antonius in alio priuilegio inuestituram terrarum, Castellluciæ, Trentanariæ, Casalis noui, & Riuli pro se, & suis hæredibus & successoribus. Don Antonius per publicum instrumentum effectus fuit debitor dicti Ioannis Francisci in ducatis 3000. vel circa. deinde obiit, & in suo testamento fecit sibi hæredem prædictam Mariã neptem suam ex fratre don Ioanne præfato præmortuo: mortuo don Antonio domina Maria hæres instituta succedit ex pacto & prouidentia in dictis terris Padulæ & Bonihabitaculi: nec non & adiuit hæreditatem patrui don Antonij cum beneficio legis & inuentar.]don Petrus Comes Golisani alius frater dicti don Antonij primogenitus, & omnibus superstes prætendens successionem in terris, quas don Antonius tenebat pro se ac hæredibus & successoribus: ex quo frater est proximior in gradu, petiit inuestituram dictarum terrarum. fuit sibi oppositũ, 2 * quòd illa sunt feuda hæreditaria: & ipse, qui non est hæres don Antonij, non potest illa feuda habere. And. in c. j. §. hoc quoque. de successio. feud. in c. j. an agnatus Alex. consi. x. iiij. colum. iij. vol. & consil. xxvj. pen. colũ. v. volu. ipse respondebat quod si non esset alius hæres institutus, ipse libenter esse hæres: & sic protestatus est, quod alio non adeunte hæreditatem ipse vult esse hæres: & ex quo per ipsum non stat, quo minus sit hæres, debet habere feuda, iuxta 3 not. per Bald. in d. c. j. an agnatus.* Tandem fuit sibi concessa inuestitura. modò Io. Franciscus agirrá contra d. dominam Mariã, quæ est hæres dicti Don Antonij ex testamento: licet cum beneficio inuentarij, & possidet iam duo castra eiusdem don Antonij, quàm etiam contra don Artalem de Cardona Modernum Comitem Golisani filium & hæredem præfati don Petri, possessoremq́; aliorum castrorum, & terrarum dicti don Antonij. præfata domina Maria tuebatur se ex quo terræ prædictæ tenentur per eam ex pacto & prouidẽtia, & quòd si est hæres in aliis bonis, est hæres cum beneficio inuentarij, & producit inuentarium, in quo nihil est, nisi quædam vegetes antiquæ vino vacuæ, & alia minima, ipse verò Don Artalis defendebat se, 4 * quòd non tenetur ad debita illius, qui dedignatus fuit instituere eum hæredem, & quod non habet terras vt hæres stante alio hærede, afferendo nota. per Iacob. de Bel. quem allegat Bald. & Alua in d. capitulo primo an agnatus. & gloss. in constitutio. regni. vt de success. in gloss. in versicul. in vlteriori verò. Sac. Consil. iudicauit * in hac causa condemnãdo vtrosque, scilicet dominam Mariam, & don Artalem, saluo dictæ d. Mariæ iure inuentarij, & quòd eatenus quatenus de toto dicto debito tacta discussione præfati inuentarij non poterit Ioãnes Fabri. cõsequi à dicta domina Maria, teneatur don Artalis illud totum vsque ad integrum debitum soluere de fructibus d. terrarum patri obuentarum. Et sic * ex ista decisione habetur limitatio ad id, quod dicunt Bald. & Alua. in dicto capitulo primo, an agnatus videlicet, quòd non teneblitur iste ad debita, qui non potest esse hæres, & habet feuda, vt agnatus, quòd intelligatur, nisi in subsidium, scilicet, vt tunc si nõ potest creditori aliunde in hæreditate consultum esse, tuneatur iste successor: aliàs posset parari via magnæ fraudi, videlicet quod feudatarius habens feuda hæreditaria implicatet se multis debitis, & deinde instituerit sibi hæredem vnum alium quàm fratrem vel filium. ille institutus, quia forte burgensarica in hæreditate non sunt, nihil soluet: adibit enim cum beneficio inuentarij, frater vel filius minime, quia non sunt instituti: & fuit hæc sententia lata in anno 1526. 19. Maij me referente, actorum magistro Antonello Falangono. 5 6

SVMMARIVM.

1 *Pensiones beneficiorum an regulentur vt fructus ipsorum beneficiorum: seu ad instar beneficiorum. & nu. 4.*

2 *Pensio, quæ soluitur de redditibus alicuius ecclesiæ, censetur dari pro iure temporali ecclesiæ non spirituali.*

3 *Pensiones non veniunt appellatione beneficiorum ecclesiasticorum: cum nullam spiritualitatem habeat in se: sed est quid mere temporale.*

5 *Religiosus post promotionem ad episcopatum quicquid acquirit, acquirit ecclesiæ, ad quam promotus est, & non primo monasterio.*

6 *Regularis canonicus factus episcopus, non per hoc habilitatur ad habendum proprium, & ad disponendum ad libitum de proprietate.*

DECISIO CC.



IN causa Reuerendi episcopi Liparensis cum Amico Capichino præsupponitur, quòd olim episcopus Liparensis de religione sancti Dominici ibi professus, qui renũtiauit episcopatui in fauorem quondam domini Iacobi Cardoini episcopi Liparensis, & in eodem episcopatu fuerat dicto professo constituta pensio. ducatorum ducentorum, dum post renunciationem episcopatus priuatam vitam ageret, emit ille. quasdam possessiones in eadem ciuitate, in eisque. ædificauit, donauitque suis consanguineis, à quibus dictus Amicus habet causam, qui etiam illas meliorauit: ad præsens modernus episcopus

pus repetit possessiooes tanquam emptas ædifica-
tasq; de pensionibus, quas emptor ab episcopo ha-
buit Cardoino. In hac causa primò dubitatũ, * an
pensiones beneficiorũ regulentur vt fructus ipso-
rum beneficiorum, seu ad instar beneficiorum. Bal.
in cap. ad andientiam. lo ij. extrà, de rescript. dicit,
quòd pensio de sui natura non cẽsetur beneficium
ecclesiasticum, cum posit laico asignari, nisi talis
sit pensio, quæ consueuisset pro ecclesiastico bene-
ficio asignari. glo. in Cle. secunda. de dec. quærens
an infra scripta contineantur appellatione benefi-
ciorum. dicit quæro quid de his, qui habent prio-
ratus, domos, grantias, pẽsiones, vel redditus à mo-
nasteriis? & dicit, quòd si habentes prædicta habẽt
illa in beneficium, vel ex meta gratia, tenebuntur
ad decimã, aliàs non. extrauagans Bonifacij octaui
snb tit. de decimis. ij. col. ver. & quia nonnulli ap-
probant ad verbum glos. in d. Clem. secunda. Felin.
2 in d. c. ad andientiam. ver. iiij. conclu. dicit, * quòd
pensio, quæ soluitur de tedditibus alicuius eccle-
siæ, censetur dari pro iure temporali ecclesiæ non
spirituali. allegat Car. in ca. constitutus. de religio.
domi. vbi in iij. colum. hoc dicit: sed loquitur in
pensione pro affictu vel censu. at Fel. in princ. eius-
dem capituli, ad aud. facit notandũ: illúdq; defen-
3 dit contra Siculum: * quòd appellatione beneficij
ecclesiastici non venit pensio: & literæ impetratæ
super obtinendis beneficiis non cootinent, nec
comprehendũt pensionem. c. quamuis. de præb. lib.
vj. & dicit ibi Philip. secundo nota, quòd in literis
beneficialibus appellatione beneficiorum non ve-
niunt pensiones: & sic illud, quod in sola tempo-
ralitate consistit: quæ pensio etiam laico concedi
posset. xvj. q. j. possesiones. ij. questio. vj. illud. & per
pensionem quis non tenetur ad residentiam, oec
titulatur. modernus Bono. in tracta. de benefi. viij.
char. ij. colum. pertransit, quòd pensio non venit
appellatione beneficij, quia nullam spiritualita-
tem habet in se: sed est quid mere temporale: & re-
citat Feli. vbi suprà. gloss. super lxj. regula Cancel-
lariæ dicit primò: quòd de pensione, quam quis
non habet in titulum ab ecclesia, non debet fieri
mentio. inde subdit: sed quia hodie quælibet pen-
sio succedit loco beneficij: quia est ad vitam reci-
pientis, credo, quòd teneatur imperrans facere
4 mentionem. Secundò dubitatum est, * quomodo-
cunque reguletur ista pensio, an potuit dictus pro-
fessus factus episcopus disponere de ea vel de quæ-
sitis eius causa. Abb. in cap. nisi esset. vltima opp. de
præben. in ij. colum. post Hostien. dicit, quòd pen-
sio non dabitur religioso, quòd habeat eam vt pro-
priam, & sic posit ad libitum dari, vel in testa-
mento relinquere: sed habebit, vt dispensator in
administratione, & poterit Abbas ad libitum illi
auferre: inde subdit, nisi haberet confirmationem
à Papa: tunc enim esset obedientiarius Papæ: nec
per Abb. poterit illa priuari: sed hæc authoritas
non est ad casum nostrum. Abb. in capitu. fina. se-
cunda colum. de regula. dicit, quòd quando mo-
nachus promouetur ad ecclesiam secularem, quic-
quid acquirit intuitu personæ, acquirit monaste-
rio: & hoc, quando non fuit legitime promotus:
sed si fuisset legitime promotus: tunc acquirit ipsi
ecclesiæ seculari, ad quam legitime promotus fuit.
allegat. xviij. quæstio. j. capitu. primo. Abb. in capit.
eum olim, secundo. de priuileg. in sexto not. dicit
ex illo text. * quòd quicquid acquirit canonicus 5
regularis, vel alius religiosus post promotionem
ad episcopatum, acquirit secundæ ecclesiæ, ad
quam promotus est: & non proprio monasterio.
inde in septimo notabili dicit: nota, * quòd regu- 6
laris factus episcopus non per hoc habilitatur ad
habendum proprium, & ad disponendum ad libi-
tum de proprietate. Remanent ergo substantialia
regulæ, licet in quibusdam concernentibus solen-
nitatem absoluatur. Sac. Consi. condemnauit Ami-
cum ad restituendum episcopo possesiones cum
fructibus à tempore motæ litis. actorum magistro
Paulo hodierna me referente, licet in prima in-
stantia per Capitaneum Liparensem fuisset iudi-
catum in fauorem Amici cum voto maximi do-
ctoris.

SVMMARIVM.

1 *Testamentum clerici factum sine iudice per manus notarij apostolici non subsistit in regno.*

2 *Lex ciuilis deuiãs à iure canonico generalis seruanda est in foro suo: & canon in suo.*

3 *Ius canonicum quando seruandum est in foro ecclesiastico: & ius ciuile in foro seculari.*

4 *Statuta requirentia insinuationes, vel certas solennitates in testamentis vel contractibus, non seruantur in causa ecclesiæ, etiam in foro ciuili.*

5 *Testamentum clerici instituentis alium clericum heredem vel secularem, an discutiatur in foro seculari in regno: & quid si laicus agat contra laicum ex dicta causa.*

DECISIO CCI.

IN causa Caiaciense * quidã presby- 1
ter Caiaciæ condidit testamentũ per
manus notarij Apostolici sine Iudi-
ce, in quo instituit sibi quosdã agna-
tos suos: alij, qui erat in eodem gra-
du, nihil reliquit is, cui nihil relictum est, agit pe-
titione hæreditatis tanquam ab intestato. possesor
opponit de testamento. contra testamentum affer-
tur, quòd non habet solennitates iuris ciuilis siue
constitutionis regni instrumentorum robur. per
possesorem dicebatur, quòd in testamento clerici
sufficit, quòd adsint solennitates iuris canonici.
dubitatum est, quid iuris. Abbas in capitulo ec-
clesia sanctæ Mariæ. de constit. iiij. columna. dicit,
* quòd quando lex ciuilis est generalis: sed deuia- 2
nit à iure canonico, exemplum in capi. secundo de
arbitr. libro sexto. tunc communiter dicitur. quòd
lex ciuilis est seruanda in foro suo, & canon in suo.
vt not. in capitu. cum esses. de testa. in capit. primo
de no. oper. nunciatio. Hostien. in summa de testa.
§. qualiter conficiantur. versic. verum. dicit, * quòd 3
si causa super testamento est coram ecclesiastico
iudice, seruabitur ius canonicum. si verò clericus
conuenit laicum, in foro seculari super testamen-
to seruabitur lex humana. ad hoc Imo. in cap. quod
clericis. versic. & multum faciat. iij. colum. de foro
compet.

compe.& requirentur in testamento omnes solen-
nitates iuris ciuilis: aliàs iudicabitur contra Cle-
ricū actorem: secus dicit in relictis ecclesiæ. Abb.
refert in cap.quod clericis.ij.colum.de foro com
peten. idem Abb.in dicto capit.quod clericis.iiij.
colum.dicit, quòd si causa de re ecclesiæ incorpo-
rata vel incorporanda agitaretur coram iudice se-
culari, seruabitur ius canonicum in decidendo.
ideo in casibus ad pias causas dispositis iudicanda
esset ecclesia secundum ius canonicum, vt in cap.
4 relatum & dicto capit.cum esses.de testa.ideo * sta-
tuta de insinuationibus requirentia in testamen-
tis, vel contractibus certas solennitates, non ser-
uantur in causa ecclesiæ, etiam in foro ciuili.si ve-
rò ageretur de re patrimoniali ipsius clerici, pri-
mò recitat Anto.de Butr.ibi, post Bartol.in l.cun-
ctos populos.& Io.Andr.dicit in v.col.in princip.
5 ver.idem putat do.Ant.in testaméto clerici, * quia
in quantum causa discutitur in foro seculari, iudi-
cabitur secūdum iura ciuilia.indedicit Abb.si ve-
rò agat laicus contra laicum institutum à clerico
in foro seculari, iudicabitur secundum leges: sic
enim videtur clericum consensisse testādo, vt eius
testamentum subiiciatur ll.fori, vbi causa agitāda
est: licet Abb.ibi in d.v.col.dicat, quòd d.d.Anto-
nij ex toto nō placerent, maximè quòd in contra-
ctibus iudicetur secundū leges fori, vbi causa agi-
tur, licet Io.Andr.& Cal.videantur hoc sentire: &
etiā Hosti.Feli.in d.c.ecclesia sanctæ Mariæ. xxxvj.
col.de constit.dicit, quid autem si ipse clericus in-
stituat alium non seruata dicta solennitate, scilicet
statuti? dicit hic Imo.quòd valet testamētum, quia
statutum non videtur ligare clericum, licet Barto.
aliter sentiat in l.cunctos populos.& male secun-
dum eum: sed caue, quia hoc dictum procederet,
vbi clericus institueret clericum: sed vbi institue-
ret Laicum, verior est opinio Bar.secundum Bald.
pulchre in authen.cassa.ij.col.versi.quæro.C.de sa-
crosan.quia cum hæres sit Laicus, potest per suum
factum priuari commodo testamēti, quod non fa-
cit registrari. Et aduertendū, quia in toto illo cap.
Fel.non ponit casum, quādo lex ciuilis disponeret
præter ius canonicum, & litigaret clericus coram
Iudice seculari, vel ageretur de testamento clerici
coram seculari, an debeat seruari ius ciuile? est ve-
rum, quod in xvij.col.ver.legata.iij dicit commu-
niter dici, quòd quādo deuiat lex ciuilis à iure ca-
nonico, lex est seruanda in foro ciuili, & canon
in foro ecclesiastico: quia in hac causa etiam con-
tra testamentum afferebatur, quod dum concludo-
retur, testator ob vrgentiam mali non poterat ar-
ticulate loqui, super quo deponebant complures
testes ex nominatis in instrumento testamēti. sacr.
Consi.condemnauit possessores ad consignandum
actori portionem eum tangentem in dicta hæredi-
tate, tanquam ab intestato.

SVMMARIVM.

1 *Debitor verum habeat ius offerendi contra credi-
torem qui virtute instrumenti cepit possessionem
rei debitoris, & obtinuit decretum adiudicatio-
nis, à quo pendet appellatio.*

2 *Debitor quandocunque illud, quod petitur, offert
vsque ad sententiam, liberatur.*

3 *Præscriptio non apposita in causa principali, in qua
solum fuit opposita exceptio pacti, potest opponi in
causa appellationis.*

4 *Appellatio quid operatur in possessorio & petito-
rio.*

5 *Ius offerendi quando potest à debitore fieri creditori.
& à creditore secundo, vel alio extraneo, non do-
mino nec possessore. & nu.9.& 11.*

6 *Adiudicatio rei facta creditori per iudicem an re-
uocetur per appellationem, seu restitutionem, vel
per ius offerendi.*

7 *Debitor an audiatur infra biennium rediens, si vult
soluere debitum ad recuperandum rem suam
datam creditori in solutum per secundum decre-
tum.*

8 *Appellatio extinguit pronunciatū, supplicatio verò
non.*

10 *Ius offerendi non habet locum post lit. contesta. super
actione iudicati: nisi per viam purgationis moræ,
quæ potest fieri vsque ad sententiam.*

12 *Fructus percepti à re iudicata pendente reuisione
appretij facti mediante decreto, cuius debeant
esse. distingue, vt ibi.*

DECISIO CCII.



IN causa Nicolai Fran.follettij * cum 1
Ioā.tho.calatu. Nicolaus franciscus
vigore instrumentorum continen-
tium summam duc. circa septē mil-
lium debitorum eidē Nico. fran.per
do.Ioan.tho. cum hypotheca & obligatione bono-
rum burgēsaticorum & feudalium vigore potesta-
tis sibi traditæ in instrumentis, cepit poss. terræ
Motulæ: egitque in sacr.Consil.postmodum super
adiudicatione dictæ terræ, obtinuitque sentētiam
siue decretum in sui fauorem, fuitque certo modo
deuentum etiam ad appretium dictæ terræ, licet à
dicto decreto reclamatum sit. Rebúsque sic stan-
tibus pro parte præfati Ioānis tho. fuit facta obla-
tio dictorum ducatorum septem millium, atq; de-
positum: petitúmq; reuocari omnia, ac terrā ipsam
sibi restitui. dubitatum super hoc iure offerendi an
vendicet sibi locum in casu nostro. Quòd habeat
vindicta oblatio facit glos.in l.j.in glos.magna; in
fin.ff.de actio.emp.dicens, quòd si emptor egit ad
rem tradendam contra venditorem: & quia vendi-
tor non tradebat fuit condemnatus ad interesse,
& appellauerit à sententia venditor, poterit in
causa appellationis offerre seu dare rem, & libera-
bitur ab interesse: quia non videtur iudicatum. al-
legat l.primam.§.fin.ff.ad Turpil.& Bartol.in pen.
colum.dat rationem: * quia quandocunque illud, 2
quod petitur, offertur vsque ad sententiam, reus li-
beratur. vt in lege si reus.ff.de procura.& in §.fina.
institut.de perpet.& tempor.actio.sed per appel-
lationem fingitur adhuc sententiam non esse la-
tam, quia extinguitur pronunciatum. ergo &c.
facit Bald.in lege per hanc.tertia columna. in fin.
versicu.his igitur.C.de tempo.appel.dicens quòd
sententia, à qua non est appellatum, non absor-
bet ius offerendi. adducit not.in dicta l.j.in princi.
ff.de

ff.de actio.empti.facit Salyc.in dicta l.per hanc.vj.
3 colum.C.de tempo.appella.qui dicit,* quòd exceptio præscriptionis non opposita in causa principali, in qua fuit solum opposita exceptio pacti, potest opponi in causa appel.tam quia hæc exceptio est obstatiua actioni, tam quia appellatio extinguit iudicatum: ergo sicut vtraque potuisset opponi in causa principali: ita in causa appellationis.facit Imo.in clemē.prima.de cau.posse.& pro-
4 prie.nam text.ibi vult,* quòd in causa appellationis, licet tam appellanti quàm appellato, nedum petitorium, sed etiam possessorium intentare, & quod potest quis in odium spoliantis ante conclusionem in causa suspendere petitorium tam à se quàm ab aduersario intentatum.dicit Imo.not. quòd accumulatio possessorij suspensiua petitorij admittitur post conclusionem in causa principali appellatione suspensa.& nota dicit ipse, quòd non solum admittitur cumulatio suspensiua petitorij intentati à se: sed etiam ab aduersa parte.& subdit: & sic nota: quòd id quod dicitur, quòd post conclusionem in causa nō admittitur cumulatio possessorij pendente petitorio, est verum in principali instantia nondum pendente appellatione: secus si sit appellatum. & subdit: & ex hoc nota, quòd appellatio non solum suspendit sententiam: sed etiam effectum cōclusionis in causa.facit, nam text.in lege prima.C.si antiquior creditor.statuit, quòd quando primus creditor emisset, vel in solutum recepisset rem sibi obligatā, potest secundus creditor agere contra eum hypothecaria, & rem auocare etiam à possessore, verum debet offerre debitum ipsius primi: ergo effectus dominij superuenientis non operatur in primo extinctionem pignoris, coutra l.nec pignus.de regulis iuris. sed respondent doct. quòd ideo hoc est, quia illud dominium est reuocabile. ad idem l.ex ferrante.§.latinus. de exceptio.rei iudic.ergo effectus dominij reuocabilis non resultat: quia aliàs in irreuocabili resultaret. sic in casu nostro cum dominium sit irreuocabile per reclamationem, non videtur resultare effectus, qui resultaret, quando esset irreuocabile, videlicet, quòd ius offerendi locum non habeat.& dicit ibi Cyn. quòd licet quandoque iuris necessitas tollat actionem, tamen remanet eius effectus: & subdit se aliàs considerasse, quod licet qnandoque tollatur ius natiuum, tamen lex dat ius illud in casibus subueniendo contra iuris necessitatem, & illud erit ius datiuum, sicut aliàs dicitur in l.Stichum.§. primo
5 de solu.Illud certum est,* quòd debitor ad pignus liberandum potest offerre debitum creditori lege mulier.ff.qui potio.in pigno.habea & quod potest etiam is, qui non possidet, & habet locum oblatio, vt in creditore secundo, qui potest offerre primo creditori: & ei succedere in priori hypotheca.l.fina.C.debis qui in priorum cre.lo.succes. quinimo etiam extraneus nec dominus nec possessor pro liberando pignore debitoris potest offerre creditori: licet tunc creditor cedere non teneatur.text.est in l.nulla.C.de solut.& ibi Alexan. ponit de eo, qui non habet ius in re: sed esset obligatus pro isto debito fideiussori, vel mandatori,

non creditori, qui offerre vult. allegat Cyn.in l. secunda in fin.C.de fide.licet Paul.de Cast.in lege si res obligata.de legatis primo.dicat, quòd ad hoc vt quis possit offerre & petere, quòd sibi cedatur, requiritur, quòd possideat, & ex iusta causa possideat: nisi ratione iuris, quod habet in re offerret. In contrarium, quòd in hac causa non habeat locum ius offerendi, facit:nam quando vnum est in obligatione, aliud in facultate soluendi ex dispositione legis: postquam lata sententia conuenitur victus actione iudicati, nec potest amplius offerre. Barto.in l.stipul.non di.xxij.colum.versi.sed iuxta prædicta in fin.de verbo.obligat.in l.si quis stipu.fu.x.in mell.de solut.per text.in l.miles.§.decem.de re iudic.in l.item veniunt.§. cum prædiximus.de petit.hæredit.& hoc Bart.infert in l.j.ff.de act.empt.ad conuentum hypothecaria: quia res est in obligatione, & debitor est in facultate soluendi. Sed forte posset respōderi, quia non sufficit agere actione iudicati: sed debet esse etiam lis contestata. ita Barto.in d.l.stipu.non diuid.versicu.sed iuxta prædicta.in fin.ibi,potest soluere decem si lis contestatur super actione iud.quæ litis contestatio non dum fuit in causa hac: sed tantum mandatum de parendo, quia data via executiua.& domi.Maz.in deci.clxxxvij dicit Dominos de consilio tenuisse, quòd si petitur executio sententiæ seu decreti, & super hoc datur libellus & lis contestatur: ante lit. contest.habet locum ius offer.pōst non. Facit glos. in l. properandum.§ finautem reus. in versicu.audiatur.C.de iudic.quæ tenet, quòd quando creditor agens, & vincens in actione personali in vim executionis sententiæ mitteretur in possessionem rerum conuenti pro mensura debiti, victus potest offerēdo debitum rem recuperare, nisi fuerit vendita, vel victori adiudicata.& sequitur Cyn.ibi. limitando,* nisi per viam appellationis, vel restitutionis.quòd si verba Cyni intelligantur nisi per viam appellationis, scilicet faciendo reuocari adiudicationem, esset vnum: si verò intelligeretur nisi per viam appellationis, id est, appellando, & pendente appellatione offerendo, tunc esset aliud. Facit Ange.in l.fin.C.de iur. domin.impet. dicens, quòd ille text.qui vult, quod adiudicato pignore creditori in solutum, debitor potest offerre pecuniam cum vsuris, & recuperare pignus in biennium, non probat seu non procedit, nisi cum pignus esset adiectum iure dominij, à Principe: sed quando ordine iudiciario per iudicem, non habet locum recuperatio: nisi per remedium appellationis, vel restitutionis, vbi cadunt hæc remedia, remittens se ad Cyn.in dicto §.finautem reus.& licet Bart.dicat in l.si finita,§.Iulia,vlti.colum.de dam. infec.* quòd quando per secundum decretum datur res in solutum creditori, tūc efficitur dominus, & rediens debitor audietur infra biennium, volens soluere debitum, per d.l.fin.& sic videatur Barto.ibi intelligere, tam in adiudicatione facta per Principem vigore l.fin.quàm in ea, quæ fit per iudicem: & sic aliter quàm intelligat Ange.tamen Imo.post Ange.in d.l.si finita.§.postea autem. tenet contra Bartol.tum per illum §.tum per d.l.à diuo Pio.§.si post addictum.quia lex si.loquitur in alio

alio casu.dicit etiam, quòd quando quis iure ordinario impetrauit à iudice secundum decretum, postea non audietur, etiam si venerit infra biennium, dummodo sit lapsum tempus datum ad appellandum, vel simus in casu, quo non possit appellari: & circa hæc verba loquentia de appel.& restitu.in integr.cadit intelligentia duplex: de qua suprà in fin.proximi notiu.& Alexand.in d.§.Iul. vlti.colum.dicit, quòd verior & communior opinio est: quòd post adiudicationem non audiatur debitor aliquo modo, licet Alexand.in d.l.properandum.§.sinautem reus.ij. colum. de iudi.dicat. quòd d.l.fin.non habeat locum in pignore prætorio, vel iudiciali, sed in creditore procedente ad venditionem pignoris conuentionalis, quasi quòd tunc habeat biennium.& quòd dicta l.fi. loquatur in pignore conuentionali.& doct.Bart.in iudiciali, nut.Iaso.in d.§.finautem reus.vlti.colum. Ange. non videtur in d.l.fi.ibi, nisi per remedium appellationis, vel restitutionis: velle, quòd pendente causa appellationis, vel restitutionis habeat locum ius off.nec etiam negat illud de appellatione: quia vt dictum est, pendente appellatione habet locum ius offerendi. Sed an idem sit pendente re-
8 clamatione? ratio diuersitatis videtur esse: * nam appellatio extinguit pronuntiatum, vt dicit Bart. in dicta l.prima, vltima colum.de actio.empti.per l.primam in fi.ad Turpil.vbi dicit text. quòd prouocationis remedio condemnationis extinguitur pronuntiatum.& ibi glossa vult, quod non extinguitur, sed per fictionem suspenditur: quia si non prosequatur appellans, habet effectum.l.fina. §.illud.de tempo.appel.at Bartol.ibi dicit: veritas est, quòd in totum extinguitur quod apparet secundum eum. quia secuta sententia condemnatoria, oritur actio ex secunda, non ex prima, per not.in Leos, in princip.C.de appellat.in supplicatione seu reclamatione à sententia Principis non sic: nam est maioris vigoris: sit executio, quæ non suspenditur per supplicationem.auth.quæ suppli-
9 catio.de precib.impera.offer.do.Mazeus * in decisione clxxxvij.ponit hæc verba in alia causa. per omnes de consilio fuit ita conclusum, quòd quando latum est decretum assistentiam esse præstandam, & appretium fiendum, & appretio facto sit adiudicata res illa ad dispone̅dum &c.donec non est factum appretium, non est translatum dominium, & habet locum ius offerendi: sed si appretium est factum, cessat ius offerendi, quia tunc translatum est dominium, præterea cessat ius offer. per doct. Angel. præallegatam, scilicet in dicta l. fin.de iur.do.imp.interdum lata est sententia, siue decretum iuxta dictam formam, & petitur executio dicti decreti & sententiæ: & super hoc datur libellus, & lis contestatur, & tunc ante litem contestatam habet locum ius offerendi, sed post lit. contesta.non habet locum, vt firmat Bartol.in dicta l.si stipulatus fuerit decem in melle.cum simi.
10 suprà alleg.& hoc verum, * vt post lit.contest. super actione iudicati non habeat locum ius offerendi, nisi per viam purgationis moræ, quæ mora potest purgari vsque ad sententiam, per not. per Bald.in lege & si post tres. quinta columna.si quis caut.&c. In hac decis.* ponuntur duo casus, 11
primus quando post decretum adiudicatiuum est secutum appretium, quòd tunc non habet locum ius offerendi: secundus quando post tale decretum est petita executio, & datus libellus, & lis contest.vt tunc minime locum habeat, nisi vt dictum est, tertius casus nmittitur per dom.Mazeum, videlicet quando esset à decreto appellatum seu supplicatum, & non obstante appellatione, & supplicatione est deuentum ad appretium: & quidem si non est deuentum ad appretium, etiam sine appellatione, & sine supplicatione potest fieri oblatio. dubium erit, quid si appellatum vel supplicatum est? ratio ob quam pendente appellatione habet locum ius offerendi: quia appellatio extinguit, aliàs suspendit iudicatum: in decreto affirmatiuo non suspendit rem, nec extinguit quo ad executionem factam: nam per pragmaticam Regni mittitur executioni: & nihilominus proceditur in causa appellationis. sic quando supplicatur non impeditur executio facti: sed omnes istæ executiones sunt reuocabiles: quia expectatur aliud decretum. sic dominium quæsitum ex hoc appretio est reuocabile, vt supra dictum est.idem domi. Mazeus in decisi.clxxxviij.ponit alium casum,* in 12
quo lato decreto, & facto appretio fuit appellatum ab appretio, & fuit in illa decisione dubitatum de fructibus perceptis à re adiudicata pendente reuisione appretij, & deciditur, quòd si appretium confirmabitur contra appellantes, fructus erunt actoris, qui habuit decretum pro se: si verò reformaretur, quòd plus valerent res quàm sint appretiatæ, & sic iuste apparuerit illos appellasse, facerent fructus suos &c.non ponitur casus in illa decisione, quid si appellatum sit à decreto: sed præsupponitur transiuisse in rem iudicatam. An possit ita etiam dici in causa Follerij, ex quo est etiam appellatũ ab appretio, vt videatur etiam appretium, & si iuste terra appretiata sit, non habeat locum ius offerendi, alias sic. an vero indistincte permittimus ius offerendi stante reclamatione à decreto? authoritates vole̅tes, quòd pendente causa appellationis potest offerri, forte intelliguntur antequàm sit deuentum ad appretium. In causa hac sacr. Consilium considerauit, quòd instrumenta debiti contra Ioan. Tho. calatu pro magna parte continebant debita ex consignatione drapporum & serici facta homini non mercatori.item quòd Ioan.Tho.erat homo dissipator, & facilis, ac inconsideratus. item in illis instrumentis non omnibus aderat regius assensus.item quòd tempore dictæ obligationis de illa terra reperti sunt ducati triginta duo millia in circa.item quòd decretum de exequendo, & appretiando fuerat latum certo modo cum certa reseruatione, voluit intelligere, si Follerius vellet tantundem pretij dare quantum reperiretur, & Follerius hoc acceptauit: & sacr.Consil.videbatur difficile, & putabat dici causa differendi, ideo protulit decretum, quòd Follerius infra decem dies deponeret ducatos decem millia, aliàs non audiretur.& quia non fecit depositum integrum, statuit terram Montulæ restituendam Ioan. Tho. restituto pretio habito

babito d. Nicolao francisco, vt in decretis & actis sacri Consilij ad quæ me refero.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio annua soluendi aliquid alicui vtrum sit transitoria ad heredem ipsius obligati.*

2 *Intellectus l. sancimus. versicu. fin. aut. C. de donationibus.*

3 *Donatio ad vitam an sit personalis, an realis. & an transeat ad heredem donantis, & donatarij, vel alterius. & nu. 6.*

4 *Legatum vsusfructus factum alicui an dicatur legatum vnum, an plura.*

5 *Insinuatio requiritur in donatione transitoria ad heredes donatarij vltra summam.*

7 *Insinuatio requiritur in donatione etiam remuneratoria, licet ipsa merita debeant probari & specificari. & nu. 11.*

8 *Donatio facta per patrem filio in potestate propter merita specificata, vtrum teneat.*

9 *Donatio iurata cum specificatione meritorum an probet ipsa merita.*

10 *Insinuationi partes renunciare non possunt.*

12 *Donatio facta ab habente merum imperium, seu à iudice ordinario non requirit insinuationem.*

13 *Insinuatio an requirat causæ cognitionem sicut emancipatio, & adoptio, & inter gesta monumentorum debeat registrari citatis his, quorum interest. & nu seq.*

15 *Parochianus sacerdos existens extra territorium suæ parochiæ potest suum parochialem vbicunq; confitentem audire & absoluere.*

16 *Episcopus existens extra suã diœcesim potest conferre beneficia, & electionem infirmare, si non apparet contradictor.*

17 *Princeps seu magistratus donantes, possunt donationem insinuari facere coram se, & ipsam insinuationem mandare fieri extra suum territorium.*

18 *Maritus emens fundum pro sua vxore absente, si confiteatur soluere de pecunia vxoris, præsumitur donare, quod est prohibitum, nisi verisimiliter appareat aliunde, quod vxor potuit habere pecuniam.*

19 *Pater confitens emisse domum de pecunia filiorum existentium in potestate, præsumitur donare. quod non licet tempore confessionis, si appareat filios ita edoctos alicuius exercitij, quod verisimiliter potuerunt lucrari pecuniam in instrumento contentam.*

20 *Confessio patris in testamento cum iuramento se debitorem filij sui spurij, tenet, si verisimiliter apparet, quod spurium poterat habere bona confessa aliunde, quàm à patre.*

21 *Donatio facta animo donandi non eget insinuatione, quando donatio remaneret in summam taxatam, detracto eo, ad quod causa donationis verisimiliter obligat, secus in eo, quod excederet summam.*

22 *Donatio erit pura in eo, in quo donatio excederet merita.*

DECISIO CCIII.



N causa Magnifici Hieronymi Seuerini agentis contra Illustrissimũ Principem Salerni Ferdinandum, eo quòd illustrissi. Robertus pater ipsius Principis per scripturam priuilegij donauerat quondam Magnifico Alexandro Seuerino eius patruo, cuius actor est legatarius, annuos ducatos centum durante vita eiusdem domini Alexandri, & sunt elapsi anni circa xvij. & nihil vnquam ipse Alexander habuit à præfato Principe patre, nec à filio. & opponitur pro parte conuenti, quòd donatio non durauerat, nisi durante vita donantis, qui non vixit post donationem amplius anno. itẽ quod quando etiam fuisset transitoria, requirebatur insinuatio. Primum dubium in hac causa fuit, * an hæc 1
obligatio annua fuerit transitoria ad hæredem d. Principis donantis? & breuiter clarum videtur, quòd quando fuisset facta mentio hæredum ex vtraque parte, scilicet donantis & donatarij, transiuisset ad hæredes vtriusque, secundum omnes in l. sancimus. §. fin. C. de donat. & in l. Stichum. §. stipulatio. ff. de verb. obliga. sic etiam quando simpliciter nulla facta mentione hæredum, nec promissoris, neque stipulatoris, tunc enim transibit similiter ad hæredes, etiam si nõ dicatur secundum opin. Dyn. & Pet. Bal. & Raph. & Roma. in d. l. Stichum. §. stipulatio. contra gl. & Bat. ibi. quam opi. contra glo. & Bart. sequuntur Alexan. ibi. ij. colum. & Iason in quinta. pro qua est bonus text. in l. veteres. C. de contrahen. & commit. stipu. in l. iurisg. §. pactorum. ff. de pact. in l. pactum. ff. de probat. & dicit Ioan. fab. in §. omnis. institu. de verb. obliga. quod hoc tenent doct. communiter. at in casu nostro, vt ex parte donatarij fuit dictum ad vitam, & ex parte donãtis simpliciter posse dubitari. tamen videtur, quòd etiam hoc casu transeat obligatio ad hæredes Principis donantis. ita colligit & not. Alexand. in dicto §. stipulatio probari. per text. in dicta l. sancimus. ver. si autem. sic inducendo, & pono primo literam, * si huiusmodi fuerit dona- 2
tio, vt intra vitam personarum stetur vel dantis, vel accipientis, id est dantis & accipientis, secundum Alexan. in eo. §. stipulatio. nam si ex vna parte non sit actum, * quòd sit ad vitam, erit realis ex il- 3
la parte, & multæ intelligantur donationes, & liberæ à monumentorum obseruatione, si autem etiam hæredum ex vtraque parte fuerit mentio, vel adiiciatur tempus vitæ, vel donantis, vel eius, qui donationem accepit, etiam vna intelligatur donatio, & sic ex parte eius, cuius vitæ tempus non est adiectum, erit realis. Alexand. in d. §. stipulatio. inducendo sic textus. nam quando ex vtraque parte fieret mentio hæredum, erit vna donatio, & sic realis: quando verò ex vna parte, vel donatoris, vel donatarij adiiceteretur tempus vitæ, erit etiam vna, & sic realis, & æquiparabitur casui quando ex vtraque parte fieret hæredum mentio, & cum tex. ibi apponat specificationem temporis vitæ ex vna tantum parte, scilicet donatoris vel donatarij, & ex alia parte non apponat specificationem hæredis, intelligendum erit, quòd simpliciter sit facta & tamen æquiparatur, perinde ac si ex illa etiam

Kk parte

parte mentio hæredũ facta fuisset, & hoc est, quod
in specie declarando literam dicit Petrus de bella
per. in dicto §. si. cuius sont verba hæc: quid si fue-
rit facta donatio annua simpliciter? dico, quòd
hæredes vtriusque & donatoris & donatarij con-
tinentur vel si fuerit facta donatio ab altera parte
simpliciter, quantum ad illam partem contine-
buntur hæredes in donatione, vt ff. de probatio. l.
pactum. de verbo. obligat. l. Stichum. §. stipulatio.
& paulo post dicit, vnde ego intelligo hic, vbi tibi
promitto quo ad vitam tuam, & sic est personalis
ex vna parte, est tamen realis ex altera. contrarium
4 videbatur,* nam refert an specificentur hæredes,
an non, sicut dicimus in eo qui legat vsumfruct.
Titio: nam iam ad vitam Titij extẽditur legatum,
& erit vnũ. l. j. quando dies vsusfructus leg. cedit.
& tamen quando est facta expressa specificatio an-
norum, quoniam tunc erunt plura. dicta l. si Sti-
chum. §. stipulatio. Secundum dubium est, esto
5 * quòd extenderetur ad hæredes Principis, an re-
quiratur insinuatio, ex quo ad vitam donatarij? &
6 iam hoc solutum est,* nam cum hæredes promit-
tentis ligentur, ex quo simpliciter ex parte eius
promissum est, vt prædictum fuit, erit vna, & non
plures: per d. §. fina. in verb. finantem & hæredum,
inducendo vt facit Alexand. & sic fiet coacetua-
7 tio & insinuatio erit. Tertium dubium,* an in
casu nostro debebat insinuatio fieri, cum in pri-
uilegio dicatur, quod ob merita donabat Princeps?
& clarum est, quòd in donatione remuneratoria
non requiritur insinuatio. vt in l. Aquilius. ff. de do
nat. secundum omnes: & probatur in l. fin. in prin-
cip. iuncta gloss. parua. & ibi Angel. not. C. de iure
dot. & per Baldum in l. secunda. ad finem. C. ne li-
ceat pot. & quòd donatio hæc sit remuneratoria,
prætenditur non apparere: nisi ex verbis enuntia-
tiuis appositis per donantem in priuilegio; vnde
videtur recurrendum esse ad doctores. Bartolus in
l. si forte. de castr. pecu. qui facit duo membra. Pri-
mum quãdo talia verba, quòd propter merita do-
natur, apponerentur ab eo, qui poterat libere do-
nare nullis præcedentibus meritis, & tunc pro-
babunt. Secundum quando necessitate requi-
reretur merita præcessisse, aliàs donare quis non
posset, tunc verba talia nõ probarent merita præ-
cessisse, istam theoricam Bartoli, doctores reas-
sumunt, & variæ dantur intelligentiæ, nam qui-
dam tenent requiri probationem meritorum. Pau.
de Castr. ita intelligit in dicta l. Aquilius. dicens
quòd quando donans non poterat libere donare
sine meritis, vt quia excedebat legitimã summam,
vel erat persona, cui non poterat donare, non sta-
tur illis verbis, nisi merita probentur: quia ver-
ba illa potuerunt dici in fraudem. & sic intelligit
Bartolus in dicta l. si forte. idem tenet Paulus de
Castro in l. affectionis. eodem titulo. Imol. in dicta
l. Aquilius. tenet hoc idem propter fraudes euitan-
das. l. data. C. de donatio. & mouetur per not. in d.
l. si forte. & in l. si donatione. de collat. vnde vide-
tur secundum eum, & donans met admittatur ad
reuocandum quatenus est excessiua, per l. sanci-
mus. Alexand. idem firmat in dicta l. si donatione.
& quòd non sufficeret etiam specificatio, sed de-
bent probari etiam in materia insinuationis, &
quòd appellatione prohibitorum veniet prohibi-
tus ob defectum insinuationis, Antonius de Ca-
nato in tract. insinuationum. xlv. quæstione. idem
sequitur & Corn. in d. l. si donatione. quidam verò
tenent, quòd quando deuenitur ad specificatio-
nem meritorum, sufficiet hæc assertio absque ali-
qua probatione. Baldus ita tenet in l. illud. C. de sa-
crosanct. eccle. dicens, quòd quando in instrumen-
to fieret mentio meritorum in genere per instru-
mentum, non probantur merita: quia hæc incer-
titudo generat obscuritatem: sed si in specie, tunc
dicit, stab. instrumento. idem Baldus in dicta l. si
donatione. iiij. colum. in donatione quæ fieret filio
in potestate tenet,* quòd quando exprimerentur 8
merita per speciem, & qualitatem valebit, quia
non erit mera donatio. idem tenet in l. fi. ff. de ex-
ercit. Et idem Baldus in cap. suscitatus. ij. colum.
de rescript. dicit, quòd certam qualitatem meri-
torum verba generalia non probant, sed specialia
probant. dicta l. Aquilius. & l. si pater. de donatio.
l. si donatione. C. de collat. & l. si forte. de castr. pec.
Alij dicunt, sub dubio tamen forte,* quòd quan- 9
do cum specificatione meritorum concurreret iu-
ramentum, tunc probarentur merita. ita Iason in
ead. l. si donatione. vj. & vij. colum. dicens, quòd
ita forte procederet dictum Bald. ibi, & confirmat
per id quod sing. not. Bald. in prælud. feud. iij. diui.
vbi tenet, quòd si prælatus cum Capitulo confi-
teatur feudum, de quo inuestiuit aliquem, esse an-
tiquum, licet non stetur tali confessioni, tamen si
apponeretur iuramentum, præsumeretur vera. &
dicit, quòd nec quicquam melius potuisset addu-
ci pro Bald. aliqui, vt Ioan. Baptista de sanct. Seue.
post Ioannem Petrutium in dicta l. si donatione.
ponunt, & sequuntur Ioan. Petr. ibid. dicentem, vt
referunt, quòd illa verba ob merita, ponuntur de
consuetu. notariorum, & intelliguntur de meritis
obsequialibus non compensatiuis, & æquiualenti-
bus, & quod consuluit Ioan. Petr. vt in instrumen-
to dicatur, quòd donauit pro meritis æquiualen-
tibus, & recompensatiois, quæ sunt in donatione
Principis, & subdit resultare effectus mirabiles:
& primum ponit de insinuatione Lancellotus de-
cis. in dicta l. si donatione. hoc refert & subiungit
se subsistere,* nam insinuationi partes renunciare 10
non possunt: vt declarat Bartolus in l. Modestinus.
ff. de don. ergo non debet stari assertioni partium,
per quam tacite excludatur insinuatio, per (secun-
dum eum) authent. Bartol. in dicta l. si forte. & Pe-
trutij. & Ioan. Bap. sic declarantium est magna. Fer-
rariensis in cautela. xxxiij. refert Lancellotum vbi
suprà: & pro cautela ponit ad tollendam insinua-
tionem: sed postea subdit, quòd licet Lancellotus
non dicat, multi tenuerunt, quòd si ver. enuncia-
tiua meritorum debent facere fidẽ de meritis, non
sufficiat mentio in genere: sed opus est deuenire
ad particularitates. allegat Bald. in dicta l. illud. &
in dicta l. fin. de exerc. Oldr. consil. v. Soxi. consilio
ccxcv. incip. in causa contra filios Petri. ij. colum.
ver. circa secundam difficultatem. Et sic volunt
prædicti secundum eum, quòd dictum Bald. patia-
tur hanc limitationem: sed est verum, subdit, quòd
eorum opinionem reprobat potẽtissimus doctor,
& præceptor suus in canonibus. Philip. Dec. con-
silio

silio xx.quidam tenent, quòd sufficit, vt in instru-
mento dicatur, ob merita, licet non probentur,
neque specificentur.iste est d.Phili.Dec.d.consilio
11 xx.* vtens pluribus motiuis:qui potest legi. Quar-
tum dubium, dato quòd requiratur specificatio,
& probatio meritorum, an posit in hoc casu de-
fendi donatio à defectu insinuationis: quia facta
12 ab habente merum imperium. Et * quidem hic duo
videntur esse dubia circa hoc. Primum, an iudex,
quando donat, posset insinuationem facere coram
se. Secundum an si non insinuat coram se, valeat
donatio sine insinuatione. Circa primum Bartol.
in l.si consul.de adopt.dicit primò, quòd iudex do
nans poterit insinuare coram se donationem. ar-
gumento illius l.inde alle. Guil.tenere cõtrarium.
argum.l.antiqua.& l.mulier.C.ad Velleia. inde di-
cit contra Guil.facere.l.si pater.§.fina. eodem titu.
nam emancipatio requirit.causæ cognitionem, si-
cut insinuatio.d. l. si consul. Et tamen fiet coram
se d.l.si pater. Imol.quoque in dicta l. Aquilius. iij.
13 colum.videtur idem tenere, * quòd coram iudice
donantis posit insinuatio fieri: dicit enim, quòd
opinio Guilel. tenentis contrarium indubitanter
procederet, si in insinuatione requireretur causæ
cognitio, per not.in l. apud filium.ff. de manumi.
Sed tenendo, quòd nulla requiratur causæ cogni-
tio: sed solum fiat propter euitãdam suspicionem
fraudis, vel metus, prout tenuit Bartolus in dicta
l. Modestinus. tunc esset hoc magis dubium: nam
videtur tũc secus, quia ex quo fieret publice apud
acta:& per cõsequens verisimiliter pluribus astan-
tibus, iuxta not. in l.in donationibus.C.eodem.vi-
deretur cessare omnis suspicio metus, vel fraudis.
argumẽto l. non est verisimile.ff. quod metus cau-
sa. & sic videretur valere. Odofredus quoque in
dicta l.sancimus.in fine.C. de donationibus. idem
affirmat:ponit enim quæstionem si aliquis ordina-
rius se authore vult donare vltra summam, nun-
quid valebit ista donatio, quam ipsemet insinuat?
primò arguit, quòd non, quia speciale est in Prin-
cipe.inde subdit arguendo: aut donatio ista est in-
sinuata, aut non insinuata. si non est insinuata,
non valet vltra legitimam summam: quia non est
de casibus exceptis. si dices eam valere, quia est
insinuata: iam idem sibi author erit, quod lege pro-
hibetur.C.de authoritate præstanda.l.j.§. fuit quæ-
situm. ad Trebellan. inde subdit: sed certe potest
dici, quòd valeat, quasi illa fuerit de voluntaria
iurisdictione: sicut aliàs dicimus in emancipatio-
ne & adoptione. ff. de offic.prætor. l.j.& ij.& ff.de
adoptio.l.iij.& vlti.item quia donatio facta à ma-
gistro militum suis militibus se authore valeat. vt
in eodem titu.l.si quis pro redemptione. §.si miles.
sed in ista quæstione subdit, quæ fuit de facto Bo-
noniæ, non fuit iudicatum, sed transactum. Alexan.
etiam consi.clvij.ij.volum. tenet idem, quòd pote-
rit fieri insinuatio apud ipsummet dominum do-
nantem, vel donatarium, si ipse donans vel dona-
tarius esset iudex. sequendo Imol.in d.l. Aquilius.
& Ant.de Canaro in dicto tract. de insinuatio.vij.
qu.licet corruptus appareat, videtur tamen idem
tenere: nam in fine dicit, quòd dictum Guilielmi,
quòd apud se ipsum non posit insinuare, non pla-
cet.& Bald. in dicta l.si consul.iij.quæst.tenet cum
Guil.quòd non potest magistratus, qui facit dona-
tionem, eam insinuare coram seipso: quia in insi-
nuatione requiritur causæ cognitio, ne donans de-
cipiatur.dicta l.data.C.de donationib. & potest &
debet interrogari de causis quare sic patrimonium
suum exhaurit.argumen.C.de præd.cur. l.j.in fine.
libro x.& sic est cum minor manumittit vindicta,
nam hoc non fit coram se.ff. de officio consul.l.j.
vnde si iudex videt non subesse causas, dicet: volu-
mus quòd donatio ponatur in actis.& sic non erit
insinuata.idem Bald.in dicta l.sancimus.in princi.
ij.colum.ponit quæst. quam infero: quia ex ea po-
test forte inferri ad secundum dubium: quidam do
minus donauit alicui quoddam castrum valens x.
marcas.iste dominus habebat merũ & mistum im-
perium in castro donato, non fuit insinuata: age-
batur coram superiore: & petebatur, quòd illa do
natio declaretur nulla, eo quòd nõ erat insinuata.
dicebatur quòd erat insinuata apud magistratum
municipalem illius castri: nam ipse idem donans
seu magistratus municipalis habebat merum impe
rium & mistum:& cum iste esset actus voluntariæ
iurisdictionis, poterat fieri apud se ipsum. vt ff. de
adoptio.l.si cõsul. Odofre.determinat non valere:
quia si speciale est in Principe, quòd ipse idem pos-
sit esse donator & iudex insinuationis: ergo secus
in casu isto in alio inferiore, qui habet supra se su-
periorem.inde subiungit.recordor quòd Bartol.&
Franc.de Pisis in testamento, quod fecit quidam
de Vrsinis in quodam castro, in quo habebat me-
rum & mistum imperium, & omnimodam iurisdi-
ctionem: consuluit, quòd illud testamentum vale-
ret, ac si esset apud superiorem insinuatum. l. san-
cimus.de testamentis, quia cum sit actus volunta-
riæ iurisdictionis: & apud ipsum testantem sit po-
testas authorizandi, & habebat merum & mistum
imperium: ibi consuluerunt, quòd istud testamen-
tum valeret. Albe.de Ros.in dicta l.si consul.tenet
quòd Barone vel iudice donãte non potest coram
se donatio insinuari: quia actus insinuationis re-
quirit qualem qualem causæ cognitionem, scilicet
quòd ille, qui donat non sit inductus fraude: &
ipse ea fraude qua inducitur ad donandum. indu-
ceretur ad insinuan.l.si mulier.ad Velle.sic consul,
qui vult manumittere cum causæ cognitione, non
potest: quia talis cognitio non potest fieri coram
se.l.j.ff.de offi.consul.& quia vertitur commodum
pecuniarium, non potest quis esse author in re sua.
l.j.C.de autho. præstan. Pro prima opinione facit:
quia actus insinuationis est actus voluntariæ iuris-
dictionis: vt not gloss. in authent. de defens.ciui.
§.nullum.in ver.quicquid.quia nõ requiritur cau-
sæ cognitio secundum Bart.in dicta l.Modestinus.
de donat.quia potest fieri apud quemcunque iudi-
cem, etiam cui non subest donator, nec res.dona-
ta, secundum Bartol.ibi.licet Imol.contra per ver-
bum forte: & quòd est tutius contra Bart. & sub-
dit, quòd si vis saluare Bar.potes dicere, quòd spe-
ciale sit in donatione facta in vrbe, quòd non pos-
sit alibi insinuari, quia decretum iudicis nõ requi-
ritur: sed sufficit sola præsentia.l.omniũ. C. de te-
stamen.Bart.ibidem: quia solus donatarius potest
eam insinuari facere. Alexan.in d.l.Modestinus.al-
legans Bald.in l.fi.C.de donat.ante nupt. vbi dicit

illam authentic. impositam esse in argumentum,
quòd in tali insinuatione, de qua ibi, non requi-
ritur citatio partis, cum posit explicari ab vna
parte sine alia: vnde cum præsentia alterius non
requiritur, & citatio non fiat: nisi ad habendum
partis præsentiam: ergo &c. sed aduertendum est,
quia in casu illius authent. eo decursum. C. de do-
nationibus ante nupt. non ita requiritur insinua-
tio: ibi enim in viro recipiente pactum de lucran-
da dote requirebatur insinuatio: & tamen dicitur
ibidem, quòd solus vir poterit recipere insinuatio-
nem: sed forte ibi ratione æqualitatis seruandæ
quia in muliere recipiente pactum de lucranda do
natione non requiritur insinuatio. dicerem, quòd
si donator faceret insinuari, non requiritur cita-
tio donatarij: quia de eius præiudicio non tracta-
tur: sed quod quando donatarius facit insinuari
requiratur citatio donantis, tenet Angelus con-
silio cxxix. vltima colum. dicens posse donatarium
solum insinuare, aliàs in potestate donatoris do-
nationem suam euertere: & dicit hoc probari per
donationem propter nuptias, quæ insinuata per
donatarium sibi prodest: & tunc secundum An-
gelum habebit donator aut eius hæres citari, de
cuius præiudicio agitur ex generali regula. l. nam
14 ita diuus. de adoption. & dicit, * ad omne igitur
dubium remouẽdum tutum esse, vt frater donata-
rij, qui remansit, dictam donationem coram iudi-
ce competente animo insinuandi producat, & in-
ter gesta monumentorum faceret registrari, cita-
tis & vocatis illis, quorum interest. Sextum du-
bium: esto, quòd in donatione, quæ fit per ma-
gistratum, non requiratur insinuatio, an hoc ob-
tineat, quãdo magistratus faceret illam extra suum
territorium, prout fecit Princeps, cuius priuile-
gij data in ciuitate Neapol. quòd sic facit, quia iste
actus est voluntariæ iurisdictionis, nec circun-
scribitur loco: quia omnis locus ei patet. ita Ca-
narius in d. tract. vj. q. per tex. in l. emancipari. ff. de
adopt. sic legitimatio potest fieri in quolibet loco
secundum Bal. ibi, qui allegat Inno. in c. per vene-
15 rabilem. qui fil. sint legiti. * sic parochianus sacer-
dos existens extra territorium suæ parochię potest
parochialem suum vbicunque cõfitentem audire,
& absoluere, cum sit volu. iurisd. Hostien. in sum-
ma de pœnit. §. cui confitendum. ver. & nunquid
16 extra territoriũ. sic episcopus * existens extra suam
diœcesim potest conferre beneficia, licet collatio
sit actus iurisdictionalis. textus in ca. post electio-
nem. de concessiou. præbend. gloss. in cap. nouit.
de offic. lega. sic episcopus extra diœcesim potest
infirmare electionem, si non appareat contradi-
ctor: quia tunc est volũtariæ iurisdictionis. Archi.
in ca. qui aliena. ij. distinctione. Sic existens in alie-
no territorio potest causam delegare: cum ibi ver-
tatur causæ cognitio. l. fina. de offic. præfec. vrb. gl.
in l. iij. de offic. præs. & in dicto c. nouit. & quod ea
quæ sunt iurisdictionis voluntariæ possint expli-
cari extra territorium. est gloss. in l. fina. in gloss. ij.
ff. de iurisdictione omn. iudic. quæ allegat l. eman-
cipari. §. j. de adoption. l. ij. ff. de offic. proconsul. &
Iason in dicta l. finali. dat generalem limitationem
ad dictam l. fina. quòd non procedat in actu in quo
non requiritur causæ cognitio, & expeditur à iu-
dice non sedente pro tribunali. allegat Hostien. Io.
And. & Abb. in dicto cap. nouit. de offic. lega. Ha-
buimus suprà * plures authoritates inferentes, quod 17
princeps potuisset istam donationem insinuari fa-
cere coram se, quod videtur verius: item quod hanc
insinuationem potuisset mandare fieri in ciuitate
Neapo. & sic extra suum territorium per proxime
dicta. Dubium in causa hac facit, & est secundum
dubium quarti dubij: quia non apparet, quòd d.
Princeps in ciuitate Neapol. aut alibi dictam insi-
nuationem fieri fecerit, & quasi omnes prædictæ
doct. incipiendo à Bar. in dicta l. si consul. loquun-
tur quando iudex donans insinuaret. Bald. in dicta
l. sancimus. cuius verba suprà ob hoc recitata fuunt
ponit quæst. in causa, quo donatio facta, per magi-
stratum habentem merum, & mistum imperiũ non
erat insinuata, & bis hoc. & forsan ideo ponit
quòd non erat insinuata: primò coram iudice su-
periore: inde in prosecutione ponit quædam ver-
ba, videlicet, quòd ex parte recipientis donatio-
nem dicebatur, quòd erat insinuata apud magi-
stratum illius castri: quia idem donans erat magi-
stratus municipalis. inde recitat opinionem Odof-
fredi. videtur circa hoc, quòd requiratur insinua-
tio saltem coram se: & quòd quando iudex donans
insinuat coram se, valeat, aliàs non: nam differen-
tia non esset inter dominos inferiores, & princi-
pem, in quo est speciale, quòd sine insinuatione va
leat donatio. dicta l. sancimus. §. j. de donat. In cau-
sa hac, licet de stricto iure procedendo secundum
materiam insinuationis fuisset forsitan iudicatum
pro principe reo, tamen sacrum consilium consi-
derauit qualitatem personæ principis donantis,
qui & non ipse tantum, sed & alij Barones regni
consueuerunt immensas & maiores donationes fa-
cere, nec vnquam contra aliquam earum fuit huc-
usque allegatus defectus insinuationis: & qualita-
tem personæ domini Alexandri, erat enim doctor,
& inter notos, qui multis annis in officio aduo-
cationis se gesserat: item certo tempore fuit audi-
tor reginalis: item fuit auditor regius Regis Ca-
roli penes Viceregem istius regni. item tempore
quo Rex Federicus intrauit Neapolim vt Rex,
quo tempore Princeps Salerni Antonellus pater
donantis erat etiam Neapoli, & tractabatur de sua
restitutione, prout iam fuit capitulata: & ipse do-
minus Alexander tunc erat vnus ex deputatis ad
suscipiendum dictum Regem, & facienda capitu-
la pro ciuitate Neapoli. in quibus capitulis fue-
runt Barones, & sic dominus Princeps Antonel-
lus. item fuit etiam consiliarius Regis Federici: &
tempore secundi aduentus Gallorum fuit vnus ex
regiis consiliariis quasi per duos annos. item cer-
to tempore seu certis causis seruiuerat pro aduo-
cato domini Principi: vnde succedit quod notat
Salycetus in l. si mater. C. de contrahen. emptione.
vbi dicit, * quòd si maritus emeret fundum pro 18
vxore absente, & pretium quod soluit confessus
est se soluere de propria pecunia vxoris: quia con-
fessio emanat à viro. præsumptio est, quòd non sit
vera, sed quòd vir voluerit donare vxori, cui pro-
hibitus erat donare. allegat l. qui testamentum. de
probationibus. l. cum quis decedens. §. Titia. de le-
gatis iij. Verùm quando appareret ex alia verisi-

mili

mili præsumptione, quòd aliunde potuerit vxor illam pecuniam habere: quia tunc vna præsumptio tollit aliam, erit secus: succedit etiam quod not. Angelus consilio clij. incip. pater emit domum pro se & filiis. vbi concludit, quòd licet confessio facta per patrem cõfitentem se habuisse pecuniam à filiis suis sit suspecta: quia prohibita est donatio inter patrem & filium in potestate. l. ij. C. de inoffi. donat. & l. donationes quas parentes. de donation.
19 inter virum & vxorem. & * confessio facta inter personas, inter quas prohibita est donatio, est suspecta de fraude per d. §. Titia. cum si. tamen si tẽpore d. confessionis paternæ dicti filij erant in aliquo eorum exercitio ita edocti, quòd verisimile sit eos potuisse superlucrari ex eorum industria quantitatem, de qua in instrumento fit mentio, tunc confessio patris præfata sufficeret seu probaret, per notata per glossam Cyni & Bartoli in l. cum oportet. in principio. C. de bonis quæ liber. & ad idem facit Philippus Decius in dicta l. si donatione. ad limitationem eorum, quæ ibi habentur in vj. limita. ad quod Alexander cõsilio xviij. col. iij. vol. qui in causa, in qua dubitabatur, an valeret confessio patris in testamento, & cum iuramento;
20 * per quam fatebatur se debitorem filij sui spurij, consuluit, quòd ex quo in causa illa constabat in facto per coniecturas, quòd filius spurius prædictus poterat verisimiliter bona de quibus in confess. habere aliunde quam à patre, cesset præsumptio suspicionis ob hoc, & valebit confessio: nec omitto, quòd aliqui etant in voto esse subtiliter ex processatis indaganda merita donatarij, & quòd eatenus, quatenus merita ascenderent non requiratur insinuatio: quatenus verò vltra merita excederetur legitima summa 500. solidorum, requiratur insinuatio, & eatenus donatio
21 inualidetur: quia Imola in dicta l. Aquilius. dicit notanter quòd donatio * facta animo donandi non eget insinuatione, quando detracto eo, ad quod causa donationis verisimiliter obligabat, donatio remaneret in summam taxatam: secus in eo quod excederet. & Decius in dicto consilio xx.
22 ij. colum. dicit, * quòd in eo in quo donatio excederet merita, erit puta. Tamen sactum consilium in dicta causa iudicauit in totum pro actore contra dominum Principem ex dictis coniecturis, solum habilitauit dominum Principem, quòd dicta pecunia solueretur per duas præstationes infra duos annos: iam enim annuatim præstanda erat.

SVMMARIVM.

1 *Legatum dotis vt matrimonium contrahat an possit consequi legatarius si nolit nubere, vel moriatur ante nuptias.*
2 *Legataria monasterium ingrediens an consequatur legatum relictum causa matrimonij. & quid si velit honestè domi viuere, vel esse tertij ordinis.*
3 *Dos promissa ex contractu inter viuos causa matrimonij, an petatur per ingredientem monasterium, vel aliam religionem.*
4 *Filia cui debetur legitima seu in regno paragium, ingrediens aliquam religionem virum petat dotem sibi promissam causa maritagij.*

DECISIO CCIIII.



IN causa dominæ Victoriæ de Afflicto cum moderno domino Comite Triuenti quondam dom. Michael de Afflicto Comes Triuenti habens in domo in capillo dictam Victoriam filiam suam legitimam & naturalem, donauerat iam Thomæ eius filio primogenito patri moderni Comitis prædicti Comitatum Triuenti, & domũ magnam, quam habebat intus ciuitatem Neapol. necnon & quandam massariam: quia sic in capitulis matrimonialibus dicti quondam Thomæ cum sorore Comitis Palenæ actum fuerat: in quibus etiam cauebatur, quòd dicta donatio etiam ipso Thoma volente reuocari non posset, & etiam quòd Thomas ipse ad dotes contribuere non teneretur. post hæc per publicum instrumentum Thomas præfatus promittit patri pro dotibus dictę victorię date ei dem Victoriæ ducatos 4000. in quo instrumento certo modo fit etiam mentio de futuro viro: & præmoritur idem Thomas patre Victoriæ etiam mortuo. agit ipsa contra modernum Comitem filium dicti Thomæ, & petit dictos ducatos 4000. quatenus paragium est infra eos, & quatenus essent plus paragio petit illud plus. Contra Victoriam oppositum est, quòd ipsa est nondum nupta. ipsa respondet quòd est ingressa religionem tertij ordinis sancti Francisci. Replicabatur quòd ista non est religio: & adducebantur verba Andr. de Iser. in constitut. in aliquibus. viij. colum. in fine. & ix. ver. dic, * quòd in legato seu relicto pure propter 1
dotem oportet quòd is, cui relictum est, vt nuptias seu matrimonium contrahat, vt relictum consequatur: siue enim nolit nubere siue moriatur antequam nubat, relictum non consequitur. ff. de conditio. & demonstrat. l. in testamento. & l. Titio. ibi, scilicet si ante nuptias &c. nisi intrauerit monasterium: tunc * impleta est conditio, vt 2
videatur nubere sponso, scilicet cælesti: quia religionem ingreditur: vt Deo seruiat. secus esset, si honestè vellet in domo viuere: secus si clericus, vel clerica efficitur, capellam secularem ingrediendo. vt in authent. de sanct. episcop. §. si quis autem. C. de ad Trebel. authent. nisi in gloss. Ad hoc dicebatur pro parte d. Victorię, quòd imò est religio & ordo, approbatus per sedem apostol: fuerúntque productæ bullæ summi Pontificis. Præterea pro conuento adducebatur, * quòd quando quis ve- 3
nit ad dotem ex promissione inter viuos, quæ promissa erat tempore maritagij, prout erat dos ista, habet promissio conditionem, si sequatur matrimonium carnale: licet secus sit quando dos in testamento relinquitur pro maritagio, vt late de vtroque per Baldum not. in tract. dot. vj. parte. priuilegio 76.77. & hoc erat forte motiuum. In hac causa fuit multum consideratum, * quòd huic mu- 4
lieri debebatur patagium bonorum burgensaticorum, & feudalium Comitis patris sui, cui per donationem factam à patre filio primogenito non fuit præiudicatũ stante instrumẽto, de quo supra. Sacrum Consilium condemnauit modernum Comitem hæredẽ præfati Thomæ filij ad ducatos 4000.

quatenus autem tantum ascenderet paragium debitum eidem Victorię super bonis & feudis obuentis præfato Thomasio: & lata sententia me referente, in 1516. 19. Maij Sigismundo Imperatore actorum magistro.

SVMMARIVM.

1 *Monitio bina requiritur, vt aliquis priuetur hæreditate grauatus à testatore, vt aliquid faciat, maxime in pias causas & nu. 6.*

2 *Iudex an debeat bis monere per publicam personam, vt quis actionem suam proponat: aliàs ea priuabit ipsum, per lapsum temporis sibi comminati, & penes acta redacti. & nu. 7. & 8.*

3 *Priuandus incontinenti, non priuatur nisi post duas monitiones.*

4 *Dilatio omnis probatoria dicitur peremptoria, & idem de termino dato ad excipiendum.*

5 *Hæres grauatus à defuncto, vt aliquid soluat: & moneretur à iudice per decretum, vt impleat: si stat per annum, & non impleuit, priuatur commodo testamenti.*

DECISIO CCV.


N causa dominę Victoriæ camponi-
1 scæ * cum domino Ioanne Baptista Caldola eius nepote, quòd d. Victoria non possit priuari cum non præcessit bina monitio, facit textus in authent. de eccle. titulis. §. si quis autem. ver. sinautem. vbi habetur, quòd si testator grauaret aliquam personam de soluendo in redemptionem captiuorum, vel alimoniam pauperum, & talis persona ab episcopo vel eius œconomis per publicas personas semel & bis monita non impleuerit: priuatur omni lucro illius testamenti: & per illum textum dicit ibi Angelus. item nota, quòd dum se-
2 mel, secundò. per hoc patet, * quòd vbi iudex vult me priuare iure meo, ratione qua iussit vt aliquid faciam, debet bis me monere per publicam personam, per quod dici potest, quòd si iudex mihi mandauit, quòd meam actionem deberem proponere infra tempus, vel exceptionem, alias mihi denegaret iurisdictionem, prout in l. diffamari &c. quòd debet bis me monere, vt repellar ab agendo, vel excipiendu: aliàs non sum meo iure priuatus. argu. huius §. de quo dixi in dicto §. si quis autem. nun implens, hoc tamen non firmo. Sed iste §. est optimum argumentum. Facit textus in authē. vt liceat matri & auiæ. §. si quis in sua. vbi habetur, quòd si vir spreta vxore frequentauerit in sua, vel in alia domo cum alia muliere, & semel, & secundò culpatus, vel per suos parentes, aut per mulieres, vel alias fide dignas personas non abstinuerit, vxor potest ob hoc soluere matrimonium, & recipere dotem datam, & ante nuptialē donationem, quam pro tertia parte lucrifaceret. & not. gloss. in dicto §. si quis autem. in authent. de hæredi. & falc.
3 * quòd vbi aliquis venit incontinenti priuandus, non potest fieri hoc, nisi post duas monitiones. & in glossa in verbo, admonitus. & per hæc Angelus in eodem §. si quis autem. in authentic. de hæredib. & falc. j. colum. dicit sic. ex hoc infero regulam generalem, quòd ius mihi quæsitum nunquam iudex per suam sententiam interlocutoriam incontinenti potest auferre sub conditione, si aliquid non fecero, nisi bis me moneat, vt illud faciam. Et ex his infero ad quæstionem non est dubium, quòd iudex potest statuere terminum actori infra quem agat: & si infrà terminum non egerit, priuare eum effectu actionis, vt in l. si ea. C. qui accusari non possunt. de adulteriis. l. qui accusaturus. de accusationibus. l. Titia. C. de ingenuis manumiss. l. diffamari. de optione legati. l. mancipiorum. & similiter statuere terminum ad proponendum exceptiones, vltra quem audiri non debebit, per Dynum in dicto cap. indultum: dico, quòd nisi iudex moneat bis actorem, vt agat infra dictum terminum: & reum vt excipiat infra terminum prælibatum, quòd non obstante lapsu termini actor agere poterit, & reus post terminum excipere, quia ius quæsitum actori ad agendum perpetuo, & reo ad excipiendum, iudex non potest eis sua interlocutoria tollere, nisi bina monitio interuenerit, vt dictum est. pro hoc videtur casus in dicto §. sinautem. & istam opinionem determinant omnes leges superius allegatæ: & est opinio vera: tamen cogitabis. Hæc Angelus de Aret. in tractatu maleficiorum. in verbo, necnon ad quærelam. xix. & xx. colum. dicit, vnum tamen singulare est, & menti tenendum, quòd nunquam iudex potest imponere perpetuum silentium, & sic ferre talem interlocutoriam: nisi tali diffamanti, & cui iam terminum statuit ad agendum vel accusandum, præcedat bina monitio facta per iudicem, de qua in actis appareat: aliàs dicta bina monitione non præcedente nunquam potest sibi silentium imponi. glo. est singularis, & ibi Angelus in authentica de hæredib. & falcidia. §. j. quod bene notatur in practica Alexandri in l. fina. j. colum. de feriis. primò
dixerat, * quòd omnis dilatio probatoria dicitur 4
peremptoria: postea dicit, quòd terminus datus ad excipiendum dicitur peremptorius: inde dicit, quòd Angelus ibi tangit quid in dilatione data ad agendum, iuxta l. diffamari: & tenet quòd sic. per l. si ea. cum ibi notatis. C. qui accusari non possunt. & subdit Alexander quod intellige vt singulariter declaratur per Angelum in §. si quis autem. de hæredibus & falcidia. & §. si quis autem pro redemptione. in authent. de eccle. titulis. colla. ix. & subdit Alexand. ibi tamen non ponit pro constanti, & bene: quia iura, quæ ibi adducit, loquuntur in casibus specialibus. idem Alexand. consil. 108. j. volu. vlti. colum. dicit quòd iudex non debuit præfigere terminum ad agendum sine causæ cognitione, & absque citatione partis. per l. Titiam &c. inde dicit, imò fortius dixit singulariter Angelus in authēt. de hæredibus & falcidia. §. si quis autem. nun implens, quòd non potest statui terminus ad agendum: nisi præcedat bina monitio. Felinus in capitulo ex literis. vj. colum. de constitutionibus. ad regulam illam, quòd sufficit vna monitio seu interpellatio extraiudicialis, dicit: fallit conclusio in monitione, quæ fit, vt quis priuetur, vt non agat vel accuset, iuxta l. diffamari. allegat Angel. vbi suprà:

prà: postea allegat dominũ Marianum de veritate
istius fallentiæ in cap. licet. de accusa. vlti. charta.
vbi secundum eum limitat istam fallentiam, per d.
cap. licet de accusa. vt non procedat in eo, qui pri-
mò interrogatus dixit se nolle accusare. Idem di-
cit Felin. & Ludouic. Roman. & secundo inde sub-
iungit, & contra Angel. tenet Alexan. de imol. vni-
co verbo in l. iiij. in prin. ff. de fer. & est additio, di-
cens, quòd Angelus non ponit pro constanti &
bene, quia iura, quæ ibi adducit, loquuntur in ca-
sibus specialibus. Georgius Natta in clem. sæpe. in
princip. vj. quæstio. versicul. an autem ille. quadra-
gesimasecunda colum. sequitur Angel. & videtur
loqui etiam si sit facta comminatio quòd vlterius
non audiatur: & etiam si sit interlocutum eum
non esse audiendum, & videndus est etiam in glo.
in versicul. non obstante decimaquinta columna.
5 At * quòd non sit necessaria bina monitio, facit
text. in authent. de hæred. & falci. §. si quis autem.
vbi habetur, quòd si hæres grauatus à defuncto vt
aliquid soluat, & moneretur à iudice per decre-
tum, vt impleat, sistat per annum, & non imple-
uit, priuatur commodo testamenti. Sed vt notat
gloss. in versicul. admonitus, ideo est, quia vltra il-
lam monitionem expectatur per annum. glo. enim
præfata in versicul. admonitus primo. dicit semel
& secundo secundum quosdam. allegat dictum §.
si quis in sua. & dictum versic. si autem. & de san.
episcop. §. presbyteris. inde dicit: sed ego contrà
sentio, quòd vna admonitio sufficit ad d. iura re-
spondet, quòd ibi ideo est: quia incontinenti sunt
priuati post illas duas monitiones, vt in dicto §. si
quis autem post annum. Præterea illa iura viden-
6 tur continere casus speciales: quia * vt not. Bartol.
in §. & hoc quidem. de hære. & falci. aut sumus in
legato ad pias causas. & post binam monitionẽ in-
continenti quis priuatur, aut in aliis legatis: & tũc
Bartolus non requirit binam monitionem, sed
vnam cum lapsu anni: & Bartol. in authentic. hoc
amplius. C. de fideicommis. dicit, quòd in relictis
ad pias causas expectatur breuius tempus quàm
expectaretur in aliis relictis, & ideo propter bre-
uius tempus requiritur bina monitio: vnde dicta
iura loquuntur in legatis, in quibus quandoque re
quiritur bina monitio: quandoque sufficit vna: ta-
men cum lapsu anni. Roma. in l. quandiu. §. primo.
de acquirenda hæred. reprobat do. Angel. in dicto
§. si quis autem. tamen dicit, quòd cum quæstio sibi
accidisset de facto, non potuit tantum clamare,
quòd iudex non sententiaret pro opin. Auge. Are.
in dicta l. quandiu. viij. colum. de acquirend. hære.
post recitatam opinionem domini sui, qui in ter-
mino statuto ad agendum non sequebatur opinio
nem Ang. quia illa iura secundum d. suum loquun-
tur in non faciente aliquid infra terminum: nos
autem loquimur in non agente: quæ verba nihil
important simpliciter intellecta: quia agere est fa-
cti: & non agere est non facere, dicit sic. dic er-
go sequendo commu. opi. quòd illa iura nihil peni-
tus faciunt ad casum nostrum: nam vt declarat gl.
in dicta authentic. hoc amplius: & Bartol. ibi. ista
monitio debet fieri de bina, vel vnica secundum
diuersos casus, antequam terminus incipiat curre-
re: & à die monitionis incipit annus, vnde non
probatur ibi, quòd post statutum terminum à lege
vel ab homine requiratur alia monitio: satis enim
monuit iudex, cum assignauit terminum. August.
in addi. ad Angelum de Aret. vbi supra, dicit: adde
tamen, quòd Roma. in l. quandiu. de acquiren. hæ-
redi. in §. primo. reprobat dicta Angel. in loco pre-
allegato per vrgentes rationes: & si recte verba
Angeli ponderentur: ibi Angel. loquitur per ver-
bum forte. Bartol. in l. ij. secunda colum. de eden.
tenet, * quòd quando quis non vult edere instru- 7
mentum, iudex pronunciabit, quod si aliquo tem-
pore reperiatur, ei non adhibeatur fides, sed sit cas
sum. inde dicit, quia si iudex potest ipsi actori sta-
tuere terminum ad agendum, quo elapso de cetero
non audiatur: eadem ratione potest denegare ali-
cui audientiam super aliquo instrumento: & Iaso.
ibi impugnat Bartol per docto. Ang. tamen Barto.
sequitur omnes docto. Ex òmnibus supra recitatis
videtur verior opinio, quòd nec requiratur bina
monitio: nam illi text. primo adducti continent
casus speciales. imò Angel. met. in dict. §. si quis au-
tem. de eccle. tit. dicit se hoc non firmare. & in d. §.
si quis autem. de hæred. & falc. dicit, cogitabis. &
Alexander prout intelligit Felin. in dicto capit. ex
literis. tenet contra Ange. dum dicit in dicta l. fin.
quòd Ang. non ponit illud dictum suum pro con-
stanti, & bene: quia iura per eum adducta loquun-
tur in casibus specialibus. & Romanus & Aretin.
contra quem est Bartolus in l. secunda. de edend.
& decisione sacr. Consi. sexagesimiquarti. vbi * di- 8
citur in causa, de qua ibi, adductam fuisse quan-
dam prouisionem Regis Roberti incipi. Bartho-
lomæus de Capua. per quam Rex mandat, quòd sta
tuatur illi, qui se iactabat certus competens, &
peremptorius terminus ad comparendum, & o-
stendendum ius suum, quo elapso si ille iactans
non compareret, & de iure suo non doceret, im-
ponatur ei perpetuum silentium: tamen in dicta
causa d. Victoriæ sacrum Consilium iudicauit se-
cundum opinionẽ Angeli: sic Romanus vbi suprà,
dixit se non potuisse obtinere contra opinionem
Angeli. Sic præfatus domi. Mazeus dicit sacrum
Consilium illius temporis statuisse iterum termi-
num: & sic secundum opinionem Angeli ego in
aliis causis occurrentibus iudicatem secundum
qualitatem personæ, quæ vult habilitari.

SVMMARIVM.

1 *Criminalis causa vtrum possit post lapsum bien-
nij resuscitari per nouam accusationem, vel in-
quisitionem: cum per iudicem stetisset quo minus
expediretur.*
2 *Accusatus aut inquisitus in criminalibus instan-
tia perempta debet absolui ab obseruatione iu-
dicij.*
3 *Instantia perempta per lapsum temporis an re-
stauretur in criminali, sicut in ciuili.*
4 *Instantia perempta in criminalibus culpa iudi-
cis, differt à culpa accusatoris, qui punitur in bo-
nis & fama.*
5 *Accusator vtrum audiatur ex integro accusare
volens post lapsum biennij, limita vt ibi.*

DECISIO CCVI.

1 IN causa,&c.* Cum per iudicem ste-
tisset quo minus causa criminalis ex-
pediretur infrà biennium, dubitatum
est:an ex quo lapsum est iam biennium
possit vlterius saltem per nouam accusationem
seu querelam vel inquisitionem in causa ipsa pro-
cedi.text.in l.fin.C.vt infrà certum tempus. dicit
quòd infra biennium causæ criminales debent fi-
niri. & quòd post excessum biennij accusatus ab-
soluitur.dicit glos.ibi ab obseruatione iudicij. Sa-
lyce. ibi j.colum. ampliat hoc etiam si procedere-
tur per in quisitionem. & idem Salyc in vltim.co-
2 lum.dicit in tertio notabili, * quòd instantia per-
empta reus absoluitur ab obseruatione iudicij in
criminali,& quòd est hoc etiã in ciuili,licet actor
ibi possit iterato agere, quod non potest in crimi-
nali.Salyc.in l.abolitionem j.colũ.de adulte. dicit
3 nota. * quòd in criminalibus lapsa seu perempta
instantia accusator non potest denuo accusare,
quia tacite videtur destitisse: secus est in causa ci-
uili.vt in l.properandum.§. fin. & remittit se ad l.
tertiam.infrà allegandam.Salyc.in l.iij.aliàs,quòd
de crimine.ij.columna iiij.oppo.de accusat. dicit,
4 * quòd lite non finita per sententiam:sed instantia
tantum perempta in ciuilibus ex integro actor au
ditur.l.properandum.§.fina.in criminalibus verò
licet communiter dicatur,quòd non audiatur: ta-
men mihi videtur,dicit ipse,probabilius dicendũ,
quòd aut accusator negligens fuit: quia non cum
instantia iudicem requisiuit: vt per sententiam li-
tem terminaret: tunc cum pœnam patiatur bono-
rum & famæ: vt in l.j.infra. vt infrà certum tem-
pus amplius non audiatur.aut negligens non fuit,
sed iudex:tunc cùm non ipse, sed tantum iudex pu
5 niatur:vt in eodem titul.l.fin. & reus * absoluetur
ab obseruatione iudicij.vt nota.gloss. dicit Salyc.
credo ipsum ex integro eundem accusare volen-
tem audiendum esse.Et dicit pro hoc facere l.fina.
ad Turpil.Salyc.in l.properandum.§.fin.j.colum,
C.de iudi.dicit:item nota, quòd perempta instan-
tia causæ principalis, nihilominus ius & actio sal-
ua remanent:vt hic in litera,litem quidem,&c. in-
de dicit, & hoc in ciuili in criminali verò ille, cui
instantia perempta est,amplius non auditur.l.abo-
litioné.C.de adulter.quod not.& in l.si is. ad Tur-
pilia.& in l.fina.eod.titu.& ibi glos.clara:quod in-
telligo, dicit ipse, si ex negligentia partis, vt dixi
infrà,de accusa.l.iij.iiij. oppo. Iasõn in d.l.prope-
randum.§.fina. circa principium, dum notauit ex
isto §. quòd quamuis lapsum sit triennium & per-
empta instantia: tamen ius agendi de nouo dicit
sic:quòd intelligo verum in causis ciuilibus: secus
est in criminalibus.gloss.in l.fina.C.de calum.not.
Baldus in l.abolitio.per illum textum.C. de aboli.
quod vltimum limita,quando instantia causę cri-
minalis periit culpa partis secundum Salycetum.
limita quod multum teneas cordi.

SVMMARIVM.

1 *Principalis, qui de calumnia non iurauit, nec de criminalibus testium suorum respondere tenetur.*

DECISIO CCVII.

IN causa domini Iacobi de Maramon-
te * cum domino Comite Vgenti prin- 1
cipalis:qui testes producit an teneatur
respondere de criminibus testium suo-
rum Felin.in c.cum causam xij.colum.de testibus.
sed aduertendum quia post Speculat. fundat hoc,
ideo quia iurauerat de calumnia: ergo vbi non est
iuratum de calumnia,nõ teneretur.Et sic in Octo-
bri, 1521. fuit in sacro Consilio decretum, quòd
non teneretur respondere, quia non fuerat iura-
tum de calumnia:tamen etiam quia vnus de Con-
siliariis dixit se vidisse sic seruari, & maximè quia
in sacro Consilio non iuratur de calumnia.

SEQVVNTVR DECI- siones quatuor antehac non editæ.

SVMMARIVM.

1 *Nepotes succedunt auo in stirpem, non in capita.*
2 *Filij fratrum vel sororum succedunt in capita, & numero 6.*
3 *Testator si filio suo impuberi substituit pupillariter Caium fratrem suum, nec non & Titium & Meuium filios alterius fratris, Caius & filij alterius fratris succedunt in capita.*
4 *Seruus stipulando dominis an acquirat eis proportionibus dominicis, an equaliter.*
5 *Testator si iusserit libertatem dari seruo si decem heredibus dederit, seruo ab heredibus pluribus & inequaliter vendito, & parato soluere decem emptoribus, qualiter diuidantur illa decem inter dominos.*

DECISIO CCVIII.

IN causa Palermi de Gilio, & fratrũ
cum Ioanne de Romano de mallà
lubrenti nepotum quondam Impe-
rialis de Romano: dubitatum est an
prædicti Palermus & fratres nepo-
tes ex Primaueta sorore dicti Imperialis veniant
ad eius successionem vnà cum dicto Ioanne de
Romano nepote prædicti Imperialis ex Nicolao
eius fratre in stirpes, an verò in capita:præsuppo-
nendo, quòd dictus Imperialis in suo testamento
nominatim instituerit ipsum Ioannem, dicendo
filium Nicolai fratris sui, & nominatim etiam
dictos Palermum & fratres, dicendo filios ex do-
Primauera eius sorore: & sic miscuit nomina pro-
pria, & nomina appellatiua incipiendo à nomi-
nibus propriis. textus in §. cum filius. institut. de
hæred. quæ ab intestato deferuntur. dicit * quòd 1
si quis moriatur intestatus superstite filio, & ex a-
lio filio duobus nepotibus, filius trahet dimidiam,
& nepotes qui in locũ patris sui succedunt, aliam
dimidiam, & sic venient in stirpem non in capita,
& idẽ si ex vno filio vnus nepos, & ex alio duo: nã
succedent isti in stirpé.& in eo.ti.§.si.statuit idem
inter

inter nepotes & pronepotes ex filia qui volunt succedere auo. Textus in §.cæterum.versicul. hoc etiam addendum. institu.de legiti.agna. succe.di-
2 cit, * quòd sicut mortuo patruo succedunt sibi filij fratris sui: ita mortuo auunculo succedent sibi filij sororis, & succedent in capita, & non in stirpem. glossa in dicto versiculo. hoc etiam opponit ad illum textum de dicto §. cum filius. & soluit quòd in §.cum filius.succedebatur ascendentibus. at versic. hoc etiam succedebatur transuersalibus: & sic quando transuersalibus succeditur, veniunt successores in capita, id est, inviriles. & locuta fuit glossa hæc secundum opinio. Azo. quam tenet in summa in titu.de legi.hæred. quam opinionem tenet Roffredus in titu.de honorum possessio. videtur cogna.§.fina.Iaco.Butri. & Salyce. in authent. cessante.C. de legi. hæredi. & dicit ibi Bald. quòd in consulendo timens recedere à glosis consuluit secundum glos. de qua infra, sed tunc visum est ibi quòd opinio Azo. & sequacium sit magis consona literæ & naturæ. sed Accursius in d.authé. cessante. & in l.j.ff.si pars hęre.peta.in gl.in vers. hereditatis. & in gl.in vers. védicantis.tenet contrarium, scilicet quòd veniant isti in stirpem, etiam si tractetur de succedendo patruis. & cum Accursio tenet Iac. de Belui.in §.si vero.in authen. de hære.ab intesta. per Cy. in d. authen. cessante Bart. in l. post consanguineos.ff.de suis & legi. & Ange. in dict. authenti. cessante. dicit hãc esse communem, & quòd secundum eam tanquàm communem pluries consuluit. & eam communem etiam affirmat Matthesi. in tract. de success. ab intestat. in versiculo secundo dubitatur an quando vocatur. & dicit Aretin. qui prædicta refert in dict.§.cum filius, quòd quęlibet istarum opinionum pluribus testimoniis tuetur, sed si casus accideret dubitaret recedere ab opinione gloss. Barto. Bald. & aliorum propter eorum immensam authoritatem. & idem etiam tenet Alexander in consilio lv.iij. & quarta columna. quarto volumine. Sed prædicta iura, & authoritates loquuntur de distributione hæreditatis fienda, quando succeditur ab intest. & quanuis eadem videatur esse ratio etiam in testamento, vt testator in dubio videatur velle id quod ius disponit. l. Gallus §.quidam recte.de libe. & posthu. & not. Barto. in l. hæredes mei.§. & cum ita.ff. ad Trebel. circa finem prima columna. & Bald. in l. precibus xix. columna.C. de impuberum & aliis substitut. Tamen quòd quando ex testamento succeditur in casu de quo in themate, isti veniant in capita. facit text. in l. hæredes nominatim.ff.de leg.j. vbi quando plures hæredes ex disparibus partibus instituti nominatim grauarentur, proprius est vt in viriles teneantur. & per illum text. dicebat Neapol. in consuet. si aliquis moriens. in versicul. medietatem, de success.
3 ex test. * quòd quando pater institutis sibi hæredibus filiis suis impuberibus eis pupillariter substituisset Caium fratrem ipsius testatoris, nec non & Titium & Meuium filios alterius fratris præmortui, & dubitatur, an filiis testatoris in pupillari ęta te constitutis decedentibus succedant substituti in viriles, an verò in stirpem, id est, an frater testatoris succedat pro vna medietate, & filij fratris præmortui vt supra nominati pro alia ex persona patris eorum. respondet Neapolit. quòd tales substituti pro virilibus portionibus & sic in capita, quia substituti sunt propriis nominibus expresśis, & allegat dictã l. hæredes nominatim. Facit etiam & clarius text. in l. si communis seruus ita.ff. de stipul. ser. * vbi si seruus communis duorum qui pro 4
inæqualibus portionibus erant domini, stipularetur dari dominis suis & dubitaretur pro qua parte acquiret eis, an pro virilibus an vero pro portionibus dominicis. & distinguit iurisconsult. quòd aut iste seruus stipulatus est Lucio Titio & Caio Seio, & sic nominibus propriis tantum, & quæret illis pro portionibus virilibus. Aut stipulatus est ita, Dominis meis dare spondes? & sic nominibus appellatiois tantum, & quæret eis pro portionibus dominicis. Aut dixit, Lucio Titio & Gaio Seio dominis meis, & sic nominibus propriis & appellatiuis. & tunc cum ad nomina propria prius decursum est, dicit textus rationabilius esse videtur pro virili parte acquiri, & quòd dominorum pro demonstratione habeantur. Et dicit ibi gloss. in versiculo stipulationem, in princip. attendendum est quid præcedit, & si præcedit nomen appellatiuum, verbi gratia: dominis meis Lucio Titio & Gaio Seio, tunc venient pro portionibus dominicis. Ad idem facit gloss. in l. ita liber.§. primo. in verbo nomina.ff. de stat. liber. dicitur enim ibi in text. quòd * si quis institutis pluribus hæredibus 5
in disparibus portionibus, iuberet seruum suum liberum esse, si decem hæredibus dederit, & hæredes venderent istum seruum diuersè diuersis, & dubitaretur quando hic seruus volens esse liber est paratus dare illa decem emptoribus, an decem ista debeat soluere ipsis emptoribus æqualiter in capita, an pro illis partibus pro quibus erant hæredes authores illorum emptorum. & dicit ibi tex. quòd si talis seruus dare iussus esset decem hæredibus nominatim, viriles partes dabuntur emptoribus: si verò non nominatim, dabuntur portiones pro quibus sunt hæredes authores eorum. Glo. ibi quærit: quid si dixit nomina propria & appellatiua? & respondet distinguendum, quæ præposuit per tex. in dicta l. si communis seruus. Facit etiam Alexander. in dicto consilio lv. secunda columna. vbi * in casu quo quis instituerat sibi hæredes An. 6
filium domini Vrbani fratris testatoris, & dominum Marcum, Iacobum, Hieronymum, & Gratianum filios domini Pagani alterius fratris ipsius testatoris, tenet quòd si testator in hac institutione non adiecisset, quòd dicti instituti habeant succedere secundum ordinationem certorum testamentorum prędecessorum testatoris, tales instituti fuissent successuri in capita & non in stirpes, & plura allegat. facit etiam Corne. qui idem firmat in consilio septuagesimo secundo. secũda & tertia colum. ij. volumi. & aliquid per Decium in consil. cccxx. iij. col. Et sic determinatum refert d. Mazeus deci. cccix. in casu quo quis instituerat filios suos pupillos, & eis pupillariter substituerat fratrem testatoris, & Titium. & Meuiũ filios alterius fratris. facr. Consi. in hac causa, quæ erat causa appellationis à sentẽtia Capitanei Iubrensis, qui iudicauerat ꝙ filij sororis dicti testatoris succederent in stirpem cum filio fratris eiusdẽ testatoris, votauit & iudicauit

benu

bene appellatum à sententia Capitanei, & male iudicatum. magister actorum fuit Matthias do. Danielis.& in Octobre 1529. pen. eiusdem lata est sententia in sacro Consilio.

SVMMARIVM.

1 *Remedium possessorij summarij an competat pendente iudicio retinendæ possessionis.*

2 *Interdictum retinendæ est talis naturæ, ut is possideat & vincat, qui tempore litis contestat. possideat, quando non constat de anteriori possessione.*

3 *In remedio possessorij summarie intentati pendente lite, is vincit qui possedebat tempore litis contestata.*

4 *Cumulatio actionum non admittitur quando actio prima ita se habet ad secundam quòd absolutoria lata in prima possibile est parere exceptionem rei iudi. in secunda.*

5 *Interdicto uti possidetis agens contra illum qui est fundatus de iure communi, nisi probet titulum succumbet.*

6 *Sententia licet non præiudicet tertio quo ad petitorium, facit tamen præsumptionem contra eum quo ad possessorium.*

7 *Priuilegium debet ostendi etiam ab illis qui sunt in vsu & possessione ipsius.*

8 *Ius vectigalis possidens non potest expelli donec iudicetur super petitorio.*

9 *Possessio tanti temporis acti ad præscriptionẽ complendam contra ius commune, opitulatur ad manutensionem & præscriptionem.*

10 *In interdicto vnde vi. vel uti possidetis. sufficit possessio sine bona fide.*

11 *Capit. cum persona de priuileg. in vj. non habet locum quando agitur interdicto vnde vi vel uti possidetis.*

12 *Possidens duo beneficia incompatibilia, debet vno spoliari antequàm inquiratur de titulo. & numero 18.*

13 *Possessione priuari non debet quis pendente lite super validitate priuilegij, vel an fuerit concessum.*

14 *Confessoria agens an possit vti iure suo pendente lite.*

15 *Præscriptio eorum quæ sunt contra ius commune requirit titulum qui debet allegari & probari.*

16 *Præscriptio seruitutum non requirit titulum.*

17 *Capit. primum de præscript. in vj. loquitur in præscriptio. concurrentibus contra ecclesiam: secus si contra priuatum.*

19 *Possessio longissimi temporis facit præsumi bonam fidem.*

20 *Seruitus altius non tollendi acquiritur longo tempore à die prohibitionis.*

21 *Possessio seruitutis releuat possessorem ab onere probandi.*

22 *Possessorio agi potest licet acquisitio dominij impediatur.*

23 *Condictio indebiti competit pro recuperanda possess. in alium translata per contractum inualidum factum per ecclesiam vel minorem.*

24 *Confitens se esse seruum alterius sibi non præiudicat.*

25 *Possessio & præscriptio in seruitutibus negatiuis non datur nisi à die prohibitionis.*

26 *Furnum vel molendinum construere volens, an possit in præiudicium aliorum, ibidem habentium.*

27 *Princeps quando concedit vectigal omnibus ingredientibus suum territorium: talis lex priuilegio datur.*

28 *Seruitus acquisita super vna re vel vna persona ceteris non præiudicat.*

29 *Præscriptio ex sola patientia illius qui non potest disponere sine certa solemnitate non datur.*

30 *Priuilegium vel consuetudo quod vectigalia non vendantur vel emantur nisi in certo loco vel pretio, vel quòd de operis vnius artificis alter se non intromittat, valet, licet pactum non valeat.*

31 *Officialis durante tempore officij dicitur ciuis illius ciuitatis in qua exercet officium.*

32 *Præscriptio iurisdictionis licet non extendatur de vna re ad aliam, tamen extenditur de persona ad personam.*

DECISIO CCIX.



IN causa Sacri monasterij Cauensis cum Illustrissimo Principe Salerni super demolitione furnorum nouiter constructorum per domin. Illustrissimo Principem, seu eius mandato & ordinatione in casali Tramutolæ, quod est de vtili dominio d. monasterij, quod prætendit se esse in quasi possessione prohibendi volentes construere nouos furnos in dicto casali, vel volentes in aliis furnis quàm in furnis monasterij coquere panem. Et præsupponendum est, quòd per monasterium prętendens se in quasi possessio. prohibendi esse, fuit inuentatum possessorium retinendę, & deinde lite pend. fuit actum super conseruatione possessionis lite pendente. Prima difficultas
istius causæ videtur in hoc consistere, scilicet * an 1
hoc remedium possessorij summarij intẽtati competat pendente iudicio retinendæ possessionis.
Nam * in hoc iudicio possessorio retinendæ ille 2
vincit, qui probat possessionem tempore litis cõtest. vt in §. hodie. institut. de interdi. & hoc quando non constat de anteriori possessione: nam si actor probauerit se possedisse duobus annis retro vel alio tempore ante litis contesta. & asserat se de præsenti possidere præsumitur continuata possessio vsque ad tempus litis contest. secundum Albericum in l. siue possideris. ij. colũ. de probatio. In
hoc etiam iudicio summario * quod antequam de 3
causa liqueat proponitur, is etiam vincet qui tempore litis contest. possidebat. Et pro hac dubitatione facit, quod not. Philippus de fran. in c. significante. de appellati. vbi tenet, quòd quando innouatio occurreret super re principaliter petita ante litis contestationem, non posset moueri hoc remedium, cùm ante litis contestat. non possit constare de iuribus partium, vt per totum titulum, vt lite penden. & hæc ratio secundum eum conclu-

dit

dit etiam in ordinario. Et fulcitur hæc difficultas
ex nota. per Bartolum in l.edita actio. quinta co-
4 lumna. C. de edend. nam * quando primo actio ita
se habet ad secundam, quòd absolutoria lata in pri
ma possibile est parare exceptionem rei iudicatæ
in secunda, non admittatur cumulatio. per l. fundi
& fundum. ff. de exceptio. & l. interdum. ff. de pu-
bli. iudi. Si enim vna parte mouente iudicium at-
tentatorum alia pars probaret se posedisse tem-
pore litis contestatę, & sic diceret se non innouas-
se, sed continuasse possessionem, lis esset iam so-
pita. Ad hanc tamen difficultatem antequam
in sacro Consilio me promouente fieret decre-
tum, quòd in possessorio, summario non exami-
nentur nisi xv. testes pro qualibet parte, non po-
teram mihi satisfacere, cur scilicet si quilibet pos-
set prout vult examinare, & quantum vult in hoc
iudicio summario, non videtur nunc finis cau-
sæ, & non supersedeatur in causa principali, sed
post illud decretum est iam differentia, posset for-
te dici quòd etiam ante illud decretum magis faue
batur iudicio summario, quia in eo non compete-
bant beneficia. Et aliàs visa fuit mihi magna hæc
dubitatio. Tamen sacrum Consil. in similibus hoc
non obstante consueuit procedere ad capiendam
informationem super summario, vt fecit in causa
illustrissimi Principis Melfiæ cum excellente co-
mite Potentiæ. & idem etiam postmodum fecit in
causa vniuersitatis Titij cum excellente comite
Potentiæ, & in causa attentatorum lite super pos-
sessorio pendente proposita. idem fecit in causa Il-
lustrissi. quondam Principis Bisiniani, cum mona-
sterio sancti Laurentij de Padula super territorio
seu castro inhabitato Brundusij. Secunda diffi-
cultas est, esto quòd hoc remedium procedat, an
obtineat in casu nostro, quoniam habemus text. in
capi. cum personæ. de priuileg. libro sexto, vbi ha-
betur, quòd quando esset differentia inter ordi-
narium & aliquem qui est de sua iurisdictione, &
prętendit se exemptum, si is qui fundat se in exce-
ptione quę est contra ius commune, non allegaret
seu fundaret se ex priuilegio solo, vel ex priuile-
gio & præscriptione simul, pendente lite super ex-
ceptione, ordinarius vtetur sua iurisdictione vt
eo modo vniuersitas quæ habet ius commune pro
se & sua libertate, quádo est lis inter eam & alium
qui prætendit cótra eam seruitutem quæ est con-
tra ius commune, debeat vniuersitas stare in quasi
possessione libertatis. Imo secundũ doct. ibi etiam
si exemptus allegaret præscriptionem solam, vide-
tur quòd siue ordinarius sit in possessione subie-
ctionis, siue non, non posset vti iurisdictione con-
tra illum, donec probet præscriptionem, vt in fin.
capi. & hoc ob odium præscriptionis. Et per illum
textum dicebat Ioan. fabr. in §. retinendæ. xiij. co-
5 lumna, institut. de interd. * quòd agens vti posși-
detis, debet succumbere, si agat contra illum qui
est fundatus de iure communi, nisi probet titulo,
& est magna ratio secũdum eum, quia quando ali-
quis est fundatus de iure communi, constat de
proprietate: idcirco non debet fieri executio in
possessione. extrà de causa possession. & proprie.
capitulo cum dilectus. Et per illum textum dice-
bat Florentin. in l. seruitutes magna. in vltima co-
lumna. ff. de seruit. quòd * vbi ius commune est 6
contra præscribentem, vel saltem præsumitur con-
tra eum, vt quia quis habuit sententiam pro se, li-
cet non faciat præiudicium quo ad tertium, qui
non fuit in causa, quo ad petitorium, facit tantum
præsumptionem contra eum quo ad possessio-
nem, hoc casu non sufficit allegare titulum, nisi
probetur. * Et per illum textum dicebat Cyn. in 7
l. solennibus circa fin. C. de fide instrument. quòd
quædam sunt quæ procedunt per viam iuris spe-
cialis & ratione priuilegij, non iuris communis, &
tunc licet aliquis sit in statu vel quasi possessione
talium, non tamen præsumitur pro eo quòd ha-
beat hoc, vel quòd talis sit, imo debet probare se
talem esse. Et per hoc dicit patere, quòd si cano-
nici aliqui dicant se in aliquo esse priuilegiatos,
licet fuerint in vsu & in ipsa possessione illius
priuilegij, tamen debent docere de priuilegio suo.
& refert Petr. secundum eum, quòd per hoc fuit
responsum capitulum sancti Armanni cum pete-
ret clericum suum captum ab episcopo virtute sui
priuilegij. Episcopus autem noluit remittere, nisi
quòd prius docerent de sui priuilegio, & quòd
de hoc est facta decretalis, extrà, de priuileg. ca-
pitul. cum personæ. Et per illum textum, dicebat
Baldus consilio cx. vltima columna, primo volu-
mine. loquens de iure vectigalium, * quòd à quasi 8
possessione istorum iurium saltem collocata per
confirmationem vel priuilegium, nemo potest ex-
pelli nec turbari quin vtatur ipsa consuetudine,
donec iudicetur super petitorio. Allegat etiam
textum cap. cum querelam. de electio. & in l. si co-
loni. C. de agrico. & censit. libro vndecimo. Et
per illum textum dicebat Florianus in l. circa. se-
cunda columna ff. de probationibus quòd condu-
ctores datiorum, & alij allegantes sibi ius compe-
tere aliquid exigendi contra ius commune, eorum
intentio non fundabitur per quasi possessionem.
At contra prædicta facit textus in capitulo cum
ecclesia Sutrina. de causa possessio. & proprieta.
vbi clerici Sutrienses conuentuales, qui contra
ius commune, de quo in eodem capi. ibi, & secun-
dum statuta. & in capi. cum terra. de electio. & in
capitulo primo. §. ex his lxiij. distinctio. volebant
interesse cum capitulo electioni Episcopi. iuuan-
tur quasi possessione interessendi, vnde electio si-
ne eis facta ibi irritatur: sed * quia possessio non 9
erat tanti temporis acti ad præscriptionem com-
plendam, & inductum erat in causa illa etiam pe-
titorium, pronunciatur eis non esse ius in electio-
nibus futuris interessendi, & sic possessio contra
ius commune opitulatur & ad manutensionem, &
ad præscriptionem. Facit secundò Innocentius,
in capitulo cum venissent. quarta columna. versi-
culo. item not. quòd licet. de in integrum restitu-
tio. cuius verba sunt hæc, scilicet: vnde si alius
quàm capitulum ecclesię sit in quasi possessione eli
gendi, & petit confirmari suam electionem, suc-
cumbet in petitione sua, quia non præsumitur bo-
na fides in hac possessione, quia contra ius est: &
ita videtur etiam in consimilibus. * Sed si agitur 10
interdicto vnde vi, vel vti possidetis, sufficit sola
possessio sine bona fide. C. vnde vi. l. prima. & in-
frà de restitution. spoliato. capi. ex literis. & idem
est etiam

est etiam, quia pendente lite is qui erat in posses-
sione, in ea tuendus est. nec quæritur ibi de bona
fide. infrà de institu. cum venissent. Ex quibus ver-
bis videtur colligi, quòd capitu. cum personæ. ob-
11 tineat, * quando pendet iudicium super petitorio,
vel simplici retinendæ. sed quando agitur interdi-
cto vnde vi, vel vti possidetis, secus: quasi quòd nō
liceat habēti ius commune pro se spoliare vel tur-
bare de facto, sed requiritur via iuris. Facit ter-
tiò Abb. in c. in literis. de resti. spol. x. col. versi. nec
obst. c. ad decimas. vbi intelligit d. c. ad decimas. q
loquatur quando ius commune quod facit cōtra
agentē, fundaret etiam intētionem possidentis. &
12 per hoc dicit, * quòd si agenti ad restitutionē bene
ficij obstat ius cōmune, puta quia possidebat quis
duo beneficia incompatibilia, vel patiebatur defe-
ctū in ætate, debet adhuc fieri restitutio nō docto
de titulo, per tex. apertum in c. ex insinuatione, de
procurato. vbi ille possidebat archidiaconatum &
præbendam, quæ simul de iure communi haberi
non possunt: & nihilo minus prius mandatur ibi
restitutio quàm inquiratur de titulo. Facit quar-
tò Innocent. in capi. ij. vt lit. penden. Nam episco-
pus Eboracensis prætendens ex consuetudine sibi
esse ius ante se per totam Angliam deferri facere
crucem: contra quod prætendebat archiepiscopus
Cantuariensis, & quòd per diœcesim seu prouin-
ciam suam hoc facere non licebat episcopo Ebo-
racensi, dicit Innocent. quòd etiam si consuetudo
quæ allegabatur per episcopum de hoc, non fuis-
set præscripta lite pendente, non debet episcopus
exui possessione. quod dictum Abba. ibi j. colum.
prosequitur. Quærit enim: quid si cessaret priuile-
gium vel consuetudo in terminis illius cap. an de-
beat exui episcopus possessione lite penden. & al-
legat Innocen. ibi, quòd non, quasi velit hunc ti-
tulum & dispositionem eius sibi locum vendicare
etiam ratione solius possessionis: & dicit quòd sic
transeunt communiter doct. Sed ipse tenet contra
rium, quando non allegasset episcopus priuilegiū.
per d. cap. cum personæ. & notauerat ante Abb. in
eod. ca. quòd lite pendente super validitate priui-
13 legij, * seu an fuerit priuilegium concessum vel
non, priuari quis non debet, vel interdici ei vsus
possessionis, etiam si illa possessio esset contra ius.
Facit quintò Flo. in l. j. v. colum. ff. si serui. vend. qui
14 dicit in illa q. * an agens confessoria pro istis iu-
ribus incorporalibus interim lite pendente possit
vti iure suo: & allegat Inno. in c. abbate. sancti Sil-
ua. de verbo. signifi. voluisse quòd sic: & quod po-
nit exemplum Innocen. in episcopo qui petit iura
episcopalia, vel abbatis, vel alia iura, scilicet, quòd
interim lite pēdente possit episcopus vti in ipsum
abbatem vel alium iuribus episcopalibus: secus si
episcopus peteret abbatem vel alium quasi suum
subditum vel clericum de iure cano. vt in omni-
bus teneatur ei in quibus subditus teneretur epis-
copo secundum canones. hoc enim casu aget inte-
rim Abbas vt liber: & defendetur in possessione
libertatis. argument. C. de lib. l. cum liber. & de as-
ser. toll. l. fina. Et licet Innocent. det rationem di-
uersitatis, Floren. dat aliam, reprobando rationem
Innocent. & ratio Floria. est, quia in primo casu
agitur confessoria vel quasi, quæ datur possidenti.
Secundo vero casu agitur rei vendi. quæ non da-
tur possidenti, & vtriusque casus secundum eum
erit eadem ratio, scilicet quia lite pendente pos-
sessor non debet priuari sua possessione xvj. quæst.
capi. volumus. Tertia difficultas in hac causa sur-
git ex capit. primo, de præscript. libr. sexto, quo ca-
uetur * quòd in præscribendis his quæ sunt con- 15
tra ius commune debet adesse titulus qui debet
allegari & probari, alias præscriptio non proce-
dit, & consequenter nec possessio causans præscri-
ptionem. & idem habetur in capitu. si diligenti. de
præscript. At contra hanc difficultatem facit pri-
mò Paulus de Castro, in l. seruitutes. iij. columna.
versicu. sed contra. ff. de serui. dum oppo. de d. cap.
primo, quare est * quòd præscriptio seruitutis non 16
requirit tit. & tamen habet contra se ius commu-
ne, quia quælibet res præsumitur libera. & respon-
det, quòd d. capitu. primum loquitur * in præscri- 17
ptionibus concurrentibus contra ecclesiam, se-
cus si contra priuatum: & idem tenet. Bartol. Ve-
ronen. in tract. ser. vrban. capitu. xxiiij. columna,
licet hæc solut. communiter non approbetur. Fa-
cit secundò Bald. in l. j. quasi ad fin. C. de seruitu.
vbi dicit, quòd in d. cap. j. de præscri. libr. vj. dispo-
sitio iuris communis erat certa in genere & in spe
cie, quia decimæ in diœcesi Perusina pertinent ad
episcopum Perusinum, quod non est in materia ser
uitutum, quia licet sit certa dispositio iuris gētium
in genere. tamen non est certa in specie in his fur-
nis, cum iure ciuili & communi multa prædia de-
beant seruitutem: & hanc Bald. solut. approbat Fe-
lin. in d. capit. si diligenti. v. colum. & ideo Bartol.
Vero. in eod. tract. & cap. dum dat aliam sol. quam
dicit esse Innocen. in d. cap. si diligenti. dicit, quòd
non dicitur habere contra se ius commune, qui
præscribit seruitutem: quia ius non prohibet ha-
bere quem seruitutem in prędio alieno: sed dicitur
tunc habere ius commune contra se: puta si vnus
episcopus vult exercere iurisdictionem in diœcesi
alterius episcopi. hoc enim prohibitum est. Fa-
cit tertiò text. in cap. licet episcopus. de præben. in
vj. vbi is * qui habet ius commune contra se, vt 18
quia tenet dico beneficia incompatibilia, non de-
bet de primo spoliari de facto, sed audiri, quia po-
test esse quòd iure teneat. sic vsusfructuarius fini-
to vsufructu non potest expelli de facto. ff. si vsus-
fruct. pet. l. vti frui. primo responso. & in l. j. §. hoc
autem. vsusfru. quemad. caueat. Facit quartò ap-
plicando factum, nam hic sumus in possessione
longa plus quàm xxx. annorum, tūc succedit quod
notat Innocent. in cap. innotuit, post principium.
de eo qui or. fur. susc. quem refert & sequitur Feli.
in d. cap. si diligenti. secunda colum. de præscript.
dicēs, quòd quasi possessio eligentium contra ius
præsumitur malæ fidei, hoc nisi possessio longa ad-
esset: & allegat etiam Imol. post Innoc. in ca. ij. vl-
tima columna, de in integr. restitu. ad quod secun-
dum Feli. Burr. in cap. cum ecclesia x. colum. quòd
in possessione contra ius exigitur titulus, aut lon-
gum tempus vt præsumatur bona fides. Et quòd
possessio longi temporis opituletur, facit Abbas
in consilio cij. prima columna, primo volumine.
qui dicit, * quòd possessio longissimi temporis fa- 19
cit præsumi bonam fidem, licet talis possessio sit
contra

contra ius alleg. Innocen. in d. c. ij. de in integ. re-
20 stit.* Et in seruitute altius non tollendi quæ acqui
ritur longo tempore à die prohibitionis, vt tunc
etiam quasi possessio quæratur. Alexand. in consil.
clxxiij. ij. colum. ij. volumi. & in seruitutibus dis-
continuis sufficiunt decem anni concurrentibus
his quæ idem Alexan. not. consi. cviij. vj. colum. ij.
volumi. & in l. j. cum de in rem verso. de vsur. &
in l. seruitutes, vltima. ff. de seruitu. & ibi de tem-
pore necessario. Et facit Alexand. consil. cxxxviij.
21 iij. colum. j. volomi.* quòd quasi possessio seruitu-
tis releuat possessorem ab onere probandi, licet in
consil. cxlij. vltim. colum. j. volu. aliter. Facit quin-
tò: nam non inconuenit dicere, quòd titulus sit in-
habilis & reprobatus, & tamen possessio transeat.
text. est in l. j. §. si vir vxori. ff. de acquirend. possess.
& per illum text. Abba. in cap. in literis. vij. colum.
22 de restit. spolia. dicebat,* quòd potest agi posses-
sorio rei, licet acquisitio dominij impediatur à iu-
re: & ad hoc quòd not. Bartol. in l. iubemus. §. sane.
lo ij. versic. quæro vtrum ex inutili. C. de sacrosan.
eccles. ideo Bartol. in l. indebiti. §. sed si nummi, cir
23 ca princi. ff. de condi. indeb. dicit,* quòd quando
fieret aliquis contractus inualidus per minorem
vel ecclesiam vel alium, & eius vigore possessio
tantum in alio transfertur, poterit repeti per con-
dictio. indebi. illa posses. Facit sextò: nam nulla li-
24 bertas fauorabilior est illa hominis liberi. nã* non
potest quis etiam volens facere se alterius seruum
per confessionem l. nam si volens. C. de lib. causa. l.
interrogatam. & l. liberos. eo. ti. Spec. in tit. de fur.
§. quoniam. versic. primo. Aliæ enim seruitutes pa-
cto constituuntur. Ideo prohibetur quis opetas
suas in perpetuum locare, ne fiat præiudicium li-
bertati, vt not. Spec. in tit. ne locato. §. postquam.
versic. quid si quis. quod in aliis seruitutibus non
prohibetur, vt in §. pen. & fin. instit. de seruit. in l.
in testa. ff. com. prædi. in l. binas ædes. ff. de seruitu.
vrba. præd. Et tamen quando seruus ex possessione
seruitutis in qua reperitur proclamat in libertatē,
nō potest de facto se eximere à statu seruitutis, sed
debet actoris partes sustinere. l. caus. C. de lib. caus.
l. & si libertus. §. fin. eo. tit. ff. Quarta difficultas
in causa est. Nam in istis seruitutibus negatiuis nō
25 data alia causa vel impositione, nec possessio,* &
consequenter nec præscriptio datur, nisi à tempo-
re quo quis voluisset quid facere, & propter pro-
hibitionem sibi factam destitisse. vt not. glo. & do-
cto. in l. qui luminibus. ff. de serui. vrb. præd. l. j. C.
de seruit. & per Bartol. in l. si prius. vij. oppo. ff. de
noui operis nuntia. & ideo dicebat Bartol. Veron.
26 in tract. seruitu. vrb. q. 50. capit. de furno.* quòd si
omnes de vicinia mea à tempore de cuius initio
non extat memoria, prò pane coquendo vel fru-
mento molendo venissent ad furnum vel molen-
dinum meum, & alius vellet in eo loco furnum vel
molendinum construere, poterit hoc facere: quia
in suo licet cuilibet ædificare, etiam si alij noceant
l. fluminum. §. fina. cum duabus sequen. de damno
infect. & in l. si in meo. de aqua plu. arcen. & in l. fi.
& ibi Angel. C. de vsucap. nisi à tempore quo alius
voluisset ædificare furnum vel molendinum pro-
hibitus destitisset, & ita not. Ias. in l. quo minus. vj.
columna. de flumi. Deconsuluisse in ciuitate Casa-
lensi, & quod ita fuit iudicatum. Et ideo Bald. in l.
j. iij. colum. de serui. in illa quęst. de eo qui per lon-
gissimum tempus venit ad molendum ad molen-
dinum meum: & nec dicit, quòd non vult venire
amplius, non potest compelli: & dat rationes, qua-
rum vna est, quia non cadit seruitus in libero ho-
mine, nec eius quasi possessio, nec obligatio indu-
citur personalis per præscriptionem. l. obligatio-
nem ferè. §. placet. de action. & obliga. Et Abba. in
d. c. Abbate sancti Siluani. ij. colum. dicit. quòd si
accessisti ad molendinum Titij multo tempore,
non per hoc inducitur consuetudo, quòd teneatis
in futurum ire, nisi te non accedente ille iussetit
vt ires: & tunc si obtemperas, inducitur consuetu-
do: & dicit quòd in his prohibitio in iure extraiu-
dicialis hoc operatur: & etiam si pro bono pacis
sit obtemperatum. Et dicit Bald. in §. item lapilli.
iij. colum. de rerum diuis. quòd possem præscribe-
re, quòd nullus possit habere molēdinum, nisi ego
& posteri mei, allegat l. siquisquam. de diuer. præ-
scri. & hoc contra certos quos prohibui, & illi ac-
quieuerunt prohibitioni. C. de seruitu. & aqua. l. ij.
& quia iura prohibitoria non possunt aliter præ-
scribi, nisi præcedat prohibitio. ergo dicit ipse, pos
sum licite præscribere seruitutem, quia in prædiis
vicinis non possit ædificari molendinum in præ-
iudicium molendini mei: & sic dicit ipse, est serui-
tus prędialis, sicut seruitus altius non tollendi vel
non ædificandi: quæ præscriptio secundum eum
videtur posse infringi tempore publicæ necessita-
tis. Et ad id quod dictum est hanc seruitutem esse
prædialem, facit Bal. in d. consil. cx. vltima colum.
primo volumin. dicens,* quòd quando Princeps 27
concedit vectigal certum omnibus ingredienti-
bus suum territoriū, talis lex prædio datur ad in-
star confessoriæ & negatoriæ. In quibus non distin
guitur, vnde sint. quia reales actiones sunt. instit.
de actio. §. æquè. & in l. si quis diuturno. §. fina. ff. si
seruit. vend. licet Bald. in d. l. j. iij. colum. C. de ser.
suprà relatus aliter videatur inferre, de quo tamen
aliquid per Alexā. in d. l. seruitutes. la vltima. ff. de
serui. & in l. j. ff. com. prædi. Et magis viget hæc dif
ficultas, quoniam licet appareat etiam à tempore
Regis Ferdin. primi de quibusdam prohibitioni-
bus seu pœnis ablatis à coquentibus furnum alibi
quàm in furnis ecclesiæ. Tamen illi prohibiti seu
multati fuerunt aliqui particulares, non autē vni-
uersitas seu omnes de vniuersitate: & sic succedit
quod dicit Bal. in d. §. item lapilli. suprà adductus,
ibi, & hoc contra certos quos prohibui. vnde Bar.
in c. significante. ij. colum de appel. dicit* quòd li- 28
cet seruitus sit acquisita in vna re vel vna persona,
hoc non præiudicat aliis. de præscript. aud. de offi.
ordi. cap. dilectus, ad fin. l. loci corpus. §. competit.
si serui. vend. & tanto magis hoc procederet quan-
do tractaretur de iure quærendo ex patientia eo-
rum, qui consentiendo non possent sibi præiudi-
care sine decreto, sicut est vniuersitas. l. j. C. de ven
di. re. vni. in l. actor. per Bartol. & alios. ff. rem ra-
tam habe. Et ideo Abba. in d. capi. cum ecclesia Su-
trina. x. colum. dicit,* quòd quando quis ex tacita 29
voluntate eius qui non potest disponere sine cer-
ta solennitate aliquid facit, non præscribit. & di-
cit ibi Abb. quòd ideo in dicto capi. cum ecclesia.

patientia habetur loco tituli, & transit possessio, quia ius transferendi possessionem dependebat à facultate eorum ex quorum patientia habetur possessio. Et ad rem facit consi. Abb. xviij. ij. volumin. penulti. colum. qui dicit, quòd licet aliqui homines Auximi, quæ ciuitas habebat immunitatem nõ soluendi vectigalia per territorium Racaneti, soluissentque vectigal in trãsitu illius territorij, non sufficeret hoc ad præiudicãdum immunitati, quia hoc ius competit communitati, & est ius corporale: vnde non præscribitur, nisi detur scientia communitatis contra quam præscribitur, quia sola patientia domini, est quasi possessio in istis incorporalibus, & aliter possessio haberi non potest, vt dicit probari in l. ij. C. de serui. Et subdit hæc verba: nisi ergo maior pars populi Auximi probetur soluisse, non potest dici, quòd fuerit inuocata præscriptio contra communitatem, vel nisi toties, & ita palam fuisset per maiorem partem facta solutio, quòd sciẽtia verisimiliter peruenisset ad ipsam communitatem, apud quam consistebat istud ius. Hic considerandum est quòd interuenerunt plures prohibitiones pro parte monasterij, & licet nõ sint factæ omnibus particulariter, tamen videtur apparere, tum ex instrumentis productis per monasterium & dictis nonnullorum testium de notitia vniuersitatis, & quòd vniuersitas prohibitionibus acquieuit, vt nullus faceret furnos: & quòd quando Dominus loci est ille qui probibet, vt est monasterium, pars monasterij allegat, quòd non requiritur omnium prohibitio ad quærendum possessionem. allegat Hosti. in cap. significante. de appella. & ibi Butr ij. colum. versicul. vel nisi dominus. & ibi Ioannes Andreas ij. columna. versicul. nisi sit dominus villæ. & ad hoc etiam adducunt Iacobi. in tract. feu. §. & cum molendinis. ij. colum. versicu. & hanc quæst. qui videtur velle secundum eos quòd quando vni est facta prohibitio per Dominum, tunc incipiat currere præscriptio quòd solus habeat molendinum: & hoc melius & clarius in §. & cum piscationibus in fin. versicu. sed quæro nunquid. & dicebat Auge. post Ioan. Fabr. in §. flumina. institut. de rerum diuis. quòd si pluribus annis piscatus quis solus fuerit, & alios prohibuerit sciente populo & non contradicente, quòd possit sibi ius quærere ex tacito consensu populi: & ibi declarat quando acquiritur ex consuetudine hoc ius. sic in ista causa plures prohibuit cum scientia non solum aliquos. Et dicit Abb. in dicto consilio xviij. iij. columna. secundo volumine quod in negocio arduo & propalato propter multa scandala præsumitur scientia vniuersitatis, per capit. quosdam. & capi. quanto. de præsumpt. Quinta difficultas in hac causa erit. nam quòd certis personis liceat in ciuitate exercere aliquam artem, mercimonia, vel negotiationes, non ob hoc aliis est prohibitum: nec valet conuentio quòd non vendantur vel emantur victualia nisi in certo loco vel pretio: nec possent artifices facere ordinamenta quòd de opere vnius alter se non intromittat, nec valeret in prædictis statutum vel priuilegium, prout de his omnibus est bonus text. in l. j. C. de monopoliis. Ad hanc difficultatem occurrunt aliquæ so-
30 lutiones. Præcipua est. * quòd non licet hæc fieri per pacta ciuium vel artificum, sed per consuetudinem vel priuilegium sic. vnde is qui vult alios impedire in constructione vel furnorum, vel molendinorum, allegando consuetudinem vel priuilegium, obtineret: & maximè ad casum nostrum essent notanda verba Hosti. in d. cap. significante. de appella. quem refert Butr. ibi: dicit namque hoc tenendum, quòd si res & personæ sunt liberæ, seruitus non acquiritur tempore solo quo ad hoc vt alius prohiberi possit: & non obstante cuiusque prohibitione possit in loco ædificare vt libera sit res, & licet is qui asserit sibi deberi non posset prohiberi vti iure suo, si seruit. vendi. l. si quis diuturno. ff. de aqua quo. & est l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua plu. arcen. l. j. §. idem Labeo. tamen nec alium volentem de nouo ædificare poterit prohibere nisi probet hanc seruitutem sibi deberi vel ex pacto cum prædecessoribus habito, vel quia aliàs fuit prohibitus occasione iuris eiusdem & acquieuit, & postea completa fuit præscriptio. C. de seruitu. l. in prouinciali. & l. manifestissimi. C. quæ sit lon. consu. l. j. fortius si longo tempore fuisset obtenta. C. de leg. l. cum de consuetudine. vel nisi dominus villæ sit ille qui asserit hanc seruitutem sibi deberi. viij. distin. quo iure aliàs quilibet est liber & in sua possessione. facit, quodlibet monasteriũ est vtilis Dominus villæ huius Tramutolæ, propter quod videmur esse extra terminos d. l. j. C. de monop. Sexta difficultas est. Nam ad possessorium summarium super conseruatione lite pendente non est vocata nec intimata vniuersitas, sed solus Princeps illustrissi. Salerni, qui habet iurisdictionem tantum criminalẽ in dicto casali. Licet enim prætendi posset, * quòd potestas qui habet iurisdictio- 31
nem in castro, & sic etiam dominus est, sit primus ciuis, vt notat Bal. in l. obseruare. §. proficisci. iij. colum. de offic. proconsul. & leg. quærit enim in viij. q. potestas facit cap. quendam insignem latronem, populus liberauit eum. potestas indignatus fecit eum mactari: modò statuto cauetur, quòd homicida forensis puniatur capite, sed ciuis in mille libris: quæritur qua pœna veniat puniẽnda potestas. & respondetur, quòd pœnis ciuium. quia est caput ciuium. & ideo debet eodem priuilegio gaudere quo sui ciues gaudent. argumen. C. de testam. mili. l. quod cõstitutum. & quia ciuis est donec in officio permanet, vt nota. de Roffino Guasco potestate Bononiæ. C. de incolis. l. ciues, libr. decimo. Idem in familiaribus potestatis, quia gaudent priuilegio domini. argumen. C. de episcop. & cleric. l. j. de iudic. l. non alias. §. j. Tamen illustrissi. Princeps Salerni nec est dominus Castri, nec habet omnem iurisdictionem, sed tãtum criminalem, quam per alium exercet non per se argumen. l. fina. in princip. ff. de excusa. tuto. Sed hæc difficultas obstare non videtur, tum quia dictum Baldi videtur vendicare sibi locum in illustrissim. Principe ratione criminalis iurisdictio. quæ est ciuilis potentia, tum etiam quia esto quòd esset forensis, videtur posse saltem quatenus ad se, qui vocatus est compesci. & hic occurrit nota. Iasonis in l. tertia. in principio vltima columna. in lectu. noua. ff. de acquirenda possessione. dum dicit, tertiò nota. limita, * quòd licet præscriptio iurisdictionis non 32
exten

extendatur de vna specie ad aliam, tamen bene extenditur de persona ad personam in his terminis: vnde qui praescripsit iurisdictionem in aliquo territorio, posset eam exercere etiam in aduenas & forenses ibi delinquentes, licet quo ad eos nunquam fuerit imposita. Ita Bald. in l. si quis diuturno. secunda colum. per illum textum. ff. si seruit. vendi. idem not. tenet Bald. in additio. ad Spec. in titulo. de iurisdict. om. iudi. circa finem versic. antepenul. haec fuerunt verba Iaso. & idem not. Floria. in d. l. si quis diuturno. vltima colum. Felin. in capi. audiuis x. colum. versic. sic etiam intelligi. de praescript. & Bald. in tractatu praescript. in secunda parte principali penulti. colum. versicul. hinc est. & etiam in vltima columna. & vide Anchar. in capi. dilecti. de capi. monop. In hac causa sacrum Consilium cum interuentu domini Hieronymi de colle decreuit mandandum esse illustrissi. Principi Salerni, quod desistat ab vsu furnorum nouiter constructorum lite pendente citra praeiudicium iurium vtriusque partis tam in petitorio quàm in possessorio ordinario: & quòd in causa principaliter pro parte monasterij mota procedatur ad actus incumbentes, & hoc xij. Nouembris. 1529. Paulo hodierna actorum magistro. Contra vniuersitatem vel particulares non vocatos in hoc iudicio summario nihil dictum est.

SVMMARIVM.

1 *Consuetudines Neapolitanae loquentes de successione Collateralium non habent locum patre vel matre vel aliis ascendentibus existentibus in medio, tam ex testamento quàm ab intestato. & numero 3. 4.*

2 *Patronus succedit in bonis liberti morientis sine liberis, ita demum si non extat pater liberti, vel alij ascendentes.*

5 *Statutum dictans quòd mater non succedat filio habenti fratres carnales ex patre, habet locum etiam si extat frater, sed praeteritus non turpi persona instituta.*

DECISIO CCX.

IN causa Domini Tiberij & fratrum de Ianuario cum domina Elionora de Iannario & consortibus. Praesupposita validitate testamenti quondam Ioannis Antonij Ianuarij, de qua tamen adhuc pendet lis, qui habens sororem vtrinque coniunctam d. Elionoram, caréns que liberis instituit sibi heredem dominam Ioannellam Orilam eius auiam paternam, eámque grauauit de restituenda post mortem suam hereditate dictis domino Tiberio & fratribus. Cum à dicta domina Ioannella & consortibus per fideicommissarios peteretur cautio de restituenda haereditate eis post mortem ipsius iuxta iuris dispositionem, prout C. & ff. vt lega. seu fideicommisso. nomine caue. Fuit decretum per sacrum Consilium dictam cautionem esse praestandam cum clausula, quatenus tamen dicta d. Ioannella instituta & granata consortes quod tenentur & tenebuntur. Nouiter verò dicti fideicommissarij licet affato decreto iam acquieuerint executionémque illius petierint atque obtinuerint, institerunt & maximè instant cautionem praedictam simpliciter & sine dicta clausula, quatenus tamen tenentur & tenebuntur, debuisse, & debere dari. Pro parte verò praedictorum dominae Ioannellae & consortum fit magna controuersia, verba praedicta non esse amouenda, nec ipsos teneri ad simpliciter cauēdum, quia nec ad simpliciter & in totum restituendum, ex quo extat ipsa Elionora soror vtrinque coniuncta dicti testatoris, quae per consuetudinem Neapolita. & si testator. sub rubr. de successi. mor. sine fil. ex testa. cuius iura coniuncta sunt cum iuribus ipsius haeredis institutae, posset auocare medietatem dictorum bonorum: & si ipsamet caueret de restituēda simpliciter haereditate sibi praeiudicaret, nec domina Ioannella intendit illi facere praeiudicium in dicta cautione praestanda. Dubitatum est circa modū dictae cautionis, an simpliciter, an verò cum affatis rebus & clausula praestari debuisset & debeat. quae dubitatio pendet ex eo videlicet, an dicta Elionora potuerit priuari per fratrem etiam medietatem eam tangentem super bonis antiquis vigore consuetudinis supradictae: circa cuius decisionem faciam mihi has breues conclusiones.

Prima conclusio sit, * quòd consuetudines ciuitatis Neapolita. de successione Collateralium loquentes, non habent locum patre vel matre existentibus in medio. hoc tenet gloss. Neapol. in consuetudi. si quis vel si qua. in verbo praeterquam. quę loquens in patre primò, & deinde in matre adducit ad hoc plures rationes. Et Andr. de Iser. in cap. j. iij. colum. de natu. success. feud. dicit haec verba: & sic si statutum ciuitatis diceret, vt filio ab intestato mortuo sine liberis succedant in bonis maternis filij proximiores, filio ex parte matris, vel esset consuetudo, non intelligitur patre existente. cum non sint feudalia bona talis matris, quia si expresse diceret, consuetudo vel statutum non valeret tanquam irrationabile, ex his quae diximus de stat. cont. libe. eccl. in authent. habita. Et Lucas de penna in l. j. C. de impo. luc. descript. libro decimo tenet idem dicens: & faciunt haec ad quest. vulgatam. in ciuitate Neapolita. consuetudo est ibi, quòd decedente ab intestato sine liberis succedunt proximiores ibi ex parte patris, praeterquam in bonis quae obuenerunt defuncto à matre, in quibus succedant coniuncti sibi ex linea materna. Decessit quis relicto patre, an in bonis maternis pater excludatur per eos qui defuncto proximiores sunt ex linea materna? videtur quòd sic, cum exceptio confirmet regulam. In authentic. de non aliena. §. si minus. alias vt autem. at ex quo dixit absque liberis sufficiat, nec pater intelligatur ex quo est omissus ff. de verborum obligatio. l. quicquid astringendae. si voluisset patrem admitti expressisset. dicamus consuetudinem inducentem noluisse, quia non expressit, vt suprà de cadu. tollend. l. prima §. finautem ad deficientis. de filiis quidem consuetudo loquitur, de patre non ad patrem. Ergo nec directo nec vtiliter est trahenda. ff. soluto matrimo. l. si verò. §. de viro. Deinde verò concludit quòd pater non excluditur ibi. In contrarium est manifeste

feste lex ista, & ibi, æquitas autem naturalis. & ibi satis videtur iustum & æquum congruúmque iudicantis arbitrio, quòd talis cõsuetudo sic videatur inducta quòd pattem naturali ratione ciuiliq; vocatum tantis vigiliis excogitato ad lugenda filij sui hæreditare non arceat, &c. Et pro hoc optime facit textus quem affert Neapoda in dictâ consuetu. si quis vel si qua. in verbo præterquam. in l.
2 liberto. ff. de bo. lib. vbi dicitur,* quòd mortuo liberto sine liberis defertur hæreditas patrono ex prouisione illius l. & tamen intelligetur patre non existente: & sic cum dicitur ibi sine liberis, subauditur & patre. Et hæc procedunt nedum in patre
3 & matre, * sed etiam in aliis ascendentibus, prout domina Ioannella quæ erat auia paterna defuncti, vt patet per apostillam domini Stephani de Gaieta in dicta consuetudine, & si testator. super glossam in versiculo proximiores. & per glossam penultimam in consuetudi. filiusfami. ibi. parentes paternos. Secunda conclusio hoc quòd pater, mater, & ascendentes faciant cessare consuetudinem, procedunt nedum quo ad illas quæ de successione ab intestato loquuntur, prout est consuetud. si quis vel si qua. vt ipsi excludant ab intestato proximiores
4 vocatos per illas consuetud. * sed etiam quo ad eas quæ loquuntur condito testamento, & dant proximioribus medietatem, vt isti illam non auocent, si eis relicta non est, ascendentibus in medio existentibus. Et licet ad hoc videatur facere glossa in consuetudi. filiusfami. in verbo, si nolit. quæ sic dicit, existentia ergo parentum excludit proximos maternos collaterales à bonis maternis decedentis testari. Tamen magis facit gloss. in dicta consuetudi. & si testator, in verbo proximiores. quæ posita super consuetudine loquente ex testamento, & volente quòd de vna medietate testator non possit disponere in præiudicium proximiorum, dicit sic: & intellige hic patre vel matre non existente, aliàs si existeret pater vel mater, dico habere locum ius commune, &c. & sic intelligit domi. Stepha. in additio. ad illam glossam cuius verba sunt hæc, scilicet, si ergo habet patrem vel matrem vel ascendentes, cessat dispositio huius cõsuetudinis: & testabitur secundum ius commune, non habita distinctione bonorum. Et quamuis gloss. in dicta consuetudin. filiusfamil. in glo. penulti. & fina. videatur velle quòd pater ad successionem filij non veniat in præiudicium collateralium, nisi quo ad medietatem, tamen addi. est in dicta gloss. fina. quæ nor. contrarium voluisse glo. in verbo. si quis vel siqua: & quòd illam sequuntur communiter seniores. Et facit etiam Neapoda. in dicta consuetudin. filiusfami. in dicta glo. penulti. dum dicit, sed certe proxima consuetudo, quæ est consuetudin. & si testator. loquitur cum non habeat parentes paternos. hic eum habet. Tertia conclusio est quòd prædicta procedunt nedum quando ipsi ascendentes sunt instituti, sed etiam quando essent exclusi & alij instituti, nam adhuc proximiores non auocarent medietatem. Et quamuis Neapoda. in dicta consuetud. filiusfami. in verbo si nolit. videatur aliter sentire: dicit enim quòd posset quis omnia bona materna patri vel auo materno relinquere, & sic excludere proximiores Collaterales ex parte matris: tamen hæc conclusio probatur ex verbis Bartol. in l. j. §. si pater in potestate. ff. de coniung. cum eman. libe. penul. colum. dicit enim sic. Dicit statutum,* quòd mater non succedit filio habenti
5 fratres carnales ex patre. modo pone quòd vnus filius decesserit fratre prætertio extraneo non turpi persona instituta, succedet ne mater? videtur quòd sic, quia frater tunc non potest succedere, quia est præteritus. Contrarium puto, nam iste frater priuatur successione facto defuncti, & actus priuationis non præcedit actum translationis in alterum: imò est vnus & idem. & ideo licuit defuncto aufer re illi, & alteri dare: & ille frater impedit matrem, sicut si haberet, vt in l. j. §. fin. infrà de asso. lib. vt sic in casu nostro Elionora soror Ioãnis Anton. proximior agnata non succederet fratri, stante auia domina Ioãnella in medio. Modo Ioannes Antonius de cuius successione agitur, fecit testamentum, per quod & priuauit auiam, grauando eam fideicommisso, & transtulit hæreditatem in Ianuarios substitutos vno & eodem tempore, faciendo actum priuationis & translationis. Sicut ergo in casu Bartol. mater etiam priuato fratre per præteritionem & institutionem extranei, qui frater eam excludebat, adhuc non admittitur: ita soror Ioannis Antonij etiam priuata & exclusa domina Ioannella qui eam excludebat, non admittetur. Deueniendo nunc magis strictè ad decisionem casus nostri præsupponam mihi, quòd ratio ob quam quando parentes sunt in medio, potest quis disponere libere, nec proximiores auocant, medietatẽ posset assignari, eò videlicet quia nulli proximioribus nec intentioni consuetudinis fit iniuria (vt ita dicam) ex quo ipsi proximiores sunt iam exclusi per ascendentes à successione intestati morientis, cum si intestatus quis decessisset, hi tales nihil haberent. Testatus ergo moriens eos potuit non includere, imò excludere: imò non ipse, sed lex eos excluderet, vt suprà dictum est. Nec tu eo posse dici quòd ista ratio non sit generalis: nam posset esse quòd isti ascendentes nollent acceptare hæreditatem, & casu præiudicaretur ipsis proximioribus. Nam hoc non semper est, imò frequentius contrarium accidit: sicut fuit in casu nostro. & quando accideret, videtur sufficere quòd lex illos excludebat. Addi. domini Stephani ponit generaliter, quòd quando sunt ascendentes, testabitur quis secundum ius commune. Hoc præsupposito dico, quòd quando Elionora esset remotior agnata, puta soror patruelis vel amita, quæ non concurreret cum auia ad successionem, imò excluderetur ab ea: casus apud me esset clarus quòd nihil posset auocare ab hærede vel fideicommissariis, ex quo extat auia in medio quæ illam in totum excludebat, nec fiebat illi iniuria vel præiudicium per fideicommissum. Sed quia ipsa soror tanquam vtrinque coniuncta fuisset ab intestato successura fratri vnà cum auia quælibet in medietate, iuxta authentic. defuncto, quæ licet loquatur in patre, tamen habet locum in auo, secundum gl. ibi, quam doctores communiter sequuntur. Si frater vellet eam in totum priuare, faceret ei præiudicium in illa medietate quæ eam tangeret ab intestato. Et iure consuetudinario prouisum est, quòd

de bonis antiquis testamento quis non possit priuare proximiores medietate bonorum eos tangentium. Videtur dicendum propterea quòd super ao in quo Elionora fuisset ab intestato successura, scilicet super medietate, dicta consuet. & si restator. obtineat vt scilicet de illa medietate possit auocare dimidium. Et sic in restitutione non venire medietatem medietatis. Imò quando appareret matrimonium auiæ dñ. Ioannellæ fuisse contractum secundum nouum vsum, secundum quòd nuptæ renuntiant successioni liberorum, ex quo tunc d. Ioannellæ in nullo fieret iniuria: tenerem quòd in restitutione veniret integra medietas. & est quadam addit. domini Antonij de Alexandro ad Neapolita. in dicta consuetudi. si quis vel si qua. quæ notat quòd illud quod ibi dicitur, quòd quando pater & mater sunt in medio, non habet locum consuetudo, non haberet locum si matrimonium contractum esset secùdum nouum vsum, vt supra. Et pro tanto in casu nostro dictam clausulam vel debere remanere propter dictum ius, ac etiam pro pter fideicommissum. seu successionem patris & aui dicti Ioãnis Antonij, ac etiam propter æs alienum solutum per Ioannem Antonium seu Elionoram, in quo tamen dicerem non esse de eo habendam rationem, ob addit. domini Stephani in dicta consuetud. & si testator ad glos. in verbo, obuenerunt. volentis & dicentis fuisse iudicatum, quòd onera vltimi morientis debent deduci à medietate de qua potuit disponere, ac etiam propter legitimam seu debitum bonorum subsidium, debitum dominæ Ioannellæ quatenus per fructus non extenuatur, vel si admonenda est & simpliciter cauendum caueatur cum reseruationibus supradictis, licet non esset simpliciter tunc cautum. Sacrum Consilium decreuit cautionem præstitam debere remanere ita vt præstita est, actorum magister Colaucentius, in Iulio 1525.

SVMMARIVM.

1 *Vita & militia datur in successione transuersalium.*

2 *Vita & militia vadit & taxatur secundum legitima in Regno.*

3 *Legitima in transuersalibus non datur, nisi fratri turpi personæ instituta.*

4 *Legitima quæ debetur transuersalibus, an sit aucta per authent. nouissima.*

5 *Legitima quæ debetur ascendentibus, est aucta per dictam authent. nouissima.*

6 *Filiæ fœminæ quæ non admittuntur ad partem, an faciant partem.*

DECISIO CCXI.



IN causa domini Abbatis Ioan. fran. Carrapha cum d. Principe hostiliani eius fratre super liquidatione & quãtitate vitæ & militiæ Comitatus Aliani. cum Comes Aliani obiisset sine liberis, superstitibus sibi ex do. Bernardina sorore quatuor nepotibus masculis, inter quos erat dictus Princeps primogenitus, & duabus fœminis nuptis aliunde quàm ex bonis auunculi viuente iam ipso auunculo, quæ fratribus masculis renunciauerunt. licet prætendatur vnam ex eis renunciasse. Principi tantum: sed ipsum eandem renunciationem communicasse d. Abbati Et princeps prædictus Hostiliani successisset comitatui & feudis dicti comitis. Fuit primò magna quæstio inter do. Abba. secundo genitum & d. Principem super vita & militia, de qua facto compromisso in dominem Ioannem Antonium Moscettulam & me & dominum Marcellum gazellam pro tertio. Per nos verò fuit laudatum istum casum, videlicet de vita & militia debenda in successione quæ datur in linea transuersali, esse casum nouum in l. non decisum, & propterea eius decisio fuit remissa ad Cæs. Ma. deinde literæ Cæs. Ma. ad sacrum Consilium directæ sunt, in quibus dat vices suas ipsi sacro Consilio quòd super hoc casu habeat iudicare. Et per sacrum Consilium auditis partibus fuit iudicatum, * vitam & militiam deberi etiam 1 in successione in linea trãsuersali. & fuit propterea condemnatus prædictus Princeps ad soluẽdam prædicto Abbati vitam & militiam liquidandam, vt in sententia sub die decimo anno decimo actorum magistro. Nunc autem cum ageretur de dicta liquidatione ortæ sunt duæ difficultates. Prima 2 *ex quo in Regno secundum Andr. de Iser. in constit. comitibus, hæc vita & militia vadit secundum legitima, & ita taxatur, & sic seruatur & iudicatum est. Et * in transuersali linea non est dare legitimã 3 nisi inter fratres turpi persona instituta, vt in l. fratres vel sorores. C. de inoffic. testament. non autem inter alios transuersales, sicut est casus noster, in quo agitur de legitima in bonis auunculi, vt dicit text. in l. fratris. C. eodem titu. Esto quòd etiam nepotibus in feudis daretur legitima etiam non instituta turpi persona, vt est in casu nostro: nam hęc legitima datur ratione exclusionis ex quo primogenitus fratres ipsos excludit vigore iuris Francorum, & quando dari deberet legitima seu portio, non veniret contra mentem & voluntatem testatoris, vnde eo potius dari deberet, & iam factum Consilium iudicauit in hoc esse dandam hanc vitam & militiam, vt dictum est. Ex quo est ad instar legitimæ, & legitima in ista linea transuersali quasi do competeret, competit tantum quarta, vt dicit text. in l. Papinianus. §. quoniam autem quarta. ff. de inoffic. testa. & in l. cum quæritur. C. eodem tit.

4 An ista vita & militia * sit quarta pars feudi quam isti fratres deberent habere ab intestato saltem quo ad fructus, an verò hæc quarta sit aucta per autheatic. nouissima. C. de inoffic. testa. videlicet ad tertiam si sunt quatuor vel infra, vel ad semissem si essent supra quatuor, iuxta illa carmina quæ ponit Alber. in d. authent. nouissima. Quatuor aut infra dant natis iura triẽtem. At quatuor supra dant natis iura semissem. Quòdq; dicta quarta quæ debetur in linea transuersali sit aucta, facit text. in authen. de trien. & semis. §. primo. cuius verba sunt hæc, scilicet: hoc obseruando in omnibus personis in quibus ab initio antiquæ quartæ ratio de inofficioso lege decreta est. & per illum textum glos. ibi dicit. * in verbo, hoc obseruando, esse au- 5 ctam

ctam qnartam in ascendentibus, licet dicat alias quartas non esse anctas. Facit etiam text. in authen. de hæredi. & fal. qui ita dicit: primum itaque illud est corrigendum, quia testantibus aliis quidem necessitatem imponit lex distribuere quandam partem personis quibusdam, tanquam hæc pars secundum ipsam naturam eis debeatur, quale est filiis & nepotibus, patribus atque matribus: interdum verò etiam fratribus. dum ergo ponit text. ibi personas quibus legitima contra voluntatem testatoris debebitur, ponit descendentes ascendentes & inter eos etiam fratres. vnde aucta in vno videtur aucta in alio, quasi quòd iura naturæ in his æqualia sint. Et hanc opinin. loquendo de fratribus tenet Pet. & Cyn. in d. authent. nouissima, in fin. loquens proprie in fratribus. idem tenet Ang. in authenti. de triente & semis. in princ. loquens etiam in fratribus. Sed contrarium tenet glos. in d. authen. nouissima. loquēs de iure nouellarum, quòd restringit illud augmentum in liberis tantum, glo. in d. §. primo. in authent. de triente & semis. suprà relata. dicit, in aliis quartis augmentum interdicit præterquàm in ascēdentibus. Idem firmat Bal. in l. fratres. iij. colum. C. de inoff. test. dicens in hoc ius antiquum remanere incorrectum. Et Angelus sibi contrarius in authent. nouissima, qui dicit illam authent. se habere ad iura antiqua correctiuè, & non esse extendenda ex indemnitate rationis. l. Papinianus. C. de appella. & de sacrosanct. eccl. authent. quas actiones. Idem tenet Salyc. in dicta authentic. nouissima. in iij. colum. Alber. in dicta authenti. nouissima in fin. & in authen. si qua mulier. in fin. idem firmat per nouellas. Et pertransit cum Bald. in d. l. fratres. Iason in authent. nouissima. xj. colum. dicit tamen communem opinionem esse quòd in descendentibus sit aucta. vnde plūres doctores tenent, quòd in fratribus legitima non sit aucta, licet pro Abbate faciat hæc consideratio; quia hæc sua vita & militia non recolligitur contra mētem testatoris. Item quia recolligitur etiam non turpi persona instituta. Item quia recolligitur ratione exclusionis. Secunda erat difficultas. esto quòd sacr. consi. ob dictas rationes velit iudicare hanc quartam esse auctam ad instar descen-
6 dentium,* & apparet esse sex personas, quarū quatuor videlicet masculi admittuntur ad partem & faciunt partem, & duæ, scilicet fœminæ, quæ non admittuntur ad partem, quia fœmina in Regno debet habere paragium, & est exclusa à successione, vt in constit. in aliquibus. & in constitut. vt de succes. & tanto minus admittuntur hic: qua renunciauerunt, vt dictum est. an istæ fœminæ faciant partem vt computentur in numerū liberorum, & sic isti considerentur vt sex, & habeant semissem, an verò vt quatuor & habeant trientem? Quantum ad casum nostrum vbi sunt sex liberi, non videtur differentiam importare: quia, vt dicit Cyn. in d. authēt. nouissima in prin. tantum consequuntur quatuor de triente, quantum consequerentur sex de semisse: quatuor enim haberent quatuor vncias, & sic vnciam pro quolibet: sex haberent sex vncias, & sic vnam vnciam pro quolibet. tūc esset differentia quando essent quinq;, quia quilibet eorum haberet plus de semisse, sc. vnciam & partem vnam. Item si vnus est solus filius, habebit triētem, & plus habebit de triente quàm sex de semisse. Et hoc, sdum dctū est, ꝙ non est differētia an sint sex vel quatuor. hoc quo ad ipsos secundogenitos, sed quo ad primogenitū est differētia: quia si sunt quatuor. habebit ante partem octo vncias, & in aliis quatuor vnam, & sic nouem: sed si essent sex, habebit ante partē sex vncias, & in aliis sex vnam cum dimidia. sacr. Consi. in causa filiorum Galeatij Caraccioli quo ad legitimam Burgensaticorum iudicauit fœminas facere partem; licet non admitterentur: dum enim essent octo filij, quinque masculi, & tres fœminæ, & tractaretur de legitima vnius ipsorum, iudicauit ipsam esse sextamdecimam, & sic fœminas facere partes, vt suprà decisio. clviij. vbi opiniones variç. licet postea in liquidatione vitæ & militiæ iudicauerit, dum essent quinque filij masculi esse quintam partem medietatis fructuum rerum feudalium, & sic decimam, vnde fœminç ibi non fecerūt partem, quia si fecissent, fuisset octaua pars medietatis fructuum: & sic decimasexta pars, vt iudicatum fuit 1521. xvij. Aprilis. Sacrum Consilium habuit hanc causam pro difficili ob authoritates & iura hinc inde, & dixit partibus, quòd facerent compromissum ex quo causa erat exemplaris & casus nouus, & facto compromisso iudicauit vitam & militiam ascendere ad annuos duca. cclx. quamuis maior esset summa quæ sibi deberetur, quādo teneremus opinionem quòd in linea transuersali sit aucta legitima. & hoc in primo mensis Decembris 1510. actorum magister Hieronymus Campellonus. Nec oportuit hic discutere quando fuissemus in linea descendenti, an fœminæ, quæ erant duæ, facerent partes: nam ex quo erant sex, si fecissent partes, fuisset dimidia totius, & non sex, habuisset quilibet xij. partem assis. si fuissent quatuor, quilibet eorum habuisset duodecimam partem assis.

D. THO



D. THOMÆ GRAMMATICI NEAPOLITANI, I. V. D.



DECISIONES SACRI REGII CONSILII NEAPOLITANI.

SVMMARIVM.

1 *Nepos an præferatur patruo secundogenito in successione aui, si nepos ipse natus est ex primogenito prædefuncto, & nu. 3.*

2 *Ordo gradus dum attenditur, filius vocatur, & nepos manet exclusus.*

4 *De nepote nunquam iudicari debet, prout de filio, quando filius vocatur cum aliqua qualitate, quæ non erat in nepote, sed erat in filio.*

5 *Nepos comprehenditur, vbi fit mentio de filiis.*

6 *Proximior in gradu, regulariter præfertur.*

7 *Aequitas vbi non reperitur scripta, stari debet regulæ.*

8 *Prudentior præsumitur humilior, & magis expertus antiquior.*

9 *In dominiis & principalibus in quibus versatur regimen populorum, non tam attendendus ordo primogenituræ, quàm virtutis, quæ in principalibus requiruntur.*

10 *Successio deferenda est, vt non tam attendatur vtilitas successorum, quàm commodum subiectorum.*

11 *In electionibus eligendus est maior ætate & maturior, cuius vita probabilis sit.*

12 *Patruus præfertur nepoti in successione patris & aui: nepoti dico ex primogenito prædefuncto, & nu. 13. 14. 15.*

16 *Nepos ex primogenito, succedit auo, excluso patruo. & ita fuit iudicatum in causa comitatus Marsici & sancti Seuerini. & nu. 17.*

18 *Papa licet iudicauerit pro Rege Roberto contra nepotem Bald. refert, quòd nescit si verum iudicauit, & in dicta causa fuit magis partialis, quàm apostolicus.*

19 *Papa iudicauit pro Rege Roberto patruo contra nepotem propter publicam vtilitatem Regni, & ob immensam sapientiam dicti Regis, qui fuit alter Salomon, & quia sufficiebat Regi Ungariæ illud Regnum Ungariæ, & non potuisset Rex Robertus expelli à dicto Regno absque maxima strage, & iactura ipsius Regni & numero 20.*

21 *Rex Robertus conscientia ductus, transtulit hoc Regnum Siciliæ ad Regem Vngariæ, dum Ioannam eius neptem desponsari fecit Andreæ Regi Vngariæ filij Caroli Martelli.*

22 *Rex Andreas præfatus, fuit laqueo suspensus, nescitur si consentiente ipsa Ioanna vxore, ita vel non.*

23 *Regina prædicta Ioanna neptis Roberti, fuit ingulata inter duos pulnillos, & sepulta in Castro muri, vbi iacet. & nu. 25. 26.*

24 *Otho imperator supra Rhenum iussit iudicio gladiatorio experiri inter patruum & nepotē, quis succedere debuisset: & vix nepos obtinuit.*

25 *Regina Ioanna cognita prædicti sui viri socordia, consentientibus agnatis eius, qui Regno prædicto inhabitant, Andream eius virum & consobrinum per insidias laqueo interimere fecit. & nu. 26.*

27 *Regina ipsa necato suo viro, territa impetu Ungarorum, qui ad vltionem mortis Regis Andreæ venerant, in prouinciam sibi subditam aufugit, & illis abeuntibus restituta, fortunam secundam ad extremam vsque ætatem experta, regimen tenuit summa pace, supra prudentiam muliebrem, adeò vt nunquàm floruerit vllo tempore sub rege magis, & nu. 27.*

28 *Opinio, quòd nepos succedat excluso patruo, est magis sustentabilis. Tamen Afflictus tenet pro patruo, dicit ipsemet, quòd in Regno est obseruantia pro nepote, etiam si esset fœmina neptis. & quòd ita iudicauit Rex Ferdinandus primus, pro tribunali cum suo consilio sedens in Castro nouo, in causa Baronis Sinerchiæ, in fauorem neptis, & nu. 29.*

30 *Nepos nedum ex filio primogenito defuncto excludit patruum à successione aui; verum etiam, si nepos esset filius secūdogeniti, excludat patruum tertiogenitum.*

31 *Regnum Apuliæ est feudum Ecclesiæ Romanæ, & non habetur iure successionis, sed ex concessione dominica.*

DECISIO I.

ORTA Iure & controuersia in-
ter excellentes don Scipionem
Caietanum, filium quondam
excellentis don Loysij Caieta-
ni de Aragonia, secundogeni-
ti Illustrissimi olim Honorati
Caietani Ducis traiecti ex vna,
& don Ferdinandum Caietanum tertiogenitum,
præfati quondam Ducis ex altera, super primo-
genitura & successione feudorum, in Regia au-
dientia, & coram Illustrissimo don Petro de To-
ledo Prorege Cæsar. & Capitaneo dignissimo in
præsenti Regno, causa ipsa commissa Magnificis
V. I. D. Regiis Consiliariis, videlicet magnifico
Ioanni Martiali Maiorchino, Nicolao Maiora-
na, & mihi Thomæ Grammatico, vt vnà cum ex-
cellentibus Regentibus Regiam Cancellariam ad
cognitionem, & successiuè decisionem causæ præ-
fatæ in Collaterali consilio procedere deberemus.
Videbatur prima consideratione dicendum, præ-
fatum don Scipionem nepotem ad exclusionem
præfati excellentis don Ferdinandi patrui, mi-
nimè admittendum ad petitam primogenituram,
& feudorum successionem ex pluribus vrgentibus
rationibus, decisionibus, ac auctoritatibus quàm
plurimorum peritissimorum doctorum tam pri-
1 scorum, quàm modernorum. Et quòd * præfa-
tus don Ferdinandus patruus eidem don Scipioni
præferendus veniat, adducitur in primis consti-
tutio Regni, vt de successionibus. quæ vt ex eius
lectura demonstratur, filios primo loco admittit,
& successiuè nepotes, sexus tamen & ætatis præ-
rogatiua seruata, vt maior natu minori præfera-
tur: concurrere insuper inuestitura quondam Re-
gis Capto. gloriosæ memoriæ, in personam quon-
dam præfati Ducis Traiecti, dum in ea dicitur, se-
xus & gradus prærogatiua seruata. ex quo dum or-
2 do * gradus attenditur, filius vocatur, & nepos
remanet exclusus, vt in specie consuluit Petrus
de Ancharano in suo consilio clxxxj. dum ibi pa-
truum præferendum consuluit. & idem secutus est
Paulus de Castro in consil. cclviij. in præsenti cau-
sa. & maximè, cum ex tenore Inuestituræ deroga-
tum adpareat omni iuri & consuetudini feudo-
rum: per textum expressum, & ibi Baldus in cap.
j. de duo. fra. à capit. inuestit. hinc Neapoli Seba. in
consuet. Neapol. si moriatur aliquis. sub rubrica de
succes. ab intest. in glo. in ver. ex masculis. iij. & iiij.
colum. declarando ipsam constitutionem ibi, feu-
da tenenti succedant descendentes filij & nepo-
tes. & ibi, sexus ætatis prærogatiua seruata, vt ma-
sculus fœminæ, & maior natu minori præferatur
inter viuentes speciali iure Francorum & eandem
3 opinionem, videlicet, * quòd patruus nepoti ex
primogenito præferatur, tenuerunt post Richar-
dum malumb. Cyn. Bald & Salycet. in l. si viua ma-
tre. C. de bon. mat. Bart. & Bald. in authen. post fra-
tres. C. de legit. hæred. Bald. in l. si vt intestato. C. de
suis & legit. & in l. liberti libertæque. C. de oper. li-
bert. & in l. tutela. §. si duo. ff. de testa. tute. Domi. &
Immol. in c. grandi. de supplen. negl. prælato. & idem
in particulari reperio consuluisse Alexandrum de
Imola in quodam suo consilio, quod habeo ad pen-
nam, & non reperitur impressum, & est in libro
meo diuersorum conditum in quatuor folijs con-
sistens, & incipit, Prospectis & ponderatis his, quæ
hactenus, & sæpenumero authoritate Regia stata
sunt inter Illustrissimos proceres excelsæ do-
mus de sancto Seuerino. vbi consuluit in fauorem
excellentis Barnabæ de sancto Seuerino patrui,
contra Antonellum Principem Salerni eius nepo-
tem. Sed sic est, quòd excellentissimus don Fer-
dinand. patruus, est maior natu præfato don Sci-
pione: ergo &c. Secũdò, clarissimi * iuris est, nun- 4
quàm iudicari de nepote, prout de filio, quando
filius vocatur cum aliqua qualitate, quæ non erat
in nepote; sed erat in filio, à quo ipse deriuauit.
l. si. cum vulg. C. de natur. libe. ita Bartol. in l. libe-
rorum. ff. de verbo. significa. iiij. & v. colum. ver. se-
cundo quæritur. idem tenet Bart. in l. j. C. de priui.
dot. & facit l. non solum. §. si puellæ. ff. de ritu nup.
Sed sic est, quòd ille qui debet præferri, ita demum
vocatur, si habet illam qualitatem, videlicet si sit
antiquior, vel gradu proximior: & quando essent
etiam pares in gradu, oporteret eum esse antiquio-
rem. ergo non comprehenditur nepos, licet con-
sueuerit patris personam repræsentare. Tertiò, ad-
ducuntur * ea, quæ habentur in l. iubemus. §. fina. 5
iuncto princip. illius legis. C. ad Trebel. per quam
ibi Baldus in iiij. colum. dicit, quòd vbi fit men-
tio de filiis, comprehenditur & nepos, iuxta ea,
quæ habentur in l. filij & in l. iuxta. ff. de verbo. sig.
tamen quando fit mentio de filiis non simpliciter,
vt quia fit mentio de gradu, quamuis nepos con-
sueuerit repræsentare filium, non comprehendi-
tur tunc nepos; nec tunc priuilegium transit ad
nepotes, ex quo videtur taxatum. Quartò, certum, 6
* est quòd proximior in gradu, regulariter præ-
fertur, institu. de legit. agna. succe. in prin. ex qua-
dam æquitate dispensatum reperitur in nepote &
filio fratris concurrente cum patruo, vt in locum
sui patris præmortui subintrare possit, & vterque
admitti: iuxta textum in §. j. in authent. de hæredi.
quæ ab intestato deferuntur. & in authent. cessan-
te. & expressius in corpore vnde sumitur, in ver-
siculo portione. & sic in casu, in quo * non repe- 7
ritur scripta illa æquitas, stari debet regulæ scri-
ptæ: vt in l. j. C. de legitimis. & in l. placuit. cum ibi
notatis. C. de iudic. & sic cum vnus solus, in casu
de quo agitur, successurus sit, & non duo, & sic
non ambo, sequitur * quòd antiquior per consti- 8
tutionem prædictam, cum ex ætate præsumatur
prudentior, habilior, & magis expertus, & ideo
dixit pulchrè Luc. de penna. in l. nepotes. C. de his,
qui nume. liber. vel paupert. excu. mer. quòd in do
miniis * & principatibus, in quibus versatur regi- 9
men populorum, non tam attendendus est ordo
primogenituræ, quàm virtutis, quæ in principa-
tibus requiritur: vt in §. ordinationem in authen.
de mon. ibi, neque qui post illum secundus est, ne-
que tertium, aut reliquos. & ideo successio defe-
renda * est, vt non tam attendatur vtilitas succes- 10
sorum, quàm commodum subiectorum. c. ecce. j.
q. j. Præficiendus est ergo fide tectus, vita constans,
gubernatione dignus, qui potest subiectorũ disci-
plinas, & totius regni statũ vtiliter custodire. Hæc
enim,

enim,quæ in principatibns requiruntur, verisimi-
le est in secundogenito plus esse, quàm in puero fi-
lio primogeniti. ita ex præmissis concludit Lucas
de penna , in dicta l.nepotes.& ideò firmat eligen-
11 dos esse maiores ætate * & maturiores , quorum
vita probabilis sit.cap.consuluit.lxxiij.distinctio-
12 ne. Et idem , videlicet * quòd patruus in casu de
qno agitur, nepoti præferendus sit,tenet idem Lu-
cas de penna , in l.j. C. de priuileg. colnm.j.& seq.
lib.xij.& in l.in sacris.C.de proxim.sacri scrin. vl-
tima colum.& in l.fin.ver. non secundogenito.eo-
dem tit.& in dicta l.j.ij.colum.ver. optima est hæc
litera.C. de consul.lib. xij.& in l. si quis.C.de pro-
fe.& medi.libro x.& in l.si.per totum. C.de tyron.
libro xij. Quintò & vltimò,absonum videtur di-
cere, vt æquitas patiatur nepoté esse melioris con-
ditionis , quàm filium , per textum in l. si viua ma-
tre.C.de bon.mater.ibi,interdum compatiatur, vt
nepos seu filius fratris , sit paris conditionis cum
patruo.& hoc ex æquitate intantum , quòd secum
concurrat ,eò quia repræsentat personam patris
sui prædefuncti.§.reliquum.in authē. de hære. quæ
ab intestato deferūtur. tamen aliter non reperitur
aliqua lege cautum , vt nepos sit melioris condi-
tionis ,quàm patruus.& videtur iniquum , per ra-
tionem dictæ l.si viua matre.& ideò satis doctores
considerant clausulam illam , videlicet primoge-
nituræ & gradus prærogatiua seruata: per quam
13 concludunt * patruum præferendum nepoti , per
textum in clemen.pastoralis.de re iudi. vbi tam de
præsenti regno Siciliæ, quàm in quæstione comi-
tatus Marsici & sancti Seuerini coram Rege Ro-
berto in ciuitate Auinionensi , relata per Oldrad.
in consilio cxciiij.& per Ioan. And.in tit.de præb.
altercantibus in iudicio patruo & nepote ,deter-
minatum fuit pro patruo,prout etiam refert Petr.
de Ancha. in dicto suo consilio clxxxj. in viij.col.
Marti.lau.in tracta.de primogenitura, in antepen.
colum. Andr.de Iser.in cap.j.de succes. feudo.& in
c.j.imperat.Lotha.& dicit Baldus in l.si vt in testa-
mento.C.de suis & legit. quòd id quod dicitur ne-
potem succedere in locum patris. tamen non ve-
rum,quòd indiuidua substantia patris transfunda-
tur in filium : imò pater moritur , & filius viuit.
Item licet filius sit imago patris,non tamen est pri
mogenitus : quia aliud est imago , & aliud veritas.
l.ij.C.de iure aure.anul.& idem dicit in l.de tutela.
§.si duo.de legit.tuto.hoc esse ex fictione & contra
naturalem æquitatem : vnde firmant in fauorem
14 patrui , & quòd patruus præferatur * nepoti ex pri
mogenito : subdentes hanc esse puram veritatem.
& idem tenet Bartolus in dicta l.liberorum.in §.ij.
de verbo.signifi.ver.secundò principaliter. Petrus
de Anch.in clemen.j.de Baptismo. Baldus in l. Ti-
tius testamento.de libe.& posthum. Andr. de Iser.
in cap.j.§.si verò.de grad.succes.in feud.& ibi sub-
dit, quòd quando primogenitus debet succedere,
& concurrit frater , & filius fratris primogeniti,
præferri debet frater secundogenitus , qui tamen
erat antiquior ipso filio fratris.& idem tenet Bald.
in l.ex hoc iure gentium.ff.de iustit.& iure.& con-
suluit Oldr.in suo consilio xciiij.eleganter esse ne-
gotium.x.colum.subdens opinionem hanc esse ve-
riorem de iure,licet ipse allegauerit in cōtrarium,
vt patet in suo consilio cxxiiij. istæ sunt allegatio-
nes factæ.Cuma.in l.cùm ita.§.in fideicommisso.ff.
de lega.ij.eandem opinionem sequitur Ias.in l.ma-
ximum vitium.C.de libe.præter.& in l. is potest.ff.
de acquirenda hæredi.& consuluit secundum eam
Alexandrum in suo consilio iiij. in uij.volumi.in
verb.pro ista parte. vbi dixit , ꝙ semper * opinio- 15
nem istam fuit secutus,tanquam melioribus ratio-
nibus fundatam & magis cōmunem. & secundum
eandem consuluit Barba. in suo consilio x.sapien-
ter scribitur.in ij.volu. Iac. de sanct.Georg. in suo
tractatu feu.ver.Carolus Dux.in ver. quid sit Rex.
& versi.sed pone decessit. & ibi subdit sententiam
istam vidisse continuò seruari pro patruo contra
nepotem,& idem secutus est Afflic.noster Neapo-
litanus,in cap.j.de success.feud.colum.iiij.versicu.
& hoc facit.dicens ,quòd licet pro nepote videa-
tur magis sustentabilis opinio : tamen ipse tenet
pro patruo. Sed præmissis non obstantibus, con-
trariam sententiám dico de iure veriorem , videli-
cet quòd * nepos ex primogenito succedere de- 16
beat , excluso patruo secundogenito. Quod prin-
cipaliter tenet Oldr.in suo consilio cxxiiij. vbi re-
fert d.Ioan.de Lau.collectis allegationibus de co-
mitatu Marsici & sancti Seuerini,ita iudicasse pro
nepote contra patruum. & ita referunt iudicasse
Regem Robertū.& idem Io.and. in addit. Spec.in
rubr.de feu.Nico.de matha.in l.fin.C. de iurisd.om.
iudic.quem refert & sequitur Bald. in l. liberti. C.
de operis libertorum. Idem tenuerunt Domini de
rota in decisio. collectis per Ægid. bellamerá 167.
aliàs.vbi allegat Bart.in dicta l. liberorum. de ver.
signifi.dum inquit , quòd nepos , patre ipsius sub-
lato de medio viuente auo;incipit tenere primum
locum & gradum,vt in authent. vt fratrum filij.in
princi.licet in veritate sit in secundo.& idem pul-
chrè tenet Pau.de Cast.in consil.clviij. inhærendo
auctoritati Ioan.And.qui fuit talis & tantus,& sa-
tis magistraliter loquitur , multa adducendo satis
vrgentia pro nepote contra patruum. firmat Abb.
& Cardin.Zab.in c.licet.de voto. Neapol. in ritu
de succes.ab intest.ver.ex masculis.& ista est com-
munis consuetudo in Regno : vt refert & sequitur
excellens doctor do.Anto.de Alexan.Viceproton.
ac præsidens Sacri Regij Consilij,in addi. ad Bart.
in authent.post fratres. C.de legitimis hæredibus.
potissimè per rationem illam , quia nepos subin-
trat locum sui patris defuncti : per dictum §.reli-
quum.in authent.de hæred.quæ ab intesta.defer.&
per alia optima iura & fundamenta,quæ ad satieta-
tatem refert, & sequitur moder. doctor Parisiēsis,
in suo tractatu de primogenitura,nominatus Ioā.
Licut.vbi istam partem intrepidè pro nepote con-
tra patruum prosecutus est. Secundò , adducen
* quòd ex iuris dispositione nepos ex filio , patre 17
ipsius sublato de medio , viuente auo incipit tene-
re primum locum & gradum : vt in authent.vt fra-
trum filij.in principio.licet in rei veritate sit in se-
cundo. Idem habetur in l.posthumos.§.si filium.&
l.Gallus.§.nunc de lege Velle.ff.de lib.& posthum.
l.posthumorum.§.j.ff.de iniust.rupto & irri. test.&
§.posthumorum.in fi.ff.de exhær.libe.& nepos suc-
cedit in locum patris.l.sui.§.filius.ff.de suis & legi.
& quòd in rei veritate sit in secundo gradu nepos,
cauet

cauetur in dicto §.reliquum.instit.de hæredibus quæ ab intestato deferuntur. Tertiò, ius succedendi liberorum, est quid separatum à iure filiationis. l.nec ei.ff.de adoption.& ibi dicitur, quòd filij habent spem succedendi parentibus, & mortuo filio, primi gradus nepotes succedunt in illud ius patris sui.l.j.§.filius. ff.de suis & legitim.& §.posthumorum.institut.de exhæred.liber. Si igitur succedunt in illud, ergo est ius aliquod separatum à iure filiationis, cum in iure filiationis non succedant: extinguitur enim cum persona filij decedentis: vt dixit Bart.in l.is potest. ff.de acquirend. hæred. & sic licet non succedat in iure filiationis sui patris extincto per mortem, succedit tamen in iure successionis eiusdem, & sic in iure primogenituræ, & secundogenitum excludit, postquàm in ipsius filij primogeniti locum subrogatur. & ita dicit Bartolus in dicta l.liberorum: ita etiam dicit & colligit Paulus de Castro, in dicto suo consilio clix.penultima colum.& in dicta l.is potest. ex dictis Bartoli, in dicta l.liberorum. idem tenet etiam gloss.in capitulo j.de natura.success.feudo. in versiculo solus.& ibidem Andræas de Isern.vbi dicit, hæc glossa facit pro nepote, filio primogeniti mortui, viuo patre, auo ipsius nepotis, vt excludat patruum: quia si quando feudum est diuisibile, succedit cum patruo, qui tenet locum patris sui, & eius ingreditur gradum. Et quòd omnino nepos ex primogenito præferatur in successione aui, exclusopatruo, & sic filio secundogenito, vltra Oldra. in dicto consilio ccxxiij. tenet etiam Baldus, in l.cum antiquioribus.C. de iure deliberan. & ibi subdit, quòd licet dicatur Papam Bonifaciũ pronunciasse in fauorem Regis Roberti patrui, qui fuit secundogenitus Regis Caroli, contra Regem Vngariæ eius nepotem, primogenitũ Caroli Marrelli, vt dicit Cynus post Richardum. Malum in dicta l.si viua matre.C.de bonis mater.tamen dicit ibi Baldus quòd dominum Regis Vngariæ tunc indefensi mutare non potuit.& quòd ista opinio pro nepote multum inualuit in magnis Regnis Franciæ & Angliæ.ergo ipsam seruare debemus. Et vltrà reperio, quòd idem Baldus in l.ex hoc iure gentium.ff. de iustitia & iure.refert idem fuisse determinatum per Regem Angliæ de consilio suorum procerũ, pro nepote filio primogeniti, quòd præferatur patruo maioris ætatis, & quòd moriens dispoſuit Regnum pertinere ad nepotem suum filium excelsi Principis de Gaules.& ita refert sæpius iudicatum in similibus per Regem Francorum. & idem dicit Baldus in l. liberti libertæque. de operis libertorum. de hoc Rege Angliæ.& plus
18 ibi subdit * quòd licet Papa iudicauerit pro Rege Roberto, & sic pro patruo contra nepotem, nescit tamen, si verum iudicauerit: imò Papa in dicta causa fuit magis partialis, quàm apostolicus. Et plus dicit idem Baldus in l.iij. C.de suis & legitimis. & in l. vt intestato. C. eodem. titulo, quòd
19 Papa * ita pronuntiauit in fauorem Regis Roberti propter publicam vtilitatem Regni, & propter immensam sapientiam dicti Regis, qui fuit secundus Salomon: & quòd sufficiebat Regi Vngariæ
20 illud Regnum Vngariæ, * maximè quòd ipse Rex Robertus possidebat hoc Regnum, & non poterat se expelli à Regno absq; maxima strage & iactura ipsius Regni. & per Baldum bene faciunt supra dicta per Lucam de pen. in l. nepotes. C. de his, qui numero liber. vel pauper. excusationem mer. dum dicit, quòd in successione Regnorum & huiusmodi principatuum, in quibus versatur regimen populorum, non tam attendendæ sunt primogenituræ, quàm virtutes, quæ in principatibus requiruntur: vt patet in §.ordinationem. in authentica de monaste.nam in deferenda successione Regni, tam attenditur vtilitas successorum, quàm commoditas subditorum.§.ecce. prima quæstione prima. & ideo in his præficiendus est in gubernatione, dignus & fide rectus, qui possit subiectorum disciplinas & totius Regni statum * viriliter gubernare. 21 Eandem opinionem pro nepote secutus est Baldus in l. si viua matre. C. de bonis matern. vbi tandem dixit, quòd Rex Robertus conscientia ductus trãstulit hoc regnum Siciliæ ad Regem Vngariæ, dum Ioannam eius neptem desponsari fecit: eidem Andrææ Regi Vngariæ, filio Caroli Martelli in matrimonium copulando: cuius votis inuida fortuna non fauit: & hoc ideò, quia ipsa Regina Ioanna neptis prædicti Roberti, cohabitans cum præfato * Andræa Rege Vngariæ, & 22 eius merito, siue ipsa consentiente, siue non, præfatus Rex proditoriè laqueo suspensus repertus fuit: ob quod denique Regina ipsa tanquam schismatica, per Vrbanum Papam fuit Regno priuata, & Regnum ipsum concessum Carolo tertio, per quem * capta extitit: & tandem iugulata, in- 23 ter duos puluillos, fuit sepulta in castro ciuitatis Muri, vt refert præclarus doctor dominus Nicolaus Antonius de Montibus, de Capua locumtenens Regiæ Cameræ summariæ, tempore Serenissimi Regis Ferdinãdi primi de Aragonia, magnus practicus & feudista, in quodam suo cõsilio quod habeo ad pennam in libro meo diuersorum consiliorum. In quo consuluit pro illustrissimo Antonello de sancto Seuerino, Principe Salerni, contra excellẽtem Barnabam de sancto Seuerino, Comitem Lauriæ, eius patruum: de quo consilio meminit Franciscus de Areti. in suo consilio clxiij. vbi idem consuluisse adparet, secutus præfatum dominum Nicolaum. Et tandem Regina ipsa alteri consobrino nupta nomine Ludouico, filio Tarenti Principis, fratris memorati Roberti, * Otho 24 Imperator, existens supra Rhenum prope Tyberim, cum multis proceribus suis Baronibus, & casus similis occurrisset, iudicauit vt nepos & patruus insimul certarent, & victori regnum daretur. & tandem bis pugna inter eos secuta, nepos bis vicit, & iudicio gladiatorio quæstio finita est. & ista est communis opinio & sententia, & commemorat in suo cõsilio lxxxv. & idem refert & sequitur Decis. Cap. Tholos.numero cccclxxxiij. in sua glossa quæ incipit: hanc etiam patiem.& quæstione Cap.præfatę quæ incipit, item fuit quæsitum. & idem refert Felynus in sua Epitome de regno Apuliæ & Siciliæ, in capite secundo. vbi subdit, quòd Regina * Ioanna ipsa cognita præfati eius 25 viri secordia, consentientibus agnatis, qui in regno præfato inhabitabant, Andræam ipsius virum & consobrinum per insidias laqueo interimere

mero fecit. & idem clarius & plenius commemo-
rat idem Felynus in sequenti folio dicti capitis.
vbi subdit, quòd Vrbanus Papa vt Reginam præ-
fatam deponeret, mouit Carolum Principem De-
rachnum, qui ex Vngaria in Italiam venerat: &
26 prælio * in Regno commisso, Reginam ipsam ca-
ptam, & annis confectam pulullo ori superinie-
cto, ad mortem compulit: licet per prius necato
prædicto Andræa eius viro, territa impetu Vnga-
rorum, qui ad vltionem mortis Regis Andreæ ve-
27 nerant, Florentiam * primò, & inde in prouin-
ciam sibi subditam aufugit: & illis abeuntibus re-
stituta, fortunam secundam ad extremam vsque
ætatem experta, regnum tenuit summa pace supra
prudentiam muliebrem, adeo vt nullo vnquam
tempore floruerit sub rege magis. Et ego audiui à
multis & quampluribus senibus nobilibus Auer-
sanis; qui dicebant pariter audiuisse ab eorum pa-
rentibus & auis, quòd Rex ipse Andræas fuit laqueo
suspensus in ciuitate Aversæ, in quadam fenestra
cuiusdam Castri, tunc in eo existentis, in quo nunc
adparent vestigia Castri: & est ibi monasterium,
quod nuncupatur, sanctus Petrus ad Maiellam. &
dum transiret ante ecclesiam prædictam. Serenissi-
mus Rex Ferdinandus primus, cum quodam no-
bile ciuitatis prædictæ, nomine Raynaldus Gar-
gana, idē Raynaldus ostendit præfato Regi quan-
dam fenestram existentem in quodam pariete su-
pra dictam ecclesiam: enarrando in ea fuisse præ-
fatum quondam Regem Andræam laqueo suspen-
sum. Et de causa dicti suspendij Regis Andrææ re-
fert Afflictus in cap. j. de succes. feud. quòd præfa-
ta Regina Ioanna fecit dictum eius virum laqueo
suspendere inter duos mergulos in ciuitate Auer-
sæ, ex quo inspiciendo ipsum, videbatur sibi vi-
dere caput asini, & quòd demum excommunica-
ta miserabiliter occubuit in castro ciuitatis Muri.
28 Et redeundo ad * propositum, eandem opinionem
pro nepote, secutus est Baldus nouell. consulendo
pro præfato Antonello Principe Salerni, in suo
consilio, quod habeo ad pennam in libro meo di-
uersorum consiliorum, quod incipit, vertente in
præsentiarum controuersia, & collitigio inter ex-
cellentem dominum Barnabam de sancto Seueri-
no, Comitem Lauriæ. vbi tenuit pro præfato prin
cipe Salerni eius nepote, contra præfatum Barna-
bam eius patruum, concordando se cum præfatis
doctoribus, tenentibus partem nepotis, quos as-
serit numero & authoritate valde excedere partes
tenentium contrarium. Affli. quoque in capit. j. de
succes. feudo. in iiij. colum. dicit, quòd hæc opinio
pro nepote videtur magis sustentabilis. tamen ipse
tenet pro patruo: & quòd nihilominus in regno
est obseruantia, quòd nepos excludit patruum:
quæ obseruantia habetur pro lege, & quòd ita vi-
dit pluries seruari, & quòd ita ipse in specie con-
suluit in camera. Et plus subdit, quòd nedum si
nepos est masculus, verum etiam si est fœmina
filia primogeniti excludit patruum. Ita Neapol.
in tit. de succes. ab intest. versi. ex masculis. & idem
latius tenet ipsemet Afflict. in titu. de natu. succes.
feud. v. colum. ver. sed dubium. ij. col. Et insuper
29 subdit ibidem, quòd Rex * Ferdinandus primus
cum suo consilio pro tribunali sedendo in Castro
nouo, protulit sententiam de baronia Seuarchiæ,
in fauorem neptis, contra magnificum Amilium
de Senerchia eius patruum. & insuper subdit vi-
disse quasdam literas Reginales Ioannæ primæ &
secundæ, in quibus declaratur neptem ingredi in
locum & sexum patris, & succedere in feudo aui.
& idem tenet Afflict. in titu. de succe. feud. colum.
xxv. in versic. quid quando tractatur. eandem opi-
nionem secutus est Curt. iun. in tractatu feudo. iij.
parte. versic. nonò principaliter. & eandem sequi-
tur Socin. in consilio oclij. visis instrumentis. col.
vij. ver. ponderanda est. in ij. volum. vbi in propriis
terminis, & in particulari, excludit * in casu præ- 30
senti patruum tertiogenitum, sicut est magnificus
Ferdinandus Caietanus, & præferri vult nepo-
tem ex secundo genito: prout est magnificus præ-
fatus don Scipio Caietanus: & tamen Socinus in
præallegato suo consilio per infinita iura, & ratio-
nes, ponit eadem quæ dicta sunt de nepote ex pri-
mogenito, contra patruum secundogenitum, mi-
litare in nepote ex secundogenito, cōtra patruum
tertiogenitum: dummodo si secundogenitus pa-
ter viueret, succederet in locum primogeniti de-
functi, ad exclusionem patrui tertiogeniti. & idem
sequitur Afflic. in consti. Regni, vt de successioni-
bus. subdens idem consuluisse viros peritissimos,
videlicet dominū Nicolaum Antonium de mon-
tibus de Capua, & Franc. de Aretin. in præfatis eo-
rum consiliis. Nec omittendum esse censeo, quòd
pro patruo fuit allegata auctoritas Bartoli, quæ
non modica reputatur: vt in authent. post fratres.
C. de legitimis hæred. vbi formaliter dicit, quòd
Rex Vngariæ filius Caroli Martelli, qui erat pri-
mogenitus, & Rex Robertus fuit secundogenitus,
& cum Regnum Apuliæ sit feudum ecclesiæ Ro-
manæ, non habetur iure successionis, sed ex con-
cessione dominica: & sic poterat Papa pronun-
tiare pro Rege Roberto. Idem, cùm tractetur de
successione aui, vel patrui, ille nepos non adsu-
mit locum patris sui, meritò debitum Regi Ro-
berto, & sic rectè considerando verba Bartol. eius
opin. fundari, adparet in eo, quòd hoc * Regnum 31
sit feudum ecclesiæ, & quòd non habetur iure suc-
cessionis, sed ex concessione: vt suprà. Et sic pote-
rat Papa tanquam dominus, qui poterat concede-
re pronuntiasse pro Rege Roberto: & nihilominus
Raph. Cuma. in l. cùm ita legatum. §. fi. de leg. ij. di-
cit, quòd veretur ne Bart. in d. l. post fratres, erra-
uerit, & dixerit contra text. quem allegat: quia in
successione feudi filius præmortui, ita succedit
in locum patris sui, sicut de iure communi in aliis
bonis. cap. j. de succes. feud. Ita clarius reprehendit
Bart. Francis. de Aret. In præfato suo consilio. Non
possum, illustrissime domine Prorex, maxima læ-
titia ac gaudio incredibili non affici, cum ex tuæ
humanitatis ac benignitatis iussu hodie mihi da-
tum sit in hoc almo Regio Collaterali consilio,
insolitum mare tentanti in tuæ excellentiæ con-
spectu in casu tam arduo, quid de iuris censura
sentiam, in medium adducere: sicque relatis præ-
stantissimorum doctorum legúmque diuûm opi-
nionibus, saluo semper iudicio horum excellen-
tissimorum dominorum Regētium Cancellariam,
adhæreo partibus nepotis, & sic illustrissimi don
Scipion

Scipionis: & sum voti, ipsum obtinere locum primogenituræ in successione quondam Illustrissimi Ducis Traiecti eius aui: & sic in successione præferendum, tanquam natum ex eius secundogenito, obtinente locum primogeniti: excluso præfato excellente don Ferdinando patruo tertiogenito præfati quondam Ducis Traiecti. Et ita de iuris censura teneo. & ita decisum fuit post breues dies per nos commissarios præmentionatos, cum assistentia Collateralis Consilij: in præsentia Illustrissimi don Petri de Toledn, Proregis dignissimi Cæs. Maiest.

Thomas Grammaticus Regius Consiliarius vnus ex Commissariis causæ præfatæ.

SVMMARIVM.

1 *Fatuitas vetoria arguitur ex inordinata memoria, vt quia modò quis dicat vnum, & mox contrarium.*

2 *Fatuus iudicatur, qui loquitur absque proposito.*

3 *Fatuus dicitur, qui non intelligitur, nec percipitur quid dicat, vbi etiam ex actibus & sermonibus quis potest fatuus iudicari. & nu. 4.*

5 *Attentans committere delictum in atrocioribus, ex sòlo attentatu puniri debet, ac si fuisset delictum perfectum.*

6 *Affectus licet non puniatur nisi secuto effectu: tamen si effectus non fuit perfectus, non punitur eadem pœna sed extra ordinem.*

7 *Delictum vbi non fuit perfectè consummatum, illud perpetrans, non tenetur pœna mortis: licet sit de atrocibus. & nu. 23.*

8 *Affectus nunquam punitur. nisi sequatur effectus, secundum generalem consuetudinem Italiæ.*

9 *Pœna imposita pro delicto hodie, nunquam imponitur, nisi delictum fuerit consummatum & perfectum.*

10 *Constitutiones Regni, sunt statuta Regni. & ad hoc vt habeat locum pœna in eis contenta, requiritur quòd delictum sit consummatum.*

11 *Pœna imposita per constit. Regni, porrigenti venenum, quæ est vltimum supplicium, non habet locum nisi morte secuta.*

12 *Statuto extante, quòd si quis voluerit mulierem corrumpere, capite puniatur: certè intelligendum erat, si cum effectu ipsam corrumperet, & non aliter.*

13 *Statuto extante, quòd si quis voluerit aliquem venenare, capite puniatur: non habebit locum in illo, qui praeparauit venenum.*

14 *Omnia iura punientia conatum, tanquam factum principale, sunt hodie correcta per generalem consuetudinem totius mundi.*

15 *Pœna, quæ imponitur ipso facto vel ipso iure pro aliquo delicto: nunquam imponeretur pro actu imperfecto, sed pro consummato & perfecto. & numero 16.*

17 *Affectus ad hoc vt puniatur, requiritur quòd mors sequatur.*

18 *Statuta punientia delicta, intelligi debent, dummodo consummata fuerint.*

19 *Statuto stante, quòd nisus adulterium committere, decapitetur: si aliquis tentauerit, & adimplere non potuit, non debet decapitari, sed puniri pœna pecuniaria.*

20 *Voluntas in delinquendo, retenta in animo, etiam in atrocioribus & atrocissimis non punitur. & hoc, nisi processum fuerit ad aliquem actum ordinatum de præsenti ad factum. & numero 21.*

22 *Affectus qui in atrocioribus punitur, licet non sequatur effectus, intelligi debet, quòd puniri debeat eadem lege. sed non eadem pœna.*

24 *Adulterij crimen est atrocissimum. si non fuerit deuentum ad actum proximum, non puniretur pœna mortis, sed alia extraordinaria.*

25 *Assassinij crimen licet atrocissimum, si non est perfectè consummatum, non punitur pœna mortis.*

26 *Pœna capit. pro homicid. non est pœna mortis, sed excommunicationis, & depositionis à dignitate.*

27 *Pœna quando non est imposita à lege pro aliquo delicto, succedit pœna iudicis arbitrio.*

28 *Falsi crimen, est enormissimum: & vltra alia specialia non includitur in generali indultu delictorum remissionis: tamen si falsitas non est nociua, non habet locum pœna falsi.*

29 *Pœna raptus, cùm sit crimen atrocissimum: tamen si rapiens non coeat cum rapta, nõ erit locus pœnæ prædictæ.*

30 *Falsa moneta. similiter est atrox crimen: tamen non punitur, nisi secuto effectu.*

31 *Pœna criminis simoniæ, quod æquiparatur assassinio, &c. omnia ad comparationem simoniæ reputantur pro nihilo: tamen non punietur affectus in ea, nisi secuto effectu.*

32 *Pœna mortis porrigenti venenum, non habet locum, nisi vbi fuerit mors secuta.*

33 *Pœna porrigentis venenum, quæ est mortis, non habet locum, vbi auxilio medicorum sumens illud, euasit, & non mortuus fuit: sed erit pœna pecuniaria, vel fustigationis. & nu. 34. 35. 36.*

37 *Pœna dantis poculum mulieri pregnanti, vt faceret abortum, si partus non nocuit, & viuus nascatur, non debet pœna mortis puniri.*

38 *Confessus delictum, de quo aliter non apparet, non punitur.*

39 *Iudex debet verificare quantum potest delictum confessatum esse verum. & debet mittere exploratores ad illud verificandum, & non stare nudæ confessioni. & nu. 40.*

41 *Confessio non verisimilis non nocet confitenti.*

42 *Non verisimile allegans, non debet audiri.*

DECISIO II.


FRanceschella de Arencio, famula nobilis Iacobi de Lauersana de Neapol. inquisita de veneratione in personam eiusdem Iacobi eius patroni, cùm intus quoddam malum, edendum per eundem Iacobum, dum coqueretur prope ignem, sublimatum seu venenũ imposuit: quod dum Iacobus ipse gustasset amarum, illud proiecit: & interrogans ipsam circa amaritudinem mali, de plano

plano falsa fuit, in eo sublimatum imposuisse, vt
eundem venenaret, ex quo nolebat ipsam ab eius
seruitiis discedere. ob quod dum instante fisco ad
mortem ipsius famulæ naturalem, per magnã Cu-
riam Vic. cõdemnata extitisset, & introducta cau-
sa per remedium appellationis à magna Curia præ-
fata in sacr. Regio consilio, & mihi commissa: cum
confessa duntaxat, & minimè conuicta fuisset: est
ergo videndum, an de iure huiusmodi condemna-
tio subsistere potuit. Dicebam in primis, ex cõmu-
1 ni testium * pro eius parte productorum opinione,
ac depositionibus, liquere Francescellam ipsam
esse fatuam, cum vnum in præsentiarum dicere ad
pareat, & mox contrarium asseueret, inordinatam
sic memoriam demonstrando, ex quo notoria fa-
tuitas arguitur, vt dicit Domin. de sancto Gemi. in
capit. fin. de hæred. in vj. vbi subdit esse not. pro te-
stibus inductis ad probandum fatuitatem. Idem
refert, & sequitur consulendo Alex. consil. lxxxvj.
iiij. colum. ij. volu. & in l. cum seruus. §. constat. de
lega. j. nam adparet ex eius contrarietate in sermo-
ne, non intelligere, nec scire quid loquatur: quia si
sciret aut intelligeret id, quod ipsa dicit, non va-
riaret nec contrariaretur in semetipsam: vt in c. j. §.
si verò. de elect. in sexto. & ibi ad hoc illum tex. no.
Domin. de sancto Gemi. & Alexand. in consi. liiij. j.
volu. qui plus subdit in præfata l. cum seruus, quòd
etiam qui loquitur absque proposito, iudicandus
2 * est fatuus. Et vltra præmissa liquet, quòd quando
3 ipsa loquitur, non intelligitur, nec * percipitur ab
audientibus, quid ipsa dicat: ex quo etiam apertè
fatua demonstratur. text. est in capitulo primo. de
cleri. ægrot. in vj. & tenet Alexand. in dicta l. cum
4 seruus. §. constat. vbi subdit etiam iudicari * quem
esse fatuum ex actibus & sermonibus: per l. ob quæ
vitia. ff. de ædil. edic. & in l. quidam in suo. ff. de cõ-
dict. instit. Nunc autem dato, absque veri præiudi-
cio, quòd ex præmissis plenè verificatis non pos-
set fatua reputari: dico, quòd cum sublimatum
ipsum corpori non nocuerit, & sic mors secuta
nõ fuerit, an potuerit ad mortem naturalem con-
demnari, prout condemnata fuit per magnam Cu-
5 riam Vicar. Et prima * consideratione videbatur
dicendum, quòd sic: cùm simus in atrocioribus;
in quibus attentans duntaxat delictum committe-
re, puniri debet, ac si fuisset delictum perfectum:
iuxta l. si quis non dicam rapere. C. de episc. & cle-
ric. & l. is qui cum telo. C. ad legem Cornel. de sica.
& plenè in particulari Bartol. in l. prima. C. ad leg.
Pompe. de parri. vbi loquitur de monachis, qui co-
nati fuerunt dare venenum Abbati sancti Petri. &
eandem opinionem tenet Salyc. in l. j. C. de malefi.
6 & Mathesil. secutus Barto. in dicta l. j. Quibus * non
obstantibus, cõtrarium arbitrator esse de iure ve-
riorem sententiam. Nam licet in atrocioribus, vt
suprà ostensum est, puniatur affectus, licet non se-
quatur effectus: tamen vbi effectus non fuit perfe-
ctus, non punietur eadem pœna, sed extraordi-
nariè: vt refert Cy. in dicta l. si quis non dicam ra-
pere. cuius opinionem, si rectè inspiciatur, sentit
apertè Barto. in l. j. ff. de extraordi. crimin. Rayn. in
7 l. qui ea mente. ff. de furt. & in tantum est hoc * ve-
rum, quòd si delictum non fuit perfectè consum-
matum, illud perpetrans non tenetur pœna mor-
tis: licet sit de atrocioribus. Ita Cy. & Guliel. in d.
l. si quis non dicam rapere. & idem tenet Rayn. in
dicta l. qui ea mente. dicens, quòd puniri debet ac
si dedisset. Tamen est aduertendum, quòd ibi Bar-
tol. mouetur per illum text. in dicta l. j. de parri. qui
loquitur in filio, qui voluit venerari patrem: quod
videtur speciale. & ideò Paul. de Cast. consulendo
in suo consilio. ccxcix. dixit legem ipsam de con-
suetudine & æquitate non seruari. Idem refert &
sequitur excellens doctor do. Anto. de Alex. in ad-
ditio. ad Bart. in d. l. j. & sequitur eandẽ opinionem
Aug. Arimi. in addi. ad Aug. in tract. malefi. in ver.
ex interuallo. & vltrà plus * subdit secundum ge- 8
neralẽ consuetudinem Italiæ & totius mũdi, quòd
nunquam punitur affectus, nisi sequatur effectus:
vt tenet Specu. in titu. de accus. §. j. Ang. in l. j. §. hæc
verba. ff. quòd quisque iur. Bald. in l. tertia. C. de ser.
fugi. Marsil. in l. eiusdem. ff. de sicar. vbi subdit, ex
hoc esse derogatum legibus loquentibus de vene-
no: & sic hodie * non fit punitio pœnæ impositæ 9
pro aliquo delicto, nisi delictum ipsum fuerit con-
summatum, & perfectum: vt firmat Angel. & post
eum Paul. de Castr. in l. j. ff. quod quisque iuris. Ro-
man. in l. damni. §. Sabini. ff. de dam. infect. & con-
suluit Alexan. in suo consil. xv. j. vol. viso processu
inquisitionis. Ioan. de Imol. in l. j. ff. de pub. iud. Cy.
& Bald. in l. is, qui cum telo. ff. ad legem Cornel. de
sicar. & idem firmat Afflic. in sua decisi. xxj. fuit du-
bitatum apud Regiã Maiestatem. vbi subdit, quòd
hodie non datur pœna imposita per constitu. regni
delinquentibus, nisi delicta fuerint consummata
& perfecta, cùm constitutiones regni, sint statuta
regni: & ad hoc * vt habeat locum pœna in eis cõ- 10
tenta, requiritur delictum esse consummatum: vt
dicit Bartol. in l. j. C. ad legem Cornel. de sica. Ioan.
de Imol. in capitu. j. de præsumpt. Nam dicit Bart.
in d. l. j. quòd quando delictum punitur per statu-
tum, non punitur pœna statuti, nisi fuerit consum
matum, & in particulari, quòd pœna constitu. re-
gni, quæ est * vltimum supplicium in porrigente 11
seu dante venenum, seu venenante, non habeat lo-
cum, nisi morte secuta: tenet in specie idem Affli.
in constitu. regni, Mala noxia. ij. colum. sub rubri-
ca. de malis & noxiis medica. & alleg. idem tenere
Barto. Cæp. in suo consi. lxxxj. visa inquisitione su-
per. Anto. de Butr. in capit. j. de rescript. Et pro hoc
bene facit, quod voluit Barto. in l. fin. ff. de rerum
diuisi. vbi dixit, quòd stante statuto, quòd si quis
* voluerit aliquam mulierem corrumpere, capite 12
puniatur: certè intelligendum erit, si cum effectu
illam corruperit, & non aliter. Et ex hoc infert
valde not. Franc. de Crema in suo not. xlix. Defen-
sati semel, quòd stante statuto, quòd si quis vo-
luerit aliquem venenare, capite puniatur, quòd
huiusmodi statutum non habebit locum in illo,
qui * præparauit venenum, si delictum non fuerit 13
consummatum: quia verbum illud, voluerit, in-
telligitur, scilicet re ipsa, quòd fecerit. Et pro tali
expositione est glos. in l. j. versi. voluerit. ff. de leg. ij.
vbi illam not. Alex. in fi. post Pau. de Cast. Ad idem
est glos. in l. fin. de codicil. Ex quo * omnia iura pu- 14
nientia conatum tanquam factum punibile, sunt
hodie correcta per generalem consuetudinem to-
tius mundi, & vltra Spec. suprà allegatum, qui ori-

ginalis est in hoc dicto.tenet etiam Bartol.in l.j.ff.
de sica.in §.diuus.gl.& ibi Bart.in l.fin.ff.de rerum
diui.& plenè Alexã.in l.qui ea mente.ff.de fur.vbi
15 etiam subdit, quòd pœna, quæ imponitur ipso facto, vel ipso iure, nũquam imponetur pro actu im-
perfecto, sed pro consummato.nec sufficit imper-
fectus actus in atrocioribus: secundum Paul.de
Leaza.in clemen.j.de sta.mon.in gl.& similiter no.
in capitu.perpetua.de elect.in vj.Bal.in l.data ope-
ra.xxiij.colum.C.qui accus.non poss. Vbi formali-
ter dixit, quòd vbi imponitur pœna corporalis,
16 * requiritur actus consummatus.& idem in specie
dixit Ange.in l.j §.fit iniuria.ff.de var.& extraord.
17 crimin.quòd ad hoc, vt affectus puniatur,* requi-
ritur quòd mors sequatur.& idem sequitur Alexã.
in dicta l.qui ea mente.& ambo subdunt opinio-
nem Bart.in dicta l.j.de parri.non procedere, pro-
pter illam consuetudinem totius mundi, de qua su-
prà. Quod etiam commemorat Cyn.in dicta l.is
qui cum telo.& sic omnes concludunt, quòd non
debet mori, licet deuentum sit ad conatum. Et be-
18 ne facit, * quia statuta punientia delicta, debent
intelligi, dummodo consummata fuerint: secun-
dum Bartol.in dicta l.j.de sicar. Ex quo statuta de-
bent intelligi in casu vero, nõ ficto.l.iij.§. hæc ver-
ba.ff.de nego.gest.l. quicquid.ff.de verbo. oblig.&
sic ista voluntas venandi, etiam si processit ad actũ
propinquum, dicitur ficta, vnde non potest puniri
per statutum, quod requirit factum verum, & con-
summatum: prout in simili consuluit Bal.in consi.
ccclvj.statuto Placen.j.volum.vbi consuluit, quòd
19 stante * statuto Placentiæ, quòd nixus adulterium
committere, decapitetur: quod tamen si quis ten-
tauerit, & non potuerit adimplere, non debet de-
capitari, sed puniri alia pœna pecuniaria: iuxta no-
tata per Cyn.& doct.in dicta l.is, qui cum telo. ad
legem Corn.de sicar.maximè cùm sit derogatũ per
consuetudinem, vt per dictum Spec.in titu.de ac-
cus.§.j.suprà allegatn, quod etiam sequitur Bald.in
suo consil.ccclxj.j.volu.quidam tumor. Alex.in d.
consi.xv.& plenè firmat in suo repert.in ver. vene-
natio. vbi subdit se hoc pluries iudicasse Romæ.
Barba.in consi.xxiij.ij.volum.& ista est communis
opinio, prout ipse dicit: & sic videtur, quòd bene
iudicauerit Fran.de Aret.vbi suprà exponendo ve-
nenauerit, id est, re ipsa fecerit, & mors secuta sit.
Pro quo facit tex.cum glo.in cap.consultore.de si-
mon.nam voluntas est separata ab ipso facto. Quæ
20 voluntas * in delinquendo, retenta in animo, etiam
in atrocioribus & atrocissimis non punitur.l. co-
gnitionis.ff.de pœn.& plenè Cardi.in clemen.j.de
21 vsur.sed * vbi processum fuisset ad actum exterio-
rem, efficitur punibilis: vt dixit not.Bald.in l.non
ideò minus. vij.colum. C.de accus.vbi apertè vo-
luit, quòd etiam in atrocissimis delictis voluntas
seu ordinatio ad delinquendum, nõ puniatur, nisi
processum fuerit ad aliquem actum ordinatum de
præsenti ad ipsum factum: quo casu venit punien-
da. Et pariter.vbi quis fuisset impeditus exequi, &
sic impedimento facti, vt quia fuit detectus, tunc
venit puniendus conatus: vt dicunt doct.maximè
Cardin.in capit.j.de eo, qui mit.in poss. Præterea,
22 id, quod * dicitur, quòd in atrocioribus puniatur
affectus, licet non sequatur effectus, intelligendum

est, quòd puniri debeat eadem lege, sed non eadem
pœna: vt dicunt Gul.& Cy.in l.j.ff.de extraor.cri-
mi.Ray.in d.l.qui ea mente.ff.de fur.Cæpola in suo
cõsi.viti.penul.col.& ante ipsos Fran.de Albergo.
de Aret.in quodam suo consilio incipiente: quòd
Ciccus fante. quod ego habeo ad pennam, in lib.
meo diuersorum cõsiliorum. de consilio meminit
Fely.in c.inquisitionis.v.colũ.de accu.& mouetur
ratione, quia * etiam in atrocioribus non punie- 23
tur delictum pœna mortis, si non fuerit perfectè
consummatum. Idem voluit Andr.de Iser.in c.j.§.
si verò.de capita.qui cur.vend.& pro hoc adduco
viuas & efficacissimas rationes: nam * constat cri- 24
men adulterij esse delictum atrocissimum, vt per
glos.singu.in l.auxilium.ff.de minor.& licet fuerit
attentatum, si tamen non fuerit perfectum, id est,
perfectè consummatum, licet fuerit deuentum ad
actum proximum, non punietur pœna mortis: li-
cet aliàs pœna adulterij sit pœna mortis: vt in lege
quoniam.C.de adulte.sed punietur pœna extraor-
dinaria, & sic minori pœna, quàm mortis: vt di-
cit gloss.in capit. solicitationes. de pœn. distinct.
j.in versi.extra ordinem, vbi dicta lex canonizata.
& probatur etiam in l.cùm vir.C.de adul.vbi fuit
deuentum ad actum non perfectum: & tamen non
pœna mortis vel sanguinis punitur, sicut idem in
simili, & maiori dicimus de assassino, * quod est 25
crimen plusquàm atrocissimum: per tex.in capit.
pro humani. & ibi Gemin.de homicid.in vj. & ibi
etiam Ioan.Andr.& tamen si nun est perfectè con-
summatum, non imponitur pro eo pœna mortis:
vt firmat Dyn. & post eum Angel.in l. item apud
Labeonem. de iniur. refert & sequitur præclarus
doctor Amode.iusti.in suo tracta.syndic.circa fi-
nem.& ita pluries fuit iudicatum per magnã Cur.
Vicar. me existente ibi iudice per annos ferè tri-
ginta: & signanter tempore, quo erat locum te-
nens Viceregis reuerendiss. Pompeius columna,
Cardinalis dignissimus in præsenti regno, in per-
sonam cuiusdam Protonotarij apostolici Capua-
ni, conuicti de mandato ad occidendum median-
te pecunia, & fuit condemnatus in ducatis qua-
dringentis per Regiam Cur.vt plenè scripsi & no-
taui in votis meis voto viij.in causa reuerẽdi Pro-
tonotarij. Et pro opinione præfata satis rationa-
bili non obstabit capit.pro humani.præallegatum: 26
* quia per eum non imponitur pœna mortis, sed
excommunicationis, & depositionis à dignitate.
& tamen nulla est maior pœna, quàm mortis: &
ideo venit * imponenda minor pœna iudicantis 27
arbitrio.l. prima.§. expilatores.ff.de effracto.l.ho-
die.& ibi no.de pœn. Præterea dictum cap.pro hu-
mani. loquitur de pœna excõmunicationis & de-
positionis à dignitate & honore, & confiscationis
bonorum: nos autem de pœna sanguinis & vitæ,
inter quas pœnas est longa differentia: vt dicit
Alexand.in consil.cxl.iij.colum.videtur in casu.in
v.volumi.ita in specie in assassino consuluit Mar-
sil.in suo cõsil.cv.circa præsentem casum. Et quòd
etiam in enormibus non puniatur affectus, nisi se-
quatur effectus, apparet etiam in crimine falsi,
* quòd est enormissimum. Et hinc est, quod habet 28
multa specialia vltra alia crimina, & in tantum,
quòd nõ includitur sub generali indulto & remis-
sione

fione delictorum: vt dicit Bartol.in l.Lucius.in fi.
ad Turp. Petr.de Anchar.in capitu.primo.colum.
lxxxvj.de consti. Ang.in sua disput.renouata guer-
ra. Nellus in suo tracta.bāni.in tertia parte secun-
di tēporis.qō.quarta. Item, si testis deponat falsum,
vt noceat alteri, & eius dictum sit aliquo modo in-
ualidū, adeò quòd non noceat, non habebit locum
pœna falsi: prout firmat gl.& doct.in l.diuus Adr.
ff.de fal.doct.in l.damus.C.eo.titu.Ioan.in l.j.ff.de
fals.Petr.de Anch.in consi.clxxij.Alexan.in consi.
lxx.& lxxiiij.j.volu.viso processu.Præterea, nonne
29 * etiam raptus virginū est enormissimū delictum?
vt in l.raptores.C.de episc.& cler.& in l.prima.C.
de rapt.virgi.vnde si raptor rapiat.& non coëat cū
rapta, non punietur morte: vt tenet Ioan.de Anan.
in capitu.cùm causa.de rapt.vbi subdit ita vidisse
consultum & iudicatum Bononiæ.& sequitur Cæ-
po.in suo consi.lvij.super querela. Præterea, in fal-
30 sa * moneta, quod pariter est enorme, & etiam in
crimine læsæ maiestatis: vt in l.prima.C.de fal.&
tamen non punitur, nisi secuto effectu, per text.in
l.qui falsa.ff.de fal.& facit bona gl.in l.qui ea men-
te.ff.de furtis.& in capit.periculosè.de pœni.distin.
prima.faciunt dicta Gemin.in capi.gratia.vlti.co-
31 lum.prima quæstione prima. Præterea, in* crimine
simoniæ, quæ æquiparatur assassinio. nam vt dicit
Specu.in titu de accu.prima parte.§.primo.in fin.
quòd cætera crimina ad comparationem simoniæ,
pro nihilo reputantur.& allegat de hoc tex.in ter-
minis. Sed in simonia non punitur affectus, non se-
cuto effectu: vt dicit gloss.in capit.consulere.extrà
de simo & in ca.fi.eo.titu.ergo &c. Et quòd vbi ex
32 * porrectione veneni non fuit mors secuta, nō ha-
beat locum pœna mortis naturalis, consuluit in
particulari Bald.in suo consi.cccexliij.scire opor-
tet, quòd Ciccus venenauit.in tertia volu.vltimæ
impressionis. & idem repetio tenuisse nonnullos
alios præstantissimos doctores antiquos, contem-
poraneos Bald.& qui in eadémet causa Cicci fan-
tis, consuluerunt: prout fuit dominus Antordi-
nus de Aluarottis de Padua, licet de Bald.mentio-
nem aliquam non faciant: tamen consuluit in ea-
démet causa pro dicto Cicco fante. & incipit eius
consilium: in Christi nomine, super inquisitione
contra Ciccum fantem. Idem in eademmet causa
domi. Rosellus in suo consil. incip.an dictus Cic-
cus.vbi consuluit, quòd si vltra, quòd præparauit
venenum, peruenit ad actum facti proximum, non
tamen debet pœna veneficij puniri, sed mitius: &
sic non pœna mortis.& idem in eadēmet causa al-
legando tenuit in allegationibus suis domin. Pe-
trus domini Albici de Pisis, quæ incipiunt: si di-
ctus Ciccus non potest, vel debeat. & plus sub-
dit, quòd in crimine præmisso, vbi venenum da-
33 tum, fuit * sumptum, sed remedio medicorum
sumens non moritur, sed euadit: ille qui porre-
xit, non debet mori, sed pecuniaria pœna puniri.
& quòd ita fuit seruatum Pisis per diuersos Pote-
states: vt per copias processuum quæ transmittun-
tur, liquet. & plus concludit, pœnam esse pecu-
niariam, iuxta facultates, cùm præfatus Ciccus
sit pauper.& eandem opinionem per multa iura &
rationes, quòd sit pœna pecuniaria, & non ma-
gna, sed parua tenuit etiam domi. Dominicus de
Viterbo in suo consilio incipiente: In nomine do-
mini, eiúsque matris &c. scire oportet, quia termi-
nus criminis, & quòd non sit modo aliquo pœ-
na mortis, firmat Fran.de Albergo, de Aret.in suo
præallegato consil.quòd Ciccus fantes, imò plus
Bal.qui idem tenet in præfato suo consil.cccexliij.
in tertio volu.subdit * in hac punctalitate, quòd te- 34
netur pœna pecuniaria: prout tenent suprà dicti
doctores in præmissis eorum consiliis, quæ habeo
ad pennam in libro meo diuersorum consiliorum,
& tamē dicit Bal.quòd si esset vilis persona, debet
fustigari.& inter cætera pro fundaméto talis * suæ 35
opinionis considerat, qua grauiori pœna puniri
deberet ille, qui verè cum effectu occideret vene-
nando: si quis approximando venenum corpori
aliter non nocendo, pœna mortis puniri posset.&
præfatum Bal.reperio fuisse secutum per Flor.in l.
item si obstetrix.ff.ad leg.Aquiliam.vbi magistrali-
ter concludit, quòd eo casu tenetur pœna pecu-
niaris: & si esset vilis persona, debet fustigari.& ita
aliàs vidi annis elapsis iudicatum per magnā Cur.
Vic.contra famulam egregij Lucæ Florentini sub-
actarij ac scribæ fiscalis ipsius magnæ Cur. quæ
porrexerat venenum in ferculis, quæ Lucas ipse
vxor & nepotes ac filia comederunt, & omnes sta-
tim infirmati sunt. nemini tamen mors successit.
& sic * ex sententia magnæ Curiæ fuit fustigata per 36
ciuitatem Neapo.& ipsam propriis oculis fustiga-
ri vidi per ciuitatem Neapo. Et quòd nullatenus
venenans aliquem, si non moritur, possit pœna
mortis puniri, firmat post multa pro & contra ad-
ducta in specie, Augu.Arimi.in addit.ad Angel.in
tract.malefic.in versic.ex interuallo.v.col.& alleg.
idem tenere Ang.in l.prima.§.iniuria.ff. de extra-
ordi.crimi.& insuper bene facit id, quod in specie
consuluit Barb.in suo consil.xxiij.ij.vol.vbi dixit,
quòd si quis * dederit poculum mulieri prægnāti, 37
vt faceret abortiuū, & partui nō nocuit, nec abor-
tiuum fecit, sed viuus nascatur, non debet pœna
mortis puniri, nō secuto effecto, cùm hodie in ma-
leficiis potius expectetur euentus, quàm animus.
vnde poterit relegari per ea, quæ habentur in l.si
quis aliquid.§.abortionis.ff.de pœ. Ita etiam firmat
& sequitur Paul.Grill.Bonon.in suo tract.de sorti-
leg.versic.xiiij.prosequendo.tertia.colum & tantò
magis, cùm sublimatum fuerit, adeò modicū quòd
iudicio medicorum non potuisset Iacobum patro-
num, qui illud sumpserat, occidere, quo casu non
habet locū pœna ordinaria: vt consulendo satis ad
propositum tenuit Alex.in suo cōsil.cxv.in iij.vol.
Vltimò posset, * & non rugato supercilio attestari, 38
quòd huiusmodi confessio præfatæ inquisitæ om-
nino fatua fuerit, & viribus non subsistens: nam li-
quet ex processus meritis, quòd cùm Iacob. patro-
nus sibi dixisset malum illud esse amarum, & quòd
statim ipso gustato propter amaritudinem ipsum
spuerat in terram, illam modicam portiunculam
quam sumpserat, Francisca ipsa cepit integrū resi-
duum dicti mali, in quo parum illud sumptum per
Iacobum patronum deficiebat, & statim præsentē
eodem suo patrono comedit & conglutinauit: &
sic proculdubio se necasset, si in eo sublimatum
maximè appropinquatum & decoctū cum malo in
igne adposuisset, vt dixerat: & tamen nihil eidē in-

quisitæ nocuisse adparet: sed post dicti mali come-
stionem ita permansit & permanet, sicut per prius
stabat. Et ideò huiusmodi suæ nudæ confessioni
standum nõest, quòd ibi sublimatum adposuisset,
prout ipsa dixit. Vnde delicto ipso aliter non veri-
ficato, confessio exinde emanata nulla est, vt te-
statur iurisconsul.in l.prima.§.diuus.ff.de quæstio.
& in l.inde Neratius, §. fina.cum l.sequen.ff.ad le-
gem Aquil. Et quòd non sit standum nudæ confes-
sioni asserẽtis se commisisse delictum, ad effectum,
vt ex ea damnari posit, nisi aliter de delicto ipso
constiterit, cumulat Fely. multa referens in ca.au-
ditis.xvj.colum.de præscri.sequitur Fran.de Pon-
zonibus,in suo tract.de lam.in antepen.colũ. versi.
vij.& ideò dixit Paris de puteo,in suo tract.syndi.
39 in versic. confessio. circa medium, quòd * debet
iudex inquantum potest, verificare delictum con-
fessum, esse verum: per no.per Bartol.in l.j.§.sed si
sibi.ff.ad Sylla.& si aliter fieret, sequeretur, quòd
quis esset dominus membrorum suorum, & quòd
absque eo quòd delinqueret, asserendo se deliquis-
se, posset facere se ad pœnam mortis condemna-
re: contra text.in l.liber homo.ff.ad legem Aquil.
& in l.non tantum.ff.de pœn. Hinc dixit Angel.in
tract.malefic.in versi.& vestem cœlestem abstulit.
versicu. quid si quis confiteatur, quòd in hoc iu-
dex debet esse bene cautus, ex quo datur sibi cau-
tela, vt non debeat stare nudæ confessioni inqui-
siti: sed si inquireretur de furto mittere explorato-
res ad verificandum furtum: aliàs sæpe condem-
naret innocentes: & sic damnaret animam & cor-
pus suum. Et idem dixit ipse Par.in suo tract.syn-
di.vbi suprà. & Augu.Arimi. in addit.ad Angel.in
dicto tract.malefic.in versic.fama publica.Deci.in
cap.dilecti.de ind.in prin.Marsil.in suo consi.viij.
in causa magistri Ioannis.& ideò singulariter di-
xit Bald.in authen.sed nouo iure.iij.colum. versic.
sed pone quòd si aliquis confitetur.C.de seru.fugi.
quòd si non aliter constet de furto vel homicidio,
nisi per solam confessionem, non debet inquisi-
tus puniri. Idem voluit Bald.in addit.Spe.in titu.
de senten.in iiij.col.versic.Titius fuit confessus se
occidisse. Idem Bald.in cap.bonæ.viij.colum.in fi.
de electio.& in capi.vt si clerici.iij.col.ver.ij.not.
in fi.extrà de iud.Angel.in l.j.C.de confes. Bald.in
addi.Spec.in titu.de confes.ver. Titius confitetur.
Et tanto magis adparet fatua & erronea confessio
præfata, tum quia nulla adparet verificatio eius: &
quòd ipsa voluisset recedere à seruitiis ipsius pa-
troni, vel quòd licentiam petiisset ab eo: nec quòd
patronus ipse recusauerit eandem dimittere à suo
seruitio. Tum etiam quia ex comestione longè ma-
ioris partis, quàm ipsam comedit de malo præfato,
si ibi ipsa imposuisset sublimatum, proculdubio
non comedisset.& saltem propter eius amaritudi-
nem non conglutinisset, & si pur comedisset, re-
mansisset necata & venenata: & tamen nullum ad-
paruit in ea nocumentum: sicque liquet huiusmo-
di eius confessionem fatuam, & non verisimilem:
41 & * confessio non verisimilis nõ nocet confiten-
ti: vt dicit Bald.in l.si quis in hoc genus.C.de epis.
& cleric.Petr.de Anchara.in suo consil.xxiij. visa
inquisitione formata.& ideò dixit idem Petr.An-
chara.in suo consil.cclvij.extra ordinem contra-
ctuum: quòd iudex * non verisimilibus non debet 42
fidem dare. Et idem consuluit in alio suo .consil.
clvij.visa facti narratione.vij.colum.in fin.vbi di-
xit, quòd allegans non verisimile, audiri non de-
bet: vt dixit Bald.in l.fina.C.de eden.dum inquit,
quòd probatio debet esse verisimilis: aliàs ei stan-
dum non est: & tanto magis, quia pluries experien-
tia comprobatum extitit: quòd in malis cuiuscun-
que generis plerunque reperiuntur quædam macu-
læ corruptæ intus, inducentes amaritudinem in-
tolerabilem: sicque ex præmisis & eorum singulis
dixi, minus bene fuisse iudicatum per magnã Cu-
riam Vicar.quo ad pœnam mortis naturalis: sed
ipsam esse condemnandam ad seruiẽdum infirmis
& languentibus in hospitali incurabilium, eius vi-
ta durante. Et in hanc partem cõcurrit maior pars
votorum dominorum sacri Regij Consilij vtrius-
que aulæ, accedente etiam voto excellentis domi-
ni Cicci de Ioffredo Viceprotonotarij ac præsidẽ-
tis sacri Regij Consilij. Et sic fuit lata sententia, &
executioni demandata.& licet fuisset per Regium
procuratorem fiscalem habitus recursus ad Illu-
strissi. Prorogem & collaterale Consilium tunc in
terra Summæ degentem, facta relatione per me,
cum interuentu sac.Consilij, fuit idem comproba-
tum. Thomas Grammaticus Regius Consiliarius,
& causæ Commissarius & delator.

SVMMARIVM.

1 *Incendium licet præsumatur factum culpa inhabi-
tantium in domo, tamen culpa illa præsumitur le-
uissima. & nume. 2. Quia conductor non tenetur
nisi de dolo, lata & leui culpa. nu. 5. & 7. dum di-
citur non teneri. & 8.*

3 *De incendio ad hoc vt quis teneatur, oportet pro-
bari culpa certi & determinati hominis. & nu-
me. 4.*

6 *Gloss. in §. præterea. institu. quibus mod. re contrahi.
obliga. quæ voluit incendium præsumi ortum cul-
pa leuißima inhabitantium, reprobatur commu-
niter.*

9 *Dominus tenetur culpa operariorum quorum opera
ipse vtebatur.*

10 *Damnum, quod sentimus culpa alterius, ab eo repe-
tere possumus.*

11 *Conductor tenetur ad emendam domus combusta,
quàm ipse conduxit.*

12 *Incendium si processit culpa familiæ, quando in offi-
cio familia deliquit, cuius opera dominus ipse vte-
batur, dominus ipse tenetur.*

13 *Conductor debet probare se vigilem & diligentem
in domo conducta fuisse, ad hoc vt possit ab incen-
dio excusari. & nu. 14.*

15 *Incendium, licet præsumatur culpa leuißima in-
habitantium processisse: & non teneatur de in-
cendio conductor: tenebitur tamen ad emendam
damni.*

16 *Conductor domus combusta, licet in foro conscientiæ
non teneatur: tamen inferens damnum, tenetur,
nedum de lata culpa, verùm etiam de leui & le-
uissima. & nu. 17.*

18 *Incendium quomodocunque sit commissum sine
dolo,*

dolo, siue lata, siue leui; aut leuißima culpa, semper illud committeris tenetur ad emendam damni.

DECISIO III.



N causa magnificæ nobilis Hiero-
nymæ de Angelo cũ magnifico Ca-
pitaneo Roboles, conductore do-
mus ipsius nobilis Hieronymæ exi-
stentis in platea Vlmi: & incendio
combustæ, & introducta causa ipsa per remedium
appellationis à sententia lata per magnam Curiam
Vicariæ contra ipsum Capitaneum, referente ma-
gnifico Antonio Baraptucio Regio Consiliario,
1 & causæ Cõmissario: Considerabam prima * fron-
te pro præfato Capitaneo, quòd licet incendium
præsumatur causatum culpa inhabitantium in do-
mo ipsa, per l. si vendita. ff. de pericul. & commo.
rei vend. per l. qui insulam. §. fina. & ibi. Bartol. ff.
locat. cum vulga. tamen talis culpa non præsumi-
tur, nisi leuissima: nisi aliud in oppositum pro-
betur. gloss. est singul. in §. præterea. versicu. debet.
institut. quibus modis re contrahi. obligat. quam
not. sequitur Salyc. in dicta l. prima quæ fortuitis.
Alexan. in consil. 50. visis & opportune considera-
tis. & etiam in sexta colum. idem sequitur Iaso. in l.
sed & si quis. §. quæsitum nona columna. ff. si quis
2 cau. vbi dixit, quòd ex hoc not. sequitur * quòd si
quis conduxerit domum, vel apothecam, vel sit
fictabilis vel emphyteuta, & conduxit domum
cum prædiis, & domus incendio consumetur,
conductor ad nihilum tenetur: quia licèt præsu-
matur incendium factum culpa inhabitantium,
tamen talis culpa censetur leuissima: & condu-
ctor non tenetur, nisi de dolo, lata, & leui cul-
pa, & non de leuissima, per l. si vt certo. §. nunc
videndum. ff. commod. & ratio est, quia talis con-
tractus celebratur gratia vtriusque. & idem tenet
Iaso. in l. si quis ex argentariis. §. prætor ait. ff. de
edend. vbi plus subdit, quòd doctrina illa Bar-
tol. idem vult, quòd incendium præsumatur fa-
ctum culpa inhabitantium, intelligitur procede-
re in casibus, in quibus quis tenetur de leuissima
culpa, vt in commodatario, per dictam glo. in §.
præterea. quam gloss. pro singu. tenet Ioan. de Ana.
in suo consilio lxxj. visis & diligenter ponderatis.
3 & ibi plus subdit, quòd ad hoc vt quis * de incen-
dio teneatur, oportet probari culpa certi & de-
terminati hominis; quia licet præsumatur culpa
inhabitantium: tamen absque culpa certæ & de-
terminatæ personæ fieri non potest: & ideò quan-
do habuit causam ab incerto authore, non debet
imputari habitanti: vt probatur in dicta l. si ven-
dita. Ita consuluit Bald. in suo consilio ccclxxiij.
quidam magister Grammaticæ. Et ideò dixit idem
Bald. in l. quæ fortuitis. C. de pignora. actio. quòd
certi hominis factum requiritur probari, sed non
præsumitur culpa determinati hominis, prout di-
cit esse text. expressum in dicta l. si vendita. Ita di-
cit tenere Salyc. ibi, in dicta l. quæ fortuitis. quia
4 quando non * probatur culpa certæ & determi-
natæ personæ, remanet incertitudo: & sic non po-
test sequi condemnatio. l. licet. §. fina. ff. nau. caupo.
stabul. Ad hoc etiam allegat Bald. in l. si creditori
& in l. pignus. v. columna. C. de pigno. actio. vbi
plenius per eum, quod valde dicit Iaso. esse nota.
pro defendendo amicum. & in materia est etiam
pulchrum consilium Iacob. de puteo, Papiensis,
inter consilia calcan. numero lxj. Ventura & fra-
tres. vnà cum alio sequen. consilio, numero lxij.
quod est Domini Rolandi de cu. Cunctis. & plenè
secundum prædicta consuluit Curti. iunior, in l.
Dominus horreorum. ff. loca. Et quando * condu- 5
ctor tenetur ad emendam domus combustæ, & pi-
gnorum combustorum in ea, videri poterit opti-
mum consilium Bartho. Veron. lxx. circa primum
dubium. & ibi tenet, quòd non tenetur cõductor.
& idem tenet Pet. de Vbald. in suo tractatu de duo-
bus fratr. in viij. parte. quæstio. xviij. versiculo, quæ-
ro incidenter. Alexand. in dicta l. si domus. §. pe-
lum. ff. de lega. primo. Verùm reperio, quòd * illa 6
glos. in §. præterea. institu. quibus modis re contra-
hi. obliga. dum inquit, quod incendium præsumi-
tur ortum culpa leuissima inhabitantis, nisi aliud
in oppositum probetur. reprobatur per Bald. ibi.
& est alia glos. contraria in l. qui duobus. §. damna.
ff. pro soci. Angel. autem de Aretio. in §. præterea.
dicit; quòd gloss. in dicta l. quæsitum. reprobatur
per l. creditor. C. de pigno. actio. & in l. si insulam.
§. fina. ff. loca. & loquitur de creditoribus, quo ad
pignus, & de conductore & emptore: & dicit An-
gel. quòd de facto habuit dictam glosam reproban-
dam. Imò & plus quando clare non constat de
principio ignis, debet conuentus absolui: secun-
dum Ludo. Roman. in consilio ccccj. Et pro * ista 7
parte, videlicet quòd conductor non teneatur de
incendio domus combustæ, cõsuluit etiam Bald.
in consilio. ccccxlij. quidam nomine Ristorus de
Cortona. Pro parte verò locatoris contra condu-
ctorem, adducitur l. iij. ff. de officio præfecti vigil.
quæ dicit, quòd in * dubio semper præsumitur in- 8
cendium processisse culpa habitantium. Facit l. qui
ædes. & l. si fortuito. ff. de incendi. rui. naufrag. & in
l. si seruus seruum. §. si quis insulam. & §. si fornica-
rius. ff. ad legem Aquiliam. & not. gloss. in l. si do-
mus. cum l. sequen. ff. de legatis primo. vbi expresse
dicit gloss. quòd non fit quasi vnquam incendium
sine culpa * alicuius, hoc est habitantium. & pro- 9
pter culpam operariorum quis tenetur, quorum
seruitio ipse vtebatur: vt in dictis iuribus. & l. si
quis fundum. §. si colonus. ff. loca. & est bonus tex.
pro operariis, quòd inhabitator teneatur. in l. j. ff.
furti aduersus naut. caupon. stabula. & damnum
* quod sentimus facto alterius, ab eo repetere 10
possumus, vt in l. igitur. §. fina. ff. de liber. cau. & in
lege fin. & in authen. ibi posita. C. ne vxor pro ma-
rit. & in l. imperatores. §. si magistratus. ff. de appel-
latio. & faciunt not. per Bartol. in lege secunda. ff.
de verborum obligatio. in quæstio. de repræsal. Et
ita ex præmissis contra conductorem, quòd te-
neatur * ad emendam domus combustæ, consu- 11
luit præclarus doctor domi. Salust. de Perusio, cu-
ius consilium habeo ad pennam: & ipsum exem-
plando à suo originali, scripsi manu propria in-
ter consilia Bald. in margine, in tertio volumine.

& idem reperio consuluisse Francis.de Rampo.in
suo consilio: quæstio talis est. & Angel.in consilio
cxcvij.vbi idem tenet & concludit per optima iu-
ra & rationes, & idem quoque reperio consu-
luisse domi.Dionysium de Perusio, in suo consilio
incipiente: incendium. Quorum omnium præfa-
torum præstantissimorum doctorum consilia ha-
beo ad pennam in libro meo diuersorum consilio-
rum. & ibi tenet præfatus dominus Dionysius,
quòd præsumitur incendium ortum culpa inhabi-
tantis in domo, & quòd culpa præcedat casum l.
nam & salutem.ff.de offic.præfec.vigil.non autem
dicitur propriè casus fortuitus: & in dubio præ-
sumitur culpa eius qui rem debuit custodire. Facit
l.contractus.de regul.iur. & qui præcauere debet,
ne damnum detur, damnum dare videtur.l. si ex
plagiis.§.fina.ff.ad legem Aquil.l. qui damnum.ff.
de regu.iur.& in dicta l.si vendita, sæpius suprà al-
12 legata: & si processit à * familia, quando in offi-
cio familia deliquit, cuius opera dominus vtitur,
dominus ipse tenetur: vt in l.j.§.familiæ.ff. de pu-
blica.ad quod facit l.penul.ff.nau.caupo.stabul.&
quãdo in domo consuetè fuit res, damnum ad do-
minum pertinet.l. damnum.C. loca.In istis enim
casibus vel contractibus multum est consideran-
dum, de quo casu custos vel quis teneatur: vt pro-
batur in dicta l.contractus.de regu.iur.& in l.si vt
certo.§. nunc videndum.ff. commodati.& tractat
plenè Ioan.And.in regula, contractus.de regu.iur.
in vj.in mercurial. Adstringitur etiam dominus,
vt ædem ab igne custodiat: vt in dicta l.si vendita.
& facit quod not.in l.si duobus.§.damna.ff.pro so-
cio. & sic præmissis primo loco per me relatis, ac
bene ruminatis per sac.Consi.cum minimè capita-
13 neus ipse se vigilem * ac diligentẽ probasset, prout
tanquàm cõductor domus combustæ probare de-
bebat, ad excludendum negligentiam: cum in du-
bio præsumatur incendium ex negligentia com-
missum per habitantes: per dictã l.secundã.§.j.ff.de
offic.præfect. vigil.& per l. si vendita. & ibi com-
muniter doct.& firmat Bald.in suo consil.clxxv.j.
volu.ad euidentiam præmisso.& consil.xxxvij.ca-
sus talis est.eod.volumi.& in consi.ccccxxx.in iij.
volu.Angel.in consi.cxcvij.in q.proposita dubium
facit. Imò si non constat conductorem cõsueuisse
ibi ignem facere, ne teneatur ipse de incendio, de-
bet probare se vigilem & diligẽtem in domo fuis-
se: & eo casu non tenebitur: argum.ff.de re milit.l.
14 non omnis.§.à barbaris: aliàs si * erat homo parum
circunspectus, vel constat quòd ignem fecerit in
domo, tenebitur.l.si quis fundum.§. si colonus.ff.
loca.debuit enim esse diligens in se, & in familia
sua.l.si seruus.§. Proculus.ff. ad legem Aquil.l.j.ff.
forti aduersus nau.caupo.Et tandem facta relatio-
ne de meritis causæ per præfatum magnificũ An-
tonium baraptucium causæ relatorem, dixi quòd
15 licet incendium * præsumatur processisse culpa in-
habitantium: & culpa illa præsumatur leuissima:
tamen potest agi ad emendam damni aduersus exi-
stentem in leui.vel leuissima culpa, & hoc ex lege
Aquil.quæ tendit ad conseruationem patrimonij:
vt in lege Aquil.ff. ad legem Aquil.ita dicit Inn.in
c.sicut dignum.de homi.quẽ refert & sequitur Pa-
nor.in c.j.iiij.col.ver.hinc singulariter no.de con-
sti.& no.per Bar.in l.imperator.ff.de iur.fisci.Abb.
in c.quoniam cõtra.de probat.& in c.si gressus.ex-
trà de iureiur.& in c.fin.eod.titu.& in c.presbyte-
rum.de homi.& in c.j.de custo.euchari.& in c.au-
diuimus.de simo. Et in locis præallegatis subdunt
præfati Inn.& docto.quòd * inferens damnum ex 16
leui culpa, non ex proposito, aut ex lata culpa,
non tenetur in foro conscientiæ huiusmodi dam-
num resarcire: sed satis est, vt de eo pœnitentiam
agat, licet aliud sit in foro contentioso: vt per to-
tum titul.ff. ad legem Aquili.quia inferens dam-
num * nedum tenetur de lata, verum etiam de leui 17
& leuissima culpa, per dictum Inno. & sequaciũ
vbi suprà & Dy.in l.prima.§.an bona.ff.de iur.fisci
refert & sequitur Stepha.consta.in suo tractatu de
ludo.in xv.consi.ver.& vnum volo te non ignora-
re.subdens, hoc esse singulariter no. Idem sequitur
Anto.cuts.in singu.suo, in verbo, forum conscien-
tiæ.vbi subdit hoc dictum esse perpetuò menti te- 18
nendum: tum maximè, quia quomodocunque * sit
commissum incendium, siue dolo, siue lata, siue le-
uissima culpa, semper illud committẽs tenetur ad
emẽdam damni, vt probatur in l.capitalium.§. in-
cendiarij.ff.de pœnis.& tenet Saly.l.quæ fortuitis.
ff.de pignor.actio.& facit bene d.l.vendita. Ita ex-
presse firmat Bald.in l.data opera.& patet in l.qui
ædes.ff.de incẽ.ruina & naufra.& sequitur in par-
ticulari Affli.licet præmissa non viderit, in consti.
super incisionibus arbo.ij.& iij.notabilib.vbi for-
maliter inquit, quòd siue lata siue leuissima culpa
sit incendium commissum, semper debetur emẽda
damni: & tandem ita pronunciatum fuit communi
voto per sacrum Consiliũ: & confirmata sententia
magnæ Curiæ Vicariæ. Thomas Grammaticus Re-
gius Consiliarius.

SVMMARIVM.

1 *Omnia, seu omnibus est clausula vniuersalis, & omnia continet.*
2 *Omne quod dicit, nihil excludit.*
3 *Dictio & .ponitur inter diuersa.*
4 *Concedens quod est magis, videtur concessisse quod est minus, & nu.5.6.7.*
8 *Verba generalia adposita per Principẽ in suo priuilegio, in non debet strictè, aut tenaciter interpretari.*
9 *Beneficia Principum sunt latissimè interpretanda.*
10 *Princeps quum remittit delinquentibus abolito crimine non perduntur eorum bona.*
11 *Accusatus si moritur ante lapsum anni, non perduntur eius bona.*

DECISIO IIII.


ÆSAREA maiestas concessit in-
clytæ ciuitati Neap.indultũ de qui-
buscunq; delictis & pœnis. Insurgit
dubium, an subintelligantur pœnæ
peruenturæ ex contumaciis ac obliga-
tionibus, accusatis, & præsentationibus instrumẽ-
torum? & habita longa discussione in sacro Con-
silio,

filio,etiam cum iudicibus Magnæ Curiæ ibidē adstantibus & votantibus pœnas præfatas nō includi, & sic exigi posse per fiscum: ego autē dicebam, prout dico, quòd decretatio Cæsa.cantat,videlicet placet Cæs.& catho.maiestatibus omnibus delinquentibus inquisitis,& non inquisitis, & bannitis, foriudicatis & contumacibus indultum generale concedere:& sic indulgendo foriudicatis, adparet indulgere contumacibus ratione delicti, quia foriudicatio fit ratione contumaciæ: vnde subdit foriudicatis & contumacibus, quæ clausula cōtumacibus,non est referenda ad clausulam præcedētem foriudicatis,quia contumax foriudicatur nō comparens, dum citatur, & persistens in contumacia per annum:& ideò dum decretatio in ipso capitulo indultus subdat,& contumacibus, intelligi debet circa petita & suprà relata,circa pœnas ciuiles
1 contumaciæ. Quod * quidem satis probatur ex
præcedenti clausula omnibus, quæ est vniuersalis, & omnia continens sub se, vt dicit Bart.in §.omnes.in prima consti.digestorum.nam qui omne di-
2 cit,nihil excludit,*aut excipit,vt dicit Spec.in tit.
de syndi.ver.quid si in aliquo.& est bonus tex.in l. Iulian.ff.de lega.iij.nam ibi iureconsultus decidit, quòd si testator omnem fundum Seianum reliquit Titio, cuius fundi dimidiam partem duntaxat habebat, aliam verò obligatam retinebat,certè non venire aliam dimidiā dixisset, nisi per dictionem, omnem, per quam de toto fundo testatorem sensisse adparet. Idem in terminis decidit Bart.in l.serui electione.ff.de legat.j.in fi.& est bonus text.in l. à procuratore. C. mandat.Item considero & plus,
3 * quòd hic ponitur dictio,&c,dum dicitur,& con-
tumacibus, & sic delinquentibus & inquisitis, & separatim contumacibus remisit, cum dicta copula,&c,ponatur inter diuersa, vt dicit gl.& Barto.in rubri.ff.de iur.& fac.ignoran.vbi Bar.dicit no.dictam glos.& probat bene Iureconsultus in l.si quis Titio.ff.de vsufru.accre. vbi si quis Titio & hæredibus vsufructum legauerit: dimidia pars vsufructus erit Titij,& dimidia hæredum,ob illam copulam,&c.Et idem probat text.in l.si hæredi plures.ff. de coodi.insti.Et hæc maximè consideranda sunt, cum Cæsarem nostrum ita sensisse liqueat, conce-
4 dendo longè maiora:& * cui longè maius conces-
sum est, videtur etiam quod minus est, fuisse concessum:vt in materia iurisdictionali firmat Bart.in
5 l.j.ff.de iurisdi.om.iudic.& satis videtur*hoc æqui-
tati conformari, vt qui consensit maiori & grauiori, videtur leuiori & minori consentire. & dicit And.de Isern.in capi.imperialem.de prohib.feud.
6 alien. per Feder.& alibi: cui enim * quod plus est,
conceditur, non debet denegari quod est minus, testante iuris regula. cui quod plus est. & ita dixit Pau.de leaza.in suo tracta.de tormen.ver.sed quid
7 de questio.de facto.& alibi,cui *licet quod est gra-
uius,debet posse licere quod est leuius.l.seruitutes. §.stillicidium.ff.de seruit.l.cui pacto.ff.de seruis exporta.& l.non debet.ff.de reg.iur.Et ideò succe-
8 dit,* verba generalia, quæ Princeps in sui priuile-
gio adposuit,tu non debes strictè aut tenaciter interpretari.gloss.est in capitu.alligant.in versicu.tenax.vj.quæstio.viij.Imò illa debemus confirmare æquitati, etiam quòd verba illud non patiantur,
vt inquit gloss.in capitu.paratus. xxiij.quæstio.prima.& sequitur Oldra.in consi.cclxviij.quæstio est, vtrum per patruum.& ibi loquitur de concessione exemptionis decimarum facta monachis cuiusdam monasterij de bonis,quæ possident: nā debet intelligi de omnibus bonis.& ibidem idē refert & sequitur Iason in l.beneficium.secunda colum.ff.
de constitu.prin.Bene facit,quia * beneficia Prin- 9
cipum sunt latissimè interpretanda, vt dicit gloss. & Bal.in dicta l.beneficium.maximè contra ipsum Principem concedentem.l.nec auus.C.de emanci. liberórum.Ita magistraliter Ioan.in cap.cum dilectus.de donat.& in capitu.cum olim.de verbo.significat.& dicebat magnificus Ioannes M[illegible], Regius consiliarius, quòd cum Princeps remiserit delinquentibus abolito * crimine, non perduntur eius bona, seu eorum bona, prout in [illegible] dicit Andræ.de Iser.in constit.Regni grandis vtilitas.in
fin.quòd si * accusatus moritur ante lapsum anni, 11
non perduntur eius bona, vt in l.j.§.fina.ff.de requir.reis.& idem,quod suprà tenet Andræ.de Iser. in titu.quæ sint regalia.in ver.& bona committentium. & etiam in §.præcedenti.& sic pro maiori parte dominorum ipsius sacri Regij Consilij fuit etiam cum voto meo conclusum quòd in indultu Cæsareo sit comprehensa abolitio, nedum contumaciarum descendentium ex delictis,verum etiam ex causis ciuilibus & mistis, vt peruenietes ex præsentationibus instrumentorum ac pœnarum abolitionum accusatorum,vbi tamen interuenit concordia partium. Verumquòd ante omnia consuleretur Illustrissimus dominus Prorex, suffragante maximè vltimo capitulo Neapolitanis concesso, quòd si super aliquo ex capitulis obtentis per eandem vniuersitatem Neapo.resultaret,dubium illud semper interpretari debuisset in fauorē ipsius vniuersitatis. & tandem nulla alia facta declaratione voti præfati in dultus,ita seruatū fuit, & seruatur, prout suprà dictum fuit. Thomas Grammaticus, Regius Consiliarius.

SVMMARIVM.

1 *Dolor iustus facit, vt pœna ordinaria ex dolore causata temperari debeat in delictis.*

2 *Mina quomodo & quando inducant iustum metum.*

3 *Metus iustus causatur, si minans fuerit consuetus illas exequi, & si id facere potest, quod minatus est. & nu. 4.*

5 *Metu quòd quis aliquid fecerit, sufficit probari, quòd probabiliter dubitare poterat de offensione.*

6 *Metus violentia inferenda, est iustus metus.*

7 *Metu quòd quid gestum sit, sufficit probare subesse iustam causam metus.*

8 *Metus iustus est, vbi iusta suspicio inest.*

9 *Sufficit timere saltem probabiliter, licet non iustè.*

10 *Metus iustus est timor amissionis bonorum.*

Metus iustus, est timor amissionis honoris. ibidem.

11 *Quæ per iustum metum fiunt, excusationem merentur.*

12 *Iniuria facta vni ex agnatis, toti agnationi facta censetur.*

13 *Homicidium dum quis fatetur factum ad defensam licet aliter non probetur, quod ad defensam: tamen respecta qualitatis partis, non debet pœna mortis puniri. & nu. 14.*

15 *Minæ probantur etiam per testes singulares.*

16 *Minans, si est potens ad occidendum minatum, & est solitus percutere, ita quòd verisimiliter de eo timere poterat, fiet vt minatus possit præuenire.*

17 *Minatus præuenire potest, quando minans esset in actu offendendi, & ibi præsens. & nu. 18.*

19 *Insultatus nō debet expectare, quòd vulneretur ab insultante, sed debet ipse incipere.*

20 *Minæ sunt tales, quòd ex sola minantis iactantia quis potest præuenire.*

21 *Homicida licet puniri debeat pœna mortis, tamen est in potestate iudicis, ipsum non condemnare ad mortem, si ex iracundia vel dolore, orta aliter, quàm ex facte offensi, homicidium commisit. & nu. 22.*

23 *De muliere quæ virum & proprium filium præ dolore interemit, quid sententiauit senatus. & nume. 24.*

25 *Delictum committens, etiam ex iniusta causa motus, non tenetur ad pœnam mortis, vbi aliàs teneretur: & hoc ratione illius causæ, licet iniustæ.*

26 *Causa qualibet, etiam iniusta, excusat à pœna ordinaria, & etiam à dolo.*

27 *Excedens modum in se vindicando, tenetur de culpa, & non de dolo.*

28 *Iudex interdum mitigat pœnam statutam à lege, etiam in doloso, quando fuit minor dolus.*

29 *Pœna corporalis tunc imponitur pro delicto, quando dolo fuit commissum.*

30 *Delinquens, motus aliqua causa affectionis ad crimen committendum, debet sibi pœna minorari.*

31 *Pœna debet esse tanta, quanta æquitas humanitásque patitur, mediocris, & delicto congruens, & ratione rusticitatis. Item ex rei conditione, & peccatorum qualitate, & numero 32.*

33 *Dominus omnipotens voluit incarnari, & sic hominem redimere: quia minor & ignobilis creatus non tam grauiter peccauit, non autem diabolum, qui nobilissima & immortalis creatura, ex angelica natura grauius excessit, quàm homo.*

34 *Iudex nedum potest, imò debet in pœnis legalibus interdum dispensare, et misericordiæ gratiam impendere.*

35 *Deus quosdam sub alterius esse potestate permisit, vt sub æqua moderatione seruentur vtilitas disciplina, & mansuetudo clementia. & nemo audet alterius delictis veniā denegare, qui pro suis optat accipere.*

37 *Delinquens semel non debet æqualiter puniri, atque delinquere consuetus.*

38 *Princeps quilibet terrenus Principem debet imitari cœlestem.*

39 *Iustus nimis quis esse non debet.*

40 *Misericordiam debet iudex habere in iudicando, aliàs ipse iudex misericordiam non reperiet.*

DECISIO V.



IN causa Pauli & aliorum inquisitorum de villa sancti Antami cum Regio fisco. Producuntur tria ad eorum defensionem, vt à pœna rigorosa mortis naturalis, ad quam condemnati fuerunt per magnam Curiam Vicariæ, excusari possint. Et in primis, quòd frater consobrinus præfati Pauli & sociorum per prius occisus fuerat ab eodem nunc interfecto, & præfatus Paulus insimul cum illo vulneratus. Secundò, quòd ipse vltimo loco interfectus, pluries minatus fuerat velle vnum ex dictis fratribus interficere: concurrente quoque eius praua consuetudine vulnerandi, occidendi, & iugulandi alios. Tertiò, quia aliàs tentauerat, prout ipse se iactauit velle, omnino per vim carnaliter cognoscere sororem præfatorum inquisitorum. Et quo ad primum, inficiari nō potest, quin præfati inquisiti ex causa ipsius Pauli aggressi & vulnerati per ipsum nunc occisum, & pariter ex nece alterius eorum fratris occisi per illum & socios, & ex inculcatis minis de occidendo aliquem ipsorum, non dicantur esse in iusto, imò in iustissimo metu, necnon
& in iusto dolore. Iustus enim dolor * facit, vt 1
pœna ordinaria temperari debeat ex dolore causata: vt firmat Abb. in capitu. olim. secunda colum. de rescript. per illud. §. imperatores. de adulter. vbi dat hoc pro regula. & suffragantur bene dicta Bald. in capitu. primo. §. primo. de pace iura. firm. Augu. Arimin. in addit. ad Angel. in versicu. dictus Titius concurrente. maximè comminato metu ex minis præfati occisi hominis malæ conditionis & vitæ, vt probatum est. quod satis constat. & considerat prudenter Alber. in lege metu. ff. quod metus cau. vbi allegat domi. Guid. dicentem considerandam esse personam, quæ minas intulit: vt si erat malæ
conditionis: nam * iustus metus est, vt firmat etiam 2
Cy. in l. prima. C. si quis imperato. maledixe. Bal. in consi. schismatis. & in l. interpositas. C. de transact. & in dicta l. metum, & ideo in propriis terminis voluerunt Bald. & Imo. in l. fin. ff. de hæred. institu.
quòd ad inducendum iustum metum * propter mi- 3
nas sufficit, quòd minans fuerit consuetus illas exequi. idem refert & sequitur domin. Anton. de Alexand. in l. metum. C. de his qui per metum. Inde
est, quòd si minæ proferantur * per eum qui id fa- 4
cere potest, id quod dixit facere velle, timendæ sunt. l. quæsitum. ff. ad Turpil. & in l. nisi. §. si legatarius. ff. si cui plus, quàm per leg. Fal. ita Alber. in d. l. metum. C. de his qui per metum. vbi allegat do.
Gui. dicentem, vt suprà. Constat * autem, quòd ad 5
hoc vt quis excusetur ꝙ metu fecerit, sufficiet probari, quòd probabiliter dubitare poterat de offensione, vt dicit Inn. in c. si verò. extrà de sen. excom. refert & sequitur Ang. de aret. in §. ius autē gentiū.
inst. de iure natu. gēt. & ciuili. maximè * cùm metus 6
ille violētiam inferendi, iustum metū sibi præbuerit: vt consuluit Alex. in cōsi. xcix. quoniam per excellentissimum. in iij. vol. cùm timendum sit, quod absque

absque periculo esse non potest.capitu.j.de baptis-
mo.in cle.secundum Bald.ibidem, in iij. colum.&
7 ideo ad iustificandum, quòd quid metu * factum
sit, sufficit subesse iustam causam metus.dixit Bal.
in l.fin.C.de iure delibe.j.colum.& consuluit Alex.
8 in consil.cxliiij.ij.volum.vbi dicunt *, quòd iustus
metus est, vbi iusta suspicio inest.& idẽ dixit Inno.
in c.cùm olim.de elect.& alibi dixit Luc.de pen.in
l.si coloni.x.colum.C.de agric.& censi.lib.xj.quòd
9 * sufficit timere saltem probabiliter, etiam si non
iustè.l.rectè.cum ibi no.C.quod met.cau. Quis er-
go tam constantis & fortis animi, quòd proposito
sibi mortis terrore, non exanimetur? certè nemo
Habuerunt quoq; præfati Paulus & fratres iustum
metum honoris, dum occisus viuens se iactasset &
pluries, velle eorum sororem violentare & stupra-
re: quod de facili contingere potuisset, cum mu-
lieres rusticæ vt plurimùm accedant ad eorũ pos-
sessiones extra habitationes, deferendo comestibi-
lia cultiuatoribus, & secantibus messes, & pariter
vindemiatoribus tempore vindemiarũ: prout quo-
tidie experiẽtia comperimus. Vnde succedit quòd
10 timor * amissionis honoris, est iustus metus.l.isti
quidem.ff.quod met.cau.& consuluit Lud.Rom.in
consi.xxx.in ix.col.& est bona gl.in capit.dilectus.
extrà quod met.cau.Bald.in l.vt vim.ff.de iustit.&
11 iur.& ea * quæ per iustum metum fiunt, excusatio-
nem merentur: vt in capit.fina.cum vulg.extra de
appellatio. Nec suffragaretur fisco dicere, quòd
Paulus, licet fuisset vulneratus, & sic offensus ab
interfecto, ob quod aliqua excusatione tueretur,
non sic cæteri duo inquisiti cum ipso, qui in dicto
homicidio interfuerunt. Nam respondeo, quòd in
pari causa omnes tres esse apparent, cùm omnes
sint fratres consobrini defuncti, & de vna eadém-
12 que agnatione: quo * casu dum vni fit iniuria, to-
ti agnationi censetur esse facta.dixit Barto.in l.lex
Cornel.ff.de iniur.Imò iniuria communis esse vi-
detur omnibus de agnatione: dixit Bald.in l.vni-
ca.C.de rap.vir.Salyce.in l.parentes.C.de testi.ple-
nè Felyn.in capitu.cum oporteat.de accus.& si di-
ceretur non liquere ex meritis processus, nisi per
vnicum testem de præfata eius iactantia circa de-
liberationem stuprandi & violandi eorum soro-
rem, & pariter nec de minis præfatis apparet con-
cludens probatio, nisi per testes singulares. Re-
spondetur, quòd dum in tortura confessus fuisset
Paulus ipse interuenisse in dicto homicidio ex cau
sis in themate propositis, inter quas assignauit di-
ctam iactantiam & minas præfatas: succedit con-
fessionem ipsam esse qualificatam: & licet aliter
13 non probaretur, data qualitate præfata * confes-
sata, non posset pœna mortis naturalis puniri, &
sic pœna ordinaria. Ita singulariter voluit Panor-
mita.in capitu.auditis.extrà de præscript.quem re-
fert & sequitur Felyn.asserens esse stupendum di-
ctum & menti tenendum in capit.significasti.el se-
14 cundo de homicid.dum in simili dicunt, quòd * si
asserens se homicidium commisisse, tamen ad sui
defensionem, & aliter non probetur de defensio-
ne, non poterit tamen pœna mortis naturalis pu-
niri. Idem refert & sequitur Iaso.in l.vt vim.ff.de
iustitia & iur.in quinta colum.subdens doctrinam
præfatam Abb.in actu practico fecisse sibi hono-
rem.& idem sequitur Felyn.in præfato capit.audi-
tis.subdens hoc esse dictum singul.& alibi non re-
periri: & quòd apud practicos est in solenni cul-
tu. Idem ante eos sequitur Alexan.in l.non solùm.
§.sciendum.ff.de noui oper.nuncia. Idem sequitur
Marsi.in suo sing.185.confessio inquisiti &c. Quo
verò ad probationem minarum factam per testes
singulares, vt per fiscum dicebatur, respondebat
magnificus Antonius baraptutius, & collega ipsius
causæ relator, quòd minæ ipsæ probari possunt
per testes singulares: prout in simili specie consu-
luisse allegauit Petr.de Ancha.in consi.cclvij.& in
consil.ccxcix.& Fulgo.in consil.clxxvij.& sic Pau-
lus ipse, & fratres aduersus minas ipsius occis. per
eos non debebant expectare se percuti: sed potius
ante tempus occurrere, quàm post tempus vindi-
care: vt dicit Bald.in l.j.C.quando liceat sine iudi.
se vindi. Ioan.fab.in §.ius autem gentium. institu.
de iur.natura.gen.& ciui.vbi subdit Ange.de aret.
quòd * si minans erat potens ad occidẽdum illum 16
minatum & consuetus percutere, ita quòd veri-
militer timeri poterat: tunc potest præueniri. Ita
declarauit Paul.de Cast.in d.l.j.quando licet.dice-
bant autem iudices magnæ Curiæ Vica.quòd hæc
præuentio aduersus minas locum habet, quando
* proferens minas, est in actu offendendi & præ- 17
sens.& allegabant ita tenere Iaso.& Claud.de sci-
scello in præfata l.vt vim.qui salua eorum reueren
tia non rectè senserunt, cum etiam non minans, si
quis est in actu * offendendi me, seu præparatione 18
vt me offendat, licitum mihi erit ipsum præueni-
re & occidere: dixit Bald.in l.in lege.per illum tex.
in lectura antiqua.ff. locati.subdens ita fuisse de
facto iudicatum.refert & sequitur Iaso.in dicta l.
vim.tertia colum.vbi dixit se putare hoc esse per
rationem, quia * non debet insultatus expectare 19
quòd vulneretur: sed debet ipse incipere: vt de-
clarat Barto.in l.j.C.vnde vi.& subdit etiam, quòd
ista pars tanquam humanior est amplectenda, & sic
non est necesse, quòd minas inferat ad effectum, vt
ipsum offendam præueniendo: vnde decisio Bald.
& aliorum inseruiret nobis de vento: tum maxi-
mè, quia salua prædictorum modernorum & ipso-
rum magnificorum iudicum eos sequentium reue-
rentia id firmare, esset contra gloss.magistram in l.
j.C.vnde vi. Quæ voluit ex sola * iactantia mina- 20
rum posse præueniri, & ipsam glos.sequitur Albe.
de rosa.magnus doctor ibidem. & subdit, quòd
semper vidit dictam glo.indistinctè seruari per ra-
tionem: maximèquia difficile esset scire, an mi-
nas inferens, velit percutere vel non, & quando.
Præterea dicebat præfatus magnificus Baraptu-
cius, causæ relator, quòd licet * homicida tam de 21
iure communi, quàm constitutionum Regni de-
beat pœna mortis puniri: per tex.in l.j.ff.de sicar.&
in l.nemo.C.de episco.audi.attamen est in potesta-
te iudicis non condemnare ad pœnam mortis ho-
micidam, quem compulit dolor seu iracundia or-
ta, etiam aliter quàm ex facto offensi: per text.in l.
lex Iulia.§.fina.ff.ad leg.Iuliam repetund.ita dixit
singulariter Rom.in l.cùm mulier. xxxij.col.ff.sol.
matri.versi.aduerte tamen, quia & offensa. Ego ta-
men dictum hoc Rom.reperio pro valde no.& mi-
rabili relatum per Fely.in c.dilecti.viij.col.ver.se-
cunda

cunda declaratio.extrà de exceptio.vbi Felyn.subdit re vera dictũ hoc esse mirabile, & quòd ex hoc multa homicidia possent à iudicibus excusari, saltem quo ad pœnam mortis: & perquirendo multa, reperio quòd hoc dictum Ludo.Rom.sequitur Alex.in l.Iulia.ff.ad leg.Iul.repetun.& iden Iac.de Are.prout refert Anto.de Butr.in capit.olim. lo j. in fi.de restit.spo.& ibi pulchrè Abb.dixit in iiij.
22 col.quòd licet occidés aggressorem,non se defendendo,non excusetur vt ibi:attamen mitius punitur.& idem sequitur Felyn.vbi suprà & tamen opinor ꝙ dictũ hoc Rom.ambos nos docuit Marsi.in sua practica causarũ crim.in §.quoniam.xvij.colũ. versi.& teneas,ne authoré taceamus.& idem consuluit Paul.consil.cxcij.in causa carceratorum.& idem Marsi.in l.j.§. diuus Adrianus.ff. de sic.& in singul.cclxx. Adducebat insuper magnificus Bata-
23 ptuius,* Valer.maxi.in xxiij.cap.lib.viij. narrantem de muliere,quæ virum & filiũ interfecit: dum formaliter dicit: eadem quoque hæsitatione Publi quoque Dolabellæ proconsulari imperio Asiam obtinentis animus fluctuatus est, materfam. Mirnea virum & filium interemit, cum ab his optimæ indolis iuuenem, quem ex priore viro genuerat occisum comperisset: quam rem Dolobellam ad se delatam Athenas, & Areopagi cognitionem delegauit, quia ipse neque liberare cædibus duabus contaminatam, neque punire cum iusto dolore impulsam sustinebat: Considerantur & mansuetè populi Romani magistratus, sed Areopagitæ quoque non minus sapienter, qui inspecta causa, accusatorem & reum post centum annos ad se reuerti dixerunt, eodem affectu moti, quo Dolabella, sed ille transferendo quæstionem, ij differendo damnandi atque absoluendi inexplicabilem cantationem mutabant. Et ego dum in fonte librum Valerij inspexissem, non minus ad hoc facere præcedens capitulum visum fuit: dum commemorat mulierem, quæ matrem occiderat hoc modo. Atque vt nos quoque referamus per indiscrimeo capitis adducti, neque damnati, neque ab-
24 soluti sunt: * apud Marcum Popilium Lenatam prætorem, quædam quæ matrem percussam fuste interemerat, causam dixit, de qua neutram in partem latæ sententiæ sunt: quia abundè constabat eandem veneno occarorũ liberorum dolore commotam, quos auia filiæ impensa sustulerat, parricidium vltam parricidio esse, quorum vltione, alterum absolutione nó dignum iudicatur. Ad præmissorum corroborationem adduco, quod voluit Angel.in l.ait prætor.§. hac actione.ff. vi bon.rap.
25 vbi dicit, quòd si aliquis * commisit delictum ex aliqua causa etiam iniusta motus, ex quo delicto veniebat imponenda pœna mortis naturalis, seu corporis afflictiua, non tenebatur ad eam respectu illius causæ, licet iniustæ. Idem consulendo. refert & sequitur Alexand.de Imol.in suo consil. cxxvij.in quarto volumi. Franc.Cur.senior in suo consil.lxix.in colum. vltim.vnde concurrentibus causis, de quibus in themate, & sic necdũ vna causa, sed quàm pluribus nullus iudex rectè sentiens,
26 duci potuisset ad puniendum * præfatos pœna ordinaria homicidij, id est mortis naturalis: prout magna Curia ipsa pronunciauit. Cùm quælibet causa, etiá iniusta ipsos excuset à dolo, per no.iun-cto tex.in l.plagij.ff.ad leg.Flauiá de plag.& in l.cũ igitur.C.de lib.cau.cócurrente * maximè, quia ex- 27 cedens modum in se vindicando, puniendus est de culpa & non de dolo: vt dicit Ioá.Andr.in addit. Spec.in rub.de homici.in fi.consuluit Pau.de Cast. in consilio cxciiij.vltima columna versicu.præterea, posito quòd sibi licuisset incipiente: quoniam violentia infertur iuste. refert & sequitur Ludoui. Bonon.in suo consil.lxiij.& ideò dicit Bald.post gloss.in l.& si seuerior.C.de infam.quòd iudex* in- 28 terdum mitigat pœnam statutam à lege, etiam in doloso, quando fuit minor dolus: vt in l. vbi.C. de fals.& consuluit Francis.de Are.in suo consilio lxxx.in fin.vbi subdit, quòd quando causa, ex qua delinquun, habet initium ex iusta defensione, quæ in aliquo permittitur, excessus non punitur pro toto, sed pro tanto, tanquam minor dolus vel tanquam culpa concurrente, maximè quia tunc locum * habet pœna corporalis, quando dolo fuit 29 commissum delictum: vt dicit Ioan. Andr.in cap. significauit.in nouel.de pœn.& remis.Bald.in cap. j.§.in fi.de pace iura.firm.& in capitu.j.in princip. colum.iij.de pace tenen.Cæpol.in consi.xxix.colũ. fina.& consilio.xxx.in fin. Et quòd * delinquenti 30 moto aliqua causa affectionis ad crimen committendum, sit minoranda pœna, tenet Lucas de pen. in l.secunda.C.de deserto.lib.xij.xiij.colũ.per text. in capitu.j.extrà de aposta.subdens, quòd talis culpa facilius abstergitur.capit.si quælibet.xxiij. quæstio.ij.& sic excusabitur à tanto, & non à toto.l.j.§. sed cum claua.ff.de sicar.l.tertia.§.ex senatusconsulto.ff.de re mili.& ideo Cicero in secundo Officiorum inquit, quòd tanta debet esse pœna, quanta æquitas* humanitásque patitur: vnde debet esse 31 mediocris, clemens, & delicto congruens.§.illud autem.in authen.de trien.& semis.vbi autem extremum, ibi iniustitiæ vt habetur in v. Ethicorum.Sic enim per iudices procedendum est, vt nec patientiæ nomine torpeatur, nec diligentiæ obtentu sæuiatur.capit.quidam cùm bonorum.in fin. xxiij. quæstin.iiij. Ita adsit in hoc iudicibus iustè consuleos misericordia, & piè sensus disciplina.capitu. disciplina. xlv.distinct. & capit.si adeò. vt iustitiæ zelus in crudelitatem non transeat, neque pietas in remissionem.capit.sæpe.xlj.distinct. Accedit insuper potestas iudicis sibi à iure tradita, vt possit omnino diminuere pœnam à lege statutam ex causa: & maximè ratione rusticitatis. Item * ex rei 32 conditione: item ex peccatorum qualitate. Ita in particulari declarat Luc.de pen.in dicta l.secunda C.de desertor.nam & dominus omnipotens * vo- 33 luit incarnari, & sic hominem redimere, quia minor & ignobilis creatus, non tam grauiter peccauit, non autem diabolum, qui nobilissimus & immortalis creatus ex angelica natura grauius excessit ipse, quàm homo: vt not. Archid.in c.ex his. aliàs, denique.de pœniten.distin.j.post gl.in versi. remediabile.& plus subdit Luc. quòd iudex nedũ potest, imò debet, in pœnis * etiam legalibus in- 34 terdum dispensare & misericordię gratiam impendere.capit.domino sancto.50.distinc.& in c.si quis Diaconus.& j.q.6.vij. dispensationes. nam ad hoc * Deus quosdá in aliorũ esse potestate permisit, vt 35 sub æqua

sub æqua moderatione seruentur, & vtilitas disciplinæ, & mansuetudo clementiæ: & nemo audeat alterius delictis veniã denegare, qui pro suis optat accipere: vt inquit Leo Papa in sermone quadra-
36 fimæ vj. præsertim * cùm scandalum sit, aliquem aliàs innoxium, statim pro vno delicto capitaliter punire, prout isti, qui aliàs nunquam deliquisse probatur. Quare magis expectandi sunt & corripiendi, quàm illico puniendi. cap. licet plerunque. xlv. distinc. ita dicit formaliter Luc. in præallegata
37 l. ij. vbi plus subdit, non enim * esse supplicium, sed beneficium nuncupandum, vbi ex commutatione pœnæ, sæuiendi non relaxatur audacia, nec pœnitendi salutaris subtrahitur medicina. xxiij. q. 6.
38 v. capitu. circumcelliones. vnde * iudex & omnis Princeps terrenus Iudicem & Principem debet imitari cœlestem, scilicet Deum. §. arripiat. in auth. vt omnes obed. iud. prouin. sed natura diuinitatis, clemens est & pia, magis ad elementiam, quàm ad vindictã prona. nec nimis iustus esse conetur: cùm
39 scriptum sit per Salomonem: noli * esse nimis iustus: quia quandoque nimis iustus in sua iustitia perit: vt est tex. iuncta gl. in cap. nisi cùm pridem. extra, de renunt. & ideò dicit tex. in cap. quia ple-
40 runque. in §. his ita. ij. q. vij. Qui * putant misericordiam negandam esse peccantibus, & de iustitia sua præsumunt, à domino percussi intereunt: nec misericordiam eum iustitia sustinebũt, qui nequeunt facere misericordiam delinquentibus. Ex quibus omnibus concludo meo iudicio non bene fuisse iudicatum per magnam Curiã Vicariæ circa mortem naturalem: sed bene ipsos condemnandos ad remigandum in triremibus Regis, vniuscuiusque ipsorum vita durante: & in hanc sententiam concurrit maior pars dominorum sacri Cõsil. Thomas Grammaticus, Regius Consiliarius.

SVMMARIVM.

1 *Vassallus qui præstitit homagium hosti sui domini, vel tenuit contra suum dominum castrum rebellatum, aut equos: vel arma in fauorem hostis transmittit, seu victualia, crimen perduellionis incurrit, & crimen læsæ maiestatis. & nume. 2. & 3.*

4 *Crimen læsæ maiestatis quis incurrere dicitur, qui iurisdictioni ac potestati imperij suppositus, ab eius obedientia se subtrahit, & contra ipsum se præparat. & nu. 5.*

6 *Crimen læsæ maiestatis committit, qui aliquid committit contra Regem, seu eius statum. & numero 7.*

8 *Crimen læsæ maiestatis committit subditus, dum vadit cum armatis contra tuitionem vrbis.*

9 *Memoria rebellis defuncti quando dicatur damnata. & nu. 10. & ibi, an exprimi debeat in sententia, quòd memoria sit damnata.*

11 *Rebellis filius est incapax successionis.*

12 *Iudex non in omnibus exprimit pœnam in sententia: sufficit tamen, quòd pronuntiet crimen esse commissum: quia subintelliguntur impositiones pœnæ, quæ ratione delicti veniebant imponenda. & numero 13.*

14 *Pœna patris rebellis nocet filiis, quo ad successionẽ, in his, quæ descendunt ex persona patris. Secus in aliis, quæ aliunde obuenerunt filiis.*

15 *Memoria defuncti, vt possit dici damnata, dum in sententia id non exprimitur, non sufficit probare, quòd quis reus fuerit criminis læsæ maiestatis: sed requiritur expressè probari, ipsum crimen fuisse commissum aduersus ipsum principem.*

Pœna imposita per l. quisquis. ad leg. Iul. maiest. à filium habet locum in primo capite læsæ maiestatis, & non in aliis capitibus. ibid.

16 *Crimen læsæ maiestatis non committitur ex eo, quòd quis aduersatur Princips, & recedit ab eo: sed tũc demum, quando insurgit contra ipsum principem.*

17 *Crimen læsæ maiestatis siliũ committitur contra personam Principis, & eius officiales.*

18 *Crimen læsæ maiestatis committitur nedum contra Principem, sed etiam contra inferiorem à Principe.*

19 *Crimen læsæ maiestatis committitur etiam contra dominum recognoscentem superiorem: tamen pœna eo casu non extenditur ad liberos.*

Memoria defuncti rebellis potest damnari in duobus tantum casibus: videlicet primò, quando committitur tale crimen contra personam Imperatoris. Secundò, quando contra rempublicam. In cæteris aliis casibus dicitur hoc non esse. ibid.

DECISIO VI.



Magnificus Hector Piscicellus, dum viueret, tempore vltimi aduentus Gallorum & inimicæ ligæ, adhærendo hostibus præfatis contra Cæsaream maiestatem, hostibúsq; tãdem profugatis; suis bonis omnibus destitutus fuit, tanquam rebellis: inter quæ bona reperiũtur duo fundi, vnus in pertinentiis Puteolorum, alter terræ summæ: qui ex successione magnificæ Isabellæ auitæ magnæ, ad Lucium filium prædicti quondam Hectoris & pupillum peruenerant, & dum reperirentur penes magnificum Don Saucium del Areone impetratorem bonorum præfati quondam Hectoris, dum Lucius ipse fundos præfatos vendicare tentasset, vt ab indebito possessore: re in iudicio sacri Consi. deducta, & coram me ipsius causæ commissario formato processũ, dicebatur principaliter præfatum Hectorem homagium Duci Gallorum præstitisse, existentem nedum feudatarium, sed hominem ligiũ Cæsaris, Castrum Roccæ Piemontis, quod in feudum retinebat contra Cæsarem rebellauit, equos & arma præfato Duci Gallorum contra Cæsarem transmisit, vnà cum annona & victuariis ad castra Gallorũ in subsidium, & alia, de quibus in toto ritu. ff. ad legem Iul. maiesta. Ex quibus * prædictus Hector perduellionis 1
crimen incurrit: vt firmat gloss. in l. fina. ff. ad legem Iul. maiesta. in verticu. rempublicam. & ponit aliqua Luc. de penn. in l. deuotum. C. de meta. lib. decimosecundo. & talia * perpetrans, dicatur in- 2
currisse crimen læsæ maiestatis: consuluit in specie Barth. Cæpo. in suo consi. xvij. col. vij. ver. præterea illud. col. ix. Et pariter quòd dicatur crimen perduellionis committere, tenet Azo in sum. C. ad leg. Iuliam

liam maiest.& vltra quòd constat significasse præ-
fato Duci Gallorum aduentum magnifici Fabritij
Maramaldi adueniētis cum exercitu Hispanorum
3 contra Gallos,& ipsum Ducem:& quòd sic * etiam
perduellionis crimen incurrit, vt inquit Andr.de
Iser.in capit.j.in versicu.& bona committentium
colū.vij.ver.item mittere quæ sint regalia. Ex quo
4 * is dicitur crimen læsæ maiestatis committere,
qui iurisdictioni & potestati Imperij suppositus,
ab eius obedientia se realiter subtrahens, hostis
animum assumit:& se domino suo aduersarium pa-
rat, & ideo tales perduelles vocantur, id est, perfe-
ctè ad duellum siue bellum clandestinum vel pu-
blicè parati, accincti, & sic dictum est crimen per-
duellionis: vt magistraliter declarat Oldra.in con-
silio xliij.colum.vj.& sequitur Barba.cōsil.lxx. co-
lum.xiij.in quarto volu.& Bouer.in tracta.suo de
seditio. vbi subdit illum dici contra statum Prin-
5 cipis facere, * qui vult dirigere statum ad aliud re-
gimen, puta ad alium Regem: alleg. Bald.in l.j.§.
huius studij.ij.colum.ibi, & dicitur status.ff. de iu-
stitia & iure.& Marti.de Laud.in suo tracta.de cri-
mine læsæ maiesta. xij.nota. vnde resultat omnino
crimen læsæ maiesta.commissum: quia is qui com-
6 mittit contra * Regem & eius statū, dicitur in tale
crimen incidere, per text.in dicta l.quisquis.& in
constitu.ad reprimendam.in titu.qui sint rebel.&
7 licet non fuerit Princeps * præsens, sufficit tamen
contra eius officiales fuisse commissum: per tex.in
dicta l.quisquis.& plenè Ioan.Fab.in procemio in-
stitu.in versic.Imperatoriam maiestatem. & plenè
Bellamera in suo consil.xv.v. colum.versicu.iuxta
quod ad propositum.vbi in specie loquitur de Re-
ge præsentis Regni, & de eius subdito, inferens in
8 versicu.iij.quæro, quòd subditus * dum vadit cum
armatis contra tuitionem vrbis, dicitur commit-
tere crimen læsæ maiestatis, quod probatur plenè
præfatum Hectorem fecisse. Ita punctualiter & la-
tissimè præmissa sequitur & firmat Ioan.de terra
rubea, in suo tracta.contra rebelles.in tit.de pœn.
9 eor.vnde * succedit ex tunc præfatum Luciū eius
filium fuisse & esse inhabilem effectum ad succes-
sionē: vt per text.in d.l.quisquis.tenet in terminis
Sozi.in cōsil.cclxxv.col.vj.ver.iij.principaliter.ij.
vol.& ideò cùm lata fuerit sententia cōtra ipsum
Hectorē, cum publicatione bonorū feudalium &
allodialiū pro dicto crimine læsæ maiestatis, suc-
cedit ꝙ fuerit eius memoria dānata, ad cuius finem
succedit, vt dicatur in sententia, Hectorem fe-
cisse contra imperiū:& ideo buna in fiscum trans-
10 ferri. * Ita formaliter dicit gloss.in §.interdum, in
versicu. damnata.institu. de hæred.quæ ab intesta.
defer. Nec est necesse exprimi in sententia, quòd
sit damnata memoria. Et ita sequendo glos.illam,
declarat Bald.in consil.lx.purities, seu factæ.in se-
cunda volum.secundum antiquam impressionem.
& plenè Aret.in dicto §.interdum.vbi ponit istam
practicam in præsenti causa seruatam: imò in casu
præsenti, cum probata sint suprà mentionata con-
tra ipsum Hectorem, perduellionem reddiderunt,
& agitur contra possessores, sufficit probare quòd
commisit contra Principem: nec requiritur sen-
tentia. Ita in specie Andr.in capitu.primo. versicu.
& qui vt indignus.columna fina.quæ sint regalia.

& sic infertur, quòd hic * Lucius filius actor, sit in 11
capax successionis, per text.in dicta l.quisquis.&
in proprijs terminis, quando est seruata forma glo.
in dicto §.interdum. tenet ibidem Angel.in dicto
§. interdum. colum. fina.versicu. quæro an filij. &
Sozi.in consil.xxij.versicu.ex quibus conclusioni-
bus.volum.j.& licet in sententia sit facta condem-
natio, quo ad infrà scripta, nec expressa sit dam-
natio memoriæ: attamen facta declaratione, quòd
commisit contra Cæsarem, & demum confiscan-
do, virtualiter ex sententia infertur damnatio
memoriæ. nam licet iudex non * in omnibus ex- 12
primat pœnam in sententia, sufficit tamen quòd
pronunciet crimen esse commissum, quia subintel-
liguntur impositæ omnes pœnæ, quæ ratione de-
licti veniebant imponendæ, per text.in l.si expi-
lasse.vbi Bart.C.ex quibus cau. infam.irroga. Bart.
in l.j.secunda colum. versicu.venio ad iij.partem.
ff.ad Turp.nec præsumēdum * est iudicem voluisse 13
ex verbis illis pœnam minorare, quia ipse inci-
deret in delictum. Ita in specie Andr.in capitu.j.
versicu.& bona. colum.tertia.ibi, nam si occiden-
dum mutilaret. quæ sint regalia. Et quia aliàs esset
reddere sententiam nullam, quod non est dicen-
dum. Ita in specie And.ibi in quarta colum.versi.
& est attendendum. quanto magis, quia nunc ex-
cipiendo, vt dixi, potest de nouo probari & obij-
ci. Et sic ex maiori parte præmissorum conclude-
bat magnificus Ioan.Angelus Pisanellus; aduoca-
tus magnificorum Don Sancij & Ferdinan.memo-
riam Hectoris defuncti damnatam, & præfatum
magnificum Lucium filium omnino ad successio-
nes incapacem. Quibus quidē non obstantibus, di-
xi aduertendum esse, quia hic filius Lucius non ve-
nit ad successionem patris in aliquo: sed ad suc-
cessionem istorum bonorum, tanquam in bonis
auiæ maternæ remanētium, post mortem suæ auiæ
præfatæ eidem Lucio, vt propinquiori: quæ suc-
cessio sibi denegari non potest, cùm * pœna pa- 14
tris noceat filio tantùm in his, quæ descendunt ex
persona patris: secus in aliis, quæ aliunde obue-
nerunt ipsi filio: vt dicit text.in l.secunda.ff.de in-
terd.& releg.& facit tex.in l.emancipatum.in fin.
Et quod ibi not.de senato.ita Bartol.in suo consil.
cxviij. Edilius cometi.ij.colum.sequitur & refert
Cassan.in consuetu.Burgundiæ.versicu.quæ autem
indicia.& versic.liij.quia vidimus.quòd ad hoc vt
dici possit memoria defuncti dānata, dum in sen-
tentia aliter expressè damnata non adpateat, non
sufficit probare, quòd quis fuerit reus criminis
læsæ maiestatis, sed requiritur in specie probari
huiusmodi crimē fuisse cōmissum aduersus ipsum
Principem: prout etiam in simili doctores dicūt,
quòd pœna imposita per l. quisquis. solùm habet
* locum in primo capite læsæ maiestatis, & non in 15
aliis capitibus siue capitulis, vt not. Saly.in dicta l.
quisquis.in prima oppo.post Cy.& ibi Pau.de Cas.
& in l.iij.C.de episc.& cler.& tradit Sozi.in consi.
cclxxv. in causa fratris.colū.ij.& Barth. Veron.in
cōsi.lxxix.Ego cōsultus.& plenè Deci.cōsi.cccix.
vbi allegat inter cætera Bal.in consi.cxxxix.quæro
vtrum.primo vol.dicentem, quòd non omnis qui
aduersatur * Principi, & recedit ab eo, dicitur com 16
mittere crimen læsæ maiestatis: sed tunc demum,
quando

quando insurgit contra ipsum Principem, & ideo
Bart. in tractatu qui sint rebel. versi. rebellando. di-
17 cit, quòd solùm * crimen læsæ maiestatis commit-
titur contra personam Principis, & eius officiales.
& idem tenet Andr. de Iser. in tit. quæ sint regalia.
in versic. & bona. colum. v. & plus subdit Decius,
vbi suprà, quòd dato quòd committatur crimen
læsæ maiestatis, non ex hoc infertur, quòd memo-
ria damnari possit: quòd licet crimen læsæ maie-
18 statis * committatur, nedum contra Principem,
sed etiam contra inferiorem à Principe: vt con-
cludit Paul. de leaza. & cæteri post ipsum in clem.
pastoralis. de re iudi. per cap. in primis. ij. quæst. j.
versicu. quid nunc dicitur. præterquam contra ty-
rannum, secundum eos: quia non habet legiti-
mum dominium. idem tenet Archi. in cap. felicis.
vers. læsæ maiestat. de pœ. in vj. quem ibi sequitur
Ioan. Andr. & nihilominus distinguitur: Aut do-
minus contra quem committitur crimen læsæ ma-
iestatis, non recognoscit superiorem, & tunc iu-
dicandum est de eo, prout de principe: per nota.
per docto. in l. hostes. C. de capti. & postlim. reuer.
& per Guliel. in l. ex hoc iure gentium. ff. de iustit.
19 & iure. Aut recognoscit * superiorem, & tunc est
verum, quòd crimen læsæ maiestatis in eius perso-
na committitur. l. j. ff. ad leg. Iul. maiesta. tamen pœ
na ipsa nõ extenditur ad liberos ipsius delinquen-
tis, prout extenditur, quando committitur tale
crimen contra personam ipsius Principis, vel ad-
sistentium ad eius latus, vt dicitur in præallegata
l. quisquis. Ita plenè consuluit Alexander in con
silio xiij. in vj. volum. & dicit Angelus in consilio
ccxxj. per decisionem cõsultationis. quòd in duo-
bus tantùm casibus damnari potest memoria. Pri-
mò, quando committeretur crimen in personam
imperatoris. Secundò, quando contra rempublic.
Romanam. In omnibus autem aliis capitibus læsæ
maiestatis, dicit hoc non esse. Idem refert & se-
quitur Aug. Arim. in addit. ad Angel. in tracta. ma-
leficiorum. in ver. qui iudex videns quòd inquisiti.
xiij. colum. & firmat etiam Capyc. in decisione sa-
cri Consilij cxxx. primum dubium est in ix. colum.
fol. 92. versi. additio. August. in addit. licet de præ-
missis verbum aliquod non fecerit, nisi de Ange.
& August. duntaxat: & latissimè ibi scripserit per
octo folia, quando & quomodo quis committere
dicatur crimen læsæ maiestatis. Sed præcisè requi-
ritur contra personam Principis: & sic ex præmis-
sis non fuit habita memoria defuncti damnata: sed
præfatum magnificum Lucium ad successionem
bonorum suæ amitæ habilem. Et communi voto
nemine discrepante, pronuntiatum, præfatos con-
uentos cõdemnandos ad restituendum bona præ-
fata, indebitè detenta per eosdem, vnà cum fru-
ctibus à tempore motæ litis, videlicet vnum ex
fundis præfatis, alium verò ad omnes fructus.

SVMMARIVM.

1 *Testatori licet in testamento prohibere diuisionem faciendam inter filios infra certum tempus. & in tantum est verum, quòd si minor vellet huic prohibitioni paternæ renuntiare, non posset. & nu. 2.*

3 *Diuisio bonorum prohibita per testatorem inter filios, inter quos sunt aliqui minores, poterit tamen fieri ex causa concernente fauorem minorum.*

4 *Id est habendum pro expresso, de quo si testator interrogatus fuisset, ita respondisset.*

5 *Iudex debet recedere à præcepto testatoris ex iusta causa quæ respiciat vtilitatem minoris.*

6 *Testator potest confectionem inuentarij tutori remittere, si tamen adparet talem remissionem in damnum pupilli, iudex eo casu non debet sequi voluntatem testatoris.*

7 *Testator si prohibuit bona diuidi inter filios, & ex huiusmodi prohibitione oritur discordia inter eos, non attenditur prohibitio. & nu. 9.*

8 *Omnia quæ tendunt ad finem, iudicari debent secundum finem.*

DECISIO VII.



MAgnificus Frãciscus comus de Nea-
pol. in suo vltimo vitæ elogio cauit,
nobilem Ioan. Angel. ex primo ma-
trimonio maiorem, & Ioan. Vincen-
tium ex secunda vxore infantẽ, eius
filios, non posse deuenire ad diuisionem bonorum
suæ hæreditatis eisdem deferendæ quousque præ-
fatus Ioann. Vincentius ad ætatem xxv. annorum
peruentus non fuerit: eidémque in tutricem no-
bilem Hippolytam Bulgarellam eius matrem reli-
quit: & nonnullorum annorum spatio decurso,
ortis nonnullis discordiis, vt consueuit, inter ip-
sum Ioannem Angelum priuignum & nouercam
præfatam, prouocans Ioan. Angelus ad diuisionem
bonorum, ne bona ipsa communia deteriorarentur,
prout iamdiu deteriorati cœperunt. & obie-
cto per tutricem de dicta prohibitione testatoris,
deducta lite in iudicio Sacri consilij & coram me,
dubitatum, & non parum fuit, an ex prohibitio-
ne testatoris præmissa dictæ diuisionis petitio im-
pediri possit, ne fiat. Et dubitandi ratio aderat,
quòd sic, cùm * liceat testatori prohibere diuisio- 1
nem fieri infra certum tempus inter filios: vt te-
net Bart. in l. quintus. ff. de annu. leg. Bal. in l. si quis
ita. quæ est lex iiij. per illum textum. ff. de condit.
insti. Pau. de Cast. in l. si non sortem. §. si centum. ff.
de condit. indebi. dum dicit, quòd si testator pro-
hibet talem diuisionem ex causa, fortè valeret, si-
cut de alienatione dicimus quam prohibere po-
test. l. filiusfami. §. diuus. ff. de legatis j. cùm diuisio
sit alienatio. l. si pupillorum. in princip. ff. de rebus
eorum. & intantum hoc est verum, quòd si minor
* in cuius fauorem fuit inducta prohibitio, vellet 2
huic præcepto paterno renuntiare, minimè pos-
set, vt consuluit Oldr. in suo consilio ccxlj. factum
tale est. vbi loquitur in maiore, quòd possit renun-
tiare: secus in minore. & sic data minori ætate al-
terius ex filiis, adparet diuisionis bonorum pro-
hibitio, facta in fauorem minoris: sed quando
expedit minori, vt diuisio fiat, prout in casu præ-
senti, ne bona deteriorarentur, sed vt conseruen-
tur & augeantur, talis prohibitio relaxatur & re-
mittitur: ne inducta in fauorem, retorqueantur in
odium, contra l. quod fauore. de leg. & ideo * ex 3
causa quæ concernit fauorem minoris, diuisio fie-
ri potest per minorem, vt not. Bart. in l. inter pupil-

los.ff.de auth.tut.& in l. iubemus,la ij.C. de sacro-
sanct.eccle. cùm huiusmodi præceptum testatoris,
seu prohibitio ne vsque ad tantum tempus fiat di-
uisio bonotum inter filios,emanauerit iu fauotem
minntis, ne sua facilitate deciperetur. Et iden si
ex aliqua causa constaret, quòd minori expediret
diuisio, tale præceptum seu prohibitio non atten-
deretur à cessante ratione, qua motus fuit testa-
tor.arg.l.adigere.§.quamuis.ff.de iure patron. & c.
cùm cessante.de appel. Et in propriis terminis lo-
qui adparet Oldr. in præfato suo consilio:dum ibi
prohibuit testator, ne post mortem suam eius filij
bona diuiderent infra decennium: faciendo insu-
per filios super obseruantia præcepti præfati iura-
re:& hoc vt eius hæreditas illæsa conseruaretur: &
cum mortuo testatnre res aliter successerit, quòd
causa illa cessaret: quia ne bona dissiparẽtur, ma-
gis expediebat vt fieret diuisio, ex causa antiqui
odij: prout plerunque & vt plurimum contingit
inter nouercas & priuignos: iuxta illud Virgil.

Est mihi namque domi pater: est iniusta nouerca.

Vnde cùm bona ipsa immobilia adpareant satis su
pérque deteriorata, ex meritis probatorum: ideo
dicendum est procedi debere ad diuisinnem præ-
fatam,cessante causa prohibitionis præfatæ, cùm
non sit verisimile testatorem voluisse communio-
nem durare, si cogitasset communionem resul-
tasse in iacturam minori seu infantis, prout etiam
4 textus attestatur. & id * est habendum pro expres-
so, de quo si testator fuisset interrogatus, ita re-
spondisset: per glossam vulgatem & ibi etiam do-
ctores in l.tale pactũ.ff. de pac.& ibi bene Paul.de
Castr.in ij.not.Bald.in l.j.C.quæ res pignn.obliga.
poss.l.si.secundum Bart.Bald.& Ang.ff. de posthu.
5 hæred.instit. Et * iudex debet recedere à tali præ-
cepto testatoris, ex iusta causa quæ respiciat vtili-
tatem minoris,prout firmat consulendo Franc. de
Aret.in suo consil.xxij.col.ij. diligenter & maturè
consideratis.versicu. venio ad secundum. vbi plus
adducit not.per Bar.in l.nemo potest. de leg.j.col.
iij.versi,quærit Dyn.vbi post Martin.Silla.conclu-
dit: quòd licet testator possit cõfectionem inuen-
tarij remittere,si tamẽ adparet talem remissionem
in damnum, seu contra vtilitatem minoris seu pu-
6 pilli,* iudex non debet sequi voluntatem testato-
ris.l.vtilitatem.ff. de confir.tut.l. in confirmando.
eod.tit. Et hoc, quando superuenisset noua causa,
de qua testator notitiam non babuit: vt habetur
in iuribus præalleg. Ita ex præmissis consulendo
punctualiter concludit Deci.in suo consi.cccxlix.
in ij.vol.in ij. & iij.col.quod cõsilium dum fuisset
allegatum in fauorem minoris per quendam eius
tyronem aduocatum, fuit repertum ac retortum
ex præmissis contra ipsum minorem. Accedat in-
7 super,* quòd vbi lex,vel pactum,siue testator pro-
biberet diuisionem fieri inter filios, prout in casu
præsenti, censeretur id facere ob conseruationem
rerum, quæ prohibentur diuidi: vt dicit Alber. in
l.fin.C.commu. diuidun. & sic non debet intelligi
stantibus discordiis, quia resultaret contrarius ef-
fectus,quia potius subsequeretur destructio & dis-
sipatio, prout in casu, de quo agitur verificatum
est: iuxta illud Sallustij, Concordia paruæ res cre-
scunt; discordia maximæ dilabuntur. & facit bene
illud Euangelicum: Omne regnum, in se ipsum di
uisum,desolabitur. Si ergo ex prædicta discordia
& litibus intermediis inter nouercã & priuignum
liquet de manifesta ruina bonorum, quæ ex com-
munione præfata causatur, ergo dictorum bono-
rum diuisio operabitur conseruationem: quia na-
tura contrariorum est,vt mutuò se expellant.l.vbi
repugnantia.ff. de regu. iur. & ideo emptitia, quæ
nolunt malè disponi, vnionẽ desiderant:sed quan-
do vnio oppositum operaretur, s. destructionem,
& diuisio conseruationem, potius diuisionem de-
siderant: quia tunc diuisio perfectior est, quàm
vnio:quia perfectiores operationes inducit:vt scri
bitur vij.Metaphysi.Redditur enim & efficitur si-
milis suæ causæ.l.j.& ij.C.de ordi.cog.& in c.ij.ent.
tit.omnia enim * quæ tendunt ad finem, iudicari 8
debent secundũ finem. l.omnino. ff.de spons.cun-
cta enim secundum finem moderari oportet:vt in
c.de anima.& in c.j.& hic scribit Philosoph. & sic
non est censendum testatorem seu legem voluisse
prohibere * diuisionem, quando ex tali diuisionis 9
prohibitione damnum immineret, cùm leges pro-
uideant, omnium vtilitatem cogitantes, vt habe-
tur li.v.Ethicorum:& in l.nam & Demosthenes.ff.
de legibus. Ita ex præmissis, & aliis quampluribus
concludentibus rationibus & iuribus, concludit
in particulari Sozi.in suo consilio cclxxix.in ij.vo
lum.& idem firmat Felyn. nullam de præmissis au-
ctoritatibus faciens mentionem.in ca. si diligenti.
vj.col.extrà de foro competen.nihilominus licet à
principio decisio præsentis casus fuisset visa non-
nullis ex magnificis Consiliariis aliqualiter dubia,
demum ponderato consilio Decij suprà allegato,
fuit per sacr.Regium Consilium me referente pro-
nunciatum diuisionem petitam per maiorem fra-
trem esse faciendam,iuxta consuetudinem Neapo-
litanam: & prout commodius dictis fratribus vi-
debitur,ne bona ipsa vlterius deteriorentur.

SVMMARIVM.

1 *Per torturam reiteratam videntur elisa & ener-
uata indicia & probationes: cum probatio tolla-
tur per tormenta, tanquam quasi vera non fue-
rint, & ob torturam prædictam eo casu venit pœ-
na adeo moderanda, vt debeat pecuniariter con
demnari, & non corporaliter. & nu.2.*

3 *Inquisitus, dum testibus & probationibus conuin-
citur, licet perseueret in tormentis negando: ta-
men damnari poterit.*

4 *Iudex per torturam non potest derogare vera pro-
bationi, & sic per indirectum dare occasionem
liberandi malefactorem dignum pœna mortis.*

5 *Probationes contra inquisitum eliduntur & ener-
uantur per torturam ei illatam.*

6 *Inquisitus, per torturam sibi illatam, nedum pur-
gat indicia, verùm etiam & probationes, si con-
stanter perseuerauerit.*

7 *Inquisitus si contra se haberet indicia indubitata,
& tortus negaret, poterit tamen condẽnari, quia
per torturam non dicitur euacuasse.*

8 *Inquisitus, vbi per indicia indubitata condemnari
posset, nunquam iudex poterit ei imponere ve-
ram & meram pœnam delicti, sed minorem. Et*

ad Bal

*ad Bald. in cap. ad nostram. de probationibus. re-
spondetur, quia ipse dixit, quod potest quis pu-
niri ex veris probationibus: licet confessus non
fuerit, cùm sit conuictus, vel etiam ex confessio-
ne sua: non tamen dicit, quòd fuerit tortus &
perseuerauerit in negando, & tamen quòd sit
condemnandus, hoc non dicit. & nu. 9.*

10 *Pœna mortis pro aliquo delicto vbi venit imponen-
da, & ex aliqua causa pœna ipsa minoraretur,
talis pœna minorata nõ poterit esse capitalis nec
corporis afflictiua, sed pecuniaria, vel alia, per
quam corpus non affligatur.*

11

DECISIO VIII.



IN causa Regij fisci cum Ioanne pa-
rente de Præsenzano inquisito de
pluribus homicidiis, furtis, & aliis
delictis, & penè conuicto de non-
nullis ex eis per vrgentissima etiam
indicia: dum fuisset pluries suppositus quæstioni-
bus & tormentis, etiam vltra tres vices, & sem-
per perseuerando negauerit, fuit tandem per ma-
gnam curiam Vica. condemnatus ad remigandum
in Regiis triremibus, eius vita durante, cum qua-
litate addita, quòd quandocunque reperiretur li-
beratus à dictis triremibus, ilico vltimo supplicio
plecteretur. De qua condemnatione dum fuisset
ad sacrum Regium Consilium appellatum, & in-
troducta causa ipsa in eodem Sac. Concil. & mihi
commissa, videbatur prima consideratione dicen-
dum Ioannem ipsum minimè ita condemnari po-
tuisse, cùm per præfatas reiteratas torturas videan-
tur elisa & eneruata indicia & probationes: ita vt
huiusmodi pœna affligi minimè potuerit, cùm illa
1 probatio tollatur * per tormenta, tanquam quasi
vera non fuerit. Ita videtur fuisse rectè intuenti
de mente Batt. in l. vnius. §. j. ff. de quæstio. & tenet
Angel. de Are. magnus practicus in suo tract. male-
ficiorum. in gloss. in ver. comparent dicti inquisiti,
& negauerunt totum. & idem in particulari & cla-
rius firmat Alber. de rosa. magnus doctor in l. edi-
ctum. ff. de quæstionibus. refert & sequitur Bartho.
Veron. in suo consilio xxxij. quidam rustici Vicen-
tini. in vlti. colum. & quòd tali casu propter tortu-
ram illatam pœna veniat adeò minoranda, vt de-
2 beat pecuniariter condemnari, * & nõ pœna cor-
porali. & quòd ita vidit seruari Veronæ: nam tor-
mentis, verberibus, seu igne fatigati, quæ dicunt,
veritas ipsa dicere videtur: vt dicit Tullius in
Topicis. quem refert gl. in dicta l. edictum. & ean-
dem opinionem sequitur Marsi. criminalista ma-
ximus, in dicta l. edictum. post Alb. & in specie di-
cit, quòd eneruantur probationes & indicia. Et
idem sequitur in sua practica causarum crimina-
lium. in §. nunc videndum. & in sua reperi. l. fin. de
probat. & in suo sing. cclxij. quod potui, nolui &
consuluit idem in suo consilio lj. nedum plenè. in
fol. xiiij. Contrariam tamen sententiam tenet Bal.
3 in c. ad nostram. extrà de proba. dum * dicit, quòd
dum inquisitus testibus & probationibus conuin-
citur, licet perseueret in tormentis negando, &
nullatenus confiteatur: tamen damnari poterit.
Casus est etiam sing. minimè per Bal. allegatus, in l.
qui sententiam. C. de pœn. & ibi Alex. post Bald. &
idem sequitur Alex. in l. vnius. in princ. ff. de quæst.
& idẽ secutus est Marsi. in alio suo singu. cviij. alias
fuit interrogatus a quodam iudice maleficiorum
tyrone de hoc. cui respondi, quòd indubitáter po-
terat conuictum testibus, licet in tortura negan-
tem, ad mortem condemnare. & pro præfatis facit
ratio, quia iudex per torturam non potest deroga-
re veræ probationi: & sic per indirectum * præbe- 4
re occasionem liberandi inquisitum dignum pœ-
na mortis. c. cùm quid vna via. de regu. iur. in vj. &
facit quod not. Bald. in l. contractibus. de non nu.
pec. dum dicit, quòd vbi iudex statuit maiorẽ ter- 8
minum, quàm velit statutum, non tenet: & ideo si
conuictus probationibus debet capitali pœna pu-
niri, ex tortura sibi illata non debet releuari: cum
intersit reipu. ne delicta remaneant impunita. l. ita
vulneratus. ff. ad leg. Aquil. c. vt. de sent. excom. &
eandem opi. secutus est Par. de puteo in suo tracta.
syndi. in ver. tortura. lo. vlti. in c. quidam latro fa-
mosus. licet de præallegatis nullam faciat mentio-
nem. Aduertendum tamen est, quòd opinio præ-
missa debet cũ moderamine intelligi, & non prout
intellexit Marsi. in præfato suo sing. cviij. dum di-
xit, quòd conuictus per testes, licet tortus perseue-
rauerit in negando, quòd poterit ad mortem con-
demnari: nam salua eius reuerẽtia, nec tex. in l. qui
sententiam. nec Bal. in d. c. ad nostram. nec Alexan.
nec Par. in trac. syndi. s. relati exprimũt, quòd pos-
sit ad mortem condemnari: sed tantummodo di-
cunt, ꝙ licet perseuerauerit tortus in negãdo, pote-
rit tamen damnari: nõ tamẽ aliquis ipsorũ dicit, ꝙ
pœna ordinaria mortis. & sic seruari debet opi. Al-
ber. & sequaciũ: quòd sint eneruatæ & elisæ * pro- 5
bationes per ipsam torturã: & sic in mitiorem par-
tem: & ita in facto dum cõtingeret in magna Cu-
ria casus contra Bataglinũ de caua, inquisitum de
homicidio in personam cuiusdam Amati de Casti-
glione, & cõuictum per quinque testes de visu ho-
micidij, & persistentem in contumacia captum, &
tandem tortum, & fideiussoribus liberatũ per ma-
gnificũ Antonium Baldaxinũ & Antonium Guar-
da, tunc iudices ipsius magnæ Curiæ. & me patro-
cinante appellatum ad Regiam audiẽtiam, fuit per
excellentem d. Ludouicum Montaltũ, tunc regen-
tem cancellariam. Idem Bataglinus retortus cum
quinque ictibus chordæ, cùm per prius non suffi-
cienter tortus fuerat in duobus tantum: & ex quo
perseuerauit in negando, fuit tandem attenta eius
perseuerantia in tortura condemnatus per Re-
giam audientiam, ad remigandum in triremibus
Regiis per quinquennium. & quòd per * torturam 6
purgentur nedum indicia, verum etiam probatio
facta contra constanter perseuerantem: vltra Al-
ber. in l. edictum. & consilium Cæpo. xxxij. consu-
luit Dec. in cons. cccclxij. in causa quæ agitatur con-
tra Anto. in ij. vol. in fin. ver. Adde tamen, * quòd 7
vbi extãt indicia indubitata, & tortus negaret, po-
terit tamen condẽnari: quia per torturam non di-
citur euasisse. Ita Bal. post Nico. de matta. in l. fi. C.
de probat. & in l. milites. C. de quæst. Bart. in l. ij. ff.
de fur. Io. and. io addi. Spe. in tit. de prob. §. iiij. Re-
ferendo Thomam de Pipeta. Bal. & Imol. in l. fi. ff.
de hæred. instit. & Afflic. qui plura adducit in con-

ſtitutione, regni humanitate.x.col. fol.ccxvj. ſuc-
8 cedit * ergo, ꝙ ſi ex indiciis indubitatis quis condemnari poteſt, nunquam iudex poterit et imponere veram & meram pœná delicti, ſed minorem. Iſta doctrina ſumitur ex cap. afferte. de præſumpt. quem magnifacit ibi Card. Butri. & Panor.-Imol. & Felyn.in iij.& iiij.colum.Innoc. in c.veriſimile. de præſumpt.Cro.in tractatu ſuo de teſte. ver. xiij. quæro.prout plenè retuli in conſi.meo xij. in cauſa iſtorum fratrum de Caſtigliono ad ſupradictam l.qui ſententiam.de pœn.& ibi per Alexand.in dicta additione ad Bal.vbi certè nihil dicit,nec Bal.
9 nec text.ſed duntaxat * dicit,quòd poteſt quis puniri ex veris probationibus: licet confeſſus non fuerit, cùm ſit conuictus, vel etiam ex confeſſione ſua, & non dicit quòd fuerit tutus & perſeuerauit in negando. & tamen quòd ſit condemnandus, hoc non dicit. & ita etiam in terminis per ſimilia iura aliàs verba reperio fuiſſe deciſum per Illuſtriſsimum Nicol. Bouer. præſidem Sacri Regij conſilij Burdegalenſis,in ſuis deciſ.numero clxiij. an per torturam,prima parte.vbi plenè & inter cætera ſubdit facere deciſio.Bal.in l.ij.& in l.milites. de quæſt.& clarius in l.fina.C.de probat.ſequendo Nico. de matta. volens quando indicia non ſunt indubitata,nec à lege ſunt ita probata, quòd tunc ſecus: ſed ſolum ſunt iudicis religioni commiſſa: tamen ſimul collecta,inducunt indubitatam veritatem,vt eſt exemplum in confeſsione per tormenta extorta, quæ non per ſe, ſed cum perſeuerantia, vel fama, vel facti veriſimilitudine, vel aliis adminiculis,indubitatam inducunt veritatem.l.ſancimus. & l. qui ſententiam.de pœnis. & l.j.§. diuus.de quęſtionib.Ex quibus colligit Baldus quòd non prodeſt confitenti in tortura reuocare poſteà confeſsionem, ſi contra ſe ſunt indicia, quæ coniuncta cum confeſsione,quamquá extorta per tormenta,indicant veritatem, niſi reuocans probaret contrariũ per alia indicia contraria. & ibi eum ſequitur Paul.Fran.bru.in trac.de indi. & tortu.col. xv.verſic.ij.quæro quid ſit indicium.Iaſ. in l.magiſtratibus.ff.de iuriſd.om.iud.col.j. Felyn. in c.cùm olim.viij.fallen.de reſcrip.qui alleg.Tindar.in ſuo dialogo de teſtium varietate.Marſi.in ſua practi.§. quoniam.nume.38.quod tamen intelligunt, quando ſunt plura indicia valde proxima vero facto,ſicut eſt vnus teſtis de veritate,& duo de confeſsione extraiudiciali ipſius delinquentis, cum confeſſione extorta per torturam. & ſic quòd præcedentibus legitimis indiciis, quamuis poſtea confeſsio talis extorta,& reuocata ſit, poſsit ſequi condemnatio,ſecundum ipſos.& plus ſubdit præfatus illuſtriſſ.doctor quòd tortura non poſſet repeti,etiam vbi eſſent plura vehementiſsima indicia, vel probationes.Ex quibus poſſet ſequi condénatio, quia ſunt purgata: vt tenet Salycet.in l.ea quidem. C.de accuſ.& in l.ſi quis adulterij.C.de adulte.& in l. ſi quis.in vlt.q.C.ad l.Iul.maie.vbi ſubdit, quòd debet dari abolitio.hoc eſt circunduci proceſſus,vel abſolui ab inſtantia.& Alexá.in l.vnius.§. & quoniam.ff.de quæſt.dicit, hoc dictum eſſe bene nota. quia ex quo nihil confeſſus eſt, cenſetur purgatus, quaſi puram veritatem dixiſſe videatur: vt d.l. edictum.& ibi gl.allegans Tullium in Topicis, quem facit ibi ſing.Alber. & Hippolyt.& quòd canetur, totus mundus ita tenet: licet aliqui intelligant, quando contra tortum præcedebant ſolùm indicia, nõ plenæ probationes: quia tunc tortura non purgaret à pluribus probationibus. & ita videtur innuere glo.in l.j. C. de quæſtio. in ver. inuidioſa. circa mediũ.ſed certè loquitur de tortura teſtium, & non criminoſi.& ideò non bene, ſecundum Alber.ita formaliter dixit præfatus illuſtriſsi.doctor Boer.in præfata ſua deciſio. clxiij. vnde præmiſsis bene ruminatis per ſacrũ Regium Conſilium fuit pronuntiatum bene fuiſſe iudicatum per magnam Curiam: quæ pronuntiatio cum reuerentia nimis dura mihi viſa fuit,& in ea minimè concurrere volui: licet tutum non fuiſſet recedere à ſententia tantorum patrum,& hoc per rationem & iuris diſpoſitionem dictantem, quòd dum alicui pro delicto aliquo venit imponenda pœna mortis naturalis, & ex aliqua cauſa pœna ipſa minoraretur. Certè talis * pœna minorata non poterit eſſe capita- 10
lis, nec corporis afflictiua, ſed pecuniaria, vel alia: dummodo corpus non affligatur: vt probatur in l.adulterium.§.Imperatores.C. de adulte. & ibi doctores.& in l.ſi quis in graui.§.ſi magiſtratus. ff. ad Sylla.& in l.Gracchus. C. de adulter. ita Angel. in tracta.malefic.in verſic.præſente Caio & appellante.verſi.quod autem ſi non obſtante. el j. Bal.in l.data opera.C.qui accuſa. non poſſ. ſequitur Marſil.in ſua practica cauſarum crim.§.quoniam.xvij. colum.vbi ſubdit eſſe perpetuò menti tenendum. & idem probat tex.in l.qui ædes.& in l.qui fortuito.ff.de incend.ruin.naufra. Idem voluit Marſi. in l.j.§.diuus Adrianus.ff.ad legem Cornel.de ſica. & in l.diuus Adrianus.ff.ad legem Pompeiam de parricid.Et idem in particulari tenet Petrus piccolus in conſtitutionibus Regni,in conſtitutione,Clandeſtinis.ſub rubrica de pœna hom. clandeſt.& ibi ſubdit, quòd ſi pœna eſt minoranda ratione temporis,vt quia de die committitur delictum,vel ratione rei, vel perſonæ, tunc imponi debet pœna metalli,vel deportationis.l.ſacrilegij.in princ.ver. cæterum. ff.ad l. Iul.pecula. & l.ſeruos. C.ad l. Iuliam.de vi publica.& l.omnes.§. Itẽ deſertor. cum §.ſeq.ff.de re mili.& xxvij. quæſt.iij. in princ. pœna verò metalli hodie correcta eſt: quia nemo bene natus, ſeruus efficitur. Et idẽ tenui in votis meis, voto xxiij.in cauſa magnificę Laur.de Annichino, quæ fuit pro homicidio in inſulam per ſeptẽnium deportata, & infra paucos dies conſecuta fuit gratiam deportationis præfatæ. Ex quibus fui voti (licet ſingularis) præfatum Ioannem parentem ratione multiplicitatis delictorum eſſe per quinquennium duntaxat ad dictam remigationem, & non in perpetuum cõdemnandum: ſed tamen executa fuit ſententia magnæ Curiæ tanquam approbata per maiorem partem votorum.

SVMMARIVM.

1 *Lite intricata & diuturna extante, & ambiguis probationibus poteſt iudex compellere partes litigantes ad compromiſſum.*

Compromiſſum licet fieri non poſſit in ordinarium, poteſt tamen compromitti in eum, tanquam arbitrat

biitratorem, & amicabilem compositorem ibi.

2 *An si sacrum consilium protulit laudum virtute compromissi in ipsum facti, ex quo non nomine regio illud protulit habeat executionem, sicut cæteræ sententiæ sacri consilij.*

3 *Iudicium idem erit de augmento, quod de ipsa re, vt puta de augmento dotis. idem prout de dote iudicabitur.*

4 *Appellari si non potest à sententia lata ex iurisdictione ordinaria, idem erit in sententia lata ex iurisdictione prorogata.*

5 *Appellari non potest à sententia iudicis prorogati, si aliter ab eius sententia appellari non poterat.*

DECISIO IX.

Exorta lite inter vniuersitatem & homines terræ Gragnani ex vna: & vniuersitatem & homines ciuitatis. Literarũ ex altera, super territoriis & nemoribus existentibus ambiguis ac dubus probationibus vtriusq; partis, lite per multos annos in longum protracta, fuit visum sacro Regio Consilio cogere partes ipsas ad compro-
1 missum, prout spectat ad * iudicis officium, stante intricata & diuturna lite, & ambiguis probationibus: per textum in cap. placuit. xc. distinctione. prout in terminis tenet Paul. de castr. in l. quidam æstimauerunt. ff. si cer. pet. Abb. in c. fin. in iiij. not. extrà, de maior. & obedi. & in c. cùm pridem. vlti. not. de pactis. cum aliis, quæ congerit Felyn. in rubrica de treug. & pace. colum. ij. & Decius in consil. cccclxv. iiij. vol. in casu ad me. & sequitur Dec. in suo consil. cxxv. iij. colum. in primo volu. Et licet compromissum ipsum minimè fieri potuisset in dominos Regios cõsiliarios, tanquam in arbitros, eum sint iudices ordinarij, potuit tamen committi in eos tanquã in arbitratores & amicabiles compositores: vt dicit Salycetus in l. si quis ex consensu. C. de episcop. aud. & ibi Odofred. Cyn. & Bar. & Baldus post gloss. in l. sed si in seruum. §. si quis iudex. ff. de arbit. licet contrarium teneant Iacob. de Rau. Petrus & Cynus vt ibidem refert Salycet. Et tandem causa ipsa decisa per sacrum Consilium virtute compromissi præfati petitum fuit per præfatam vniuersitatem Gragnani, laudum seu sententiam, latam debitè executioni demandari. Contradicente vniuersitate ciuitatis Literarum, & dicente id minimè fieri posse, cùm non fuerit nomine regio iudicatum per regios consiliarios præfati sacri Consilij: sed tanquam arbitros. Dubita-
2 tum igitur fuit, * an tale laudum habeat executionem paratam, sicut cæteræ sententiæ eiusdem sacri Consilij & certè dicendum est, quòd sic: vt probat textus in l. episcopalem. C. de episcop. aud. vbi Bartol. summat, dicendo not. quòd licet aliqui litigent cotam aliquo protogando iurisdictionem, de sentẽtia lata a tali iudice, iudicabitur vt de sententia, quam dat ex vigore proptiæ iurisdictionis, vt si ab ea appellari non posset, nec modò posset. Non ergo habeat similitudinem iurisdictionis iudicis eorum, qui prorogant iurisdictionem: sed iudicatur secundum vires & similitudinem iurisdictionis prorogatæ. quod perpetuò tene menti. dicit Bartolus & rectè intuenti est clarus & apertus textus in dicta l. episcopali. nam patet secundum Petrum de bella pertica ibidem, quòd ibi non subditi episcopo Carnocensi, potuerunt in eum consentire, velut in iudicem. vnde si litigatum fuit coram eo, & protulit sententiam, si vnus nostrûm appellauit, dicit Imperator, quòd eadem reuerentia isto casu obseruabitur episcopo, quæ obseruabatur præfecto prætorio: vnde non appellatur à sententia episcopi in isto casu, sicut nec à sentẽtia præfecti prætorio. Ita sumit formaliter Petrus de bella perti. Salycetus autem in dicta l. episcopale. satis magistraliter præ cæteris locutus est, dum ibi super glo. dicit, & quod ibi not. de omni potestate loquitur: sed de his, à quibus non appellatur, vt sunt præfecti prætorio: vt in l. j. ff. de offic. præfe. præto. licet supplicari possit ab eorum sententiis: vt in auth. quæ supplicatio. C. de precib. imper. offer. & in l. j. C. de senten. præfe. præto. Idem erit de sententia episcopi ex prorogatione lata, argumẽto æquiparationis præfatæ. & ideo formaliter subdit Saly. ego puto, quòd tam in episcopo, quàm in quouis alio, iurisdictio prorogata sit eius naturæ, sicut erat prius, vel prima: cùm * idem sit iudicium de aug- 3
mẽtato, quod de ipso augmẽto: quod patet in dote & eius augmento. l. inter socerum. §. cùm inter. ff. de pact. dota. & quia non diuersa est iurisdictio à prima, sed eadem extensa, vt in precario dicitur: vt ff. de preca. l. sed si manẽte. & in iurisdictione prorogata. l. meminisse. ff. de offic. procon. & lega. Ideo ex hoc infero cum Cyno. in l. si quis ex consensu, de episcopali audientia. quòd si à sententia* lata ex iurisdictione ordinaria non potest appellari: idem erit in sententia lata ex iurisdictione prorogata: vt tenet gloss. & doctores in cap. penult. de offic. dele.
Et quòd à sententia iudicis * prorogati appellari 5
non possit, si aliàs ab eius sententia appellari non potest, tenet Bart. in specie in dicta l. episcopale. & Cyn. in dicta l. si quis ex consensu. & magis in specie in indiuiduo. Ang. in l. j. ij. col. ff. de iudi. & ibi formaliter concludit, quòd si à iudice, cuius Iurisdictio prorogatur, non poterat appellari, nec nunc appellabitur: secundum Cyn. in d. l. ex consensu. Idem firmat & sequitur Ias. in l. si quis aduersus. C. de precib. Impe. offeren. vbi subdit esse diligenter nota. quòd si propter dignitatem personæ non potest ab eius sententia appellari, istud procedit etiam, si ex commissione partium ipsa sententia ferretur, vel ex prorogatione per tex. in d. l. episcopale. quam dicit multum notari per Bart. ibi. & alleg. Angel. vbi suprà. & idem sequitur consulendo Dec. in suo consil. iij. & in consil. xxv. Et ita fuit iudicatum per Sacrum Regium Consilium, quod huiusmodi laudum executioni demandetur.

SVMMARIVM.

1 *Clericus coniugatus gaudet priuilegio clericali.*

2 *Clericus cõiugatus à laicis in nullo differt, nisi quòd pro commissis excessibus ab eo, trahi non potest criminaliter ad iudicium seculare.*

3 *Clericus qui delictum commisit, & demum vxorem duxit, non potest de eo cognosci per iudicem secularem, quia debet attendi status commissi delicti.*

DECISIO X.

SVMMARIVM.

1 *Testes lusores, & blasphematores non probant. & nu. 4. & 5.*

2 *Eu ratione, qua vnus testis singularis non probat, eodem modo si vnus infamis vel domesticus reprobatur: eadē ratione. si sunt plures, omnes repelluntur: quia ratio repellendi, quæ est in vno, est in pluribus.*

Testium defectus nō supplet numerus in causa graui ibi.

3 *Testi inhonestæ & reprehensibilis vitæ non creditur.*

4 *Testes viles, seu infames, in causa graui testificari non possunt.*

6 *Ludus est crimen, & lusor præsumitur bo[illegible] di lapidare, & sic male vti substantia su[illegible] ideo in causis criminali non admittuntur, nec in causa matrimoniali.*

7 *Ludus fortunæ inducit multa mala, & perditionem proprij patrimonij: & facit hominem venire in desperationem: & prouocat ad blasphemiam Dei, & sanctorum, & ad periuria.*

Lusor intendendo dicitur agere turpem vitam: & ideo est exosus legibus. ibi.

Lusores, & qui de ludo vitam ducunt, sunt infames. Et per constit. regni non possunt esse testes, nec facere testamentum, nec admitti ad aliquod publicum officium. ibi.

Testes examinati parte non citata, non probant. ibid.

8 *Testes, parte non citata nullum faciunt indicium ad torturam.*

9 *Testes infames, seu viles & blasphematores, licet non probent contra inquisitum, id intelligendum est, quo ad condemnandum ipsum: secus, quo ad torquendum.*

10 *Testes repulsati licet non probent, faciunt tamen præsumptionem.*

11 *Testes de visu delicti, licet sint repulsati, attamen si in processu remanent alij testes deponentes de fama, & non elisi, potest inquisitus torqueri.*

12 *Testes non possunt dici repulsati, ex quo testes examinati ad repulsam, deposuerunt ipsos esse infames seu lusores, aut aliter criminosos: nisi etiam deposuissent, quòd ita communiter tenebantur & reputabantur.*

13 *Testes examinati parte non citata, licet non probent, etiam si essent mille: attamen faciunt argumentum seu indicium.*

Inquisitus si post delictum commissum visus amplius non fuit, ex ipsa fuga resultat semiplena probatio. ibi.

14 *Fuga sociorum inquisiti inducit indicium cōtra inquisitum.*

15 *Contumax super inquisitione delicti, ex illa contumacia potest torqueri.*

16 *Probatio plena resultat ex pluribus indicijs simul iūctis contra inquisitum.*

17 *Etsi non prosunt singula, multa iuuant, intelligitur nedum quo ad torturam, verùm etiam quo ad condemnationem.*



Obilis Iacobus de Constantio, de ciuitate Puteolorum, existens clericus & decanus ecclesiæ Puteolorū, prætenditur cōmisisse homicidium. Demum dimisso clericatu cum vnica & virgine matrimomonium contraxit: inquisitus per magnam Vicariæ curiā de homicidio prætenso, ipsius forum declinauit, petendo se remitti ad curiam episcopalem Puteolanam: quæ magna curia Iacobum præfatum minimè remittēdum ad forum ecclesiasticum pronuntiauit. & tandem mihi causa prouocationis commissa, & visis per me bullis clericatus ac decanatus ante tēpus prætensi homicidij confectis, & relata per me causa in eodem sacro Consilio dicebam, prout dixi, minus bene fuisse per ipsam magnam curiam judica-
1 tum ex duplici capite. Et primò, ex quo * clericus coniugatus, de iure cōmuni gaudet priuilegio clericatus, per tex. in cap. j. cum vulg. de cleri. coniug. in vj. quod maximè procedit in hoc regno: in quo per c. regni, incipiens: non exigit sub rubrica, quòd clerici coniugati soluant collectas. in specie deter-
2 minatur, quòd clerici coniugati à laicis * in nullo differunt, nisi quòd pro commissis ab eis excessibus vel delictis, trahi non possint criminaliter ad judicium seculare. & idem iussit seruari per suam pragmaticam sanctionem serenissimus Rex Ferdinandus præfatus recolendæ memoriæ, edita in castro ciuitatis Auersæ, sub data 24. Maij. 1479. in qua plus subdit, quòd si quis in tales clericos manus violentas iniecerit, excommunicationem incurrat, & quòd tales clerici priuilegio non gaudeant, nisi tonsuram & vestes deferant clericales. Secundò dixi, quòd si clericus delictum com-
3 misit tempore * clericatus, & demum post commissum delictum vxorem duxerit, attendi debet eius status commissi delicti, & non præsens status: prout in propriis terminis, & in particulari determinat Bald. in l. affinitatis. C. commu. de succe. vbi per gloss. singul. in l. nemo potest. ff. de leg. j. decidit quòd attendi non debet præsens status, sed tempus commissi delicti, quo tempore subijciebatur foro ecclesiastico: & ideo pariter & hodie eidem foro remitti debet. Idem consulendo, sequitur Alexā. de Imol. in consi. viij. circa fi. in j. vol. & idem Alex. in l. nemo potest. ff. de leg. j. subdens, quòd per glo. ibi Bal. in dicta l. affinitatis. decidit quæstionem istam not. & singu. & idem sequitur Ioannes Crot. in sua repet. d. l. nemo potest. in vlti. fol. in antepen. col. ff. de legat. j. suprà allegata. & idem sequitur Ioan. Bertach. in suo tractatu, de episcop. in ver. xxvij. quæro. & ibi subdit Bald. id singulariter tenere in d. l. affinitatis. Ex quibus, dum ita votassem, in eandem sententiam concurrerunt cæteri domini Regij Cōsiliarij, mei collegæ vtriusque Rotæ, non obstante importunitate fisci patroni, potius clamoribus, vt consueuit, quàm iuribus imbuti, & à consueto susurro & maledicentia minimè recedentis. Sicque decretum fuit per sacrum Consilium præfatum Iacobum remittendum pro prętenso homicidio, antequam esset coniugatus, ad suum judicem ecclesiasticum, prout remissus fuit.

DECISIO XI.


VM in noua reformatione Reg. tribunalium Regni, facta per Cæs. maiestatem die 12. Nouemb. 1519. & publicata sequenti mense Decembr. in audientia publica in sala castri noui Neapolit. fuissétque in ea priuatus & amotus propter eius excessus ac demerita Marinus de magistro iudex de Surrento, ciuis Neapolitanus, officio patrocinij causarum fiscalium, quod per multos annos exercuerat: essétque insuper mihi iniunctum per illustrissi. Proregem, vt vsque ad aduentum alterius fisci patroni nouissimè creari, patrocinium causarum fiscalium assumere debuissem: non tamen diuertendo à proprio officio Regij consiliarij, id aliter recusare nõ valens, dum in magna Curia Vicariæ contigisset, vt quidam Cæsar de Caieta inquisitus super homicidio commisso in personam cuiusdam Francisci Hispani, erant anni ferè octo elapsi: & tandem relata causa, per magnificos iudices ipsius magnæ Curiæ, adducebatur pro parte eiusdem Cæsaris, non obstare, quòd plurimorum testimonio roboretur, eundem Cæsarem in homicidio præfato interfuisse cum aliis, qui præfatum Hispanum vulnerauerunt, & oc
1 ciderunt: cùm * testes id deponentes, licet sint plures, attamen tanquam lusores, blasphematores & infames probati, fidem non faciunt contra ipsum: vt inquit Bald. in capitu. ad nostram. extrà de probatio. vbi dicit, quòd licet plures sint testes: si tamen sunt infames, non probant in causa graui. refert etiam & sequitur Decius consilin. cxxxiij. penultima columna. primo volumi. & idem de pluribus testibus domesticis, tenet Petr. de Anchara.
2 in consilio ccxlvij. & ibi subdit, quòd ea * ratione qua vnus testis singularis non probat, eodem modo vnus infamis vel domesticus reprobatur: eadem ratione, si sunt plures, omnes repelluntur: quia ratio repellendi, quæ est in vno, est in pluribus. & si concludit, quòd plures testes inimici, & plures domestici repelluntur: cùm in causa graui numerus non suppleat defectum testium: vt etiam consuluit Angel. in consilio cxxviij. & firmat Felyn. in capi. testimonium quinta columna. de testi. & consuluit Marsil. in suo consilio cix. secunda columna. & in suo singu. cccclxxvij. & quòd testi in-
3 honesto * & reprehensibilis vitæ non credatur, est text. in capi. testimonium. extrà de testi. & in l. iij. in princip. ff. eod. titul. Ita consuluit Alexander in consilio cl. quinto volumine. & præsertim in cau-
4 sa graui, in qua * viles testes seu infames testificari non possunt: vt inquit Bald. in authenti. si dicatur. vltima columna. C. de testi. versiculo tertio casu. & in l. milites. C. de quæstio. Bal. post Cyn. in l. qui testamento. §. quæcunque. C. de testa. concurrente
5 maximè, quòd sunt * lusores & blasphematores, & ludus crimen est: vt dicit Bartolus in § illud. in
6 procem. digestorum. & præsumitur * lusor dilapidare bona sua, & sic male vti substantia sua, vt dicit Bal. in authen. quòd locum. circa fi. C. de collat. & ideò in causa criminali non admittuntur: imò lusores & blasphematores repelluntur. Ita consuluit Alex. in consilio clij. columna iiij. viso processu. in quinto volumine. & idem consulendo firmat Decius in consilio cxliij. aliàs clxiij. in causa matrimoniali. ix. colum. Lanfr. de Oria. in cap. quoniam contra. versicu. testium. extrà de proba. colum. xlj.
ludus enim fortunæ * producit multa mala, & per- 7
ditionem proprij patrimonij: & facit homines venire in desperationem, & eos prouocat ad blasphemiam Dei & sanctorũ, & ad periuria: vt dicit text. in authentic. alearum vsus C. de relig. & ideo dicit Hosti. in summa, in titul. de excess. prælat. quòd lusor in ludendo dicitur agere turpem vitam. Hinc est, quòd aleatores sunt exosi legibus: vt inquit Alber. in l. j. ff. de alea. §. item nor. & maximè procedunt præallegata in hoc Regno, vbi viget constitutio, quæ incipit: mores dissoluti, sub rubrica de aleato. in qua sancitum est, lusores, qui de ludo viuunt, & nulli alio officio vacant, esse infames: ita quòd non possunt esse testes, nec facere testamentum, nec admitti ad aliquod officium publicum. Item & secundò obiicitur testes productos, maximè duos ex eis, minimè fuisse examinatos ipso Cæsare citato, & pariter nec repetitos: quo casu etiam si mille essent testes parte non citata examinati, non probarent: prout pulchrè consulendo firmat Francis. de Are. in suo consil. clxv. sicut Ioan. in Apocalypsi. ij. columna. per text. in l. si quando. C. de test. & in cap. ij. eod. tit. cum vulga. cùm testis examinatus parte non citata, non probet: vt dicit Bartol. in l. si quis adulterij. C. de adulter. & in l. custodias. ff. de pub. iudi. & in l. fin. ff. de quæstio. Angel. in tract. malefi. in versicu. fama publica. colum. iiij. Abb. in c. prætereà. de testi. cogen. Alexand. in consilio lxxix. in causa Angelorum. in ij. volumi. Hinc
est, quòd ex * huiusmodi testium depositione par- 8
te non citata, nullum resultat indicium sufficiens ad torturam contra inquisitum: vt dicit Bartol. in l. fin. ff. de quæstio. Ange. in l. si vacantia. C. de bon. vacan. libr. x. Bald. in l. congruit. in fin. de offi. præsi. Decius in consil. liiij. j. volumi. Quibus pro parte inquisiti non obstantibus, dicitur per Regum fiscum ex eis nullum obstaculum inferri animaduersioni inquisiti præfati. Et circa primum non
obstat, quòd testes infames seu * viles & blasphe- 9
matores non probent contra inquisitum: vt §. plenè deductum est, quia illud proculdubio affirmatur procedere, quo ad condemnationem inquisitũ non tamen impedit quin ad eorum depositionem, non possit ad torturã procedi contra ipsum. Ita dicit Bald. in l. cunctos populos. C. de sum. trinita. & fide catho. & consuluit Roma. in consilio ccccij. quędam mulier. & tenet rectè intuenti Bartol. in l. j. ff. de quæstione. Modern. sent. in tract. de indi. & tortu. tertia columna Sozin. in consil. liiij. visis testibus. tertia colum. sequitur Marsil. in sua practi. causarum criminal. in versicu. diligenter. & ideo non abre voluit Imol. in capitu. præsentium.
extrà de testi. quòd testes * repulsati faciunt præ- 10
sumptionem. & idem tenet Alber. de mane. in suo solenni tract. de testa. columna xxix. Quod maxi-
mè concedendum est procedere * in casu præmis- 11
so, in quo licet videantur certo modo testes ipsi prima facie repulsati: attamen remanent testes alij non repulsati deponentes de fama publica: & in aliquo non elisa: virtute quorum potest procedi

ad torturam: licet testes alij deponentes de visu, seu de veritate delicti, repulsari reperirentur. Ita in particulari firmat pulchrè Iaco. Butri. quem refert & sequitur Albe. in l. iij. §. eiusdem. ff. de testi. & sequitur consulendo Calca. in suo consi. cix. quòd causa ista. Nec omittendum arbitror, quòd ex aduerso ex parte præfati Cæsaris minimè adparet probatum, prout suprà fundatū seu deductum fuit, testes illos contra ipsum productos fuisse repulsatos tanquam infames, lusores, & blasphema-
12 tores, seu viles, cùm non fuerit * in exceptionibus reprobatoriis articulatum, & successiuè, nec probatum, quòd testes ipsi ita communiter, prout in exceptionibus repulsatoriis tenebantur & reputabantur: quod quidem in specie probari requiritur ad repellendum testes, tanquam infames. Nec sufficit simpliciter probari, quòd infames, seu viles, aut lusores, & blasphematores erant, nisi articuletur, & probetur quòd ita communiter tenebantur & reputabantur tempore lati testimonij, ab omnibus ipsos cognoscentibus. Tex. est not. quem reputat mirabilem Bartol. hanc practi. tradens, in l. j. C. de testa. idem Bartol. in l. ad testium. in princ. ff. de testa. glos. in l. cum lege. ff. de test. quam ad hoc reputat sing. Bart. in l. ij. C. de secun. nupt. & consuluit idem Alexand. in suo consil. xxiiij. penulti. colum. ij. volu. & idem Alexand. in consil. cxcvj. j. colum. in vij. volum. Item suffragantur intentioni Regij fisci testes duo nō repetiti, qui plenè factum deponunt, vt in secundo fundamento ex aduerso
13 deductum est. Et licet * testes examinati parte non citata non probent, etiam si mille essent (vt ī. osten sum extitit) attamen negari non potest quin non faciant indicium, prout in specie reperio consuluisse Sozi. in consi. xc. in vj. colum. j. volumi. consiliorum Bononiensium. quod aliqui allegant esse tertium volu. & idem etiam reperio tenuisse Deci. in consi. c. In nomine Domini. lo j. v. colum. versi. præfata conclusio. extrà de testi. Corroboratur insuper intentio Regij fisci per fugam ipsius Cæsaris à die delicti commissi, in qua perstitit per annos ferè octo: & post querelam expositam contra ipsum & in tantum, quòd nunquam amplius visus fuit Neapoli, nisi in præsentiarum: ex qua fuga resultat semiplena probatio: vt omnes firmant scribentes in l. j. C. de rap. virgi. Barto. in l. lege Cornelia. ff. ad Sylla. & in l. j. de bon. eorum, qui mort. sibi consci. & plenè Calcan. in præfato suo consi. cix. quia ista
14 dubitatio. Accedit insuper * & fuga sociorum, qui vnà cum ipso Cæsare in homicidio præfato interuenerunt & percusserunt, licet nō lethaliter: quorum nemo ex ipsis licet citatis comparuit: ex qua fuga similiter resultat indicium contra ipsum Cæsarem socium carceratum: vt concludit Alexand. in suo consi. lxv. j. volumi. & consi. xlj. ij. volum. Opitulatur denique bannum & cōtumacia ipsius Cæsaris, cùm citatus per ipsam magnā Curiam minimè comparuerit, ob quod contumax declaratus
15 & banno suppositus fuit: & sic * circūscriptis præmissis ex solo ipso banno & contumacia potuisset & posset torturæ subiici: vt inquit Bald. in l. j. iiij. colum. post Nicol. de Matta. C. de hæred. instit. Iaco. de Belui. in sua practi. causarum criminalium, sub rubrica de crimin. temi. in princ. Ange. in l. iniuriam. in §. si quis decreto. ff. de iniur. Amode. in institut. in suo tracta. syndic. in vlti. fo. Modern. sene. in tracta. de indi. & tortu. versicu. v. principaliter. Marsil. licet de præallegatis non faciat mentionem, nisi de Bald. tantùm. in l. penulti. in vlti. versiculo ff. de quæstio. vbi subdit esse not. in practica & idem Marsi. in suo sing. cxvij. quod incipit: ad torturam. & idem firmat ipsemet Marsi. in suo consilio cxvij. illumina quæso domine. vltima colum. coadiuuantur summopere præmissa, confluentia
plurium indiciorum. Ex quibus * quidem adparet resultari plenissima probatio ex tot indiciis simul iunctis: vt dicit gloss. in l. tertia §. eiusdem. ff. de testi. quam dicit singu. Rayn. in l. secunda ff. eo: titu. refert & sequitur Calcan. in præfato consilio 16
cix. maximè propter illud vulgatum dictum: & * si non prosunt singula, multa iuuant: quod quidem procedit nedum ad torturam, verùm etiam ad cōdemnationem. Ita Bartol. in suo tractatu de quæstio. in fin. Bald. in l. si quis ex argentariis. in principio ff. de eden. Abb. & cano. in capi. cùm causam. de testibus doctores in l. admonendi. ff. de iureiuran. Alexand. in consilio cl. in quinto volumine. Ex quibus omnibus & eorum singulis. concludo Cæsarem inquisitū incassum laborasse, & laqueos iustitiæ minimè euadere posse: verùm cùm incertum sit cuius ictu perierit, & pluribus vulneribus, & à pluribus confossus fuerit, stant quoque diuturnitate delicti, concurro vt citra pœnam mortis naturalis arbitrari possit pœna ipsa per eandem magnam Curiam: & tandem ad tempus quinquennij in insulam relegatus fuit, dum absolui iam deliberatum fuisset. 17

SVMMARIVM.

1 *Princeps simpliciter statuendo, nunquam videtur derogasse actus iurato.*

2 *Princeps concedens dilationem ad soluendum debitori, vt quinquennalem & similes, non comprehendit debita iurata.*

3 *Saluus conductus concessus per Principem, non extenditur ad debitum iuratum.*

4 *Princeps secularis non potest se super iuramento intromittere, & an, & quando id faciat.*

5 *Minor læsus, licet possit implorare beneficium restitutionis in integrum: si tamen iurauit se maiorem, cùm non esset, non poterit restitui. si demum contrahit & læditur, non tamen exclusus erit à iure petendi rescissionem contractus.*

6 *Filiusfamilias prohibitus à statuto contrahere sine consensu patris, & sic quòd non potest se obligare absque consensu patris. & ipse asserit se patremfamil. attamen non ex tali assertione remanebit obligatus.*

7 *Minor si iurauit se maiorem, & sic contraxit, si creditor sciebat ipsum esse minorem, non poterit conqueri de dolo ipsius aliter asserentis.*

8 *Stante prohibitione decreti annullantis obligationes filiorumfamilias, non habitantium seorsum à patribus, si firma fructuatio non fuit, non tenet obligatio.*

9 *Filiusfamilias si falsò asseruit se patremfamilias. & iur*

& iurauerit, poterit opponere de nullitate contractus, cuius formam non seruauit.

10 *Creditor asserens contrahentē secum esse patremfamiliàs, non adparente aliter de paternitate, sibi incumbit onus probandi illum esse patremfamiliàs.*

11 *Creditor qui sciuerit illum secum contrahentem esse patremfamiliàs, de iure talis scientia præsumitur, & sibi imputatur, si non inuestigauit.*

12 *Statutum prohibens contractum seu alienationem fieri, & sic loquitur in rem non in personam, quia non dicit, quod nullus contrahat cum minore seu muliere: & tunc si interueniat iuramentum, firmabitur contractus, si autem verba statuti prohibent personam creditoris contrahentis recipere contractum vel obligationem, non odio creditoris, sed fauore debitoris, vt quia dicit: nullus audeat contrahere cum minore sine consensu consanguineorum. iuramentum talis minoris non potest confirmare contractum ad commodum creditoris: sed si statutū dirigeret prohibitionem ad debitorē, & tunc etiam si iurauerit, nō obligaretur.*

13 *Iuramentum quando est illicitum, potest quis propria authoritate venire contra illud: quia illicitum iuramentum est large modo periurium.*

14 *Potest quis venire contra proprium factum, si id prohibitum est ratione publicæ vtilitatis.*

15 *Princeps potest super iuramento dispensare.*

16 *Persona superioris intelligitur excepta in quolibet iuramento.*

17 *Iuramentum contra publicam vtilitatem, non est obligatorium.*

18 *Vtilitas publica, præfertur priuatæ.*

19 *Vtilitas reipublicæ iuuanda est interpretatione.*

DECISIO XII.



ECTOR & Annibal de Amato, de terra sancti Seuerini, filiifamil. cum eorum patribus degentes, asserendo se habitare seorsum à patribus, se obligauerunt penes acta magnæ curiæ vicariæ, ī. certū terminum soluere Bernardino de Paulo de Isern. eorum creditori duca. lxxv. ex causa venditionis certæ quantitatis lanæ: ante tamen lapsum termini destinati ad soluēdum comparuerunt in sacr. Regio Consi. parentes ipsorum, supplicantes declarari obligationem præfatam nullam, obstante regia prouisione directa magnæ curiæ vicariæ, qua prohibentur actuarij ac actorum notarij conficere instrumenta seu obligationes inter filiosfamil. non habitantes seorsum ab eorum patribus, sub pœna, absque assensu parentum: & quòd aliter facti seu celebrati contractus seu obligationes non teneant, cum clausula decreti annullatiua. & tandem causa mihi commissa per sacrum Consilium & intimato præfato Bernardino creditore, obiicit de iuramento in dicta obligatione contento, de quo nulla mentio facta adparet in præfata Regia prouisione, ob quod non videtur Intentionis Principis fuisse dispensandi super actu iuramento vallato. & in hoc inclinabant nonnulli ex Regiis Consiliariis nouiter creatis: prout est magnificus Marins Saxus, & Ma-

rinus Fricia: cùm Princeps simpliciter statuendo, nunquam videatur * derogasse actui iurato: 1
per textum in capit. constitutus. vbi est casus, &
ibi gloss. & Can. extrà de rescript. nota. Innocent.
in capitu. cùm inter. extrà de iureiuran. Albericus
de Rosa. in prima parte statut. vigesimasexta quæstione in fin. Cyn. & Salycetus in l. fina. C. si con-
contra ius vel vtil. publi. Hinc est, quòd Princeps
concedendo dilationem ad soluendum * creditori, vt quinquennalem, & similes, non extendi- 2
tur huiusmodi concessio ad debitum iuratum: vt
consuluit Alexander in consilio ciiij. secundo volumine. Et pariter in saluo * conductu concesso 3
per Principem, quòd non extendatur ad debitum
iuratum, reperio consuluisse Alexand. in suo consilio xxxvij. in tertio volumine. & plenè Felynus
in dicto capitulo constitutus, de rescrip. in verbo,
statuta iurata. & videtur ratio, quia * Princeps secu 4
laris secundum vnam opinionem non potest se
super iuramento intromittere: vt dicit Alexander
in præfato consilio trigesimoseptimo. aliàs trigesimooctauo. cùm non valeat illud remittere, nec super eo dispēsare, cum pertineat ad ecclesiasticum,
seu summum Pontificem: vt in capit. venerabilem.
extrà de electio. & not. Hosti. in capi. quemadmodum. super gloss. de iureiuran. Alexander in consilio vigesimoseptimo in primo volumine, aliàs cōsilio clx. secundo volumin. incipiente: non est dubium, quòd dicta donatio. Ego tamen licet multa
ex præallegatis adduxissem pro præmissorum confirmatione: attamen aliter de iuris censura duxi
fore decidendum ex infrà dicendis. Et primò dico, quòd licet minor * læsus possit implorare be- 5
neficium restitutionis in integrum, attamen si iurauerit se maiorem, cùm non esset, beneficium
præfatum consequi non poterit: & si demum contrahit & lædatur, non poterit petere se restitui. l. si
alterius. C. si minor se maior. dixe. attamen non excludetur à iure petendi rescisionem contractus,
ratione solennitatis omissæ, requisitæ à statuto in
contractu minoris. Ita singulariter dixit Ioannes
Andreas relatus per Roma. in suo consil. xij. viso
facto præsupposito, quod dicit esse menti tenendum ad limitationem illius. Refert etiam & sequitur Bauer. in suo tractatu de virtute iuramenti, in
virtute. lxxxij. circa finem. qui plus subdit, quòd si
statuto cauetur, * quòd filiusfamil. non possit se 6
obligare absque consensu patris, & ipse asserat se
patremfami. tamen ex tali assertione non remanebit obligatus: ita dicit consuluisse Paulum de cast.
in suo consi. clxv. aliàs clxxxiiij. & Panor. in consi.
cxlj. Et sic * si minor iurauit se maiorem, & sic con- 7
traxit, si creditor sciebat ipsum esse minorem, non
poterit conqueri de dolo ipsius aliter asserentis. l.
j. ff. de actione empti. l. de tutela. C. de in integr. restitut. & in regula, scienti. in vj. Ita dixit Nicol. de
matta. vt refert Ioannes Andreas in tit. de sentent.
§. vt autem. versicu. hoc autem. in xj. quæstio. & * sic 8
stante prohibitione decreti annullantis obligationes filiorumfamilias seorsum non habitantium à
patribus, forma seruata non fuit, non tenebit obligatio seu contractus. aliàs sequeretur, quòd præceptum factum furioso seu pupillo aut prodigo,
cui interdictum est contrahere, exequendum fo-

tet

ret, quod est absurdum. Ita formaliter in particulari firmat Anto. de Canar. in suo solenni tract. de executio. instrumenti. versicu. xvj. versicul. & successiuè xvij. quæro, vbi in specie subdit, quòd si filiusfami.
9 liusfamil. * falso asseruerit se patremfamil. & iurauerit, poterit opponere de nullitate contractus, cuius formam non seruauit, & allegat Iac. de Belui. in q. incipiente, lege Perusina. vbi dixit, quòd statutum prohibens contractum filiofamil. absque consensu patris: & ipse mentiatur se filiusfamil. dicendo se patremfam. contractus non tenebit propter statutum, quod non solum prohibet, sed annullat: & sic nō oritur obligatio ex contractu, qui ipso iure non valet. alleg. l. non dubium. C. de legibus. & l. quid enim. ff. de dolo, & quod no. in l. quęcunque. §. fin. ff. de publi. & in l. si curatorem. in gl. quæsit. iuris. C. de in integ. rest. Item militabat necnon & in casu præmisso exceptio Macedoniani contra ipsum creditorem, scientem ipsos esse filiosfamil. & insimul cum patribus habitantes: vt plenè probatum est, licet mentiti sint, asserēdo se patresf-
10 famil. seu * seorsum à patribus habitare: nam onus probandi illos esse patresfami. incumbit creditori. Nam ad parente paternitate probata, præsumitur & patria potestas. l. filium, quem diffinimus. ff. qui
11 sunt sui vel alie. iu. & paternitas * præsumitur, quia nemo est sine patre, nisi contrarium probetur: vt in l. si quis patrem. ff. ad Macedoni. Imò plus dico, quòd scientia paternitatis de iure præsumitur in creditore: per d. l. j. C. ad Macedon. & l. iiij. & l. penulti. C. eod. titu. ex quo vel sciuit, vel scire debuit eum filiumfamil. & sibi imputet, si non inuestigauit. vt dictis iuribus patet: nec debuit credere pręfato filio ita asserenti se patremfam. & seorsum habitare à patre: quia exceptio Macedoniani est inducta in odium creditorum: per l. j. ff. ad Macedo. & in propriis terminis magistraliter dicit Bartol. in l. si quis pro eo. ff. de fideiussor. in v. membro &
12 iiij. vbi voluit quòd si statutum * prohibet contractum vel alienationem fieri, & sic loquitur in rem non in personam, quia non dicit, quòd nullus contrahat cum minore seu muliere: & tunc si interueniat iuramentum, firmabitur contractus iuramento: per c. cùm contingit. de iureiuran. & c. licet. eodem titu. in vj. secundum Bartol. in d. iij. membro. Si autem verba statuti fauore debitoris prohibent personam creditoris contrahentis, recipere contractum vel obligationem, non autem odio creditoris, sed solùm fauore debitoris: vt quia dicat, nullus audeat contrahere cum minore vel muliere, sine consensu consanguineorum. & isto casu dicit Bartol. in d. v. membro, iuramentum talis minoris vel mulieris non posse confirmare contractum, quantum ad commodum creditoris: quia ipse est prohibitus recipere etiam à volente. Vnde isto casu dicit, quòd erit idem quod est, quando contractus prohibetur odio creditoris, quo casu non firmatur iuramento: sed si statutum dirigeret prohibitionem ad debitorem, vt quia diceret, nullus minor seu mulier possit se obligare sine tali solennitate: & tunc etiam si iuraret, non seruata tali solennitate, iuramentum non obligaret: quia peccat minor, & sic mulier contrahens contra prohibitionem statuti capitul. ij. de maioritate & obedien. meritò iuramentum * propter peccatum non est
13 seruandum. capi. si verò. de iureiuran. capit. quamuis. de pact. in vj. ita etiam post Batto. consulendo, tenet Alexander de Imola. in consilio xxix. clarissime doct. in quinta columna. in septimo volumi. ergo pariter in casu præsenti, nec iuramentum validabit contractum: quia roborari per id non potest contractus, qui non tenet per statutum: cum principale à suo accessorio non vestiatur nec reguletur: vt in l. ex pupillari. ff. de vulga. & pupillatum quia iuramentum est contra bonos mores: præallegata l. ff. j. ad Macedonia. inducit regulam, non est obligatorium. in vj. sic dum aliquid fit contra legem, haberi debet pro infecto. l. non dubium. C. de legibus cum vulga & firmat Ioánes de Imol. in capi. si quis presbyterorum. de rebus eccles. non alie. in tantum * quòd factum contra legem licet 14
inte proprio reuoceri, vt nota. in l. post mortem. ff. de adoptio. & in capit. nosti. in gloss. de electio. & in capi. diuersis. de cleri. coniuga. & sic quando est iuramentum illicitum, potest quis propria authoritate venire contra proprium iuramentum: vt patet per totum xxij. quęstio. quarta. & voluit Abbas post Innocen. in capi. vniuersalem electio. nam illicitum iuramentum est largo modo periurium: hoc est indiscretum & illicitum iuramentum, secundum Abb. in capi. sicut. de iureiurand. & maximè, cum propter publicam vtilitatem prouisio Regia emanauerit, ne possint filiifamil. se obligare: & quòd contractus non teneant: & dum aliquid prohibetur fieri ratione publicæ vtilitatis, tunc licet propria authoritate venire contra ipsum factum: vt in l. j. de liber. causa. & in l. iurisgentium. §. si paciscar. de pactis. Est insuper considerandum, quòd dum emanauit prouisio Principis directa magnæ curiæ Vicar. prohibitiua contrahi cum filiisfamil. seorsum habitantibus ab eorum patribus absque patris consensu, & quòd obligationes seu contractus aliter gesti, sint nulli, & notarij stipulantes tales contractus, puniri debeant: clarum est, quòd contractus & obligationes nō fiunt nec fieri consueuerunt absque iuramento per notarios, qui eos conficiunt: & maximè hodie, cum fiant cum restrattione plurium iuramentorum, dum promittunt non impetrare absolutionem à iuramento: & sic denuo iurant. & sic cùm notorium iam sit contractus aliter non stipulari, quàm cum interuentu iuramenti, videtur clarissimè Principem ex certa scientia ita rescripsisse, & habuisse pro absoluto, vt etiam cum iuramento tales contractus non teneant: maximè * cum possit Princeps super iura- 15
mento dispensare. l. fina. in princi. ff. ad municip. & facit l. j. ff. de re milit. & bona gloss. in l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patron. quæ dicit legē vim apostolici obtinere, vt iuramentum remittat. & idem nota. Baldus in l. nec patronus. C. de oper. liber. & facit ratio. quia in quolibet iuramento * intelli- 16
gitur excepta persona superioris. cap. venientes. & ca. petitio. extrà de iureiurádo. & sequitur Guido papæ in sua decisione seu quæstione cxciij. incipiente: Princeps temporalis. & idem Guido papæ in alia sua quæstione superiori, numero 178. potest de periurio iudex, & cætera. & plenè. Ioannes Andreas, in regula, in malis. de regulis iuris.

Item

Item dicebam, quòd inualescente huiusmodi turpissima consuetudine, ne filiifamilias malè vterentur,& sua & paterna substantia, vt modico recepto à creditoribus male conscientiatis, multa eisdem se restituere obligabátur: dum esset in præiudicium boni publici & cõmunis vtilitatis, erat propriũ ipsius Principis prouidere, ne quis re sua malè vteretur, & ne fraudes creditorum aduersus
17 filiosfami. locum occuparent: quibus * iuramentum obstare non debet: cum iuramentum contra publicam vtilitatem non sit obligatorium, vt dicit Bartol. in l. si quis pro eo. in secundo membro suæ distinctionis. ff. de fideiuss. maximè cum de iure communi semper vtilitas publica præferatur priuatæ. l. j. & ibi communiter scribentes: & maximè Bart. in vj. colum. versi. cum enim quæritur vtrum publica vtilitas. doct. in authent. res, quæ. C. commu. de lega. l. j. §. fin. & ibi Barto. C. de cadu. tollen.
18 & hoc quidem procederet, etiam * si vtilitas ipsa publica includeret in se priuatam. Ita inquit Spe. in tit. de feud. §. quoniam. versi. a. & ideò diait pul chrè idem Specu. in tit. de dispura. & alleg. & in §. satisdare. versi. quæritur breuiter. quòd ratione vtilitatis publicæ fit, quod aliàs non fieret. & ideo interpretandum est Principem sensisse in dictaeius
19 lege & ordinatione.* etiam in dispositione iurata: ea qua vtilitas reipublicæ iuuanda est interpretatione. l. hoc modo. in fin. ff. de condi. & demnn. Ex quibus motus votaui obligationem debere declarari nullam, & nullus esse roboris. & nedum concurrit magnificus Hector minutulus meus collega, & filius obseruandus; magnifici verò Marius Saaus, & Marinus Fricia, similiter Regij Consiliarij votauerunt contrarium. & sic stante pari voto, fuit necesse addere magnificum Ioannem martialem vice protonotarium, qui vnà cum sociis Regiis Consiliariis, alterius aulæ in consimili causa idem in prædicta proaima hebdomada pronuntiarunt, declarando nullã & inualidam fuisse consimilem obligationem. & quòd concurrerunt vnà mecum in eandem sententiam: & sic pronũtiatum fuit dictam obligationem nullam, & præfatos filiosfamil. non teneri ad ipsius obseruantiam seu implementum, ex præmissis per me adductis.

SVMMARIVM.

1 *Appellans, decursis fatalibus, habetur ac si non appellasset.*

2 *Causa prouocationis introducta in consistorio Principis, non currunt tempora appellationis, donec Princeps ordinet, quis habeat de causa cognoscere.*

3 *Appellans dum est in consistorio, Princeps qualitercunque sit impeditus, non currit sibi tempus anni vel bienny, & sola negligentia imputatur.*

4 *Appellationis tempora licet remaneant intacta, donec Princeps causam commiserit, id intelligendum est, quando appellans fecisset diligentiam suam, petendo instanter & instantissimè causam commiti, ita quòd non sufficeret semel instituisse.*

5 *Et ideo permanauit nouissimè decretum, vt etiam in sacro Regio Consilio currant fatalia.*

DECISIO XIII.



DATA sententia anniselapsis contra nobilem Pyrrhum campanilem de Neapoli, per quam priuatus extitit officio Regij perceptoris prouinciæ terræ Baroli: & in fauorem Frãcisci moles Hispani, qui officium præfatum obtinuit. Interposita reclamatione per præfatum Pyrrhum à sententia præfata, & commissa causa sacro Regio Consil. per memoriale oblatum, cum Regia decretatione: illud aliter Pyrrhus ipse non præsentauit, nec reclamationem præfatam prosecutus fuit, ob quod fuerũt omnia fatalia decursa, imò & tres anni plus dubitatum igitur fuit, an possit amplius reclamationem præfatam prosequi. Et certè videbatur dicendum, quòd non, cum * virtute Re- 1
giæ pragmaticæ etiam in sacro Regio Consi. currant fatalia. & ideo decursis fatalibus iudicatur, ac si non esset appellatum seu reclamatum: per text. in l. per hanc. & l. tempora. C. de tempo. appella. & propterea dicebat Bald. in l. cum anterioribus. eo. titul. quòd tacitum pactum cursu temporis roboratum, scilicet patiendo labi tempus appellandi, plus operatur quàm expressum. Præterea sententia præfecti prætorio, prout est sacrum Cõsilium post duos annos transit in rem iudicatam, vt dicit glos. not. in l. j. C. de offic. præfe. prætor. Sed præmissis videbatur obstare tex. in authentic. sed & lis. C. de tempo. appel. qua cauetur, quòd * introducta cau- 2
sa prouocationis in consistorio Principis, nõcurrunt tempora appellationis, donec Princeps ordinet quis habeat de causa ipsa cognoscere. Hinc voluit Archid. in c. anteriorum. §. ad hoc sancimus. ij. q. vj. quòd in * consistorio Principis qualitercun- 3
que appellans sit impeditus, nõ currit tempus anni vel biennij: sola quidem negligentia imputatur: vt dicit Alexand. in consil. aia. j. volumi. his itaque præmissis dico, quòd præfatus Pyrrhus debuit vti diligentia sua, qua nullatenus vsus fuit in prosequendo reclamationem infra biennium: ob quod adparet deserta reclamatio: vt in propriis terminis consuluit per optima iura Ioan. de Anan. in suo consi. j. vbi propriè loquitur, quando fuit prouocatum coram Papa: nam debet reuocans seu prouocans sua vti diligentia: ex quo * licet tem- 4
pora appellationis rẽmaneant intacta, donec Princeps appellationis causam commiserit, per d. authen. sed & lis. tamen id limitatur procedere, quando appellans fecisset diligentiam suam, petendo instanter & instãtissimè causam cõmitti: ita quòd non * sufficeret semel instituisse. Ita etiam reperio 5
consuluisse Alex. in cons. claiij. in ij. volu. vbi multa ad hoc. & idem reperio comprobatum per excellentem d. Anto. de Alex. in d. authẽt. sed & lis. & idem decidendo tenuit Guido papę in suis decisionibus parlamenti Gracianopolitani, in q. cxxxv. incipiente, an autem. vbi latè & pulcrè loquitur. Verum quia dum multis annis retro elapsis contigisset similis casus in sacr. Cõsi. in causa Firmaui de Racanero, tẽpore serenissimi Regis Federici Aragonei, & fuisset capta informatio à practicãtibus, de eo quod seruari consueuerat per sacr. Consi. super prẽmissis fuit repertum de stylo prẽfato, quòd senten

sententiæ sacri Consil. à quibus fuit reclamatum, semper reuideantur, non obstantibus temporibus appellationum: prout refert & sequitur Afflict. in sua decisi.lxxviij.in fin.ob quod præfatus Pyrrhus fretus authoritate sacri Consil.j.ipsius Afflicti Regij Consiliarij, ita dicentis in scriptis, in decis.prędicta nnn fuit causam hucusque prosecutus. Et sic suis decisionibus ita toleratis & in præmissis visum fuit inhumanum, & contra omnem æquitatem, declarare reclamationem desertam. Sed quia capta nouissima informatione ab antiquis actuariis & practicantibus de huiusmodi stylo non potuit adparere, sicque ne ab hinc in antea contra iuris dispositionem sacrum Consilium in hoc continuaret, & fortè perperam, fuit, consultu ab illustrissimo don Petro de Tolleto Prorege, pronuntiatum infrascriptum decretũ, & ita obseruatum, die xxiiij. August.1519. Decreto ipsius sacri Consi. prouisum est, quòd pragmatica Regis Ferdinandi primi, bonæ memoriæ, quæ mãdat appellationum tempora seruari etiam in sacro Consilin etiam circa fatalia, quùd obseruentur etiam in causis reclamationum à sententiis eiusdem sacri Consi. interpositarum, & interponendatum. hoc suum, &c.

SVMMARIVM.

1 *Appellari potest à minoritate pœna illata delinquenti.*
2 *Appellare nulle iure fiscus reperitur prohibitus in criminalibus.*
3 *Nobilis inquisitus de crimine, & detentus in palatio si aufugiat, excusatur officialis: quia potuit de eo confidere sic detinendo.*
4 *Statuto stante, quòd nobilis pro tali delicto carceretur, quòd tamen si fuerit sibi assignata tota ciuitas pro carcere, vel totum palatium pro carcere, dicetur satisfactum statuto & nu.5.*
6 *Appellans per appellationem deuoluitur causa ad iudicem appellationis, & est exemptus à iurisdictione iudicis à quo. & nu.7.*
8 *Appellans si est carceratus, debet mitti ad iudicem appellationis.*
9 *Verba iniuriosa dicuntur ea, quæ proferuntur in alium contra bonos mores.*
10 *Iniuria est dicere alicui, tu es cecus.*
11 *Iniuriatus, vt quia dictum fuit, quòd est cornutus, & adire præsidem pro tali iniuria esset verecundia: quia fortè poneret rem in derisum, eo casu potest propria authoritate vlcisci.*
12 *Fiscus appellare non potest, secundum ritum magnæ Curiæ.*
13 *Ab absolutoria quæ est ex mero officio, siue ex officio præcedente denũtiatione appellari non potest.*

DECISIO XIIII.

N causa magnifici Pyrrhi de Loffredo detenti per mẽsem pro alapa per ipsum illata famulo vnius ex Capitaneis deputatis ad custodiam ciuitatis Neapoli. intus ecclesiam sanctę mariæ Magdalenæ, cum transeundo per turbam existentẽ in ecclesia præfata, die quo festum dictæ ecclesiæ celebratur, certo modo tetigerit præfatũ famulum genu flexo existẽtem: qui impatiens voluendo se in prefatum magnificum Pyrrhum, cholericè dixit alta voce, non ce vide. quibus verbis ita immodestè prolatis, præfatus Pyrrhus eundem manu aperta in faciem percussit: sicque per magnam curiam Vicariæ declaratum fuit, eundem Pyrrhum per mensem iam detentum, esse à carceribus liberandum: & quòd se abstinere debeat à ciuitate Neapolit. per bimestre: à quo decreto dum fuisset per magnificum Baraptutium Regij fisci pa
tronum à * minoritate pœnæ appellatum, peten- 1
do se in integrum restitui, prout tenet Bald. in l.
quid ergo.§.pœna grauior.ff.de infam. in secunda
lectu.& ibidem Angel. in §.quamuis. quod firmat
& sequitur Patis de puteo in tracta.syndi.in versi.
condemnatio: vbi subdit idem consuluisse Bartol.
maximè * cum fiscus nullo iure reperiatur prohi- 2
bitus in criminalibus appellare, imò est sibi appel-
latio permissa, prout tenet Innocent. & Abb. post
ipsum in c.cum clamor.extrà de testi. Hæsitatur er
go in sacro Regio Consil. an possit eo casu fiscus
appellare, & si posset attentari, quòd fuerit illata
minor pœna, quàm pro admisso imponenda veni-
ret: ex aduerso petente præfato Pyrrho, interim
excarcerari, & dari sibi domum pro carcere, quo-
usque de iustitia causæ seu viribus appellationis
discutiatur: & pro hoc adducebatur Angel. in l.in
bonæ fidei.C. de rei vendic. dum dicebat excusari
officialem, si * nobilis absque vinculis detentus 3
in palatio pro crimine aufugerit, quia poterat in
eius nobilitate cõfidere, & eundem in palatio de-
tinere non aliter deuinctum: & ideo magis in spe-
cie ad hoc allego Angel. in l. qui in carcerem. ff.
quod met.causa. vbi dicit, quòd * stante statuto. vel 4
quòd Princeps mandet, vt nobilis pro tali delicto
carceretur, quòd tamen si fuerit eidem assignata
tota ciuitas, vel totum palatium pro carcere, dice
tur satisfactum statuto. Idem refert & sequitur Ia-
so. in repet. l. admonendi. ff. de iureiuran. lxxv.co-
lum. & idem sequitur Lanfre. de Oria. in repet. ca.
quoniam contra. extrà de testi. in verbo, confessio
nis. x.colum. versicu quæro subsequenter. Idem se-
quitur Ioan. lupi. in repe. rubricæ. c.per vestras. ex-
trà de donat. inter vir. & vxor. & faciunt optimè
relata per Alexand. in l. si vt certus. §. custodiam. ff.
commo. & plus firmat Ias. in l. si pen. §. si accepit. in
fin. ff. de condi. causa data non secu. quòd etiam si
* statutum dictaret, quòd pro tali crimine ponatur 5
in carceribus. dicetur satisfactum statuto, si dare-
tur domus vel ciuitas pro carcere, quod est singu-
larius: & licet appellatiunis causa pendente nihil
debeat innouari per iudicem à quo: attamen cum
causa ipsa fuerit per appellationem interposita,
deuoluta ad hoc sacrum * Regium Consil. incum- 6
bit eidem sacro Consi. declarare de loco carceris:
cum per ipsam * appellatinnem causa ipsa dicatur 7
deuoluta ad iudicem appellationis, & appellans
exemptus à iurisdictinne iudicis à quo per text. in
c. si à iudice, & c. nõ solum. de appel. in vj. & quic-
quid potest fieri pendente prima causa, potest etiã
fieri pendente causa appellatinnis. l. postquam. §.
imperator. ff. vt lega. nomi. caue. qui text. non est
alibi. & inde est, quòd * carceratus appellans, de- 8
bet mitti ad iudicem ad quem, vt patet in actibus

Aposto

Apostolorum xxv.& in vlti.cap. & ita etiam tenet
Hugo.ij.q.vj.cap.in summa.& ca.ad Romanam.&
ita etiam prosequitur in quæstio. lata disputata in
Princip.Innocent.mei. & vide quod not. ff. de his
qui nota. infam. l.furti.§. sed si furti. per Bald. &
idem sequitur Boer.in singu.suo.in verb.carcer. &
incipit pendente appellatione, etiam si appellare-
tur à captura:vt inquit Angel. in l.eos.§.super his.
C.de appella.considerando præsertim, quòd dum
præfatus magnificus Pyrrhus inaduertēter & non
data opera in loco certo ecclesiæ ob turbam homi
num & congregationem ibi existentium, pertrans-
eundo tetigisset dictum famulum,& ille impuden
ter se voluisset, aduersus ipsum alta voce vocife-
rando,& dicendo,non ce vide, denegari non po-
test ipsum magnificum Pyrrhum iniuriatum non
9 fuisse,cum * verba iniuriosa dicantur ea,quæ pro-
feruntur in alium contra bonos mores ciuitatis:
per l.item apud conuitium.ff. de iniur. Fely. plenè
in ca.cum te.vlti.colum.de re iudic.& quo animo
dissimulari potuisset similis iniuria per vilem per-
sonam prolata aduersus nobilem, considerari po-
test, maximè cum optimè idem consideret, alterā-
do pœnam contra vilem iniuriantem nobilē,con-
stitu. Regni, vt dignitatum ordo seruetur. & tan-
10 tum est dicere, non ce vide quantum dicere, * tu
es cæcus,quæ non modica est iniuria,vt dicit Bar.
in l.cum,qui nocentem.ff. de iniur. Et ideo pro si-
mili iniuria dum fuisset verecundia eadem magni
fico Pyrrho adire Præsidem,quia potuisset rem po
11 nere in derisum,potuit igitur propria* authorita-
te vlcisci, & eidem alapam inferre, vt consuluit
Paul.de Castr.in suo consi.cxc.in causa carcerato-
rum.quem sequitur Augu.Arim.in addi.ad Angel.
in tract.malefi.in versicu.Andræam auxiliatorem.
Verum quia in regno extant ritus magnæ curiæ
12 Vica. qui expresse prohibent * appellationes fisci
admittendas, quos ritus ego detuli & legi in sacr.
Consi.quorum vnus est in volumi.rituum, sub ru-
bri.de appel.admittendis. & incipit: Item in cau-
sis.vbi præmissis aliis duabus causis, in quibus ap-
pellari non potest,subdit: Item non appellatur ab
omnibus sentētiis absolutoriis latis per ipsam Cu-
riā ex mero officio,vel ex denunciatione crimina-
liter procedentis. Alter verò ritus est,ibid.qui ma-
gnus est,& situatus sub rubrica,quæ incipit:practi
ca super compositionibus.in fin.& dicit:si verò est
13 absolutoria siue ex mero officio,siue officio* præ-
cedente denunciatione,nunquam appellatur in a-
liquo casu:licet ipsa sententia cōtra fiscum profe-
ratur, siue sit confessus tantum. siue conuictus, &
ita pridie de præsenti anno xij. ind.fuit sententia-
tum in sententia absolutoria lata pro Ruffilo Brā-
cacio,qui impetebatur per ipsam curiam:& sic tan
dem per sacr.Consi. fuit decretum, sententiam la-
tam per magnam curiam esse exequendam, non a-
liter appellatione ipsa admissa.

SVMMARIVM.

1 *Princeps potest committere,vt causa iudicetur su-
per possessorio & petitorio:licet possessorium fue
rit intentatum in decisio. xv. numero 1.maximè
quando probatum fuit super petitorio etiam ibi-
dem numero 2.*

3 *Iudex potest cōdemnare in alio quàm sit petitum,
quando habet potestatem iudicandi sola facti ve-
ritate inspecta,prout in præsenti regno,per ca.de-
testantes.*

4 *Iudex cui committitur causa,vt sola facti veritate
inspecta, iudicare possit, potest condemnare con-
uentum in alio, quàm sit petitum, etiam reiecto
iure ciuili,& inspecto iure gentium.*

5 *Ad hostes non potest dici accessisse, qui cum hosti-
bus erat, & sic non potest dici crimen rebellionis
incurrisse.*

6 *Manens cum hostibus,nec adparet quòd in dam-
num domini seu perniciem, dicitur dolo caruisse.*

7 *Declaratio requiritur etiam contra notorium re-
bellem.*

8 *Pœna vbi ipso iure imponitur pro aliquo crimine,
requiritur ante omnia sententia declaratoria:
per quam declaretur illud crimen fuisse commis-
sum:aliàs pœna non sortiretur effectum suum.*

9 *Rex non potest causa non cognita vasallum suum
feudo priuare.*

10 *Rex non facta prius declaratione super priuatione
feudi,non poterit ad se feudum aduocare, nec ha-
bere manus iniectionem in ipsum,aut se intromit-
tere in corporali possessione feudi.*

11 *Adsertioni Principis non est standum, dum dicat
aliquem esse rebellem, nisi Papa, & est speciale
in eo.*

12 *Rebellis si quis declaratus fuit per Principem sine
causæ cognitione,talis declaratio est nulla.*

13 *Causæ cognitio non præsumitur interuenisse data
breuitate temporis.*

DECISIO XV.

IN causa magnifici Ioannis Samudij
reclamantis à sententia olim lata
contra ipsum in fauorem magnifici
Iacobi Carboni,videtur hæsitari, an
potuerit intentato possessorio per
ipsum Ioannem per sacr. Consil. etiam super peti-
torio iudicari. Et licèt plenè fuerit in iure demon-
stratū per magnificos Patronos causæ ipsius Car-
boni, potuisse per Principem committi, vt super
vtroque procederetur:& quòd de iure fieri potuit
per ipsum Principem: attamē hoc circumscripto,
dico quòd virtute clausulæ in supplicatione con-
tentæ, in qua petitum fuit ius & iustitiam * mini- 1
strari,potuit proculdubio per sacr.Regium Consi.
super possessorio & petitorio iudicari. Ita firmat
Bald.in l.incerti.C.de interdi. Cald.in c.dilectus.
de ordin.cogni.refert & sequitur Fely.in cap. licet
Hely.de simo.in limitationibus datis per ipsum ad
regulam ibi positam, videlicet quòd sententia de-
bet esse conformis libello, quod maximè procedit
in casu.de quo agitur: cùm ex actis cōstiterit plus
quàm fuerit actum in libello, & sic plene de pro-
prietate: quo casu potuit sacr. Consil. super omni
co,quod * probatum fuit,iudicare, vt voluit Imo. 2
in cap.ex tenore.de rescri. & sequitur Fely.in præ-
fato cap.licet Hely. in x. limitatione. Item & ter-
tiò clarissimum est nos esse in hoc Regno Siciliæ,
in quo per capi. detestantes. attenditur in iudiciis

ſola facti veritas & ſubſtantia, & ita tenentur iu-
3 dices in regno iudicare: quo * caſu poterit iudex
condemnare in alio, quàm ſit petitum. ita in par-
ticulari decidit Iaſ.in l.vinum.ff.ſi certum peta.&
in l.certi condictio.§. ſi numos.eod.titul. & vtro-
bique dat hoc pro noua limitatione. & optimè
4 comprobatur, quòd vbi cauſa * committitur ali-
cui, vt ſola facti veritate inſpecta procedere de-
beat: poterit iudex ille, cui eo modo committitur,
condemnare cõuentum in alio, quàm ſit petitum,
etiam reiecto iure ciuili, & inſpecto iure gentium.
Ita in ſpecie tenet Bartol. in extrauagan. ad repri-
mendum.in verſicu. videbitur. Bald.in l.nemo.C.
de ſenten.Fran.de Aret.in conſi.lxxxiii.diligenter
ponderatis. Refert etiam & ſequitur Iaſ.in d.l.cer-
ti condictio.§. ſi numos.vbi ſubdit, quòd eo caſu
poteſt iudex recedere à regulis iuris. Circa verò
prætenſam rebellionem Domitij Carboni, ad cu-
ius ſucceſsionem venit magnificus Ioan. Bernar-
dinus appellatus, vltra allegata per eius magnifi-
cos aduocatos ad excluſionem rebellionis præfa-
tæ, & validitatem ſententiæ latæ, ponderandum ar
bitror, quòd probatio circa rebellionẽ præfatam
conſiſtit in teſtibus, deponentibus quòd Domi-
tius ipſe, tempore quo terra Padulæ permanebat
obſeſſa ab exercitu Regis Ferdinandi primi, Do-
mitius erat intus terram præfatam, non tamen
adparet, quòd fuerit viſus armari ſeu aliter belli-
gerare contra Regem, in fauorem hoſtium Ande-
gauenſium, & ſic Ducis Ioan.de Andegauia: nam
cum ſtante Domitio ipſo in terra Padulæ ſuper-
uenerint gentes armorum præfati Ducis Ioannis
non ex hoc dici poteſt ipſum ad hoſtes acceſsiſſe
ſeu hoſtibus adhæſiſſe, qui cũ ipſis hoſtibus erat, ci-
5 tra tamen armorũ vſum & opem. Et ſic * non poteſt
dici crimen rebellionis ſeu læſæ maieſtatis incur-
riſſe: prout in particulari tenet Old. conſulendo
in ſuo conſil.xliij.verſicul.circa ſextam. & ſic dum
6 ibi cum * hoſtibus permanſiſſet, nec adparet, quòd
id in damnum ſeu perniciem domini, adparet do-
lo caruiſſe: per text.in l. fluminum.§. videamus. &
quod ibi not.ff.de dam.infec.& in c.cum in eccle-
ſia.de decim.& in l.ſi mihi & tibi. & ibi Bartol. ff.
de leg.j.Alexand.in conſi. cxiiij.ij.colum.iij.volu.
Item non adparet modo aliquo ipſum Domitium
fuiſſe habitum ſeu tentum pro rebelle, nec quòd
pro rebelle fuerit aliter proceſſatus, ſeu inquiſitus,
7 * ſeu aliter declaratus rebellis, prout à iure requi-
ritur, & tamen contra notorium rebellem requi-
ritur declaratio: vt dicit Andr.de Iſer.in cap.j. de
feud.ſine culp. non amit. Bald. in tit.de pace Con-
ſtan.in verbo, publici latrones.in fin. Luc. de pen.
in l.ij.C.de deſerto.libr.xij. Attamen ego reperio,
8 quòd omnia iura * mundi diſponentia pro aliquo
crimine, ipſo iure pœnam imponi intelligenda eſ-
ſe, dummodo ſecuta fuerit ſententia declaratoria,
per quam declaretur illud crimen fuiſſe commiſ-
ſum: aliàs pœna non poterit habere executionem,
ſeu effectum ſuum. Ita regulam hanc tradit Ioan.
Andr.poſt Arch.in cap.pro humani.de homici. in
vj.per text.in capi.cùm ſecundum. de hæret. Bald.
in capi.j.de feud.ſine culp.non amit. & in authen.
at qui ſemel. C. quomodo & quando iudex. refert
& ſequitur Iaſo.in l.ſi quis maior.C.de tranſact.&
plenè Felyn.in capi.cùm non ab homine. extrà de
iudic.& ideo non poterat Rex cauſa * non cogni- 9
ta, & ipſo Domitio de culpa non conuicto, eun-
dem feudo priuare: per text.in d.cap.j.de feud.ſine
culp. non amit. & plene & magiſtraliter Andr. de
Iſer.in cap.j.in verſi.calidis. de prohi.feu. alie. per
Fed.& conſuluit Alexand.in conſilio cxxiiij.j.vo-
lumin. ſicq; non prius facta declaratione ſuper re-
bellione præfata: & ſic ſuper priuatione dicti feu-
di, non poterat * Rex ipſe ad ſe feudum aduoca- 10
re, nec habere manus iniectionem in ipſum, aut
ſe modo aliquo intromittere in corporali poſſeſ-
ſione ipſius feudi, per text.in capi. licet epiſcopus.
de præbend. in vj. Ita magiſtraliter dicit Andr. in
præallegato verſicu.calidis. Bald.in cap.quæ in ec-
cleſiarum.xij.columna.extrà de conſtitutio.quem
refert & ſequitur Alexand.in conſilio ciij.videtur
prima conſideratione dicendum.j.volumine. ma-
ximè cùm non adpareat quòd præceſſerit cauſæ
cognitio. Ergo etiam ſi Princeps declaraſſet ipſum
rebellem, talis declaratio eſt nulla.l. ex ſtipulatio-
ne. Vbi Bartol.C.de ſenten. & in l.prolata. C. eod.
titu. & ſic adparet * quòd tempore factæ deſtitu- 11
tionis dictæ terræ, fuit ſubſecuta dicta conceſsio
ſeu alienatio terræ Padulæ in Samudium, & ſic ob
breuitatem temporis adparet cauſæ cognitionem
minimè interueniſſe, & ſic nulliter: vt firmat Bart.
in d.l.prolatam. Calder.in ſuo conſi.vlti.de re iud.
Petr.de Anchar.in conſil.lxxxij.viſis diligenter.&
conſi.clxxxviij.viſis conſiliis.& conſi.clvj in cau-
ſa & q. Fulgo.in conſi.clxv.in q.in princi. Alex.in
conſil.xxxiij.viſo themate.j.volu.& conſil.ccxvij.
viſis.ij. volumin. Item non adparet de aliqua de-
claratione contra ipſum Domitium facta, quòd
rebellis fuerit. & ſi adpareret de aliqua declaratio-
ne, prout nõ adparet, * nunquam adparebit ipſum 12
fuiſſe in aliqua declaratione citatum: & ſic nulli-
ter fuit facta declaratoria aliqua, ſi qua fortè adpa-
reret facta ipſo nõ citato. l.j.§. item ex hoc edicto.
ff.quæ ſententiæ ſine appel.l.ij. & ibi Bald.C. ſi per
vim vel alio modo. Calde.in conſi.viij.ſub tit.de re
iudi.Petr.de Ancha.conſi.ccxij.de iure communi.
in prin.& conſil.cclxj. ex verbis. & iſtud vendicat
ſibi locum etiam in Principe. Bald.in l.fin.C.de le-
gi.& eſt text.in clemen.paſtoralis.de re iudi.Abba.
in c.j.vltim.not. de cauſa poſſeſ. & proprie. & po-
ſito quòd iudex * ſe de facto informare poſſet, ta- 13
men citatio neceſſaria eſt: aliàs ſententia eſt nulla.
Ita conſuluit Roma.in conſi.ccxlv. hæc ſententia.
Neceſſe eſt ſtandum aſſertioni ipſius Principis ita aſ
ſerentis, quia ſolùm eſt ſpeciale in Papa: vt in c.j.de
probat. nec poteſt extendi in aliis principibus lai-
cis: prout tenet Pau.de caſtr.in conſi.clviij.viſo &
examinato puncto. ſequitur Sozi.in conſil. cxxvij.
in præſenti conſultatione.ij.volu.& Deci.in conſ.
ccccix.aliàs viij.in ij.volumi. Ex quibus concludo
fuiſſe ſanctiſsimè pronuntiatũ per tot patres con-
ſcriptos præſtantiſsimos, tunc in ſacro Conſil. de-
gentes, Regios conſiliarios, qui in dicta cauſa ſen-
tentiam protulerunt in fauorem magnifici Iacobi
Carboni, & in hanc ſententiam vna mecum con-
currerunt excellentes dominus Hieronymus de
Colle, regens Regiam Cancellariam, & excellens
dominus Ciccus de Loffredo, ſimiliter regẽs Can-
cella

cellariam: cæteri autem domini de sacr. Consi. votauerunt in contrarium, reuocando sententiam olim latam per sacr. Consi. per tot præstantissimos patres & legum vertices in fauorem quõdam magnifici Iacobi Carboni, condemnando ipsum Ioã. Bernardinum ad restitutionẽ Padulæ, cum fructibus tot annorũ, & ad alia infinita. A qua dum fuisset reclamatum, tandem Samudius dubitans de reuocatione dictæ sententiæ, à qua fuerat reclamatum, se concordauit pro ducatis quindecim millibus, in quibus arbitratum fuit per illustr. d. Proregem, & per S. Consil. præfatum Carbonum esse condemnandum, cùm per prius fuisset condemnatus ad plusquàm 50. millia, si sententia comprobata, fuisset executioni mandata.

SVMMARIVM.

1 *Seruus inferens violentiam homini libero, debet vltimo supplicio condemnari.*

2 *Consuetudo delinquendi inducitur per tres vices, imò per duas vices.*

9 *Consuetus delinquere, dicitur quis ex vnico actu.*

4 *Committens plura delicta, ex quibus veniret sibi imponẽda pœna pecuniaria ex quolibet ipsorum, tamen quia consuetus delinquere, potest pœna vltimi supplicij sibi imponi. & nu. 6.*

5 *Delictum non capitaliter puniendum de iure, propter reiterationem fit capitale.*

DECISIO XVI.



IN causa appellationis à sententia capitali magnæ Curiæ Vica. lata contra Blasium mancipium magnifici Monteglyes Dohanerij salis, prætextu, quòd seruus ipse vulnerauerit Petrum, hominem liberum, domesticum eiusdem sui patroni, in bracio: & demum quòd insultum commiserit aduersus quendam Hebræum in eius propria domo, & cum baculo eundem percusserit. Itẽ, quòd vltimo & sic tertio loco associatus à quodã alio, ipsum Blasio ita rogantem, insultum commiserit in personam cuiusdam Frãcisci, in strata sancti Antonij: & eundem Franciscum vulnerauerit
1 quodam vulnusculo. ex* quibus mota magna Curia per text. in l. seruos. C. ad leg. Iul. de vi publica. quo cautum est, seruum inferentem violentiam homini libero, vltimo supplicio cõdemnandum, maximè considerata consuetudine ipsius Blasij: vt §.
2 quæ consuetudo inducta * adparet per tres vices, & sic per tria delicta per ipsum perpetrata: vt §. quo casu dicitur sæpius deliquisse: vt dicit Luc. de penn. in l. j. C. de superexacto. libr. x. vbi etiam sub-
3 dit videri, quòd duæ vices sufficerent, & * plus dicit gloss. in capi. ita nos. xxv. quæst. ij. quòd ex vnico actu dicitur quis consuetus delinquere. & idem tenet Bald. in l. iij. C. de episcop. aud. imò plus habetur in c. omnes decimæ. xvj. q. vlt. quòd cùm dicitur: sæpissimè id ter agi satis est: vt not. in ca. ergo. ij. q. vij. & plus dicebant iudices magnæ Curiæ Vic. quòd dato quòd delicta ipsa venirent plectẽda pœna pecuniaria duntaxat, præsupposita tamen consuetudine præfata ipsius Blasij, potuerunt
*ipsum vltimo supplicio condemnare: per doctr. 4
Bart. in l. j. C. de superexacto. libr. x. & ibi etiam Angel. qui in specie subdit esse menti tenendum: & quòd delictum non capitaliter puniendum, * propter reiterationem fiet capitale: addo allegatis per magnam Curi. idem tenuisse Bald. in l. licitatio. §. quod illicitè. ff. de publi. Luc. de pen. in l. j. C. de superexacto. præallegato Ioan. de Plate. in l. omnes iudices. C. de delat. libr. x. Roma. in l. si verò. §. de viro. xuj. casu. ff. sol. mat. vbi licet memoriosus doctor & eminentis scientiæ, & qui multa vidit, nihil tamẽ meminit de præallegatis iuribus. & idem reperio tenuisse Anton. curt. sicul. in tracta. de potesta. & excel. Regia. vbi tractat de verbis gemina. in versi. lij. & idẽ vltimo loco sequitur Par. de pute. in suo tractatu synd. licet præmissa non alleget, in versicul. pœna. in c. multa possunt occurrere. in versi. Iudex potest criminosum propter consuetudinem. Ex quibus dicta magna Cur. ipsa præfatum Blasium ad mortem naturalem condemnauit: & tandem interposita appellatione à sententia condemnationis præfatæ, & causa ipsa prouocationis mihi commissa, & relata in eo S. Consilio dicebam rigorem iuris ciuilis in d. l. seruos. satis adparere correctum & lenitum per constitut. Regni: si quis cum armis. & etiam per præcedentem. Nam cùm vulneranti sit pœna per ipsam constitutionem decisa in genere, & nulla facta distinctione an liber, an seruus fuerit vulnerans, non licebit eandem extendere ad pœnam mortis, nec militabunt cætera præallegata circa reiterationem & cõsuetudinem delinquendi: cùm huiusmodi anthoritates, licet magnorum doctorum in puncto iuris procederẽt: attamen nunquam fuerunt practicatæ nec seruatæ, licet in pluribus causis allegatæ. & ita retulit magn. V. I. D. do. Nicolaus maiorana, antiquus Regius consiliarius in S. Consil. per annos ferè xxiiij.
asserendo nunquam præfatas * decisiones fuisse ad- 6
missas in S. Consil. & pariter ego qui per annos ferè xxvij. iudicaui in magna Cur. Vica. licet pluries ac multoties per aduocatos Regij fisci, necnon & partium querelãtium esset insticum, respectu reiterationis & consuetudinis delinquendi, inquisitos esse capitaliter plectendos: nihilominus nunquam fuit obtentum, sed processum ad pœnam ordinariam. & ita in specie recolo fuisse seruatum in personam nobilis Annibalis Macedoni de Neapoli. qui licet quàmplura similia & iuuenilia perpetrasset: attamẽ fuit relegatus in insulam, & ad tempus: imò j. breuem terminum obtinuit gratiam ab illustris. Prorege, & sic rediit Neáp. & tandem considerato carcere longo præfati Blasij, qui stetit ferè per biennum carceratus, fuit condemnatus ad seruitia Regiarum triremum per quinquénium continuum, cõcurrentibus in omnibus remissionibus partium: & ita communi voto fuit decisum per sacrum Regium Consilium.

SVMMARIVM.

1 *Percutiens cum baculo, seu expilans barbam vsque ad sanguinem exclusiuè, tenetur in decem vnciis parti, & viginti curiæ.*

2 *Alia pœna est arbitraria, secundum qualitatem personarum & temporis.*

3 *Contumax & bannitus, quia percussit cum baculo, si congregatis hominibus, aut excogitato insultu id fecit, potest forindicari: quia pro eo deportari potest, nisi id fecisset absque congregatione hominum siue turba.*

4 *Homicidium commissum in rixa non dolosè, non punitur, nisi pœna exilij seu relegationis, & si ex leui culpa esset pœna relegationis per quinquennium.*

DECISIO XVII.



IN causa Vinceguerræ Cerasoli de
Neap. inquisiti per magnam Curiam
Vicariæ de verberatione cum bacu-
lo, in personá cuiusdam famuli mo-
nasterij montis Oliueti, adstantis ad
seruitia molendini ipsius monasterij extra Neapo.
dum ipsius Vinceguerræ boues sumerét pasculum
in quibusdam rapis ipsius monasterij, & ex hoc ad-
inuicem rixarentur, visus fuit idem seruitor mo-
nasterij aufugere, & Vinceguerra eundem perse-
qui cum baculo, & ipsum interdum percutere: li-
cet per maiorem numerum testium demonstrasset,
quòd eodem tempore & contextu quidam famu-
lus ipsius Vinceguerræ insecutus fuit cum baculo
præfatum seruitorem monasterij, & quòd ipse Vi-
ceguerra occurrés vociferabat & obiurgabat eius
famulum, dicendo, non fare non fare, torna, torna.
Tandem per magnam Curiam Vica. fuit condem-
natus ad remigandum in triremibus Regiis per
triennium continuum. A qua sententia dum fuis-
set appellatum ad sacr. Regium Consi. & causa mi-
hi commissa, & facta de ea relatione, dicebam sen-
tentiá magnæ Curiæ minimè subsistere posse, cùm
nullibi iure cautum reperiatur, vt pro verberatio-
ne cum baculo, possit imponi pœna remigandi in
triremibus, nec corporis afflictiua: cùm pro per-
1 cussione * cum baculo vsque ad sanguinem exclu
siuè, seu barbæ expilatione quis non teneatur, nisi
in x. vnciis parti, & xx. curię. ita dicit Matth. de ca-
rama. in constitutione, si quis aliquem. sub rubr. de
pœna percuti. & non occid. & hoc per text. in §. si
quis autem. x. colla. de pace tenen. idem voluit Bar-
tho. de Capua in d. constitutione, si quis aliquem.
vbi formaliter dixit, quòd percutiens cum fuste
absque sanguinis effusione, vel si expilat barbam,
tenetur in x. libris auri parti, & xx. iudici: vt patet
in vsi. feud. in §. si quis autem. x. colla. de pace te-
nen. Idem & refert & sequitur Pamphilus mollus,
Capuanus doctor egregius in d. constitutione, si
quis aliquem, super qua dicit Affli. quòd ille text.
in §. si quis aliquem. de pace tenen. qui hoc forma-
liter decidit, loquitur de libris auri, & non de du-
catis. & fortè do. Bart. sic fuit interpretatus, ex quo
tempore illius tex. Italia longè superabũdabat au-
ro: & ideo puniebantur delicta in libris auri: & li-
bra auri interpretata fuit in ducato vno auri. Ita
refert Afflic. in d. cõstitutione, si quis aliquem. vbi
2 plus subdit, quòd ipse * arbitrariè puniret, iuxta
qualitatem personarum, loci, & temporis. Ego ta-
men dicerem, quòd est numisma, cuius nomen est
libra, quo numismate hodie vtuntur multæ ciui-
tates & loca Italiæ, & vt audio, non excedit duca-
tum vnum. Reperio insuper quòd Ioan. Grillus o-
lim consiliarius Reginę Iannæ, & magnus doctor,
in constitutione, Iustitiarij nomen & normam. in
versicu. insultus excogitati. super constitutione, Iu
stitiarij nomen & normam. dicebat, * quòd contu- 3
max & bannitus ex causa, quia cum baculo percus
sit, si id congregatis hominibus aut excogitato in-
sultu fecit, potest sententia forindicationis arceri,
quia deportationis pœnã ex tali percussione no-
scitur incurrisse: at vbi absque congregatione ho-
minum siue turbæ excogitato insultu patenter, a-
liàs non commisso, processit ipsa percussio, reus
culpæ deportationis sententia non punitur, & per
consequentiam forindicationis sentẽtia non gra-
uatur. & sic adparet quòd non adiuncta qualitate
turbæ, & quòd non excogitato insultu, & sic non
deliberatè, nec ex proposito verberandi, id factum
fuit ex causa boum ibidem pasculantium in rapis
ad rixam deuentum fuit: non veniet talis seu simi-
lis dura pœna imponenda, maximè dum condi-
tio percussi non excedit conditionem verberãtis:
imò longè humilior, intantum quòd * etiam si fuis 4
set homicidium commissum in rixa, non dolosè,
non imponeretur nisi pœna relegationis seu exi-
lij, & si ex leui culpæ esset pœna relegationis per
quinquennium. l. lex Cornelia. §. j. de sica. ita dixit
Ang. in l. j. de sica. & in l. Gracchus. in fi. C. de adul.
per illum tex. & gl. fi. in l. j. de sica. Ange. in l. si cum
seruo. ff. de iniur. ita decidit Nic. Boer. in sua deci.
lxxxiij. & ideo reformata sententia Magnæ Curiæ
fuit condemnatus, vt per tantundem temporis
exularet extra ciuitatem Neap. per octo miliaria.

SVMMARIVM.

1 *Filius præsumitur gesta parentis imitari, & tam in vitiis, quàm in virtutibus.*

2 *Filius præsumitur eiusdem affectionis & voluntatis fuisse sicut & pater suus.*

3 *Filius natus ex patre partiali contra Regem, eodem modo præsumendus erit & ipse.*

4 *Hosti potest quis se obsequiosum exhibere, prout nos docet Bartol. in tracta. de tyran. ne deterius contingat.*

5 *Præsumptiones duæ quando concurrunt, quarum vna est exclusiua delicti, & alia inclusiua semper attenditur exclusiua.*

6 *Amicitiam contrahens cum hoste, non in perniciem seu damnum domini, non incidit in crimen priuationis feudi.*

7 *Vassallus non tenetur postponere salutem suam saluti domini: sed tenetur illi seruire, salua sua persona & vita: quam preponere debet saluti domini.*

8 *Iustus metus quis dicatur.*

9 *Metus iustus in vasallo, dato quòd incurrisset causam priuationis feudi, non debebit feudo priuari: sed excusatur.*

10 *Vasallus si deserit dominum non turpi de causa, sed timendo vim hostium, seu crudelitatem, excusatur à priuatione feudi.*

Fuga non est imputanda metum passo, si non aufugit ibidem.

11 *Metus amissionis bonorum, est iustus metus, & metui mortis æquiparatur.*

12 *Metus amissionis honoris est iustus.*

Vasal

13 *Vasallus aliquid faciens pro sua salute conseruanda, & non causa offendendi dominum, non infert rebellionem seu feloniam.*

14 *Ad hostes accessisse dici non potest is, qui cum hostibus erat, citra tamen armorum vsum & opem: & sic non potest crimen rebellionis incurrisse.*

15 *Hostes si sunt in loco, ad quem eius dominus accessit causa recolligendi fructus, non est de genere prohibitorum accessus ille.*

16 *Metus causa quod aliquid fiat, vel per probabilem metus suspicionem paria sunt.*

17 *Metus violentia inferendæ dicitur iustus metus, ex quo non debet quis expectare periculum, & se periculo committere.*

18 *Metus sufficit probabiliter, etiam si non iustè.*

19 *Metus iustus vel iniustus arbitrio iudicis remittitur.*

20 *Metus iustus siue iniustus sit, excusat à culpa.*

21 *Princeps non potest auferre dominium feudi vasallo, ipso non audito, nec conuicto.*

DECISIO XVIII.



IN causa magnifici ac strenui militis
Titij, cum infortunato Sempronio:
quorũ vera nomina ex causa taceo.
Cuperem illustrißime Prorex, consi-
derata persona huius generosi, ac vi-
ri quidem strenui, & de re publica benemeriti, &
habita quoq; ratione infelicitatis aduersęq; fortu-
næ huius nobilis Sẽpronij iã deiecti, potius ab hoc
meo iudicio in præsenti causa abstinere: sed cùm
ex necessitate officij impulsus sim, dicam: Amicus
Plato, amicus Socrates: sed magis amica veritas.
Relatum fuit per magnificum causæ relatorem me-
ritis processus satis cautè ruminatis, verificari pro
parte ipsius Sempronij reclamantis, eius patrem
cæterósque suos prædecessores fuisse fidelißimos
Aragonenses, & sic Hispaniarum partes secutos:
ob quod & ipse quoq; prout eius olim pater, præ-
1 sumi debet: cùm præsumendum * sit filium paren-
tum gesta imitari, vt inquit Spec. in procœ. Spec. in
versic. cæterùm. ex quo vt plurimum consueuit fi-
lius similis esse patri, ita in virtutibus, sicut in vi-
tiis. l. quod si nolit. §. qui mancipia. ff. de ædil. edic.
l. quisquis. C. ad l. Iul. maiesta. & firmat Neapo. Se-
basti. in consue. Neapo. & si testator. in versi dispo-
nere. Hinc dixit Bald. in l. liberti. ij. col. C. de oper.
2 lib. quòd * eiusdem affectionis & voluntatis præ-
sumitur filius, sicut & pater fuit. Et in particulari
consulendo tenet And. barba. in suo consi. xxxiij.
in ij. volumi. præclarus optimus. in vers. sacratißi-
3 mus imperator, quòd * natus ex patre partiali con-
tra Regem, eodem modo præsumendũ erit de ipso
eius filio. & idem firmando sequitur Alber. bru. au-
thoritatis non modicæ in suo consi. xiij. vnde hoc
præsupposito infero, quòd cùm ipse Iaco. maria
non ex infecta progenie processerit, si quid sini-
strum appateat successisse, quod fieri nõ debuisset,
non debet ad dolum seu malum animum impu-
tari: per tex. formalem in l. nõ omnis. §. à barbaris.
ff. de re milita. & faciunt optimè not. per And. in c.
j. §. porrò. quæ fuit prima causa benefi. amit. quod
maximè procedit, dum in facto verificatum adpa-
ret tempore præcedentis inuasionis Regni eun-
dem Sempronium veluti notorium Aragonẽsem,
& secutum partes Hispanorum, fuisse captum per
Gallos, & acerrimè carceratum, & proximum,
vt vltimo supplicio insons plecteretur: cuius sup-
plicij memoriam etiam cõstantißimos terret sub-
secuta demum vltima Regni inuasione cum exer-
citu tunc potentißimo Gallorum & inimicæ ligę,
retrocedente exercitu Cæsareo, & Neap. recluso,
multæ ciuitates terræ & loci, eiusdem Prouinciæ,
sicut est Brundusium, Misagna, Oria, & aliæ, quæ
non admissis Cæsareanis militibus, hostibus Gal-
lis deditionem fecerũt: subsecuta insuper fractu-
ra Marchionis Tripoalri Proregis prouincialis,
cum Cæsareanis, eisdémq; fugatis, ac superuenien-
te Gabriele barono ex improuiso, & se pro Prore-
ge Gallorum gerente, ac sic asserente hominibus
Tripucij ibidem existẽtibus, vt ad euitandum sac-
cum militum leuis armaturæ, qui de proximo su-
peruenire debebant, signa Gallica erigere debuis-
sent. & dum insuper Araldus Licij ciuitatẽ adiuis-
set, & pariter exploratores Gallorum partes sequẽ-
tes, intenti, quid ipse Sempronius & cæteri de fa-
ctione Hispanorum facerent, non supererat aliud
fieri per præfatum Sempronium, ad euitandum ne
quid deterius sibi contingeret, nisi * se obsequio- 4
sum hosti exhibere: attenta hostis praua consuetu-
dine, vt pulchrè nos docet Bar. in suo tracta. de ty-
ran. col. v. & Ang. in l. liber homo. ff. de hæredi. in-
stit. & sic quatenus obiiceret ipsum Sempronium
amicitiam contraxisse cum hostibus, dico, quòd
præmissis ac etiam j. dicendis in rectam conside-
rationem cuiuslibet rectè sentientis deductis, ad-
parebit quòd congressus ipsius Sempronij cũ præ-
fato Gabriele & eius vasallis sic eo tẽpore tumul-
tuosè inhiantibus ac contradicentibus se ipsum
intercẽlari, prout procurabat, ex metu, & non do-
losè processisse. Vnde succedit quòd quando duæ
* concurrunt præsumptiones, quarum vna est ex- 5
clusiua delicti, & alia inclusiua, semper attenden-
da erit exclusiua. Ita consuluit Ludo. in suo consil.
lxviij. visis in propositis. ex quo semper attendi de-
bet via, vt excludatur delictum, vt inquit Bar. in l.
non solùm. §. sed vt probari. ff. de noui ope. nunci.
Abb. in c. in præsentia. extrà de probat. per nn. prę-
sumptionẽ, quæ est, vt nemo delinquat, nec delin-
quere præsumatur, per l. meritò. ff. pro socio. per c.
j. de serui. & idem tenet Inno. in c. dudum. de ecc.
benefi. quinimo circunscripto metu: contrahens
* amicitiam cum hoste, & non in perniciem do- 6
mini seu damnum, non incidit in crimen priuatio
nis feudi: prout in terminis firmat Laud. marti. in
c. j. §. item fidelis. quibus mod. feud. amit. & sequi-
tur Iac. in q. feudali. in xv. q. concurrente maximè.
cùm non teneatur * vasallus proponere salutem 7
domini propriæ saluti suæ, ex quo seruire tenetur
domino, salua sua persona & vita, quã præponere
debet saluti domini sui. Ita And. de Iser. in c. j. qui-
bus mo. feu. amit. ij. colum. in c. si à morte. de alien.
feud. pate. Considerata * maxime hostium poten- 8
tia, & eorum praua consuetudine, vt dicit Bartol.
in l. j. §. penul. ff. quod vi aut clàm. & in l. de pupil-
lo. §. si quis ipsi prætori. ff. de noui oper. nuntia. &
ideo subsistente iusto metu & cõsiderabili ex præ-

fatis adparet, quòd etiam dato, absque veri præin-
9 dicio, quòd * commisisset, seu incurrisset causam
priuationis feudi, non ex hoc debet feudo priuari,
sed excusatur. ita tenet gloss. & ibi Aluaro & præ-
po. in c. j. sed quid delator. quæ fuit prima causa be
10 neficij amit. Quòd si * vasallus deseruit dominum
non turpi de causa, sed timendo vim hostium, seu
crudelitatẽ, excusatur ab amissione feudi. Idem te-
net Barto. in l. si ob turpem. in versic. Idem dico. ff.
de condi. ob turp. causam: & sequitur Bald. in l. j.
C. eo. tit. vbi subdit non esse imputandum metum
passo, si non aufugit. & allegat Bartol. ita tenere in
d. l. si ob turpem. ff. de conditio. ob turp. causam. ex
quo euacuatur illud, quod dicitur quòd poterat
11 accedere ad locum fidelem. Resistebat * etiam huic
motiuo metus amissionis bonorum, qui metui
mortis æquiparatur: vt dicit idem Bart. & Bald. in
locis proximè allegatis. Item resistebat metus amis-
sionis honoris, consideratis septem filiabus ac ne-
ptibus ex proprio filio & nuru consistentibus in
12 ciuitate Licij, quas * relinquere non debebat tali
tempore: & sic timor amissionis honoris induce-
bat iustum metum. l. isti quidem. ff. quod met. cau-
sa. & consulendo tenet Ludo. in suo consil. xxx. gl.
in c. cùm dilectus. quod met. causa. Bal. in l. vt vim.
ff. de iusti. & iure. & sic succedit, quòd ea, quæ
13 * fiunt pro salute conseruanda, & non causa offen
dendi dominum, non inferunt rebellionem, seu fe
loniam. vt dicit Andr. de Isern. in cap. j. §. & bona.
quæ sint regal. cùm attendi debeat propositum, ad
quod principaliter factum tendit, & non quæ in
consequentiam succedunt, seu quæ secundariò
emergunt: per not. dicta Bald. in lege j. §. huius stu-
dij. ff. de iusti. & iur. nec militare potest, quòd ele-
uatis vexillis Gallicis in Casali suo demum acces-
serit Sẽptonius ipse ad ciuitatem Licij, & demum
post defectionem ciuitatis præfatæ Licij à Cæsare,
redierit ad Casale Triputij, sistente sub dominio
Gallorum: nam nõ potest dici accessisse ad hostes,
qui cum hostibus erat, citra tamẽ armorum vsum
14 & opem. & sic dici non * potest crimen rebellionis
incurrisse, vt bene consuluit Old. in suo cõsi. xliij.
versi. circa sextam. Redierat ad dictum Casale in-
felix ipse, vt fructus præfati sui Casalis colligeret,
15 vt plenè probatum est * quod quidem non erat de
genere prohibitorum: vt dicit And. in c. j. §. porro.
quæ fuit prima causa benefi. ami. Et sic propter fi-
lias, neptem, ac nurum & vxorem nutriẽdas, cùm
alium modum minimè haberet easdem alimẽtan-
di, doctum est, nisi cum fructibus Casalis præfati.
Et licet replicari possit, quòd nullus metus vsque
ad illud tempus fuerit sibi actualiter illatus, ob
quod timere debuisset, dicitur paria esse, aliquid
16 fieri * per metum, vel per probabilem suspicionem
metus, vt inquit Ang. in l. metum. ff. quod met. cau-
sa. & ideo consuluit Alexand. in suo consilio xcix.
quoniam per excellentissimum. in iij. vol. quòd ti-
17 mor violentiæ * inferendæ, dicitur iustus metus,
ex quo non debet quis expectare periculum, & sic
se periculo committere, vt dixit Innocen. & Bald.
in capit. j. quod met. causa. hinc pulchrè dixit Luc.
de pen. in l. si coloni. C. de agri. & censi. libro vn-
decimo quòd sufficit timere saltem probabiliter,
18 etiam si non iustè: & licet * ex iuris dispositione
metus * an iustus vel iniustus fuerit, iudicis arbi- 19
trio remittatur: vt voluit gl. in l. interpositas. C. de
transa. Bald. in l. ij. C. de his, qui per metum. Inno-
centius in capitu. cùm dilectus. quod met. causa.
Bartol. in l. de pupillo. §. si quis ipsi prætori. ff. de
noui oper. nuntia. attamen metus * siue iustus, siue 20
iniustus sit, excusat à culpa, vt tenet gloss. not. in l.
sed et si quencunque. ff. ad legem Aquil. gloss. in l.
tertia. §. armis. ff. de vi & vi arma. & in §. recupe-
randæ. instit. de interdict. Nec obmittendum cen-
seo, ex processus meritis liquere contra ipsum
Sempronium inquisitum de felonia, fuisse proces-
sum de facto ad capturam corporalis possessionis
feudi, nullo præcedente legitimo processu, nec
ipso aliter per prius conuicto de culpa, prout di-
cebat: & sic nullo pacto licuit ab executione in-
choare, & ipso non audito, cum Princeps id * fa- 21
cere de iure minimè potest, auferre possessionem
nec dominium feudi vasallo non audito nec con-
uicto. Ita in propriis terminis tradit Andr. de Iser.
in capitulo primo §. calidis. de prohi. feud. alie. per
Feder. Bald. in capi. ecclesia sanctæ Mariæ. extrà de
constitu. & consuluit pulchrè Alexand. in consil.
ciij. in primo volumi. Ex quibus concludo, (salua
semper correctione horum dominorum patrum
conscriptorum huius Cæsarei collateralis Consi-
lij) quòd licet sententia olim lata contra ipsum
Sempronium fuisset rite & rectè pronuntiata: at-
tamen ex nouiter deductis & probatis in præsenti
causa reclamationis de iuris censura retractari
debere. Et huius voti sum: & in hanc sententiam
concurrerunt duo alij ex magnificis delegatis
meis collegis: attamen maior pars votorum fuit in
contrarium. & sic confirmata fuit sententia, aliàs
lata contra ipsum infelicem Sempronium, cui in-
uida fortuna non fauit, & fuit impositum eidem
perpetuum silentium. Vnde liberè dicere mihi li-
cet, quòd innocens sum à sanguine iusti huius.

SVMMARIVM.

1 *Iudex vbi fuit coram eo res petita, non potest con-
uentum condemnare in eius æstimatione. in decis.
xix. numero 1.*

*Quia sententia debet esse conformis libello ibidem.
numero 2.*

3 *Consistorio Principis proceditur sola facti verita-
te inspecta.*

4 *Clausula, sola facti veritate inspecta, est tantæ im-
portantiæ, vt iudex possit manu Regia inspecto
iure gentium, etiam iure ciuili remoto, in causa
procedere.*

5 *Iudex, qui potest sola facti veritate de causa co-
gnoscere, potest recedere à regulis iuris, & potest
pronunciare in alio quàm sit petitum, ibidem nu-
mero 5 & 6. & sufficit quòd sententia in aliquo
conueniat petitioni. ibidem.*

7 *Et si petitus fuerit equus, qui fortè mortuus est, vn-
de succedit æstimatio, si ista causa esset ordina-
ria, non posset fieri sententia in æstimatione: quia
non posset negari esse latam iuxta petitionem, id
est, prope, licet non secundum ipsam petitio-
nem.*

8 *Iudex, qui habet iudicare sola facti veritate inspe-
cta,*

cta, iudicare potest, secundum quòd aliàs Deus esset iudicaturus.

9 *Sententia lata super non petitis, licet sit nulla, tamen secus est si lata fuerit super æquipollenti petito. & nu. 10.*

11 *Sententia in causis summariis sufficit pronunciari iuxta petita.*

12 *Sacrum regium Consilium debet ministrare iustitiam facti veritate inspecta, & iuris solemnitatibus omissis.*

13 *Domini Consiliarij de sacro Consilio, sunt Iudices superiores, & vicem præfecti prætorio obtinent, & possunt iudicare secundum conscientiam.*

14 *Domini de sacro Consilio debent attendere ad veritatem principaliter potius, quàm ad subtilitatem.*

Sacrum Consil. potest iudicare secundum conscientiam. ibid.

15 *Sententia Regia potest dici nulla, quando dicitur nulla ex defectu iuris naturalis, secus si ex defectu iuris positiui: quia tunc non impeditur executio.*

16 *Intentans possessorium, cum clausula, ius & iustitiam ministrari, obtinebit etiam in petitorio.*

DECISIO XIX.



ATA sententia per Sacr. Regium Consi. aduersus magnificos Troianum & Ludouicum buczutos de Neap. in fauorem magnifici Caroli buczuti eorum nepotis, per quam fuerunt condemnati ad restituendum castrum Luxiti, seu ducat. septem millia pro eius pretio, quo venditum fuit nobili Polydoro Scaratio, fuit per præfatos patruos condemnatus, dictum de nullitate dictæ sententiæ, ex pluribus: & signãter, quia lata fuit extra petita, cùm non fuerit petitum pretium, quo venditum fuit, sed ipsum castrum: &
1 apertissimi iuris est quòd petita re * non potest iudex condemnare conuentum in eius æstimatione, vt plenè Alex. in l. vinum. ff. si cer. pet. in fin. & ibi Saly. in princip. & ibi etiam Ias. in versic. in eadem glo. & hoc per illam rationem, quia sententia debet esse conformis libello, per textum in l. vt fundus. cum vulg. ff. commu. diuid & in l. si. ff. de fidei-
2 com. lib. & in c. licet Hely. de simon. Nam * licet ex iuris dispositione præmissa procedant coram quolibet iudice: attamen secus erit coram Princi-
3 pe, * & sic in sacro Regio Consilio, in quo sumus: nam in principis consistorio proceditur sola facti veritate inspecta: vt dicit Bartolus in l. Æmilius. circa finem. ff. de minoribus. & ibi subdit Principem ex sua potestate posse condemnare in alio, quàm sit petitum. sequitur Paulus de Castro in l. j. C. si sæpi. in integrum restitut. postul. & bene suffragatur, cum in Regno habeamus. cap. detestantes. quo cautum est, vt in causis sola facti veritas attendi debeat. quæ clausula sola facti veritate inspecta, est tantæ importantiæ, vt iudex possit manu
4 Regia inspecto iure * gentium, & etiam remoto iure ciuili in causis procedere. Ita tenet Bartol. in versic. ad reprimendum, in ver. videbitur. Bald. in l. sola. de testibus. & in l. nemo. C. de sententiis. & consuluit Franciscus de Aretin. in suo consilio lxiiij. diligenter ponderatis. Hinc dixit pulchrè Iason in l. certi condictio. §. si numos. ff. si certum
petatur. quòd * iudex qui potest sola facti veritate 5
inspecta cognoscere, potest recedere à regulis iuris. Quinimò & plus in particulari tenet Iason in l. vinum. ff. si certum petatur. vbi dat pro noua
limitatione, * quòd quando iudex potest in causa 6
iudicare sola facti veritate inspecta, potest proferre se pronuntiare sententiam in alio, quàm sit petitum, & valet & tenet sententia. & rectè intuenti idem adparet tenere Lanfr. de Oria in repet. cle. sæpe. in ver. libellus. extrà de verb. sign. ex quo sufficit eo casu pronuntiari iuxta petitionem, id est,
sufficit quòd in aliquo conueniat * licet in omni- 7
bus non conueniat. Ita originaliter dixit Bartol. in extrauaganti, ad reprimend. in verbo, sine figura iudicij. vnde si petitus fuerit equus, qui fortè est mortuus, & sic succedit æstimatio, si ista causa esset ordinaria, non posset ferri sententia in æstimatione, quia non potest negari esse lata, iuxta petitionem, id est, prope, licet non secundum ipsam petitionem. & idem tenet Baldus in l. fin. C. de fideicommiss. liberta. & alibi de potentia iudicis, qui posset iudicare sola facti veritate inspecta. dixit singulariter Baldus in penultimo versiculo vj.
quæro. C. de iure deliberand. & quòd eo * casu iu- 8
dex potest iudicare, secundum quod Deus esset iudicaturus. Idem refert & sequitur Geor. nacta. in sua repetitione clemen. sæpe. §. nõ sic. extrà de verbo. significa. & Claud. de Setsil. in l. beneficium. ff. de constitutionibus principum. subdens se ita esse solitum dicere. Nec est omittendum, quòd cùm venditio dicti castri Luxiti fuerit facta post litem contestatam, potuit fieri condemnatio in pretio
ipsius: cùm in iis quæ * emergunt post litem con- 9
testatam, Iudex multùm possit, vt dicit Bal. in l. & si seuerior. ff. de infam. & sequitur Felyn. in c. licet Hely. xxij. limitatione. de simon. Item licet sententia, quæ fertur super non petitis, sit nulla, fallit
nisi * lata fuerit in æquipollenti petito, vt dicit Bal 10
dus in l. fin. C. de fideicom. allegat l. fina. ff. de auro & argen. lega. vbi petita massa argentea fertur sententia super numis: quod maximè procedit in hoc
regno, vbi * omnes causæ sunt summariæ: per ca- 11
pitulum detestantes. & in causis summariis sufficit pronuntiari iuxta petita, vt dicit Ioannes de Anania, & Ioannes de ligna. in dicto capit. licet Hely. & præsertim potuit condemnatio fieri in pretio, cùm de venditione ipsa constet ex actis & processu. & vbi ex actis constat iudici plus, quàm sit actum in libello, poterit ex officio super omni eo, quod probatum est, iudicare. Ita tenet Imo. in cap. ex tenore. de rescriptis. & Fely. in dicto c. licet Hely. in x. limitatione. maximè, quia * in similibus
Curiis, sicut est sacr. Regium Consil. ministrari de- 12
bet & ministratur iustitia, sola facti veritate inspecta, & iuris solennitatibus omissis: vt pulchrè decidit Guid. Papæ in sua decisione cxvj. Iudex de voluntate partium. vbi subdit ita seruari in Curiis parlamenti: secus in aliis Curiis inferioribus. & idem Guid. in alia decisione lviij. de stylo & communi obseruãtia. imò & plus, cùm liqueat in actis

de pretio habito ex venditione castri præfati, saltem in conscientia potuit fieri condemnatio ad
13 pretium: cùm * domini de sacro Regio Consilio sint iudices superiores, & vicem præfecti prætorio obtineant: & sic possunt iudicare secundũ conscientiam: iuxta dicta Bart. post Cyn. in l. vnica. C. vt quæ desunt aduo. in fine sui commenti. & si aliter facerent, peccarent, secundum Theologos, vt
14 ibi refert Bart. & debent attendere * ad veritatem principaliter, potius quàm ad subtilitatem: iuxta not. in clem. pastoralis. de re iud. & in c. apostolicæ. eod. tit. lib. vj. & idem refert & sequitur Guido Papæ in deci. parlamenti Gratianop. quæst. xxix. in supetiori consistorio. subdens ita pluries vidisse in decisionibus causarum seruari. Idem tenet Iasin §. sed iste. ver. item aduerte quòd Papa. institut. de action. Et quòd sacrum Consilium potest iudicare secundum conscientiam, & attẽdere veritatem principaliter, consuluit Bertrand. in suo consilio
15 cxxxvij. in j. vol. Vltimò * adducn, quòd aduersus sententiam Regiam, nõ potest obiici de nullitate, quando prætenditur nullitas ipsa ex defectu iuris positiui: secus si ex defectu iuris naturalis, vt propter defectum citationis ad se defendendum: quia tunc impeditur executio. Ita dicit Inn. in c. in causis. de re iud. & ibi Abb. & in ca. proposuit. de concess. præbend. Alex. in l. fin. C. de legi. franc. in c. dilecto. de appel. Felyn. in c. ecclesia sanctæ Mariæ. de consti. sequitur Affl. in sua decisi. clxxxiij. vbi subdit ita fuisse votatum per totum sacrũ Consilium.
16 Nec omittendum * censeo, quòd cùm in supplicatione petitum fuerit ius & iustitiam ministrari, potuit fieri huiusmodi condemnatio: per id, quod dixit Baldus in l. incerti. C. de interdictis. vbi dixit, quòd intentans possessorium cum dicta clausula, obtinebit etiam in petitorio. & sequitur Cald. in c. dilectus. de ordi. cognit. & sic fuit sanctissimè pronunciatum, & est locus legitimæ executioni. Verùm ex inaduertentia magnifici Relatoris circa relationẽ dum fuisset erratum, fuit moderata executio pro tunc, in eo quod liquidò apparebat.

SVMMARIVM.

1 *Princeps si primo loco concessit priuilegium seu exemptionem viduis seu pupillis, si demum concessit aliud priuilegium alteri, quod derogaret præfato priori priuilegio: scribens in eo, illud concedere, priuilegio aliquo non obstante, non ex hoc erit derogatum priuilegio viduis concesso, nisi de eo specialis mentio fieret: etiam si dicatur: non obstante priuilegio aliquo: de quo oporteret specialem mentionem facere.*

2 *Priuilegium concessionis si habeat clausulam derogantem priuilegiis, non facientibus specialem mentionem de præcedenti concessione, sufficiet dicere: non obstantibus priuilegiis quibuscunque, etiam si essent talia de quibus facienda esset mentio de verbo ad verbum, licet aliter non specificetur.*

3 *Papa dum dicit in priuilegio seu bulla: vt tenor obstantium habeatur pro expresso, & scripto de verbo ad verbum, nulla obstantia officit rescripto: quia contra plenitudinem potestatis Papæ nihil statui potest.*

4 *Priuilegium impetrans contra personam miserabilem, vt possit trahi extra prouinciam, non sufficit in eo clausula, non obstante, nisi de qualitate personarum fiat expressa mentio.*

In priuilegio debet fieri expressa mentio de viduis & pupillis. Ibidem, numero 4. & 5. & 6. aliàs eorum priuilegio non dicitur derogatum, numero 7.

DECISIO XX.



PEndente querela viduæ & pupillorum in magna Curia Vicariæ, fuit pro parte magnificę vniuersitatis Capuæ petita remissio ad curiam Capitanei Regij Capuani, virtute priuilegiorum eidem vniuersitati & hominibus concessorum per serenissimos retro Principes Regni, per quæ prætenditur derogatum priuilegio viduarum & pupillorum dum in eisdem adsit clausula: non obstante lege in contrarium faciente. nam si Princeps primo loco concessit priuilegium * seu ex- 1
emptionem viduis, aut pupillis, & demum concessit aliud priuilegium alteri, quod aduersaretur seu derogaret præfato priori priuilegio seu concessioni, dicendo in eo, illud concedere priuilegio aliquo non obstante: non ex hoc erit derogatum priuilegio viduis concesso, nisi in eo specialis mentio fieret de priuilegio ipso viduarum. Quòd procedit, etiam si diceretur: non obstante aliquo priuilegio, de quo etiam oporteret specialem facere mentionem: adhuc dicunt quidam non sufficere. Ita dicit Alber. in l. vnica. C. quando imper. inter pupil. & vidu. Veruntamen subdit, quòd contrarium vidit seruari, & quòd Cynus ibidem dicat contrarium obtinuisse, mentitur, & ipso Alberico patrocinante in facto fuit iudicatum pro ipso Alberico. & contra opinionem Cyni, & quòd tunc satis de mente Papæ, seu Principis apparere videtur: per not. in l. si quis in principio testamenti. ff. de legat. iij. & idem quod Alberic. tenet, fuit consultum per Federic. de Sen. in suo consilio xlvij. habita super casu præfato collatione. & idem sequitur Ioannes de Anania in suo consilio lvj. his, quæ in facto proponuntur. subdens hanc esse communem opinionem, videlicet, ꝙ * quando in priuile- 2
gio exẽptionis seu alterius concessionis inest clausula derogans priuiligiis non facientibus specialem mentionem de præcedenti concessione, sufficiet dicere, non obstantibus priuilegiis quibuscunque, etiam si essent talia, de quibus facienda esset mentio de verbo ad verbum: licet aliter non specificetur. Idẽ tenet Imo. in l. licitatio. §. earum. ff. de publica. & sequitur Alex. in consil. incip. Nec arguendi sumus. ver. viij. fortificantur. & idem no. Bal. post Collecta. in c. cũ dilecta. in fin. extrà de rescript. dum dicunt ꝙ vbi * Papa dicit, vt tenor ob- 3
stantiũ habeatur pro expresso & scripto de verbo ad verbum, nulla obstantia officit rescripto: quia contra libertatẽ plenitudinis potestatis Papę nihil statui potest. & licet fuerit per patronum causæ allegatũ, idẽ tenuisse Fel. in c. nõnulli. extrà, de rescr. salua pace, cùm ibidem Fel. formaliter teneat contrariũ, dum dicit, ꝙ sunt nõnulli alij casus, in quibus nõ sufficit, ꝙ rescriptũ dicat, nõ obstante lege

in con

In contrarium faciente, sed debet fieri mentio spe-
cialis. & vnum ponit Baldus in dicta l. vnica. vide-
4 licet, quando * impetratur priuilegium cōtra per-
sonam miserabilem, vt posit trahi extra prouin-
ciam: quia non sufficeret clausula, non obstante:
nisi de qualitate personarum expressa mentio fie-
ret. allegat cap. significantibus. de officio deleg. At-
5 tamen, quòd * non sufficiant clausulæ præfatæ. &
debeat fieri specifica & expressa mentio de viduis
& pupillis, & sic secundum opinionem Cyn. con-
suluit idem Feder. de Sen. consulendo contrarium
eius, quod primò dixerat in suo consilio ccxxxiij.
casus talis est, monasterium & c. licet subdat, quòd
vario modo diuersis temporibus fuerit super hoc
Romæ iudicatum. & idem secundum opinionem
Cyn. tenuit Cardinalis satis abundè consulendo
in suo consilio liij. dominus Gregorius Papa. Cal-
der. in suo consilio xj. sub rubrica seu titulu de pri
uilegio. habet ordo sanctæ Claræ. Idem Cardin. in
clementina prima. iij. oppo. de sepult. Idem consu-
luit Laur. de Rodul. in fauorem Carthusiæ Pisauæ,
prout refert & sequitur Paulus de Castr. idem con
sulendo in consilio cccxij. quoniam adiectione. &
idem Paul. plenissimè in suo consil. liij. passus iste
dubitabilis videtur. Card. in consi. cxxxvij. factum
sic se habet. Abb. in cap. cùm instantia. de constitn.
Ludou. roma. in consil. cccxxvij. istæ sunt rationes.
& in consil. ccccxxxvj. quòd indultum Petri Sozi.
in suo tractatu de visita. versi. sed circa hoc quæro.
& ita post omnes quos congerit, refert & sequitur
Fely. in cap. accedentes. extrà, de præsumpt. & ibi
in specie subdit, quòd non sufficiunt verba præ-
6 fata, sed requiritur * fieri specialis mentio: & quòd
ita multi tenent, quos si vidisset Ioan. de Anan. in
d. suo consilio, fortè non dixisset illam esse opinio.
communem. & idem plenius sequitur Ioan. de syl-
ua, in suo aureo tract. de benefic. in iij. parte. q. xiiij.
vbi insistit per plures columnas, referendo consilia
Iason. & idem firmauit Decius in l. certum. ff. si cer
tum petatur. vbi licet videatur aliquantulum sub-
sistere, ex quo similis causa pendebat tunc de facto
coram eo, ob quod clarè non decidit. Attamen
consulendo idem tenuit & firmauit in suo consi-
lio clxiij. viso tenore priuilegij. & vltimo loco idē
reperio tenuisse Ioan. Neuiza. in suo consilio xij.
inter consilia Alberi. bru. patres comederunt vuas
acerbas. vbi subdit, quod obmissa contrarietate Fe
derici in consulendo, & varietate doctorum, com
7 munior opinio est, quòd non * sufficiant præfatæ
clausulæ, nisi expressa mentio fiat, maximè respe-
ctu pupillorum & viduarum, & quòd non sufficit
esse derogatum sufficienter, nisi de ipsis fiat spe-
cialis mentio. Ex quibus fuit decisum per magnam
curiam vicariæ, non esse locum remissioni petitæ:
sed in causa ipsa esse procedendum in eadem ma-
gna curia.

SVMMARIVM.

1 *Forum, quod est declinabile à defenso, declinari non poterit à defensore.*

2 *Clericus venditor venit solùm ad adsistendum emptori, & ad defendendum, non ergo eo casu dicitur conueniri coram iudice laico: ob quod potest iudicem declinare: quia solùm præstat defensionem illi emptori secundum glo. illam: secus, si laicus possessor nomine clerici nominaret clericum in iudicio.*

3 *Laicus clericum nominans in iudicio, aduocat eo casu iudicium non coram Iudice laico, sed coram ecclesiastico.*

4 *Clericus venditor tenetur sequi forum emptoris, hoc est, sui iudicis secularis, & non ecclesiastici: quia est tanquam merus & necessarius defensor.*

5 *Licet in consequentiam, quòd non liceret principaliter.*

6 *Quod vna via prohibetur, alia permittitur.*

7 *Clericus author laudatus, non potest declinare forum iudicis laici. ibidem. nume. 7. 8. & melius 9. & 10.*

8 *Clerici causa censetur spiritualis respectu personæ clerici.*

DECISIO XXI.

IN causa mota in sacro Regio Consi-
lio per honorabilem Ioā. baptistam Fa-
inarium, aduersus Pascarellum califa-
num, super quadam massaria cum do-
mibus sitis in villa Ghyaiani, pertinentiarum Nea-
pol laudato in authore venerabili monasterio san
cti Hieronymi monialium de Neapol. & monaste-
rio ipso forum declinante, & petente causam ip-
sam remitti ad iudicem ecclesiasticum: cùm cle-
ricus minimè posit etiam volens, se submittere
foro iudicis secularis, etiam de cōsensu sui episco-
pi: vt in cap. si diligenti. & in cap. significasti. ex-
trà, de foro compet. Bene tamen facit in contra-
rium quòd licet actio personalis existat: tamen cle
ricus forum emptoris declinare minimè posse vi-
detur: per textum in l. venditor. de iudic. debet
enim venditor iudicium suscipere in foro empto-
ris, & non ex persona propria à iudice de causa co
gnoscente diuertere: ex quo forum, quòd * est de- 1
clinabile à defenso, declinari non poterit à defen-
sore: vulga. l. j. vbi in rem actio. & in d. l. venditor.
& ita eas locū habere in clerico euictionario, stan-
tibus super hoc diuersis opinionibus, consuetudo
generalis interpretata est, maximè quia ibi tunc
clericus coram iudice laico litigauit non per se,
sed tanquam procurator & defensor laici empto-
ris: & ibi dicit gloss. quòd per eius comparitionem
emptor principaliter super dicta massaria conuen-
tus, non est ab instantia & iudicio relaxandus, da-
to quòd * euictionarius causam in se, vt suprà, sus- 2
cipere vellet: secundum Bartol. in dicta l. j. C. vbi
in rem actio. & idem tenet originaliter gloss. in c.
clericus nullum. xj. quæst. j. & tenet in particulari
Bald. in authentic. clericus. C. de episcopis & cleri-
cis. & in l. emptor. C. de euict. Aug. in l. non solùm.
§. quod vulgo. ff. de vsucap. Panorm. in c. quoniam
frequenter. §. fin. vt lite non contest. & in cap. fina.
de empt. & vendit. Petr. de Anch. in c. ea quæ fiunt.
in xvij. q. Steph. Aufre. in suo tracta. de potesta. iu.
secula. in cleric. in regula vj. xiij. fallen. & ita seruа-
ri in regno Franciæ testatur Gulicl. Bened. eandem
opinionem secutus in sua solenni repet. cap. Ray-
nutius. in verbo, vxorem nomine Adelasiam. ver.
similiter cognoscunt iudices. considerando ma-
ximè, quia iudicium est institutum contra empto-
rem,

tem,tanquam possessorem : sed venditor venit so-
lùm ad asisitendum emptori , & ad defendendum.
l.prima.C. vbi in rem actio. nõ ergo dicitur eo ca-
su clericus conueniri coram iudice laico,ob quod
3 potest iudicium declinare : quia solũ præstat * de-
fensionem illi emptori : secundum glossam illam.
Secus si laicus possessor nomine clerici nominaret
clericum in iudicio , quia tunc clericus aduoca-
ret iudicium coram iudice ecclesiastico , per id,
quod not gloss.in cap. quoniam frequenter. vt lite
non contestata.& ibi Ioan.Andr.de Butr. & Abb.
& Inno.Spe. in titulo de primo & secundo decre.
§.restat.versiculo , quòd si dominus clericus. Bart.
& Bald.in d.l.venditor.de iudic. Ange. in l.qui ab-
sentem.ff.de procur.& in l.si ciui.§.penul. ff.de ac-
cusa.Bart.in l.procurator.ff.ad exhiben. §.fi. & Sa-
lycet. in l.j. C. vbi in rem act. & ibidem Ioan. Fab.
Ang.in l.non solùm.§.quod vulgò. ff.de vsuc.Petr.
de Ancha.in c.significasti. de foro competen. & in
c.ea quæ.de regu.iur.in vj.Arcbid.in d.c.clericum
nullus.vbi subdit ,quòd poterit defendere cum li-
4 centia sui episcopi : clericus enim venditor * te-
netur sequi forum emptoris , hoc est sui iudicis se-
cularis , & non ecclesiastici:quia est tanquam me-
rus & necessarius defensor emptoris : vt dicit Bal.
in d.l.venditor.de iudic.& ibi Alberi. Petr.de An-
char.in c.fin.de emptio.& vendi.iij.nota. Corn. in
consilio lxxix.in hac consultatione. Albert. in l.ij.
C. vbi in rem actio.& Baldus in l.j.C.eod. tit.& in
l.emptor.C.de euictio. Aufre.in Clem.pastoralis.ij.
regula. & v.fallen. vbi dicit ita seruari de consue-
tudine in præsenti regno. Angelus & Imol. in di-
cta l.vẽditor.vbi Imol.subdit ita fuisse determina-
tum. Paulus de Cast.autem tenet contrarium , vi-
delicet , quòd debeat remitti ad iudicem ecclesia-
sticum , secutus Specul.in titu. de primo & secun-
do decreto.§.restat.versiculo , quid si dominus.&
idem consuluit Socin.consilio xcj.versiculo, con-
firmatur.iij.volum.Sed Alber.de Rosa.in suprà di-
cto §.quòd vulgò. illa quæstio de qua Angelus ibi
loquitur , fuisse Parmæ pro episcopo eiusdem, qui
causam suorum inquilinorum susceperat , agita-
tam , & edictum ipsum coram iudice seculari te-
neri defendere.& idem dicit in ecclesia , quæ rem
laico vendidit.& idem tenet Guliel. Benedi.in re-
petitione capituli Raynutius. versiculo , similiter
cognoscunt iudices seculares. Nec militaret:quia
iudicium non contra clericum ,sed contra possi-
dentem principaliter dirigitur nomine proprio,
licet clericus ibi veniat vt asisistat , & causa bene
tractetur , contra eum tamen nihil agit. Ideo iura
loquentia de iudice laico , cognoscente de causis
clericorum , non possunt in hoc applicari : quia
nullatenus causam clerici eo casu, sed laici cogno-
scit. Nec obstaret , quòd indirectè per quandam
consequentiam condemnat ipsum clericum : quia
hoc non debet esse in consideratione:ex quo licet
5 in consequentiam, * quod non liceret principali-
ter:per textum in l.interdum.§.qui furem.ff. de fur
tis.iuncta l.solemus.ff.de iudiciis. & l.quarta.ff. de
authoritate tutor.& bene consideratur capitulum
cum sit generale.de foro competen. cùm ibi nota-
tis:quia absoluto reo laico conuento per clericum
coram iudice seculari,satis constat clericum acto-
rem effectualiter condemnatum. Nec militat
regula , cùm quid. de regulis iuris. quia debet in-
telligi inspecto fine , secus autem , si inspiciatur
modus : quia * quod vna via probibetur, alia per- 6
mittitur. ita ibi dixit Domin.& Abb. in capitulo,
tuæ.de procuratoribus.vnde huiusmodi condem-
natio clerici per iudicem laicũ esset in consequen-
tiam accessoriè , & non principaliter : & sic * na- 7
turalis & non accidentalis. Quo casu etiam res spi
ritualis accedit rei temporali : vt in simili singula-
riter dicit Baldus in capitulo dispendia. de rescri-
ptis.in vj.secus,si fuisset accesio accidentalis,quia
tunc esset admittenda coram iudice seculari: sicut
dicimus in simili in reconuentione , quæ est quæ-
dam accesio : vt dicit gloss.in capitulo j.de rescri-
ptis. in vj. & eandem opinionem reperio tenuisse
Angelum de Aret.institut.de except. super rubric.
vbi longè melius reassumpsit istam quæstionem, &
ibi refert Fulg.in dicta l.venditor.firmantem istam
opinionem, quòd clericus eo casu non poterit vti
tali declinatoria , non obstante glo. in c. clericum
nullus. quia eam secundum ipsum aliqui in cõtra-
rium adducunt. & dicit ipse quòd gloss. non dicit
contrarium.Sed potius opponendo de d.l. vendi-
tor.respondet : non propter hoc clericus efficitur
de foro emptoris,licet defendat.& ita etiam intel-
ligit Abb.dum dicit bene intellectam dictam glo.
in cap.si venditori.extrà, de empti.& venditio. &
præsertim , cùm * causa clerici iudicetur spiritua- 8
lis respectu personæ clerici: vt firmant Ant.de Bur.
& Abb.in c.at si clerici.de iud.& sic eo casu cõstat,
nec principaliter nec incidenter iudicẽ secularem
posse de ea cognoscere:per textum in c.tuam. cum
glo.sua ordina.cognitio. Idem reperio fuisse deci-
sum per Capell.Tholosanam in sua decisio. ccclx.
incipiente , Item fuit quæsitum.in glo.sua , & sub-
dit ita seruari Tholosæ in curiis secularibus. Idem
tenet & sequitur Gulielmus Benedictus in sua re-
petitione capituli , Raynutius. in verbo , vxorem
nomine Adelasiam : numero 417. Idem refert &
sequitur per multa media Anton. de Burgos de Sa-
lamanca , in repetitione capituli , si venditori.ex-
trà de emptio.& venditio.Et licet ista opinio mul-
tum mihi adplaudat , maximè cum maioribus au-
thoritatibus quàm plurimorum doctorum & non
modicæ authoritatis : vt suprà fulciatur : attamen
reperio, quòd Angel.variauit. & in dicta l.vendi-
tor, tenet contrarium, videlicet , quòd potest cle-
ricus euictionarius forum declinare iudicis laici.
& idem tenet & sequitur Ange.de Aret. in §.actio-
num.institut.de actio. vbi tenet * quòd potest fo- 9
rum declinare. & quòd ita seruatur de consuetu-
dine. Idem tenet Afflic.in constitutione regni : si
quis in posterum.eandem opinionem sequitur An-
tonius Capycius Regius Consiliarius per multa
tempora,& vsque ad eius obitum,in decisione con
silij : quas ipse congerit , & propriè in decisione
cxcvij. incipiẽte: In causa Siberti tenet.vbi relata
suprà scripta opinione tenentium , quòd non po-
test clericus petere remissionem , subdit quòd So-
zin.in suo consilio xlvj.in iiij.volum.dicit dictam
opinionem esse communem , & quòd idem tenet
Abb.in c.fin. de empt.& venditio. licet nos tenea-
mus & seruemus in S.consilio , quòd clericum au-
thorem

thorem laudatum remittimus, & cõtra emptorem ab eo causam habenté procedimus. & faciunt bene dicta Lanceloti Decij, in dicta l. venditor.ego tamen ex præmissis perplexus recordatus sum annis xx.elapsis, existens patronus causæ Iulij Trabuchi Guanterij, qui laudauerat in authorem presbyterum Hieronymum super venditione cuiusdam terræ, pro qua fuerat sibi lis mota, qui presbyter dum petisset causam remitti ad suum iudicem ecclesiasticum, non fuit aliter processum per sacrum Consilium contra clericum: sed in sententia, per quam fuit præfatus Iulius condemnatus, fuit reseruatum ius eidem Iulio contra dictum dominum Hieronymum: & pariformiter annis sequentibus in causa nobilis Francisci comi, mota sibi lite per monasterium sanctæ Claræ, nomine cuiusdam suæ monialis, Franciscus ipse laudasset in authorem monasterium sancti Dominici, à quo causam habuerat super domo, in qua sibi lis mota fuerat:& monasterium sancti Dominici petiisset se remitti, fuit tandem decretum per sacrum Consilium esse procedendum in causa ipsa inter laicos dimisso monasterio præfato sancti Dominici: in quibus causis fuit magister actorum egregius Theseus Pisanellus in prima: & in secunda præmissa Ant. Mancusius, & tandem me referente in sacro Consilio fuit decretum per sacrũ Consilium communi voto esse procedendum in causa ipsa inter laicos tantum per sacrum Consilium dimisso monasterio sancti Hieronymi. quo decreto publicato, œconomi monasterij præfati iudicium ipsius causæ susceperunt in sacro Consilio, agnoscentes bonam fidem: & causam prosequuntur, defendendo emptoré: & fuit de præsenti mense Iunij, 1541. Postquam diu pronuntiatum ita fuisset per plures annos, reperi illustr. Nicol. Boër. præsidentem sacri Regij consilij. Burdegalẽsis dignissimum, post multa & infinita, quæ allegat in hac materia in decisionibus suis, in dicto consilio. & signãter in decisione lxxix. nume. xxvij. super quæst. in fin. subdit
10 quòd * clericus venditor tenetur sequi forum emptoris. & suprà dicta prima opinio, quo ad realitatem & ex ea depẽdentem, est de iure communior, & verior, ac tutior: quia periculosum esset in iis loqui contra ecclesias, ecclesiasticásque personas, & bona eorum, est ratio, quæ pro religione facit. l. sunt personæ. ff. de relig. & sump. funer. tamen secunda opinio, videlicet, quòd clericus teneatur sequi forũ emptoris, de facto in illo regno seruatur: sed quo iure, vt inquit Steph. aufr. in d. q. cxxvj. defendi debeat talis stylus, nõ video: sed istos inter alios casus descriptos in stylo allegato exorbitãtes à iuris communis dispositione tolerari oportet.

SVMMARIVM.

1 *Stuprans virginem immaturam, secundum vnam opinionem, tenetur pœna capitali mortis naturalis.*

2 *Stuprans virginem immaturam, secundum aliam opinionẽ, si est humilis, damnatur in metallum: honestius in insulam relegatur: aut in exilium mittitur. Et ita seruatur & decisum fuit, condemnandum per septẽnium ad seruitia regiarum triremium, prout conuentus fuit.*

DECISIO XXII.

De præsenti mẽse Iunij, 1541. dum fuisset exposita querela in magna curia vicariæ contra Franciscum Macoculum de villa S. Archangeli, per Palombam de casoria, & eius patrẽ vix septennium excedentem, quam immaturam corruperat stuprando, seras suæ virginitatis aperiendo, intantum quòd medicorum celeri suffragio indiguerit: & dum inquisitus ipse confessus delictum decreto eiusdem magnæ curiæ per septennium deportatus fuisset ad seruitia Regiarum triremium ad remigandum, necnon & pariter condemnatus ad dotandum puellam præfatam, essẽtque demum appellatum ad sacrum Regium Consilium à minoritate pœnæ: dicebat magnificus fisci patronus inquisitum ipsum debuisse vltimo supplicio cõdemnari, inhærendo appellationi supplicantis, & hoc per d. Bal. in l. si quis non dicam rapere. C. de episc. & cle. vbi formaliter * inquit, quòd si ipse haberet 1
talem stuprantem immaturam præ manibus, eundem suspenderet. Idem reperio tenuisse Io. Fab. in §. item lex Iul. insti. de publ. iud. & ibi subdit, quòd consuetudinarij dant pœnam mortis. & eandẽ opinionẽ secutus est Franc. Curt. iunior. in l. transigere. C. de transactio. intelligendo tamen d. Bald. vbi interuenit violentia & non aliter: & subdit, quòd ita intelligẽdus est text. in l. si quis aliquid. §. quod nondum. ff. de pœn. & ita dictum declarari per Io. bapt. de S. Seue. in repe. l. si qua illustriss. ad Orficia. Ego tamen dixi non esse recedendum à Paulo iureconsu. celeberrimo in d. l. si quis aliquid. dum ibi formaliter * dicit, qui nondũ viripotẽtes virgines 2
corrumpunt, humiliores in metallum damnantur, honestiores in Insulam relegantur, aut in exilium mittuntur. & idem cum Paulo iureconsu. concordat Gulicl. decuriæ, authoritatis non modicæ, in præfata l. si quis non dicam rapere. Reperio insuper quòd Guid. papæ præsidẽs parlam. Gratianop. in sua decisione seu q. ccccclv. dicit se vidisse dubitari in camera dicti consilij in anno 1461. in quo parlamento tunc præsidebat Io. Baiuli V. I. D. qui dicebat huiusmodi delictum non potuisse perfici in talem puellam non viripotentem, allegando l. j. §. fi. ff. de var. & extraordin. cogni. & subdit insuper ita fuisse iudicatum in Breduno, tempore quo ibi residebat. Aliqui tamen ex dominis parlamenti dixerunt fore puniendum, ac si perfectum fuisset: cum in talibus attendi debeat etiam volũtas cum aliquo actu extrinseco, licet actus non perficiatur. d. l. si quis non dicam rapere. subdit tamẽ ipse Guido se fuisse opinionis præfati domini præsidentis: non tamen per d. l. quam allegauit: sed per tex. qui hoc clarius probat in d. §. nondum. ff. de pœn. & in l. si stuprũ. ff. de iniur. & quòd tales non debeãt capite puniri, & quod ita fuit conclusum, prout in text. præfato. Vnde ex præmissis fuit par sacr. reg. Cons. comprobatũ decretũ ipsius mag. Curię, & executũ.

SVMMARIVM.

1 *Iniuria pro qua non conueniret adire præsidem, vt quia fortè poneretur res in derisum, & iniuriatus reputaretur vilis, operatur vt quis possit propria authoritate se vindicare, licet modum excedat.*

2 *Iniuria facta vni de agnat. toti agnat. facta videtur.*

Iniur

3 *Iniuria si communis esse videtur in agnatione, satis adparet tractari de proprio interesse cuiuslibet de agnatione.*

4 *Iniuria facta patri, dicitur facta filio: & econtrà.*

5 *Pater & filius censentur vna & eadem persona, propter connexitatem, quæ est inter eos.*

6 *Homicida licet quod fecit semper expectet, tamen est in facultate iudicis ipsum non condemnare ad mortem: sed deportare si vult: maximè, quando ex iracundia, & sic ex non leui causa motus homicidium commisisset.*

7 *Delinquens dum est persona honesta, nec aliàs solita delinquere, potest sibi pœna ordinaria diminui: imò indulgeri.*

8 *Crimen committens ex aliqua causa motus, licet iniusta, ex quo deberet capitaliter puniri, excusabitur à pœna prædicta, ratione illius causæ, licet iniusta.*

9 *Nobilitas alleuiat pœnam delicti delinquēti intantum quòd pœna minoratur.*

10 *Nobilis in pœnis criminalibus mitius punitur, quā popularis.*

11 *Pœna delicti mitigatur minori ob minorē ætatem, etiam in delictis grauibus.*

12 *In pœnalibus omnibus iudiciis, ætati & imprudentiæ succurritur.*

13 *Minor delinquens dolosè, & in delicto, in quo maiori veniret imponenda pœna mortis naturalis, attamen minori minorabitur. Imò iudex minorare tenebitur: & aliter faciendo, erraret ibi.*

14 *Salomon dum immane illud commisisset delictum, vt mille mortibus dignus haberetur, propter Dauid tamen concessurum se Dominus regnum eius integrum dicit.*

Ezechias cùm in pericula extrema venisset, quamuis & ipse iustus esset, tamen pro beate Dauid dicit se dominus ei auxilium laturum. ibid.

15 *Pœna diminutio in delinquente erit causa iusta, propter multa seruitia præstita principi seu reipublicæ.*

16 *Pœna quæ datur minori pro delicto capitali mortis naturalis, in maiore erit deportatio. & nu. 18.*

17 *Virtus nulla in principe generosior est misericordia, vel admirabilior clemētia, iuxta dictum ibi.*

DECISIO XXIII.



VM fuisset mihi nomine regio iniunctum per literas illustr. Proregis, mihi directas, vt statim me conferre debuissem ad administrationem officij iudicatus magnæ curiæ vicariæ, in locum Poli Hispani regij consiliarij, & ibi tanquam regius consiliarius, & iudex eiusdē magnæ curiæ illud exercere debuissem per annum vnum integrum, ex quo ita complacebat regio seruitio. Et dum libenter paruissem, inde ad paucos dies contigit casus, quod magnificus don Cæsar Spes, filius Capitanei Spes, Carceratus & inquisitus in eadē magna curia de homicidio in personam presbyteri, eius vasalli, quod de plano confessus, etiam ratificauit. Et dum in collaterali Consilio & coram illustrissimo domino Prorege ibidem assistente de pœna prædicti admissi discuteretur, & causa ipsa relata per magnificum Hectorem de Iesualdo iudicem, & quarto loco votassem, post tres iudices consocios dicebam, præmittendo in facto verificatum, quòd præfatus presbyter pluries de nocte in iniuriam præfati Capitanei Spes, & eius domus lapides proiecisset aduersus ianuas domorum eiusdem, necnon & fenestrarum, in quibus capitaneus ipse cum eius vxore & filiis degebat, vocando vocibus & clamoribus altissimis eundem cornutum, & eius vxorem meretricem.
Vnde * succedit iuris dispositio, quòd cum de hu- 1
iusmodi atroci iniuria non conueniret adire præsidem, quia fortè poneret rem in derisum, & iniuriatus reputaretur vilis, operatur vt quis possit propria authoritate se vindicare: licet modum excederet. Ita singulariter consuluit Paul. de Castr. in suo cōsilio cxl. in causa carceratorum. & refert & sequitur Augu. Ari. in addit. ad Angel. in tractatu maleficio. in ver. Andræam auxiliatorem. Nec posset obstare, quòd iniuria huiusmodi non inferebatur eidem don Cæsari, sed eius parentibus: cum satis afficiebatur ipse iniuria, dum fiebat per dicti presbyteri verba, filius cornuti patris, & matris
meretricis: & nihilominus iniuria * facta vni de 2
agnatione, toti agnationi & consanguinitati facta dicitur ac censetur: vt probat textus in l. vnica. & ibi Bal. C. de rap. vir. in v. notab. Bart. in l. lex Cor. ff. de iniur. & facit vrgens ratio: quia cum iniuria
* cōmunis esse videatur, satis verti dicitur de pro- 3
prio interesse ipsius don Cæsaris. Ita in specie consulendo tenet Dec. in consilio cxxxiij. primo not. nam eo casu causa propria dicitur, vbi adparet versari de vindicta iniuriæ. Idem tenet Salice. in l. parentes. de testib. Anto. de Butr. in c. cùm oportet. & ibi Fely. extrà de accus. & consuluit Sozi. consilio xvij. iiij. vol. Bal. in l. cum scimus. C. de agri. & cens. lib. xj. & in l. vnica. C. si quacun. præd. pot. & plenè
Ias. in l. si ita sti. §. Crisogonus. ff. de ver. ob. & * ma- 4
ximè, quia iniuria facta patri, dicitur facta filio, & econtra. l. j. §. & si fortè. & §. vsque adeò. ff. de iniur. l. sed si vnus. §. filiusfamil. eod. titu. & §. patitur.
iost. eod. tit. quod etiam comprobat * ex connexi- 5
tate inter patrem & filium, qui censentur vna & eadem persona: vt in §. hac authoritate. xxxv. q. iij. & l. cum scimus. circa fin. de agr. & cens. lib. xj. Nec pariter militaret, quòd talis vindicta non fuit in continenti, sed longè post annum à die illatæ iniuriæ, cùm plenè doctum fuerit presbyterum ipsum nunquam rediisse ad habitandum in terra Bouini, & sic præ manibus haberi non potuisset ante tempus præfatum, & sic se vindicauit, quamprimum
habuit facultatem vlciscendi: & licet * homicida, 6
quòd fecit semper expectet, per l. iij. C. de episc. au. tamen est in facultate iudicis ipsum non condemnare ad mortem, sed deportare si vult, maximè quando ex iracundia, & sic ex non leui causa motus, id faceret: vt voluit singulariter Rom. in l. cum mulier. ff. sol. mat. per text. in l. lex Iulia. C. ad l. Iul. repe. quem tex. pro valde not. alleg. Bald. in l. addictos. C. de episc. aud. & pro mirabili sequitur Fely. in c. dilecti filij. de exce. quod maximè concedendum est in casu præmisso, in quo * liquet quòd per- 7
sona ipsius delati est honesta, nec aliàs solita delinquere: quo casu potest iudex pœnam ordina-

riam

riam minuere, imo & indulgere: vt in l. si post idoneum. & l. & si seuerior. C. de infam. & l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his, qui no. infa. & in l. in seruorum. ff. de pœn. Ita inquit pulchrè Gād. in tract. malefic. in titu. vtrum pœna posſit augeri. Quibus etiam accedat, quod dixit ſatis pulchrè Ange. in l.
8 prætor ait. §. hac actione. ff. vi bo. rapt. quod * committens crimen aliqua cauſa motus, licet iniuſta, ex quo crimine veniret aliàs imponẽda pœna mortis, excuſabitur à pœna prædicta, ratione illius cauſæ, licet iniuſtæ. Idem ſequitur conſulendo Alex. de Imo. in conſi. cxxvij. in iiij. volu. Franc. de Aret. in conſi. lxix. Conſiderandum inſuper, quòd iſte magnificus inquiſitus, eſt nobilis & generoſæ proſapiæ, prout conſtat vobis excellẽtibus ac magnificis dominis Hiſpanis, & præſertim veſtræ il-
9 luſtriſsimæ dominationi, * & clariſsimi iuris eſt, quòd nobilitas in delato, eſt cauſa potiſsima minorationis pœnę delicti patrati, adeò quòd ob nobilitatem pœna minoratur: vt pulchre tenet Luc. de pen. in l. ij. C. de deſert. libr. xij. Hinc Cicero in lib. Rheto. dum de deprecatione docet, inquit: vt hæc ignoſcẽdi ratio quæreretur ex his locis, ſi plura aut maiora officia, quàm maleficia videbuntur conſtare, ſi qua virtus aut nobilitas erit in eo, qui ſupplicabit. facit tex. in l. ſplẽdidiores. C. de diuer. offic. lib. xij. vbi crimina nobiliorum facilius occultantur: & dixit etiam Luc. de pen. in l. nobiliores. in ij priuil. C. de digni. eod. lib. hinc tex. in l. nemo. & ibi Cyn. C. de ſum. trini. & fide cath. quòd in
10 pœnis corporalibus * mitius puniuntur nobiles, quàm populares. & facit l. edictali. §. j. de pace iuramẽt. & tenet Alb. de Roſ. in l. presbyteri. C. de epiſc. & cle. Luc. de pen. in l. j. C. de conduc. & procu. lib. xj. & ſequitur Paris de put. in ſuo trac. ſynd. in ver. iuſtitia. Et eſt bonus tex. in c. fi. de pœn. & in ca. qui contra. xxiiij. q. j. & quòd nobilitas ſit cauſa minorandi pœnam, adparet in l. eiuſdem. §. penulti. ff. de adul. & quod not. in l. ſi adulterium cum inceſtu. in prin. ff. eo. tit. & ſequitur Marſi. in l. ſi quis viduam. in fin. ff. de quæſti. vbi ſubdit quòd ita ibi ſol. gl. ex qua not. & tene menti, quòd dignitas ſeu nobilitas eſt cauſa minorandi pœnam, vt hic. & in d. l. eiuſdem. vbi videas gl. no. hoc limi. in ver. deportantur. Accedit denique miſeratio ætatis, cũ plenè inquiſitus ipſe docuerit tunc temporis delicti patrati, ac etiam hodie, non excedere ætatem xvij. annorũ, & aſpectus corporis probationi huiuſmodi ſuffra-
11 gatur. & notiſsimi iuris eſt, quòd * minor committens delictum, etiam dolosè prout hic, ex quo maiori veniret imponenda pœna mortis naturalis: attamen minori minorabitur pœna, intantum quòd nedum poteſt iudex, verùm etiam tenetur pœnam ipſam minori minorare. & licet Bal. in l. quicunq;. C. de ſer. fug. aliter ſenſerit. Et quòd in delictis etiã grauibus propter minorem ætatem debeat pœna mitigari, facit text. in l. auxilium. §. in delictis. ver. niſi quatenus. interdum miſeratio ætatis ad mediocrem pœnã perduxerit iudicem. Ita conſuluit dec. in cõſi. ccccccxxxv. requiſitus à magnifico domino.
12 iij. vol. circa fi. conſilij. & ibi ſubdit, * quòd in omnibus pœnalibus iudiciis, ætati, & imprudẽtiæ ſuccurritur: per regulã iuris: quòd ferè & propter imprudentiam videtur. quis obligari ex quaſi maleficio. l. fina. ff. de var. & extraor. crim. per l. ex maleficiis. §. ſi iudex ff. de actio. & obli. Ita Decius ibi. Et quòd iudex ceſſante dolo poſsit pœnam minorare, ſi voluerit, attamẽ quòd ipſam minorare omnino teneatur, tenent Bal. Sali. & Pau. de Caſ. in l. & ſi ſeuerior. C. ex qui. cau. infam. irrog. Saly. & Pau. de Caſt. in l. j. C. ſi minor aduer. delic. & plenè Alex. de Imol. in d. l. & ſi ſeuerior. refert & ſequitur ibidem do. Anto. de Alex. inſignis doctor & Viceprotonotarius. ac ſi præſidens ſacr. Reg. Conſilij, in d. l. & ſi ſeuerior, aſſerens ita tenere & melius modernos Bono. id eſt, ipſum Alex. qui tunc temporis moder. Bonon. erat. & idem d. Ant. in l. j. C. ſi minor aduer. delictum. & rectè intuenti idem adparebit tenuiſſe Bar. in d. l. quid. §. pœna grauior. ff. de infam. & conſuluit pulchrè Ludo. Bolog. in conſi. xxxvij. alias in præſenti caſu. & iſta eſt communis opinio, quam communem firmat Angel. in tract. malefi. in ver. ad hoc colloquiũ & tractatum. viij. col. ſubdens quòd licet minor debeat criminaliter puniri, nunquam tamen punietur lege Cornelia de ſicar. ſed mitius: & aliter faciendo, erraret. & eſt optima glo. in l. impunitas. C. de pœn. idem conſulendo tenuit Cuma. in conſi. xcv. & idem reperio tenuiſſe Augu. Arimi. in addit. ad Ang. in ver. ſcienter & dolosè. vbi formaliter & in particulari dixit, quòd ſi minor occidit, non credit decapitari debere: ſed ratio ætatis, iuſta erit cauſa diſpenſandi cum eo, quòd minori pœna afficiatur. & dicit ita dixiſſe Barto. in terminis in l. adminiſtrantes. §. fin. ff. de excuſatio. tutor. quòd quidem non valui reperire in Bartol. meo. & Bal. in d. l. & ſi ſeuerior, addit id probari per tex. in l. ſi adulterium cum inceſtu. §. imperatores. ff. de adult. quia quando in delicto eſt minor dolus, mitius punitur: ſed in minore non eſt tantus dolus, quantus in maiore: vt dicit Bal. in d. l. & ſi ſeuerior. ergo &c. Et ſic ex præmiſsis infero ad veriſsimã iuris concluſionem, quòd vbi ex aliqua cauſa minorari debet pœna, illa * minorata non debet eſſe cor- 13
poris afflictiua: vt dixit Bald. in l. data opera. C. qui accuſa. non poſſ. Ange. in tract. malefic. in ver. præſente Caio & app. refert etiam & ſequitur Marſil. in ſua practica cauſarum crimina. ſubdens id eſſe perpetuò menti tenendum. & idem cõſuluit Marſi. in ſuo conſi. xxiiij. viſo puncto. quaſi præſentiens caſum hunc ſubdens pro his facere, quæ dicuntur in minore delinquente: quia licet cõmiſerit delictum puniendum pœna mortis: tamen ob minorem ætatem non punietur tali pœna, nec alia corporali: vt habetur in l. j. §. impuberes. ff. ad Sylla. & in l. excipiũtur. eo. tit. & in l. de minore. in prin. ff. de quæſt. & in c. j. & ij. extrà de delict. puerorũ. Suffragantur vltimò, præfato inquiſito, merita & ſeruitia præfati magnifici Capitanei Spes eius genitoris, qui per tempus ferè quadraginta annorum inſeruiuit Regi catholico glorioſæ memoriæ, & ſucceſsiue Cæſa. maieſtati, & fideliſsimè ac ſolertiſsimè vſque in hodiernum diem, cuius quidem merita & ſeruitia non modicum ei ſuffragari debent ad pœnæ di-
minutionem: nam * & Salomon cum immane illud 14
admiſiſſet ſcelus, vt mille mortibus dignus haberetur; propter Dauid tamen conceſſurum ſe dominus regnum eius integrum dicit. Ait enim: Scindens ſcindam regnũ de manibus tuis, & dabo illud

tet impugnauerit, consensisse videtur, ac eidem ac-
quieuisse, per regulam: qui tacet. de reg. iur. & idem
dicendum erit, siue præsens sententiæ, siue absens
sententiatus fuisset: & post longum interuallũ non
1 contradixisset: cũ ex decursu & * antiquitate tem-
poris omnia necessaria requisita interuenisse & so-
lenniter processisse præsumatur, cum verba narra-
tiua .n sententia inducant præsumptionem, & ius
inter partes, & iuris & de iure: quæ non admittit
probationem in contrarium, nisi per cõfessionem
partis: secundum glos. nu. in authen. de æqual. dot.
§. j. hinc dixit Bald. in capi. j. §. sancimus. quo temp.
2 mili. quòd lata * sententia contra aliquem si obij-
ciatur ipsam non fuisse infrà instãtiam lata, tamen
propter antiquitatem temporis præsumetur infrà
instantiam lata, licet de ea non adpareat. & istud
etiã tenet idem Bal. in c. j. de mil. vasal. qui cõt. est.
& in cap. quoniam contra. de probat. Nec obstaret
3 dicere, quòd sententia * non probat acta iudicij
præcessisse & processum: quia cũ transiuerit in rem
iudicatam, habet præsumptionem pro se, quo ad
rectitudinem processus, & etiam quo ad instantiã:
vt not. glos. Inn. Anto. de But. & cæteri doct. in d. c.
quoniam contra falsam. Inn. in c. bonæ. el j. de elec.
& in c. cum in iure. de offic. deleg. Fede. de Senis in
consi. clxv. Guliel. de Cu. in l. ij. ff. de in ius voc. do-
mini de Rota in decis. cccc xvij. & videtur casus in
d. c. bonæ. & Bal. in l. j. in fin. C. de exce. rei iud. nam
4 * per lapsum x. dierum in non appellando, dicitur
quis acquiescere sententiæ. l. ad solutionem. cum
ibi no. C. de iud. Bart. & doct. in l. si quis separatim.
in fin. ff. de app. ergo non appellans videtur tacitè
in sententiam consensisse. l. ab eo. C. quomodo &
quando iud. c. quo ad consultationem. de re iud. &
sic cum de dicta sententia non fuerit aliter prouo-
catum, pro veritate seruanda est. l. ingenuum. ff. de
5 stat. homi. c. cum inter nos. de re iud. & sic * omni-
no pro sententia ipsa à quo non fuit appellatũ, &
quæ transiuit in rem iudi. præsumendum est, vt su-
prà & idem etiam firmat Inno. in c. cum inter nos.
& in c. sicut. de re iudi. & in c. pastoralis. §. quia ve-
rò. de offi. dele. Rota in cõclu. ccxcvj. Item, si peta-
tur executio, vbi indiffinitè firmat, quòd siue sen-
tentia fuerit lata in præsentem, siue in contuma-
cem absentem quomodocũque, quia absentia con-
tumacis repletur rei præsentia. c. veritatis. de dolo
& contu. c. ij. de arbit. in vj. l. properandum. §. sin au-
tem reus. de iu. Ita decidit Ant. de But. in præalle. c.
quoniã contra falsam. vbi ostẽdit esse casum in d.
c. bonæ. & tenet Spec. Io. And. in tit. de sen. prola. §.
vt autẽ Io. Cal. in d. c. quoniam cõtra. Imo. & Rom.
in l. iiij. §. cõdemnatum. de re iud. & in c. cũ in iure.
de offi. dele. & ibi subdit Io. de Imo. ꝙ illã est com-
munis opinio, & idẽ firmat Imo. & Ant. de Butr. in
6 c. in præsentia. de renunt. postquam * enim senten-
tia transiuit in rem iudicatam, cuiuscũque iudicis
fuerit, habetur pro veritate. l. res iudicata. ff. de re-
gul. iur. c. cum inter. de re iudi. & ex ea resultat præ-
sumptio iuris & de iure, contra quam non admit-
titur probatio in contrariũ, nisi per confessionem
partis. Bart. in l. Iulia. verùm debitorem. ff. de cõdi.
indeb. Bal. in l. cum quis. C. de iur. & fac. ignor. Bal.
in l. filium. C. fami. erci. Capol. in caut. xxiiij. si sen-
tentia lata, quia postquam trãsiuit in rem iud. præ-
sumitur pro rectitudine & rectitudine, quando non
fuit ab ea appellatum, prout hic: quia omnia præsu-
muntur ritè, & rectè & iustè facta, secundum Inn.
Panor. & omnes in ca. bonæ. de elect. & plenè con-
suluit Curt. senior, in consil. lxv. xvj. col. versi. post-
quam enim transiuit. maximè * si esset lata contra 7
absentem, & elapsum fuisset biennium post senten-
tiam, quia tunc præsumitur pro sententia etiam si-
ne actis, secundum Host. in c. cum inter. de re iudi.
& in c. præsentia. de renun. quem sequitur Io. And.
& Card. in c. quoniam cõtra falsam. de probat. Bal.
in c. j. de mil. vasal. qui contumax est. & in l. eman-
cipato. C. de fide instru. & in l. j. ver. extrà quarto. C.
quando liceat tertiò prouoc. Io. de Imo. in l. ex hac
scriptura. C. de dona. & ita consulendo tenet Alex.
de Imo. in consi. xxij. in ij. vol: subdens opinionem
hanc se solitum tenere semper in legendo, & cõsu-
lendo, quando biennium esset elapsum à tempore
sententiæ, antequam contra eam opponeretur: per
dictum Host. in d. c. in præsentia. & idem cũsuluit
ipso Alex. in consi. cxxxvj. in eo. vol. nã eo casu post
biennium dicitur sententia antiqua, & sic lata de
lõginquo: & ista est verissima opinio, quam etiam
tenet Frãc. de Aret. in consi. xxxvj. & plenè Calcan.
in consi. xv. præsertim, quia appellans à sententia,
docere debet se iustè appellasse. c. cũ in ecclesia. de
appel. & satis probatur ritè lata, eò maximè, quòd
non probatur contrarium: arg. l. super seruis. C. qui
mil. non pos. lib. xij. & facit, quia licet petens * exe- 8
cutionem sententiæ, debeat vltra sententiam pro-
ducere acta, tamen si transactum est bienniũ post
sententiam, non tenetur acta producere. Ita Bal. in
l. j. versi. extrà quarto. ne liceat tertiò prouoc. quia
tunc pro sententia transacta in rem iud. præsumi-
tur, etiam pro rectitudine processus. Ita Alex. in l.
aliud. in addi. ff. quando appel. sit. Facit etiam bene,
* quia breue tẽpus dicitur, quod est ante bienniũ: 9
& post biennium * dicitur longum tempus, vel ve- 10
tus. Ita Ioã. And. in c. clerici. de vita & honest. cler.
in glo. in ver. breuiori. & idem, vt suprà quòd præ-
sumitur pro sententia lata post biennium sequitur
Guido papæ in suo tracta. de præsump. quia eo casu
dicitur de antiquo lata. & etiam plenissimè tenet
Bertrãdus modernus doctor Gallicus, in suo cõsi.
ccxxxij. addendo eleganter in iij. volu. idem etiam
tenet Afflic. in constit. regni, vniuersos. iiij. not. &
rectè dixit Host. originaliter post biennium, quia
tunc sententia dicitur fecisse transitum in rem iu-
dicatam, cum instantia causæ appellationis de iure
communi sit annus: & ex causa biennium: vt in cle-
men. sicut. & in clem. quamuis. de re iud. & in auth.
item si. de tempo. appel. & tenet Cõpostel. in c. cum
dilectus. de consuet. Innocen. cap. innotuit. de his,
quæ fiunt à præla. sine consensu capit. Et ideò siue
pars fuerit præsens tempore sententiæ, & non con-
tradixerit incontinenti, aut post modicum inter-
uallum, videtur eo casu huic cõtradictioni vel ap-
positioni renuntiasse: & ideo amplius non est au-
diendus. Si autẽ fuerit absens, & post lõgum inter-
uallum non contradixit, eodem modo videtur ac-
quieuisse dictis verbis narratiuis sententiæ, & sic
post bienniũ præsumitur pro sentẽtia & processu:
per dictum Host. vbi suprà in c. in præsentia. de re-
nun. & in c. Alber. de testi. Et tamen sumus in sen-

rentia lata suprà iam sunt xiij. anni elapsi, quòd
12 * etiam dicitur longum tempus. nam tempus x. annorum duntaxat, dicitur longum tempus lege iij. §. seruus. ff. de acquirenda possessione. per glos. in lege prima. C. de seruis fugit. & ibi doct. & sequitur Aret. in præallegato consi. xxxvj. & idē Aret. c. quoniam contra. de probat. dicit formaliter. Imò possumus dicere, quòd sufficiat tempus decennij: quia talis diuturnitas facit præsumi solennitatem interuenisse. l. qui in alienam. ff. de acquiren. hæredit. in princip. c. ea noscitur. de his, quæ fiunt à prælat. Idem tenuit Andr. Barba. in suo consi. xviij. vbi dixit, quòd iudex debet interpretari sententiā suam esse valde antiquam, si post eam lapsi sunt x. anni. argu. l. filius. & quod ibi Bal. ff. de petit. hæred. & sequitur Bertran. in suprà dicto suo consil. ccxxxij. vbi subdit, quòd multi sunt, & quidem doctissimi
13 viri, & magnæ authoritatis, dicentes, * præsumi pro sententia, quæ transiuit in rem iudicatam, siue lata fuerit de præsenti, siue non: siue lata fuerit in præsentem, siue in absentem, & contumacem verum, vel fictum. Ita in particulari Abb. Panorm. & Imo. in dicto c. quoniam contrà. & ibi etiam subdit Imo. hanc opin. esse communem, in d. c. cum in iure. de offic. deleg. col. xij. & in dicto c. in præsentia. de remissi, & latissimè Roma. in l. sciendum. de verbo. obliga. & Imola in l. ex hac scriptura. de donat. & in l. iiij. §. condemnatum. ff. de re iudica. Ex quibus infertur vera conclusio, quòd cum constet de corpore foriudicati, prout ipsemet condemnatus fatetur se esse illum Andræam de Maxo, de quo in sententia & processu, iuxta doctrinam Barto. in l. Diuus. ff. de custod. reo. sententiam ipsam esse exequendam, & sic executa fuit. Et hinc sumpta occasione, fuit mihi iniunctum, vt compilare debuissem pragmaticam sanctionem, quòd lata sententia foriudicationis, magister actorum, sub pœna priuationis officij, debeat ponere infra biduum processum & sententiam, cum omnibus actis in archiuo ipsius magnæ curiæ, in arca ad id deputata, duntaxat cum duabus clauibus conseruanda: quarum vnam tenere debeat magnificus Fisci patronus, & aliam Regens ipsius magnæ curiæ, qui pro tempore fuerint. quæ pragmatica per me edita, & scripta manu Virgilij de Spenis, ac signata manu illustrissimi Proregis, nomine regio, & dominorum collateralis consilij, publicata & lecta fuit, curia pro tribunali sedente in palatio eiusdem magnæ curiæ, de mense Septembris 1541.

SVMMARIVM.

1 *Socius rixæ non est idoneus testis.*
2 *Socio itineris credendum non est: quia iniuria illata alicui, videtur etiam illata socio itineris.*
3 *Auxiliatores in delicto, vt dici possint, requiritur quòd ad delictum illud committendum fuerint deliberatè coadunati.*
4 *De homicidio contra aliquem, per alium perpetrato, tanquam auxiliantem, non est inquirendum, nisi expressè dicatur, quòd sciebat homicidiū committendum: secus si ignorabat, & talis ignorātia poterit solo iuramento probare. & nu. 5.*
6 *Occisus si quis fuerit in rixa casualiter, & constat de vulnere illato per vnum ex pluribus ibidem astantibus, non tenentur alij.*
7 *Malus semel semper præsumitur malus, & in eodem genere mali: & intelligendum est in eadem qualitate delicti, & ideo si quis alias verberauit aliquem, talis verberatio nō faceret præsumptionem in causa homicidij.*
8 *Vnus, ad hoc vt teneatur pro delicto alterius, oportet quòd præcesserit tractatus & ordinatio de conueniēdo insimul ad illud maleficium committendum: aliàs vnus non tenetur pro delicto alterius.*

DECISIO XXV.


AGNIFICVS Pyrrhus de Loffredo, dum de mense Iulij proximè decursi, post solis occasum, sisteret cum magnifico A. Filiomarino, & Ioanne Vincentio eius consobrino, in quadam porticu prope sanctam Sophiam, per quam pertransiens Antonius de Leone, cum Ioanne Bernardino eius socio, & eos respiciens nobilis Marcellus de Sylua, qui cū ipsis aderat, dixit transeuntibus, che voi misser Agresta. Illis autem progredientibus respondit vnus ex eis, che voi messer Acito. quod ægrè ferens prædictus Marcellus euaginato ense se contulit aduersus præfatos, plures ictus admenando: quod prædicti nobiles præuidentes, vt per fiscum prætenditur, & ipsos quoque arma extraxisse in fauorem præfati Marcelli, eodem magnifico Pyrrho clamante cum ense in manu, & dicente præfatis vt arma in vaginam reponerent. quod quū facere cœpissent, vnus ex eis præuentus à Marcello prędicto magis agili, vulneratus extitit in capite: & successiuè post paucos dies mortuus. Inquisitis igitur præfatis, instante fisco, per magnā curiam de auxilio & ope præstita ad committendum homicidium præfatum, hæsitatur modò per magnam curiam, quid dicendum in casu præfato, eisdem iam in fortiam curiæ existentibus. Et præmisso, quòd huiusmodi armorum extractio in fauoré præfati Marcelli non probatur, nisi per Ioannem Bernardinum, vnum ex præfatis duobus, qui se socium itineris præfati Antonij facit, & se pariter aggressum & insequutum per ipsos deponit: & sic videtur * quòd fuerit socius rixæ, quo casu non 1
potest esse idoneus testis. l. quoniam liberi. & ibi Bald. C. de testib. & in capit. veniens. & ibi not. eodem titu. Specul. in titu. de teste. §. primo. ver. item, quòd est socius. Præterea tanquam socio itineris præfati Antonij minimè credi potest nec * debet, 2
quia iniuria illata alicui, videtur etiam illata socio itineris. gl. est singularis. in l. item apud Labeonem. §. tenetur. ff. de iniur. & ideo credi non debet, tanquàm deponenti in causa propria. Ita singulariter consuluit excellens doctor, dominus Argentinus filius Rayner. de forl. ita vidisse de facto obseruari, quem refert & sequitur Bart. Cæpol. in suo consilio xxxij. Idem tenet Bald. in dicta l. quoniam liberi. Alexand. in dicta l. apud Labeonem. §. si. Bart. in l. iij. §. si tutore. de suspec. tut. Nunc autem dato absque veri præiudicio, quòd ipse qui vnicus est testis duntaxat in dicto suo, nec habet alium contestem, fidem faceret, non poterit præfatus magnifi-

cus

cus Pyrrhus, & pariter nec eius socij, qui ibidem interfuerũt, inquiri tanquam auxiliatores in rixa,
5 quia ad hoc, * vt quis teneri possit vt auxiliator, requiritur quòd ad illud delictum committẽdum fuerint expressè ac deliberatè coadunati, vt probat text. in l. iij. §. homines. ff. vi bon. rapt. quem ad hoc allegat Petr. de Anchara in consil. ccxvj. nos Barthol. de Salyc. Idem sequitur Felyn. in c. j. extrà de offi. deleg. alleg. Lud. Rom. in consil. cccclxxiij. circa propositum & c. & Bar. in l. omnes. C. de agri.
4 & censi. lib. x. quòd * non est inquirendum contra aliquẽ de homicidio per aliũ perpetrato tanquam auxiliatorem, nisi expressè dicatur, quòd sciebat homicidium committendum. Idem sequitur Felyn. in c. sicut dignum extrà de homicid. & in tantum dicunt * hoc procedere, quòd si ignorabat homicidium committendum, non tenetur de auxilio, & talis ignorantia potuit solo iuramento probari. Ita in proprijs terminis tenet Ias. de May. in §. sed iste. instit. de actio. per gl. singu. ita dicentem in l. si cui. §. si iisdem. ff. de accu. glos. in cap. ij. de tempo. ordi. in vj. & sequitur idem Iaso. in repet. l. admonendi. ff. de iureiuran. & ita post omnes consulendo concludit domi. Bartho. Cassan. in suo consi. lviij. licet pro parte discreti. vbi post consilium factum per tres excellentes doctores, de quo per Pet. de Anch. vbi suprà in suo consi. ccxvj. nos Bartol. de Salyc.
6 concluditur, * quòd in rixa, quæ casualiter euenit, si occiditur vnus, & constat de vulnere illato per vnum ex pluribus ibidem astãtibus, non tenentur alij, vt ipsi dicunt in consilio præfato. Nec militaret, quòd præsumẽdum esset contra alios, maximè contra magnificum Pyrrhum tanquam rixosum, cum adhuc non est annus elapsus, quòd dedit alapam cuidam famulo Capitanei intus ecclesiam sanctæ Mariæ Magdalenæ, ob quod deterus & carceratus fuit per multos & complures dies, & sic à solitis arguendo. Nam rectè considerando, regula
7 quæ se habet, quòd semel malus * semper præsumitur malus, & in eodem genere mali, intelligenda est in eadem qualitate delicti. nam si quis aliàs verberauit aliquem, talis verberatio non faciet præsumptionem demum, quo ad homicidium in alterius personam, vt firmat pulchrè Bald. in lege finali. ff. de hæredibus instituend. & ideo talis verberatio non faciet præsumptionem in causa homicidij. ita in particulari decidit Felyn. in capi. afferte. extrà de præsumpt. & consuluit Bartho. Cassan. in prællegato consil. lviij. & eandem opinionem de qua suprà, tenet & sequitur Marsil. in sua practica causarum criminalium. in versicu. seu. §. constante. versic. & sic. sed quòd ad hoc vt vnus tenea-
8 tur ex facto * alterius, oportet quòd præcesserit tractatus & ordinamentum de conueniendo in simul ad maleficium committẽdum, aliàs vnus non tenetur pro delicto alterius. & insuper subdit, quòd ea quæ casualiter fiunt, non ex proposito, non sunt in consideratione, & per consequens non puniuntur. Ita dixit Abb. in consil. lxij. in controuersia. in fin. volumi. Ex quibus concludo, præfatos magnificos nobiles, aliter de prætensa ope seu auxilio minimè teneri, maximè cum probauerint arma extraxisse ad sedandum rixam, acclamando pluries, fateue adrieto, fateue adrieto. & per consequens ipsos esse sub fideiussoribus à carceribus liberandos. & ita executum fuit per ipsam magnam curiam communi voto.

SVMMARIVM.

1 *Iudex domicilij siue originis de quocunque crimine alibi commisso, siue graui, siue leui, cognoscere potest: sicut ratione contractus alibi gesti, siue ratione rei alibi sitæ, potest cognoscere. & numero 2.*
3 *Remissio in delictis hodie de consuetudine non fit: & an alia consuetudo teneat.*
4 *Remissio in delictis debet peti per iudicem loci delicti, aliàs posset de delicto ipsó alibi cognosci.*
5 *Remissio debet petruantè quàm inquisitus sit condemnatus, quia condemnatus non remittitur. Remissio hodie non fit, nisi in locis subiectis vni præsidi. ibid.*
6 *Iudex domicilij seu originis non potest inquirere seu cognoscere contra subditum suæ iurisdictionis de delicto alibi commisso. & nu. 9.*
7 *Iudex domicilij siue originis, si haberet in fortiam delinquentem extra suum territorium, tenetur illum remittere ad iudicem loci delicti, si ipsum repeteret. & nu. 8.*
10 *Aretinus deliquit in Marchia. & ibi conuentus fuit, & fuit contumax, an possit Aretij pro dicto delicto conueniri, aut opponere de litis pendentia in Marchia: nam ratione dictæ suæ contumaciæ non poterit vti beneficio dicti processus, in quo fuit contumax, nisi compareat, & expensas refectat.*
11 *Iudex domicilij, quòd possit de quocunque crimine alibi commisso inquirere, communis opinio est in contrarium.*

DECISIO XXVI.

MICHAEL Hebræus originarius ciuitatis Làciani, habitator ciuitatis Anchonæ, quæ est de dominio sanctæ Roman. ecclesiæ, dum se contulisset ad hanc ciuitatẽ Neapolis, pro suis negotijs peragendis, ibidémque arrestatus fuisset, ad querelam Abrahæ Hebræi patrui quondam Simonis, interfecti per eundem Michaëlem in ciuitate Anchonæ, vt publica ac iudiciaria documẽta producta, & gesta, ac fabricata in curia Anchonitana, de homicidio ipso testãtur, ad effectum concessa per dictam curiam Anchonæ, vt vbique locorum capi potuisset cùm obiectum fuerit, minimè posse per magnam curiam de delicto præfato extra territorium cognosci, aut iudicari, hæsitatum fuit, an debeat ad potestatem ipsius ciuitatis Anchonæ remitti, vel per eãdem magnam curiam iudicari. Et dubium faciebat, quòd possit magna curia ipsa, de præfato homicidio adita, cognoscere & iudicare, cùm ex iuris * dispositione de quocunque 1 crimine alibi commisso possit iudex domicilij seu originis siue graui siue leui, cognoscere: nam sicut ratione * contractus alibi gesti, seu ratione rei alibi sitæ, potest iudex domicilij cognoscere, vt in 2

cap.dilecti.de foro compe.& no.glo.in l.fin.C.vbi
in rem act.ita & pariformiter ratione delicti, aliàs
frustra foret forus domicilij. Ita decidit punctua-
liter Ioan.de Ana.in capi.j.extrà de rapto.vbi sub-
dit hoc specificè probari in capi.cum contingat.de
foro compet.Nec militaret, quòd iura loquentia
de remissione, videlicet, quòd criminosus remit-
tendus sit ad locum commissi delicti: quia remis-
sio fiet si petita fuerit,& sic ad requisitionem iudi-
cis delicti.& eo non requirente,poterit iudex, qui
habet criminosum in fortiam,ipsum punire, præ-
3 sertim * cum hodie de cõsuetudine non fiat remis-
sio. Et licet dubium sit,an talis consuetudo de non
remittendo teneat,Cald.in præfato capit.j.firmat,
quòd in iudice domicilij vel delicti tenet, sed in
alieno secus: & hoc per rationem, quia primo ca-
su delictum non remanet impunitum, quia fortè
iste qui se transtulit ad alium locum, nunquam re-
diret ad locum domicilij vel delicti: & sic non
fieret remissio,& delictum remaneret inultum: er-
go consuetudo rationabilis subsistit, & per con-
sequens impræscriptibilis, vt in capitulo fina.de
consuetu.Et circa materiam istam remissionis, di-
cunt glo.& doct.in dicta l.j.vbi.de crim.agi opor-
4 teat,quòd * ad hoc vt talis remissio fiat,debet peti
per iudicem loci delicti: aliàs posset de delicto illo
alibi cognosci. & hæc opinio est satis bona: vt in-
quit Bald.in præallegata l.j.& probat optimè text.
in §.si verò.allegato in dicta glo.& hoc intelligen-
5 dum est,vbi remissio petita * fuisset ante condem-
nationem criminosi, ex quo condemnatus non re-
mittitur.Ita Salyc.in l.si cui.§.fina.ff.de accus.vbi
etiam subdit,quòd Bal.in l.executorem.C.de exe-
cu.rei iudic.refert Cyn.ita tenuisse,per l.relegato-
rum.§.interdicere.ff.de interdict.& relega.facit l.
addictos.C.de appel.& plus in specie dicit Angel.
in authen.si verò.C.de adulter.quòd hodie ista re-
missio non fit, nisi in locis subditis vni Præsidi.
Attamen præmissis non obstantibus,videtur con-
trarium, & verius,de iure dicendum. Et quòd iu-
6 dex domicilij * seu originis non potest inquirere
seu cognoscere contra subditum suæ iurisdictio-
nis de delicto alibi commisso extra territorium
suum,tenuerunt omnes antiqui doct.maximè Ol-
dra.in l.cunctos populos.C.de summa trinit.& fi-
de catho.Odof.& Iacob.de Bel.in l.fi.C.de iurisdi.
omnium iudicum.& ibi Guliel.de Cun.& hoc per
rationem: quia sua respublica non est offensa ob
delictum alibi commissum.& suffragatur insuper
alia optima ratio, quia ex quo deliquit extra ter-
ritorium, non ergo subiiceretur foro illius iudi-
cis, vbi non deliquit: per dictam legem fi.ff.de iu-
risdictio.omnium iudicum.& cap.vt animarum.ex-
trà de constitu.tum etiam, quia dicitur iudex in-
competens ratione delicti extra territorium suum
7 commissi. Imò eo casu *, si haberet reum in for-
tiam, teneretur eundem remittere ad iudicem lo-
ci delicti commissi: vt tenet gloss.in clem.pasto-
ralis.de re iudica.& not.omnes scribentes in di-
cta authē.qua in prouincia.vbi de crimi.agi opor.
Reperio tamen, quòd Cyn.Bartol.& Bald.in di-
cta lege, cunctos populos.tenuerunt contrarium,
8 & facit optima ratio, nam licet * ratione delicti
quis efficiatur de foro, non tamen propriè dici-
tur subditus: vt dicit gloss.in capit.primo.de foro
competen.in cle.super versicu.subditos.quæ gloss.
est multum not.& idem reperio consuluisse Bald.
in suo consil.cccxiij.in v.volu.incipien.excellen-
tissim.doct.&c.& idem tenet Bald.in dicta l.fin.ff.
de iurisdictio.omnium iudic. Attamen, quòd non
possit iudex originis seu domicilij cognoscere * de 9
delicto commisso per subditum suum extra terri-
torium, & sic in alieno territorio, tenuit in parti-
culari Ioã.And.referens solennes doct.ita tenuisse
in addit.Specu.in titu.de competen.iudic.adit.§.j.
Bald.in l.j.C.de ædil.actio. & latè Saly.in l. seruos.
C.ad legem Iul.de vi.Alber.de rosa.in iij.parte sta-
tu.qõ.xix. Ange.pater practicæ, & iudiciorum au-
riga,in tracta.malefic.ver.quæro an in delictis, vbi
refert quamplures doct.ita tenuisse.& idem tenet
Augusti. Arimin.in additio.ad Angel.ibi: & idem
etiam sequitur Marsil.in sua practic.in verbo,con-
stante. versicu.potest etiam quæri.vbi relatis infi-
nitis doctorũ opinionibus tenentibus pro & con-
trà, decidit quòd magis communis opin.sit, quòd
non potest iudex cognoscere in subditum suum de
delicto commisso in alieno territorio. Vnde cre-
dit, quòd si fuit inquisitum & processum contra
talem delinquētem per iudicem loci delicti, quòd
iudex loci originis non poterit inquirere, cum de
delicto eiusdem hominis non debeat sæpius quæ-
ri: vt in l.licet.§.fin.ff.nautæ, caupo.& stabu.cum
vulg. Sed quid opus est ire per mendicata suffragia,
ex quo cùm similis casus tempore Angeli de Peru-
sio contigisset in eadem met propria ciuitate An-
chonæ, cuius iudex seu Potestas prætendebat co-
gnoscere de quodam homicida, nomine Victore
castri Sicardi, habitatore ciuitatis Anchonæ, pro
homicidio, quod commiserat in castro Sicardi,&
sic extra Anchonitanum territorium: nam in casu
præfato consuluit Ang.Potestatem Anchonæ non
posse de dicto homicidio cognoscere,sed iudicem
delicti, videlicet castri Sicardi: ex quo licet cri-
minosus vbi reperitur iudicãdus sit: vt in l.j.C.vbi
de crimi.agi opor.tamen illud procedit, si talis de-
linquens reperitur in loco,in quo ex aliquo capite
domiciliũ sortiatur, vel saltem vagabundus esset:
secundum gloss.& Bartol.in l.cunctos populos.&
ita consuluit in propriis terminis Ang.in suo cõsi.
xxviij.seu xxvij.incipien.quidam Victor de castro
Sicardi. sicque non concurrente aliqua qualitate
prædictarum, fuit mihi visum prædictum Michae-
lem homicidam esse remittendum, prout eum vo-
to totius magnæ curiæ remissus fuit ad iudicem
Anchonitanũ tamen. Post quam remissionem re-
peri Bart.in l.sepulchri.ff. de sepul.viol. dicentem,
* quid si Aretinus deliquit in Marchia,& ibi con- 10
uentus fuit,& non comparuit,sed fuit contumax,
an possit Aretij de dicto delicto conueniri? & ibi
tenet quòd non: nec poterit opponi de litis pen-
dentia in Marchia: quia ratione dictæ suæ contu-
maciæ, non poterit vti beneficio dicti processus,
in quo fuit contumax, nisi compareat & reficiat
expensas: per l.sancimus.C.de iud.& sic nõ potest
vti beneficio.l.vbi cœptum.ff. eo.& idem no.Bar-
tol.in l.quamuis.ff.de dam.infec.& idem esset, si in
Marchia fuisset condemnatus,tamen illi condem-
nationi seu sententiæ non paruisset,sed fuisset con-
tumax:

tumax:tūc non poterit se tueri dicta sententia con
demnationis in eius fauorem, cùm ei non paruerit.l.euidenter.ff.de excep.rei iudi.& sic poterit in
loco suæ originis, seu domicilij cōueniri. & idem
refert & sequitur August.Arimi.in addit.ad Ange.
in tract.malefi.in verū.hæc est quædam inquisitio.
in verū.adde hic quæ dixi.in fin.dictæ rub.& ante
ipsum idem tenuit Angel.in eodem verbo: hæc est
quædam inquisitio. Nec militabat quod primo loco dictum fuit, de quocunque crimine alibi commisso, posse iudicem domicilij inquirere, per supra allegata: nam magis communis opi.est in contrarium, vt tenet Ioan.And.in add.ad Spec.in tit.
de compet.iudic.adit.§.j.in addit. antequam examus.Bald.in l.j.C.de ædil.actio.Salyce.in l.seruos.
C.ad leg.Iuli.de vi.Albet.in iij.parte stat. quæstio.
xix.aliàs xxxiij.& Marsil.qui dixit ista opin.magis
communem in prac.causarum crim.in versic.con-
11 stantie. in colum.xix. Vnde concludo,* quòd dum
hæc præmissa vltimo loco concurrerent contra
prædictum criminosum, si propius vidissem, maturius considerassem super remissione prædicta.

SVMMARIVM.

1 *Notarius conficiens falsum instrumentum, debet vltimo supplicio condemnari: & eadem erit in magistro actorum falsificante acta. & nu. 2.*

3 *Notarius conficiens falsum instrumentum, quod instrumentum erat aliàs nullum, non ex hoc punietur de falsô.*

Testis scienter deponens falsum vltra capitula, & si in hoc eius dictum non valet, non tamen punietur de falsô. ibid.

Non nocet conatus, cùm iniuria non habuerit effectum. ibid.

4 *Instrumentum dicimus, quod est validum & ritè perfectum.*

5 *Condemnatum dicimus, ritè condemnatum. & nume. 6.*

7 *Statutum pœnale non comprehendit mandantem.*

8 *In pœnalibus durum est legem extra casum in iure expressum extendere.*

9 *Pœna falsificantis literas regias in consti. regni contenta, habet locum, quando falsificasset literas & sigillum regium: secus si non vtrunque. & nume. 10. & 11.*

12 *Falsificans literas Proregis, non punitur ac si falsificasset literas Regis.*

DECISIO XXVII.



Errantellus de ciuitate Auersæ, scriba fiscalis in magna curia Vicariæ, ordinauit notario Laurentio, vt quandam commissionem nomine magnæ curiæ fabricaret in personā cuiusdam Cingari, seu Aegyptiaci: per quam solutis ducatis x. eisdem Ferrantello & Laurentio concederetur eidem iurisdictio in omnes Cingaros, seu Aegyptiacos: mandando omnibus & singulis officialibus regni, vt commissionem prædictam obseruarent, nec contrauenirent sub pœna &c. qui notarius Laurētius cōmissionē ipsam scripsit,
contrafaciendo in ea subscriptiones iudicum regentis, eandemque sigillo erepto ab aliis prouisionibus eiusdem magnæ curiæ roborādo. Quo detecto, & Ferrantello in fortiam curiæ peruento, & de plano præmissa cōfesso: excitatur super ipsius pœna. Et pro parte Regij fisci, dicebatur ipsum debere vltimo supplicio condemnari, per Constitu.re-
gni, iudices.per * quam notarius falsum instrumē- 1
tum conficiens, vltimo cōdemnatur supplicio. ego tamen prima facie dicebā, idem procedere in falsificante acta: per id quod dicit Bar.in l.instrumenta.ff.de iure fisci. vbi proposita q. quòd si quis cōfecit instrumentum falsum, comburatur. Et contingit aliquem falsificare acta, an ex hoc dicatur confecisse falsum instrumentum? & decidit quòd sic:
ex quo testimonium, id est, * testiū dicta, quæ con- 2
stant esse de actis, dicuntur instrumenta. Pro quo etiam facit l.emancipatio.C.de fide instru.vbi appellatur instrumentum emācipatio, & tamen constat quòd illud est de actione curatoris: Ita Bar.ibi, vbi multa bona similia adducit. Quibus nō obstantibus, præmittēdo Ferrantellum præfatū non fuisse, nec nuncupari posse actuariū seu scribam fiscalem magnæ curiæ, prout infrà, dico quòd alia pœna mulctandus venit. Nam vltrà quòd minimè adpareat ipsum fuisse creatum scribam fiscalem, seu actuarium, iuxta formam regiæ prag. quæ requirit debere esse notarium, & alias qualitates, adhuc nō erat ipse creatus, sed receptus per scribam fiscalem in eius bancha pro scriba, seu discipulo. & tamen ab antiquo vsque nūc sancitum est per regias prouisiones, & ita seruatum est, similes scribas scribarum fiscalium non aliter creari aut admitti seu recipi in banchis fiscalibus, nisi præcedente electione vnius ex excellentibus regētibus cancellariam, vnà cum magnificis regente & iudicibus magnæ curiæ, cùm interuentu Regij fisci, prout anno proximo decurso 1541. executum fuit, cum interuentu meo, tunc fisci patrono: post quod nulla alia creatio, nec admissio scribarum facta fuit: & tamen inter illos scribas creatos & approbatos non adest nomen ipsius Ferrantelli, prout ex lista registrata, tunc in libris inferni eiusdem magnæ curiæ de facili dignosci potest. Vnde cum adpareat receptus seu admissus in aliqua bancha scribarum fiscalium per carentem potestate seu facultate eundem recipiendi, nulliter se ingessit, & nulla dicuntur gesta per ipsum, & signanter commissio præfata: tum maximè, cum dato absque veri præiudicio, quòd commissio præfata esset verè expedita per eandem magnam curiam, cùm magna curia ipsa nullam habeat potestatem creandi officiales in regno, nec eis iurisdictionem tribuere, cùm id principaliter ad Regem spectet, seu eius vices gerentem. Nulliter ergo adparet dicta commissio expedita: & sic data nullitate personæ ipsius, qui non erat, nec esse poterat scriba fiscalis, nec habere facultatem similes prouisiones faciendi, & successiuè data nullitate ipsius commissionis expeditæ, succedit quòd falsificās commissionem nullā, non
tenetur pœna falsi: sicut * in simili dicimus de no- 3
tario, qui cōficit falsum instrumentū: & in eo omisit apponere diem vel locum, vel aliud, ob quod instrumentum non valet: vel si aliquis testis scien-

ter deposuit falsum vltra capitula, & sic in hoc eius
dictum non valet: non tamen punientur prædicti
pœna falsi, ex quo factum per eos non valet, nec
tenet: cùm non noceat conatus, cùm iniuria non
habuerit effectum l.j. in fin.ff. quod quisque iur. l. ea
quidem. C. si mácip. ita fue. alie. & est optimus tex.
in l. puberem. §. si ei seruo. ff. de fal. Et quia instru-
4 mentum dicimus, * quod est validum, & ritè per-
5 fectum: sicut * condẽnatum dicimus esse ritè con-
demnatum. l. iiij. §. condemnatum. ff. de re iudic. Ita
in particulari dicit Alber. de rosa. in secunda parte
stat. q. cxlvij. incip. Item quæro tres quæst. & ibi al-
leg. Gandi. dicentem, quòd eo assidente Bononiæ
consulti fuerunt Lamber. de rampo, Blandonus de
Maluotis, qui deliberato consilio dixerunt tales
testes puniendos pœna extraordinaria, saltem stel-
lionatus. l. iij. in pri. ff. de cri. stel. ver. aut generali-
ter. l. homine. ff. de pœn. & subdit plus idem Alber.
quòd istas quæst. disputauit Richard. Malumbr. &
Ioan. And. in Mercur. sub tit. de crimi. fal. & etiam
6 in reg. non est sine culpa. de reg. iur. & * communi-
ter subdit vidisse teneri, quòd testes & tabellio nõ
puniuntur pœna falsi, sed alia extraordinaria. Item
ex relatione magnifici relatoris percipio, quòd
Ferrãtellus ipse non falsificauit seu cõtrafecit ma-
nus, & sic subscriptiones iudicum: sed notarius
Laurentius, cui ipse id commisit, & sic constit. re-
gni puniens falsantes seu mutantes literas regias,
non extenditur ad ordinantes seu mandantes illas
mutari seu falsificari, vt consimili pœna affici pos-
sint, qua & illi, qui verè fecerunt. Ita firmant om-
nes antiqui, quos refert & sequitur Alber. in iij.
parte statu. q. lv. vbi subdit ita Bononiæ fuisse deci-
7 sum: * videlicet quòd statutum pœnale non com-
prebendat mandantem. Idem tenuit Ang. in tract.
malefi. versi. Sempronium mandatorem. & ibi ple-
nè Ange. versi. xiiij. Salyc. in l. non ideo minus. ver.
quinto quæro. C. de accus. Alexand. consil. lxv. iiij.
volumi. visa quadam consti. Afflic. in const. regni,
si quis aliquem. vlti. quæstio. Pro quibus ego addu-
8 co quòd in pœnalibus * durum est legem extra ca-
sum in iure expressum extendere. l. iij. in fin. ff. de
præuari. §. cùm autẽ. vers. optimum. in auth. de non
elig. secundò nub. Item ex dispositione constitu.
regni, qui literas. imponitur pœna mortis falsifi-
canti literas regias: & sic quatenus mutauerit sigil-
lum magnæ curiæ, illud ibi imponendo, cùm sit si-
9 gillum cum signis & armis regiis, videtur * literas
regias falsificasse, & successiuè sigillum regium:
cùm dicta constit. requirat, vt literas & sigillũ fal-
sificauerit, vt vendicet sibi locum pœna in ea con-
tenta: vt cauetur per constitu. prædictam: & per l.
vbi. & ibi per gloss. C. de fal. Nam si bene aduerta-
tur, glos. ipsa reprobatur, per Angel. in l. maiorem.
ff. eod. titu. & contra eam est casus in c. ad audien-
tiam. extrà, de cri. fal. vbi qui falsificauit literas Re-
gis Francorum, nec pœna mortis, nec pœna mem-
bri abscisionis puniri potuit. & pariter contra
eandem gl. est glos. in cap. ad falsariorum. extrà de
10 crimi. fal. quæ vult esse speciale * in falsante literas
summi Pontific. vt mortis pœna plecti debeat: se-
cus in cæteris literis: per d. c. ad audientiam. quam
glos. ibi sequitur Abb. in capitu. olim. secundo not.
de rescript. & in c. tam literis. prima oppo. de testi.
Nec habet obstare text. in lege maiorem. de fal. vbi
imponitur maior pœna, si falsitas deprehendatur
in literis regiis, quàm in aliis: nam illa maior pœ-
na non imponitur circa executionem, sed circa
inquisitionem falsitatis: vt ibi per Angel. Et dato,
absque veri præiudicio, quòd dicta glos. esset ve-
ra, & teneretur, prout non est, dico quòd huius-
modi commissio falsa non est regia, nec sub nomi-
ne regio expedita: sed est ipsius magnæ curiæ vica-
riæ: quo casu falsans non potest puniri, ac si fal-
sasset literas regias, * & sic pœna constit. prædictæ, 11
qui literas. cum statuta ipsa sint stricti iuris, & stri-
ctè intelligi debeant: vt per Barto. & alios in l. om-
nes populi. ff. de iustit. & iure. in iiij. & vj. quæstio.
princi. & sic non potest fieri extensio in falsifican-
te literas alterius, quàm Regis: maximè cùm con-
stitu. illa exorbitet à iure communi, & sic extendi
non posset, etiam ex maioritate rationis. l. si verò.
§. de viro. ff. solu. matri. l. fin. C. de interdi. matr. no.
in authen. quas actiones. C. de sacrosan. eccle. Nec
* etiam posset fieri extensio huiusmodi pœnæ ad 12
falsantes literas Proregis, prout in terminis voluit
Panormi. in c. olim. de rescript. in secundo not. vbi
dixit, quòd licet delegatus papæ gerat vices ipsius
papæ: non tamen ita acrius punitur falsificans li-
teras ipsius delegati, quàm si falsificasset literas Pa-
pæ. & idem sentit Abb. in capi. tam literis. in prima
oppo. extrà de testib. & sequitur Felin. in capi. ij. in
versi. stylus. circa fi. extrà de rescrip. Vnde conclu-
dendo, licet per aliquem ex magnificis iudicibus
fuisset votatum prædictum Ferrantellum esse vlti-
mo supplicio condemnandum: attamen ex præ-
missis dixi ipsum esse condemnãdum eius vita du-
rante ad remigandum in seruitio regiarum trire-
mum: & ita fuit communi voto præter vnius deci-
sum & executum.

SVMMARIVM.

1 *Sermones sunt veriores, qui concordantur cum re-
bus sensatis.*
Distans à verisimili, est quædã falsitatis imago. ibid.
2 *Testibus non verisimile deponẽtibus, non est creden-
dum.*
3 *Testis vnus & idem non potest nisi semiplenam pro-
bationem facere.*
4 *Testis vnus si deposuit super facto, & idem testis
deponat super confessione, non ex hoc poterit face-
re plus, quàm semiplenam probationem.*
5 *Inimicitia non facit indicium, nisi appareat capita-
lis, & de maiori parte bonorum.*
6 *Testis non potest repeti per fiscum post pronuncia-
tum in causa.*
7 *Testis repulsatus nullam probationem inducit.*
8 *Consuetudo inferendi iniuriam, licet probet contra
aliquem delictũ, saltem præsumptiuè: tamẽ hoc ha-
bet locum, vbi ciuiliter ageretur, secus si crimina-
liter.*
9 *Mãdatarius qui acceptauit facere delictũ, non pro-
bat contra mandatem, nisi quo ad instructionem.*
10 *Tertius de se confessus, non potest de aliis interroga-
ri, maximè de sociis: & ideò si de facto interroge-
tur, vel sine interrogatione dicat de aliis, nõ ha-
bitur eius dicto, nisi in casibus, in quibus de se con-
fessus*

fessus torquetur.

11 *Tertius si ex se absque interrogatione respondeat de aliis seu alio, illum inculpando absque aliquo indicio, suspectum erit eius testimonium. & numero 12.*

13 *Socius criminis non potest torqueri contra alios in delictis, quæ non committuntur absque sociis, vel principaliter in offensam & odium alterius.*

14 *Socius criminis, in casibus, in quibus potest de sociis interrogari, requiritur quòd concurrant alia indicia contra nominatum, vt possit torqueri. & nume. 16.*

15 *Mandatarius deponens de mandato sibi facto, licet sit idoneus testis, tamen illud intelligendum est in causis liciti & ciuilibus, in quibus licet acceptare mandatum, secus erit in criminalibus.*

17 *Inculpatio socij criminis, non facit quem torqueri, nisi concurrentibus aliis indiciis, etiam si inculpatus esset malæ conditionis & famæ.*

18 *Inculpatus à socio criminis, si est bonæ famæ, elidit tale indicium, etiam in exceptuatis. ibid.*

Socij criminis, etiam si essent plures inculpantes nominatum, non probarent tantum, quantum probaret dictum vnius testis de visu, qui facit torqueri. ibid.

19 *Socius criminis in casibus non exceptuatis, ne dum non probat, sed ne quidem indicium facit.*

20 *In casibus exceptuatis, in quibus potest quis interrogari de sociis, talis nominatio socij facit præsumptionem contra illum: sed requiritur esse legitima præsumptio, vt faciat legitimum indicium ad torturam.*

21 *Præsumptio quæ sit, & quæ dicatur.*

22 *Socij criminis confessio, ad hoc vt probet contra nominatum, seu inculpatum per ipsum, quæ requirantur.*

23 *Argumentum quid sit.*

24 *Testis vnus de visu, licet sit omni exceptione maior: tamen non concurrentibus aliis indiciis, an faciat indicium sufficiens ad torturam.*

25 *Iudex in re dubia in criminalibus debet inclinare in mitiorem partem.*

26 *Iudex maiorem consequitur honorem ex absolutione inquisiti, quàm ex condemnatione.*

27 *Nobilis regulariter non torquetur.*

28 *Statutum pœnale non comprehendit mandantem.*

29 *Constitutiones regni sunt stricti iuris, & non extenduntur extra suos casus.*

30 *Priuilegium non extenditur de persona ad personam.*

31 *Constitutiones regni, non extenduntur ad consimilia & consequentia. ibid.*

32 *Constitutiones regni non extenduntur ad casus, de quibus non loquuntur: sed illi casus debent determinari secundum ius commune.*

DECISIO XXVIII.



AGNIFICVS Ioan. Antonius
Gamboya Hispanus, inquisitus per
magnam curiam vic. quòd mandauerit
vulnerari Alexandrum Castiglia,
sub colore prætensæ inimicitiæ contractæ cum eius genitore, ex causa litis mo-
tæ per prædictum Alexandrum aduersus illum de
ducatis x. & facta relatione de meritis causæ, pon-
derabatur contra ipsum inquisitum per magnifi-
cum relatorem, quòd mandatarius asserebat præ-
fatum Ioannem Antonium mandantem minimè
cognouisse, aut cognoscere ad nomen: sed quòd
erat iuuenis huiusmodi staturæ & physiognomiæ,
& degebat in tali domo, apud ianuam cuius ad-
erant tres gradus, per quos ad domum ipsam ascen
debatur: & sic ex præmissis inferebat ex confe-
rentia circunstantiarum prædictarum, mandata-
rium ipsum satis probare, & verificare ac fortifi-
care eius dictum. Ad quod aduertens dicebam ve-
riores esse * sermones se concordantes rebus sen- 1
satis, secundum Philosophum: prout meminit
Bald. in lege prima. C. de seruis fugitiuis. subdens,
quòd id, quod distat à verisimili, est quædam
falsitatis imago. & idem Baldus in lege quicun-
que. in fine. C. de seruis fugitiuis. Alexand. in con-
silio cxix. in causa & lite domini Bartholo. Felin.
in capitulo auditis. de præscriptio. Inde est, quòd
testibus non verisimile deponentibus non est cre-
dendum: vt dicit Innocen. in capitu. auditis. de
præscription. Felin. in capitu. licet causam. in ver-
siculo not. decimò. extrà de probationib. & ideo
consuluit Petrus de Anchara. in consilio cclxxvij.
extra ordinem contractum, quòd iudex non veri-
similibus non debet fidem adhibere. & idem Anch.
in consil. cxviij. visa facti narratione dixit, quòd
allegans non verisimile, non debet audiri. Et quòd
dictum testis * non verisimile, est suspectum de a 2
falso, & nullam facit fidem. tenet Abb. in capitu.
quia verisimile. vltim. not. de præsump. & sequitur
Iaso. in l. si extraneus. ff. de condit. cau. da. & dicit
Bald. in l. scripturæ. C. de fide instru. & ibi Salycet.
quòd verisimilitudo multum attenditur in proba-
tionibus. Cuius enim rectè sentientis iudiciũ com-
probaret, aut verum aut verisimile esse posse affir-
mare, vt mandatarius adeò ignarus & mente ca-
ptus reperiri possit, quòd ad instantiam personæ
sibi incognitæ, & cuius etiam nomen ignorasse
testatur, se tanto periculo pœnæ corporalis com-
mittere auderet? certè nemo, ni fallor: tum ma-
ximè concurrente iuris dispositione, quòd vnus
idémque testis *, in casu, quo eius dictum tene- 3
ret, non posset nisi semiplenam facere probatio-
nem, & non plus. Ita singulariter consuluit do-
minus Alexander in consi. clij. in fi. in quinto vo-
lumine. dum dixit, quòd si vnus testis deposuit
super facto, & idem quoque testis deponit super
confessione eiusdem facti, iunctus cum alio teste
similiter super confessione deponente, nihil pro-
bat eius dictum super confessione prædicta: quia
idem * testis non potest facere plus, quàm semi- 4
plenam probationem. & idem tenuit ipse Alexan-
der in lege Gallus. §. ille casus. ff. de liberis & post-
humis. Nec in aliquo se tueri fiscus potest ex præ-
tensa inimicitia, & minimè in iure considerabi-
li, cùm non fuerit capitalis, nec de maiori * par- 5
te bonorum, prout requiritur ad probationem
indicij: vt notat Bartol. in lege tertia. ff. de adimen-
dis legatis. Specula. in titu. de præsumptionib. §. pri-
mo. Angel. in tractatu malefic. in verbo, fama pu-
blica

blica præcedente. versicul. quarto quid si reperiatur quidam occisus. Ludouic. Roma. in l. prima. §. hoc. ff. ad Silla. Ludouic. Bolog. in addit. ad Guido. de Suza. in tracta. de tormentis. in secundo versicu. in versicu. circa hanc materiam. Tertiò, adducitur per regium fiscum assertio eiusdem socij prætensi criminis in tortura, necnon & depositio aliorum duorum testium tentatorum, si idem perpetrare voluissent: quorum vnus primo loco examinatus, & demum lato decreto post publicatum, & introducta causa in sacro Regio Consilio, per remedium appellationis fuit alter testis repetitus, quòd fieri non potuit, nec debuit, stante lapsu longæuæ dilationis, quam fiscus habuit: & minimè testem repeti fecit, nisi post publicatum in causa, & post appellationem per fiscum interpositam à decreto prolato per eandem magnam curiam, vt sub fideiussoribus liberaretur. Sicque obstante Regia nouella pragmatica Neapolitana edita vigesimo
6 Octobris 1536. qua cautum est, * quòd expeditio causæ criminalis nullatenus retardetur, prætextu non repetitorum testium fisci, si lapsa est dilatio. Item, cùm in causa fuerit iam pronuntiatum ipsum esse fideiussoribus relaxandum, quo modo dici possit licuisse testem repetere? Et quòd non licuerit, nedum post pronunciatum, verùm etiam nec post conclusum, tenet Capycius antiquus Regius Consiliarius, & authoritatis non modicæ, in decisionib. sacri Consilij, quas ipse collegit, & propriè in decisione trigesimaquinta, circa finem. incipien. In causa magistri Antonini. Et tamen dato, quòd ambo testes ipsi eodem tempore repetiti fuissent, nihilominus testis qui primo loco repetitus fuit, vt ex relatione percepi, adpa-
7 ret ex multiplici * capite repulsatus, ob quod eius dictum nullam probationem inducit, prout in specie tenet Andr. de Iser. in constit. regni, si damna. Et tamen posito quòd nulla esset repulsa, non posset aliter dici, nisi quòd eùm aliàs idem tentare præsumpserit, prædictus mandans videatur ex hoc in præmissis assuetus, & proinde insurgat præsumptio, quòd & ipsum quoque mandatarium tentauerit, & subduxerit, vt idem perpetraret.
8 Nam huic responderi potest, * quòd licet consuetudo inferendi iniuriam probet cõtra aliquem delictum saltem præsumptum, vt in capitulo fina. de appellat. & in l. de pupil. §. si quis ipsi prætori. ff. de no. oper. nuntia. tamen hoc vendicabit sibi locum; vbi ciuiliter ageretur: secus si criminaliter. Ita magistraliter Bartol. in lege prima. §. si quis tamen. ff. quod vi aut clàm. refert & sequitur Francisc. de Areti. in capitu. constitutus. extrà de testibus. & nihilominus est testis singularis. Nec suffragabitur, & quartò, depositio eiusdem mandatarij in
9 tortura: quia dum fatetur se acceptasse * mandatum & illud exequutum, tanquam particeps & socius criminis, non potest esse testis contra mandantem, nisi quo ad instructionem duntaxat, vt consuluit Bald. in consil. cccccxxix. in tertio volumine. àn mandatarios. quod sequitur Bertha. in aureo suo reperto. in versic. mandatarius. vltimo versiculo. & idem refert & sequitur Marsili in lege prima. §. Diuus Antoninus. ff. de quæst. & præsertim, quia nullum aliud subsistebat indicium, virtute cuius potuisset interrogari de sociis, cùm regulariter tortus de se confessus, non possit de aliis interrogari, maximè de consociis, vt in l. qui de se. ff. de quæstio. & in l. sicuti. C. eodem titu. & in l. fina. C. de accu. Et ideo si * de facto interrogetur, 10
vel sine interrogatione dicat de alis, non statur eius dicto, nisi in casibus, in quibus de se confessus torqueretur, & interrogaretur de aliis. Si tamen contra illos alios præcedant indicia, vt est in latronibus & in assassinis, de se confessus etiam interrogatur de consociis, & receptatoribus, & mandatoribus, vt in l. diuus Adrianus. ff. de custo. reo. & in l. penulti. de fer. Item interrogatur de falsa moneta, vt in lege prima. C. de fal. mone. Item in maleficis, & mathematicis: vt in l. fina. C. eodem titulo. Item in seruo de nece domini, vt indicet cuius mandato fecit. l. quo prius. ff. ad Sillan. & sic in istis * casibus intelligendum est, quòd possit in- 11
terrogari. Si tamen ex se, sine aliqua interrogatione confiteatur, seu respondeat de aliis seu alio, illum inculpando, alio indicio non militante contra illum inculpatum, suspectum erit huiusmodi testimonium, sicut suspectus est testis, qui vltro se offert, vt dicit Salycetus. in dicta lege finali. & sequitur Brunus in suo tracta. de indic. & tortur. Idem & ante eos tenuit Guido de Suza. in suo tracta. de tormentis. in versicu. sed quid de quæst. occurrenti. vbi formaliter dicit *, quòd si de facto 12
interrogetur, vel sine interrogatione dicat de facto aliorum, non statur eius dicto, attamen non stabitur etiam in præmissis eius dicto, nisi alia præcedant indicia: aliàs non erit ipsius socij inculpatio, nisi aliqua præsumptio, vt in adparatu legis fina. C. de accus. Ita in particulari firmat Guido de Suza. in dicto suo tractat. de torment. in versicu. quid de quæst. occurrenti. Idem per omnia sequitur Gandin. in tractat. malefic. sub rubrica de quæstio. & tormen. In versiculo, restat formare. Idem voluit Dyn. in suo tracta. de quæst. in versicu. nunquid per talem præsumptionem. Bartol. in l. repet. de quæstio. vbi magistraliter loquitur gloss. Innocen. & Abb. in capitulo primo. de confess. & in capitulo tertio. extrà de testib. gloss. in capitulo fina. decimaseptima quæstio. tertia. Ange. in tracta. malefic. in verb. fama publica præcedente. versic. quarto, an particeps criminis. vbi post alios casus, in quibus socius non potest torqueri contra alios, nec interrogari de aliis, vltra supra numeratos: vt in illis * quæ non committuntur absque sociis, 13
vel principaliter in offensam & odium alterius, iuxta doctrinam Bartol. in dicta l. repeti. tunc talis inculpatio sufficeret ad torturam, prout etiam ipsemet Angel. firmat ibi: in versicu. decimò quarto, an inculpatio. vbi apertè dicit, quòd in casibus, in quibus quis potest de sociis interrogari, talis inculpatio sufficit ad torturam: per tex. in l. edictum. & in lege prima. ff. de quæstio. Sed hoc sanè intelligendum est, si alia præcedant indicia. Ita consuluit Alexand. in suo consilio octuagesimononο. in tertio volumine. an assertio & scilicet ante ipsum idem firmauerit Guido de Suza. & Gandinus, vbi suprà, qui rectius cæteris loquuti sunt. & Angelus nimis larga verba effundit, prout refert & in omnibus præmissis sequitur Ludoui. Bolog. in

log.in addit. ad Guido de Suza. in dicto suo tracta.
14 de tormen. Et quòd * de necessitate vltra dictum socij criminis, in casibus, in quibus interrogari potest de socio, requiratur concursus aliorum indiciorum contra nominatum, vt deueniri possit ad torturam contra ipsum, tenet etiam & sequitur Marsil. magnus criminalista, in sua repet. l. fin. ff. de probat. vbi etiam subdit hoc esse tenendum menti perpetuò, & quòd nunquam obliuiscatur, quia est verbum honoris & vtilitatis plenum. & idē Marsilius latè in suo singulari ccix. socius &c. & consulendo firmat idem Marsil. in suo consilio xxviij. vbi latè in crimine Sodomiæ, quod est occultum, & aderant duo testes, quorum vnus erat socius criminis, & alter fuerat repulsatus: & sic inculpatio ipsius socij non officiebat nominato, ex quo non concurrebāt alia indicia. & idem consuluit ipse Marsil. in suo consilio xv. & in consilio lxxiiij. in causa Hieronymi. & in alio consil. xxiiij. visis igitur inquisitis format. & ibi subdit, quòd licet mandatarius deponendo de mandato sibi facto, sit idoneus testis, vt concludit per multa Alex. in suo consilio lxxxvj. quoniam omne datum optimum. in quinto volumine. attamen Alexan. ibi loquitur in causis licitis ciuilibus, in quibus licitum
15 est acceptare mādatum. Nos * autem sumus in causa criminali illicita, vnde de vno non infertur ad reliquum. l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquirenda possessio. & idem vt suprà tenet Iacob. de Aren. in suo tracta. de quæstio. & idem reperio nouissimè audacter fuisse consultum optimis rationibus & authoritatibus, per domi. Stepha. Bertr. Gallicum authoritatis non modicæ, in suo consil. cclix. in primo volumi. & in alio suo consi. cclxviij. in tertio volumi. & idem post Gabri. de Osoletis, tenet Alberic. de Rosa. in dicta l. fina. de quæstio. & idem fuit de mente Odofre. in d. suo tract. de quæstio. qui positus est in tractatu Gandin. in titu. de quæstio. & torm. in versic. nunc restat. Et in vltimo loco reperio fuisse secutum Aug. Arim. in addit. ad Angel. in versic. fama publica. ver. quæro, an particeps. Nec omittendum censeo, idē fuisse consultum per Bald. in suo consi. cccxxxix. in iij. volu.
16 suprà ad aliud propositum allegato. & ibi * dicit, quòd talis nominatus à socio in delictis, in quibus socius interrogari potest, non faciet indicium, nisi alia adminicula suffragentur. & sic loquitur in numero principali: videlicet alia adminicula. & ponit exemplum vt est fuga nominati: cum scriptum sit in Salomone: fugit impius nemine insequente. Imò plus dicunt Guido de Suza. & Gan. vbi suprà
17 quòd non concurrentibus * aliis indiciis, quàm inculpatio socij criminis, etiam quòd inculpatus esset malæ conditionis & famæ, minimè torqueri posset. & idem tenuit ante omnes Andre. de Iser. quem plerunque Euangelistam in regno vocamus, in constitutione regni. si damna. vbi formaliter dixit, quòd si plures essent confitentes de Titio, non valerent eorum dicta, quantum dictum vnus testis, qui facit torqueri: per l. maritus. de quæstio. etiam si centum essent testes producti contra Titium, quòd fecit homicidium cum Caio, non præiudicat Caio, nec confessio socij asserentis se occidisse cum Caio: hæc tamen præsumptio qualis est, quia confessus est contra se, non sic in testibus: & ideo creditur in aliis casibus propter immanitatem delicti: vnde iudex inquiret de fama & conditione huius nominati: & non moueatur ex sola illa confessione in dictis casibus: & si inueniat ipsum bonæ famæ, talis confessio non operabitur quicquam, quia debent adesse præsumptiones, suspiciones, & argumenta. & plus subdit, quòd dicta constitutio: si damna. in qua principaliter quæsitum est de homicidio, exigit, vt sit leuis vitæ, qui tormentari debet. & plus subdit, quòd etiam si plures essent confitentes de nominato, satis videtur probatum, vt de indiciis detur tunc copia ipsorum parti, vt iuuet se probando talia, per quæ eneruetur efficacia confessionum, & probata bona fama, huiusmodi inculpatio seu confessio contra ipsum nihil operabitur. Ita in particulari consuluit Alexan. in d. suo consi. lxxxix. in tertio volum. viso themate. & ibi subdit, * quòd ob 18
bonam famam elidītur tale indicium, resultans ex dicto socij criminis: & tamen loquitur in casibus exceptuatis. Et idem consuluit Alexand. in consil. clxxij. in fine. visa facti narratione. & idem Alex. in l. reperi. §. is qui. ff. de quæstio. Rapha. in consil. lxxj. in causa inquisitionis. Deci. in consil xvij. in causa falsitatis. & in consil. clxxxix. lætatus sum. numero ix. & x. Fely. in ca. dilecti. nume. octauo. Et idem in propriis tenet Bertr. suprà allegatus in ambobus præallegatis suis consiliis: & sic dum interrogaretur in casibus non exceptuatis * nedum non pro- 19
dest, imò nec indicium aliquod facit: vt dicit glos. not. in l. si filium. C. de liber. causa, in gloss. magna, in fin. Cyn. in dicta l. fina. C. de accu. vltim. quæstio. & gloss. ibi: vbi etiam latè Salyce. Anto. de Butri. & Inuoc. in capitu. j. de confess. Fulgo. in consi. xxj. in causa inquisitionis. Alexand. in prædicto consi. lxxxix. tertio volu. & licet in casibus exceptuatis, in quibus potest quis interrogari de sociis, talis nominatio socij faciat præsumptionem contra illum, prout ita intelligit Cyn. gloss. in dicta l. fina. & ibidem Salyce. Qui subdit * quòd si esset contra 20
illum socium legitima præsumptio, tunc faciet legitimum indicium ad torturam, prout etiam concludit Brun. in suo tracta. de indic. & tortu. Attamen, quæ & qualis debeat esse ista præsumptio, non reperio per tot legum vertices: qui in hac materia latissimè scripserunt fuisse tactum. Idcirco * satis superque satis aduertendum rogo: quia præ- 21
sumptio debet resultare ex pluribus coniecturis, & aliis probationibus, secundum qualitatem eorū, vt patet ex diffinitione præsumptionis, tradita per doct. in pluribus locis, præsertim per Calde. in repet. capituli. vestra. de cohab. cler. & mulie. & ibi inquit, quòd præsumptio est cognitio, ex circūstantiis resultans. ca. ex studiis, quasi per totum. de præsump. & ideo secundū eum variatur, fortificatur, & debilitatur animus iudicantis ex præsumptione, prout suadebunt circunstantiæ, ex quibus resultaret. Et idem dicit Bald. in l. ea quidem. C. de accu. & ideo glos. in d. l. fin. dicit, quòd assertio socij criminis, facit præsumptionem, & non probationem. & ideo subdit Saly. ibi, quòd in dictis casibus assertio delinquentis non facit indicium sufficiens ad torturam, nisi cōcurrat aliqua alia præsumptio, vt per glo. in

glos.in d.l.fina.quæ requirit præsumptionem præ-
cedere debere prius contra eum, contra quem quis
interrogatur, vt ad dictam interrogationem pro-
cedi posit. Et idem firmat Alex.in d.consil.lxxxix.
in tertio vol. Brun.in præfato tract.de indi.& tor-
tu.subdens, quòd ad hoc, vt cōfessio criminosi fa-
22 ciat fidem * contra socium, oportet quòd confes-
sus fuerit interrogatus in casibus, in quibus de iu-
re poterat interrogari, & sic in casibus exceptis.
Item quòd contra illum prætensum socium in spe-
cie sit aliqua legitima præsumptio. aliàs tortus si
confiteretur, non faceret indicium ad torturam. Et
si vellemus adhærere cum eo, quod dicit Andr.de
Iser.videlicet, quòd vltra dictū socij criminis, re-
quiritur quòd cōcurrant præsumptiones, suspicio-
nes, & argumenta. De præsumptione, quæ sit, iam
23 dictum est. De argumentis * autem est consideran-
dum, quòd argumenta dicuntur perspicuæ præ-
sumptiones: secundum Inno.in c.cum in diœcesi.
in gloss.in verbo, argumenta. extrà de vsu.Bald.in
marga.in verbo, argumenta. & alibi argumentum
dicitur propositio rei dubiæ, faciens fidē per quas-
dam circunferentias.ita Bal.in l.ij.in fin.de appel.
non recip.Io.Cald in d.c.vestra. Et alibi diffinitur
argumentum, quòd sit propositio ex aliquibus exi-
stentibus, resultans ad propositum ostendendū seu
concludendum. Vnde quando plures propositio-
nes, vel quando plura indicia, vel plures suspicio-
nes, vel plures testes ad vnam conclusionem ad ali-
quid probandum copulantur, istud sic copulare,
dicitur argumentare, seu argumentum, quod est
collatio plurium ad vnam cōclusionem: vt in l.iij.
§.idem diuus.ff. de testib.& in l. diuus.ff. de custo.
reo.ita magistraliter inquit Bald.in l.ea quidem.ij.
colum.C. de accu.& sic adparet, quòd huiusmodi
præsumptiones, seu argumenta, quæ requiruntur
esse tales & talia, quæ videntur excedere & supera-
re legitimas probationes ordinarias.& si rectè con
siderentur, non congruunt literæ, de qua quæritur.
& nimirum, cum particeps criminis non admit-
tatur contra socium, tanquam accusator, nec vt
denuntietur. Item nec vt testis: quia nihil probat,
vt satis pulchrè consuluit Io.de Ana.in suo consil.
lix.visa inquisitione formata. & sequitur Alexā.in
consi.cxxxij.visa facti narratione.j.volu.in fi.& in
consi.xc.viso themate.ij.volu.& in consi.cxxviij.
quoniam abundè.in iiij.vol.& sequitur etiam con
sulendo Deci.in consi.cxxxviij.in ij.volum.vbi de
materia plenè. Suffragatur etiam præmissis, quòd
licet vnus testis deponens de visu delicti contra
aliquem, sit omni exceptione maior: tamen non
24 concurrentibus aliis indiciis, * non erit sufficiens
ad torturam. Ita secundum vnam opinionem sic-
gulariter voluit Cyn.in l.fin.C.de quæstio.& con-
suluit Alexan.in dicto consi.sæpius allegat.lxxxix.
iij.volumi. viso themate. sequitur Iaso.in l. admo-
nendi.in versicu.x.præfata.ff.de iureiurand.& ple-
nè Marsil.in suo singul.cccxiij. quando testes. Or
quantò magis erit dicendum in teste socio crimi-
nis. & qui non potuit interrogari: cum simus ex-
tra casus exceptuatos, & sic nulla adparente le-
gitima causa inimicitiæ, seu odij capitalis, concur-
rente repulsa illius testis asserentis se tentatum, ac
etiam negatiua plenè probata, quòd Neapo. tēpore
commissi delicti, nec longe antè, nec pòst fuit: con
currēte præsertim eiusdē inquisiti bona, imò opti-
ma fama, & nubilitate, quam satis iura in similibus
considerant, vt suprà ostensum est, inficiari nō po-
test, quin probatio fisci, saltem dubia non remanse-
rit: quo casu in re dubia in criminalibus, * debet 25
iudex inclinare in mitiorem partem, vt dicit Bald.
in consilio cxcv.an vulnus.in j.volu. circa finem.
Et tenet consulendo Deci. in suo consil.ccccxiij.
in ij.volu.& iudex maiorem * consequitur hono- 26
rem ex absolutione inquisiti, quàm ex condemna-
tione, vt dicit Pau.de Cast.in consi.ccxxix.visa in-
quisitione.in fin. Et ideo dixit Petrus de Ancha.in
consi.xxiiij. inuehendo contra iudices anhelantes
ad condemnationem, credentes vilescere in con-
spectu hominum, quum absoluunt, contra l.absen-
tem.de pœn.& idem sequitur Deci.in consi.clxxv.
in causa falsitatis.& in consil.clxxxix.lætatus sum.
Vnde nō posset modo aliquo, nedum dici, imò nec
cogitari de tortura eidē inquisito inferenda, prout
fiscus expostulat, ob dictum Bald.suprà allegatum:
licet ad aliud propositum in illo consil.an manda-
tarius.dum dixit: testis tētatus probare contra ten-
tantem: quia ex quo non assensit delicto, sed reue-
lauit, commendandus est. non tamen Bal.dicit ta-
libus testibus singularibus standum esse. Item nec
dicit, quòd talis tentatio posit per eosdemmet te-
stes probari. Vnde debet intelligi cum iuris mini-
sterio, vt testis tentatus probet contra tentantem,
id est dum docuerit se tentatum: aliàs posset quis
de facili offendi à teste, asserente se tentatum, id
aliter non verificando, quod esset satis absurdum.
& satis adparent testes præfati singulares, cum ne-
mo ipsorum deponat de tentatione alterius, nisi de
suamet. Item dum Bal.dicit, quòd ex quo non con-
sensit, sed reuelauit, commendandus est: debet iu-
dicio rectè sentientis intelligi, quando requisitus
reuelauit saltem ad euitandum, ne quid sinistrum
contingeret ei, qui ipsum produxit: non autem vi-
detur intellexisse, vt post quatuor menses à tem-
pore tentationis præfatæ, vt ipse deponit, & post
offensam factam querulanti, ad eius instātiam pro-
ductus, ita deposuit: suffragante potisimè nobili-
tate inquisiti *: cùm nobilis regulariter non tor 27
queatur: secundum Odof.in suo tract.de quæstio.
quem refert & sequitur Brun.in suo tracta.de iud.
& tortu, tum etiam, quia miles, & regius stipendia-
rius: per tex.in l.milites.cum vulga.C.de quæstio.&
in l.Diuo Marco.C.eodem titu. Nec omittendum
censeo, quòd dato absque veri præiudicio, quòd
præfatus inquisitus mandasset præfatum Alexand.
vulnerari, non ex hoc ipse inquisitus vulnerauit,
& sic pœna constitutionis Regni: si quis aliquem.
quæ punit vulnerantem pœna amputationis ma-
nus, non extenditur ad mandantem, vt vulneret:
cum mandans * non dicatur verè, sed interpreta- 28
tiuè facere: & statutum pœnale non comprehen-
dit mandantem: vt dicit Angel.in tracta.malefi.in
versicu.Sempronium mandatorem.& plenè Aug.
Arimi.ibidem, in versicu.xiiij. Alberi.de Rosa.in
iij.parte statu.quæstio.lv.& ibi subdit, ita Bono-
niæ fuisse decisum. & sequitur Alexand.in consi.
lxv.in quarto volu.visa quadam constitutione.&
facit insuper viua ratio, quia sumus in pœnalibus:
& dicta

& dicta cnnstitutio, si quis aliquem exorbitat à
29 iure communi:& in * pœnalibus durum est legem
extra casum in lege expressum extendere. l.iij.io fi-
ne. ff. de præuatic. §. cum autem. in ver. nptimum.
in autent. de non eligen. secun. nuben. collatio. pri-
ma. Et ideo cùm ex dispositione constitutionis re-
gni imponatut pœna truncationis manus vulne-
ranti aliquem, (quòd non est de iure communi,)
& Ioan. Ant. iste non vulnerauerit, licet ordina-
uerit vulnerari, non extenditur talis pœna ad or-
dinantem, seu mandantem vulnerari: cùm con-
30 stitutiones regni sint stricti * iuris. & non exten-
dantur extra suos casus: vt dicit glo. in constitu-
tione, pœnam eorum. quæ est decima gloss. & solet
allegari à doctoribus regni. Et idem dixit in ver-
bo, occultatorem. & idem dicit Andr. de Isern. in
constitutione regni, prosequentes. & subdit, quòd
non extenduntur ad similia, & ad consequentia. &
sequitur Affl. in constitutione regni, prosequẽtes.
& in dicta constitutione, pœnam eorum. versicu.
tene menti. & subdit Andr. in dicta constitutione:
prosequentes, ita dixisse sapientes. Nec continet
31 dicta * constitutio ius commune, sed priuilegium:
& priuilegium non extenditur de persona ad per-
sonam: vt not. in clem. j. de censi. etiam vbi est ea-
dem ratio, vt in cap. priuilegium. de reg. iur. in vj.
Ita Card. Flo. in clem. j. vj. quæst. de testamen. & Af-
flict. in dicta constitutione prosequentes. & idem
dicit gloss. in constit. probationum in cursibus. in
32 gloss. fin. quòd * constitutiones non extenduntur
ad casus, de quibus non loquuntur, sed illi casus
debent determinari secũdum ius commune. Idem
etiam tenet glo. In constitutione exceptiones. sub
rubr. xxij. & sequitur Affl. in dicta constitutione,
probatinnum in cursibus. in fi. verbis. Et ideo non
rugato supercilio dici potest, quòd non posset ma-
ior pœna relegationis sibi inferri: & sic vbi nõ ve-
nit imponenda pœna vltra relegationem, non pos-
set habere locum tortura per capitulum regni, tor-
menta. Ex quibus fuit decisum non posse torqueri,
sed ex præmissis probationibus & indiciis ita mu-
tilatis, condemnatus ad exilium biennale extra
Neapol. & in hanc sententiam conuenimus omnes
iudices.

SVMMARIVM.

1 *Bannitus is dicitur, qui ritè & rectè bannitus fuit.*
2 *Contumax nulliter, non potest dici contumax.*
3 *Bannum emanatum à iudice laico cõtra clericum, non tenet: & est nullum.*
4 *Clericus citatus per iudicem secularem: non tenetur coram eo comparere: & subdit, quòd si non comparet, non potest contumax reputari.*
5 *Clericis coram iudice seculari non est licita comparitio, nec possibilis prorogatio.*
6 *Processus iudicis laici cõtra clericum citatum per ipsum, & non comparentem, non tenet.*
7 *Clericus si citatus à iudice laico comparet, & non declinat eius forum, debet mulctari per iudicem ecclesiasticum: & pœna extraordinaria puniri.*
8 *Statutum laicorum, etiam in fauorem ecclesiæ, non valet: quia Canonistæ non concedunt, vt laici ponant falcem in messem eorum.*
9 *Clericus non potest subiici iurisdictioni iudicis laici, etiam de consensu sui episcopi. & nu. 10.*
11 *Clerici vt conuemantur in curia iudicis secularis, minimè Papa hoc facere potest: Imò si Papa hoc faceret, minimè iudex secularis hoc facere posset.*
12 *Princeps laicus, nec Imperator potest condere legem quod clericus committens crimen lęsę maiestatis, puniri possit per iudicem secularem.*
13 *Conuentum fuit inter Regem regni, & sanctam Romanam ecclesiam, quòd Rex nullam aliquo casu habeat potestatem in clericos, nec iurisdictionem, nisi ratione feudi.*
14 *Clerici nedum ipsi sunt exempti à legibus imperialibus, verùm etiam & eorum bona.*
15 *Clerici legem domini temporalis, etiam in eorum fauorem disponentem, recipere non tenentur, nisi per ecclesiam Romanam approbata reperiatur.*
16 *Omnis causa, etiam mulcta, excusat à pœna.*

DECISIO XXIX.


Agnificus don Gucter de naui, in-
quisitus per magnam curiam vica-
riæ de receptatione magnifici Ioan.
Iacobi Cossa eius cognati, inquisiti
de nonnullis criminibus, banniti &
condemnati. Id de plano confessus, sciens eun-
dem Ioannem Iacobum clericum & beneficiatum,
nec potuisset per iudicem secularẽ citari, nec con-
demnari, se ad pœnam aliquam minimè obno-
xium reputando, eundem in eius domo recepta-
uit: & pariter ipse ad domum præfati Ioannis Ia-
cobi pluries se recepit. Dum hæsitaretur in magna
curia vicariæ, an teneatur ipse don Gucter ad pœ-
nam sex mille ducatorũ, in regia Pragmatica edi-
tam contra receptatores bannitorum, seu ad aliam
pœnam: dicebam principaliter, quòd illum ban-
nitum vocare, seu tenere debemus, * quem ritè & 1
rectè bannitum esse comperimus, vt dicit Bartol.
& post eum Alex. in l. iiij. §. condemnatum. ff. de re
iudic. & in l. non putauit. §. non quis. ff. de contra
tabu. & tenet Francis. Curt. Seni. in suo consilio lx.
pro aperienda veritate. Deci. in cap. prudentiam.
de offic. delegati. vbi etiam subdit, * quòd contu- 2
max nulliter, non potest dici contumax. & idem
dicit Deci. in cap. de appellationibus. extrà, de ap-
pel. Sed quòd bannum emanatum à * iudice laico 3
contra clericum, non teneat, & sit nullum tenet in
particulari Io. And. Anto. de Butr. & Abb. in ca. si
diligenti. de foro compet. Bal. in l. j. ff. si quis in ius
vocat. non iet. Alex. in consil. lxiij. iij. volu. & ideo
dixit pulchrè Bald. in l. si quis ex consensu. versicu.
demum. C. de episcop. audi. quòd citatus per iudi-
cem incompetentem, si non comparet, & sit con-
tumax, & ex cõtumacia iudex ipsum ponat in ban-
no, ex hoc non debet timere: quia ex quo acta sunt
nulla, tanquam facta coram incompetenti, ex illa
vera contumacia non orietur aliquis pœnæ effe-
ctus: maximè, cùm de natura iurisdictionis sit, vt
non possit exerceri in nõ subditũ. c. per venerabi-
lem. extrà qui filij sint legit. Ita dicit Fely. in c. quæ
in ecclesiarum. in versic. tertia declaratio. extrà, de
constitutionibus. glo. in cap. dudum. extrà, de reb.

ecclesiæ non alienandis.in sexto. Et ideo dixit Ioannes Andr. Anto. de Butr.& Abbas in capitulo,
4 si diligenti.de foro competenti.quòd *clericus citatus per iudicem secularem, non tenetur coram eo comparere: nec potest, si non comparet, contumax reputari: ex quo contumacia ipsa non tenet: cùm contumacia sit delictum.& ideo non potest secularis iudex pœnam contumaciæ in clericum infligere.cap.j.de clericis coniugatis.in sexto. Baldus in l. generaliter. la secunda.C.de episcopis & clericis.& in l.si quis ex aliena.ff.de iud. & consuluit Bartolus in suo consilio ccxxv.clericus sub nomine laici.& plenè Decius in suo consil. ccxlj. secundo volumine. scripsi aliàs. Iacob. de sancto Georg.in l. non videtur. de iudic. hic dixit dominus Ægidius de Mandalbertis, in sua disputatione incipiente.quæstio talis est.quæ reperitur inter disput.Paul.de Leaz.respondendo ad Bart.in dicta l.
5 non videtur.de iudic. quòd clericis * coram iudice seculari non est licita comparatio, nec possibilis prorogatio, per dictum capitulum si diligenti. de foro competenti.& sic cùm constaret præfatum Ioannem Iacobum non esse de iurisdictione citantis, non tenebatur comparere: vt not. in cap. fina. de appel. Et consuluit Alexand.in consilio lxxvij. iij.volum. & tenet Henricus boyc. in suo singula. xxviij.citatus.& sequitur Guido Papæ, in sua decisione parlamenti Gratianopo. cccci. an mulctæ declaratæ.& magis in particulari Ioan.And. in regula, scienti.in mercurial. & ibi subdit, non tene-
6 re processum iudicis laici contra * clericum citatum per ipsum, & non comparentem, ad allegandum de priuilegio clericali: quia nec valet in principali causa, nec in pœnam contumaciæ. & hoc intantum est verum, quòd non tenetur clericus citatus per iudicem secularem coram eo compare-
7 re, quòd * si comparet & non declinet eius forum, debet mulctari per eius iudicem ecclesiasticum, & per eundem pœna extraordinaria puniri debet, quasi sit transgressor canonis: secundum Baldum in l.j.ad finem.C.de indict. vidui.tollen. Qui subdit procedere, etiam si statutum prohibeat declinare forum sub pœna: ex quo tale statutum non valet. Refert & sequitur Firma. in suo tractatu de episcopo, in quinta parte quarti libri, in verbo, quadragesimonono quæro. in fin. dicti versiculi, in verbo, iuxta præmissa sciendū est.& sic præuidens, ipse magnificus don Gucter, quòd ex iuris dispositione nedum laicus iudex, verùm etiā nec Princeps secularis potest imponere legem personis ec-
8 clesiasticis, cùm non sint, * nec esse possint de iurisdictione laici: intantum, quòd non valet statutum laicorum, etiam in fauorem ecclesiæ: quia canonistæ non concedunt, vt laici ponant falcem in messem eorum: vt in cap. cùm ecclesia sanctæ Mariæ. extrà de constitut.& tradit. Archid. in cap. j. x. distinct.& ideo dicit text. in cap. decimæ. xcvj.
9 distinct. * quòd clericus non potest supponi diffinitionibus laicorum. & sequitur Hostien. in summa de iud.§.quæ sit necessaria. & ibi subdit, quòd
10 etiam de consensu episcopi * iudex laicus non potest habere iurisdictionem in clericum: vt in cap. decernimus.& in cap.quantò.de iudi. Imò etiam
11 & * Papa minimè facere potest, vt clerici conueniantur in curia seculari: & si faceret, minimè posset iudex secularis de clericis cognoscere. Ita Cardinal.& Abb.in c.perpendimus.in repetit.de sent. excom. refert & sequitur Roma. in sing. suis, in verbo, Papa. versicu. quæro nunquid, cùm clerici sint exempti a legibus temporalibus. dicto cap. cùm ecclesia sanctæ Mariæ. de constit. secundum Bald. in cap. clericus. de pace tenen. & ideo * princeps lai- 12
cus nec Imperator potest concedere legem, quòd clericus committens crimen læsæ maiestatis, puniri possit per iudicem secularem. Ita Bald. vbi suprà: & hoc quia lege diuina cautum est: nolite tangere Christos meos, id est clericos: vt not. in auth. de non alien. in princip. Idem tenet And. in constitutione, incipiente, de personis. sub rubrica, vbi clerici in malefi. conueniantur: & allegat constitut. Feder. incip. statuimus. sub titulo de episcopis & clericis positam. Et licet illa lex non loquatur, quando clericus committit crimen læsæ maiestatis: tamen conuentum fuit inter Regem Regni & Romanam ecclesiam in * inuestitura, quòd Rex nul- 13
lam aliquo casu habeat iurisdictionem in clericos, nisi ratione feudi.& idem dixit Abb. Panorm. in c. cùm non ab homine. extra. de iudi. circa princi. & de cōuentione præfata inter Regem & Romanam ecclesiam, meminit capitulum regni: item statuimus, quòd clerici. sub rubrica de trah. cler. ad iudicia secularia. & fuit edictum dictum capitulum per Carolum Principem Salerni, primogenitum Regis tunc regnantis. Tuetur etiam præfatus magnificus don Gucter, quod clericus legem pœnalem principis secularis recipere nec admittere tenetur: vt dicit Innoc. in cap. auditis, de præscript.
& nedum * personæ clericorum, verùm etiam & 14
eorum bona sunt exempta a legibus imperialibus: vt dicit Bald. in auth. licet nulla communitas. C. de sacrosanct. eccle.& not. in c. quanquam. de censib. in vj. Panor. in c. ij. de immunit. eccle. Et ideo clerici * legem domini temporalis etiam in eorum fa- 15
uorem disponentem, recipere non tenentur, nisi per ecclesiam Romanam adprobata reperiatur. Ita Ioan. And.& Cald. in c. j. de ope. noui nunt. Innoc. in c. nouit. de iud.& ibi Panor. Alex. consil. cv. iij. vol. & sic præfatis in rectam considerationem deductis, asserere posset præfatus don Gucter minimè in pœnam aliquā incidisse ob receptationem
præfatam, * cùm omnis causa etiam iniusta, excu- 16
set à pœna: prout singulariter tenet Ang. in l. si plagij. C. ad legem Flauiam. de plagia. glo. in l. j. in fin. glo. magnæ. ff. si quis ius dicenti non obtempe. gloss. in l. fatis. ff. de in ius vocan.& in l. j. in verbo, iussis. ff. de abig. Bald. in l. debitor. C. de fideicom. libert. Ex quibus omnibus dixi, præfatū don Guster esse exemptum à pœna dictæ regiæ pragmaticæ. Cæteri autem magnifici iudices, fortè præmissa non aduertentes, votauerunt incurrisse pœnam: moderandam tamen per illustrissimum dominum Proregem, qui post nonnullos dies, fortè habita notitia votorū præfatorum, rescripsit esse supersedendum in exactione dictæ pœnæ, non esse aliter molestandum prædictum don Gucter.

SVMMARIVM.

1 *Concessio iurisdictionis facta per Principem alicui,*

cui, videtur cumulatiuè facta, & non priuatiuè: nisi exprimatur quod priuatiuè concessa sit.

2 *Iurisdictio licet tribuatur alicui, non ex hoc videtur derogatum iurisdictioni iudicis ordinarij, etiam si per verba taxatiua concessa fuerit.*

3 *In concessionibus iurisdictionum semper authoritas superioris concedentis præseruatur illæsa.*

4 *Papa concedens iurisdictionem alicui, videtur maiorem penes se reseruasse.*

5 *Iudex inferior dum in eodem loco habet iurisdictionem, videtur ipsam accumulatiuè habere, & non priuatiuè: vnde est locus præuentioni.*

6 *Iudex præueniens per citationem realem, id est per capturam, præfertur iudici inquirenti per prius.*

7 *Præuentio habet locum inter æquales iudices, & in pari iurisdictione.*

8 *Iurisdictio quomodo dicatur priuatiuè concessa.*

9 *Iurisdictio in dubio videtur accumulatiuè concessa, & non priuatiuè: nisi esset concessa alicui castro, quòd causæ debeant in ipso agitari per vicarium ibi ponendum: nam eo casu ex mente concedentis apparet, quòd fuerint priuatiuè concessa.*

10 *Imperator concurrit in iurisdictione cum quocunque alio suo subdito.*

11 *Inuestitus de feudo dum quis est, non poterit princeps in primis causis concurrere in iurisdictione cum vasallo.*

12 *Iurisdictio competens alicui virtute priuilegij, facit vt non sit locus præuentioni alterius iudicis: secus, si esset iurisdictio, quæ ad plures pertineret: quia tunc haberet locum præuentio.*

DECISIO XXX.

IN causa excellentis comitis Sarni, super repetitione & remissione eius vasalli carcerati in magna curia vicariæ pro delicto commisso, id est, homicidio patrato in ciuitate Sarni, & quem magna curia ipsa in captura præuenit: replicabatur per Regium fiscum huiusmodi remissionem denegandam, & per eandem magnam curiam cognosci debere de delicto præfato, cùm in eius captura præuenerit: tum maximè, quia iurisdictio concessa eidem Comiti, non adparet con-
1 cessa * priuatiuè ad magnam curiam, & ideo præsumitur accumulatiuè concessa, & per ipsius concessionem factam Comiti, non videtur sublata iurisdictio ab ipso principe concedente: sed quòd vtrique competat: per text. in cap. dudum. de præbendis. in sexto. & est text. in l. j. C. de offic. præfect.
2 vrbis. vbi dicit Bart. per illum text. quòd * licet tribuatur iurisdictio alicui, nõ ex hoc videtur derogatum iurisdictioni iudicis ordinarij, etiam si per verba taxatiua specialiter alicui iudici iurisdictio concedatur: vt dicit Baldus in l. j. versiculo, extrà quæritur. ff. de offic. consul. & latè Roma. in consilio cccxciij. præsens consultatio refert plenè, & sequitur Decius in suo consilio iij. diligenter pro tenui facultate. & benefacit, quia iurisdictio in dubio debet ad ordinarium transferri: vt per glo. notabilem in l. j. in glossa j. in fin. ff. de iudiciis. Cynus in l. si quis ex consensu. C. de episcopali audientia.

& quod notat Federicus in suo consilio cxxx. factum tale est, quædam domus. & ideo dixit singulariter Bald. in l. qui se patris. C. vn de liberi. quòd
in * concessionibus iurisdictionum semper autho- 3
ritas superioris concedentis, præseruatur illæsa: cùm citra eius authoritatẽ nequeat exerceri: cùm in eo semper resideat suprema potestas inseparabilis. Vnde potest aliorum iurisdictionem supprimere, allegat not. per doctores in l. j. C. de summa Trinit. & fide catholica. Nec omitto pulchrum dictum Baldi in consilio cccxxvj. incipiente: Rex Romanorum. in final. verbis. in primo volum. vbi
dixit, quòd * Papa committens iurisdictionem, 4
videtur maiorem penes se reseruasse: & quòd iu-
dex * inferior, dum in eodẽ loco habet iurisdictio- 5
nem, videtur ipsam accumulatiuè habere, & non priuatiuè. Vnde est locus præuẽtioni: vt dicit Angelus de Aret. in l. j. §. si quis in appellatione. ff. de appel. Franc. de Aret. in consilio cj. Spectabilis domine. Dominus de sancto Gemi. in capitulo, per hoc. de hæred. in sexto. Ioannes de Anania in c. excommunicamus. §. volumus. de hæred. Bartolus in l. studentibus. de officio præfe. vrbis. Item apparet
* magnam curiam præuenisse per citationem rea- 6
lem, id est per capturam personæ. Quo casu præfertur iudici inquirenti per prius, vt dicit Bart. in l. iij. ff. de custo. reor. & in l. j. de pœn. Baldus in l. j. C. vbi de crimine agi oport. & in authen. sed nouo iure. C. de ser. fugit. Ioan. Andr. in cap. j. de oblig. ad ratiocin. & Alexand. in l. sepulchri. de sepulch. viola. & tamen sumus in magna curia, quæ est iudex
superior: & nihilominus præuentio * locum habet 7
inter æquales iudices, & sic in pari iurisdictione. l. si pluribus. ff. de leg. j. & l. j. ff. de offic. præsid. Quibus omnibus adductis per me, ad corroborationem intentionis Regij fisci, quæ in rei veritate euanescit, vt infrà patebit, contrariam sententiam sentio de iure veriorẽ. Nec officiunt primo loco adducta, quòd concessa iurisdictione, maior iurisdictio resideat penes Principẽ concedentem: ex quo nulli dubium. Sed in casu, de quo quæritur, non concurrit Princeps, sed magna curia, quæ pro principe reputari non potest. Nec de captura personæ, & sic præuentione reali ipsius vasalli curandũ: cùm liqueat ex processus meritis, officialem eiusdẽ comitis omnem diligentiam adhibuisse contra præfatum delinquentem: ob quam patet, nullam posse sibi culpam imputari, & sic quatenus ex tenore priuilegij non liqueat iurisdictionem sibi priuatiuè concessam ad magnam curiam: tamen adparet
* ex mente concedentis, iurisdictionẽ ipsam fuisse 8
eidem priuatiuè concessam: per ea quæ consuluit Ludouicus Romanus in consilio cccxciij. præsens consultatio. vbi posita regula, quòd iurisdictio in
* dubio videatur accumulatiuè concessa, & non 9
priuatiuè: fallit, vbi esset concessa alicui castro, quòd causæ debeant agitari in ipso per vicarium ibi imponendum: nam eo casu ex mente concedentis adparet, quòd iurisdictio illa fuerit priuatiuè concessa. Et idem tenuit ipsemet Ludo. in suo singula. xxj. viget pactum dicens, quòd licet esset pactum inter Senenses & homines cuiusdam territorij, quòd non derogabunt iurisdictioni Potestatis eorum: tamen ponendo in certo loco vnum

vicarium, videtur dari sibi iurisdictio priuatiuè ad illum Potestatem. Idem refert & sequitur dominus Felynus in capitulo, pastoralis. de officio ordina. Vbi etiam in principio dixit, quòd in hoc, vtrum iurisdictio competens inferiori, dicatur competere priuatiuè ad superiorem an cumulatiuè, est materia valde intricata: secundum Angel. in l. testamenta. C. de testamentis. & ibi, & in aliis locis vario modo locutus est. Vnde præmissa regia pragmatica Regis Ferdinandi primi, quòd in primis causis, tam ciuilibus, quàm criminalibus, cognoscant iudices ordinarij in locis: & causæ ipsæ à proprio foro non extrahantur, etiam per magnam curiam vicariæ, satis concessa videtur ipsa iurisdictio priuatiuè ad magnam curiam vicariæ, concurrente maximè capitulo obtento ad instantiam ciuitatis Neapolitanæ, vt priuilegia concessa Baronibus inuiolabiliter obseruentur. Nec officiunt suprà allegata de præuentione, & quòd iudex inferior videtur accumulatiuè iurisdictionem habuisse, quia illa procedunt, vbi tam iudex superior, quàm inferior habent iurisdictionem in eundemmet locum. Quia tunc videtur inferior iurisdictionem accumulatiuè habuisse: secus, si non in eodem loco. & ita loquuntur iura suprà allegata. Et in eo quod dici posset suprà dicta pro fisco, maximè hodie procedere in Imperatore
10 qui concurrit * in iurisdione cum quocunque alio suo subdito: vt per Baldum in cap. j. in principio, de his, qui feud. dare poss. vbi etiam idem dicit de Papa. nam eadem est responsio, de qua suprà, quòd imperator nõ concurrit in iurisdictione cum præfato comite, sed magna curia duntaxat: & nihilominus specialiter in inuestito de feudo: vt etiam princeps non potest concurrere in primis causis
11 in iurisdictione cum vasallo. Ita * dixit Panorm. in capitulo, cæterùm. de iudiciis. & ratio est secundum Baldum, qui idem tenet in l. j. xliij. quæst. ff. de rerum diui. Quia vasallus habet ius vtile in iurisdictione & territorio cum vtilitate & effectu. & idem etiam Marti. Land. in suo tractatu de prin. prima rubrica. conclu. cxxxviij. Dux Mediolani. Cardin. Alex. in prælud. feud. circa medium. Ioan. Fab. institut. de Attili. tuto. in princi. dum dixit dominum directum non posse in terra Baronis sibi subiecti dare tutorem pupillo, nec alium actum iurisdictionalem exercere: nisi in defectum iustitiæ inferioris: & ibidem magis in specie, & propriè decidendo casum, de quo quæritur, tenet Baldus in l. fin. C. si à non competenti iudice. ibi dum dicit, ponendo quæstionem de eo, qui commisit homicidium in castro Spoleti. quod castrum habet proprium prætorem, licet sit sub præside ducatus Spoleti: nunquid si aufugit, debeat ad dictum castrum remitti puniendus, an ad præsidem? & dicit, quòd ad dictum castrum, etiam per ipsum præsidem erit remittendus: per notata in capitulo, cùm æterni. de re iudicata. in sexto. in nouel. quia ibi specialius sortitur forum & iudicem. quod etiam notanter dicit Baldus. idem consuluit Francisc. Curti. Seni. in suo consilio ij. vassallus habens. & plenè. & est in consiliis feuda. vbi etiam ad hoc allegat textum bonum in capitulo, Roma. extrà de officio ordin. in sexto. vbi adparet, quòd archiepiscopus regulariter non potest exercere iurisdictionem in diœcesi episcopi sui suffraganei. & sic concludit dominum directum non posse se impedire in iurisdictione sui vassalli circa primas causas suorum vasallorum: quia vbi est concessa iurisdictio, non potest superior concedens se intromittere per suprà dicta, nisi in casu negligentiæ. Et idem sequitur Albertus Brun. in suo consilio xlvij. visis dubiis. Iacobus de sancto Georg. in suo tractatu feudo. & plenè Felinus in capitulo, pastoralis. extrà, de officio ordina. in sexta limitatione. vbi formaliter dicit, limita sextò in domino feudi: quia tributa est sibi iurisdictio priuatiuè ad ordinarium. Ita dicit Abbas in capitulo, cæterùm. ibi, fateor tamen. extrà, de iud. per textum in capitulo imperialem. de prohibit. feud. aliena. & in capitulo ex trãsmissa. & in capitulo, ex tenore. extrà, de foro competenti. Præterea, cum præfato excellenti Comiti competat iurisdictio virtute priuilegij, nõ est locus præuentionis magnæ curiæ: secus, si esset iurisdictio, quæ ad plures pertineret:
quia * tunc haberet locum præuentio allegata. ca. 12
vt debitus. extrà, de appel. cap. iij. de offic. Archid. Ita in propriis terminis decidit Felinus in cap. irrefragabili. extrà, de offic. ordin. & ibi subdit Cardin. post Paulum in clemen. prima. in verbo, ne igitur. primo not. de celebratione missarum. ita dicere. & quòd textus in dicto cap. irrefragabili. & alij probantes, quòd de iure minorum prælatorũ non se intromittunt diœcesani, nisi in casu negligentiæ, procedunt solùm, quando ad inferiorem spectat iurisdictio de iure communi, priuilegio, vel consuetudine. Secus, si est actus, qui ad plures similiter pertinet: quia tunc est locus præuentioni: & sic non potest allegari magnam curiam præuenisse, cùm se intromittere non poterat in præiudiciũ iurisdictionis ipsius Comitis. Nec valui tantum bene cantare, quòd sonitus veridicus transiret per aures sociorum meorum iudicum: qui fisci partibus adhærendo, decreuerunt & contra votum meum suprà dictum, causam ipsam esse tractandam, & remanendam in eadem magna curia: & nescio quomodo, & quo iure tueri possit huiusmodi decisio: & nunc pendet appellatio in sacro Regin Consilio: tandem die xv. præsentis mensis Martij, 1542. fuit decretum per sacrum Regium Consilium, malè iudicatum per magnam curiam, & præfatum vasallum esse remittendum ad præfatum excellentem Comitem Sarni, prout iam remissus fuit.

SVMMARIVM.

1 *Viro non accusante vxorem, non licet alteri matrimony connubia fœdare.*
2 *Mulier nemo te condemnauit: & ego te absoluo.*
3 *An in adulterio possit procedi ex officio.*
4 *Adultera puniri debet, etiam si maritus sibi parcat, ex quo est de casibus, vbi proceditur ex officio, & absque accusatore.*
5 *Vir si accusauit vxorem de adulterio, ipso demum desistente quilibet etiam extraneus poterit accusare.*
6 *Virum accusans non impedit, quin iudex non possit ex officio procedere in adulterium.*

Adul

7 *Adulterium vbi est notorium, iudex potest ex officio procedere.*
8 *Ex confessione in iudicio facta inducitur notorium,*

DECISIO XXXI.



Assandea vxor inquisita de adulterio commisso cum Bartholomæo de Corrado de Neapoli barbitonsore, accusata iam de adulterio per eundem maritum Cassandrę prędictę:& dū instante Regio fisco procederetur in causa, & fuisset obiectum, nō posset procedi nisi contra Io. Petrum, & non contrà Cassandram minimè de a-
1 dulterio accusatam cum viro nō accusante * vxorum, non liceat alteri matrimonij connubia fœdare.l.quamuis.la secunda.C.de adulte.& l. si constante.ff.eod.titu.& l.miles.§.voluit. & l.sine meo. ff.eod.titu.maximè, quia sine accusatore nemo punitur.l.rescriptum.§.si quis accusatorem.ff.de munerib.& honorib.& tenet gloss.in dicta l.ij.§.si publico. de adulteriis.& hoc iure diuino factum videtur : per Christum Ioan.xiij.vbi deprehensam in
2 adulterio dimisit: * quia non habuit accusatorem: dum dixit, mulier nemo te condemnauit : nec ego te condemno.Idem tenet Andr.de Isern.in constitut.regni, humanitate. sub rubrica de his,qui fide-
3 iussorib.dare poss. Sed quòd * imò ex officio, & sic per inquisitionem procedi potest : est textus in cap.perniciosam.de offic.ordina. & tenet Bart.in dicta l.ij.§.& si publico.de adult. & in particulari idem And.in constitutione asperitatem.in fin.verbis.sub rubrica.de adulter. & lenocin. vbi subdit, quòd adultera punitur, etiam si maritus sibi parcat : quia est de casibus, in quibus procedi potest ex officio sine accusatore, cùm sit crimen publicum.dicta l.ij.§.si publico. Accedit bene litera arbitralis.ne tuorum.virtute cuius potest procedi ex officio in omnibus casibus, in quibus imponi potest pœna mortis ciuilis, vel naturalis, vel membri abscisionis,non obstante dispositione capituli: vt delatus.vt dicit Par. de Pute. in tracta. synd. in verbo,inquisitio.§.ij. Sed in viro pœna adulterij, est mortis naturalis : & in muliere detrusionis in monasterium: vt dicta l. quamuis. in fine. C.de adulteriis.& per const.regni.asperitatem.etiam flagellis affici sic videtur nedum pœna corporis afflictiua, sed certo modo morti ciuili æquiparata: & plus subdit Andr.in dicta constitu.asperitatem.
4 quòd eo * casu adultera puniri debet, etiam si maritus sibi parcat:ex quo est de casibus, vbi proceditur ex officio absque accusatore: ex quo est crimen publicum: per dictam l.ij.§. si publico. & nihilominus demum compertum fuit, quòd maritus ipse querelam de adulterio præfato exposuit contra ipsam Cassandram: & licet à præfata querela
5 demum destiterit : attamen desistente * viro, quilibet etiam extraneus poterit accusare:per dictam l.si constante. maximè, dum ex meritis processus partibus auditis legitimè ac plenè constet de adulterio præfato, & fiscus semper prosecutus fuerit querelam & processum præfatum. & sic non obest fisco:quòd maritus ipse successiuè remiserit ac pepercerit præfatæ eius vxori:quia tunc quilibet admittitur ad accusandum. l.vim passam. ff. de adulteriis. & nihilominus si nullus accusaret, * iudex 6
posset ex officio procedere: vt plenè exorditur & concludit Afflictus in dicta constitu.asperitatem. & ibi subdit, quòd id quod dicitur non posse in adulterio ex officio per inquisitionem procedi, nec contra adulteram nec contra adulterum, locum sibi vendicat, si nemo à principio accusauit, vt ipse putat. Nec obstaret, quòd dicatur esse crimen publicum,& quòd ideo possit ex officio procedi : quia illud procedit, postquam nomen rei receptum est inter reos : secundum Bartolum in dicto §.si publico.& Salyc.in præallegata l. quamuis.vbi subdit,quòd crimē adulterij est publicum, scilicet quandocunq; in personis accusatorum sit receptum : intelligitur tamen,vt suprà dixi.Sed quid opus est verbis, cùm ex processus meritis liqueat ; quòd vltra quòd fuerit reperta Cassandra ipsa in propria domo eiusdem adulterij,& cum ipso adultero , vt doctum est per depositiones quàm plurimorum testium legitimè productorum per Regium fiscum in processu ordinario, & asportata ad magnam curiam, & tanquā principalis examinata cum iuramento, non valuit negare se non fuisse carnaliter cognitam, & sic adulteratam à præfato Bartholomeo Corrado? Et sic succedit, quòd licet aliàs, secundum illam opinionem non possit ex officio * per inquisitionē procedi in adul 7
terio : id tamen non vendicat sibi locum, vbi adulterium esset notorium:prout in terminis tenet Andræas de Isern.in constitut. Regni , humanitatem. Quod notorium satis adparet resultare ex confes-
sione propria * in iudicio facta per eandem Cassan 8
dram & sponte : prout dicit Bartolus in l.scriptus. ff.de religio.& sump.fune.& no.in l.ictus fustium. ff.de infam.& in capit.vestra.de cohabit.cleric. & mulie.& not.Bal.in l.properandum. in fin. princi. C.de iud.& sequitur Affli.in sua decis.clxxvj.quędam mulier.Ex quibus condemnata fuit pauperrima mulier, vt flagellis cæsa in monasterium detrudatur, iuxta regni constitutionem. A qua pœna dissentire mihi fuit visum, cùm fuerit fustigata per ciuitatem,& sic notoriè infamis effecta, impossibile foret reperire monasteriū, imò nec domum honestam, quæ ipsam introduceret,& sic cùm nō turpis aspectus esset,de facili meretrix euaderet,quod permittendū non est. Sed bene conclusi esse in monasterium detrudendam, sed minimè fustigādam. & ab huiusmodi condemnatione appellatū fuit,& demū transmissa fuit ad hospitale incurabiliū per eandem magnam curiam, & minimè fustigata.

SVMMARIVM.

1 *Nobilis regulariter nō imponitur pœna ignominiosa.*
2 *Nobilitas facit alleuiare pœnam delicti.*
3 *In pœna vniformiter taxata à lege vel statuto, non est habenda distinctio personarum: tamen mitius agitur cum nobili, quam cum ignobili: quia nobiles non luunt in corpus.*
4 *Decuriones & eorum liberi non damnantur in metallum, nec in opus publicum, nec ad bestias: nec fustibus caduntur.*
5 *Pœna metalli, est hodie correcta, & nemo bene natus efficitur seruus.*

DECISIO XXXII.

NObilis Cæsar de Racta, obmanus iniectionem in Capitaneum ultimæ regis Caietæ, & persecutionem in ipsum cum ense euaginato & aliis excessibus, in insulam Caprarum relegatus: antequam in insulam accessisset, dum rixaretur cum quodã carcerato in carceribus magnæ curiæ, eidem caput fregit cum quodam baculo. Demum dum in insulam accessisset, dimisso metu pœnæ, fines fregit, & recessit: & iterum in fortiam curiæ perueniens, dum de modo pœnæ hæsitaretur, iterum in carceribus rixatus alium percussit & vulnerauit, non tamen gladio: ob quod fuit dictum, vt tanquam incorrigibilis ad remigandum in regiis triremibus saltem ad tempus damnaretur. Dixi id minimè fieri posse, cum absque dubio nobilis sit, & antiquæ ac generosæ prosapiæ: & regu-
1 lariter nobili non imponitur * pœna, ignominiosa. Ita consuluit excellens ac subtilis doctor Raph. Fulg. in suo cõsilio clxvij. supposito statuto: refert & sequitur Afflic. in constitu. regni: quicunque toxi-
2 cum. & quòd nobilitas * faciat alleuiare pœnã delicti in nobili, est textus formalis cum glo. in l. aut damnum. §. in ministerium ff. de pœn. vbi pro delicto, pro quo mulier potest in metallũ damnari, si fuerit nobilis, non poterit ei inferri huiusmodi pœna metalli. & idem quòd ex causa nobilitatis minoratur & alleuiatur pœna, tenet Luc. de penna, in l. ij. C. de deserto. libro xij. Hinc Cicero libro ij. Rhetor. dum de deprecatione docens ait: hæc ignoscendi ratio quæreretur ex his locis, si plura aut maiora officia, quàm maleficia videbitur constare: si qua virtus aut nobilitas erit in eo, qui supplicabit. & facit textus in l. splendidiores. C. de diuers. offic. lib. xij. Idem tenet Luc. de pen. in l. mulieres. in secundo priuilegio. C. de dignit. libro xij. & quòd rumpantur regulæ iuris fauore nobilitatis, tenet Felynus post alios in c. pastoralis. in prin. extrà de offic. deleg. & ideo in pœnis mitius nobilis quàm ignobilis puniri debet: vt dicit Luc. de pen. in l. quotiens. C. de dignit. libro xij. & tenet gl. in cap. fi. in verbo, nobilitatem. de pœn. & in cle. multorum. in verbo, inferiorum. eod. tit. & in cap. cùm gratus. xlv. distinct. Et inde in regno qualitas pœnarum satis consideranda est, dum imponitur: quia debet in ea impositione attendi qualitas personarum, prout etiam iura attendunt. Nam decuriones & eorum liberi, imò & pronepotes in metallum damnari non possunt. l. moris. §. sed enim sciendum. ff. de pœn. l. veteranis. ff. de priuileg. ve-
3 ter. vbi formaliter Iurecons. inquit * quòd Decuriones, & eorum liberi, nec in metallum damnantur, nec in opus publicum, nec ad bestias, nec fustibus cæduntur: & idem tenet iureconsultus in l. pœn. ff. ad leg. Cor. de sica. l. Decurionum. C. eod. tit. & l. Decurionẽ. & l. antepe. & fi. ff. de quæst. Et idem in particulari voluit d. Petr. piccolus in const. re-
4 gni, clandestinis. sub rubrica * de pœna homicid. clandestin. quòd pœna metalli, hodie est correcta: quia nemo bene natus efficitur seruus. Et ideò in
5 pœna vniformiter * taxata à lege vel statuto, non est habẽda distinctio personarũ. l. nemo. C. de summa trin. l. ij. §. expilationis. de crim. expila. hære. tamen mitius agitur cum nobili, quàm cum ignobili: quia nobiles non luunt in corpus, vt dicit Bal. ibidem. & sequitur Par. de Pute. in trac. syod. in verb. pœna. vet. quid si per statutum. fol. cxcix. parui voluminis. & alibi nobiles de consuetudine non suspenduntur, nec patiuntur pœnas viles: dicit Bart. in l. capitalium. §. serui. ff. de pœn. & sequitur Paris in loco præallegato. Ex quibus ductus, dixi non posse ad remigandum in triremibus condemnari, sed relegari, aut in exilium mitti: prout ita iudicatũ fuit, & executum per eandem magnam curiam.

SVMMARIVM.

1 *Ueneno necare hominem, longè plus est, quàm gladio occidere.*
2 *Uenenum aliquem dicitur, illum prodidisse vendidere.*
3 *Uenenum deferens, causa venenandi aliquem, debet puniri lege Cornelia de Sicariis.*
4 *In crimine veneni iudex debet esse promptior ad torturam, quàm in ceteris criminibus.*
5 *Inimicus capitalis dicitur is, contra quem fuit interposita querela criminalis cum querelato.*
6 *Inimicitia capitalis colligitur ex variis præsumptionibus, inter litigantes.*
7 *Ad repellendum quem vt inimicum, non solum sufficit probare de odio capitali, sed satis est probare quod habeat causam odij capitalis, quamuis odium non ostendat.*
8 *Inimicitia capitalis sufficit ad indicium torturæ.*
9 *Carcerans mulierem honestam iudex debet capitaliter puniri.*
10 *Mulier releuatur, vt ob inopiam præstandi fideiussionem tam in causa ciuili, quàm criminali, detineri non possit: sed solùm eius iuramento committitur.*
11 *Mulier tam pro causa ciuili, quàm criminali personaliter ad iudicem trahi non debet.*
12 *Mulier pro delicto capi potest, non tamen carcerari, sed detineri in monasterio aliquo custodienda: quod tamen non seruatur de consuetudine: sed ponitur in carcere separato à masculis.*
13 *Nobili potest assignari totum palatium vel tota ciuitas pro carcere, etiam si Princeps mandasset ipsum carcerari: dicitur obtemperatum ipsius principis iussioni, assignando ipsi nobili palatium, vel totam ciuitatem pro carcere.*

DECISIO XXXIII.

MAGNIFICA Lucretia Scaglione, ad querelam magnifici Iulij Carrafa eius olim generi, inquiritur per magnam curiæ vicariæ de tentata venenatione in personam præfati Iulij, ad cuius venenationis probationem producuntur principaliter duo testes. Per mediũ vnius quorum, venenũ ipsum in quodã paruulo vase vitreo ad modum phialæ assignatum fuit Frãcisco repostorico eiusdẽ Iulij, & per eundẽ Iulium assignatum eidem magnæ curiæ. Hæsitatũ igitur fuit, an procedi possit ad

ſit ad carcerationem præfatæ magnificæ Lucretiæ,
1 concurrente maximè criminis atrocitate, * cùm
longè plus ſit hominem veneno necare, quàm gla-
dio occidere: vt dicit glo. in §. eadem lege. institu.
de public. iudic. per text. in l. j. C. de malefi. & ma-
the. cum necans quẽ veneno, proditoriè agat: cum
venenatus ſe tueri nequeat. Hinc dixit Bald. in l.
nemo clericus. C. de ſumma trinita. & fid. cathol.
2 quòd * venenans aliquem, dicitur illum proditio-
riè occidere: & idem inquit Bal. in capi. j. verſicul.
quid de rebus: quibus modis feud. amitta. & idem
Bal. in l. cum fratrem. C. de his, quibus vt indi. vbi
3 in ſpecie * dicit crimen veneni habere in ſe admi-
ſtum crimen proditionis. Hinc eſt, quòd deferens
venenum ad effectum venenandi aliquem, debet
puniri pœna legis Corn. de ſicar. vt in l. eiuſdem. ff.
ad legem Corn. de ſicar. & tenetur, ac ſi illud por-
rexiſſet: vt probat text. in præallegata l. eiuſdem. &
in l. j. in fi. & ibi Bartol. ff. de parri. & plenè Angel.
in tracta. malefi. in verſiculo. ex interuallo dictus
Titius. & ibidem Auguſt. Arim. in additio. & idem
ante ipſum tenet Ioan. Fabr. in §. alia. institut. de
pub. iudic. & idem adparet firmaſſe Salice. in d. l. j.
de malefic. & mathe. & in l. j. §. j. ff. ad legem Corn.
de ſicar. & in l. eiuſdem. ſ. eodem titu. & intantum
4 iura huiuſmodi crimen abhorrent *, quòd ſanxe-
runt iudicem in eo promptiorem eſſe debere ad
torturam, quàm in cæteris criminibus: dixit Bald.
in l. iij. C. de epiſcop. aud. & conſuluit Alexander
in conſilio lxij. tertio volumine & bene etiam fa-
cit, quòd in enormibus, licet iura transgredi: ſecun
dum Innocentium & ibi plenè Felyn. in capi. pri-
mo. de conſtitut. Et præmiſsis maximè ſuffragatur
inimicitia capitalis inter ipſam Lucretiam & præ-
fatum Iulium querulantem, orta ex querela expò-
ſita per præfatam Lucretiã de nece quandam Hip-
polytæ eius filiæ: & vxoris ipſius Iulij: ob quam
fuit Iulius ipſe carceratus, & etiam vni ex familia-
ribus eiuſdem Iulij, ex cauſa præfata illata tortu-
ra, vt liquet ex actis eiuſdem magnæ curiæ: quòd
nobis qui in facto fuimus iudicantes innoteſcit: &
ſic ſatis adparet liquere de inimicitia præfata ca-
pitali per institutionem querelæ criminalis, por-
5 rectæ per eandem Lucretiam, vt ſ. * contra ipſum
Iulium, vt dicit ſingulariter gloſſ. in l. licet. ff. de
arbi. & eſt text. in authent. ſi dicatur. & ibi Bartol.
C. de teſta. Nam & capitalis inimicus dicitur, qui
mouit cauſam criminalem, vel cui mota eſt. text.
eſt in d. l. licet. de arbi. ita dicit Lanf. in ſuo tract. de
teſta. in verſiculo. quarto, nunquid poſt publicatas
6 atteſtationes. in princip. vlträ, quòd * ex iuris præ-
ſumptione præſumitur inter litigantes inimicitia
capitalis. Idem in capi. cùm quis. extrà de reſtitut.
ſpolia. ita dicit Guid. papæ in ſuo tract. de præſum-
ptio. in x. volumi. tract. imò ad repellendum quem
vt inimicum, non ſolùm ſufficit probari de odio
7 capitali: ſed ſatis eſt probare, * quòd habeat cau-
ſam odij capitalis, quamuis odium non oſtendat.
Ita Innocent. in capi. cùm I. & A. extrà, de re iudic.
in fin. per text. in capi. & cum ſequent. iij. quæſtiõ.
v. de quo exclamat Bal. in l. præſcriptione. C. ſi con
tra ius vel vtili. publi. verſiculo ſextò quæritur. &
ſequitur Roma. in repeti. rubricæ de arbitr. verſi-
culo, quis autem dicatur inimicus. Petrus de An-
chara. in capi. ſtatutum. §. cùm verò. v. not. de re-
ſcript. in ſexto. vnde exiſtente dicta * capitali ini- 8
micitia, quæ aliàs videtur ſufficere ad iudicium
torturæ, vt inquit Angel. in l. fin. C. de quæſtion. &
Bartol. ſi rectè inſpiciatur, in l. fina. ff. eodem titul.
Specu. & Ioan. Andr. in titul. de præſumptio. verſi-
culo, ſed pone. videtur multò minus dubitandum
de detentione. Verùm habitâ re conuenit, ſi ſtante,
quòd eſt mulier nobilis, poſsit pro crimine inqui-
ſita detineri. videtur obſtare, quòd non poſsit: imò
pœnã * capitalem incurrit Iudex mulierem hone- 9
ſtam carcerando, etiam de crimine inquiſitam: vt
dicit text. in l. j. C. de offic. diuer. iudic. & in authẽ.
ſed nouo iure. C. de cuſt. reo. & in corpo. vnde ſu-
mitur, in authentic. vt nulli iudicum. §. neceſſaria.
Idem tenet gloſſ. in l. nemo. C. de exact. tribu. libro
decimo. vbi loquitur de debito fiſcali, in quo im-
ponit aliam pœnam etiam pecuniariam iudici car
ceranti mulierem. & idem ſupra tenet etiam Bald.
in l. conſentaneum. C. quomodo & quando iudic.
Et Roma. in repe. l. j. C. de hære. institut. in xx. quæ-
ſtio. Nec habet obſtare l. quoniam. C. de cuſto. reo:
quia illa lex adparet correcta per iura poſteriora:
vt teſtatur Angel. in repe. d. l. nemo carcerem. C. de
exacto. tribu. libro decimo. vbi Barto. ſupra alleg.
vbi ſubdit, quòd nec pro priuato nec pro publico
debito poteſt carcerari: & ſic nec pro cauſa crimi-
nali: vbi idem tenet Bartol. Et in tantum iura defe-
runt mulieribus, quòd * ratione ſexus releuantur: 10
vt ob inopiam præſtãdi fideiuſsionem tam in cau-
ſa ciuili, quàm criminali, detineri non poſsit: ſed
ſolum eius iuramento committatur: vt in dict. au-
then. ſed nouo iure. niſi ſtatuta aliter dicerent: imò
tam pro cauſa ciuili, quàm criminali perſonaliter
ad iudicem trahi non debet. Ita plenè Catal. in ſuo
tract. ſyn. verſiculo lvij. verbo, adde quòd mulie-
res. Reperio tamen, quòd Ioannes de Imol. in capi.
lator. extrà de pigno. dixit, quòd licet iura nihil di
cant de cauſa criminali, recurrendum eſt ad auth.
ſed nouo iure. C. de cuſto. reo. vbi tex. dicit, * quòd 11
mulier poteſt capi pro crimine: non tamen carce-
rari, ſed teneri in monaſterio aliquo cuſtodienda.
Quod tamen hodie non ſeruatur: ſed de * conſue- 12
tudine carceratur in carcere ſeparato à maſculis.
& ſequitur Sozi. in tract. cita. in verſiculo xvj. fal-
lit: & idem tenet & ſequitur illuſtris doctor Ioan-
nes Baptiſt. de ſancto Seuerino, alias de Caccialu-
pis, Senenſis in ſuo tract. de debito. ſuſpe. & fugiti.
verſiculo quinto. principaliter quæro. & dum tem
pore, quo fui Iudex in magna curia vicariæ, &
propriè in anno viceſimoſecundo, ex vigintiſe-
ptem annis in quibus præfui, in iudicatu præfa-
to contigiſſet caſus in perſonam magnificæ La-
ninæ de Annichino vxoris Antonij de Carpago,
inquiſitæ de homicidio in perſonam ſuæ famulæ,
& exiſtentibus indiciis contra ipſam de homici-
dio præfato, fuit aſsignatum monaſterium mo-
nialium ſanctæ Mariæ de Anglone pro carcere:
& ibidem fuerunt ſibi data capitula, & audi-
ta in eius iuribus, quoſque me referente con-
demnata fuit ad pœnam relegationis in inſulam
Caprarum. & poſt aliquot menſes obtinuit gra-
tiam ab illuſtriſsimo Prorege Carolo de Lanei.
Et iterum eodem tempore, dum contigiſſet alius

casus venenationis & mortis quondam Comitis Saponariæ & duorum eius fratrum:& præcedente inquisitione de venenatione præfata cõtra Hieronymum de sancto Seoe.& nobilem Cianciam dentice, eius vxorem, patruos eoruodem defunctorum, præcedentibus indiciis fuerũt ipsi coniuges deteoti per quamplures menses & annos in carceribus castri noui, & demum perempta instantia liberati. Et iterum vltimo anoo mei iudicatus in eadem magna curia reperi nobilem Sabbam de sancto Mango, inquisitam de mandato ad occidẽdum in persooam sui cogoati occisi Felicis de le fianze detentam in Castro nouo, penes illustr. Arconom castellanum : & mihi causa comissa, dum eandem ionocentem reperissem, votaui eandem absoluendam, vt adparet io votis meis impressis in voto xxxiiij. Sicque dom magna curia deliberasset prædictam Lucretiam in monasterio detioendam, fuit per illustrissimum dominom Proregem gratiosè prouisum, quòd eidem assignaretur domus alicuius personæ sibi coniunctæ, pro carcere : & sic elegit domum sui cognati. Qood de iure fieri potoit,
13 cùm nobili possit assigoari totum palatium,* imò & tota ciuitas pro carcere, in casu in quo posset carcerari, tam virtute iuris cõmunis, qoàm statuti. Et etiam si Princeps mandasset ipsum carcerari, dicitur obtemperatum iussioni Principis, si officialis, cui princeps sic rescripserat, assignasset totam ciuitatem seu totum palatium pro carcere. Ita dicit Ange. in l. in bonæ fidei. C. de rei veodi. & melius ac clarios in l. qui io carcerem. ff. quòd metus causa. Lanf. de Oria, in repeti. capituli : quoniam cnntra. extrà de test. in versiculo confessionis. versiculo, quæro subsequenter. Idem sequitur Iasoo in l. admonendi. in repeti. ff. de iureiuran. & Ioan. Lupi in repeti. capituli: per vestras. extrà, de dooa. inter virum & vxorem. & faciunt optimè relata per Alexander io l. si vt certo. §. custodiam. ff. commodati.

SVMMARIVM.

1 *Imperitia mundum destruit, & ponit conscĩẽtiam bonorum in magno discrimine.*

2 *Iudex ad nihil aliud inuentus est, nisi vt veritatem inueniat.*

3 *In ætate quadraginta quinque annorum existens, non dicitur senex sed iuuenis : cùm iuuenis dicatur ab anno 25. vsque ad 50. annos.*

4 *Ab ætate 50. annorum, vsque ad 70. dicitur senex.*

5 *Senex non excusatur à tortura, sed decrepitus, qui est post annos senectutis.*

6 *Baro, quis propriè dicatur in regno.*

7 *Iudex potest se de fama alicuius informare absque testibus in forma iudicij receptis, & absque ordine iudiciario : imò multò magis per testes inhabiles.*

8 *Iudex habens arbitrium, potest recipere testes iuris ordine non seruato.*

9 *Magna curia vicaria, consistit in duobus tribunalibus : vnum dicitur curia vicaria, quæ est vicarij regni. Aliud dicitur magna curia, quæ est magistri iustitiarij.*

10 *Inimicos testes allegans inquisitus antequam torqueatur, debet offerre ipsam incontinenti probare, & nominare testes ipsos in promptu.*

11 *Testem à me productum reprobare non possum, si ab aduersario similiter productus est.*

Testes producens si eis visus non fuit, nec fecit ipsos iurare, tamen non poterit opponere in eorum personas, si ex aduerso producantur. ibidem.

12 *Testis dum vocatur ad testimonium, eo ipso videtur adprobatus per eum, qui vocari fecit, & debet examinari.*

13 *Testes à me producti, nedum in eadem causa, verum etiam & in aliis causis, non solùm si persona, contra quam ipsos produxi primò, contra me producat eosdem : sed etiam in quacunque alia causa, ex quo ipsos semel adprobaui, non possum de cætero reprobare.*

14 *Testes consanguinei vel affines, licet admittantur ad probandum innocentiam sui consanguinei inquisiti: non tamen admittentur ad reprobationem testium productorum contra ipsum.*

15 *Comparatio literarum semiplenã probationem inducit, quando est apodixa priuata: secus, quando est liber rationum ; seu epistola, in qua licet non sint alij testes, plenè probat.*

16 *Comparatio in quacunque scriptura, facit plenam probationem.*

17 *Testis non potest esse vxor in causa viri, nec pro viro: quia reputatur eadem caro, & sunt socij diuinæ & humanæ domus.*

18 *Testes affines sicut cognati & alij, licet non repellantur in totum, tamen non erunt integri, sed suspecti.*

19 *Testes carcerati pro delictis nihil probant, cùm sint infames si delictum sit tale, quod per sententiam infamaret.*

20 *Testes consanguinei, qui repelluntur tanquam præsumpti inimici, intelligi debet, quando consanguinitas procedit ex linea descendenti vel ascendenti: secus, si ex linea transuersali: quia tunc non repelluntur.*

21 *Testis ad hoc vt possit reprobari tanquam inimicus, requiritur probari aliqua causa inimicitiæ, seu qualitas particularis ipsius inimicitiæ, aliàs non dicitur probata inimicitia.*

22 *Et quòd requiritur probari fuisse commissam causam inimicitiæ, aliàs non repellitur.*

23 *Et inimicitiæ qualitas & species probari requiritur in specie, nec sufficeret ita in genere.*

24 *Testis, ad hoc vt tanquam inimicus repelli possit, requiritur probari euidens inimicitia & manifesta.*

25 *Testis deponens de inimicitia, debet reddere causam & rationem dicti sui, quantumcunque non sit de ea interrogatus.*

26 *Inimicitia, ad hoc vt repellat testem, requiritur quòd sit grauissima, vel saltem grauis.*

27 *Testis inimicus ex leui inimicitia non repellitur.*

28 *Inimicitia an & quando dicatur grauis, quæ repellat, & non repellat testem, remittitur arbitrio iudicis.*

29 *Indicium ad torturam, an resultet ex dicto inimici non capitalis deponẽtis de visu: & licet teneatur*

quòd

quòd sit indicium ad torturam, tamen relinquitur iudicis arbitrio.

Testes, qui probantur per repulsam criminosi ex diuersis delictis, si ex eis nõ adparent condemnati, non repelluntur: & hoc de iure ciuili & non canonico. & sic hoc seruabimus in terris imperij: & non in terris ecclesiæ ibidem.

30 *Indicia aliqua, licet probẽtur per testes singulares: tamen sufficiunt ad torquendum.*

31 *Iudex habens arbitrium, prout est magna curia vicaria, potest ad depositionem vnius testis, licet non omni exceptione maioris, torquere.*

32 *Etiam si fuisset testis ipse receptus parte non citata: dummodo stylus ita se haberet, quòd non citaretur pars in examinatione: & quod dicitur ibi, perpetuò menti tenendum.*

33 *Testes examinati ad informationem curiæ, licet nõ repetiti, licet non probent, faciunt tamen argumentum seu indicium.*

34 *Confessus in tortura aliqua delicta, de quibus extabant indicia, poterit de cæteris interrogari & torqueri, de quibus indicia non extarent: & hoc de generali consuetudine Italiæ.*

35 *Indicia multa si probantur per testes singulares, tamen ex eis resultãt plures præsumptiones, quæ bene faciunt indicium ad torturam.*

36 *Reuocatio confessionis facta in tortura per inquisitum, nihil ei prodest: si contra se sunt talia indicia, quæ iuncta cum confessione, licet per tormenta extorta, inducũt indubitanter veritatem: nisi reuocans probaret contrarium per alia indicia contraria*

37 *Socius criminis inculpans aliquem nominando, in criminibus exceptuatis non prodest, nisi alia concurrant.*

Constitutus in mortis articulo, non præsumitur mentiri in eo, quod dixit ibidem. Et asserens eo tempore aliquem mentiri, non esset audiendus. ibidẽ.

Testes aliàs minus idonei & inhabiles, qui aliàs non admitterentur: tamen in his, quæ à communiter accidentibus fiunt, clam & secretè, haberentur pro idoneis. ibidem.

38 *In delictis quæ occultè fiunt, facilius arbitrari debet iudex esse procedendum ad torturam, quàm in cæteris.*

39 *Seruum non est verisimile quòd aliquid faciat sine consensu domini.*

40 *Mandans alicui, vt occidat Titium, & homicida demum illum occidit propter propriũ odium, quod cum illo habebat, non erit in aliqua consideratione mandatum præsitum: & sic mandans non tenebitur.*

Et vide in eadem decisione numero 38. multa etiam quàmplura exempla indiciorum ad cognoscendum quòd quis mandauerit homicidium committi.

41 *Testium suspicione stante, quòd falsum deposuerint, cautela est, vt interrogentur de circunstantiis, an starent vel sederent, & an simul vel separatim ad locum peruenerint, vt sic data diuersitate inter ipsos, eorum dictis non stabitur. & numero 42.*

43 *Iudex quando suspicatur de testibus, an verum deposuerint, debet laborare circa huiusmodi interrogationes contra testes, quia eo casu potest vti simulationibus.*

Iudex dum suspicatur de falsò contra testes, debet eos diligenter examinare, & eos inuoluere, si potest, ad veritatem eruendam ibidem.

44 *Iudex lege permittente non debet posse animum suum applicare ad dicta testium de falsò suspectorum.*

45 *Iudicis arbitrio committuntur ea, quæ non possunt sub certa regula tradi.*

46 *Iudex si viderit testibus examinatis, etiam clarè deponentibus in fauorem alicuius, non esse fidem adhibendam: poterit fidem non adhibere, si ex causa hoc sibi videbitur.*

47 *Iudices sunt omnes probationes arbitrariæ quod dependet ex mero iudicis arbitrio.*

48 *Testes dum allegantur inimici, debet offerri incontinenti probatio de inimicitia.*

49 *Testes qui mittitur repulsare tanquam criminosos aut delinquentes, non sufficit probare quòd ita sint: sed requiritur etiam articulari & probari, quòd ita tenentur & reputantur, aliàs non probat.*

50 *Contumax & bannitus pro delicto, circunscriptis cæteris indiciis, sufficiens facit indicium ad torturam.*

51 *Testes repulsati, licet non sufficiant ad condemnationem inquisiti, sufficient tamen ad torturam.*

52 *Fama vehemens facit sufficiens indicium ad torturam.*

53 *Et quando dicatur vehemens fama, relinquitur iudicis arbitrio.*

54 *Testes vbi in aliqua causa sunt de visu, & aliqui de fama publica si deponentes de visu repulsantur. & illi, qui de fama publica deponunt, non reperiuntur repulsati, erunt sufficientes ad torquendum.*

55 *Tortura si illata est in corpore non infirmo, sed potius robusto, & non fuit magna: & tortus confessus, & demum ratificauit infra legitimum interuallum, valet & tenet confessio, etiam quòd indicia non præcesserint sufficientia. & numero 57.*

56 *Tortus modicè non potest dici tortus. Et tormentum propriè dicitur magnus dolor corporis, & magna afflictio.*

57 *Quod dicitur de confessione in tormentis facta, procedit si magna sit tortura, & tortus debilis. secus, si modica, & tortus robustus, quia valet tunc nulla perseueratione attenta.*

58 *Confessio spontanea sola, est valida ad condemnandum in criminalibus.*

59 *Confessio sine causa, licet sit inefficax: tamen interueniente iuramento, erit efficax.*

Confessio extraiudicialis, licet non præiudicet confitenti quo ad plenam probationem, tamen si interuenit iuramentum, erit valida & præiudicabit. ibidem.

60 *Confitenti nihil prodest reuocare cõfessionem quam fecit, deliquisse. si cõtra se sunt aliqua indicia, quæ coniuncta sunt cum confessione, quanquã extorte*

per

per tormenta, inducant indubitanter veritatem, nisi renocans probaret contrarium: vel clarè per indicia contraria eliderent.

61 *De indiciis & inquisitionibus debent attendi coniectura verisimiles, quæ coniectura capiuntur ex qualitate facti, & conditione personarum.*

Præsumitur pro aliquo, vel contra aliquem, etiam ex conuersatione loci, vbi quis conuersatur. ibidē.

62 *Ex actibus præcedentibus & sequentibus, de aliquo præsumi licet bonum, vel malum.*

DECISIO XXXIIII.



N præsenti decisione nō erubescam
1 dicere, quòd imperitia * mundum destruit, & ponit conscientiam bonorum in magno discrimine, vt vtar verbis Baldi in suo consil. v. viso testamento Bartolutij. in ij. volumi. de quo meminit Bertran. in suo consil. cviij. primo volumi. Verùm
2 quia iudex ad nil aliud inuentus est, nisi * vt inueniat veritatem: prout inquit Paul. de Castr. in suo consil. ccxcv. & sequitur Anto. Nicel. in concord. glo. cxx. ideo dum an bouis an hominis laruam habentis, vocem persenserim acclamantem, seu rectius mugientem, fuisse subreptitiè & obreptitiè obtentum ad minus veridicam iudicum relationem, dispēsari super tortura nobilis Prosperi Scaglioni per illustrissimum dominum Proregē: præ-
3 textu, quòd * non fuerit expressum ipsum esse ætatis xxxxv. annorum. & sic senem. Quoniam in tortura iura satis considerant, senibus subueniendo, vt ipsos torqueri prohibeant. Vereor enim, aut librum mendacem, aut minimè consideratum, dum dictum fuit hominem ætatis xxxxv. annorum dici senem, & à tortura excusari, quia in ætate præfata existentem, minimè in senectute, sed in iuuentute existere dicendum est: cum in huiusmodi ætate dicatur iuuentus, seu virilis ætas: ex quo ætas iuuen-
4 tutis dicitur ab anno xxv. vsque ad ætatem * quinquaginta annorum: à quo tempore quinquaginta annorum, incipit ætas senectutis vsque ad septuagesimum annum: vt plenè gloss. magistra. in prooemio vj. & ibi plenius Ioan. Andr. gloss. in capi. j. de cele. miss. quæ ætas nō excusat à tortura, sed requiritur ætas decrepita, quæ superuenit post comple-
5 tam senectutem, vt ibi. & talis ætas * decrepita excusat à tortura, & non senectus, vt inquit Guid. de Suza. in tracta. de tormen. versic. item ætati decrepitæ. Idem tenet Ang. in suo tracta. malefic. in verbo, fama publica præcedente. versic. vj. quæro, quæ personæ. & est tex. in l. iij. §. ignoscitur. ff. ad Sylla. & in l. j. §. impubes. & ibi glos. eod. tit. moderni Senenses in eorum tracta. de indic. & tortu. & Alexā. in l. milites. C. de quæstio. Secundò, vox magistra, tonitrua intonabat, asserendo non fuisse expositū, inquisitum ipsum esse Baronem casalis Bricignani, & interdum ex lapsu linguæ casale prædictum nominabat Castrum: & quòd sic, vt Baro gaudere debebat beneficio constitutionis regni, prosequentes, qua datur certa forma, cum certis qualitatibus requisitis in testibus deponentibus contra Baronem, quod non fuit expressum nec obseruatum in casu, de quo agitur: & ideo perperā & iniustè processum ad torturam. Cui respondetur: quòd licet longè ante inquisitionem præfatam, prout ex publicis adparet documentis, casale præfatum alienatum à pluribus annis retro elapsis & vltimo loco redemptum per magnificum V. I. D. Leonem Follerium eius consocerum, iam dominum & possessorem eiusdem casalis: attamen cum id allegans minimè scire velit, aut nequeat, quis nam dicatur, vel dici possit Baro, vel si tētauerit fortè pernoscere, si per nos ignoraretur: quomodocunq; tamē sit, non omittam ignorantem instruere, & scientem certificare, eum nūcupari Baronem, qui habet Baroniam: & Baronia dicitur castrum, habens sub se feudum quaternatum, secundum Andr. de Iser. in in constit. regni: si aliquis Baro sub rubr. de consti. dota. idem Andr. in constit. si post mortem. sub rubri. de denunti. mor. Baro. vbi magistraliter in spe
cie inquit, quòd ille dicitur Baro, à * quo tenetur 6
feudum quaternatum, vel castrum. & idem citat Andr. in c. j. §. similiter. de capita. qui curi. vend. & ibi in specie subdit, quòd ad hoc, vt quis Baro dici possit, ad effectum, vt gaudere possit priuilegio constitutionis, prosequentes. requiritur, quòd habeat sub se sobfeudatarios, habentes feuda quaternata, vel quòd habeat castrum à principe in Baroniam. & ita dicitur Baro, aliàs non. & idem consuluit Decius in consil. ccccxc. viso casu proposito, & quoniam pluribus aliis, in iij. volumi. Tertiò, in eisdem consuetis conculcando, satagebāt nullam probatam esse diffamationem seu infamiā, saltem ex processu ordinario, virtute cuius potuisset di-
spensari in tortura pręfata, prout requiritur *: cum 7
ex iuris dispositione possit iudex de fama alicuius se informare, absque testibus, in forma iudicij receptis, & absque ordine iudiciario: imò multò magis per testes, inhabiles etiam. Ista sunt pulchra verba Bald. in l. qui testamento. §. per contrarium. ff. de testa. allegat Innocent. in c. cum in tua. extrà de sponsa. idem probatur not. per Panormi. in capi. j. in fin. commenti. extrà de postu. prælato. refert & sequitur Iacob. de sancto Georgio in l. iij. §. eius-
dem. ff. de testi. & ideo iudex * habens arbitrium, 8
potest recipere testes, iuris ordine non seruato: vt dicit Bald. in l. solam. C. de testi. in vltimis verbis, refert & sequitur Iason in l. j. C. de testa. & maximè procedunt præmissa in hoc supremo tribunali magnæ & vicariæ curiarum, quòd habent liberum arbitrium: quod per plura regni capitula sibi apertissimè conceditur. & refert etiam excellens iuris monarcha, do. Anto. de Alexand. in l. qui sine. ff. de quæstio. in additio. quas facit ad Bartol. Et insuper
aduertendū est ad aliud: ꝙ * hoc tribunal magnæ 9
curiæ vicariæ, consistit in duobus tribunalibus, & repræsentat duas personas vnam, magistri iustitiarij, & ista est magna curia: alia est, vicarij generalis huius regni: & ista est curia vicariæ: vt probat exordium Reginæ Ioannæ in prooemio rituum magnæ curiæ. sub rubric. incipiunt ritus magnæ curię. ibi, dum dicitur maximè in nostris, magnæque vicariæ curiis, quæ sub regimine nostræ protectionis, præcipue in hac nostra ciuitate Neapolitana & toto regno nostro, sunt iustitiæ deputatæ, & magis infrà, Infrà scripti ritus, & obseruantiæ in nostra magnæ, & vicariæ curiis, & qualibet earum de

cætero

cætero inuiolabiliter obseruentur. & in alio ritu,
incipiente. item quòd causę ciuiles, non tamen feu
dales, agitandæ in dictis magna & vicariæ curiis,
& pariter in aliis ritibus, & capitulis regni, idem
clarius demonstratur. Et sic quatenus magna curia
non potuisset fortè ad torturam procedere in ca-
su, de quo quæritur, nō seruata forma constitutio-
num & capitulorum regni aliorum, & Neapolita-
nis concessorum, poterat tamen tanquam curia vi
cariæ id exequi: reassumpta huiusmodi facultate,
& potestate ab illustrißimo Prorege, tanquam vi-
cario regni, qui citra & contra formam capitulo-
rum præfatorum & constitutionum regni potest
tormenta adhibere: vt adparet per capitulum re-
gni: in accusatis. ibi, dum dicitur, quòd si iustitia-
rij, vel alij præsidentes exposuerint quenquam tor
mentis de consilio iudicum contra formam præ-
dictam, excusentur iudicibus pœnis affectis. sed si
absque consilio iudicis, excusatur assessor, seu iu-
dex præsidente punito: nostra tamen & generalis
in regno vicarij reseruato arbitrio. & citra & con-
tra formam prædictam faciant adhiberi tormenta:
sicut expediri videbitur: & facti occulti, vel peri-
culosi qualitas suadebit. Vnde ex præmißis liquet
incassum loqui de qualitatibus requisitis, vt tortu
ra locum habere poßit, concurrentibus potißimè
pluribus capitulis regni, in quibus expreßè man-
datur regenti magnæ curiæ se informari de fama
inquisiti formaliter dicens per testes, quos tantum
ad tui informationem recipere te volumus, & ma-
ximè in litera arbitrali isi cum sceleratis. vnde sa-
tis liquet fuisse sanctißimè processum ad torturā
contra ipsum Prosperum: adparentibus insuper
quampluribus proceßibus diuersarum inquisitio-
num, & de homicidiis, & de vulneribus, violētiis,
& furtis, & aliis grauioribus delictis in diuersis
generibus musicorum, & pro aliquibus ex eis altàs
carceratus diuersis vicibus: & detentus fuit, &
sua sorte excarceratus i sic fatis disponentibus.
Quartò recidiuabant adserentes, quòd dum ante
illatam torturam fuisset de inimicitia capitali ob-
iectum contra illos nobiles de domo Tufi & Gar-
ganæ & aliorum, non fuit aliter prædictus Prosper
auditus: sed ad torturam contra ipsum processum:
nam licet stante ordine & dispensatione illustriß
simi domini Proregis super tortura præfata magna
curia, ipsa non erat nisi mera executrix dispensa-
tionis prædictæ, quia licet officialis habeat arbi-
trium, prout habet magna curia ipsa circa tortu-
ram: tamen si procederet virtute mandati, prout
proceßit in casu isto de mandato regio statuente
sibi formam præcisam procedendi ad torturam,
non intelligitur quòd fuerit vsa arbitrio, sed man-
dato: argumen. l. qualem. ff. de arbitris, secundo re-
sponso. & in l. vnum ex familia. §. primo. ff. de lega.
10 ij. & in capitu. nouit * extrà de appel. Ita pulchrè
firmat Paris in suo tractatu syndicat. in verbo, ar-
bitrium, numero 6. & nihilominus hoc circunscri
pto, non adparet fuisse formiter obiectum de ini-
micitia præfata, nec de ea incontinenti probari
oblatum: prout à iure requiritur: nec in promptu
nominati testes, quos asserebat inimicos capitales:
nisi quattuor ex eis duntaxat: quo casu non debe-
11 bat admitti. Textus est in §. si verò quis dicat. in au

thentic. de testibus. Andræas de Iser. in constitu. re-
gni, humanitate. Ita in propriis terminis & in par-
ticulari firmat Felynus in capitu. x. parte. extra de
testibus. Nec poterat testes aut maiorem partem
ipsorum aliter repulsare: cum ipsos citati obtinue-
rit ad eius instantiam post terminum datum ad fa-
ciendum suas defensiones: vt liquet per eorum no-
mina adposita in calce citationis testium suorum:
quo casu * ipse approbauit in eorum personas: nam 11
testem à me productum, reprobare non possum, si
ab aduersario similiter productus est. gloss. in §. &
licet. in fine. in verbo, & suppliciis. in authentic. de
testibus. collatio. septima. Bald. in capi. licet. de te-
stibus. Iason in l. prima §. fin. ff. de verborum obli-
gatio. in versiculo, pro ista communi conclusione.
Alexand. in consilio vij. in primo volumine. Hinc
est, quòd producens testes, si eis vsus non fuit, nec
ipsos fecit iurare: tamen non poterit opponere in
eorum personas, si ex aduerso producantur. Ita vo
luit Bald. in l. j. §. bestias. ff. de postu. Idem Bald. in
l. data opera C. qui accusare non possunt. Ex quo,
cùm testis vocatur ad testimonium, eo ipso vide-
tur approbatus * per eum, qui vocari fecit: & de- 12
bet examinari. vt plenè per Cæpo. in sua cautela
ccxvij. & not. in capitulo, in decima xviij. quæstio.
& idem subdit Bald. in dicto §. ad bestias. not. per
Specul. in titulo, de teste. §. sæpe. versiculo, quid si
enim. & ideo contra eorum personam non poterit
opponere, nisi exceptio de nouo superueniat, licet
contra dicta sit. Ita dicit Ange. in authent. de testi.
§. si verò dicatur. per text. in l. si quis testibus. C. eo.
tit. imò plus, dato quòd testes à me producti, ne-
dum in eadem causa, verùm etiam & in aliis cau-
sis, non solum si persona, contra * quam ipsos pro- 13
duxi primo modo, cōtra me producat eosdem: sed
etiam in quacunque alia causa, ex quo ipsos semel
approbaui, non possum de cætero reprobare: argu-
mento capituli, si quis testibus iiij. quæst. iij. Ita in-
quit Archidia. & post eum Ioannes de Turre cre-
mata, Cardinalis sancti Gregorij dignißimus in
cap. accusatores. tertia quæstion. octaua. imò, quod
deterius audio ad reprobationem testium fisci fuis
se productos & examinatos ad instantiam ipsius in
quisiti, quamplures eius adstrictos consanguineos
& affines: videlicet Ioannem Vincentium de Gri-
maldo, & eius fratrem & nepotes. qui Ioannes Vin
cent. & Vincentius sunt sibi cognati carnales. pro-
duxit etiam vxorem propriam in testem. & licet
ex iuris * dispositione ipsos testes ad defensionem 14
meram & demonstrandum eius innocētiam pro-
ducere potuisset: secus tamen ad reprobationem
testium: quia cùm sit materia odiosa, à iure repel-
luntur consanguinei & affines, & non probant.
Ita Bald. & Salycetus in l. parentes. C. de testi. &
faciunt notata in l. lex Cornelia. ff. de iniuriis. &
per Bartōl. in l. qui testamento. §. primo. ff. de testa-
ment. per cano. in capi. cùm oporteat. de accusa. &
in specie consulendo tenet Alexander in suo con-
silio quinto, in primo volumi. Quintò, gloriaban-
tur non obstare comparationem literarum cum
illis quinque literis eiusdem inquisiti suo Ganime
di transmißis tam turpiter & omni rubore dimis-
so distantibus: cum * comparatio ipsa semiplenam 15
duntaxat videatur inducere probationem: vt di-
xit Cyn.

xit Cyn.& post eum Alber.in l. comparationes.C.
de fide instrumen. dico enim, quòd Alber.ibi sub-
dit se vidisse seruari communiter, quòd talis com-
paratio facit plenam probationem : & præceden-
tia,quòd faciat semiplenam,intelligi debet,quan-
do fit comparatio ad apodixam , id est ad scriptu-
ram priuatam,quæ datur à parte parti,in qua con-
tinetur debitum: quia tunc facit semiplenam pro-
bationem.Secus est in libro rationum ,aut in epi-
stola : quia quando fit cōparatio,etiam si in ipso li-
bro,aut in epistola nō sint alij testes ,& sic in qua-
16 cunque scriptura:talis*comparatio faciet plenam
probationem:secundum Barto. in l. nuda ratio.C.
de donationi.& in l.admonēdi.ff.de iureiu.& ideo
iudex potest compellere,vt respondeat,vtrum illa
scriptura fuerit eius manu scripta. Ita firmat Lan-
franc. de Ori. in suo tractatu de fide instrument.
versicul. circa primam scripturam.in ix. volumin.
tracta. subdens , quòd ita aliàs ipse fecit & practi-
cauit in ciuitate Cremonæ. Idem reperio tenuisse
Tindar. in suo tractatu de teste , & in tertio volu.
tractat.versiculo, quia decet.dum dixit, attendite
quæso diligenter , pro huius clarissimo intellectu.
Nam quandoque quærimus de veritate contento-
rum in epistola,quo ad præiudicium scribētis tan-
tum,& nonnūquam quærimus de hoc, quoad fidē
faciēdam inter alios. Primo casu nulla requiritur
approbatio,sed sola cōparatio sufficiens est: vt in
d.l.comparationes. cum cōcordantiis.habet enim
vim cōfessionis extraiudicialis:& sic dum cōfessus
fuit epistolas illas manu propria scripsisse,ad quod
cōpelli poterat;nescio quónam pacto cōqueri po-
test se indebitè tortum ad illorum recognitionem.
Reperio insuper , vt suprà dictum est, in testē pro-
ductam eius vxorem,quæ licet nobilis sit, & opti-
17 mæ*vitæ & famæ : attamen ipsam ad testimonium
perhibendum pro viro,iuris dispositio non admit
tit:cùm dicatur socia viri diuinæ & humanæ do-
mus.l.aduersus.C.de crim.expil.hære.& reputatur
eadem caro cum viro.c.Martinus.extrà de cogna.
spiri.Ita dixit Bartol. in l.etiam.in fine. de testi.C.
quem refert & sequitur Iaco. de sancto Georgio,
in l.idoneus.ff.de testi. & quòd vxor nō possit pro
viro testificari, tenet Bald.& Salycet. in l.ij.C. de
test.cùm sit domestica viri : & in ea videatur supe-
rioritatem habere & potestatem castigandi : licet
modicè.Idem consulit Sozinus in suo consi. xvij.
in v.colū. & tenet etiam Hosti. in summa de testi.
versi.quid de vxore. & satis singulariter Bald.in c.
in literis.extrà de testi. Et pari modo nec eius co-
gnati & affines suprà mentionati : & quia omnia
luculenter & plenissimè super omnibus exceptio-
nibus, licet infinitis deponerent, tanquam omnia
scientes & videntes:non aliter,quàm Argos depo-
18 nunt.& apertissimi iuris est,quòd*cognati dicun-
tur affines , & etiam in ciuilibus causis: licet non
repellantur in totum : attamen non erunt integri
testes,imò suspecti:vt dicit gloss.in capi.accedens.
lo primo.extrà vt lite non contestata. Bartol. in l.
aut affinitate.ff.de procura.Guliel. de cun.in l.cni
eorum.ff.de postul.bene facit quod not. Specu.in
tit.de teste.§. primo , versiculo sed nunquid in eo-
dem gradu. cum versiculo sequenti. Produxit de-
nique præfatus inquisitus in testes ad eius instan-
tiam Marcum Vulponum , Luysum de Iesualdo,
Antonium Campitellum,& Beatricem Barrensem
eius vxorem,carceratos* pro diuersis criminibus, 19
& delictis,necnon & alios carceratos : qui omnes
vltra eorum infamiam, quia carcerati pro delictis
non probant.l.licet.§.lex Iulia.iuncta glos.in ver-
bo,custodia publica.ff.de testi. & hoc propter no-
tam vitæ eorum. maximè ,cùm carcerati pro deli-
ctis,sint infames,si delictum sit tale, quòd propter
sententiam infamaret.§. item lege iiij.q.iij. iuncta
glo.super verbo,in vinculis. tum etiam quòd præ-
sumitur,quòd testimonium falsum proferant,spe-
rando se à vinculis liberari fauore illorum , pro
quibus deposuerunt.Idem tenet Speculator in tit.
de teste.§.j.versiculo.item quòd accusatus. contra
quem inducitur.& sequitur Iacob. in d.l. testium.
§.lege Iulia.Stepha.Aufre.in suo tract.de reproba.
testi.versicu.canonicus.Idem reperio tenere Albe
ricum de Rosa.in dict.l.iij.§. lex Iulia.de testi.vbi
refert Azonem in cathedra dixisse, quòd ipse aliàs
defenderat quendam nobilem Cremonensem, qui
interfecerat famulum suum in carcere , vbi tunc
non aderant nisi carcerati in testes , per quos cri-
men ipsum non poterat probari , vt fides eis adhi-
beretur: & sic condemnari non potuit ex deficien-
tia testium non carceratorum. Ita concludit Azo
alios doctores concordari , prout etiam refert &
sequitur Alber.de mane.in suo tract.de teste.versi.
demum dubitatur,quid de carceratis. Nec suffra-
gatur præfato inquisito, quòd ad repulsam princi-
paliter fundare nixus est contra nobiles Marcum
& Hectorem de Valle,testes ad instātiam fisci pro-
ductos : prætextu quòd sint nepotes ex sorore ma-
gnifici Scipionis Garyani eius capitalis inimici.
& quia Scipio arguitur instigator huius inquisitio
nis, quod in veritate non liquet : attamen quando
absque veri præiudicio plus quàm liqueret, & da-
to quòd ipsi duo testes * essent nepotes præfati 20
quondam Leonardi occisi : dummodo ex sorore,
adhuc possent testificari contra ipsum inquisitum,
nec aliter repelli possent:ex quo illa consanguini-
tas repellit testem , tanquam præsumptum inimi-
cum ratione consanguinitatis, est quando talis
consanguinitas procedit ex linea ascendenti, vel
descendenti , secus ex linea transuersali, prout in
præsenti casu,quia nullatenus tunc repellitur. Ita
singulariter inquit Innocētius, & post ipsum Ioan
nes Andreas in capi. nonnulli. extrà de rescriptis:
quòd dictum pro singulari allegat Ange. in consi.
cxliiij. vilis processibus. refert & sequitur Iason in
repe.l.admonendi.ff.de iureiurā.& sequitur Marsi.
in singul.suo cxxxiij. incipiente, affinitas.& ita a-
liàs obtinuisse recolo me patrocinante in regia au
dientia coram quodam excellenti domino Ludo-
nico Montaldo regente regiam cancellariam in
causa homicidij commissi per Baraglinum de Ca-
na , in personam quondam Amati de Castiglione,
vt plenè scripsi in consiliis meis ; in causa illorum
de Castiglione. Nec inficiari poterit per regium
fiscum ,quin inquisitus ipse nixus fuerit in termi-
no defensionis sibi dato repulsare multos testes
fisci, productos contra ipsum , tanquam inimicos
capitales,quorum rectè intuenti nullus repulsatus
apparebit : nam * ad hoc, vt testis possit repulsari 21
vt ini

vt inimicus,requiritur probari aliqua causa inimi
citiæ, seu qualitas particularis ipsius inimicitiæ:a-
22 liàs * non potest dici probata inimicitia. Ita pul-
chrè voluit Imol.in capi. Raynutius.extrà de test.
vbi in specie dicit, quòd ad hoc vt testis repella-
tur vt inimicus, requiritur reprobari fuisse com-
missam causam inimicitiæ: aliàs non repellitur.

Idem voluit Bald.in l.si quis testibus. in fine.C.
23 de testibus vbi * in specie dicit, quòd debet quali-
tas & species inimicitiæ probari:nec sufficeret ita
in genere.Idem refert,& sequitur Iason in l.prima
C.de testa.Hinc voluit idem Iason.in l. Titiæ tex-
tores.ff.de lega.primo.allegando Bald. in dicta l.si
24 quis testibus.quòd reus opponens * exceptionem
inimicitiæ contra testes,talis exceptio nihil valet:
quia non sufficit probare inimicitiam in genere:
sed in specie debet probari inimicitia,& eius qua-
litas.Quod subdit esse bene notandum.Quinimo
& plus, ad hoc vt testis, tanquam inimicus repelli
possit, requiritur probari euidens inimicitia, &
manifesta.ita satis notanter voluit Baldus in capi.
cōstitutus. extrà de rescriptis. quem ad hoc refert
& sequitur Ias.in l.sororem.C.de his,quibus vt in-
dignis.& ideò dixit Baldus in l.solam. C. de testi.
25 quòd testis*deponens super inimicitia,debet red-
dere causam & rationem sui dicti, quantumcun-
que nō fuerit interrogatus de eadem. Idem firmat
etiam & sequitur Iacob. de sancto Georgio in l.
26 testium.ff.de testi.nam Inimicitia ad hoc vt*repel-
lat testem, requiritur vt sit grauissima vel saltem
grauis:vt in §. si verò odiosus.in authenti. de testi.
27 alioquin si esset leuis inimicitia, non * repelleret
testem à testimonio, vt dixit Bald. in authentic. si
dicatur.C.de testibus.idem Bald.quem refert & se
quitur Iacob.in dicta l.testium.quod quidem satis
28 adparet deficere in testibus * productis pro ipso
inquisito.maximè,cum,an dicatur grauis vel leuis
Inimicitia,quæ repellat testem,vel non, remissum
sit arbitrio iudicare debentis: vt dicit Innocent.
in capi.cùm oporteat.de accusa. quem sequitur Ia
cob. in dicta l.testium.& quòd sit in arbitrio iudi-
cis inspecta qualitate inimicitiæ,tenet Bartol.in l.
maritus.ff.de quæstio.& ibi Alexan. sequitur Mar-
sil.in l.j.§.j.ff. eodem titul. & in l.j. §. diuus Anto-
nius.eodem titulo vbi etiam subdit,quòd ex dicto
inimici non capitalis resultet indicium ad tortu-
ram: tamen relinquitur arbitrio iudicis vt prædi-
ctum est. Et minimè adparet prodesse præfato in-
quisito repulsa contra nonnullos testes fisci,ex eo,
quòd asserit probasse nonnullos ex eis esse aliqui-
quibus criminibus attinctos. Cùm licet fuerint
29 * inquisiti testes ipsi de diuersis criminibus & de-
lictis: tamen non adparent de obiectis criminibus
confessos,aut condemnatos fuisse:prout à iure re-
quiritur,ad hoc vt repelli possint: secundum glos.
notabi.in capi.super eo.extrà de testi.& capitu.te-
stimonium.eodem titulo & vtrobique notatur. &
ideo dicit Ioannes de Imola in dicto capitulo su-
pereo. quòd cùm hoc procedat de iure ciuili &
non canonico,in terris imperij seruabimus ius ci-
uile: secus in terris ecclesiæ. Ita etiam refert & se-
quitur Iacob. in l.quæsitum.ff. de test. Nec eidem
prodesse: quòd nonnulla indicia contra ipsum vi-
deantur probari in aliquibus delictis per testes sin

gulares, licet contrarium adpareat ex meritis pro-
batorum:attamen * dato absque veri præiudicio, 30
quòd ita foret, talia indicia per singulares testes
probata, sunt sufficientia ad torturam: vt consu-
luit Alexander in consilio lxxvij. primo volumin.
refert & sequitur dominus Anto. de Ale. vicepro-
tonotarius ac præsidens sacri Regij Consilij di-
gnissimus tempore serenissimi Regis Federici pri-
mi de Aragonia in successores, in suis additio. ad
Bartol.in l.qui sine.ff.de quæsti.vbi subdit esse no-
tandum pro magna curia vicariæ, quæ habet arbi-
trium in torquendo, & intantum extenditur po-
testas officialis * habentis arbitrium, quòd ad de- 31
positionē vnius testis non omni exceptione maio-
ris,poterit torquere. Ita singulariter voluit Gand.
quem refert & sequitur Alexander in suo consilio
lxv.j. volumin. si præcedentibus indiciis, etiam si
fuisset receptus parte non citata,dummodo stylus
ita se habeat, * quòd non citetur pars in examina- 32
tione in ea materia.quod perpetuò dicit esse men-
ti tenendum Ludouic.Bolo.in additio. ad Guido.
de Suza.in tracta.de tormen.in versiculo,pro con-
clusione domini Authoris. Præmissæ intentioni
fisci satis conferunt depositiones infinitorum te-
stium de aliis variis & diuersis delictis per eun-
dem inquisitum patratis, & de quibus ex pietate
moti magnifici iudices, ex quo paulisper alsatus
fuerat ad chordam, pro sex principalibus delictis
duntaxat confessatis,jam amplius super cęteris in-
terrogare destiterunt,ne ipsum cruciarent: haben-
tes iam intentionem regij fisci fundatam: & licet
testes super præfatis super quibus interrogati non
sint,deponentes,repetiti non fuerant:tamen nega-
ri * non potest, quin faciant argumentum seu in- 33
dicium: vt notabiliter consuluit Sozinus in suo
consilio xc.j.volum.consilio Bononiensium,quòd
aliqui allegant tertium volum.& idem tenet Decl.
in cap.in nomine domini.el primo.versiculo,prę-
dicta conclusio. extrà de testi. & tamen dum Pro-
sper ipse confessus fuisset quinque seu sex delicta
principalia: de quibus vrgebant indicia,potuit de
cæteris interrogari, & torqueri,de * quibus indi- 34
cia non adparuissent.& hoc de generali consuetu-
dine Italiæ: vt dicit Ange.in tracta.malefic.in ver-
bo, fama publica præcedente. In finalibus verbis.
vbi subdit quòd huiusmodi consuetudo seruatur,
nedum in furtis, verùm etiam in cæteris crimini-
bus & delictis. Idem tenet Odoffredus in suo tra-
cta.de quæstion. xj. quæstione incipiente: quid de
quæstione quotidiana, subdens quòd de generali
consuetudine Italiæ ita seruatur. & idem sequitur
Capol.in suo consilio xl.& firmat Ludoui.Bolog.
in additio. ad Guid. de Suza. in suo tracta. de tor-
men.in versiculo, quid si persona inculpata. & ita
seruauit semper, & seruat magna curia vicariæ:
prout etiam recolo fuisse ita vltimo loco serua-
tum in causa quondam Teragnoli de Iugliano:cu-
lus causæ iudex & relator ego eram in magna cu-
ria: approbante excellente domino Hieronymo
de Colle, regente regiam cancellariam, ibidem in
mea relatione præsente: de quo scripsi plenè in vo-
tis meis nuper impressis in voto xiij. & licet mul-
tà,de quibus interrogatus non fuit in tortura,pro-
bentur per indicia, & aliqua ex eis per testes sin-

singulares, & de iure quodlibet indicium probari
35 debeat per duos testes:& vnus testis deponens* de indicio remoto non probat, per iura vulga. id tamen non habet locum, quando sumus in pluribus indiciis:quia etiam quòd de eis deponant testes singulares:tamen ex eis resultant plures præsumptiones, quæ bene faciunt indicium ad torturam: per regulam, & si non prosunt singula, multa iuuant. Ita consuluit Sozi.consil.liiij. in secundo volumi. Referunt & sequuntur moderni Senenses, in tracta.de indic. & tortur. Vnde ex præmissis clarà resultat conclusio, non prodesse eidem Prospero reuocationem suæ confessionis, prætextu quòd extorta fuerit per tormenta: quia vt dicit Bald. in l. ij.in l. milites. de quæstio. & clarius in l. fina. post principium. versiculo, modò reuoco in dubium. C.de proba.secutus Nicol.de mota.volētem,quòd
36 quando indicia* non sunt ita indubitata,nec à lege approbata,quòd tunc secus:sed solùm sunt religioni iudicis commissa, tamen simul collecta, indicant indubitatam veritatem:vt est exemplum in confessione per tormenta extorta:quæ non per se, sed cum perseuerantia vel fama,vel facti verisimilitude, vel aliis adminiculis, indubitanter indicant veritatem.l.sancimus. & l.qui sententiam. C. de pœn. l.j.§. diuus.ff. de q. Ex quibus verbis colligit Bald. nil prodesse confitenti in tortura reuocare posteà confessionem. si cōtra se sunt talia indicia, quæ iuncta cum confessione, licet per tormenta extorta, inducunt indubitanter veritatem: nisi reuocans probaret contrarium per alia indicia contraria.& sequitur Paulus de Castro, & Bal. ibi.& Fran.Bru. in suo tracta.de indiciis & tortura.versiculo secundò quæro quid sit indicium.Ias. in l.magistratibus.Felyn.in capi.cùm olim.octaua fallentia,de rescriptis.allegans Tindar. in suo dialogo de testium varietate.idem tenet Marsi. in pra ctic.in §. quoniam. numero 58. quod tamen intelligunt, quando essent plura indicia valde proxima vero facto, sicut est vnus testis de veritate facti, & duo de confessione extraiudiciali, facta per eundem cum confessione extorta per torturam, & sic præcedentibus legitimis indiciis: quamuis posteà confessio talis extorta & reuocata sit, possit sequi condemnatio.Ita etiam firmat post alios præmentionatos illustris. Nico.Boër.præsidens sacri Consilij Burdegalensis, in sua decisio clxiij.per torturam.in primo volumine. Sextò,fundabant patroni causæ præfatæ Prosperi inquisiti, non potuisse
37 regium fiscum * legitimè petere inquisitum ipsum subiici torturæ super crimine falsæ monetæ,ad depositionem quondam Iacobi Masoni duntaxat, qui vt particeps criminis inquisitum prædictum inculpat, cuius dicto standum non est,vt torqueri possit, nisi alia vltra eius dictum concomitentur: prout in propriis terminis decidit Salyce.in l.fin. C.de accusa.in fine. Imol.in capitulo primo. extrà de confes. Gandi.in tracta. malefic. sub rubric. de quæstioni.& tormen. in versiculo,sed quid si persona.Guid.de Suza. in tracta.de torment. in versiculo,sed quid de quæstione occurrenti. Alexander in consilio lxxxix.tertio volumin.quoniam abundè.sed quia vltra depositionem præfati Iacobi Masoni in tortura & ad mortem condemnati,& vltimo supplicio affecti,aliter non reuocantis:quo casu non præsumitur falsò inculpasse, ita in discrimine vitæ constitutus, vt inquit Bald. in consilio vicesimoquinto. primo volumine. quoniam asserens eo tempore mentiri, audiendus nō est:vt consuluit Petrus de Anchara. in suo consilio clvij. visa testamenti narratione. & nihilominus non fuit nuda depositio præfati quondam Iacobi:sed concomitatur depositio Isidori de Lando: dum deposuit, quòd recedente ipso cum presbytero Ferdinando,& aliis ab insula Poncij, obmerum Turcarum tunc aduenientium cum triremibus, & audito magno strepitu in fouea castri Pontij, ac si ibi aliquid deiectum esset cum resonante sonitu: ipse descendit in foueam:in qua reperit sacculum cum diuersis cuneis monetarum ibidem deiectum per prædictum Prosperum, seu eius mandato:qui tunc ibidem erat, & cunctis præerat, quo sacculo per ipsum Isidorum in mari proiecto, acclamare cœpit ac murmurare aduersus recedētes & aufugientes à turri, inter quos erat Prosper ipse, & licet conetur reprobare ipsum Isidorum aliquibus repulsis minimè concludentibus: attamen quando dici possent in aliquo validæ, dicitur quòd in iis, quæ à communiter accidentibus fiunt clam & secretè, testes inhabiles & minus idonei, & qui aliàs non admitterentur, habentur pro idoneis & habilibus. capitulo fina.de testi.cogen.notat gloss. doctores in capitulo primo. in versiculo, authores.de testibus. in sexto. & consuluit Alexander consilio clvj.in quinto volumine.Barto. in l.si quis ex argentariis. §.penultimo.ff. de edendo. Item concurrit societas arcta domini Ferdinandi notarij cum præfato inquisito Prospero,& quem secum duxerat à ciuitate Neapolit. in insulam prædictam Pontij. Item concurrit recessus ipsius inquisiti à ciuitate Neapolita.& Auersæ, in insulam Pontij & Ventotenæ tam distantium absque aliqua probabili occasione, moram trahendo in dictis sterilibus insulis adeo periculosis,& voluntari pyratarum expositis, & ibi non versantur, nisi piscatores interdum, & nullum aliud genus personarum:& sic in similibus delictus occultis,& quæ occultè fiunt, facilius,* iudex arbitrari debet esse procedendum ad torturam, quàm in cæteris delictis:vt dicit Bald. in l.nemo. versiculo, deinde not.C. de episc.audien. consuluit Alexander consilio lxxvij. in causa inquisitionis.primo volumine. vnde cùm simus in crimine falsæ monetæ, concurrentibus præmissis, qui iudex sani capitis dissentisset, vt ad torturam pro delicto prædicto processum non fuisset, stante quoque confessione aliorum delictorum. Quo verò ad homicidium commissum in personam Leonardi de Fulgore, obiicitur fuisse commissum per Masium seruum ipsius inquisiti: vnde succedit aurea & singularis decisio Gui.de Suza. in suo tracta. de tormen.versicu.est videre aliud exemplum. vbi formaliter dicit, defertur Seius, quòd Titium occidi fecit, non sunt testes, qui asserant hoc se vidisse. Verùm extant contra ipsum Seium infrà scripta, videlicet, quòd Seius erat inimicus Titij:prout viget in præsenti casu. Quòd Seius minatus fuit contra ipsum, quòd faceret eum occidi: prout inquisitus tempore quo aggressus fuit domum ipsius Leonar

Leonardi, minas prædictas intulit: admenando
cum archibusis ad ianuas & fenestras domorum
prædicti Leonardi. De fama, quæ statim inualuit,
quòd Seins ipsum occidi fecit, vt apertissimè pro-
batur contra ipsum Prosperum, quòd homicida
erat domesticns & familiaris Seij, vt liquet contra
inquisitum. Quòd ipse est huiusmodi naturæ &
qnalitatis, de quo verisimiliter est tenendum, quòd
ita faceret: circa hoc mores & vita inquisiti noto-
ria sunt. Quòd Seius ipse receptauit homicidam
post commissum homicidium, licet in specie hoc
non demonstratur: attamē adparet post delictum,
vltra quod illud perpetrauit seruus ipse, & in eius
societate interfuerunt vasalli eiusdem inquisiti de
Criciguano: fuit insuper visus seruus homicida,
etiam per duos dies deambulare publice per ciui-
tatem Auersæ, vnà cum Spagnoletto, famulo eius-
dem inquisiti. Quòd olim aliquæ offensiones inter
eos præcesserunt, prout in casu isto multæ interue-
nerunt offensiones, adeo quòd indicia ista simul
iuncta dicit Guido, vbi suprà, videntur, nedum ad
tormenta, verùm etiam ad condemnationem suf-
ficere, veluti indubitata indicia, & iisdem exem-
plis exemplificando, tacito ipso Guido. authore.
tenet etiam Paris de puteo in suo tractatu syndica-
tus, in verbo, tortura. in c. an in causa pecuniaria.
39 in paruo vol. & in casu * præmisso vltra prænarrata
exempla accedit satis considerandum, quòd homi-
cida nedū est domesticus, & familiaris ipsius Pro-
speri, verùm etiam est eius seruus, & non est verisi-
mile quòd seruus aliquid faciat absque consensu
domini, vt dicit textus in capit. constitutus. extrà
de testi. de quo meminit Bartol. in l. de pupillo. §. si
quis ipsi prætori. ff. de no. opera. nuncia. dicendo es-
se casum in dicto capi. constitutus, quòd non est
verisimile, quòd serui aliquid faciant absque con-
sensu domini. Nec suffragaretur obiectio, quòd
imò prædictus Masius seruus non ex mādato Pro-
speri inquisiti, sed ex particulari & proprio odio
contracto cum præfato Leonardo & filiis, ipsum
occidit, cùm probatum concludenter adpareat
Masium ipsum fuisse aggressum per eundem Leo-
nardum cum baculo, & duobus eius filiis cum en-
sibus euaginatis, irruentibus contra ipsum, & eun-
dem Masium prosequentibus, & admenantibus ac
eundem iniuriantibus: de schiauo imbriaco, cor-
nuto, spione, che le andaua fanno le sentinelle.
Vnde succedit quòd eo casu præsumitur ex odio
proprio prædictum Leonardum occidisse, & non
ex mandato Prosperi, prout in terminis tenet Bal.
in capitulo primo. §. iniuria. de pace iura. firman.
40 versicul. quæro, si Titius mandauit. vbi in plus * vo
luit, quòd si alicui fuit mandatum per Titium, vt
committeret homicidium in personam Caij, & ho
micida illum occidit ob eius proprium odium,
non erit in aliqua consideratione mandatum, &
mandans tūc nō tenebitur. Idem tenuit Barth. Cæ-
po. in suis cautelis, in caut. numero xxxix. vidimus
quamplures casus. Idem tenet Paris de puteo, in
tracta. syndi. in versiculo an stetur dicto torti. ver-
sicu. an si quis mandauit Seio, vt interficeret Caiū.
Idem tenet Alexander in additio. ad Bartolū in l.
finali in quarta apostilla. ff. de quæstione. & in tan-
tum dicitur, quòd Masius seruus fuit prosecutus
per prædictum Leonardum & filios: quòd si non
aufugisset, dum applicuisset ad porticum quōdam
magnifici Iacobi Iop. ibi occisus fuisset ab eis,
prout visus fuit & cognitus à vicinis occurrenti-
bus ad rumorem & clamorem ipsorum prosequen
tium eundem Masium, & cæterorum existentium
in fenestris domorum conuicinorum loci prædi-
cti: ad qnod fisci patronus aduertens non esse ve-
risimile, quòd quōdam Leonardus homo timidus
& senex volnisset vnà cum duobus pueris eius fi-
liis non applicantibus ad ætatem xv. annorum, li-
cet armatis, prosequi dictum Masium robustissi-
mum seruum, concnrrente maximè probatione fa
cta per eundem inquisitum, quòd Leonardus ipse
pacem inierat cum eodem Masio, & Prospero do-
mino, & quando eidem Prospero obuiabat, insur-
gebat & salutabat: petiit ergo instanter eosdem te-
stes vnum post alium interrogari, quis præibat, an
pater Leonardus cum baculo, an filij cum ensibus.
cui interrogatorio nonnulli ex ipsis testibus re-
sponderunt, quòd filij præibant cum ensibus, &
pater sequebatur cum baculo eundem Masium.
alij deposuerunt ex testibus ipsis productis, quòd
Leonardus pater præibat cum baculo, & filij se-
quebantur vnus cum ense: & alter cum armis ha-
statis. Item alij interrogati vsque ad quem locum
Masius seruus fuit prosecutus ab eodem patre &
filiis, responderunt, quòd vsque ad porticum do-
mus præfati quondam Iacobi Iop. Alij verò depo-
suerunt, quòd pertransiuerunt porticum: prose-
quendo eundem Masium. Item viciniores & alij
illius stratæ interrogati de rumore & prosecutio-
ne præfata, responderunt se nil scire, & quòd non
viderunt nec Masium nec Leonardum, nec filios
in illa strata, seu per illam transeuntes illo die: &
tamen testes, qui de dicto insultu, & persecutione
deposuerunt, degebant & moram trahebant in a-
lia regione prorsus diuersa ac distante à regione
præfata, vbi rixa prætenditur. & tamen id melius
sciuerunt, quàm vicini, maximè quia tres testes
ipsi sunt Hispani. Quamobrem magnificus iudex
causæ relator, vsus cautela glossæ in capitulo. cau-
sam quæ. extrà de testibus. maximè, instante fisco.
& ibi plenè Felinus. & clarius Alexander in consi-
lio xc. in quarto volumine. vbi in specie * consu- 41
luit stante suspicione falsi aduersus testes, ipsos es-
se interrogandos de circunstantiis, an starent vel
sederent, & an simul * vel separatim peruenerant 42
ad locum, & sic de similibus: ad hoc vt data diuer-
sitate seu contrarietate, eorum dictis non stetur:
& ideo dicit Baldus in capit. causam quæ. præfato,
quòd huiusmodi interrogationes non fiunt fru-
stra; quia * quando iudex suspicatur de testibus, 43
an verum deposuerint, debet laborare circa huius-
modi interrogationes contra testes: & dicit ho-
norari per Azo. in summa de testi. vbi subdit Azo
posse interrogari etiam in his, in quibus substan-
tia rei non consistit. Idem dicit Speculator in titu.
de teste. § iam de interrogatoriis. versiculo. & not.
& plenè Deci. in capitu. licet causam. viij. numero.
de probatio. maximè quia iudex ad veritatem in-
dagandam potest vti simulationibus, & etiam si-
mulare, vt probatur in capitu. afferte. de præsum-
ptio. & c. non enim. numero xxij. quæstio. secunda.

quia ob vtilitatem publicam ab bonum finem permissa est simulatio.capitulo vtilem.vicesimasecunda quæstione secunda. & plenè Alexander. in consilio xc.& in consilio cxciij.cxxxiij.quinto volumine. & in consilio cliiij. eodem volumine. & ideo Bald. in sua marga.in verbo, iudex. versiculo cvij. dixit, quòd iudex debet laborare, vt intercipiat testem cum interrogatoriis, si ipsum suspectum habet,& subdit ita dixisse Innocent.in capi. cùm causam.in fin.de testi. imò tales suspectos potest iudex interrogando de circunstantiis, ipsos inuoluere etiam in iis, in quibus substantia negotij non subsistit. & plenè Decius in regula, ea est natura.nu. 4.& 5.ff.de regu.iur.& voluit etiam Bald. in l.fina.vltimo versiculo. C. de testi. Idem voluit Bald.in l. prima. §.editiones. in secundo notabili. C.de eden.vbi dixit,quòd ob suspicionem testium iudex debet diligenter examinare testes,& eos inuoluere si potest:& ideo non ab re iura sanxerunt,
44 * vt iudex lege permittente non debeat posse animum suum applicare ad dicta testium de falso suspectorum,per glos.in l.magnam.C.de contrahen. & committē.stipu. & debet in actis scribere, quòd fidem non adhibuit testibus ex aliqua causa. Ita etiam formaliter dicit Paris de Pute.in suo tracta. syndi.in verbo, potestas, qui habet arbitrium. versiculo.nam iudex.numero v.quia ea, quæ non pos-
45 sunt sub certa * regula tradi, iudicis committuntur arbitrio: quibus ex causis decernet quod æquū videbitur. l. continuus. de verborum obligatio.§. cùm ita. & in l.j.ff. de effracto. quia iudicibus datur arbitrium quandoque ad exaggerationem pœnæ.l.aut facta,in fine de pœnis.& sic eis licitum est trāsgredi iura, propter casus emergentes per not. dictum Innocentij in capitulo primo. cum vulga.extrà de constitutio. vnde sanctissimè succedit iuris dispositio,quòd iudex si viderit testibus pro-
46 ductis etiam clarissimè deponentibus * in fauorem alicuius non esse fidem adhibendam, poterit ita facere, etsi sibi videbitur ex causa fidem non adhibere. Ita not.tenet Bartol. & post eum Paulus de Castro in l.Lucius.iuncta gl.ff.de infami. Idem Pau.in l.admonendi.ff.de iureiuran.Bald.in l.cùm magistratus.C. quando prouo.non est necesse. Andræas Barba. inter consilia Calca. lxiiij. præclare inquit Apostolus: aliàs, præclare scripsit.& consuluit Sozi.consilio xcviij,in quarto volumine. vbi subdit prædictam doctrinam Barba. esse singul.& pariter hoc dictum Barb. esse stupendum in suo præallegato consilio. Idem sequitur Paris de puteo, licet de tot præmissis allegationibus mentionem non faciat, in suo tract. syndi. in verbo, arbi-
47 trium. versiculo, si iudex viderit.& cùm in * arbitrio iudicis consistat adhibere fidem testibus vel non adhibere: per textum in l.tertio versiculo.tu magis scire potes.ff. de testi. quod maximè concedendum est, cùm omnes probationes sint arbitrariæ iudici: vt notat Antonius de Butr. in capitu.ex literis. sexto notabili. extrà de proba. Paulus de Castro in l.admonendi.ff. de iureiuran. & ibi subdit, quòd dependet ex mero iudicis officio. Idem firmat Decius in consilio ccccliiij. & idem Paris in eodem tra. syndi. in verbo, potestas. versiculo, consulo.vbi subdit, quòd cùm causa iudex hoc faciat, ne demum in syndicatu teneatur: licet ante eum idem dixerat Bartol.in dicta l. Lucius vt iudex exprimat causam, quare fidem non adhibuit. &idem aliàs recolo fuisse decisum in magna curia vicariæ,me tūc existente iudice xxv. vice,in causa Calzarette furis ac magni sicarij, qui multos testes produxerat super minori eius ætate, & resistente eius aspectu, ac sui corporis factionibus, & iudicio quamplurimorum expertorum adhibitorum, fuit vltimo supplicio condemnatus, vt adparet in voto meo numero xiiij. Accedat insuper pro corroboratione prædictorum, quòd licet pro parte inquisiti ante torturam sibi illatam, fuisset obiectum de inimicitia contra testes: attamen non fuerunt specificè testes ipsi nominati per nomina, &
cognomina: nisi quatuor ex xxv.ex eis, nec * oblatum incontinenti probari de inimicitia præfata, 48
prout à iure requiritur, per textum in §. si verò quis dicat.in authentic. de testi. Ita tenet in particulari Felin. in capit. ex parte. extrà de testi. vnde non erat supersedendum in tortura ex causa prætensæ inimicitiæ sic informiter allegatæ, vt suprà: concurrente maximè, quia testes ipsi, ex quibus indicia resultabant contra inquisitum, fuerant per eundem approbati, tanquam citati & adscripti in citatione testium ad eius instantiam expedita, sicque non poterat inpræsentiarum in eorum personas reprobare, veluti inimicos: tum maximè, quia multi ex ipsis testibus reperiuntur examinati ad eius instantiam in eius fauorem in aliis causis criminalibus aliàs agitatis contra ipsum inquisitum, tanquam in cæteris eius accusationibus assistentes, & omnia percallentes, & nihilominus nulla causa inimicitiæ expressa nec probata: & licet etiā probare nixus fuerit multos ac quàmplures testes fisci ex capite inimicitiæ, tum ex capite criminum, & delictorum obiectorum contra eos, & tamen minimè recordatus fuit, cum tot magnis satrapis eius aduocatis, nedum probare, verùm etiam nec articulare, quòd dicti testes ita communiter & generaliter tenentur & reputantur, prout in dictis exceptionibus reprobatoriis continetur:
seu quòd ita * fuissent tenti & reputati, prout de 49
necessitate articulari & probari debebat & debet, ad hoc, vt repulsa eisdem obsisterer, vt testes ipsi fidem nō facerent. Textus est satis notabilis: quem Bartol. reputat mirabilem, hanc practicam tradens, in l.j.C.de testa.idem Bartol. in l.ad testium. in princi.ff.eodem titul.glosl.in l.cum lege.ff. eod. quam ad hoc reputat singularem Barto.in l.secunda.C.de secun.nupt.& consuluit Alexand.in consilio xxiiij. secundo volumine.& idem Alexander in consilio cxcvj. septimo volumine. Præterea vltra præallegata ad demonstrandum, quòd ritè & rectè fuerit ad torturam processum contra prædictum * inquisitum, ostenditur ex eius contumacia & banno in pluribus ex præcalendatis delictis, 50
vt liquet ex actis causæ: ex quibus contumaciis & bannis, cæteris indiciis circunscriptis, resultat indicium sufficiens ad torturam: vt egregiè decidit Bald.post Nicol.de matha.in l.j.C. de hære. instituen. Iacob. de Belui.in sua practica causarum criminalium, sub rubrica de crimi.remissio. Ange. in l.iniuriam. §. si quis decreto.de iniur.ff. Paulus de

de Castro in l.rapto.C.de episcop.& cleri. moder. Senen.in suo tracta.syndi. Marsi.in l. penultim.de quæstio. & in suo consilio cxvij.secundo volumine.Idem tenet Paris de puteo neminem de prædictis allegans in suo tracta.syndica.in verbo,tortura.in versiculo, quæstio quotidiana. & propriè in impressione parui voluminis numero 5.Nunc autem dato absque veri præiudicio, quòd nonnulli ex testibus deponentibus contra eundem Prosperum fuissent legitimè repulsati,prout minimè fue-
51 runt: attamen licet tanquam repulsati non * sufficerent ad condemnandum, fuerunt tamen sufficientes ad torquendum: vt tenet pulchrè Bald. in l.cunctos populos. C. de sum. trini. & fide cathol. Bartol.in l.j.§.quæstioni.ff.de quæstione. Alber.de mane.in suo tracta.de testi.Ludoui. consil. cccclj. quædam mulier.moder. Senen.in tracta. de indi-
52 ciis & tortu. suffragante * maximè vehementi fama omnium delictorum, de quibus inquisitus extitit,ex qua sola torqueri potuisset: vt firmat Bart. in suo consilio cxcj.domino Paci de Burgo sancti Sepulchri.Bald. in consilin cxxxj. visis dictis articulis.secundo volumine & in capitul.primo §.iniuria.extrà de pace iura.firman.versiculo,sed nunquid.Alexander in additio.ad Bartol.in l.fina.ff.de quæstiune.Felinus in capitulo.veniens.de testi. Et
53 quando dicatur * vehemens fama, relinquitur arbitrio iudicis, vt dicit Bald. in præallegato consilio. & ideo licet nemo ex testibus fisci possit dici repulsatus, attamen quando absque veri præiudicio aliqui repulsati dici possent, maximè testis de visu,remanent & alij deponentes de fama publica in omnibus criminibus,de quibus inquisitio facta est:quo casu succedit iuris dispositio,quòd si testes ipsi de visu non sufficiunt ad condènandum,tema
54 nentes testes illæsi,qui duntaxat * de fama deposerunt,erunt sufficientes ad torquendum. Ita voluit pulchrè Iaco.Butr.vt refert Albe.in l.tertia §.eiusdem.ff. de testi. vbi formaliter dixit, quòd si delictum fuit probatum per testes, quorum fidei detrahitur propter paupertatem,vel inimicitiam, vel aliam similem causam, si tamen id probaretur per famam per alios testes, tunc plenè probant. Idem consulendo refert & sequitur Lau. Calcan. in suo consilio cix. Præterea dato absque veri præiudicio, quòd tortura fuisset illata præfato inquisito non præcedentibus indiciis, prout eius aduocati pertinaciter cum reuerentia affirmant,cum obstinatione, quòd omnino liberari debeat & absolui, negare aut inficiari minimè poterunt torturam ipsam non fuisse nisi modicam:quia dum pro quolibet delicto, de quo interrogabatur, negabat sta-
55 tim alciatus per quatuor aut quinque palmos * supra terram, nullo spatio temporis interiecto fatebatur acceptando commisisse delicta.de quibus interrogabatur:vnde modica erat tortura, & in corpore non infirmo, vt ex oculari inspectione quibuslibet lippis & tonsoribus dignosci potest de eius robore & dispositione factionum eius corporis. Vnde cum tortura non fuerit magna, & tortus ipse non erat infirmus, & dimisso legitimo interuallo, in confessione per tormenta extorta ratificauit, & perseuerauit,dico quòd valet & tenet confessio, etiam quòd indicia non præcessissent sufficientia, prout in rei veritate præcesserunt, & præcedunt.Ita magistraliter per optima iura & rationes firmat Paris de Puteo,in suo tractat. syndica.in verbo, tortura. capit.an ex sola confessione.
Pro quo * optimè adduci potest,quòd modicè tor 56
rus,non potest dici tortus:vt dicit Bald.in l.obseruare.C.quando prouoca. non est neces. sicut leuis febricula non habetur pro febre.l. ob quæ vitia.ff. de ædil.edic.tormentum enim propriè dicitur,magnus dolor corporis, & magna afflictio, vt notatur in capitu.cum in contemplatione.in nouel. & per Ioannem Andreã de regulis iuris.Ita dicit Cataldi.de vixo,in suo tractat.syndica. versicu. cxvj. verbo aduerte, quòd si aliquis. & idẽ tenet Amod. iusti.in alio suo tract. syndic. versiculo.item tenetur, si ponunt reum. & idem consuluit Marsil. in suo consilio lxxx.primo volu. qui cuncta regit. & in consi.ciij.eo.primo volum. in præsenti casu inquisitionis. Hinc dixit Bartol.in l.j.§.diuus.& §. si quis vltro.& in l.penultima.ff. de quæstio. quòd
id quod * dicitur de confessione in tormentis fa- 57
cta,procedit, si magna sit tortura, & tortus maximè debilis existat:secus, si modica sit tortura, & tortus sit humo robustus:quia tunc valet eius confessio, nulla eius futura perseueratione attenta: pruut etiam declarat Bald.in l.vnica.C.de confes. dum concludunt, quòd etiam si decies tortus & confessus, si demum perseueret in publico, talis confessio dicitur spontanea, & præsumendum est pro conscientia criminis, quòd perseueret. Idem tenet Specul.in titul.de confess.§.primo.versiculo fina.dum æquiparat perseuerantiam in confessione per tormenta extorta: & nullis tormentis præcedentibus confitente.ad quod l. non est verisimi-
le.ff. quod metus causa.sed * confessio spontanea 58
sola est valida ad condemnandum in criminalibus:secundum Bartolum in l.secunda. ff.de custo. reu.post Cynum & doct.in l. secunda C.eodem titulo. & Azo. in summa, in titulo de confess. Item & plus, licet confessio aliàs non præcedentibus indiciis sit nulla, si per torturam emanauit, tamen si non tacitè,sed expressè ratificata fuit, tenet perseueratio:vt tenet idem Paris in verbo, tortura.in paruo volumine. in verbo: & indiciis & inquisitionibus. circa medium. & tantò magis, cùm in præmissa perseuerantia & ratificatione interuenerit iuramentum, vt quotidie fit: & licet aliàs
* confessio sine causa sit inefficax: vt per glossam. 59
in l. prima in fin. ff. de interrogatio. actio. per l. cùm de indebito. ff. de probation. tamen interueniente iuramento, erit efficax & probabit. Ita magistraliter tenet Romanus in consilio ccclxiij. in casu proposito. circa medium. & firmat Ioannes Baptista de sancto Seuerino in repetitione l. admonendi. ff. de iureiuran. sicut etiam dicimus de confessio. extraiudiciali: quæ licet non præiudicet confitenti per l. capite quinto. ff. de adulter. id est, quo ad plenam probationem: tamen si interuenit iuramentum, erit valida, & præiudicat confitenti. Ita Baldus & Angelus in l. generaliter. de non numer.pecu. Bartolus in l. cùm quis decodens.§.codicillis. ff. de legatis tertio. Antonius de

Bnrrio, & Baldus in capite finali de succeſsione ab inteſtato. cùm iuramentum validet actum, aliàs inualidum. capit. cùm contingat. extrà, de iureiurando. & in authentica ſacramenta puberum. & ibi communiter doctores. C. ſi aduerſus vendi. & ita in facti contingentia recolo fuiſſe iudicatum per magnam curiam vicariæ ex præmiſsis, in cauſa magnifici Triſtani, doctoris Hiſpani cum ſeptem ſociis Caſtri Brundnſij per ipſum, vt caſtellanum tortis: & qui per torturam confeſsi fuerunt de proditione ipſius caſtri, & demum confeſsionem ipſam ratificauerunt & poſteà allegauerunt, ſeu obiecerunt ſe abſque indiciis tortos fuiſſe, & ſic per torturam indebitam confeſſus non præcedentibus ſufficientibus indiciis: tamen ex quo tortura non fuerat magna, & confeſsione emanata per ipſam torturam & confeſsionem, ſecuta ratificatione & robore corporum illorum, qui torti fuerunt, nnn infirmorum, nec debilium, facta prius relatione in regio collaterali conſilio, & coram illuſtriſsimo don Petro de Toledo Prorege, fuit prædictus magnificus Triſtanus liberatus per prædictam magnam curiam: & in qua liberatione ego interfui tunc iudex magnę curię præfatæ cum aliis magnificis iudicibus, licet præſtitiſſem patrocinium in cauſa præfata, & demum aſſumptus ad officium prædictum, oportuit me in dicta cauſa votare, præfato illuſtriſsimo. Prorege ita iubente. Nec omitten-
60 da * ſunt verba formalia Bald. in lege finali. C. de probatio. dum dicit, quòd confeſsio in tormentis extorta, quæ non per ſe, ſed perſeuerantia, vel per famam, vel veriſimilitudinem facti, vel aliis adminiculis indubitabiliter, indicant veritatem. l. ſancimus. C. de pœnis. & l. qui ſententiam. eodem titulo l. prima §. diuus Seuerus. Secundum Nicolaum de matt. ex quibus verbis habes, quòd nil prodeſt confitenti reuocare confeſsionem, ſi contra ſe ſunt aliqua indicia, quæ conſumpta ſunt cum confeſsione, quanquam extorta inducant indubitabiliter veritatem. Quod tenc menti dicit Baldus, niſi reuocans probaret contrarium: vel clarè per indicia contraria elidentia. &
61 præmiſsis accedat inſuper, quòd * de indiciis & & inquiſitionibus debent attendi coniecturæ veriſimiles: quæ coniecturæ verſimiles quæ coniecturæ veriſimiles capiuntur ex qualitate facti, & conditione perſonarum: vt l. verum. de donatione inter virum & vxorem & l. finali de actionibus & obligationibus. In quibus oportet conſiderare cuius conditionis quis fuerit à ſua natura. l. famoſi. ff. ad legem Iuliam maieſtatis. quia eum talem eſſe præſumimus. l. non omnis. §. à Barbaris. ff. de re. militari l. quæro. §. fina. de ædilitio edicto. & qualem vitam & habitum induxerit; talem eſſe præſumimus. l. ita apud Labeonem. §. ſi quis virginem. de iniuriis. & cuius conuerſationis quis fuerit. l. ſi plures. §. aſsiduè. ff. de adminiſtratione tutorum. quia ex mala conuerſatione, quis efficitur criminoſus. l. ædiles. §. Pedius. ff. de ædilitio
61 edicto. & etiam ex * conuerſatione loci, vbi quis conuerſatur, præſumitur pro aliquo, vel contra aliquem. l. fina. ff. ſi mancipium ita fuerit alienatum. l. aut facta. §. euenerit. ff. de pœn. & ſic omnibus præcedentibus penſatis, & etiam ſequentibus, de aliquo præſumimus bonum, vel malum. dicta l. non omnis. §. à Barbaris. Ita formaliter ad literam docet Paris in dicto ſuo tractatu ſyndicatus in verſiculo, iudices. in verbo, tortura. in capitulo, de indiciis, & inquiſitionibus. per totum. Ex quibus omnibus, & eorum ſingulis non recedendo à iuridica ſententia, & voto iuri conſono tantorum patrum conſcriptorum, concurro in eandem ſententiam, & inquiſitum ipſum eſſe vltimo ſupplicio condemnandum, reſeruato arbitrio clemētiæ veſtræ illuſtriſsimæ dominationis: quam impartiri poſſet circa pœnæ capitalis impoſitionem, attento numero octo filiorum impuberum & infantium: habita quoque ratione vxoris iuuenis nobiliſsimæ, quos veſtræ excellentiæ commendo.

DECISIO XXXV.



VM fuiſſet prædictus magnificus Proſper Scaglionus, facta prius relatione in Regio collaterali conſilio, & coram illuſtriſsimo Prorege domino don Petro de Toledo, victure reſcripti eiuſdē illuſtriſsimi domini per eundem inquiſitum obtenti, etiam cum voto excellentium dominorum Regentium, condemnatus per magnam curiam vicariæ ad capitis amputationem; à qua condemnatione dum fuiſſet reclamatum, etiam per viam recurſus & querelæ, hæſitatum fuit in magna curia, & in eodem Regio collaterali conſilio, & coram illuſtriſsimo domino Prorege ibidem aſsiſtente, an huiuſmodi reclamatio admittenda foret: * quia viris præſtantibus 1
verboſitas, & prolixitas ſummè olim diſplicuit: vt tradit Franciſcus de Aretio in ſuo conſilio ſeptuageſimoprimo. breuiſsimè firmauit, quòd licet à ſententia principis appellari non poſsit, vt in l. prima. ff. à quibus appellare non licet. & gloſſ. in capite. quoniam. decima diſtinctione. Nihilominus
* à ſententia Imperatoris pronuntiantis iuxta al- 2
terius relationem, vt Præſidis Prouinciæ, vel alterius, licitè poterit reclamari ſeu appellari: quia tunc videtur potius prouocari aduerſus poſsibilem calumniam ſeu errorem relatoris, quàm aduerſus ipſius relatoris authoritatem: prout dicit iuriſconſult. in propriis terminis in l. prima. in princip. ff. quando appellan. ſit. & eſt bonus text. in ca

:: H

in capit. biduum. versicu. & si quidem extractus. ij. quæst. vj. & idem in simili dicendum est in sententia Pontificis: per textum. ipsi sunt canones. ix. q. vltima. & in c. cuncta per mundũ. nam id non vendicat sibi locum, quando Papa protulisset sententiam ad relationem alicuius sui consiliarij, vel al-
3 terius: quia * tunc dicendum est potius prouocatum aduersus errorem, imperitiam, vel dolum relatoris malè informantis, quàm aduersus sententiam Principis, seu Pontificis. Ita in propriis terminis consuluit Ludouicus Roman. in cons. dxxj. circa propositam consultationem, super quadam sententia lata per Papam ad relationem Cardinalis. & idem in particulari tenet Ioan. de turre cremata. Cardin. sancti Georg. dignissimus in dicto capit. biduum. ij. quæstione vj. & idem firmat post Card. Alexand. in eodem capit. biduum. vbi refert dictum consilium Ludo. licet corruptè, in numero, declarando qualiter prædicta intelligi debeant. & idem reperio tenere Pari. de Pute. in tractatu syndi. in versic. appellatio. in cap. subiicio. q. & vltimo loco idẽ secutus est Capicius in sua decisione cxj. vbi subdit in causa sibi commissa per illustrissimum Proregem, vt nomine regio pronuntiaret, dum præmissa opponerentur aduersus suam sententiam regio nomine latam, & quòd exequi non debebat: quia non ipse Rex, sed ipsius Capicij Regij consiliarij nomine regio lata fuerat: & tamen Capicius ipse pronuntiauit sententiam exequendam, & eandem executus fuit. Nec omitto,
4 * quòd licet de iure communi prohibeatur aliquo casu appellatio: non tamen prohibetur recursus ad superiorem per viam supplicationis. l. j. & auth. quæ supplicatio. C. quãdo libel. princip. offer. & ibi nor. & idem sequitur Amod. iusti. in suo tractatu syndicatus, versicu. an autem sententia lata. & ibidem suprà, in versiculo, aduerte tamen, quia communiter. in fine. vbi loquitur in officiali condemnato, in syndicatu, quòd si viderit se iniustè condemnatum, & recurrat ad remedium supplicationis, quia non erit prohibita sibi supplicatio: per dictam authent. & quòd ita seruatur in practica in terris ecclesiæ. Et quòd appellatione sublata, non intelligitur sublatus recursus, tenet Baldus in l. edicto. C. de edict. diu. Adria. tollen. & in l. arbitrio. ff. qui satisd. cog. Roma. in rubrica de arbit. refert & sequitur Sozi. in consilio xxxix. versicu. capio primum consultationis articulum. in iiij. volumine. Et tandem dum super præsenti discussione multa fuissent deducta hincinde, prædictus illustrissimus Prorex per decretum suæ illustrissimæ dominationis in actis causæ existens, declarauit clementer se gerere cum prædicto inquisito, & eundẽ admisit per viam recursus, duntaxat ex eisdem actis, nobis regiis consiliariis & excellentibus regentibus regiam cancellariam affirmantibus, quòd licet sit prohibita appellatio, non tamen intelligitur prohibitus recursus pro consequenda iustitia à iudice appellationis: prout dicit pulchrè Baldus in locis præallegatis. quem refert & sequitur Romanus. in dicta rubrica de arbitris. & consuluit Sozinus in consilio xxxix. Et tandem iterum perfecto processu in præsentia ipsius illustrissimi Proregis spatio quatuor dierum, coram quo congregabamur de mane, & post prandium horis deputatis, auditis etiam aduocatis, inquisiti per tres, quatuor, & quinque horas dietim, licet, ad intentionis fisci exclusionem nihil dictum fuerit, aut allegatum quod ad salutem inquisitum perduceret: additis duobus aliis Regiis consiliariis Hispanis, videlicet domino Laurentio Polo, & domino Petro de attodo. ad Ipsius inquisiti supplicationem & instantiam, tandem pronuntiatum fuit per prædictum illustrissimum Proregem cum collaterali consilio, bene fuisse iudicatum, vt suprà per magnam curiam Vicariæ, & sententiam latam exequendam, prout iam executa fuit apud Castrum Capuanæ in magna populi congregatione.

SVMMARIVM.

1 *Cùm delinquentes non puniuntur, publica lætitia turbatur: & ira Dei in nos prouocatur, à quo per delictorum punitionem venia speratur, ac populi incolumitas procuratur.*

2 *Frequentia delictorum facit iura transgredi.*

3 *Iudex ratione casuum emergentium potest iura transgredi, & etiam statuta iurata.*

4 *Alapa si detur Potestati, poterit Potestas illum statim furcis suspendi facere.*

5 *Nobiles licet non possint furcis suspendi, tamen propter enorme delictum, vt proditionis, & similium, suspendi poterunt, & altioribus furcis. Bald in cap quidam. in fi. de iureiur.*

6 *Enormitas delicti facit, vt procedi possit contra reum iuris ordine non seruato.*

7 *Officialis ex causa potest facere statuta contra ius commune, vt ratione frequentiæ delictorum.*

8 *Pœna omnis est arbitraria in Principe, & etiam in nu 12.*

9 *Officiales possunt condere statuta contra ius commune ex causa, & ratione frequentia delictorum.*

10 *Sæpe, seu sæpius dicitur factum, quod per duas vices factum fuit. & nu. 11.*

12 *Arbitrium datur iudici à lege, vt possit in delictis grauibus vsque ad mortem se extendere.*

13 *Ascendens scalas ad domum alienam, causa violandæ castitatis, tenetur pœna vltimi supplicij.*

14 *Maleficia commissa de nocte, acrius puniuntur, quàm commissa de die.*

15 *Publicè quod factum est, vnusquisque scire præsumitur.*

16 *Ignorantia præsumitur, vbi scientia non probatur: nisi in eo, quod est publicè notum, & publicè scitur.*

17 *Proclama publicum inducit præsumptionẽ scientiæ.*

18 *Publicè quod scitur, nemo debet ignorare.*

19 *Scire quis præsumitur, quod communiter aliis innotescit.*

20 *Omnes de prouincia scire præsumuntur ea, quæ publicè sunt in prouincia, seu in aliqua parte prouincia.*

21 *Scire præsumuntur omnes de regno ea, quæ notoriè,*

& publicè fiunt in regno: Imò nedum illi de regno, sed etiam vicini regno, scire præsumuntur ea, quæ in regno fiunt. & nu. 22.

23 Excusantur à præfata præsumptione scientiæ detenti graui infirmitate, & in minori ætate constituti.

24 Banni publici ignorantia allegari non potest: nec admittitur ad probandum de ignorantia.

25 Mandati irrationabilis probatio requirit scripturam.

26 Officiali non est credendum in his, quæ dicit in graue præiudicium alterius, nisi superior esset in loco, & officialis assereret ita sibi iniunctum à superiore: quia cùm possit de facili certiorari à superiore, si ita est, credi debet officiali ita asserenti: secus, si superior esset absens à loco: quia tunc non creditur officiali. & numero 27.

28 Officiali vni, licet interdum dubitetur, si credendum est in eo, quod dicit: tamen si essent plures iudices ita dicentes, non est dubitandum.

29 Confessus, & conuictus exclusus est à beneficio appellandi.

30 Confessus delictum, dicitur notoriè criminosus.

31 Appellatio interdicitur notoriè criminoso.

32 Confessus sponte, non appellat, & iudex minimè deferre debet eius appellationi: imò statim in causa criminali debet exequi suam sententiam.

33 Repertus in flagranti crimine, & condemnatus, appellare non potest.

34 Reperto in flagranti, & cōdemnato debet aliquid poni in ore, ne loqui possit.

35 Iudex non debet pati iurisdictionem suam eludi: quia quod est notoriè iniustum, dicitur ineptum. Et hoc casu omnis appellatio intercisa est: maximè in sponte confesso, vel conuicto, vel in flagranti reperto: quia tunc executio differenda non est, cùm sit appellatio notoriè calumniosa: & ideò non admittenda.

36 Delictum dicitur notorium ex actis & probationibus.

37 Notorium dicitur, quicquid in iudicio probatum est.

38 Confessio in actis inducit manifestum, & notorium contra confitentem.

39 Confessus delictum, potest ex abrupto per iudicem suspendi, si coram iudice confessus est.

40 Iudex dum est in notorio, vel in confesso, vel in testibus conuicto, non debet admittere appellationem, sed debet exequi contra ipsum ante lapsum decendij. & nu. 41.

42 Iudex in delicto notorio potest mandare pœnam imponi reo, absque aliqua condemnatione.

43 Contra repertum in flagranti crimine, potest incipi ab executione.

44 In notoriis iudicis pronuntiatio non est propriè sententia, sed quædam iuris executio.

45 In notoriis non requiritur iuris ordo.

46 Repertus in flagranti crimine, potest sine processu condemnari.

47 Contra repertum in flagranti & delicto notorio, iustissima succedit pœna impositio, absque ordine iudiciario.

48 In causis criminalibus proceditur ad instar ciuilium.

49 In causa ciuili quando constat de veritate rei, non curantur solennitates, nec curatur ordo iuris. Sed fit executio, non obstante illorum prætermissione.

50 In criminalibus defensio tolli non potest.

51 Defensio est iuris naturalis: & iuris natura est, vt quis se defendat in crimine, per fas & nefas: & naturalis est viuendi dulcedo.

52 Defensioni, vbi agitur de pœna sanguinis, nec papa, nec Imperator potest derogare.

53 Vnicuique debet dari terminus ad suas defensiones faciendum, nisi sit deprehensus in flagranti.

54 Contra notoriũ actum nulla defensio cadere potest.

55 Ordo iuris non requiritur in notoriis, & iudex in modo procedendi potest leges transgredi.

56 In notoriis cessat solennitas iuris. Nec est necesse dari copia repertorum tali delinquenti notorio, nec poterit dici de nullitate, si in istis non seruetur solennitas aut ordo.

57 Ordo est in notoriis ordinem non seruare, sed executiuè procedi absque condemnatione.

58 Delinquenti in notorio, non requiritur dari terminus ad se defendendum: nec aliter citandus est.

59 Contra delinquentem notorium non requiritur, nec causæ cognitio, nec citatio, nec solennitas sententiæ, & potest contra ipsum incipi ab executione.

60 Delictum quando est plenè probatum per testes, & per confessionem propriam, & per capturam in flagranti, potest subsequi condemnatio: nec requiretur de necessitate eiusdem delicti confessio, aut ratificatio.

61 Ratificatio non semper requiritur in delinquente. imò interdum non est necessaria confessio, ad hoc vt possit condemnari de delicto: vt quando aduersus ipsum extant plenæ probationes: quia tunc absque confessione, aut ratificatione potest sequi condemnatio.

26 Confessus delictum est confestim condemnandus.

63 Crimen dum apparet cõmissum, & à quo facit vt iudex debeat esse pronus ad puniendum: nec debet ponderare omnes iuris solẽnitates: quia fauor publicæ disciplinæ suadet, vt maleficia puniri debeant.

64 Confessus sponte delictum, non præsumitur in se mentiri.

65 Confessio facta à reo in criminalibus, præsumitur vera, & sponte facta, & conscientia perpetrati sceleris: quia nemo præsumitur ita fatuus, vt in se ipsum mentiatur.

66 Mentiri nemo præsumitur in seipsum, & quòd ita fatuus quis esse non possit, vt in seipsum mentiatur.

67 De delicto, & persona delinquentis vbi constat specificè per propriam confessionem factam absque tormentis, vel metu ipsorum, etiam si aliquis ordo iudiciarius fuisset regulariter necessarius in processu inquisitionis: tamen vbi adest propria confessio, non est necessarius. & numero

mere 68.

69 *Delinquens dum instat ad defensam, vt res protrahatur, debet interfici, & postea inquiri.*

70 *Citandus non est, qui caret defensione.*

71 *Citandus non est, cui certum est defensionem non competere.*

72 *Sententia lata parte absente, & non citata, valebit, quando adparebit parti minimè competere defensionem.*

73 *Citatio illius non requiritur in actu faciendo, qui citatus non posset contradicere dicto actui.*

74 *Effectus attendi debet in condemnationibus.*

75 *Vbi habemus effectum, non curamus de modo: quia effectus magis inspicitur, quàm modus.*

76 *Appellatio interponi debet coram iudice, à quo appellatur, & in eius præsentia si haberi potest: non autem in eius absentia: aliàs esset nulla appellatio. & num. 77.*

78 *Criminosus in flagranti repertus, licet secundum vnam opinionem possit appellare: tamen illa opinio intelligitur, quo ad hoc vt iudex appellationis cognoscere possit de ipsa appellatione, an sit admittenda vel ne: non autem quo ad hoc, vt iudex à quo teneatur deferre, & supersedere executioni: quia talis appellatio eius iurisdictionem non suspendit. & nu. 79.*

80 *Repertus in flagranti, potest statim puniri de facto.*

Deprehensus in crimine, inducit notorietatem ipsius criminis. ibid.

81 *Miles Potestatis si iussit aliquem decapitari, & iniustè, non tenetur ipse miles: quia mandatum Potestatis in forma iustitiæ ipsum tuetur.*

82 *Officialis Potestatis, aliquis de sua familia, si facit aliquid iniustum de mandato rectoris, non tenetur ipse, sed tenetur ipse mandans rector.*

83 *Iussus superioris vbi præcedit, ibi necessitas seruilis præsumitur.*

84 *Iussus magistratus excusat.*

85 *Potestas si mandat alicui de familia, vt torqueat aliquem in casu illicito, licet teneatur mandans: non tenebitur tamen mandatarius.*

86 *Officialis habens arbitrium, si procedit virtute mandati superioris statuentis sibi certam formam mandati præcisam, non intelligitur vsus arbitrio, sed mandato: & sic non grauauit ipse, sed qui mandauit.*

87 *Occidens aliquem iussu regis, puniri non potest.*

88 *Officij necessitas excusat.*

DECISIO XXXVI.



OLON ex septē sapientibus vnus, putauit rempublicam duobus contineri, videlicet præmio, & pœna, vt homines boni ad virtutes incitentur, cùm gloria maximè homines ad virtutem concitet, illinc, scilicet per pœnam mali à flagitiis arceantur: iuxta illud Venusini Horatij: Oderunt peccare mali formidine pœnæ, &c. Et præsertim debent ius dicentes seuire aduersus eos, qui enormia commiserunt, quorum calamitati illachrymari non debent: iuxta l. obseruandum. ff. de officio præsidis. & cum tales non puniuntur, publica * lætitia turbatur: 1
iuxta l. nemo. & ibi Baldus C. de episcopali audientia. & ira Dei in nos prouocatur: à quo pro 2
delictorum punitione venia speratur, ac populi incolumitas procuratur. l. prouinciarum. C. de feriis. cum vulgar. Sicque in casu infelicis nobilis iuuenis Parthenopæi, cuius nomen honestatis ac modestiæ causa taceo, & cui inuida fortuna non fauit, cùm eius vitam ante tricesimum suæ ætatis annum manu iustitiæ terminari, Aruspicis seu Astronomi veridico prognostico compertum fuerit. Dum pridie noctis tempore repertus fuerit cum scalis funeis in flagranti contra decretum, seu bannum illustrissimi domini Proregis ascendisse, ibidémque morari in altiori fenestra domus cuiusdam similiter nobilis Neapolitani, in camera cuius fenestræ nonnullæ sorores, ac neptes ipsius domus virgines honestissimæ, ac formosæ degebant, fuissétque per satellites curiæ, insimul cum capitaneo nocturnæ custodiæ in præfata fenestra compertus cum scala ipsa appensa, captus & examinatus, confessus, & carceratus videtur per nonnullos curiosos fortè idiotas, se pro literatis & doctoribus gerentes, in dubium reuocari, si iustè fuerit aduersus eundem infortunatum nobilem ad ipsius pœnæ capitalis impositionem processum, dictante banno regio præfato, quòd in loco, in quo repertus quis fuisset cum scalis de nocte, eadem hora absque aliquo processu, aut actis, seu solennitate in eodémet loco si nobilis fuerit, decapitaretur: si autem popularis, furcis suspenderetur. & ratio dubitandi videbatur, cùm banna per Potestates terrarum fieri videantur potius ad terrorem, quàm ad valorem: prout dicit Baldus in additionib. Specular. §. sententia. in verbo, banna. Secundò, an potuerit magna curia vicariæ bannum præfatum emittere certo modo iuris terminos excedendo, vt in eo. Et an potuerit illustrissimus dominus Prorex, seu facultatem habuerit mandandi, vt huiusmodi bannum emitteretur? Tertiò, an dici posit fuisse excessum circa impositionem pœnæ contentæ in banno præfato? Quartò, an posit de banno præfato prætendi, seu allegari ignorantia? Quintò, an standum sit verbis prolatis in banno per magnam curiam, dum in eo asseritur de ordinatione, & mandato illustrissimi Proregis promulgato? Sextò & vltimò, an pendente appellatione, quæ asseritur introducta in sacro Consilio, licuerit excellenti regenti eiusdem magnæ curiæ procedere ad executionem banni præfati iuxta ipsius tenorē, habito per prius voto magnificorum iudicum, iuxta eiusdem banni robur, & efficaciam? Et circa primum, præsupponendo vnum ante omnia in facto verissimum, videlicet, quòd infra breue tempus duorum mensium, & minus fuerunt aggressæ, & scalatæ vigintiquatuor penè domus non absque aliquibus monasteriis sacrarum virginum monialium intus ciuitatem Neapolit. in quibus cōmissa fuerunt diuersa furta in maxima quantitate bonorum, vltra atteur

attentatus pudicitiæ, prout ex actis & informa-
tionibus in eadem magna curia existentibus di-
gnosci potest: & sic si banna ipsa emanari ad tor-
torem debuerint, si ad valorem, an ad vltionem
similium facinorum, idem Baldus in alio seculo
2 ruminabit. Cùm ob * delictorum frequentiam,&
pariter enormitatem, iura transgredi liceat: vt tra-
dit Ionocentius in capit.j.extra de constitut. dum
3 *inquit, quòd ratione casuum emergentium iu-
dex potest leges transgredi. Idem firmat Baldus in
l.& si seuerior. de infami. Catal.de vixo in suo tra-
ctatu synd.idem Baldus in l.j.C.qui accus.non poss.
in l.quid ergo.§.pœna grauior.ff.de his, qui no.in-
fam.in l.obserua.§. proficisci.ff. de offic. procons.
& in l.j.in prin. C.de preci. Imper.offer. & in auth.
sed nouo iure.C.de seruis fugit.idem citat Bald.in
cap.j.qui feud.dare dare poss. Et firmat Angel. de
Aret.in §.j.instit.vi bon.raptorum.& in §.iniuria.
inst.de de ioiur. Et idem Ang.in trac.malef. in ver.
& vestem cœlestem abstulit.& vtrobique dicit esse
not.quia ipse semel habuit in practica dum assidе-
ret Perusij. Nam ex causa licet iura transgredi, &
statuta.dixit Abb.in c.inter alia. extrà de immuni.
eccle.sequitur Iason in præalleg.l.j.C.de preci.Im-
perat.offer.& in authent.sed hodie.C.de iudic. &
ideo dicit Baldus in cap.iij.in fin. extrà de senten.
& re iudicata.quòd istud dictum Innocentij in di-
cto capit.j. de constitut.multùm defendit assesso-
res, qui pro bono publico quandoq; statuta trans-
grediuntur.Quinimò etiam si essent iurata, posset
iudex ea transgredi ex causa: vt tenet Baldus in ru-
bri.C.qui admitti.& ideo in specie dixit Baldus in
c.j.in §.iniuria.de pace iura firmanda. quòd si quis
4 daret * alapam Potestati, posset Potestas ipsum fur
cis statim suspendere, cùm sibi liceat ex causa iura
transgredi. Hinc est, quòd propter enorme deli-
ctum potest quis suspendi, & demum bestiis subii-
ci: vt dicit gloss.in l.ij.C.arb.furt. cæsa.quam facit
singul.Ludo.Rom.in l.ij.circa fin.C.qui testam.fa-
cere poss.& intantum procedit hæc regula, quòd
5 licet * nobilis non possit de delictis furcia suspen
di: tamen propter enorme delictum, vt proditio-
nis, vel similis, suspendi poterit, & altioribus fur-
cis: vt dicit Baldus in ca.quidam. in fin. de inreiu.
6 & quòd * propter enormitatē delicti procedi pos-
sit contra reum, iuris ordine nō seruato, vltra præ-
fatos priscos, ac celeberrimos authores, firmat e-
tiam Paris de Puteo in suo tractatu syndic. allegat
Bart.in l. non solū.§. si mandato. ff. de iniur.sequi-
tur Marsi. in sua pract.causarum crim.§.diligēter.
Idem Marsi.in sua repetitione l.vnicæ. C. de raptu
7 virginum. versic.vlterius.* est not.& quòd officia-
les ex causa possint facere statuta contra ius com-
mune, vt ratione frequentiæ delictorum. not.in l.
cunctos populos.C. de summa trinita.& fide cath.
& in l.omnes populi. ff. de iustitia, & iure. per ea,
quæ habentur in dicta l. & si seuerior. & in dicta l.
quid.§. pœna grauior. vel si esset bannum princi-
8 pis, in * quo omnis pœna est arbitraria: secun-
dum Baldū in d.l. cunctos populos. Ita formaliter
firmat Paris in dicto suo tractatu syndic. in verbo,
tortura.in c.an in causa pecuniaria.in paruo volu.
& subdit idem dixisse, in ver. iudex. in cap.licitum
est iudici. Vnde ex præmissis liquet, officialibus

permissum esse condere statuta cōtra ius commu-
ne, ex causa & ratione frequentiæ delictorum: quæ
frequentia dicitur inducta * per binum actum: per 9
l.iij.C.de episcopali audientia. & in cap. quia nos.
xiij.quæstione ij. Ita dicit Azo in l.de quibus.ff.de
leg.& in rub.C.quæ sit longa consuetudo.glo.in c.
monasterium.in ver.frequentiam.de vita & hone-
sta.cleric.& in authenti. de defensorib. ciuitatum.
colla.iij. Idem citat Petr. de Vbal. in suo tractatu
de quarta cano. versi. demum quærit si mendican-
tes.in iiij.volu.tracta. & alibi dicitur sæpius fuisse
commissum, si per tres * vices factum fuerit: vt 10
patet io l.seruos.C.ad legem Iul.de vi pub.ita dicit
Luc.de pen.in l.j.C.de superexac. vbi dicit * vide- 11
ri, quòd duæ vices sufficiant: nam cùm dicitur sæ-
pissime, id ter agi satis est. cap.omnes decimæ. xvj.
quæstione vlt.& not.in c.ergo.ij.quæst.vij.Glo.au-
tem in auth.de testib.dixit quòd sæpe duas, aut tres
vices requirit.idem not.Archidiac.in cap.quia sæ-
pe.de elect.in vj.quod * maximè procedit, cùm sit 12
datum à lege iudici arbitriū in maleficiis, vt pos-
sit in delictis grauibus vsque ad mortem se exten-
dere: argum.glo.in §.penul.instit.de iniu.Ita dicit
Baldus in l.fina.ff.de rerum diui. multò fortius er-
go dicendum est in principe.& maximè in præsen-
ti illustrissi. Prorege, qui Astræam diu ad superos
euolatam redemit, cùm quælibet pœna sit arbitra-
ria in principe: vt vltra Bald.io l.cunctos populos,
suprà relatum per Pari.de Put. tenet idem Baldus
in l.fin.ff.de sena.& in l.legis virtus.ff. de leg. idem
tradit Felyn.in c.qualiter & quando.§.ad corrigen
dos.de accusationib.& sequitur Iacobus de sancto
Georg.in suo tractatu feud.versi. sed an princeps.
Et vltra iuris dispositionem demonstratur Prore-
ges, qui pro tempore fuerunt Cæs.& Cathol.ma-
iesta.& in præsenti regno, semper extitisse in pos-
sessione seu quasi ob frequentiam delictorum, im-
ponendi ac infligēdi pœnas capitales, etiam mor-
tis naturalis, per eorum banna, & decreta, etiam
in casibus pœna mortis aliàs non fuerat imposita
de iure: prout fecit quondam don Raymundus de
Cardona, tunc Prorex huius regni pro catholicò
rege, qui longè minorem potestatem obtinuerat,
quàm præsens illustrissimus dominus Prorex: &
maximè aduersus proiicientes sagittas cum ballistis
contra aliquem, quòd etiam non secuta morte aut
percussione, siue vulnere, sed sola admenatione,
duntaxat vltimo supplicio condemnaretur: prout
demum succedente casu obseruatum fuit, & exe-
cutum cōtra illum, qui proiicicodo sagittam cum
ballista aduersus nobilē Prosperum Terracinam,
percussisset arcionum sellæ, in qua supra equum
Prosper ipse equitabat, fuit vltimo supplicio con-
demnatus, & furcis suspēsus. & pariter dū frequen
taretur incisio carlenorū, pro qua ex dispositione
capituli regni.imponitur incisoribus pœna publi-
cationis bannorum & personarum. Sicq; per ban-
num illustrissimi don Caroli de Lanoy successo-
ris,& Proregis in regno sancitum fuit, vt inciden-
tes carlenos, pœna vltimi supplicij plecterentur:
prout multi & quamplures vltimo supplicio affe-
cti fuerunt, & furcis suspensi: vt quotidie dum ca-
sus occurrit, suspenduntur. Circa * tertium du- 13
bium minimè nedum dici, imò nec cogitari potest
fuisse

fuisse excessum in impositione pœnæ contentæ in
banno præfato, cùm ex iuris dispositione ascendens
cum scalis ad domum alienam de nocte, præsertim
causa violandæ castitatis, omnino pœna
vltimi supplicij affligendus veniat. l. si quis non dicam
rapere. C. de episc. & cle. Ita Bal. voluit in specie,
in l. fi. circa finem. ff. de rerum diuisione. refert
etiam, & sequitur Angelus de Aretio in §. sanctæ
quoque res. institu. eod. titu. subdens hoc esse not.
quia quotidianum. & suffragatur tempus nocturnum,
quo scalas ascendit, & propriè hora quinta
noctis: & cum scalis repertus fuit suprà fenestram
domus illius nobilis, cùm maleficia commissa de
14 * nocte, acrius puniantur, quam diurna. l. Graccus.
C. de adulte. l. ij. & iiij. ff. de furt. Bart. & Bald. in l.
non minorem. C. de transact. Quo ad quartum dubium,
an possit de banno præfato prætendi, seu allegari
ignorantia, stante eius publicatione cum quatuor
tubicinis per loca publ. & consueta ciuitatis
15 Neap. & id, quod * publicè factum est, vnusquisque
scire præsumitur: vt dicit Innoc. in c. j. extrà,
de post. prælatorum. Bald. in sua margarita, in verbo,
decreta. ver. iij. & licet ignorantia regulariter
16 præsumatur, per vulga. iuris regulam, * quod ignorantia
præsumitur, vbi scientia non probatur. tamen
id non habet locum, quando illud publicè
scitur & est publicè notum: quia tunc præsumitur
scientia. gloss. est ordinaria, communiter approbata
in l. si tutor petitus. C. de peric. tuto. pro qua allegat
Bald. id quod nota. in l. j. de recepta. & in l. j.
C. qui & aduersus quos. & idem tenet Bartolus in
dicta l. si tutor. Baldus in cap. quoniam contra. §. j.
vt lite non contesta. glo. in clem. j. de sepul. in ver.
publicè. Dom. in suo consilio lxxv. in causa magistri
17 Ioannis. Et quòd ex publico * proclamãte inducatur
præsumptio scientiæ, in simili firmat Bar.
in l. j. §. in pari. ff. de receptis arb. & ibi subdit, quòd
præsumitur scire, quando non est notoriũ in contratab.
& facit quòd not. Bald. in l. Celsus. versi. sed
qualiter probabitur mala fides. ff. de vsuc. per eundem
Bald. in l. indicia. C. de rei vend. & quòd not.
Bart. in l. is potest. ff. de acquir. hæred. versic. secundum
18 est, quòd hæres sciat. id enim * quod publicè
scitur, nullus debet ignorare. cap. j. de postu. præla.
& facit etiam quòd habetur in l. latæ culpæ. ff. de
verbo. significat. & in cap. j. extrà. de commod. &
ideò dixit Præposi. Cardin. Alexand. in cap. ad nostram.
19 extrà de cõiug. seru. quòd præsumitur * quis
scire id, quod communiter aliis innotescit: vt etiam
probatur in dicto cap. j. extrà de postu. prælatorum.
vbi glo. in ver. allegans. iuncto text. in auth.
subtiliter. quòd quilibet de prouincia præsumitur
20 * scire ea, quæ publicè fiunt in aliqua parte prouinciæ:
iuxta illud Lucæ xx. seu xxj. cap. Tu solus peregrinus
in Hierusalem, & non cognouisti ea, quæ
facta sunt in illa his diebus? & ideò dixit Domin.
in commento dicti c. xliij. j. opposit. quòd omnes
21 de regno præsumuntur scire ea, quæ * notoriè, &
publicè fiunt in regno. c. illud. extrà, de cler. excõ.
& dicto cap. j. de postu. præla. Iason in suo consilio
cvij. j. vol. & latius in consilio xlvj. pro fisco. in iij.
22 volu. imò nedum illi, qui de regno, * sed etiam vicini
regno, præsumuntur scire ea, quæ fiunt in regno.
c. quanto. & c. quosdam. extrà de præsumpt. &
facit gl. in c. fin. xvj. distin. quæ plura allegat pro &
contra, quæ ibi videtur Præpo. cõcordare: dicens,
regulam procedere in his, quæ publicè fiunt, dummodo
fiant in his locis, in quibus publicatio fieri 23
* debet, prout fuit in casu præsenti: & tamen excusatio
cõpeteret graui infirmitate detentis, vt latè
congerit Alex. in suo consi. lxxxij. viso processu. in
iij. vol. vel in furore, vel in minoribus annis cõstitutis,
taliter ꝙ ea intelligere non valuissent. Idem
consuluit Ioan. de Ana. in suo consilio lxx. in fi. visis
& ponderatis. Et licet * prætendatur allegata 24
ignorantia banni præfati, quæ allegari non potest
ex præmissis: attamen non poterat nec debebat admitti.
Ita in particulari tenet Roffr. Beneuen. in ru.
tit. si quis ius dicen. non obtem. refert & sequitur
Afflict. in consti. regni, si quis hominem. Quo verò
ad quintum dubium, an standum sit verbis prolatis
in banno promulgato nomine illustrissimi domini
Proregis, necnon, & ipsius magnæ curiæ vicariæ,
inquantum in eo continetur quòd de ordinatione,
& mandato eiusdem illustrissimi domini
Proregis promulgabatur, & cum illis clausulis
in eodem banno contentis. credendum sit eidem
magnæ curiæ, ita asserenti: & certè prima facie videtur
dicendum, quòd non cum de mandato * superioris, 25
quando videretur irrationabile. requiritur
quòd adpareat scriptura authen licet vni. vbi
Bart. & doct. C. de manda. prin. & not. Bar. in l. vni.
per illum textum. C. de superindi. libro x. maximè,
quia * officiali non est credendum in graue præiudicium 26
alterius: vt not. Bartolus in l. diuus. ff. de
custo. reo. Alex. in consilio lxxv. videtur in præsenti
consultatione. in v. volum. deci. in consil. xliiij. j.
vol. in casu ad me transmisso. Attamen dico, quòd
ibi superior esset in loco, in quo officialis asserit
sibi aliquid ab eo commissum irrationabile, seu
sic * ordinatum, vt faceret, ex quo is, contra quem 27
officialis ita decernit, posset de facili adire superiorem,
& se ab eo certiórare, eo casu credendum
erit officiali præfato: secus, si princeps, seu superior
esset absens à loco: quia tunc non staretur eius
dicto: sed requireretur scriptura. Ita dixit pulchrè
Specu. in titu. de probat. §. videndum. in versic auditoribus.
refert & sequitur Rom. de quo satis lætatur,
in l. sciendum. ff. de verb. obliga. allegans pro
hoc casum in §. quia verò. in authent. vt litig. iur. &
idem consuluit Ludouic. in suo consilio xcix. licet
non ita pulchrè. ad discutiendum veritatem refert
& sequitur Iason de May. in l. ex quacunque. ff. si
quis in ius voca. non ierit. idem sequitur Bologni.
Lud. licet de præmissis nihil alleget in repet. extrauagan.
Theodo. in octaua parte. versi. dominus val
Potestas. & ita aliàs in facti contingentia allegando
obtinui, vt dixi in consiliis meis criminalibus.
not. l. liiij. in causa syndicatus. & tanto magis, cùm
nedum vnus officialis id asseruerit, vt in casu * de 28
quo agitur, sed multi, & quamplures officiales,
vt fuit excellens Dominus regens magnam curiam,
& tres ex quatuor magnificorum iudicum
eiusdem magnæ curiæ, vt adparet ex eorundem
propriarum manuum subscriptione in calce banni
præfati. & licet fortè dubitari contingat, si
standum foret subscriptioni vnius iudicis, seu eius
assertioni in præiudicialibus, nisi quantum con-
stet

ster ex actis: attamen duobus iudicibus standum
est: vt in cap. statuendum.ij.quæstione vj, & citat
Spec.in tit.de sent.§.iuxta.versi.sed pone. & Cyn.
io l.nec in arbitris.C.de arbi. & firmat Luc.de pen.
in l.j.C.de decurio. & statio.lib.xij. Quo verò ad
sextum, & vltimũ dubium, an pendẽte appellatio-
ne in sacro Consilio ad supplicationem præfati in-
quisiti, potuerit magnificus Regens procedere ad
executionem banni præfati, & successiuè voti ma-
gnæ curiæ super eiusdem banni executione? Et pro
præsentis dubij dilucidatione, præsupponendum
est in facto, quòd oblata primo loco supplicatio-
ne in sacro Cõsilio, nomine ipsius inquisiti & com
missa domino Gallento Fonseca, cum clausula, quod
non existente ipso inquisito conuicto & confes-
so prouideret, qui magnificus commissarius præ-
sentiens eundem conuictum & confessum, mini-
mè prouisionem aliquam expedire curauit: cum
nomine appellantis nullibi adpareat fuisse institu-
tum super aliqua expeditione: quia si conformis
appellationi seu decretationi in ea contentæ non
29 fuisset ad propositum appellantis, ex * quo con-
fessus & conuictus, prout erat inquisitus iste, erat
exclusus à beneficio appellandi: per textum, in l.ij.
cum vulgar.C.quorum appellat.non recip. & pul-
chrè Rom.qui multa cumulat in suo consilio ccc-
cccxxxvj. de iure ciuili. ex quo vltrà, quod sit noto-
riè conuictus, tanquam in altiori fenestra alienæ
domus cum scalis funeis existens, per curiam ibi
30 repertus, & captus: prout * etiam vltra testes ip-
semet inquisitus confessus est: per quam confes-
sionem sit notoriè criminosus, vt inquit Bald.in l.
31 à procedente.C.de dila. & notoriè * criminoso in-
terdicitur appellatio: per text.in l.constitutiones.
secundum vnum intellectum. & ibi Bart.ff. de ap-
pel.Canonistæ in c.cùm sit Romana.de appella.in
vj.vbi est text.ad hoc. & in c.peruenit. & in c.con-
suluit.de appella. & dicit Ioan.And.in d.c.Roma-
32 na.in versi.si autem. quòd sponte * confessus, non
appellat, & iudex minimè debet eius appellationi
deferre: imò statim in causa criminali debet exe-
qui suam sententiam: per dictam l.quæstionibus.
de app.quod maximè procedit in casu, de quo agi-
33 tur, cum inquisitus ipse repertus fuerit * in fla-
granti, vt suprà dictum fuerit: & in flagranti reper-
tus & condemnatus, appellare non potest: vt in-
34 quit Bald.in l.j.C.ne ex delic.defunc.* vbi allegat
Bart.dicentem, quòd debet sibi aliquid deponi in
ore, vt loqui non valeat, cui concomitatur, quia
35 * iudex nõ debet pati iurisdictionem suam eludi:
& quòd est notoriè iniustũ, videtur ineptum, quo
casu omnis appellatio intercisa est. & ideò dicit
Baldus in d.l.j. quòd aut sententia est lata in con-
uictum, vel sponte confessum, vel repertum in fla-
granti crimine, & tunc executio differenda non
est: quia appellatio est notoriè calumniosa; cui per
iudicem debet præcludi via: quia reipublicæ in-
terest. dicta l.constitutiones.ff.de appe.l.ita vulne-
ratus.ff.ad leg.Aquil. & plus subdit ibi Bald.versic.
modò quæro. quòd licet aliàs appellatio suspen-
dat pronuntiatum.per l.tale pactum.§. qui prouo-
cauit.ff.de pact. tamen quando appellatio adparet
calumniosa, non propterea est differenda execu-
tio: quoniam tali casu reipublicæ interest appel-
lationem ipsam non admitti. Vnde cum repertus
fuerit, & captus in flagranti, & sic notoriè in cri-
mine, & contra debitum, & vltra testes subsecuta
eius spontanea, ac notoria confessione, apertissi-
mè iam liquet de notorietate delicti, cum * deli- 36
ctum dicatur etiam ex actis notorium, iũctis pro-
bationibus, vt dicit Inno.in c.ex insinuatione.ex-
trà de appel. & in c.cum olim, vbi etiam Abbas de
verb.signific.Bald.in auth.ad hæc. C.de vsur. & in
l.j.C.quomodo & quando iud. Angel.in l.ij.in fi.
C.de temp.appe. & consuluit Pau.de Cast.in consi.
xxxix. & quicquid in * iudicio probatum est, di- 37
citur esse notorium: vt not.Ant.de But.in c.fi.vj.
not.de temp.ordi. Item causatur etiam notorium
ex suamet cõfessione in actis adparente: per l.ictus
fustium.ff.de infa. & dixit Bald.in l.properandum.
in fi.C.de iud. Et quòd confessio * in actis, indu- 38
cat manifestum & notorium, consuluit Alexan.in
consilio clij.viso processu causæ.v.vol. & maximè,
dum confessus fuit coram magnifico Regente ma
gnam curiam tempore suæ capturæ,* quo casu iu- 39
dex ex abrupto potest suspendere, & vltimo sup-
plicio dare confitentem coram se: vt dicit And.de
Iser.in constit. pœnam eorum. nam facti atrocitas
multa permittit, quæ aliàs non permittuntur: per
not.in l.prætor edixit.§.Præterea. & fi. de iniu. vbi
Barto.in l.respiciendum.§.furta. & §.si dicatur.de
pœn.sequitur Par.de Put.in suo tracta.syndic.ver.
latro cum fama. vbi subdit, maximè hoc proce-
dere, dum sit causa publicæ vtilitatis, quòd ma-
ximè procedit in casu præsenti, dum minori spa-
tio temporis duorũ mensium fuerũt scalatæ xxiij.
domus, & etiam monasteria intus ciuitatem Neap.
& plures nobiles interuenerunt, vt liquet publicè
ex actis & informationibus eiusdem magnæ curiæ:
vnde sic adparente delicto * notorio, non poterat 40
appellari: sed debebat exequi contra ipsum ante
lapsum decendij. quòd maximè fieri potuit, cum
simus in notorio confesso, & testibus conuicto: vt
ij.quæst.vj.c. sunt autem. Ita dicit Spec.in titu.de
execu. senten. sub rubr. post quod tempus senten-
tia sit executioni demandanda. nam * ex notorio 41
resultat, quòd iudex non debet pati iudicium agi-
tari, seu causam in iudicium deduci. cap.quoniam.
extrà de filiis presby. Ioan.And. & doctores in c.j.
de litis contesta.in vj.Abb.Pan.in c.exceptionem.
de except.Alex.in l.eum, qui ita.de verbo.obligat.
& in l.nam & posteà.in prin.ff.de iureiuran. & hoc
cùm in notoriis ordo sit, ordinem non seruare, se-
cundum Baldum in c.ad nostram.l.ij.extrà de iu-
reiur.hoc voluit Abb.in cap.super his.extrà, de pœ.
quòd * in delicto notorio iudex potest mandare 42
pœnam imponi reo, & exequi absque alia condẽ-
mnatione: & subdit ita tenere Innoc.in cap.ex
parte.el primo.de verb.signific.Abb.in d.c.ad no-
stram.extrà de iureiur. Barb.in c.euidentia.in fin.
de accu. maximè contra * repertum in flagranti, 43
potest incipi ab executione: vt dicit Paul.de Cast.
in l.nullam.C.ex quibus caus.infam.irroga.quia vt
dicit Innocentius in dicto c.ex parte.el j.quòd * in 44
notoriis iudicis pronunciatio non est propriè sen-
tentia, sed quædam iuris executio: refert etiam &
sequitur Roma.in consilio cccxxiiij.in proposita
consultatione.versi.secunda quidem. & hoc * per 45
illam

illam eandem rationem, quia in notoriis non requiritur iuris ordo: per tex. in cap. quæ Lotharius. secunda quæstio. j. Bald. in l. presbyteri. C. de episc. & cleri. & in l. ea quidem. C. de accusa. Imol. in capitu. fina. extrà de cohabi. cleric. & mulie. Alexand. in l. emptorem. ff. de actio. emp. & in l. secunda. §. si publico. de adult. Bald. in l. j. C. de iudi. Petr. de Anchar. in consi. cxcvij. subtiliter & ad plenum. & ibi subdit, quòd in notoriis ordo iuris relaxatur. allegat capit. primum de elect. & in cap. ad nostram. de iureiuran. Idem tenet Felyn. in cap. ecclesia sanctæ Mariæ. extrà de constitu. & sequitur Marsil. in rubri. de probat. nume. 217. versic. pro quibus facit. & ideò si iudex hoc facere potest, multò fortius potuit illustrissimus Prorex io banno promulgato mandare, prout mandauit: quod quidem satis
46 fuit conforme iuri communi, vt liquet * ex præmissis: maximè, cùm repertus in flagranti, possit absque processu condemnari: vt pulchrè firmat Criminalista Marsi. in l. vnius. §. cognitutum. ff. de quæst. vbi allegat etiam Alexand. ita consuluisse in consi. cclxxv. viso themate. firmat Velleian. in suo tract. banni. in iij. parte j. tempo. in quæstio. lvj. & faciunt dicta per Ang. in suo trac. male. ver. che mi hai adulterata la mia dõna. refert & sequitur Marsi.
47 in repet. l. vni. C. de rap. virgi. & sic * cum repertus fuerit in flagrãti & delicto notorio, iustissima successit pœnæ impositio absque ordine iudiciario,
48 * nam in causis criminalibus proceditur ad instar
49 ciuilium. l. absentem. ff. de pœn. sed * quando in causa ciuili constat de veritate rei, non curantur solennitates, nec curatur ordo iuris, sed fit executio, non obstante illorum prætermissione, per tex. singul. in l. fina. ff. quod metus causa. ita in particulari firmat Marsi. in sua practi. causarum criminalium. in §. ij. ergo & eodem modo dicendum est in casu præsenti, postquam liquet de veritate, quòd inquisitus repertus fuerit cum scallis de nocte in fenestra alienæ domus, adstans captus per curiam, non attentis aliis iuris solennitatibus, legitimè potuit exequi contra eundem, prout exequutum fuit. Nec debebat aliter sibi concedi defensio,
50 * quia licet in criminalibus defensio tolli non possit, vt in clemen. pastoralis. de re iudi. cum sit de iure naturali: vt dicit Bald. in l. vt vim. ff. de iusti. &
51 iure. nam iuris * naturæ est, vt in crimine quis se defendat per fas & nefas, & naturalis est viuendi dulcedo: argu. l. qui cum maior. §. j. de bono. libe. secundum eum, in l. j. C. qui accusa. non pos. & in l. si quis non dicam rapere. C. de episco. & cle. & præsertim, vbi agitur de pœna sanguinis, quia huic
52 defensioni, nec * imperator, nec papa derogare potest: per suprà dictam clem. pastoralis. & idcirco
53 vnicuique debet dari terminus * ad suas defensiones faciendum, nisi sit deprehensus in flagranti. l. iij. §. si ad diem. ff. de re mili. quia contra notorium
54 actum * nulla defensio cadere potest. Ita formaliter Paris de pu. in suo tract. syndi. in versi. condemnatio. in titu. an Potestas, in paruo volum. & idem Par. in eodem tracta. syndi. ad quod allegat Bald. in l. j. C. qui accusa. non poss. & in l. si quis non dicam rapere. supra allegata refert & sequitur Marsi.
55 in dicta repeti. l. vnicæ. C. de rap. virgi. & quòd * in notoriis non requiratur ordo iuris, intãtum quòd

iudex in modo procedendi potest iura transgredi, tenet Par. de put. in tract. syndi. in versicu. præceptum. cum in istis notoriis * cesset solennitas iu- 56
ris, nec est necesse, quòd tali ita delinquenti detur copia repertorum, vt supra dictum est. Nec si non seruetur solennitas, aut ordo potest dici de nullitate, vt plenè dicit Angel. in suo tracta. malefic. in versic. valet, per modum notorij: cum in similibus notoriis * ordo sit ordinem non seruare, 57
sed executiuè procedi, & absque condemnatione aliqua, vt pulchrè suprà dictum est, & latè per Marsil. in dicta rubric. de probatio. & pulchrè Felyn. in capitu. euidentia. de accus. & in capit. suscitatus. de rescrip. & in capitu. cum non ab homine. de iudic. vbi etiam multa dicit, & signanter contra notorium * delinquentem non requiri citatio- 58
nem, nec eidem dari terminũ ad se defendendum, secundum Gemi. in capi. ordinarij. §. j. de offi. ordi. in vj. Andr. de Iser. in capitu. sancimus, quo tempore miles. in vsib. feud. Marsil. in sua practi. criminali. in versic. aggredior. nume. 125. & etiam in §. examinanda. numero 7. & in versicu. aggredior. nume. 134. vbi subdit * quòd non requiritur causæ co- 59
gnitio nec citatio, nec solennitas sententiæ. Et quòd in eis incipi possit ab executione, idem refert & sequitur per multa ex præmissis, excellens doctor Parisius dignissimus Cardinal. nouissimè creatus, in suo consi. cxlvij. in quarto volu. vidi allegationes & consilia præclarissimi doctoris. Nec inconuenit, quòd per dictum bannum fuerit prouisum, quòd illico absque solennitate, seu aliquo processu, aut actis, talis pœna in eo adposita, exequeretur contra huiusmodi facinorosos, quia etiã de iure, quando delictum est plenè probatum per * testes, & per confessionem propriam, & captu- 60
ram personæ in flagranti, potest subsequi condemnatio, nec requiritur eiusdem delicti confessio, aut ratificatio: per text. in l. qui sententiam. & ibi doct. C. de pœn. & in specie Bald. in terminis in capit. ad nostram. per illum text. extrà de probat. circa fin. idem Bald. in l. j. in fin. C. de iura. calum. Alexan. in l. vnius. §. reus. de quæstio. Moder. Senen. in eorum tracta. de indic. & tortu. Baptho. vero in suo consi. xxxij. quidam rustici. & pulchrè Marsi. in dicta sua pract. in §. quoniam. nume. 39. imò nihil obstat, quòd non ratificauerit. nam non semper * re- 61
quiritur ratificatio, imò interdum non est necessaria confessio rei, ad hoc vt possit condemnari de delicto, vt quando aduersus ipsum existerent plenæ probationes delicti: quia tunc absque eius confessione, aut ratificatione potest sequi condemnatio: per suprà dictam l. sententiam. de pœn. vbi apertissimè probatur. & ibi etiam per doct. de quibus etiam per Marsi. in d. §. quoniam. & demum reperi pulcherrimè consuluisse Alexan. in suo consi. xix. in vij. volu. Or tanto magis dicendum est fuisse bene executum contra præfatum inquisitum, & tanquam confessum, nedum conuictum, cum eo casu, vt prædixi allegando Bald. in dicta l. à procedente. delictum dicatur notorium: per ea quæ habentur per Bald. in rubric. de pact. & vbi quis confitetur * delictum, est confestim condemnandus: 62
vt dixit Bald. in lege secunda. C. de custo. reo. hunc dixit Bald. in l. si ita vulneratus. ff. ad legem Aquil.

63 quòd vbi adparet * de crimine commisso, & per
quem iudices debent esse proni ad puniẽdum, nec
debent ponderare omnes iuris solennitates, quia
fauor publicæ disciplinæ suadet, vt maleficia pu-
64 niri debeant, maximè *quia dum quis sponte con-
fitetur delictum, non præsumitur in se mentiri, vt
dicit Ioan.And.in c.Romana.§.si autem.de appel.
in vj.hinc dixit Bald.in l.vnica.C.de confes.versic.
sequitur videre, quando confessio incipit à tor-
65 mentis. quòd * in dubio confessio facta à reo in
causa criminali, præsumitur vera, & sponte facta,
66 & cõscientia perpetrati sceleris, quia nemo * præ-
sumitur ita fatuus, vt in seipsum mentiatur. refert
& sequitur Alexan.in consilio xix.volumi.v.& ibi
subdit in præcedenti, quòd si ordo aliquis iudicia-
rius regulariter fuisset necessarius, iuxta capit.j.de
accus.in vj.iuxta notata per doct.in capitu.quali-
ter & quando.de accus.nulla clarior est probatio,
quàm illa quæ ex propria confessione spontanea
resultat, quæ notorium inducit: per capit.fina.de
cohabit.cleri.& mul.& l.fin.C.de fideicom.& l.ge-
neraliter.§.& siquidem.C.de reb.credit.& l.gene-
raliter.C.de non nume.pecu.nam vbi de delicto,
67 * & persona delinquentis cõstat specificè per pro-
priam confessionem factam absque tormentis, vel
metu ipsorum, iuxta not.per Barto.in l.j.§.Diuus.
cum simi.ff.de quæstio.quo casu etiã si regulariter
68 aliquis ordo iudiciarius *fuisset necessarius in pro-
cessu, inquisitionis.tamen isto casu vbi adest con-
fessio, non est necessarius: per d.capi.j.de accus.ita
ad literam.Alexand.in d.consi.xix.vbi suprà.Hinc
dixit satis ad propositum Bal.in ca.quoniam cõtra.
69 extrà de probat.quòd dum * delinquens instat ad
defensam, vt res protrahatur, debet interfici, &
postea inquiri.Idem refert pulchrè, & sequitur Fel.
in cap.pastoralis.§.quia verò.extrà de offic.deleg.
Præterea posset non rugato supercilio insuper at-
tentari, quòd vltra quod fuerit inquisitus ipse in
flagranti repertus, & testibus conuictus, & confes-
sus, & captus, adparebat nullas defensiones com-
petere: vnde successerat quod dixit Bal.in l.vt vim.
ff.de iustit.& iure.per l.de crimine.ff.de adul.quòd
70 vbi * quis caret defensione, non est aliter citãdus.
Idem Bal.in l.iubemus.C.defenso.ciui.& in authẽ.
71 sed nouo iure.C.de ser.fugit.& ideo *non est de ne-
cessitate citandus ille, cui certum est defensionem
non competere.& firmat Felyn.in ca.cum olim.in
fin.de re iudic allegat idem voluisse gl.& ibi Abb.
post alios, & Anto.de But.in c.ex insinuatione. cir-
ca finem.extrà de appel.Hinc est, quòd quando ad-
72 paret * parti minimè defensionem competere, va-
let sententia lata absente parte, etiam non citata.
Barto.in l.secunda.§.si de frumentaria.ff.de admi-
nistra.rerum ad ciui.pertinen. sequitur Abb.in ca.
ex insinuatione.extrà.de appella.& in capi. primo.
extrà de causa possessio.& proprieta.& in capitu.
cum olim.de re iudica & in capitu.causam, quæ.
post Ant.de But.de rescript.Alex.in l.si pacto, quo
pœnã.de pact.& ideo cõsuluit Rom.in cõsi.ccxxij.
73 quòd in * actu faciendo non requiritur citatio il-
lius, qui citatus non posset actui contradicere, per
text.in lege cum seruum.§. si quis seruum.ibi, vt si
præsens esset.& §.ex insta.ibi, non esse vocati.ff.de
fideicommis.liber per text.in l.recusare.ff.ad Tre-
bel.& ideò vbi constat defensionem non compe-
tere, non requiritur citatio. capitu.fina.de offic.
delega.in vj.Innocen.in capit.tua.in versicu.noto-
rium.extrà, de cohabit.cleric.& mulie.Panormit.
in capit.cum olim.versic.nota singulariter hic ex-
trà de iudic.& Philip.Fran.in capit.ex insinuatio-
ne.de appel.Suffragatur præmissis, quòd vbi deli-
ctum est probatum, prout hic, per testes, per pro-
priam confessionem, & in flagranti repertum, non
est curandum de apicibus, & solennitatibus iuris:
vt dicit Bal.in sua famosa disputa.accusatus de vi
turbatiua.Ioan.Lupi.in repet.capi.per vestras.ver.
ampliabis tertiò.de donat.inter virum & vxo.ma-
ximè, quia effectus attendi * debet in condemna- 74
tionibus: vt dicit Spec.in titu.de execu.sententiæ.
§.ij.ver.quid ergo.& vbi habemus * effectum, non 75
curamus de modo, quia effectus magis inspicitur,
quàm modus.l.iij.& ibi Bald.C.de instit.& substit.
& in l.humanitatis.iij.opposi.C.de impube.& aliis
substit.& in l.quoties.§.si quis nomen.& ibi Ioan.
de Imo.ff.de hæred.insti.& insuper aduertendum,
minimè dici posse, quòd inquisitus ipse appella-
uerit, & hoc tam ex iuris dispositione, quàm regiæ
nouellæ pragma.incip.nam appellatio.Nam appel-
latio aliqua non inuenitur interposita in magna
curia, in qua interponenda erat: cum * non subsi- 76
stente aliqua causa iusta, appellatio interponi de-
beat coram iudice, à quo appellatur in eius præsen
tia, si haberi potest, non autem in eius absentia:
aliàs appellatio ipsa est nulla. Text.est in capi.si iu-
stus.de appella.vbi ita demum procedit appellatio
in absentia iudicis, quando subest iustus metus: er-
go absque iusta causa appellatio in absentia iudicis
foret nulla. Idem clarius per text.præfatum tenet
gloss.in capi.suggestum.in vlti.oppo.de appella.&
in ca.appellatio.eod.titu.in vj.Et quòd appellatio
omnino est proponenda coram iudice à quo, est
tex.in c.vt debitus.de appel.& clarius probat text.
in c.aliàs.§.biduum.ij.q.vj.& in l.ij.§.dies.ff. quan-
do appellan.sit.vbi expressè dicitur, quòd si potest
haberi copia iudicis, in eius præsentia est appel-
landum.Idem voluit glo.in clem.j.in versi.maiori.
eod.titu.vbi satis probatur per illum text.& sequi-
tur ibi Imo.in princ.& idem reperio tenere Inno.
in d.c.si iustus.subdens * quòd talis appellatio fo- 77
ret nulla, & sequitur Bal.in l.apertissimi.C.de iudi.
Panormi.in dicto capit.suggestum.vbi pulchrè &
sequitur Imo.in d.c.si iustus.idem secuti sunt do-
mini de Rota in deci.ccclxvj. Idem si appelletur à
diffinitiua. Et quòd aliàs non teneret appellatio,
item firmat Gemi.in d.c.appella.& Lapus in sua al-
lega.xxxix.& tenuit consulendo Ange.in suo cõsi.
cxxvj.visis omnibus. Et tanto magis in notorio
criminoso in flagranti reperto, * quia licet secun- 78
dum vnam opinionem & claudicãtem non possit
appellare, tamẽ intelligitur illa opinio quo ad hoc,
vt iudex appellationis cognoscere possit de ipsa
appellatione, an sit admittenda, vel ne, per no.in c.
pastoralis.de appel.& per glo.in versicu.oneramus.
in clementi.prima.de iure patron.non autem quo
ad hoc, vt iudex à quo, teneatur deferre, & su-
per sedere executioni: quia talis appellatio eius
iurisdictionem non suspendit: vt tenet gloss.in
capitu.Romana.§.si autem.& ibi Philip.Franc.ex-
trà de

trà de appel. qui ibi ſubdit, quòd iudex ad quem,
non tenetur talem appellationem recipere, nec in-
hibere, niſi iuſta cauſa allegetur. & pariter ex diſpo
ſitione Regiæ nouellæ pragmaticæ editæ tempore
Regis catholici glorioſæ memoriæ, ſancitum ad-
paret minimè appellationem ipſam ſubſiſtere poſ-
ſe, non ſeruato ordine ipſius pragmaticæ, qua in-
hibetur omnibus tribunalibus regni, ne appella-
79 tionem * tam à diffinitionis, quàm interlocutoriis
admittere debeant, nec inhibere, niſi appellantes
coram ipſis ſuperioribus iudicibus appellationum
comparuerint, cùm eorum authenticis appella-
tionibus, & cum literis dimiſſoriis, ſeu refutato-
riis, vel cum dictarum literarum ſeu epiſtolarum
legitima productione, cum expreſsione termini
iudicum à quo: in quibus cauſas delationis ad-
ponant, vel refutationis: ea ratione, vt illis viſis
à iudicibus ad quos, poſsint opportunè maturé-
que diſcernere, an appellationes ipſæ admittendæ
fuerint, & iudicibus à quo, inhibendum. Præter-
eà, ex alio magnificus regens magnam curiam,
appellationem præfatã interpoſitam forte admit-
tere non tenebatur: quia vltra quòd bannum pro-
latum de mandato illuſtriſsimi domini Proregis
erat executiuum, & ſub certa forma limitatum,
prout ex eius tenore liquet, inquiſitus ipſe reper-
80 tus, & captus io flagranti, * etiam circunſcripto
banno, potuiſſet de facto ſtatim puniri: per gloſ.
not. in l. ictus fuſtium. ff. de infam. ſecundum Bald.
in dicta l. vt vim. quem refert & ſequitur Roman.
in repet. rubric. de arbitr. Andr. de Iſer. in conſtitu.
regni: humanitate. Paris de puteo, in ſuo tracta.
ſyndic. in verſicu. confeſsio. capit. an Poteſtas, qui
miſsis. Idem tenet Iaſo. in l. pactum ioter hæredem.
ff. de pact. & dicimus in ſimili, ſi fiat bannum, vt
deprehenſus cum armis torqueatur, poterit id iu-
dex exequi abſque aliqua ſententia, vt dicit Andr.
in dicta conſtitut. humanitate. & ſequitur Paris de
Put. in dicto ſuo tractat. ſyndic. verſicu. iudex. nu-
mero quarto. in paruo volum. quod maximè pro-
cedit, quum deprehenſus fuit in delicto, & de-
prehenſio in crimine inducit notorietatem ipſius
criminis, vt dicit gloſſ. in capitu. cum non ab ho-
mine. extrà de iudi. & deprehenſus in crimine, in-
ducit probationem. l. raptorem. C. de epiſco. & cle-
ric. l. fina. & lege ſi fugitiuum. C. de modo mulcta-
rum. Præmiſsis itaque præſuppoſitis, & quæ de iu-
ris cenſura inconuincibiliter procedunt, nec ali-
ter dici, aut excogitari poſſe arbitror, attamen vt
canino dente, ac voce latrantibus aduerſus ius di-
centibus, omne iter ferè malè dicendi, ac malè
cogitaodi penitus & omnino præruptum adpa-
reat, dato abſque veri præiudicio, quòd non ita
ſolenniter, prout in cæteris criminibus conſue-
uit, proceſſum fuerit, eſt aduertendum fuiſſe pro-
ceſſum ad executionem banni: quod præcedente
mandato illuſtriſsimi Proregis promulgatum fue-
rat, quod quidem bannum, prout iuri communi
conforme, quilibet inferior iudex promulgare po-
tuiſſet, ſtante præfati delicti frequentia: vt ſuprà
pulchrè in iure deductum eſt, & in facto ex actis
& probationibus demonſtratur. & tamen quando
abſque veri præiudicio aliter eſſet; prout non eſt,
nonne miles Poteſtatis, qui iuſsit aliquem decapi-
tari & iniuſtè, * cuius contrarium eſt in caſu præ- 81
ſenti, in quo iuſtiſsimè executum fuit, attamen
miles ipſe non tenetur: quia mandatum Poteſtatis
in forma iuſtitiæ ipſum tuetur: argumen. not. per
Dyn. in regula: quod quis. de regul. iur. in vj. & in
l. vtrum. de partic. & ſic ſi Poteſtas mandauit ban-
num præfatum ita fieri, & eſſemus in caſu non li-
cito, prout licitiſsimum fuit, teneretur eo caſu Po-
teſtas, * & non ille, cui mandauit: prout fuit in fa- 82
cto Florentiæ. Ita dixit Bald. in l. recuſatur. famil.
erciſcũ. & ex hoc fuit laceratus proceſſus in curia
Poteſtatis, ſeu executoris Florentiæ, quia conclu-
debat, quòd fuerat mandato ſuperioris: ſecundum
Bal. ibi. & pro hoc bene facit l. iniuriarum. §. j. ff. de
iniu. vbi dicit Ange. quòd officialis Poteſtatis, ſeu
aliquis de ſua familia, ſi facit aliquid iniuſtè de
mandato rectoris, non tenetur, ſed tenebitur re-
ctor ipſe mandans, & dicit ibi eſſe caſum. Idem de-
ciditur in l. non videtur, qui iuſſu. in glo. magna. ff.
de regu. iur. & citat Caraldi. de bon compagnis, in
ſuo tract. ſyndi. in verſi. adde quòd ſi poteſtas. nam
vbi * iuſſus ſuperioris præcedit, ibi neceſsitas ſer- 83
uilis præſumitur. l. liber. ff. de hære. inſti. l. at qui na-
tura. §. ſi quis liber. ff. de nego. geſt. nam ex iuſſu ſu-
perioris fieri præſumitur ex neceſsitate, & non de
mero libero arbitrio: argu. gloſ. in l. j. §. quæ bona.
quarum rerum actio noo datur, & ideo dixit Bald.
in l. qui liberum. §. qui iuſſu. de infami. quòd excu-
ſabitur miles, qui aliquid fecit, & iniuſtè de man-
dato ſui ſuperioris. & in l. ſi quis. ff. ad Sylla. dicit
* quòd iuſſus magiſtratus excuſat. idem tenet Ang. 84
in d. §. qui iuſſu, aliàs §. excuſatur. in ead. l. * quòd ſi 85
poteſtas mandat alicui de familia, vt torqueat ali-
quem in caſu illicito, quòd licet teneatur mandãs,
non tenebitur mandatarius, qui id fecit, vt execu-
tor. ita dicit Dy. in regula, ſi quis mandatum. in vj.
& pulchrè Paris de put. in ſuo tracta. ſyndi. ver. po-
teſtas. in paruo volumi. nu. 6. Et in * tantum hoc 86
eſt verum, quòd ſi officialis habens arbitrium, pro-
cederet virtute mandati ſuperioris, ſtatuentis ſibi
certam formam mãdati præciſam, non intelligitur
vſus arbitrio, ſed mãdato, & ſic non grauauit ipſe,
ſed qui mandauit: arg. de arbi. l. qualem. ij. reſpon. &
l. vnum ex familia. §. j. ff. de lega. ij. & in c. nouit. ex-
trà, de appel. Idem refert & ſequitur Paris de pu. in
d. ſuo tract. ſyndi. in verſi. arbitrium. nu. 6. ſuffraga-
tur præmiſsis, quòd * qui alium interimeret iuſſu 87
regis, puniri non poſſet, vt in Longobar. de mor. 9.
l. j. argumen. ff. quod vi aut clam. §. fina. & in l. quo-
niam autem. famil. erciſcun. & in l. ſi pignora. ff. de
euict. nam * neceſsitas officij excuſat. l. tutorem. §. 88
reſpon. ff. de his, quib. vt indig. l. ſeruus communis.
§. quod verò. ff. de fur. l. ſimiliter. §. j. ff. rerum amo-
ta. ita dicit Gandi. in ſuo tract. malefi. in tit. de pœ.
reo. Ex quibus patet ſanctiſsimè fuiſſe prouiſum
per bannum præfatum, mandante illuſtr. domino
Prorege, & iuri communi conforme, & ſucceſsiuè
iuſtiſsimè executum per excellentem regentẽ ma-
gnæ curiæ vicariæ, habito voto magnificorum iu-
dicum ſuper puncto præfato: & nõ prout mordaci
lingua per curioſos & minus conſiderãtes, in con-
trarium murmurabatur, & non abſque animi paſ-
ſione non modica, quæ plerunque virturis lumen
excæcare non deſinit.

SVMMARIVM.

1 *Respublicæ interest scire spurium, et nonnullos alios defectus hominum.*

2 *Iniuriarũ actione tenetur dicens alicui, tu es cæcus, seu claudus. Sed si diceres: tu fuisti mercatus, seu mitratus pro falso, vel es spurius si est verum, non tenetur.*

3 *Prouocatus si facit, vel dicit iniuriam prouocanti, non tenetur iniuriarum actione, quia videtur potius ex causa sui iuris conseruandi facere, quàm iniuriandi, & nu. 4.*

5 *Prouocator semper dicitur, qui primò cœpit iniuriare.*

6 *Talis præsumitur animus, qualia sunt facta, vel verba.*

7 *Infamiam vel defectus alterius quis detegere non debet sine causa.*

8 *Detegens delictum alterius malo animo, punitur.*

9 *Dictum vel factum si in se sit malum, voluntas tamen iniuriandi absit, iniuriarum actio cessat.*

10 *Iniuriarum actione tenetur, vocans aliquem spurium, licet spurius sit.*

11 *Iniuriarum actione potest ciuiliter & criminaliter agi: videlicet, actione iniuriarũ prætoria. tamen requiritur libellus, & æstimatio iniuriæ.*

12 *Pro verbis iniuriosis virtute cap. Reginæ Ioannæ, incipientis: statuentes. in ciuitate Neapo. non potest ex officio procedi ad denuntiationem partis, & pariter in regno est stylus Cancellariæ, quòd in priuatis delictis non proceda tur ex officio ad denuntiam partis, sed in publicis sic, siue sit facta denuntiatio, siue non.*

13 *Iniuria non fit volenti, & ideo agere non potest, non tamen tollitur, quin iudex pro publico interesse agere possit.*

DECISIO XXXVII.


Agnificus Carolus Mormilis nobilis Neapolitanus de sedili portus, dum verba faceret cum nobile Leonardo de Ligorio de eodem sedili, super voce electionis cuiusdam alterius nobilis ad exercitium certi officij, in quo concursus & voluntas vtriusq; requirebatur cum cæteris nobilibus eiusdẽ sedilis, præfatus Leonardus impertinenter locutus, & eidem respondendo dixit, quòd ipse Leonardus erat ita bonus homo, sicut & ipse Carolus. quod Carolus præfatus ægrè ferens, mentitus fuit eũdem Leonardũ, sibi dicendo cholericè, quòd mentiebatur per gulam. ex quo Leonardus ipse erat spurius, & filius cuiusdam pedissequæ meretricis: mandauitque insuper quibusdam suis seruitoribus, ac domesticis ibidem coram ipso extantibus, vt ipsum Leonardum interimerent, licet se demum pœnituerit, & eos prohibuerit, ne id exequerentur. Hæsitatum fuit in magna curia, an Carolus ipse veniret ex præmissis plectendus, & qua pœnã: & certè prima consideratione videbatur dicendum, quòd nullam pœnam incurrerit, cùm docuerit Leonardum ipsum

fuisse natum spurium, ex adulterio eius patris cum
quadam eius famula, matre eiusdem Leonardi,
constante matrimonio cum alia vxore præmor-
tua: & sic cùm in rei veritate ortus fuisset spurius,
videbatur dicendum, præfatum Carolum mini-
mè alicui pœna obnoxium, cùm intersit reipubl.
scire * spurium, & nonnullos alios defectus homi- 1
nis: vt in specie dixit Bar. & post eum Ang. in l. eum
qui nocentem. ff. de iniur. & in l. quæ omnia. ff. de
procurat. dum magistraliter dicunt, quòd si non
expediret reipub. talia, quæ ob iniuriam dicuntur,
manifestare, deberet proferens tales iniurias, pu-
niri: verbi gratia. dicit Bartol. & Angel. aliquis ti-
bi dicit: tu es * cæcus, vel claudus, tunc actione 2
iniuriarum teneretur, quia reipublicæ nõ interest.
Sed si dixi, tu fuisti mercatus, seu mitratus pro fal-
so, vel es spurius: certè putn, quòd si diceret verũ,
nnn teneretur: quia interest reipubl. vt infamia il-
lius manifestetur, ne ad testimonium. Item, ne spu-
rius admittatur ad dignitates, quarum non est ca-
pax. & remittit se ad notata per tex. in l. si non con-
uitij. viij. q. C. eod. titu. & sic Carolus ipse reputans
se iniuriatum à præfato Leonardo, asserente se esse
bonum hominem, sicut & ipse Carolus erat: vide-
tur à præfato Leonardo prouocatus. vnde * succe- 3
dit, quòd dum prouocatus facit, vel dicit iniuriam
prouocanti, non tenetur actione iniuriarum: sed
parcitur illi, qui vlciscitur prouocatus. l. qui cum
maior. §. libertus. ff. de bonis libertorum. nam pro-
uocatus * præsumitur causa defensionis & sui iu- 4
ris conseruandi facere, potius quàm faciendi in-
iuriam: argumen. l. merito. ff. pro socio. secundum
Oldra. in consil. suo, an fratres. & not. Bald. in l. j.
vnde vi. Specu. in titu. de acto. §. j. versiculo, quid si
te vocaui. & firmat Luc. de pen. in l. extant. C. de ca-
stren. peculio. libr. xij. in quinta quæstio. & semper
qui primò * cœpit iniuriari, dicitur prouocator. 5
argumen. l. j. §. cum arietes. ff. si quadrup. paupe. fe-
cisse dica. & in l. scientiam. §. qui cùm aliter. ff. ad
legem Aquil. & not. Bald. in l. j. C. vnde vi. Sed præ-
dictis non obstantibus dico, quòd actio iniuriarũ
non datur, nisi contra illum, qui animum iniu-
riandi habuit. l. si non cõuitij. C. de iniur. & animus
probabitur præsumptione verbi, vel facti. talis
enim * animus præsumitur, qualia sunt verba, vel 6
facta. l. Labeo. ff. de suppel. leg. l. scire. ff. de tutor. &
cura. da. ab his. l. reprehendenda. cum vulg. ff. de in-
stit. & subst. & sic sine causa iniuriosum, aut conui-
tiosum verbum profertur, vt in rixa, prout in præ-
senti casu: & sic iniuriandi causa: & tunc etiam si sit
verum conuitium vel iniuria, tenebitur dicens il-
lud, iniuriarum actione, siue proueniat ex culpa,
siue sine culpa illius, contra quem profertur: quia
adest iniuriandi animus: quod est substantiale in
iniuriarum actione: cùm iniuria ex affectu facien-
tis consistat: vt in l. illud. §. j. ff. de iniur. & in dicta
l. si non conuitij. Nec videtur subsistere, quòd si
vera sit iniuria, aut conuitium dictum, eximatur
quis ab actione iniuriarum: argumen. l. quisquis.
C. de postu. & l. iustissimos. C. de offic. rec. prouin.
ibi dum dicit: si vero voces fuerint per libidinem
&c. & sic patet, quòd ad hoc, vt quis actione in-
iuriarum non teneatur, nõ requiritur veritas con-
uitij, sed * quòd absit libido, vel voluntas iniu- 7
riandi:

riandi : non enim debet quis alterius infamiam, si-
ue defectus detegere sine causa : defectus enim no-
stros inhumanum atque iniuriosum est detegere. l.
ij. C. quando & quib. quar. pars. lib. x. licet enim tali
8 casu factum vel dictum bonum * sit & vtile in se
detegi, si fiat cum malo animo detegendi, detegens
punitur. cap. retegentes. xv. q. v. nam Christum cru-
cifigi, bonum & vtile fuit : quia ideo per hoc re-
dempti sumus : tamen crucifigentes digne puniti
sunt : quia malè id fecerunt, vt ibi. & pulchre not.
in capitu. j. de collusio. deteg. in glos. super verbo,
9 qualitas. Sic * ergo dicimus non curari, si dictum
vel factum sit malum in se, dumtamen iniuriandi
voluntas absit, cùm tunc iniuriarum actio nõ oria-
tur. d. l. illud. §. j. & sequenti. cùm mens & voluntas
magis sit attendenda, quàm factum, ad hoc, vt quid
maleficium dicatur : vt l. diuus. ff. de sicar. & l. ve-
rum. ff. de fur. & dicta l. qui iniuriæ. & dicto §. si quis
astrologus. & capit. quid inuenisti. xiiij. q. v. & idem
consulendo tenet elegans & subtilis doctor Oldr.
in suo consil. lij. quem refert, & sequitur formali-
ter prædicta referens Roma. in suo cõsi. xcvj. super
eo, quo quæritur. subdens se ita intelligere : quæ
super hoc tetigerunt Guliel. de cun. & Bald. in lege
vlti. ff. quod quisque iuris. attamen præmissa & alia
relata per Roma. in præfato suo consilio, fuerunt
formaliter furto subtracta per ipsum tacito autho-
re à Io. Andr. fonte iuris canoni. in c. j. extrà de in-
iur. & dam. da. & idem vt suprà reperio in particu-
lari tenuisse And. de Iser. & post ipsum Affli. in c.
j. §. iniuria. de pace iura. firm. vbi in specie inquit
10 teneri iniuriarum actione * eum, qui vocat aliquem
spurium : licet sit spurius : quia non ipse fuit in cul-
pa, sed progenitores sui, cùm spurij non sint despi-
ciendi, sed iuuandi, vt dicit glos. in vltimo verbo,
quibus modis naturales effici. sui. & dum ex ali-
quibus præmissorum tractaretur voto nonnullo-
rum ex iudicibus meis collegis, præfatum Caro-
lum ex præfatis verbis iniuriosis condemnari ad
exilium triennale, cum facultate ipsum redimen-
di pro vnciis centum de carlenis, dixi id mihi du-
rum videri, & nullatenus posse subsistere de iure :
11 ex * quo licet in actione iniuriarum possit ciuiliter
& criminaliter agi, videlicet actione iniuriarum
prætoria, quando verba iniuriosa proferuntur,
iuxta gloss. in dicto capit. j. §. iniuria. tamen, vt ibi,
requiritur libellus, & æstimatio iniuriæ : vt in §. in
summa. instit. de iniur. & not. Bart. in l. iniuriarum.
ff. eodem titu. Criminaliter autem agimus actione
iniuriarum officio iudicis, ad partis denuntiatio-
nem, tunc iudex ex officio imponet pœnam ex-
traordinariam, vel in corpus, vel in pecuniam, ap-
plicandam in totum ipsi curiæ. l. fina. ff. de iniur. &
d. §. in summa. institu. eodem titu. & fiet condem-
natio habita ratione qualitatis personæ, & iniuriæ :
& hoc procederet de iure communi concluden-
dum esse. At in casu, de quo agitur, sumus in præ-
12 senti regno, imò & in * ciuitate Neapo. vbi per c.
Reginæ Ioannæ secundæ. quod incipit : statuentes.
sub data anni 1320. non potest pro verbis iniu-
riosis ex officio procedi ad denuntiationem par-
tis. Item & plus in regno præsenti est stylus can-
cellariæ, vt in priuatis delictis non procedatur ex
officio ad denuntiationem partis, sed in publicis
sic : siue sit facta denuntiatio, siue non : vt dicit
Luc. de pen. in capitu. Regis Caroli secundi, quod
incipit : cura nobis. idem refert, & sequitur Affli.
in dicto ca. primo. §. iniuria. Verùm quia vltra ver-
ba iniuriosa mandauit eius famulis, vt illum oc-
ciderent, adeò quòd de facili id succedere potuis-
set, quod quidem iustus & prudens iudex dissimu-
lare non debet, impunè prætereundum, licet pars
aduersa in semitam rectam dirigere se ignorauerit :
maximè, quia ex vulgata iuris dispositione * iniu- 13
ria non fit volenti, ex quo consensit iniuriæ, ideo
agere non poterit : non tamen tollitur, quominus
iudex pro interesse publico agere non possit : vt
not. Barto. in lege prima. §. vsque adeò in pœnæ ff.
de iniur. per l. qui cœtu. §. qui vacante. ff. de vi pu-
blic. in l. iurisgentium. §. si paciscar. ff. de pact. Bart.
in l. inter omnes. §. rectè. versicu. iuxta hæc quæro.
ff. de fur. & firmat Angel. de Aret. in §. primo. insti.
de obligat. quæ ex deli. nas. in gloss. in verbo, frau-
dulosa. & sic conclusi præfatum magnificum Ca-
rolum condemnandum ad exilium annale extra
ciuitatem Neapol. & eius districtum, ac etiam ex-
tra eiusdem Caroli castra, & territoria ipsorum :
facultate tamen eidem reseruata, redimendi exi-
lium præfatum pro vnciis vigintiquinque de car-
lenis. & ita temperando cæterorum iudicum sen-
tentiam communi voto pronunciatum, paritum,
& executum fuit.

SVMMARIVM.

1 *In delictis vbi est peruentum ad actum facti remo-
tum, est locus pœnæ extraordinariæ.*

2 *Venenum si est assignatum alicui, vt porrigat alte-
ri, & ipsum interimat, non per hoc diceretur per-
uentum ad actum facti proximum, sed remotum :
quia tunc diceretur proximum, quãdo fuisset ve-
nenum porrectum ad bibendum, seu comedẽdum :
licet mors secuta non fuerit.*

3 *Ex mandato solo in atrocibus quis venit extraordi-
nariè puniendus : & non pœna delicti, quod man-
datum est fieri.*

4 *Mandans delictũ committi, punitur ratione atro-
citatis criminis : licet delictum non sequatur.*

5 *Mandans ex mandato non tenetur, si mandata-
rius illud executus non fuit : quia attendi debet
executio, & non susceptio mandati.*

6 *Mandans non minus delinquit, quàm mandata-
rius, sed magis principaliter delinquit, qui pri-
mordialiter mandat.*

*Mandatarius si teneretur ex solo mãdato sequere-
tur quòd non posset reuocare mandatum, quando
vellet : quasi ex solo mandato esset commissum &
perfectum flagitium, & non posset pœnitere ibid.*

7 *Mandans, si re integra reuocet mandatum, non te-
nebitur, etiam si demum mandatarius delinque-
ret exequendo mandatum.*

8 *Tractatus & ordinatio non punitur, etiam in atro-
cissimis, nisi sit peruentum ad aliquem actum or-
dinatum de per se ad ipsum factum.*

9 *Absolutoria lata pro delinquente, ac prosit man-
danti.*

10 *Mandatũ si est obmissum exequi, ibi mandans pu-*

neri non debet.

11 *Adulterij crimen est crimini læsæ maiestatis proximum, & est adeò grauissimum, quòd conatus solus in eo punitur.*

12 *Furtum est atrox delictum.*

13 *Mandans furtum committi, non punitur, nisi furtum subsequatur.*

14 *Mandans vbi punitur, punitur ob frequentiam delicti, in furto, & non propter atrocitatem, licet delictum non fuerit sortitum effectum.*

15 *Serui omnes naturaliter sunt fures, & de facili corrumpuntur.*

16 *Obligatio quæ oritur contra mandantem, non oritur ex mandato, sed ex delicto secuto.*

17 *Sententia dum profertur ex indiciis etiam vrgentibus, satis temperanda est, in tantum, quòd non potest fieri condemnatio ad pœnam corporalem.*

DECISIO XXXVIII.



MAgnifica Lucretia Scagliona de Neapoli, inquisita per magnam curiã vicariæ, quòd venenũ porrexerit Beatrici Barrensi, suæ olim alumnæ, vt illud assignaret Francisco repostierio magnifici Iulij Carrafæ, eius olim generi, vt eidem Iulio porrigeret, & necaret, datis prius eidem Frãcisco scutis tribus, prout ipsemet Franciscus examinatus deposuit, & hoc pro arrha mercedis sibi promissæ: iuncta insuper depositione Adriani alterius testis, quo detecto, & ipsa in fortiã curiæ peruenta, facto insuper experimento Catuli, qui dum de veneno prætenso admisto pane comedisset, euomuit, & infirmus euasit. Hæsitatum igitur fuit an Lucretia ipsa teneatur, & qua pœna: cùm venenum ipsum non fuerit aliter dicto Iulio porrectũ, imò nullum sortitum fuerit effectum. & prima facie videbatur dicẽdum inficiari minimè posse non
1 fuisse * peruentum ad actum facti, licet remotum: quo casu locus est pœnæ extraordinariæ: secũdum opinionem Vltramontanorum: vt refert Cy. in l. si quis non dicam rapere. C. de episc. & clericis. quam videtur tenere Bartol. in l. prima. ff. de extraordin. crimi. & tenet etiam Rayne. magister Bart. in l. qui ea mente. ff. de fur. vnde succedit pœna extraordinaria arbitrio iudicis: vt in dicta l. j. §. qui puero. & l. si fugitiui. C. de seruis fugit. & si diceretur, quòd
2 * fuit peruentum ad actum facti, ex quo assignauit: seu porrexit venenum, vt daretur: attamen ex hoc non dicitur peruenisse ad actum facti proximum, sed remotum: ex quo tunc dicitur peruentum ad actum facti proximum, quando quis porrexisset tunc venenum ad bibendum, seu comedendum: licet mors secuta non fuisset. Ita in particulari tenet consulendo dominus Rosel. in suo consi. an dictus Ciccus veris existentibus. quod cõsilium habeo ad pennam in libro meo diuersorum consi-
3 liorum. Præterea, ex solo * mandato in atrocioribus quis venit extraordinariè puniendus, & non pœna delicti, quod mandatum est fieri: prout tenet Barto. in l. non solùm. §. si mandato. ff. de iniur.
4 per tex. in d. l. j. de extraordi. crimi. Item, quòd * ratione atrocitatis criminis puniatur mandans delictum committi, licet delictum non sequatur, probat bonus tex. in cap. pro humani. & ibi glo. Azo. in versi. mandauerit. de homicid. in vj. Verum præallegatis non obstantibus, rectè intuenti arbitror contrariam sententiam esse de iure veriorem, cùm mandatum ipsum de venenando, dato quòd de eo publicè liqueret, nullum sortitum fuit effectum, meritò nec pœna subsequi debet: nam * mandans 5
ex mãdato præfato, seu propter illud non tenetur, si mandatarius illud executus non fuit: nam attendi debet executio, & non susceptio mandati. Text. est in l. item apud Labeonem. §. si curauerit. ff. de iniur. & in l. qui rem. §. si in Titium. ff. de furt. nam sicut mandans non explicat delictum ex mandato absque executione ipsius mandati, vt in dictis iuribus, eadem ratione nec mandatarius: cùm non minus delinquat mandans quàm mãdatarius, * sed 6
magis principaliter delinquat qui primordialiter mandat. l. in hoc. ff. de seruo corrup. l. si ego tibi. ff. quod vi aut clam. & sic si mandatarius teneretur ex solo mandato, sequeretur quòd non posset reuocare mandatũ quando vellet, quasi ex solo mandato esset commissum, & perfectum flagitium, & non posset pœnitere, prout se pœnituit Antonia soror Lucretiæ, quæ phialam cum veneno præfatæ Beatrici porrexit, vt consignaret Francisco præfato, prout etiam Beatrix ipsa in tortura perseuerauerit, & non quòd præfata Lucretia phialam sibi assignauit: & alciata, & per longum spatium in tortura detenta, semper in idem perstitit, & quòd præfata Antonia phialam sibi assignauit. & tamen ex iuris dispositione sancitum est, * quòd si man- 7
dans re integra reuocet mandatum, non tenebitur mandans, etiam si demum mandatarius delinqueret exequendo mandatum, vt not. Innoc. in cap. ad audientiam. extrà de homic. Specu. in titu. de acto. §. iuxta propositum. versi. sed quia. vbi refert, & sequitur Inno. Præterea dicit eleganter Bal. in l. non ideo minus. * col. vj. versicu. quæritur. C. de accus. 8
quòd solus tractatus, & sola ordinatio non punitur de iure, etiam in atrocissimis, nisi peruentum sit ad aliquem actum ordinatum de per se ad ipsum factum. refert & sequitur Felin. dicens esse elegans dictum Bal. præfatum, in cap. j. prima colum. extrà de præsum. sed hic nõ fuit nisi assignata phiala veneni præfato Francisco per Beatricem in tortura perseuerantem, & asserentem ab Antonia sibi porrectam cum mandato vt præfato Francisco assignaret: & sic non à præfata Lucretia ergo &c. Suffragatur præmissis pulchrum dictum Dini, in regula ratihabitio. extra de regul. iur. in vj. dum quærit, an * absolutoria lata pro delinquente, prosit 9
mandanti: & concludit, quòd si est lata, ex eo quòd non deliquit, tunc prodest: sed quia Franciscus mandatarius venit absoluendus, cum delictum non commiserit, ergo &c. Nec militat argumentum ex casu speciali. c. pro humani. de homic. in vj. ibi in versi. mandauerit. iuncta gl. in quo quis videtur ex solo mandato teneri, quia ibi est speciale in assassino, vt ex solo mandato teneatur, licet extraordinariè, vt in l. j. ff. de extraord. cri. & sic est casus specialis, & imponitur pœna specialis & spiritualis, de qua in præsenti casu non agitur. Nunc

autem

autem redeundo ad propositũ vt sobrietatem exce-
10 dam, dico quòd vbi mandatum * est omissum exe-
qui, ibi mandans puniri non debet. l. sæpe. in fi. ff. de
verbo. signi. notatur in l. si quis id quod. in fin. ff. de
iurisd. omnium iudic. sed hic mandatum fuit deli-
ctum committi, quod commissum non fuit, ergo
mandans puniri non debet. probo per conclusio-
nem supradicta: quia vbi non est substantia, id est
delictum, ibi non potest esse qualitas, id est manda-
tum committendi delictum: quoniã qualitas non
potest esse vbi non est aliqua substantia, super qua
cadit ipsa qualitas. l. eius qui in prouincia. ff. si cer-
tum petatur. & not. in l. secunda. C. de bono. posses.
secundum tabulas. Nec obstat l. j. ff. de extraordin.
crimi. vbi videtur, quòd mandans extraordinariè
puniri debeat: quoniam ibi loquitur in mandante
adulterium, & stuprum, quæ delicta frequentius
committuntur. ergo in plus punitur mandans. Et
quòd talia delicta frequentius cõmittantur, quàm
cætera, notant doct. in rub. de adult. tum maximè,
11 quia * adulterij crimen, est crimini læsæ maiestatis
proximum, & adeò est grauissimum, quòd cona-
tus solus in eo punitur, prout consuluit Bertran. in
suo consi. cccxvj. ij. volu. & consi. clxix. iij. volu. re-
fert & sequitur Cassan. in consue. Burgun. versicu.
quæ autem indicia sint sufficientia ad torturam.
Nec dicant Bartolistæ, & ipsum Bartol. sequentes,
quòd istud operetur atrocitas criminis, quia hoc
non videtur omnino verum, nec subsistere, nam
12 * furtum est atrox delictum, cùm per eum impo-
natur pœna furcarum: per l. capitalium. §. famosos.
ff. de pœnis. argumẽtu sumpto ab effectu, quod est
validum: vt notatur in l. iij. C. de sum. trinit. & fide
catholic. & in regula iuris: cuius effectus. de regu.
13 iur. & tamen in furto * non punitur mandans, nisi
furtum subsequatur: vt in l. is qui rem. §. si tu Ti-
14 tium. & d. l. sæpe. licet alibi * propter frequentiam
delicti, & non propter atrocitatem punitur man-
dans: licet delictum non sortitum fuerit effectum:
vt in l. si quis seruus. C. de furt. vel illud ideò, quia
persuasor serui ex persuasione punitur. l. j. §. per-
suadere. ff. de seruo corru. & not. insti. de oblig. quæ
ex delic. nascun. in §. ope. secus in alio mandatore,
qui non tenetur nec obligatur ex mandato, sed ex
delicto demum commisso, & potest esse ratio in
15 seruo: quia omnes serui sunt * fures, & hoc lex con-
siderauit & de facili corrumpuntur, vt notatur in
l. item Iulianus. §. qui furem. ff. de act. emp. & ideo
suasores serui ad furtum regulariter vel irregula-
riter committendum, ex ipsa suasione puniuntur,
licet delictum non fuerit secutum. Et eodem mo-
do responderi potest ad l. primam. ff. de extraordi.
crimi. quòd ibi loquitur in sollicitatore pueri, qui
non habet consilium stabile, & ideo recipit tuto-
rem, vel curatorem, qui suppleat suum defectum.
Item loquitur in sollicitatore mulieris, quæ etiam
habet animum infirmum, & corruptibilem: vt in l.
si pater. in fin. C. de sponsa. & sic propter infirmita-
tem animi si sollicitaretur à viro, nescit denegare.
l. vnica. circa finem. ibi, siue à volente, siue à nolen-
te. C. de rap. virgin. cùm ergo lex de infirmitate ti-
meat subiectorum, ipsum sollicitantẽ iura puniãt
ex sollicitatione sola, licet perfectũ non fuerit fla-
gitium. in alijs enim casibus erit secus: scilicet in
mandante, vbi ratio suprà dicta non subest. Item
obligatio, quæ oritur contra mandantem, * nõ ori- 16
tur ex mandato, sed ex delicto secuto. Probatur in
l. prætor. §. hoc autem delicto. ff. vi bonorũ rapto-
rum. & in d. §. ope. instit. de oblig. quæ ex delic.
nascun. l. j. §. persuadere. & per Barto. in d. l. non so-
lùm. §. si mandato. ff. de iniu. versi. quarto vnde quæ-
ritur obligatio. sed hîc nullum delictum fuit secu-
tum: ergo &c. Ita vt meis detur audacia verbis, rè-
perio in his terminis ita in particulari fuisse con-
sultum ex pluribus præmissorũ per celeberrimum,
& antiquum doctorem dominum Aytordinum de
Aluarottis de Padua, illustris. doctorẽ, in quodam
suo consi. quod ego habeo ad pennam in libro meo
diuersorum consiliorum antiquissimorum docto-
rum, & non modicæ authoritatis. Et plus conside-
rando dico, quòd aduersus præfatam Lucretiam
còncurrunt depositio ipsius Francisci repositerij,
& Adriani, deponentium de secreto colloquio ha-
bito inter eos & præfatam magnificam Lucretiam
in domo ipsius Lucretiæ de venenatione præfata,
& de assignatione trium scutorum, vt suprà. Item,
porrectio veneni per Beatricem eius alumnã præ-
fato Francisco, vt testatur vterque. Item, inimici-
tia capitalis cum præfato Iulin. & licet Beatrix as-
serat de mandato Antoniæ sororis præfatæ Lucre-
tiæ assignasse phialam cum veneno, præfato Fran-
cisco: attamen potuit id ad cautelam fieri per di-
ctam Lucretiam, dubitantem fortè, ne detegeretur
porrectio præfata facienda dicto Francisco repo-
sterio præfati Iulij, de quo penitus confidendum
non erat: attamen licet multa concurrant indicia,
de quibus * suprà, nihilominus ex indicijs etiã vr- 17
gentibus, dum profertur sententia, satis temperan-
da est, nec poterit ad pœnam corporalem extendi,
vt dicit Innoc. in c. afferte. de præsum. per tex. in d.
c. afferte. & ibidem idem sequitur Ant. de But. Car-
din. & Imol. & Abb. in c. constitutus. de testibus. &
ideo sum voti, quòd detentio quadrimestris, habi-
ta per ipsam magnificam Lucretiam in domo, in
qua deguit, & in præsentiarum degit, eidem loco
carceris assignata, cedat eidem in pœnam, & licet
vnus ex magnificis cõmissariis inclinasset in hanc
sententiam, fortè vt veridicam, & iuri consonam,
attamen cæteri domini votauerunt ipsam cõdem-
nandam ad exilium triennale extra ciuitatẽ Nea-
pol. & ciuitatem Auersæ eius originalem, & earum
districtus & territoria, &c. & ita executum fuit, li-
cet post eius recessum ad obseruantiam exilij post
quatuor seu quinque menses obtinuisset gratiam
exilij præfati, & quòd potuisset redire Neapolim
ad eius libitum.

SVMMARIVM.

1 *Inscriptio non requiritur in denuntia. sicut in accu-
sation.*

2 *Iudex si non puniret denuntiantem, & non proban-
tem suam denuntiam punıretur ipse officialis.*

3 *Iudex inquirens ad promotionem seu querelam: &
per defensiones inquisiti, aut per probationem de-
ficientium, aut alia de causa, inquisitus consequi-
tur absolutionem, debet querelantem, ad cuius*

promotionem fuit inquisitio instituta, in expensis condemnare.

4 *Expensarum condemnatio habet locum in causa criminali, siue agatur per viam inquisitionis, siue denuntiationis.*

5 *Pœna statuti, quæ est stricti iuris, contra non probantes actionem, habet etiam locum in denuntiante.*

6 *Nomen qui detulit, videtur accusare, cùm idem sit effectus, quo ad punitionem delicti.*

7 *Querela contra alium instituta, vim accusationis dicitur obtinere.*

8 *Denuntians malè, debet in expensis condemnari, etiam si fuisset protestatus, quòd non intendit facere partem.*

9 *Delator habetur pro accusatore: & si non probat, punitur de calumnia, ac si accusasset.*

10 *Pœna, dum non reperitur à iure destinata, erit arbitraria.*

11 *Pœna non probãtis querelas, hodie quæ sit per ritum magnæ curiæ.*

DECISIO XXXIX.


Oannes Baptista de Cãpulo de Nea-
pol. denuntiauit in magna curia vi-
cariæ, Vincentium de sancto Geor-
gio de villa sanctæ Anastasiæ, quòd
anno præterito inciderat à quadam
eius possessione, vbi dicitur de lo thoro, quasdam
arbores fructiferas, petendo ipsum puniri &c. qui
denuntiatus ad suas defensiones admissus, per te-
stes & instrumẽta probauit, terram præfatam non
esse ipsius denuntiantis. Sed iam decursum erat se-
ptennium, quòd ipsam alienauit in Fabritium Sa-
xum eius generum, à quo denuntiatus ipse terram
præfatam in coloniam tenuerat, & arbores præfa-
tas de ordine eiusdem Fabritij domini inciderat.
Instando igitur præfatum denuntiantem in expen-
sis per eundem in præsenti lite erogatis condem-
nari, non aliter ipsum puniri petendo: dubitatum
fuit in magna curia, an id fieri debuisset. & dũ me
referẽte causam præfatã, inter magnificos iudices
meos collegas, quid nouũ eis visum fuisset, quere-
lantẽ in expensis cõdemnari, prætextu quod multi di-
straherẽtur à querelis, dixi quòd allegare inconue-
niens, nõ est soluere: nec attendendũ est, quòd fieri
solet, sed quod fieri debet: & hoc ex quo dicebatur
per scribas fiscales, nunquã recordari fuisse quere-
lantem aliquem condemnatum in expensis: quod
1 concomitari poterat, quòd in * denuntia non re-
quiritur inscriptio, sicut in accusatione, vt dicit
Cyn. in l. ea quidem. C. de accusa. Barto. in l. Diuus.
ff. de custo. reo. attamen dixi, quòd deficiẽs in pro-
batione denuntiæ, præsumitur calumniari, sicut
deficiens in probatione accusationis. per text. in
capit. j. de calumnia. & in capitu. cùm dilectus. de
accusa. & in capitu. j. de calum. & in l. j. §. calumnia-
tor. ff. ad Turp. facit quod not. Bartol. in l. senatus.
§. primo. qui accusare non possunt. & in l. prima. §.
2 incedit. eodem titu. & hinc est, quòd * si officialis
non puniret denuntiantem, & non probantem,
ad cuius denuntiationem formauit inquisitionem
pœna iuris seu statuti punientis accusatorem non
probantem accusationem. nam tale statutum ha-
bet locum, etiam in denuntiante non probante
suam denuntiam: nam eo casu teneretur ipse offi-
cialis. Ita meminit Guido de Suza. fuisse seruatum,
prout refert formaliter, & sequitur Amod. Iustit. in
suo tracta. syndic. in rubr. qua pœna puniatur offi-
cialis de negligentia. vbi subdit dicendo, nota &
tene menti: quia prima facie diceres contrarium:
imò & magis in specie dico, quòd iudex * inquirẽs 3
ad promotionem seu querelam, & per probationes
inquisiti seu defensiones, aut per probationum de-
ficientiam, aut alia de causa inquisitus, cõsequitur
absolutionem, debet querelantem, ad cuius pro-
motionem seu instigationem fuit inquisitio insti-
tuta, in expensis condemnare: vt notatur in c. cùm
dilecti. extrà de dolo & contumacia. in gl. quæ di-
cit, quòd * in causa criminali, siue agatur per viam 4
denũtiationis, siue inquisitionis, locum habet con-
demnatio expensarum: nec videtur sufficere pœna
talionis, quia condemnatio expensarum, non est
pœna seu interesse, respectu rei familiaris, vt nota-
tur in c. fin. de rescript. in c. j. de elect. in vj. in versi.
hanc pœnam. in fin. & sic propter causam criminis
vna per aliam non impeditur. l. j. C. quando ciuil.
actio. Itẽ pœna talionis infligitur per calumniam,
& sic per extrinsecam causam: & sic propter di-
uersam causam: & ex eodem delicto punitur dupli-
citer: ad quod capitulo primo. de crimi. falsi. imò
etiam * pœna statuti, quod est stricti iuris, contra 5
non probantes accusationem, habet etiam locum
in denuntiante, & ita fuit de facto terminatum in
ciuitate Regij per Guidon. de Suza. & Roman. de
Romangis: vt attestantur in eorum attestationi-
bus statutorum, per l. cùm patronum. §. j. de iure
patrona. & ibi est text. expressus, quòd * qui no- 6
men detulit, videtur accusasse: cùm idem sit effe-
ctus, quo ad punitionem delicti: vt in l. prima. ff.
quod quisque iur. in fine. & in lege prima. in fin. &
in l. prima. §. docetur. ff. ne quis eum, qui in ius. &
huic decisioni adhæsit expressè Ioan. Andr. in titu.
de denunt. §. j. in addit. j. vbi eandem refricat quæ-
stionem, maximè, quia qui in probatione denun-
tiationis defecit, præsumitur calumniari, sicut
accusator. capit. cùm dilectus. extrà de accu. & ca.
j. de calumni. & bene facit l. si quis est. de calum. ibi
dum dicit, adeant potestatem aut libellos offeren-
tes, aut querelas suas apud acta deponentes. Ad id
l. penul. C. de sepul. viola. * vbi querela cõtra alium 7
instituta, vim actionis dicitur obtinere. Et quòd
* malè denuntians, debeat in expensis condẽnari, 8
proba. l. seueriter. C. de excus. tut. & ita ibi nota. per
Cy. & idẽ erit in instigatore inquisitionis, vt no. ff.
ad Turpil. l. in senatus. §. an ad eos. per Bart. & not.
extrà de verb. sig. c. sæpe. in clem. per Guli. de mõte
laudi. vt pote, quia ministrauit testes cõtra inquisi-
tum, esto quòd fuit protestatus, quòd non intendit
facere partẽ. & ibi not. per præfatum Guliel. & no.
extrà de testi. c. cùm clamor. in fi. per Hẽric. bohic.
in sing. vj. qui malè denuntiauit, &c. & ideo Barto.
in l. j. §. an ad eos. ff. ad Turpil. dixit, quòd ille, cuius
instigatione iudex inquirit, pœnæ Turpil. tenetur.
Ad idem l. j. §. incidit. eo. tit. Ita punctaliter inquit
Cataldi. de bo. cõpa. de vico. in suo tract. syndi. ver.
lxxxv. incipiente; adde quòd quando iudex & ibi

subne

subnectit, dicens: tene menti, ne si iste casus contingeret in syndicatu, valeas impediri. & idem in subsequenti versicu.lxxxvj.in versicu.adde, si statutum & ibi dicit: tene menti, cùm sis iudex, vt denuntiantem, & non probantem, etiam si non accusasset, punias audacter pœna statuti loquentis de accusatione non probante: ne in syndicatu va-
9 leas impediri: & plus adde, quòd delator* habetur pro accusatore, & si non probet, punitur de calumnia, sicut si accusasset.c.1.extrà de calum. Ita dicit etiam Andr.de Iser.in constitutione, ei qui.& Luc.
10 de pen.in rub.de delato.lib.x.qui* subiungit, quòd pœna erit arbitraria, cùm non reperiatur à lege distincta.l.sanctio.ff.de pœ.& non punietur tantù, adeo quòd nisi probetur, calumniari videatur si cuti & accusator, vt in l.prima.C.de aduoc.diuer. iudic.l.fina.de accus.& in priuatis, vt fisco det tantum, quantum erat illud, quod deferebat, & notabitur infamia.ff.eodem titu.in princi.& C.eodem titu.ex varia.l.nullum.argumento sumpto à con-
11 trario sensu.& C.de calum.l.nnstris, * & quia per ritum magnæ curiæ contra non probantes querelas seu denuntias, fuit sublata pœna talionis, & subrogata pœna vnius vnciæ, id est, ducatorum sex, quæ etiam pœna per desuetudinem iam recessit ab aula, prout testatur capit.lxxj. Regis catholici, gloriosæ memoriæ, in cap.expeditis in ciuitate Sigouiæ, in anno 1505.ad supplicationem fidelissimæ ciuitatis Neapo.per quod capitu.rex ipse mandauit vt fieret lex rigorosa, cum pœna priuationis officij, quòd à querelante, & non probante exigatur vna vncia pro pœna iam taxata & expensis litis, quod minimè executum fuit. Ob quod remásit in iuris cõmunis dispositione. Verùm quia pro exactione alicuius pœnæ contra ipsum Ioannem Baptistam querelantem non fuit institutum per fiscum, nec per partem denuntiatam, sed pro expensis litis duntaxat, ideo ex præmissis per me adductis, fuit per magnam curiam præfatus Vincentius denuntiatus absolutus, & Ioannes Bapt. denuntiãs condemnatus in expensis. & ita executum fuit, & licèt fuisset appellatum ad sacrum Regium consilium, fuit appellatio deserta ob non præsentationem processus, & sic sententia executa.

SVMMARIVM.

1 *Attendi non debet quod factum est, sed quid fieri debuit.*
2 *Ludus in quo pecunia amittitur, est prohibitus.*
3 *Mutuum si fit ludenti, nec ipsi nec retinentibus ludum datur actio ad repetendum.*
4 *Domus, in qua luditur, confiscatur.*
5 *Ludum tenens in domo, si percutitur ratione ludi, non solum in loco vbi luditur, sed vbicunque, non tenetur percussor, & talis iniuria est impunibilis, quæ nec ciuiliter nec criminaliter puniri potest.*
9 *Ex furto commisso tempore quo luditur in domo, in qua luditur, non competit actio furti.*
7 *Lusores per consti.regni sunt infames, & prohibiti testificari, & facere testamentum: & incurrunt etiam alias pœnas.*
8 *Iudex dicitur satis excedere, dando licentiã, quam impartiri non poterat iure prohibente.*
9 *Officialis licet durante officio conueniri non possit, sed expectari tempus syndicatus: tamen ex mandato superioris ita iubentis conueniri poterit. & nu.10.*
11 *Officialis remoueri potest durãte officio ab antianis, si non facit id quod debet.*
12 *Officialis qui indebitè procedit ad capturã & carcerationem, tenetur actione iniuriarum, necnon ad damna, expensas & interesse. & nu.18.*
13 *Officialis, qui in causa criminali minùs procesit ad capturam contra innocentem, tenetur similiter ad-ne supplicij.*
14 *Iudex non debet compellere quempiam ad comparendum per capturam personalem, nisi ex causa.*
15 *Testes non possunt produci pueri, quos à ferendo testimonio prohibentur.*
16 *Testis furtis se criminis participem, est infamis, quia detegit turpitudinem suam.*
17 *Testis minor ante vigesimum annum in criminalibus non recipitur.*
19 *Officialis tenetur si iustitiam denegauit.*
20 *Contemptor mãdati regij superioris arbitrio secundum vnam opinionem, secundum aliam punitur capite. Quod qualiter procedat vide ibid.*
21 *Princeps si in suo mandato nõ adposuit pœnam certam, eo casu cõtrauenient punitur pœna arbitraria. & nu.22.*
23 *Contemptor mandati regij, in quo iniungitur pro quanto regiam gratiam charam habet, ille cui dirigitur, eo casu priuabitur administratione officij, etiam si in perpetuum illud haberet.*
24 *Contemptori mandati regij possunt subditi obedientiam denegare.*

DECISIO XL.


Magnificus Alphonsus Porres Hispanus, Regius Capitaneus ciuitatis Aneriæ, dũ interpolatis vicibus multos ac quamplures de eadẽ ciuitate indebitè carcerasset, prætextu quod dum ipsi alloquerentur, ridebãt: alios autem, quia corã eo nõ detecto capite eorũ iura proponerent: alios eiiceret à sua præsentia, nolendo eos in eorũ iuribus audire: alios verbalibus iniuriis afficiẽdo, ac minando velle illos occidere, vocitando suum maurum ad hoc, vt ensem sibi deferret: alios verò proiiciendo per gradus palatij: & (quod deterius) ludos prohibitos sub certa mercede per publicum proclama permittendo, in quibus pluries blasphemiæ in Deũ, & in sanctos auditæ sunt. Nec suffragatur ei in hoc vltimo, quòd ad defensionem probauit duos alios eius prædecessores idem in prædicto officio existentes permisisse, cùm allegare nõ
conueniens, non sit soluere: nec * attendi debet, 1 quod factum sit, sed quod fieri debuit, vt dicit pulchrè Abb. in c.causam.de elect. subdens hoc facere contra fundantes se super obseruantia. Nam * certum est ludos, in quibus pecunia amittitur, 2 esse prohibitos, dico eos, in quibus versatur fortuna, vt not.glo.in l.prima.ff.de aleato.& in l.si filiofami.§.primo.ff.quarum rerum act.nõ datur. Concurrente

currente maximè, quia in ludis vt plurimum con-
currunt blaſphemiæ omnipotentis Dei & ſancto-
rum, prout in ſpecie in prædictis ludis Auerſa-
nis auditæ fuerunt, vt teſtes deponunt, vt in au-
then.alearum vſus.C.de aleato.cũ vulga.& in tan-
tum eſt vſus ludi à iure improbatus, quòd tenetur
luſor omnino reſtituere id quod vicit vſque ad an-
nos quinquaginta.& in tantum, quòd ſi victus ne-
gligeret recuperare, poſſet illud repetere Epiſco-
pus loci, ſeu fiſcus: vt in prædicta authen.alearum
vſus.per quam patet etiam poſſe inquiri contra lu-
ſorem, tam per iudicem loci, quàm per Epiſcopum,
& hoc ratione blaſphemiæ. Itẽ eſt & aliud ſpeciale
contra luſores, quòd tam ipſis quam retinentibus
3 ludũ, ſi mutuum * fieret inter eos, non datur locus
repetitioni, nec competit actio: vt eſt gloſ.in l.j.in
prin.& in l.fi.in ver.ſi accepit pecuniam.ff.de alea-
to.imò (quod plus eſt) in tantum iura deteſtantur
4 ludos prohibitos, vt * imponãt pœnã confiſcatio-
nis domus, in qua luditur: vt in d.authen.alearum
5 vſus.& (quod plus exuberat) retinens* ludũ in do-
mo, ſi percutitur ratione ludi, nõ ſolũ in loco, vbi
luditur, ſed vbicunque, dummodo ludi occaſione,
non tenetur percuſſor: & talis iniuria eſt impuni-
bilis: & nec ciuiliter nec criminaliter puniri po-
teſt: per tex.in lege.j.§.primo.ff.de aleato. Et ſi tem-
6 pore* ludi committeretur furtum in domo, in qua
luditur per quencunque, minimè ſibi competeret
actio furti: vt in dicta lege prima.§.prætor ait.de
7 aleat. Hodie autem in * præſenti regno, per conſti.
regni, quæ incipit: mores diſſoluti. luſores ſunt in-
fames.& prohibentur à ferẽdo teſtimonio, & à te-
ſtamenti factione, & alias pœnas incurrunt. vnde
iudex, à quo dependere debet punitio criminũ, ſi
ipſe crimina & ſimilia nefanda committat, ludos
prohibitos per pecuniam permittẽdo, quantũ iuri
8 & iuſtitiæ inconueniat, nemo eſt qui neſciat: *ſicq;
ſatis dicitur iudex excedere, dãdo licentiam, quam
impartiri non poterat iure prohibente: per text.in
l.j.C.de deſerto.iuncta glo.lib.xij.ita dicit Ange.in
ſuo tract.ſyndi. Quod quidem ad aures illuſtr.do-
mini Proregis perueniẽs, reſcripſit per eius literas
prædicto Alphonſo Capitaneo, ne ludos prohibi-
tos permitteret: imò expreſsè prohiberet: & quòd
abinde in anteà non procederet ad capturam, ſeu
ad carcerationem alicuius ſuæ iuriſdictioni ſubdi-
ti, abſque conſilio aſſeſſoris ſibi dati: pro quanto
regiam gratiam charam haberet. quibus literis licet
ſibi formiter intimatis parere neglexit, & ludere
permiſit, vſque ad decem dies ſubſequentes poſt
dictarum literarum intimationẽ: vt affictum du-
catorum ſex cum dimidio ſibi debitum in fine cur-
rentis menſis, in quo deficiebant dies x. conſequi
potuiſſet, ex cauſa permiſsionis ludi: & pariter mul
tas indebitas perſonales capturas & carcerationes
9 in perſonas quamplurium continuauit. & * præ-
tendens minimè poſſe de præmiſsis durante officio
conueniri: per text.in l.pars literarum, cum vulg.
ff.de iudic. & in l.nec magiſtratus.ff. de iniur. ſed
expectari tempus ſyndicatus: vt ibi plenè Barto.&
in l.j.ff.ad legem Iuliam repet. Attamen quia facta
per me de præmiſsis relatione illuſtriſſi.dom.Pro-
regi ita iubenti in collaterali regio Conſilio man-
dauit in cauſa ipſa, inſtante maximè ſyndico vni-
uerſitatis Auerſæ, procedi. Sicq́ue denegari non
poteſt, quin procedatur ex ſuperioris mandato: vt
dicit Baldus in lege, obſeruare.§. proficiſci.ff. de
offic. proconſ.in fin.dum inquit, quòd princeps
* poteſt facere ſyndicari ſuos officiales quando- 10
cunque ſibi placuerit, & ſic durante officio: per
text.in authen.vt iudic.ſine quoquo ſuffr.§.ſi quis.
imò nedum princeps, ſed etiam eius delegatus id
facere poteſt: per text.in d.§.ſi quis ita.dicit Ang.
in dicto tractat.ſyndic.in princip. Hinc dixit idem
Angel.in l.ij.§.fina.ff.de his, qui ſunt ſui vel alien.
iur. * quòd antiani poſſunt remouere poteſtatem 11
durante eius officio, ſi non facit id, quod debet. re-
fert & ſequitur Iaſon in l.in ius vocari.ff.de in ius
vocan.& ſic quòd exceſſerit, * tenetur actione in- 12
iuriarum, necnon ad damna, expenſas, & intereſſe,
ratione indebitarum capturarum & carcerationũ.
text.eſt in l.nec magiſtratus.ff.de iniur.gloſ.in l.ij.
§.fin.ff.ſi quis caut.& in l.quemadmodum.§.magi-
ſtratus.ff.ad leg. Aqui.imò & plus, ſi iniuſtè in cau-
ſa criminali proceſsit* ad capturam perſonalẽ con 13
tra innocentẽ, tenetur ſimilitudine ſupplicij. dixit
Bal.in l.fin.C.de his, qui latro.ita plenè Amode.iu-
ſtit.in ſuo tracta.ſyndi.in verbo, itẽ in eo, quòd di-
ctus poteſtas & officialis.idem tenet Paris de Put.
in ſuo tracta.ſyndic.in verbo, captura.in ver.quia
plerunque.paruo vol.quia iudex non debet com-
pellere* partem ad comparẽdum per capturã per- 14
ſonalem, niſi ex cauſa, vt dicit Pau.de ca.in l.cõtu-
macia.de re iud.& capitaneus ipſe nedum cepit de
perſona & indebitè, ſed etiam diu carceratos deti-
nuit: maximè quoſdã pueros minores xij.& x.an-
norum, & etiam alios infantes minores ſeptennio,
prætextu quòd teſtificati fuerant de crimine ſodo-
miæ cõtra alterum puerum tredecim annorũ, & ſic
tam teſtes illos infantes & pupillos ac cæteros, vt
ſuprà, & pariter criminatum carceratos detinuit:
contra diſpoſitionẽ c.teſtes.el j.ver.ad teſtimoniũ.
iiij.q.iij.& ibi gl.quæ prohibet pueros in* teſtimo- 15
nium admitti. Idem firmat Spec.in addi.Bal.in tit.
de teſte.§.j.verſi.item excipitur, quòd eſt impubes.
cùm huiuſmodi ætas non ſit apta ad teſtimonium:
vt tradit Ange.in auth.de teſti.per illum tex.in §.ſi.
cum aliis adductis per Marſilium.in l.de minore.ff.
de quæſt.& in ſuo cõſil.xxviij.maximè, cùm omnes
ſint minores x.annis.l.teſtium.ff.de teſtib.& tenet
Alexã.in conſi.lxiiij.viſo.& conſi.xcix.in cauſa.in
primo volu.& in particulari in propriis terminis
idem Marſil.in prædicto ſuo conſil.xxviij.in cauſa.
nume.iij.& in eius practica criminali, in verbo di-
ligenter.nume.lxxx. Nec credendum eſt in aliquo
illi puero aſſerenti ſe ſubagitatum ab alio: tum
quia minor ſeptennio: tum quia participem * cri- 16
minis ſe facit, qui etiam ſi eſſet maior, non proba-
ret, nec faceret indicium ad torturam, ex quo re-
peritur infamis, & detegit turpitudinem ſuam: vt
dicunt deciſio.præallegatæ ipſius Marſil.qui idem
in particulari conſuluit in conſilio xviij.numero
quinto.& in conſi. xxij.& in ſpecie idem cõſulen-
do tenet Pariſius nunc Cardinalis digniſsimus, in
conſi.clvij.quam ſit deteſtabile. in quatro volũ. Et
quòd* ante vigeſimum annũ teſtis in criminalibus 17
non recipiatur ad teſtimonium, eſt tex.in l.in teſti-
monium.ff.de teſti.Bal.in addi.ad Spe.vbi ſuprà &
in l.ij.

in l.ij.§.obseruari.C.de iuram.calum. Alexá.consi.
lvj.ij.volum.& consi.lxxviij.primo volu.Angel.in
§.sancimus.in authē.de testi. Vnde asportatis pue-
ro illo in criminato & testibus ad magnam curiam
vicariæ, & eisdem inspectis, ac diligenter inter-
rogatis per excellentem ac magnificos regentem
& iudices, & me quoque assistente commissario
causæ, & cum interuētu fisci patroni compertum
fuit ex eorum depositionibus quamplures ex eis
ignorasse id, quod reperiebatur scriptum eos de-
posuisse. alij autem ex ipsis pueris deponebāt, quòd
intimorati ac instructi per ipsum capitaneum ita
deposuerunt, & non quòd ita verum esset, imò &
quòd alij ex eis verberati per capitaneum ita atte-
stati fuerant; ob quod liberari & licentiati fuerūt
per magnam Curiam vicariæ. Et sic succedit, quòd
18 cùm * pueros ipsos & quamplures alios maiores di-
uersis quæsitis coloribus iniustè carcerauerit, te-
netur officialis ipse actione iniuriarum, necnon
ad damna & interesse: per d.l.nec magistratus.ff.de
iniu.& not.gloss.in l.ij.§.fina.ff.si quis cau.& in l.
quemadmodum.§.magistratus.ff.ad legem Aquili.
Nec voluit capitaneus ipse quamplures ad ipsum
recurrentes pro consecutione iustitiæ audire, sed
eos abire ac violentis clamoribus ac minis affecit,
& aliquos ex eis carcerauit: vt processus cantat,
& per gradus eiecit, maximè presbyterum Lucam
personam ecclesiasticam & honoratam: intantum,
quòd cecidit sibi chlamys & biretum supra gra-
19 dus: quo casu ex prædicta denegata audientia, * &
repulsa, tenetur per tex.in l.argentarius.§.cùm autē.
ff.de eden.& no.Bal.in rub.de pœna iudi.qui malè
iudi.& probat bene tex.in l.obseruandū.ff.de offi.
præsi.& tamen officialis nedum de similibus, sed
etiam de leuissima culpa tenetur: per l.non simi-
le.de magistra.cōue. Ita dicit Catal.de vixo.in suo
tracta.de syndi. Quæ omnia peruenta ad notitiam
20 prædicti illustrissi.Proregis, * rescripsit, vt suprà.
qui Capitaneus regium mandatum contemnens,
licet secundum vnam opinionem veniat punien-
dus superioris arbitrio: vt inquit Bald.in auth.sta-
tuimus.C.de episco.& cler. vbi latius & de comite
Flandrēsi loquitur. & est tex.in l.secunda.C.de pe-
tit.bon.subla.lib.x. attamen secundum aliam opi-
nionem contemnens principis mandatum, capite
punitur: vt dicit Iacob. Rebuffi, in l.vniuersæ.C.
de veter.numismat.potest.libr.xj. quod est intelli-
gendum, quando in mandato vertitur magnum
præiudicium & graue periculum puta, si rex man-
dauit alicui, vt muniat castrum propter periculum
inimicorum, & tunc contrafaciens capite puni-
tur: vt C.de offi.præf.præt.Afri.l.prima.in fin. vbi
dicit, neglectores mandatorum nostrorum capite
puniantur & ad hoc C.de re milit.l.secunda.§.in
bello.& l.omne delictum.§.contumacia. Si verò
non vertitur grande periculum, sed super leuibus
rescribit, tunc pœna extraordinaria, & non capi-
te punitur. l.sanctio legum.de pœn.l.vnica.C.de
thesau.lib.x.& not.in iij.quæstio.j.in prin.& not.per
glos. Mari.de caram.in procœ.constitu.regni. ita ex
præmissis formaliter tenet antiquus doctor & no-
bilis iudex Nicolaus de arbiso de Auersa.in lectu-
ra, quam facit super cōsti.regni, in c.ita quòd præ-
dicti iustitiarij.sub rubr.quòd nihil reperiatur pro
m 3

composit.generalium inquisit.in verbo, arbitrio.
dicēs, quòd quidam do. Hispanus in §.dicto mem-
bro melius distinguit, & dicit vt §. Et * amplius per 21
prius subdit, quòd si in mandato regio non est ad-
posita certa pœna, dominus Bartholomæus de Ca-
pua dicebat, quòd pœna est arbitraria. nam māda-
tum principis in ea procedit, vt lex: & quoties in
lege non est certa pœna adposita, tunc est arbitra-
ria. l.sanctio legum.ff.de pœn.& facit de immu.ec-
cles.c.grani.& amplius subdit prædictus iudex Ni-
colaus, quòd interdum punitur cōtemptor, vt pu-
ta fiat malefacti correptio, id est, sine pœna: vt in
authē.de nup.§.si ascriptione.col.iiij. Sed demū re-
peri Luc.de pen.idem vt suprà formaliter distin-
guentem dicendo, * quòd si in mandato vertitur 22
graue præiudicium, vt quia mandatur muniri ca-
strum ob metum hostium, & tunc nedum contem-
nens, verumetiam negligens capite punitur, licet
hæc pœna adiecta non sit: vt ff.de offi.præf.præto.
Afri.l.j.& ff.de re milit.l.iij.§.in bello. si vero non
vertitur grande præiudicium seu periculū, sed su-
per leuibus rex rescribit, tunc venit pœna extraor-
dinaria, & nō capitis, vt ff.de pœn.l.sanctio.& hoc
satis habet æquitatis, maximè si mādatum negligi-
tur: secus si cōtemnitur. Ita formaliter dicit Lucas
de penna, in l.j.C.vt dig.ordo seruetur.lib.xij.& in
l.j.C.de priuil.eorum qui in sac.palat.libr.xij. Ego
igitur præuidens Alphonsum prædictum non esse
pluris, sed indigere curatore, arbitratus sum satis
punitum pœna talionis, cùm licet plures carcera-
uerit indebitè, vt suprà, quorū aliquos detinuit per
diem carceratos, alios per noctē, aliquos per duas
& tres horas &c, & capitaneus ipse per bimestre in
carceribus magnæ curiæ iustè carceratus perman-
serit. ideo in satisfactionē carceratorū per ipsum,
prædicta carceratio bimestris sibi cedat in pœnā,
quo verò ad cōtemptum regiorum mandatorum.
cùm eidem fuerit comminata pœna sub obtentu
regiæ gratiæ, & contrauenerit, dico eundem esse
priuandum officio capitanei regij ciuitatis Auer-
sæ, & eius administratione, quod fieri * posset, 23
etiam si administrationem perpetuam de eo obti-
nuisset: cùm ita iura in contemptores regiorum
mandatorum animaduertant, dum eis iniunctum
est pro quanto regiam gratiam charam habent, vt
dixit pulchrè Ant.de Butr.in c.quod sedem. extrà,
de offi.ordi. quem refert & sequitur Feli.in c.quod
olim.extrà, de iudic. vbi plus subdit, quòd in * casu 24
præmisso potuissent eius subditi eidē obedientiam
denegare, vt probatur in capitu.veniens.circa me-
dium.extrà, de præscript.& ita in hanc sententiam
inclinauit magna curia, nemine discrepante, &
executa.

SVMMARIVM.

1 *Familia curiæ, quæ prosequitur delinquentem au-
fugientem, si ipsum vulnerat, an sit in pœna: &
qua pœna teneatur.*
2 *Resistere licet fugienti ante familiam curiæ, volen-
tem eum iniustè capere.*
3 *Admonendi sunt officiales, vt caueant à dictis pro-
secutionibus & vulneribus.*
4 *Familia officialis occidens non permittentem se
capi,*

capi, puniri non potest.
5 *Impunitas ista causatur, vt isti birruarij vilißimi, fiant audaciores, scientes non posse puniri.*
6 *Familia officialis occidens capiendum, non tenetur, si ille se defendat.*

DECISIO XLI.



VO seu tres ex birruariis seu satellitib. magnifici capitanei Fōsechæ, insecuti quendam inquisitum pro criminibus aufugientē coram eis, non valentes aliter illum capere, eūdem vulnerauerunt: & dum cecidisset in terram, alter ex eis eundem in terra prostratum vulnerauit. Hæsitatum igitur fuit in magna curia vicariæ, si fuerit ex hoc per eos excessum, & pro excessu, qua pœna plectendi venirent. & quia quæstio quotidiana est, & sæpius occurrit in actu practico, dicam super ea quæ de iuris censura comperio. & principaliter
1 Ang. in §. prosisci. ff. de offic. procon. q. liij. vbi * tenet, quod etiam si talis prosecutio processisset absque moderamine inculpatæ tutelæ, non tenetur familia curiæ propter resistentiam, quam ille faciebat. alleg. text. in l. si seruus. C. de his, qui ad eccles. confug. & quod not. in l. fi. C. quando liceat absque iud. se vind. & idem reperio firmasse Bal. in l. fi. C. de exhib. reis. vbi satis magistraliter locutus est, & more suo: & ibi etiam subdit id procedere, nedum si resistens offendat, verum etiam si fugiat ne capiatur. Quod quidem notādum est: dicit enim ipse, quòd si delinquens fugiendo, percussus est à familia curiæ, non tenetur familia. & ita subdit vidisse de facto Perusij, & etiam audiuisse Pisis, & credit, quòd non debet puniri, si familia percussit: quia non poterat ipsum iungere, quod dicit esse menti tenendum. & idem tenet Paris de puteo, in verbo, resistentia, & Amod. iusti. in suo tract. syndi. versi. item in eo, quòd dicti socij milites. circa finem. ver. sed
2 pone, miles socius. & hoc nisi prosecutio seu captura ipsa fuisset iniusta: quia * eo casu liceret resistere iudici iniustè exequenti per l. prohibitum. C. de iure fisci. libr. x. & l. deuotum. C. de meta. eod. lib. & not. per Cynum in l. j. C. vnde vi. & not. in l. vt vim. ff. de iustit. & iure. & ita firmat Amodeus prædictus fuisse pluries iudicatum, & quod tenendum est menti perpetuò: & subdit dictam quæstionem habuisse de facto in ciuitate Lucana, & quòd ita fuit pluries consultum & iudicatum. & insuper
3 * dicit admonendos esse officiales, vt caueāt quantum fieri potest à dictis vulneribus, ex quo ipse vidit in ciuitate Perusij populum insurgentem contra potestatem & eius familiam: quia vulnerauerant quendam captum resistentem familiæ. ideò diligens officialis curabit, ne incurrat hos casus occisionis vel vulneris captiuorum seu malefacto-
4 rum. Et quòd * familia officialis occidens inquisitum non permittentem se capi, puniri non posit, tenet etiam Bartol. in d. l. si seruus. C. de his, qui ad ecclesi. confug. per tex. ibi: & per l. quemadmodū. §. fina. ad legem Aquil. & in l. fina. quando lic. sine iud. se vind. Bald. in l. prima. C. vnde vi. & in l. nec timorem. ff. quod metus causa. Bald. & Ange. in l. vt vim. ff. de iusti. & iure. Pau. de Cast. in consi. cxciiij. viso suprà. dicto puncto. vbi subdit idem tenere Iacob. Butrig. in l. secunda. C. de his, qui latro. Angel. de Aret. in suo tracta. malefic. in versicu. fama publica. & idem ante eos tenuit Alberic. in quarta parte statut. quæstio. xxxvj. & Ange. in dicto tract. malef. in dicto verb. fama publica. ver. verùm quia. Idem refert & sequitur Marsil. in l. j. ff. ad legē Cornel. de sicar. vbi subdit, * quòd ex hoc, id est, ob 5
istam impunitatem, isti birruarij poltroni & vilissimi fiunt audaciores, scientes non posse puniri.
Et etiam * si capiendus se defendat, non tenetur 6
familia officialis ipsum occidens. Ita Bald. in l. si vt allegas. in fin. C. ad leg. Cornel. de sicar. Bald. in authen. sed omnino. C. ne vxor pro marito. & ibi dixit, quòd vulnerans seu occidens capiendum, tene. Quod intellige secundum Bald. in dicta l. vt allegas. nisi telo se defendat: quòd tunc seruiēs curiæ, non tenetur de vulnerato aut occiso. Ita Alexand. in authen. sed omnino. prælleg. & per hoc text. in d. l. si seruus. & in l. quemadmodum. §. magistratus. ff. ad legem Aquil. & firmat Iacob. Butr. in l. j. C. de his, qui latro. occult. & Bolog. in consi. lxiij. versic. & hic aduerte. & plenè illustris Nicolaus Boër. præsidens consilij Burdegalensis, in decis. suis. nu. clxx. in prima parte. quem nouissimè vidi. Et ideo cùm alter ex prædictis birruariis vulnerauerit ipsum inquisitum, postquàm cecidit in terram, quem salua manu apprehendere poterat: maximè, quia erant tres birruarij, qui ipsum subsequebātur: cùm dici non posit nō fuisse penitus in dolo, fuit per magnam Curiā condemnatus ad remigandum in regiis triremibus per quinquenniū continuum, cæteri verò duo absoluti.

SVMMARIVM.

1 *Inquisitus de delicto, pro quo venit pœna mortis imponenda, si non ex veris probationibus conuincetur, sed ex præsumptionibus etiam violentis, non potest ad mortem damnari, sed minoratur pœna.*
2 *Dum quis condemnatur ex præsumptione iuris de crimine grauissimo, dicitur ille deficiens condemnari ex præsumptione violenta.*
3 *Præsumptiones violentißimæ & indicia vbi cōcurrunt, habet locum condemnatio.*
4 *Probatio plena resultat ex multis indicijs simul iunctis, etiam ad quem criminaliter puniendum.*
5 *Fugiens cum gladio euaginato, facit, vt illa fuga arguat homicidium, de quo fit inquisitio.*
6 *Sententia dum fertur ex præsumptione violenta, debet multùm temperari.*
7 *Assertioni vulnerati, quòd ab inimico suo tali fuit vulneratus, an debeat stari.*
Pauci reperiuntur in articulo mortis mentiri. ibi. & nu. 10.
8 *Argumentum à communiter accidentibus, valet.*
9 *Assertio vulnerati existentis in mortis articulo, facit indicium ad torturam.*
11 *Constitutum in mortis articulo, si quis diceret mentiri, esset contra verisimile, contra quod veniens, non deberet audiri.*
12 *Fama sola iunctis aliquibus adminiculis, vbi vertitur difficultas probationis, inducit plenam probationem, sufficientem ad condemnandum.*

Fuga

13 *Fuga sociorum facit indicium.*
14 *Condemnato ex præsumptionibus etiam violentis, nunquam imponi potest pœna mortis.*
15 *Pœna mortis si imposita est à iure pro aliquo crimine, si tamen illud non est liquido probatum, licet iudici pœnam minuere.*

DECISIO XLII.



NGELVS Pisacane de Neapoli aromatarius, inquisitus de homicidio in personam Cæsaris prope forum magnum, habet contra se Michaëlem testem, tunc temporis cum prædicto Cæsare euntem, qui de visu prædicti homicidij seu vulnerum, testatur aduersus ipsum Angelum & fratres: producuntur etiam alij quatuor testes per regium fiscum, deponentes prædictum Angelum cum duobus eius fratribus vidisse, & eisdem obuiasse currentes ensibus euaginatis à loco, vbi Cæsar ipse vulneratus extiterat. & statim eodem Cæsare reperto & asserente se pluribus vulneribus adparentibus se à prædicto Angelo & fratribus confossum. Et assignata causa inimicitiæ per plures testes, quia homicidæ ipsi suspicabantur famulam eorundem domus, quæ aufugerat, fuisse per dictum Cæsarem subductam & militantibus præmissis indiciis & probationibus ac præsumptionibus, vnà cum fuga & contumacia fratrum eiusdem Angeli dicti criminis sociorum, ac concurrente falsitate duorum testium per eundem ad defensam productorum, quorum vnus deposuit Angelum stetisse in camera claui clausula ab hora xxiiij. per totam noctem, vsque in diem sequentem dormiendo cum patre, tenente clauem cameræ sub capite: alter verò idem asserendo verum, quòd in ianua illius cameræ non erat clausura, & sic non poterat serrari cum claui. fuit tandem prædictus Angelus torturæ suppositus, & absque tractu spatio mediæ horæ & minus detentus torturam ipsam parui faciendo, nullũ adparet sentire dolorem: fuit protestatione præmissa eundem sufficienter torquendo relaxatus. & demum post multos dies, dum fuisset reperta quædam vehemẽs oratio in eius nasitergio, & in eius cubile recondita, de qua in processu, vt dolorem non sentiret, fuit per magnificum fisci patronum institum prædictum Angelum pœna debita puniri, & amplius non torqueri: maximè quia eius pater orerenus instantiam fecerat pro ipsius tortura, vt citius causa ipsa finem acciperet: & dubitabatur, quòd si retorquereretur, & propter dictas orationes, aut alias incantationes, seu breuia non sensisset dolorē, prout aliàs nihil passus adparuit, eneruasset proculdubio probationes: & fortè purgasset præsumptiones prædictas & indicia, adeò quòd nulla aut modica pœna afficiendus veniret: concurrente insuper fama publica contra ipsum & fratres: ideo hæsitatum fuit in magna curia, an ex præmissis vehementibus indiciis, præsumptionibus, & probationibus, possit Angelus ipse ad mortem condemnari:
1 & proculdubio dicendum est quòd non: quia * vbi non ex probationibus, sed ex præsumptionibus etiam violentis proceditur contra delinquentem, seu inquisitum, non potest inquisitus ipse ad mortem condemnari, sed iusta est causa in eo casu minorandi pœnam: vt voluit Bald. in l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de infam. & est tex. nor. in c. inter sollicitudines. extrà, de purg. can. & extantibus tot præsumptionibus & indiciis à lege approbatis, in omni causa etiam capitali iudex condemnare potest: vt tenet Abb. in cap. accedens. ver. nec obstat. extrà, de accusationib. per textum in capi. de hoc. extrà, de simonia: vbi ex præsumptione iuris si quis condemnatur ex crimine grauissimo, dicitur ille * deficiens condemnari ex præsumptione violenta. Ita Bal. in l. fin. de prob. post principium. & in l. si qui adulterij. C. de adul. & potissimè procedunt præmissa in præsenti casu in * quo cõcurrunt violentissimæ præsumptiones & indicia: quo casu habet omnino locum condemnatio: vt solenniter voluit Io. And. in addi. Specul. in tit. de proba. §. fina. versi. xiij. de quo meminit Imo. in c. quæ de præsumpt. Ant. de Bur. & Abb. in c. tertio loco. de probat. & ita intelligitur l. fi. in versi. indubitatis indiciis. C. de prob. & in l. ij. in ver. argumentis conuictus. C. quorum appel. & in l. iij. ver. quæ argumenta. ff. de testib. & ideo dicit Bald. in l. excipiuntur. ff. ad Sylla. ibi esse text. meliorem de iure, iuncta gloss. in ver. particeps. quòd ex * multis indiciis simul iunctis resultat plena probatio, etiã ad quem criminaliter condemnandũ. sed hoc intelligit ibi Roma. de indiciis indubitatis: per l. sciant cuncti. C. de probat. & d. l. si quis adulterij. & videntur doctores exemplificare, * quando reperitur aliquis occisus, & à loco, in quo occisus est, fuit aliquis visus cum gladio aufugere euaginato, quòd illa fuga arguit homicidium manifestũ & punibile, absque alia probatione: vt dicit Bart. in l. furε. in prin. ff. de furt. & sequitur Abb. in c. tertio loco. de probat. & Io. And. in d. ver. xiij. Bal. in l. neque natales. C. de probat. & in l. fin. ff. de off. procons. & leg. & Angel. in d. l. furem. Et licet videatur dubium fieri ex solenni dicto Iono. in c. quia verisimile. de præsump. dum dixit, * quòd quando diffinitiua fertur ex præsumptione violenta, iudex debet multum temperare sententiã: & maximè non condemnare ad pœnam corporalem: per tex. in c. afferte. eod. tit. vbi Salomon motus ex præsumptione adiudicauit vni mulieri filium: non tamen condemnauit aliam ad mortem, quam de iure condemnare poterat, si legitimè fuisset probatum contra ipsam, quòd filium alterius subripuisset: iuxta l. j. C. ad l. Flau. de plagi. & hoc dictum Innoc. sequitur Card. in d. c. afferte. sub deos, quòd hoc non ponitur per aliquem alium doctorem. & tamen sequitur idem Anto. de Butr. Abb. & Imo. in d. c. afferte. idem Abb. in c. constitutus. de rest. Per. de Anc. in reg. semel malus. de regul. iur. in vj. Bal. in rub. de offi. delega. Abb. in c. j. de cohab. cleric. & mulier. & iste non est casus, de quo agitur, cùm nedum præsumptiones, sed indicia indubitata cõcurrant in casu præsenti: ex quibus potest ad pœnam corporalem transcẽdi. & in casu Innoc. & c. afferte. concurrebant præsumptiones duntaxat: hîc autẽ concurrunt multa & quamplura, & maximè vltra testem de visu, concurrunt & alij testes plures, qui deponunt vidisse prædictum Angelum vnà cum fratribus aufugientibus,

cum ensibus denudatis in eorum manibus. Item
7 concurrit * assertio prædicti Cæsaris vulnerati, asserentis se vulneratum ab eodem Angelo & fratribus: cui concurrente inimicitia, de qua suprà, standum est: vt tenet Paris de Put. in suo tractatu synd. in ver. tortura. lo vltimo. in capitulo, officialis posuit. vbi relata opinione Angel. in l. mater. C. de calum. & Nicol. de Neap. in §. si quis moriens. in l. j. ff. ad Syllania. tenentium assertionem prædictam vulnerati minimè probare contra illũ, quem inculpat, vt etiam consuluit Alexan. in consi. xiiij. iij. volum. attamen concludit Paris id non procedere, vbi concurrerent alia in causa, quàm assertio vulnerati: vt quia inquisitus esset inimicus vulnerati: quia tunc probaret eius assertio: & tanto magis cùm in casu præsenti quamplura suprà præmissa concurrant: & tanto magis credendum arbitror assertioni præfatæ, cùm prædictus Cæsar etiam in vltimo vitæ spiritu constitutus, idem semper affirmauerit: & tenẽdum est neminem esse immemorem salutis æternæ, & pauci reperiuntur, vt experientia rerum magistra docet, qui in articulo mortis mentiantur: imò communiter omnes morientes laborant ad salutem, & quamplures facinorosi ac improbi in extremo vitæ exhibent signa pœnitentiæ. & sic validum est argu. à communiter accidentibus. l. certi conditio. §. si nummos. ff. si cer
8 tum pet. & sic * non est credendum, quòd præfatus Cæsar in vltimis constitutus, voluisset mentiri, innocentes inculpando: concurrente maximè consanguinitate inter eos, super qua inquisitus multum se fundat & ita etiam per prædicta concluden
9 tia consuluit Marsi. dictam assertionem * factam per constitutum in mortis articulo, fatere indicium ad torturam, in suo consil. v. j. volum. & licet dici soleat, quòd non omnis, qui moritur, est sanctus Ioan. euangelista: vt dicit Bald. in tit. de pace Constan. in versi. vasalli, tamen ex hoc nõ tollitur, quin maior pars migrantium ex hoc seculo non ne tantur mori absque onere conscientiæ, vt à communiter accidentibus cõpertum est, quòd quidem validum est arg. vt suprà: & non à raro contingentibus: per l. palam. ff. de ritu nupt. & l. certi condi.
10 suprà alleg. maximè, quia * constitutus in mortis articulo, non præsumitur mentiri, vt inquit Bald. in suo consil. xxv. casus, super quo, &c. in primo volum. & idem consuluit Marsil. in suo consil. cix. & ideo pulchrè tenuit Pet. de Anch. in consil. clj. visa
11 facti narratione. quòd * asserens quem cõstitutum in mortis articulo mentiri, diceret contra verisimile: contra quod quis veniens, audiri non debet. Item concurrit contra prædictum Ang. & fratres fama publica, & vehemens statim, & incontinenti vulnerato Cæsare præfato, q ipsi vulnerauerint, ex qua resultat adparet concomitãtia ad assertionem ipsius, & sic fscit maius indiciũ ad torturam: vt consuluit Bar. in consilio cxcj. domino Paci de Burg. & sequitur Bal. in consil. cxxxj. visis dictis articulis. secundo vol. & in c. j. §. iniuria. de pa. iur. fir. ver. sed nunquid ex tali confessione. Alex. in addi. ad l. fin. ff. de quæstion. Fely. in c. veniens. de testib.
12 & vbi vertitur * difficultas probationis, fama sola, iunctis aliquibus adminiculis inducit plenam probationem, quæ sufficit ad condemnandum: c. præterea. & ibi not. de test. Ita in terminis Anto. de Butr. in c. veniens. lo primo. de test. Innoc. in c. veniens. de verb. signi. in l. cùm super. C. de rei vend. & in auth. quas actiones. C. de sacrosan. eccl. Alex consil. xxiiij. ij. volu. Item * concurrit & fuga fratrum eiusdem Angeli, & sic participũ & sociorum criminis, ex qua resultat aliud indicium ad concomitantiam assertionis prædictæ, vt consuluit Alex. in cons. lxv. j. vol. & in consil. xlj. ij. vol. Item concurrit falsitas duorum testiũ per ipsum Angelum ad eius defensam productorũ circa reseratione m ianuæ cameræ, in qua dicebatur ea nocte dormiuisse, de qua plenè suprà. Et sic concludendo, dum quis ex præsumptionibus * etiam violentis damnatur, nunquam imponi poterit pœna vltimi supplicij: per singulare dictum Inno. in d. c. quia verisimile. & ante eum Specu. & Io. And. in tit. de præsump. §. fi. versi. in summa. & per Gand. in rubri. de præsump. in tract. malefi. & in rub. de homi. in ver. quid si plures percusserunt vnũ. & cõsuluit Alex. in consil. cxvj. in causa inquisitionis formatæ. in fi. in iij. vol. & Ias. in l. vt vim. ff. de iustit. & iure. Hinc dixit pulchrè Gand. in d. suo tract. malefic. in tit. de præsumpt. & indic. indub. quem refert & sequitur Paul. de Cast. in l. fi. C. de probat. & in consil. cxcij. latius in primo vol. vbi pulchrè loquitur: quòd licet reperiantur plura indicia cõtra aliquem, quæ sufficiant ad condemnationem, nõ imponetur sibi pœna ordinaria delicti, sed minor. Idem refert & sequitur Io. Lupi. in sua allegat. in materia hæresis, sita in rep. cap. per vestras. de don. inter vir. & vxo. in fi. dictæ repet. & post ipsam in ver. posito adhuc. quòd mihi dicatur. tum maximè, quòd licet in aliquo crimine à lege * sit imposita pœna mortis naturalis: attamen vbi illud crimen non est liquidò probatum, licet iudici pœnam minorare. cap. circuncisiones. xxiij. q. v. & in c. innocens. xxiij. q. iiij. ita dicit Par. de Put. in tract. synd. in ver. compositio. in paruo vol. & est sub verbo, culpa officialis. & quòd quando quis venit condemnandus ex indicijs & præsumptionibus vehementissimis, & etiam indubitatis, non punietur pœna delicti vera, sed alia minori, iudicantis arbitrio: tenet Bal. & moderni in l. eius. §. j. ff. de testa. & ibi Francisc. de Aretio. in ver. tertiò dicit. sequitur etiam Barb. in consilio lxij. post medium. ver. & quidem. Bal. vol. j. Io. de Imol. Card. & Fely. in d. c. afferte. post Siculum. Innoc. in c. sicut. de simo. Paul. de Cast. in consil. cxcvij. Abb. in c. auditis. de præscrip. & ibi Fely. Alberi. de Rosa. in l. indicia. de rei vendic. idem Siculus in c. tertio loco. & ibi Fely. de probat. & plenè illustris Nicol. Boër. in sua decisio. clxiij. alias insuper orta fuit. j. vol. quàm nuuissimè impressam reperi. Quam ob rem, ne res clara in dubiũ deducatur, ob torturam quæ reiterari & acerrimè posset, sum voti prædictũ Ang. esse per quadriẽnium continuum condemnandũ ad remigandũ in regijs triremibus. & in hanc sententiã concurrerunt cæteri magnifici iudices eiusdẽ magnæ curiæ, mei collegæ, nemine discrepante. & ita executum fuit. 13 14 15

SVMMARIVM.

1 *Testes sufficit concordari in eo, quòd consistit substantia negotij principalis, dato quòd in cæteris discord*

diſcordarent: nam nõ ex hoc cenſentur varij, nec reprobantur. Imò eo caſu videntur teſtes melius deponere, nec videntur eundem præmeditatúmq; ſermonem attuliſſe.

2 *Teſtis quando dicatur bene deponere.*

3 *Teſtis ſi ſcienter adderet aliquam falſitatem dicto ſuo, dummodo illud non tangat ſubſtantiam negotij principalis, ſuper quo deponit, tamen eius dictum valet.*

4 *Teſtis vt poſſit de falſo puniri, eſt neceſſe, vt adpareat falſum depoſuiſſe ſuper facto principali, ſuper quo conſiſtit ſubſtãtia negotij, propter quod principaliter examinatur: ſecus, ſi ſuper aliis. Qui ſi ſuper his mentiatur, non poteſt dici falſum commiſiſſe.*

5 *Falſitas non eſt, ſi teſtis cõiunctus producenti interrogatus per iudicem neget ſe coniunctum: tamen ex quo eſt mendax, poteſt puniri de mendacio extra ordinem, arbitrio iudicis. ibid.*

6 *Teſtes ſi contradicerent etiam in facto principali, in quo conſiſtit ſubſtantia negotij, dummodo in modico contradicant, non ex hoc cenſerentur varij nec falſi: nec ex hoc reprobarentur.*

7 *Falſitas non tangens negotium principale, non facit quòd dicta teſtium reprobentur.*

DECISIO XLIII.



LVCIANVS de Sanctis, de ſancto Seuerino, & Valerius dicto io Paiſano, ad inſtantiam Ioan. Scolorciæ & ſociorũ: ſuper lapidibus proiectis ad feneſtram cuiuſdam impudicæ mulieris, producti in teſtes, depoſuerunt duos ex prædictis querulatis nocte, qua dicebatur lapides proiectos, dormiuiſſe cum eis in vno eodémq; cubili: vnus ex eis interrogatus in qua parte cubilis dormierat, reſpondit, quòd ipſe Lucianus ſteterat in medio aliorum: alter verò depoſuit, quòd Lucianus ipſe ſtetit ab vno latere cubilis: & ſic non in medio: ſicque variis & diſcordantibus, inſtante magnifico fiſci patrono carcerati fuerũt, & dum ſteriſſent ferè per menſem in carcere ex huiuſmodi mendacio & offenſione autium iudicis, ſupplicarunt ſe ad tolerabilem compoſitionem admitti: & magnifico fiſci patrono ad id cõcurrente, per alterum ex magnificis iudicibus meis collegis dicebatur obſtare regiam nouellam pragmaticam, probibentem compoſitiones in cauſa falſi.
1 Dixi, quòd ſalua * pace id deberet intelligi in cauſa principali, in qua vertitur ſubſtãtia negotij principalis: nam ſi in eo quis falſum deponeret, componi minimè poſſet: ſecus in acceſſoriis, ex quo ſufficiet teſtes concordari in eo, in quo conſiſtit ſubſtantia negotij principalis, dato quòd in cæteris diſcordarent. Nam non ex hoc cenſentur varij, nec reprobantur: per textum in cap. nihil obſtat. de verborum ſignificatione. & ibi plenè doctores. & probat bene textus cum gloſſa in cap. dudum. verſi. ſubſtantia. extrà, de conuer. coniug. & in cap. cùm eccleſia. in ver. vacillaſſe. iuncta gloſſ. de cauſ. poſſeſſ. & proprietatis. & facit bene textus not. in l. qui ſententiam. quam ad hoc notant Bartolus & Angel. C. de pœn. & illum text. ad hoc originaliter not. Old. Laud. vt refert Bald. in l. j. in fi. C. ſi plures vna ſent. Idem pro regula tradit Ioan. de Anan. in conſil. lxxvj. viſis & conſideratis atteſtationibus. * ſubdens, quòd eo caſu videntur tunc teſtes me- 2
lius deponere, ne videantur eundem præmeditatúmque ſermonem attuliſſe: cõtra l. iij. §. j. & ibi Bartolus. ff. de teſtib. & intantum hoc eſt veriſſimum,
* quòd ſi teſtis ſcienter adderet aliquam falſitatem 3
dicto ſuo, dummodo illud nõ tangat ſubſtantiam negotij principalis, ſuper quo deponit, tamen eius dictum valet. vtputa, ſi interrogaretur de nomine contrahentium, vel de parentela, aut de qua parochia. & refert ita contigiſſe in perſonam Ioannis Andr. & ſequitur ibi Imo. idem tenet Bartol. ante alios, in l. eos. ff. de falſ. & melius Baldus & Imola. in l. his verbis. §. fin. ff. de hæred. inſtitut. Quinimò
& plus: ad hoc * vt quis poſſit de falſo puniri, eſt 4
neceſſe, quòd adpareat falſum depoſuiſſe ſuper facto principali, in quo conſiſtit ſubſtantia negotij: propter quod principaliter examinatur: ſecus, ſi ſuper aliis: quia eo caſu ſi mentiatur, non ex hoc dici poteſt falſum commiſiſſe, nec de falſo puniri poterit, ſed extra ordinem tantùm, arbitrio iudicis. Ita ſingulariter voluit Iacob. Bubr. in l. Lucius ff. de infam. & idem ibi ſequitur & refert Angelus, vbi reputat notatu dignum prædictum dictum Iacob. Butr. & menti tenendum. & eandem deciſionem pro mirabili, & ſingulari ſequitur Angel. in conſilio cxciiij. viſis proceſsibus. & ibi Iacob. Butr. exemplificat in eo, qui eſt coniunctus producenti,
& interrogatus per iudicẽ, negat * ſe coniunctum, 5
quòd licet ſit falſum, non ideo incidit ex hoc in pœnam falſi: tamen ex quo mendax eſt, poterit puniri extra ordinem arbitrio iudicis: & hoc idem tenet & ſequitur Bart. in l. pen. ij. lect. C. de tranſact. & facit l. cùm tibi. C. de iudic. & idem ſequitur Alb. de mane, in ſuo optimo tractatu de teſt. ſub rubric. quando teſtes repelluntur ratione domeſti-
citatis circa finem. Quinimò * & plus: etiam ſi in 6
cauſa principali, & propriè in eo, in quo conſiſtit ſubſtantia negotij, teſtes contradicerent inter ſe, dummodo in modico adinuicem, non ex hoc cenſentur varij, aut falſi: nec ex hoc reprobarentur eorum dicta. Ita ſingulariter tenet Antonius de Butr. in capitulo ij. de regulis. per illum text. cum gloſſa. & ſequitur Alexander in conſilio xxiiij. animaduerſis. & in conſilio cv. reſponde domino. & idem tenet Iaſ. in l. ſi ex falſis. C. de tranſact. & in l. quicunque. ff. de iuriſdictione omn. iud. Felyn. in c. cùm tu. de teſt. verſic. ij. not. Alexand. in conſilio v. in primo volu. in cauſa inquiſitionis. vbi exempli-
ficat. Et quòd * falſitas, quæ non tangit negotium 7
principale, non facit quòd dicta teſtium reprobentur, tenet Baldus in l. penult. circa fi. C. de tranſac. vbi hoc etiam ſequitur Salicet. ſubdens, quòd ita quotidie in practica clamant aduocati: vt not. Innoc. in c. fraternitatis. de teſtib. vbi Ioan. de Anan. poſt alios, idem conſulendo tenet Deci. in conſil. 100. primo volu. vbi ſubdit ita ſæpius conſuluiſſe Alex. maximè in conſilio v. in cauſa inquiſit. j. vol. vbi plures teſtes hoc modo à contrarietate defendit. Ex quibus dixi, non eſſe locum dictæ nouellæ regiæ pragmaticæ, & quòd poterat ad compoſitionem & leuem proceſſi. Et ita executum fuit com

muni voto magnificorum iudicum omnium eiuſ-
dem magnæ curiæ.

SVMMARIVM.

1 *Vulnerans ſeipſum puniri debet.*
2 *Clericus percutiens ſeipſum eſt excommunicatus.*
3 *Percutiens ſeipſum qua pœna debeat puniri.*
4 *Statutum puniens vulnerantem aliquem, comprehendit etiam illum, qui ſtudioſè ſe vulnerauit.*
Miles ſe vulnerans non ex impatientia doloris, aut morbo, aut furore ſiue tadio vitæ, capite punitur: & ſi ſibi manus intulit, nec factum peregit, niſi ex præmiſſis, ſeu alia ipſarum id fecerit, capite punitur. ibid.
5 *Vulnerans ſeipſum, punitur, ac ſi alium vulneraſſet.*

DECISIO XLIIII.


HIERONYMVS de Ponte, ex quàm pluribus delictis per ipſum patratis, condemnatus extitit per magnam curiam vicariæ ad remigandum in triremibus regiis ad tempus. Vt autem ſe mancum redderet & inhabilem ad remigandum, & ſic pœnam remigandi euitaret, arrepto gladio ſe grauiter ſupra ſuam manum percuſſit & vulnerauit, intantum quòd penitus inhabilem ad remigandum ſe reddidit. Hæſitatur, ſi ex hoc facinore plectendus veniat, cum nemo ſit dominus membrorum ſuorum: vulg. liber homo. ff. ad legem Aquiliam. cum vulg. Item ſi plectendus venit, qua
1 pœna plecti debeat. Et quo ad primum, nulli * dubium, quòd puniri debeat: vt dicit Bartol. in l. ſi quis aliquid. §. miles. ff. de pœ idem Bart. in l. tranſigere. ver. item ſi ipſemet. C. de tranſact. & eſt optimus text. ad hoc in l. omne delictum. ff. de re milit. & in l. fi. §. ſi quis autem. ff. de bon. eorum, qui mor. ſibi conſc. & probat bene text. in c. non licet. xxiij.
2 q. v. vbi clericus * ſe percutiens, eſt excommunicatus. & idem tenet Card. in Clem. prima. in princ. in iij. not. extra de reliq. & vener. ſanc. & in c. contingit. de ſent. excom. & tamen excommunicatio eſt maior pœna, quæ imponi poſsit per canones. Et quod
3 * percutiens ſeipſum, puniri debeat, eſt text. in l. ſi quis aliquid. §. fina. ff. de pœn. & ibi Bart. Sed qua pœna plectendus veniat, reperio Io. And. in addit. Spec. in tit. de pœn. in addit. incip. in fauorem. ver. ſecundò quæro an vulnerans. vbi dixit, quòd percutiēs ſeipſum, punitur pœna ſtatuti de percutiente alium. & alibi dixit Bald. in procemio decret. in
4 ver. incip. Rex pacificus. quod ſtatutum * puniens vulnerantem aliquem, comprehendit etiam eum, qui ſtudioſè ſe vulnerauit. & ideò text. in l. ij. §. ſic autem. de bo. eorum, qui ſibi mor. conſc. iuſsit percutientem ſeipſum animo percutiendi, licet mors non ſequatur; capite puniendum eſſe. Idem probat text. in d. l. omne delictum. §. qui ſe. de re milij. cum glo. & in l. ſi quis. §. miles. ff. de pœn. & ibi ſcribentes. In milite autem deciſum eſt, quòd miles qui ſe vulnerauit nó ex impatientia doloris, aut morbo, aut furore, ſiue tædio vitæ, capite punitur. Ita tenet conſ. in d. l. omne delictum. §. qui ſe vulnerauit. ff. de re milit. & ſi ſibi manus intulit, nec factum peregit, niſi ex præmiſsis cauſis, ſeu alia ipſarum id fecerit, capite puniri debet: aliàs cum ignominia mittendus eſt. per tex. in l. ſi quis aliquid. §. fin. ff. de
pœn. Et quòd vulnerans * ſeipſum, punitur ac ſi 5
alium vulneraſſet, tenet Alb. Fulg. & Pau. de Caſt. & Iaſon in l. ij. C. qui teſt. fac. poſſ. & hoc per text. in l. fin. §. ſic autem. ff. de bon. eorum. & d. l. omne delictum. in §. qui ſe vulnerauit. Iaſ. in d. l. alleg. expreſsiorem text. ad hoc in d. l. ſi quis aliquis. §. fi. ff. de pœn. idem ſequitur Caſſa. in conſuet. Burg. ver. item qui ſeipſum voluit occidere. Sed quia prædictus Hieronymus nouiſsimè allegauit non ex cauſa ſe debilitandi ſe percuſsiſſe, ſed ex caſu & fortuna, volens quoddam lignum incidere, petendo ſe admitti ad ſuas defenſiones, quæ ſibi denegari nō potuerunt, ideò fuit ſibi impertitus terminus dierum decem ad ſe defendendū, non curando, quòd prius petierat ſtari iudicio ipſius magnæ curiæ, & probationibus fiſci contra ipſum. vnde nunc pendet deciſio, quæ niſi factis defenſionibus adparere poterit, aut termino aſsignato elapſo. Et ſic ad laudem Dei omnipotentis noſtri redemptoris, ſit impoſita finis deciſionibus magnæ curiæ vicariæ, cū in ea iudicando vacauerim per annum continuum & menſibus nouem, mandato illuſtriſ. domini don Petri de Toleto, Proregis dignißimi, tanquā vnus ex duobus conſiliariis regiis: qui annis ſingulis habent ex iuſſu Cæſ. Maieſtatis præeſſe in iudicio ipſius magnæ curię ad electionem ipſius Illuſtriſsimi Proregis: qui à die primo præſentis menſis Aprilis anni 1543. iuſsit me redire ad proprium locum meæ reſidentiæ, & in rota propria, in qua per prius degebam, ſedēs in vno ex primis duobus locis prope excellentem dominum Præſidentem ſacri regij conſilij immediatè: in quo ſpiritusſancti gratia incolumen me reperio.

Sequuntur Deciſiones Sacri Regij Conſilij, iuxta ordinem & numerum inchoatum.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula inſtrumenti, omnia contenta in eo, eſſe vera: facit vt non poſſint partes venire contra iuramentum, allegando ſimulationem.*
2 *Omnia & ſingula contenta in inſtrumento eſſe vera iuraùit, & in nullo contrauenire, etiam abſolutionem à iuramento petere non poſſet.*
3 *Iurante taliter, vt ſuprà, ſi parte reluctante admiſſus eſſet ad probandum de ſimulatione, ſeu aliter contra inſtrumētum, tales probationes nihil probabunt contra inſtrumentum.*
4 *Articuli impertinentes, dum petitur ante omnia reiici per iudicem, non ſunt admittendi, etiam ſalua proteſtatione impertinentium, & non admittendorum.*
5 *Articuli an debeant admitti ita, vel non, dum prætenduntur impertinentes, ita quòd vbi eſt dubium, nē proceſſus retardetur poſſet tunc iudex admittere illos cum proteſtatione impertinentium: tamen melius faceret, velle prius hoc diſcutere: quia magis hoc expedit partibus, ne vexentur ſuperfluis litibus: & ideo talis cautela nō ſeruatur Romæ.*

Artic

6 *Articulorum impertinentia vbi adparere potest, & pars petit, quòd reiiciantur, non debet iudex admittere, nec illos reseruare, saluo iure impertinentium.*

7 *Articuli impertinentes non debent admitti, nec testes super eis recipi.*

8 *Stante statuto, quòd iudex admittere debeat omnes probationes, & exceptiones, saluo iure impertinentium: tamen non poterit admittere exceptiones euidenter impertinentes.*

9 *Instrumentum dicitur veritas adparens, & probatio probata, & non probanda.*

10 *Pro instrumento duæ oriuntur præsumptiones. vna, quòd sit verum. altera. quòd sit solenne.*

11 *Per instrumentum illud quod adparet, dicitur esse certum, & manifestum. & nu. 12.*

13 *Uxor repellitur à testimonio pro viro, vel contra virum.*

14 *Iudex tenetur ex proprio officio de conditione testium se informare.*

15 *Testi si obiiciatur quòd est consanguineus seu domesticus producentis, & producens negat, si offertur probatio incontinenti, vel si id quod obiicitur, est publicum & notorium, admittitur exceptio. Si autem requiritur altior indago, tunc reseruatur post publicationem: quia in mora modici temporis potest esse paruum præiudicium.*

16 *Filius nec filia pro patre testificari potest: nec econtra.*

DECISIO XLV.



IN causa magnifici Ioan. Ant. Grammatici, mei filij cum Ioan. Bapt. de
Campulo de Neapoli, lata sententia
per sacrum Regium Consilium contra eundem Ioan. Bap. super deuolutione cuiusdam terræ eiusdem, ob reditum non so
lutum emphyteoticum per triennium, dum fuisset
reclamatũ, etiam productis articulis per eundem
in causa reclamationis, & petitum per præfatum
Io. Ant. ipsos ante omnia inspici & percunctari ac
impertinentes reiici, cùm autem fuerit multa impertinentia produxisse, & alia concernentia, produxisse, & alia concernentia simulationem prætensam, veniens contra tenoré instrumenti terræ prædictæ, non obstantibus clausulis in eo adductis: &
2 signanter * omnia in eo contenta esse vera: quo casu non possunt partes venire contra iuramentum,
allegando simulationem, nec alia: vt latè Imola.
post Ant. de But. in c. cùm contingit. vj. membro.
de iureiur. & ibi Abb. in versicu. decimus casus. &
Abb. in sua disput. statuto ciuitatis Senatum. versi.
decimus casus. Bal. & Sali. in l. fin. C. de non numerata pec. Idem Imo. in c. ad nostram. in fi. de empt.
& ven. Imo. & Alex. in l. Seius & Augerius. ff. ad legem Fal. & consuluit Alex. in consil. xxxvj. ij. volu.
viso themate. & in consil. cxxxij. ij. vol. viso instrumento diuisionis. idem Alesan. in l. nemo potest. &
ibidem Imo. ff. de leg. j. & ibidem sequitur Ias. subdens hoc esse notandum, quia valde vtile & quotidianum in practica, & quòd ipse habuit sæpe de
facto consulere: imò eo casu dum iurasset omnia
2 & singula esse vera, * & in nullo contrauenire, etiã
absolutionem à iuramento petere non posset: vt dicit ibi Ias. post Franc. de Aret. & hoc maximè, quia
eo ipso quòd peteret se absolui: ex quo exponeret
id, quod iurauit esse falsum, allegaret se periurum:
& sic non admitteretur ad allegandum turpitudinem suam: quia eo ipso esset periurus, & sic detegeretur periurium & omnino repelleretur: vt latè
per Bar. in l. iusiurandum, quod ex conuentione. in
§. procurator. ff. de iureiur. Et * in tantum hoc di- 3
ctum est verissimũ, quòd si parte reluctãte fuisset
iurans admissus ad probãdum de simulatione, seu
aliter contra instrumẽtum, tales probationes non
probabunt, nec fidem faciant. Ita Alexand. consuluit in consilio lxxxix. in ij. volumine. & in consilio cxxiij. eodem volu. & plenè Bauer. in suo trac.
de virt. iuramenti. Et ideò debebat magnificus cõmissarius Frãciscus Aguirre Hispanus ante omnia
videre articulos & instrumentum iuratum, allegatum in dicta & in aliis clausulis: qui nec articulis
visis, vt opinor, decreuit esse procedendum ad receptionem testium: & si qui reperti fuissent impertinentes, facta publicatione vnà cum depositionibus testium reiicerentur. à quò decreto dum fuisset pro parte præfati filij mei reclamatum, fuit iterum inculcatum aliud decretum, recipi testes saluo iure impertinentium, & non admittendorum
post publicationem: & dum instaretur in reclamatione, & quòd fieret relatio in Rota, fuit decretum
ibidem faciendam esse relationem. Et quòd grauauerit commissarius, accedat * præmissis, quòd ar- 4
ticuli impertinentes debent ante omnia à iudice
reiici, dum petitum est, nec aliter admitti: per l. si
duo patroni. §. idem Iulianus. ff. de iureiur. vbi Bar. 1
dixit quòd iudex non debet articulos impertinentes admitteré. Ad idem tex. in l. ad probationem. la
prima. vbi Bald. in ij. not. C. de probat. & in l. si defensor. § qui interrogatus. ff. de interrogat. actio. &
quòd ibi Bald. per illum textum. quod potissimè
procedit, dum de facili potest adparere de impertinentia articulorum: per ea quæ infrà dicam. nam
* licet aliàs vbi est dubium, an articuli sint imper- 5
tinentes vel ne, ne processus retardetur, possit iudex admittere illos cum protestatione: videlicet,
saluo iure impertinentiũ, & non admittendorum,
vt not. Host. Ioan. Andr. Bald. & Abb. post glo. pe.
in cap. cùm contingat. de offic. deleg. & ibi Anto.
de But. dicit quòd multoties practicauit. Et Ange.
in l. in speciali. de rei vend. dicit quòd generali cõsuetudine inoleuit, quòd iudex ita admittat: & licet iudex tali cautela vti possit, melius tamen facit velle prius hoc discutere & examinare, quia
hoc magis expedit partibus, ne vexẽtur superfluis
litibus & expensis. & ideo talis cautela non seruatur Romæ, vt dicit Card. in d. c. cùm contingat. &
ibi Barb. in d. glo. pen. ita consulendo etiam firmat
Decius in suo cons. clxj. per dominum præpositum
omnium sanctorum. Sed quòd * vbi potest adpa- 6
rere de impertinentia articulorum, & pars petit,
quòd videantur & reiiciantur, quòd eo casu iudex non debet admittere nec illos reseruare. saluo
iure impertinentium & non admittendorum, est
gloss. not. in d. c. cum contingat. in gl. iiij. super verbo, nihilominus. quæ est valde sing. secundum Baldum ibi. ex quo * articuli impertinentes non de- 7

bent admitti, nec testes super eis recipi. Textus est
aureus secundum Baldum in l. si duo patroni, su-
prà alleg. & ideo voluit Imol. qué moder. sequun-
tur, in l.iiij.§.prætor ait.per illum text.ff. de dam.
8 infect.quòd etiam stante * statuto, quòd iudex ad-
mittere debeat omnes probationes & exceptiones,
saluo iure impertineutium, & non admittendo-
rum: quòd tamen non poterit admittere exceptio-
nes euidenter impertinentes. Idem refert & sequi-
tur Iasnn in dicta l.si duo patroni.§. Idem Iulia-
nus.ff. de iureiur. subdens esse bene not. Et quòd
de facili & in promptu posit adparere de imper-
tinentia, id satis ex lectura ipsorum, nec non &
instrumenti confecti inter partes ipsas & clausu-
larum in eo contentarum, adparere potest: nam
magna vis consistit in instrumento & eius proba-
9 tione: * cum instrumentum, dicatur veritas adpa-
rens, & sit probatio probata, & non probanda,
vt dicit Baldus in l.Imperator.ff.de stat.homiu. &
in l.ij.C.quando fisc.vel priua.& in l.quoties.in fi.
C.de iudic.& in authent ic.qui semel. C. quomo &
10 quando iud.intantuni, quòd * pro instruméto duæ
oriuntur præsumptiones: vna, quòd sit verum, &
alia, quòd sit solenne: secundum Baldum in cap.
j.§.instrumentum.de no.feud.& id, quòd adparet
11 * ex instrumento, dicitur esse certũ: ita dicit Barb.
in c.fin.de libel. obla. & Bart.in l.j.in prin. in ver.
venio ad q.ff.de oper.no.nuntia.Bald.in l.interest.
de probat. & faciuut dicta Ioan. de Anan. in con
silio xcvij.in causa ista.Sozi.in consil.xlvj. cum in
pręsenti.& in cousil.lxxxix.iu causa. Ias.in repet.l.
admonendi.ff.de iureiur.Hinc dixit Alex. in cons.
12 xxxxvij.viso & opportunè. ij.vol. quòd id * quod
constat per publicum instrumentum, dicitur ma-
nifestum: & sic cum ex lectura clausularum instru-
menti & articulorum de facili adparere posit de
impertinétia, debét articuli ipsi ante omnia inspici
& discuti, & reiici, quatenus impertinentes adpa-
rebunt. Item est insuper aduertendũ, ad instantiam
eiusdem Campuli fuisse citatos in testes eius vxo-
rem, necnon &c. eius filiá: & pluries dictum fuisse
non debere in testes recipi: tum quia eius vxor est
similiter vt principalis obligata in iustrumento
13 prædicto, vt liquet ex eius tenore, tum * etiá, quia
tanquá vxor repellitnr à testimonio pro suo viro,
siue contra ipsum producatur.gl. est in l.fi.§.fanè.
in fin.C.de his, qui ad eccle.coufu.& gl. in §.in te-
stibus.instit.de testa.& tenet Alexá. in consil.clvj.
in quinto volu.& ita in specie consuluit excellens
doctor antiquus dominus Hieronymus de genti-
lis de Nursia, cuius consilium habeo ad pennam in
libro meo diuersorum consiliorum antiquntum,
quod incipit: visis in quæstione formata. & quòd
vxor pro viro nec ecoutrà possiut testificari, est
glost.iij.quæst.v.in summa.& in l.etiam.C.de testi.
ita etiam tenet Alber.Galeo. vt refert Spec. in tit.
de test.§.j.vers.sed quid de vxore. Sicque vnus pro
alio testes idonei non sunt. Ita etiam consuluit So-
zinus in consilio xvij.suprà dicta causæ positio.pri
mo volu.maximè, cum vxor & vir sint vnum cor-
pus, & vna anima.glo.est in l.si cum dotem.§.si ma-
ritus.ff.soluto matrim.& ibi subdit text.quòd alter
alterius debet esse particeps infortuniorum quin-
imò iniuria facta vxori, dicitur facta viro. l.j. in fi.
& l.ij.ff.de iureiur.& dixit Marsil.in consilio j.nu-
mero xviij. Item adinuicem repelluntur à testimo-
nio propter continuam habitationem, & immo-
deratam affectionem. nam videmus, quòd propter
mutuam affectionem prohibiti sunt adinuicé do-
nare.l.j.ff.de dona.inter vir.& vxo.ita in specie te-
net glo.in l.etiam.C. de testib. & licet aliqui aliter
dixerint: tamen communiter tenetur prædicta sen-
tentia d.glo.per rationes prædictas. Ita refert & se-
quitur Alberi in suo tractatu de test.sub rub.quan-
do testis repellatur ratione domesticitatis, circa
principium. Idem refert & sequitur Marsi. in l.j.§.
ad quæstionem.ff.de quæstion.vbi subdit, quòd li-
cet Specu.quem refert Abb.in c.in literis.de testib.
dixerit non esse verum simpliciter, quòd vxor sit
in potestate viri, & quòd ex hoc non posit in cau-
sa viri testificari, maximè in muliere, quæ esset vi-
rago, & quæ parũ virũ timeret: attamẽ dicit Marsi.
quòd doctriua ipsa Spec.& Abb. in hoc damnatur
à doct.in dicto c.ex literis. & illam reprobat Bald.
& Salic.in l.ij.C.de testi.ex quo omnino domesti-
ca est: & maritus habet potestatem castigandi ip-
sam moderatè, vt per glo.in l.sicut alterius.vij. q.j.
& facit bene text.in cap.hæc imago.in ver. penè fa
mula.xxxiij.quæst.v.cum multis aliis alleg. per ip-
sum. De filia autem dum dictum fuit per magnifi-
cum commissarium causæ, quòd tempore repulsæ
poterit repulsari: salua pace, ita lites nutrire non
est bene dictum, cum fuerit petitum deferri iura-
mentum prædicto producenti, si ipsa est sibi filia,
vel ne: & tamen iudex * tenetur ex proprio offi 14
cio de conditione & qualitate testium se informa-
re, vt dicit Innoc.in c.intimauit. extrà de test. glo.
in l.j.§.si curatores. de magistr. conuen. & ibidem
tenet Bald.& Nico.de Neap.& plenè Paris. in suo
tract.synd.versi.iudex, an si iudex. Et nihilominus
si * obiiciatur testi, quòd est cõsanguineus seu do- 15
mesticus producentis, & producens negat, an ex
hoc debeat differri pobatio seu receptio testis pro-
ducti, donec probetur de qualitate ipsum repel-
lente: reperio quòd Innoc.in c.ex parte. de testib:
& Ioan.Andr.post ipsum dixerunt, quòd exceptio
apposita contra testes admittitur, quando oppo-
nens offert se incontinenti probaturum id quod
opponit, vel si id quod opponit potest esse publicũ
& notoriũ. Si autẽ requireret altiorem indagiuem,
tunc reseruaretur post publicationé, per c. ex par-
te.& per authen.si dicatur de testib. Ita dicit Alber.
de mane.in suo tractatu de testibus.sub rubr.quan-
do testes repell. ratione criminis vel infamiæ. &
plus dicit Antnn.de Butr. secundum Innoc. in di-
cto c.ex parte.quòd Ioan.Andr.dicit hanc opinio-
nem esse tenendam, videlicet * quòd admittatur 16
probatio: quia in mora modici temporis potest
esse paruum præiudicium. Et clarissimi iuris est,
quòd filia seu filius nõ potest testificari pro patre.
cap.si testes.iiij.q.iij. ita voluit Ioan. Mona.in sun
defensorio iuris, in rubri. contra testes. & ꝙ filius
non posit testificari pro patre, nec ecõtrà, est tex-
tus in l.parentes.C.de testib. ita Specula.in titu. de
testib.§.j. & tenet Albert. in suo tractatu de testib.
diceus communem doctorum sententiam ita esse,
maximè ratione affectionis, quæ cõsideratur in te-
stibus. Vnde declarari debet, articulos impertiné-
tes re

tes reiiciendos ex nunc nominatim, & prædictos duos testes minimè recipiendos, licet citatos: quia in præsentiarum pendet dicta reuisio decretorum prædictorum. Et tandem die vij. Iunij 1549. fuerūt per eundem dominum commissarium melius informatum reiecti omnes articuli Campuli, tanquam impertinentes.

SVMMARIVM.

1 *Iurisdictiones principaliter sunt apud principem tanquàm apud fontem, à quo fluunt & refluunt, sicut flumina ad mare fluunt. & nu. 4.*

2 *Princeps, ea quæ sunt iurisdictionis, ad sui libitum reuocat, & tollit.*

3 *Princeps potest supprimere iurisdictionem nedum singularium personarum sed etiam ciuitatum.*

5 *Successor in regno ad sui libitum reuocat priuilegium gratiæ factum per prædecessorem Regem.*

6 *Rex idem, qui concessit, reuocare potest concessionem: & iusta causa reuocandi erit, quia ipsemet concessit. & nu. 7.*

8 *Princeps licet non teneatur exprimere causam in reuocatione, tamen omnino præsumenda est causa in ipso principe, quare id fecerit.*

9 *In principe, dum tollit ius subditi. præsumitur iusta causa illud fecisse: & hoc maximè, si potest aliqua causa imaginari: secus si nulla.*

10 *Ciuitas rebellis amittit sua priuilegia propter rebellionem.*

DECISIO XLVI.



ALtercantibus iudicialiter in sacro Regio consilio, vniuersitate & hominibus terræ Briatici, prouinciæ Calabriæ, cum magnifico Ferdinando Bisbal, eorum vtili domino, super prouentibus & compositionibus delictorum & pœnarum, quæ per curiam eiusdem Ferdinandi fiunt in terra prædicta. quas præfati vniuersitas & homines prætendunt esse eiusdem vniuersitatis, & ad ipsam spectare, virtute concessionis eidem factæ per quondam serenissimum Regem Alphonsum secundum: & econtra præfato magnifico Ferdinando existente in possessione prouentuum prędictorum, virtute concessionis eidem secundo loco factę per quondam Regem Federicum Aragoneum, etiam virtute confirmationis, & executorialium literarum illustrissimi quondam magni capitanei nomine cath. regum: fuit in dubium deductum. Si stante anteriori concessione eidem vniuersitati & hominibus præfati quondam regis Alphonsi Aragonei, potuerunt ipsi vniuersitas & homines priuari dictis prouentibus, & concedi quondam magnifico Francisco Bisbal eiusdem magnifici Ferdinandi genitori: sicque instructo processu causæ, fuit per ipsum Ferdinandum præsentatum rescriptum Cæs. maiestatis, per quod eidem sacro Consilio iniungitur de meritis causæ prædictæ suæ maiestati relationem fieri, cum voto eiusdem sacri Consilij, & tandem quid circa præmissa de iuris censura sentiam, ex infrà scripta decisione breuissimè adparebit. Et in primis sublato fundamento capituli Neapolitanis supplicantibus concessi. quòd causæ omnes debeant videri & sententiari in regno, & quòd ex aliqua quauis causa non possint à regno distrahi, nec alibi determinari, nec quòd pro habenda informatione ipsius causæ interim eius cursus aut expeditio impediretur, superuenit aliud capit. quod est tertium de capitulis expeditis in ciuitate Ratisbonæ, die xxix. Iulij, 1532. ad instantiam vniuersitatis Neapolitanæ supplicantis pro obseruantia eiusdem capituli. quod semper obseruatum fuerat: & tandem decretum fuit hoc modo, videlicet, Cæsa. & Catholi. M. nisi ob iustissimas causas nihil aliud hactenus imperarunt, nec deinceps imperabunt: sicque fuit decisum per sacrum consilium Cæsaream maiest. informari, & interim in causa supersederi. Sed aggrediendo dubium causæ principalis, an stante priori priuilegio concessionis regis Alphonsi secundi potuerit rex Federicus successor priuare vniuersitatem concessione prædicta, & prouentus ipsos concedere eorum vtili domino prædicto. Et certè nulli dubium est prouentus,
esse fructus iurisdictionis: & iurisdictiones * prin- 1
cipaliter sunt apud principem, tanquam apud fon
tem, à quo fluunt & refluunt, sicut flumina ad ma-
re, ita quòd à principe per concessiones & con-
firmationes fluunt, & ad ipsum refluunt per appel-
lationes, nullitates, & querelas, de quibus quum
princeps incipit cognoscere, cæteris impositum
est silentium: vt nota. Innocent. in capit. cum M.
Ferratiensis. extrà de constitut. ita formaliter in-
quit Bald. in capitulo primo. §. ad hæc. de pact.
iur. fir. Hinc dixit pulchrè Angel. in l. prima. ff. de
offic. eius. quòd ea, quæ sunt iurisdictionis, * & sic 2
iurisdictionalia, princeps ad sui libitum reuocat,
& tollit, quando vult. Idem tenet Bald. in rubric.
C. de prec. Imper. offer. Andr. de Iser. in constitu.
priuilegia. & ideo dixit Bald. in l. prima. C. vnde
libr. * quòd princeps potest supprimere iurisdi- 3
ctionem nedum singularium personarum, sed
etiam ciuitatum. & idem ante ipsum voluit Inno-
centius in capit. quæ in ecclesiarum. de constitut.
Cardin. in capit. perpendimus. de sentent. excom-
muni. Abbas in capit. nouit. extrà de iudic. per il-
lam rationem, * quia iurisdictiones fluūt a rege, & 4
refluunt ad regem: per suprà dicta Bald. & doctor.
in dicto capitulo primo. §. ad hæc. de pa. iu. fir. ma-
ximè, cùm simus in rege Federico successore dicti
Regis Alphonsi secundi: & * successor in regno, ad 5
sui libitum reuocat priuilegium gratiæ factum per
prædecessorem regem. capit. is, cui. de præbend. in
sexto. Per quòd ita singu. voluerunt Cin. & Abbas.
in l. digna vox. C. de legi. Bald. in titul. de pac. Con-
stant. in versicu. amplius. Aret. in capi. nouit. de iu-
dic. imò plus dico, quòd nedum rex Federicus, vt
successor poterat concessionem prædictam * reuo- 6
care, verùm etiam & ipsemet rex Alphonsus, qui
concessit, si viueret, eandem reuocare posset, au-
ferendo id, quod concessit & alteri concedendo,
& etiam sine causa, argument. text. in l. qui fun-
do. C. de omni agro deserto. libro vndecimo. quem
citat Bald. in l. nupta. in prin. ff. de senat. & in l. qui
se patris. C. vnde lib. versic. quid si pater. Abb. post
Innocent. in cap. nouit. extrà de iudi. moder. in ca.

quæ in ecclesiarum.de constit.Sozi.in cōsi.lxxxvj.
7 visis,&c.iij.vol.& ibi dicit,* quòd si princeps aliquid concessit,potest illud reuocare:& iusta causa reuocandi erit,quia ipsemet princeps concessit. & sic licet nō exprimatur causa, quare dictos prouentus alteri concessit, quam causam exprimere non tenebatur, vt supra ostensum est: tamen om-
8 nino *præsumēda est causa in ipso principe,quare id fecit.Ita consuluit Alexand.in consi.c. num.13. & nume.16.& in consi.cxiiij.visis.in v. volu. & sequitur plenè Parisius,nunc Cardi. dignissimus,in consil.xj.castrum istud,&c.in primo volum. & ibi concludit post alios,quòd ex hoc solo, quòd ipse-
9 met princeps cōcessit,poterit reuocare,*tum maximè,quia præsumitur iusta causa in principe,dum tollit ius subditi, maximè quando potest aliqua causa imaginari: secus,si nulla. Ita post Innoc.firmat Imol.in capi.concupiscentia.de consti.extrà. moder.in d.c. quæ in ecclesiarum. Curt. senior, in suo consilio xx.Parisius Cardi.in consi.xcij.nu.54. primo volumi. Et nihilominus ex meritis processus manifestè demonstratur,quòd tempore Gallorum,& propriè quondam comitis Mileti,qui erat de factione Gallorum,vniuersitas ipsa Briatici adhæsit fidelitati Gallorum publicè se & eius homines terræ prædictæ, rebellando à deuotione & fidelitate serenissimæ domus Aragonum: qua defectione præcedente,liquet principem ex legitima causa motum,ad eripiendum prouentus prædictos ab ea, & concedendum præfato quondam magnifico Francisco Bisbal: cum ex iuris dispositione,
10 * propter rebellionem ciuitas ipsa rebellis amittat priuilegia:vt firmat Spec.in titu.de instru.edit. §.xj. versi.item opponitur. refert & sequitur Mart. Laud.in suo tracta.de priui & rescri.q.lxviij. Luc. de pen.in l.cum allegatis.C. de re mili.lib.xij. Et sic ex præmissis sum voti esse referendum Cæsa. maiest.priuilegium dictorum prouentuum concessum prædicto magnifico Ferdināndo subsistere.& ipsum absolui ab indebita impetitione vniuersitatis & hominum dictæ terræ Briatici. & ita conclusum fuit per sacrum Regium consilium fore consulendum.

SVMMARIVM.

1 *Dominus non tenetur pro delicto sui subditi, nec ciuitas pro delicto sui ciuis, si delictum ipsum ignorauit, seu prohibere non potuit.*

2 *Vniuersitas non tenetur de robaria in suo territorio facta: sed rex, qui percipit reditus regni. Et sunt stipendia ad hoc instituta, vt iustitia seruetur.*

3 *Duo specialia non possunt in idem concurrere.*

4 *In pœnalibus durum est legem extra casum in lege expressum extendere.*

5 *Constitutiones regni cùm sint stricti iuris, minimè extēdi possunt extra suos casus expressos in ipsis.*

6 *Constitutiones non extenduntur ad casus de quibus non loquuntur: sed illi debent determinari secundum ius commune.*

7 *Vniuersitas in damno clandestino punitur ob culpam, quæ non est adeò magna, quòd debeat vltra simplum damni emendatione puniri.*

8 *Culpa in omittendo minus punitur, quàm culpa in committendo.*

Vniuersitas pro damno clandestino non tenetur ad pœnam.ibid.

9 *Bannum ad hoc vt liget, debet promulgari in locis solitis & consuetis.*

DECISIO XLVII.



IN causa vniuersitatis & hominum sancti Seuerini cum Regio fisco regiæ prouincialis audientiæ principatus citra, appellantium à sententia ipsius audientiæ ad sacrum Regium Consilium super condemnatione pœnæ furti seu damni clandestini quatuor peciarum pannorum, commissi in territorio vniuersitatis prædictæ,pronuntiatæ per eandem audientiam. & tandem mihi causa dictæ appellationis commissa.Et pro dilucidatione * veritatis, præmitto, quòd regulariter 1 quis non tenetur pro delictis alterius:sicut nec dominus pro delicto sui subditi: nec ciuitas pro delicto sui ciuis,si delictum ipsum ignorauit, vel illud prohibere non potuit:vt dixit Bartol.in l.nequid. ff.de incen.rui. nauf. & idem Bartol.in l.j.ff. arbo. fur. cæsa.& ita in propriis terminis constitutionis regni:si damna.consulendo voluit Corn.in consil. cxxiij.j.volumi.viso processu. Constat enim,quòd rex seu dominus regni.qui eiusdem introitus & reditus habet, tenetur de iure reddere itinera tuta, & custodiri facere territoria:& ideo culpa est in eo, qui habet reditus regni, vt faciat iustitiam:& sic vniuersitas non tenetur de robaria, sed Rex. quia reditus * regni sunt stipendia, ad hoc institu- 2 ta vt iustitiam seruet, prout in specie tenet sanctus Thom. de Aquino,quem refert & sequitur Andr. de Isern.in d.consti.si damna.in versi.damnis clandestinis,& idem And.in consti.super incisionibus arborum,& ibi subdit,quòd subditos teneri ad custodiam stratarum non legimus, cùm non teneantur,sed Rex tenetur,licet contrarium videatur seruari:quia cogūtur incolæ custodire.& idem tenet Andr.in titu.de statu.& consuet.cont.liber. eccle. in versicu.prouinciæ. Et licet text.in cap.frequens & ineffrænata. dictet quòd si locorum incolæ discoboratoribus non resistant, vel saltem clamoribus contra latrones ipsorum facinus non præuident,tantundem fisco teneantur, id est, quantum integrè damnum passi soluerint. attamē per aliud capi.superueniens,quod incipit:clandestinis. sub rubric. de pœna homicidij clandesti. disponitur, quòd si maleficiorum clandestinorum commissores inueniri non possunt, aut si per locorum incolas occultantur, homines dictorum locorum ad damnorum restitutionem damnificantis integrè faciendam compellantur,& si constiterit vniuersitates occultare velle malefactores prædictos, nec officialibus regiis ipsos quærentibus exhibere,pœnam vniuersitatibus ipsis inferendam. Et sic ecce qualiter præcedens c. frequens. & ineffrænata.intelligi & interpretari debet,locum esse pœnæ in prædictis duobus casibus declaratis per d.c.clādestinis.& non aliter. Nec suffragaretur quòd pro homicidio clādestino debeatur & exigatur pœna fisco applicāda. sed nullibi reperitur, quòd teneatur

tur ad emendam parti offensæ, sicut in furto clandestino ad emendationem damni tenetur: ex quo resultarent duo specialia & contra ius commune,
3 videlicet, quòd * tenerentur ad emendam damni parti,& ad pœnam curiæ. quæ duo specialia ex iuris dispositione non possunt in idem concurrere. l.j.& ibi gloss.& Bartol. & doct.C. de dot. promiss. & consuluit Oldra.in consil. lxxix. nec posset quis duplicem pœnam ex eodem delicto reportare,vulga.l.penult.ff.nau.caup.stab.in §.fin.& l.senatus.ff.
4 de accu.*tum maxime,quia durum est legem extra casum in l. expressum extendere. l. iij. in fin.ff. de præuaric.§.cùm autem.versicu.nptimum.& in au-
5 thent.de non eli.secun.nub.collat.j. cum * constitutio regni minimè extendi possit extra suos casus expressos. in ea, cum sint constitutiones ipsæ stricti iuris:vt dicit glos.in constit.pœnam eorum. quæ est x.gloss.& idem dicit glos.in versicu.occultatorem.& tenet etiam And.in constit.prosequentes.sub rub.de pug.subl.vbi dicit,quòd non extenduntur ad similia, & ad consequentia. & sequitur ibi.Afil.& etiam in constit.pœnam eorum. versic. tene menti.& subdit.Andr.in d.consti.pœnam eorum.ita dixisse sapientes regni:& ideo dicit glo. in constitut.probationum incursibus.in glo. fi. quòd
6 * constitutiones nó extenduntur ad casus, de quibus non loquuntur: sed illi casus debent determinari, secundum ius commune. Idem tenet gloss.in constitut.exceptiones. sub rubric. xxij.& sequitur Afflit.in d.constitu.probationum incursibus. in fi. verbis.& tandem resultaret absurdissimum, quòd magis veniret vniuersitas. punienda pro furto, quàm pro homicidio. Quod concedendum non est, concurrente præsertim, quia adparet decisum per glos.in d.constit.si damna.in versi.damnis
7 clandest.circa fin.dum inquit *, quòd vniuersitas ibi punitur ob culpam, quæ non est adeò magna, quòd debeat vltra simplum damni emendatione puniri. & allegat constitu. super incisionibus. per quam deciditur,quòd si patratores. ipsorum maleficiorum inueniri non possunt, incolæ eorundem locorum, in quibus maleficia sunt commissa, ad damnorum restitutionem integrè arceantur:& tamen de pœna fisco applicanda nulla fit mentio. & ideo dicit pulchre Bald.in l.data opera. C. qui accus.non poss. quòd si delictum culpa commissum, consistat in committendo, & eo casu puniendum est.Sin autem culpa consistat in omittendo, & eo casu punietur tantum ad damni emendationem, cum vniuersitas omiserit custodire territorium.&
8 iden leuius punienda venit,cum longè minor * sit culpa in omittendo,quàm in committendo:vt dicit gloss.in l.si mora.ff. solut. matrimo. & in l.ij.ff. ad Sylla. & ideo satis erit puniri pœna emendationis damni,& non alterius pœnæ pecuniariæ,ne in duplum pœnam sentirent pupilli, viduæ, sacerdotes,& aliæ miserabiles personæ, quæ sub vniuersitatibus complectuntur. l. prima.C. si in commun. eadémque caus.l. præcipimus.§. eodem obseruando.C.de app.& ibi per Batto.& ita dicit Alexand. in consi.cxxj.iiij.volumi.Nec suffragaretur iustificari ipsius pœnæ pronuntiatio per prætensum bannum prolatum per prouincialem audientiam super custodia territoriorũ sub certa pœna in eodem banno contenta: cùm de banno prædicto nec de eius publicatione in terra præfata nihil liqueat, neque de banno præfato in sententia verbum nullum:& tamen de * necessitate bannum ipsum fuis- 9
se emanatum debebat promulgari in locis consuetis & solitis,vt subditos ligaret, vt inquit Præpos. Cardi. Alexand.in cap.fin. xvj. distinct.& faciunt bene not.in l.iij.C. de lega. Concurrente maximè, quia non erat in facultate ipsius prouincialis audientiæ promulgandi similia banna,alterando pœnam in iure, ac in cõstitutionibus & capitulis regni contentam, maximè, cùm officiales iurent in initio sui officij ministrare iustitiam, secundum iura constit. & capitula regni:cui iuramento contrauenire non possunt. Ita pulchrè decidit Par. de put. in tract.syndi.in versicu tortura.in capi. an in causa pecuniaria.circa medium. per multa alia iura & rationes:ad quas me remitto. Et quia facta diligenti perquisitione tam in sacro regio Consilio, quàm in magna curia vicariæ,non fuit reperta aliqua vniuersitas regni condemnata vltra emendationem damni, etiam ad pœnam aliquam:& tantummodo fuerunt repertæ duæ sententiæ nouissimè pronuntiatæ in magna curia vicariæ,in quibus vltra condemnationem, ad furtorum emendationem fuit reseruata maior deliberatio ipsius magnę curiæ,quo ad pœnam. Ideo die xiiij. Iulij. 1541. in die pronuntiationis feriatum æstiuarum, fuit per sacrum Regium Consilium pronuntiatum diffinitiuè, minus bene iudicatum fuisse per dictam prouincialem audientiam principatus citrà: circa dictæ pœnæ condemnationem.& successiuè circa collectarum impositionem pro eiusdem pœnæ executione: & sic vniuersitatem prædictam sancti Seuerini aliquam pœnam minimè teneri:& ita communi voto nemine discrepante. me referẽte, iudicatum & decisum fuit, audito prius fisci patrono, qui veritatem huius decisionis tergiuersare non valuit. Et fuit magister actorum notarius. Pompeius Purtius,pro Nardo Anco.de porta originali magistro actorum sacri Consilij,& causæ præfatę. Et idem post biennium fuit pariter me referente decisum per sacrum Consilium in fauorem ciuitatis Teani,condemnatæ per magnam curiam.

SVMMARIVM.

1 *Confessus vnum furtum in tortura, præcedentibus legitimis indiciis potest de iure torqueri & interrogari de aliis furtis seu delictis, de quibus nulla extarent indicia. & nu. 2.*

2 *Consuetudo delinquendi inducitur per binum actum.*

4 *Confessio delicti non sufficit ad condemnandum: sed debet prius de delicto constare iudici, qui debet mittere exploratores ad verificandum delictum. & sciendum veritatem.*

5 *Confessio debet esse verisimilis, vt ex ea quis damnari possit.*

6 *Indicia licet præcedere debeant ad formandum inquisitionem, tamen non habet locũ, quando proceditur contra sponte confessum: quia tunc absque aliqua probatione dãnari potest, etiã si inordinatus*

esset

esset processus.

7 *Probatio per solam confessionem sufficit absque eo, quòd reus communicatur aliis probationibus seu argumentis.*

Confessio sola absque tortura apud acta iudicij, sufficit ad condemnandum, absque eo, quòd reus communicatur aliis probationibus. ibid.

8 *In criminalibus habita confessione rei, non sunt partes iudicis in cognoscendo, sed in condemnando.*

9 *Et id, quod dicitur neminem esse dominum membrorum suorum, & ideo ex sola confessione non debere condemnari, procedit, vbi liqueret talem confessionem esse falsam, sed ura non præsumunt quempiam contra se velle falsum testimonium perhibere.*

10 *Confessioni soli non esse standum, debet intelligi de confessione in tormentis facta, quæ non sufficit, nisi data perseuerantia in ea, saltem quando legitimè tortus fuisset.*

11 *Confessio rei in causa criminali, præsumitur vera, & sponte facta, & ex conscientia perpetrati sceleris.*

Nemo præsumitur ita fatuus, vt in seipsum mentiatur. ibid.

12 *A furti pœna, videlicet mortis, excusantur minores.*

13 *Pater diligit magis filium quàm seipsum.*

Pater non potest esse testis in causa filij, nec econtra. ibidem.

Pater potest testificari de ætate filij, & etiam mater, non tamen vt plenè probent: sed solùm, vt faciant aliquam præsumptionem iudici. ibid.

14 *Iniuria filij dicitur iniuria patris.*

15 *Pater & filius censentur vna & eadem persona, ex connexitate inter eos.*

16 *Aspectus corporis inquisiti dum maiorem ætatem patẽter inducit, talis aspectus multùm operatur.*

17 *Minór vel maior an quis sit, vbi ex aspectu colligi non potest, tunc oportet testibus probari.*

18 *Iudex potest ex aspectu pronunciare super ætate, cùm eius arbitrio sit commissum.*

19 *Aetas etiam per aspectum potest probari per testes, id est, de aspectu ab omnibus cognoscibili: aliàs à iudice, vel eis, quibus iudex commiserit.*

DECISIO XLVIII.

Oannes de Vicinancio de ciuitate Salerni, captus in flagranti cum ducatis tribus de carlenis in eius bracheta, quos illico arreptos furto subtraxisse confessus est, instante patrono furtum passo. & ligatus ad chordam, aliud furtum scutorum duorum fassus, & vnum restituisse, & promisisse alium restituere domino furti, cum iuramento interrogato id confirmante, demum non aliter torto, eodem contextu sponte multa & quamplura furta minima, ex marsupiis multorum pecunias subtraxisse de plano attestatus est, in carlenis tribus: in carle. 7. in carle. 4. in monasteriis sanctæ Mariæ de noua, & sanctæ Mariæ de Carmelo, & in lapide piscium, & eisdem ratificatis, & datis defensionibus, per magnam curiam vicariæ ad furcarum suspendia condemnatus, appellauit ad sacrum Regium Consilium: & causa relata in vna ex aulis ipsius sacri Regij consilij, aliqui ex dominis ipsius S. Consi. votauerunt sub quæsito colore minoris ætatis certo modo probatæ, ad remigandum perpetuò in regiis triremibus condemnari. Alij verò & in minori numero, licet maioris authoritatis, sententiam magnæ curiæ approbantes, factáque relatione illustris. Proregi iuxta tenorem regiæ nouellæ pragmaticæ, fuisset mihi in alia aula existente iniunctum per prædictum illustris. dominum, vt in causa præfata debuissem votare quid de iuris censura sentirem: & assignato mihi processu cum iniunctione prædicta, visum quoq; mihi fuit juridicè pronuntiatum per prædictam magnam curiam vicariæ: cùm licet vltra duo furta verificata & confessa non fuerint verificata cætera furta minima, quę ascenderent ad valorem vnius vncię, sed deficerent quinque carleni ad perficiendum vnam vnciam: tamen extat confessio aliorum furtorum, quæ transcẽdunt ducatos decem, & etiam sponte facta: quæ etiam si fuisset extorta per tormenta, satis legitimè habita diceretur, cùm cõfessus vnum furtum * in tortura præcedentibus le- 1
gitimis indiciis, possit de iure torqueri & interrogari de aliis furtis, de quibus nulla extant indicia. Ita (opinione Angel. aliter tenentis reiecta in tract. malefi. in versic. fama publica.) tenet Gand. ibi. subdens ita de generali consuetudine Italiæ seruari continuò, & maximè in furtis, quæ multum frequentantur in Italia. Idem tenet Cardi. in consil. xlv. & Bart. Veronensis in consil. xl. idem firmat Guid. de Suza in tracta. de torment. versic. sed quid si persona inculpata. & sequitur ibi Ludo. Bologn. in addit. ad dictum Guido. Idem tenet Odofre. in tracta. de quæst. in xj. quæsti. in versicul. sed quid de quotidia. q. vbi extendit, quòd * dum confessus est 2
vnum furtum, poterit interrogari de aliis delictis, quàm de furtis. & hoc de generali consuetudine Italiæ ita seruari dicit. & idem sequitur Bonifa. de Vital. in titu. quæ debeant præcedere torturam. & tamen facilior est casus, de quo agitur: quia Ioannes ipse fuit repertus cum furto nasitergij cum carl. triginta in bracheta, & illos confessus fuit subtraxisse ab eo, qui in eius præsentia de dicto furto querelam exposuit, & pariter eodem contextu aliud furtum de scutis duobus confessus extitit, & vnum ex eis restituisse, & promisisse alium restituere furtum passo, vt suprà. & tamen non aliter tortus, de præmissis duobus furtis confessus, & conuictus est. & demum cætera furta minima non verificata euomit, quæ ad clarificationem mentis meæ satis clarificata mihi sunt per fidem trium actuariorum fiscalium, quòd præsenti anno & præcedentibus elapsi fuerunt expositę diuersæ querelæ in eorum banchis de diuersis furtis commissis. in monasteriis sanctæ Mariæ de noua, & sanctæ Mariæ de Carmelo, & in lapide piscium, in quibus locis prædicta furta minima commisisse prædictus inquisitus attestatur: nec nominat, à quibus furto subtraxerit, cum illos non cognouerit: sicque aliter verificari nullatenus posset, nisi per ipsius confessionẽ, iuncta ipsius cõsuetudine furãdi, de qua satis adparet per bina furta in eius posse

reperta

reperta & confessa, & de quibus conuictus extitit,
3 cùm consuetudo * delinquendi inducatur per binum actum: glo. in c. ita nos. xxv. q. ij. Bald. in l. iij. C. de episco. aud. & consuluit Ange. in consi. xiiij. quæ omnia debent satis inclinare animum iudicis in sententiam magnæ curiæ comprobando. Nec obstare habet, quòd de dictis aliis furtis minimis
4 * aliter non constet, quàm per ipsius inquisiti confessionem: cum debeat ex iuris dispositione per prius de delicto constare, saltem per exploratores transmissos ad explorandum veritatem delicti: per l. j. §. item illud. & quod ibi not. Bar. & alij scrib. ff. ad Sylla. & per not. per Bal. in authen. sed nouo iure. C. de ser. fugi. versi. sed pone, quòd quis confitetur fecisse plura furta. & quòd aliàs sequeretur, quòd quis esset dominus membrorum suorum, intantum quòd absque eo, quòd deliquisset, posset facere se ad mortem condemnari: contra text. in l. liber homo. ff. ad legẽ Aquil. & l. non tantum. & l. si non defendatur. ff. de pœn. Et iden dicunt soli confessinni standum non esse. l. j. §. diuus. ff. de quæsti. l. inde Neratius. §. fin. cum l. seq. ff. ad le. Aquil. cum
5 simil. * debet enim confessio verisimilis esse, vt ex ea quis damnari possit: vt dicit Bald. in l. si quis in hoc genus. C. de episcop. & cleri. & vltra præmissa faciunt, quæ plenè scripsi in votis meis, seu rectius in consilius crimin. consilio. lx. incip. in causa nuntij de Montella. vbi ad saturitatem. Nam suprà obiectis respondetur pluribus modis. & in primis,
6 * quòd licet ad formandum inquisitionem debeat præcedere indicia. c. qualiter & quando. de accu. l. iustissimus. C. de offi. rec. pro. & not. Bart. in l. congruit. C. de offi. præsi. tamen hoc non habet locum, vbi proceditur contra sponte confessum: per text. in ca. j. de accus. in sexto. quia tunc absque probatione alia damnari potest, etiam si inordinatus esset processus. l. si confessus. cum ibi not. ff. de cust. reo. & not. in c. Pisanis. de restit. spol. & in clemen. constit. de elect. & not. Innocen. in d. c. qualiter &
7 quando. Et quòd sufficiat * probatio per solam confessionem absque eo, quòd reus conuincatur aliis probationibus testium, seu aliis argumentis, probatur in l. qui sententia. C. de pœn. l. inter pœnnas. in fin. ff. de interd. & rele. l. seruos. C. ad le. Iuli. de vi pub. l. si quis in hoc genus. C. de episc. & cler. ita est de mente doct. in l. ij. C. de custo. reo. & ibi clarè Bal. dicit, quòd sola confessio facta sine tormentis apud acta iudicij, sufficit ad condemnationem in causa criminali. Idem dicit in d. l. si quis in hoc genus. vbi loquitur in pœna capitali. & Bald. in addit. ad Spec. in titu. de confessione. versicu. an ex sola confessione. & sic etiam est de mente Spec. in tit. de accusa. §. j. versi. accusa. aut confes. & dicit glo. iuncto tex. in authen. de man. prin. §. fi. ver-
8 sic. inquisitione. * quòd in criminalibus facta confessinne rei, non sunt partes iudicis in cognoscendo, sed in condemnando. & faciunt bene not. per Bartol. in l. j. in fin. C. de custo. reo. & ideo consuluit Petr. de Anchar. in consi. xxij. quòd si per confessum delictum non est reuocata confessio, allegando quod ipsam fecerit metu tormentorum, stari debet confessioni præfatæ: quamuis aliter non verificetur, nec constet de delicto confesso, sed si ipsam omnino reuocaret, asserẽdo ipsam metu tormentorum fecisse, tũc conatus Ancha. per aliquas rationes parum vrgentes sustinere, quòd talis confessio absque aliis adminiculis, non sufficeret. & loquitur tamen secundum eum, in cõfessione non verisimili. sed in casu præmisso hîc Ioannes perseuerauit, nec aliter reuocauit: nec adparet confessionem non fuisse verisimilem, imò verisimilissimam, & demum suffultam fide tot actuariorum fiscalium, attestantium in scriptis ab anno citra recepisse in eorum bãchis diuersas querelas à multis querulantibus se fuisse disrobatos in platea lapidis piscium ac in monasteriis prædictis: in quibus locis Ioannes ipse multa furta minima commisisse asseruit, capiendo in turba gentium à marsupiis & sacculis diuersorum, quos non cognoscebat, diuersas pecuniarum quãtitates. Nec * suffragatur quòd 9
suprà dictum extitit, neminem esse dominum membrorum suorum. & ideo alio non aparente non debere ex sola eius confessione morti tradi. Nam illud procederet, vbi liqueret talem eius confessionem esse falsam: sed iura non præsumunt quempiam contra se ipsum velle falsum testimonium perhibere, sed potius pro se ipso: per text. in l. in omnibus. C. de testi. l. nullus. ff. eod. l. de ætate. §. j. ff. de inter. acti. Nec militat, quod dictum fuit, * so- 10
li confessioni nõ esse standum: per l. j. §. diuus. quia id intelligi debet de confessione facta in tormentis, ex quo illa sola non sufficit, nisi data perseuerantia, saltem quando legitimè tortus fuisset: vt ibi per glo. & Barto. & per Barto. in l. j in fin. ff. de cust. reo. & ita etiam procedit, quod habetur in l. j. §. si quis vltrò. ff. de quæsti. videlicet, quando sola confessio in tortura emanasset, vel quando de errore confessionis constaret, vel quando non esset verisimilis confessio: vt per Bald. in d. l. si quis in hoc genus. sed quòd * in dubio cõfessio facta per reum 11
in causa criminali præsumatur vera, & spontè facta, & ex conscientia perpetrati sceleris, cum nemo præsumatur ita fatuus, vt in se ipsum mentiatur, & sic cùm non adpareat aliquod probatum, per quod dici possit dictas confessiones non fuisse verisimiles, nõ videtur excusandus à pœna pronuntiata per magnam curiam, quæ potuit rationabiliter processisse ad ligandum ipsum in tortura, ad sciendum alia furta, de quibus indicia non extabant contra eundem inquisitum, vt s. in iure ostensum fuit. Nec habet in aliqun obstare id, quod magnificus aduocatus pauperum & carcerarorum dicebat: quæritans auxiliũ tibi impendere per consil. Cuma. xcv. Christophorus, &c. & per cõsil. Fulg. clvij. supposito stat. in quibus fures ob minorẽ ætatem à pœna mortis excusantur. allegando minorẽ
ætatem eiusdem inquisiti: de qua * eius pater & pa- 12
truus attestati sunt, licet diuersimode: quia patruus deposuit, quòd est annor. xvij. pater verò, quòd est s. xviij. annum. Sed quanta fides sit prædictis testibus adhibenda, ad euitandum supplicium & iniuriam filij & nepotis, animus cuiuslibet rectè iudicantis perpendere poterit, tum respectu maximæ affectionis paternæ, cũ pater diligat magis filium, quàm seipsum. l. isti quidem. & ibi gloss. quod me.
caus. & hinc est, quòd * ipse pro filio, & filius pro 13
ipso testificari non possunt. c. si testis iiij. quæst. iij. ita Ioan. Mona. in suo defensorio iuris, in rubric.

contra

contra testes. & est text. in l. parentes. C. de testi. Spec. in tit. de teste. §. j. tam si habeat eum in potestate, quàm si non. Ita dicit Alber. in suo tract. de test. dicens hanc esse communem doctor, sententiam: & hoc maximè ratione affectionis, quæ consideratur in teste. Et licet quum quæritur de ætate filij, admittantur parentes. per l. etiam. C. de proba. tamen circa ætatem filij non admittitur, nec pater nec mater: vt plenam fidem faciant: sed solùm vt faciant aliquam præsumptioné iudici. quod etiam videtur tenere gl. in d. l. etiam. ita dicit Ioan. And. in additio. Specu. in tit. de test. §. j. & subdit, quòd ista videtur communis sententia doct. & sequitur Alber. in tract. de test. Attamen est vlterius considerandú, quòd si hic filius, & nepos furcis suspen-
14 deretur iuxta senteutiam prolatam, maxima * iniuria afficerentur pater & patruus, cùm iniuria filij dicatur iniuria patris, & econtrà. l. j. §. & si forte. & §. vsque adeo. ff. de iniur. & l. sed si vnius. §. filiusfa. eod. titu. & §. patitur. institut. eod. titul. quod
15 etiam * comprobatur ex connexitate inter patrem & filium, qui censeotur vna & eadem persona: vt §. hac authoritate. xxxv. q. iij. & l. cùm scimus. C. de agr. & cens. lib. xj. nam iniuria vni de agnatione facta, toti agnationi facta censetur. l. j. & ibi Bald. C. de rap. virg. v. not. Barto. in l. lex Cornelia. ff. de iniur. & sic cum iniuria communis sit, satis dicitur verti de proprio interesse ipsorum patris & patrui testificantium, vt in specie consuluit Deci. in consilio cxxxiij. primo volu. Et ideo dum in casu præmisso aspectus corporis inquisiti maiorem ætatem
16 parenter inducat, talis enim * aspectus multum operatur in talibus, vt in l. minor xxv. annis. ff. de minor. ita dicit Albe. de Ros. in l. si minorem. C. de in integ. resti. & ideo idem Alber. post Guliel. & Pet. in l. de ætate. ff. de mino. dicit, quòd aut præsumptio est ex aspectu corporis maioris vel minoris ætatis, & tunc potest transferri onus probandi in eum, contra quem est præsumptio: vt quia ille, qui negatur esse maior, est barbatus, aut grandis, & durus, prout iste, ita quòd verisimile est quòd sit maior, & tales præsumptiones coadiuuantur ex indiciis, vt l. etiam. ff. de probat. & l. ij. ff. de excus. tuto.
17 & subdit, quòd in casu * dubio, quando ex aspectu non potest colligi, si sit maior vel minor, tunc oportet testibus probari: vt d. l. ij. Et ideò dixit idem Alber. in l. minor xxv. ann. adito prædicto. ff. de mi
18 nor. quòd * potest iudex ex aspectu pronuntiare circa ætatem, cùm eius arbitrio sit commissum in casu dubio, vt quando quis dicitur esse xiiij. annorum, sed est magnus, & videtur ex aspectu maior: nam hoc committitur iudici, vt per aspectum possit pronuntiare. & ita etiam intelligit ibi Iaco. de Are. & probat bene text. in l. minor xxv. annis ex aspectu. ff. de minor. quod est verum, etiam in ætate senili, vt dicit Barto. in l. ij. C. de mendi. vali. lib.
19 x. & potest etiam ex aspectu ætas * probari per testes, vt dicit Bart. in l. ij. §. sed si dubitetur. ff. quem. test. aper. & Pau. de Cast. in consi. cxxxviij. quod est verum de aspectu ab omnibus cognoscibili: alias à iudice, vel eis, quibus iudex cómiserit per aspectum, vt per Bart. in l. minor xxv. an. ex aspectu. & in l. de ætate. & io cons. suo in q. vertente inter dominum Simonem. Nec omittam coadiuuari probationem hanc ætatis per numerationem foeulariorum, factam per regiam cameram summariæ in processu productam, per quam liquere adparet ipsum inquisitum excedere xx. annum. Sicque decidendum arbitror iudicé pronuntiatum fuisse per magnam curiam vicariæ contra prædictum inquisitum.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteota si partem emphyteesis irrequisito domino alienauit, pro illa parte cadit à iure suo.*

2 *Vasallus alienans partem feudi, non debet priuari toto feudo, sed illa parte alienata duntaxat: & idem locum habet in concessione facta ab ecclesia.*

3 *Emphyteota alienans rem emphyteoticam saluo semper & reseruato iure domini seu assensu, & non aliter nec alio modo, virtute talis clausulæ non poterit suo iure priuari, licet possessionem tradiderit, nec incidit in commissum.*

4 *Nisi quando talis res alienata esset difficilis recuperationis, vt quia esset castrum alienatum & traditum.*

5 *Clausula, saluo iure, seu assensu domini: si tamen fuit processum ad traditionem, talia verba non releuant: quia videtur dominus contemni: sed si adiiciantur illa verba: videlicet, non aliter nec alio modo: quia tunc videtur nihil actum fore, non perdit alienans modo prædicto emphyteosim vel feudum.*

DECISIO XLIX.


Onasterium Sancti Ligorij de Neapol. dum in emphyteosim concesisset anuis elapsis quoddam territorium in mõtanea sancti Herami cuidam Petro, cum clausulis omnibus in similibus contractibus adponi consuetis. cuius territorij partem præfatus emphyteota alienauit in magnificú V. I. D. Paulum de Magnanis: egit super deuolutione, ex quo alienauit, & possessionem tradidit irrequisito monasterio. Contingit ergo dubitari super deuolutione præfata ex duobus. Et primò, si contingeret deuolui, an in totum vel in partem alienatam & traditam in territorium præfatum deuoluatur: & an clausula apposita in instrumento, quòd talis alienatio intelligatur facta reseruato semper consensu eiusdem monasterij, & non aliter, nec alio modo tueatur emphyteotam, vt ex causa traditæ possessionis, non veniat priuandus emphyteosi: & licet mei collegæ in eodem S. consilio diuersimodè inter se dissidissent, ego tamen dicebam quòd quando absque veri præiudicio dictum territorium esset de iure deuoluendum præfato monasterio, non posset in totum deuolui,
1 sed * pro illa parte alienata duntaxat, præmittédo argumentum validum de feudo ad emphyteosim, vt inquit Spe. in ti. de feu. §. quoniam. versi. xl. in si. vbi dicit, quòd feudum & emphyteosis sunt eiusdem naturæ & conditionis. & Bald. in c. quæ in ecclesiarum. de constitutio. dicit, quòd feudú & emphyteosis æquiparantur: & tenet Idem Bald. in l. liberti. C. de oper. liber. & idem Bal. in l. voluntas. C. de fideicom. & quòd non posset in totum deuolui, tenet

renet gl. io c.j.§.ſimiliter.quibus mo.feu. ami. vbi
2 * voluit.quòd vaſallus alienans partem feudi,non debet priuari toto feudo: ſed pro illa dūtaxat parte alienata: & iſta eſt communis concluſio, quam etiam ſequitur Bal.in c.j.de vaſal.qui contra cōſti. Lothar.& rectè intuenti idē dicit text.ibi, dum dicit.ſi totum,perdat totum:ſi partem, perdat partē. & eſt etiam tex.in l.j.§.illud.quæ fuit pri.cauſa benefi.amit.not.gl.in ca.j.§. callidis.verſi. amittat.de prohibi.feu.alie.per Fede.Aret.in conſi. xiiij. viſo. Cor.in conſi.lxviij.placet.in ſi.lib.ij. & etiā quamplures ſcribentes relati per Iaſo.in l.ij. de iure emphy.q.xiij.oum. 125. maximè conſiderata æquitate canonica,vt ibi per eum.Idem ſequitur Par.de pute.in ſuo tract.de feudis.in iiij.parte.§.reſtar tamē. Aluaro.in tit.quæ fu.pri.ca.benefi.amit. verſi.not. quòd vaſallus præpo.iu c.j.in prin.de alien. feu.& in tit.qualiter olim feu.alien.pote.& quod oo.Bal. in vaſal.in tit.ſi de feu. fue. contro. per illum text. poſt glo.quando vaſ.nega. par.feu.& conuincatur de mendacio. Idem nouiſsimè reperi conſuluiſſe Pariſi.nunc Card.dignißimum, in ſuo conſi.xiiij. num.xj.j.volu.cuius authoritas non modica eſt:& idem reperio tenere Raph. Cuman.in l. quidam iu iure.§.j.ff.de dou.vbi ſubdit ſe aliàs habuiſſe iſtam q.de facto, & quòd non reperit aliquem hoc tangentē in emphyteota, & quòd ipſe conſuluit,quòd non perderet ius ſuum in parte non alienata. per id quod habetur in d.c.j.de vaſal. qui contra cōſti. Lotha. feud. alie. vbi in feudo ita determinatur. & in c.imperialem.in §. callidis. in ver.amittant. per gl.de probi.feu.alie.per Fed.& ibi not.Bal. & idem conſulendo ſequitur Alexan.in conſi.xcix.v.volu. vbi ſubdit hoc ſaltem eſſe verum in conceſsione facta ab eccleſia,vt not.Bal.in c.j.§.ſi verò. in titu. qualiter olim feud. poter. alien. & per alia multa, quæ ipſe allegat. Sed quia in dicto cootractu alie-
3 nationis adeſt* clauſula illa, quòd ipſe emphyteota alienat ſaluo ſemper & reſeruato aſſenſu ipſius monaſterij,& nō aliter,nec alio modo,dico,quòd virtute talis clauſulæ non poterit emphyteota ſuo iure priuari, licet poſſeſsionem tradiderit, nec incidit in commiſſum. Ita ſatis egregiè diſputando firmat Felin.in c.quæ in eccleſiarum.extra de conſtit. in verbo ibi,quinta declaratio. vſq; ad ſextam declarationem. Secus enim foret, quando talis res alienata & tradita, eſſet difficilis recuperationis,
4 *vt quia eſſet caſtrum alienatum & traditū. Idem firmat Bal.poſt Ia.de Ardizo.in c.j.§.hoc quoque. de ſucce.feud.& dicit ita Bal. in facto conſuluiſſe: & ſequitur Aluaro.in c.j.in verſi.quęro quid ſi vaſal.de prohi.feu.alie.per Fede. Idem firmat in ſpecie Albe.in d.l.ſi.C.de iur.emphy .& ibi apertè dicit,uoo incidi in commiſſum,ſi in alienatioois cōtractu adſit clauſula, ſi conſenſus domini acceſſerit: & idem firmat Iaſ.in l.ij.de iure emphyt.& ibi formaliter dixit, ꝙ licet ſit dictū:ſaluo aſſenſu domini,ſi tamen fuit proceſſum ad traditionem: illa
5 * verba:ſaluo aſſeuſu domini,nō releuant. quia videtur dominus coutēnt: ſed ſi adiiciantur illa verba:videlicet,nō aliter nec alio modo,quia tunc ni hil videtur actū fore, nec perdet emphyteoſim vel feudum.& quòd ita tenet Bal in d.c.j.§.ſi.quæ fuit prima cauſa.benefi.amit. & tenuit etiam conſulen do Sozi.in cōſi.ij.& Abb.in c.ij.de feu.& in c.inſinuantes.extrà qui cleri. vel vouen. Bald. in ca.j.§. hoc quoque.de ſucce.feu.Ale.conſi.iij.in j.volum: tandem fuit per S. conſilium deciſum dictam partem terræ alienatam fuiſſe deuolutam, cùm tradita fuerit poſſeſsio: non obſtantibus proteſtationibus præfatis io inſtrumento contentis.

SVMMARIVM.

1 *Verba prolata: al deſpetto de Dio, an ſit blaſphemia. Bal.in ſuo conſi.ccclxxvij.iij.volum. tenuit quòd non.*
2 *Contumelia vel maledictio,non eſt blaſphemia.*
3 *Conſuetudo licet ſit praua, iniuſta & temeraria, tamen excuſat à pœna temporali.*
4 *Conſuetudo patriæ de non obſeruando iuramento, licet ſit praua & irrationabilis,tamen excuſat à pœna temporali,non autem à diuina.*
5 *Conſuetudo excuſat à pœna,non in iis, quæ ſunt de ſe mala.*
6 *Blaſphemia multis modis ſumitur & habetur.*
7 *Blaſphemia eſt omne maledictum de Deo, & de ſanctis.& nu.9.*
8 *Statutum licet non exprimat per quæ verba inducatur blaſphemia, tamen generalia verba ſtatuti loquentis de blaſphemante,intelligimus & interpretamur ſecundum ius commune.*
10 *Blaſphemare,& de Deo maledicere an idem ſit.*

DECISIO L.

MArcus Spatarius de Neap.dum rixaretur cum quodam ſuo vicioo aduerſario, prorupit in hæc verba, dicendo:al deſpetto de Dio te delibero ammazzare. Quo peruento ad notitiam magnæ curiæ vicariæ, ipſum Marcū blaſphemantem Omnipotentem Deum reputauit: & tandem datis ſibi defenſionibus, ſeruatis de iure ſeruandis,ad perforationem eius linguæ per diffinitiuam ſenteotiam condemnauit, pro obſeruantia conſtitutionis regni ſub rub. de blaſphemantibus.quæ licet blaſphemum Dei aut ſanctorum ad mutilationem linguæ condemnet: tamen ad perforationem duntaxat ſemper interpretata eſt,cum acu ferrea, ſeu clauo. & dum Marcus ipſe appellaſſet ab huiuſmodi ſentētia,appellauit ad S. Regium Conſilium,fuit hæſitatum in rota,ſi poſſet dici blaſphemia: magnificus relator cauſæ dominus Hector M. nutulus dicebat ſibi prima facie videri, quòd*eſſet blaſphemia , per conſilium Bald. cccclxxvij.in iij. volu. incipiens,ille qui dicit: dela neſia Dio,vel al deſpetto de Dio, an dicatur blaſphemare?& dicit videri dicendum,quòd ſic, per text. in authen.ne luxu.con.natu. & in c.j.extrà de maledi.tamen ipſe Bald. tenet contrarium: & hoc ex communi vſu loquendi, quia iſta ſunt verba iniurioſa & contumelioſa potius, quàm maledictio,ſiue blaſphemia.l. quotiens.§. ſi quis nomen. ſecundum intellectum Ruge.ff.de hæred.inſtit.non ergo * omnis cōtumelia eſt blaſphemia, vel maledictio: 2 maximè ſecundum vſum loquendi in infelici patria,in his ſermonibus ſceleratis. Ita formaliter cōcludit Bal.in præfato conſ. Alex.de Imo.in l.Item apud Labeonē.§.ait prætor.ver.item quæro vtrum

blaſphemare.propoſita q. præfata refert dictũ con
ſil.Bal.formaliter,& cum eo tranſit per eaſdem ra-
riones Bal. per ipſum relatas. Idem refert & ſequi-
tur Bal.Feli.in procem.decret. ſubdens dictũ con-
ſil.Bal.eſſe elegans. Idem ante eos tenuit Ang. in l.
his verbis.§.j.ff.de hære.inſtit.licet Ioã. de Imo.ibi
teneat contrarium , remouendo illam rationem
Bald.circa vſum regionis. Quia cùm ſit prauus &
deteſtabilis vſus, non eſt ſeruandus: per §. ad hoc.
cum gl.in authen.vt nulli iudi.Pro confirmatione
3 cuius opinionis* optimè facit,quòd conſuetudo,
licet ſit praua,iniuſta, & temeraria:tamen excuſat
à pœna temporali,prout tenet gl.not.in c.cùm ve-
nerabilis. quam ibi multum doct. extollunt. extrà
de conſue.Et Panor.ibi reputat eam multũ ſingul.
quamuis non excuſet à pœna diuina,vt dicit gl.in
c.denique iiij.diſt.per quas gl. conſuluit Roma.in
4 conſi.ccccl xvj. prima fronte. * quòd conſuetudo
patriæ de non obſeruando iuramento,licet ſit pra
ua,& irrationabilis,tamen excuſat à pœna tempo-
rali,non antẽ à diuina.Ita formaliter dicit Iaſ.in l.
ait prætor.in §.iurari.ff.de iureiur.ſubdẽs in ſpecie
hæc verba formalia. caue tamen in præfatis , quia
dicit Inn.in c.ſanè. de offi.ordi. quẽ ſequitur Bal.
in repe.l.de quibus.ff.de legi.quòd conſuetudo ex-
5 cuſat* à pœna in his,quæ non ſunt de ſe mala, pro-
ut eſt in propoſita blaſphemia , quæ tendit in con-
temptum Dei, & eſt contra ius gentium,& contra
ius diuinum. Idem refert & ſequitur Petr. Gir. de
petra ſancta in ſingu.ſuis ſingu. lxxxiij. incipiente:
tene menti duos modos:vbi concludit relatis prę-
fatis,quòd hoc ſibi plus placet,& quòd ita iudica-
ret contra iſtos blaſphematores , & ſubdit omnia
præfata eſſe bene notãda, & inſuper reperio quòd
Pe.de Vbal.de Peru.in quodam ſuo paruo cõſilio,
declarando quomodo ſumatur blaſphemia, dicit,
quòd quando ſtatutum non exprimit ſpecialiter,
6 per quæ verba inducatur blaſphemia,oportet * re-
currere ad ius commune,ſecundum quod blaſphe
mia ſumitur multis modis. Et primò , quãdo Deus
contemnitur.xxiij.q. v. cum apud. At in caſu no-
ſtro ſi dicẽdo,ad deſpectum Dei, incurratur ipſius
omnipotentis & miſericordioſi Dei contemptus,
& manifeſtus lippis & tonſoribus innoteſcit.Secũ
dò ,ſumitur pro maledictione , & à maledictione
puri eſſe debemus.xxiiij.q.iij.ſi igitur.per quẽ text.
conſtat,quòd blaſpemare & maledicere,ponuntur
pro eodem.Si ergo dicendo,ad deſpectum Dei,eſt
maledictum vel benedictum nemo eſt qui neſciat.
7 Et ideo eſt recurrendum * ad capitulum primum,
& ſecundũ.extrà de maledi. per quod omne male-
dictũ de Deo & de ſanctis,eſt blaſphemia.Ita con-
cludit præfatus Pe.de Peru. in præfato ſuo cõſilio,
prout etiam refert & ſequitur Catal. de bon com-
pagnis.de vixo,in ſuo tract.ſyndi.in verſi. lxxix.in
verb.adde quia ſtatuta cõmuniter. vbi ſubdit ꝙ ex
præfatis iuribus euidenter aparet,quòd malè dice-
re & blaſphemare, ſumuntur vniformiter:licet er-
go ſtatutum non exprimat,per quę verba blaſphe-
8 mia * inducatur: tamen generalia verba ſtatuti lo-
quentis de blaſphemante,intelligimus & interpre-
tamur ſecundum ius commune: vt dicit præfatus
d.Pe.de Peru.in pręfato ſuo conſi.& quòd talis eo
modo blaſphemans, omnino puniri debeat , tenet
Ang.in l.item.§.ſi quis pulſatus.ff. de iniu. & idem
tenet Ioan.de Imo.in l.his verbis.§. illa inſtitutio.
ff.de hær.inſti.& dicit Barto.in d.l.item apud.§.ait
prętor.ff.de iniu.quòd omne maledictum *de Deo 9
eſt blaſphemia.Refert idem & ſequitur Affl.in con
ſti.blaſphemantes. & idem vltimò reperio tenuiſſe
Soz.in ſuo conſi.cij.in præſenti cõſultatione. vbi
dicit , quòd omne maledictum verbum erga Deũ,
eſt blaſpemia:quia blaſphemare* & maledicere,er- 10
ga Deum idem ſunt:vt probat tex.in c.fin.extrà de
maledic.Barto.in l.item apud Labeonem.§.conui-
tium.ff.de iniur.& in conſilio ſuo, factum tale eſt,
quidam Pellinus.num.a74.& Fran.Tigri.magiſter
Bartoli, ſuper eodẽ facto conſulens in conſilio in-
cipiente:ſuper dicta quæſtione,qua quęritur.Idem
dicit,& ita cõſulendo tenet Sozi.in dicto ſuo con-
ſil.cij.in præfato.j.vol. vbi poſt multa, in finalibus
verbis concludit,quòd Bal. in illo ſuo cõſilio non
dixit verum,& quòd ipſe reperit,quòd Petrus fra-
ter Bal.tenuit in eodem facto contra Bal.Nec Bal.
in ſuo conſilio probat eius dictum , & ſecundum
opinionem præfatam nouiſsimè reperi fuiſſe deci-
ſum in S.Regio Conſilio Burdegalẽſi,per illuſtrem
Nicola. Boẽr. præſidentem dicti conſilij dignißi-
mum,in ſua deciſio.cccj.præſuppono quot modis.
in ij. volu. Ex quibus omnibus & eorum ſingulis,
dixi bene fuiſſe pronuntiatum per dictã magnam
curiam vicarię,& malè appellatũ per præfatũ Mar
cum. & ita executum fuit cõmuni voto S. Cõſilij.

SVMMARIVM.

1 *Immiſſus in poſſeſſionẽ etiam authoritate iudicis, regulariter non priuat poſſeſſorem poſſeſſione rei apprehenſa , etiã contra quem res apprehẽditur.*

2 *Sequeſter neceſſarius rei contentioſæ per iudicem appoſitus non poſſidet , nec ciuiliter nec naturaliter, ſed nihilominus prior poſſeſſor poſſidet. Quod procedit nedum in ſequeſtro prætorio, ſed etiam iudiciali miſſo irreuocabiliter ex cauſa iudicati, ſecundum rectiorum opinionem.*

3 *Per executionẽ ex cauſa iudicati nullũ ius fuit quæſitum obtinenti executionem niſi ſecuto appretio.*

4 *Dominium nec poſſeſſio non poteſt dici tranſlata ſeu tranſlatum in obtinentem executionem ante factum appretium.*

5 *Creditori ſecundo cõpetit ius offerendi primo creditori debitum ſibi competens.*

6 *Ius offerendi nedum competit ſecundo creditori contra primum creditorem , ſed etiam competit cuilibet poſſeſſori.*

7 *Ius offerendi competit etiam poſſeſſori iniuſto.*

DECISIO LI.



IOannes Iacobus de Ligorio immiſſus in poſſeſsione modiorum xxvj. terræ , vbi dicitur, li piani , virtute ſententiæ deuolutionis eiuſdem terræ contra Fabritium Saxum , & demum prætendens virtute executionis factæ ſuper aliis duobus modiis terræ præfatæ pro expenſis litis,ad quas condemnatus fuerat. Idem Fabritius, dum ſecundo loco ad inſtantiam magnifici Ioan. Anto. Grammatici fuiſſet executum ſimiliter virtute alterius ſententię deuolutionis ſuper aliis lvj. modiis , quæ remanſerant ex terra præfata , in qua

præfata duo modia executa inclusa erant: & præ-
cedente appretio per commissarium S. Cōsilij fuit
in possesionem immissus, præsente præfato Ioan.
Iac. principali ac teste instrumētario. Demum per
duos dies post immissionem præfatam citari fecit
eundem Fabritium condemnatum & executum, vt
s. super venditione dictorum duorum modiorum
terræ, nō citato aliter præfato magnifico Io. Anto
nio Grammatico, domino & possessore, quod ipse
ignorare non poterat, vt s. & demū in interposito
decreto de vendēdo similiter ipso solum Fabritio
intimato: & non ipso possessore: vltimò venditio-
ne facta & peruenta iam ad notitiam ipsius Grāma
tici cōparuit, vt secūdus creditor offerendo expen
sas præfatas soluere. hæsitatur an posit ad dictā o-
blationē admitti, stante etiam nullitate venditionis
præfatę. & ratio dubitādi aderat, cùm ipse Ligorius
fuerit prior in tēpore executionis, ergo potior in
iure. Quod nihil obstare adparet: nā ipse Ligorius
licet obtinuisset exequi super dictis duobus mo-
diis terræ pro expensis, nō tamen fuerat immissus
in possessionē ipsorum: & sic nullū ius adparet si-
1 bi quæsitum super ipsis: quod probo. Nam * etiam
immissus in possessionem autoritate iudicis, regu-
lariter non priuat possessorē pussessione rei appre-
hensæ, etiam contra quem res apprehenditur: vt est
tex. in l. iij. §. fin. & in l. si quis ante. versi. denique. ff.
de acqui. pos. l. cum legato. ff. quib. ex cau. in pos. ca.
l. missio. ff. pro empto. l. ij. in princ. ff. pro hæred. l. is
cui. in prin. ff. vt in poss. leg. j. §. quæsitū. ff. quorum
2 lega. l. si dno. §. creditores. ff. vti possi de. Ita * quòd
sequester necessarius rei cōtentiosæ per iudicē ad-
positus, non possederat nec ciuiliter nec naturali-
ter, sed nihilominus prior possessor possidet: per
tex. vbi Bartol. & omnes. in l. interesse. ff. de acqui.
posses. quod quidem procedit nedum in sequestro
prætorio, sed etiam iudiciali misso irreuocabiliter
ex causa iudicati, secūdum rectiorem opinionem:
per tex. in l. iij. C. qui potior. in pign. habe. Ita vo-
luerunt Raph. Alexā. & Ias. & ferè omnes, in l. à di-
uo Pio. §. si super rebus. ff. de re iudi. Fran. de Aret.
in l. vnica. q. ij. in fin. de prohibi. sequestra. pecu. Et
ideo non suffragatur Ligorio allegare, quod ipse
obtinuerat per prius exequi super dictis duobus
modis terræ pro expensis præfatis sibi debitis: quia
3 per executionem præfatam * nullū ius fuit sibi quæ
situm super terra præfata: prout in particulari in
propriis terminis ex præmissis iuribus decidit Ca
rol. Molēd. doctor Gallicus, super consuetudi. Pa-
risi. in versicu. quæro tertiò, an per hanc manus in-
iectionē dominus efficiatur feudi possessor & dic
quòd nō: & ita in terminis reperio iureconsultum
decidisse in l. non est mirum. ff. de pign. actio. quem
tex. non vidit Carol. Molendi. quia si vidisset, alle-
gasset, tāquam in particulari decidente. q. Item &
ex alio nullum ius adparet competere eidem Ligo
rio ex ipsa executione non securo per prius appre-
4 tio, ex quo * antefactum appretium rei executæ nō
potest dici translatum dominium nec possessio in
ipsum: vt dicit Bar. in l. Iulia. ff. de condi. indebi. &
in l. Pomponius. §. si iussu. ff. de acquir. poss. & in l.
exceptio. ff. de excep. rei iudi. & in l. ordo. ff. de exe-
cutio. rei iudi. iuncta l. iij. C. de iur. do. imper. Et sic
cùm præfatus Io. Anto. Grāmaticus sit in casu prę-
misso secūdus creditor, habet * & sibi competit ius 5
offerendi debitū primo creditori: & sic eidem Li-
gorio pro dicta terra executa, vt est text. in l. j. & ij.
C. si antiquior credi. sicut etiam & quilibet * posses 6
sor ius offerendi habet: vt dicit Areti. in §. si quis
in fraudem. instit. de actio. & est decisio orig. Spec.
in tit. de oblig. & solu. §. j. versic. item quid si mihi.
vbi subdit, quòd etiam habet locum post sententiā
vsquequo suscipiat iudiciū in actione reali. & est
bonus tex. in l. Paulus. §. qui pignus. ff. quib. mo. pi-
gno. vel hypo. sol. & quòd cuilibet possessori com-
petat ius offerendi: vltra l. Paulus. præallegatam, est
tex. in l. mulier. eo. titu. & in l. Sempronius. §. j. eod.
titu. & in tantum est hoc verum, * quòd etiam pos- 7
sessori iniusto competit ius offerendi: vt dicit glo.
in d. l. mulier. quam ibi sequuntur Bar. Salic. & cæ-
teri communiter. & ita fuisse iudicatum in S. Re-
gio cōsilio refert Affli. in sua decisio cclix. incipiē
te: fuit decisum. Et sic fuit decisum per S. Regium
Consiliū, quòd facta iterum executione ad instan-
tiam ipsius Ligorij aduersus præfatū Io. Baptistam
pro dictis ducatis xiij. Io. Antonius ipse non mo-
lestetur in dicta sua possessione.

SVMMARIVM.

1 *Minor si non soluit censum rei emphyteoticæ quam tenet, res illa deuoluitur ad dominum directum: potest tamen petere restitutionem in integrum. & nume. 2.*

3 *Stipulatio quando incipit à defuncto, committitur mora propter non factum, tunc minor vtitur iure suo. & nu. 4.*

5 *Minor conuentus etiam ex contractu paterno aduersus moram contractam per ipsum, restituitur ex iusta ignorantia: ob quam etiam maiores ex generali clausula restitui consueuerunt: tum maximè, quando conuentus est hæres, & sic ex iusta causa ignorantiæ, ex clausula generali restituitur: & nu. 6.*

7 *Caducitas est inducta in odium eius, qui debito tempore non soluit.*

8 *Ignorās non videtur habere facultatem se offerēdi.*

9 *Vasallus licet, si non petierit inuestituram infrà annum & diem, cadat, tamen si ignorauerit, excusabitur: cum illud tempus ignorāti non currat.*

10 *Detentus in carcere, & sic canonem soluere impeditus propter carcerationem, excusabitur à caducitate.*

Idem erit in quolibet legitimè impedito, ibidem.

DECISIO LII.



IVlius vice domini antiquus procurator Neapolitanus, dum consequi prætenderet annuum canonem, redditum siue censum multorum annorum à suo emphyteota, pro domo in emphyteosim concessa, eundem traxit in causam in sacro Regio consilio super deuolutione domus præfatæ, ob non solutionem tot annorum. Pro parte emphyteotæ offerebatur solutio, quamprimùm sibi constitit ad eam teneri: verùm quia obstante in integrum restitutione petita per ipsum tāquam minorem, & etiam hæredem eius cui emphyteosis concessa fuerat, minimè de deuolutione prætensa

tractari posse. Et relata causa ipsa in sacro cõsilio,
dicebam prout in propriis terminis videtur deci-
disse Bal. in l. fin. circa finem. C. si aduer. vend. pign.
1 vbi formaliter * dixit, propter censum non solu-
tum per minorẽ, emphyteosis redit ad dominum:
sed si minor vult petere restitutionẽ in integrum,
nunquid possit? & videtur dicendum quòd non:
2 quia iste * contractus cœpit à maiore, & commit-
titur propter non fieri. Contrarium tamen est ve-
rum: vt not. in l. ij. in fi. C. de iure emphyt. idem vo-
luit Salic. in l. si tutoris. iuncta glo. C. de administr.
tut. & consuluit plenè Franc. Cur. sen. in consi. lix.
super præmissa dubitatione. Alex. in l. si filiusfami.
§. sed si in hac. ff. de verbo. oblig. Nec obstare pote-
rit, quòd mora in non soluendo contracta fuit in
3 vita patris, cui emphyteosis * concessa fuerat: quo
casu nõ videtur esse in consideratione persona ma
ioris priuilegiati: prout decidit Iuriscon. in l. apud
Iulianum. ff. ex quib. cau. in poss. eatur. Et idem de-
cidit Imperator in l. ij. C. si aduer. vend. pig. Ex quo
quando stipulatio incipit à defuncto, committi-
4 tur * propter non factum, tunc minor vtitur iure
suo: vt firmat Bar. in l. cùm filius. §. in hac. ff. de ver-
5 bor. obliga. Nam huic respondetur, quòd * minor
conuentus etiá ex contractu paterno aduersus mo
ram contractã per ipsum, restituitur ex iusta igno-
rantia, ob quam etiam maiores ex generali clausu-
la restitui consueuerunt. Ita firmant doct. commu-
niter in l. ij. post gloss. C. de iure emphyt. vbi plenè
Ias. ita concludit post relatas omnium opiniones,
approbata originali opi. Spec. in tit. de loc. §. nunc
aliqua. xv. & xvj. q. Pau. de Castr. post Bald. in d. l. ij.
C. si aduer. vend. pig. & sequitur Rom. in l. Impera-
tores. in fi. ff. de publ. & in particulari Bart. in d. §.
in hac. vbi considerat, quòd postquam pater deces-
sit, facto minoris, & ex eius non solutione, extunc
tenetur ad interesse, nimirũ si restituatur. & idem
considerauit Iureconsul. in l. Aemilius. ff. de minor.
6 nam si ibi vsucapio sit contra * defunctum inchoa-
ta, & cum minore completa, nihilominus dabitur
restitutio: tum maximè, quia conuentus ipse est hę
res: & sic ex iusta causa ignorantiæ ex clausula ge-
nerali restituitur: vt per totum titulum, ex quibus
cau. maior. Ita Barto. in d. §. in hac. & in d. l. Aemi-
lius. ff. de minor. quod etiam secutus fuit Sozin. in
d. §. in hac. & Alex. in l. si ex legati causa. ff. de verb.
obliga. non enim poterat hæres conuentus, & mi-
nor diuinare de debito: & ita in propriis terminis
has duas limit. nos docet Ioã. fra. Balbus in suo co-
pioso tracta. de præscript. versi. xxiij. casus. versicu.
j. cum seq. & istam esse communem opin. refert Ia-
so. in d. l. ij. nu. cxlviij. C. de iure emphyt. & in d. §.
7 in hac. vbi multa in hac materia. Et * optimè suffra-
gatur, quia cùm caducitas sit introducta in odium
eius, qui debito tempore non soluit: per tex. in l ij.
C. de iure emphy. ibi: sed vltrò sese offerre, & spon-
tanea voluntate. non videtur posse afficere eum,
8 qui ignorabat se * teneri ad soluendum, cùm igno-
rans non videatur habere facultatem se offerendi:
argu. l. annus. ff. de calum. per quem tex. ita consu-
9 luit Ancha. consi. clxxiiij. domi. Lazarus. quòd * li-
cet vasallus si non petierit inuestituram infra an-
num & diem, cadat in caducitatem: tamen si igno-
rauit, excusabitur, si non petiit: cùm illud tempus
ignoranti non currat. & idem consuluit Paul. de
de Castr. in consi. cccxj. circa id, quod primo. in fi.
primo volumin. idem tenet Abb. in consil. iij. nitar
in præsenti causa. ij. volumi. & idem secutus est in
specie ita consulendo præclarus doctor Maria. So-
zin. iunior in consil. lxxj. libr. j. & dirigat dominus
verba mea. & ibi subdit satis not. quòd dum tex. in
c. potuit. de loca. in versic. cessando. cùm ibi tex. im
ponat pœnam caducitatis emphyteotæ cessanti,
debet intelligi de cessatione. quæ est culpabilis,
dum est in mora soluendi. Pro quo videtur. tex. in
l. is, cui. §. cessaro. ff. vt in poss. leg. & ibi per illum
tex. dicit pulchrè Bald. in consil. clxxij. duplex est
cessationis species. in quarta parte. ponens pro re-
gula, quòd in materia pœnali nunquam dicitur
cessatum, nisi culpabiliter cessetur. & subdit etiam
benefacere, quod signanter dixit Anto. de Butr. in
c. significante. iiij. not. extrà, de pigno. dum * dixit, 10
quòd detentus in carceribus, & sic impeditus ca-
nonem soluere, excusari debet à caducitate, prout
not. refert & sequitur Ias. in l. ij. C. de iure emphy-
teu. versicu. xxj. quæro. & idem esse in quolibet le-
gitimè impedito, tenet Philip. Deci. in consi. cxxx-
viij. vt diligenter pro tenui. Et ita fuit per S. Re-
gium consilium in fauorem prædicti minoris iu-
dicatum: absoluendo prædictum minorem à ca-
ducitate prætensa, ex præmissis iuribus. Ex quibus
ductus ita votaui: & cæteri regij consiliarij mei
collegæ in eandem sententiam concurrerunt, vnà
cum magnifico causæ relatore & commissario.

SVMMARIVM.

1 *Accusatus licet possit aduersarium suum reaccu-
sare de pari vel maiori crimine, dummodo ipsum
crimen sit præiudiciale primo crimini: tamen
huic iuri communi fuit in regno derogatum per
ritum magnæ curiæ vicariæ.*

DECISIO LIII.


Vm magnificus Leonetta Mazacha-
nus de Diano porrexisset querelam
in magna curia vicariæ contra ma-
gnificam Ioannellam Agnetem de
Neapol. de vi publica, quòd armata
manu trasmiserat copiam hominum armatorum
ad ipsam turbandam in pacifica eius possessione
seu quasi, etiam iurisdictionis vasallorum ipsius
Leonettæ, & contra prædicta magnifica Ioannella
die sequenti dum consimilem querelam exposuis-
set aduersus præfatum Leonettam super addendo,
quòd quamplures eius vasallos de facto cepit, li-
gauit, & carcerauit cum maximo impetu, & more
hostili vsurpando eius iurisdictionem ad modum
guerræ: & citato præfato Leonetta ad informan-
dum curiam virtute informationis captæ con-
tra eundem de præmissis & aliis præcedentibus
excessibus, fuit per eundem obiectum minimè
procedi posse in querela ipsa secundo loco exposi-
ta contra ipsum, obstante ritu, de eo, qui prius cu-
riam adiuit: cùm ipse die præcedenti porrexerat
querelam contra eandem Ioannellam: Fisco regio
instante, & asserente verum esse, non posse procedi
ad que

ad querelam præfatæ Ioannellæ obstante ritu : sed bene procedi debere ex officio : & sic introducta causa per remedium appellationis à magna curia procedente contra ipsum Leonettam, Dicebam,
5 quòd licet aliàs* de iure communi accusatus possit aduersarium suum reaccusare de pari vel de maiori crimine, maximè dum ipsum crimen sit præiudiciale primo crimini, & tunc absque dubio potest: vt in l. præses. ff. ad legem Flauiam de plagia. & in l. quoniam Alexandrum. ff. de adulter. & plenè prosequitur Petr. de bella perti. in suis quæstionib. in q. cxliiij. sub rubric. qui accusare non possunt. super l. prima. pro euidentia totius. sed ante eum idem tenuit Specul. in tit. de ordi. cognitio. §. porro. & bene sequitur Alex. post Bart. in l. is qui reus. de public. iudi. & Barto. in l. ij. §. j. de adulter. & ibi etiam Alexan. & idem plenè firmat Præposi. Card. Alexandrinus, in cap. deneganda. iij. q. xj. Reperio demum fuisse huic iuri communi innouatum, imò derogatũ per ritus magnæ curiæ vicariæ, ac etiam per capitula regni : quibus sancitum est, quòd qui prius curiam adiuit, non poterit ipsa accusatione pendente de aliquo crimine maiori vel minori reaccusari, vel denuntiari : præstita tamen fideiussoria cautione; quòd finita causa suæ querelæ stabit iuri, & respondebit querelæ contra ipsum expositæ. Ita disponit ritus magnæ curiæ sub rubr. de eo, qui prius curiam adiuit: & incipit, Item seruat ipsa curia. & idem voluit alius ritus magnæ curię, incipiens, Item si quis vel si qua accusauerit. vbi magis se extendit, dicẽs, quòd durante dicta prima actione seu denuntia, tam ipse accusans, quam eius pater, mater, filij, fratres, & sorores, nepotes, & neptes ipsius, accusari nec denunciari possint per dictam personam primò accusatam vel denũtiatam: nisi eademmet die accusauerit: & nisi ex nouo delicto. Idem etiam adparet decisum per capitulum regni, quod est in vltimo folio rituum, quod incipit: Ioanna, &c. Regenti curiam vicariæ, &c. legis latoris est proprium, &c. vbi plus se extendit, quòd pendente prima accusatione seu denuntia, non potest accusatus seu eius coniunx, liberi, parẽtes, aut fratres insimul habitantes, de crimine priuato vel publico, quantuocunque maiori, prima denunciatione pendente, accusatorem, eius vxorem, liberos, parentes, fratres, in eadem tamen habitatione manentes, per quamuis viam in iudicium euocare, vel aliter denuntiationis subintrare certamẽ, pręstita tamen fideiussoria cautione de stando iuri, prima denuntiatione vel accusatione finita. Et idẽ satis clarè adparet dispositum per capitulũ regni, iniunxit nobis. circa fin. vbi subdit formaliter : In præmissis omnibus reseruamus nobis potestatem addendi, diminuendi, corrigendi, prout & quando videbitur nobis expedire. Nec videtur posse locum sibi vendicare, quod magnificus Fisci patronus dixit, quòd licet ad querelam patris procedi non possit. in secunda querela, nisi prima finita: poterit tamen ad fisci instãtiam seu ex officio procedi: nam eo casu fieret fraus tot ritibus & capitulis, quæ nobis inseruirent de vento. Quia semper fiscus id allegare posset esse procedendum ex officio : & sic nunquam esset locus dictorum rituum seu capitulorum. Quod dicendum non est, tum maximè, quia ipsorum verba videntur expressè excludere huiusmodi fisci intentionem, seu intentum : dum disponunt nullatenus procedendum in secunda querela obstante pendentia primæ. Et maximè ibi, dum dicitur, per quamuis viam. Dicebam tamen, quòd si ex eodem fonte procederet secunda querela cum prima, quòd procedi posset super vtraque. Et potest poni exemplum in eo, qui accusat aliquem de periurio, virtute vnius instrumẽti: & accusatus virtute eiusdem instrumenti accusat accusatorem de periurio, & sic ex eodem fonte: nam eo casu procedetur super vtraque accusatione. Et ita fuit iudicatum in causa inter Paulum de Batiis aliàs Trancina: & Frãciscum baronum eius cognatum, super quibusdam capitulis inter eos initis. Quod satis poterit adparere per informationem captam, si ex eodem fonte procedit: qua visa prouideri poterit.

SVMMARIVM.

1 *A potestate patria semel liberatus, in eiusdem patris potestatem honeste reuerti non potest.*

2 *Obligatio semel extincta, in perpetuum reuiuisci non potest.*

3 *Filiam à patria potestate liberari, fauorabile est.*

4 *Filia de iure communi, licet maritetur, tamen remanet in potestate patris, nec transit in potestatem mariti : sed socia est mariti, ita quòd non reincidit in patris potestatem. & nu. 5.*

6 *Filia licet sit maritata, & demum vidua: non ex hoc potest dici exempta à patris potestate, & numero 7.*

8 *Filia à nexu paterno contra patris voluntatem exuinon potest.*

Dos filiæ, soluto matrimonio, iure patriæ potestatis ad patrem redire debet: licet eam diminuere non possit. ibidem.

9 *Filia dum euadit vidua, reincidit in patris potestatem.*

10 *Filius liberatus à patria potestate propter patris monachationem: si tamen restituatur ad seculum authoritate summi Pontificis, reincidit in pristinam potestatem.*

11 *Feudataria mortuo viro antequã attingat quintumdecimum annum, reincidit in potestatem eiusdem Balij, in qua per prius fuerat.*

12 *Defenditur Neapodanus ab erronea offensione Afflicti.*

DECISIO LIIII.



Obilis Portia filia magnifici V.I.D. domini Leonis Follerij, defuncto Ioan. Loisio Scagliono eius viro, recusat redire ad cohabitandum cum præfato eius patre, tanquam ab eius potestate egressa: cùm semel liberatus* à patria po- 1
testate, in eiusdem patris potestatem honestè reuerti non posit, per text. in l. qui liberatus. ff. de adoptio. super quo dixit glo. & Bal. quòd liberatus in pristinum statum redire in perpetuum non potest: & ex dispositione consuetudinis Neapolitanæ æquiparatur, quando filia sit emancipata à patre,

vel maritata Cùm æquiparatorum eadē sit ratio,
per iura vulgata: vt adparet per dictam consuetu-
dinem.sed si mulier.& videtur à simili confirmari.
2 Quia obligatio* semel extincta, in perpetuum re-
uiuisci non potest.l.qui res.§.aream.ff. de solutio.
& pro hoc videtur facere tex.in l. & seruorum. §.
ingenui.in fi.ff.de statu homi.vbi filius,licet in ser
uitute conceptus fuerit, si medio tempore mater
eius libera fuerit,& demum in seruitutem redacta
peperit, filius tamen ingenuus iudicatur, ex quo
sufficit medio tempore illo matrem liberam fuis-
se.& idem dicit tex.in §.sed & si quis.institu.de in-
gen. vnde idem & pariformiter dicendum erit in
filia: quæ ex dispositione consuetudinis Neapoli-
tanæ est sui iuris effecta libera.Ita firmat glo. in §.
generaliter.in versi.præstat.in authen.constit. quæ
de dignit.& tenet Ioan.de Pla.in l.sancimus.C.de
3 consuli.& nnn sparg.lib. xij. Cùm fauorabile * sit
filiam à patria potestate liberari. §. generaliter. in
authentic.quibus mod.natu.effic.sui.& §.fi. instit.
quibus modis ius patri.pote. sol. Et sic cùm semel
fuerit libera, ita pro libera semper haberi debet:
argu.l.partum.C.de rei vendica. maximè. cùm vi-
dua dicatur durare in matrimonio:per text.in l.fi.
C.de bon.mater.& consuluit Alex.consil.cxxxiij.
iiij.vol. & indifferenter iura appellant ipsam vxo-
rem.l.si quis rei.§.idem Iulianus.cum gloss. parua.
ff.de libe.lega.cum simil.& priuilegia cnncessa mu
lieri maritatæ,trāseunt in vidnam.l.filiis.§. viduā.
vbi Bar.ad municip.l.fœminæ.ff.de senato.& not.
docto. in c.ex parte. de foro comp. Nec militaret,
quod diceretur de patre dante filium in adoptio-
nem auo materno. & sic exit à patris potestate:
quòd si manumittatur ab ipso auo,reincidet in po
testatem patris:iuxta tex.in l.penul.§.si verò.C. de
adoptio.& in l.fi.C.de senten.pasis. Nam respon-
deri potest,quòd ibi nunqnam filius sui iuris fuit:
sed de potestate sui proprij parentis transit in ado
ptiuum:sed hic filia maritata, est sui iuris: ergo ex
istis diuersis non fit illatio. l. Papinianus exuli. ff.
de minor.l.fi.de calumnia.& dicit tex.in l.fi. C. de
senten. pass. quòd qui per depnrtationem desierit
habere filios in potestate,si fuerit restitutus, recu-
perat patriam potestatem. Et dicit Neapod. quia
resoluta potestate viri per eius mortem, nullum
eius retinetur vestigium:argum.tex.in l.omni.ff.de
adoptio.& in l.cùm loca.C. de relig. & sum.fune.
Quod hic cessare adparet, cum hic nulla interue-
nerit restitutio, & vidua dicatur esse in matrimo-
nio,vt suprà:& sic perseuerat causa priuilegij.Nec
videtur omnino verum, filiam ideo liberari à pa-
tria potestate,ex quo transit in potestatem mariti:
4 quia de iure communi licet maritetur,tamen* re-
manet in potestate patris.l.si vxor. vbi gloss. C. de
conditio.inser.l.j.C.de bonis,quæ libe.& declarat
Alex.in d.consi.cxxxiij. Nec transit in potestatem
mariti:sed socia est mariti:vt est tex.in l.j.ff.rerum
amo.& l.aduersus.C.de crimi.expila.hære.sed opi-
nio Neapod. procederet, vbi viueretur iure Lon-
5 gobardo, * vt in Longobar. qualiter muli.ali.per-
mi.l.j.& declarat Albericus de Rosa.in l. diuortij.
C.rerum amota. & ita quòd non reincidat in pa-
tris potestatem,concludit Affli.in constitu.prose-
quentes.versic. pridie fui interrogatus. sub rubri-
ca.de pugn.sub la.& nihilominus præmissis cessan-
tibus adhuc dicitur, quòd cùm Portia ipsa vult
cum eius nobili socru degere,non potest cogi ad
morandum cum patre: per dispositionem consue-
tudinis Neapolitanæ, si quis habet. cum duabus a-
liis consuet.sequen. sub titulo de alimen. præstan.
In quibus cauetur,quòd si filij nolunt,vel non pos
sunt morari cum patre, quòd poterūt seorsum ab
ipso habitare, & ab eo alimenta sibi præstari pete-
re:imò eo casu cogendus est pater restituere dotes
maternas: vel si mater viuit, cogitur pater de suo
alimētare extra domum: & istud procedit nedum
in masculis, sed etiam in fœminis, vt adparet ex
text.consuetudinis præfatæ:sequitur si quis habet.
versiculo cuiuscunque sexus.& ibi Neapod. decla
rat, dicens in hoc versari officium iudicis, ne filia
alatur cum personis suspectis,cum quibus possint
considerari insidiæ.& sic dicit,quòd per consuetu
dinem permittitur, quòd possit seorsum à patre
habitare: non tamen ipsa debet habere locum in-
conuenientem in hoc:& si esset disceptatio, iudex
debet eligere. In contrarium verò adducebatur,
quòd imò Portia ipsa de iure communi sit in po-
testate patris sui:& * licet fuerit maritata, non ex 6
hoc dici potest exēpta à patris potestate. l. si vxor,
C.de conditi.inser.l.filiæ.C.de collatio.l. si vt pro-
ponis.C. de nupt. Cùm ergo nupta fuerit Auersæ,
& ducta ad domicilium Auersanum eius * virum, 7
sequitur forum viri: & iura quæ obseruantur in
persona viri,obseruabuntur quoque in vxore ipsa,
etiam si vidua foret:vt l.exigere dotem.in princ.ff.
de iudic.& l. filij. §. viduæ. ff. ad municipa. l. cùm
quædam puella. ff. de iurisdicti.omn. iudic.in quo
foro Auersano viget ius commune, ex cuius di-
spositinne filia semper fuit, & est in patris pote-
state: & sic sequitur, quòd etiam ipsa inuita duci
potest, vt cum eius patre degat, ac moram trahat:
& prodita sunt remedia de iure Quiritū.l. prima.
§.per hanc.ff.de rei vendi.§.præiudiciales.institut.
de action. & sic filia ipsa à * nexu paternn contra 8
patris voluntatem eximi non pnteſt.§.fina.institu.
quibus modis ius patriæ pote. solui. & iure patriæ
potestatis soluto matrimonio dos ad patrem redi-
re debet:licet eam diminuere non possit.authent.
sed quamuis.C. de rei vxor. action. Item licet ex
consuetudine Neapolitana*filia maritata sui iuris 9
fiat: vt in consuetud. sed si mulier. tamen cùm fue-
rit causa vidua, reincidit in patris potestatem, vt
decidit Neapnd.in ipsa consuetudine, in versicul.
nuptiæ.Afflict.in constitut.prosequentes.versicul.
pridie fui interrogatus, & idem tenet Mansuet. in
sua praxi, in titulo de dote & matrimonio. & Ti-
raquellus in tracta. de legi. connubialib. versicu-
lo sed & illud quoque.& hæc vltima seruatur vbi-
que.& sequitur illustrissim.Nicol.Boër.præsidens
Consilij Burdegalensis in decisio. dicti sacri Con-
silij. numero cxcvij. & pariter alia quæstione in
prima parte. Et licet Afflict.& verè inaduerten-
ter Neapod. obiurgauerit, dicendo quòd ex di-
spositione ipsius consuetudinis maritata sui iuris
euadit, ex quo considerauit, quia nubendo filia
transiret in aliquam viri potestatem: & sic no-
luit ipsam remanere in potestate patris: nam dicit
ipse, quòd consuetudo facit ipsam sui iuris: ergo
per

perpetnò debet esse sui iuris.l. qui liberatus. suprà
allegata pro contraria parte. Non ergo transit in
potestatem viri:nam, cum reuerentia,ipse non be-
ne percepit intentum Neapodani, nec consuetu-
dinis: non enim dixit Neapodanus simpliciter,
quòd filia nubendn transit in potestatem viri: sed
addit, in aliqua: nam cnnsuetudo eximit ipsam
tantum à nexu paterno: non tamen corrigit ius
commnne,qno ad potestatem viri; quæ est aliqua,
videlicet, quo ad debitum carnis, quo ad operas
obsequiales: vt est glossa in §.si quis.ff. de oper. li-
berto.& §.j.institut.ad Tertul.& dicta l.si vxor. &
optimè declarat Alexander in consilio cxxxiij.iiij.
volumi. & ideo bene dixit Neapodanus quòd nu-
bendn transit filia in aliquam viri potestatem. &
ideo noluit consuetudo, qnòd patri subesset. Et
tamen dato absque viri præiudicio, qnòd in præ-
senti casu filia nubendo sit effecta sui iuris: tamen
dnm euasit vidua, reincidit in patris potestatem:
quia negari non potest, quin filia non sit sui inris
patris voluntate, vel fit per emancipationem: sed
ob causam nuptiarum virtute consuetudinis: &
ideo cessante cansa nuptiarum, cessat effectus sui
iuris. Omnis enim prouisio ob cansam, cessante
causa extinguitnr: quia quando cansa est momen-
tanea, & effectus habet tractum successiuum, ces-
sante causa,cessat ille effectus de fnturo, sed non
pro præterito:& pro præterito actus fuit consum-
matus. Ita dixit Baldus post Petrum in l.generali-
ter.C.de episcopis & clericis.per l.fin.ff. vnde lib.
Nam ex lege xij.tabularum, agnato defertur tute-
la:si tamen cessat agnatio, etiam tutela cessabit.
l.tutelas.ff.de cap.dimi.Nam mométo tutela agna-
to defertur: & sic causa est momentanea: sed effe-
ctus tutelæ habet tractum successinnm:quia durat
durante pupillari ætate: sed cessat agnatio per ca-
pitis diminntioné, ille effectus tntelæ quo ad præ-
teritum valuit: & non cessat, cùm sit status perfe-
ctus & consummatus. Sed pro futuro cessat, quia
non est amplius tutor. Sic ergo in præsenti dicen-
dum, quòd filia nnbendo momento fiat sui iuris:
sed ille effectus sui iuris causatus à nuptiis, habet
tractum successiuum durantibus nuptiis seu ma-
trimonio. Si ergo cessat matrimonium, cessat ef-
fectus sui iuris.Similiter in nepote ab auo adopta-
tn: qui ob causam adoptionis liberatur à patria
potestate: sed cessante adoptinne per mortem aui,
reincidit in potestatem eiusdem patris.l. penn. §.si
verò pater.C.de adoptio. Similiter in locis sacris
desinétibus esse sacra per nccupationem hostium:
qnibus cessantibns ad sacrum reuertnntur. l.cum
loco.ff.de religion. Similiter in filio liberato à pa-
tria potestate propter patris deportationem ipso
patre restituto, reincidit in patris potestatem: &
sic cessante deportatinne, cessat effectus liberatio-
nis à patria potestate. dicta l.finali. C. de sentent.
pass. Similiter in furioso exempto à cnratoris po-
testate propter sanam mentem superuenientem:
qua cessante reincidit in eiusdem cnratoris pote-
statem.l.j.cnm aliis.C.de curatione furio. Et idem
in matre suorum filiorum tutrice priuata tutela
propter transitum ad secunda vota, si demum vi-
dua euaserit, tutelam ipsam filiorum recnperat, si
res integra est; vt tenet Speculator in titulo de tu-
toribus.§.nunc dicendum. versicul. quid si mater.
Similiter in filio liberato propter patris monacha
tionem, si tamen restituitur * ad seculum autho- 10
ritate summi Pontificis, reincidit in pristinam
potestatem, vt idem Speculator firmat in titulo
de statu monach.versiculo xiij.quæritur. Idem in
feudataria, quæ mortuo viro antequam attingat
quintumdecimum annum, reincidit * in potesta- 11
tem eiusdem Balij, vt determinat Andræ. de Iser.
in constitutione minorum iura.circa finem. Et sic
cùm non fuerit vera & simplex liberatio filiæ nb
nuptui traditinnem, sicut quando fit per emanci-
patinnem de vnluntate vtriusque, quia tunc est
perpetua liberatio, de qua loquitur dicta l. qui li-
beratus.secundum Neapodanum in dicta consue-
tudine.& hoc etiam videtur sentire glo. in dicta l.
qui liberatus.dum dicit not. quòd aliquo mutato
in perpetuum,ad pristinnm statum redire non de-
bet.& sic intelligit dicta l.in liberatione perpetua,
vera, & simplici, & non ob causam.& facit: quia
illud verbum, liberatus. intelligitur in potiori si-
gnificatu. l.j.§.j.ff. si ager vectig. & sic iuridicè &
* perfectè locutns est Neapodanus,& non prout 12
dicebat Afflic.& erroneè,cum reuerentia.& idem
in propriis terminis tenuit Cassan. in consue.Bur-
gun.num.23.Quibus ruminatis per sacrnm Consi-
lium, cùm etiam ex his pateat solutio adductis in
contrarium pro alia parte, vt suprà, habita quo-
que ratione minoris ætatis ipsius Portiæ,ex cuius
facilitate subducta ad donandum ducatos mille
de suis dotibus suæ filiæ infantulæ nondum ætatis
trium aut quatuor mensium, fuit compulsa, vt re-
diret ad domum præfati magnifici Leonis eius pa-
tris ad morandum cum ipso. & ita executum fuit
& decisum per sacrum Consilium.

SVMMARIVM.

1 *Testatoris voluntas non semper est seruanda. & in specie circa pupillorum educationem interdum à testatoris voluntate receditur.*

2 *Iudex vnà cum coniunctis potest à testatoris voluntate recedere, vbi expediri videbitur commodè pupillum morari posse.*

3 *Iudex qui subintrat in locum patris pupillæ, non debet permittere, nisi quod pupillæ expediat.*

4 *Mater licet sit debitrix pupillo, non prohibetur admitti ad eius tutelam: cùm naturæ amor plus circa filios faciat absque suspicione.*

5 *Liberos à parentibus, sorores à fratribus, vxores à maritis separari, quis ferat?*

DECISIO LV.

N causa educationis magnificæ Catha-
rinellæ del Vento pupillæ, existẽtis in
posse magnificæ Corneliæ Manfredæ,
vt penes eandem sibi auiam maternam
educaretur. Insurgit dubium ex testamentn pater-
no, quo mandatur & disponitur, vt penes auiã præ-
fatã minimè educari debeat: cuius testatoris dispo
sitio pro lege seruãda est, vt in §.j.inst.de her.&fal.
in auť.de nu.§.disponat. Tamẽ ex quo in facto præ-

ſupponitur, quòd opera ac inſidiis nouercæ ipſius
pupillæ pater ipſe decedens, ad ita diſponendum
inductus fuerit: & ideo huiuſmodi teſtatoris diſ-
poſitionem minimè locum habere poſſe, cum non
ſit aſſentiendum parentibus, iniuriam aduerſus li-
beros ſuos teſtamento inducentibus, quòd ple-
runque faciunt maligni contra ſanguinem ſuum,
inferentes iudicium nouercalibus delinimentis,
inſtigationibúſue corrupti. Ita decidit textus in
l.non eſt cnoſentiendum.ff.de inofficio.teſtament.
1 & in * eſt ex iuris diſpoſitione ſanctiſsimè proui-
ſum, non ſemper teſtatoris voluntatem ſeruan-
dam eſſe. & in ſpecie circa pupillorum educatio-
nem interdum à teſtatoris volũtate receditur; per
textum in l.quintus.§.fin.ff.de ann.legat. & melius
in l.j.ff. vbi pupill.educa. deb. & in l.quidem.ff. de
adminiſtratio.tuto. & in l.vtilitatem.ff. de confir-
mar.tuto. Ex quibus iuribus apertè concluditur
ad omnem ſuſpicionem auferẽdam, vt partus abſ-
que ſuſpicione vitæ & honoris alatur, poſsint iu-
dices vnà cum coniunctis à teſtatoris voluntate
2 recedere. & ita etiam per * optima iura conſulen-
do contra teſtatoris voluntatem, vbi expediri vi-
debitur pupillum commodè morari poſſe: tenet
Pariſi.nunc Card. digniſsimus in ſuo conſil. ſvj.in
primo vol.& quatenus petitum ſit de voluntate ip-
ſius pupillæ explorandum, conſideranda videtur
ætas pupillaris, quæ deliberationem minimè habe-
re poteſt. Item aduertendum eſt ad amplum patri-
monium ipſius pupillæ, quæ ſi vellet eidem nuptui
tradi, id eſt, ei, ad inſtantiam cuius petitur explora-
3 tio, iudex * qui in locum patris ſubintrat, id per-
mittete non debet: vt bene aduertit Bart. in d.xvj.
quæſtio. tum maximè, quia vertente longa diſcuſ-
ſione inter proximiores ipſius pupillæ, & eius tu-
tores, fuit pupilla ipſa præfatæ magnificæ Cathari-
nellæ ad educandum tradita: iuxta text.in l.j.C.de
nup.per quem dixit idem Barto. in xvj.q.officium
iudicis ceſſare, ſtante concordia tutorum & con-
iunctorum, maximè ſubſecuto in hoc decreto re-
giæ Prouincialis audientiæ: & ſi id factum hucuſ-
que minimè fuiſſet, iterum & de nouo fieri debe-
ret: iuxta tex.in l.fin.ff.quod metus cau. Præſertim
cum nemini magis, quàm matri & auiæ tam tute-
la, quàm pupilli educatio deferenda ſit: vt dicit
textus in l.j.& fi.C.vbi pupil.educa. debe.cùm nul
lus amor vincat paternum amorem: per tex. in l.fi.
4 de cur.fur.in tãtum, quòd * licet aliàs debitor non
poſsit eſſe tutor pupilli: tamen mater licet ſit debi-
trix pupillo, non prohibetur admitti ad tutelam
ipſius filij pupilli: cum naturæ amor plus circa fi-
lios faciat abſque ſuſpicione: per text. in auth.vt ſi
probi.mater debi.& cred.tute.mi.gere. & dicit ibi
glo. not.mirabile, quòd ineptum eſt regulam non
fallere, ſi æquitas videatur: & optimè ſuffragatur
text.in auth.matri & auiæ.C.quando muli.tut.off.
fungi poteſt.dum dicitur permiſſum matri & auiæ,
cum ordine tutelam ſubire, etiã ante agnatos, con-
currente maximè optima fama præfatæ auiæ, ac
omni ſpe ſuccedendi pupillæ remota: ſtantibus
ſubſtitutis in eodem teſtamento paterno: prout
plenè hæc & alia congerit Baldus in ſuo conſilio
cccl xvij.in v.vol. Concurrente inſuper longa edu-
catione & mora eiuſdem pupillæ penes auiam præ-
fatam, quo caſu perquam durum videtur eandem
à præfata auia * ſeparari: quod à iure prohibitum 5
eſt, vt in l.poſſeſsionum.C.commu.vtri. iudic.ibi,
quis enim ferat liberos à parentibus, ſorores à fra-
tribus, vxores à maritis ſeparari? & idem conſi-
derat Iureconſultus, in textu iuxta gloſſ. in libero-
rum.ff.de verbo.ſignifica.& in l.abdicatio.C.de pa
tria poteſta. & in l.j.§.ſin autem.de libe.exhib. Et
ſic fuit votatum eſſe aſsignandam prædictæ auiæ,
& taliter executum fuit.

SVMMARIVM.

1 *Licet ſocius in latrocinio velut in crimine exceptua-
to faciat indicium ad torturam contra ſocium no-
minatum per ipſum: id tamen non ita indiſtin-
ctè eſt verum, ſed concurrentibus aliis: & ſic ſi
alia præcedunt indicia.*
2 *Inculpatio ſocij criminis, in caſu, in quo poteſt de ſo-
cio interrogari, non probat abſque aliis indiciis
ad effectum, vt poſſit torqueri ex illa inculpa-
tione.*
3 *Confeſſio inquiſiti dolore tormentorum extorta, ſi
tamen per probationes ad defenſam eludatur, non
erit ſufficiens ad condemnandum.*
4 *Teſtes ſuper negatiua, licet in dubio ſint ſuſpecti de
falſo. tamen vbi eſt coartata loco & tempore, ceſ-
ſat ſuſpicio præfata.*
Negatiuam modus probandi. ibidem.
5 *Confeſſio extorta per torturam, non præcedentibus
indiciis, niſi ex dicto ſocij præſenti criminis, licet
perſeuerata & ratificata: tamen nunquam in-
quiſitus ex tali confeſſione damnari poterit.*
6 *Morbus Gallicus debilitat & nunquam conua-
leſcit ille, qui ipſum habuit.*
7 *Argumentum à communiter accidentibus in iure li-
citum eſt: & non à raro contingentibus.*
8 *Veriſimiles ſunt ſermones, qui concordantur rebus
ſenſatis.*
9 *Teſtium depoſitiones ſicut ampliantur in crimi-
nalibus pro defenſione inquiſitorum: ſic & teſtes
contrarij ſunt adſtringendi, & multum repro-
bandi, niſi eſſent omni exceptione maiores: & in
multis eos iura reprobant. & nu. 10.*
11 *Exculpationi ſocij criminis credendum eſt, maximè
ad parente cauſa exculpationis per eundem ex-
preſſa.*
12 *Aſſerens in articulo mortis quem mentiri, diceret
contra veriſimile: contra quod quis veniens, non
debet audiri.*
13 *Sanctus Io. Bapt. non eſt omnis moriens.*
14 *Nemo præſumitur immemor ſalutis æternæ.*
15 *Morti proximus, in eo quod agit, potius arguit de-
ſiderium ſalutis, quàm fraudem: de qua in extre-
mis laborantes non videntur cogitare, ſed ſolùm
ſalutem.*
16 *Teſtes, qui aliàs non admitterentur, admitti de-
bent omnes indiſtinctè pro abſolutione reorum:
quia adeo fauorabiles ſunt.*
17 *Delictũ ſemper excuſatur in dubio: & ſemper præ-
ſumitur pro eo, quod delictum excuſat.*
18 *Defenſiones inquiſiti vbi reddunt dubiam probatio-
nem fiſci, iudicis motus in criminalibus debet ſe
inclinare in mitiorem partem.*

Probat

19 *Probationes dubiæ ad mortem inferendam non sufficiunt, vbi de vita hominis agitur: sed debent esse luce meridiana clariores.*

20 *Contra iudices anhelantes ad condemnationem inuehitur, credentes vilescere in conspectu hominum, quum absoluunt.*

21 *Pœna vltimi supplicy imponi non potest, vbi ex præsumptionibus etiam violentis quis damnatur.*

22 *Pœna mortis naturalis dum imponitur pro aliquo delicto: tamen vbi non est liquidò probatum, iudex pœnam minuit.*

DECISIO LVI.



Ndræas Bessa de Neapoli, inquisitus de Furto de nocte cōmisso cum aliis, ducatorum xij & vnius gonnellæ, ac aliorum bonorum in massaria Antonij de Guido, deponit Iacobus Sciocconus socius criminis in tortura & extra, in eodem furto cum præfato Andræa interfuisse: verùm quòd Andræas & alij ascenderunt dumum superiorem: & demum descenderunt cum rebus disrobatis ante ostium domus, in quo Iacobus ipse & alij expectabant, & quòd ex dictis ducatis xij. vnusquisque ex sociis sortitus est carlenos vij. aut viij. Andræas autem, licet semper negasset, tandem in turtura diu alciatus existens, ipsiúsque impatiens, maximè præ dolore morbi gallici, quo diu vexatus extiterat, fassus est se furto præfato interfuisse: verum depunit quòd Iacobus asceudit domum superiorem, & demum ipsum vocauit, & quòd fracto scrinio bona exinde vnà cū dicta pecunia ceperunt: quæ diuisa inter eos obuenerunt in eius portionem duo scuti, seu xxv. carleni. Quòd videtur à verisimili distare, cum Hippolyta principalis disrobata asserat, quòd erant circa viginti armati: & sic non poterat in eius portionem tanta quantitas contingere. Item Hippolyta ipsa subdit, quòd erant xv. scuti cum octo carlenis, in quodam nasitergio, supra quandam sediam: & pariter deponit Catba tiuella eius filia: verùm subdit, quòd erant xxiiij. ducati, & quòd subripuerunt gonnellam præfatam ducatorum xiiij. Item disrobatæ præfatæ deponunt furtum præfatum fuisse commissum bora, Aue Maria, & sic xxiiij. hora diei. Prædicti autem fures, vnus ipsorum dicit bora quarta seu quiuta uoctis: alter verò depouit hora quinta noctis. & sic in multis circunstantiis coutratij & diuersi adparent, nedum prætensi fures, sed etiam principales. Item inquiritur Andræas ipse de furto à vado de pecora ducatorū cc. vel circa, & saioni de velluto: Iacobus deponit Andræam tenere intelligentiam de recessu Marci Antonij Romam versus, quem disrobauerunt: Andræas autem deponit, quòd Iacobus sibi dixerat quendam nobilem recessurum à Neapol. Romam, quem disrobare poterát: & sic dicit Iacobus, quòd expectantibus ipsum in loco furti sotto Beluedere alla calata, superuenerunt duo equestres, quos aggresi fuerunt & disrobauerunt. Audræas autem deponit, quòd fuerunt quatuor pedestres & quinque equestres, à quibus eripuerunt ducatos duecentos existentes intus valisiā: & subdit Iacobus vnicuique ipsorum obuenisse in portionem ducatos xl. Andræas autem depouit ducatns viginri duntaxat: & tamen nec vnum, nec aliud verisimile adparet, cum asseuerit interfuisse circa xij. socios in furto præfato: & sic longè minus contigerat vnicuique ipsorum. ex qua coutrarietate & diuersitate inter eos, resultat quòd nihil probatum videri adparet: quia vt etiam trium latronum dicto credatur, iuxta teuurem capitulorum Regni, necesse est omnes concordari in circunstantiis, & sie adinuicem conformari: aliàs non probarent: & licet ex depositione duorum latronum in entum dicto conformium, consueuerit interdum magna curia ex quadam potius vsurpatione, quàm de iure torquere: attamen in casu, de quo quæritur, extat solus vnus socius criminis: qui * licet in latrocinio, r velut in crimine exceptuato, faciat indicium ad torturam contra socium nominatū per ipsum: attamen id nun sic simpliciter & indistinctè intelligitur: sed concurrentibus aliis. & sic si alia præcedant iudicia, vt dicit Ang. in tract. malefi. in verb. fama publica præcedente. versi. decimò quæro, an inculpatio. Idem post Gabrielem de Osole. tenet Alb. de Ros. in l. fin. ff. de quæstio. & sequitur Aug. Arim. in additio. ad Ang. in d. verb. fama publ. versicu. quæro an particeps. Idem tenuit consulendo Alex. in consilio lxxxiij. in iij. volu. an assertio. licet ante eum idem tenuerit Guido de Suza in suo tractatu de torm. versi. quid de quæstione occurrente: Gand. in tract. malefi. in rub. de quæst. & torm. versic. restat formare. & sequitur Ludo. Bologn. in additio. ad Guid. de Suza, in d. tract. de torm. & quòd * omnino inculpatio soeij criminis in casu, de a quo potest de soeio interrogari, non probet absq; aliis indiciis, ad effectum, vt possit ex illa inculpatione ad torturam deueniri coutra ipsum inculpatum, repetio idem consuluisse Bald. in suo consilio ccccxxix. in tertio vol. an mandatarius. & plenius per Bertran. eximium doct. Gallicum, in suo consil. cclix. in j. vol. & in consi. cclxviij. in ij. volu. & vlt. Idem consuluit Marsi. in suo consi. xv. & in consil. lxxiiij. in causa Hieronymi. & in consilio xxiiij. visis igitur. & in sua repet. l. fi. ff. de probatio. vbi subdit esse teueudum menti, & quòd nunquā obliuiscatur, quia est verbum honoris & vtilitatis plenum. & tenet idem Marsi. in suo singu. ccix. socius: vbi plenè. & sic uullo alio existēte indicio seu præsumptinne aliqua, quæ concurrat cum inculpatione præfata contra præfatum Andræam, non poterat Andręas ipse torturę subiici ex dicto ipsius prętensi socij, concurrente maximè diuersitate, contrarietate, & difformitate inter ipsos: ac etiā inter ipsos, & querulantes principales: ob quod nedum ex processu ipso informatiuo, verùm etiam ex ordinario processu torqueri nō potuisset, nullis existentibus indiciis. Suffragatur insuper, quia licet per testes fisci asseratur Gonnellā repertam in posse Gabrielæ cognatæ præfati Andr. esse illā, quæ subtracta fuit eidē Hippolytæ & Catharinellæ, & quæ erat pretij ducatorū xiiij. attamen per maiorem numerum testium probatum est Gonnellā ipsam esse præfatæ Gabrielæ & Vincentij eius viri, & per ipsos emptam à magistro Leonardo Salomone per annum ferè, antequā ipsa Gonnella Catharinellæ fuisset

fuisset furto subtracta. Quòd etiam vltra testes liquidò constat per obligationem penes acta curiæ baiulorum in processu productam, in qua præfati coniuges constituunt se debitores longe ante furtum præfatum eidem magistro Leonardo in carlenis xxv.ex resto pretij ipsius inet Gonnellæ Leonati reuectati, veluti coloris Leonati, emptæ per ipsos côiuges à præfato Leonardo pro ducatis quinque: & sic non fuerat illa subtracta: quæ erat pretij ducatorum xiiij. vt mater & filia suprà testantur. Circa furtum ducatorum ducentorum vel circa. liquet per octo testes de negatiua coartata loco & tempore: quia dum prætenditur per fiscum die prima Maij, hora xiiij. furtum præfatũ fuisse commissum sotto bel vedere ala calata verso vado de pecore. Attamen plenè demonstratum fuit per depositionẽ octo testium, ꝙ à prima hora diei, præfato primo die Maij Andræas ipse semper stetit absens à dictis partibus in massaria Illustrissimæ Ducissæ summæ, ad præparandum & aptandum arborem Maij cum rosis & floribus, cum qua venit cum nonnullis iuuenibus associatus, pulsando le sampogne sempre, vt consueuit vsque ad ciuitatem Neapolita. in qua continuatis hortis deguit vsque ad vicesimamprimam horam eiusdem diei, & ab inde minimè recedere potuisset, quin visus non fuisset ab iisdem secum semper stantibus: & ideo
3 quatenus confessio * eiusdem Andrææ emanata per tormenta adpareret sufficiens ad ipsum condemnandum, si tamen elisa est per probationes præfatas ad defensam ipsius Andrææ, non poterit condemnari: prout in particulari consuluit Alexander in suo consilio v. in primo volumine. dum consuluit in fauorem cuiusdam Valerij inquisiti de furto de nocte commisso, vt asserebatur in villa Maledi: in qua per tres testes probauit eadem nocte ibi non stetisse: sed in ciuitate Vincentiæ, distante per xij. miliaria à villa Maledi: adeo, quòd minimè potuisset eadem nocte petiisse ex Vincentia Maledum, & ibi eadem nocte furtum commisisse, & redisse Vincentiam: & sic doctum videtur de errore confessionis ipsius Andrææ, & quòd dolore tormentorum extorta fuerit, & non quòd vera fuerit. l. optimam. C. de contrah. & commi. stipu. §. item verborum. insti. de inuti. stipu. in c. ex tenore. extrà. de testib. & sic cum probata fuerit ne-
4 gatiua per octo * testes & coartata, non solum per tres, prout in casu consilij Alex. præallega. licet in dubio testes deponentes super negatiua sint suspecti de falso: vt dicit Ang. & post ipsum Alex. in l. j. §. docere. in fin. ff. ne quis eum, qui in ius. vt sic præsumatur contra testes instruentes negatiuam: tamen quando est coartata loco & tempore, cessat suspicio: maximè dum probatur quòd non potuisset eo tempore Andræas ipse abesse à dictis restibus, quòd ipsi non vidissent perche andaua sempre sonando con le sampogne auante. Et ita negatiua probatur, vt dicit pulchrè Bal. in l. actor. C. de proba. & ibidem Ang. & consuluit Alex. consil. xlij. in iiij. vol. & in l. j. ff. si cer. per. gl. in l. j. ff. de iti. actúq; pri. & iste est modus probandi negatiuam coartatam, dum probatum fuit, quòd eodem tempore non poterat Andræas in loco furti adfuisse, dum sisteret in massaria Ducissæ summæ aptando arborem Maij: & sic in alio loco. Ita Bartolus in dicta l. actor. Ioan. Andr. in c. bonæ. el primo. de electión. Idem Bart. in l. Pantonius. §. perduellionis. post gl. ff. de acqui. hæred. glo. in auth. de hære. & falcid. §. si verò absunt. versiculo, vidisse. & ibi not. Angelus, Cyn. & Bald. in dicta l. actor. vnde cum confessio ipsa non præcedentibus * indiciis legitimis, imò 5
nec aliquibus indiciis emanauerit, nisi ex solo socio prætenso criminis, licet perseuerata fuerit & ratificata ex postfacto extra torturam, tamen nunquam ex tali confessione damnari poterit. l. maritus. secundum vnam lectu. gloss. approbatam. ff. de quæstion. quam sequitur Gandi. in tracta. malefi. in materia tormentorum. in rub. incip. quia nunquid confessus in tormentis. Angel. & Paul. de Castr. in l. qui in aliena. §. Celsus. ff. de acquir. hæred. Pert. de Ancha. in clem. j. de homic. Sali. in l. ij. ff. de custod. reor. Barto. in suo tractatu de quæst. Petrus de Ancha. in consilio xxij. visa inquisitione. & Alex. plenè consulendo in suo cõsilio xciij. in causa inquisitionis formatæ. in primo volum. & in consi. v. eo. volum. Suffragatur insuper sibi probatio infirmitatis morbi gallici, quem habuit, ob quod debilitatus, non poterat perseuerare nec constans esse in tortura, cum * morbus ipse debiliter, & nun- 6
quam conualescit ille, qui ipsum habuit authoritate sacræ paginæ Deutero. xxviij. capitulo. ibi, dum dominus omnipotens dixit: Percutiam vos de vulnere, de quo percussi Ægyptum. incipiendo ab extrema parte corporis, scabie & pruritie, quæ sanari non potest. & dicit ibi gl. Nicolai de Lyra, quòd euenit pruritus multus, & demum fiunt vlcera in extremis corporis. Quo verò ad duos testes custodes animalium, deponentes vidisse die, quo dicebatur commissum furtum, præfatos Iacobum & Andræam peregrè cum balisia per locum illum, in quo dicebatur furtum commissum: & eisdem restibus dixisse, si interrogarentur ab aliquo, vt non reuelarent ipsos illac pertransisse: nam licet fuisset petitum & instatum testes ipsos penitus incognitos exhiberi, ad effectum eosdem cognoscendi & repulsandi, quod minimè factum extitit: imò ralis instantia dicitur ab actis delera, nec apparet; attamen rectè intuenti satis liquebit in nihilum præfatas testium depositiones eidem Andrææ obesse, tanquam omnino inuerisimiles: nam si furtum fuerat commissum de mane, hora decimaquarta ad quid voluissent fures, qui ipsum perpetrauerant, eodem die per idem iter pergere: si ex præmissis verbis ipsorum, vt ipsi duo testes deponunt, deprehendebatur ipsos timere, ne furtum detegererur in eos? Ideo non videtur verisimile, quòd illac iterum pertransire voluissent: & quòd inuerisimilius est cum balisia, in qua pecunia furto furto subtracta recondita fuerat: qua mediante clarius furtum clarificeret: maximè, cùm potuisset balisia ipsa inuoluta sub chlamyde secretò deferri, ex quo bona subtracta consueuerunt fures (vt à cõmuniter accidẽtibus cõtingit) in penetralibus & latebris occultis intercelare, nõ autem in publicum* deferre, vt cognoscantur, & furta detegantur: quod argumẽtum à communiter accidentibus licitum est in iure, & non à rarò cõtingentibus, vt in l. certi condictio. §. si numos. ff. si cert. 7
peta.

peta.l.palam.ff.de ritu nup.Et ideo ſuccedit veriſi-
8 miles eſſe ſermones, ſe * concordantes rebus ſen-
ſatis, ſecundum Philoſophum. & ideo iudex non
veriſimili non debet idem adhibere, vt pulchrè
conſuluit Petrus de Ancha. in conſilio cclvij.ex-
tra ordinem contractuum. & ideo dixit Baldus in
l.fina. in fin. C. de eden. quòd probatio debet eſſe
veriſimilis, aliàs ei ſtandum non eſt, cum diſtans
à veriſimili, ſit quædam falſitatis imago, vt dixit
Baldus in rubr.C. de probationibus.in l.j. iiij.col.
C. de ſeru.fugit. Alexander in conſil.xxvij.in cauſa
& lite vertente.ij.volu.& in conſilio cxviij. in iiij.
volum.& ſequitur Andr.Barb.in cap.ſignificante.
de pignorib. & nihilominus ceſſaoribus indiciis,
& data confeſsione extorta per tormenta, licet
millies ratificata fuiſſet, poſſe eidem Andrææ ob-
eſſe concedẽdum non eſt:cum ſatis leue indicium
ex præmiſsis duobus teſtibus vilibus & cuſtodi-
bus porcorum, vt ex eorum depoſitionibus liquet,
9 inferri poteſt: ex * quo, ſicut amplíantur depoſi-
tiones quoruncunq; teſtium in criminalibus pro
defenſione inquiſitorum & reorum, vt pulchrè di-
cit Iaſ.in l.non ſolum.§.ſciendum.ff.de noui oper.
nuntia.& in l.vt vim.ff.de iuſtitia & iure. ſic à con
10 trario ſenſu, teſtes * & eorum depoſitiones con-
tra reos, ſunt aſtringendi, & multum reprobandi,
niſi eſſent omni exceptione maiores: & in multis
eos reprobant iura. Ita pulchrè & formaliter con-
ſulendo voluit Caſſand. doctor authoritatis non
modicæ, & qui quamplures codices & diuerſa iu-
ris volumina & magnæ quippe doctrinæ copioſiſ-
ſimè edidit:in ſuo conſilio lviij.licet pro parte diſ-
creti. Nec omittendum cenſeo, quòd præfatus
Iacobus, qui Andrææm ipſum inculpando in eius
ſocium nominauit, condẽnatus ad mortem, prout
iam furcis ſuſpenſus extitit, volens abſque onere
conſcientiæ ab hoc ſeculo pertranſire, tam ante
condemnationem, ſciens ſe omnino moriturum,
pro iuſtitiæ executione; ac etiam tempore, quo
ad vltimum ſupplicium ducebatur, publicè ac
pluries declarauit, & confeſſus fuit: quòd licet
ipſe culpabilis, & reus iudicij in furtis præfatis
fuiſſet: attamen Andrææs ipſe innocens fuerat,
& quòd minimè in illis interuenit, ſed ob priua-
tum odium & inimicitiam: quod & quam verſus
ipſum Andrææm gerebat, ex multis iam in proceſ-
ſu demum probatis, eundem inculpauit: cui ex-
culpationi omnino credendum eſt, maximè adpa-
11 rente cauſa * inculpationis per ipſum expreſſa, vt
in ſpecie decidit Andrææs de Iſern.in conſtitutio-
ne Regni, damna clandeſtina. & idem tenet Mar-
ſil.licet de Andrææ non meminerit, in ſua practi-
ca criminali, in §.reſtat. maximè, cum de proxi-
mo moriturus non præſumatur mentiri, exiſtens
& videns ſe maximè in inſtanti mortis periculo,
adeo quòd ipſam euadere nullatenus poteſt: &
12 * intantum quòd aſſerens quem conſtitutum in
mortis articulo mentiri, diceret contra veriſimi-
le: contra quod veniens, non debet audiri: vt di-
cit Petrus de Ancha. in conſilio clvij. incipiente:
viſa facti narratione. Nec obſtat dicere, quòd fiſ-
13 cus aſſerit, * quòd non omnis moriens, eſt ſan-
ctus Ioannes Baptiſta: prout dicit Baldus in titu-
lo, de pace Conſtantiæ. in verbo: vaſalli. nam ex
hoc non tollitur, quin maior pars migrantium ex
hoc ſeculo, non nitatur mori abſque onere con-
ſcientiæ: maximè, cum conſtitutus prope mor-
tem, mentiri non præſumatur: vt dicit Baldus in
ſuo conſilio xxv. caſus ſuper quo. ij.colum. primo
volum.* cum nemo immemor ſalutis æternæ præ- 14
ſumi debeat.l.fina. C. ad l.Iul.repetun. c.ſancimus.
j.quæſtione vij.maximè, dum laborat in extremis,
quo caſu mentiri non præſumitur. Idem reperio
conſuluiſſe eundem Marſil. in ſuo conſilio cix.nu.
30.& 35.nam proximus morti, in eo quod agit, po-
tius arguit deſideriũ ſalutis, quàm fraudem, quam
fiſcus * præſumit: de qua in extremis laborantes, 15
non videntur cogitare, ſed ſolum ſalutem, vt di-
cit Felynus in cap.in præſentia.de probat. quod ſe-
quitur Deci.ibi.verſic. quid autem. refert etiam &
ſequitur conſulendo Pariſi.nunc Cardin. digniſsi-
mus in ſuo conſilio xiiij in primo volu.nume.15.&
16.quam exculpationem ſatis veridicam affirmare
non dubito ob cauſam inimicitiæ expreſſam per
ipſum, & iam verificatam: quod ſatis conſiderat
& ſequitur Marſi. ac amplectitur in dicta ſua pra-
ctica criminali. in §.reſtat. in vltim. verb.ibi dum
conſiderat, ſi pro exculpatione præfata concurrit
aliquod indicium, quòd ita fuerit. Et ſuffragatur,
quòd etiam in furto gonnellæ & ducatorum xij.&
aliarum rerum verificat Andrææs ipſe, tota ea no-
cte, qua commiſſum fuit dictum furtum, ab vlti-
ma hora diei, ſemper ſtetiſſe in eius domo, & nun-
quam ea nocte ab ea exiuiſſe, & quòd non potuiſ-
ſet exire, quin viſus & auditus fuiſſet, & licet id,
id eſt, negatiua præfata, probetur per eius fratrem,
ac etiam eius cognatam: attamẽ abſolutiones reo-
rum ſunt ita fauorabiles, quòd pro eis * admit- 16
tuntur, & admitti debent teſtes, qui aliàs non ad-
mitterentur. & taliter, quòd omnes indiſtinctè te-
ſtes admittuntur pro abſolutione reorum, in cri-
minalibus: vt per infinita comprobat Iaſ. in præ-
fata l.non ſolum.in §.ſciendum.de verbo.obligat.
& in l.vt vim.ſuprà allegata.& in l.non hoc. C.vn-
de legiti. quoniam in dubio * præſumitur ſemper 17
pro eo, quod delictum excuſat.l.merito.ff. pro ſoc.
Alexand.in conſilio lxx.j.volu.& Iaſ.in l.in illa. la
prima.tertia fallen.ff.de verb.obli. & in d.§. ſcien-
dum.& in l.j.C.de ſeru.fugit.in pœnis enim, beni-
gnior eſt interpretatio faciẽda.regula iuris, in pœ-
nis.de reg.iur. in vj.& in regula: factum. de reg.iur.
§.fi.& l.hodie.& in l.ſi præſes.& in l. ſi de interpre-
tatione.ff. de pœnis. Cæp.in conſil.xxxiiij. colum.
x.quoniam vt dicit gloſſ.in cap. in pœnis: odia re-
ſtringi, fauores conuenit ampliari, regula iuris.&
ſic cum ex defenſionibus * inquiſiti probatio fiſci 18
ſatis dubia euaſerit, in criminalibus motus iudi-
cis debet ſe inclinare in mitiorem partem, vt con-
ſuluit Baldus in ſuo conſilio cccxxviij. in vltima
impreſsione. in ſecundo volu. ſubdens, quòd vbi
de vita hominis agitur, probationes dubiæ ad mor
tem inferendam non ſufficiunt: ſed * debent eſſe 19
luce meridiana clariores. Idem in ſpecie conſulen
do tenet & ſequitur Dec.in ſuo conſil.cccexiiij.in
ſecundo volu.& ſubdit, quòd ideo iudex maiorem
conſequitur honorem ex abſolutione, quàm con-
demnatione inquiſiti: vt dicit Pau.de Caſt.in conſ.
ccxix.viſa inquiſitione. & dixit Petrus de Anch.in
ſuo con

20 suo consilio xxiiij. inuehendo contra iudices * anhelantes ad condemnationem, credentes vilescere in conspectu hominum, quum absoluunt: contra l. absentem. de pœnis. & sequitur Deci. in consilio clxxv. in causa falsitatis. & in consilio clxxxix. lætatus sum. primo volu. Ex quibus omnibus & eorum singulis concludo, quòd vbi ex * præsumptio-
21 nibus etiam violentis, quis damnatur, nunquam imponi poterit pœna vltimi supplicij, vt dixit singulariter Innoc. in c. quia verisimile. extrà de præsump. Gandi. in rubr. eod. tit. Alex. in consil. cxvj. in tertio volum. in causa inquisitionis. & vbi pro crimine imponitur pœna mortis naturalis: tamen
22 * vbi non est liquidò probatum, iudex pœnam minuit. Ita dicit Paris de pute. in suo tract. syndic. in verbo, culpa. per text. in l. circuncisiones. xxiij. q. v. quamobrem sum voti eundẽ Andræam esse ad seruitia Regiarum triremium cõdemnandum, ad ibi remigandum ad tempus arbitrio sacri Consi. Quo voto neglecto, nõ potui tantum benecantare, quin fuisset sententia vltimi supplicij lata per magnam Curiam, confirmata per reliquos quatuor dominos eiusdem sacri Consilij communi voto. & vereor, quòd contra iuris dispositionem, & non absque maximo onere conscientiæ votauerunt, excepto excellente ac magnifico Præsidente, qui non votauit in causa.

SVMMARIVM.

1 Nepos venit ad successionem aui ex propria persona: licet debeat locum matris ingredi.

2 Filius filiæ, quæ renuntiauit hæreditati paternæ habita dote, & quæ auo viuente decessit, admitti potest ad successionẽ aui, id est, quo ad paragium petendum, & illud ius matri nõ quæsitum transmittit in nepotem ex propria persona venientem.

Nepos submerare potest petendo paragium, habita ratione ad facultates auctas per ouis annum, & quæ tempore mortis ipsius reperiuntur. ibidem.

3 Mater ipsius nepotis ita demũ erit exclusa, si tamen de paragio dotata sit.

4 Nepos admitti debet iure transmissionis, quia mater transmittit in filios & filias, etiam ius non quæsitum.

5 Debitum bonorum subsidium, transmittitur.

6 Filia etiam quando à patre dotata fuit, potere potest condecens paragium habita ratione ad bona patris tempore mortis.

7 Paragij supplemẽtum peti potest per filiam à patre dotatam, habita ratione ad facultates, quæ aucta tempore mortis reperiuntur.

8 Iuri, quod ignoratur, renuntiari non potest.

9 Renuntiatio filiæ hæreditati paternæ, sibi non præiudicat, si credens in bonis patris nihil aliud sibi cõpetere, nisi id, quod pro dote ab eo receperat renuntiauit.

Filia si enormissimè læsa fuerit, licet renunciauerit, non sibi præiudicat, imò potest contrauenire, non petita absolutione à iuramento per eam præstito. ibi. & nu. 10.

11 Renuntiatio patris non obest eius filio.

12 Filia dotata, ad hoc vt dicatur exclusa iuxta terminos consuetudinis Neapolitanæ, & constitutionis Regni per renuntiationem, requiritur vt congruè dotata sit, & pariter soror, aliàs renuntiatio & iuramentum nihil operantur.

13 Filia in casu, de quo suprà, non excluditur à successione patris, nisi frater offerret separatum supplere vsque ad paragium, & congruitatem legitimæ.

14 Filia à patre dotata secundum facultates extantes tempore dotationis, non censetur exclusa à supplemento legitimæ, si tempore mortis patris bona reperirẽtur aucta: quia tempus mortis attendi debet: ita quòd si frater vellet eam à successione excludere, teneretur supplere secundum quantitatem bonorum patris tempore mortis ipsius, & sic tempore successionis.

15 Dos filiæ minor legitima esse non posset: vnde si augeretur patrimonium, debet etiam augeri paragium.

16 Dotatio filiæ considerari debet secum tempus mortis patris: & hoc ius ad hæredes filiæ transmittitur.

17 Testator habens vxorẽ & non filios, testatur, vt si masculus ex vxore prægnante nasceretur, esset hæres: si autem fœmina, dotaretur. & instituit Titium hæredem, quòd ante natiuitatem potuit ista conditio haberi pro adimpleta: intantum quòd Titius potuit transmittere vt adit am, si demum compertum fuit ex partu ortam fuisse fœminam.

18 Qualitas adiecta verbo, regulatur secundum tempus verbi.

19 Paragium non potest esse minus legitima in nupta: in alia verò non maritata potest excedere. & numero 21

20 Pater si habet in bonis cccc. & tres filios, & vnam fœminam duntaxat: legitima & paragium erit tertia pars centum, quæ sibi ab intestato obuenisset.

22 Statutum excludens filiam à successione, non excludit à legitima.

23 Frater assignans sorori partẽ, de qua vocet se bene contentam promittens plus non petere, nõ ex hoc impeditur petere supplemẽtum legitimæ, de qua specialis mentio facta non est.

24 Dos succedit loco legitimæ.

25 Dos minor legitima esse non potest.

26 Renuntiatio generalis iurata facta per filiam, non extenditur ad legitimam: cui in specie renuntiari debet, vt excludat, nec aliquod grauamen impone.

27 Iuramentum licet faciat actum valere omni meliori modo, quo potest: non tamen operatur vt extendi possit ad id, de quo specialis mentio fieri debet.

28 Dictum doctoris intelligi debet secundum iura quæ allegat.

29 Stante consuetudine Neapolitana, & constitutione regni, quòd extantibus masculis fœmina non succedant: videtur eo casu filia fœmina etiam à legitima exclusa.

30 Dos congrua consideratur tempore dotationis, non autem mortis patris: quando filia à patre dotatur.

Filia

31 Filia si renuntiauit tempore dotationis ab eius patre, & iurauit tanquam dotata de paragio, & vltra paragium aliud non petere; videtur omnino exclusa. & nu. 32.

33 Succedere qui non potest ab intestato, nō potest rumpere testamentum.

34 Legitima cui debetur, facit vt ille possit impugnare testamentum.

35 Filia si postquam fuit dotata, sunt aucta facultates patris, non poterit vllum supplementum petere: quia quòd fuerit congruè dotata, inspicitur tempus dotationis, & non mortis patris, quia sufficit, quòd tempore, quo nuptui tradita fuit, fit cōgruè dotata: licet demum per augmentum facultatum & dignitatis personæ, non appareat congruè dotata.

36 Filius postquam accepit legitimam à patre in eius vita, si demum pater effectus est locupletior vel pauperior, id non consideratur.

37 Filia quòd cōgruè fuerit dotata à patre, præsumendum erit: cùm nemo sciat capere melius consilium pro filia, quàm ipse pater: & quod patri cōpetens visum fuit pro filia, non debet alteri incompetens videri, nec redargui potest ab alio: cùm nullus affectus vincat paternum.

38 Dotatio facta à patre, semper præsumitur conueniens.

39 Nepos ex filia præmortua dotata potest ex propria persona petere in bonis sui aui materni legitimā, non obstante matris renuntiatione.

40 Dos de paragio vt sit competens, commensuranda erit cum legitima.

41 Paragium non potest esse minus legitima.

42 Filia renuntiars & absoluens per Aquilianam stipulationē, est penitus exclusa: & sibi sublata omnis spes succedendi: vt sic non possit vlterius renuiscere.

43 Filia quæ reperitur tempore mortis maritata & dotata, & cum iuramento renuntiauit: & sic ex proprio contractu etiam exclusa; nō erit amplius audienda, & successiuè nec eius filii post eius mortem in petitione paragii: quod secundum terminos consuetudinis Neapolitanæ, & constitutionis vendicat sibi locum in filia non maritata, nec dotata tempore mortis patris.

DECISIO LVII.



IAcobus Campanarius habēs plures filias, vnicuique ipsarum congruam dotem xxv. vnciarū assignauit: Angela vna ex filiabus præfatis, præfata sua dote contenta, cum iuramento successioni paternæ renuntiauit. Quæ demum decessit præfato eius patre superstite, qui demum decedens, Ioan. Anto. Vespulus eius nepos & præfatæ Angelæ filius, prætendēs post dotationem præfatæ eius matris, satis longè præfati Iacobi eius aui facultates excreuisse, litem mouit in S. Consi. aduersus Benedictum Campanarium filium quondā Iacobi: necnon & alios nepotes ex alio filio præmortuo hæredes Iacobi, petendo legitimam etiam in bonis auctis, post præfatæ eius matris dotationem
& renuntiationem, querelando in super testamentum ipsius Iacobi, ob præteritionem Angelæ præfatæ. Est ergo videndum, an sibi competat legitima petita: seu eius supplemētum in præfatis bonis auctis, & successiuè, si locum habeat querela aduersus testamentum: vel saltem agendi ad supplementum, vt suprà præmisso congruè Angelā ipsam fuisse dotatam, vigente regni constitutione, & consuetudine Neapolitana: vt stātibus masculis, fœminæ non succedant. Et quòd præfatus Io. Antn. Vespulus videatur id iure intentasse, ostenditur: quia licet debeat in locum matris ingredi: tamen ex * propria 1
persona venit, vt nepos. l. j. §. si. ff. de coniungen. cū emancip. lib. l. ij. C. de libe. præter. ex persona enim matris, quę viuente patre decesserat, venire nō posset: vnde subintrat in petitione paragij: quod mater absq; difficultate petere potuisset, si viueret. Hinc Neapod. in consue. si * moriatur. voluit filiū filiæ, 2
quæ renuntiauit, & quæ auo viuente decessit, admitti posse: quando non vt hæres matris: & tamen mater habuerat paragium in vita: & tandē concludit ius illud matri non quæsitum transmitti in nepotem ex propria persona venientem, & quòd subintrare potest præfatus nepos in petendo paragiū, habita ratione ad facultates auctas per eius auum: & quæ tempore mortis ipsius reperiuntur, in propriis terminis præfatæ consue. Neapo. & constitutionis regni: sequitur Rober. Maranta, Doctor Venusinus. Qui pluribus annis in Gymnasio Salernitano cathedram modernissimis temporibus rexit, in suis disputationibus, in sua x. disputatione. licet limiter, quando à patre dotatur. tamen ex præmissis limitatio præfata euanescat, & minimè vera sit, cùm in cōtrarium se habeat communis opinio. Et quatenus diceretur, quòd ex propria persona venire non potest, ex quo sibi paragium non debebatur, sed matri respondetur satis deberi, cùm licet ex propria persona veniat: subintrat tamen non in locum matris, vt omnes concludunt in locis præallegatis: & sic subintrat etiam in eo, quod in vita matris non erat debitum, sed debendum post mortem patris, ex quo mater ita demum erat exclusa, si de * paragio fuisset dotata: vt dicit Andr. in c. j. ver. 3
oportet. de natura success. feu. Et in cōsti. vt de success. in glo. ver. coniugati. iure etiam transmissionis nepos admitti debet: quia * mater transmittit in fi- 4
lios, & filias, etiam ius non quæsitum: vt dicit gl. in l. is, cui. ff. de act. & oblig. per text. in §. ex conditionali. ff. de verb. obl. est enim argumentum validum de pacto ad statutum, & sic cùm obligatio conditionalis transmittatur ad hæredem, ita quòd statuto debetur filiæ, scilicet paragium, quod idem est, quod debitum bonorum subsidium. & quòd transmittatur, tenuit in specie Salyce. in l. j C. de his, qui ante aper. tabu. Bal. in auth. res, quæ. versi. sed pone, quòd ista filia. C. commu. de leg. idem Bal. in l. j. C. de inoffi. dona. Bal in consil. ccccxix. cum seq. licet in alia impressione sit cccxix. ad euidētiam dicendorum præmittendum est, in iij. volu. & si rectè aduertatur, non est in præsentiarum tractandum de paragio, sed * de debito bonorum subsidio, quod 5
transmittitur: vt dicit Bal. in dicta authen. res quæ. & in portione ex statuto debita consuluit Deci. in

ſuo conſil.cccxxxj.quod tranſmittitur.& eſt in re-
gno capitulum, quod incipit: emergentium.in fin.
ibi, mulieribus aut hæredibus, per quod videtur
Imperator tollere hoc dubium, & quòd etiam hæ-
res poteſt petere paragium. Item licet aliqui dixe-
runt, quòd præſumatur filia congruè dotata à pa-
tre, tamen veritati præſumptio cedit: de qua veri-
tate ampli patrimonij aucti poſt dotationem eius
matris, plenè liquet in actis: & ſic ſuccedit, quòd
6 etiam * quando filia à patre dotatur, tamen poteſt
demum petere condecens paragium, habita ratio-
ne ad bona patris tépore mortis, vt dicit Neapod.
in conſue.ſi moriatur.ver.paragium.& expreſsius
Andr.in d.conſtitutione, in aliquibus.tenet etiam
Bal.nouel.in ſuo tracta.doti.in xvj.priuilegio.ſub-
dens ſe ita in ciuitate Aquileæ, iuxta conſtitutio-
nem, in aliquibus, iudicaſſe: & idem ſecutus eſt Af-
fli.in ſua deciſio.clx.ſubdens ita deciſum fuiſſe. &
idem citat Afflict.ipſe in conſtitutione, fratribus.
& etiam in d.conſtitutione, in aliquibus.& Nea-
pol.contra inſtrumentum. in fin.& tenet etiam in
particulari Sozi.in conſilio lvij.nume.28.in quar-
to volumi.& in conſilio ccvij.ſecundo vol.Curti.
ſenior in ſuo conſilio decimo.Corne.in conſi.c.in
tertio volumine.Bald.in l.fin.C. de dot.promiſsio.
& eſt text.in l.cum donationibus.C. de inofficio.
donation.& in l.vnica.§.quod à nobis.iuncta gloſ.
C.de rei vxor.actio.quæ omnes loquuntur ſtante
ſtatuto, vt Regno, iuxta formam conſuetudinis: &
7 * quando à patre filia dotata eſt: & tamen conclu-
dunt peti poſſe ſupplementum paragij habita ra-
tione ad facultates, quæ auctæ tempore mortis re-
periuntur. & ita in particulari in præſenti Regno
decidit Luc.de pen.in l.ſecunda.in fin.C.de prædi.
& omnibus rebus nauic.vbi in maiori caſu loqui-
tur: etiam ſi conſiderato patrimonio tempore do-
tationis, fuiſſet filia congruè dotata. Et idem in in-
diuiduo ad declarationem dictæ cóſtitutionis re-
gni: in aliquibus.& in conſil.cclxxvj.& in conſil.
cvj.etiam ſi ſtatutum vlterius procederet & dice-
ret, quòd filia debeat eſſe dote contenta: fortius
ergo in caſu, de quo quæritur: quo expreſsè con-
ſiderat conſuetudo dotationem ſecundum para-
gium facultatum, quæ reperiuntur tempore mor-
tis: debet ſupplementum ad minus peti poſſe: ſtan-
te inſuper, quòd filia ipſa tempore renuntiationis
non fuit certiorata, quæ fuiſſet legitima ſibi com-
petens ſeu paragium, tempore quo renuntiauit: &
8 ſic non poterit ſibi renuntiatio obeſſe: quia * iuri,
quod ignorabat, renuntiare non poterat, vt in
authen.quomodo oporteat epiſco.in gloſ.in verſi-
culo: interrogat.facit l.ſi.ff.ad Velleia.& per Nea-
pod.in conſuetu.contra inſtrumentum.in gloſ.in
verſicu.ſolutum. & per Decium in dicto conſilio
clxxx.in fin.refert Bald.in l.ſecunda.C.de reſcind.
vend.& ſic eo errore, quo inducta fuit ad renun-
tiandum, credens in bonis paternis nihil aliud ſi-
bi competere, eodem met renuntiaſſet legitimæ:
ideò huiuſmodi renuntiatio non præiudicat. Ita
Bartol.in lege fina.§.idem quæſiuit.ff.de liber.lega.
9 imò & plus, ſtante * enormiſsima læſione, licet
iurauerit mater præfata ipſius Veſpuli, etiam ſi
hodie viueret abſque abſolutione à iurameto poſ-
ſet * contrauenire renuntiationi præfatæ iuratæ: 10
nec poſſet ei obſtare capitulum ij.de pact.in ſexto.
cùm iuramentum non debeat eſſe iniquitatis vin-
culum.capit.inter cætera.xxiij. quæſtio. quarta.&
capitu. quantò. de iureiuran.& tantò magis, quia
dū Angela ipſa filia in vita præfati eius patris de-
ceſſerit, eius * renuntiatio eidem Veſpulo eius fi- 11
lio non obeſt. Ita in indiuiduo tenet Guliel.Bene.
in ſua repeti.capituli: Raynutius.in verſiculo: duas
habēs filias & latè communiter Doct.in l.in quar-
tam.ff.ad legem Falcid.& conſuluit Alexan.conſil.
xxiiij.primo volum.vbi ſubdit hanc eſſe commu-
nem opinionem. & Paul.de Caſtr.in conſilio ccl.
circa primum dubium. Item ſi rectè aduertatur,
non paragium, ſed legitima præfatæ filiæ debeba-
tur, & fortius huic nepoti, per conſuetu.ſi aliquis
moriens.de ſucceſ.ex teſtamento.facit etiam con-
ſuetudo, ſi qua moriens.de muliere habente filios,
qualiter dotem diſponat.quæ loquitur ex teſtamé-
to: prout in caſu in quo ſumus, & ſic liberè po-
tuit teſtator diſponere, modò liberis debitum bo-
norum ſubſidium reſeruetur.& ſic iſto caſu, quan-
do defertur ſucceſsio ex teſtamento, filia & nepos
ex filia, quæ liberorum appellatione continetur,
non poſſunt legitima defraudari: quia filia etiam
in vita aui mortua bene ad nepotem tranſmittit,
vt per Salycet.in lege prima.C. de his, qui ante a-
pertas tabul.Item conſuetudo Neapol.ſi moriatur.
habet locum ab inteſtato, prout ita loquitur: &
ſic non habet locum condito teſtamento: vt dicit
Bald.in l.quicunque C de ſeruis fugitiuis.per text.
in l. fratres. C.de inofficioſo teſtamento. Item lo-
quitur in dotanda à fratre, non autem in dotata
à patre: qui caſus non fuerat à ſtatuto omiſſus: vn-
de remanebit in diſpoſitione iuris communis, vt
legitimam conſequatur, & non paragium. Ita pul-
chrè tenet Bald.in l.ſi plures.C. de condi.inſer.re-
fert & ſequitur Petr.de Ancha.in repetitione capi-
tuli, canonum ſtatuta.verſicu.pone, ſtatuto caue-
tur.de conſtitutio. Alexan.conſil.xiij.nume.14.iij.
volumi. Item loquitur, quando filia ſupereſt poſt
mortem patris: non autem, quando prædeceſsit
patre ſuperſtite, prout in caſu de quo agitur: qui-
bus concurrentibus ceſſat diſpoſitio dictę conſue-
tudinis, quæ de paragio loquitur. & ſumus in ter-
minis conſuet.Neapo.ſi aliquis moriens. vt liberis
legitima debeatur, & in ea pater non poſſet ex te-
ſtamento liberè diſponere: cùm ſimus in odioſis
& inducentibus vitium naturæ & ſexus: & ſic re-
ſtringendis, vt quantò minus fieri poteſt, ius com-
mune lædatur, vt per Alex.in l.maximum vitium.
C.de libe.præte.& ſi filia non habuiſſet dotem, pro-
culdubio tranſmittit ad nepotem. & pariter ita
erit, ſi modicam, & non congruam paragio, tem-
pore mortis conſiderato.& maximè, quia * vt filia 12
dotata dicatur excluſa, iuxta terminos conſuetu-
dinis ſeu conſtitutionis, per renuntiationem, re-
quiritur vt congruè dotata fuerit, & pariter ſo-
ror: aliàs renuntiatio & iuramentum nihil opera-
bitur, vt dicit Neapod.in d.conſuetudine, contra
inſtrumentum autem dotale.in gloſ.fin. verſi.item,
quòd ſi filiæ. & ita in propriis terminis declarat
Stepha.de Caye.in ſua apoſtilla.in verſicu.aut ipſis
ſucceſſorib.

successorib. in glos. paragium. versiculo: sed quid si frater. & Andr. in c. j. versiculo; oportet qui de natur. succe. feud. & in constitutione: vt de successionibus. in versiculo: coniugatæ. Ita etiam firmat Bald. in simili statuto, in l. fin. ibi: sed pone, quòd ista filia. C. de dotis promissi. & præmissa verifican-
13 da forent, vt non * excludatur a successione, nisi frater offerret se paratum supplere vsque ad paragium, & congruitatem legitimæ, per ea, quæ in propriis terminis statuti consimilis constitutioni, in aliquibus consuluit Corne. consil. xj. in secundo volum. & secundum præfata intelligi debent, quæ dicit Neapod. in versiculo: ex masculis. nam filia
14 * dotata à patre, secundum facultates extātes tempore dotationis, non censetur exclusa a supplemento, si tempore mortis patris bona reperirentur aucta: quia tempus mortis attendi debet: ita quòd si frater vellet eam à successione excludere, tenetur supplere secundum qualitatem bonorum patris tempore mortis ipsius, & sic tempore successionis: prout ita in regno declarat Luc. de pen. in l. ij. in fi. C. de præd. & omnibus rebus nauicu. libr. xj. & sic
15 cùm dos minor legitima esse non * possit, si augeretur patrimonium, deberet etiam augeri paragium: vt in particulari tenet Guliel. Benedi. in repeti. ca. Raynutius. versi. in eodem testamento relinquens. Nec suffragatur dicere, quòd filia fuit præmortua ante auctum patrimonium patris: quia si tus considerat ad totalem exclusionem filiæ, quòd dotatio considerari debeat secundum tempus mortis pa-
16 tris, iam * hoc ius fuit ad hæredes transmissum, vt declarat Bal. in consi. cxxj. præsupposito, quòd statutum. volumi. iij. secundùm impressionem antiquam. vt probat bene text. in l. si quis filium. C. de inoffic. testam. Dum nepoti lex dat id, quod patri competere poterat, si vixisset, etiam quòd viuente patre effectualiter non poterat peti, inferens text. ad supplementum legitimæ: facit bene text. in §. si igitur. in auth. de hæred. quæ ab intest. ibi: tantam ex hæreditate percipiat portionem, quantā eorum parens futurus erat accipere, si superstes esset. Et sequitur Bald. in authen. res, quæ. C. commu. de lega. Nec inconueniit fieri hanc interpretationem, scilicet vt auctis facultatibus habeatur ac si tempore dotationis essent bona in tāta facultate, ad finem, vt ex tunc debuisset esse dos congrua: per id, quod eleganter dicit Andr. in c. j. ibi, videtur dicendum: de natu. succe. feud. dum dicit, quòd sunt quædam, quæ quando fiunt, sunt incerta, sed ex posteriori euētu declarātur, & cùm sunt declarata retrò trahuntur ad illud tempus, quo facta fuerunt, inferēs ad quæstio. de sorore seu filia dotata existente masculo, vel si sperabatur nasci: quòd masculo mortuo vel nō nato, retrò trahitur ad tempus dotationis, quòd scilicet censetur læsio, recipiēdo dotem, & se excludendo, perinde ac si masculus non esset: vt ibi latius per eum. & sic videtur quodammodo, quòd lex sit certa à principio de eo quod superuenit: vel in veritate erat. l. cum quidam. §. seruum. ff. de acquiren. hæredit. & ideò consuluit singulariter Petrus de Ancharan. consilio cccxcij. visis diligen-
17 ter. quòd si * testator vxorem habens, sed carens filiis ita testatus est: quòd si masculus nasceretur, esset hæres: si autem fœmina, dotaretur. & instituit Titium hæredem, quòd ante natiuitatē potuit prima conditio haberi pro adimpleta, intantū quòd Titius potuit transmittere vt aditam. si deinde compertum fuerit otiam fuisse fœminā: & quod dicta consuetudo Neapolitana, & Regni cōstitutio, disponentes quòd decedente testatore masculus excludit fœminam: dummodò secundum paragium dotet secundum facultates remanentes tempore mortis testatoris: cùm qualitas * adiecta verbo, re- 18
guletur secūdum tempus verbi. l. in delictis. §. si extraneus. ff. de noxa. vbi communiter doct. Paul. de Cast. in cōsi. xxiij. super eo, quod quæritur. in fi. & Curt. in præfato suo consi. x. & sic quòd frater dotet sororem secundum paragium & facultates, debet ista qualitas dotationis intelligi secundū tempus verbi, moriatur: & succedat, tum maximè, cùm cōsuetudo ipsa formaliter expressè dicat. Et teneātur ipsi successores maritare secundùm paragium, & facultates, tempore mortis testatoris existentes: & quantum * intelligatur istud paragiū, Regnico- 19
læ omnes dicunt non posse esse minus legitima in nupta: in alia verò non maritata potest excedere: vt firmat Neapod. in d. consuetudine, si moriatur. in versi. paragium. in fin. & And. in d. cōstitutione: in aliquibus. & xij. q. & ibi subdit in specie, quòd si pater maritauit filiam, si illa non habuit legitimam sibi debitam, iure naturæ suppletur, per § j. in auth. de hær. & falc. & sic si pater habebat in bonis cccc. & tres * filios & vnam fœminam duntaxat, legiti- 20
ma & paragium erit tertia pars centum, quæ sibi ab intestato obuenisset. Ita in spē Bald. nouel. in d. suo trac. dot. in xvj. priuilegio, subdens, se ita in ciuitate Aquilæ iudicasse, vt supra dixi, & hoc in filia à patre dotata: vt possit supplementum legitimæ petere, & successiuè. Luc. de pen. in loco suprà allegato, & Deci. in consil. clxxvj. Qui loquitur iuxtà d. constitutionem regni: in aliquibus. Et quòd non possit * esse paragiū minus legitima: consuluit De- 21
cis. in suo consil. clxxx. in princip. vbi subdit hanc esse cōmunem opinionem. Idem tenet Ange consi. ccxlij. Alex. consil. vij. secundo volu. Soz. in consi. clxxxij. & consi. ccvij. secundo volu. & consil. lvij. nu. 29. in quarto volu. & consi. cl. nos introducere: primo volu. & consi. cclxxv. in causa fratris. Alex. in apostil. ad Bal. in l. fi. C. de dotis promiss. & quòd ista est communis opinio, nedum in consulendo, verùm etiā in legendo, dicit Soz. in l. hæredes mei. §. cùm ita. ff. ad Trebel. Curti. senior in suo consil. xxviij. Ias. in auth. nouissima. C. de inoffic. testam. & Alber. Bru. in suo tracta. quòd extantibus mascul. fœmi. non succe. & nihilominus statutum * exclu- 22
dens filiam à successione, non excludit à legitima. tex. in l. quisquis. §. filij. iuncto § ad filias. C. ad leg. Iul. maiest. vbi filia priuata successione ob crimen læsæ maiestatis, non impeditur petere legitimam. Simili in auth. si qua mulier. C. de sac. san. eccle. vbi liberi, qui fauore matrimonij à successione excluduntur, non impediuntur petere legitimam. & habetur in auth. hoc amplius. C. de fideic. hinc Bal in l. de his. C. de transact. quòd * si frater sorori assi- 23
gnat partem, de qua vocet se bene contentam: promittens plus non petere, nō impeditur petere supplementum legitimæ: de qua specialis mentio facta non est: cùm statutum seu cōstitutio interpretan-

da sit, vt minus lædat ius commune, quàm posſit. l.
ſerui noſtri. C. de noxa. l. fina. §. in computatione.
ff. de iure deliberan. & lex non priuat filiam legiti-
ma ſine cauſa: vt in §. cauſas. in auth. vt cùm de ap-
pella. cogno. gloſ. in c. quintauallis. de iureiur. pari-
ter nec conſtitutio, nec ſtatutum, præſertim cùm
24 dos * loco legitimæ ſuccedat. l. quoniam nouella.
C. de inoffi. teſtamen. ergo debet eſſe eiuſdem qua-
litatis, cuius eſt ipſa legitima: nam cùm tale ſta-
tutum, & ſic iſta conſtitutio ſit odioſa, vt excluſi-
ua fœminarum, per l. maximum vitium. C. de libe.
præter. & l. ij. §. fina. ad Tertul. Bal. in l. fina. C. de in
ius vocand. debet reſtringi, vt minus lædat ius ter-
tij. l. cùm quidam. ff. de liber. & poſthu. quod maxi-
mè concedendum eſt, cùm cõſtitutio præfata non
ſimpliciter filiam excludat: ſed mandet dotari, &
ſic prouidet aliquid dari: & non excludit nihil pe-
nitus relicto: & ſic eo caſu dos minor legitima
25 * eſſe non poteſt: vt dicit pulchrè Iaſo. in præalle-
gata auth. nouiſſima: nam virtus generalis renun-
26 tiationis * iuratæ, non extenditur ad legitimam,
cui in ſpecie renuntiari debet, vt excludat: nec
aliquod grauamen imponi poteſt: per tex. in dicta
l. ſi quando. §. j C. de inofficio. teſtamen. vbi omnes
concludũt, quòd etiam ſi pater prohibuiſſet filiam
plus petere poſſe, non intelligitur prohibita pete-
re legitimæ ſupplementum, etiam ſi legitimæ re-
nuntiatum fuiſſet per eam. d. l. ſi quando. §. genera-
27 liter. vbi Bal. & alij. Nec * obſtaret ex alio iuramen-
tum, quia licet iuramentũ faciat actum valere om-
ni meliori modo, quo poteſt. l. cùm pater. §. filiis
matrem. ff. de leg. ſecundo. non tamen operatur, vt
extendi posſit ad id, de quo ſpecialis mentio fieri
debeat: vt pulchrè voluit Roma. in l. j. §. ſi quis ita.
ff. de verborum oblig. & Iaſ. in præallegata l. de his.
ff. de tranſact. vbi etiam Ange. & Fed. de Sen. in ſuo
conſi. xv. Areti. in l. qui ſuperſtitis. ff. de acquirenda
hæredit. & Neapod. in ſæpius allegata conſue. con-
tra inſtrumentũ. vbi decidit caſum, in quo ſumus,
in gloſ. in verſicu. ſolutum. in fin. Io. Lupi. in rubri.
de donat. inter vir. & vxor. nu. 17. Affl. in dict. con-
ſtitutione: in aliquibus. nume. 31. Iaſon. in l. ſed & ſi
quis. §. quæſitum. ff. ſi quis cauſ. in fin. & ſubdit Af-
fli. fuiſſe deciſum in ſacro Cõſilio in deciſ. clxxviij.
ſecundo dubio. & per Neapod. in dicta conſuetu.
contra inſtrumentum. in verſicul. ſolutum. & li-
cet ibi Afflic. non loquatur in renuntiatione iura-
ta, tamen iura, quæ ipſe allegat, loquuntur de iura-
28 mento. & ſic * intelligi debet dictum doctoris ſe-
cundum iura, quæ ipſe allegat: vt dicit Barto. in l.
non ſolùm. §. ſolutionis verba. ff. de liber. legat. &
idem adparet deciſum fuiſſe in parlamento Del-
phinatus: vt refert Guido papæ in deci. ccccxxvij.
& pulchrè Barba. in ſuo conſil. lv. in ſecunda volu-
mine. & ibi ſubdit quòd iuramentum non ſupplet
vim clauſulæ ſpecialis. Ex quibus omnibus vide-
batur concludendum præfatum Ioan. Antonium
Veſpulum ius fouere, & admittendum eſſe ad ſup-
plicata per ipſum. Pro parte verò contraria, & ſic
pro conuentis hæredibus præfati quondam Iaco-
bi, inſurgebant dubia: quòd eidem Ioanni Anto-
nio nepoti nullum ius petendi legitimam compe-
tere posſit: ex perſona matris ſuæ præfatæ: nam
ſtante conſuetudine Neapolitana, & conſtitu. re-
gni, quòd * extantibus maſculis fœmina non ſuc- 29
cedat. videtur eo caſu fœmina filia, etiam à legi-
tima excludi: vt videtur concludere Alber. Bru. in
ſuo tract. de ſtatu. fœmi. & cogna. lineam à ſucceſ-
ſione exclud. in xix. principali articulo in prima
quæſtio. vbi in * ſtatuto, de quo agitur dotem con- 30
gruam conſiderat tempore dotationis, non autem
mortis defuncti, & maximè, quando filia à patre
dotatur: vt citat Deci. in ſuo conſi. xxvj. in prima
volum. & Bal. in conſi. cccc. Quod potiſsimè con-
cedendum magis videtur, cum filia ipſa, & ſic ma-
ter præfati Ioan. Antonij renuntiauerit tempore,
quo dotata fuit ab eius patre, & iurauit tanquam
dotata de paragio & vltra paragium, per quam re-
nuntiationem iuratam, videtur * omnino excluſa: 31
vt dixit Pau. de Caſt. quem ſequitur Alexan. in l. in
ratione. ad legem Falcid. vbi ſi filius habuit in vita
ab eius patre legitimam, & vocans ſe contentam,
iurauit nihil vlterius petere poſſe: quòd tamen de-
bet legitima attento illo ſtatu * conſiderari, & non 32
tempus mortis patris: quòd etiam virtus verborũ,
dum dixit ſe dote contentam, conſiderari videtur,
vt dicit optimè Bald. in l. quamuis. C. de fideicom.
quem ſequitur Geor. nacta. in repetitione capituli:
quamuis. de pact. in vj. & quòd præfato Ioan. Ant.
nepoti agenti nullum ius competat, vt ſuprà præ-
miſſum eſt moleſtandi dictos hæredes conuentos,
conſuluit Angel. in ſuo conſil. cv. ſtatuto cauetur.
Cuma. in ſuo conſi. cxxj. dominus Ant. & in conſi.
clxxxviij. Specu miles. vbi refert Saly. fuiſſe in con
traria opinione, in authen. nouiſsima. licet commu
niter reprobata: & opinionem eãdem præfatorum
Ange. & Cuma. ſecutus fuit Alexan. in ſuo conſilio
lxviij. circa præmiſſam conſultationem. in quarto
volu. Pau. de Caſt. in cõſil. cviij. & ſequitur Sozi. in
conſi. cel. Deci. in cõſil. ccxcvj. & ſic dum excludi-
tur ab omni petitione legitimæ, erit & pariter ex-
cluſa ab omni querela inofficioſi: ſecundum Ange.
in l. poſthumus. §. ſi quis ex his. verſi. vlti. ff. de inof-
ficio. teſtam. vbi magiſtraliter loquitur, dum dicit,
quòd qui non poteſt ſuccedere ab inteſtato, non
poteſt rumpere teſtamentum. Ideo ſubdit, quòd * fi- 33
lia excluſa per ſtatutum ſtantibus maſculis, ſi eſt
præterita, non annullat teſtamentum, ſecundum
eum in d. §. ſi quis ex his. in fin. & l. Papinianus. §. ſi
quis mortis. verſic. vlti. allegatur. eo. titu. Barto. in l.
fina. verſicu. quæro, quid ſi iſta filia. ff. ad Trebel. &
in terminis ita decidit Neap. in d. conſuetu. ſi mo-
riatur aliquis. in gloſ. ſuper verb. tenetur. & in ver.
ſuccedunt. verſic. item quia ſubrogatur. & cui * le- 34
gitima debetur, ſolum competit remedium impu-
gnandi teſtamentum. per l. fratres. & l. nequis filiũ.
& l. poſthumus. §. ſi quis ex his. & quod ibi dixit
Bald. & Ange, ff. eod. titu. quæ omnia congerit Ale.
in ſuo conſi. lxv. in iiij. volu. Quo verò ad illud, an
posſit ſaltem agi ad ſupplementum ſuæ dotis in
bonis auctis poſt dotationem, & quæ tẽpore mor-
tis reperiuntur. Bald. poſt Iacob. Butr. in l. pactum,
quod dotali. C. de colla. in vj. oppo. dicebat, quòd
ſi poſtquam * filia fuit dotata, ſunt auctæ faculta- 35
tes patris, non poterit vllum ſupplementum pete-
re: quia quòd fuerit cõgruè dotata, inſpicitur tem-
pus dotationis, & non mortis patris: quia ſufficit,
quòd tempore, quo nuptui tradita fuit, ſit cõgruè
dotata,

dotata, licet demum per augmentum facultatũ, & dignitatem personæ non adpareat, quòd congruè dotata fuerit, ex quo non attenditur casus superueniens. Idem sequitur Bal. in auth. res, quæ. C. communia de leg. & ibidem Pau. de Castr. subdens hoc esse singu. & menti tenendum dictum. quod etiam sequitur ibi Iaso. sibiipsi contrarius in l. si quando. §. j. C. de inoffic. testamen. Idem voluit Bal. C. de fideicom. circa fin. & in l. fin. C. de vsur. rei iudi. ver.
36 quid ergo. vbi dixit * quòd postquam filius accepit legitimam à patre in vita ipsius patris: si deinde pater effectus est locupletior vel pauperior, id non consideratur: & idem tenet Bald. in l. in successione. C. de his, qui frau. cre. idem sequitur Angel. & Imo. in l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verborum oblig. Barto. & docto. in l. fin. ff. de pact. Bal. in l. cùm oportet. §. j. C. de bon. quæ libe. Ang. in l. si non mortis. ff. de inoffi. testa. Moder. in c. quamuis.
37 de pact. & * quòd congruè fuerit à patre dotata, semper præsumendum erit: cùm nemo sciat capere melius consilium pro filia, quàm ipse pater. l. nec in ea. ff. de adulter. Quod enim patri competens visum fuit pro filia, non debet alteri incompetens videri. l. si furioso puberi, in fin. ff. de cura. furio. Nec redargui potest ab aliquo, cùm nullus amor vincat paternum. l. fina. in princip. de cur. fur. nisi ex magno excessu adpareret contrarium: ita quòd dolus patris possit redargui. Ita consulendo dixit Paulus de Cast. in suo consi. cviij. super primo quæ-
38 sito. vbi * concludit, quòd dotatio facta à patre, semper præsumitur conueniens. Idem consuluit Sozi. in consilio cclxxxviij. circa primam quæstio. Alexand. in consi. xxxiij. videtur super dicto quæsito. in quarto volumi. Cornel. in consil. cvij. in hac consultatione. secundo volum. & in consilio clxij. primo aspectu. ij. volumi. & consil. cxv. in hac consultatione. in iij. volu. quæ omnia refert Deci. cõsil. cclxxvj. licet ipse sibi contrarius aliter tenuerit in
39 d. consi. xxvj. Sed * quòd nepos ex filia præmortua dotata petere possit ex propria persona sua in bonis sui aui materni legitimam, non obstante matris renuntiatione: vltra Bal. in d. l. pactum, quod dotali. tenet idem Bald. in l. fina. C. de pact. versi. sed hîc incidenter quæro. Imò l. qui superstitis. versic. item attende. de acquiren. hæredit. vbi ita restringit dictum Barto. ibi, quando moreretur filia in vita patris. & sequitur ibidem Paul. de Cast. & Aret. & ista est communis opinio, prout concludit Alex. in d. l. pactum. & ideo non ab re Bal. in d. l. quod dotali. ver. sed quæro. dat cautelam patri volenti, quòd nepotes ex filia nõ succedant: quòd procuret, vt filia ipsa cum iuramento asserat se bene contentam sua portione: & sic cùm partem habuerit, perinde habetur, ac si totaliter successisset, & non erit tractandum de successorio edicto, iuxta dicta per Bartol. in l. prima. §. qui habebat filium. in quarta quæstio. ff. de contra tabul. licet Imol. videatur reprobare istam opinionem, in lege qui superstitis. illam sequitur in dicta l. pactum. & ibi concludit istam esse veriorem, per ea, quæ not. Barto. in dicta l. j. §. qui habebat filium. & not. etiam Bald. in l. huius. & in l. j. §. si Titio. & in l. duobus. de leg. primo. vt Alexand. ibi prosequitur. & sequitur Deci. ita in specie consulendo, in consilio clxxxj. Et licet dici

posset, quòd hodie per consuetu. Neapo. & regni constitutionem, in aliquibus. fœmina non excludatur ita simpliciter extãtibus masculis, sed tenentur masculi ipsam dotare de paragio, & exclusio ipsa non stat simpliciter, sed sub conditione: videlicet, si dotetur de paragio. quæ dos de paragio vt
sit * competens, commensuranda erit cum legiti- 40
ma, vt per Neapo. in d. consue. & per Affli. in d. constitutione, in aliquibus: nam dos competens, secundum legitimam commensurari debet: vt not. Salic. in l. sancimus. in fin. C. de nupt. & in auth. res, quæ. secundo not. C. communia de legat. & plene Alexan. consi. lxix. super primo dubio. primo volu. & consi. vij. visis. volu. ij. & consi. lxxxiij. viso statuto. in iiij. volum. & idem sequitur Bal. nouel. in suo tracta. doti. & Curti. senior in suo consil. xxvij. magnificus vir. in iiij. dubio: & consilio lxxiij. super memorata. versiculo viij. principaliter. & in consilio xxxviij. viso statuto. & Sozi. in consilio clxxxij. licet filio. & plenè Cornel. consilio cxcvij. primo volumine. & clxvij. in hac consultatione. volumi. secundo. & consilio cclviij. quanquam. volumine tertio. & consilio xl. & ccxc. in quarto volumi. Si ergo exclusio locum habet, si fœmina dotetur de
*paragio, commensurari debet legitimæ, & minus 41
ea esse non potest, vt plenè congerit Afflict. in dicta constitu. in aliquibus. Legitima verò consideratur habita ratione bonorum, quæ remanserunt tempore mortis. l. cùm quæritur. C. de inofficio. testamen. & in authenti. nouissima. eodem titu. quo tempore facultates, quæ remanserunt ex Iacobo aun, dos habita per Angelam filiam matrem Vespuli præsupponitur, quòd longè fuerit minor legitima, vt dicitur ex actis liquere. Nam huic responderi potest, quòd licet sit verior opinio, quòd extantibus masculis, fœminæ sint exclusæ simpliciter & non cõditionaliter, licet imponatur onus dotandi, si per mulierem exclusam ab existentia masculorum agatur contra fratrem condictione ex lege, videlicet ex consuetu. Neapo. seu constitutione: in aliquibus. tamen quando aliter esset dispositio præfatæ consuetudinis & constitutionis, procederent in casu proprio, in quo loquuntur, videlicet, quando tempore mortis patris filia reperiretur non nupta nec dotata: & sic ne videretur omnino exclusa etiam à legitima: quæ opinio verior est, & interpretantur nonnulli, quòd onus paragij impositum masculis excludentibus, succedat loco legitimæ, quæ consideratur tempore mortis: sed quando filia reperitur à patre maritata & dotata, quæ renuntiauit cum iuramento: tamen quia ista filia nedum adparet exclusa propter existentiam masculorum: sed etiam ex proprio contractu propter renũtiationem iuratam, in qua adparent illa verba: sua dote contenta pro omni iure & portione sibi debita. Ex quibus verbis adparet exclusa, nedum ob renuntiationem, sed etiam virtute successionis: ac si ipsa filia patri successisset, & suam portionem habuisset, per suprà dicta.
Demum successit clausula quietationis * per Aqui- 42
lianam stipulationẽ, per quam adparet ipsa renuntians penitus exclusa, & eidem sublata omnis spes succedendi: & sic non potest vlterius reuiuiscere: vt plenè consuluit Roma. in suo consil. xxij. quem

refert & sequitur præclarus doct. Ang[illegible]e Alex. in l. stipulatio hoc modo concepta. ff. [illegible] verborum oblig. Ange. de perigl. in d. l. qui superstitis. & sentit Bald. in l. si actum. C. de pact. & faciunt not. in l. sicut. C. de repu. hære. per quem aliter dicitur fuisse iudicatum: quòd etiam si contemplatione fratris superexistentis sit facta renuntiatio, & tempore mortis paternæ reperiatur præmortuus frater: quo casu non obstante renuntiatione, cum contemplatione fratris renuntiauit, eo patre præmortuo non obstante renuntiatione succedit: tamen hoc non habet locum, nisi sit renuntiatum cum Aquiliana stipulatione, quam spem succedendi in totum substulit, & amplius reuiuiscere non potest, per suprà dicta: & sic cùm præfata Angela reperta sit tem-
43 pore * mortis patris maritata & dotata: & renuntiauit cum iuramento: & sic ex proprio contractu etiam exclusa: non erit amplius audienda: & successiuè nec eius filius in paragio. Quod secundum terminos consuetudinis & constitutionis vendicat sibi locũ in filia non maritata, nec dotata tempore mortis patris: ita in propriis terminis in sta[illegible] excludente fœminam: quæ competentem do[illegible] habuit, consuluit Deci. in cõsil. clxxxj. nec mi[illegible]aret, quod dicitur ob renuntiationẽ præfatam, Angelã ipsam fuisse enormissimè læsam: habita ratione ad amplum patrimoniũ patris, auctum post eius renuntiationẽ. Quo casu non videtur exclusa saltem à petitione supplementi paragij seu legitimæ, & quòd paragium non potest esse minus legitima. Nec obstaret dicere, quòd non adparet expressè fuisse renuntiatum legitimæ, & eius supplemento: quia cum hodie filiæ innuptæ post mortem patris non debeatur legitima, sed paragium extantibus masculis: iam fuit expressè renũtiatum paragio & eius supplemento: & idem est in effectu, cùm paragium loco legitimæ succedat: vt sentit Andr. in d. constit. in aliquibus. Item, quia cùm legitima sit portio, quæ debetur post mortem patris seu aui ab intestato: per l. quoniam nouella. C. de inofficio. testa. cùm Angela mater Vespuli nepotis tempore mortis Iacobi Campanarij patris tanquã dotata de paragio, vt cum iuramẽto declarauit in contractu renuntiationis, reperiatur exclusa, ob existentiam masculorum, & non in numero filiorum propter renuntiationem præfatam iuratã: vt dicit Neapod. in d. consue. si moriatur. in gl. in ver. ipsi successores. taliter quòd etiam in legitima succedere non potest. Ex præmissis non refert, an ipsi legitimæ vel eius supplemento renuntiauit, cùm vtroque casu adpareat exclusa. Et sic ex præmissis tum consideratis per me, ac etiam per alios magnificos Regios Consiliarios meos collegas, & patres præstantissimos, tum etiam propter testes altercantes adductis, redditur intentio actoris dubia. ideo fuit per S. Consiliũ decisum præfatos Benedictum & litis consortes hæredes quondam Iacobi absoluendos ab impetitione præfata: & bene fuisse per arbitros laudatum in dicta causa in fauorem prædictorum conuentorum.

SVMMARIVM.

1 *Creditor cui permittitur auocatio possessionis rei à debitore, multò fortius conceditur sibi retentio. nec si vitiosè, vel non possessio peruenerit, considerandum est.*

2 *Hypotheca tribuit ius in re: & de eius natura est tribuere facultatem apprehendendæ et retinendæ possessionis.*

3 *Uxor virtute hypothecæ quam habet in bonis viri, potest vti retentione pro dote in eis.*

4 *Filia similiter pro dote materna potest retinere respectu hypotheca bona viri hypothecata pro ipsa dote.*

5 *Tenuta si fuit data ex inordinato processu, si per prius res illa fuerat obligata, propter dubiũ poterit retineri pro debito.*

6 *Pœna quando adponitur dationi quantitatis, dicitur præsumi in fraudem vsurarum adposita: tamen secus esset, quando adesset iuramentum: & tunc ratione iuramenti potest exigi pœna.*

7 *Pœna certa ponitur ad euitandum probationem interesse.*

8 *Triplex est pretium rei, videlicet commune, singulare, & conuentum.*

9 *Interesse potest iudex ex suo officio ex circunstantiis liquidare.*

10 *Instrumentum non potest dici illiquidum, cùm inter partes fuerit quãtitas pœna taxata, & licet probari posset non tantum transcẽdere interesse: tamen interim habebit locum retentio, donec fuerit contrarium probatum.*

Iudex condemnans cum clausula: condemno in decem, plus vel minus, secundum formam statutorũ, talis sententia non est conditionalis: sed resoluenda sub conditione: & sic de præsenti est certa: nam attenditur præsens status: nec attẽditur quòd potest in futurum resolui. ibid.

11 *In instrumento si fuerit promissa certa quantitas, cum hoc, quòd si facto calculo minus debebitur, illa minor quãtitas censeretur promissa, quòd tamen interim instrumentum habebit executionem paratam.*

12 *Instrumentum dotis liquidum non dicitur, quando mulier per mortem viri petit executionem.*

Vxor, quando habet hypothecã in bonis viri, etiam non facta liquidatione de incumbentibus, datur sibi retentio. ibid.

13 *Instrumentum testamenti & debiti non liquidum, nõ meretur executionẽ paratam: & multò magis non potest pars propria autoritate illud exequi.*

14 *Condemnatus quando nullum habet tempus ad soluendum, tunc si opponat compensationem debiti, & offerat breui probaturum, & liquidare, audiri non debet.*

15 *Appellare non licet à sententia exfractionis.*

Appellari non potest à causa, quæ celeritatem desiderat. ibid.

16 *Causæ quæ celeritatem desiderant, sunt adeò priuilegiatæ, quòd in eis procedi potest, etiam in diebus feriatis.*

DECISIO LVIII.

MAgnifica Margarita Caracciula, & reuerendus Protonotarius de Scorciatis eius filius, cum conductionis titulo tenerent à magnifica Isabella de Scorciatis eorum nepte domum magnam,

magnam, quæ fuerat quondam magnifici Iulij de
Scorciatis, prætendentes se creditores eiusdem
Isabellæ in ducatis quatuor mille, virtute instru-
menti publici, in quo Hieronymus pater Isabellæ
se debitorem constituerat, virtute hypothecæ pi-
gnori incumbere prætendentes, in ius vocati in
magna Cur. præfata magnifica Margarita, & tan-
dem condemnata ad dimittendum & exfractan-
dum domum præfatam, introducta causa per re-
medium oppositionis in sacro Consilio. Adduce-
batur pro parte Margaritæ ex causa debiti præfati
ducatorum quatuor mille debitorũ præfato Pro-
tonotario eius filio licuisse incumbere retentioni
domus præfatæ, quousque sibi satisfactum foret.
1 Quia sicut potuisset * possessionem ab ipsa Isabel-
la auocare, multò fortius conceditur sibi reten-
tio, nec si vitiosè vel nõ peruenerit possessio, con-
siderandum est: vt inquit Alber. de rosa. in l. fin. C.
2 cómo. & Bal. ibi: cum * de natura hypothecæ sit tri-
buere facultatẽ apprehendendæ, retinẽdę & peten-
dæ possessionis. l. si cũ venditor. in prin. de euict. l. j.
§. per seruum. ff. de acqui. posses. tribuit enim hypo-
theca ius in re. l. eos. C. de pignori. & plenè habetur
in §. item Seruiana. institu. de actio. Ita in particu-
lari decidit in retentione Alber. Brun. in suo cõsi. j.
& idem firmat Campe. in sequenti consilio. versic.
idem procedit. Et præmissis accedat, nam vxor,
quæ respectu familiaritatis in vita mariti moram
traxit in domo viri, potest ratione hypothecæ vti
3 * retentione pro dote domus præfatæ, vt dicit Bal.
in l. pen. in fin. C. de rei. vxo. actio. & plenè habetur
in l. qui iure familiaritatis. ff. de acquiren. posses. &
4 pariter in filia, quæ pro dote materna possit * re-
tinere respectu hypothecæ. Firmant idem Bru. &
Campe. in præfatis consiliis, & plenè ponit Deci.
in consi. ccxxxij. in primo dubio. & in consil. cccc.
in fin. & ideo dixit Bald. in l. fundus. de rescin. ven-
5 di. * quòd si ex inordinato processu fuit data tenu-
ta, si per prius res illa fuerat obligata propter de-
bitum, poterit retineri pro debito. Quod reputat
not. Francis. de Crema, in singu. xcij. & testatur Fir-
mia. in practica obtinuisse in suo tracta. de episco.
in tertia parte primi libri. quæstio. xlix. & latè mul-
tis exemplis corroborat Deci. in consil. ccccxlix.
Nec suffragaretur dicere, quòd non adparet de de-
bito. ergo non habet locum retentio: nam Hiero-
nymus pater Isabellæ asserendo in instrumento se
verum creditorem Regis Ferdinandi secundi, ces-
sit & donauit dictum creditum cum promissione
euictionis. Et quia in ciuitate Barchynone vbi tũc
comperiebatur, non habebat albarana dicti Re-
gis: sed illa retinebat Neapo. promisit Iacob. An-
ton. pro se & suis hæredibus & successorib. ad om-
nem requisitionem ipsius seu eius hæredis & suc-
cess. consignare albarana præfata: & expressè ca-
uit, quòd si compertum fuerit ipsum non esse cre-
ditorem tempore stipulati contractus: vel quòd
omnia & singula in contractu posita non obser-
uauerit, soluere duplum quantitatis præfatæ pœ-
næ nomine, obligando eius bona in forma &c.
Sicque Isabella ipsa vt filia & hæres requisita, ne-
gauit Albarana, nec obseruat promissa per Hie-
ronymum patrem: & sic tenetur ad solutionem
pœnæ promissæ solui: nam * quando dationi quan- 6
titatis adponitur pœna, dicitur præsumi in frau-
dem vsurarũ adposita: per l. rogasti. §. si tibi. ff. si cer.
peta. tamen secus erit, quando adesset iuramentum.
Ita in specie consuluit Alex. in consi. clviij. ij. volu.
& tenet Bauer. in suis priuileg. iuramenti. numero
71. Quia tunc ratione iuramenti poterit exigi pœ-
na. Quando verò ponitur super promissione facti
seu dandi certa, nulla præcedente obligatione
quantitatis per prius, vt in casu præsenti, non præ-
sumitur fraus: & potest exigi pœna, etiam quòd
excedat interesse: & non requiritur alia probatio
interesse, imò est consilium legis ponere pœnam
certam ad euitandum * probationem interesse. §. 7
fina. institu. de verb. obliga. ita in specie declarat
Abb. in c. dilecti. §. sexta & vltima. de arbit. & hanc
veram & magis communem dicit Alex. in l. stipu-
lationum. §. si sortem. versicu. & ideo si pœnam. de
verb. obli. Idem tenet Alex. in præfato consi. clviij.
vbi ponuntur quasi omnia verba dicti contractus,
& eò magis hic ratione contentus: vt citat Porcius
in dicto §. fina. institu. de verbo. oblig. & ideo non
militaret, quòd dicitur S. Consilium non consue-
uisse condemnare ad pœnam, nisi quatenus cum
interesse concurrat: quia illud posset habere locũ,
quando non esset taxata certa quantitas, quæ pro-
missa fuisset solui in casu licito: vbi timorem frau-
dis cessare apparet, quia aliàs in cassum fuisset con
silium legis, de quo suprà, taxare certam quantita-
tem pro pœna. Secundò, adduci posset, quòd ce-
dẽdo Hieronymus ipse debitum ducatorum qua-
tuor mille, asserendo se verum creditorem, tene-
tur illud verificare l. nomen. ff. de hæred. vel actio.
vend. & sic dum promisit in ampla forma de eui-
ctione, si promissio non adimpletur, succedit nũc
interesse. Sed pro præfato debito ita donato & ces-
so, quod habet & consequi non potest: & sic quòd
pretium rei cessæ, & interesse sunt idem. ita est tex.
quem ibi ponderat Bald. contra proreruos docto-
res, dicentes contrarium in l. prima. C. de his, qui à
non domino manumi. & licet in hoc sit varietas
inter docto. vt Bartol. in l. prima. C. de senten. quæ
pro eo quod interest profer. tamen vt declarat ibi
Decius colum. iiij. saluatur illa opinio in casu, de
* quo agitur: nam dicit ipse triplex esse pretium 8
rei: videlicet, commune, singulare, & conuen-
tum. Commune est interesse, commune pretium
rei: singulare est interesse, singulare & pretium rei:
conuentum est, interesse conuentum, sed pretium
rei commune non est interesse singulare. Igitur in
casu præsenti pretium rei erant ducati quatuor
mille. Interesse enim conuentum erit eiusdẽ quan-
titatis, & in hoc interesse conuento in specie fir-
mat ibi Deci. & absque dubio in casu præsenti non
potest aliter dici: quia si Hieronymus pater pro-
pter seruitia præstita voluit donare quatuor mille
ducatos, & nunc quia non adparet debitum ve-
rum, nec consignãtur cautelæ, non potest debitum
recuperari, nec potest videri, si virtute cautelarum
erat recuperabile, & voluit teneri de euictione,
non potest inficiari minus posse interesse, quàm
pro simplo. Et * ex circunstãtiis ex suo officio po- 9
test iudex interesse liquidare: vt in propriis ter-

minis voluit Barto.in dicta l.j.in fin.de quo excla-
mat ibi Cutti.iunior. Nec dicatur non adparere
de requisitione: nam non incumbit probari de re-
quisitione facta Hierony.sed potius alteri parti: li-
cet sit mera negatiua. Ita dicit Roma.in suo singu.
cccxcvij.quis debet probare.refert & sequitur De-
ci.in capit.quoniam contra.versicu.& circa hoc.
extrà,de probat.Et sic quam primum præfatæ ma-
gnificæ Margaritæ & reuerendo Protonotorio in-
notuit de testamento & legato sibi facto, adiuit S.
consil.requiri faciendo præfatam Isabellam vti fi-
liam & hæredem, vt adimpleret contractum præ-
fatum:aliàs quòd eis licuisset domum retinere pro
quantitate præfata. Vnde succedit, quòd Isabella
ipsa,quæ sciuit,vel scire debuit, fuit constituta in
mora,non adimplendo. Ita in particulari in mora
hæredis arguit Bald.in l.vinum.versic.item, quan-
do.ff.si cer.peta.& est tex.vbi doct.in l. ad diem.ff.
de ver.obl.Ot quantò magis,quia cùm instrumen-
to & aliis necessariis requisitis fuit interpellata, &
sic in mora constituta:vt not.Barto.in l.si ex legati
causa.in fi.ff.de verb.obli.quem ad hoc allegat Ias.
in d.l.vinum.versicu.ij.fallit.& obligatio defuncti
transiuit ad filiam hæredem, vt in omnibus tenea-
tur,prout defunctus pater tenebatur: vt in fortio-
ribus terminis exorditur Sozi.in consil.xxxviij.in
10 iij.vol.Nec * ex præmissis dici potest instrumentū
inliquidum, cùm inter partes fuerit quantitas pe-
nè taxata: & licet probari posset non tantum trāf-
cendere interesse: tamen interim habebit locum
retentio:donec fuerit contrarium probatū: vt con
suluit Sozi.quasi in propriis terminis in suo consi.
xc.in iiij.volu.subdens non esse audiendum debi-
torem offerētem cautionem:vt ibi latius per eum.
Cum quo accedat doctri.Bar.in l.Iulianus.in fi.ff.
de condict.inde.vbi facta refirmatione,quòd om-
nes repræsaliæ debeant reuideri: & quæ fuerint re-
probatæ,non valeāt: interim fieri potest executio:
licet in futurum possent reuocari. Ad idem addu-
citur Bar.in l.iudex post quàm.in fin.de re iudi.De
iudice, qui condemnauit reum in certa quantita-
te,addita clausula in plus vel minus, secundū for-
mam statutorum: nam talis sententia non est cōdi-
tionalis: sed resoluenda sub conditione: & sic de
præsenti est certa: nam attenditur præsens status,
nec attenditur quòd potest in futurum resolui: vt
est textus iuncta glo.in l.ij.ff.de in diem addict.per
quem dixit Sozi.in l.pecuniam.ff.si certum petat.
aliàs in quæstio.facti obtinuisse pluries, quòd quā-
11 do * in instrumento fuit promissa certa quantitas,
cum hoc, quòd si facto calculo minus deberetur,
illa minor quantitas censeretur promissa: quòd ta-
men interim instrumentum habebit executionem
paratam,inferens etiam ad aliam quæstio.similem,
vt ibi per eum.& sic in casu præsenti,donec lique-
bit de contrario, standum instrumento,postquàm
de iure talis obligatio valida reperitur. Præterea,
nam siue dicamus rem certam,siue inliquidam, nō
potest negari quin non sit liquida: sed quòd debe-
tur quantitas. Sed de quantitate magna vel parua
interesse,est dubiū.quid igitur potest inficiari non
posse retineri,post quàm in omnem euentum certi
sumus dari interesse? Ita in specie dicit Bar.in l.j.in
fi.de leg.ij.Quod confirmari potest:nam non dici-
tur liquidum * instrumentum dotis,quādo mulier 12
per mortem viri petit executionem. Ita Bal.in l.si
causam.de execu.rei iud.& tamen,qui habet hypo-
thecam in bonis viri, etiam non facta liquidatione
de incumbentibus,datur retentio:vt suprà demon
stratum est:sumo duas conclusiones per ea,quæ di-
cuntur in l.fi.C. commod.per gl.quando est liqui-
dum posse retineri,intelligitur quando tātùm vo-
lens retinere,poterat actionem personalem inten-
tare.Secus,si habebat hypothecam:quia poterat in-
cūbere pignori,donec liquidaretur:& hoc eò ma-
gis dici debet,quando inspecto præsenti statu con-
stat deberi,licet de quātitate sit dubium: per suprà
dicta.& faciunt dicta per Sozi.in consi.iiij.& cōsi.
lxj.primo volu.post Anto.de Butr.in c.cùm olim.
de censi.ver.item aliud no.dixit Abb.quòd instru-
mētum habebit executionem nedum super iis, quæ
directè continentur,& super quibus fuit confectū:
sed etiam in iis, quæ indirectè probantur: quantò
fortius erit in casu præsenti,in quo nedum indire-
ctè, sed directè constat de quantitate: & ideo ipse
iudex taxare poterit,& non in minori summa,post
quam tenebatur Hieronymus de euictione.& filia
Elisabeth dicit non habere albarana,& deficit fun
damentum actionis,& cōstat de euictione. Et quia
de aliis extremis constat per præambulum, quòd
licet factum sit parte non citata: tamen ita se habet
obseruantia magnæ curiæ: sicque videtur iudicari
debere minus bene iudicatum per magnā curiam
super exfractione præfata,contra præfatā nobilem
Margaritam & eius filiam. Quibus bene ruminatis
per S.Regium consilium,ex quo adparet ex tenore
instrumenti, virtute cuius agitur, illud non esse li-
quidum: fuit dictum per S.Regium cōsilium non
posse procedi ad executionem per plenè allegata
& congesta per Alexan.in consi.xcij.& xciij.in iiij.
volu.& cùm * huiusmodi instrumentum testamen- 13
ti & debiti non sit liquidum, non meretur execu-
tionem paratam à iudice: multò magis non potest
pars propria authoritate illud exequi.l. proinde.&
ibi Barto.in §.notandum.ff.ad legem Aquil.Barto.
& doct.in l.prima.C.de senté.quæ sine certa quan-
ti.profe.Bald.in l.cùm testamento.C. de testamen.
manu.maximè, quia instrumentum non cantat in
personam dominæ Margaritæ, seu reuerendi Pro-
tonotarij eius filij, sed alterius iam defuncti, & sic
prætenditur exequi contra non nominatum in eo:
& sic contra hæredem & similes: vnde non potest
dici liquidum. Ita dicit Alexand.in consi.clxxxvij.
secundo volumine. Bald.in l.per diuersas. C. man-
dat.quia debet verificari illum esse hæredem. Alle-
gat Innocen.in capitu.quia.v.extrà,de iudic.& in-
tantum hæc vera sunt quòd quando * condemna- 14
tus nullum habet tempus ad soluendum, tunc si
opponat compensationem debiti, & offerat breui
probaturum & liquidare,nō debet audiri. Ita con-
suluit Alexan.in præallegato consi.xcij.in iiij.vol.
Et præmissa potissimè procedunt,cùm fuerit pro-
nuntiatum per magnam Cur.super exfractione,&
præfata magnifica Margarita condemnata ad ex-
fractandum domum præfatam. Et à sententia * ex- 15
fractionis, non licet appellare: vt dicit Bald.in l.
vnica.

vnica.C.si de momen.possess.fue.app.& in l.j.§.j.ff. de fer.Alexan. & Iaso.in l.j.in fin.ff. solu.matrimo. Alexan.in l.ij.de appella.recipien.in additio. Quæ vltimæ decisiones, licet loquantur in fabro malleante prope scholas vel prope cameram scholaris: tamen ratio, super qua ipsi fundantur, est, quia talis causa celeritatem desiderat: & ideo appellari non potest: vt dicunt Barto.& doct.in d.l.fin.ff.de
16 appel.recipi.nam * dictæ causæ, quæ celeritatē desiderant, sunt adeo priuilegiatæ, quòd in eis procedi potest, etiam in diebus feriatis. Ita dixit Ludo. Roma.in l.si verò.§.de viro.ff.solu.matri.& Feli.in c.ecclesia sanctæ Mariæ.extra de constituti. Ex quibus omnibus tam circa iustitiam quàm circa admissionem appellationis fuit per Sacrū Consilium decisum, fuisse bene per magnam Curiam vicariæ iudicatum: & sententiam eiusdem debitè esse executioni mandandam.

SVMMARIVM.

1 *Sententia, quòd sit lata absque causa cognitione, ex breuitate temporis adparere dignoscitur.*

2 *Sententia lata ex falso instrumento, sicut non tenet, ita nec priuilegium ex falsa causa concessum.*

3 *Priuilegium per surreptionem obtentum, non tenet.*

Dictio, prout, exponitur pro quia ibid.

4 *Dictio, quia, causam dispositionis importat.*

5 *Causa finalis, & causa proxima quæ dicantur.*

6 *Causa finali cessante, cessat concessio & dispositio.*

7 *Dictio prout, in priuilegiis, in quibus continetur certa dispositio, licet stet causaliter, & non conditionaliter: tamen quando adijcitur aliquid de præterito per talem dictionem, & de illo constat, tūc talis dictio stat conditionaliter & limitatiuè: & limitat & restringit præcedentem dispositionem & certam.*

8 *Licet stāte inuestitura, quòd possit quis exigere decimas de fœno iuxta formam antiquarum inuestiturarum, & secundum quod antecessores vsi fuerunt, & possederūt, non sit necesse probare, quòd antecessores receperunt decimas de fœno: Quia illa dictio, prout, exponitur causaliter pro quia: ex quo adparet certitudo dispositi. Si tamen ex aduerso esset probatum, quòd de fœno nunquam consueuerunt solui decima, tunc secus.*

9 *Confitens se debitorem, vt in instrumento tali constat: si in eo non adparet debitor, non nocebit ei confessio.*

10 *Ciuitas si tenetur à tyranno, cuius tempore alia ciuitas occupat de territorio vel de iurisdictione illius: & tyrannus patitur, patientia aduersarij tyranni, qui est in possessione vi vel clàm, non inducit ius præscribendi: quia non constituit aduersarium in quasi possessione.*

11 *Scientia vbi non est, non dicitur patientia, meritò non dicitur quasi possessio.*

12 *Dictio prout: & dictio, sicut, & similes, adposita in confirmatione, intelliguntur conditionaliter, & non causaliter.*

13 *Priuilegium concessionis, licet caueat pro se, hæredibus & successoribus: non tamen comprehendit omnes hæredes: sed intelligitur de primo hærede. & nu.14.*

15 *Regalia possideri non possunt absque speciali cōcessione, & titulo.*

16 *Allibratus quis dici non potest in ciuitate, si non reperitur in libro libra, vel non soluisse collectam, si non reperitur in libro soluentium. & eundem modum probandi negatiuam ponit Bald. vt ibidem.*

17 *Regalia non possunt possideri absque titulo, nec probari, nisi per priuilegium & concessionem.*

18 *Quando ad esse facti, requiritur probatio per scripturam, negatiua probatur per solam allegationem: & alleganti affirmatiuā incumbit onus probandi per scripturam: cùm præsumatur factū non fuisse, nisi adpareat scriptura.*

19 *Donatio est titulus habilis ad dominij et iuris trāslationem.*

20 *Princeps eo ipso, quòd donat, transfert dominium.*

21 *Priuilegij confirmatio, secundum formam priuilegiorum antecessorum, non valet: nisi priuilegia confirmanda ostendantur.*

22 *In dispositionibus, de quorum natura est disponere de nouo. vt in contractibus, priuilegiis, rescriptis, sententiis, & similibus, si de illo præterito, ad quod prædictæ dictiones referuntur, non constat, non ex hoc redditur dispositio conditionalis: nec ideo gratia vitiatur. & ibi ponitur exemplum.*

23 *Concessio dicit: concedo tibi ius exigendi quantitatem illam vectigalis in tali loco, prout hactenus consueuisti: si de illa consuetudine non adparet, per quam dispositio certificatur, velut incerta vitiatur.*

24 *Concessio vel confirmatio si est facta de his, quæ possides in tali loco, vel quæ tui antecessores possederunt, dispositio vitiatur, nisi de tua vel suorū antecessorum possessione adpareat.*

25 *Iudex si in sententia dicit: condemno te ad dandum singulis annis vnum par caponum, secundū quod tui antecessores consueuerunt, interpretātur hæc verba: quia sic consueuerunt. & non faciunt conditionem. & condemnatio facta, intelligitur simpliciter facta.*

26 *Dominus inuestiens aliquem de feudo decimandi de fœno, si inuestitura non probetur, ea concessio valeat.*

27 *Concessio feudi facta: sicut veneranda memoria genitor meus tibi vel tuo genitori tale feudum concessit, sic & nos concedimus: non est necesse vassallo ostendere de prima concessione.*

28 *Concessio feudi vel emphyteosis, secundum modum & formam antecessoribus factam, valet: etiam si dictus modus & forma non adpareat: quia dicta verba stant causaliter.*

29 *Donatio quælibet concessa per Principem, dicitur priuilegium: & pariter gratia.*

30 *Verba gratiæ latissimè interpretantur contra concedentem.*

31 *Concessio si iudicatur dependere solùm à voluntate concedētis: & tunc aut in illis verbis fundatur*

intentio

intentio Principis, & probant contra concedentem, aut in illis non fundatur, & tunc saltem inducunt præsumptionem.

32 Causa, quando dicitur finalis: & quando impulsiua.

Dictio, aliis, intelligi debet de similibus ibid.

33 Correxisse non præsumitur quem se velle incontinenti.

34 Confirmatio continens clausulam, ex certa scientia, tunc non dicitur stare in forma communi.

In priuilegiis & gratiis dictio prout, & similes, stãt causaliter, pro quia: sic clausula prout possedit, exponitur, quia possedit. ibid.

35 Attamen hoc videtur intelligi, quando non adparet de possessione: & sic est dubium, an possedit vel non: sed quando est certum, quòd non possedit, vt quia probatur non possedisse, & sic falsum id quod asseritur, & tunc stat conditionaliter. & nu. 36.

37 Duæ qualitates quando copulantur in aliqua dispositione, an requiratur concursus vtriusq; vel vna tantum sufficiat. & nu. 38.

39 Princeps concedens tibi tales res, quas iustè possides in tali loco, quia res non sunt specificatæ, nisi ostendatur aliquarum iusta possessio, non debentur. Secus, si determinatæ dicantur tales res, quas iustè possides in tali loco: quia postquam sunt certæ res, de quibus in concessione, debentur: etiam si non adpareat de iusta possessione.

40 Princeps mandans, vt reintegret aliquem in cõtentis in suo priuilegio, & illa sibi consignari omni difficultate, contradictione, & quocunque impedimento cessantibus: nedum ex his videtur mera executio demandari, sed quòd nulla potest fieri contradictio de iure vel de facto.

Princeps per secundam eius iurisdictionem videtur ostendere suam magis deliberatam voluntatem: vt eius priuilegium exequatur. ibid.

41 Principis assertioni, in eius præiudicium plenè credi debet in facto proprio. & nu. 42.

43 Filius in vita patris, dicitur quasi possessor.

44 Possessio translata est ex solo priuilegio, in iuribus incorporalibus.

45 Sententia sola iudicis in iuribus incorporalibus, trãsfertur ciuilis & naturalis possessio.

Possessio propriè licet non detur in iuribus incorporalibus, tamen datur quasi possessio, et dantur remedia quasi possessoria.

46 Beneficia & concessiones Principum debent latissimè interpretari.

Quod maximè procedit in præiudicium ipsius cõcedentis. ibid.

47 Item & in his quæ priuilegium exprimunt.

48 Priuilegium Principis, in quo verba generalia continentur, iu non debet tenaciter interpretari.

Verba Principis in priuilegio posita, debemus conformare æquitati: licet verba hoc non patiantur. ibidem.

49 Principis liberalitas, fræno nõ subest: nec debet coërceri.

50 Argumentum validum de rescripto seu vltima voluntate ad contractum.

51 Legatum pro dote, licet sit conditionale: tamen secus est in legato occasione dotis. Quia cum sit purum, statim debetur.

52 Verba adiecta legato in fauorem legatarij, non restringunt legatum: sed vberiorem legati causam reddunt.

53 In causa impulsiua non fundatur effectus: sed occasionem remotam præstat.

54 Concessio ipsa ex vno capite vera, non vitiatur ex alio capite subreptitio.

55 Priuilegia Principum licet sint latissimè interpretanda contra ipsum Principem concedentem: intelligitur, quando esset motu proprio concessum: secus, si ad partis postulationem: quia tũc stricta sit interpretatio.

56 Princeps nunquam dicitur motu proprio concedere, nisi exprimat in concessione clausulam, motu proprio.

57 Principis qualitates omnes sunt exprimendæ, quibus moueri posset Princeps ipse ad non concedẽdum, seu difficilius concedendum.

58 Impetratio ad hoc vt saluetur à subreptione seu obreptione, requiritur fieri, seu quòd facta sit notabilis expressio: nec sufficeret in genere fieri.

DECISIO LIX.



Atholicus Rex gloriosæ memoriæ, ob causam matrimonij per illustrem Robertũ de S. Seuerino Salerni principem cum illustri. donna Maria de Aragonia eiusdẽ regis catholici nepte, pro securitate suarum dotium, ac earum augmento, & vt de affinitate prædicta commodum reportaret, concessit eidem principi, licet per fiscum prætendatur, quòd confirmauerit, pro se suisque hæredibus & successoribus in perpetuum, annuos ducatos quatuor mille, super functionibus fiscalibus foculariorum & salis regiæ curiæ debitis à quibusdam vniuersitatibus & locis ipsius principis, necnon & ducatos mille super tractis basilicatæ, & nonnulla alia: quæ omnia fuerant olim concessa auo, similiter Roberto nominato, per quondam Serenissimum Regem Ferdinandum primũ, & demum per eundem modernũ principem Robertum possessa, & concessa iuxta tenorem priuilegiorum prædicti quondã Regis Ferdinãdi primi, & prout per prædecessores suos & successiuè per ipsum tenebantur & possidebãtur. Cuius priuilegij vigore modernus ipse Robertus princeps assecutus fuit possessionem etiam authoritate literarũ Regiæ Cameræ. Et dum modernissimus princeps Roberti filius petijsset proximis elapsis temporibus in Regia Camera sibi prouideri super executione priuilegiorum prædictorum, obtinuit decretum executionis priuilegij prædicti, virtute cuius expeditis literis executorialibus fisco reclamante, & obtinente supersederi ordinatione illustrissimi tunc Proregis mandantis, vt consultaretur catholicus Rex: ex quo ita sibi rescripserat, & vltimò remissa causa per catholicum Regem, vt iustitia ministraretur, & de supersessoria prædicta haberetur ea ratio, quæ de iure habenda foret, instante

ſtante regio fiſco ſuper reuocatione decreti, & illuſtriſſi. Principe ſuper eius executione, dicebatur per fiſcum, qui ſuperſeſſoriam obtinuerat, decretum ipſum nullum, tanquam fiſco inaudito latum: ſed feſtinanter ac properè, eodem fiſco non vocato, nec aliquo termino ſibi impartito, & præter ordinem conſuetum ipſius regiæ cameræ, & ſic nulliter: per legem prolatam. C. de ſenten. & abſq;
1 * cauſæ cognitione: quod ex breuitate temporis adparere dignoſcitur & præſumitur. l. ſtipulationes. & lege ſecunda. C. eodem titu. C. de ſenten. & optime declarat Barto. in l. prolatam. Tum etiam, quia latum contra fiſcum indefenſum: per l. vnicam. C. de ſenté. aduerſus fiſcum lat. lib. x. & ibi notat Bald. & l. fina. C. de aduo. fiſci. Secundò, conſtat de intentione catholici regis fuiſſe & eſſe, concedere ſeu cõfirmare iura tractarum, prout per principem Robertum donatarium poſſeſſa & téta fuerant, & ſuper ipſa quaſi poſſeſſione Roberti, Rex ipſe innititur, dum ſæpius de ipſa in priuilegio meminiſſe adparet validãdo conceſſionem eandem, ſicut melius & plenius omnium prædictorum in poſſeſſione ſeu quaſi, hactenus fuit, & in præſentiarum exiſtit. Sed hoc à tramite veritatis, cum reuerentia deuiare videtur, cùm prædictus princeps Robertus nunquam tenuit, nec poſſedit prædicta iura tractarum: ergo deficit conceſſio: per text. in capi. inter dilectos. de fide inſtrumen. & ibi Abb. poſt Innoc. & Hoſtien. verſic. iiij. oppo. Sicut
2 nec tenet * ſententia lata ex falſo inſtrumento, ita nec priuilegium ex falſa cauſa conceſſum, tenet. l. prima & ſecunda. C. ſi ex fal. inſtrum. Vnde ſi princeps Robertus nunquam poſſedit, ſubreptum fuit catho. regi, cui ſi innotuiſſet ipſum principem non poſſediſſe, non conceſsiſſet: & ſic * priuilegium per
3 ſubreptionem obtentum, non tenet. Inno. & Abb. in capit. inter dilectos. de fide inſtrumen. vbi Abb. ſubdit non obſtare clauſulam: ex certa ſcientia, quando adparet falſitas: quia talis clauſula non ſupplet defectus naturalis falſitatis. Tertiò, ſi dictio, prout, exponitur pro quia: ſecundum quod exponitur in text. capit. Abbate ſancti Syluani. de verbo. ſignific. deſignat cauſam conceſsionis: & di-
4 ctio, quia, * cauſam diſpoſitionis importat. l. demonſtratio. §. quod autem. ff. de condic. & demonſtrat. & erit ſenſus, quia per Regem Ferdinandum primum fuerunt conceſſa prædeceſſoribus ipſius principis Roberti, & demum per ipſum Robertum tenta & poſſeſſa. ideo dixit: Damus & concedimus iura prædicta. quæ quidem cauſa ſi vera eſſet, videtur obligatoria, quoniam ſi dicta iura fuerunt conceſſa prædeceſſoribus prædicti Roberti, & per eundem tenta & poſſeſſa, ex quadam æquitate tenebatur catholi. Rex reſtituere. & ſic videtur hanc fuiſſe cauſam proximam & finalem conceſsionis
5 prædictæ, cùm illa * dicatur cauſa proxima, cohærens, & finalis, quæ eſt obligatoria de rigore ſiue de æquitate: vt declarat Barto. in lege demonſtratio. §. quòd autem. ff. de condit. & demonſtratio. & ibi Paul. de Caſtr. in ſecunda quæſtio. ſubdit, quòd cauſa dicitur proxima & cohærens, quando eſt obligatoria de rigore, vel de æquitate, ſi vera eſt. Si ergo cauſa iſta finalis eſt falſa, vitiatur diſpoſitio. l. prima. C. de fal. cau. adiec. leg. & l. cùm tale. §. falſam cauſam. de condit. & demonſtrat. verſi. non cohæret: à contrario ſenſu. & tenet Barto. Paul. de Caſt. & communiter doct. in d. §. quod autem. quoniam * ceſſante cauſa finali, ceſſat diſpoſitio & con 6
ceſsio: vt declarat Barto. in dicta l. ij. §. fin. ff. de donat. Abb. in c. poſt tranſlationem. de renun. v. colũ. Tum etiam, quia ſi illa cauſa non fuiſſet expreſſa, Rex catholi. dictam conceſsionem ſeu confirmationem non feciſſet. Quod adparet: quia ſuper ea ſemper innixus fuit, vt in prima ratione ſuprà dictum eſt. Item quòd quamuis dictio, prout, in * pri- 7
uilegiis, in quibus continetur certa diſpoſitio, ſtet cauſaliter, & non conditionaliter: tamen quando adiicitur aliquid de præterito per talem dictionem, & de illo conſtat, tunc talis dictio ſtat conditionaliter & limitatiuè: & limitat & reſtringit præcedentem diſpoſitionem & certam: vt firmat Bartol. in extrauagan. ad reprim. in verſicu. prout. per l. edita. C. de edendo. ibi: prout edicti perpetui monet authoritas. Idem tenet Paulus de Caſtro. in conſiliu cccxx. in vltimis * verbis, dum dicit, quòd 8
licet ſtante inueſtitura, quòd quis poſſit exigere decimas de fœno, iuxta formam antiquarum inueſtiturarum, & ſecundum quod anteceſſores vſi fuerunt & tenuerunt, & poſſederunt, non ſit neceſſe probari, quòd anteceſſores receperunt decimas de fœno, quia illa dictio, prout, exponitur cauſaliter pro quia: ex quo adparet certitudo diſpoſiti. Si tamen ex aduerſo eſſet probatum, quòd de fœno nunquam conſueuerunt ſolui decimæ, tunc ſecus eſſet: quia dici poſſet, quòd illa verba, prout, & ſecundum, facerent conditionem. Idem voluit Felin. in ca. quoniam Abb. extrà, de officio delega. vbi dixit, quòd ſi illud, ad quod per dictas dictiones fit relatio, inuenitur, tunc diſpoſitio limitabitur ſecundum illud, quod inuenitur. Et ideo ſi princeps dicit: confirmo ſententiam, prout eſt iuſta, & reperitur iniuſta, nec erit valida, ex hoc non confirmauit. & allegat Aret. in capitu. primo. extrà, de probat. & idem tenet Riminal. in l. edita. C. de eden. declarando tamen vbi dicit, quòd ſi diſpoſitio, cum qua habetur relatio per dictas dictiones, reperitur, tunc licet diſpoſitio ſit certa: tamen limitabitur & reſtringetur, ſecũdum quòd reperitur in ea diſpoſitione, ad quam habetur relatio per dictas dictiones. allegat Bartol. in extrauagan. ad reprim. & not. per Bald. in l. ſecunda. in fi. C. de erro. aduoc. vbi dicit, quòd ſi quis confitetur ſe debitorem alicuius, prout conſtat tali inſtrumento, ſi in eo non adparuit debitor, confeſsio huiuſmodi non nocebit ei. & ſic cùm dictio, prout, poſita * in dicto priuilegio catholici Regis, referat 9
ſe ad poſſeſsionem prædeceſſorũ Roberti: necnon ad poſſeſsionem ipſius Roberti, & appareat talem poſſeſsionem non eſſe veram, ipſa conditio non poteſt ſtare cauſaliter, id eſt, pro quia, ſed conditionaliter: & reddit diſpoſitionem ſub conditione, ſi ipſe Robertus poſsidebat. Quæ cùm adpareat, quòd non ſit vera, ceſſat diſpoſitio. l. cedere diem. ff. de verbor. ſignifica. & l. qui hæredi. in fin. ff. de condit. & demonſtratio. Quòd autem Robertus nunquam poſſederit, adparet, quia nihil adparet probatum de ſua tali poſſeſsione. Item facta longa perquiſitione in libris computorum portulanorum

norum in regia camera, in quibus describi & annotari huiusmodi reditus & exactiones, & sic adparet probatum de negatiua, quòd non possederit nec exegerit iura prædicta: quia si exegisset, compertum fuisset in libris prædictis: per d. Bald. in l. ij. C. de erro. aduoc. de negatiua, quæ probatur per inspectionem librorum, vbi registrantur sententiæ, vel vbi describuntur allibrati. Item prædictus princeps Robertus minimè possidere potuit. Nam ob defectionem illustris. Antonelli principis eius patris, qui defecit à fidelitate regis Ferdinandi primi, remansit Robertus ipse infans in posse ipsius Regis detentus per multos annos: & quousque Antonellus ipse reuersus fuit cum rege Carolo octauo Gallorum, & fuit Robertus ipse libertati condonatus per regem Ferdinandum secundum, in ciuitate Isclæ, ad intercessionem præfati regis Caroli eius hostis ipsum rogantis per suum oratorem, vt ipsum sibi largiretur. Et sic tempore suæ detentionis prædictæ non potuit habere possessionem dictorum iurium & tractarum: quia qui possidetur, possidere non potest. l. homo liber. §. fina. ff. de acquirendo rerum domi. l. qui in seruitute. ff. de regulis iuris. Item minimè potuit acquirere dictam quasi possessionem tempore regis Caroli inuasoris regni: quia inuasor seu tyrannus nullum ius habebat in dictis iuribus tractarum, sicut nec in regno, & sic eius præsentia & patientia non potuit constituere patrem Antonellum aut Robertum filium, in quasi possessione ipsorum: vt est casus in l. j. secundum tertiã lect. C. de seruit. & aqua.
10 & ibi hoc tenet Barto. inferens* quòd si ciuitas tenetur à tyranno, cuius tempore alia ciuitas occupat de territorio vel iurisdictione illius, & tyrannus patitur, patientia aduersarij tyranni, qui est in possessione vi vel clam, non inducit ius præscribendi: quia non constituit aduersarium in quasi possessione. & idem tenet Pau. de Cast. ibi & Anto. de Butr. in cap. causa extrà, de cau. poss. & proprie. quando quasi possessio incorporalium non erat formata legitimè in personam tyranni, videlicet per patientiam Imperatoris, prout in casu præsenti: nam pari modo minimè poterat dictam quasi possessionem habuisse tempore, quo illustrissimus Antonellus pater fuit restitutus per regem Federicum: quoniam si pater ipse fuit restitutus, possidebat, & eo casu ipse filius possidere non poterat. l. iij. §. econtrariò. ff. de acquirenda possessio. Et sic postquam princeps Antonellus recidiuauit in rebellionem tempore prædicti regis Federici, & profugit vnà cum eius filio prædicto ad Regem Franciæ hostem: & sic ambo rebelles lege secunda. in secundo responso. ff. ad legem Iuliam maiestat. & in extrauagan. quoniam nuper. qui sint rebelles. & not. Barto. ibi super verbo, faciunt. Et in dicta rebellione persistẽs Antonellus pater, & ipse filius extra regnum recesserunt: & sic ab eo tempore vsque nunc, nec pater, nec filius possederunt, nec etiam expulso Rege Federico, & diuiso regno ac declarato Rege catholico vero & legitimo rege regni prædicti, absque scientia & patientia ipsius, prædictus Robertus filius quasi possessionem prædictam habere non poterat: quia insecutus fuerat partes Gallorum cõtra cathol. regem: & sic quia eius status erat in portione obuenta regi catholico, prout euentus belli declarauit, fuit rebellis regis catholici, veri regis & domini regni: & tanquã rebellis non erat capax possessionis, per prædicta. Item quia ad acquirendam quasi possessionem incorporalium, necesse erat scientia & patientia ipsius catholici regis, qui tunc erat absens à præsenti regno, & ignorabat prædicta. & certum est, quòd ignorans non patitur, nec consentit: imò in quærendo possessionem seu quasi dictorum iurium, de quibus agitur, requiritur specialis titulus cum literis regiis: vnde princeps Robertus ipse non poterat esse in quasi possessione, & eam aliquo pacto acquirere: vt dicit Bartol. in l. prima. in tertia lectu. C. de seruí. & aqua. dicens, quòd ciuitates, quæ vsæ sunt mero & misto imperio, non præscribunt seruitutẽ, nec sunt in possessione, nec fuerũt: quia possessio ipsius iurisdictionis, non est aliud, quàm scientia & patiẽtia principis, contra quem præscribitur. Sed vbi *non est scientia, non dicitur 11
patientia: meritò, nec dicitur quasi possessio. idem voluit Bartol. in l. prima §. denique. ff. de aqua pluuia arcenda. Prætereà, in vltimo rescripto obtento à Cæsarea maiestate, princeps asserit concessionem factam, fuisse confirmatam per Cæsar. maiest. vt patet in rescripto prædicto: & hoc creditur fundari eius intentio, per priuilegium catholici regis productum, quod est merè confirmatorium. Et vera, & * communis conclusio est, quòd huiusmo- 12
di dictio, prout, & sicut, & similes, adpositę in confirmatione, intelliguntur conditionaliter, & non causaliter: per text. in capit. examinata. & ibi gloss. suprà verbo, sicut. & Abb. de cõfirma. vtili vel inutil. & in cap. peo. & ibi glos. in versicu. sicut eodem titu. Barto. in extrauag. ad reprim. in versi. prout. & omnes scribentes, per l. editam. C. de edendo. & in l. admonendi. ff. de iureiur. si ergo stat conditionaliter, cùm adpareat quòd princeps Robertus, cui fuit facta concessio per regem catholi. nunquam possedit, vt suprà dictum est, & sic defecit conditio, qua deficiente deficit cõcessio. l. cedere diem. de verborum signific. l. qui hæredi in fin. de condi. & demon. Item quo ad ducatos mille super tractis basilicatæ, adparet illos fuisse concessos pro mensa, vt declarat ita in specie priuilegium regis cathol. quæ vt concessio annua, seu concessio pro mensa seu pro alimentis, sui natura non transit ad hæredes: vt in l. cùm in annos. & in l. in singulis. ff. de annu. leg. & licet in * priuilegio sit expressum 13
pro se & suis hæredibus & successoribus: nõ tamen comprehendit omnes hæredes: sed intelligitur tantùm de primo hęrede. l. antiquitas. C. de vsufruct. & tenet Barto. quem communiter sequuntur doct. in l. Gallus. §. & sic putetur. ff. de libe. & posthu. & per doct. in l. animalibus. C. de leg. & facit l. Stichum. §. primo. ff. de verborum obligatio. & ibi Bart. meritò intellecta dicta clausula, prout conditionaliter, vel exemplificatiuè, vel pro quia, semper fiscus haberet intentum: quia non transmitteretur ad omnes hæredes, nec ad dictum illustrem actorem. Nec suffragaretur adiectio verbi. in perpetuũ, in priuilegio contentum, cum referatur ad plura in eodem priuilegio regis catholic. mentionata, & adpareat subreptitium, non facta mentione, quòd tenebar

tenebat pro prouisione seu pro mensa: quòd si fuis-
set narratum, non fuisset adpositum verbum præ-
dictum. Et ex quo prætenditur intentio ipsius prin
cipis fundari super priuilegio regis catho. maximè
super verbis, videlicet, prout dicto tempore re-
gis Ferdinādi primi per prædecessores suos, & per
ipsum tempore aliorum regum, &c. Inferens ad
non concludentia, ponderando verba prædicta
fuisse prolata à rege, qui gesta per dictum regem
Ferdinandum primum regem Alphonsum, & Re-
gem Federicum, & Regem Ferdinandum, secun-
dum successores prædicti Ferdinandi primi, adpro-
bauit, & gesta per alios assertos reges & tyrannos
improbauit: & meritò, cum dicat tempore alio-
rum regum, ex præsumpta mente dicti catholici
Regis, ex dispositinne iuris: cum sic dicta dictio,
aliorum regum, intelligatur de simili, & sic de di-
ctis regibus Alphonso, Ferdinando secundo, & Fe-
14 derico: vt clarè colligitur * ex dictis Bald. in l. con
uenticulam. C. de episcop. & cler. & in l. si fugitiui.
C. de ser. fug. vetti. quæro. gl. in l. non solum. §. quæ-
ritur. & ibi Bar. & Alb. ff. de procurat. glo. singu. in
dicta l. iij. vbi Cyn. Bart. & Angel. & Paul. de Castr.
C. de ser. fugiti. glo. in l. non solùm. §. quæritur. su-
prà alleg. Alia gloss. magistra in c. sedes apostolica
ver. maiores. de rescrip. Maximè, cum Rex catho-
licus dixerit, aliorum regum: & non dixit, aliorum
tyrānorum. & non absq; causa dixit tempore alio-
rum regum, cum re vera vltra dicta iura, de qui-
15 bus agitur, fuerint & sint * regalia, quæ possideri
non possunt absque speciali concessione & titulo:
per textum & gloss. in const. ea, quæ ad decus. & in
const. si dubitatio. & in consti. dignū. & ibi per An
dræam & alios modernos. Et plus dixit glo. in dicta
constit. si dubitatio. & in constit. ea, quæ ad decus.
dum non possunt ista possideri, sed etiam non po-
test probari possessio ipsarum: nisi per priuilegium
& concessionem, vt ibi expressè dicitur. & firma-
tur per gln. & Andr. & meritò: cum liqueat prædi-
ctum Principem Robertum secunndum, cui fue-
runt priuilegia ipsa cōfirmata, minimè possedisse,
nec possidere potuisse tempore dictorum regum,
Alphonsi, Ferdinandi secundi, & Federici. & sic
cum fuerit expressum iura prædicta fuisse possessa
per dictum Robertum & eius prædecessores, ciui-
liter intelligendo, intelligatur de possessione legi-
tima mediante titulo, vt suprà dictum est, per ea,
quæ dicit Speculator in tituln de empt. & ven. ad
euidentiam, cum similibus. Et tantò magis quia
iura capiuntur à manibus officialiū regiorum ea
colligentium: qui quidē nullatenus soluissent ve-
risimiliter ipsi principi, absque expresso mandato
scribæ portionis in scriptis obtento seu regiæ ca-
meræ summariæ. & sic mediātibus liberantiis con-
signandis eisdem regiis officialibus pro eorum cau
tela, quæ reuera minimè interuenerunt, nec inter-
uenisse allegantur. Vnde clarè potest colligi nega-
tiua ex inspectione librorum, & mandatorum, & li
berantiarum scribæ portionis, & aliorum officia-
lium: & signanter ex registris executorialium re-
giæ cameræ, quos quatenus opus est inspici petit
prn conseruatione iurium regij fisci. Bartolus in
l. Titiæ textores. in princ. ff. de leg. j. per text. in l. fi.
16 C. de rebus credit. per quem * concludit probari
aliquem non esse allibratum in ciuitate, si non re-
peritur in libro libræ: vel non soluisse collectam,
si non reperitur in libro soluentium: & eundem
modum probandi negatiuam ponit Baldus in l. fi.
suprà alleg. & in l. in instrumentorum. C. de eden.
Baldus in l. j. C. de bono. poss. ad finem. & facit tex.
in l. penul. cum gloss. in vers. nihil. ff. de confe. & in
l. cùm testem. in fine. & in l. debitor rationibus. C.
de manu. test. Bart. in l. ij. in fin. post gloss. C. de ad-
uoc. diuers. iud. Alexan. consil. lvj. in fin. iiij. volum.
& liiij. eo. vol. aliàs lix. cum sequen. Fulgo. consilio
ciiij. Pau. cons. ij. in prin. Felin. in cap. sicut. de præ-
sumpt. Bald. consilio lxxx. & xlvj. Barb. consil. vij. j.
volu. Anto. de Ptaro veteri in consiliis Bart. ad fin.
Rom. in consil. ccxlv. in fin. Quæ præmissa maxi-
mè procedunt, * cum huiusmodi regalia non pos- 17
sint possideri absque titulo: nec probari, nisi per
priuilegium & concessionem: vt suprà dictum est,
& clarè colligitur ex dictis glo. & Andr. in d. con-
stitu. si dubitatio. & ea, quæ ad decus. & in constit.
dignum. & quando ad esse * facti, requiritur pro- 18
batin per scripturam: negatiua probatur per so-
lam allegationem, & illi, qui allegat affirmatiuam,
incumbit nnus probandi per scripturā, cum præ-
sumatur factum non fuisse, nisi adpareat scriptu-
ra: secundum Abb. in c. bonæ. lo primo. de elect.
post glo. ibi. & vj. q. vltima. actor. & Abb. in c. quo-
niam contra. de probat. Et sic ex præmissis videba-
tur intētio regij fisci fundata circa nullitatem seu
iniquitatem decreti regiæ cameræ, ita quòd ad ip-
sius executionem minimè procedi potuisset. In
contrarium in fauorem ipsius illustris principis,
consideratur translatio dominij ex huiusmodi re-
gia donatione, & iuris exigendi tractas, ac exte-
ra in priuilegio contenta: cùm * donatio sit titu- 19
lus habilis ad dominij & iuris translationem. l. fin.
ff. de donation. cap. cùm dilecti. de donatio. secun-
dum scilicet ius exigendi, per gloss. & Bart. in l. ad
eum. ff. de donatio. Bar. in l. per diuersas. & in l. ab
Anastasio. C. mand. Et idem, si donat concedendo
in feudum, prout in casu, de quo agitur: quia vtile
dnminium transfertur per huiusmodi cōtractum.
c. j. de cap. cotra. ca. si vasallus. si de feud. fuerit con-
trouersia. cum cæteris alleg. per And. Bald. & alios, 20
in prælud. feud. vbi Bald. etiam inquit, quòd * eo
ipso, quòd princeps donat, transfert dominium, &
tenet Ioan. Andr. in c. olim. de verb. sign. & in c. in-
ter dilectos. de fide instru. Et ideo dicebat Angel.
in l. officium. ff. de rei vend. quòd dnminium pro-
batur per instrumentum donations habitæ à prin-
cipe. & dicit Baldus in cap. ad audientiam. de præ-
scriptionib. quòd ex annua præstatione in feudum
habita per priuilegium principis, super iuribus fi-
scalibus, seu alia possessionis consignatione, trans-
fertur ius. Idem etiam importat verbum, damus, in
dicta donatione adpositum: vt in §. sic itaque. insti.
de actio. & ex cōsequenti illius iuris, cum iuris ali-
cui competentis dicitur quis dominus. l. naturali-
ter. §. nihil cnmmune. ff. de acqu. pos. in prima opp.
Bat. & sic ex priuilegio prædicti serenissimi Regis
habetur ius fundatum in petitorio & translatione
dominij, & iuris prædicti. Et licet sint in priuile-
gio verba illa: videlicet, sic & prout dictus prin-
ceps & sui antecessores tenuerunt & possederunt.

quamuis de concessione facta Antonello principi antecessori, & de possessione seu quasi ipsius, satis claré adpareat ex priuilegio Serenissimi Regis Ferdinandi primi. Ex quo resultat notoria probatio. per notata in cap. licet causam. de probat. ex quo non liquet in processu de possessione præfati principis Roberti: ad quam etiam videtur facta relatio, & sic videtur deficere vnum de requisitis: per ea, quæ voluit Abb. in cap. examinatæ. de confes. vtili
21 vel inutili. * vbi tradit, quòd si fit confirmatio secundum formam priuilegiorum prædecessorum, non valet, nisi priuilegia confirmata ostendantur. auth. si quis in aliquo documento. C. de eden. Sed rectè intuenti nihil habet obstare, præsupponendo quod tradit Bart. in extrauag. ad reprimend. in ver. prout videlicet quòd inter dictionē, prout, inxta secundum, & similes, non est differentia. Ideóque pro decisione huius difficultatis adducitur casus in cap. Abbate sancti Syluani. de verb. signific. vbi per priuilegium cócessum abbati & monachis eligendi abbatem in alio monasterio secundum morem præteriti temporis, de quo more non adparet, fuit dubitatum de viribus priuilegij: tandem decidit, quòd illa dictio, secundum, potest intelligi conditionaliter, & causaliter, vt huiusmodi priuilegium valeat. Dicit textus quòd taliter intelligi debet: & ideo remanet validum, non obstante, quòd id, quod determinatur per verbum, seu dictionem, secundum, non adpareat. sic & in casu, de quo agitur, licet non adpareat de possessione principis Roberti, ad quam refert dictio, prout, tamen gratia remanet firma. Idem satis ad propositum Bart.
22 in dicto ver. prout, dicit * quòd quando sumus in dispositionibus, de quarum natura est disponere de nouo, vt in contractibus, priuilegiis, rescriptis, sententiis, & similibus, si de illo præterito ad quod prædictæ dictiones referuntur, non constat, non ex hoc redditur dispositio conditionalis: nec propterea gratia vitiatur. Et si dicatur: concedo tibi, vt possis colligere vectigalia tantæ quantitatis, secundum quod, vel prout hactenus consueuisti. exponitur, quia sic consueuisti. vnde licet de consuetudine non adpareat, dispositio non vitiatur. Alleg. tex. in dicto cap. Abb. Idem firmat Aretinus in consil. lxxij. visis. ver. circa tertium. vbi referendo d. Bar. dicit in hoc attendi debere, an dispositio sic certa, vt vectigal tantæ quantitatis: & tunc etiam quòd causa adiecta per dictas dictiones sit falsa, sumus in regula illa, quòd falsa causa non vitiat dispositionem. l. cum tale. §. falsam. ff. de condit. & demonstr. Si verò illud, ad quod fit relatio in præteritum, est incertum, tunc nisi de illo præterito adpareat, ex quo reddatur certa, dispositio illa vitiatur: vt quia concessio illa diceret: concedo tibi ius
23 exigendi quantitatem illam * vectigalis in tali loco, prout hactenus consueuisti, si de illa consuetudine non adpareat, per quam dispositio certificatur, tanquā incerta vitiatur: per ea quæ voluit Bar.
24 in l. si sic. §. j. post Old. ff. de leg. j. vbi dicit * quòd si concessio vel confirmatio est facta de his, quæ possides in tali loco, vel quæ tui antecessores possederunt, dispositio vitiatur: nisi de tua vel tuorum antecessorum possessione adpareat. Aliud, si res esset specificata cum clausula prædicta. Idem declarat Aretin. in consilio cxlix. & consil. penu. Ad prædicta bonus textus in l. iij. C. de fal. cau. ad lega. cum ibi not. vbi si maritus legat vxori dotem, non adiecta quantitate, non valet legatum, nisi de quantitate adpareat: at secus, si legatur certa quantitas, & licet de illa non adpareat legatum valet. Si verò illud priuilegium, ad quod fit relatio, vel consuetudo adparet, ab illis limitatur, & recipit interpretationem: vt per Bartol. in loco prædicto. & sic sunt considerandi tres casus. Primus, quando dispositio est certa, & non adparet id, ad quod fit relatio, & valet. Aliud quādo est incerta, & nó adparet id, ad quod fit relatio, & vitiatur. Tertius quando id de quo fit relatio, adparet, & est magis strictum, & tūc dispositio restringitur, & limitatur secundum illud. Ita Bar. in loco prædlleg. ad quod facit, quod voluit Lud. Ro. consi. cccxxxvj. quem sequitur Felin. in c. ij. ver. clausula, si preces. de rescr. vbi dicit, quòd dispositio principis facta cum dictione, prout, & similibus, non requirit aliam probationem. Ad idem, quod voluit Bart. Bal. & Paul. de Cast. in l. eum, qui. §. Iul. ff. de consti. pec. vbi dicunt, quòd * si iudex in sententia dicit condemno 25
te ad dandum singulis annis vnum par caponum, secundum quod tui antecessores cóſueuerunt, interpretātur hæc verba, quia sic cóſueuerūt: & non faciunt conditionem: & condemnatio facta, intelligitur simpliciter facta. & ideo Paul. de Castr. in l. admonendi. ff. de iureiur. dicit, quòd si dominus inuestiuit * aliquem de feudo decimandi de fœno, 26
secundum quod eius antecessores fuerunt inuestiti, licet non probetur de inuestitura & de exactione antecessorum, concessio tamen valebit: per d. c. Abba. & not. in d. §. Iuli. Et insuper adducitur consilium Old. nu. 121. quòd tacito authore tenet Ioan. And. in addit. Specu. in tit. de feud. §. j. versi. instrumentum. vbi * confecto instrumēto in tali forma, 27
sicut venerādæ memoriæ genitor meus tibi vel tuo genitori tale feudum concessit, sic & nos concedimus: an vasallus teneatur primam concessionem ostendere & dicit quòd non: per l. ex hac scriptura. ff. de dona. & in l. si donatio. C. eo. tit. & ibi soluitur contrariū de d. aut. si quis in aliquo. Mouetur etiā, quia si causa illa non esset vera, non vitiaretur concessio: vt in l. cùm tale. §. falsam. ff. de condit. & demonstr. nisi causa esset talis. qua non extante princeps concessurus non fuisset. & qui hoc dicit, ipse probare debet: vt d. §. falsam. & hæc decisio ponit gladium ad radicē. * Hinc dicebat Paul. de Cast. in 28
l. pe. de inst. & substi. quòd concessio feudi vel emphyteosis secundum modū & formam antecessoribus facta, valet etiam si dictus modus & forma non adpareat: quia dicta verba stant causaliter, vt suprà. & ad hoc faciunt plura adducta per Felin. in d. cap. ij. ver. sic. clausula, si preces. extrà, de rescript. Ias. in l. admonendi. & in dicta l. penult. Quia ergo sumus in concessione certa & determinata, meritò dicta verba non habent conditionare dictam gratiam. & sic videtur concludendum, quòd licet de possessione prædicti Roberti non adpareat: concessio tamen remaneret valida & firma ex præmissis, & aliis nouis rationibus & causis. Et in primis, quia * tractatur de principis priuilegio, & qualibet donatio seu gratia concessa per principem, dicitur 29

citur prinilegium : secundum Baldum in cap. in-
uestitura. de no.form.fidel. Fraociscus Curtius in
consilio xlix. vnde succedit ratio textus in dicto
cap.Abbate, quòd debebit afferre vtilitatem pri-
uato, cui est coocessum, & quòd in eo verba de-
30 bent * interpretari, vt actus potius valeat, quàm
pereat: & præsertim, qùia verba gratiæ latissimè
interpretantur contra concedentem.l.fi.ff.de con-
stitutio.princip.& ibi modern.& per Alexandrum
consilio clxxviij.secundo volum. Secundò colli-
gitur ex dictis Bart.& aliorum, vbi suprà, quòd ibi
illa verba exponuntur taliter, scilicet quia prin-
ceps & sui antecessores possederant, & sic sua ma-
iestas saltem enuntiatiuè attestatur dictam posses-
sionem: ex quo sequitur, quòd aut dicta possessio
iudicatur actus dependens à voluntate conceden-
tis & concessionarij, iuxta gloss.in l.illud.C.de sa-
crosanct.eccle. & dicta verba inter easdem perso-
nas probant.l.optimam.C.de contrah. & commit.
stipula.Bartolus & alij, in authentic. si quis in ali-
31 quo.C.de edendo.aut * iudicamus dictam conces-
sionem dependere à voluntate concedentis solum:
& tunc aut in illis verbis fundatur intentio prin-
cipis, & probant cootra concedentem, aut in illis
non fundatur: & tunc saltem inducunt præsum-
ptionem.ita concludunt glos.& doct. io c.si Papa.
de priuileg.in vj.& in clemen.literas. de probat.&
per Aret.& alios, in cap.cum nobis.de probat. vn-
de expositis verbis modo prædicto, videtur, quòd
de quasi possessione attestata adpareat per ipsam
principis concessionem, qua nulla melior proba-
rio.l.cum te.C.de transact. & habetur per Canoni-
stas in rubrica, extrà, de probation. vbi latissimè.
Tertiò, quia si dicta causa est falsa, non vitiat dis-
positionem prædictam: vt per Oldra. & Ioan.And.
& Ate.vbi s. & j. clarius adparebit. Qnartò, qnia
expositis dictis verbis, pro causa, causa illa non
est finalis: & ideo licet cesset vel sit finalis, non vi-
tiatur concessio: quia omnis dispositio regnlatur à
causa finali.l.finali.& ibi not.ff.de hæredibus insti.
Bartolus in l.j.ff. de donatinnibns. Quòd antem
sit impulsiua, probat Bartolns. in l. demonstratio.
§.qnod autem.j.& iij.quæst.ff.de condit.& demon-
stratio.vbi postquàm declarauit, qnòd falsa causa,
quæ non est finalis, sed impulsiua, non vitiat dispo
32 sitionem, quærit, quaodo * dicatur finalis, & quan-
do impulsiua. & dicit qnòd quando id, quod ex-
primitur, non cohære dispositioni, vt quia non
erat de se obligatorium, tunc legatnm seu disposi-
tio non vitiatur: vt ibi in dicto §.falsa.quia cense-
tur impulsiua: vt puta dico, lego tibi centnm, quia
bene gessisti negotia mea. hoc casu dicta causa,
quia non erat obligatoria, non dicitur finalis: nam
causa finalis legati, quæ dicitur donatio in testa-
mento facta.l.legatum.ff.de leg.ij.& est liberalitas,
à qua principaliter procedit donatio, licet nulla
negotia mes gessisti. valet legatum, & pariter do-
natio. Idem in donatione tenuit gloss.& Bartol.in
l.damus.ff.de condic. indeb. videlicet, quia prin-
cipalis causa & fioalis est liberalitas: non autem
administratio negotiorum, quæ non erat de per se
obligatoria. Sed si dico, lego tibi centum, qnia
illa mihi mutuasti: tunc si adparet nõ fuisse factum
mutuum, legatum vitiatur, quia causa mutui erat
obligatoria, & illa videtur esse causa finalis. Vnde
ad propositum causa donationis non fuit, qnia Ro
bertus princeps possedit, cùm illa de per se non
erat obligatoria, qnoniam & iura dictarum tra-
ctarũ, & vniuersus status principatus Salerni, licet
fuissent per retro reges concessa antecessoribus di-
cti principis, & dato, quòd ipse princeps posse-
disset, nõ erat obligatoria, cum in guerra baronum
primò Antonellus princeps fuerit priuatus in bel-
lo inito inter prædictum serenissimum Regem ca-
tholicum, & regem Franciæ, in quo prædictus Ro-
bertus secũdus secutus fnit partes Gallorum, præ-
dictus princeps similiter fuit priuatus, & omnia
iure belli fuerunt Regi catholico acquisita, pront
etiam magnificus fisci patronus prætendit. l. si ca-
ptiuus.ff.de capti & postlim.reuer. glossa Bartolus
& doctores in l.Diuus.ff.de iure fisci.& in l.ex hoc
iure.ff.de iust.& iur.l.j.in prin.ff.de acqui.posses.&
in cap.ius militare, prima distinctione. Ergo cau-
sa possessionis dicti principis non erat obligato-
ria, vt sic prædictus Catholicus rex obligatus fuis-
set ad donandum iura prædicta, ex eo, quia prin-
ceps possedit, cùm causa illa possessionis iure bel-
li fuerit extincta, & acquisita eidem catholicn re-
gi. Ideo causa prædicta non fuit finalis, sed im-
pulsiua. Et hoc etiam, quia dictus Rex ex sua libe-
ralitate donauit: quod ooo esset si ad id esset obli-
gatus: quia necessitas daodi, non inducit liberali-
tatem.l.rem legatam.ff.de adimendis legatis. Item,
rex ipse in priuilegio prædicto vtitur verbo, da-
mus. quod non conueniret, si dicta iura fuissent
apud ipsum principem, quia res nostra noo pntest
oobis dari.l.sequitur.§. bona. ff. de vsuris. Prima
igitur causa finalis, fuit liberalitas, quæ est causa
finalis donationis, de qua prinilegium loquitur,
secundum Bartolum in dicto §. quod autem.& in.
l.j.ff.de donationibus. Secunda fuit ratio affinita-
tis, de qua expressa fit mentio in priuilegio. casus
est in l.fina.ff.de hæredib.instituend. vbi institutio
facta ex causa consanguinitatis, cessante consan-
guinitate rnmpitur. Tertia est illa, de qua in pro-
œmio priuilegij dictæ legis fin. & ibi not.docto.ff.
de hæred.instit. Sed causa expressa & motiua prin-
cipis fuit: vt ibi exprimitur affinitas, ratione ma-
trimonij cum illustrissi.domina Marina nepte ip-
sius catholici regis, prædicto principi Roberto nu
pta.l.Procula.cum ibi not.ff.de probat.l.j.de hære.
instit.ergo illæ dicũtur esse finales. Et amplius sub-
ditur in priuilegio prædicto, videlicet, vt de dicto
matrimonio lucrum cõsequatur: & ista causa alio
respectu iudicatur finalis, cùm causa matrimonij
dicatur fauorabilis.c.fin.cum ibi not. de re iud.l.j.
ff.sol.mat.Dec.in c.j.de prob. & causa fauorabilis,
dicitur finalis, vt declarat Præposi. in cap.cessan-
te.iiij.de appellat. Item asseritur in priuilegio cau-
sa augmenti dotis, quæ similiter est fauorabilis.
dicta l.j.solut.matrim.vbi integra schola docto.te-
net, quòd dicta causa sit finalis. & tenet Bald. in l.
generaliter.C.de episcop.& cler.Bar. in l.j.ff.de do
nat. Et quod dicimus in dote, idem in augmento
dotis.l.etiam.C.de iure dot. & in l.si constat.C.de
dona.ante nup. Hinc dicebat Aret.in l.placet.ff.de
acquire. hæred. quòd sicut valet donatio inter pa-
trem & filium in potestate pro dote, ita etiam si fit

in augmentum dotis. Et dicit Angel.in authent.de
æqual.dot.quòd omnia priuilegia doti competen-
tia,competunt eius augmento. Præterea, quod di-
cta causa possessionis principis Roberti nec fuerit
finalis & motiua dicti Regis, constare adparet ex
lectura priuilegij,ibi dum expressis antè dictis cau
sis dicit, & ex aliis causis, quas hic exprimere non
curamus:quæ verba intelligi debent, scilicet simi-
libus,cùm sub dictione aliis, intelligantur similes.
gloss.in doct.in l.si fugitiuus.C.de ser.fug.dicta er-
go verba,prout, non fuerunt exposita pro causa fi-
33 nali,* sed impulsiua, vt suprà dictum est. aliàs vi-
deretur se incontinenti correxisse, quod præsu-
mendum non est.argu.l.iam ad ea.ff. de condit.&
demonst.& Andr.de Isern. in c.j. dum loquitur de
quadam opi.Hostien.qui feud.da.pos. Non obstat
doctrina Abba.in c.examinata. nam ei dupliciter
respondetur. Primò, quia illa procedit in confir-
matione,& non in noua concessione, vt probant
iura & authoritates præallegatæ, prout bene de-
clarat Felyn.in d. versi.clausula,si preces.& Dec.in
c.examinata.& Bar.in d. ver.prout.Sed licet,quòd
nos sumus in noua cócessione facta ex causis præ-
narratis de bonis ipso iure quæsitis prædicto Regi,
etiam si per viam restitutionis esset facta redditio,
tamen diceretur noua concessio, vt per doct.in c.
quamuis.de in integ.resti.in sexto. præcipuè, cùm
rex non fuerit vsus.versi.restituimus & reddimus,
sed damus & donamus.vt per And.in c.j.in fin. de
vasal.decre.ætat.Item doctrina Abb. vendicat sibi
locum,quando princeps fecit confirmationem in
forma communi:secus, si ex certa scientia, vt de.
declarat ibi Abb.& Are.in d.cósi. lxxvj. vbi alleg.
ad hoc glo.in c.pen.de confir.vti.vel inut. & plenè
Fely.in loco præallega.in clausula,si preces. At in
casu præsenti cócessio ipsa fuit facta ex certa scien
tia principis,scientis illa iura esse sua, & sic ex me-
ra liberalitate,vt patet per illa verba:ex certa scien
tia, posita in priuilegio quo certa scientia proba-
tur.glo.fi.in clem.ij.de rescri.Inno. in c.postulasti.
in prin.eo.tit.Bal.in c.super quæstione.§.præterea.
de offi.deleg.Imo.in l.fi.qui.appel.non lic.& idem
34 in terminis tenet Abb. in d. c.examinata. vbi * di-
cit, quòd quando in confirmatione est clausula,
ex certa scientia, tunc non dicitur stare in forma
communi,& dicta verba, sicut prouidè,non stant
conditionaliter. Et posset non rugato supercilio
attentari,quòd licet in priuilegiis, gratiis, & aliis
nouis dispositionibus,dictio prout,& similes, stét
causaliter pro quia, & sic clausula, prout possedit,
35 exponitur quia * possedit:tamen Paul. de Castr. in
consil.xvij.in fi.in causa decimali:videtur intelli-
gere,quando non adparet de possessione: & sic est
dubium,an possedit vel non. Sed quando certum
est,quòd non possedit, vt quia probatur nó posse-
disse,& sic falsum id quod asseritur, tunc stat con-
ditionaliter.Sed in casu præsenti dicitur apparere,
quòd non possedit ex libris portulanorum, seu re-
lationibus commissariorum præsentatis,in quibus
non adparet aliquid descriptú de perceptione, &
sic possessione aliqua principis Roberti:igitur ta-
lis defectus conditionis,vitiat dispositionem.Plus
dicitur,quòd nedum non possedit,verum etiá nec
potuit possidere, cùm titulus paternus principis
Antonelli erat extinctus, & sine noua scientia &
patientia Regis catholici,seu eius præsidis,non po-
terat quasi possessio acquiri in istis iuribus incor-
poralibus,per doct.Bart.in l.si publicanus.§.fin.ff.
de public.sed illa non interuenit.ergo defecit po-
tentia possidendi. Nam respondetur quòd illa de-
claratio Paul.est falsa, salua eius pace. Et primò,
quia ex se absque lege loquitur aut ratione. l.illam.
C.de colla Secundò,quia iura & doct. indifferen-
ter volunt, quòd dicta verba stent causaliter. sed
secundum Pau.de Cast.deberet distingui, aut pro-
batur,quòd id,quod exprimitur,non est verum,&
per cósequens falsum,& stant verba prædicta con-
ditionaliter:aut nihil probatur, & important cau-
sam.Istud autem esset nimium restringere tot iura
& communem doct.conclus.sola authoritate Pau.
qui nihil allegat. Tertiò,Paul.dicit contra casum,
in d.§.quod autem.vbi si testator dixit: lego Titio
fundum, quia negotia mea curauit. vel filio dixit:
percipito fundum:quia frater tuus ex arca cétum
accepit.ex quo istæ causæ non cohærét legato,quia
de se nó sunt obligatoriæ,vt suprà, licet falsæ sint,
quia nec Titius negotia curauit, nec filius pecu-
niam sumpsit ex arca,tamen legatum debetur:& sic
tex. probat quòd etiam si illæ causæ adpareant fal-
sæ,dispositio non vitiatur.Et ita intelligitur Bart.
in d.iij.q.ibi,si adparet causa falsa. & iterum ibi, si
probatur error.hoc etiam est de mente Bal. in d.§.
Iulia.vbi * dicit,quòd condénatio illa ad dandum 36
par caponú,secundú quod antecessores consueue-
runt,nó facit conditionalé condemnationé,vt ita
demum cõdemnatus teneatur si antecessores con-
sueuerint:imò simpliciter tenetur ei omnino dare.
Et nihilominus cótra Pau.de Cast.tenet Ias.in l.ad-
monendi.ff.de iureiur.& in l.pe.C.de instit.& sub-
sti.vbi referédo Paul.in q.illa de fœno, secundum
quod antecessores percipere consueuerunt, dicit,
quòd debetur etiam quando nunquam fuisset per-
cepta,& etiam contra Paul.est decisio illa Oldr. &
Io.And.vbi suprà,dum dicunt illa verba stare cau
saliter,etiam si illa causa esset falsa.& idem Aret.in
consi.prædicto,necesse est dicere decisioné eorum
procedere, quando probatur causam esse falsam,
aliàs non posset dici falsa,quia non esse,& non ad-
parere,idem sunt.l.duo sunt Titij.ff.de testa.tute.l.
Rutilia polla.de contra.emp.Præterea,nec esset ne
cesse verificare possessioné seu quasi principis An-
tonelli,& successiuè Roberti cumulatiuè: sed suf-
ficit probasse possessionem alterius ex eis tantum,
vt probatur ex doc.Bar.declarata per Sozi.ibi.ver
sic.ij.limitat in l.si is,qui * ducéta.§.vtrum. de reb. 37
dub.vbi in isto passu, quando in aliqua dispositio-
ne copulantur duæ qualitates, an requiratur con-
cursus vtriusq;,vel vna tantum sufficiat? & distin-
guit,aut plures qualitates respiciunt diuersas sub-
stantias vel species, & sufficit vna qualitas seu ad-
iectio: vt si dico, Lego seruos albos & magnos,ve-
niunt, qui sunt absolutè albi, vel absolute magni:
& similiter si lego vestes emptas & paratas, veniút
emptæ tantum,vel paratæ tantum,per text.iunctis
not.per Bart.in l.qui concubinam.in fin. de leg.iij.
Aut illæ qualitates seu adiectiua respiciunt vnum
subiectum particulare,* vt si dicu seruum album
& magnum: & tunc requiritur vtraque qualitas, 38
per l.

per l.si hæredi plures.ff. de condi.insti. eandé theo-
ricam teoet Bal.in l j.ff.de iust.& iu.vbi dicit, quòd
quando plures qualitates seu adiectiua copulantur
respectu vnius substátiui, requiritur cõcursus vtri-
usque: aut respectu plurium, & sufficit vna quali-
tas. Ex quo enim infert, quòd si testator legat do-
ctoribus & Medicis, & sic generi &c. ita quòd re-
fertur ad plures, & sufficit vna qualitas, ita q̃ siue
sit solũ Doctor, siue solũ Medicus, vocatur ad le-
gatum. & idé firmat Bald. in l. Gallus. §. etiam. si ad-
parente. ff. de lib. & posth. vbi loquendo de dictio-
ne copulatiua, inter cætera dicit, quòd si adponi-
tur inter qualitates respiciétes plura subiecta, non
requiritur concursus omnium. Alleg. l. falsa. §. fi. de
condi. & demon. & per prædicta consuluit Alex. in
quodam consilio suo non impresso, de quo memi-
nit Fel. in c. ij. vj. fallentia, de rescrip. vbi consuluit
quòd instrumentũ quoddam dictabat, q̃ valles, in
quibus erat aliqualis fundus cãnæ densæ & vulga-
ris, spectarent vni ex contrahentibus: non requi-
runtur omnia, sed omnis locus vbi est vna ex dictis
qualitatibus, dicitur vallis. Quia igitur in casu
pręsenti illa verba. prout, fuerunt possessa & tenta
per ipsum principem & suos antecessores, non re-
feruntur ad solas tractas, sed ad quatuor mille du-
catos annuos super fiscalibus, & ad alia in priuile-
gio contenta. ergo non requiritur concursus vtri-
usque qualitatis, scilicet possessionis principis, &
antecessorum: sed sufficeret vna, videlicet, quòd
vnaquæq; ex dictis speciebus fuerit possessa per ip-
sum principem solũ, vel per antecessores solũ. Sed
quia de possessione dictarum tractarum principis
Antonelli, & cõcessione constat ex priuilegio Se-
renissimi Ferdi. primi: ergo alia qualitas principis
Roberti non requiritur. & ex hac duntaxat ratio-
ne omne scrupulum sublatum adparet. Accedit
insuper, quòd quando plures qualitates respiciunt
plures res, vel etiam vnam rem, vel substantiam rei
adiectæ in dispositione, etiam si nulla qualitas con
currit, valet dispositio, vt colligitur ex dictis Sozi.
in d. §. vtrum. per tex. in l. Quintus. la prima. de au-
ro & argen. leg. & bene facit, quod voluit Aret. in
39 suo consil. pe. vbi si Rex dixit, concedo * tibi tales
res, quas iustè possides in tali loco, quia res nõ sunt
specificatæ, nisi ostendatur aliquarum iusta posses-
sio, non debentur. Secus, si determinatè dicatur: ta-
les res, quas iustè posides in tali loco: quia post-
quàm sunt certæ res, de quibus in concessione, de-
bentur, etiam si non adpareat de iusta possessione,
alle. no. per. Bar. & alios in l. si sic. de lega. j. Vltimò,
adparet causa discussa per Regiam cameram, per
quam decretum fuit dictum priuilegium esse exe-
cutioni mandandum, quod transiuit in rem iudi-
catam, etiam per cursum triennij. l. j. & ibi gl. C. de
sent. aduer. fis. lat. li. x. & sic obstante exceptione li-
tis finitę, non est vlterius discutiendum. l. j. cum ibi
not. ff. de transact. c. j. de litis conte. in vj. l. j. ff. de re
iud. habetur etiam res iudicata pro veritate. l. inge-
nuum. ff. de sta. hom. & executionem habere debet.
l. j. C. de excep. rei iud. Item cùm Rex cathol. literas
executoriales desuper expediuit, regiæ cameræ di
rectas, eius officium non erat, nisi in exequendo,
iuxta dicta in clem. j. de offic. delega. & in l. ab exe-
cutore. de appe. Prætereà, fuit per alias prouisiones
prędicti quondam catholici Regis iniunctum illu-
strissimo tunc Proregi, vt completo partito Pauli
Tholosæ reintegraret principem ipsum in conten-
tis in suo priuilegio, & illa sibi consignari, omni
difficultate *, contradictione, & quocunque im- 40
pedimẽto cessantibus. Ex quibus clausulis nedum
videtur euidenter mera executio demandari, sed
quòd nulla posit fieri contradictio de iure vel de
facto, per tex. quem ad hoc no. Do. de sancto Gemi.
in c. si beneficia. in fin. de præben. in vj. & maximè,
quia dicta verba sunt geminata per dictiones ge-
minatas, & est secunda iussio principis. per quæ
ostenditur eius mens deliberata, vt priuilegiũ om-
nino exequeretur: per dicta Abb. in c. si quando. ij.
not. & in ij. iij. not. de rescriptis. vbi dicitur paren-
dum esse omnino secundæ iussioni, etiam si esset
minus honesta. & sequitur Albe. Bru. in cõsi. xcvij.
vbi multa congerit. & consi. seq. Fel. in c. nonnulli.
de rescript. in sexta limita. Præterea, est verum sim
pliciter, quòd de possessione alterius ex ipsis prin-
cipibus adpareat, cùm de possessione principis An
tonelli liqueat per priuilegium serenissimi Regis
Ferdinandi primi. quo cauetur, per informatio-
nem habitam à regia camera, sibi constare ipsum
principem exegisse, * cui assertioni regis, in eius 41
præiudicium plenè credi debet in facto proprio.
l. cum re. C. de transact. Clemen. literis. de proba. &
ibi glo. & quando non tractatur de commodo re-
gis, quòd valeat plus eius dictum, quàm vnius no-
tarij dixit Andr. de Isern. in constit. sancimus. in fi.
quo tempore mil. arg. l. ij. C. de quadru. præscript. &
And. de Isern. in c. fi. de controue. feu. apud par. ter.
* quòd quádo ex certa scientia facit fidem de actu, 42
prout in casu istius priuilegij, in quo asseruit con-
stare per informationem captam, vt non esset os
in cœlum ponere, dicere, quòd etiam constet de
possessione Roberti filij * Antonelli, cùm filius in 43
vita patris quasi possessor dicatur, prout quasi do-
minus: vt inquit Bald. in l. in suis. ff. de lib. & posth.
Bar. in l. ij. §. filium. ff. de vsucapio. & propriè ad li-
mit. l. possessio. §. j. ff. de acquiren. possess. & mortuo
patre, coniunctim à patre in filium descendit pos-
sessio. l. cùm miles. ex quib. caus. & vnum & idem
verbum in instrumento, quantò magis in priuile-
gio potest sumi propriè & impropriè. Ita consu-
luit Alexander in consilio xj. in princip. viso, ac vt
oporter considerato. ij. vol. per tex. in l. ij. ff. de offi.
proconsu. vbi idem verbum manumissio, sumitur
propriè respectu serui, & respectu filij impropriè:
& sic propriè verbum, prout posidebat Antonel-
lus pater, respectu Antonelli potest sumi propriè,
& respectu Roberti, impropriè: ad quem coniun-
ctim descendit possessio: & hæc exuberant quo ad
concernentia petitorium. Quo * verò ad posses- 44
sorium, nõ videtur dubium, cùm simus in iuribus
incorporalibus: in quibus ex solo priuilegio fuit
translata possessio, seu quasi: iuxta notab. theori-
cam Innocentij, in c. cùm nostris. de conces. præ-
ben. quem sequitur Bal. in margari. super ver. pos-
sessio. Item, prædictum decretum, per quod decla-
ratur priuilegium exequendum, & per verba in eo
adposita, prout præsenti decreto exequitur, fuit si-
militer translata possessio: nam sola sententia iu-
dicis in corporalibus iuribus, transfertur ciuilis

& naturalis possesio : vt per Felynum in cap.fina.
de iudiciis. Baldus & Angelus in l.sunt & aliæ.ff.
de publica.Ben.capra, in cap.cùm ecclesia.de cau.
possesion.& proprieta.& tantò fortius, quia fue-
runt expeditæ literæ directè portulanis pro solu-
tione facienda,& incœpta exactio solutionis præ-
dictæ: per ea, quæ habentur in cap. peruenit. de
censib. Innocentius in cap. secundo. de postulat.
prælato. Bartolus in l.j.§.hoc interdicto. de itine.
actúque priua.glossa & doctores in dicto cap.cùm
ecclesia. Quamobrem stante moderno principe
Roberto in sua quasi possesione, fuit priuatus per
regiam cameram,& causa de iustitia commissa per
Cæsa. maiestatem. petitum fuit per principem in
sua quasi possesione restituendum: per l.si quis ad
se fundum.ad legem Iul.de vi publ. Secundò, per
l.meminerint.C.vnde vi. Tertiò, per cap. reinte-
granda.iij.quæstione j.& l.si.C.vnde vi. & aliorum
45 iurium, quæ subueniunt * eiectis & spoliatis sal-
tem vtili remedio: nam licet in incorporalibus
non detur propriè possesio.l.si seruus.§.incorpo-
rales.de acqui.rer.dom.l.iij.in prin. de acqui.poss.
tamen datur quasi possesio, & dantur remedia
quasi possessoria.l.quoties.ff.de seruit.l.si ædes.§.li
bertis.& l.hæc iura.ff.de ser.vrb.præd. Ideo glo. &
doct.in l.fin.C.vnde vi.tenét per illam l. quòd sal-
tem vtili remedio succurratur spoliatis quasi pos-
sesione iurium incorporalium. Idem Bartolus la-
tè in l.iij.§.non vi.ff.de vi & vi arm. Bar. Aretin.&
moder. in l.naturaliter.in prin. de acquir.pos.& in
l.j.ver.quærit etiam hic Bart.eod.tit.& sic videtur
princeps restituendus in sua quasi possesione, à
qua deiectus fuit, cum his, quæ medio tépore per-
cepisset, si deiectus non fuisset.l.j.§.qui autem.ff.de
vi & vi arm. & in §. ex die.& plenè per Cano. in c.
grauis.& in c.cùm venissent.de restitu.spolia. Nec
prædictæ restitutioni haberet obstare exceptio do
minij, adparens de dominio agétis per sententiam
& decretum prædictum notoriè.iuxta ea, quæ ha-
bentur in c.significauerunt.extrà de testibus.& in
c.licet causam.de probat.per Bart.& alios.in l.na-
turaliter.§.nihil commune. de acquir.posses.& sic
concludebatur pro parte ipsius principis, quod iure
proprietatis & possesionis iustitiam fouebat, &
quòd eidem restitutio fieri debet: per cap.cum di-
lectus. & cap.cùm causam.de causa possesionis &
proprietat. quibus omnibus bene pensaris, & ru-
minatis, tam præmisis fundamentis fisci, quàm
elisionibus pro parte dicti principis adductis per
illustrisimos & magnificos dominum Mayum vi-
cecancellarium, & Regétes regiam Cancellariam,
& nos Regios consiliarios ac præsidentes regiæ ca
meræ summariè extantibus, multis ex eis in voto
simpliciter, prædictum principem restituendum:
& aliis exequendum esse decretum regiæ cameræ:
de quo suprà: & aliis consulendam esse Cæsa. ma-
iestatem cum votis præmisis. Quibus vltimis ad-
hærendum putaui, vt infrà votum meum aperiam.
Illustrisimæ dominæ vicecancellariæ, excellen-
tésque domini regentes regiam Cancellariam, pa-
tres conscripti. Ego Thomas Grammaticus inter
regios consiliarios minimus in tanto præstantisi-
morum Iurisconsultorum cœtu, concurrente ar-
duitate causæ, contremiscens, colligendo sarcinu-
las seu spicas post terga metétium, breuisimis in-
frà dicendis votum meum exoluere contétus ero:
&, vt ex relatione causæ percepi, relatū fuit, quòd
per catholicum regem gloriosæ memoriæ fuit con
cesio prænarrata facta præfato illustrisimo prin-
cipi Salerni contemplatione matrimonij contra-
cti per ipsum principem cum illustrisima domina
Marina de Aragonia eius nepte, in augmentū do-
tis, ac etiam vt ipsam dotem prædictæ eius neptis
facilius assecuraret: & vt princeps de affinitate
prædicta vtilitatem reportaret, vt verba conces-
sionis testantur, & per fiscum non inficiatur: vn-
de sancitum comperio * concesiones & benefi- 46
cia principum latisimè interpretari debere, vt fir-
mant plenè gloss.& Baldus in l.beneficia.ff. de con
stitutio.princip. quod maximè procedit, quando
in præiudicium ipsius principis concedentis: per
textum, in l.nec auus.& ibi Baldus.C. de emancip.
liber.& not.in l.cùm filius.de testamento militari.
& satis pulchrè & magistraliter Innocentius in c.
cùm dilectus.extrà de donation. & in c.cùm olim.
de verb.signific.& Ias.in dicta l.beneficium.& Bal.
in c.j.§.si.quid sit inuest.Bart.in l.Gallus.§.& quid
si tantùm.ff.de libe.& posthu.quod maximè proce-
dit in his, * quæ priuilegium exprimunt, vt dicit 47
Andr.in c.Imperialem.de prohib.feud.aliena.per
Fed.& ideò dicit pulchrè gloss.in cap.allegant. in
versi.tenax.xxvj.q.viij.quòd verba generalia, quæ
* princeps ponit in suis priuilegiis, tu non debes 48
tenaciter & strictè interpretari. & ideò dixit gl.in
c.paratus. in glo.iij. xxiij. quæstione j. quòd verba
in priuilegio principis posita debemus conforma-
re æquitati, licet verba etiam hoc non patiantur.
Et cōsuluit Oldr.consi.cclxviij.quæstio est, vtrum
per priuilegium.in fin.& sequitur Ias.in l.quando-
cunque.C.de testam.milita. concurrente maximè,
quia *principis liberalitas fræno nō subest, nec de- 49
bet coerceri.l.pe.C.de donationibus inter virum
& vxo.l.sancimus.C.de donat.& probat tex. aper-
tus in l.fina.circa medium. C. de præpo.age. in re.
lib.xij.ibi, absurdum & temerarium forté propter
astutam interpretioné, velle beneficia principum
recludere ad strictam interpretationem. Secundò
præmittendo* argumentum validum de rescripto 50
seu vltima voluntate ad contractus: per textum,
iuncta glo.in l.qui testamentum.C.de testa.& præ-
missa concesione prædicta pro augmento dotis,
& contemplatione & assecuratione validioris do-
tis,& vt princeps ex affinitate prædicta vtilitatem
consequatur, adduco * quod pulchrè consuluit 51
Baldus in consil.ccvij.primo volu. Titius in testa-
mento. vbi dixit, quòd licet legatum pro dote sit
conditionale: tamen secus est in legato relicto oc-
casione dotis: quia cùm sit purum, statim debetur:
& significát dicta verba causam impulsiuam & re-
motam: argum. de condit.& demonst.l.Titio cen-
tum.& ita teneo subdit ibi Bal.& ideò cùm in aug-
mentum dotis,& pro ipsius assecutione,& vt prin-
ceps de affinitate ipsa vtilitatem consequatur, con
cesio ipsa facta fuerit, etiam quòd non adpareat
de possesione ipsius principis, de qua asseruerat
in concesione, videtur illa possesio iudicanda,
vt de causa impulsiua & remota, quòd maximè
procedat, cùm * verba adiecta legato in fauoré le- 52
gata

gatarij,nõ restringant legatum, sed vberiorem legati causam reddant.l.libertis.ff. de ali. & cib.leg. vbi si fuit pro alimentis relictus fundus Titio, li-
53 cet Titius aliunde alimenta percipiat: attamen * & vsusfructus ipsius fundi, ac etiam proprietas sibi debetur:tum maximè,quia in causa impulsiua non fundatur effectus, sed occasionem remotam præstat:vt dicit Bald.in l.generaliter.C. de episcop. & cleri.cùm causa impulsiua dicatur,quæ respicit fauorem legatarij.l.ij.ff.de donat.in fi. maximè,cùm in priuilegio Rex catholicus dixerit ibi: intelleximus.& sic non dixit ab ipso principe,nec ad ipsius assertionem ipsum principem possedisse.Nec videtur ex hoc posse dici priuilegium ipsum subreptitium vel obreptitium, cum si fundatur in concessione olim facta prædecessoribus ipsius principis, cum adiectione, quòd Robertus eius pater posse-
54 dit,& Rex ita concesserit:concessio * ipsa ex vno capite vera, non vitiatur ex alio capite subreptitio:per bonum tex.in capi.si eo tempore.de rescriptis. quem ad hoc extollit Abb.in c.sedes.de rescriptis. & in cap.cæterum.eod.titu.lo ij.per quæ iura pulchrè voluerunt Anto.de But.Imo. & Domi.in cap.constitutus.de rescrip.quòd si Papa rescripsit, vt quidam admitterentur ad societatem tertij ordinis in hospitali de pœnitentia Florentiæ, & eisdem prouideretur de bonis hospitalis,tãquàm vni ex aliis,&c.tamen reperitur, quòd illud hospitale non habet bona, valebit tamen cõcessio facta per Papam, & recipietur in societate in se ipsum alimentaturus:& sic quatenus priuilegium ex vno capite modo aliquo dici posset subreptitium:si tamẽ ex alio capite erit verum, sustentabitur ex capite vero. & licet posset certo modo in dubium dedu-
55 ci,quòd dici posset, quòd * priuilegia principum quamuis sint latissimè interpretanda cõtra ipsum principem concedẽtem: tamen hoc habet locum, quando priuilegium fuisset concessum motu proprio ipsius principis.Secus,si ad partis postulationem:quia tunc stricta fiet interpretatio.l.si aliquãdo.C.de oper.pub. Ita voluerunt Cynus & Angel. in l.beneficium.ff.de consti.prin.Io.And.& Abb. in c.ij.de immu eccle.Ias.in l.j.C.de sacr. eccle.& in l.imperium.ff.de iuris.om. iudi. Nec posset dici modo aliquo dictam concessionem motu proprio factam, cùm in priuilegio non dicatur nec sit talis clausula adposita, & ex iuris dispositione nunquam princeps motu proprio concedere dicitur,
56 nisi adponat * dictam clausulam,motu proprio,in concessione.cap.si motu proprio.de præb.in vj.& plenè relata per Ias.in l.tertia ff. quod quisque iur. circa princip. Secundò,facit etiam me aliquantulum dubitare,quòd quatenus expressum fuerit tam antecessores ipsius principis possedisse, quàm etiã & ipsum principem, videtur priuilegium ipsum
57 subreptitium, cùm * omnes qualitates sint exprimendæ, quibus moueri posset princeps ipse ad nõ concedendum,seu difficilius concedendum.capi. postulasti.extrà de rescriptis. Bald.in cap.cùm di-
58 lecta.eodem titulo.Abb.in capit.in præsentia. * & in capit.cæterùm.eodem titulo. Imò requiritur vt fiat notabilis expressio: nec sufficeret in genere fieri, vt impetratio saluetur à subreptione, seu obreptione. Ita consuluit Roman.consil. cccxxvj.cum sequen.& in consi.xxxviij.& ibi subdit, quòd non sufficit generaliter exprimi factum, nisi exprimatur modus facti. Ita dicit glos.not. in capi.dilectus filius.de rescriptio.& ibi Abb.& tenet Old.consil. xiiij.maximè,cùm modica subreptio vitiet. capi.si motu proprio.§.alleg. Ita dixit Bald. in l. præscriptione.C.si contra ius vel vtil.pub.& in cap.decanis.de re iudic.Ben.de plum.in l.j.ff. de nata.restit. Ioan.And.in addi.Specu.in rubr. qui filij sint legi. Ex quibus omnibus præmissis licet assentiam decretum Regiæ cameræ exequendum, & illustris. principem restituendum,tamen ad vberiorem cautelam,quæ obesse non consueuit,teneo attenta grauitate causæ, cùm de maxima summa agatur,consulendam esse Cæsar. maiestatem iam Neapo. degentem, & eius secundas iussiones expectandas, reseruato semper tam excellentissimorum dominorum saniori iudicio,cui me submitto.Et ita tandem executum fuit,& communiter votatum in fauorem ipsius principis,consulto Cæsare.

SVMMARIVM.

1 *Contrarietas vbi est inter testes vtriusque partis, vt quia testes pro vna parte dicunt: & pro alia parte alij testes producti dicunt contrarium:non ex hoc potest inferri ad falsitatem, & potius dici debet repugnantia inter testes quàm falsitas.*

2 *Duo si iurant contraria,videlicet vnus vno modo, & alius alio modo & contrario, licet alter ipsorum sit periurus omnino: tamen ex quo quis sit periurus ignoratur, nemo ipsorum poterit de periurio puniri.*

3 *Data contrarietate inter testes vnius & alterius partis,nullus ipsorum poterit de falso puniri.*

4 *Testibus instrumentariis contradicentibus, nemo ex his poterit de falso puniri, nec notarius propter testes,nec testes propter instrumentum.*

5 *Ex dictis contrariis testium vnius partis cum altera,non potest inferri falsitas:bene tribuitur materia Iudici ad inquirendum super falsitate in alterutrum.*

6 *In notario potius in dubio præsumitur error,quàm falsitas.*

7 *Et ideo in eo requiritur probari dolus.*

8 *Officialis, qui vacat in multitudine agendorum, potest de facili oblitus esse.*

9 *Testes possunt quodammodo variare ex tractu temporis.*

Memoria hominum est labilis, & non diuturna ibidem.

10 *Testibus duobus notariis publicis magis statur, quàm duobus non notariis aliter dicentibus.*

11 *Notarius præfertur vni testi & etiam æquiparatur duobus testibus.*

12 *Fama bona in inquisitum tollit vnum indicium, etiam quòd aliàs esset sufficiens ad torturam.*

13 *Qualitas personarum multum operatur ad remouendum præsumptionem falsitatis.*

14 *Calumniæ præsumptio, excluditur propter qualitatem personæ.*

15 *Factum de antiquo, nedum dici potest per decennium elapsum, verumetiam & in minori tempore trium vel duorum annorum.*

16 *Testis ad hoc vt possit de falso puniri, requiritur*

quòd falsum deposuerit in facto principali, in quo consistit substantia negocij: super quo principaliter examinatur. Secus, si super aliis non tangentibus factum principale: quia eo casu nō potest dici falsum cōmisisse, nec de falso redargui aut puniri.

17 *Falsitas, quæ non tangit negotium principale, non facit quod dicta testium reprobentur.*

18 *Testis quando negat ita deposuisse, prout notarius scripsit, dum tractatur de falso, statur potius dicto ipsius testis, quàm notarij.*

19 *Iudex in criminalibus si sibi videbitur, poterit incipere nedum à citatione, sed etiam à captura, etiam indiciis non præcedentibus.*

20 *Iudex antè quam procedat ad examinationem seu capturam principalis, debet prius curare, vt sibi de delicto constet.*

21 *Fisci aduocatus seu procurator si indebitè aliquem vexaret, vel iniuria afficeret, vltrà quàm debet in expensis erogatis pro tali vexatione condemnari, debet etiam viuus comburi.*

22 *Illustris persona à solo principe, & non ab alio iudicari debet.*

23 *Falsi accusatione pendēte de iure, non poterit procedi ad expeditionem causæ principalis: dico pendente causa falsitatis contra partem & testes: & intelligitur quo minus potest ferri sententia.*

24 *In Regno tamen per regni constitutionem potest procedi super causa principali ciuili, & super causa falsi.*

25 *Torqueri qui non potest, minimè potest detineri.*

DECISIO LX.



IN causa eacellentis Comitissæ Gulisani, cum illustrif. Marchionissa Padulæ, eaposita querela falsi contra præfatam Comitissam, per dictā Marchionissam Padulæ, necnon & contra testes per eandem productos in causa ciuili inter easdem vertente in S. Regio Cōsilio prætextu, quòd cùm testes ipsi deposuissent, olim comitem Gulisani eius patrē fuisse in præsenti regno, & per transitum allocutum cum ipsis testibus de nonnullis concernentibus substantiam dictæ causæ principalis, adpareat econtrà probatum, quòd comes ipse tempore, quo prætenditur cum ipsis testibus allocutum fuisse, nondum venerat in præsenti regno; sed erat in insula Siciliæ: & sic falsò attestati sunt. Item, quòd notarius & iudea qui interuenerunt in testamēto don Artalis, deposuerunt quòd dum accessissent ad ciuitatem Puteolorum de sero, & allocuti cum don Artali in cubile infirmo existente, recesserunt ad quoddam hospitium ciuitatis præfatæ, & de mane reuersi sunt, &c. & demū nouissimè eaaminati diaerunt, quòd applicātibus ad ciuitatem præfatam remanserunt de nocte in camera don Artalis, vbi scriptum fuit eius testamentum, & sibi assignatū: & de mane ipsis redeuntibus, don Artalis illud subscripsit, & sic tanquàm varij & discordantes de se ipsis ad se ipsos, videntur falsum deposuisse: per tex. in l. qui varia. de fals. cum vulgari. & tandem proposito casu per magnā curiam vicariæ in Regio Collaterali Consilio, & coram Illustri. do. Prorege don Petro de Toledo, adsistente S.R.C. castri Capuanæ, conuenit de tri-
bus discutiendum. Et primò, an ea præmissis in
themate procedendum sit in ipsa querela falsi ex-
posita. Secundò, an constito prius de falsitate præ-
tensa, procedi debeat ad citationem ad informan-
dum cōtra prædictam illustr. Marchionissam. Ter-
tiò & vltimo, an pendente dicta causa falsi contra
principalem & testes, procedi possit in causa ciui-
li principali vertente in S.R.C. ad actus incumbē-
tes. Et redeundo ad primum, *dicebam ex contra- 1
rietate testium vtriusq; partis minimè inferri pos-
se ad falsitatem: cum potius* dici debeat repugnā- 2
tia inter testes, quàm falsitas: nam si duo iurant cō-
traria, videlicet vnus vno modo, & alius alio mo-
do & contrario, licet alter ipsorum dicatur & sit
omnino periurus: tamen ex quo quis sit periurus,
ignoratur, & si incertus sit periurus, nemo ipso-
rum poterit de periurio puniri: vt firmat Bald. in
l. si possessori. §. si verum. ff. de iureiurando. & in
l. præses. C. de senten. Idem Bald. in l. duobus reis.
§. idem Pomponius. ff. eod. tit. vbi etiam Alexan. de
Imo. formaliter dicit, quòd data cōtrarietate* in- 3
ter testes vnius & alterius partis, nullus ipsorum
poterit de falso puniri ea præallegatis. & cōsulen-
do tenet & sequitur idem Alex. in consi. clxxia. in
ij. volu. & ibi subdit, quòd eo casu adparet dari re-
pugnantia inter testes, & non falsitas. & idem se-
quitur Ias. in d. §. duobus reis. licet de præfato cons.
Aleaā. non meminerit: tamen subdit ibi optimum
simile, quòd contradicentibus testibus instrumen
tariis, nemo ea ipsis poterit de falso puniri, * nec 4
notarius propter testes, nec testes propter instru-
mentum: vt dicit Spe. in tit. de testibus. §. j. vers. sed
pone, ecce iudea. & in tit. de instrum. edit. §. restat.
versi. sed quid si vnus ex testibus. Ant. de But. & Pa
nor. in c. audientiam. de præscri. & in c. cum parati.
de appel. Ang. Imo. in l. j. §. si quis neget. ff. quemad.
test. ape. Rom. in l. j. §. fi. de verb. obl. Alea. in consi.
laa. viso processu inquisitionis: & in consil. laaiij.
viso testamento. primo volumin. Et sic ex præmis-
sis non potest dici partem produaisse testes præfa-
tos falsos, nec quòd ipsi testes falsum deposuerint:
verùm ea depositionibus ipsorū tribui materiam
iudici ad inquirendum in alterutrū, vt firmat Bal.
in l. testium. q. j. C. de testibus subdens hos fuisse de
facto Paduæ ipso tunc legente. Idem tenet Fran. de
Are. in suo consi. laaj. diligenter & maturè perspe-
ctis refert & sequitur Ias. in præfato §. Idem Pom-
ponius. Idem recolo me referente in Regio Colla-
terali Consi. tanquam iudea tunc magnæ curiæ vi-
cariæ, sunt ferè aa. anni: & coram illustrissimo tūc
Prorege don Carolo de Lanoi fuisse decisum per
per magnam curiam vicariæ, approbante præfato
Regio Collaterali Cōsi. in fauorem particularium
vniuersitatis Roccę bimontis, inquisitorum de fal
so ad querelam magnifici Hectoris Piscicelli co-
rum vtilis domini, prout adparet in votis meis, vo
to aavj. eaorta lite. Nec * in aliquo habet obstare 5
diuersitas depositionum notarij & iudicis, de qui-
bus in themate ea pluribus: & primò, * quia in no- 6
tario semper in dubio præsumitur potius error,
quàm falsitas: vt not. Bart. in l. quoties, §. j. ff. de hæ-
red. instit. Alea in consi. al. habita super contentis.
j. volumi. & in consi. xavij. in causa & lite. ij. volu.
Petr. de Ancha. in consi. cclxxxvij. tria principali-
ter.

tor. Cuma. in consilio cxxxv. ad primam. Deci. in
consi.clxxv.& pulchrè Barto.in l.si librarius.ff. de
7 regn. iur. & ideo * requiritur probari in eo dolus,
quia falsitas non potest cominitti absque dolo. l.
nec exemplum.C.de fal.& not.Cyn.in l.si quis de-
curio.eo.tit.& in l.j.ff.quemad.test.ape.& no. in c.
cùm Ioannes eremita. extrà de fid.instr.& ita con-
suluit Bald.in consi.xxxiij.licet ille, qui scribit.in
tertio volumine. Secundò, consideranda erit lon-
ginquitas temporis a tempore conditi testamenti,
à quo sunt iam anni xij.elapsi, & pariter à tempo-
re primæ depositionis ipsorum testium, à qua sunt
iam septem anni decursi,in quo temporis interual
lo de facili potest cadere obliuio in homine,etiam
in eo,quod ipse fecit,maximè, propter multitudi-
nem agendorum, prout contingit in notariis oc-
cupatis in diuersorum contractuum & testamen-
torum confectione:prout in simili dicit Bartol. in
8 l.* quod iussit.in fi.de re iudic.& Alexan.in consi.
cxiiij.in ij.volumi.vbi loquitur In officiali,qui ha
bet vacare in multis: & faciunt plenè relata per
Sozin.in regula. clxxv. in vj. limitatione eiusdem
fallentiæ: maximè,vt dixi, quia indicium contra-
rietatis testium de facili præbet excusationem la-
bilitatis memoriç,respectu decursus tot annorum,
intra quos facillimè potuit induci obliuio: cùm
9 testis possit* quodammodo variare ex tractu tem-
poris:per text. in l.iij.§.duæ autem sunt causæ.ff. de
Carbo.edic.attenta hominum labili memoria, &
non diuturna. l. si arbiter.ff. de probatio. ita dixit
Gandi.in tit. de falsar.versicu.quæstio talis est,qui-
dam notarius.& in versic.econtrà videtur.& ideò
obliuisci quis de facili potest de præterito, etiam
de eo,quod ipsemet fecit:vt inquit Spec.in titu.de
loca.§.vj.versi.lxv. Tertiò suffragatur persona no-
tarij bonæ famæ, & persona approbata in præfato
notariatus officio,& pariter iudicis. Qui iudex si-
militer est,nedum iudex,sed etiam notarius: & sic
sunt duo publici notarij, vltra alios testes pro te-
stamento testificantes: & à principe adprobati in
officio notariatus, nedum à lege. Hinc est, quòd
10 statur * potius duobus testibus notariis publicis,
quàm duobus aliis non notariis aliter dicentibus.
Glos.est not.in §.sancimus.in versicu.officij.& ibi
Ang.hoc colligit.in authentica de testi.& sequitur
Ia. de sancto Georg. in l.testium.ff.de testa.& ideo
non ab re dixit Bald. in l.militibus.C. de testa.mi-
11 lita.quòd * notarius præfertur vni testi, & etiam
æquiparatur duobus testibus:vt dixit Abb.in cap.
quoniam contra. de probatio. aduersus quos indi-
cium vnicum, quod resultare posset ex ipsa cótra-
rietate seu diuersitate inter eos, data bona fama
12 tollitur, * etiam quando tale indicium esset suffi-
ciens ad torturam,vt dicit Bald.in l.fin.ff. de pro-
batio.refert,& sequitur Alexand.in l.fin.ff.de quę-
stio.& in suo consi.xc. Viso themate.in iij.volumi.
Angel.in l.milites. de quæstion.& plenè Decius in
consi.clxxix.lætatus sum.in j.volum. Quartò,con-
siderari debet nedum qualitas & conditio ignara
ipsorum testium rusticorum: sed etiam persona &
conditio præfatæ illustris. Marchionissæ querula-
tæ de productione seu inductione falsorum testiũ:
13 cùm * qualitas personarum multum operetur ad
remouendum præsumptionem falsitatis: vt notat

Bal.in l.ij.C.de fals.& in l.quoties.§.sed non in cor
pore.ff.de hære. institn. & suffragantur dicta Ioan.
Andr.& Anto.de But.post Hosti.in c. finem litib.
de dolo.& contuma. dum dicunt, * quòd propter 14
qualitatem personæ excluditur pręsumptio calum
niæ.& not.Alex.in l.properandum.§. sin autem al-
terutra.C.de iudi.& no.Anto.de Butr.& post eum
Abb.in c.postremo.de appella.& consuluit in spe-
cie Deci.in consi.clxxv. j. volu. in causa falsitatis:
vnde cũ contrarietas seu varietas aliqua,& in non
substantialibus considerari possit in testibus ipsis,
ex obliuione potius processisse adparet, cócurren-
te * facti antiquitate, & vltra decennium, nedum 15
dici post factum de antiquo, verùm etiam & in mi
nori tempore trium vel duorum annorum, vt ex-
perientia docet: cùm labilis sit hominum memo-
ria:per text.in l.ij.C.de vete.iure énucle.& in l.pe-
regrè.ff.de acquir.poss.ita in particulari consuluit
Marsil.consi.lxxvij.in causa assertæ falsitatis.j.vo-
lumi.& ita recolo aliàs consuluisse:& etiam votas-
se dum essem iudex in magna curia vicariæ, in vo-
tis meis,in voto xxxvj.& in cons.xlvij.in causa ho
norabilis Io.Anto.Quintò,tantò fortius * proce- 16
dunt præmissa, quanto falsitas ipsa non prætendi-
tur in substantialibus,sed in accessoriis, & ad hoc
vt possit quis de falso puniri, requiritur vt falsum
deposuisse adpareat in facto principali,in quo sub
stantia negotij consistit, super quo principaliter
examinatur. Secus, si super aliis non tangentibus
factum principale:quia eo casu si dicit falsum, nó
ex hoc dici potest falsum commisisse: nec poterit
de falso redargui aut puniri. Ita voluit singulari-
ter Iac. But.in l.Lucius.de infami.quem ibidem re
fert & sequitur Angel.vbi reputat not. dignum &
menti tenendum eandem opinionem pro mirabili
& singulari.sequitur Ang.in suo consi.cxciiij.visis
processibus.Idem rectè intuenti tenet Bar.in l.pe.
C.de transac.Alber.de mane.in suo tracta. de testi.
sub rubr. quando testes repellantur ratione dome-
sticitatis.circa fin.Imò & plus dico, quòd falsitas,
* quæ non tangit negotium principale, non facit 17
quòd dicta testium reprobentur, vt inquit Bal. in
l.pen.circa fi.C.de transa.vbi etiam idem sequitur
Sali.subdens,quòd ita in practica quotidie clamãt
aduocati,& not.etiã Inno.in c.fraternitatis.extrà,
de test.Idem sequitur Io. de Ana. & idem cósulen-
do tenet Decius in cons.c.j.volu.vbi subdit ita sæ-
pius cósuluisse Ale.maximè in cons.v. in causa in-
quisitionis.j.vol. vbi plures testes hoc modo à có-
trarietate defendit.Itẽ non adparet pręfatum nota
rium & iudicẽ fuisse in hac causa falsi examinatos
super prætẽsa prima depositione eorũdem in pro-
cessu ciuili: & quòd dicta prima depositio fuerit
eisdem lecta,quia,vt audio,dixerunt se nunquã ta-
liter deposuisse,prout nũc dicitur in eorum depo-
sitionibus: & quando testis * negat ita deposuisse. 18
prout notarius scripsit,dum tractatur de falso,sta-
bitur potius testi,quàm notario:vt firmat Spec. in
ti.de teste.§.j.vers.sed pone,ecce iudex.& etiam in
ti.de instr.editio.§.testat.in vers.quid si dũ attesta-
tur. sequitur Abb. & communiter scribétes in ca.
audientiam. de præscription. vbi etiam Felinus &
Panormi.ibi in v. nota. Alexander in consilio lxx.
primo volumin.& consi.lxxiiij.j.volu.Fels. in cap.
cùm

cùm causam.in fin.de testi. Cardi. & Imo.in clem,
prima,de hæreti. Circa secundum discutiendum,
an non constito prius de falsitate prætensa , possit
in causa ipsa procedi,& citari prętata illustrissim.
Marchionissa , ad instantiam Regij fisci ad infor-
19 mandum:& repetio * quòd licet in criminalibus si
iudici videbitur,poterit incipere nedum à citatio-
ne,sed etiam à captura , & etiam indiciis non præ-
cedentibus , secundum Bald.in l. & si certus.ff. ad
Sillan.& in l.ij.C.de his,qui latro. Angel.in l.item
apud Labeonem,§.quæstionis.ff.de iureiuran.& in
authent.vt iudi.sine quoquo suffrag.§.scientes. At-
tamen Barto.in l.fin.de quæstio.dicit, quòd debet
20 prius * constare iudici de delicto, antè quam pro-
cedat ad examinationem vel capturam principa-
lis.Idem tenet Ange.in tracta. malefici. in verb.fa-
ma publica. ver. xiij.versicu. an iudex. Tancre. de
Cornel.in sua compēdiosa.q.xvij. Brun.in suo tra-
cta.de indi.& tortur.& tenet consulendo Marsi.in
suo consi.xviij.nume.iiij.& melius in consil.xij.&
consi.xxxv.primo volumin.& consi.xiiij. numero
xiij.& in consi.xl.numero iiij.& in consi.viij.& in
casu,in quem fiscus,id est , eius procurator vel ad-
21 uocatus fisci, indebitè aliquem vexaret vel iniuria
afficeret , dum super falsitate præfata non probata
ad informandum super ea in ius vocaret, & sic in-
iuria afficeretur in ius vocatus , quia iniquè ad iu-
dicium protrahitur,debet in expensis ob talem ve
xationem condemnari , & eas soluere de proprio:
argumento l.succurritur.ff.de excusa. tut. & nota.
C.in quibus caus.tutor.habenti.l.nō est. per Ioan.
Fabr.& sequitur Bouer.in singu.suo,in verbo:pro-
curatores fiscales.in singu.xxiij. Item maxima pœ-
na venirēt plectendi:vt decidit Imperator in l.vni
uersi. C. vbi caus. fiscal. vbi eos viuos concremari
iussit.& sic vult princeps,eius familiares prę cęte-
ris grauius puniri: & hoc per rationem secundum
Salicet.ibi. quia in ignominiam principis redeunt
delicta ab eius familiaribus commissa:& cum prę-
fata l.vniuersi. concordat propheta Dauid in psal.
cxxxix.labor labiorum suorum operiet eos. Cadāt
super eos carbones, in ignē deiicies eos. & in psal.
cxix. Quid detur tibi , aut quid adponatur tibi ad
linguam dolosam?Sagittæ potentis acutæ cum car
bonibus desolatoriis. & facit illud Esaiæ xxxiij.
22 Quod maximè attendendum est,cùm * agatur con
tra illustrissi.personam:cum illustris.persona à so-
lo Principe, & non ab alio iudicari debeat.vt in l.
quoties.C.vbi senato.vel clari.Circa tertium & vl
timum,an pendente causa falsi contra principalē,
possit in causa ipsa ciuili procedi ad actus incum-
bentes,vel impediatur cursus causæ interim.& cer
tè nulli dubium quòd non:cùm in Regno hodie
præiudicialia sint sublata per regni constitutio-
23 nem:si ciuiliter agens,cùm aliàs ex * iuris commu-
nis dispositione non poterat procedi ad expeditio
nem causæ, pendente accusatione falsi contra par-
tem & testes:vt tenet Bald.in l.fin.C.de fide instru.
& idem Bal.post Cyn.in l.j.C. qui accus. non poss.
Bartol.in l.Diuus.cum l.sequenti.ff. de petit.hære.
Bal.in l.si quis testibus.C. de testi. & præfatæ deci-
siones non concludunt , quòd non possit procedi
24 in causa ad actus incumbentes:sed bene * impe-
diunt , quo minus sententia ferri possit. & ita in-
nuit Cyn.vbi supra in versicul.suis.& pariter Bar-
tol.& sequitur Capici. in sua decisio. xxv. vbi po-
nit plures limitationes:& licet Tancre. de Corne.
in sua compendiosa.in titul.de iudic.in x. quæstio.
dixerit,quòd huiusmodi causa falsitatis,est præiu-
dicialis ad causam ciuilem : & ideo in causa ciuili
supersederi,per l.fin.de ordin. iudic. & inde dicit
glos.& Andr.in d.constitut.si ciuiliter agens.quòd
per dictam constitutionem est correcta d.l.fi. quia
in regno pariter procedi potest super vtraque cau
sa.& idem sequitur & firmat Affli. in sua decisio.
cxxix. sæpe sæpius.vbi refert domi.Anton. de Ale-
xand.Præsidentem & viceprotonotarium S.Regij
Consilij , & Anton. de Baldax , Regium Consilia-
rium dixisse, quòd vbi non potest mora vel negli-
gentia imputari, aut quòd ius totius causæ cōsistat
in illis testibus accusatis , tunc debet supersederi
in causa ciuili. Hoc per dictum Bald. in d.l.fina.de
fide instrumen.necnon Cyn.& Bald.in d.l.j.C.qui
accus.non possint. Abb.in suo consil. xvj.ij. volu-
mine.in præsenti quæsti. & plures alias distinctio-
nes subdit Affli.ibidē,ad quas me remitto.& idem
sequitur Affli. in sua decisio. ciij. vbi subdit fuisse
per S Consilium votatū , vt procederetur in vtra-
que causa:sed quòd non expediretur causa ciuilis,
nisi prius expedita causa criminali super falsitate:
nec constitutio Regni habet locum in hoc casu:
sed quia per superueniētiam Regiæ nouellæ prag-
maticæ editæ tempore regis catho. gloriosæ me-
moriæ die x.Decembris anni 1509.per illustris.do-
minum Raymundum de Cardona,fuit prouisum,
non obstante accusatione falsi,contra testes & par
tem procedendum esse in causa ciuili ad vlteriora,
etiam vsque ad sententiam inclusiuè : nec cursum
causæ principalis aliter retardari , nisi iudici de
falsitate ante expeditionem causæ constiterit : à
qua Regia Pragmatica hactenus obseruata recede-
re non licet , sed inuiolabiliter obseruari. Rema-
net vltimò prouidendum iudemnitati testium ex-
terorum,qui huc vsque in ciuitate Neapo.detenti
permanserunt : & stantibus præmissis , ac iuris di-
spositione iubente , vbi quis non potest torqueri,
*minimè detinendus est. Ita firmat Luc.de pen. in 25
l.quotiens.C.de dignita.lib.xij. Aug.arimin.in ad-
ditio.ad Ang.in tracta.malefi.in verbo,fama publi
ca.in verbo,adde, & intellige præfata.& idem re-
perio cautum per ritum magnæ curiæ vicariæ in-
cipientem:si accusatur aliquis,sub rubrica,quę in-
cipit : detinetur inquisitus , si incipit constare. Ex
quibus omnibus præmissis concurrendum duxi
cum voto istorum magnificorum dominorum ma
gnæ curiæ,& S.Consilij,videlicet hos detentos di-
mittendos esse sub fideiussoria cautione in forma:
& nihilominus procedendum esse in causa ciuili
ad actus incumbentes , nec cursus causæ aliter re-
tardari : & in causa falsitatis pinguiores probatio-
nes recipi , si prodnei contigerit, seruata in omni-
bus forma dictæ Regiæ nouellæ Pragmaticæ.

SVMMARIVM.

1 *Clericus citari potest coram iudice laico , si sua interesse putauerit.*

2 *Clericus dum possidet rem à se petitam , debet coram iudice Ecclesiastico conueniri.*

3 Cleri

3 *Clericus citatus si sua putauerit interesse, asserens se possidere ratione suæ possessionis, erit reus necessarius, & potest petere se remitti ad suum Iudicem.*

4 *Clericus nec directè nec indirectè trahi potest ad Iudicem secularem.*

5 *Clericus non tenetur comparere coram Iudice seculari, & si contumax est coram eo, nō potest puniri ratione contumaciæ, cùm citatio non teneat, nec processus inde secutus.*

6 *Clericus veniens tanquam nominatus, & ius habens, & sic est necessarius defensor & principalis, & tunc eo casu aduocat causam ad suum forum ecclesiasticum.*

7 *Iurisdictio non potest exerceri in non subditum.*

8 *Clericus non potest supponi diffinitionibus laicorum.*

9 *Iudex laicus non potest habere iurisdictionem in clericum, etiam de consensu episcopi.*

10 *Clerici vt conueniantur coram iudice seculari, minimè Papa hoc facere potest: & si faceret, Iudex secularis cognoscere non posset.*

11 *Clerici sunt exempti à legibus temporalibus, & sic à Iudicibus.*

12 *Princeps nullus, nec Imperator, nec Iudex secularis vllam habet iurisdictionem in personas ecclesiasticas.*

13 *Clericus eo tunc quòd est clericus, statim est exemptus à potestate nedum Iudicis secularis, verùm etiam Imperatoris.*

14 *Clericus citatus per Iudicem secularem, & in eum consentiens, & passus vt de ipso cognoscat, non potest hoc facere: nec tacitè nec expressè posset in ipsum consentire. & nu. 15.*

16 *Clericus citatus per Iudicem secularem si non comparuerit, & fuerit contumax & bannitus, bannum non tenet.*

17 *Clericis coram Iudice seculari non est licita comparitio, nec possibilis prorogatio.*

Clericus in nullo casu potest cognosci per Iudicem secularem, nisi ratione feudi, & ita etiam fuit conuentum inter Sanctam Romanam Ecclesiam, & Regem tunc præsentis Regni. ibid.

18 *Clericus citatus à laico, & non declinans forum, extraordinaria pœna puniri debet.*

19 *Clericus si à sententia lata contra ipsum per iudicem ecclesiasticum, & successiuè ab executione non appellauit, nec de nullitate dixit: si tamen in præsentiarum comparet cum instrumento clericatus, dicendo de eius nullitate, debet audiri: & sententia & eius executio annullari.*

20 *Iurisdictio quando deficit in iudice semper opponi potest: etiam si statutum vel constitutio dictaret generaliter, quòd non potest opponi de nullitate sententiæ.*

DECISIO LXI.



VEnerabilis Ioannes Longus de ciuitate Vici, rector ecclesiæ sancti Nicolai de Vico, in ius vocatus in Sacro Regio Coosilio ad instantiam houestæ mulieris Iustinæ Longæ super assistentia quorundam bonorum stabilium dictæ ecclesiæ, cum clausula, si soa putauerit interesse, comparuit petendo se remitti ad eius iudicem ecclesiasticum competentem: qua remissione tacitè denegata per magnificum causę commissarium, fuit in causa processum ad dationem termini ad probaodum, in quo termino clericos ipse articulauit & probauit se tanquam rectorem ecclesiæ præfatæ, eadē bona possedisse & possidere, docendo etiam de titulo possessionis præfatæ, & tandem completo processu fuit per S. Coosilium lata sententia contra ipsum clericum, & præstita assistentia præfatæ Iustinæ iu bonis præfatis: à qua sententia, licet fuisset de nullitate dictum, attamen fuit decreta executio super bonis præfatis, & stante Iustina ipsa in eorum possessione per triennium, fuit actum de nullitate executionis præfatæ, necnon & sententiæ per prius latæ. Et dum hæsitaretur io eodem S. Consilio, * quid iuris: videbatur dicendum 1
prima facie clericum potuisse citari per iudicem
laicum, cum clausula illa, si sua putauerit interesse,
& sic non principaliter: vt ioquit Bald. in l. testamenta. C. de testa. Angel. in l. j §. hæc stipulatio. ff. si cui plus, quàm per le. Fal. Salyc. in l. consulta diualia. C. de testa. Pet. de Ancha. in regula, ea quæ. xvj. q. de reg. iur. in vj. Iaso. in l. testameorum. ij. colum. C. de testa. Aret. in §. j. institu. de exceptio. versic. ex his videtur inferri talis conclusio. Felin. in capi. iostrumenta. de fide instrumen. & sic cum citatus clericus ipse si sua putauerit interesse, petierit simpliciter remissionem, nec allegauerit se possidere bona præfata, videtur quòd io huiusmodi iudicio procedi possit coram Iudice laico, stante maximè, quia clericus ipse aliter non reclamauit: sed expressè consensit in S. Consilium, articulando & probando, quæ sibi incumbebāt, etiam circa iustitiam causæ. Verùm quia in articulis posuit & probauit bona præfata fuisse & esse præfatæ suæ ecclesiæ, & tanquam eius rector tenet & possidet: certè ex hoc videbatur esse locus remissioni ad Iudicem ecclesiasticum, & minimè posse per Iudicem secularem
in causa ipsa procedi. Ex quo clericus, * dum pos- a
sidet, conueniri debet coram suo Iudice ecclesiastico. capi. si diligenti. & c. nullus iudicum. extrà, de foro compe. & videtur text. in lege, procurator ad exhibeodum. ff. rem rat. habe. & ita dicit esse certum Petr. de Aucha. in regula: ea, quæ. xxviij. de regul. iuris in vj. & in alia impressiooe, est iu q. xvij. & ibi dicit quòd talis clericus ita citatus si sua pu-
tauerit interesse, si asserit * se possidere, ratione suæ 3
possessionis erit reus necessarius: & potest petere se remitti. Idē tenet & sequitur Capici. in decisio. S. Consilij. viij. & ibi subdit non bene: nam secundum Petr. vbi s. sufficit quòd allegetur illud interesse, maximè dum subest clausula, videlicet: aliàs procedetor iu eius contumaciam, quæ alterat clausulam s. dictam, vt videatur reus necessarius. Ita Sozio. iu tract. de cita. ij. articulo principali. xiiij.
quæstio. Cui suffragatur: quia clericus * directè nec 4
indirectè potest trahi ad iudicem secularem: vt in auth. statuimus. C. de episco. & cler. & d. ca. si diligenti. vbi expressius Abb. de for. compe. vbi Abb. subdit, quòd iudex secularis nō est, nec esse potest iudex contra clericū. & idem tenet Bal. in l. si quis ex alien. ff. de iud. vbi subdit Bal. quòd iudex laicus
est

5 est inhabilis,& Incapax iurisdictionis* contra cle-
ricum:& ideo clericus coram eo non tenetur com
parere, nec ratione contumaciæ potest puniri, si
nó comparet coram eo. & idem latius tenuit Bal.
in l.generaliter.C. de epis.& cler. & sic citatio ipsa
non tenuit,nec processus inde secutus:vt institut.
de pœna teme.liti. per totum.Ita dicit Salyc. in d.
l.consulta diualia.C.de testa. & præmissis accedát
dicta do.Anto.Card.Zab.& Fran.de Aret.in capi.
quoniam frequenter.§.quòd si super.extra, vt lit.
6 nó contest.dum* loquuntur de clerico nominato
in iudicio, dicút quòd si clericus venit tanquám no
minatus & ius habens: & sic est necessarius defen-
sor & principalis,prout in casu præmisso, & tunc
eo casu aduocat causam ad forum suum ecclesiasti
cum. Et idem refert & sequitur Soxin. ibidem, in
versi.iiij.q.& hoc ex quo venit principaliter ad sui
ipsius defensioné.Vnde potest vti priuilegio suo.l.
idémque.§.generaliter.ff.manda. vbi text.& gl. se-
cundum d.Ant.& Aret.in d.§.quòd si super. quod
etiam procedit,vt ibi dicit,nedum quo ad priuile-
gium fori, sed etiam quo ad aliud quodcunque pri
uilegium competens nominato comparenti. Nec
videtur in aliquo sibi obstare,quòd articulauit &
probauit coram S.Consilio:& sic adparet in iudi-
cem laicum consensisse, & probationes induxisse;
7 quia * iurisdictio non potest exerceri in non sub-
ditum.c.per venerabilem.extrà qui fil.sint legi. vt
dicit Felyn.in c.quæ in ecclesiarum.extrà de con-
stitut.versi.iij.declaratio.glo.in c.dudum.extrà de
rebus ecclesiæ non alien.in vj.hinc dixit text.in c.
8 decimæ.xcvj.dist.in.clericum * non posse supponi
dispositionibus laicorum: & late scribit Hostien.
in summa.de iud.§.quæ sit necessaria,& ibi subdit,
9 quòd * etiam de consensu episcopi non posset iu-
dex laicus habere iurisdictionem in clericum: vt
in c.decernimus.& in c.quanto.de iudi.Quinimò
10 & plus,etiam Papa * minimè id facere posset, vt
clerici conueniantur coram iudice seculari:& etiá
si hoc faceret,non ex hoc posset iudex secularis de
clericis ipsis cognoscere:vt dicút Card. & Abb.in
cap.perpendimus.in repe.extra,de senten. excom-
mu.refert,& sequitur Rom.in singu.suo,in verbo,
11 Papa.in versicul. quarto nunquid. ex quo * clerici
sunt exempti à legibus temporalibus: & sic à iudi-
cibus.c.cùm ecclesia.extrà,de constitu.secundum
Bal.in c.clericus.de pace tenen. & ideo nedum iu-
12 dex,imò nec* Princeps,nec Imperator nullam ha-
bet iurisdictionem in personas ecclesiasticas, quia
lege diuina cantum est: Noli tágere Christos meos,
id est,clericos.ita Bal.vbi s.& not.in authentic. de
non alien.in prin.hinc pulchrè firmat Abb.in cap.
13 solitæ. extrà, de maior. & obedi. quòd eò * quòd
quis est clericus,statim est exéptus penitus nedum
à potestate iudicis secularis:verùmetiam à potesta
14 te Imperatoris: imò si consentiret * clericus in iu-
dicem secularem, & passus fuerit ab eo cognosci,
nó posset hoc facere: & sic suo priuilegio clericali
renunciaret:per tex.in d.c.si diligenti.in ca.signifi-
casti. de foro compet. & in c.contingit. extrà, de
senten.excommu.& intátum est hoc verum, quòd
15 clericus litigando coram iudice laico, * nec taci-
tè,nec expresè posset in ipsum consentire:vt legi-
tur & not.in d.cap.si diligenti.& firmat Specu. in
tit.de cita.§.j.versic.sed pone.& ibi subdit,quòd si
clericus citatus per iudicem * secularem coram eo 16
non comparuerit, & fuerit contumax,seu banni-
tus,bannum non tenet. & idem sequitur Bal. in d.
l.generaliter.C.de episco.& cleri.& propterea vo-
luit pulchrè dominus Aegidi.de mandalbertis an-
tiquus doctor in sua disputatione incipiente:quæ-
stio talis est.quæ reperitur inter disputationes Pau
li de Leaza.respondendo ad Bar.in l. non videtur.
de iudi.quòd * clericis coram iudice seculari non 17
est licita comparitio,nec possibilis prorogatio: &
per d.cap.si diligenti.& idem in regno videtur ex-
presè tenuisse Andr.de Isern.in constitutione: de
personis.sub rubrica,vbi clerici in maleficiis con-
uen.debe.vbi dicit fuisse conuentum inter Roma-
nam ecclesiam & Regé Regni in inuestitura, quòd
Rex nullam aliquo casu habeat iurisdictionem in
clericos, nisi ratione feudi. & tenet etiam Abb. in
c.cum non ab homine.extrà,de indi.circa prin. &
ita de conuentione præfata in particulari docet
ca.Regni.item statuimus,quòd clerici.sub rubrica
de non trahen.cleri.ad iudic.secula.nisi pro bonis
feudalibus.& dictum cap.fuit Caroli Principis Sa
lerni primogeniti Regis:& subdit id fuisse ex con-
uentione habita inter S. Romanam ecclesiam &
dominum Patrem nostrum:imò & plus,si clericus
Ioan. * ipse non declinasset forum,& in S. Consil. 18
consensisset, expresse deberet puniri per iudicem
ecclesiasticum pœna extraordinaria, quasi fuisset
trangressor canonis: secundum Bal.in l.j.in fin. C.
de indi.vidu.tollé.qui subdit hoc procedere,etiam
si statutum prohiberet declinare forum sub pœ-
na,ex quo tale statutum non valeret. Idem refert
& sequitur Bertran.in suo tracta.de episcopo,in v.
parte.iiij.libri,in versi.xlix.quæro.in fin. dicti ver-
sicu.in verbo,iuxta præmissa sciendum est. Et licet
fuerit per S.Consi.ad relationem Regij consiliarij
& commissarij causæ certo modo processum ad
sententiam contra ipsum clericum, & successiuè
ad eius executionem,instante semper clerico in re
missione ad iudicem ecclesiasticum,allegando sen
tentiam, processum, & omnia acta nulla: attamen
dato quòd à sententia non fuisset reclamatum:
nec de nullitate dictum, * si demum post senten- 19
tiam comparet clericus cum instrumento clerica-
tus,dicendo de eius nullitate, est omnino audien-
dus,& sententiam, & executionem annullabit ac
processum. Ita punctualiter voluit Bal.in prælle-
gata l.generaliter.C.de episco.& cler. & idem Bal.
in l.j.C.si à non compe.iudi.& hoc ob defectum iu
risdictionis,qui semper opponi potest,& reddit iu
dicium retro nullum:vt dicit Bald.ibi.& maximè,
quando deficit ipso iure iurisdictio, * semper op- 20
poni potest,etiam si statutum vel constitutio dicta
ret generaliter, quòd non possit opponi de nulli-
tate sententiæ:vt not.in capi.j.de sequestratio.pos-
ses.& fructu. & ibi per glos. singul. & idem consu-
luit Barto.in suo consi.lxij.clericus sub nomine.&
idem post ipsum Deci.nullam mentionem faciens
de Bartol. in suo consilio ccxlj.scripsi aliàs breui-
ter.ij.volo.& plenè Feli.in c. cùm ordinem. extrà,
de rescript. Ex quibus dixi executionem sententiæ
diu iam executæ retractandam, quousq; aliter per
S. Consil.prouisum fuisset: & hoc fuit dictum, vt
deferre

deferretur honori commissarij causæ: qui proculdubio inaduertenter ad id processit: & nihil detrahitur parti, quin ius suum non integrè consequatur: maximè, cùm ita votauerit totum S. Consilium, nemine discrepante, & ita executum fuit.

SVMMARIVM.

1 Regitus testium, non præsumitur: & ideo tam in testamento in scriptis, quàm nuncupatiuo requiritur, quòd adpareat.

2 Et intãtum, quòd si notarius scripserit tales testes præsentes, non ex hoc concludi posset illos fuisse rogatos.

3 Testamentum antequam publicetur, dicitur scriptura priuata, & ideo requiritur, quòd publicetur coram iudice.

4 Nepos testatoris potest in foro conscientiæ auocare hæreditatem ab hærede scripto in testamento in scriptis sigillato: si in apertura testamenti non fuisset citatus.

5 Testamentum licet testator bene ordinauerit & perfectè, & pariter notarius optimè illud scripsisset & expleuerit, nisi demũ ipsum legerit in præsentia testatoris & testium, & testator asserat illud esse suum testamentum, nõ valeret, nedum iure testamenti: verumetiam nec iure codicillorum, vel fideicommissi.

6 Notarius si fecit imbreuiaturam testamenti, & non legit ipsam coram testibus, nec in charta pura quod non valet.

7 In testamento requiritur etiam quòd scribatur nomen hæredis manu testatoris, si scit scribere.

8 Solennitas si vna sola in testamento in scriptis deficit, etiam quod deficiat subscriptio vnius testis, testamentum erit ipso iure nullum.

9 In testamento inter liberos, scriptura patris non probabit ipsius voluntatem, nisi per duos testes probetur dicta patris voluntas: qui deponant vidisse patrem dictare, aut fateri illam esse suæ voluntatis.

10 Testator si scripsit testamentum manu sua, in qua non sunt testes descripti, & testator dixit se in illa compleuisse testamentum, talis scriptura non probat: nec valet, si non constat testatorem perfecisse testamentum.

11 Testator pater si in suo testamento filios suos hæredes scripsit, & legata reliquit, & aliter testamentum ipsum nõ legendo, nec legere faciendo in capsa recondidit, dicitur testamentum imperfectum: & si non valet inter liberos fortius inter alios. & nume. 12.

13 Testamentum fieri cœptum, tamen quia non perfectum ex deficientia voluntatis incompletæ, adparet esse nullum.

14 Testator pater si in schedula manu ipsius testatoris scripta inter liberos suos filios ipsos hæredes instituit: si non fuit lecta & publicata defectu voluntatis non completæ, non tenet, etiam si ad pias causas.

15 Testamentum nuncupatiuum si antequam notarius rogaret testator moreretur, non teneret, etiam factum ad pias causas.

16 Testes non possunt esse mulieres in testamento.

17 Testator dum adparet voluisse in scriptis testari, si non perficit testamentum, non tenet.

18 Et tale testamentum etiam inter pa[...]em [...] filium, non teneret, etiam de æquitate canonica.

19 Testamentum ex generali cõsuetudine notariorum continet clausulas, si non valet iure testamenti in scriptis, valeat vt nuncupatiuum: & si non iure testamenti nuncupatiui, valeat iure codicillorum, seu cuiusuis alterius vltimæ voluntatis: seu omni alio meliori modo. & sic verba præfata ex communi consuetudine censentur vt consueta fuisse adposita in testamento: licet in eo non appareant.

20 Clausula consueta adponi in instrumento per notarios semper haberi debent pro expressis & adpositis, etiam si fuerint penitus omissæ.

21 Quod maximè procedit in consuetudine, quæ vt plurimùm seruatur quotidie. secus tamen esset in consuetudine, quæ bis, aut semel in anno seruatur: quia tunc si omitteretur, actus redderetur vitiosus.

22 Clausula suprà dicta magis apparent procedere de consuetudine notariorum quàm testatorum.

23 Clausula suprà dicta requiruntur adponi de ordine & voluntate testatoris.

24 Quando constat testatorem voluisse in scriptis testari, si non valet testamentum in scriptis, non valebit vt nuncupatiuum.

25 Verisimile non est testatorem voluisse se restringere ad vnam viam testandi, & sic eligere iter per quod eius iudicium impugnaretur.

26 Testator dum voluit in scriptis testari, & deficit aliqua solennitas testamenti in scriptis, valebit vt testamentum nuncupatiuum, nisi expresse se arctasset ad testamentum in scriptis: quia forè noluerit aliter valere, quàm testamentum in scriptis. quia tunc non valeret, vt nuncupatiuum.

27 Amor & dilectio personæ in testatore, habet vim clausulæ codicillaris.

28 Ardor liciti amoris, habet vim reuocationis clausulæ derogatoriæ adpositæ in primo testamento.

29 Papa, qui contulit beneficium consanguineo suo, præsumitur quòd caro & sanguis ei reuelauit, vt ita faceret, & non spiritus sanctus.

30 In consistorio Principis sola facti veritate inspecta procedendum est.

31 Iudex dum potest procedere sola facti veritate inspecta, poterit iudicare secundum quod Deus esset iudicaturus.

32 Sacrum consilium potest iudicare secundum conscientiam.

DECISIO LXII.



IN causa magnificorum Lucij & Fabij de Loffredo cum magnificis Ian. Anton. de manfellis & fratribus, super hæreditate quondam excellentis Penelopes de Mansellis, veniũt ipsi Loffredi actores, vt consobrini fratres eiusdem Penelopes ab intestato, asserentes testamentum ipsius Penelopes, in quo instituit Mansellos præfatos hęredes, non subsistere ex pluribus: maximè ex deficientia solennitatis requisitæ in testaméto in scri-

ptis, cùm non interuenerint septem testes, nec o-
ctauus testis loco testatoris, nec ipsorum subscri-
ptiones & signa:iuxta text.in l. hac consultissima.
in fin.de testam. per quam requiruntur testes esse
1 rogatos:& rogitus * testium non præsumitur, sed
requiritur vt adpareat tam in testamento in scri-
ptis, quàm nuncupatiuo:vt consuluit Alexand. in
consil.lxx.viso consi.in ij.volu.Bald.in consil.cxc-
viij.tam legitimam.in iiij.volu.in antiqua impres-
sione.vbi fortius firmat, quòd si notarius dicat te-
2 stes præsentes,non*ex hoc inferri posset illos fuis-
se rogatos. Ita etiam in particulari consuluit Bar-
ba. consi.xxxij.j.volu.Item & tertiò non fuit testa
mentum ipsum aliter publicatum coram iudice,
prout à iure requiritur, cùm ante eius publicatio-
3 nem* non sit nisi scriptura priuata:vt tenet Barto.
quem omnes sequuntur in l.ij.ff.quemadmo.testa.
aperi.Item & quartò,non adparent aliter citati hi,
quorum interest in publicatione ipsius testaméti:
vt ibidem firmat Bart. & in tantum hoc procedit,
4 quòd*nepos testatoris potest in foro conscientiæ
auocare hæreditatem ab hærede scripto in testa-
mento in scriptis sigillato, si nepos ipse in apertu-
ra testamenti nõ fuisset citatus. Ita voluit pulchrè
Iaso.in l.nemo potest.ff.de lega.j.in secunda lectu-
ra.in versic.subiiciunt.Imo. & Alex. Et in tantum
est publicatio seu apertura testamenti necessaria,
quòd etiam si testamentum esset inter liberos, re-
quiritur publicari. & etiam ad pias causas:vt con-
suluit Oldr. in consil.cxix. Titius condidit. Ioan.
Andr.in tit. de instrumen. editio.§.compendiosè.
& incipit:ex parte.versi.si prius.Petr. de Ancha.in
c.cùm esses. de testa. Item, testamentum ipsum ve-
lut incompletum & imperfectum minimè fuit le-
ctum:nam,vt dicit Angel.de Aret.in suo tracta. de
testamentis.in glos.in verbo, lectum & perfectum,
5 licet* testator bene ordinauerit eius testamentum
& perfectè, & pariter notarius optimè illud scri-
pserit & expleuerit, nisi demum ipsum legerit in
præsentia testatoris & testium,& testator asserat il
lud esse suum testamentum,non valeret,nedum iu
re testamenti,verùm etiam nec iure codicillorum
& fideicommissi: licet in eo esset fideicommissum
insertum:per text.in l.fideicommissa.§. quoties.de
lega. iij. nec posset etiam huiusmodi testamentum
publicari:vt ibi not. Bartol. & facit optimè tex.in
l.Lucius.ff.de testa. mili.& ideo dixit gloss.quòd si
6 notarius facit imbreuiaturam* testamenti,& non
legit ipsam corã testibus,nec in charta puta, quòd
non valeret.Ita dicit ibi Barto.& in l.sciendum.ff.
de verbo.oblig.versicul.sed quid. & ideo opus est,
quòd semper in fine schedulæ testamenti dicatur
per notarium, actum factum & perfectum.facit l.
contractus.C. de fide instrum. & idem firmat An-
gel. in præfato tracta. de testa. & subdit esse nor.
quia ipse bis vidit de facto. Item & sextò, deficit
7 nomen hæredis,quod non fuit scriptum*manu te
statoris scientis scribere:& pariter deficiunt cæte-
ræ solennitates.de quibus per Specu. in titu.de in-
strument. edition.§. vt autem ad eius materiam.&
Philip.franc.in rubrica,de testament.in vj. & An-
gel.de Areti.in §.sinautem quis ita formidol. insti.
de pupil.substitutio. imò & plus, si vna sola solen-
nitas in testamento in scriptis deficit,etiam quòd
deficiat subscriptio vnius testis,testamentum*erit 8
ipso iure nullum:per text.in præfata l. hac consul-
tissima.§.sinautem. & l. publicari.& l. iubemus.C.
eodem titul. & si vnum ex testibus mori contige-
rit,idem erit:vt dicit Barto.in d.l.ij.ff. quemad.te-
sta.aperi.& plenè Sozin.in suis fallen.versi.testa-
tor. fallen. cccxcviij. imò in maiori casu in testa-
mento in scriptis aderant xiiij.testes subscripti:&
quia vnus ex eis non dixit se subscribere loco te-
statoris, testamentum non tenuit:sed vt nuncupa-
tiuum ex clausula generali omni meliori modo,
&c. Et in tantum attenditur solennitas in testa-
mentis, quòd etiam si essemus in testamento inter
* liberos, si producatur scriptura patris,non pro- 9
babit ipsius voluntatem, nisi per duos testes pro-
betur dicta patris voluntas: qui deponant vidisse
illam scribere:aut audiuisse patrem dictare:aut fa-
teri illam esse suæ voluntatis: vt dicunt doctores
in d.l.hac consultissima.§. ex imperfecto. & in au-
thenti.quòd sine.& ibi Bald.& Salyc.Paul.de Cast.
& Alex.Bal.in l.fi.versi.sed vlterius quarto.C.fami.
ercisc.Bald.consil.cccxcvj.quòd schedula.iiij. vo-
lumi.imo plus dixit Bal. in l.quæstionem.C. de fi-
deicommis.versic. quid * de scriptura manu testa- 10
toris, in qua non sunt descripti testes, & testator
asseruit se in illa compleuisse testamentum, talis
scriptura non probat, nec valet, si non constat
quòd testator perfecerit testamentum, adeò quòd
scriptura ipsa fuerit habita pro absoluta: & ideò si
pater in suo testamento, in quo ipsum conscriben
do filios*hęredes instituit,& legata reliquit,& ali- 11
ter testamentum ipsum non legendo, nec legi fa-
ciendo, in capsa recondidit, dicitur testamentum
imperfectum: & subdit,quòd si non valet inter li-
beros,multò fortius inter alios.Et idem consuluit
Alexan.consi. lxxvj.iij. volu. Et quòd talis institu-
tio hæredis non teneat, vltra præmissa adducitur:
quia ipso incompleto superuenit eidem Penelope
testatrici syncopa, seu mentis alienatio post insti-
tutionem præfatam, adeò quòd eius intentionem
vlterius explicare nõ valuit:quo casu*nihil actum 12
seu gestum fuisse dicendum est:per text. in l. fidei-
commissum.§.quoties.& ibi gloss.ff.de leg.j. & l.is,
qui.vbi Barto.& alij.ff.de testa. & nota. Ias.post a-
lios in d.l.hac consultissima.§. ex imperfecto.in j.
limitatione. & sic licet fuerit inceptum,tamẽ quia
non* perfectum ex deficientia voluntatis incom- 13
pletæ, adparet esse nullum: vt consuluit Abb. in
consil. cv. ij.volumin. quod vendicat sibi locum,
etiam si fuisset inter liberos schedula manu testa-
toris scripta, in qua sint filij hæredes instituti, * si 14
nõ fuit lecta & publicata defectu voluntatis non
completæ.non tenet,vt decidit Alexand.in d.§.ex
imperfecto,quod habet locum,etiam si ad pias cau
sas non teneret ex causa incompletæ voluntatis:
vt consuluit Old.consi.cxix. Titius condidit testa
mentum. vbi subdit, quòd etiam in testamento
nuncupatiuo, si antequam notarius recitaret * te- 15
stamentum,testator moritur, non tenet testamen-
tum,etiam factum ad pias causas:quia non dicitur
testamentum,sed præparatio ad testamentum:pro-
ut plenè firmat Dec.in consil.clix.& ccccixxxviij.
vbi à maiori decidere adparet hanc opini. in testa-
mento nuncupatiuo. Vnde concludendum vide-
tur,

tur,quòd vnlens in ſcriptis teſtari,ſi deficiunt ali-
quæ ſolennitates teſtamenti in ſcriptis, dictum te-
ſtamentum non tenet,etiam vt nuncupatinum:ſe-
cundum doct.in dict.§.per nuncupationem.Et eſt
etiam in terminis deci. Affli.cliij. Nec opitulatur
26 *teſtimonium mulierum,cùm in teſtamento teſti-
ficari non poſsint.l.fi.& ibi glo.C.de codic.& ple-
nè Iaſ.in dict.l.hac conſultiſsima.intantùm,quòd
etiam tempore peſtis non admitterentur: pront
firmat conſulendo Alex.conſil.lxx.in ij.volu.l.fin.
cum ibi not.C.de teſtamen.& plenè Deci.in conſ.
17 cclxxxiiij. Item claudicat teſtamentum, * cùm li-
queat excellentem Penelopen voluiſſe in ſcriptis
teſtari, & tamen non perfecit teſtamentum: & ſic
adparet imperfectum:per text.in l.ſi quis.& l.ex ea
ſcriptura.ff.de teſta.& l.hac conſultiſsima.§.ex im-
perfecto.vbi Barto.& omnes. & in l.fideicommiſ-
ſa.§.quoties.de leg.iij.& Abb.in præallegato conſ.
cv.Guido papæ in ſuo conſil. cxxxiiij. non valuit,
nec valet teſtamentum.& conſuluit Alexã. conſil.
lxxvj.iij.volumi. ſubdens hanc eſſe veram & com-
18 munem opin. nam etiam inter * patrem & filium
tale teſtamentum non teneret:per tex.iuncta gloſſ.
in l.fi.C.famil.erciſ. imò nec de æquitate canonica
teneret:vt dicit Anto.de Butr. in c.j.de ſucceſſ. ab
inteſta. quem communiter canoniſtæ ſequuntur.
19 Nec videtur militare*generalis conſuetudo nota-
riorum circa adpoſitionem clauſularum: videli-
cet, ſi non valet iure teſtameoti in ſcriptis, valeat
vt nuncupatiunm: & ſi non iure teſtamenti nun-
cupatiui. iure codicillorum, ſeu cuinſuis alterius
vltimæ voluntatis, ſeu omni meliori modo. & ſic
verba præfata ex communi conſuetudine cenſen-
tur, vt conſueta fuiſſe adpoſita in teſtamento:licet
in eo non adpareant:per gloſſ.in l.fin.de fideiuſſ.&
plenè doct.pręſertim Iaſ. in l.illam.C. de collatio.
canoni.in c.cum M. Ferrarienſis.de cnnſtitutio.&
plenè Deci.in conſi.cccxlix.in iiij.volumin.nam
10 * clauſulæ conſuetæ adponi in inſtrumentis per
notarios, ſemper haberi debent pro expreſsis &
adpoſitis,etiam ſi fuerint penitus omiſſæ, per text.
meliorem de iure,ſecundum Bal.in l.fi.iuncta glo.
C.de fideiuſſ.Bal.Imo.& Moder.in l.huiuſmodi.in
prin.ff.de leg.j.Iaſ.in l.argentarius.ff.de eden.quod
21 *maximè concedendum eſt,cùm ſimus in conſue-
tudine,quæ vt plurimum ſeruatur quotidie: ſecus
enim eſſet io conſuetudine, quæ bis aut ſemel in
anno ſeruaretur: quia tunc ſi obmitteretur, actus
redderetur vitioſus.Ita dixit Barto.in l.ſcio.§.me-
dico.ff.de annn.lega.& facit bene text.in capi.quo
ad conſultationem. de offic. deleg.nam præmiſsis
22 reſponderi poſſet,*quòd tales clauſulę magis pro-
cedere adparent de cooſuetudine notariorum,
quàm teſtatorum: & ſic potius de conſuetudine
notarij, quàm quòd teſtator ita expreſſerit: vel
qnòd ita fuerit de eius mente,prout dicit Barto.in
d.l.prima.in vj.q.de iure codicil. & ſic non atten-
ditur talis clauſula. Et hoc communiter approba-
tur, vt refert Curt. iunior, in conſilio cj.& plenè
Barb.iorer cooſilia Curt. ſenioris, conſil.xlvij.ſa-
pienter optimus.verſi.& ad hoc adduco. Requiri-
23 tur * ergo, quòd talis clauſula apponatur de ordi-
ne & voluntate teſtatoris: vt decidit Guido papæ,
in ſua deciſ.cccccxiij.qnia deficiente teſtatoris vn-
luntate, dicta clauſula codicillaris non opitulabi-
tur: vt plenè poſt Bald. cnnſuluit Deci. in conſil.
ccv.in fi.& idem Deci.in conſi.ccxciiij.Dicebant
tamen aduncati* manſellorum non eſſe vſquequa- 24
que verum, quòd quando conſtat teſtatorem vo-
luiſſe in ſcriptis teſtari: ſi non valet teſtameotum
in ſcripris, non valebit vt nuncupatiuum:cùm ita
in particulari firmat Cyn.poſt Iaco. de Rauen. in
d.l.hac conſultiſsima.§. per nuncuparionem.Pau.
de Caſtr.& Moder. ibidem.quia illa duo non ſunt
inter ſe contraria:vt ibidem dicit Fulgo.cùm non
ſit veriſimile teſtatorem voluiſſe ſe reſtringere ad
vnam viam teſtandi, & ſic eligere iter, per * quod 25
eius iudicium impugnaretur. per text. in l.iij.ff.de
teſt.milita.Ita in ſpecie Paul.de Caſtr.in l.hæredes
palàm.in princ.ff.de teſta.allegando not. per Cyn.
in d.§.per nuncupatinnem. & magis in ſpecie in l.
prima.§.ſin autem.ff.de hære.inſti.vbi firmat,quòd
dum teſtator voluit * in ſcriptis teſtari, & deficit 26
aliqua ſolennitas teſtamenti in ſcriptis, valebit vt
teſtamentum nuncupatiunm, niſi expreſsè ſe ar-
ctaſſet ad teſtamentum in ſcriptis: quia fortè no-
luerit aliter valere,quàm teſtamentum in ſcriptis:
quia tunc non valeret,vt nnncupatiuum: per oot.
in l.contractus.C. de fide inſtru. Ita conſuluit So-
zin.in cooſi.clxxv.ſecundo volu.Quid ergo dicen-
dum in tanta varietate?diuerterem me à præmiſsis,
niſi ex meritis probatorum deprehenderem ma-
gnam,imò maximam dilectionem,& amorem eiuſ-
dem excellentis Penelnpes, erga præfatum magni-
ficum Ioã. Anto. manſellam & fratres,qui cùm eſ-
ſent de eius antiqua proſapia & familia,eos ingen-
ti amore proſequebatur:aſſerendo ſemper illos eſ-
ſe ſuos hæredes & ſucceſſores, vnde concurrente
tanto liciti amoris ardore & charitate erga fami-
liam,& ipſius cõſeruationem,nulli dubium, quòd
talis amor habeat vim clauſulæ cndicillaris, cùm
fuerit in teſtamento ipſo inſtituta perſona valde
dilecta teſtatrici:& etiam* quòd non affuiſſent niſi 17
quinque teſtes, huiuſmodi amnr & dilectio perſo-
næ habet vim clauſulæ codicillaris. Ita ſingulari-
ter dixit Bal.in l.ſi iure.per glo.ibi. C. de teſta. ma-
nu.& cnnſuluit Roma.in conſi.clxxix. ampliſsime
doctor. vbi plus ſubdit, quòd ardor liciti amnris
habet vim reuocationis clauſulæ derogatoriæ ad-
poſitæ in primo teſtamentn. & idem refert & ſe-
quitur*Iaſ.in l.non dubium.in fi.C.de teſta.ſequi- 28
tur etiam & refert Caſſan. in conſue. Burgundiæ.
§.v.fol.142.verſicul.ſecunda eſt, vt dicit, quia ar-
dor,&c.Et ſuffragatur optimè,quod dicitur de pa-
pa, qui contulit beneficiũ conſanguineo ſuo:nam
præſumitur * quòd caro & ſanguis ei reuelauit, vt 29
ita faceret: & non ſpiritus ſanctus: pront pulchrè
inquit Bald.in l.tutor petitus.§.j.ff. de excuſa.tu-
to.& præmiſſa maximè concedenda,cùm ſimus in
ſac. regio Conſilio:& ſic in conſiſtorio Principis:
in quo ſola facti veritas attendi debet, reiectis ſo-
lennitatibus iuris ciuilis,ſolo iure gentium atten-
to:vt inquit Bart.ad repri.in verſi.videbitur.Bald.
in l.nemo.C.de ſent.Fran.de Are.in conſi.lxxxiiij.
diligenter,&c.refert & ſequitur Iaſ.in l.certi con-
dictio.§.ſi numos.ff.ſi cert. peta. vbi ſubdit, quòd
vbi iudex poteſt ſola facti veritate inſpecta pro-
cedere, poterit recedere à regulis iuris:maximè in

30 consistorio principis: in quo sola facti * veritate inspecta procedēdum est: vt inquit Bartol. in l. Aemilius Largianus. circa fi. ff. de minor. Pau. de Cast.
31 in l. j. ff. si sæpi. in integr. restitu. postu. Et sic * dum iudex potest sola facti veritate inspecta procedere, poterit iudicare, secundum quod Deus esset iudicaturus. Ita dixit singu. Bald. in l. pen. versicu. sextò quæro. C. de iure delibe. sequitur Geor. nacta. in repeti. clem. sæpe. de verb. signifi. Claud. de Seys. in l. beneficium. C. de constit. prin. subdens se ita esse solitum dicere. quod maximè procedit, cum sac. Cōsilium obtineat vicem præfecti prætorio: vt dicit Guid. papæ in sua decisio. xxix. parlamenti Gratianopol. in superiori consistorio: & dum loquitur de
32 illo cōsilio, seu parlamento, vbi plus subdit, * quòd potest factum Consilium iudicare secundum conscientiam: per ea, quæ ponit Barto. in l. vnica. C. vt quæ desunt aduoca. in fine sui commenti: & si aliter faceret, peccaret: secundum theologos, & plus subdit, quòd debet attendere ad veritatem principaliter potius, quàm ad subtilitatem, iuxta not. in clem. pastoralis. de re iudi. & in cap. ad apostolicæ. eod. tit. & plus subdit. Guido papæ ibidem, ita pluries vidisse obseruari in decisionibus causarum: cùm in curiis parlamenti procedatur iuris solennitatibus non seruatis, sed sola facti veritate inspecta, etiam præter consensum partium: vt testatur Guido in decis. sua. ccxvj. iudex de voluntate, &c. & in alia decisio. lviij. de stylo & communi obseruantia. Suffragatur insuper capitulum; detestantes. in præsenti regno: per quod iudicibus iniungitur veritate inspecta iudicandum. Et sic ex præmissis omnibus & eorum singulis secutus sententiā multorum ex istis magnificis patribus & dominis sac. regij Consilij meis collegis, dico institutionem hæredis factam per excellentem testatricē de ipsis magnificis Ioanne Antonio Mansella & fratribus in suo vltimo vitæ eulogio, tenere. Sed quia maior pars sacr. regij Consilij, ac etiam collateralis aliter votauit, necesse fuit exequi, quod à maiori parte decisum & comprobatum fuerat. Verùm declaratum fuit ipsos succedere in partem bonorum hæreditatis præfatæ eis tangentem, virtute fideicommissi quondam Tirelli. & ita executum fuit mediante decisione prædicta.

SVMMARIVM.

1 *Filia fœmina descēdens ex masculo, dicitur, descendere per virilem sexum.*

2 *Neptis tua nata ex filio tuo, dicitur de descendentibus tuis per virilem sexum, seu masculinam lineam.*

3 *Filia semel exclusa à successione patris propter masculum, intelligitur semper exclusa, in tantum, quòd mors masculi non opus alaretur fœminæ, vt possit mortuo masculo succedere.*

4 *Fœmina quando non admittatur ad successionem paternam.*

5 *Nepos quòd succedat in locum patris, debet intelligi, id est, in gradu, vt tantum habeat, quando concurrit cum patruis, quantum pater fuisset habiturus. Sed non succedit ex persona patris: sed ex propria persona ipsius nepotis. & nu. 11.*

6 *Filius quòd succedat in locum patris, & eius personam repræsentet, est ex iuris fictione.*

7 *Filius ex potentia statutis transmittit hæreditatem sui patris, licet per ipsum non aditam, ad filios.*

8 *Stante statuto, prout est regni cōstitutio, & etiam consuetudo Neapolita. vt stantibus masculis fœmina non succedant patri, cùm eo casu adpareat fœmina priuata patris successione, desinit esse sua, ac si pater ipsam exhæredasset.*

9 *Portio seu hæreditas oblata masculo virtute statuti, si non sit agnita per masculum in vita, non transmittitur ad eius filiam: sed in ea succedit soror eius amita.*

10 *Statutum excludens fœminas à successione patris, extantibus masculis, intelligitur si extant masculi, qui patri succedant: aliàs fœmina non excluduntur.*

12 *Neptis non debet esse melioris conditionis, quàm filia, quæ est proximior patri.*

13 *Neptis non debet plus concedi, quàm filiæ.*

14 *Auo decedente, & remanentibus eius filia maritata, necnon & nepte ex filio defuncto, an succedat ipsa neptis exclusa filia, & sic amita: an verò ambæ æqualiter succedere debeant. & nu. 16. & per totam decisionem.*

15 *Bartoli opinio semper sequenda: hinc Hispani habent publica constitutione sancitum, vt in contrarietatibus doctorum seruetur opinio Bartoli. Iason dixit se solum venerari & adorare vestigia Bartoli: qui semper habuit veritatem ante oculos.*

Bartolus habuit diuinum ingenium, & pro certo fuit dux & illuminator iuris.

A Bartoli opinione non est tutum recedere.

Bartoli quanta sit authoritas vbique, nemo est qui nesciat.

Bartolus fuit lucerna iuris & supremus doctor: & eius autoritas maxima est.

17 *Filij appellatione, non continetur filia secundum ius Longobardum: secundum quod præsumitur quis viuere in regno.*

18 *In regno præsenti præsumendum est in dubio, quòd viuatur iure Longobardorum, & secundum dictum ius in eo est iudicandum. & hoc, quando cessat regni constitutio, seu capitula regni.*

DECISIO LXIII.



Honorabilis Antonius de Lacza de ciuitate Triuenti in humanis agēs, Alphonsum & Petrutiam filios ex legitimo matrimonio obtinens, Petrutiam ipsam nuptui tradidit: demum decedente Alphonso filio, & ex eo remansit Ioanna eius filia, & sic neptis præfati Antonij, quæ dum egisset petitione hæreditatis aduersus præfatā Petrutiam amitam in curia ciuitatis Triuenti, pronuntiatum fuit eandem amitam ad successionem præfati Antonij eius patris venire cum ipsa nepte, facta prius suæ dotis collatione: & dum fuisset per dictam Ioannam neptem ad sacrum Consilium appellatum, & mihi causa commissa, videbatur dicēdum virtute constitutionis Regni, in aliquibus, dispo

disponentis filiam dotatam excludi à successione
dotantis, Petrutiam ipsamdotatam, exclusam. Nec
obstaret, quòd non superest masculus, licet Ioan-
na ipsa ex masculo descenderit, & sic ex Alphonso
filio quondam Antonij. quo casu dicitur descen-
1 dere per virilem *sexum, vt dicit glo. in l. Gallus. §.
nunc de lege. ff. de libe. & posthum. & firmat con-
sulendo Alex. in consi. cxxv. nu. 2. in sexto volumi.
2 vbi formaliter inquit, quòd neptis tua nata * ex fi-
lio tuo masculo, dicitur de descendentibus tuis
per virilem sexum seu masculinam lineam: vt pro-
bat glo. præfata secundum Bald. & Moder. ibi pro
qua subdit Alexád. se solitum dicere. id est, allegare
text. in l. lege xij. tabularum. C. de legi. hæredi. in
versi. huius itaque legis. dum tex. dicit, per virilem
sexum descendentes, siue masculini, siue fœminini
generis. & neptis ex filio dicitur esse virilis sexus,
vt probatur ex not. per glo. in d. §. nunc de lege. se-
cundum Paul. de Castr. ibi, quia talia verba impor-
tant idem, ac si facta esset mentio de descendenti-
bus per virilem sexum: tum maximè, quia vt inquit
satis not. Bald. in capi. j. episcopum, vel abbatem,
3 per illum text. filia semel *exclusa à successione pa
tris propter masculum, intelligitur semper exclu-
sa: in tantum, quòd mors masculi non opitularetur
fœminæ, vt possit mortuo masculo succedere.
Quod reputat satis not. Bal. propter statuta, quòd
extantibus masculis fœminæ non succedant: quia
licet moriatur masculus non relictis liberis: tamen
4 non ex hoc fœmina* admitteretur ad successioné
paternam. Idem firmat in authenti. sed & si quis. &
in l. quibus. C. de secund. nupt. Aretin. in consi. 50.
copiosè & eleganter. idem Areti. in consi. cxlij. vi-
so statuto communis Aret. Alexan. in l. si filius, qui
patri. ad fin. ff. de vulga. & pupil. Barto. tamen in l.
liberorum. de verbo. signi. dicebat, quòd submoto
filio de medio, filius eius nepos incipit tenere pri-
mum locum institut. de exhær. liber. §. posthumo-
rum: & de hære. quæ ab intesta. deferun. §. cùm igi-
tur: & in l. Gallus. §. videndum. de liber. & posthu.
Si filius ex beneficio statuti excludebat fœminam,
ergo nepos in eius locum subrogatur: quia subro-
gatus sapit naturam eius, in cuius locum subroga-
tur. l. prima. § hoc. ff. si quis testamen. liber. esse iuss.
& licet ista ratio Barto. sit colorata, tamen non ha-
5 bet saporem: quia* quòd nepos succedat in locum
patris, debet intelligi, id est, in gradu, vt tantum
habeat, quando concurrit cum patruis, quantum
pater fuisset habiturus. Sed non succedit ex perso-
na patris: sed ex propria persona ipsius nepotis. Pa
ret, quia ipse nunquam successit, nec ei vnquá fuit
hæreditas delata: ergo ipsam nõ delatam, nec agni-
tam non transmittit: vt dicit Bartol. in l. prima. §. si
sit nepos. ff. de collatio. dot. l. prima. §. si filius. ff. de
6 coniungen. cum emancipa. liber. Præterea,* quòd
filius succedat in locum patris, & eius personam
repræsentet, est ex iuris fictione. Ita volunt docto.
in d. titulo de succe. ab intestato. & in authent. ces-
sante. de legiti. hæred. Sed fictio non habet locum
in statutis contra ius commune. Ita nota. gloss. &
docto. in l. tertia §. hæc verba. ff. de negotiis gestis.
Nec videtur obstare posse, quòd Alphonsus pater
ipsius Ioannæ prædecesserit ante mortem præfati
aui & patris Petrutiæ: & sic antequam fuisset adita
hæreditas per præfatum Alphonsum patrem Ioan-
næ: nam ex potentia suitatis Alphonsus ipse tan-
quam suus hæreditatem patris,* licet non aditam, 7
transmittit ad ipsam Ioannam eius filiam. Ita per
multa consuluit Bald. in suo consilio incipiente:
factum proponitur sub hac forma. quod refert &
sequitur Roma. in l. ventre. ff. de acquirend. hæred.
& Paulus de Castro in l. fina. ff. de hæred. action. &
consuluit Alexand. in consilio xx. viso processu
causæ vertentis, & principali sua ratione moue-
tur, quòd stante *statuto, prout est Regni consti- 8
tutio, vt stantibus masculis fœminæ non succedát
patri, cum eo casu fœmina adpareat priuata patris
successione, desinit esse sua, ac si pater ipsam exhę-
redasset: vt satis singulariter inquit Bartol. in l. j. §.
sciendum, in fin. ff. de suis & legiti. Sequitur Bald.
in l. maximum vitium. C. de liber. præter. Imol. in
allegata l. ventre. Ludouic. in l. apud Iulia. §. idem
Iulia. ff. ad Trebellia. & sic cum in paterna succes-
sione desinat esse sua: ergo filius masculus in tota
successione est suus: & sic hæreditatem ipsam ex
potentia suitatis transmittit ad filiam: & sic nepté
aui ex potentia suitatis. Pro parte verò dictæ Pe-
trutiæ amitæ dici posset, quòd in particulari & in
terminis præsentis quæstionis determinat Salicet.
in l. j. vltima quæstio. C. de adul. vbi tenet, * quòd 9
portio delata filio masculo virtute statuti, si non
sit agnita per masculum in vita, non transmittitur
ad eius filiam: sed in ea succedit soror eius amita.
Idem sequitur Roma. in l. ventre. supra allegata: &
hoc per optimam rationem: quia statutum exclu-
dens * fœminas à successione patris propter ma- 10
sculos, intelligitur extantibus masculis, qui patri
succedant: aliàs fœminæ non excluduntur. Ita di-
cit Bartol. in l. ij. §. sed & si sint sui. per illum text.
ff. ad Tertullia. & in l. j. §. si filius. ff. de bono. posses.
contra tabul. Bald. in l. maximum vitium. C. de li-
ber. præteri. Nec est obmitendum replicare seu re-
petere, quòd quando filia succedit in locum patris
sui, non venit ex persona patris, licet eius loco pri-
mò sit posita: sed posteà succedit * ex propria sua 11
persona, & debent considerari qualitates eiusdem
filiæ, & neptis, & non ipsius patris, iuxta doctri.
Bartol. in l. j. §. si filius. ff. de coniung. cum emancip.
liber. & in l. j. §. si sit. ff. de collatio. bon. & sic quòd
filia ipsa succedat in locum patris, erit in eodem
gradu cum amita. Sed si considerentur qualitates
filię, & non patris, vt omnino considerari debent,
filia ipsa non reperietur habere qualitatem, ob
quam amitam excludat. Nec est * dicendum, quòd 12
melioris conditionis debeat esse neptis, quàm fi-
lia: quæ est proximior patri: argumeot. l. si viua ma-
tre. C. de bon. mat. & l. pupillus. §. fina. ff. de condi-
tio. & demonstratio. & idem videmus in statuto,
quòd si filię excluduntur, à fortiori neptes: vt not.
Bald. in l. secunda. in fin. C. de in ius vocan. & ibi
dicit * quòd non debet plus concedi nepti, quàm 13
filiæ: argument. dicta l. si viua matre. & idem tenet
Bald. in l. quod verò. in princip. ff. de legi. & in l. si
verò. §. de viro. ff. soluto matrimonio & secundum
istam conclusionem consulit Paulus de Castro in
consilio lxxix. Casus iste frequenter contingit. De
ci. in consilio cccccxiiij. satis nota est quæstio.
in tertio volumine. Iasn. autem in l. si arrogator. ff.

de adoptio. inquit passum hunc esse altum, diffusum, & valde disputabilem: & in eo possunt infinita pro & contrà adduci: & demum arguendo ad vtraque partem: & in medium pro vtraque parte quamplurimis ex præmisis adductis, concludit se habere q. hāc pro valde dubitabili. Et ideo pro tūc aliter ipsam determinare non audet, de quo non modicum miror: cum non viderit Bartolus quęst. ipsam in terminis decidentem. in l. liberorum. ff. de verbo. signific. per plura iura & rationes addu-
14 ctas per ipsum. vbi concludit * amitam præfatam non excludi à successione sui patris per neptem.
15 Cui Bartolo * omnino adhærendum in contrarietatibus doctorum: cùm si Hispani habent publica constitutione sancitum, vt in contrarietatibus doctorum seruetur opinio Bartoli: quid ergo nos faciemus Itali? curemus eius dicta colere, adorare: & imitari: quia bonus Bartolista, optimus iurista censendus est: prout pulchrè commemorat Ioan. Baptist. de Sanct. Seuerino in suo solenni tracta. de modo studen. Hinc Iaso. in l. admonendi. ff. de iureiur. dixit, se solitum venerari & adorare vestigia Bartol. quia semper habuit veritatem ante oculos: dixit idem Ias. in l. certi condictio. si certum petatur. & quòd habuit diuinum ingenium, dicit idem Ias. in l. cētum Capuæ. ff. de eo, quod certo lo. & in l. frater à fratre. ff. de condi. indeb. dixit quòd Bartol. pro certo fuit lux, & illuminator iuris. & ideo Paulus de Castro in consilio ccclij. visis omnibus instrumentis. dixit non esse tutum recedere ab opinione Bartoli: & quanta sit Bartoli authoritas vbique, nemo est qui nesciat. Inquit Fulgos. in suo consilio clxxx. & ccxxvj. Bartol. fuit iuris lucerna, & supremus doctor: dixit Barbati. in capit. Rayn. de testa. in repeti. & alibi dixit Alexand. de Imol. in l. si domus. §. fin. de lega. primo. quòd Bartoli authoritas maxima est, & istam opinionem Bartoli in propriis terminis, & in particulari reperio secutum fuisse Anton. de Rosellis in suo tracta. de succe. ab intest. situato in viij. volumi. tract. versi. ego autem sequor. in fin. vbi formaliter dicit, quòd neptis filia nata ex filio masculo, non excluderet amitam suam: quia licet filius succedat in locum patris, quando simpliciter consideratur vt filius: secus, si cum aliqua qualitate, vt puta, quia masculus: quia tunc neptis fœmina non comprehenditur, quæ non habet illam qualitatem masculinitatis. Ita dicit Bartol. in d. l. liberorum. Sed ipse Anton. de Rosel. assignat aliam rationem: quia tunc extenditur ad nepotem, quando est eadem ratio. Sed in nepte fœmina non est eadem ratio: ideo non comprehenditur. & licet Bartol. dicat, quòd de hac ratione non constat: tamen ipse Ant. dicit. quòd ratio legis sumi debet à communi vsu gentium: vt not. in l. non dubium. C. de legibus. Et plus subdit, quòd tunc priuilegium filij transit ad nepotem, quando non est concessum in præiudicium tertij: sed quando est in præiudicium alterius, vt hic, quia in præiudicium filiæ, tunc est odiosum, & continet irratinnabile. l. maximum vitium. C. de lib. præter. & ideo non debet extendi. per text. in dicto §. huius priuilegium. in authentic. de hæred. ab intest. Pro præmissis fortiter stringit, quòd dispositio prohibitiua, ne fœminæ succedant, sed maritentur, censetur temporalis, & quodammodo conditionalis: prout sentit Deci. in suo consilio lxxxxvij. primo volumine. circa princip. & statutum ita disponens, quòd stantibus masculis fœminæ non succedant, sic loquendo per ablatiuum absolutum, qui de sui natura conditionem inducit: vt dicit Bald. in l. ab emptione, secundo not. ff. de pact. intelligi debet, donec extant masculi: & sic non extante masculo cessat dispositio statuti: & sic constitutio, in aliquibus. cuius intentio fuit præiudicare fœminis ob conseruationem generis & familiæ: vt hæreditas penes masculos in fauorem generis conseruaretur: vt in §. cæterum. institut. de legi. agnat. successio. & not. Neapo. in consuetudine Neapolitana: si qua moriatur. in principio. in glos. super verbo: absque discretione sexus. cum aliàs de iure communi æqualiter masculi & fœminæ succedant: aliàs essemus accusatores naturæ, cur non omnes masculos fecerit. l. lege duodecim tabularum. C. de legiti. hæred. l. maximum vitium. C. de libe. præter. & sic dicta constitutio regni apparet esse contra ius commune: & ipsius iuris correctoria & velut odiosa. non debet extendi ad neptem: cum loquatur in filia, & tanquam odiosa restringenda: per regulā: odia. de regulis iuris. in vj. & sic restringi debet, vt minus lædat ius commune, quam potest. capitu. cùm dilectus. de consuet. & l. secunda C. de noxa. Item quòd est concessum masculo, vt masculo, denegatur fœminæ. Ita Angelus in l. publico. §. de adulterio. C. de adulter. quia non est eadem ratio concedendi. l. si verò. §. de viro. ff. soluto matrimon. & quòd ambæ * æqua- 16
liter admitti debeant ad successionem: & tantum debeat habere neptis, quantum amita, decidit in particulari Afflict. in dict. constitutione Regni: in aliquibus. versiculo an autem neptis. numero 39. & pariter Capi. in sua decisio. quam dicit esse sacri Consilij. xxj. Nec militarent in aliquo dicta per Deci. in suo consilio vigesimosexto. cum ibi loquatur, quando extabat masculus & fœmina: & erat maritata & dotata: & renuntiauerat & iurauerat: & solum petebat supplementum. Nec dici potest, quòd semel exclusa, semper censetur exclusa. nam, vt suprà dictum est, erat exclusa propter existentiam liberorum masculorum. Vnde intelligendum est rebus sic stantibus, & in eodem statu permanentibus: quod secus erit in casu præsenti, in quo non adest nepos, sed neptis: & ideo secundum istam partem quòd neptis & amita æqualiter succedere debeant, tanquam de iure veriorem, consuluit Deci. in suo consilio cccxix. & cccix. in secundo volumine. Vltimò reperi quòd de iure Longobardo, * appellatione filij, non contine- 17
tur filia: vt in Longobarda de eo, quòd pater habet necesse filiis relinquere. l. à nostris. Ita dicit Albericus de Rosa in dicta l. liberorum. de verborum significatione. & ibi subdit, quòd si pater dat tutorem filiis suis, non videtur dedisse filiabus, propter repetitionem: vt in l. seruos. ff. de verborum significatione. quòd dicit esse * mi- 18
rabile. & in præsenti regno in dubio præsumendum est, quòd viuatur iure Longobardorum: & secundum dictum ius in eo est iudicandum. Ita dixit Andr. de Isern. in constitutio. Regni: puritatem. &

tem. & hoc quando cessat Regni constitutio, seu capitula regni. Idem dixit Andr. in præludiis feudo. in iij. quæst. & etiam in constit. regni: vniuersis. in fin. & in c. j. de feu. cogni. & optimè faciunt quæ dixit Dec. in suo consi. cccxxxiiij. in ij. vol. num. 4. dum dicit, quòd in præsentiarum nō agitur de exlusione fœminarum, cùm non supersit masculus: in cuius fauorem sit statutum: prout est constitutio regni in aliquibus: sed agitur de successione inter ipsos agnatos ex vtraque parte: & ideo cessante ratione statuti, debet cessare dispositio l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patrona. cap. cum cessante. de appellat. cap. magnæ. in fi. de voto. l. generaliter. C. de episcopis & cleri. vnde quòd propter odium vel fauorem statutum fuit, finita causa odij vel fauoris, tollitur: vt not. Bald. per illum textum, in l. fin. C. qui ad liber. perue. non possunt. Et ideo cùm in casu præsenti non sit tractandum de exclusione fœminarum virtute constitutionis, in aliquibus, cum non supersit masculus, sequitur quòd casus iste obmissus remanet in dispositione iuris cómunis: arg. l. commodissimè. ff. de libe. & posthum. l. si cum dotem. §. penul. ff. soluto matrimo. & in l. si extraneus. ff. de condit. ob causam. & not. Bald. in l. si plures. C. de condi. inser. verbo: iuxta præfata formatur. & Alex. in consil. cxxx. attentis verbis testamenti. in ij. volu. & sic remanente casu in dispositione iuris communis, iuris communis dispositio est, vt in successionibus, gradus secundum iura ciuilia debeát computari, per dicta plenè per ipsum Dec. in suo præallegato consilio quod maximè est dicendum ratione statuti, & sic constitutionis regni, in aliquibus, quæ fundatur fauore agnationis, & excludit fœminas: & ne bona exeant de familia. Et sic ex præmissis & aliis adductis per cæteros meos consocios, quæ hîc obmittuntur, me referente fuit decisum bene pronuntiatum per capitulum Tridentinum, dum collata dote amitæ, eandémque amitam & neptem Ioannam ad successionem Antonij patris Petrutiæ & aui Ioannæ neptis admitti.

SVMMARIVM.

1 *In dignitate ecclesiastica, quòd quis sit constitutus, ex tribus demonstrari potest. & nu. 5.*

2 *Archidiaconatus, dignitas est prima post pontificalem.*

3 *Archidiaconus licet actu de consuetudine iurisdictionem non habeat: tamen quia nomen illud est dignitatis nomen, si cum illo nomine habeat prærogatiuam sedendi, dicitur dignitas.*

4 *Archidiaconus & Archipresbyter ponitur in dignitate, & illis duobus solis post episcopum competit praeminentia iurisdictionis.*

6 *Primiceriatus non est dignitas, sed officium: nisi in aliquo loco dignitas reputaretur, & haberet signa dignitatis: vt si haberet administrationem rerum ecclesiæ cum iurisdictione. & numero 7.*

8 *Et ideo sententia lata per quendam Primicerium, fuit annullata per Alexandrum de Imola, tanquam lata per non constitutum in dignitate ecclesiastica.*

9 *Primicerius dicitur, qui primò scriptus est in matricula notariorum: vel qui in festo portat primus cereum.*

10 *Papa rescribendo alicui vniuersitati vel collegio, nominando ipsam ciuitatem vel collegium, eo ipso per nominationem præfatam, ciuitas vel collegium esse probatur.*

11 *Papa concedens impetranti officium Primicerij, tanquam pro prima dignitate verba concessionis prædicta, respectu primæ dignitatis sunt enuntiatiua propter aliud: non enim fundamentum impetrationis fuit, quòd Primiceriatus esset prima dignitas: sed quòd vacauerit duntaxat.*

Verba, quando renuntiatur, non sunt fundamenta concessionis seu bullæ: adeò quod super his Papa se fundet ad concedendum id quod petitum fuit: huiusmodi verba dicuntur enuntiatiua & emissiua propter aliud incidenter. ibidem.

12 *Priuilegium, in quo continetur certa qualitas circa ecclesias exemptas, talis qualitas non probatur per priuilegium, nisi de ea aliter constiterit.*

13 *Papa quando ad postulationem alterius asseruisset primiceriatum esse maiorem dignitatem: attamen non erit standum tali assertioni, seu literis: ex quo quando Papa attestatur, & non de facto proprio, sed alieno gesto coram se, non staretur eius dicto, nisi adpareret motu proprio concessisse. & nu. 14.*

15 *Papa quando attestatur de facto alieno non gesto coram se, tunc indistinctè sibi non creditur: non est enim eadem ratio, quando Papa attestatur coram se, quàm quando attestatur de alio facto, de quo certitudinem non habet. & numero 16.*

17 *Consuetudo plus attenditur quo ad officia & dignitates, quàm ius commune.*

18 *Archidiaconus idē est, quod primus diaconus: nam archidiaconus dicitur caput & princeps diaconorum: & dicitur ab ἀρχός, quod est princeps: & diaconus, quasi princeps diaconorum.*

19 *Archidiaconus euangelium legit: vel cui vult legendum committit.*

20 *Archidiaconus sedendo prope episcopum, dicitur sedere in altiori loco, & digniori: quo casu dignior adparet: & ideò in altiori loco sedere debet.*

21 *Altier ille dicitur sedere, qui est proximior domino.*

22 *Sedens immediatè post episcopum, dicitur esse in eminentiori loco.*

23 *Honorari debet, qui sedet in capite, quia à dignioribus est inchoandum.*

24 *Sedens à manu dextera superioris dicitur magis honorari sedente à sinistra.*

25 *Dignior dicitur inter familiares Papæ, cæteris paribus, qui est propinquior ad latus Papæ.*

26 *Archidiaconus examinat ordinandos, & ad ipsum spectat ponere Abbates, & Abbatissas in sede, ipsósq; installare.*

27 *Ad Archidiaconum spectat primam vocem intonare in choro: ac etiam ordinare turibulum deferendum per diaconum.*

28 *Honeratis magis dicitur ille, qui primo loco nominatur.*

29 *Ex ordine scriptura vel nominationis confertur titulus prælationis.*

30 *Primicerius & etiã Archipresbyter, qui est dignior primicerio, subsunt Archidiacono.*

31 *Archipresbyter est primus in choro, in quo non potest primicerius esse primus, nisi absente Archipresbytero. Et tamen vterque subest Archidiacono,*

32 *Vocem primam habens in capitulo, demonstratur esse in maximo signo honoris.*

33 *Dignior cæteris, primum votum dare debet.*

34 *Tempus immemorabile, habet vim tituli.*

35 *Volens acquirere aliquod ius cõtra vniuersitatem, vel vniuersitas contra particularem, non erit consuetudo, sed præscriptio: & in tali iure præscribendi requiritur cursus xl. anno. & nu. 36.*

37 *Consuetudo contra capitulum, vniuersitatem, vel ecclesiam, non introducitur minori tempore xl. annorum.*

38 *Consuetudo si probaretur x. annorum, & obseruantia allegaretur idem fuisse obseruatum per longa tempora inducentia consuetudinem præscriptam exigentem maius tempus, præsumeretur quòd intercesserit consuetudo præscripta, idem fuisse seruatum per maius tempus x. annorum.*

39 *Allegans id fuisse seruatum diu per consuetudinem longæuam & obseruantiam, etiam à tanto tempore, in cuius initij contrarium memoria hominum non exiſtit: & probans de decem annis id fuisse seruatum, adparet iam esse consuetudinem præscriptam.*

DECISIO LXIIII.



RTA lite ex nimio dissidio inter reuerendos Marinum de Ianuario Primicerium Ecclesiæ Neapagentem ex vna, & Io. Franciscũ Grammaticum primũ Diaconum eiusdem ecclesiæ conuentum ex altera in auditorio sacri palatij super præcedentia: existente primo Diacono semper in possessione seu quasi dictæ præcedentiæ in omnibus & singulis honoribus, dignitatibus, prærogatiuis, ac præeminentiis in dicto reuerendo capitulo Neapolit. prout etiam sui prædecessores in dicto primo diaconatu, ab ann. x. xx. xxx. & quinquaginta, & à tanto tempore in cuius initij contrarium non existit memoria hominum, semper fuerunt. Et pro veritatis præsentis consultationis discussione, censeo ex tribus demonstrari quem esse
1 in ecclesiastica dignitate constitutum; & * primò
quando habens officium præesset administrationi cum iurisdictione, vt not. in clem. & si principalis, de rescrip. & in c. nisi essent. de præbend. per tex. no. in c. volumus, lxxxvj. distinct. Secundò, quando officium habet nomen, quod de iure communi sonet in dignitatem, licet de consuetudine non habeat nec administrationẽ nec iurisdictionẽ. Exemplum in Archidiacono Parmensi. Est enim nomen
Archidiaconatus de iure communi nomen digni-
tatis, quinimò * & prima dignitas post pontifica- 2
lem, cùm iurisdictionem habeat, & vicem episcopi obtineat: vt in c. j. & in c. ad hæc. de offic. Archi. & tenet glossa ordinaria in cap. placet. de offi. leg. in sexto. & plenè exorditur Illustrissimus Nicola. Boer. in sua decisione sacri Consilij Burdegalensis cclxxxvj. præsuppono, quòd in ecclesia. ij. volum.
& licet actu * de cõsuetudine iurisdictionem non 3
habeat, tamen quia nomen illud est dignitatis nomen de iure communi, si cum illo nomine habeat prærogatiuam sedendi tam in choro, quàm in capitulo, erit illa dignitas: non sedẽdo in illo loco post locum pontificalem, illa præeminentia sedendi dicitur dignitas, vt in c. olim. cum multis similibus. de consuetu. Præterea, de iure communi nulla no-
mina officij ecclesiastici. ponuntur in * dignitate, 4
nisi Archidiaconatus & Archipresbyteratus: quia illis duobus solis post episcopum competit præeminentia iurisdictionis, vt dicunt domini de Ro-
ta, in Dec. ccccclxij. Tertiò & vltimò, quando * de 5
consuetudine ecclesiæ habetur pro dignitate. c. consuetudo. xij. dist. & in c. cum olim. de consuet. Et sic ex præmissis tribus signis dignosci potest aliquem esse in dignitate ecclesiastica constitutum: vt firmat Ioan. And. post Archi. in c. j. de consuet. in vj. Idem Ioan. Andr. & Anto. de But. in c. de multa. de præben. & Domini. in d. c. j. de consuet. in vj. Idem refert & sequitur consulendo Fran. de Aret. in suo consil. xxiij. in præsenti consultatione. quem etiam satis ordinatè refert & sequitur eximius doctor Philip. probus in additio. ad Ioan. mona. in c. j. de præbend. in vj. Et sic præsupponendo Archidiaconatum esse dignitatem primam, vt s. ostensum est, nisi probaretur quod Primicerius faceret omnia de consuetudine: vel aliqua quæ ostenderẽt, quod in actibus iurisdictionis ipse esset potior Archidiacono, non diceretur quod Primicerius esset in maiori dignitate: aliàs sic: ita concludit Abb. post gl. ord. in d. c. placet. de offi. leg. in vj. & exemplificat in Præposito Taurinẽsi. & tangit Io. Andr. in additio. Spec. in rubr. de præb. & sequitur Fran. de Aret. in præfato
consi. xxiij. Sed * præfatus reuerendus Marinus, vt 6
Primicerius ex iuris dispositione, non dicitur in aliqua dignitate constitutus, cum licet dicatur habere officium Primiceriatus, non tamen ex eo dici
potest habere dignitatem ecclesiasticam, quia * vt 7
incidenter adparet ex literis Eugenij Papæ, Primiceriatus nõ est dignitas, sed officium, nisi in aliquo loco dignitas reputaretur, & haberet signa dignitatis: vt si haberet administrationem rerum ecclesiæ cum iurisdictione; quod cessat in casu præsenti: vt not. doct. in c. de multa. de præben. & in c. fin. de consu. in vj. Ita consulendo tennit Alex. in consil. lxxvij. In causa & lite vertente. in ij. vol. vbi pul-
chrè consuluit sententiam * latam per quendã Pri- 8
micerium delegatum apostolicum, esse nullã, tanquam latã per eum, cui vt primicerio fuerat commissa causa: & ex quo ex Primiceriatu non poterat dici in dignitate cõstitutus, cùm Primiceriatus nõ sit dignitas, sed officiũ: & tanquã ecclesiastica causa ipsa non poterat cõmitti, nisi in dignitate cõstituto: sicq; sententiã ipsam per Primiceriũ apostolicum delegatũ prolatam fuisse, & esse nullam consuluit.

fsluit. Imò etiam dico, quòd nec de iure ciuili di-
9 gnitas reputatur, cum eo iure Primiceriatus * di-
catur, qui primò scriptus est matricula notario-
rum, vel qui in festo portat primus cæreum: vt in
rub. C. de Primice. lib. xij. & ibi etiá Alex. de Imol.
in apostil. Nec militaret respondere, quòd in bulla
partis aduersæ asseratur per pontificé, dictum Pri-
miceriatum esse primá dignitaté post pótificalem:
de quo pars ipsa aduersa dicitur facere magnum fe
stum, vt audio, & satis ex hoc se tueri gloriatur: ꝙ
cum impetrata fuerit tanquá dignitas, & pro ma-
iori dignitate, talis esse præsumatur, qualis asseri-
tur: per ea, quæ dixit Innoc. & Host. in c. cum ab ec
10 clesiarum. de offi. ord. vbi dixit, ꝙ * si per Papam
rescribatur vniuersitati, vel collegio, nominando
ipsam ciuitaté vel collegium, eo ipso per nomina-
tionem præfatá ciuitaté seu collegiú esse probatur.
Vnde pariter & eodé modo in casu, de quo agitur
dicendú videtur, per dictá enuntiationé, præfatú
Primiceriatus officiú esse tale: & videtur insuper
dari quasi possessio dignitatis ecclesiasticæ: vt not.
in c. in literis. de resti. spo. & in c. nihil. de elect. Sed
nominatio simpliciter super qualitate, de qua est
quasi possessio, cóstituit nominatú in quasi posses-
sionem. per tex. in c. per tuas. de probat. & per Bart.
in l. qui senatus. in prin. C. de liber. agnoscen. & sic
videretur concludendum, quòd ob huiusmodi ex-
pressionem, seu enuntiationem in bulla, Primice-
rius ipse videatur cóstitutus in possessione digni-
tatis, & per consequens præsumptiuè probetur esse
in dignitate, sed nisi probetur contrarium ex præ-
missis. Quibus quidem de iure non militantibus,
11 contrariú intrepidè de iure * verius esse liquebit:
nam dum impetranti conceditur per Pontificem
officium Primicerij, tanquam pro prima dignita-
te, verba concessionis præfatæ, respectu dignitatis
sunt enuntiatiua propter aliud: non enim funda-
mentum impetrationis, aut collationis fuit, quòd
Primiceriatus fuisset prima dignitas, sed ꝙ vacaue
rit duntaxat: & sic quádo verba quæ enuntiantur,
non sunt fundamentú cócessionis seu bullæ, adeo
quòd super ipsis Papa se fundet ad concedendú id
quod petitú fuit, huiusmodi verba dicuntur enun-
tiatiua & emissa propter aliud incidenter, secun-
dum gl. in c. si Papa. de priuileg. in vj. doct. in c. fin.
de succes. ab intest. & in clem. literis. de proba. & eo
casu talia verba enuntiatiua emissa propter aliud,
non probant dignitatem, quam enuntiát, vt pro-
bat tex. in cle. si summus Pontifex. in fi. de sent. ex-
com. & in præfato c. si Papa. & licet text. in cle. pri-
ma, loquatur de dignitate, ꝙ non probatur inesse
personæ, quæ sub nomine illius dignitatis enuntia-
tur: tamen eadé ratio est, quando dignitas seu alia
qualitas enuntiata esset alicui officio vel admini-
strationi. Hinc voluit Inno. in c. inter dilectos. de
fid. instru. quem ibi sequuntur moderni, ꝙ si in pri-
uilegio exprimatur certa qualitas circa ecclesias
12 * exemptas, talis qualitas nú probatur per priuile-
gium, nisi de ea aliter cóstiterit. Quinimò & plus,
13 dato * quòd Papa assertiuè fundando collationem
suam super hoc ad impetrationé alterius, assereret
Primiceriatú esse maioré dignitatem: attamen non
erit standum tali assertioni seu literis, ex quo quan
do Papa attestatur, & nó de facto proprio, sed alie-
no gesto coram se: & tunc licet glo. in d. clem. lite-
ris. de probat. dixerit, quòd staretur assertioni Pa-
pæ: tamen contrarium tenet Ioan. Calde. in c. post
cessionem. de prob. quem ibidem sequitur Ant. de
But. & etiam in consi. cxx. post Oldr. in suo consil.
cxj. & sequitur Domi. in d. c. si Papa. §. fi. de priuile.
in vj. Lap. verò distinguit, ꝙ aut * Papa concessio- 14
nem facit motu proprio: & tunc procedit opin. gl.
In cle. literis. aut ad alterius impetrationé: & tunc
procedat opinio Cald. quæ satis probatur ex inten
tione capituli: si Papa, ex his, quæ habentur per gl.
& doct. iij. q. v. c. hoc quippe. & hanc distinctioné,
vt æquam tenet Pet. de Anch. in d. cle. literis. quem
illustrem doct. vocat Franc. de Areti. in suo consil.
xxiiij. quatuor dubia potissimè. & idem dixit An-
to. de But. in d. c. fi. de succes. ab intest. declarás ista
not. Aliquando Papa * attestatur factum alienum 15
non gestum coram se: & tunc indistinctè sibi non
creditur: vt not. Ioan. And. in regula: non licet. de
reg. iur. in mercurial. & tenet rectè intuenti Anto.
de but. in d. c. fi. de succes. ab intest. & sic in hoc vl-
timo casu procedit indistinctè opinio Old. & Ioá.
Cald. Non est enim eadem ratio, quando Papa at-
testatur coram se, quàm quando attestatur de alio
facto, de * quo certitudinem non habet: ita etiá in 16
particulari & quasi in propriis terminis ex præ-
missis cósulendo, & aliis, tenet Fran. de Are. in suo
cons. xxiij. s. allegato, in præsenti cósultatione &c.
dum verteretur lis inter quendá præpositum & Ar
chidiaconum, vbi etiá subdit non obstare, quate-
nus diceretur, ꝙ quádo Papa enuntiat præpositu-
ram esse dignitaté, potest enuntiare factú propriú,
quia ipse potest creare nouá dignitaté in ecclesia:
vt in c. cum olim. de consue. & not. in c. tum acces-
sissent. extrà de constit. quia ad hoc respódetur du-
pliciter, quia sicut enuntiás potuit creare nouá di-
gnitatem, ita prædecessor suus: ita etiam episcopus
cum capitulo. Cum igitur enuntiatio potest videri
facta tam de facto alieno, quàm de proprio, relin-
quitur vt probatio remaneat æquiuoca & obscu-
ra, & sic nulla, vt in c. vt in præsenti. de proba. Præ-
terea, hoc nó potest dici in casu præmisso, quia ver-
ba fuerunt emissa incidéter & propter aliud, vt s.
dictum est: & successiuè respódetur tribus modis
præmissis s. in contrariú allegatis: vltra quæ dico,
summum pontificé in dicta cócessione dum dicta
verba expressit in bulla, vel ꝙ sibi narratum fuerit
per impetranté Primiceriatú ipsum esse primam di-
gnitatem in dicta ecclesia Neapolitana de consue-
tudine: & sic moueri potuit ad expressioné dicto-
rum verború: Quia quo ad * officia & dignitates 17
ecclesiarum, plus attenditur consuetudo, quàm ius
commune: vt dicit gl. in c. adhæc. de exces. prælato.
& consuluit Card. in suo consil. lxij. in ecclesia Bel
lonense. refert & sequitur reuerendus pater Ioan.
staffilei episcopus. Sibinicen. auditor sacri palatij,
in suo tract. de priuil. & expecta. & aliis literis, ver.
vltimò circa præfata. Nec posset parti aduersæ suf
fragari dicere, ꝙ præmissa fortè procedere possent
in Archidiacono: secus enim in ipso grammatico,
qui non adparet nominari Archidiaconus: sed
nominatur primus diaconus: nam respondetur,
quòd idem est dicere Archidiaconus, quod pri-
mus diaconus: ná * Archidiaconus, dicitur caput 18
& prin

& princeps diaconorum,& dicitur ab ἀρχῆς, quod
est princeps,& diaconus,qoasi prioceps diacono-
rũ,ita dicit Host.in sua summa de off.arch.vbi etiã
subdit,quòd est prior diaconorũ:& plus subdit in
propriis terminis huius quæst.ꝙ vbi in ecclesia nõ
est Archidiaconus, prior diacooorum dicitor an-
tiquior diaconorom in ordine: & is debet supple-
re vices Archidiacooi in ecclesiis suis, io quibus
non est Archidiacoous constitutus, argumento
extrà de scrutin.in ordin.facieo.c.j.& c.statuimus.
19 extrà de maior.& obedien. Quod * etiam coofir-
matur: quia archidiaconus euangelium legit, vel
cui vult legendum committit: vt in c.ij. extrà de
offic.archid.circa princip.quod plenè demonstra-
rum adparet in facto fuisse semper executum per
ipsum primum diaconum, & eius prædecessores.
Item quòd archidiaconatus sit prima dignitas post
pontificalem,& sedet in stallo & choro immedia-
tè prope episcopum,& ad eius latus, vt est text. in
c..jde offic.archipresb.cum aliis concord.adparet
similiter in facto satis verificatum,ita semper con-
20 suetum in ipso primo diacono & eius * prædeces-
soribus: & sic sedendo prope episcopum, dicitur
sedere in altiori loco & digniori:qoo casu ipse pri-
mus diaconus dignior adparet: & ideo in altiori
loco sedere debet, argumen.§.& alia, cum glo. iost.
de hon.poss.& ibi per Aretin.& Christo. porci.per
Ioan.de Imo:in l.qui soluendo.la ij.ff.de hære.inst.
per Baldum in l.obseruare.§. antequam verò. in fi.
21 ff.de officio procoosu.nam dicitur * altior, qui est
proximior domino.text.est terminis in l. voica.C.
de proposi.labor.ibi, immunitate digni sunt, quos
nostri lateris comitatus illustrat. bene faciunt di-
cta Ioan.And.& Domi.in cap.fin.de offic. delega.
in vj. vbi ioter signa maioritatis respectu dignita-
rum inferiorum io Ecclesia dicũt potissimam esse,
22 videlicet sedere * immediatè post episcopũ. Hinc
dixit Fely.in rub.de maior.& obed.quòd qui sedet
immediatè post episcopum,dicitur esse in eminen-
tiori loco.& idem voluit Cardi. in suo cons.xxxij.
& sic omnino honorari dicitur,qui sedet io capite,
23 quia à dignioribus * est iochoandum.Tex.est cum
glo.in §.fin.inst.de iur.natu.gen.& ciui.Hinc dixit
Bal.in l.decernimus.iij.not.C.de sacros.eccl.quòd
primogenitus Regis, sedet à dextris Regis: ex quo
datur intelligi:quòd cæteris est honoratior:per gl.
ibi dicentem,quòd qui sedet à manu dextera supe-
24 rioris, dicitur * magis honorari sedente à sinistra;
& ex hoc dici potest,quòd inter familiares Papę,is
25 * dicatur dignior,cæteris paribus, qui est propio-
quior ad latus papæ.Ita in particulari dixit reue.pa
ter Ioan.staffilei, auditor S.palatij, in præallegato
26 suo tract.de grat.& expectati.ver.ij.illatio.Itẽ * ar-
chidiaconus examinat ordinãdos. c.vt nostrum.de
offic.arch.vbi Ioan.And.& Pet.de Anch.subdunt,
quòd ad archidiaconum spectat, ponere abbates
& abbatissas in sede,ipsósque installare:quod appa-
ret plenè verificatum, ipsum primum diaconum
& eius prædecessores in dignitate præfata semper
exercuisse, & abbatissis consecutos fuisse à tem-
pore immemorali vnciam vnam, videlicet duca-
tos sex pro qualibet ex ipsa impositinne in sede: &
cætera præmissa administrasse, tam circa examioa-
tionem ordinandorum, quam installationẽ cano-
nicorum, mediante iuramento præstito per quem-
libet canonicum admittendum de seruaodo capi-
tula &c.Et hoc io manibus primi diaconi, in qui-
bus pariter præstatur iuramentum simile per reue.
archiepiscopum Neapolitanum tempore suę crea-
tioois,& quo capit possessionem archiepiscopatos
præfati.Item ad * archidiacooum spectat intooare 27
primam vocem in choro, ac etiam ordioare tori-
bulom deferendum per diaconum:iuxta text.in c.
ij.de offic.Arch.ibi, responsoria & lectiones in ma
trice ecclesia dare, dum episcopus vult celebrare.
qund satis cõstat verificatũ in ipso primo diacono
& eius prædecessoribus,qui pro tẽpore fuerũt.Itẽ,
ex lectura infinirorum instrumeotorũ producto-
rum liquere adparet,ꝙ in gestis per reueren.Capit.
Neapol.semper primo loco ipse primus diaconus,
prout etiã cæteri eius prædecessores nominati fue-
rũt:& secũdo loco pręfatus Primicerios * & sui pręl 28
decessores:& iure cautũ est, ꝙ qoi primò nomina-
tur, dicitur magis honorari:vt dicit Bal. in aut.hoc
amplius.C.de fideicõ.& probatur in c.si quis iusto
impedimẽto.ibi:is primò.de elect. in vj.& in l.ser-
uus commonis ita.& quod ibi not.Bart.ff.de stipu.
seruo.& faciunt bene quæ citat Ias.in l.j.in prin.ff.
de verb.obli.dum dicit denomioatiooẽ * fieri de- 29
bere à digniori, prout per multa comprobat:& sic
ex ordine scripturæ vel nominationis titulus con-
fertur prælationis.Ita dicit Guliel.Benedi.in sua so
lenni repet.c.Raynutius.ver. testamentum. nume-
ro 48.extrà de testamen. Et præmissæ * iotentioni 30
ac opinioni meę suffragator, cum nedum Primice-
rius, verùm etiam archipresbyter, qui dignior est
Primicerio, subsuot archidiacono:& sic primo dia
conorum de iure:vt in cap.j.de offi.primice.& ta-
men * archipresbyter est primus in choro, in quo 31
non potest Primicerius esse primus, nisi absente ar
chipresbytero. Ita dixit Anton.de bur. in d.c.j.de
offic.Primice.& tamen vterque subest archidiaco-
no: vt suprà dictum est:& qui archidiacon. etiam
ratione solius nominis, quod sonat in dignitatem,
eam habet, etiam si nullam exerceat aut habeat iu-
risdjctionem: vt dicit Innocentius in sæpius alle-
gato c.de multa.& sic ipse primus diaconus, idem
qund archidiaconus est: cum pertinentia ad ar-
chidiaconum administrare noscatur, & solo no-
mine differat:vt ostensum est ex consuerudine Ec-
clesiæ Neapol.Et præmissa gerens,in cæteris eccle-
siis cathedralibus Regni archidiaconus nuncupa-
tur. Item & vltimò, liquet ipsom primum diaco-
num, sicut etiam eius prædecessores semper * ha- 32
buisse & habere primam vocem in capitulo & cho-
ro, quod maximum signum est honoris: vt habe-
tur Ecclesiasti. xxij.cap.ibi: Loquere maior natu,
decet enim te. hinc dixit Præposit.in c. episcopos.
xvij.dist.quòd qui dignior * est cæteris, primò vo- 33
rum dare debet. & ꝙ digniores iocipere debeant,
est tex. in c. quia tua.50. dist.per ea, quæ oot.in l.si
quis ex argentariis.§.j.ff.de eden.Quæ omnia præ-
missa dum ex meritis processus adpareant semper
administrata per ipsum Io. Fran.grammaticũ pri-
mum diaconũ,& per prius per suos prædecessores,
qui pro tempore fueruot in dicto primo diacona-
tu, nedum * per an.x.item xx.xxx.l. lx.& vltrà,sed 34
etiã per tempus immemoriale, quod habet vim ti-
tuli:

tuli 1 vt per glo. magistram. in c. j. de præscrip. in vj. & tamen huiusmodi cõsuetudo potuit induci spatio x. annorum duntaxat, etiam de iure canonico: vt dicit gloss. not. in cap. consuetudo. xij. distinct. & in c. fin. de consuetud. in vj. & in c. vt litigantes. de offic. ordin. & firmant communiter docto. post Ioan. And. in cap. fin. de consue. tum maximè, quia agitur cum priuato, & non cum capitulo, seu collegio aut vniuersitate: & sic primus diaconus sit singularis persona, si per talem consuetudinem, in cuius possessione reperitur, intenderet contra capitulum seu collegium sibi acquiri ius prælationis in sedendo, seu aliis, tunc videretur esse potius
35 * quædam præscriptio, quàm consuetudo: ex quo dum aliquis particularis, seu singularis, acquirit, vel vult acquirere contra vniuersitatem: vel vniuersitas contra particularem, non erit consuetudo, sed præscriptio: & ideo in tali iure præscriben-
36 di * requiritur cursus xl. anno. vt dicunt domini de Rota in eorum decisi. decisio. vlt. & sequitur expressè Domi. de sancto Gemin. referens dominum suum ita tenere in c. fin. de consue. in vj. & in cap. cùm ecclesia. de cau. pos. & propriè. & hoc videtur
37 consonum rationi, quòd talis * cõsuetudo contra capitulum vniuersitatem vel ecclesiam, non fuerit introducta minori spatio xl. anno. & idẽ in propriis terminis consulendo tenuit Franc. de Aret. in sæpius repetito consil. xxxiij. vbi vltra suprà dicta copiosissimè allegat, hanc partem tenendo, tanquam rationabilem & iuri consonam. Nec omittendum censeo, quod satis pulchrè voluit Anto. de but. in c. fi. de consue. prope medi. dum loquitur
38 de tempore * necessario ad consuetudinem circa fi. illius articuli: dum dixit, quòd si probaretur de consuetudine & obseruantia decem annorum, & allegaretur illud idem fuisse obseruatum per longæua tempora inducentia consuetudinem præscriptam, exigentem maius tẽpus, præsumeretur quòd intercesserit consuetudo præscripta idem fuisse seruatum per maius tempus x. annorum: argumento l. cum de in rem verso. ff. de vsur. & eorum, quæ not. in c. peruenit. de censib. & ita dicit voluisse Iacob. Butr. in repetitio. l. ij. C. quæ sit longa consuetudo. & ideò cùm vltra x. annos sit dictum & allegatum
39 * præcessisse consuetudinem, & obseruantiam longæuam, etiam à tanto tempore, cuius initij in contrarium memoria hominum non existit, adparet iam esse consuetudinem præscriptam. Ita etiam in specie consulendo, refert & sequitur Alexand. de Imo. in consil. xlij. in vj volum. viso processu causæ. Et ex his succido telam, quam orsus sum, saluo semper iudicio tantorum Reuerendissimorum patrum dominorum de Rota: nisi paterna affectione impediat, concludo mea sententia, & eorum partes esse in absoluendo præfatum primũ diaconum à tot vexationibus & molestiis indebitè ac diuersimodè illatis per prætensum Primicerium authoritate sui notariatus officij in Rota suffultũ, & eundem in expensis condemnandum, vt in exemplum cæteris officialibus cedat, ne indebitè viros probos tam iniustissimè ad Romanam curiã fatigando opprimant: vt ita vexati cedant, & eorum iustitiam prosequi desperẽt. Sicque ob prudentiam, grauitatem, doctrinam, ac præstantiam, & integritatem tantorum patrum, speratur, Deo optimo duce, à quo bona cuncta procedunt. Et præmissis allegationibus seu consilio se subscripserunt magnifici Galeottus fonseca, Laurentius polus, & Franciscus aguyer doctores vtriusque iuris Hispani, ac Regij Consiliarij mei Collegæ. Et tandem ante vigiliam sanctorum Petri & Pauli in publicatione feriarũ Romæ in anno 1544. referente Reuerendissimo patre domino Ioanne moydano episcopo Rauellensi, & ipsius causæ relatore, fuit lata sententia per ipsos dominos de Rota, reuocando prius & ante omnia binas sententias latas contra præfatum primum diaconum meum filium in contumaciam, tanquam nullas irritas & inanes, declarando primam dignitatem in ecclesia cathedrali Neapolitana esse suam, & præcedentiam ad ipsum spectare & pertinere: & præfatũ Marinũ de Ianuario Primicerium esse condemnandum in expensis.

SVMMARIVM.

1 Qualitas adiuncta verbo significat secundum tempus verbi.

2 Qualitas requisita à statuto ante omnia verificari debet: vt vendicet sibi locum statutum.

3 Sententia lata contra aliquem absque causa cognitione, est nulla: etiamsi esset sententia principis.

4 Sententia etiam erit nulla, dato quòd Iudex posset de facto se informare, si partem non citauit nulla informatione, & etiam quod essemus in iudiciis summariis.

5 Sententia contra non citatum, est nulla, etiam si statutum diceret illam tenere.

6 Papa assertioni standum non est in præiudicium alterius: dicendo illum esse rebellem, seu aliter, si Papa ipse tractat de eius interesse.

7 Princeps non posset vasallo suo feudum auferre, non præcedente causa cognitione.

8 Solemnitas omnis iuris est remissa in notorio crimine.

9 Citatio non requiritur, vbi notorium est, absint nullam defensionem competere.

10 Papæ etiam asserenti se instructum & informatum, nec ex hoc asserere adparet ab aliis audiuisse, cùm id fuerit parte non citata nec audita, stari non debet.

11 Imperatori asserenti, rem aliquam esse notoriam, quòd illud facit exigente iustitia, & de imperiali potestate, parte non citata standum non est. Sed talis sententia erit nulla.

12 Notoria multa figurantur, quæ tamen notoria non sunt: & ideo solent cautela, vt Iudex pronuntiet factum, de quo agitur esse notorium.

13 Quod non est notorium esse non potest.

14 Princeps aduersus suos petentes hostes, dum nescit se non posse resistere, nec aliter se tueri, potest inuocare auxilium infidelium.

15 Sententia lata ex falsa causa, redditur nulla.

16 Potestas seu facultas concessa alicui Comiti reuidendi statuta, & ea confirmandi seu infirmandi: quòd tamen si aliqua ex statutis improbauerit, videtur cætera confirmasse.

17 Mentio non requiritur fieri de actu nullo.

18 Restitutio non extenditur ad bona alienata, nisi sit plenissima, vel quòd expressè ita in eo dicatur.

Precib

19 *Precibus partis existentibus in rescripto plenè statur.*

20 *Ampliatio rescripti principis dum fieri intẽditur, debet pars citari.*

21 *Et pariter dum de interpretatione rescripti tractatur.*

22 *Rescriptum continens quascunque clausulas generales; & cum clausulis non obstantibus, seu per quãcunque generalem constitutionem, nõ censetur derogatum privilegio concesso vniversitati vel collegio Decurionum: cùm illud sit concessum causa publicæ vtilitatis.*

23 *Indultum concessum cum clausula: non obstantibus &c. etiam cum illis verbis, etiam si de his oporteret facere specialem mentionem, non ex eis intelligitur præiudicatum privilegio per prius concesso personæ privilegiatæ: nisi de eius privilegio fieret specifica mentio.*

24 *Donatio facta propter benemerita & servitia, est irrevocabilis.*

25 *Privilegium cõcessum propter bene merita, transit in vim contractus.*

26 *Princeps in contractibus vtitur iure communi.*

27 *Princeps in contractibus, etiam de plenitudine potestatis non potest contravenire.*

28 *Princeps quando verè contraxisset, non potest contravenire. Secus, quando concessisset aliquod privilegium subdito: quia illud posset regulariter revocare.*

Verùm, nisi ob benemerita concessisset. & numero 29.

30 *In principe semper præsumitur iustitia causa, cùm sola eius voluntas habeatur pro causa.*

31 *Et hoc, vbi motu proprio concessisset: secus si ad postulationem: quia tunc præsumitur magis ad importunitatem concessisse, quàm ex iusta causa.*

32 *In principe non præsumitur libera voluntas, quando rescripsit contra ea, quæ sunt iuris naturalis, seu iuris gentium, contra quæ non potest liberè actum facere. Secus si contra ea, quæ sunt iuris civilis: & ideò eo casu requiritur, quòd causam exprimat, & quòd sit iusta.*

33 *Princeps non potest privare vasallum feudo, absque legitima causa.*

34 *Princeps dicitur esse in bona fide, dum cõcessit rem devolutam ob mortẽ feudatarij absque legitimis hæredibus. quia sic habuit iustam causam credendi quòd esset sua.*

35 *Lex, bene à Zenone, cum suis concordantiis & adhærentibus, vt habeat locum, requiritur secundum opinionem Baldi, vt venditio fiat cum subhastationibus: tamen eius tale dictum non est verum.*

36 *Dispositio dictæ l. bene à Zenone, & aliarum, habet etiam locum in donatione: & tamen nemo dicit, quòd in donatione requiritur subhastatio.*

37 *Princeps in dubio non præsumitur confirmare iniusta & violenta.*

38 *Confœderati & adhærentes dicuntur, qui sunt eiusdem velle.*

39 *Adhærens tenetur adhærenti armis & omni modo quo potest, auxilium impendere.*

40 *Titulus irritatus reducitur ad non titulum.*

41 *Princeps si concedendo privilegium, rem alteri concessam revocavit, facit vt non possit privilegium revocatum allegari.*

42 *Rex privatus non est vlterius Rex: nec quicquam facere potest.*

43 *Lex, bene à Zenone, locum non habet, quando vterque tam actor, quàm reus habet donationem à principe: sed tantùm, quando reus innititur donationi vel venditioni principis.*

44 *Scientia rei alienæ constituit scientem in mala fide.*

45 *Lex, bene à Zenone, nõ habet locum, quando Princeps est in mala fide.*

46 *Res & voluntas probatur per actum nullum.*

47 *Fiscus, est persona repræsentata.*

48 *Mens statuentis colligitur ex verbis & præfationibus.*

49 *Causa finali statuti seu privilegij cessante, cessat privilegium seu statutum.*

50 *Princeps dum procedit de plenitudine potestatis, non est necessaria citatio partis, contra quam procedit.*

51 *Princeps cùm viva voce pronunciare potest, non tenetur servare formam.*

52 *Voluntas principis extra dum adparet, non requiritur partis citatio.*

53 *Citatio partis non requiritur, dum est hostis: quia hostis non citatur.*

54 *Princeps dum potest alij inuito præiudicare, non requiritur ille citari.*

55 *Confessio inducit notorium.*

56 *Delictum vasalli vbi est notorium, non requiritur citatio partis.*

57 *Defensio vbi nulla competit, non requiritur partis citatio.*

58 *Probatio testium super notorio. maximè capta per Principem, valet parte non citata.*

59 *Papæ narrationi statur, quando in ea se fundat, donec contrarium probatum non fuerit.*

Papa dicens sibi inexcusabili notorio constare, & disponendo vult sibi credi, standum erit eius dicto.

60 *Iudex procedens super notorio, licet sibi constaret factum notorium: ex quo tamen verè est notorium., sententia eius irrevocabiliter tenet.*

61 *Princeps si narrando fundat intentionem suam super eo, quod recitat, stabitur ei.*

62 *Collegio cardinalium statur in eo, quod dicit.*

6 *Reges omnes mundi in regnis suis ponunt & deponunt Duces & comites quos volunt: & vbi exprimunt causam, non potest probari contrariũ.*

64 *Principis assertioni non recognoscentis superiorem stari debet.*

65 *Cardinalibus credendum est: & statur eorum dicto.*

66 *Sententia fundata in causa non subsistente, de iure non tenet*

67 *Sententia non vitiatur ex falsa causa.*

68 *Princeps supremus si asereret aliquem fuisse sibi ingratum non est opus alia probatione.*

69 *Pacem inire cum infidelibus non licet alicui Regi absque licentia Papæ: quia eo casu committeretur*

crimen

crimen lesæ maiestatis contra Papam.ibid. & nume.70.

71 *Christianus si conuersatur cum infidelibus, vel si transmittit ad eos bona, est excommunicatus.*

Princeps secularis tenetur auxilium præstare ad arcendum hostes ecclesiæ.

72 *Et Doctores Barchinonæ consuluerunt Regi Ioanni, quòd non poterat facere pacem cum Rege Tunetis, inconsulto Papa.*

73 *Existente iusto bello ex parte inuocantis auxilium infidelium, & non sit bellū actiui vel passiuè cum infidelibus, & fieri potest absque scandalo, tunc licet inuocare.*

74 *Rex Hispanarum, habet potestatem bellum indicendi.*

75 *Inuestitus legitimè de Regno, habet authoritatem propria authoritate capiendi.*

76 *Imperatori vel Regi excommunicato seu deposito, est interdicta administratio.*

77 *Legem qui fecit, & interpretationem dedit, interpretatio ipsa attendenda est.*

78 *Lex bene à Zenone, quomodo & quando procedit. & nu.79.*

80 *Princeps quando ius alterius vult tollere, de plenitudine potestatis tollit: non autem quādo simpliciter: quia in dubio non videtur derogare, nec vti plenitudine potestatis.*

81 *Iurisdictio vbi denegatur per obiectum exceptionis, debet iudex ante omnia super ea pronunciare tacitè vel expressè. & nu.82.*

83 *Princeps nūquam adponit ordinem, nisi cum magisterio & ratione.*

84 *Exceptio dum opponitur, an illa competat, est ante omnia pronunciandum: nec debet ad merita reseruari.*

85 *Exceptio dum est dubium si competat, eo casu potest ad merita reseruari.*

DECISIO LXV.



Xcellens Comitissa Calatij prætendens se spoliatam per mediam personam eius fratris possessione domorum, quas in præsentiarum possidēt magnifici Maximus de Mōtealto & fratres, mouit litem in Regia audientia, & tandem causa commissa Sacro Regio Consilio, dum fuisset oppositum virtute Regiæ Pragmaticæ, non posse procedi existente donatione de ipsis domibus facta Illustrissi. Duci Montis alti: per quondam Serenissimum Regem Federicum, & successiuè per Regem Catholicum gloriosæ memoriæ excellenti quondam don Antonio de Cardona Marchioni Padulæ, & vltimo loco per Cæs. Maiestatē magnifico quondam Ludouico Montalto genitori præfatorum Maximi & fratrum: constat nanque ex processus meritis domos ipsas ob notoriam rebellionem olim comitis Calatij parentis præfatæ Comitissæ in præfatum Regem Federicū fuisse concessam præfato Duci Montis alti, & per eundem cessas præfato don Antonio: ob cuius obitum fuerunt ad Regiam curiam deuolutæ, & tandem concessæ, vt suprà per Cæsarem præfato Ludouico, & sic dicatur obstare regiam pragmaticā in ij. capite.

Nec posset in dubiū refricari ratio in dicta pragmatica expressa, videlicet, quòd præfati Reges diu in pace vixerunt, adeò quòd potuerūt quæcunque voluissent rectè disponere & reformare: quia id cessare adparet in Federico Rege, qui post concessionem præfatam per modicum temporis spatium Regno gauisus extitit: nam die primo Iulij concessit: & eodem mense & anno, è Regno eiectus extitit, & sic cessante ratione pragmaticæ, videtur deficere eius effectus: per l. adigere. §. quāuis. de iure patro. & l. quod dictum. ff. de pact. Nā huic motiuo responderi potest, quòd ratio præmissa adparet in j. capite Pragmaticæ: videlicet, circa disposita per Regem Alphonsum & Ferdinandū primum: Quo verò ad gesta per Regem Federicū & Alphonsum secūdum, & sic in ij. capite, ponitur ratio longè diuersa, vt patet ibi. turbulentissimis tēporibus, vrgentissimisque necessitatibus, ob quod minimè temporis spatium habuerunt. Nec militare videtur dicere, quòd tēpore concessionis & sic dispositionis præfatæ præfatus Federicus Rex fuerat regno priuatus per sententiam Pontificis cum assistentia Cardinalium ob confœderationem & amicitiam cum Rege Turcarum, veniens contra propriū iuramentum per ipsum præstitum summo Pontifici: quæ sententia adparet pronuntiata Romæ die vij. Calen. Iulij. 1501. & sic liquere adparet, quòd tempore ereptionis & successiuè concessionis domorum præfatorum fuisset Rex: quia qualitas iuncta verbo. significat * secundum tempus verbi: vt in l. [r] in delictis. §. si extranei: de noxa. & in l. Titius. ff. de mili. testa. & sic cum qualitas præfata requiratur à Regia pragmatica, debet ante omnia verificari. Quia qualitas requisita à statuto *, ante omnia ve- [a] rificari debet, vt vendicet sibi locum statutum. Ita Compost. & Ioā. And. in c. prin humani. de homi. in in vj. Bar. in l. j. §. ij. ff. ne quid in flumi. pub. Et sic cū eo tempore Federicus ipse fuerat iam priuatus regno, concessio & ereptio præfata non tenuit. Nam huic quoque congruū responsum dari potest, quòd sententia præfata lata fuit absq; causæ cognitione contra præfatum Regem non vocatum, non citatum, nec auditū, * & sic est nulla. l. ij. & ibi Bal. C. si [s] per vim vel alio modo. l. j. §. item cum ex edicto. ff. quæ sententiæ sine app. resc. Ita consuluit Cald. in suo consi. viij. in tit. de re iudi. Per. de Anch. in cōsil. ccxij. de iure commu. in prin. & in consi. ccixj. ex verbis. & sic non potuit causa non cognita regem ipsum regno priuare: per text. in cap. j. de feud. sine culp. non amit. & magistraliter And. in c. j. ver. callidis. de prohi. feud. alien. per Feder. & Alexā. consi. cxxiiij. j. vol. & sic talis declaratio fuit & est nulla. l. ex stipulatione. vbi Bar. C. de sen. & in l. prolatam. eo. tit. & satis liquet de non causæ cognitione: cùm rex ipse citatus non fuerit: cōsiderata insuper temporis breuitate inter initium dicti processus & sententiam, adparebit fulminanter processum. cōcurrente maxima importantia causæ vnius Regni, & [c] talis, vltra damnationē memoriæ & famæ ipsius regis: & sic ob temporis breuitatē liquet tantum magis causæ cognitionem minimè præcessisse: cùm ad faciendū defensionem vnius regni, & pro cōseruatione sui nominis & famæ longo tēpore indiguisset: quādo citatus fuisset: vt suas defensiones facere

potuisset, & In eius iuribus audiri: quo casu cum
causæ cognitio non præcesserit, nulla fuit sentẽtia
ipsa priuationis regni: vt consuluit Pet. de Ancha.
in suo consil. lxxxij. visis & diligenter, vltra suprà
allegata. & idẽ Anch. in cõsi. clxxxviij. visis cõsiliis.
& clvj. in causa q. Alex. in cõsi. xxxiij. viso themate
primo vol. & consi. ccxvij. visis. ij. volu. & Fulgo. in
consi. clxv. in q. in prin. & posito, quòd de facto se
informare Pontifex potuisset, tamen citatio erat
necessaria: vt consuluit Rom. in consil. ccxlv. hæc
sententia. Quod sibi locum vendicat, etiam in sen-
tẽtia principis: per tex. in c. pastoralis. de re iudi. &
not. Abb. in c. j. de causa posse. & proprie. & Bald. in
l. si. per illum tex. C. de legi. & posito, quod iudex e-
4 tiam de facto se informare potuisset, adhuc * cita-
tio necessaria est, aliàs nulla erit sententia: vt con-
suluit Rom. in consi. cclv. hæc sentẽtia. & procedit,
etiam si essemus in iudiciis summariis, vt in clem.
sæpe. de ver. sign. & intantum procedunt præmissa,
5 quòd si statutum dictaret * sententiam contra non
citatum tenere, nõ valet: ita Bal. in l. j. C. quomodo
& quãdo iud. maximè, quia vbi nõ interuenit cau-
sæ cognitio, nõ potest præsumi pro principe, vt fir-
mat Abb. in c. j. de causa posse. & proprie. Nec stari
debet dicto Pontificis in sententia, dum asserit Re-
gem ipsum venisse contra proprium iuramẽtum, &
Turcis notoriis hostibus fidem dedisse, & ipsos ho-
stes Romanæ ecclesiæ in regno recepisse, fauorem
præstãdo occupatoribus rerum Romanæ ecclesiæ,
& ecclesiasticam libertatẽ in contemptũ sedis apo-
stolicę multipliciter impediuisse, & multa alia per-
petrasse: de quibus plene in sententia prædicta. Ex
6 quo, cum tractetur de eius * interesse, respectu dire
cti dominij, quod habet in regno, suæ assertioni
præfatæ standum non est: vt dixit And. de Iser. in c.
sancimus. quo tempore miles. Abb. in clem. j. in fin.
de probatio. & ideo dixit Abb. in c. quæ in ecclesia-
7 rum. de cõstitutio. quod * princeps non posset va-
sallo feudum auferre, non pręcedente causę cogni-
tione. Nec suffragaretur asseruisse sibi notoriè con-
stare: quo casu non videbatur iuris ordo requiri: &
sic non erat necessaria citatio: quia in notorio cri-
mine omnis * iuris solẽnitas remissa videtur: vt di-
cit Ang. in l. si vacantia. C. de bon. vacan. lib. x. in fi.
ver. venio ad secundum articulum principalem. re-
fert & sequitur Ang. de Are. in tra. malefic. in versi.
etiam per modum tra. notorij. & est tex. in c. ad no-
stram. el terzo. de iureiu. & in c. quanto. in prin. de
transla. prælato. vbi etiam Abb. dicit, quod citatio
non videtur necessaria: & firmat Abb. in c. ad no-
stram. vbi sequitur glo. in c. quia Lotharius. ij. q. j. &
9 quando constat absenti * nullam defensionẽ com-
petere, minimè requiritur, vt tenet idem Abb. in c.
cum olim. de re iu. & in c. cũ sit Romana. de appel-
latio. & consuluit Ro. in cõsi. cccclxxxiij. Quia re-
spõderi potest, cum vltrà quod ei stari non debeat,
quia agitur de proprio interesse, vt suprà dictũ est:
10 quia dum * de præmissis attestatur, asserit se instru-
ctum & informatũ, nec ex hoc asserere adparet ab
aliis audiuisse: quo casu attestanti seu referẽti parte
non citata nec audita stari non debet, quia iam in-
cludit ad alterius relationem se informatum: ita in
specie Are. in c. cum à nobis. de testi. & in cons. suo
clxv. sicut Io. dicit. & sequitur Sozi. in cõs. xx. inter

cõsilia Curtij senioris: sæpenumero animo reuolui.
& est tex. rectè intuenti in d. clem. pastoralis. vbi nõ
statur * assertioni Imperatoris, quod res notoria sit: 11
& quod illud fecerit exigente iustitia, & de Imperiali
potestate, & nihilominus ibi excitationis defectu,
sentẽtia nulla remãsit: cõsuluit etiã in specie iri ter
minis Alex. in cõsi. xj. latè cõsului. in vij. vo. præser-
tim * cùm multa figurẽtur notoria, quæ tamẽ non 12
sunt: vt habetur in c. cõsuluit. el primo. de appel. vn-
de inoleuit cautela, vt iudex pronũtiet factum, de
quo agitur, esse notorium: vt no. Abb. in d. c. ad no-
strã. de iureiu. Car. in d. cle. pastoralis. in princ. xvij.
not. & primò de facto cõstare debet: quia * quod nõ 13
est, notorium esse nõ potest: vt dicit Car. in suo cõs.
xvj. casus, super quo. versi. insuper. Itẽ redditur sen-
tentia ipsa nulla, quo ad cõfœderationẽ cũ Turcis
hostibus fidei: quia dato, quod eorũ auxiliũ * implora- 14
set, aduersus duos potentissimos principes contra
ipsum cõfœderatos, veniẽtes ad destruẽdum, licet
coronatũ & inuestitũ de regno, id sibi permissum
de iure fuit, absq; incursu priuationis regni, secun-
dũ Io. An. in additio. Spe. in ti. de iudi. prope fi. &
per ea, quę no. Doc. cõmuniter & Abb. in c. ad libe-
randum. de iudæ. & cõsuluit Old. cõsi. lxxj. nũquid
christianus. & sic sentẽtia * ipsa lata ex falsa causa, 15
de iure redditur nulla, vt in l. j. § cũ cõtra sacras. ff.
quę sentẽ. sine appel. rescind. & in l. quod testamen-
to. ff. de excusa. tuto. & in l. si is, ad quem. vbi nota.
Doc. ff. de acq. hære. Itẽ dato, absq; veri pręiudicio,
quod sentẽtia pręfata subsistat: & quod ex ea fuerit in-
ducta legitima priuatio regni, dicitur quod per regiã
pragmaticã Regis cathol. irritatur, solũmodo gesta
per Regẽ Federicũ, die xxv. Iulij 1501. in insula Isdę,
sub data Nea. per tex. in l. tribunus. ff. de testa. mili-
ta. & voluerunt Dyn. Bart. Bal. & Ang. & commu-
niter alij in l. legata inutiliter. ff. de leg. j. vbi * te- 16
nent, quod data potestate alicui comiti reuidẽdi statu-
ta ciuitatis cum facultate eadẽ cõfirmãdi seu infir-
mãdi, quod tamẽ si aliqua ex statutis improbauerit, vi-
detur cętera cõfirmasse. & sequitur Iac. in l. cũ præ-
tor. ff. de iudi. & sic cũ cõcessio facta per Regẽ Fe-
dericũ de domo pręfata fuerit die j. Iulij. & sic an-
te xxv. diẽ eiusdẽ, videtur approbata per Regẽ ca-
tho. Nec videtur obstare cõcessioni factæ præfato
quondã Magnifico Mõtalto de domo pręfata pen-
dentia litis: & quod de ea mẽtio facta non fuerit: vt sic
ruat, per tex. in c. fi. vt lite pẽden. Ex quo lis præfata
fuit nulla, & processus super ea annullatus, & sic de
actu nullo * nõ erat opus mẽtionẽ facere: vt tenet 17
Abb. post Host. in c. per vestras. de dona. inter vir.
& vxo. & sequitur ibi Præposi. & Feli. qui ibi multa
similia congerit. in c. ex tenore. de rescrip. Minimẽ
obstat priuilegiũ præfẽsi indultus criminis lęsæ ma
iestatis quondã Rob. Ambr. de sancto Seuerino co-
mitis, & restitutionis, expeditũ ad supplicationẽ v-
nius ex actricibus in actis productũ: in quo plenè
sua maiestas Cæs. pepercit & indulsit, ipsum reinte-
grãdo & restituẽdo ad bona omnia, actiones & iura
quęcunque burgẽsatica & feudalia, & lites cœptas
per quõdã pręfatũ eius patrẽ finire. Ex quibus vide
tur, quòd dicta restitutio in plenissima forma tra-
hatur ad domos præfatas, existente lite iã mota per
præfatũ eius patrẽ: & licet aliàs restitutio nõ traha-
tur ad bona alienata, tamẽ secus * est, quãdo est ple- 18
nissima:

nisſima:vel quādo expreſsè cauetur,quòd trahatur
ad bona alienata:vt tenet Bal.in l.quæcunq;.eo.tit.
de fide inſtru.lib.x.Anto.de But.Imo.& Card.in c.
quia *.*.de offic.deleg.& coocludunt omnes in l.
Gallus.§ & quid ſi tantū.ff.de libe.& poſthu. Nam
præmiſsis reſpondetur,quòd ſtāte iure plenè quæ-
ſito præfato quōdam magnifico Ludouico , decla
ratio præfata ambiguorum verborū indultus reſti-
tutionis præfatæ,quæ non trahebatur ad iura alte-
ri quæſita & alienata : vt liquet ex verbis ſupplica-
tionis eiuſdem actricis pro obtinendo declaratio-
nem prædictam:in quibus fatetur Cęſaream Maie-
ſtatem indulſiſſe eius genitori,quo ad perſonā tan
tum, & demum mandauiſſe reſtitui comitatū Ca-
19 larij.Quibus * precibus & eorum verbis plenè ſta-
tur.l.cùm precum.C.de lib.cau.& plenè Deci.in c.
cum venerabilis.de exceptio.& ſic adparet , quòd
iſta ſecūda prouiſio non fuit declaratio verborum
præfatæ reſtitutionis : quia illa clariſsima erat in
verbis ſuis:ſed fuit interpretatio ſeu ampliatio pri-
20 mæ reſtitutionis:quo caſu erat neceſſaria partis * ci-
tatio : quæ ex dicta ampliatione lædebatur , aliàs
partem non afficit.Ita Doct.in c.olim tibi.de verb.
ſigni.per id, quod habetur in c.nuper.de deci. & in
c.idem.de verb.ſign.& conſuluit Alex.in conſi.xj.
aliàs conſului. vij. vol. & ideo Spe.in ti.de reſcrip.
præſentati.§.fi.ver.Itē, quod ad reſcripti præſenta-
21 tionē.dicit ꝙ * quādo tractatur de interpretatione
reſcripti principis,debet pars citari:& no.Bal.in l.
Titia. per illum tex.iuncta gl.C.de legi.& ſequitur
Alex.in d.cōſi. xj.iiij.col. & ideo ipſos nō vocatos
non afficit.Secūdò,ex quo fuerat facta cōceſsio vi-
ro de principe bene merito,& propter grādia ſer-
uitia præſtita catho.Regi ac ſuæ Cæſ. Maieſtati. vt
liquet ex atteſtatione facta in donatione præfata
per dictam declarationem,licet plenam , nō intel-
ligatur reuocata donatio pręfata:nec reſtitutio ſeu
declaratio præfata ſe extendiſſet ad illam, per text.
not.in l.Decurionibus.ſecundum intellectum glo.
22 primæ.C.de ſilētiar.lib.xij.vbi probatur, quòd per
qualecunque reſcriptum generales clauſulas , non
obſtantibus,habens,ſeu etiam per quancunque ge-
neralem conſtitutionem,non cenſetur derogatum
priuilegio conceſſo vniuerſitati vel collegio De-
curionum : quia tale priuilegium conceditur gra-
tia publicæ vtilitatis dictis Decurionibus , & pro-
pter labores,quos patiebantur propter reipublicæ
gubernationem. Per quem tex.ita voluit Bal.in c.
j.§.ſancimus.quo tempore miles. & in l.nō plures.
in fi.C.de ſacroſan.eccle.& in l.ſi cū mihi.ff. de do-
lo.& in l.j.ff.de conſtitutio.principum.& in auth.
habita.C.ne filius pro patre.& in c.j.& in c.veniēs.
de reſcrip.Rom.in l.hac conſultiſsima.C.qui teſta.
face.poſſ.& in l.ſi cùm dotē.§. de viro.ff.ſol.ma.&
in conſi.ccccxxxvj.quod indultū.Itē,adeſt in con-
ceſsione præfata clauſula cum prærogatiua legis,
bene Zenone.& legis,omnes.ex qua nō poſſunt in-
quietari conuenti filij & hæredes præfati quōdam
magnifici Luduuici,per ſingu.dictū Cy.in l.vnica,
23 quādo Imper.inter pupil.& vidu.vbi tenet, * quòd
per indultū alicui conceſſum cū clauſula, non ob-
ſtantibus,etiā cū illis verbis,etiā ſi de eis oporteret
facere ſpecialem mentionem:nō ex his intelligitur
præiudicatum priuilegio conceſſo per prius per-
ſonæ priuilegiatæ , niſi de eius priuilegio fiat ſpe-
cifica mentio : refert & ſequitur Roma.in conſilio
ccccxxxvj.in ver.prima ratio.Vltimò,liquet dona-
tionem ipſarū domorum factam per Cæſarē præfa-
to quondam Ludouico propter benemerita & ſer-
uitia:& ſic * reſultat,quòd eſt irreuocabilis.l.ſi pa- 24
ter.§.vltimo.iuncta gl.ff.de dona.quem tex.ad hoc
ibi not.Ang.& Roma.& voluit Bal.in l.ſi cùm mi-
hi.ff.de dolo.Pano in c.vlti.de dona.& in ſuo cōſi.
iij.nitat in præſenti cauſa.in ſecundo volu.& facit
illum tex.ſingu.Rom.in ſing.ſuo.nu. 516.& ſubdit
perpetuò figendū menti.& cōſi.xxvj.& ccxcviij.&
ccccxxxvj.& Corne.conſi.cxciiij.lib.iij.& Alex.in
conſi.xl.ſuper primo dubio in iiij.vol.nam * ſtante 25
priuilegio ipſo ob benemerita , tranſit in vim con-
tractus , ſecundum Bal.in l.qui ſe patris.ver.ex hoc
ſcias.C.vnde libe.Pro quo eſt text.in l. Titius pue-
rum.ff.de obſequi.liber.vnde efficitur irreuocabi-
lis:quia princeps in contractibus * vtitur iure com 26
muni : vt dicit Bal.in l.ex imperfecto.in fi.C.de te-
ſtamen.& efficaciter obligatur : vt in c.j.vbi Abb.
& Ant.de But.de proba.& no.Cyn.in l.digna vox.
verſi.vltimò ſcias.C. de legi.Bal.in * * l.ff.de pact. 27
in tantùm * quòd etiam de plenitudine poteſtatis
non poſſet contrauenire , ſecundum Pau.de Caſt.
in d.l.digna vox.Bal.in c.j.§.adhæc.verſi.Item not.
ex gl.de pace iura.firman. Item not.ex glo.de pace
iura firman.Nec ſuffragatur reſpondere,quòd præ-
miſſa procedere debeant , quando princeps * verè 28
contraxiſſet.Secus , quādo cōceſsiſſet aliquod pri-
uilegium ſubdito , quia illud poteſt regulariter re-
uocare:vt tenet Anto.de But.Cardi.& alij in c.no-
uit.de iudi.per tex.in c.in noſtris.vbi ſcribentes.de
iniur.Aret.in d.c.nouit.in fi.Item illud * eſt verum, 29
niſi fuiſſet conceſſum in remunerationem ob me-
rita,prout hîc,vt tradit Fel.in d.c.nouit.in fi.verſi.
limita tertiò.de iud.Et ſi dicatur,quòd etiam in di-
ctis caſibus poteſt reuocari ex cauſa,vt dicit ſingu.
Inno.in c.noſtra.de iureiur.& refert Anto.de But.
in c.cùm M.de conſtitutio.& no.Doct.in dicto c.
nouit.& * ꝙ in principe ſemper præſumatur iuſti- 30
tia cauſæ,cùm ſola eius volūtas habeatur pro cau-
ſa : vt not.gl.in l.relegati.ff.de pœ.intantum, quòd
non admittitur probatio in cōtrarium , vt decidit
Cy.in l.reſcripta.& in l.fi.C.ſi cōtra ius vel vtilita.
publi.& firmat Ant.de But.in c.quæ in eccleſiarū.
de conſti.Nam reſpōdetur id procedere, vbi prin-
ceps ſtatuiſſet aliquid generaliter vel particulari-
ter motu proprio.ſecus vbi ad alterius poſtulatio-
nem:quia * tunc præſumitur magis ad importuni- 31
tatem poſtulantis conceſsiſſe,quàm ex aliqua iuſta
cauſa,ſecundum Roma.in conſilio præfato cccc-
xxxvj.per text.in l.j.C.de peti.bon.ſubla.lib.x.& idē
Roma.in l.ſi verò.§.de viro.ff.ſolu.matri ſequitur
Iaſ.in l.ſi teſtamentum.circa fi.vlti.limi.C.de teſta-
men.& ſic cùm declaratio ipſa adpareat facta ad
poſtulationem Magdalenæ actricis , & ad eius im-
portunitatem &c.Vel ſecundò * poſſet teneri,præ- 32
miſſa procedere,quando princeps reſcribit contra
ea,quæ ſunt iuris ciuilis.Secus,ſi cōtra ea,quæ ſunt
iuris gentium:contra quæ non poteſt liberè actum
facere : quia tunc præſumitur libera voluntas in
principe:& illa habetur pro cauſa: & ideo requiri-
tur eo caſu , quòd cauſam exprimat, & quòd ſit iu-

ſta:ita noniſsimè ex multis firmat Iaſon in dicta l.
ſi teſtamentum. C.de teſtamen.& ideo ſi Princeps
eſt obligatus ex contractu, & ſic de iure gentium,
& reſcribit contra talem contractum, non præſu-
meretur in eo iuſta cauſa, ſi non eſſet expreſſa: aliàs
de facili poſſet infringere omnem cootractũ cum
eo initum: contræ text.capit.j.de probat.ita dicit
Panor.in dicto capitn.quæ in eccleſiarum.de con-
33 ſtitu.vbi ex hoc infert, quòd * ptinceps non poſ-
ſet ptiuare vaſallum feudo abſque legitima cauſa:
nec tunc in reſcripto priocipis priuante vaſallum
feudo, præſumeretur iuſta cauſa: eò quia dicitut
in feudo fotmari quidam contractus inter princi-
pem & vaſallum: vt in cap.de forma.xxij.quæſtio.
v.& idem eſt de mente Panotmi.in dicta clemen.
prima, de probationi. Et ſic cùm priuilegium præ-
fati Ludouici ob merita conceſſum tranſiuerit in
contractum, vt ſuprà oſtenſum fuit, dicitur ſibi
quæſitum dominium de iure gentium: vt in l. ex
hoc iure.ff.de iuſti.& iure.& plenè doct.in d.c.no-
uit.de iudi.Item dico, quòd obſtat exceptio l.om-
nes.& l.bene à Zenone.quia in d.priuilegio expri-
muntur omnia, quæ concedi ſolent illis, qui à
principe gratiam conſequuntur: & ſic ſua maie-
ſtas conceſsit dictas domos, vt proprias & bona
fide: quod requititur, vt dicta iura locum habeant:
vt not gloſ.ſupet verbo, priuilegium.& in l.ſecun-
da.C.de com.re.alie.in gloſ.ſuper verbo: diſtrahan-
tur.& in l.vnica.C.de vendi.rerum fiſca.libro.x.&
ſequitur Bart.in dicta l.vnica.Iacob.de Aret.quem
ibi ſequuntur Barto.& Ange.in dicta l.ſecuoda.C.
de commu.retum alie.Panormi.in cap.pen.verbo,
ea quæ extra, de re iudica.& in ſuo conſilio tertio.
nitar.ſecundo volumi.Sozi.conſi.xlvj.elegantet &
ſubtiliter.in quarto volumi.& ſatis fuit in bona fi-
34 de, poſtquam conceſsit dictas * domos deuolutas
ob mortem don Antonij abſque legitimis hæredi-
bus: quia ſic habuit iuſtam cauſam credendi, quòd
eſſent ſuæ: vt in l.prima.C.de bonis vacan.lib.x.&
in propriis terminis in indiuiduo declarat Guliel.
Benedic.in repet.capituli, Raynutius.in verbo, &
vxorem nomine Adelaſiam.nu.804.extrà de teſta.
Nec obſtaret, quatenus diceretur, quòd ad hoc vt
habeat locum diſpoſitio dictarum legum, requiti-
35 tur quòd venditio * fiat cum ſubhaſtationibus:
prout tenet Bal.in l.j.C.de hære.vel action.vendi.
quia dictum Bald.non tranſit abſque mendacio: &
ipſum reptobat Iacob.de ſancto Georg.in ſua in-
ueſtitu.feuda.in verbo, princeps.verſi.ſed an prin-
36 ceps. in vij. limita. & ibi dicit quòd * lex, bene à
Zeoone. non loquitur de ſubhaſtationibus. Item,
quia habet locum etiam in donatione, & nemo di-
xit in donatione requiri ſubhaſtationem. & ſub-
dit, quòd dictum Baldi præfatum nunquam vidit
ſeruari: & dato quòd eſſet verum, poſſet procede-
re in terminis, in quibus loquitur, ſcilicet in ven-
ditione.& ſic præmiſsis præſuppoſitis adparet ob-
ſtare exceptio Pragmaticæ. Pro parte autem excel-
cellentis Comitiſſæ Calatiæ dicebatur, quòd parti-
to Regno inter Reges Gallorum & catholicum,
approbãte ſede apoſtolica: quæ Regem Federicum
regno priuauit, & inueſtituram de regno partito
inter ipſos Reges ambobus Regibus ipſis conceſ-
ſit: vnde Rex Federicus ipſe, videns ſe iam deſpe-
ratum de regno, Comitem Calatiæ veniẽtem con-
tra ipſum tanquam Ducem exercitus Regis Gallo-
rum, comitatu Calatij & domibus præfatis velut
nororiom hoſtem priuauit: & ſic ſi dicimus ex ipſa
pragmatica in ſecundo capite caſum hunc confir-
mari, ſequeretur confirmatio poſſeſsionis violen-
ter & de facto captæ in ipſo belli conflictu: & cer-
to modo videretur impugnari diuiſio regni, &
inueſtituram præfatam factam dictis Regibus non
tenuiſſe, & per conſequens bellum ipſum fuiſſe
iniuſtum: & in * dubio non præſumitur princi- 37
pem talia confirmare, vel comprehendere voluiſ-
ſe.l.authoritatem. vbi Salyc.C.vnde vi.& declarat
Cardinal.in capitulo primo.in fin.de natur. feud.
cum cæteris, quæ congerit Felin.in ca.poſtulaſti.
de reſcrip.Et inſuper adducebatur, Regem catho-
li.in dicta ſua pragmatica, annullaſſe geſta per Re-
gem Federicum in inſula Iſdæ, quo tempore peni-
tus de regno priuatus fuerat, & iam receſſerat, re-
licta Neapo.& regno.& ſic tempore conceſsio-
nis domorum præfatarum eadem vigebat ratio:
quia facta primo Iulij, quo tempore fuerat de re-
gno priuatus, & Gallorum exercitus iam Regnum
prope applicuerat. Si igitur cathol. Rex annullaue-
rat geſta per Regem Federicum illo tempore, mul-
tò fortius videtur annullaſſe capturam præfatam
domorum ſeu ereptionem, factam ſub prætextu,
quòd Comes erat hoſtis ſeu rebellis, & Capitaneus,
ſeu Dux exercitus Regis Gallorum: qui * confœ- 38
deratus erat cum Rege Catholi. nam confœderati
dicuntur & adhærentes, qui ſunt eiuſdem velle:
vt dicit Ang.in authen.de hæred.& falcid.in prin-
cip.per text.in capit.ad apoſtolicæ.de re iudica.in
ſexto.& quibus * adhærentibus tenebatur Rex ca 39
thol.armis & omni modo, quo potuiſſet auxilium
impendere ac tueri: vt dicit Angel.in lege ſecũda.
§.excuſantur.ff.ad Syllæ.& inimicus vnius eſt ini-
micus alterius: vt dicit Bald.in l.liberi.C. de inof-
ficio.teſtamen.& vnus tenetur alium adiuuare: vt
tenet Lauden.in tract.de confœdera.in vij. cõclu.
& ſic concludendum eſt, pragmaticam de geſtis
in inſula Iſdæ militare in caſu præſenti, prout in ſi-
mili dicit gloſ.not.in l.Prætor.in princip.ff.de iud.
quam ibi ſequitur Bald.idem tenet gloſ.in verbo,
præſidentes.in clementi.j.de reſcript.Item in capi-
tulis pacis initæ inter Regem chriſtianiſsimum &
Regem catholicum, mandatur reſtitui omnes, qui
ſecuti fuerunt partes Regis Gallorum: & annul-
lantur conceſsiones factæ per Regem Federicum,
virtute cuius capitulationis comes conſecutus eſt
ſuum comitatum: & ſic Pragmatica ipſa cœpit in-
terpretationem à capitulatione: iuxta auth.offera-
tur.C. de lit.conteſta.iuncta l. ſciendum. ff. qui ſa-
tiſdare cogantur. vt ſic geſta per Regem Federicum
non remoueantur, niſi quatenus eſſent de com-
prehenſis in capitulis pacis: quia reſpectu illorum,
titulus Regis Federici eſſet annullatus. vnde ad-
paret pragmaticam locum non habere: nec in ti-
tu. præfato Regis Federici annullato poteſt fieri
fundamentum: quia * titulus irritatus reducitur 40
ad non titulum, & pro non titulo, in nihilum ſuf-
fragatur: vt tenet Bartol.in lege prima.C. de fide
inſtrumen.& iure haſtæ.libro x.& ſequitur Roma.
in conſil.ccccliiij.in re præſenti.circa finem. Hinc
Panor.

Panormi.in consil.iij.in xix.quæstio.in princip.in
41 secundo volumi.dixit, quòd si Princeps rem * al-
teri coocedeodo præcedens priuilegium reuoca-
uit, non poterit tale priuilegium reuocatum alle-
gari. Item comes possedit, donec fuit per Regem
Federicum spoliatus tempore, quo erat regno pri-
uatùs, & cui Regi comes ipse seruire non teneba-
tur.capitu.primo.in princip.vbi omnes:hìc finitur
lex.maximè,quia Rex erat inuestitos & iustè:prout
tenendum est stante inuestitura sedis apostolicæ,à
qua regnom recognoscitur:& pariter sententia la-
ta. Et sic quatenus Rex cathol.de gestis per Federi-
cum loqoitur,debet intelligi de tempore,quo erat
Rea: verba enim io potiori gradu, capieoda suot
in potiori significatu. l. prima.cum concordan.si
42 aget vectigalis. Quia * ipso tunc priuato noo erat
vlterius Rex, nec quicquam facere potuit: vt in
particulari consuluit Decius in consi.cxcj.versic.
secundo.responderur.& infertur magis,quòd Rex
Federicus eripiendo domos prædictas, fuit inua-
sor.quo casu licuit Comiti quamprimum potuit
continuare possessionem domorum, prout fecit:
vt dicit Bald.in capit.io literis.versiculo i item no-
ta contra illos.de restitutione spoliatorum. Quem
respectu continuationis seqoitur Claudi.io l. vt
vim.colum.xlv.ff.de iustitia & iure. Qui comes &
successiuè filius, & frater Comitissæ continuauit
possessionem, vsque quo fuit spoliata per don An-
tonium de Cardona, & per illustris magnum Ca-
pitaneom. Ea quo sequitur, quòd Pragmatica non
habet locum, quando quis innititur spolio facto
post titulum Regis, maximè per alium, quàm per
illum, qui habebat causam à Rege Federico: nam si
permissa fuit recuperatio, vt dixit, vt firmat etiam
Andr.in capit.primo.versiculo: & si dominus.ibi,
vel dic quòd potest.de milite vasal.qui cōtum.est.
eo ipso, quòd comes recuperauit suam possessio-
nem, iam purgatum erat spoliū.l. sequitur.§.quod
autem.de vsucapio.per quem text.ita dicit And.in
dicto versicu.& si dominus. & sic sublata fuit ere-
ptio & spoliatio. Nunc igitur, quòd iterum spolia-
tus fuit hoc vltimum spolium, attendendum est,
quod purgari debet: vt declarat Andr. in loco
præallegato: & sic succedit in nihilum obstare cō-
cessionem factam quondam magnifico Ludouico
per Cæsarem, dum in ea conceditur, vt fuit illis
priuilegiis, quibus potiuntur, qui rem consequun-
tur à Principe: ex quo stante capitulatione pacis,
per quam Rex cathol.remansit contentus, restitu-
tionem faciendam: non obstantibus dispositioni-
bus factis per Regem Federicum: satis videtur Rex
ipse concessisse bona: vt declarat Andr.in cap.pri-
mo.ibi:si autem perdatur.de vasal.decrep.ætа. Nūc
sic infertur declaratio singularis ad l. omnes. & l.
43 * bene à Zenone.de quadr.præscrip.vt non proce-
dat, quando vterque, videlicet tam actor, quàm
reus, habet donationem à principe: sed tantum,
quando reus innititur donationi vel venditioni
priocipis. Ita per plura consuluit Curt.iuni. in cō-
silio calij.vbi etiam allegat casum in l. prædia. C.
de loca.prædi.ciuil.lib.xj.quam subtiliter inducit.
Prætereà, magnificus Ludouicus ipse habebat sciē-
tiam, domos esse prædicti comitis, cum fuerit su-
per ipsis lis intentata super possessorio coram Re-
giis delegatis: inter quos ipse erat vnus ex eis, &
fuit formatus processus, vt liquet ea actis: per quæ
liquebat & liquet de requisitis, & de validis ac
optimis * iuribus ipsius comitis, & sic ratione sciē- 44
tiæ rei alienæ dicitor constitutus in mala fide: per
glo.in l.prima.versicu.scientes.C.de his, qui, vt in-
dign. Et quia lis mota habet vim denuntiationis,
per quam ioducitur mala fides.l. si fundum. C. de
rei vendicat.quo casu sicut l.bene à Zenone, non
* habet locum, quando princeps est in mala fide, 45
vt firmat Laud.in tract.de princip.xj.oo.xiij.limit.
& Roma.in singu.dccxxavij.anno præterito.& Ia-
cob.in tracta.feud.in versic.princeps.colum.vj.in
iiij.limit.per gl.auream in l.secunda.C.de commu.
re.alie.ita & pariformiter, quando emptor vel do-
natarius: ita fuisse decisum testatur Afflic.in cōst.
exceptionem. versiculo: idem sed ille.sub titu.de
non retard.litis cōtest.in ij.lib.& potest esse ratio,
licet ipse non assignet, quasi tunc videatur princi-
pem dedisse ius quod habebat tantum: vt no.Bald.
in rub.de contrahen.empt.in vj.q.& ipse sic scien-
ter recipiēdo sibi imputet, vt nec de euictione age-
re possit: per tex.in l.si fundum.C.de euictio.vbi in
specie declarat de eo, qui emit scienter à commu-
ni. Nec militat prætensa annullatio processus: quia
id fuit duntaxat, ea quo non fuerat procurator fi-
sci Regiæ cameræ citatus, non tamen negari po-
test, quin ea processu toto, * non adpareat de cla- 46
ro iure comitis: & tamen per actum nullum proba-
tur res & voluntas.l.fina.ff.de rebus eor.vbi Barto.
l.cum de bonis.vbi Ang.C.de donatio. & sic ea eo
dator scientia rei alienæ: quia iam per reiteratam
litem potoerunt iidem testes examinari, & eadem
iura adduci: vt est communis theorica in l.legata
inutiliter.ff.de lega.j. Nec opitularetur annullatio
processus, & sic quòd lis nunc nō adesset, vel quòd
si non fuisset annullatus, instantia est perempta, &
sic remaneret virtus concessionis priuilegij io suo
robore, per dictum Inno.in cap.fin.vt lite penden-
te. Nec obstat decretum aonullationis: quia loqui-
tur de actis eaistentibus tunc in processu, non au-
tem de primis, quæ posteà fuerunt reperta: in qui-
bus pendentia litis fundabatur: nec instātia potest
dici perempta: quia non incepit, ea quo litis con-
testatio & termini datio, fuit cum persona minus
legitima: vt inquit Bald.in auth. offeratur.de litis
contest.& in l.licet.C.de procurator.& nihilomi-
nus posito, quòd incepisset, fuit suspensa per oppo-
sitionem pragmaticæ: & sic interim stabat in su-
spenso, & donec fuisset remotum impedimentum
oppositionis, non poterat currere. Ita in terminis
consuluit Aret.in consil.c.in causa Georgij.& po-
nit aliud exemplum in l.properandum.in princip.
versicu.& sic instantia.C. de iudic. Et plus dicebat
magnificus aduocatus Comitissæ, ea his posse in-
ferri vnum eidem nouū, videlicet, quòd postquam
lis erat cœpta cum fisco, & stante nullitate priui-
legij concessionis, licet reperirentur domus pe-
nes alium, habetur ac si penes fiscum, etiam iuxta
terminos ca.regni, conuentus, quòd pragmat.in se-
cundo capite nō opitulatur fisco, vt sic sicut fiscus
non potuisset eum opponere, ita quòd nec hæredes
Montalti, patet per verba pragmat.ibi: si quid pe-
tere aut aliquam litem in quempiam intendere in

animo habuerit.& sic denotat litem mouendã con
tra particularem personam. Cùm igitur simus in
statuto odioso & prohibitiuo non reddi ius, vel nõ
posse agi, quod est contrà ius, vt dicit Innocen.in
47 c.quæ in ecclesiarum.de const.sequitur, quòd * non
veniat fiscus, qui est persona repræsentata: vt de-
clarant glos.& doct.C. de iure fisci.lib.x.ita in spe-
cie no.per illum tex.Ant.de Butr.in c.graue.in iiij.
no.de præben.& propriè in fisco, quòd sit persona
repræsentata, & nisi per legem extendatur disposi-
tio, quòd non comprehendatur, consuluit Rom.
consi.cccc.quæro an stat.præcipuè in fin.verbis.&
pro hoc est text.formalis in l.si quis in tantam.C.
vnde vi.ibi, vt possessionem rerum apud fiscũ vel
apud homines.dum ibi appellatione hominis, non
venit fiscus, cùm ponantur vt diuersa. & hoc in
pragma.subnectitur dum dicitur, vt tantã ipsarum
rerum, quæ petuntur vel prætenduntur, quàm de
ipsarum personarum, inter quas negotiũ vertitur
qualitatis &c.& sic personas possessorum voluit
inspici: & per consequens non veniat fiscus, qui
persona repræsentata est, & confirmari potest ex
regula.l.inquisitio C.de solu.vt in generali sermo-
ne non veniat persona disponentis, corroboratur
ex regula.l.bene à Zenone & l.omnes.C. de quadr.
præscript.vt prohibitio de non reddendo ius non
comprehendat fiscum, nisi quatenus tempus esset
expressè adpositum. Et cùm ob bonum publicum
fuerit edita pragm.prædicta, vt eius verba innuũt,
& vt lites & controuersiæ extinguerẽtur, ex ipsius
48 * verbis & præfationibus colligitur mens statuen-
tis.l.j.in princip.de orig.iur.Roman.consi.clxxx.si
admittimus. vbi subdit, quòd ex præfationibus
priuilegij colligitur finalis ratio eiusdem inducti-
ua. sed huiusmodi ratio publicæ vtilitatis ac eui-
tandi confusiones regni cessat in fisco, vt patet
postquam de litibus subditorum loquitur: ideo
49 cessat in eo regia pragmat.* cùm cessante finali ra-
tione priuilegij seu statuti, cesset ipsum priuile-
gium & statutum.l.Titia.§.vsuras.de lega.secundo.
& plenè Ludouic.Roman vbi suprà, dum satis ad
propositum dicit, quòd persona, in qua cessat fi-
nalis ratio priuilegij, non includitur in ipso pri-
uilegio. Et inquantum aduersus sententiam latam
per summum Pontificem contra Regem Federi-
cum, auditur satis lætari ex aduerso, quòd non
præcesserit citatio, & sic quòd fuerit nulla ipsa,
nec causæ cognitione præcedente. Nam aduerten-
dum est, quòd Papa cum collegio cardinalium ad
dictam priuationem processit, & ad inuestituram
prædictorum regum, etiam de plenitudine pote-
statis, vt verba geminata demonstrant, quo casu
50 * non est necessaria partis citatio, vt dicunt Ho-
stien.Ioan.And.Anto.de Butr. & Imol. in c.in no-
stra. de procu. refert & sequitur Alexand.in consi-
51 lio xij.ibi, & posito.in vij.volu.Papa * cum & viua
voce pronuntiare possit, non tenetur seruare for-
mam, vt not.per glos.in cap.fin.& in cap.illustrem.
de re iud.in vj.in tantum, quòd in sua sententia iu-
ris ordo non requiritur. Ita dicit Innoc.in capit.in
causis.de re iudi.Ange. in l.princeps. ff. de legibus.
& quia insuper in ea declaratur Regem ipsum pri-
uari de plenitudine potestatis: vt tenet Abbas in
capitulo cùm Bertholdus, versicu. vel tertiò, de re
iudi.firmat Sozin.consil.lxiij.ibi, & hoc maximè.
volum.iij.sequitur Hippoly.in singul.lxxv. in fine.
& latè Decius in cap.si.de confir.vti.vel inutil. Se-
cundò etiam responderur, quòd ex verbis inuesti-
turæ adparet ex intentione Papæ & collegij velle
omnino sibi regnum auferre, & ipsum prædictis
Regibus concedere, & sic cum constat * de huius- 52
modi enixa voluntate, non erat necessaria citatio:
vt dicit Panormit.in ca.inter quatuor.de maior. &
obed.sequitur Curt.iunior in consilio primo.versi.
facio tamen aliam. Tertiò, liquet ex literis ipsius
Regis in actis productis ipsum habere pacem cum
Turca, & ad eundem oratores & munera transmi-
sisse, & sic adparet, se hostem ecclesiæ, & venisse con
tra proprium iuramentum præstitum tempore suæ
coronationis, existente hoc regno sub directo do-
mino ecclesiæ: vt testatur clement.pastoralis.§.rur-
sus.de re iudi.in quo iuramento cauit expressè abs-
que Papæ licentia cum infidelibus non conuersa-
ri, nec pacem habere: per text. in clem. j.de iureiur.
versic.porrò.& sic non * requirebatur citatio par- 53
tis: cùm hostis citari non debeat: vt dicit Bald. in l.
executorem.versicu.prætereà.C. de execu.rei iudi.
vbi etiam subdit non esse de consuetudine gene-
li hostes citandos. & infert ad sententiam contra
Regem Robertum, quòd si non valuit vt senten-
tia, valuit * vt declaratio hostis: & sic vbi prin- 54
ceps potest alij inuito præiudicare, defectus cita-
tionis non vitiat: vt plenè probat Felin.in capitu.
cùm olim. de re iudica. & plenius Alber.brun.in
consil.xix. Item de muneribus transmissis ad Re-
gem Turcarum, necnon de oratoribus, & con-
uersatione, & amicitia contracta, liquet per lite-
ras ipsius Regis Federici in processu, & ideo pon-
tifex * in sententia asserit esse notorium inexcusa- 55
bile: confessio enim notorium inducit. Bartol.in
l.si confessus.de custo.reorum.& sic quãdo factum
* vasalli erat notorium, non requirebatur citatio 56
partis: vt per multa comprobat Sozi.in consilio
lxxxvij.in quinto dubio.ibi: confirmatur.volumi.
iij.in vj.dubio, ibi: sextò dominus Imperator. Idem
Sozi.vbi propriè loquitur, quando non abstulit
castrum, quod concessit: quia satis dicitur priuas-
se, & declarasse priuatum, nec alia citatio requi-
rebatur: in consilio iiij.versicu.ex alio etiam osten-
ditur.volumine tertio.& latius Alber.bru.in dicto
consilio xix.versicu. quartò moueor. Item liquet
prædicto Regi Federico circa præmissa iam noto-
ria nullam comperisse defensionem: & nõ * requi- 57
rebatur aliter citari. Ita Sozi.per multa relata per
ipsum in prædicto suo consil.lxxxvij.versicu.capio
sextam.ibi: ex quibus patet.volumine iij.& subdit
hoc etiam militare, quando defensio competeret,
quam princeps tollere potuisset. Ita limit.clemen.
pastoralis.de re iudicata.& sic cùm notoria fuerit
conuersatio ac participatio cum Turcis hostibus
Romanæ sedis, & sic subsistente iusta causa pri-
uationis, poterat Papa declarare, quòd erat legi-
tima, & sic non requirebatur citatio. Ita Sozi.ibi:
tantò fortius, quia inest clausula, videlicet, sup-
plentes de plenitudine potestatis omnes defectus
tam iuris, quàm facti.per ea, quæ dixit Aretin.in
consilio octauo. versiculo tertiò hoc confirmatur.
quantò magis, qui iuncta gloss.eum dicta clausula,
supplen

ſupplentes.adeſt clauſula,ex certa ſcientia,de con
ſilio Cardinalium: per ea, quæ in ſpecie conſu-
luit Alexan.conſilio xcij.columna vj.verſiculo:&
vbicunque. volumi.vj.Nec ſuffragaretur non eſſe
credẽdum aſſertioni Pontificis,cùm prædicta non
potuerit,niſi aliunde percipere,& ſic requirebatur
citatio: quia tractabatur de commodo proprio
ipſius pontificis, & quòd fuerat notorium, requi-
rebatur citatio. Nam ſalua pace, ſumus in diuerſis
terminis: Papa enim aſſerit ſibi conſtare notorio
inexcuſabili, ita quòd celari non poterat. In iſtis
ergo potuit ſe Papa informare parte aliter non ci-
58 tata: quia * valet talis receptio probationis ſuper
huiuſmodi notorio, quod princeps indicat eſſe ta-
le,& in hoc ſtãdum eſt ſuæ aſſertioni. Ita poſt alios
tenet Sozi.in conſilio lxxxvij.verſicu.capio nunc
quintam.ibi,confirmatur.& in tantum ſtatur nar-
rationi Papæ,quando ſe fundat in ea, quòd donec
fuerit probatum contrarium,non receditur ab ea.
Ita latè Soxi.ibi: quia eſt declaratio ad clemen.il-
lam primam, de probat.inferens in verſicu.capio
59 ſextã.ibi: ſextò dominus Imperator.quòd * quan-
do dicit ſibi inexcuſabili notorio conſtare, credi-
tur ei, & non requiritur citatio partis. Plus etiam
voluit Innocen.in capitu.tua.in fin.de cohab.cler.
60 quòd ſi iudex proceſsit * tanquàm iudex ſuper no-
torio, licet ſibi non conſtaret factum notorium,
ex quo tamen verè eſt notorium, ſententia eius ir-
reuocabiliter tenet.ſequitur Abb.in ca.cùm olim.
verſicu.ad hoc. de re iudica.quæ deciſio ſatis con-
gruit ad hoc. Præthereà, Pontifex aſſerit ſibi con-
ſtare inexcuſabili notorio, & diſponendo vult ſi-
bi credi: Nulli dubium, quòd ſtandum ſit ſuæ di-
ſpoſitioni: nam ſi poteſt mandare, quòd alij cre-
datur, multò fortius ſibi credendum eſt: & hoc
ſaltem, donec ſibi probetur contrarium. Ita con-
ſuluit Soxi.conſilio cclxvj.ibi, ſed tamen ad præ-
miſſa reſpondetur.in ſecundo volumi.& ideò dixit
Ioan. Fab.in l.ex verbis. C. de donat.inter virum
61 & vxo.* quòd hodie videtur, quòd ſi princeps re-
citat & fundat ſuam intentionem ſuper eo, quod
recitat, ſtabitur ei: & ideò ſi confirmat, quaſi ritè
factum videtur tenere.allegat clemen.primam. de
62 probat. Prætereà, accedit * totum collegium Car-
dinalium,& ſic ſtatur dicto ipſorum: vt dicit And.
in capit.j.in fine.de controuer.feu.apud par.ter.&
ideò ſingulariter dixit Bal.in cõſil.cclxxvij.pridie
enim conſului.in priu.volu.iij.quòd omnes Reges
63 * mundi hoc iure vtuntur, quòd in regnis ſuis po-
nunt & deponunt duces,& comites,& quos volũt:
& vbi exprimunt cauſam,non poteſt probari con-
trariũ,& maximè,cùm eſt pragmat.ſanctio de con-
ſilio procerum:quia tot & talia adſunt teſtimonia,
quòd fas non eſt contradicere.& licet nunc magis
adpareat de veritate diſpoſitorũ,tamen ſi quis vel-
let probare contrarium,quòd non audiatur, quã-
do ex probatione argueretur principẽ vel Papam
cum tot cardinalium cœtu dixiſſe mendacium, vt
conſuluit in particulari Gemi.in conſil.xxxiij.ver.
nec obſtat.& ita intelligitur Andr.in c.ſancimus.
in fin.quo tem.mil.videlicet,quando ſolus rex hoc
64 diceret,quamuis verior ſit opinio,quòd * in prin-
cipe non recognoſcẽte ſuperiorem, ſtetur ſuæ ſoli
aſſertioni.Ita Iac.de ſancto Georg.in ſua inueſti.in

ver.& dicti vaſalli.verſic.inquantum ſuprà dixi.&
quòd credatur * cardinalibus,conſuluit Alex.in d. 65
cõſi.xcij.ver.quantum verò.in vj.vol. Item nonne
adparet inueſtitura de regno facta ambabus regi-
bus,videlicet,catholico & chriſtianiſsimo? ſequi-
tur quòd aliqua citatio non requirebatur,ſed cre-
datur: vt dicit Bal.in l.nam ita diuus.de adopt.&
plenè Curti.iun.in dicto conſi.primo. verſic.vij.&
latè Alber.brun.in ſuo conſi.v.vbi de plenitudine
poteſtatis loquitur.& ita intelligitur Abbas in ca-
pit.quæ in eccleſiarum.ſi quando non de abſoluta
poteſtate, ſed ordinaria princeps procederet.vt ibi
intelligit Barb.in apoſtil.ad Abb.& ſequuntur do-
ctor.plenè in dicto capit.quæ in eccleſiarum. Nec
ſufficeret cauſa expreſſa de Turca:quia falſa eſt: nã
licuit inuocare auxilium Turcarum:per vulg.cõſi.
Oldra.de quo ſuprà.* & ſic ſententia fundata in 66
cauſa non ſubſiſtente, de iure non tenet: per iura
vulg.& quòd falſa cauſa * non vitiat ſententiam, 67
vt firmant doct.in l.iuſtè poſsidet. de acquirenda
poſſeſſ.& nihilominus priuatio fundatur etiam in
aliis cauſis expreſsis in ſententia: & maximè, quia
venit contra iuramentum fidelitatis:& de quo iu-
ramento meminit clementina prima.verſic.porrò.
de iureiuran.& clarum eſt,quòd quando ſupremus
* princeps aſſerit aliquem fuiſſe ſibi ingratum,non 68
eſt opus alia probatione: ſed eius aſſertioni plenè
credendum eſt: vt conſuluit Bal.in conſi.cclxxviij.
quæritur, ſi rex Romanorum.ibi: ſed contrarium.
volumi.iij.ſequitur Iacob.in ſua inueſtitu. in ver-
ſicu.& dicti vaſalli.verſi.& inquantum dixi ſuprà.
Et tamen inire pacem * cum Turca eidem regi non 69
licuerat, abſque pontificis licentia per text.in d.l.
clem.j.§.porrò.cùm ſint hoſtes religionis & fidei,
vt ibi papa exprimit.& facit text.in l.j.cum ſeq.ff.
ad legem Iul.maieſtat.* committunt enim & laici 70
crimen læſæ maieſtatis contra papam.ca.felicis.de
pœniten.in ſexto.tenẽtur enim ſeculares principes
auxilium præſtare ad arcendum hoſtes eccleſiæ: vt
dicit Io.And.in c.fi.de dilat.& ipſo * iure ſunt ex- 71
communicati,qui cum eis cõuerſantur, vel aliqua
tranſmittunt bona:per tex.in c.ſignificauit.& in c.
quòd olim.de Iudæ.& ita aliàs doct.Barchin. con-
ſuluerunt regi Ioanni, videlicet, quòd non poſsit
facere * pacem cum rege Tuneti,inconſulto papa: 72
vt refert doctor ille Barchi.qui fecit tracta. pro-
uinciale omnium eccleſiarum, in ca.an imperator
vel aliquis rex Chriſtianorum poſsit inire pacem
cum Sarracenis vel Turcis.& tamẽ cõmunis * con- 73
cluſio ſe habet, quòd extãte bello iuſto ex parte in-
uocantis auxilium infidelium,& non ſit bellum a-
ctiuè vel paſsiuè cũ infidelibus, & fieri poteſt abſ-
que ſcandalo,quòd tunc licet inuocare: vt colligi-
tur ex doctrina Ioan.de Ana.in ca.ad liberandam.
de Iudæ.ibi ſolet concludi.vbi Felyn. alleg.conſil.
Oldr.lxxj.quæ qualitates ceſſabant. Nam quis erit
tam audax, qui dicat regem catholicum mouiſſe
* bellum iniuſtè, & occupaſſe partem regni? erat 74
enim Rex Hiſpaniarum,qui poteſtatem habet bel-
lum indicendi: vt dixit Abb.in c.ſicut.de iureiurã.
& cum eo concurrit authoritas eccleſiæ: ergo fuit
ex ſui parte iuſtum bellum.c.excõmunicamus.§.
catholici.vbi doct.de hære.& poſtquam inuocatio
Turcarum,& reſiſtentia regis Federici erat in con-

temptũ clauiũ beati Petri, omnia iura, quæ de ho-
stibus loquuntur, habebant locum cõtra ipsum re-
gem & ipsius adiutores. Ita in specie Ang. loquutus
in regno Siciliæ, in sua disputa. ea orta guerra, &c.
& tantò magis, quia catholic. Rex in commissio-
ne facta in persona magni capitanei de officio vi-
ceregis in præsenti regno, asserit regnum hoc di-
uisum cum rege Gallorum fratre & confœdera-
to suo, vni ex eis competere. & idem dicit Ponti-
fex in sua inuestitura, quam facit ambobus regi-
bus, & pariter catholic. Rex in priuilegio ven-
ditionis & concessionis Lauelli facta magnifico
Ioanni de Tufo, asserit se de regno legitimè inue-
stitum. & licet dicat in dicto priuilegio duntaxat:
tamen facit ius quo ad omnes, ex quo id Rex ge-
neraliter dicit & affirmat: vt testatur Angel. in l.
item veniunt. §. cæterùm. ff. de petitio. hæred. & fa-
cit l. finalis. vbi doctor. C. de legi. Et sic si legitimè
erat inuestitus, quis furiosus audeat bellum iniu-
stum asserere? cùm ex huiusmodi legitima inue-
75 stitura detur* facultas propria authoritate capien-
di: vt pulchrè exorditur Afflic. in decisio. ccxxix.
in princip. & sic cessat requisitum primum. Rema-
net igitur concludédum, quòd Rex Federicus non
potuit eripere domos à Comite, sub prætextu re-
bellionis, ex quo comes ipse erat cum rege catho-
lico, in exercitu destinato authoritate sedis apo-
stolicæ, & sic de iure eidem Federico erat admi-
76 nistratio interdicta,* prout ita in specie in Impe-
ratore excommunicato & deposito, tenet Bald. in
titu. de pace Const. in fine. versi. venio ad primum.
Petrus de Anchara. in capit. ad apostolicæ. xx. not.
de reiudica. in vj. & plenè Afflic. in proœm. consti.
j. quæstio. Item si rectè aduertatur, Rex catholi. in-
terpretatus est pragma. minimè subsistere gesta per
regem Federicum, tempore quo erat iam de regno
desperatus, & effectualiter priuatus. & ideo post-
77 quam qui legem * fecit, hanc interpretationem
dedit, interpretatio ipsa attendenda est. verba sunt
Innocen. in cap. cum ecclesiæ. ibi, sed dices. de ex-
cept. quem sequitur Bald. in l. præscriptione. versi.
prætereà, contra dictos docto. C. si contra ius vel
vtil. pub. Et quòd sit standũ huiusmodi declaratio-
ni, consuluit Angel. consi. cclxxiij. Bonifacius. &
latè Feliu. in capit. cùm venissent. vbi bonus tex. de
78 indic. Circa verò * dispositionem l. bene à Zeno-
ne. in quo fundantur Montalti, dicitur, quòd pro-
cedit, vbi inter alia procedebat subhastatio: vt Bal.
post antiquos in l. prima. C. de hære. vel actio. vend.
& licet Iacob. in dicto versicu. princeps, dixerit se
dubitare de dicto Bald. quia illa lex. habet locum
etiam in donatione tamen dicit dictum Bald. esse
menti tenendum: quia non habet contradictorem.
& eandem opin. Bald. sequitur Curt. iun. in consil.
cxlij. in fin. & in consi. sequen. & dicit, quòd in illo
text. verbum nullum de subhastatione dico: quòd
licet non exprimatur, tamen subintelligitur, quia
extenditur per illam legem præcedentem. l. omnes.
& siue vendat Imperator, siue Augusta, siue fisci
procurator, seu patrimonij sit tutus emptor. &
nulli dubium est, quòd quando vendit procura-
tor fisci siue patrimonij, quòd requiruntur subha-
stationes, vt probant iura allegata per Bald. in di-
cta l. j. C. de hære. vel actio. vend. & ideo meritò do-
ctor. antiqui ita intelligebant legem illam, & bene:
quæ intelligentia etiam saluari potest in donatio-
ne: quia * ad finem vt dominus rei propriæ exclu- 79
datur per quadriennium, requiritur quod sciat ini-
tium temporis: aliàs tempus non currit. l. fin. C. de
temp. in integ. resti. consuluit Alexã. consi. lxxj. ver.
non obstat. primo vol. Sozi. cõsi. lxxx. ver. prætereà.
vol. iij. quæ ratio potest etiam in donatione veri-
ficari, vt proclametur, quòd princeps intendit do-
nare rem: quia proposito proclamate, elapso termi-
no quadriennij, vnusquisque erit exclusus: iuxta
tex. in l. si eo tempore. C. de remis. pigno. & propriè
in fisco est text. in l. si hypothecas. C. de remis. pi-
gnor. quem ad limitationem legis, bene à Zenone.
alleg. Sozi. in consil. xlvj. versic. quartò respondeo.
volu. iiij. & sic concluditur, quòd postquam habe-
mus doct. intelligentes l. bene à Zenone. & potest
ea præmissis sustineri, non est recedédum à tali in-
telligentia. & Bald. sequitur etiam Fely. in c. quæ in
ecclesiarum. versicu. primò enim limitatur. extrà,
de constit. Item lex illa procedit, quando princeps
disponit de re, tanquam simpliciter sua, non adie-
cto, ea qua causa: secus tamen, si dicit ea qua cau-
sa est sua: prout in casu præsenti per obitum don
Antonij de Cardona. Ita declarat Cyn. in addit. ad
legem primam. C. de hære. vel actio. vendi. quem ibi
sequitur Bal. & Salyc. ita formaliter intelligit Sozi.
in consi. alvj. versicu. solùm restat. in iiij. volu. Item
dicit illam legem procedere, quando princeps fa-
cit de plenitudine potestatis, & cõstat principem
velle vti potestatis plenitudine. Ita in specie Bald.
in proœmio decret. versicu. vnde lex. inferens le-
uem occasionem erroris impedire vigorem illius
legis. Quæ enim maior occasio & ratio esse posset,
quàm princeps credat domum ad se spectare, non
recordatus quòd erat restituẽda comiti ea suo con
tractu inito cum rege Gallorum? nec habita noti-
tia, quòd comes deduxerat ius suum in iudicio,
& iam illustris. Protegi supplicauerat? Profectò, si
hæc principi innotuissent, non concessisset: opti-
mè ergo succedit decisio Bald. leuem occasionem
ad errorem requiri. & licet Feli. in dicto capit. quæ
in ecclesiarum. versic. quintò limita. dixerit, quòd
hęc limitatio repugnat illi legi indistinctè loquen-
ti, tamen opinio Bald. sustinetur: quia * illa lex 80
priuans quempiam suo iure, debet intelligi in ca-
su, in quo consueuit princeps, videlicet quando
facit de plenitudine potestatis, & vult tollere ius
alterius: non autem, quando simpliciter: quia in
dubio non dicitur derogatum, nec vti plenitudi-
ne potestatis: per vulg. dictum Innocẽ. in c. inno-
tuit. de elect. Vltimò non obmittitur, quòd tunc
temporis cõcessionis prædictæ comes erat minor,
& sic si res sua fuit donata, non fuit exclusus: imò
competebat sibi restitutio, etiam cõtra dispositio-
nem legis, bene à Zenone. in ata gloss. & doct. in l.
fina. C. si aduer. fiscum. & ita firmat Laud. vbi suprà,
in fin. verbis. Et sic ex præmissis per vtranque par-
tem adductis, fuit per sacr. Consilium decretum,
quòd exceptionibus oppositis ad merita reseruа-
tis, foret in causa ipsa procedendũ. à quo decreto
fuit pro parte conuentorum reclamatum. Et pro
iustificatione reclamationis adducitur tenor regiæ
pragma. ex cuius verbis dicitur apertè dignosci, ꝗ
non

non posſit quæſtio aut lis moueri circa diſpoſita
per regem Federicum & Ferdinandum ſecundum:
& quòd in ſimili ſe haberexceptio l.bene à Zeno-
ne,oppoſita:vt patet in l.prędicta,ibi,nemo audeat
eos, qui res accipiunt per quencunque titulũ alie-
nationis,ſiue mobiles,ſiue immobiles,ſiue ſe mo-
uentes,vel iura incorporalia, vel panes ciuiles iu-
diciis afficere,vel ſperare aliquam contra vos eſſe
ſibi viam apertam: ſed omnis aditus præcludatur.
& ſic patet, quòd prohibet d.lex poſſe in iudicio
81 agi.& ſic vbicunque per obiectum * exceptionis
denegatur iuriſdictio, debet iudex ante omnia ſu-
per ea pronuntiare tacitè vel expreſsè: vt no.Ioan.
Andr.& doct.in c.j.de ordi.cogni.nec debet reſer-
uatis exceptionibus ad merita in cauſa procedere:
vt in c.ſi clericus laicum.de foro cõpe.& not.in c.
inter monaſterium.de re iudi.& per Bar.in l.quidã
conſulebãt.ff.eo.tit.& probatur in l.ſiquis ex alie-
na.ff.de iud.& in l.ij.ff.ſi quis in ius voc.non ierit.
& per Ioan.in c.ſuper literis.de reſcri.& eſt gl.in c.
j.de offi.deleg.in vj.& in cap.Romana.de pœn.eo.
libr. igitur &c.Nec obſtaret dicere fuiſſe pronun-
tiatum tacitè, tranſeundo ad vlteriora: quia hoc
eſt falſum, cùm declarauerit in cauſa procedi, re-
ſeruando dictas exceptiones. vnde eo ipſo, quòd
voluit cognoſcere de cauſa, grauauit, non decla-
rato prius, ſi exceptiones militabant ſeu compe-
tebant,& ſic ſi ſua erat iuriſdictio.Nam aut voluit
cognoſcere de iſtis exceptionibus, & ſimul & ſe-
mel de meritis cauſæ, & reſultaret contradictio.
Nam per dictam exceptionem dicit non eſſe pro-
cedendum. Procedendo verò ad vlteriora, dicit
cõtrarium,& hoc eſt de directo contra caſum ca-
pit.exhibita.de iud.& in c.tua.de ordi.cogn.&c.la-
tor.qui filij ſint leg. Aut voluit prius procedere ſu-
per meritis cauſæ principalis,& demum declarare
ſuper dictis exceptionibus, prout feciſſe videtur,
eaſdem ad merita reſeruando, & ordo eſt peruer-
ſus & præpoſterus, ex cuius peruerſione cũ ſit eiuſ-
dem cauſæ ad eandem, redditur proceſſus nullus,
per plenè not.in l.prolatam.C.de ſen.& interlocu.
82 om.iud.& ſic * procedendo grauauit, ex quo ſi ex-
ceptionea compertæ fuerint veræ, & ſic compete-
re, proceſſus non teneret ſuper principali: ex quo
iudex prius non pronuntiauit ſuper ſuam iuriſdi-
ctionem: vt plenè ſcribit Inno.in cap. præterea. de
dilat.Ioan.And.in reg.ſine poſſeſſione.de regu.iur.
in mercurial.in vj.& ſic reperirentur partes fru-
ſtra litigaſſe, quod eſt abſurdum.per quas rationes
& iura, in terminis conſuluit Abb.in conſi.xiiij.in
cauſa ſen.qõ.in primo volu. Et quia datur ordo in
dicta pragmatica, qui minimè in aliquo capite con
tentorum in ea adparet ſeruatus, ergo &c. tum
83 maximè, quia * princeps nunquam adponit ordi-
nem, niſi cum magno myſterio & ratione: vt in c.
cùm dilecta.de reſcrip.& in c.venerabilis.de offic.
delega.& ideo nullum eſt, quod fieret, non ſeruato
ordine prædicto: vt not.gloſ.in clemen.prima de
iure patron.& voluit pulchrè Bald.in dicta l.pro-
latum. verſi.& nota quòd princeps.C.de ſenten.&
interlocu.omnium iudicum.ſed dictus ordo non
fuit ſeruatus, dum fuit pronuntiatum in cauſa ipſa
eſſe procedendum, dictis exceptionibus ad merita
reſeruatis. ergo &c. Et poſito quòd ex aliquibus
productis redderetur in dubium, ſi exceptiones
oppoſitæ militarent, cùm ſint eiuſmodi, quæ ſi ve-
rè audientiam denegarent,& concluderent iudici
iuriſdictionem nõ competere, & in iſto dubio an-
te omnia pronuntiãdum erat ſuper eis, abſque ali-
qua reſeruatione: ex quo concluſio, de qua per gl.
& docto. in d.l.ille, à quo.§.ſi de teſtamento. ff. ad
Trebel.quòd vbi eſt dubium an exceptio cõpetat
vel non, poſsit illa reſeruari ad merita, procedit,
niſi fuerit talis exceptio oppoſita, quæ * conclu- 84
dit iuriſdictionem iudici non competere, vel niſi,
ſi reſeruaretur, peruerteretur ordo iuris: quia in
præmiſsis caſibus etiam ſi ſit dubium, an exceptio
competat, eſt omnino ante omnia pronuntiãdum
ſuper exceptione: nec poteſt fieri reſeruatio ad me-
rita: vt voluit Hoſtien.in dicto capi.cùm contin-
gat.quem ibi refert & ſequitur Feli.& etiam Abb.
in prædicto ſuo conſilio xiiij. Sed iſtæ exceptiones
oppoſitæ ſunt huiuſmodi, ꝙ per eas audientia de-
negatur,& concluditur iudici iuriſdictionem non
competere. Item quia per dictã pragma.datur or-
do, vt nullatenus agi poſsit de ereptis per dictum
regem Federicum, niſi à dicto vicerege,& capta in-
formatione de iuribus omnibus & qualitate per-
ſonarum,& cum votis & ſententiis prædictorum
fiat relatio regi,& à rege ipſo licentia procedendi
obtineatur.& ſic ſi poſſet fieri dicta reſeruatio, per-
uerteretur dictus ordo: ergo &c. Et ſic cõcluditur
exceptiones ipſas non potuiſſe ad merita reſeruari:
& quòd decretum prædictum, per quod prouiſum
extitit fore in cauſa procedendum, ſit nullum, &
enormiter grauauerit, & grauet conuentos &c. Et
tandem dum fuiſſet punctus iſte diſcuſſus per ſa-
crum regium Conſilium, in collaterali Conſilio,
me exiſtente infirmo per duos dies, tandem me ab-
ſente, audiui fuiſſe pronuntiatum exceptionem re-
giæ pragmat.nõ obſtare:& hoc arbitratus ſum pro-
pter productionem * nonnullarum ſcripturarum, 85
ex quibus reddebatur res dubia, ſi exceptiones cõ-
peterent, ita vel ne: quo caſu poterant ad merita
reſeruari: vt not.gloſſ.& canon.in c.cùm contin-
gat.de officio delega.& doctor.in lege ille, à quo.
§. ſi de teſtamento.ff. ad Trebellian. Et quia pars
non contenta decreto prædicto, quod cum ho-
neſtate pertranſiebat, voluit Deum tentare, ideo
apertius prouiſum fuit non eſſe locum regiæ prag-
maticæ.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio iuriſiurandi & periurij, impedit litis ingreſſum ad vlteriora.*

2 *Princeps ex cauſa remunerationis ſeruitiorum poteſt dominium alteris quæſitum, de iure gentium tollere.*

3 *Princeps ex cauſa remunerationis poteſt tollere dominium rei alterius, & mihi dare.*

4 *Nemo præſumitur incontinenti in eadem ſcriptura ſe corrigere voluiſſe.*

5 *Clauſula, abſque præiudicio iuris alieni, poſita in priuilegio per principem, intelligi debet, preterquàm in expreßis.*

Reſeruatio

6 *Reseruatio non valet circa ea, quæ sunt specialiter declarata.*

7 *Clausula: iuribus alienis semper saluis, seu iuribus nostræ curiæ saluis, non operatur in concessis & expressis, sed tantū videtur reseruasse alia, quàm donata, & ea quæ insunt confirmationi seu donationi: quia generi per speciem derogatur.*

8 *Mentio est facienda de regio assensu & confirmatione, aliàs gratia non valet tanquam subreptitia.*

9 *Consanguineorum præsentia & authoritas in contractu mulieris & minoris, facit cessare præsumptionem metus. & nu. 64.*

10 *Præsentia iudicis seu officialis in contractu mulieris facit cessare omnem præsumptionem doli & metus, & nu. 65.*

11 *Impetrans absolutionem à iuramēto, non facta mentione quòd iurauerat ipsam non petere, & ea impetrata non uti, redditur nulla.*

12 *Absolutiones & relaxationes à iuramentis, tot sunt necessaria, quot fuerunt iuramenta.*

13 *Obstacula & impedimenta vbi sunt plura, ibi debēt esse plures sublationes impedimentorum.*

14 *De instrumentis omnibus ita in genere non sufficit fieri mentionem, dum se ad instrumenta refert, etiam cum clausula quòd tenores eorum habeantur pro expressis, & hoc dum absolutio expeditur per inferiorem à Papa: vt quando fit per pœnitentiæ curiam. Secus, si fieret ab ipso Principe, qui potest tales clausulas imponere, & numero 15. & 16.*

17 *Clausula: quorum tenores habeantur pro expressis, non sufficit quando gratia fuisset obtenta ad postulationem partis: sed quando motu proprio.*

18 *Rescriptum seu impetratio vt saluetur à subreptione, non sufficit in genere facere mentionem: sed requiritur notabilis expressio eorum, quæ potuissent diuertere principem ad non concedēdum, seu difficilius concedendum.*

Obreptio non euitatur, si quis per inuolucrum verborum effugiat deliberatam mentem principis. ibidem.

19 *Impetratio vt saluetur à subreptione, nō sufficit exprimere generaliter factum, nisi etiā exprimatur modus & qualitas facti.*

20 *Transactio rescindi non potest, prætextu læsionis, etiam vltra dimidium iusti pretij.*

21 *Transactionis exceptio impedit litis ingressum, & processum ad vlteriora, licet possit etiam opponi ad merita.*

22 *Transactionem rescindere volens, necesse habet restituere id, quod accepit ex causa transactionis prædicta, interim quòd opponēte conuento, impeditur agere quousque restituat, quod recepit & nume. 23.*

24 *Instrumentum dum producitur, dicitur euidentissimè constare.*

25 *Iudex, qui interuenit vt testis in aliquo contractu, non videtur illum tanquā iudex approbare: quia talis præsentia non inducit consensum. & nu. 26. 27. 28.*

29 *Actor in suo libello non tenetur facere mentionem de exceptione rei. Ita etiam in rescripto.*

30 *Rescriptum non faciens mentionem de priuilegio, per quod priuilegiato conceditur exceptio peremptoria, valet, & non vitiatur, vt obreptitium vel subreptitium.*

31 *Exceptiones ante litis contestationem potest iudex non admittere si vult.*

32 *Exceptio peremptoria non reddit rescriptum subreptitium.*

33 *Contrahens cum persona coniuncta, & asserens se esse maiorem, non poterit coniunctus asserere se circumuentum ab illo, tanquam minore, dum asseruit se maiorem: cùm propter consanguinitatem non præsumitur eius ætatem ignorasse, licet iurauerit.*

34 *Absolutio seu habilitatio à iuramento, ita conceditur maioribus, sicut minoribus, ratione læsionis enormissimæ.*

35 *Clausula: quorum tenores, formas, conscientias &c. ac si de verbo ad verbum nihilo penitus obmisso insererentur, præsentibus pro plenè & sufficienter expressis habentes, operabitur ac si omnia contenta in instrumento specialiter & nominatim expressa fuissent.*

36 *Papa dicens in rescripto, quòd tenor habeatur pro expresso de verbo ad verbū, facit quòd nulla obstantia officiat.*

37 *Clausula præmissis & quibusuis aliis in contrarium facientibus, quibuscunque non obstantibus. ostendit intentionem rescribentis in concessione, etiam si quæcunque obstacula sibi nota fuissent.*

38 *Qualitas spurietatis tacita in rescripto, reddit ipsum subreptitiū: tamen si princeps vtatur verbis generalibus includentibus qualitates, super quo prouidet, censetur dispēsatum, & gratia non vitiatur.*

39 *Clausula, nō obstantibus plus operatur, quàm clausula: ex certa scientia.*

40 *Clausula: ex certa scientia facit valere illud, quod aliàs patiebatur defectum.*

41 *Princeps aliquid faciens ex certa sciētia. si quis opposuerit, debet repelli: & nihil opponi potest eo casu quod annullet gratiam, & nu. 42. 43.*

44 *Transactio ratione enormis læsionis licet dubium sit, an possit rescindi, tamen accedente enormissima læsione, & inspecto litis euentu, rescindi et annullari potest.*

45 *Exceptio transactionis dum requirit altiorem indaginem, debet ad merita reseruari.*

46 *Exceptio transactionis tunc impedit litis ingressum quando est facta bona fide: secus si mala fide. & nu. 51.*

47 *Transactionis exceptio licet impediat litis ingressum, cum sit exceptio litis finitæ, etiam si interuenerit læsio vltra dimidium iusti pretij, non potest transactionem rescindere: tamen quando continet enormissimam læsionem, etiam habito respectu ad dubium euentum litis, absque dubio potest rescindi. & nu. 48.*

49 *Promittens minimè contrauenire contractui, etiam ratione enormis vel enormissimæ læsionis,*

poterit

poterit contrauenire, ſi fuerit enormiſsimè læſus.

50 *Contrahens cum adoleſcente conſumptore, dicitur doloſe facere.*

51 *Exceptio tranſactionis, quæ bona fide, ſine dolo, & legitimè facta eſt, impedit.*

52 *Confirmatio non validat ea, quæ nulla ſunt, ſed ea, quæ valida ſunt tempore confirmationis.*

53 *Princeps dum in priuilegio aliena iura reſeruat, ſolum ius, quod ipſe habet, concedere videtur*

54 *Clauſula: iuribus alienis ſemper ſaluis. importat cõditionem: videlicet, quando aliena iura ſunt ſalua, & rex concedens ſub illa clauſula, non tenetur de euictione.*

55 *Reſeruatio expreſſa plus operatur ad effectum validandi actum, quàm tacita.*

56 *Geminatio clauſularum, multum prodeſt impetranti: & demonſtrat enixam principis concedentis voluntatem.*

57 *Reſcriptum principis non faciens mentionem de alterius poſſeſsione, nullum eſt.*

58 *Aſſenſus obtentus à principe per ſpoliantem, non facta mentione de ſpolio, nullus eſt.*

59 *Inuadens caſtrum alterius, & eius poſſeſſionẽ adeptus, ſi obtinuit eius confirmationem à principe, confirmatio erit ipſo iure nulla: cùm per obreptionẽ obtenta præſumatur: quia de alienis rebus ſit confirmatio: & ſic eſt ipſo iure nulla. Non eſt veriſimile, quod quis iuri ſuo ſponte renunciet. ibidem.*

60 *Princeps dum in ſuo priuilegio habuit tenorem inſtrumenti, ac aliorum, de neceſſitate exprimendorum formas, continentias, & compẽdia, ac ſi de verbo ad verbum &c. omne ſubreptionis vitium tollit.*

61 *Habilitatio à iuramento, per quam quis abſoluitur, cum clauſula: præmiſſis, & quibuſcunque alijs in contrarium non obſtantibus: nedum reſcripti ſubreptio tollitur, ſed etiam tranſactio irrata.*

Tranſactio reſcindi non poteſt prætextu læſionis vltra dimidiam iuſti pretij. ibidem. & nu. 63.

Veniens contra tranſactionem, debet ante omnia offerre omne id quod ex cauſa ipſius recepit. ibidem.

Differens facere id quod debet, non poteſt petere quod ſibi debetur. ibidem.

62 *Tranſactio generalis tollit omnes actiones & obligationes, etiam in iudicio non deductas.*

63 *Præſentia viri in contractu vxoris, facit ceſſare omnem præſumptionem doli & fraudis.*

DECISIO LXVI.

IN cauſa excellẽtis Comitis Simbaris cũ magnifica Ioanna de Ayerbo, prætendente reſcindere cõtractus geminatos & triplicatos initos inter ipſam, & præfatum Comitem ſuper ceſſionibus & refutationibus dicti ſtatus, aſſenſibus regiis vallatis, fuerunt pro parte prædicti excellentis Comitis oppoſitæ quamplures exceptiones ad impediẽdum litis ingreſſum, & proceſſum ad vlteriora: & in primis fuit oppoſita exceptio iuriſiurãdi, adparente ex facie inſtrumentorum tranſactionis & concordiæ roboratorum regiis aſſenſibus, quæ * enim exceptio iuriſiurandi & periutij impedit ingreſſum litis, & proceſſum ad vlteriora? per tex. in l. nam & poſteà. vbi docto. communiter, maximè Bartol. & Alexand. ff. de iureiurand. & firmat Bartol. in l. eleganter. §. ſi quis poſt. ff. de cond. indebi. & habetur in c. j. de litis conteſta. in vj. Nec poſſet parti aduerſæ ſuffragari prætenſa habilitatio à iuramento obtenta à pœnitentiario, ex quo obtinens tacuit de aſſenſu regis catholici ſuper teſtamento quondam Sancij de Ayerbis, in quo cauit, quòd ſi Ferdinãdus filius primogenitus morte præuentus fuiſſet abſque liberis maſculini ſexus, Alphonſus de Ayerbo pater ipſius Comitis ſuccederet. & licet aſſenſus prædictus fuiſſet obtentus poſt mortem Sancij & Ferdinandi: attamen valet & tenet cum clauſula, de plenitudine poteſtatis, volumus eandem vim & efficaciam obtinere, ac ſi tempore dictæ diſpoſitionis interueniſſet, non obſtante, quòd poſt mortem obtentus eſſet: ex quo cùm præſtitus fuerit ex cauſa ſeruitiorum, & in remunerationem prædicti Alphonſi, potuit Rex, etiam ſi actrix filia Ferdinandi inueſtita fuiſſet, ſibi præiudicare, & omnia iura * tollere: cum ex cauſa prędicta & in remunerationem ſeruitiorum, poſsit dominium alteri quæſitum, de iure gentium tollere: per text. in l. item ſi verberatum. vbi Bart. & Ang. ff. de rei vend. & in l. Lucius. vbi idem Bart. & Ang. ff. de euictio. & in l. Antiochenſium. vbi ſcribentes. ff. de priuilegio. credit. Et quòd * cauſa remunerationis, ſit ſufficiens principi ad tollendum dominium rei meæ, conſuluit plenè Roma. in conſilio xxx. in caſu propoſitæ conſultationis. Paulus de Caſtro conſilio cv. donatio prædicta in fin. & Decius in conſilio ccccxcviij. viſo caſu propoſito. & in conſilio cccccLxxxviij. viſo puncto. in tertio volumine. & alibi ſæpe, & ita communiter tenent docto. Cano. in c. quæ in eccleſiarum. extrà de conſtitutio. & per alios in l. fine. C. ſi contra ius vel vtilit. publ. & in proœ. digeſtorũ. Nec prodeſt prædictæ actrici authoritas Loffredi, in c. j. §. donare verſicul. cùm accidiſſet hic caſus. quali. feud. alie. poteſt. dum inquit, quòd dum hic caſus contigiſſet tempore regis catholici de comitatu Simbaris, & de comitatu Auellini, quia tractabatur de præiudicio hæredum, de conſilio magnifici Thomæ de Malferito vicecancellarij regni Aragonum, viri doctiſsimi, recuſauit Rex ipſe aſſenſum præſtare, de quo quidem ex tenore priuilegij producti in actis, adparet totum contrarium, vbi eſt ſubſcriptio præfati catholici regis, nec non & prædicti quondam magnifici Malferiti, & ſic ſalua pace prædicti magnifici Loffredi aliter ſe habuit factum, quàm ipſe ſcripſerit. Vnde aut fortè id ſomniauit, aut affinitate magnifici Pyrrhi Antonij Criſpani viri prædictæ actricis, & cognati ipſius magnifici Loffredi ductus, ita dixerit, litem futurã hanc præſentiens. Nec clauſula, abſque præiudicio iuris alieni, videtur in aliquo præiudicare eidem actrici, cùm Rex ipſe ex certa ſcientia memorando ſubſtitutionem factam Ferdinando, ſi abſque filiis decederet maſculis, & quòd demùm deceſsit relictis duabus filiabus tantum,

tantum, consensum præstitit cum clausula, de plenitudine potestatis, & quòd habeat illam vim & efficaciã, ac si obtentus fuisset in vita, non obstante, quòd decesserit Sancius & Ferdinaodus absque filiis masculis. nam clausula illa: videlicet, sine
4 * præiudicio iuris alieni. intelligitur in non expressis, & in iure, quod forte competeret aliis quàm fœminis: vel de aliquo iure particulari: vt potè hypothecæ vel simili, postquàm assensum præstitit ad exclusionem fœminarum, ne videatur aliàs incontinenti in eadem scriptura se correxisse: contra tex. in l. nam ad ea. ff. de conditio. & demonstratio. & sic mutasse voluntatem: contra tex. in cap. maiores. de pact. & in l. qui testamentum. ff. de probatio. cùm non sit præsumendum voluisse adponere dictam clausulam ad impugnandum & irritandum dictum assensum: vulg. l. si miles, qui destinauerat. ff. de milit. testamen. & facere actum frustratorium: contra text. in capitu. si ciuitas. de senten. excommunicat. in sexto. Et quòd prædicta
5 * clausula intelligatur præter quàm in expressis, decidit expressè Bald. in l. item Labeo. ff. famil. erciscũ. vbi quærit de illa clausula: saluo & reseruato. quòd si sententia esset contra legem, vel præter formam statutorum, quòd ex tunc intelligatur reducta ad debitum modum: quam iudices maleficiorum adducũt in finibus sententiarũ, vtrum aliquid operetur. & arguit primò quòd sic: per gloss. ibi. determinat tamen contrarium, secutus Iacob. de Belui. in l. si pacto, quo pœnam. in suis additio. C. de pactis. & respondet ad gloss. in dicta l. item Labeo. quod debet intelligi circa non de-
6 cisa, sed omissa. & quòd circa ea, * quæ sunt specialiter declarata, non valeat reseruatio. & ea est ratio secundum eum, quia esset sibiipsi contrarius. Ad idem accedat, quod voluit Andræ. in capitulo primo. qui successi. tenen. vbi dicit, quòd si
7 * in concessione principis seu confirmatione dicatur, iuribus alienis semper saluis, seu iuribus nostræ curiæ saluis, non operatur in concessis & expressis, sed per talem reseruationem videtur princeps reseruare alia, quàm donata, & ea, quæ insunt confirmationi vel donationi, quia generi per speciem derogatur. alleg. text. in l. sanctio legum. ff. de pœnis quibus suffragantur dicta Pauli de Castro. in consilio clxii. circa id, quod primò consenti. Sozi. consilio xliii. viso testamento. in quarto volumine. & latè gloss. Parisiens. in §. xliiii. quæstio. x. & faciunt alia multa allegata in causa comitis Condiyanni, & in aliis multis causis. Et quòd in casu præsenti dicta clausula: sine præiudicio iuris alieni, noluerit reseruare iura filiarum respectu successionis, sed iura aliorum, vel aliquod ius particulare, vt puta hypothecæ vel simile, patet, quia inter cæteras causas in proœmio priuilegii assignatas per Regem catholicum, quibus maiestas sua fuit mota ad præstationem dicti assensus: ex quibus causis arguitur mens disponentis, iuxta text. in lege tertia. & quod ibi doct. not. præsertim Barto. & Bald. de hæredibus instituen. & in l. regula. in §. si quis ius. ff. de iuris & fact. ignor. fuit, quia dispositio testamentaria prædicti Sancii fuit satis honesta & vtilis, pro conseruatione feudi in familiã, quæ per masculos conseruatur. Si igitur ad hunc effectum præstitit assensum, commeodando dispositionem Sancii sic prouidentis, si per illam clausulam: sine præiudicio iuris alieni voluisset reseruare ius filiarum respectu successionis feudi, posset de inconstantia redargui, ex quo primò concessisset assensum ad exclusionem fœminarum, & eodem contextu in eadem met scriptura, virtute dictæ reseruationis illas inclusisset. Quod non est dicendum de tanto principe, cuius præcipua fuit constantia & virtus. Item minimè meminit de assensu comitis Ripacurtiæ tunc Proregis, super transactione inita eo tempore, nec successiuè Cæsareæ maiesta. die xx. August. 1518. super dicta transactione, capitulis & assensu, ac beneplacito interposito per dictum Proregem, ac etiam super instrumẽto ratificationis prædictæ, factæ in anno 1519. sub commemoratione, imò cum inserto tenore tam dictæ primæ transactionis, quàm ratificationis inde sequutæ, quàm assensuum Regiorum desuper præstitorum, de quibus assensibus & Regiis confirmationibus oportebat fieri mentionem, aliàs * gratia fuisset subreptitia, secundum gloss. in clemen. dudum. in versic. pa- 8
ctum. de sepul. Alexan. in consi. lxii. primo volu. & in consi. cxxv. ii. volu. & Cur. senior in consi. xxxv. & ita in specie consuluit Ripa, qui optimè loquitur in secũdo libro responsũ c. xxviii. pro perfecta resolutione. in versicu. v. ex alio redditur subreptitia. nume. 29. Secundò, quia licet fecisset mentionem, quòd in instrumento vltimæ transactionis interuenerit præsentia & authoritas Eunufrii Cantelmi eius viri ac illustris Marchionis Iayni, & excellentis Caroli Spinelli, eius consanguineorum, tamen non meminit, quòd in primo contractu celebrato in anno 1518. interuenit præsentia cõsensus, & authoritas domini Antonini Siscar. Comitis agelli, eius auunculi & procuratoris, & Mundualdi per eam petiti & concessi: & minus etiam, quòd ad dictam transactionem fuit deuentum interueniente præsentia plurimorum Comitum, Baronũ, ac aliorũ nobilium, & maximè illustris don Vgonis de Moncada, prioris sanctæ Euphemiæ, tunc regii gubernatoris prouinciarum Calabriæ: & contractus transactionis fuerat celebratus in terra agelli sui auunculi, cum cuius authoritate cõtraxit, vt sic nullus possit suspicari nec cogitari metus, & minus etiam meminit, quòd in contractu ratificationis demum factæ in anno sequenti 1519. interuenit præsentia domini Ferdinandi de Angulo Hispani, & eius authoritas: & * sic præsentia & autho- 9
ritas consanguineorum prædictorum in vtraque transactinne, facit cessare præsumptionem metus. l. transactionem. & ibi not. doct. C. de transact. & firmat Barto. in l. fin. ff. si quis aliquem testa. prohib. Bald. in l. fina. C. eodem titu. Anto. de Butr. in capi. causam matrimonii. de officio. delega. & similiter præsentia * & interuẽtus dicti illustris don Vgonis, 10
tunc regii gubernatoris Calabriæ, in qua fuit celebratus dictus contractus, secundum Barto. in l. frater à fratre. ver. iii. quarto, quid de cõtractu emptionis. ff. de condi. inde. Ange. & Imo. in l. i. §. fuit constitutum. ff. ad Treb. & Ias. in d. l. trãsactionem. C. de transact. de quibus si mentionem fecisset, vel non fuisset concessa absolutio, vel reddidisset conceden

difficiliorem ad concedendum, & proinde redditur
subreptitia, vt est tex. & ibi ponderat Panor. & cæteri
in c. postulasti. ver. de leui. extrà de rescrip. idem Pa-
nor. in c. cæterũ. eod. tit. & in c. pastoralis. §. præterea.
de offic. de leg. & plenè Roma. in consil. cccxxvj. cum
seq. & in consi. cccxxxiij. & Cur. senior in consi. xxxv.
11 statuto seu capitulis Ianuæ. Tertiò, redditur † subre-
ptitia, quia non meminit se promisisse & iurasse non
petere absolutionẽ à iuramento & petita non vti: quo
casu redditur nulla: secundũ Bal. in repet. l. ij. de iure-
iur. Roma. in prædicto consi. cccxxvj. in præsenti con-
sultatione. Sozi. in consi. lix. in causa nobilium cõmi-
tum. iij. vol. & Fely. in c. debitores de iureiur. Et si di-
catur quòd fuit facta mentio vna vice in instrumẽto
transactionis, vltimo loco factæ, & tamen actrix pro-
misit & iurauit non petere absolutionem, & obtenta
non vti, etiã in instrumento ratificationis celebrato
12 in anno M.CCCCCXIX. vnde tot erant † necessariæ peti-
tiones & relaxationes, quot erant iuramẽta: & ex fine
vnius relaxationis, alterius petitionis origo profici-
scebatur. Ang. in l. Iulia. in fi. ff. de condi. indebi. & nisi
hoc ordine petatur relaxatio, standum est iuramento.
ita formaliter Bal. in repet. d. l. ij. versi. & concludo ad
primam quæstionem. ff. de iureiur. & firmat Roma. in
sæpius repetito consil. cccxxvj. & Sozi. lix. & Fely. in
13 d. c. debitores. Cum enim † fuerint plura iuramenta,
ab omnibus est necesse relaxationẽ petere, & cũ plura
essent obstacula & impedimẽta, tot debent esse subla-
tiones impedimentorum. l. pupillis. §. si ex pluribus. ff.
de oper. no. nuncia. & ita per prædicta in terminis
tradit Roma. in dicto consil. cccxxvj. & Zozi. in dicto
14 consi. lix. Quartò & vltimò, non † fecit mentionem,
quòd tempore vltimæ ratificationis iurauit se esse maio-
rem sexdecim annorũ: de quo oportebat facere men-
tionem: aliàs absolutio est nulla, vt in terminis consu-
luit Abb. in consi. lxxj. quinque dubia examinanda. in
quarto dubio. in j. vol. & sequen. Sozi. in consi. xcv. &
15 lix. Nec suffragaretur † fuisse factã mentionem de om-
nibus instrumentis, dum se ad instrumenta refert, &
voluit tenores illorum haberi pro expressis: iuxta id,
quod dicit Ang. in l. omnes. per illũ tex. C. de præscri.
xxx. anno. quia hoc non sufficit, vt in particulari in
terminis consuluit Roma. in dicto consi. cccxxvj. quẽ
sequitur Sozi. in prædicto cõsi. lix. qui omnino inspi-
16 ci debet. Nec est † omittendũ, quòd absolutio seu habili-
tatio prædicta fuit obtenta à summa pœnitentiaria,
quo casu talis clausula non operatur expressionẽ, quia
dictum Ang. in l. omnes. C. de præscri. xxx. anno. & se-
quaciũ, habet locũ in dispositione legis vel principis,
non autem in inferiore à principe, vt tradit Ang. in l.
sed & si quis. in §. quæsitũ. per illũ tex. in ver. speciali-
ter. si quis cautio. & sequitur. Alex. ibi. pro quo dicit
esse bonũ tex. in c. qui ad agendũ. de procu. in vj. Fely.
in c. nõnulli. in versi. hæc & similia. de rescrip. Deci. in
cõsi. clxv. viso tenore priuilegij. vbi latissimè. Vltimò,
habilitatio prædicta concessa fuit ad postulationem
17 partis, vt patet in ea, & sic † non motu proprio: quo
casu, etiã si obtenta fuisset à summo Pontifice, nõ suf-
ficit dicta clausula: sed est plus, quàm necessaria spe-
cialis expressio, secundum Ang. in d. l. sed & si quis. in
§. quæsitũ. in fi. si quis cautio. Roma. in cõsi. cccxxvij.
Istæ sunt rationes. & sequitur Deci. in d. consil. clxv.
viso tenore priuilegij. Nec præmissis refragatur clau-
sula: & cum solennibus clausulis, conditionibus, cau-
telis, & iuratoriis renuntiationibus, personę & bono-
rum quorumcũque obligationibus efficacibus & for-
tissimis, & alia. & præmissa forsan cum diuersis aliis
clausulis, promissionibus, & iuratoriis renunciationi-
bus, & personarum, ac bonorũ obligationibus, aliisq;
insolitis ac fortissimis & efficacioribus cautelis pro-
cesserunt, & facta fuerunt, &c. & alia. Nos igitur dicti
instrumẽti & aliorum omnium hic de necessitate ex-
primendorum tenores & cõtinentia, formas & com-
pendia, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omis-
sum insereretur, præsentibus pro plenis sufficienter
expressis habentes & attendentes, quòd iuramentum
non debet esse vinculũ iniquitatis &c. Nam præmis-
sa † non euacuant vitium subreptionis; quia non suf-
ficit in genere facere mentionem, sed requiritur no- 18
tabilis expressio eorũ, quæ potuissent diuertere prin-
cipem ad non concedendum, seu difficilius cõcedendum,
dum, vt dixit not. Panor. in c. in nostra. de rescrip. Bal.
in c. cum dilecta. eod. titu. Panor. in cap. ij. de dolo &
contu. Nec euitatur obreptio, si quis per inuolucrum
verborum effugiat deliberatã mentem principis. Ita
Panor. post Ioan. in d. c. cum dilecta, quia nõ sufficit,
† vt impetratio à subreptione saluetur exprimi ge- 19
neraliter factum, nisi etiam exprimatur modus &
qualitas facti: vt dicit glo. in c. dilectus filius Abbas. in
ver. causa. de rescrip. Et huius est ratio, quia ex ea ge-
neralitate, quæ obscuritatem parit, de facili princeps
potest circonueniri: vt in l. fin. in fi. C. de dot. promis.
Ita in propriis terminis in absolutione à iuramento,
concludit Roma. in prædicto consi. cccxxvj. & sequi-
tur Cur. senior in consi. xxxv. statuto & capitulis Ia-
nuæ. & Sozi. in dicto consil. lix. Præterea, vltra exce-
ptionem periurij, obstat exceptio † transactionis & 20
ratificationis factæ ex interuallo, & alterius ratifica-
tionis subsecutæ: imò etiam nouæ & geminatæ trãsa-
ctionis subsecutæ, etiam ex interuallo decẽ annorum:
quæ transactionis exceptio de per se, circunscripto
iuramento impedit litis ingressum, & processum ad
vlteriora, per tex. in l. elegãter. §. si quis post. ff. de con-
di. inde. & in l. transactionem finitam. C. de transac. &
in dicto c. j. de litis cõtest. in sexto. quia aut actrix vult
venire tanquàm decepta dolo re ipsa, & enormiter
læsa, & non potest, stantibus amplissimis renuntiatio-
nibus tam in prima transactione, quàm in secunda &
tertia ratificatione, exceptione doli, vi, metus, in fa-
ctum, & omni legum auxilio. Item stante donatione
facta ex certa scientia, de omni eo, quòd fortè plus vale-
rent iura cessa & renuntiata, quia potuit renunciari,
remedio l. ij. de rescin. vend. & per doctores in dicta l. ij.
Item potuit renuntiari omni legum auxilio, vt per
Bart. in auth. matri & auiæ. C. quando muli. tut. offic.
fun. pot. Item quia transactio non potest rescindi præ-
textu læsionis, etiam vltra dimidiã iusti pretij: vt tra-
dunt Cyn. Bald. & Saly. in l. ij. C. de rescin. vend. Bald.
in l. ordo. de execu. rei iudi. & in l. fin. §. j. C. commu. de
leg. scribentes in l. si quis cum aliter. ff. de verb. oblig.
& Moder. in l. fratres. C. de transac. vbi firmat hãc esse
communem opin. & tenet etiam Alex. in consil. xliij.
super præmisso themate. in j. volum. Et hoc, nisi habi-
to respectu dubij euentus litis; daretur læsio vltra di-
midiam, & sic etiam fuisse decisum in consilio refert
Afflict. in decis. ccxx. licet in casu nostro nulla etiam
in minimo læsio considerari possit cũ virtute transa-
ctionis prædictæ cũ fuerint soluti prædictæ actrici plus

quàm scuti viginti mille, excedentes tunc temporis
valorem dictæ terræ Simbaris, vt liquet ex actis. Item
obstat actrici exceptio, quã de euictione tenet actio,
eundem agentem repellit exceptio, de qua in l. vendicante. ff. de euictio. Similiter per Comitem opposita, quia in vltimo transactionis instrumẽto promisit
euictionem in ampla forma: imò etiam dedit fideiussores de euictione. & ideo nunc agendo repelli debet
à limine iudicij, & omnis sibi audientia denegari, ex
21 quo dicta exceptio † est de exceptionibus impedientibus litis ingressum, & processum ad vlteriora, licet
posit etiam opponi ad merita, per text. in l. iij. C. de
fide instru. & iure hastæ fisca. libro x. vbi not. Bart. &
sequitur Philip. Franc. in dicto cap. j. de litis contesta.
in sexto. Item obstat actrici exceptio pretij nõ soluti,
nam si prætendit tot transactiones rescindere, haberet necesse restituere acceptum, vt est casus in l. si di-
22 uersa. C. de transact. vbi † qui vult rescindere transactionem, tenetur ad restitutionem acceptorũ. ibi hoc
etiam not. Paulus de Cast. & Saly. & not. Bald. in c. j.
23 §. not. de his qui feu. da. pos. vnde cum teneatur † ad
restitutionem opponente conuento, impeditur agere, vt not. doct. in l. iurisgentium. ff. de pac. & in l. filiæ
licet. C. de collatio. & in l. Iulianus. §. offerri. de actio.
empt. Bald. in l. cum traditio. C. de actio. empt. & ita
aliàs meminit Affli. fuisse decisum in consilio, in sua
decis. suprà. d. iij. dubio. Vltimò considerandum est,
quòd xb anno M.cccccxiiij. quo fuit obtentus assensus
à Rege catholico super testamẽto Sancij, decursi sunt
anni xxx. Item, ab anno M.cccccviij. quo fuit inita
dicta transactio, sunt elapsi anni xxxvj. & semper terra Simbaris fuit tenta & possessa per Alphonsum, &
demum post eius obitum per modernum Comitem
cum præstatione militaris seruitij: & sic cum nõ agatur nũc cum fisco, sed inter priuatos, etiam si aliquod
ius competiisset actrici, fuisset exclusa præscriptione,
vt in cap. si quis per xxx. & ibi Andr. si de feu. fue. con.
& habetur in constitu. quadrigenalem. quæ exceptio
similiter est impeditiua litis ingressus, & processus ad
vlteriora, secundum tamen distinctionem Bart. in l.
24 fin. ff. pro suo præsertim, quia ex † instrumentis publicis & regis assensibus dicitur euidentissimè constare,
iuxta dictum Bart. in l. j. versic. venio ad quæstionem.
ff. de no. oper. nuntia. iuxta text. in cap. cum dilecti. de
donatio. & in cap. cum contingat. vbi hoc not. Anto.
de Bur. in tertio notabili. de rescrip. & in c. licet causam de probatio. Et sic stante voluntate Sancij senioris de conseruando terram ipsam in familia, deficiente primogenito sine masculis, & consideratis tot ratificationibus, cõtractibus & regiis assensibus, ac transactionibus, ac exolutione scutorũ viginti mille in circa, æquiualentium, ne dum dubio euentui litis & prætensis iuribus actricis, sed vero pretio æstimationi &
valori terræ prædictæ factis, in quã pro obseruãtia &
executione iustæ & honestæ auiæ dispositionis, stante
tam notoria iustitia, molestari prædictus excellens
Comes non debet, obstantibus tot exceptionibus validissimis & vnaquaque ipsarũ, prout exceptio iurisiurandi, periurij, transactionis. Item quem de euictione tenet actio, &c. Item pretij non soluti, & præsumptionis, & qualibet ipsarum impedientibus litis ingressum & processum ad vlteriora, vlterius molestari. & ita fundatur ex præmissis prædicti excellentis
Comitis intẽtio. Pro parte vero prædictæ Mag. actricis dicitur esse in causa ipsa procedendum, non obstantibus exceptionibus prædictis, & incipiendo ab
exceptione iurisiurandi dicitur, iam est prouisum per
absolutionem seu habilitationem à iuramẽtis. Nunc
autem circa subreptiones & obreptiones allegatas,
dum dicitur, tacitam fuisse præsentiam dom. Antonij
Ianuarij tunc præsidentis sacri Consilij, quia non interuenit, vt iudex, nec vt superior, ita quòd ex eius
præsentia dici posset † ex eius metus vel dolus, sed in- 25
teruenit vt testis: qui non approbat contractum nec
reprobat, argum. l. Caius. ff. de pigno. act. † & talis præ- 26
sentia non inducit consensum. l. Titia. §. Lucia Titia.
ff. de lega. ij. & Angel. in l. quidam. ff. de euic. & accedit
consil. Paulus de Castro. lxxiiij. & quæ dicit Bartol. in
l. sicut. §. non videtur. quib. mo. pigno. vel hyp. solu. &
plenè Ioan. Lup. in repe. rub. de dona. inter vir. & vxo.
& ponit glo. in consue. feud. paris. §. xiij. in glo. j. & sic
præsentia † illa non adhibita ad illum finem, nihil o- 27
perari poterat: cùm operari nõ potuisset vltra intentionem agentis. l. non omnis. cum simil. ff. si cer. peta.
& sic taciturnitas præsentiæ prædicti domi. Anton. vt
testis interuenientis, non inducit subreptionem nec
obreptionem. c. plerunque. cum ibi not. de rescriptis.
Secunda subreptio vana est, cùm contrarium adpareat ex inspectione absolutionis, in qua facti series
per extensum narratur, & geminatione non obstante
Papa ex iustissimis causis in rescripto narratis, concedit habilitationem, vt agere posit. Tertia subreptio minimè suffragari adparet, dum præsupponitur
non fuisse factam mentionem de receptione pecuniæ
& ratificatione contractuum: quia eo modo tollitur,
ex quo procurator, qui ratificauit, non habuit mandatum ad ratificandum: sed tantum ad recipiendum
pecuniã & nedum de promissione pecuniæ, sed etiam
de solutione & quietatione per actricem facta excellenti Alphonso mentio facta fuit. Quinimò & si men-
tio † facta non fuisset, adhuc non vitiaretur prædicta 28
habilitatio: quia receptio pecuniæ, quę fit per contrahentem, non purgat mentem, nec alios præcedentes
defectus: voluit enim contrahens sibi magis cautum
esse: nec per hoc approbare contractum. Ita Bartol.
Angel. & Fulg. & moder. in l. ij. ff. de condic. ob turp.
cau. glo. Bart. & alij in l. ij. C. quod metus cau. & consequenter postquam ex receptione pecuniæ non resultauit approbatio contractus, quæ posit reddere
Pontificem difficiliorem ad cõcedendum absolutionem prędictã, non erat de ea opus facere mentionem:
vt not. in cap. super literis. de rescrip. Item attenta natura iudicij, solutio pecuniæ parum operatur circa
metus purgationem: vt dicunt docto. in dicta l. ij. & in
dicta l. iiij. Imo. & moder. in l. naturaliter. ff. de acquir.
poss. & in cap. super hoc. de renuntia. Quartò, nec militat prætensa subreptio taciturnitatis testamenti regio assensu roborati quondã Sancij aui paterni primi
acquirentis: quia id narrare non cogebatur, nec similia, ex quibus resultare potest exceptio peremptoria:
per text. in cap. j. de litis contesta. in vj. & ibi Archid.
& Ioan. monach. vbi subdunt † quòd sicuti actor in 29
libello non tenetur facere mentionem de exceptione rei, ita pariter in rescripto. vnde videmus, quòd
rescriptum non faciens mẽtionem de priuilegio, per
quod † priuilegiato conceditur exceptio peremptoria, valet, & non vitiatur: vt obreptitium vel subre- 30
ptitium, secundum communem canonistarum regulam

lam, secundum Fely. relatam in cap. j. de rescript. ex-
ceptis exceptionibus rei iudicatæ & transactionis, &
iurisiurandi, quæ impediunt litis ingressum; de cæte-
ris mentione non facta, obreptionis vel subreptionis
vitium non inducitur: vt dicunt docto. in cap. super
30 literis. & maximè Fel. de rescript. & in cap. ex literis.
31 de offic. deleg. ex quo † potest iudex alias exceptiones
non admittere si vult, ante litem contestatam: vt di-
cit Panor. in cap. fin. de libel. obla. & fortius dicitur,
quòd etiam falsitas narrata circa merita causæ. vnde
32 resultat. quòd † exceptio peremptoria non reddit re-
scriptum subreptitium: vt dicit Panor. in c. ex parte.
de foro compet. Congerit latè Ripa in dicto cap. j. de
rescrip. Et consequenter dum prætenditur obreptum
vel subreptum, tacendo testamentum, quod præten-
ditur Regio assensu roboratum, non ex hoc vitiabi-
tur rescriptum, ex præmissis. Quintò, nec militat ta-
cuisse se in anno M.cccccxix. iurasse esse ætatis anno-
33 rum xvj. tum † quia contractus celebratur cum per-
sona coniuncta, qui poterat eius ætatem non ignora-
re, ideo non poterat se circũuentum asserere per iura-
mentum contrahentis. ita dicit Alexan. in l. qui iuras-
se. ff. de iureiurando. limitans dictum Gulielmi, ibi.
refert & sequitur Ias. in authent. sacramenta pube-
34 rum. C. si aduer. vend. Tum, quia † habilitatio à iura-
mento ita concedit maioribus, sicut minoribus, ra-
tione enormissimè læsionis: vt dicit Antonius de But.
in cap. cum contingat. de iureiur. Anch. in cap. ij. eod.
titu. & dicit Anton. de Alexan. in l. stipul. hoc modo
concepta. ff. de verbor. obliga. refert & sequitur Affli.
in decisio. cccxxij. comprobatur ex not. per Feder. de
Sen. in consilio cxcix. & per eundem Ancho. in reg.
accessorium. de regu. iur. in vj. & sequitur Campen. in
trac. priuilegiorum dotis. in iiij. parte. in xv. quæst. Et
successiuè non est curandum si tacuerit se iurasse ma-
iorem, postquam ita concessurus fuisset maiori, sicut
minori, stante enormissima læsione. Text. est in cap.
dudum. in versic. considerantes. de præben. in vj. & in
cap. si pro clericis. eod. titu. & est de intentione Inno.
& Hosti. in c. ex literis. de transac. & domini de Rota
in decisi. lxvij. Sextò, dum prætenditur tacitum fuisse
de promissione euictionis, salua pace: quia contra-
rium adparet ex tenore habilitationis. Nunc autem
considerãdo clausulas in dicta habilitatione conten-
tas, ibi dum dicitur, tenores continentias, formas, &
compendia, ac si de verbo ad verbum nihilo penitus
35 omisso insereretur †, præsentibus pro plenè & suffi-
cienter expressis habentes, quæ clausula operatur, vt
perinde habeatur, ac si omnia contenta in instrumen-
to specialiter & nominatim expressa fuissent Ponti-
fici. Ita Feder. de Sen. in suo consil. xlvij. Incipien. ha-
bita super casu promisso. & voluit Baldus in capit. di-
36 lecta. de rescript. vbi inquit, † quòd quando Papa di-
cit, quòd tenor habeatur pro expresso de verbo ad
verbum, nulla obstantia officit. Idem tenet Angel. in
l. omnes. per illum text. C. de præscrip. xxx. vel xl. an-
no. & in l. sed & si quis. §. quæsitum. ff. si quis caut. & in
consilio cclxxiij. Albert. in l. j. C. quando imper. int.
pupil. & vidu. Ioan. de ana. in consil. in lvj. bis, quæ in
facto sunt, visis. & sic quando omnia præmissa non
procederẽt, ex sola clausula prædicta excluderetur om-
nis obreptionis & subreptionis obiectio, cum omnia
censeantur narrata & expressa Pontifici. Secundò,
37 consideranda est † alia clausula in rescripto prædicto:

videlicet, præmissis ac quibusuis aliis in contrarium
facientibus, non obstantibus quibuscũque. per quam
clausulam ostenditur de intentione Pontificis fuisse
cõcedere absolutionem à iuramẽto, etiam si quæcun-
que obstantia sibi nota fuisset: & sic non potest consi-
derari vitium subreptionis & obreptionis in eo: vt
dixerunt domi. de Rota in decisio. cccxl. præpositus
in capit. oblatæ. de appel. Sozi. in consil. lxiij. iij. volu.
Ancho. in consil. ccxcv. Gozad. in consil. xxv. & con-
silio lxxxv. bene facit, quod scribit Paulus de Castro
in consil. ccxix. super puncto isto. vbi † dicit, quòd li- 38
cet quando non narratur qualitas spuritatis, redda-
tur rescriptum subreptitium: tamen si princeps vti-
tur verbis generalibus, includentibus qualitates, su-
per quas prouidet, cẽsetur dispensatum, & gratia non
vitiatur. Et dicit Baldus in prælud. feud. quòd clausu-
la † non obstantibus. plus operatur, quam clausula: ex 39
certa scientia. refert & sequitur Areti. in consil. xv. &
Deci. in consil. cccxlj. Si ergo clausula: non obstanti-
bus. plus operatur quam clausula: ex certa scientia.
cum verbis ita prægnantibus, sine dubio dicendum
est, rescriptum prædictum reuocari in dubium mini-
mè posse, per not. Bartol. in l. conficiuntur. §. codicil-
li. ff. de iureiur. codi. & in consil. cxcvj. ciuitati Came-
rini &c. vnde dicit Oldr. in consil. cclvij. quòd † clau- 40
sula: ex certa scientia. facit valere illud, quod aliàs pa-
tiebatur defectum, & qui † contra illud, quod facit 41
princeps ex certa scientia opponit aliquid, debet re-
pelli. Dicit Baldus in capit. j. §. si quis autem. de pace
Const. & in l. eos. de appellat. Imò † in tali casu nihil 42
opponi potest, quod annullet gratiam. Ita Baldus in
proœmio decret. & cumulat Deci. in consi. cccccclv.
& in dicto consil. cccxlj. vbi firmat vitium obreptio-
nis, eo casu allegari non posse. Et sic vltra particula-
res responsiones, clausularum prædictarum virtute
attenta, reiectis subreptionibus & obreptionibus sic
figuratis, non obstãte exceptione iurisiurandi, & per-
iurij, videtur debere ad vlteriora procedi. Et minimè
obstat exceptio transactionis: quia metu, vi, & re ipsa,
dolo, ac enormissima læsione, dolóque ex proposito,
spolio præcedente violento, existentibus, vt plene ve-
rificabitur concesso termino, ex qua verificatione re-
scindentur & annullabuntur omnes contractus men-
tionati. Et licet iuris † articulus sit dubius, si data enor- 43
mitate læsionis transactio rescindatur, de quo in l. si
quis cum aliter. ff. de verb. oblig. & in l. ij. C. de rescin.
vendic. Tamen † enormissima læsione accedente, & 44
inspecto litis euentu, omni consensu concluditur an-
nullari seu rescindi contractum prędictum, vt cumu-
lat latæ Moder. Pantaleo in repetition. l. ij. C. de re-
scin. vendic. xj. extensione. Imò, hoc casu consensum
deficere ab actu & dolo, & metu, initos contractus
fuisse, actrix exhibebit in meritis causæ, cùm requi-
rant probationem & † altiorem indaginem, ad me- 45
rita reseruare opus erit: iuxta not. per Bartol. & Doct.
in l. nam & posteà. ff. de iureiurando, & in l. ille, à quo.
in §. si de testamento. ff. ad Trebel. Paulus de Castro,
in consil. lxxxij. in antiquis. bene facit quod dicit Io.
Andr. in dicto cap. j. de litis contest. dum dicit, † quòd 46
tunc exceptio transactionis impedit litis ingressum,
quando est facta bona fide. Secus, si mala fide, vt in
casu præsenti: quia tunc non impedit. refert & sequi-
tur ibi Philip. Franc. versi. in eadem glo. benefaciunt
not. per Bal. Saly. & alios in l. ij. C. de edic. diui Adria.

tollen.& Moder.in l.iiij.§.cōdemnatum.ff. de re iudi.
47 & licèt† exceptio transactionis impediat litis ingref-
sum,cùm sit exceptio litis finitæ: vt per Bartolum:in
l.eleganter.§.si quis posteà. ff.de condi. & in l.nam &
posteà.ff.de iureiuran.& in cap.j.de litis contest. in vj.
quòd est verum,etiam si is,qui transegit,sit lęsus vltra
dimidiam iusti pretij , non potest transactionem re-
scindere.l. Lucius.§.fina. & ibi glossa , & Bartol.ff.ad
Trebel.Cano.in cap.cùm causam.de empt.& vendic.
consuluit Alexan.consil.xl.super præmisso themate.j.
volum. tamen quando transactio continet enormis-
simam læsionem ,etiam habito respectu ad dubium
48 litis euentum,absque † dubio potest rescindi : præsu-
mitur enim in ea inesse dolus ex proposito, prout in-
esse censetur,quando adest enormissima læsio : vt no.
Doctor.in l.si quis cùm aliter.ff.de verb.oblig.& in c.
quintauallis.ff. de iureiur. per Bart. in l.si societatem.
§.arbitrorum. ff. pro socio. & in hoc casu enormissi-
mè læsionis concludunt communiter Docto. proce-
dere opin.Bart.in l.ij.C.de rescin. vend. quòd transa-
ctio rescindi potest,ex remedio dicta l.si quis cùm ali-
ter. Ita concordando dictos casus , multum notabili-
ter concludit Philip. Cor. in consil.clxvj. circa pri-
mum.versicul.nec obstat.j. volum. Nec obstaret iam
dictum , quòd exceptioni doli & enormissimæ læsio-
nis sit renunciatum cum iuramento,qui dolus præte-
ritus & præsens remitti potest. l. si vnus. §. illud. ff. de
pac.l.Aurelius.§.Caius.ff.de libe.lega.Sic etiam enor-
missimæ læsioni renunciari potest.dicta l. si quis cùm
aliter.Imo.in cap. cum contingat. de iureiuran. Nam
actrix ipsa ex verbis quantumuis generalibus & præ-
gnantibus,non videtur habuisse animum remittendi
tam apertissimum dolum, & læsionem tam enormis-
simam , quòd voluerit abdicare à se dominium terræ
Simbari: quę tam clarissimo iure ad se spectabat, nihil
49 habito† seu recepto à præfato Alphonso, & sic quare-
nus renuntiauerit dolo & enormissimæ læsioni , non
videtur propterea sibi præiudicasse ,quo minus pete-
re non possit rescindi contractus ex causa excessiua,
& enormissima læsione:iuxta not. per Anton.de But.
& Moder.in dicto cap.quintauallis.vbi si quis permi-
sit non venire contra contractum ratione enormis,
vel enormissimæ læsionis,poterit venire cōtra , siqui-
dem fuerit enormissimè læsus. Pro quo etiam facit,
quod not.Bart.in l.doli clausula.§.si.ff.de verb. oblig.
& in l.penul.§.idemq́; sit.ff.de condi.inde. Qua enim
facilitate fuit inducta ad transigendum ,eadem fuit
inducta ad renuntiandum : & prout fuit decepta in
transigendo.ita etiam in adponendo dictas clausulas,
& faciendo dictas amplissimas renuntiationes : præ-
sertim quia huiusmodi clausulæ adponi solēt de stylo
notariorum: vt dicit Bart.in l.iij.ff.de codic.Et ex prę-
missis & aliis rationibus , multum singulariter con-
suluit in particulari Pet.Philip.Corn.in cōsi.clxxxix.
per totum consil.incip.in præsenti &c. j.volum. & in
consil.clxvj.penul.col.versi. nec obstat. in eod. volu.
Sozi.in consi.clxiij.versic.ad præmissa etiam adduco.
50 in ij.vol.Vbi in fortioribus† terminis voluit, quòd si
quis contrahit cum adolescente consumpturo , dici-
tur dolosè facere: quantò magis in dolo esse præsumi-
tur,qui cum eo contrahit , qui cōtrahendo consumit.
argu.l.si quis cùm sciret.ff.de vsuc.pro empt.& in l. quod
si minor.§.restituere. ff. de minori. & concludit con-
tractum sic initum,esse rescindendum. Idem per plu-
ra in contractu transactionis data enormissima lęsio-
ne, firmat Decius in consi.ccxvj.versic.concludendo
tamen.ij.volum.& sic præsupposito dolo,circumuen-
tione,ac enormissima læsione, prout clarissimum est
in casu præsenti , rescindi potest allegata transactio:
& per suprà dicta , non erit exceptio† litis finitæ & 51
impeditiua litis ingressum.Illa enim exceptio transa-
ctionis impedit,quæ bona fide,sine dolo , & legitimè
facta est: vt in l.causas.C.de transac.not.Bal.in cap.con-
stitutus.de transac:Ioan.Andr. & Philip. Franc.in c.j.
de litis contest:non autem transactio , de qua agitur,
in qua apertissimus dolus,manifesta circumuentio,&
læsio plusquàm enormissima deprehenditur.Nec suf-
fragari posset , quòd transactio prædicta fundetur in
testamento quondam Sancij,regio assensu roborato:
nam testamentum est nullum & inualidum, tanquam
stipulatum † per notarium vasallum : & assensus seu 52
confirmatio non validat ea , quæ nulla sunt , sed quæ
valida sunt tempore confirmationis.l. Aurelius.§.te-
stamento.ff.de libe. lega.l. si quis priore. ff.ad Trebel.
quæ iura ad hoc allegat Alber. de Rosa. in prima par-
te statut. xxj. quæst. nec assensus dictum testamentum
roborat,nam fuit impetratum in anno M.cccccīiij.&
testamentum fuit conditum in anno M.cccclxxxxiij.
& sic per annos xj.post testamentum,& fuerunt in eo
expresè reseruata iura aliena , per quæ verba non vi-
detur in aliquo derogatum iuribus prædictæ actricis.
Imò voluit Rex cathol. illa expresè reseruare , nam
licet princeps in dubio præstando assensum non vi-
deatur derogare iuri tertij , sed illud reseruare. l. nec
auus.C.de emancip.libe.& quod voluit Bal.in l.quod
principi.ff.de consti.tamen quādo princeps† in priui- 53
legio aliena iura reseruat,solum ius , quod ipse habet,
concedere videtur: & si ius aliquod non habet , nihil
concedit.Ita Baldus in l.fin.iiij.quæst.C. de edic. diui
Adr.tollitur.† Illa enim clausula: iuribus alienis saluis 54
importat conditionem , scilicet , quando aliena iura
sint salua,& rex concedens sub illa clausula non tene-
tur de euictione: vt tenet And. de Iser.in cap.j.in prin.
de lege Corrad.& ad finem† inualidandi actum , plus 55
operatur expressa reseruatio , quàm tacita: vt dicit A-
lex.in consil.lix.iij.vol.firmat Affli. in cap.j. ver.bene
tamen præsumitur , &c. qui succes. tenet. sed in casu
præsenti nedum in fine assensus adest clausula: alienis
iuribus semper saluis. sed in corpore & in dispositio-
ne dicitur,citra tamē præiudiciū alieni iuris.Et† qua 56
reseruationis geminatione adparet de enixa volunta-
te Regis catholici , nolle iuribus clarissimis prædictæ
actricis derogare : geminata enim verba maiorē effe-
ctū voluntatis & obligationis arguūt & inducunt.l. si
stipulatus.ff.de vsucap.l.ij.ff.de manu.testam.cumulat
multa Sozi.in suo consi.xv.ix.colu.versi. tertius verò
tractatus in j.volu.Item , assensus minimè suffragatur,
stante eius clarissima obreptione : non enim expres-
sit,quòd prædicta actrix post mortē sui genitoris Fer-
dinandi successerat in terra Simbari , & ipsius posses-
sionem ceperat , & quòd de ea fuerat inuestita per
priuilegium suæ Maiest. Quæ omnia si eidem inno-
tuissent, ingenuè credendum est, prædictū catho. Re-
gem huiusmodi assensum non pręstitisse,& per conse-
quens de eo iudicandum est,ac si præstitus non fuisset:
rescriptum † enim principis , non faciens mētionem 57
de possessione alterius,nullum est:& quando quidem
præstitus sit, iuribus prędictæ actricis non pręiudicat:
vt dixie

vt dixit pulchrè And.de Iſer.in cap. j.§. præterea.quibus mod. feud. amit. vbi ſi conceditur inueſtitura, & inueſtitur aliquis de feudo,quod ſpectat ad alium, de quo alius ex ſucceſsione debuit inueſtiri,talis inueſtitura ei non nocet ſequitur Affli. in dicto §. præterea. Secundò probatur, debuit enim facere mentionem de poſſeſsione actricis, quam cepit poſt mortem Ferdinandi patris:& quatenus in eo mẽtio non ſit facta, aſſenſus non remanet abſque vitio obreptionis: vt dicit Imol.in capit. dudum. & ibi gloſſa. de priuileg. & cõmuniter omnes in l. meminerint. C.vnde vi. Cuius aſſenſus inualiditas comprobatur ex eo, quia Alphonſus ſpoliauit actricem,tunc pupillam poſſeſsione ter-
58 ræ Simbari, vt eſt notorium, & patet ex † ſcripturis vltimo loco præſentatis per actricem.quo caſu aſſenſus ſiue confirmatio nihil operatur in fauorẽ ſpoliantis,nec ſpolianti tribuit aliquod ius:vt eſt tex. in l.authen.C.vnde vi.glo.in l.ij.C.de fun. & ſalu.rei do.lib. xj. per quæ iura infert multum not. Bald. in cap. j.de
59 ſucce.feud.quòd ſi† quis inuaſit caſtrum.quòd erat alterius, & eius poſſeſsionẽ acquiſiuit per inuaſionem, & princeps illud confirmat, confirmatio eſt ipſo iure nulla, cùm per obreptionem talia priuilegia concedãtur,quæ obreptio ſemper præſumitur, cùm de alienis rebus ſit confirmatio.l.diligenter.C. de aquæ duc. Sequitur Luc.de pen.in dicta l.ij. vbi etiam eſt text.C. de fun.& ſal.rei domi.lib.xj.ponunt Docto. in l. iuſtè poſsidet.ff.de acqui.poſ.Alexand.conſil. xiij. incip.ex his,quæ in themate.verſic.vij.in vj.volu. ponit etiam Affli.in cap.j.per quos fiat inueſt.& in cap. j.iiij. not. de contro.inter.epiſ.& vaſal.& eſt tex.ad literam,per quem deciditur præſens quæſt.in c.ſollicitè.de reſtit. ſpo. vbi ſpolians non auditur in exceptione renuntiationis,ante factam reſtitutionẽ: non enim eſt veriſimile,quòd ſponte iuri ſuo renuntiauerit, quòd ſpoliatus renuntiat.per quem text.ita,vt ſuprà,cõcluſum eſt,firmant Ioan.de Imol.& Cardi. ibidem. Cùm igitur dominus Alphonſus ſpoliauerit dominam Ioannam Actricem poſſeſsione terræ Simbari, vitio ſpolij non purgato, nedum aſſenſus& cõfirmatio in aliquo modo opitulatur parti aduerſæ, quin non facta reſtitutione terræ prædictæ, audiri non debet. Et nequaquam obſtat excogitata ſubreptio taciturnitatis regiorum aſſenſuum impetratorum ſuper contractibus initis cum ipſa,ex quo ex verbis in habilitatione contentis, liquet fuiſſe factam mentionem de omnibus, quæ ad validitatem contractuum prędictorum requiruntur:dicitur enim, quòd efficacißimis & fortißimis cautelis proceſſerunt, non eſſent vtique validæ cautelæ, abſque regio aſſenſu, vt notum eſt: ea enim videntur expreſſa, ſine quibus contractus ipſi valere non poſſunt:arg.l.ij.ff.de iuriſd.om.iudi.l.fi.ff. de offi. eius,cui mand.eſt iuriſd.cap.præterea. de offic. deleg.
60 & ibi per Doct.communiter. Vltimò,in † abſolutione ſeu habilitatione prædicta, ſummus pœnitẽtiarius habuit tenorem inſtrumenti ac aliorum de neceſsitate exprimendorum,formas,continentias,& compendia, ac ſide verbo ad verbum, nihil penitus obmiſſo, inſereretur:per quæ verba inhabilitationis bulla appoſita,omne ſubreptionis vitium tollitur: vt ſingulariter voluit Ange.in l.omnes. de præſcrip. xxx. anno. & conſuluit Alex.in ſuo conſi.xxx.j.volum.per illum text.& dixit not.Bald. in cap.dilecta. de except.quòd quando obſtat aliquid,de quo oportet fieri ſpecialem mẽtionem,ſufficit,quòd Papa exprimat in reſcripto, quòd tenor obſtantium habeatur pro incerto de verbo ad verbum:quia tunc nulla obſtantia officiunt,& licet Aret.in l.j.C.quando imper. inter,pupil.& vid. in fi.quem ſequitur Deci.in conſil.cxlij.j.volu.videatur tenere contrarium in reſcripto ad partis poſtulationem obtento: tamen verior eſt contraria opinio, de qua latè per Iaſo.in l.j.verſic.ſecundò no.limit.ff.ſi quis in ius vocan. non ier. comprobat nouißimè per multa Loffred.in ſuo conſi.xij.verſi.nec obſtat. Igitur cùm in inſtrumento ſit dictum:regio aſſenſu & beneplacito obtento & impetrato, & eius tenor habetur, ac ſi eſſet inſertus de verbo ad verbum, proinde cenſeri debet, ac ſi ſingulariter & ſigillatim omnia ex-
præſſa fuiſſent:& ex cõſequenti tollitur† vitium ſub- 61
reptionis,præſertim in caſu, de quo agitur, in quo in habilitatione iniungitur, prædictã actricem abſolui, præmiſsis & quibuſcunque aliis in cõtrarium facientibus non obſtantibus:per quę verba nedum reſcripti ſubreptio tollitur,ſed etiam tranſactio iurata: vt per Calde. latè in conſil.xxvij. In Dei nomine. latè ſuprà deductum.Ex quibus tãdem per ſacr.Conſi. in diuerſas ſentẽtias & vota proceſſum extitit,& vltimò ſtante æquali contrarietate votorum inter ipſos magnificos cõſiliarios, vno ſuperaddito, ratione ipſius maioris numeri pronuntiatum fuit exceptione iuriſiurãdi ad merita reſeruata eſſe in cauſa ipſa adulteriora procedendũ. à quo decreto interpoſita reclamatione per conuentum Comitem, pendet adhuc reclamatio in eodem ſacro Conſil. necnon & in Conſil. collaterali corã illuſtrißimo dnn Petro de Toledo Prorege. per quem die ij. Iulij M. ccccxlv. aſsignata ad votãdum, & congregatis ambobus Conſiliis coram ſua illuſtrißima dominatione, & ſigillatim vnuſquiſque reddendo rationes voti ſui.dicebam ego, prout per prius dixeram, nullatenus ſtantibus exceptionibus oppoſitis poſſe in cauſa ipſa modo aliquo procedi: & maximè
exceptione tot geminatarum tranſactionũ,nam † ge- 62
neralis tranſactio tollit omnes actiones & obligationes,etiam in iudicio non deductas: vt dixit ſatis not. Bart.in l.cum Aquiliana.ff.de tranſac.Anto.de bu[illegible].& poſt ipſum Abb. in c.j. extrà eod.vbi admonẽt tranſigentes,ſi velint generaliter liberari,ne parcãt verbis. & cum eiſdem tranſit Ang. in l. tres fratres. ff.de pac. Bal.in l.pactum,quod dotali.C.de coll. vbi conſuluit, ne renuntiantes vtantur verbis generalibus, ne effuſo ſermone in periculũ incidant. & idem conſuluit plenè Alex.in conſi.xj.ij.vol.Aret.in cõſi.cxlviij. & Aug. de are.in §.actiones. inſtit. quib.mod.tol.oblig. Item
† & ſecundò, me mouet alia ratio, quæ eſt, vt tranſa- 63
ctio non reſcindatur,etiam ob deceptionem vltra dimidiam iuſti pretij: vt dixerunt Cyn. Bal.& Saly.in l. ij.C.de reſcin.ven.Bald.in l.ordo.C.de execu. rei iud. Moder.in l.fratres.C. de tranſac. vbi firmant iſtã eſſe communem opin.Pro qua allego tex.in terminis,minimè allegatum per tot legum vertices,in l.Lucius.§. fi.ff.ad Trebel.vbi ſubdit Alber.formaliter,nota magnam authoritatẽ & virtutem tranſactionis. & idem voluit Iac.de arena in l.ſi voluntate.C.de reſcin.vendic.nec militaret dicere prædicta locum habere, niſi
† dolus interuenerit: ex quo in caſu, de quo agitur, 64
nullatenus præſumendum eſt dato interuentu & præſentia illuſtris marchionis Layni cõſanguinei, & Mũdualdi actricis, necnon & excellentis Comitis Ayelli

& comitis Seminariȩ similiter coniunctorũ, quorum interuentu & præsentia omnis fraus, metus, & dolus cessare apparent, vulg. l. transactioné. & ibi Bart. C. de transac. Bar. in l. fi. ff. si quis aliquem testa. prohi. Bald. in l. fi. C. eod. tit. Ang. & Imol. in l. j. §. fuit quæsitũ. ff. ad Trebel. Ant. de But. in c. causam matrimonij. extrà de offic. deleg. Item & tertiò, interuenit in vna ex transactionibus hîc Neap. pręsentia & interuentus magnifici V. I. D. domini Antonij de Ianuario præsidentis, ac viceprotonotarij sacri regij Consiliarij: & in alia
65 gesta Calabriȩ interuenit † excellẽs don Vgo de Moncada. gubernator prouinciarũ Calabriæ: quo casu adparet omnem figuratũ dolum, & fraudem ac metum cessare: vt dicit Bart. in l. frater à fratre. ff. de condic. indebi. Ang & Imo. in l. j. §. constitutum. ff. ad Trebel. nam vbi authoritas iudicis interuenerit, ibi omnis dolus & metus abesse præsumitur. l. si quis. C. de præd. curi. lib. xj. Hinc Bal. in l. pacta nouissima. C. de transac. quòd omnis metus & dolus cessat, data pręsentia iudicis. Idem refert & seqnitur Petrus girar. de pet. san. in sing. sor. lvij. qualiter tutoris, &c. & sequitur Par. de put. in suo tract. syn. in versi. iustitia. in cap. iudex præsumitur. nam eo casu propter iudicis præsentiam cessat omnis fraus, dolus & deceptio. Ita consuluit Sozi. in suo consil. cxliiij prosequendo ordinem quæstionum &c. Quartò & vltimò, satis pódern, quòd in hac vltima transactione interuenit cósensus & præsentia viri prædictæ actricis, cui actrix ipsa omnia eius bona & iura in dotem dederat, & ad quem spȩctabat rectè & diligenter dicta bona & iura, veluti dotalia regere, & gubernare & administrare: iuxta. l. si constante. §. si
66 maritus. ff. sol. mat. & quæ ibi Doct. tradunt. Et sic † ob prædicti viri præsentiam & consensum, præsumi debet, quòd omnis dolus & fraus cessauerit ac deceptio, arg. eorum, quæ post glo. ibi not. Bal. in l. Polla. de his, quibus vt indig. vbi etiam Alex. qui multa similia adducit, & facit suprà d. l. transactionem. & quæ ibi not. Bartn. maximè in fine, dum dicit, quòd ille, qui sperat alicuius minoris successionem, creditur diligentius in re tali se habere, & eam curare. Vnde si hoc est, fortius erit in marito, ad quem de præsenti iura prædictȩ suæ vxoris spectabant, dicendum est, quòd curauerit omnia diligentius ad cómunem vtilitatem agi. Prætereà, renuntiatum fuit per prædictá actricem in primo & cæteris subsequentibus cótractibus omni legũ auxilio, quod fieri potuit, vt per Bar. in authen. matri & auiæ. C. quando mul. tut. offic. fund. pot. Alex. consi. xliij j. vol. & in consi. xj. ij. volu. Item, potuit renuntiare, prout renuntiauit remedio. l. ij. C. de rescin. vendi. vt dicit Imo. in c. cùm contingat. de iureiu. & scriben. in dicta l. ij. & maximè, dum sumus in transactione, quæ rescindi non potest prætextu læsionis vltra dimidiam iusti pretij, vt dicunt Cy. Bald. & Sal. in d. l. ij. & Bald. in l. ordo. C. de exec. rei iud. & in l. fi. §. j. C. commu. de leg. glo. in l. Lucius. §. fi. ad Trebel. Doct. cómuniter in l. si quis cùm aliter. ff. de verb. obliga. Mod. in l. fratres. C. de transact. vbi subdunt hanc esse communem opinioné, & firmant Cano. in c. cùm causam. de emp. & ven. Alex. consi. xliij. super præmisso themate. Prætereà, nulla fuit facta oblatio pretij per ipsam actricem, quod recepit, & maximum, ex causa transactionum prædictarũ transcendés summam sexdecim mille ducatorũ, & longè plus. Vnde veniendo contra dictas trãsactiones, debebat offerre tot millia ducatorum, quæ recepit in diuersis vicibus, prout dicit Imper. in l. si diuersa. C. de trãsac. vbi Sal. Pau. de Cast. & Bal. in c. j. §. verò. de his, qui feu. dare pos. & ideo si quis ad alicuius rei restitutioné tenetur, nisi id offerat, agere nõ potest, vt no. scriben. in l. iurisgen. in princ. ff. de pac. & in l. filiæ licet. C. de colla. & in l. Iulianus. §. offerri. ff. de actio. empt. Bal. in l. si traditio. iij. quæst. C. de empt. & vendi. & Bal. in auth. dos data. C. de donat. ante nupt. dixit, quòd differés facere qnod debet, non potest petere quod sibi debetur. Concordat l. si fuerit. ff. de iureiur. Nec obstare videtur renuntiatio doli de futuro, facta in instrumento, quia dolo futuro renuntiari nnn potest. l. si vnus. §. illud nulla. ff. de pact. quia eadẽ facilitate, quia contraxit per dolum, renuntiauit dolo, & sic non valet: vt dicit Bart. in consi. xc. dilecto domino. per dicta l. dnli clausula. versi. diuersum. ff. de noua. facit quod not. Bart. in l. fin. §. idem quærit. ff. de condi. indeb. Sed in casu, de quo agitur, cessare adparent præmissa, ex quo fuit subsecuta nedum ratificatio, sed plures ratificationes in eadem transactione, seu transactionibus. Ideo dolus præteritus potest remitti in alio contractu ex interuallo, vt in l. iurisgentium. §. si paciscar. ff. de pac. Secus, si fuisset dolus commissus in ratificatione, vt dicit Bar. in ead. l. versi. venio ad ratihabitionem. Et sic non diuertendo à primo voto meo, sum eiusdem sententiæ, obstantibus exceptionibus oppositis, non posse in causa ipsa procedi. & ita pronuntiatum fuit contra primum decretum.

SVMMARIVM.

1 *Venari non licet vasallis cum retijs, balistis & alijs insidiosis armis, nisi causa capiendi vrsos, lupos, leones, & similes.*

2 *Venationes in regno prohibentur, etiam in agris proprijs, & prodijt etiam prouisio regis Ferdinandi primi.*

3 *Dominus animalium damnum dantium, non tenetur ad pœnam, nisi pro rata affidatura: tamen quando esset facta prohibitio in specie vel in genere per bannum baiuli, tunc erit locus pœna banni.*

4 *Prætendens se liberum in seruitijs personalibus, seu ab angarijs vel parangarijs, in quibus versari dicitur causa status, semper pro libero haberi debet, pendente lite. & numero 5.*

6 *Conseruari debent homines in statu, in quo reperiuntur, & non in duriori, nisi aliud doceatur eos facere debere.*

7 *Vasalli asserentes se esse in possessione alicuius iuris seu rei, & fuisse per tempus immemoriale, debent in ea manuteneri.*

Lite pendente super aliqua seruitute, iudex curare debet existentem in possessione possidere ibid.

Intellectus cap. cùm personæ. de priuil. ibid. & num. 8.

9 *Prohiberi aliàs de iure non potest venatio, cùm fuerit de iure gentium introducta, & licet prohibita sit in fundo alieno, intelligitur inuito domino.*

10 *Venatio est prohibita in fundo alieno, inuito domino, nec imponere ibi retia, non autem, quòd venatio prohibita sit.*

11 *Venatio damnosa reipublicæ prohibita est. vt si genus aliquod volucrum seu animalium deuastaretur, vt in venatione perdicum & phasianorum.*

12 *Venatio dum prohibetur per dominos subditis, dicitur eis facere iniuriam & hinc datur cautela, vt id prohibeãt per*

per banna pœnalia, quia si non contradicunt, sed abstineant à venando, domini constituuntur in quasi possessione prohibendi. & numero 13.

14 *Cautela vasallorum erit, vt à tali banno reclament.*

15 *Probatio legitima vbi requiritur, non sufficiet probatio irregularis, seu priuilegiata.*

16 *Probatum id legitimè dicitur, quod est probatum per testes omni exceptione maiores.*

17 *Modica summa dicitur, à duobus aureis infrà.*

18 *Duo specialia non possunt circa idem concurrere.*

DECISIO LXVII.

EXorta lite & controuersia inter magnificum Fabritium Maramaldum, vtilem dominum castri Ottayani, cum vniuersitate & hominibus eiusdem castri, super eo, quòd prædictus eorum vtilis dominus prætẽdat ipsos teneri ad seruitia personalia, & signanter ad incisionem lignaminum in nemore Ottayani, quæ ipse incidere facit mercimoniandi causa, ad quorum personalium seruitiorum præstationem virtute Regiæ Pragmaticæ se non teneri prætendunt. Secundò, prætendit vasallos ipsos minimè incidere posse ligna in prædicto eius nemore, nisi pro eorum vsu duntaxat, sed nõ vt illa vendere possint, per tex. in §. j. insti. de vsu & habit. & l. fundi Trebatiani. ff. de vsufru. lega. Tertiò,
1 prætendit minimè licere eisdem vasallis † venari cum
retiis, balistis, & aliis insidiosis armis, nisi causa capiẽdi vrsos, lupos, leones, & similes, vt probat tex. in cap. nemo retia. de pace tenen. & ibi An. & affi. qui subdit hodie hoc maximè seruari in regno per prouisionem
2 Regis Ferdinandi primi, † expressè prohibentis venationem etiam in agris propriis, vt testatur Luc. de pen. in l. ij C. de pasc. pub. lib. xj. vbi subdit extare formam in cancellaria literarum, per quas mandatur iustitiariis regionum ad instãtiam comitis vel Baronis, vt nullus incidat arbores, vel animalia immittat ad pascendum in nemoribus & forestis eorũ, ex quo fugari possunt animalia syluestria, & eorũ venatio impediri. Quartò & vltimò dicit, quòd eius baiuli pro damnis datis virtute sui banni possunt excedere pœnam augustalis, contentam in pragmatica Regis Fer-
3 dinandi primi, ex † quo ex forma constitutionis, Cùm
per partes Apuleæ. dominus animalium damnum dãtium non tenetur ad pœnam, nisi pro rata affidaturæ: attamen quando esset facta prohibitio in specie, vel in genere per bannum baiuli, tunc erit locus pœnæ banni, vt tenet ibi And. in fi. & Affl. ibi. & idem Affli. in §. fi. de pace ten. vbi subdit se ita obtinuisse in facti contingentia. Itẽ, non baiulus emittit banna pœnalia ad pœnã vnius vnciæ. certè sic, si cum cõsilio iudicis, vel sine cõsilio, ad pœnã vnius augustalis: vt in consti. regni: ad officium baiulorũ, quæ pœna vnius vnciæ videtur exigi posse saltẽ ratione contẽptus, & non regulabitur à damno & interesse, vt not. doct. in l. ij. §. itẽ, si in facto. ff. de verb. obl. & sic non videtur posse inficiari, quòd baiulus possit pœnam banni exigere, dummodo non excedat modum seu formam à constitutionibus & capitulis regni traditam. Quibus propositis, quo ad primum, fuit per sacrum Consilium pronunciatum, vt lite pendente teneantur ad pręstandum seruitia, dummodo à propriis laboribus non extrahantur, maximè habita consideratione, quòd huiusmodi erant seruitia industrialia, à quibus fortè vasalli ipsi forent immunes virtute pragmat. Regis Ferdinandi primi, vt ponit Pat. de put. in tracta. syn. in c. j. de excess. baro. Maximè dicebam ego ad confirmationem
decreti prædicti, quia † si quis prætendit se immunem 4
& liberum in similibus, in quibus versari dicitur causa status, semper pro libero haberi debet pendente lite. l. lite ordinata. in princ. ff. de liber. cau. l. is, qui. §. si seruus. ff. de vsuca. Ita consulendo firmat Bart. Cassan.
in suo consi. liiij. circa primum. maximè cùm à † prin- 5
cipio quilibet fuit, & est liber, & libertas in quolibet præsumitur, nisi probetur ei seruitus imposita. §. ius autem gentium. insti. de iure nat. gen. & ci. cum seruitus fuerit imposita aut in contractu, aut ab homine, aut in vltima voluntate, aut instit. de serui. §. fin. & ibi not. quòd libertas præsumitur, aut libertas reperitur imposita à lege vel consuetudine, vt ff. de aqua plu.
arcen. l. j. §. denique. Et sic in statu, in † quo homines re- 6
periuntur, conseruari debent, & non in duriori, nisi aliud doceatur eos facere debere. l. ij. C. vbi causa status. & l. liberis. ff. de libe. cau. Ita formaliter dicit Cyn. de Pistoya, in quibusdam suis alleg. positis in iiij. vol. consi. Bald. & incipiunt alleg. domini Cyn. sub consil. Bal. incipiente, super primo puncto primò videamus. in iiij. vol. vbi vide. Quo ad secundum, prouisum fuit per sacrum Consilium, vasallos ipsos asserentes se fuisse,
& esse in possessione † per tempus immemoriale, 7
fore manutenendos in possessione incidendi & extrahendi cum salmis à nemore prædicto: iuxta glo. in l. j. §. j. ff. de itine. actúque priu. & tenet Paul. de Castr. in suo consi. iij. in causa quæ vertitur. cum pendente lite super aliqua seruitute iudex curare debeat existentem in possessione possidere: licet c. cùm personæ. de priuileg. in vj. dicat, quòd fundans se in præscriptione tantũ in lite pendente, debet abstinere, quia est odiosa: attamen quia allegatur præscriptio immemorialis, habens vim priuilegij, per l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quot. & æsti. de qua videtur etiam liquere per cõfessionem ipsius vtilis domini, licet subdat id reuocasse, vt dicit Bal. in c. j. in fin. qui test. sine neces. quia licet non valeat in vim dispositionis: valet tamẽ in vim probationis. & sic procedit aliud caput.
c. cùm personæ. quando allegatur priuilegium & † pos- 8
sessio. quod etiam habet locum, quando proceditur in iudicio ordinario, & in eo cognitũ est, quia eo casu abstinere deberent. Secus, quãdo non fuit cognitum, quia solùm fuit intentatũ officiũ iudicis, ex quo tunc non debet abstinere. Ita dicit Philip. Fran. in d. c. cùm personæ. §. quòd si tales. & ita limit. etiã Capie. in sua Deci. clxxxvij. & probat Inno. in c. venissent. extrà de in integ. rest. dicens, quòd petens se cõfirmari in iure eligendi, si habet præsumptionem iuris cõtra se, & est intentatum iudicium ordinarium, abstinere debet, secus, si interdictũ, vti possidetis. Item videtur adparere de eorum possessione incidendi per concessionẽ factã in capitulis expeditis per prædictũ vtilem dominum eidem vniuersitati, in quibus & si assensus regius nõ interuenit, durabit tamẽ in vita ipsius cõcedentis, per tex. in c. j. §. quid ergo. de inuest. de re alie. fac. Nec suffragatur, quòd fuerit cõcessum castrũ cum nemoribus: quia per nouam regiam pragmat. ex huiusmodi cõcessione non præiudicatur in aliquo iuribus vasallorũ. Quo verò ad venationẽ. † cùm fuerit de iure gen-
tium introducta, non cõpetit prohibitio. l. j. ij. iij. ff. de 9
acq. rerũ dominio. §. planè. inst. de rerũ diuis. quia aliàs

 dicitur

dicitur violentia, vt dicunt Host. & Anto. de Butr. in
cap. non est. de decim. Decius in consi. cxcvij. Afflι. in
const. regni; scire volumus. & licet venatio ipsa pro-
hibita sit in fundo alieno. l. diuus Pius aucupibus. ff. de
serui. rust. prædi. & in l. iij. ff. de acqui. re. dom. proce-
dit, quia prohibetur quis ingredi inuito domino fun-
dum alienum. imò poterit actione iniuriarum con-
ueniri. l. iniuriarum. §. fi. ff. de iniur. & hoc, quia per hu
iusmodi ingressus inuito domino plerunque oriebā-
tur rixæ, iniuriæ, & violariones pacis: tum etiam, quia
deferebantur arma prohibita, & oriebatur dubium,
an etiam ad venandum possent arma deferri Impera-
10 tor ideo statuit, non licere † ingredi fundum alienum
domino inuito, nec ad venandum portare arma, nisi
in venatione vrsorum, aprurum, & leonum, & simi-
lium: nec etiam tendere retia in venationibus, quæ
sunt in fundo alieno, nisi in casu prædicto. Non autē,
quòd venatio prohibita sit: vt probat text. in c. nemo
retia. de pace tenen. & firmat Iaco. in sua inuest. feu.
ver. & cum venatio rerum in forestis inclusis licita est
prohibitio. Secus in aliis, prout firmat Iacobus rebuf.
in l. vnica. C. de vena. & etiam in prædiis & possessio-
nibus regiis, seu imperatoriis: vt testatur Cassan. in cō-
sue. Burg. versi. rex Ioan. dux Burgun. & exorditur be-
ne materiam hanc Berttan. in suo consi. cclv. in j. vol.
quando liceat rusticis venari. & plus subdit Iac. rebuf.
11 vbi suprà, quòd † etiam venatio, quę esset damnosa rei-
publicæ, prohiberi potest: puta, si esset talis, quæ esset
excessiua, vt si genus aliquod volucrum seu animaliū
deuastaretur, vt in venatione perdicum, quæ fit ad to-
nam, vel aliud instrumentum, quod dicitur sauna. &
tangit etiam Affli. in constitutione regni ferre volu-
mus. in glo. quasi. in fin. in iij. lib. & plenè Guli. Bened.
in sua repe. c. Raynutius. ver. & vxorem nomine Ade-
lasiam. extrà de testa qui omnes cnncludere viden-
tur, per dictum Host. in c. non est extrà de deci. quòd
12 si dominus prohibeat † subditis venationem, aut au-
cupationem, dicitur eis facere iniuriam seu violen-
13 tiam. & hinc inoleuit † cautela pro dominis terrarū,
vt faciant tales prohibitiones per banna & procla-
mata pœnalia: quia si subditi non contradicant, & ex
hoc abstineant à venando, domini ipsi constituuntur
in quasi possessione prohibendi: per not. in l. j. & ij. C.
de serui. & aqua. glo. & doc. in l. qui fluminibus. C. eo.
14 & econtrà, datur † cautela vasallis, vt à tali banno seu
proclamate reclament seu appellent, quam primum
eis innotuerit, & sic ponant se in tuto, ne applaudere
videantur. Ita plenissimè exnrditur Cassan. in prædi-
ctis cnnsuetu. Burg. Quo verò ad quartum & vltimū,
de pœna in damnis data, quòd damnum non excedat,
ita quòd si damnum nullum fuerit illatum ex ingres-
su animalis, nulla imponatur pœna, aduertēdum est,
quòd regia pragmat. Regis Ferdinandi primi, de offi-
cio baiuli, fundatur quòd possit in damnis datis fieri
probatio irregularis & priuilegiata: prout est, quòd
stari debeat iuramēto partis asserētis reperisse animal
in damno: vel quod stari debeat nūtio asserenti similiter
animal reperisse in damno: quæ probatio per iura-
mentum seu per vnum testem dicitur priuilegiata &
15 irregularis: & ideo vbi requiritur † legitima proba-
tio, prout est ad conuincendum & exigendum pœ-
nam, non sufficit huiusmodi probatio irregularis seu
priuilegiata ita dixit Ioannes Andræas in nouel. in c.
at si clerici. in versiculo apertissimis documentis. de
iudiciis. & in cap. pia. de excep. in vj. Idem voluit glo.
iuncto textu. in l. cùm de indeb. ff. de probat. & ibi
Floria. quam gloss. pro singulari allegat Alexander in
consilio cxix. incipiente titulus quæstionis. & tenent
Domini de Rota in Decisione cclxj. incipiente, si quis
dicat beneficium aliquod legitimè possedisse. in no-
uis. vbi † concludunt id dici legitimè probatum, quod 16
probatum fuit per testes omni exceptione maiores,
aut per instrumenta publica. quod etiam tenet Hosti.
Ioannes Andræas & Innocentius in cap. fraternita-
tis. de testibus. vnde cum ad constituendum quem in
pœna, requiratur legitima probatio, quæ dici talis
non potest, probata per vnum testem vel per iura-
mentum partis, vt suprà: ergo per talem probatio-
nem videtur, quòd non possit excedi pœna damni, &
successiuè nec potest excedere pœnam vnius augu-
stalis, impositam per Regiam pragmat. & nimirum:
quia † cum dicatur modica summa, à duobus aureis 17
infrà, vt dicit Bartol. in l. si oleum. ff. de dol. mal. per-
missum fuit per Regiam pragmaticam, quòd non ex-
cedatur pœna vnius augustalis, licet maius dicatur
fuisse damnum: quia id puto processisse propter di-
ctam priuilegiatam & irregularem probationē: aliàs
si secus esset, concurrent circa idem duo specialia: vi-
delicet quòd præmissa probatione irregulari & pri-
uilegiata procederetur ad exactionem pœnæ, vbi le-
gitima probatio requiritur, quod non † est dicen- 18
dum, cùm duo specialia non possint circa idem con-
currere: vt est glos. & Barto. in l. j. C. de dot. promis. &
ita in præmissis fuit per vnam ex aulis seu rotis sacri
Consilij pronunciatum in quolibet ex suprà scriptis
quatuor partitis. Et reclamante prædicto magnifico
Fabritio coram illustrissimo Prorege, & collaterali
Consilio, fuit per aliam rotam idem votatum & con-
firmatum ex præmissis, accedente etiam voto excel-
lentium dominorum regentium de collaterali Con-
silio.

SVMMARIVM.

1 *Libellus si est alternatiuè conceptus, sententia alter-
natiua sequi debet.*

2 *Libellus alternatiuè procedit, cum rei conuenti est ele-
ctio.*

*Actiones duæ quando ita se habent, quòd vna proposita,
& condemnatione secuta, & executione facta contingit
liberatio ab altera, prohibetur cumulatio ibid.*

3 *Error potius, quàm donatio præsumitur.*

4 *Petens in iudicio certām quantitatem, non tamen ex
hoc videtur confiteri se in maiori quantitate non esse
creditorem, siue scienter, siue ignoranter petierit.*

5 *Debitor si dixit creditori: ecce centum, quæ tantùm tibi
debeo: & creditor simpliciter recepit, & nihil dixit, ta-
men sibi non præiudicat.*

6 *Libellus corrigi non potest post litis contestationem. Quod
intellige in eadem instantia: secus, in diuersa: quia eo
casu peti potest id, quod in prima instantia non fuit de-
ductum, vel aliter fuit deductum.*

7 *Duo si petita fuerunt, & super duobus fuit iudicatum,
petendo alterum de contentis in summa, inducitur ob-
staculum exceptionis rei iudicatæ.*

*Sententia alternatiuè lata, & facta solutione in vno,
non potest alterum peti.*

9 *Sententia si fuit lata in fauorem alterius, qui postquam
habuit suam executionem, quæ firma remansit, non de-
bet permitti, quòd denuò prima actione agatur.*

Alter

10 Alternatiuorum altero soluto, & præsertim creditore eligente, contingit liberatio ab altero.

DECISIO LXVIII.

IN causa magnifici Tiberij de Ianuario, de Neapolitano cum nobile Fabio Matzaro & fratribus, petit Tiberius actor virtute, apocha quondam Ioannis Pauli Matzari eorum patris, ipsos, tanquam eius filios & hæredes condemnari, aut ad soluendū sibi ducatos quingentos, aut ad extrahendum ipsum à fideiussoria cautione per ipsum præstita de ducatis mille pro prædicto quondam Ioann. Paulo Regiæ curiæ, & sic libel-
1 lo alternatiuè † concepto, ita & sententia alternatiuè sequi debet: vt inquit Bart. in l. vt fundi. ff. com. diuid. & melius in l. prætor edixit. §. quod autem. ff. de iniur. tum maximè, cùm rei conuenti sit electio, procedit libellus alternatiuè. l. plerunque. §. fin. ff. de iure dot. & melius in l. stipulationum. §. qui illud. & ibi Bart. ff. de verb. obli. quæ electio fieri potest etiā post sententiam, & in quacunque parte iudicij. Ita tenet Barto. in l. si quis stipulatus decem in melle. ff. de solut. & text. in l. eum, qui certarum. §. fin & ibi Bart. ff. de verb. obli. & sic conuenti ipsi post publicatum in causa obtulerunt extrahere prædictum Tiberium à præfata fideiussio-
2 ne indemnem, non sunt vlterius molestandi: nec † debet aliter in causa amplius procedi. l. si reus paratus. & ibi Aog. ff. de procur. Nec prætensa cumulatiu post publicatum permitti debet: cùm in l. edita. C. de edendo communis schola omnium doctorum resistat huiusmodi cumulationi: per text. in l. j. §. fin. ff. si tam. fur. fecis. dica. per quem text. emanauit doctrina Bart. in prædicta l. edita. quam nemo impugnat ibi, in versic. ego addo alias tres regulas. vbi dicit, quòd quādo duæ actiones ita se habent, quòd vna proposita & condemnatione secuta, & executione facta contingat liberatio ab altera, prohibetur cumulatio. Or quantòmagis in casu præmisso, in quo alternatiuè est actum, & sic alternatiuè ferenda est sententia. & reus eligendo & soluendo alterum de petitis, liberatur ab altero, & sic oblata cassatione fideiussionis petita per eundem Tiberium, liberantur ipsi conuenti à ducatis quingentis petitis: cùm licet in alternatiuis stipulationibus vtrunque sit in supplicatione petitum fuerit, alterum fuit in solutione. l. si duo. §. fi. & ibi Bart. & cęteri. ff. de verb. obli. & electio erat debitoris. l. plerunque. §. fi. ff. de iure dot. & sic adimpleta satisfactione, respectu alterius. remanserunt liberati à prædictis ducatis quingentis: & quòd debitum sit alternatiuum, adparet ex libelli tenorè sic alternatiuè concepti, ex quo resultat plena probatio contra ipsum supplicantem: & sic eo modo libellantem: per tex. in l. cum precum. de liber. cau. & plenè Bald. in l. j. in fin. C. de fal. cau. adie. leg. & in c. examinata. extrà de iudi. vnde non possent conuenti alternatiue cogi altero alternatiuorum soluto, præsertim creditore eligentè, contingit liberatio ab altero. l. plerunque. §. fi. de iudi. & l. quamuis. de pign. actio. & ibi Barto. & docto, Præterea, facta publicatione in causa Tiberius tentauit cumulare & vtrunque petere, & dum fuisset contradictum libello alternatiue concepto, & super eodem lite contestata, fuit eisdem conuentis ex quasi cōtractu ius quæsitum: per tex. in l. iij. §. idem scribit. de pecul. & per dictum Bar. in l. ij. ff. de præto. stip. quo casu, vt alter inuito altero à contractu recedere non potest. l. sicut. C. de actio. & obliga. ita etiam à quasi contractu. dicta l. iij. §. idem scribit. Cogitur enim actor vsque ad finem, litem inceptam prosequi. l. non potest. & l. de qua re. ff. de iud. & intantum, quòd minimè permitteretur sibi posse liti cedere, si vellet, cùm intersit conuentorum sententiam sic alternatiuè pronuntiari: vt in particulari: inquit Paul de Cast. in l. postquam liti. ff. de pact. Nec militaret, si diceretur adparere prædictum Ioan. Paulum debitorem in prædictis ducatis quingentis. nam partes voluerunt purum debitum in cōditionale vel alternatiuum nouare vel transferre in alternatiuum. erit nouatum, & obligatio erit conditionalis vel alternatiua. l. qui decem. §. j. ff. de verb. oblig. Pro parte verò præfati magnifici Tiberij allegabatur, quòd si non liceret eidem petere dictos ducatos quingentos, esset quòd quādo petit sic. alternatiuè cassari dictam obligationem, vel solui dictos ducatos ccccc. quòd cassata fideiussione voluisset remittere dictam pecuniam, & sic donare: & donatio minimè præsumi debet, vbi alia coniectura subesse potest: vulg. l. cùm de indebito. ff. de proba. & in cap. super hoc. de renunc.
cùm potius error, quàm donatio præsumi † debeat: vt 3
not. gl. in l. generali. in versi. causa. C. de non nu. pecu. vbi Baldus in iij oppositione. & Aog. ibi & multa alia quæ congerit Decius in consilio ccccij. versic. primò non obstat. cum seq. & in consilio cccl. vitis veru. & de errore. & est in particulari glo. in præsenti casu, quando minus petit, in §. si minus. insti. de actio. in gloss. j. quæ dicit, quòd non videtur donare; si minus petit. Præterea, allegabant quòd Tiberius taliter petendo non videtur sibi præiudicasse, cùm si quis consequi debeat viginti, & decem petierit, sibi non præiudicet, quin extera decem consequi non valeat: vt dicit text. in §. si minus. instit. de actio. vbi etiam subdit, si cum totus fundus eius esset partem dimidiam suam esse
petierit, sine periculo agit, in † reliquum verò nihilo- 4
minus iudex aduersarium in eodem iudicio condemnat, imò quando quis petit certam quantitatem: non tamen ex hoc videtur confiteri se in maiori quantitate non esse creditorem, siue ignoranter petierit, siue scienter: & hoc nisi adposuerit dictionem taxatiuam, tantum. vel solummodo, secundum Bart. & alios in l. si quidem. C. de transact. & not. Ias. post Aret. in d. §. si minus. versic. not. in primis. & sic cum in præsenti casu, de quo quæritur, petitum fuerat illud aut istud, absque dictione taxatiua, tantum vel solūmodo, poterit vtrūque peti. Et ideò dicit Bar. in l. sic nos. in princ. ff.
rerum amot. q † si debitor dixit creditori, ecce centū, 5
quæ tantū tibi debeo, & creditor simpliciter recepit, & nihil dixit, tamen sibi non præiudicat. & idē sequitur Ias. in d. §. si minus. imò plus, etiam si Tiberius acceptasset sibi cassari fideiussionē simpliciter, & ille expressè dixisset: volo cassare fideiussionē tantùm. quòd ex hoc sibi non præiudicasset, quòd non posset petere dictos duc. ccccc. ex quo si debetur vtrūque copulatiuè, & peto alternatiue, quòd minus petere videor, & ideò non videor mihi præiudicasse, ita minus petēdo, & quòd videatur sic alternatiuè petendo, minus petisse adparet: quia si deberetur vnū, & peto duo, nulli dubium: quòd plus petere videor: & si debentur duo alternatiuè, & peto illa duo copulatiuè, plus repetere videor, cùm minus de duobus non sim cōtentus: vt in §. plus autem. insti. de actio. ergo petēdo alternatiuè illud, quod copulatiuè debetur, videor minus petere.

Nec

Nec habet obesse, quod dictũ fuit de l.edita.& de d.§.
si minus ꝙ correctio non cadat post litis contest.in li-
bello, ex quo hic nõ tractatur de correctione libelli,
sed de petendo illud plus, quòd omissum fuerat: per
tex.in d.§.si minus.imò etiam, quãdo tractaremus de
correctione libelli, adhuc post litẽ contestatã in præ-
6 senti † casu cadit correctio, cum id ex aduerso addu-
ctum, quòd non possit corrigi post litem contestatã,
intelligendum sit in eadem instantia, secus autem in
diuersa: quia eo casu petere possum id, quod in prima
instantia non deduxi, vel quod aliter deduxi: per text.
glo.& doct.in d.§.si minus.pront declarat Bar.& scri-
bentes in dicta l. edita. & satis apertè & copiosè Ri-
minaldus ibi.& ideo cum Tiberius ipse post publica-
tum in causa copulatiuè petierit, & deinde porrexe-
rit libellum in forma super petitione ducatorũ quin-
gentorum, qui petiti non fuerunt, nisi alternatiuè,
prout prætẽditur. Et tandẽ per sacrũ Consiliũ ex præ-
cedentibus adductis pro parte Fabij & fratrũ de Mar-
zatis conuentis, absoluti fuerunt à petitione prædicti
Tiberij, obstante exceptione rei iudicatæ. Et dum fuis-
set pro parte Tiberij prędicti reclamatũ, & nihil fuis-
set productum super exceptione rei iudicatæ, quod
dictam exceptionem rei iudi.eneruasset, iuxta termi-
nos l.is, à quo.§.si de testa.& ibi per Barto.ff.ad Treb.
& per Paul.de Cast.in l.nam & posteà.ff.de iureiur.&
Philip.fran.in cap.j.de litis contest.in vj.ideo fuerunt
conuenti absoluti, & exceptionem rei iudi.obstitisse,
& vltimo loco, dum etiam in præsentiarum nihil re-
periatur productum per prædictum Tiberium, dici-
tur per Marzatos sententiã confirmãdam, & silentiũ
perpetuum præfato Tiberio imponendum. Nam fuit
lata sententia alternatiuè, prout petitum fuerat. & eo-
dem Tiberio instante executa.cãcellato ipso Tiberio
à fideiussione per ipsum pręstita, & alio in eius locum
fideiussore subrogato, nõ potest in præsentiarũ eidem
sententiæ, cui acquieuit, contrauenire: per tex. in l.ad
solutionem.C.de re iud.& signanter, cùm fuerit actus
in agere: iuxta doctrinam Philip Franc. in c.solicitè.
versi.vj.quæritur.de appellationibus & ex consequẽti
contingit liberatio ducatorum ccccc.& sic si duo fue-
7 runt petita, & super † duobus fuit sententiatum, pe-
tendo alterum de contentis in sententia, inducitur
obstaculum exceptionis rei iudicatæ. l.si cùm totum.
§.idem erit probandum. & l.si cum testamento.§.ij.
8 ff.de excep.rei iudicatæ.lata † enim sententia alterna-
tiuè, & facta solutione in vno, non poterit alterum
peti. Ita dixit Dyn.in c.in alternatiuis.ibi, item si sol-
no.de reg.iur.in vj.quia aliàs sequeretur, quòd electio,
quæ dabatur condemnato, esset frustratoria: vt not.
Paul. de Cast. in l.cum proponas.circa finem. C.de
transac.& per Sozi.in consil.xxxvj.versic. quintus ca-
sus.in j.volum.Paul.de Cast. in l.si marito. §.eandem.
ff.de excep.rei iudi. & ista exceptio remanet efficax,
etiam quòd † sententia fuerit lata in fauorem actoris,
9 qui postquam habuit suam executionem, quæ firma
remansit, non est permittendum, quòd denuò primę-
ua actione agatur. Ita declarat Fulg. in l.si fundum.§.
credi.ff.de pigno.si rectè inspiciatur. Idem, & clarius
voluit Paul. de Castr.in l.si à te.§.si quis autem.ff.de
excep.rei iudi. dum concludit, quòd si sententia lata
in fauorem actoris sit executa, non potest iterum agi,
& reus poterit opponere de sententia. allegata l. si
quis cum totum.§.planè.cùm ibi not.eodem titulo
aliàs sequeretur, quòd reus fraudaretur electione sibi
à iure tradita, & sic non liberaretur soluendo vnum.
quòd est contra mentem omnium scribentium: in-
tantum quòd nedum excludi debet à iudicio, sed de-
bet in triplum condemnari, ex quo illud, quòd alter-
natiuè erat debitum, & alternatiuè reportauit sen-
tentiam & solutionem, separatim modo petit: per tex.
in §.huic. instit. de actio. & ibi Angelus & Iason. Et
quòd debitum sit alternatiuè, probatur primò per
supplicationem conceptam alternatiuè, quæ bene
probat contra ipsum libellantem seu supplicantem:
per text. in l.cùm præcum. C.de liber.cau. & latè per
Baldum in l.j.in fine. C.de fal. caus.adie.lega. circa fi.
& in cap.examinata. de iudi. & vltimo loco per sen-
tentiam sacri Consilij, quæ partibus instantibus tra-
xit secum executionem. quo casu habetur pro verita-
te, per text.in l.res iudicata. ff.de regulis iuris. ibi, res
iudicata pro veritate accipitur. & per istum textum
dicebat Baldus in dicta l.j.nihil enim minus operatur
sententia, quàm dicta testium, & instrumentorum ad
probandum: & omnis sententia lata contra ipsam,
esset nulla. l.j. quando prouoc. non est neces. & facit
bene text. in l.si cui debetur.ff.de excep.rei iudicata.
iuncta l.Paulus. ff.de re iudi.& iuncto text. l. vnicæ.
C.si plures vna sententia.& ibi Bartolus Baldus & cæ-
teri, vbi in solidum obligati, & simpliciter condem-
nati, censeantur pro rata, si actor vult exequi insoli-
dum, repellitur exceptione rei iudicatæ: & sic haben-
tes sententiam contrà nituntur sententiæ latæ, etiam
quòd sint insolidum obligati pro rata, tenentur vir-
tute rei iudicatæ: multò fortius in casu præsenti, in
quo non constat copulatiuè conuentos obligatos: &
si constaret, (quod negatur) ratione actionis inten-
tatæ, sententiæ prolatæ, & executionis, non possunt
nisi alternatiuè compelli, & altero † alternatiuorum 10
soluto, præsertim creditor eligente, contingit libe-
ratio ab altero. dicta l.plerumque.§.fin. de iudiciis. &
l.quanuis. de pigno.actio.& ibi dictis per Bartol. al-
lega.per partem aduersam.& dato etiam, quòd debi-
tum fuisset purum: poterat tamen in alternatiuum
nouari. l.qui decem. §.j. ff.de solut. & sic ex præmissis
remansit causa reclamationis hucusque indecisa, &
quæ aliis non productis per neminem ex partibus ex
eisdem actis remanet decidenda.

SVMMARIVM.

1 *Instantia perempta post triennium Princeps adiri con-*
sueuit, vt eidem iterum spiritum insufflet.
2 *Et ibi vide de causis, quæ Principem ad id mouere pos-*
sunt.
3 *Instantia si cauillationibus alterius partis sit perempta,*
quòd nedum non perit, sed possum peti expensa.
4 *Instantia post triennium, an post binam insufflationem*
factam, iterum & tertio loco insufflari possit.

DECISIO LXIX.

IN causa nobilis Caroli Stroczi pupilli cũ
Bernardino Morelo de Cuperti. reperio
ab annis viginti, quibus fuit inchoata &
prope expeditionẽ producta vsque nunc,
fuisse per binas vices instantiam peremptam, & spi-
ritu vitæ insufflatam: & vltimo præsenti anno 1546.
tertio loco fuisse peremptam, & pari modo spiritum
vitæ insufflatum, dubitatum fuit in sacro Consilio,
an po

an potuerit tertio loco insufflari. Et præmittendum
1 arbitror, quòd dum instantia in causis ciuilibus † ob
lapsum triennij in totum perimat, aditi consueuit
Princeps, seu eius sacrum Consilium, vt causæ præfa-
tæ mortuæ spiritū vitæ insufflet: cùm eo casu lis mor-
tua dicatur, vt inquit gloss. in l. ab hostibus. §. sed quod
simpliciter. ff. ex quib. cau. maio. quam ibi not. Bald.
& idem Bald. in eadem l. §. quotiens. & Barto. in l. ab
hostibus. C. eo. tit. dixit, quòd finita vita actionis præ-
tor spiraculum vitæ insufflat, vt naturales dicunt: &
etiam dicit de Christo, qui suscitauit filiū matris iam
mortuum, & huiusmodi suscitatio conceditur, si lite
pendente superuenerit pestis, vel terræ motus, seu alia
impedimēta publica vel priuata, vt legatio: vel quan-
do procuratorem dimisit, & decessit: vel propter fe-
rias repentinas à principe inductas, propter quæ non
fuit ius redditum: & sic iterū per magistratus, de qui-
bus in l. sed si per prætorem. & l. nec non. ff. ex quibus
cau. maio. vel ex aliis causis iustis & viis Principi: quę
sigillatim enumerari nō possunt. d. l. ij. §. item inquit.
cum sequenti, vbi declaratur clausula. si qua mihi iu-
sta causa esse videbitur. In quibus casibus princeps cō-
sueuit concedere restaurationem instantiæ: vt exor-
ditur Par. in suo tra. Syndic. in versi. sententia in c. re-
2 stat. & possunt † aliæ causæ iustæ enumerari: ex quibus
concedenda est insufflatio vitæ: vt impedimentum
infirmitatis. Item, carcerationis. Item, paupertatis. Itē
compromissum factum de lite: vt in clo. quandiu. de
appel. Item, negligentia procuratoris. Item, si iudex
noluit, vel non potuit in causa procedere. Item, casus
fortuitus superueniens in itinere: vt per Doc. plenè
in c. ex ratione. de appel. Ita plenè enumerat Afflictus
in constitutione Regni: sæpe contingit. in ij. not. sub
rub. de numero baiulo. & etiam vbi protractione seu
dolo aduersarij perit instantia, tempora proloogan-
tur: secundum gloss. in l. arbitrio. §. dolo. ff. de dolo. &
vide gloss. in authen. de his, qui ingredi ad appel. licet
glo. in l. properandū. de iudi. dixerit quòd currat ipso
iure: quia dolus aduersarij culpę actoris præponderat.
vt dicto §. dolo. & facit quod not. in l. intra vtile. de
minor. & in l. si cum ipse. de excusa. tuto. vbi dicit Cy.
quòd si propter procrastinationem aduersarij tem-
pora sunt decursa, conceditur restitutio: & dicit Inno-
centius in cap. venerabilis. de iudiciis. quòd si instan-
tia cauillationibus aduersarij sit perempta vltra triē-
3 nium, quòd non † perit, & peti possunt expensæ: per
l. non ignorat. de fructib. & liti. expens. secundum
Baldum in dicta l. properādum. & in dicto §. dolo. vbi
dicitur etiam, quòd quando perit facto tertij, contra
ipsum agit ad expensas, nisi stetisset per iudicem: vel
quia iudex fuisset mutatus: quia tunc non teneretur
ad expensas: argumento l. eum, quem temerè. eod. tit.
l. qui solidum. §. j. de lega. iij. quia sine sui negligentia
periit. Sed vbi non ex causis præfatis, sed ex negligen-
tia perisset, tunc tenebitur ad expensas: argumento
dicta l. properandum. & l. eum, quem temerè. Ita in-
quit Andræas de Iser. in constitutione Regni: sponte
volentibus à lite discedere. & ita consueuit Regia cu-
ria, quando impetrantur restaurationes instantię: nec
posset aliter agere, nisi expensis ipsis refectis. Ita for-
maliter refert & sequitur Par. de put. in dicto suo tra-
ctatu syn. in verbo, sententia in cap. restat. & de hac
insufflatione spiritus vitæ instantiæ triennalis, multa
scripsit Illustris Nico. Boër. in sua Decisione ccxlvij.

& videtur quòd sic. in ij. volum. Nunc autem facto
hoc diuerticulo, & redeundo ad primum de quo fit
4 dubiū, an † possit post binam insufflationem iterum
& tertio loco insufflari, dominus meus præceptor
obseruandissimus & certè clarissimus Doctor Dio-
medes Mariconda dicebat, quòd in vniuersitate &
minoribus, & aliis, quibus competit in integrum re-
stitutio, non est dubium, quòd sæpius fieri poterit, &
pariter in aliis, qui non habent in integrum restitu-
tionem, quia extincto actu potest iterum concedi re-
stitutio super eodem actu, vt dicit Salicetus in l. j. C.
si sæpius in integrum restit. postul. in fine. ad quod no.
per gloss. & Bartolus in l. ab hostibus. ex quibus caus.
maio. & ibi Baldus in §. sed quod simpliciter. & ita fir-
mat præfatus dominus Diomedes fuisse iudicatum in
sacro regio Consilio, in causa baronis Mirabellę, cum
Hieronymo Cartafa. Sed excellentissimus dominus
Ciccus de Loffredo nunc regens regiam Cancella-
riam, & tunc viceprotonotarius, & præsidens sacri
regij Consilij, dicebat & pluries confirmauit in rota
sacri Consilij assistētibus ibi aliis dominis regiis Con
siliariis meis collegis, quòd per binas vices duntaxat
consueuit perempta instantia in ciuilibus spiritus vi-
tæ insufflari, & non vltrà: & quòd ita semper practi-
cari vidit: & practicauit, tam tempore sui præsidatus,
quàm domini Antonij de Ianuario sui prædecessoris
præsidentis: licet audiuerat aliis temporibus pluries
fuisse dictam insufflationem concessam: attamen per
binas vices dūtaxat reperit fuisse obseruatum in cau-
sa magnifici Ludouici de Tolfa Baronia sereni. cum
excellente comite Gructariæ. Idem etiam refert &
sequitur Capic. in sua decisione sacri Consilij. clxv.
incipiente: in causa domini Comitis Gructariæ: &
subdit pro parte negatiua facere text. in l. fina. C. si sæ-
pius in integrum restitu. postule. vbi cauetur in vna
eadémque causa non concedi reiterata restitutio. &
allegat facere pro hoc dictum Ange. in l. ij. C. de tem-
po. appel. dum inquit, hic patet quòd instantia & cau-
sa, quæ erat perempta, resuscitatur ex gratia princi-
pis: qui spiritum vitæ insufflat in causa mortua: & sic
de nihilo facit aliquid, tanquam Deus terrestris: sic
de iure fisci, in rubrica & nigro. & sic fecit Deus cœ-
lestis incarnatus: qui cadaueri Lazari insufflauit spi-
ritum vitæ. Ex quibus verbis nonnulli inferunt, quòd
sicut Christus non suscitauit Lazarum nisi semel: ita
& princeps non suscitat nisi semel instantiam. facit
tex. in l. & si sine. §. restitutus ff. de mino. vbi quamuis
semel circa aditionem hæreditatis sit minor restitu-
tus, poterit restitui. Ita etiam gloss. in dicta l. fin. & ibi
Bal. in vltimis verbis. Nec obstat text. ibi: quia loqui-
tur, quando primo loco fuit denegata restitutio. Nec
obstat dictum Angel. de Lazaro, quoniam non nega-
tur, quin si à Domino fuisset iterum postulata resusci-
tatio, iterum cōcessisset: imò & in nouissimo die eum
secūdò resuscitabit: & sic subdit præfatus Capic. quòd
secundo loco fuit insufflatus spiritus vitæ, in dicta
causa Baronis de Mirabella, quod dicit not. quia in
paucis locis in iure de huiusmodi insufflatione repe-
ries, nisi per Angel. in dicta l. ij. & per eundem Ang. in
suo consilio cccvj. & per Bald. in l. fin. ff. ex quib. cau.
maio. & incipit consilium Ang. pro decisione, in fine.
& per Paul. de Castro in l. Stichum. §. aditio. ff. de solu-
tio. Sed cum in præsentiarum pendeat decisio huius
dubij, teneo quòd cum reperiatur mortuus præfatus

Ioan.

Io.Francis.actor:& idem successerit pupillus, qui tertio loco insufflationem obtinuerat: quòd talis insinstatio transibit. sed quòd hinc in antea non concedetur vltra binas vices.& huiusmodi voti sum ego: & tandē decisum fuit, quòd insufflari potest tertia vice.

SVMMARIVM.

1 *Vsuræ seu alimenta pro dote non soluta, marito debentur post biennium à die ductionis puellæ ad domum viri, & non antè.*

2 *Et si maritus longo tempore, vt per x. annos non petijt, præsumuntur remissæ: & amplius petere non potest. & nume. 3. 4.*

5 *Sed opinio contraria est verior, quòd semper peti possunt.*

DECISIO LXX.

IN causa magnificæ Beatricis de Alexandro, de Neap. petentis in sacro Consilio virtute hypothecæ suarū dotiū super bonis quondam Pauli Ristigliani sibi non solutarum per annos vigintiduos. Hæsitatū fuit, an ex tanti temporis decursu, in quo non fuerunt vsuræ ipsæ petitæ, possint in præsentiarum peti. & certè primo aspectu videretur dicendū, quòd non: per tex. singu. in l. cum quidā. §. diuus Pius. ff. de vsur. Dum diuus Pius ibi formaliter rescripsit: parum iustè præteritas vsuras petis: quas omisisse te longi temporis interuallum indicat: qui eas à debitore tuo, vt gratior apud eum videlicet esses, petendas non putasti. per quem text. mirabiliter consuluit Bal. in suo consi. clvj. post biennium à die ductionis puellæ. & ibi consuluit, quòd
1 † vsuræ seu alimenta pro dote non soluta, marito debentur post biennium à die ductionis puellæ ad domum mariti, & non ante; ex quo per lapsum biennij contrahitur mora irregularis: per l. fin. §. præterea. C. de iure doti. Si tamen per longa tempora, vt puta per decem annos stetit, quòd vsuras seu alimenta præfata
2 non petiit, præsumuntur remissa, adeo † quòd peti pro dicto tempore præterito non poterunt. Idem refert & sequitur faciendo magnum fellum Ang. de Areti. in §. fuerat. insti. de actio. & consuluit Rom. in consi. cxvij. verū si tamen. Idem voluit Alex. in l. quę dotis. ff. solu. matrim. Sed vt refert Ias. in d. §. fuerat. Angel. de Aret. ibidem tenere, quòd dictum consilium Bald. intelligi debet, quando plusquam decem anni essent elapsi: & sic quòd transiuisset decennium: quia eo casu præsu-
3 meretur † facta remissio per creditorem; & nihilominus subdit ibi Iason, quòd si casus in facto contingeret, ipse reperet in iudicando & consulendo contra Bal. Sed pro Bal. est tex. in l. vir vsuras. & ibi gl. in verbo donationibus. ff. de donat. inter virum & vxo. Ro. in consi. ccccccxv. versic. vnum tamen dico. Alexand. consi. cxxxviij. v. vol. Barba. in tracta. præscrip. prima parte, tertij temporis principalis. numero 28. Nicol. Boër. in decisio. v. consilij Burdegalensis, nu. 196. nu. 4. prima parte. Sed quòd etiam post lapsum decennij non sit præscriptum, quo minus possint vsuræ seu alimenta peti, ex quo actionibus personalibus non præscribitur minori tempore xxx. anno. l. si quis emptionis titulo. & l. sicut. & l. omnes. C. de præscri. xxx. ann. siue dicere velimus, causas petendas iure actionis, siue ex officio iudicis: prout bene declarat Imol. in l. insulam. §. vsuras ff. solu. matri. vt refert Angel. in dicto §. fuerat. subdens esse not. practicam: quia in hoc frequenter erratur in actu practico. & per multa alia, quæ ibidem Iason allegat. Idem consulendo reperio tenuisse Alexand. in suo consi. lxxiiij. viso titulo quæstionis, in v. volum. vbi dixit ita singulariter tenere Bald. in præallegato suo consilio. Verum tacuit numerum consilij præfati. & subdit in specie Bal. dicere,
quòd † eo casu videtur remissa petitio vsurarum, si per 4
decenium, & sicut per longum tempus tacuit, & non petiit: verum subdit, quòd ex hoc tantum non esset ipse motus, ad ita consulendum. Eandem etiam opinionem Bal. & Alex. secutus fuit excellentissimus doctor domi. Dionysius de Perusio, in quodam suo consilio, secutus consilium Bald. Cuius viri Dionysij me-
moriam, propter eius summam bonitatem ac † con- 5
scientiam eminentissimè se diligere inquit Roma. in præallegato suo consil. cxvij vbi subdit se contrarium tenere, salua reuerētia tanti viri sui præceptoris: cùm non bene, neque intelligenter loquatur: & respondit particulariter eius fundamentis. & incipit præfatum consilium Lud. in causa propositæ consultationis. Idē reperio consuluisse Deci. in suo consilio ccccclxxj. socer promisit genero. & sequitur etiam Ioan. Lup. in repeti. capituli, per vestras. in versic. vnum tamen quo ad præfata. & in versic. octauò infertur. Ex quibus per sacrum Cōsilium communi voto pronunciatum fuit, vsumfructum seu vsuras præfatas deberi eidem magnificæ Beatrici pro tempore præfato post lapsum biennij vsque nunc.

SVMMARIVM.

1 *Bona capta in bello fieri capientis, quomodo intelligi debeat.*

2 *Possessio omnium contentorum in domo, intelligitur acquisita per apprehensionem, & ingressum domus præfata.*

3 *Possidens continens, dicitur possidere contentum.*

4 *Lepus immediatè quòd ingreditur ortum tuum, & clauditur sibi via redeundi, dicitur statim quæsita tibi possessio, & per consequens dominium leporis.*

5 *Detinens feras inclusas in viuarijs, & pisces in piscina, dicitur illas possidere, ex quo habet sub custodia.*

6 *Possessio ecclesiæ dicitur acquisita per talem ianuæ ipsius ecclesiæ.*

7 *Ecclesiam si vnus tenet, & alius tenet campanile, quod est fortalitium, ille qui ingressus est ecclesiam; cum de facili possit expelli per campanile, non dicitur habere corporalem possessionem beneficij: si tamen existens in campanili euacuere non potest, secus est.*

8 *Ingressus possessionem aliquam taliter, quòd ei resisti non possit per illum, qui per prius tenebat; vel quòd nulla adesset primò possidenti spes recuperandi; eo casu dicitur naturalem & ciuilem possessionem amisisse.*

9 *Fera bestia sista à me vulnerata sit, vt capi possit, videtur eousque mea, donec ipsam prosequor.*

Captiui & oppressi ab armigeris, si se reddiderunt consodalibus opprimentium, compulsi ab eis, licet de rigore iuris armorum efficiantur captiui consodalium: tamen quia dicti consodales non debuerunt opprimentes & primos occupantes compellere ad relaxandum, tenentur dictis compulsis ad interesse. ibid.

10 *Damna socio occurrentia culpa aliorum sociorum, damno eorum cedunt, qui culpam habent.*

11 *Consuetudo gentium armorum, attendi debet.*

12 *Milites si vnius legionis depredauerunt animalia hostium,*

hostium, & hostes recuperauerunt prædam antequam perroctasset, debet præda illa restitui prioribus dominis & non erit illorum armigerorum, qui ipsam recuperarunt.

13 *Rebelles amittunt eorum bona, tanquam confiscata, & pariter dominium.*

14 *Possessionem ecclesiæ ingressus, licet intelligatur acquisiuisse possessionem omnium rerum ecclesiæ in ea existentium non ex hoc intelligitur acquisiuisse possessionem illarum rerum in ea existentium, quæ ab alio occupatæ reperiebantur.*

15 *De possessione acquirenda dum tractatur, nedum formata per ingressum ciuitatis, non videtur acquisita possessio castris sibi subiecti. & nu.16.*

17 *Bona mobilia, & sic præda capta in bello, debent assignari Duci belli: vt ipsa distribuat inter pugnatores & armigeros: & eorum illa bona, quæ fuerunt capta in bello campestri, inter partes conflictu ordinato post victoriam, quod dicitur,* lo bottino: *secus in bonis captis in discursu alicuius territorij, quod vulgariter dicitur,* la corratia. *& nu.18.*

19 *Filius aliquando non stat cum sententia patris.*

DECISIO LXXI.



IN causa nobilis Capitanei Solorzani cum
magnifico Didaco de Arces, de quo conqueritur
præfatus Solorzanus, est quòd
capta terra Chyerij de Ducatu Sabaudiæ
iure belli a posse hostium Gallorum, & adeptus in terra
præfata possessionem domus illorum de Cobbi,
vbi erat turris, per quam à domo ingrediebatur, & in
qua turri se reduxerant quamplures mulieres & matronæ,
& alij senes, & mercatores inermes: & ingresso
Solorzano domum, facto per ipsum foramine per
prius in pariete intermedio inter quandam apothecam
contiguam & ipsam domum, cùm per ianuam
nullatenus ingredi potuisset, & acclamando monuisset
existẽtes in turri, vt se reddere debuissent, & nemine
viso aut audito, nec habito responso post vnius horæ
spacium superueniente capitaneo Arces, cum eius
comitiua, & aperta sibi ianua turris, fuit cum eo facta
tallea xl. millia ducatorum: quam in præsentiarum
præfatus Solorzanus ab eo repetit, prætendendo ad
ipsum spectare, cum primo loco ingressus fuerit, &
expulsus per præfatum Arces Adducitur per conuentum,
quòd licet Solorzanus primo loco domum cepetit: attamen non ceperat turrim, nec bona aut per-
1 sonas in eadem existentes: & sic non adparet † verificari
id, quod dicitur, capta in bello fieri occupantis,
seu capientis: iuxta l. prima. §. item si in bello. ff. de
acquirend. possession. ibi, quis primus eorum possessionem
nactus est. & facit text. in l. iij. §. Neratius. eod.
titul. ibi, inuenta non acquiruntur, nisi apprehendantur.
l. nulla. §. thesaurus. ff. de acquirend. rerum dominium.
& non dicitur captus, qui non durat captus: vt
in §. si ab hostibus. Institut. quibus modis patr. potesta.
soluen. & dixit Angel. in sua famosa disputatione renouata
guerra. in quinto dubio. ibi, nunc descendo ad
secundum. nam licet actualiter bona & personæ præfatæ
captæ non fuerint per Solorzanum, inficiari non
potest, quin res & bona ipsa non fuerint occupata per
Solorzanum, stante connexitate & incorporatione
turris præfatæ cum domo, cùm aliunde quàm per domum
ipsam non poterat haberi accessus ad turrim
præfatam: & sic † ex iuris dispositione per apprehen- 2
sionem & ingressum domus præfatæ intelligitur acquisita
possessio omnium contentorum in ipsa domo:
vt pulchrè tenet Sozin. materiam exordiendo, in l. iij.
§. Neratius. iiij. not. ff. de acquired. possess. per text. in
l. clauibus. de contrahend. emption. & l. si ego. §. dotis.
ff. de iure dotium. & possidens † continens, dicitur 3
possidere contentum, per eadem iura. & idem dicit
Bald. in l. de his. C. de furt. numero 1. Nec militaret,
quod de thesauro dici potest: quia possidens ignorabat
thesaurum. & in his, quæ inuentione acquiruntur,
requiritur apprehensio: vt firmant Moder. in dicto §.
Neratius. Præterea, vt præmissum est, turris ipsa, quæ
erat & est portio domus, carebat armis & alijs, cum
quibus valuisset se tueri: nec modo aliquo valuissent
se defendere senes & mulieres ibi degentes: cum turris
fuerit ædificata non ad defensam, sed ad ornatum
domus: vt plenè doctum est, & oculari inspectione
adparet: & sic à posse Solorzani euadere minimè potuisset.
nam vt inquit Cuma. relatus per Sozin. in dicto
§. Neratius. circa finem immediatè, quòd † vbi le- 4
pus ingreditur hortum tuum, & clauditur sibi via redeundi,
dicitur statim quæsita tibi possessio, & per
consequens dominium leporis. Vnde pariter dicendum
erit in casu præmisso, cùm Solorzanus fuerit
iam effectus possessor domus & eius possessionem &
dominium penes se retinebat, in qua domo & turris
in ea existens continetur: & sic Solorzanus in domo
ipsa existens, in eius custodia, & pariter turris, ne reclusi
in ea metu impetus exercitus, exirent cum bonis
ex ipsa custodia, dicitur etiam sibi quæsita possessio:
per text. in l. iij. §. Nerua filius. ff. de acquirend. possess.
per quem dicit ibi Aret. circa principium. quòd † de- 5
tinens feras inclusas in viuariis, & pisces in piscina, dicitur
illa possidere: ex quo habet sub custodia, & est
tex. in eadem l. iij. §. item feras. & pro hoc bene facit
quod dixit Guido Papæ, in suo consilio lxx. quod est
finale primæ partis. vbi dixit, † quòd per tactum por- 6
tæ seu ianuæ ecclesiæ, dicitur acquisita possessio, nisi
alius sit possessor, vel sit alius in ipsa ecclesia, vel loco,
à quo expelli non possit: quia verus possessor dicitur:
secundum Bald. in rubric. de rerum diuisio. circa medium.
& in l. j. C. de offic. præfect. vigi. & subdit ibi Bal.
quòd si vnus tenet ecclesiam & alius tenet campanile,
† quod est fortilitium: quòd ille qui ingressus est 7
ecclesiam, cùm de facili possit expelli per campanile,
non dicitur habere corporalem possessionem beneficij:
si tamen existens in campanili euadere non potest,
tunc, ex quo dicitur teneri, & non tenere: per not. in
l. j. §. penult. de vi & vi arma. dicendum est existentem 11
in campanili possessione ipsa priuatum, & tenentem
ecclesiam, possidere etiam campanile. & idẽ tenet &
sequitur præmissa referens Cassan. in consue. Burgundiæ.
in fine. Quòd satis adaptari potest ad casum, de
quo agitur: & ideo voluerunt Imo. & Paul. de Castro
in l. quod meo. §. final. ff. de acquirend. possess. celatus
etiam per Ias. quos sequitur † in l. clam possidere. §. 8
qui ad nundinas. de acquirend. possess. numer. 18. quod
ingressus possessionem aliquam taliter, quòd ei resisti
non possit per illum, qui ipsam per prius tenebat; vel
quòd nulla adesset primò possidenti spes recuperandi,
eo casu dicitur naturalem & ciuilem possessionem
amisisse: vt est propriè, quando exercitus ingreditur

locum hostium scientibus possessoribus: nam posses-
sores amittunt possessionem, ex quo suspicari debent
se posse repelli: tum maximè, quòd existentes in turri
deposuerunt se in ea recondidisse, non vt se defende-
rent aut offenderent: sed causa honoris matronarum,
& ad euitandum primum impetum, & incursum ar-
migerorum: & sic stabant reclusi & incastellati in
turri: & possessio domus erat penes Solorzanum, qui
aderat, & custodiebat ne exirent, seu aufugerent. &
pro hoc benefacit text. in l. naturalem, §. illud. iuncta
gloss. in versi. illud. ff. de acquirend. posses. vbi si fera
9 bestia ita à me vulnerata † sit, vt capi posit, videtur
eousque mea, donec ipsam prosequor, attenta opin.
Trebatij, quæ de consuetudine seruatur: vt ibi gloss.
dicit. & Bart. in l. quominus in v. quæst. ff. de fiumi.
vnde cum Solorzanus primo loco ingressus sit do-
mum, & domum posidens, tenēdo ibi personas inca-
stellatas in turri, & ita custodiendo prosequebatur
non existentibus in turri armis nec armigeris: meritò
possessor ipse dici debet: prout videtur tenere Ang.
in dicta sua disputatione, renouata guerra. in fin. dum
asserit, quòd si captiui & opressi ab armigeris se red-
diderunt consodalibus opprimentium, compulsi ab
eis, licet de rigore iuris armorum dicti captiui effi-
ciantur captiui consodalium, quibus se dederunt: ta-
men quia dicti consodales non debuerunt opprimen
tes & primos occupantes compellere ad relaxandum
tenentur dictis compulsis ad interesse, per text. in l. si
in laqueum. de acquirend. rerum dominio. vbi in fin.
10 videtur casus noster: dum dicitur, quòd † damna so-
cio occurrentia culpa aliorum sociorum, damno eo-
rum cedunt, qui culpam habent. l. cum duobus. §. dam-
na. ff. pro socio. & allegat text. in quo dicit esset casum
expressum, in l. rei communis nomine. eod. titul. pro
socio. & sic Solorzanus compulsus & expulsus ad di-
mittendum possessionem & custodiam domus, &
turris à Capitaneo Arces: tenetur eidem ad damna &
interesse, quæ verificantur in talea. xl. mille ducato-
rum, habitorum ab inclusis in turri. Ita etiam pulchrè
congerit Angel. in sæpius allegata sua disputatione,
renouata guerra, qui vltimò se remittit ad consuetu-
11 dinem, de qua plenè in processu: & consuetudo † gen-
tium armorum, attenditur. vt dicit Bald. in l. adoptio-
ne. C. de adoptio. & addit. ad Sozin. in l. j. in princip. ff.
de acqui. posses. in verbo, occupantium. & allegat pul-
chrum consilium Cald. in titu. de treud. & pace. con-
lio primo. cum minimè licere debeat militibus eius-
dem legionis deprædare seu vim inferre aliis eiusdem
legionis. Ex quo de facili sequeretur seditio in exerci-
tu: quòd Angel. ibi aduertit: & ideò si milites vnius le-
12 gionis † deprædauerint animalia hostium, & hostes
recuperauerunt prædam antequam pernoctasset, de-
bet præda illa restitui prioribus dominis: & non erit
illorum armigerorum, qui ipsam recuperarunt: per
text. in l. ab hostibus. quia milites non debent homi-
nes eiusdem factionis opprimere, sed defendere. l. si
captiuus. §. expulsis. ff. de capti. & post. reu. concurren-
te maximè. quia Arces erat magister exercitus, & de-
bebat iura reddere inter milites, & iustitiam mini-
strare, iuxta debitum sui officij, cui præerat, & non in-
iuriam facere. Nec poterant existentes in turri reclu-
si, in præiudicium Solorzani, qui per prius possessio-
nem acquisierat domus, seipsos reddere Capitaneo
Arces: quia nullam dispositionem habebant: ex quo

stante eorum rebellione, omnia eorum bona amise-
rant, tanquam confiscata: & pariter † dominium ipso- 13
rum bonorum, vt dixit Luc. de pen. in l. cum allegas.
C. de re milit. versic. potest dici. & in l. j. C. de peti. bo-
nor. subla. sequitur Afflic. cap. primo. de feud. sine cul-
pa non amitte. & proinde non poterant se & bona
eorum iam confiscata alij tradere: maximè, quia ac-
quisita Solorzano per possessionem & custodiam iam
occupata: per l. quisquis. §. emancipationem. C. ad le-
gem Iuliam maiestatis. vnde adparet, quòd in frau-
dem se reddiderunt Capitaneo Arces: per ea, quæ di-
cuntur in l. post contractum. ff. de donation. Dicebant
enim aduocati Capitanei Arces in contrarium, vide-
licet ipsum absoluendum ab impetitione Solorzani:
cum Arces ipse turrim, bonorum & personarum in
ea degentium veram & corporalem possessionem
adeptus fuerit: & personæ eidem se reddiderunt, &
non Solorzano: per tex. in l. j. in princ. ff. de acquiren.
possessio. ibi, qui prius possessionem nactus est. Facit
bene regula legis, quoties. de rei vend. & in talibus
rebus, quæ absque actuali traditione posidentis, pos-
sessio ipsa apprehensione, & non solo aspectu dicitur
acquisita: per tex. in §. item, quæ ex hostibus capimus.
& in §. item lapilli. & ibi glo. insti. de rer. diui. & com-
muniter doctor. in dicta l. prima. super gloss. in versic.
primi. per tex. in l. quod meo. §. finali. & in l. iij. §. Ne-
ratius eodem titul. vbi Ias. ad saturitatem. bene facit
text. in l. naturalem. §. illud. de acquirend. rerum do-
min. & in §. illud. instit. de rerum diuisi. vbi si fera be-
stia ab aliquo vulnerata, vt non posit euadere, ap-
prehendatur ab alio, eius fit: quia multa accidere po-
terant, vt ipsam non caperet vulnerator. Bene facit
tex. in l. in laqueum. ff. de acquirend. rerum domi. dum
dicit de apro incidente in laqueum, quòd quis venan-
di animo imposuit: tunc demum fiet ipsius, quum
ipsum actualiter apprehendit. & illum ita simpliciter
intelligunt Bart. & communiter omnes ibidem. in di-
cta l. prima. super gloss. in versic. primi. vt patet ex re-
latis per Alexand. ibi. & licet gloss. in dicta l. in la-
queum. & post eam clarius Alber. dicat aprum statim
laqueum apponenti acquiri, cùm diu colluctando se
soluere non poterat: tamen hoc videtur, contra illum
text. qui considerat actualem apprehensionem, & non
potentiam apprehendendi: prout etiam consideratur
causa in dicto §. illud. prout ibi gloss. sentit in verbo,
capi posit: dum dicit, quòd non omnino facultas con
sideratur: & hoc expressè dicit, vbi suprà, Alexand. ad
intellectum illius text. quòd aper in laqueum incidēs,
non dicitur acquisitus, nisi manu capiatur possessio
& dominium. Ita in casu. dicta l. in laqueum. secun-
dum intellectum præfatum aper erat taliter alliga-
tus, vt nullo modo se tueri valuisset: & in laqueo ap-
posito per illum met, qui eius dominium prætendit:
sed in casu præsenti poterant se defendere à posse pre-
fati Solorzani, qui cum duobus tantum accessit: &
vim aliquam existentibus in turri, qui erant vltra vi-
ginti, inferre non poterat: adeo quòd potuissent ab
eo de facili euadere, & sic nō poterāt dici taliter alli-
gati: vt aper in laqueum incidens. Nec suffragari po-
test Solorzano, quòd ipse per prius ingressus fuerit do-
mum: nam non ex hoc dici potest, quòd possessionem
turris quæsierit, quia turris erat fortis: & fortem ia-
nuam etiam ferro suffultam ac munitam tenebat, in-
tantum quòd expugnari necesse erat. Nec per appre-
hensionem

hensionem domus poteſt dici turris capta: per text.in
l.iij.in prin.ff.de acquiren.poſſeſ.qui poſſet in contra-
rium ponderari:videtur procedere,dum fuiſſet in li-
bera poteſtate ingredientis,quamlibet partem fundi
introire:nam tunc totus videtur apprehenſus, poſt-
quam ab eius libera poteſtate totalis apprehenſio de-
pendebat.Quod tamen conſiderari non poteſt in ca-
ſu præſenti:cùm non valuerit turrim ingredi, non di-
ceturipſius poſſeſsionem adeptus:per text. in l.quod
meo.§.fuit.& per illum tex.gloſſ.in verbo, quandoli-
bet.in dicta l.iij.& ad præmiſſa concurrit, quòd licet
14 † ingreſſus poſſeſsionem eccleſiæ, intelligatur acqui-
ſiuiſſe poſſeſsionem omnium rerum eccleſię in ea exi-
ſtentium:vt firmat Pet.de Anc.in regula beneficium.
de regul.iur.& communiter cano.in c.cum ſuper. de
cauſa poſſeſ.& propriet.non vendicabit ſibi locum,
vt dicatur acquiſiuiſſe poſſeſsionem illarum rerum,
quæ ab alio occupatæ reperiebantur:vt tenet Ant.de
Butr.in c.finali.de cauſa poſſeſ.& propriet. vbi etiam
ſubdunt,quòd dum tractamus.de acquirend. poſſeſs.
15 nedum formata † per ingreſſum ciuitatis, non vide-
tur acquiſita poſſeſsio caſtri ſibi ſubiecti, prout etiam
plenius ſequitur Aret.in præfata l.iij.poſt Butr.in c.in
literis.de reſtit.ſpolia.& quia in his, quæ occupatione
ſeu apprehenſione quæruntur non procedit regula di-
cta l.iij.vt dicit Iaſ.in dicto §.Nerarius. maximè cum
tractetur de acquiren.poſſeſ.contra voluntatem poſ-
16 ſidentium:quo † caſu ſimiliter tantum dicitur poſſeſ-
ſio,quantum apprehenſio:vt poſt Bart.dicit Iaſ. in di-
17 cta l.iij.Nec obeſſet † prætenſa conſuetudo:cum non
poſsit applicari ad caſum,cum de iure huiuſmodi prę-
dæ deberent aſsignari Duci belli:vt ipſam diſtribue-
ret inter milites.l.ſi quis pro redemptione.§.j.C.de do
nat.& plenè doct.in dicta l.j.de acquir.poſſeſ.Quibus
iurium allegationibus ſic colluctantibus,per nonnul-
los dominos de ſacr.Conſilio, & ſignanter per com-
miſſarium & relatorem cauſæ fuit affirmatum, bona
ipſa exiſtentia in turri,debere aſsignari Duci belli: vt
ipſa inter pugnatores & armigeros diſtribueret.Dice-
bam ego,quòd ſalua reuerentia in caſu præſenti id fie-
ri non poterat:ex quo illa bona deprædata per victo-
18 res, † debent aſsignari Duci belli, vt diſtribuat quæ
fuerunt capta in bello campeſtri inter partes conſli-
ctu ordinaro poſt victoriam:quòd vulgariter dicitur,
lo bottino:ſecus in bonis captis in diſcurſu alicuius
territorij,ante,vel poſt cœptum bellum campeſtre:
quod vulgariter dicitur, la corraria. Ita voluit pul-
chrè Saly.in l.ab hoſtibus.C.de capti.& poſtli. reuer.
Bart.in l.naturaliter.in §.fi.ff.de acqui.poſſeſ. Aret. in
locis prææallegatis.Bart.in l.ſi quid in bello.ff.de capti.
& poſtli. reuer. Bald. in l.ſi quis pro redemptione.de
dona.Abb.in c.ſicut.de iureiuran.Angel.in ſua diſpu-
tat.Renouata guerra.gloſſ.in c.ius militare. prima di-
ſtinct.& in c.dicat xxuj.q.v.Ioan.de Ligna.in ſuo tra-
ctat.de bello,in c.vj.in Rubrica.an capta in bello,re-
ſtituantur.Ex quibus vltimo loco adductis dum ma-
ior pars dominorum ſacr.regij Conſilij votaſſent co-
ram illuſtriſsimo Prorege, præfatum Capitaneum
Arces abſoluendum ab impetitione Solorzani, licet
durum mihi viſum ſit recedere à ſententia tantorum
patrum: attamen fretus, quòd aliquando filius non
ſtat cum ſententia patris,vt in l.iij.§.ſi quis.ff.de con-
19 di.ob cauſam:vbi † Celſus filius tenet contra patrem,
ſum voti contrarij,& præfatum Capitaneum Arces
condemnandum ex ſuprà primo loco præmiſsis, ad
reſtituendum eidem Solorzano taleam habitam ab
exiſtentibus in turri præfata. Attamen fuit lata ſen-
tentia, vt ſuprà, ſecundum votum maioris partis.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſio in tormentis, præcedente aliquo indicio, ſi reuocatur, remanet tamen ſemiplena probatio.*

2 *Confeſſus delictum in tormentis, ſi demùm reuocat, & non probat contrarium, compellitur in ſua confeſſione perſeuerare per repetitionem torturæ.*

3 *Confeſſio quatenus fuerit in tormentis extorta, quæ non per ſe, ſed perſeuerantia, vel fama, vel veriſimilitudine facti, vel alijs adminiculis, indubitabiliter indicat veritatem.*

4 *Confitenti delictum in tortura, nihil prodeſt reuocare confeſſionem, ſi contra ſe ſunt aliqua indicia, quæ coniuncta cum confeſſione ipſa, indicunt indubitabiliter veritatem.*

5 *Confeſſio adiuuatur ex indicijs, intantum vt confeſſus appellare non poſſit.*

6 *Pœna perſonæ & bonorum omnium, importat, & intelligitur de pœna mortis, & publicationis bonorum.*

DECISIO LXXII.

Decius de Piſciotta inquiſitus de tonſione monetæ per magnam Curiam Vicariæ, ſubſiſtentibus indiciis quòd plures inciſuræ argenti & ſignanter coronatorum penes ipſum,& in eius domo repertæ fuerunt, quas eius propria vxor,ne in dicta inciſione culpoſa redderetur, publicauit: & quo Decio capto & examinato quioque ſocios in tonſione præfata publicaſſet:dum pro ipſis habendis tranſmitteretur, minimè reperti ſunt:ſed ſugam arripuerunt:tandem torturæ ſuppoſitus de plano tonſionem præfatam confeſſus eſt: & ſic vltimo ſupplicio condemnatus, appellauit ad ſacr. Conſilium,aſſerendo ſe confeſſum & non conuictum vt appellans admitteretur.Item, quia ex huiuſmodi delicto non veniebat ſibi imponenda pœna mortis naturalis:cum capitulum regni,iam ſæpe.ſub Rubrica de demolientibus liliatos carlenos.nō videtur imponere incidenti carlenos pœnam mortis naturalis. Sed formaliter dicit,ſub pœna perſonarum & bonorum omnium,& ſic de læſæ maieſtatis crimine punietur,fiſco ex aduerſo inſtante præfatum Decium minimè interpoſita appellatione audiendum, tanquam confeſſum & conuictum:& quòd conuictus adpareat, vltra præmiſſa indicia ſuper additur & aliud de ſorficulis,cum quibus monetam tondebat, quæ repertæ ſunt in eius domo:prout etiam per eius confeſsionem comprobauit: vnde quatenus in præſeuriarum eius confeſsionem in dubium reducere conetur,abſq; aliqua probatione in ſui fauorem,quæ ipſum releuet ad elidendam eius confeſsionem, tempus conterit, &
oleum & operam amittit: ex quo confeſsio in † tor- 1
mentis præcedente aliquo indicio ſi reuocatur, remanet tameu ſemiplena probatio:vt dicit gl.in l.ij.C.de
cuſto.reo.& ideo niſi reuocans † probet contrarium, 2
compellitur perſeuerare in confeſsione per repetitionem tormentorum:vt dicit Bald. in l.in bonæ fidei. C.de reb.cred.qui ſubdit bene facere,quod dixit Inn.

in c. per inquisitionem. extra de elect. & sic denuò tor-
tus in confessione perseuerauit, & sic quatenus confes
sio ipsa fuerit in tormentis extorta, quæ non per se:
3 sed perseuerantia, † vel fama, vel verisimilitudine fa-
cti, vel alijs adminiculis indubitabiliter indicat veri-
tatem. l. sancimus. C. de pœn. l. qui sententiam. eod. tit.
l. j. §. Diuus Seuerus. de quæst. secundum Nico. de Mat-
4 ta. Ita dicit Bald. in l. fi. C. de probat. vbi subdit † quòd
ex dictis verbis habes, nihil prodesse confitenti reuo-
care confessionem, si contra se sunt aliqua indicia,
quæ coniuncta sunt cum confessione, quanquam ex-
torta, in lucunt indubitabiliter veritatem. Quod te-
ne menti, dicit Bald. nisi reuocans probaret contra-
rium: vel clarè per indicia contraria, elidentia: quod
5 † non probauit in casu, de quo quæritur: & vrgent
omnia præmissa indicia contra ipsum. Et ideo ex indi-
cijs coadiuuatur confessio, intantum, vt appellari nõ
possit: vt in c. Romana. §. si autem. de appel. in vj. Ita
firmat pulchrè Bald. in l. fi. §. necessitatem. C. de bon.
quæ liber. Quo verò ad pœnam mortis naturalis, in-
fertur iam ex verbis ipsius præmentionati capituli,
quo disponitur sub pœna personarum & bonorum, &
sic de læsæ maiestatis crimine puniuntur, quod satis
videtur de pœna vltimi supplicij sentire; & nihilomi-
nus extat nouella regia pragmatica, tempore illustris.
Proregis don Ramundi de Cardona, sub nomine Re-
gio edita; per quam expressè imponitur demolienti-
bus monetam, pœna mortis naturalis. Quorum con-
siliarij, si tunc temporis perlegissent idem dispositiuo
de iure communi, pragmaticam aliquam minimè edi-
dissent: & quòd de iure sub his verbis, videlicet, sub
6 pœna personarum † & bonorum omnium, imponi-
tur mors & publicatio bonorum, est gloss. sing. in au-
theo. de arm. ad fin. Dum dicit, quòd dum iudex com-
minatur sub pœna æris & personæ, importet mortem
& publicationem bonorum. & istam gloss. exclamat
Angel. in suo consilio ccxvij. & refert, & sequitur An-
ton. Cur. sic. in singul. suo. sub verbo, pœna: incipien-
te, iudex potest. Quas Decisiones si vidissent excellen.
Ludouicus Montaltus, regens Regiam Cancellariam,
& author Pragmaticæ prætatæ, ipsam non consuluis-
sent absque dubio, nec eam edidissent: & sic communi
voto dominorum sacri Consilij fuit causa eadem re-
missa ad eandem magnam Curiam, quæ omni mora
postposita, ob maximam frequentiam delicti præfa-
ti, eius sententiam executa est.

SVMMARIVM.

1 *Testamentum seu codicillus conditus ad interrogatio-
nem alterius, non tenet.*
2 *Testes deponentes, quòd verba testatoris clarè non expri-
mebantur, nec percipiebantur, sed videbantur extorta
ad nimiam importunitatem alterius interrogantis, fa-
ciunt, vt relicta in eo non teneant.*
3 *Testator si interrogatus à notario, si intendebat testari,
renuit respondendo se non fecisse testamentum, prout fe-
cerat, & reliquerat multa ecclesiæ preciosa, & causa
mortis: si deinde reperitur iterum disposuisse, secunda di-
spositio, ut breuis facta, non videtur sufficere ad reuocatio-
nem alterius præcedentis dispositionis ita deliberatæ.*
4 *Relictum emanatum ad interrogationem alterius,
quàm testatoris, non tenet.*
5 *Infirmitas intellectus & mentis testatoris, ex multis ad-
parere potest.*
6 *Codicillarè & legare quis nutu potest: dummodo stet in
recto sensu. Non tamen id procedit, quando ad interro-
gationem alterius codicillaretur: nisi per prius declarasse
se conceptum mentis suæ ipsum interrog. nu. & nu-
mero 7.*
8 *Quilibet contractus ex non scripto duobus vel tribus te-
stibus plenè probatur. & nu. 9.*
10 *Merita expressa per donantem, dicentem se donare ex
causa meritorum & sic iurantem, faciunt, vt per solum
iuramentum merita ipsa probentur.*
11 *Donationi remuneratoriæ maior fauor debetur, quàm
simplici.*
12 *Donatio causa mortis, licet de morte fiat mentio: tamen
vbi adest alia coniectura, vel causa, cessat donatio causa
mortis.*
13 *Voluntas disponentis aperitur ex præfationibus &
verbis.*
14 *Interpretatio plenior fortiórque præsumptio est, quando
persona est valde dilecta testatori, coniuncta consangui-
nitate, naturalique affectu.*
15 *Persona valde dilecta testatori facit, vt ratio sanguinis
fuerit causa finalis donationis seu legati.*
16 *Testis faciens pactum de quota litis, repellitur à testi-
monio.*
17 *Causa propria dicitur esse alicuius, cuius commodum &
incommodum ad ipsum spectat.*
18 *Testis non potest testimonium dicere in facto, in quo ha-
bet interesse.*
19 *Testis non potest esse vxor in commodum mariti.*
20 *Testis non potest esse solicitator causæ.*
21 *Mentis sanæ quilibet præsumitur esse de iure.*
22 *Testibus de sana mente testatoris deponentibus magis
creditur, quam cæteris contrarium deponentibus.*
23 *Quia videntur deponere de qualitate naturali intrin-
seca, quæ à natura insitum quia homo nascitur bene sen-
satus: & sic de affirmatiua.*
24 *Testibus deponentibus conforme iuri communi, magis
statur, quàm alijs*
25 *Mortis sola cogitatio, turbat solitum sensum, ita quòd
non est is perfectus.*
26 *Mortis anxietas solet communiter citius ac prius tollere
loquelam quam auditum.*
27 *Testes deponentes testatorem tempore testamenti insa-
num, non probant concludenter.*
28 *Testis deponens iudicando, & sic secundum eius iudi-
cium, non probat: quia eo casu, non dicitur vt testis de-
ponere.*
29 *Testis deponens super negatiua, tenetur reddere ratio-
nem, etiam non interrogatus.*
30 *Testis & iudex quis esse non potest in eadem causa.*
31 *Testator dum loqui non potest propter morbum, seu ali-
ter, si tamen cognoscitur eius voluntas per signa, debet,
eo casu notarius scribere, quòd cum interrogatus propter
morbum non posset loqui, assensit humeris, & annuit
capite.*
32 *In testamentis fit plenior interpretatio, quàm in contra-
ctibus.*
33 *Notarius præfertur vni testi, imò æquiparatur duobus
testibus.*
34 *Testator interrogatus si volebat relinquere, respondet
quòd sic. talis donatio, & legatum sic eo modo factum,
tenet.*
35 *Codicilli solo nutu testantis tenent, capite annuendo, abs-
que*

que aliqua expressione verborum: dum tamen memoria
lesa non sit.
36 *Testator potest instituere heredem ad interrogationem*
& nuncupationem alterius.
37 *Testamentum furiosi Romæ fuit approbatum, quia ritè*
& rectè disposuit: prout quilibet sanæ mentis.
38 *Stultus vel furiosus vbi faceret actum, quem quilibet sa-*
næ mentis fecisset, talis actus valet & tenet.

DECISIO LXXIII.

VEnerabilis Antonius Frandinus de Neap.
dum donasset, & in vltimis constitutus
codicillando reliquisset honestæ mulieri
Adrianæ de Regillo eius nepti, in remu-
nerationem seruitiorum sibi per eandem præstito-
rum quandam domum cum furno, & prætenderent
eius hæredes de inualiditate donationis & codicillo-
rum præfatorum factorum in vltimo vitæ spiritu, &
tempore, quo presbyter ipse memoria & intellectu
carere dicebatur: ad cuius probationem fuerunt pro-
ducti quamplures testes, & vltra septenarium nume-
rum attestantes, quòd tempore codicillorum præfa-
torum interrogatus ipse testator per donnum Tho-
mam Carmignanum, si volebat legare quendam cen-
sum & domum præfatam cum furno eidem Adrianæ,
respondebat quòd sic, etiam capite annuendo. Verum
subdunt, quòd eo tempore non erat in recto sensu: &
plus subdunt, quòd interrogatus à notario ibidem
præsente, dum non potuisset articulatè loqui, respon-
sum non dabat: verum quòd notarius ipse ex relatio-
ne præfati donni Thomæ dicentis, scribe, quia dicit,
1 quòd sic scribebat, & ideo cum † testamentum seu
codicillus ipse ad interrogationem alterius conditus
sit, non tenet: vt inquit Ioan. And. in addit. Specul. in
tit. de testamen. §. in primis. & consuluit Szin. in suo
consil. xcij. in iij. volum. viij. col. versic. sed præmissis
non obstantibus. & sic deprehenditur falsitas codicil-
lorum & donationis præfatæ: per tex. in l. iubemus. §.
si enim. vbi Bart. de testam. Ang. in l. fraudem. §. sicut.
ff. de testa. militar. Imo. & Angel. in l. in aduersa. ff. de
testam. imò & plus, etiam si audiuisset testatorem re-
spondentem quòd sic: quia testes deponunt, quòd eius
verba clarè non exprimebantur nec percipiebantur
2 † sed videbantur extorta ad nimiam importunitatem
præfati presbyteri Thomæ interrogantis, huiusmodi
relictum non tenet, vt tenet Ang. in dicta l. iubemus.
quem sequitur Alexand. in consil. xxxiiij. in iij. volum.
& Lud. Roman. in consil. cccvj. proposita consulta-
3 tio. tum maximè, quia † interrogatus per prius à nota-
rio præfatus testator, si intendebat testari à suo con-
fessore, tenuit, affirmando iam fecisse testamentum,
prout in rei veritate fecerat & reliquerat ecclesiæ
causa mortis sua pretiosiora, quo casu secunda dispo-
sitio sic breui facta, nō videtur sufficere ad reuocatio
nem alterius præcedentis dispositionis ita deliberatæ,
vt inquit Paul. de Cast. in consi. clv. viso puncto, j. vo-
lumine, & conferunt congesta per eundem Paul. &
Mod. in l. j. §. si quis ita. ff. de verbor. obligationib. Nec
adparere dicitur notarium fuisse requisitum à testato-
re, sed à Ioan. Lozsio viro Adrianæ: & sic liquet reli-
4 ctum emanatum ad interrogationem † alterius, quā
testatoris, euanescere vt dicit Bald. in dicta l. iubemus.
præsertim, quia interrogatio non fiebat testatori per
notarium: sed per presbyterum Thomam, & per con-
sanguineos alios procurantes eidem legari: & sic eo-
dem modo relictum ipsum non debet effectum sorti-
ri, vt inualidum & nullum: vt dicit Ioan. And. in addi.
Specul. in titul. de test. §. in primis. Quia dum testator
in extremis laborat importunatus, dum requiritur, de
facili respondet quòd sic, annuendo quod sibi dicitur:
& tunc sufficiet acceptatio & responsio testatoris di-
centis, quòd sic: quando adparet de intentione ipsius
testatoris antequam esset interrogatus, quòd ita exe-
qui intendebat. ita dicit loqui. l. Pamphilo. §. proposi-
tum. ff. de leg. iij. & sic cum legauerit nonnulla bona
quæ erant ecclesiæ, & non propria, in codicillis præ-
fatis, necnon & nonnulla alia bona ecclesiæ per prius
legata per ipsum: & insuper tot & tanta legauerit, quæ
totam penè hæreditatem absorbere videntur: vide-
tur ex præmissis † inferri, infirmitas intellectus, & 5
mentis ipsius testatoris, ac codicillorum falsitas. Ex
quibus Sozi. in suo consil. xx. iij. volumine, firmauit
quandam sententiam in fauorem legatariorum la-
tam, fuisse iniustissimam. Nec suffragaretur † dicere, 6
quòd nutu possit quis codicillari & legare. vulg. l. nu-
tu. ff. de leg. iij. quia id locum habet, quando testator
fuisset in recto sensu: vt declarant Alber. & doct. in di-
cta l. nutu. non tamen id procedit, quando ad interro-
gationem alterius testator codicillatur: nisi quando
testator per prius declarasset conceptum mentis suæ
ipsum interroganti, & fuerat cum eo allocutus: vt
not. Bar. in l. Pamphilo. §. propositum. ff. de leg. iij. per
quem tex. ita † in legato facto à non valente codilla- 7
ri, id est articulatè loqui, dum codicillum facere vo-
luisset: decidit Ioan. And. in addit. Spec. in §. in primis.
versi. quid si Is. & probat text. in l. hac consultissima.
§. at cum humana. C. de test. oportet enim, vt sit in for-
ma, & non vacillet memoria legans: vt dicit Guliel.
Benedi. in cap. Ray. in verbo, extimus positus. nu. 80.
& in legato propriè consuluit Sozi. in præfato consi.
xx. iij. volumine. Ex quibus omnibus concludebatur
pro parte hæredum præfati quondam presbyteri An-
tonij, codicillos tanquam falsos, data etiam infirmi-
tate intellectus & mentis, minimè tenere: & successi-
uè in eorum fauorem pronunciandum. Pro parte ve-
rò eiusdem Adrianæ neptis adducebatur, quòd longè
ante infirmitatem præfatam donnus Antonius ipse
donauerat domum præfatam eidem Adrianæ irreuo-
cabiliter inter viuos: prout ex decennario testium nu-
mero comprobatur, secutáque insuper corporali pos-
sessione rei donatæ cum consensu ipsius donantis: &
successiuè de pluribus & reiteratis confirmationibus 8
eiusdem donationis, nec à iure † extraneum videri
debet, quemlibet contractum ex non scripto, duobus
vel tribus testibus plenè probari. vulga. cap. in omni.
& c. licet vniuersis. §. fi. extrà de testib. & in authen. de
instrumen. cau. & fide. colla. vj. & text. in l. vbi nume-
rus. de testib. & in l. in exercendis. C. de fide instru. Or
quanto magis considerato tot & tanto numero te-
stium, corroboratur instrumentum donationis alte-
rius domus cum furno, in quo etiam expresse confir-
matur donatio suprà dicta facta sine scriptis: licet
† demum causa mortis confirmata fuerit, inter viuos 9
censenda est, cum ita donator se inter viuos do nasse
asseruerit: vt dicit Bart. in l. fi. C. de pact. promiseritq;
insuper ipsam non reuocare aliqua ratione vel causa:
vt exorditur Angel. in consi. ccliiij. domina Antonia.

ex qua clausula causa donandi magis est, quam mor-
tis causa donatio: & perinde haberi debet, ac alia
quæuis inter viuos donatio, ideóque nec falcidia lo-
cum habet, quasi in mortis causa donatione. dicit tex.
in l. vbi ita donatur. de dona. cau. mor. Confirmatio
enim, ad augendum. l. legata. ff. de leg. j. Quo ad secun-
dam donationem alterius domus, fuit confectum in-
strumentum publicum, & duo notarij rogati: quo-
rum vnus pro iudice interuenit, & de eorum legalita-
te & fide satis liquet: & sic instrumento præfato satis
standum est: vt dicit Innoc. in cap. illud. de præsumpt.
concurrente maximè pro eo, numero septem testium
instrumentariorum. Et nedum mortis sola cogitatio
aut simplex liberalitas testatorem ad donandum mo-
uit, sed merita & seruitia præcedentia ipsius Adrianæ:
in quorum remunerationem, donario præfata & reli-
ctum emanarunt: prout medio iuramento dominus
10 Antonius ipse firmauit: quod iuramentum † inducit
plenam probationem meritorum, vt inquit Baldus
in l. si donatione. C. de colla. Cæpo. de contract. simul.
vij. præsumptione. & nihilominus etiam nudo pacto,
cessante stipulatione donationes præfatæ tenerent. l.
si quis argentum. §. finali. C. de donat. nam maior fa-
11 uor debetur † donationi remuneratoriæ, quàm sim-
plici, vt not. in l. Aquilius Regulus. de donat. & dixit
Aretin. in l. sciendum. ff. de legatis primo. & ea quo-
que ratione inter viuos donatio est, & non causa mor
12 tis. Quia vbi adest alia causa vel coniectura, † cessat
donatio causa mortis: licet de morte fiat mentio. ita
Barto. in l. & si cum moriar. & ibi Paul. de Castr. ff. de
condict. indebi. refert & sequitur Alexand. in consil.
lxviij. in quarto volumine. Item suffragantur quam-
plures promissiones & pollicitationes præcedentes,
factæ per ipsum codicillantem de donando præfata
bona eidem Adrianæ, vt plenè dictum est: & sic præ-
13 fationes, & verba † aperiunt disponentis volunta-
tem. l. idque. §. si cui. & l. si verò non remunerandi. §.
idem Papinia. & ibi Bartol. ff. manda. & satis suffraga-
ri adparet qualitas personæ donatariæ, cum fuerit ne-
ptis, & valde dilecta eidem testatori præ cæteris ne-
14 ptibus: coniunctione enim † naturalique affectu ple-
nior interpretatio fortiorque præsumptio est l. Au-
relius. §. Titio testamento. de libe. lega. l. si seruus plu-
rium. §. fin. ff. de legatis primo. l. cùm alienam. C. de
15 legat. & sic cum fuerit † neptis prædilecta, ratio san-
guinis videtur, quòd fuerit causa finalis ipsius dona-
tionis & legati, quæ ratio præualere debet. l. tutor. §. j.
ff. de excusation. tutor. l. pen. ff. quod fals. tuto. autho. l.
quamuis. §. fina. ff. de annu. leg. & ideo Iureconsultus
in l. Quintus. ff. de auro & argen. lega. dixit, quòd re-
lictum tentis atque coniunctis, ampliorem meritò ex
dilectionis & charitatis affectu admittit interpreta-
tionem. & vberiorem legati causam facit. Vnde si affi-
nis præsumitur velle donare sic o f. iente ab alio de-
tur. l. si seruus communis. de donatio. inter vir. & vxo.
quantò fortius & cognatus, maximè in casu nostro,
stante affectione præfata: vt dicit Barto. in l. duo sunt
Titij. vltimo not. de testa. tute. l. si quis seruum. §. si in-
ter duos. ff. de legatis secundo. Nec videntur testes de-
cem producti aduersus præfatam Adrianam, obstare,
dum deponunt tempore legati præfatum dominum
Antonium non fuisse in recto sensu. & signanter Ioan.
Baptista de donato, & Elionora eius vxor: nam testes
ipsi ex pluribus non officiunt. quia Ioannes Baptista
ipse fecit pactum de quota litis cum præfato hærede:
vt liquet ex instrumento producto: in quo promisit 16
eandem ipsam procurare & solicitare: quo † casu re-
pellitur à testimonio: vt dicit Anton. de Butr. in c. in-
super. de testibus. & etiam per tale pactum, velut infa-
mis, de iure pariter repellitur ipso facto, absque iudi-
cis ministerio. Text. est in l. si quis aduocatorum. C. de
postul. quem sic summat Ioannes Baptista de Monte
Sperello, ibi subdens, quòd licet loquatur in aduoca-
to: tamen idem erit in procuratore: vt in l. item. C. de
procur. & in l. sumptus. in j. gloss. ff. de pac. & idem di-
cit ipse in aduocatis illiteratis, secundum Bald. in di-
cta l. si quis. & vtrobique per Pau. de Castr. & melius
per Saly. post gloss. in l. si remunerandi. §. Maurus. ff.
manda. & sic vt infamis infamia iuris nedum repelli-
tur à procuratione, sed etiam à testimonio: vt proba-
tur in cap. testium. & in cap. præterea. de testibus. & te-
net Azo in summa de infami. in fine. Item, cùm præ-
fati coniuges adpareant promisisse prosequi præsen-
tem litem expensis eorum propriis: & econtra hære-
des præfati repromiserunt eisdem coniugibus medie-
tatem totius hæreditatis præfatæ: dicuntur in causa
propria testificari: quod prohibitum est: vt in l. nul-
lus. & in l. omnibus. de testibus. & causa † propria di- 17
citur, cuius commodum & incommodum ad ipsum
spectat. l. secunda. §. propria. quando appell. sit cap.
cùm dilecti filij: versic. & si tres. de election. secunda
quæstione quinta. biduum. versic. in propria. etiam
quòd particeps sit tantum litis Bartolus in l. dictauti-
bus. versic. quatuor enim modis. C. de testament. Nec
† in facto, in quo habet interesse, potest testimonium 18
dicere l. deferre. §. idem decreuerunt. vbi Bartol. ff. de
iure fis. cap. nihil sanè. & ibi not. vers. clerici. & ibi In-
noc. de arb. Et pariter † nec Elionora ipsa vxor Io. Ba- 19
ptistæ, testificari poterit in commodum mariti: vt te-
net gl. & communiter doct. in l. etiam. C. de testi. tum
maximè, cùm vxor pro marito ratione affectionis &
continuæ habitationis testificari non potest, sed re-
pellitur: vt voluit glo. Bald. & doct. in l. parentes. & in
dicta l. etiam. C. de testib. cùm censeatur vna caro, ea-
démque volũtas cum viro: & ideo suspecta in eius cau-
sa. dixit Bal. in l. si cùm dotem. §. si maritus. ff. sol. mat.
licet nõnulli aliter censerint: tamẽ hęc opi. gl. cõmu-
niter tenetur. Ita refert & sequitur Alb. in suo tract.
de testi. sub rub. quando testes repellantur ratione do
mestic itatis. circa princip. & quod nec vxor, nec vir pro
vxore testificari potest: tenet glos. iij. q. v. in summa. &
Alb. Galeo. quem refert Spe. in tit. de teste. §. j. vers. sed
quid de vxore. & consuluit Sozi. in suo consil. xvij. su-
prà dicta causæ positio. j. volum. maximè cùm vir &
vxor dicatur esse vnum corpus & vna anima: vt in-
quit glo. in d. l. si cum dotem. §. si maritus. Idem con-
suluit Aleran. cõsilio clvj. v. volum. & ante ipsum ex-
cellen. antiquus doctor do. Hieronym. de Gentilis de
Nursia, in suo consilio incipiente, visis. in q. formata.
quod habeo ad pennam in libro meo diuersorum con 20
siliorum. Item adparet ipsum † insuper esse sollicita-
torem causæ præfatæ, quo casu etiam repellitur: vt di-
cunt domini de Rota in decis. clxij. & ccclxiij. & Ale-
xand. in prędicta l. deferre, & pariter veniunt repellen-
di omnes testes deponentes, quòd eo tempore testa-
tor eorum iudicio, non permanebat in eius recto sen-
su: & quòd loqui non valebat. Sed interrogatur à don-
no Thommasio submissa voce annuebat, dicendo si.
nam

nam huic pluribus modis respondetur. & in primis,
21 quòd ex † iuris dispositione quilibet sanæ mentis esse
præsumitur.c.fin.de succes.ab intest.l.nec codicillos.
vbi gl.Bar.Bal.& Sal.& Raph.C.de codi. licet econ-
trà plenè probatum fuerit testatorem tempore codi-
cillorum sanæ mentis existere:& in optima articula-
22 ta loquela & memoria, & magis credendum est † te-
stibus de sana mente, quam cæteris contrarium depo-
nentibus, cùm deponant conforme iuri communi:&
sic secundum iuris dispositionem. Ita dicit Inn. quem
omnes sequuntur in c.auditis.de præsum.& in c.ecclesia
sia Vulterata.de elect.ita voluit Abb.in c.cùm dile-
ctus.de succes.ab intest.Ias.in suo consil.ij.nu.8.j.vol.
& in consi.clxxviij.nu.1.vol.ij.& maximè, quia testes
23 Adrianæ, qui loquuntur † de sana mente, & ita depo-
nunt, loquuntur de qualitate naturali intrinseca, quæ
à natura inest:& cum qua homo nascitur bene sensa-
tus:& sic de affirmatiua vtroque iure comprobata. d.
c.cum dilectus.& ibi expressè And. Barb. & gl.in c.si
forte.de elect.in vj.& l.nec codicillos.C.de codi. vbi
24 Bar.dicit, quòd asserens quem sanæ mentis, habet † præ-
sumptionem iuris pro se, quòd sit sanæ mentis: & sic
magis statur testibus deponentibus conforme iuri cõ-
muni quam aliis: vt dicit Inn.suprà allegatus, in c.au-
ditis.de præscri.Bal.in c.j.de controuersia inuesti. & in
authen.omnes peregrini.C.commu.de succes.Petr.de
Anch.in c.j.de rescrip.in vj.& in consi.cclxiiij.in q.
presbyteri.Fel.in c.dudū.de præsump.& nihilominus
sufficit probare testatorē adeò sanum, quòd nō fuerit fu-
25 rioso similis.l.furiosum.C.qui test.fac.pos.vel † omni-
no à mente alienatus.sola enim mortis cogitatio, tur-
bat solitum sensum:ita quòd non erit perfectus. ita Ang.
in l.hac consultissima.§.at cum humana fragilitas. C.
qui test.fa.pos.& tamen non ex hoc testamenti factio
impeditur:quia imò etiam & semimortuus testari po-
test.l.quoniam indignum.C.de testa.nam & in istru-
mentis turbatio mētis impedit quandoq; sensum:nec
26 ideo necessario infertur carentia sensus, † adeò quòd
impediat testari.l.multis.in fi.C.de testa.milit.& præ-
fata.l.quoniam indignum.nam anxietas mortis solet
communiter citius ac prius tollere loquelā, quam au-
ditum vel alios sensus: vt inquit consulendo Corn.in
27 consi.cclj.in iiij.vol.Quinimò & plus, † testibus de-
ponentibus testatorem tempore testamenti insanum,
non probant concludenter: cum ista insania non sit
regulata iure positiuo: vt dicit Domi.in c.consi.xvij.
dist.quia insania est carētia recti intellectus, propter-
eà nō concludunt:& ideo præferūtur testes deponen-
tes de sana mēte. Ita singulariter cōsuluit Corn.in suo
consi.lxxxv.vol.ij.Et ita demū reperi cōcludendo de-
cidisse illustris.doc.Nico.Boëri.præsidentē Sacri Re-
gij Consil.Burdegalēsis, in suis decis.in deci.cxxiij.mo
tus fuit in j.parte.Nec fuerūt præfati tres testes produ-
cti, vt physici, aut experti, vt viderent præfatū testato-
rem:& quomodo se haberet eorū iudicium, declara-
rent: prout in eorum depositionibus iudicare adparēt
potius † quā testificati: ob quòd aliter non probant:
vt dicit Bar.in l.quid tamē.in §.arbiter.ff.de arb.quia
testis deponens secundū suū iudiciū & videre, nō pro-
bat: quia nō dicitur eo casu vt testis deponere.l.testiū.
C.de testi.l.qui testamento.§.fi.ff.de testam. & idem
tester Bart.in suo tract.de teste. Bal.in l.de quibus de
legi.& pulchrè Ang.in l.sciendū.in repet.ff.de verbo.
oblig.& consuluit Alex.in consi.xxiiij.ij.vol.& consi.

lxxiiij.j.vol.& Franc.Curt.Senior consi.lv. Nec in ali-
quo suffragantur depositiones Petrotij & Federici, vi-
delicet quòd ad interrogationes donni Thomæ factas
eidem testatori, non intellexerunt responsionem ali-
quam donni Antonij testatoris, nec audiuerunt ipsum
aliter loquentem: nisi quòd dum biberet dixit, he che
me affocare.& subdit bene verum esse, quòd tempore
quo ipsi applicarunt ad domum donni Antonij, erat
hora xxiij.& cæteri testes deponunt, quòd testator ho-
ra xxj. cœpit codicillare:& ipsi præcedentes duo sub-
dunt, quòd iam inchoauerat fieri testamentum:& sic ad-
29 parebit † minimè coarctare negatiuam: debebāt enim
testes reddere rationem, etiam non interrogati: vide-
licet quòd non potuisset talis actus fieri, quin ipsi vidis-
sent & audiuissent: vt dicit glos.in §.hinc nobis. vers.
vidisse.in auth.de hære.& falci. quia quod non est, non
cadit in sensu: ideò rationis redditione opus est: vt di-
cit Bal.in l.ij.C.de rescin.vend.maximè cum testes al-
terius partis deponant pluries audiuisse respondentem
ergo &c. Ita dixit Corne.in consi.cclxj.nu.4. Et sic nō
entium nullæ sunt partes, & non ex hoc adparet ne-
gatiua probata: nec in dubium reuocat codicillos: vt
dixit Bal.in l.j.C.de bon.posses.secun.tabu.& in l.cum
ij.§.nihil.de transact. Nec militat in aliquo depositio
donni Vincentij de iudice: dum asserit se audiuisse à
Ioanne Loysio, quòd testator tempore codicillorum
non motabatur in recto sensu: ex quo testis ipso fuit
commissarius super reuelatione excommunicationis
pronuntiatæ contra non reuelantes: nec est credendū
ipsi reuelanti pro se ipsum c.quoniā contra, de pro-
30 ba. † cùm non possit in eadem causa esse iudex & te-
stis.iiij q.iiij.c.j.c.forus. de verb.signi.& c. dilecti. de
testi.& tamen adparet præfatum Ioan.Loysium depo-
suisse totum contrarium: cui magis, quàm præfati iu-
dicis assertioni standum est, vt in d.c.quoniam contra.
Nec obesset, quòd facta fuerit ad interrogationem donni
Thomæ: quia non improbatur dispositio, quæ mutuis
affectionibus iudicia prouocauit, docente text.in l.
captatorias.de hære.instit. Hoc est: inquit glos.si indu-
co testatorem blandis verbis, vt me instituat, vel mi-
hi leget: hoc quidem tenet, cùm etiam nutu legari po-
test.l.nutu.ff.de lega.iij.hoc est inquit Bar.ibi, quando
ad interrogata consentit: vel facit aliqua signa: per quæ
eius voluntas deprehenditur.l.seruo inuito.§.pupillo.
31 ff.ad Trebel.secundum Iac.de Are.& ideò subdit, † quòd
notarius debet scribere: cùm talis interrogatus pro-
pter morbum non posset loqui; assensit humeris, an-
nuit capite: vt glo.dicit, Si igitur potest legari ad alte-
rius interrogationem, etiam si verbis non responde-
tur, quanto fortius, si respondetur verbis, vt hic? nam
vt dicit Bart.post Petrum in l.j.§.si quis ita. de verb.
oblig. si interrogatus, vis dimittere bona tua? respon-
det ille, cui alteri quàm sibi vellem dimittere, quòd
videtur dimittere per illum text. quia si est sic (inquit)
32 in † contractibus, multò magis in testamento: cùm in
eis fiat plenior interpretatio.l.in testamentis. de reg.
iur.& tacit.l.Pāphilo.§.propositum.de leg.iij.& codi-
cilli facilius sustinentur & semper censentur confir-
mati, siue præcedant siue sequantur testamentum.l.di-
uus. §. codicillos. de iure codicil. Accedit insuper
duplicata præsumptio in fauorem Adrianæ, videlicet
instrumenti donationis, & successiuè codicillorum:
& sic quòd donatio sit vera & legitima. l.si post diuisio-
nem:C.de iur.& fact.ign.cùm vulgariter currente ma-

gna legalitate notarij & testium ac iudicis: pro quo
notario & iudice satisfura præsumunt: & tn tantum,
33 † quòd notarius præfertur vni testi, dixit Baldus in
l. militibus. C. de testament. milit. & æquiparatur duo-
bus: vt dixit Abbas in cap. quoniam contra. de proba.
& quòd testator interrogatus, si volebat relinquere,
34 respondet quòd sic, quòd † talis donatio & legatum
sta eo modo factum teneat. consuluit Alexand. in con-
silio xiij. in primo volumine, subdens non esse necessa-
rium quòd omnia verba repetantur per donantem:
sed satis est, quòd per aliqua affirmatiuè respondeat;
quia verba præcedentia intelliguntur repetita; vt
probatur in l. j. §. si quis ita. ff. de verbor. oblig. & in
35 §. primo. instit. eodem titul. & præsertim, cùm † co-
dicilli solo nutu teneant testantis, capite annuendo,
absque aliqua expressione verborum: dum tamen me-
moria læsa non sit; vt in dicta l. nutu. ff. de legatis se-
cundo. multò fortius in casu præsenti, cùm codicilli
emanauerint, etiam aliquibus verbis expressis: quia
eo casu dicuntur facti à non habente memoriam læ-
sam: cùm ad interrogata responderit verbis, & capi-
tis nutu: vt firmat Bartolus post Iacob. de Arer. in di-
cta l. nutu. per text. in l. inuito. §. si pupillo. ff. ad Tre-
bel. Nec habet in aliquo obesse, quòd ad interroga-
tionem presbyteri Thomæ interrogantis, si volebat
relinquere præfatæ Adrianæ, testator ipse reliquerit
eidem, nam validum fuit relictum, & dispositio
ipsius codicillantis: vt tenet Alexand. in l. iubemus. C.
de testamen. per text. in dicta l. Pamphilo. §. proposi-
36 tum. de legatis secundo. vbi in † particulari tenet,
quòd potest quis instituere hæredem ad interroga-
tionem & nuncupationem alterius. Or quantò ma-
gis legata relinquere, quæ minoris sunt præiudicij, &
maximè in codicillis, in quibus longè minor solenni-
tas requisita est, quàm in testamentis: per text. in l. fi-
nali. C. de codicillis. Vltimò, pro claui materiæ, liquet
ex probatorum meritis, præfatum testatorem admi-
nistrasse bona præfatæ Adrianæ, tempore eius pupil-
laris ætatis: colligendo reditus, fructus, & prouentus
ex eisdem bonis prouenientes; & sic conscientia fortè
ductus, ad exonerationem ipsius, bona præfata eidem
donauit & reliquit, concurrente insuper coniun-
ctione personarum, cùm eius neptis carnalis fuerit,
& sibi summopere inseruierit, vt notum est, concur-
rentibus ergo meritis & seruitiis, in quibus etiam te-
stator se fundat, infertur de necessitate, quòd quando
verè probatum fuisset ipsum testatorem tempore,
quo codicillabat, non fuisse in recto sensu, seu non sa-
næ mentis: tamen quia ex præmissis adparet fecisse
id, quod quilibet sanæ mentis fecisset, talis eius dispo-
sitio valet & tenet; nam vt dicit Baldus in cap. primo.
in principio. per quos fiat inuestit. Valerium Maxi-
mum dicere, quòd Romæ à senatoribus testamen-
tum † furiosi fuerat approbatum: quia ritè & rectè
37 disposuit: sicut quilibet sanæ mentis disposuisset. &
idem dicit Bald. in §. furiosi. instit. quibus non est
permit. fac. testa. & ideò dixit Petrus de Anchar.
in clement. si furiosus. de homic. quod si sententia fue-
rit iustè lata à fatuo, valet, & tenet; & inde sumitur re-
gula: quòd vbi stultus vel furiosus † faceret actum,
38 quem quilibet sapiens fecisset, talis actus valet & te-
net: per id, quod not. Ioannes Andr. in cap. finali. de
success. ab intesta. de quo facit textum Bald. vbi suprà.
Et ideò voluerunt Hostien. Ioan. Andr. Abb. & Barb.

in cap. ad nostram. de consuet. quòd tenuit sententia
fatui Parisiensis contra tabernarium, qui volebat sibi
solui à quodam paupere, qui comederat panem ad
odorem carnium tabernarij: nam fatuus sententiauit
eidem soluendum esse de tinnitu numismatis. & hinc
Petrus de Anchar. in clement. si furiosus. de homic. ad-
ducit text. in cap. sunt, qui opes. xvij. quæst. iiij. vbi si
ebrius donat bona sua ecclesiæ, valet donatio: quia fa-
cit id, quod quilibet prudens fecisset. & idem tenet
Ludo. in titul. de voto. in singul. suo. ij & Abb. in cap.
dudum. de conuers. coniug. Ex quibus omnibus deci-
sum fuit per Sacrum Consilium codicillos tenere, &
sic pronunciatum in fauorem præfatæ Adrianæ: & sa-
tis fuit hoc vltimum caput habitum in consideratio-
ne, & minimè ab aliquo ex aduocatis partium tactum
bene tamen de fatuo Parisiensi, de quo suprà per Ho-
stien. & Ioan. Andr. fuit dictum, quòd Cato non po-
tuisset melius decidere, & adducitur etiam Barba. in
l. prima. in princip. de verbor. obligationib. cum infi-
nitis aliis: quæ notissimè congesta reperi per illustrem
Nicol. Boe. præsidentem Consilij Burdegalensis, in
suis Decis. in Decis. xxiij. in prima parte.

SVMMARIVM.

1. *Cud. nt monetam, si adhuc non impressit imaginem Prin cipis, an debeat puniri pœna mortis naturalis: cùm non adpareat delictum perfectum: & sic licet dici possit non fuisse perfect. delictum commissum seu consummatum: & sic non puniri affectum nisi secuto effectu: an sit aliter intelligendum, dum res fuit perniciosi exempli.*
2. *Delictum licet non sit perfectè consummatum: tamen quando deuentum est ad actum facto proximum, efficitur punibile.*
3. *In atrocioribus qui impeditus fuit perficere delictum impedimento facti, vt quia fuit detectus, tamen venit puniendus conatus.*
4. *Constitutiones regni, sunt statuta regni: & hodie non imponitur pœna statuta per constitutiones regni delinquentibus, nisi delicta fuerint perfecta & consummata.*
5. *Delictum, quando punitur per statutum, non punietur pœna statuti, nisi fuerit consummatum, nec sufficit imperfectus actus in atrocioribus.*
6. *Pœna corporalis dum imponitur, requiritur actus consummatus.*
   Statuta intelligi debent in casu vero, & non ficto.
7. *Statuto extante, quòd noxius adulterium committere, decapitetur: quòd tamen si quis tentauerit, & non potuit adimplere, decapitari non debet: sed alia pœna punitur.*
8. *Interpretatio strictior est facienda in pœnalibus & odiosis.*
9. *Consuetudine Italiæ & totius mundi derogatum est legibus punientibus conatum, nisi fuerit secutus effectus.*
10. *Pœna quæ imponitur ipso facto, vel ipso iure, nunquam imponitur pro actu imperfecto, sed pro consummato: nec sufficit imperfectus actus in atrocioribus.*
11. *Leges & iura omnia punientes conatum tanquam factum principale, sunt hodie correcta per dictam generalem consuetudinem.*
12. *Affectus, quòd puniatur in atrocioribus, licet non sequatur effectus, intelligi debet, quòd puniri debeat eadem lege: sed non eadem pœna.*
13. *Delictum capitale, etiam in atrocioribus, non punitur pœna mortis, si nondum fuit perfectè consummatum.*
14. *Adulterij crimen, est atrocissimum: & tamen si non fuit*

perf

perfectè consummatum, non punitur morte.

15 *Assassinium similiter si non fuerit consummatum in morte, non punitur pœna mortis.*

16 *Et idem erit in veneno. & nu.17.*

18 *Et idem erit in crimine falsi: quod tamen non includitur in generali indultu delictorum.*

19 *Testis si deposuit falsum, vt noceat alteri: & eius dictum sit aliqua causa inualidum, non habebit locum pœna falsi.*

20 *Notarius fabricans instrumentum falsum, quod aliàs erat nullum: non punitur de falso.*

21 *Delictum simoniæ, æquiparatur assassinio: quia cætera crimina ad comparationem simoniæ pro nihilo reputantur. & tamen non punitur affectus in ea, nisi sequatur effectus.*

22 *Conatus vel nixus sub lege vel statuto, pro actu perfecto seu consummato non punitur.*

23 *Et ibidem, quando quis dicatur peruenisse ad actum proximum & immediatum: & quando nixus seu conatus reputetur pro facto.*

24 *Monetam falsam fecisse non dicitur, qui non impressit formam in ea.*

25 *Statutum faciens mentionem de moneta, intelligitur de ea, quæ est habilis ad vsum.*

26 *Mulier habens virum inutilem dicitur vidua.*

27 *Gabella si debet solui de quolibet contractu vigore statuti, intelligitur de contractu valido.*

28 *Statuto dictante, quòd si quis aliquem occiderit, puniatur tali pœna, non poterit formari inquisitio, nec accusari de occiso, antè, quàm verè mors secuta non sit.*

29 *Moneta falsa, in qua non continetur impressa imago Cæsaris vel Regis, non punitur pœna mortis naturalis.*

30 *Ordinatio ad delinquendum non punitur, nisi pro essum fuerit ad aliquem actum ordinatum de præsenti ad ipsum factum: & pariter vbi quis fuisset impeditus exequi impedimento facti: vt quia fuisset detectus, quia tunc punitur, ac si verè delictum perfecisset.*

DECISIO LXXIIII.



N causa Ioannis de sancto Seuorino &
socij condemnatorum, per magnam curiam vicariæ ad pœnam vltimi supplicij
pro falsificatione monetæ, in qua adhuc
forma non erat impressa: sed solummodo remanebat
imprimi, & die sequenti, vt fassi sunt imprimere intendebant: & dum appellassent ad S. Regium Consilium ab huiusmodi condemnatione, hæsitatum fuit,
an ex forma seu imagine non impressa in numismate,
possint excusari à rigorosa pœna mortis naturalis cōtra eos pronunciata, extante constitutione regni, adulterinam monetam. quòd ipsam cudentes pœna capi-
1 tali feriantur: an possit dici † cusa, forma adhuc non
impressa? & certè prima facie dicēdum videtur, quòd
licet dici possit non fuisse perfectè delictum consummatum: & sic nō puniri affectū, nisi secuto effectu: tamen hoc intelligendum, nisi esset res perniciosi exempli: vt dicit pulchrè Saly. in l. si quis seruo. circa princ.
C. de furt. Item vendicaret sibi locum, quando non
2 fuisset deuentum † ad actum exteriorem, & sic ad
actum facti proximum: nam tunc efficitur punibile:
vt dixit Bald. in l. non ideo minus. C. de accusat. vbi
apertè tenuit, quòd etiam in atrocissimis ordinatio
3 ad delinquendum non punitur, nisi † proressum fuerit ad aliquem actum ordinatum de præsenti ad ipsum.
factum: & pariter, vbi fuisset quis impeditus exequi: &
sic impedimento facti, vt quia fuit detectus: quia tunc
venit puniendus conatus: vt dicunt doctor. maximè
Cardi. in cap. primo. extrà de eo qui mitti. in possess.
Item potuissent imprimere imaginem alterius, quam
principis in illa moneta. Et primò adparet, quòd hodie puniuntur falsantes monetam, per dictam regni
constitutionem: & constitutiones regni, sunt statuta
regni: vt firmat Afflict. in sua decisione xxj. fuit dubitatum apud Regiam maiestatem. & ibi subdit, quòd
hodie non imponitur pœna statuta per constitut. regni delinquentibus, nisi delicta fuerint perfecta &
consummata: cum constitut. regni, sint statuta regni.
Et ad hoc vt locum habeat pœna in eis contenta, requiritur delictum esse perfectum & consummatum:
† vt dicit Bartol. in l. prima. C. ad legem Cornel. de 4
Sicar. Ioan. de Imol. in cap. primo. de præsumpt. Nam
dicit Bart. in dicta l. quòd quando delictum † punitur 5
per statutum, non punitur pœna statuti, nisi delictum
fuerit consummatum, nec sufficit imperfectus actus
in atrocioribus: vt tenet Paul. de Leaza. in clemen. p.
de stat. mona. in gloss. & similiter not. in cap. perpetua. de elect. in sexto. & tenet Bald. in l. data opera. C.
qui accus. non poss. vbi formaliter dixit, quod vbi imponitur † pœna corporalis, requiritur actus consum- 6
matus: & sic statuta intelligi debent in casu vero, &
non ficto. l. iij. §. hæc verba. ff. de neg. gest. l. quicquid.
ff. de verbor. obligation. quia statutum requirit factum verum & consummatum, prout in simili consuluit Bald. in consi. ccclvj. statuto Placentiæ. j. volum.
vbi dixit, quòd stante † statuto Placentiæ, quòd nitens 7
adulterium committere, decapitetur: quòd tamen si
quis tentauerit, & non potuit adimplere, decapitari
non debet. Sed alia pœna puniri, per not. per Cyn. &
doct. in l. is, qui cum telo. ad legem Cornel. de sicar. &
præsertim cum simus in pœnalibus & odiosis, est
† strictior interpretatio facienda: & non extensio. l. si 8
præses. & l. si de interpretatione. ff. de pœn. Cyn. in l. j.
C. quæ sit long consue. gloss. in c. j. de tempor. ordin. in
vj. Alexand. in consil. cxiij. viso instrumento. circa fi.
in ij. vol. Ioan. de Anna. in consi. xxvij. viso casu. Rom.
in consi. cccxxxvij. quoad primum. concurrente maximè generali consuetudine Italiæ & totius mundi;
per quam est derogatum legibus punientibus † cona- 9
tum, nisi fuerit secutus effectus: vt testatur Spec. in tit.
accusat. §. j. Angel. in l. j. §. hæc verba. ff. quod quisque
Bald. in l. iij. C de ser. fug. Bart. in l. j. §. Diuus. de sicar.
glos. & ibi Bart. in l. fin. ff. de rerum diui. & consuluit
Bald. in consi. ccclxj. j. vol. quidam rumor. Alexan. in
consi. xv. j. vol. & idem Alexand. plenè in l. qui ea mente. ff. de furt. vbi subdit, † quòd pœna, quæ imponitur 10
ipso facto, vel ipso iure, nunquam imponitur pro actu
imperfecto. sed pro consummato: nec sufficit imperfectus in atrocioribus, vt suprà dictum est: & ideo satis
not. dixit Io. And. in nouell. in c. perpetua. de electio.
in vj. quòd etiam vbi pro delicto imponitur pœna
ipso iure: & aliquis illud perpetrauit, non tamen perfecit, seu consummauit in totum, licet per ipsum non
steterit, non tamen incurrit dictam pœnam. & idem
voluit idem Ioan. And. in regula, in pœnis. in sexto. &
Pet. de Anch. in c. ij. in fi. de iudi. in sexto. & plus subdit
Alexand. l. qui ea mente. Spec. in loco superius allegato, dicere, quòd omnia iura & leges punientes † co- 11
natum

natum, tanquam factum principale, sunt hodie correcta per dictam generalem cõsuetudinem.& idem dicit Bar.in d.l.j.§.Diuus.de sicar.& Inn. in d.c. perpetua.de elect.in sexto. Et id, quod dici consueuit, quod
12 in atrocioribus puniatur affectus, licet non † sequatur effectus, intelligendum est, quòd puniri debeat eadem lege, sed non eadem pœna, vt dixit Guliel.& Cy.in l.j. ff.de extraor.crimi.Ray.in præallegata l.quiea mente.de furt.Bartho.Cæp.in suo consilio vlt.& ante eum Franc.de Albergo.de Aret.in suo consilio incipiẽte, quòd Ciccus fante.de quo meminit Felin.in cap.inquisitionis.de accusat.quod habeo ad pennam in libro meo diuersorum consiliorum, & mouetur, quia
13 etiam in atrocioribus † delictum capitale non punitur pœna mortis, si nondum fuit perfectè consummatum. Idem tenet Andr.de Iser.& post eum præposi.in c.j.§.si verò.de capitu.qui cur.vendi.& pro hoc adduco viuas rationes; nam liquet crimen adulterij esse atrocissimum, vt dicit gl.sing.in l.auxiliũ.ff.de minor.
14 & † licet fuerit attentatum; tamen si non fuit perfectè consummatum, licet fuerit deuentum ad actum proximũ, non punietur pœna mortis licet aliàs pœna mortis pro delicto præfato imponatur, vt in l.quoniam. C.de adul. Sed extraordinariè punietur, vt est gl. in c. sollicitatores.de pœni.distin, j. versi. extra ordinem, vbi dicta lex canonizata est.& probatur in l.cùm vir, C.de adult. vbi fuit deuentum ad actum non perfectum,& tamen non imponitur pœna mortis vel sanguinis: sicut in simili dicimus in assassinio, quod est crimen atrocissimum, vt probat text.in c.pro humani.de homi.in sexto.& ibi Gemi.& Io.And.& tamen si mandatum non fuit perfectè consummatum in
15 morte: non † imponetur pœna mortis: vt firmat Dy. & post eum Ang.in l.apud Labeonem. §. si curauerit, ff.de iniur.refert etiam & sequitur Amode. iusti. in suo tract.syndi.circa fin.& ita millies iudicatum per magnam Curiam Vicariæ, & plenè scripsi in votis meis voto. Sicut etiam in simili dicimus de crimine veneni: quod pariter atrocissimum est, & tamen si fuit deuentum ad actum facti proximum, vt quia porrectum fuit venenum & sumptum, & nocuit corpori,
16 non † tamen necauit: non poterit illud porrigens pœna mortis naturalis puniri. Ita in particulari consuluit Bald in suo consil.cccclxiij.scire oportet, quòd Ciceus venenauit.in iij.volumine, vltimæ impressionis: quem etiam refert & sequitur Floria.in l.Item si obstetrix.ff.ad legem Aquiliam. eandem opinionem tenuit consulendo dominus Aytordinus de Aluarotis de Padua, in eademmet causa pro præfato Cicco fante, cum Bald.incipiente, super inquisitione formata.& idem secutus est dominus Rosell.de Rosell.in suo consilio, incipiente: an dictus Ciccus. subdens, quòd quomodocunque qui processit ad actum facti proximum, etiam in atrocioribus, debet mitius puniri.& idem tenuit dominus Petrus domini Albicus de Pisis in suis allegationibus, quæ incipiunt: si dictus Ciccus non potest.vbi plus subdit, quòd venenum sumens re-
17 medio medicorum euasit: porrigens † illud non debet pœna mortis puniri,& quòd ita fuit seruatũ Pisis per diuersos Potestates, & plus ibi formaliter subdit, quòd etiam vbi foret deuentum ad actum delicto proximum, non debet pœna delicti consummati puniri, sed minori.& ita est regula & doctrina Doctorum etiam in atrocioribus:& idem secutus fuit dominus Dominicus de Viterbo in suo consilio, quod incipit: scire oportet, quis testis criminis.& vltimò idem reperio tenuisse Francis.de Albergo.de Aret. Doctor. præclarissimum, in suo consilio eodem tempore, in eademmet causa reddito, incipiente: quòd Ciccus fante.vbi ipse & Bald.in præallegatis eorum consiliis adducunt rationem, videlicet qua grauiori pœna puniri deberet: qui verè venenando occidisset, si quis approximando venenum corpori aliter non nocendo, pœna mortis puniri possit. Hinc etiã adduci potest, quod † dicitur de crimine falsi, quod enormissimum est: 18
cũ habeat multa specialia vltra alia crimina maxime cùm non includatur sub generali indultu,& remissione delictorum: vt dicit Bart.in l.Lucius.in fi.ad Turp. Petr.de Anch.in c.j.de constitu. Angel. in sua disput. renouata guerra. Nellus in tract.banni.tertia parte secundi temporis.quæst.xlj. Item si testis dicit falsum, vt noceat alteri: & eius dictum sit aliqua causa inualidum: adeo quòd non † noceat, non habebit in casu locum pœna falsi: vt tenet gloss.& Doctores in l.Diuus 19
Adrianus.ff.de fals.& l. damus.C.eod.titulo. Batt.in l.j.ff.eod.Petr.de Anchar.in consilio xvij. Alexand.in consil.lxx.& lxxiij.j.volum.Bald.in l.fin.in fine. C.si ex fals.instrumen. item † notarius fabricans instrumentum falsum, quod aliàs erat nullum, non est puniendus de falso.Bal.in l.j.C.de sepul.viol.& quæ not. 20
Ioan.And.in regula non est sine culpa. in fine versic. vos debetis scire.de reg.iur.Bald.in l.si potest C.de iure & facti ignor. Præterea in crimine † simoniæ, quæ 21
æquiparatur assassinio; nam vt dicit Spec.in titul.de accus.§.j.in fi.in prima parte, quòd cætera crimina ad comparationem simoniæ pro nihilo reputantur: sed in simonia non punitur affectus, nisi secuto effectu: vt dicit gloss.in cap.consulere.extrà de simon.& in cap. finali.eod.titulo. Et quòd requiratur actus perfectus & consummatus, vt habeat locum pœna ordinaria, licet Bald.in consilio cccvj.statuto ciuitatis Placentiæ, tertio volumine dixerit de verbis text.in l.finali. C.de tempor.appellat.in §. illud.ibi, summa ope nixum.exposuit, id est fecit quicquid potuit, ita quòd pereum non remansit peruenire ad † actum proximum & immmediatum.nam talis conatus vel nisus 22
sub lege vel statuto pro actu perfecto seu consummato non punitur:& idem firmat Bald.in suo consilio xx.punctus, super quo.volumine.secũdo. idem refert & sequitur illustris Nicol.Boët. præsidens S. Consilij Burdeg.dignissimus in deci.suis ipsius consilij nu.116. secundo volumine, si quis volens.& subdens, quòd de iure & consuetudine generali totius mundi conatus non punitur, nisi sequatur effectus, prout attestatur Specul.vbi suprà:& ad hoc infinita allegat.& melius præ cæteris exemplificando, declarat, † quando quis 23
dicatur peruenisse ad actum proximum & immediatum, vnde nixus seu conatus quando reputetur pro facto. Et de effectu perfectè non consummato adparet quia nulla demonstratur moneta cõfecta nec formata,& ideo non potest dici fecisse monetam falsam: qui eam incepit facere,& non cudit, nec perfecit, vt quia non † impressit formam, & sic non consummatum 24
perfectè delictũ.l.qui falsam.ff.de fals. Ita dicit gl. in l. quicunq;.ff.eo.tit. Bal.in l.iij.C.de naut.fœnor. Mars. in d.l.qui falsam. Bertha.in reper.sun.in verbo, moneta falsa.ver.xxj.& statutũ † faciẽs mentionẽ de moneta, intelligitur de ea, quæ est habilis ad vsum, aliàs non 25
censetur

censetur moneta. Ita Specul. in titul. de obligat. & solution. §. nunc aliqua. versiculo pone, sicut in simili
26 † dicimus de muliere habente virum inutilem: nam
talis dicetur vidua, vt per gloss. in l. finali. C. de plagi.
& ibi gloss. quæ loquitur de patre habente filium inutilem: nam dicitur orbatus filio & similiter de contractu, de quo virtute statuti debet solui Gabella: nam
27 † intelligi debet de vtili & valido contractu, aliâs de
inualido non soluetur, vt dicit Baldus in l. secunda. C. de eunnch. & in l. non dubium. de legib. & ideo dixit pulchrè Barto. in l. damni. §. Sabini. ff. de damno
28 infecto. quòd † si statutum dictet, vt si quis aliquem
occiderit, puniatur tali pœna, non poterit formari inquisitio, nec accusari de occiso, antè, quam verè mors secuta fuerit: etiam si certum sit vulneratum esse moriturum ex illo vulnere, quòd dictum exclamat & sequitur Baldus in cap. primo. §. homicidiũ. de pac. iurament. firmand. & hoc per generalia statuta & consuetudinem Italiæ: vt non puniantur delicta, nisi perfectè consummata. Et idem vltra præallegata firmat Bald. in l. si constitit. ff. finium regundor. & in rubrica. de pœna iudi. qui malè iudic. Nec inconueniret dicere, quòd potuissent præfati monetarij imprimere formam alterius monetæ exteræ, quàm imaginis
29 Cæsaris nostri: quo † casu licet venirent puniendi:
non tamen pœna mortis naturalis, sed minori pœna: vt consuluit Raphaël in consilio cxxxviij. hoc. & latè Alexand. in consilio ciiij. quòd statutum loquens. primo volumine, & in l. eleganter. §. qui reprobos. ff. de pignor. action. Saly. in l. j. secunda columna. C. de fals. mone. Quod subdit esse menti tenendum, ad id, quod dixit Saly. quòd vbi res esset perniciosi exempli, debet puniri affectus, licet non sequatur effectus: respondetur, quòd cùm non exprimat, qua pœna puniri debeat, debet intelligi prout iura suprà allegata declarant. Et pariter respondetur ad id, quod dicitur per Bald. in l. non ideo minus. C. de accusat. vbi apertè fir-
30 mat, † quòd etiam in atrocissimis ordinatio ad de-
linquendum non punitur, nisi processum fuerit ad aliquem actum ordinatum de præsenti ad ipsum factum: & pariter vbi fuisset quis impeditus exequi, & sic impedimento facti: vt quia fuisset detectus: quia tunc venit puniendus conatus: vt dicunt Doctores, maximè Cardina. in capitulo primo. extrà de eo qui mitti. in possess. nemo tamen dicit, quòd veniat puniendus, ac si verè delictum perfectè consummasset: & ideo intelligi debet secundum iura suprà allegata: quòd non habeat locum pœna delicti perfecti & consummati: cùm Doctores, vt suprà, communiter teneant, quòd non possint etiam in atrocioribus, delicta non consummata puniri pro delictis perfectis, maximè suffragante regni constitutione, adulterinam monetam cudentibus. quæ debet intelligi in moneta cusa, vt textus ipsius loquitur. & non cudenda. Ex quibus concludo meo iudicio minus bene fuisse iudicatum per magnam curiam circa condemnationem pœnæ mortis naturalis: sed ipsos esse eorum vita durante ad remigandum in triremibus regiis condemnandos: reseruato excellentis domini Præsidentis, & aliorum dominorum consiliariorum saniori iudicio: cui me submitto. Et licet aliqui concurrissent vnà mecum: attamen de voto maioris partis fuit vltimo supplicio condemnatus.

SVMMARIVM.

1 *Cogi potest quis, vt fundum vendat pro fundum da ecclesia seu monasterio.*

Monasterium si vellet ampliari & extendere dormitorium, potest compellere dominos vicinarum domorum, vt sibi vendat ibid.

2 *Ecclesia si esset ædificanda, seu amplianda, eo casu possunt loca vicinorum & domus destrui, & vendi ecclesiæ, inuitis ipsarum dominis.*

DECISIO LXXV.

MOnasterium sanctæ Mariæ à Piacza, aliâs Reginæ cœli, non valens commode inhabitare in eodem, maximè propter auctum numerum monialium, in ius vocauit in S. Regio Consilio magnificum Ioannem Thomacellum de Neapol. vt compelleretur iuris & facti remedijs opportunis ad sibi vendendum mediante iusto appretio, quasdam domos contiguas eidem monasterio & pro maiori parte dirutas, & cœptas instaurari per eundem replicante eodem magnifico Ioanne, se non teneri cùm emere nec vendere compelli possit, ex vulgata iuris regula l. emere nec vendere. C. de iure deliber. cum vulg. tandem instante Ioanne præfato, & visa commoditate monasterij indigentis iam se ampliari in loco præfato, fuit hæsitatum, an potuissèt præfatus magnificus Ioannes compelli ad vendendum, & licet prima fronte videretur dicendum, quòd non, per suprà dictam regulam: attamen obstat tex. in l. si quis sepulchrum. ff. de religi. & sumpti. funer. vbi
Doctores † communiter dicunt, quòd pro fundanda 1
ecclesia potest quis cogi, vt fundum vendat. Sed quòd in particulari, prout in casu, de quo agitur, si monachi vellent ampliare monasterium, vt extendere dormitorium, vel similia, & haberent loca seu domos contiguas, nec aliter possent se extendere & ampliare, nisi eidem concessis illis locis seu domibus vicinis, certè poterunt domini illarum domorum compelli ad vendendum, officio iudicis, pro huiusmodi ampliatione. Ita voluerunt Gulicl. & Floria. in l. secunda. §. locus. ff. de relig. domi. & in l. si quis sepulchrum. ff. de relig. & sumptib. funer. Bald. & Angel. in l. prima. ff. solut. matrimon. vbi Angel. subdit se ita de facto obtinuisse. Ioan. de Imol. in cap. apostolicæ. extrà de dona. & Cæpo. in suo tract. de seruit. vrba. præd. circa fin. idem tenet Ioan. de Ana. in c. apostolicæ. de re iudi. Gulicl. & Floria. in l. si quis stipulationem. ff. de relig. & sumpti. funer. & in §. locum. eod. tit. Bald. & Angel. in l. ij. ff. solut. & idem post antiquos tenuerunt etiam moderniores: prout est Felyn. in c. j. extrà de iudic. Pau. de Citati. in suo pulchro tract. de iure patron. in versic. tricesimotertiò quæro. Bald. in l. j. §. fin. de commu. seruo manu. Idem refert & sequitur Sozin. in fallen. suis: in regula ccccxxxj. incipien. vendere rem suam nemo compellitur. in viij. fallen. vbi in particulari dicit formaliter, quòd quando locus est iunctus monasterio, puta aliqua domus, & monachi volunt extendere monasterium, nec aliter possunt, nisi concessa illa domo, in qua fortè volunt extendere dormitorium vel similia, quòd tunc dominus domus vicinę potest compelli ad vendendum. Alleg. Io. de Ana. ita dicentem in c. apostolicæ. de re iud. & pariter in cōsequenti fallen. subdit pariter esse, quando ecclesia esset
† ædificanda seu ampliãda: quia tũc possunt loca vici- 2
ni

ni destrui,& vendi ecclesiæ inuitis ipsis dominis, per iura suprà dicta: per quæ consideratis considerandis, & maximè, mansionibus eiusdem monasterij certè angustis, inspecto numero quinquaginta monialium, fuit per S. Regium consilium communi voto pronunciatum, præfatum magnificum Io. Thomasellum condemnandum ad vendendum eidem monasterio domos & locum præfatum pro pretio ducatorum mille, & plus, quo appretiatæ fuerunt &c. & ita executum fuit, die decimo Octobris. 1545.

SVMMARIVM.

1 *Temporis breuitas dati ad reuendendum, inducit præsumptionem simulationis.*
2 *Promissio emptoris de restituenda re empta per ipsum soluta sibi sua pecunia, videtur potius in pignus, quàm in venditionem sonare.*
3 *Iure Longobardo vbi viuitur, requiritur interuentus Mundualdi in contractu pro eius validitate, dum contrahitur cum muliere: aliàs non tenet contractus.*
4 *Tractatus præcedens mutui, præcedente promissione de retrouendendo, facit præsumi contractum de venditione simulatum.*
5 *Tractari multa contingunt, quæ ad exitum non producuntur.*
6 *Dies vna dici non potest longum interuallum.*
7 *Pactum de retrouendendo cum paruo pretio, satis pignoratitium contractum arguit.*
8 *Pactum de retrouendendo, non est ita suspectum, quando fit ex interuallo, sicut quando fit incontinenti.*
9 *Conquestio continuata contrahentis asserentis se deceptum, est vrgens præsumptio, imò argumentum fraudis & deceptionis.*
10 *In muliere rustica, & minore, facilius ignorantia præsumitur.*
11 *In muliere & minore de iure ignorantia & simplicitas præsumitur & si iurent iuramentum eis non nocebit.*
12 *Læsio enormis causatur ex dolo: & dolus reddit actum ipso iure nullum.*
13 *Pretij modicitas, quando dici potest, consistit in iudicis arbitrio.*
14 *In æstimatione fructuum futurorum alicuius rei, non est habenda ratio seu consideratio vbertatis, aut sterilitatis, quæ fortè tunc erat, vel tempore caristiæ: sed est considerandum quot fructus sunt soliti communiter percipi: & illi æstimari debent prout communiter.*
15 *Simulatio vt præsumi debeat in contractu, requiruntur tria secundum vnam opinionem minimè veram: tamen dato quòd esset vera, procederet, quando non daretur immoderatus excessus in modicitate pretij.*
16 *Iuramentum & renuntiatio non tenet propter dolum & læsionem re ipsa, etiam quòd renuntiatum foret exceptioni doli. & nu. 17.*
18 *Obligatio ex fragilitate annullatur sicut est in mulieribus & minoribus: quia eadem ratio est in eo, qui renuntiat, quæ in eo, qui simpliciter contrahit.*
19 *Iuramentum vltra intentionem iurantis non extenditur: nec supplet consensum.*
Cùm actus est contra legem, irritatur ex fragilitate personæ, & non obstabit iuramentum nec renuntiationes, cùm semper in eis eadem consideretur fragilitas. ibidem.
20 *Mulier non potest Velleiano etiam cum iuramento renuntiare, & est communis opinio.*
21 *Iuramentum super contractu simulato, est nullum, adeò quòd non est opus petere absolutionem.*
Hæres non ligatur iuramento sui prædecessoris defuncti. ibid.
22 *Ioan. Angelus Pisanellus authoritatis non modicæ, dicebat quod dum actrix innititur pacto de reuendendo, non reperitur super eo assensus regius præstitus: & sic non tenet.*
23 *Pactum annullatur, quando non est in facultate contrahentis.*
24 *Simulatio, quæ prætenditur probari per testes, debet liquidissimè probari.*
25 *Pretij modicitas, quæ concurrit in simulatione, debet esse & probari, quòd ita fuerit tempore celebratæ venditionis: & ita debet articulari & probari. & numero 26.*
26 *Contractus vt dici possit simulatus, requiritur probari modicitas pretij, pactum de reuendendo, & consuetudo fœnerandi, & hoc secundum vnam opinionem. Et quod omnia tria requirantur præfata, & duo non sufficiant, dicitur per multos & quamplures doctores, quòd est communis opinio. & num. 28. & 29.*
30 *Contractus est iudicandus fœneratitius solùm ex duobus: videlicet ex pretij modicitate, & pacto de retrouendendo & ista est verior opinio & communis, quæ tenetur per maiorem partem priscorum & modernorum: & ita practicatur. & nu. 31.*
32 *32 Opinio illa bona dicitur quæ plurimorum testimonio roboratur.*
33 *Sacrum consilium consueuit iudicare secundum veritatem & æquitatem naturalem: & habet supremam iurisdictionem: & principem repræsentat: & Regij consiliarij, sunt illustres.*
34 *Sacrum consilium habet supremam iurisdictionem, & ipsum principem repræsentat.*

DECISIO LXXVI.


Agnifica Hippolyta Cantelma, prætendens contractum initum inter ipsam & nobilem Paulum Pellegrinum de Neapo. super venditione terræ aquæ viuæ, simulatum, & quòd fuerit in rei veritate pignoratitius, egit in Sacro consilio super ipsius recisione, & restitutione terræ præfatæ, & simulationem eandem ex infrà scriptis verificatam asseuerat. Constat primò præfatum Paulum infrà mensem terram præfatam eidem Hippolytæ retrouendere promisisse, pecunia ipsa mille ducatorum, quam receperat pro venditione sibi restituta: ex cuius temporis † breuitate circa ipsius 1
terræ restitutionem, satis ad simulationem infertur, per text. in l. iiij. §. si ab ignoto. ff. de manumis. arg. l. plerique. ff. de ritu nuptiarum. Ita consuluit Bart. in suo consilio Petr. Nicole. & firmant Modern. in titul. de feud. dato inuicem legis commisso. in xv. præsumption. cui † suffragatur promissio eiusdem Pauli de 2
restituendo soluta sibi sua pecunia. Quod verbum, in pignus, & non in venditionem sonare videtur: prout in particulari reperitur consuluisse. Cornel. in consilio cccxlvj. in causa mota per dominam Dorotheam. in primo volumine, Bartholem. Veron. in sua præsumptione xv. & plenè Bertrand. in suo consilio cxj. in fi.

in fin. in iij. volum. & idem rectè intuenti dicendum
est, per illud verbum assecurationis & cautelæ super
terra præfata, per l. codicillis. §. si instituto. ff. de lega. j.
& ita sic ponderando præmissa concludit Laur. Cal-
can. in suo consil. xxv. nume. lxviij. Secundò, fuit ex-
pressè conuentum, quòd non posset actrix ipsa à pos-
sessione castri dictæ terræ amoueri: quod similiter pi-
gnoris præsumptionem indicat: per l. sicuti. §. superua-
cuum. cum vulga. ff. quib. mod. pigno. vel hypot. solut.
non obstante constituto & precario: maximè dum
fraus deducitur: prout dicit Baldus in l. quod meo. &
ibi Bart. ff. de acquir. posse. & optimè Bald. in l. j. C. de
dona. ante nupt. & plenè Vero. in præsumptio. xxxvj.
Tertiò liquet ex processus meritis, ab initio semper
de pignorãdo terram ipsam fuisse locutum & tracta-
tum, & non de venditione: & cum illa promissione
retrouenditionis faciendæ, à quo tractatu & cõtractu
3 non absens fuit dolus & fraus: & potissimè, cum † abs-
que Mundualdi interuentu, prout in partibus illis de
necessitate ipsius requiritur interuentus pro validita-
te contractus: vt in Longobarda dicit text. in consti-
tutione. seu in l. si qua mulier alie. permis. sit, & in l. j.
eod. titu. vbi adparet requiri præsentiam Mundualdi:
dum adparet mulierem viro carentem cõtrahere vel-
le: & plenè per Carolum in dicta l. si qua mulier: &
aliter interdicta est alienatio: prout etiam in dicta l. j.
nec suffragatur dicere, contractum fuisse stipulatum
in ciuitate Iserniæ, vbi iure romano & non Longo-
bardo viuitur: nam persona contrahens, & non locus
considerandus est: quę sub quocunq; cœlo nec sexum,
nec fragilitatem, nec iuris Longobardorũ legem mu-
tare potest: cùm persona sit inhabilis ex se ad contra-
hendum sine medio: vt not. glo. in l. non solùm. §. ne-
cessitatem. C. de bon. quæ libe. & ideo resultat con-
tractus nullus: & licet ad cautelã fuerit venditio facta
præcedente promissione de retrouendendo, cùm re
vera mutuum & pignus erat: per text. in l. emptione.
C. plus vale. quod agit. Quod confirmari adparet ex
præcedente tractatu mutui ita pluries ac sæpius ratio-
cinati & conclusi ante contractum, etiam cum pacto
de non amouendo à possessione ipsam Hippolytam
infra mensem, & cum promissione restituẽdi ipsam,
4 & reddẽdi † eundem Paulum cautum super terra præ-
fata: vt pulchrè exorditur Odofret. in dicta l. emptio-
ne. quem sequitur Bald. & Sali. ibidem, & cano. com-
muniter, prout Hostien. Cardin. & Abbas in cap. ad
nostram. extrà, de emtio. & venditio. & licet pro par-
te eiusdem Pauli allegari posset, quòd per vltimam
venditionem liberam videatur fuisse à pignore reces-
sum: iuxta not. in l. pacta nouissima. ff. de pac. & in l. si
quis cum aliter. ff. de verb. oblig. & sic subsecuto con-
5 tractu venditionis non possit referri † ad pignus: vt
dicit Angel. in dicta l. si quis cùm aliter. & in dicta l.
pacta nouissima. cùm multa tractari contingant, quæ
ad exitum nõ perducuntur: iuxta l. si voluntate. C. de
rescin. vendi. concurrente consuetudine venditionis
cum pacto de reuendendo: nam rectè intuenti adpa-
rebit, non fuisse à pignore recessum: & quòd pignus
erat pro substantia veritatis: vẽditio autem pro vela-
mento pignoris pro cautela emptoris. & sic cessat l.
pacta nouissima: per no. in dicta l. si quis cùm aliter:
cùm iura ipsa sibi locum vendicent in re dubia mini-
mè expressa, quinimo & in re dubia procedunt iura
præfata, quãdo ex interuallo succedit alius cõtractus,
quàm ille, de quo per prius fuerat tractatus: vt ibi di-
cit Angel. in l. si quis cùm aliter. & Iacob. Butr. & Bal.
in d. l. pacta nouissima. secus autem, si incontinenti: vt
hic: fuit enim vtrunque tractatũ & cõclusum eadem
die, vel pridie ante contractum: vnde dici potest in-
continẽti, iudicis † arbitrio, cui relictum est tale tem- 6
pus: vt dicit Ang. in l. si ventri. §. fin. ff. de priui. credit.
cùm vna dies, dici non possit longum interuallum. l.
si ex duobus. ff. de duo. reb. & not. Bar. in l. j. ff. de verb.
oblig. imò si præcedens tractatus respicit actum de
futuro subsequentem, vt hîc, tunc non potest dici à
primo tractatu recessum, etiam ex interuallo: pro eo
quod subsecutum fuit, vt Doctores communiter te-
nent. Quartò, inest pactum de retrouendendò cum
paruo † pretio, quod satis pignoratitium contractum 7
arguit: vt per gl. in cap. conquestus. de vsur. & in dicto
cap. ad nostram. quam glo. ibidem sequuntur doctor.
Hosti. Innoc. Ioan. Andr. & Panor. & ante eos Archi.
in c. quia plerique. xiiij. quæst. iij. Goffre. in summa de
pign. Alber. & alij. de quibus plenè infrà prope finem.
Et circa modicitatẽ requisitã in materia præsumptæ
simulationis, quam plura plenè adducit Barth. Vero.
in c. penul. sui tracta. simulationis. in fi. & idem † con- 8
cludit remitti iudicis arbitrio: & circa pactum de re-
trouendẽdo adpositum, non erit ita suspectum, quan-
do fit ex interuallo, sicut quando incontinenti fit: vt
dicit Bald. in cap. cum M. Ferrariensis. de constitu. &
doct. in dicto c. ad nostram. Quintò, consideranda est
in præfatis qualitas contrahentiũ, præsertim actricis,
quæ mulier est simplex, nec versuta in similibus: con-
iuncta insuper sexus fragilitate: & econtrà qualitas
Pauli sagacis ac publicè diligẽtis & industriosi, quod
satis confert ad cognoscendum, si deceptio interue-
nerit: iuxta text. in l. cum hi. §. modus. ff. de transact. &
fac. not. Bald. in l. cùm allegas. C. de vsur. Sextò, acce-
dit continuata † conquestio ipsius actricis se conque- 9
rentis de præfato Paulo, quòd ipsam deceperat, & quòd
dolosè eam induxerit ad sic contrahendum secum:
quod est vrgens præsumptio, imò argumentum frau-
dis & deceptionis: vt dicunt Barr. & Ang. in l. j. §. fi. ff.
ad Velleia. quod satis aduertit Affli. in tit. de feu. dato
in vicem legis commisso. versic. item est alia † conie- 10
ctura, quando venditor conqueritur. quod procedit
maximè in muliere: in qua facilius sicut in rustico &
minore, ignorantia præsumitur, quàm in aliis: vt di-
cit glo. in authen. de incest. nupti. in princ. versi. scias.
l. fina. in princ. & ibi Arma. C. de iure deliber. Franc.
Curti. in cõsi. lxxj. nam in muliere & minore ex iuris
dispositione simplicitas præsumitur: & si iurẽt, † iura- 11
mentum non nocebit eis: vt dicit Bald. in rubrica, de
rerum perm. in versi. item quòd donatio. in fine. Idem
Bald. in c. j. §. item sacramenta. de pace iura. firm. Cal-
der. in suo consi. viij. sub titulo, de iureiur. Ant. de Bu-
trio in suo consil. xlvj. iuris rigor. Cuma. in con. clxx.
videtur prima facie. Abb. in consi. viij. Laurentia mu-
lier. ij. volu. & in consilio cvij. quatuor sunt. in secun-
do dubio. eod. lib. ij. Paulus de Cast. in consil. clxxvij.
contra superius consulta. Aret. in consi. xcij. viso lega-
to. Septimò, data nedum enormi sed enormissima læ-
sione in vẽditione præfata, adparet manifestè de dolo
ex enormi læsione: cùm † enormis læsio dolus sit: & 12
iuramentũ est bonæ fidei: & ideo talis dolus tanquam
dans causam actui bonæ fidei, reddit ipsum ipso iure
nullum. Baldus in consilio ccxiij. j. volum. in quo non

differt, an ex proposito, vel re ipsa, & sic data doli
probatione, quæ etiam ex indiciis colligitur, per text.
in l. dolum. C. de dolo. Item, ex pretij modicitate, vt
suprà: & sic adparet de nullitate contractus, cùm dolo
inducta fuerit ad vendẽdum: vel sub prætextu pigno-
risenitandi, & sub spe pacti de retrouendendo, sumus
in contractu bonæ fidei: vt l. bona fides. ff. pro socio,
& est læsio immoderata, nedum infra dimidiá, prout
sufficit in casu præsenti, sed vltra: & sic vltra dolum
ex proposito dantem causam contractui ex dolo re
ipsa: vt est text. in l. eleganter. in prin. ff. de dolo. & no.
gloss. vltima in cap. dilecti. extrà, de emptio. & vendi.
13 Nec omittam præfatis † attentis consistere in iudicis
arbitrio quando dici potest pretij modicitas: vt con-
cludit Bartho. Vero. in consilio penul. sui tracta. simu-
lationis. & in rei æstimatione non attẽditur pretium
illius temporis, quo parum vel multum durauit bel-
lum, seu pestis: quasi de rarò contingentibus: vt pro-
bat text. in l. prætia rerum. ff. ad leg. Falci. & ibi Alex.
Paulus de Castro in consilio cix. ij. volu. & hinc dicit
Bartol. in l. cotem ferro. §. qui maximos. in iiij. quæst.
14 ff. de public. quòd in æstimatione † fructuum futuro-
rum alicuius rei, non est habenda consideratio vber-
tatis aut sterilitatis: quæ fortè tunc erat, vel tempore
caristiæ. Sed est considerandum quot fructus sunt so-
liti communiter percipi: & illi æstimari debent, se-
cundum communem æstimationẽ. & idem tenet glo.
not. in l. si iactum. ff. de actio. empti. & licet secundum
aliam opinionem minimè veram, vt simulatio præ-
15 sumi † debeat in contractu, requirantur tria, illa ven-
dicaret sibi locum, quando non daretur immodera-
tus excessus in modicitate pretij: prout ita limitat Ca-
gnol. in l. ij. C. de pact. inter empt. & vendi. & consu-
luit Corne. in consilio cccxlvj. j. volum. & nouissimè
Aymo. in consilio clvj. numero 8. & ex. & licet non
probetur consuetudo fœnerandi: constat tamen de
aliis qualitatibus & præsumptionibus, ex quibus ma-
nifesta arguitur simulãtio, & in quibus eadem ratio
viget: vt consuluit Baldus in consilio cccxxij. iij. volu.
Calca. consilio xxv. Aymo. relator præfatorũ in dicto
consilio clvj. numero 17. & sic concurrente deceptio-
ne præfata, etiam per inobseruantiam promissionis
de retrouendẽdo: & de non amouendo à possessione:
ex quibus dolus resultat: per l. procuratorem. §. dolo.
& l. dolus. cum glossa. ff. manda. & in l. dolo. ff. ad leg.
Falci. non potest dici modo aliquo actricem fuisse in
mora circa depositum ducatorum mille. & ideo pa-
ctum de reuendendo. meritis processus attentis, dici
potest adhuc durare. & sic audiri debet præfata actrix
circa redemptionem præfatam: prout no. dicit Iaco-
bus in l. mutuum. in princ. ff. si cert. peta. qui ita limi-
tat in l. ij. C. de pact. inter emptor. & vendi. Nec in ali-
quo præiudicant eidem actrici iuramẽtum & renun-
tiationes: & hoc propter dolum, & læsionem re ipsa:
& licet expressè sint ipsius doli renuntiationes: tamen
16 omnia † eodem errore processerũt: vt sic veluti con-
tractus vitiatur. Ita etiam & renuntiationes: per text.
in l. doli verò. ff. de noua. & maximè, cum dolo futuro
17 renuntiari minimè possit: & sic cùm † Paulus dicta
renuntiatione vtatur, dolo facit, & repelli potest: &
huic dolo renuntiatum non censetur. Ita consulendo
tenet Bartolus in suo consilio ix. in fine. versic. iiij. in-
surgit dubium: & in l. fin. §. idem quæsiit. ff. de condi.
indeb. per quem ipse subdit, quòd huiusmodi renun-
tiationes notariorum parum important. Et posset de
hac opinione Barto. dubitari, data contrarietate opi-
nionum, dubitatio procedit in personis, in quibus nõ
consideratur fragilitas: sed vbi obligatio ex fragilita-
te annullatur: sicut est in mulieribus & minoribus:
tunc cessat dubitatio præfata: quia eadem † ratio est 18
in eo, qui renuntiat, quæ in eo, qui simpliciter con-
trahit: vt in l. si iudex circumuento. ff. de minori. Non
enim potest renuntians hanc suam fragilitatem tol-
lere: vt dicit Fran. de Aret. in dicta l. si quis cum aliter.
ff. de verbor. obliga. quem ibi refert & sequitur Ias. &
Calca. plenè, in dicto consil. xxv. Et pariter nec iura-
mentum obstabit, cùm vltra intẽtionem iurantis ex-
tendi nequeant, nec suppleat consensum: vt in l. fi. C.
de non numera. pecu. & † cùm actus sit contra legem, 19
irritatur ex fragilitate personæ, & non obstabit iura-
mẽtum nec renuntiationes: cum semper in eis eadem
consideretur fragilitas: per l. doli. §. diuersum. ff. de
nouatio. & in l. j. §. idem quæsiit. ff. de condi. indebi.
per quem ita determinat Frãc. de Are. in l. si quis cùm
aliter. ff. de verb. oblig. & ibi Ias. Hinc Cyn. in l. si quis
in conscribendo. de pact. tenuit † mulierem non posse 20
Velleiano cum iuramento renuntiare: & istam dicit
esse cõmunem opinionem Calca. in dicto consil. xxv.
quæ maximè vendicant sibi locum, contra dolosum
ex proposito, & re ipsa: & per rei euidentiam ex cau-
sa enormissimæ læsionis: cùm deficiant omnia, quæ
in iuramento concurrere requiruntur, sicut est ve-
ritas, iudicium, & iustitia. xxij. quæstio v. & plenè
exorditur Calca. in consilio vbi suprà: & potissimè
stante simulatione contractus, iuramẽtum † super eo 21
interpositum, est nullum: vt not. gl. in dicta l. emptio-
ne. C. plus vale. quod agit. vbi dicit Angel. quòd tali
casu non est petenda absolutio à iuramento. & idem
dicit Ang. in l. j. C. de dot. cau. non nume. Abb. in cap.
ad nostram. tertio not. de emptio. & vendi. Bald. in l.
rogasti. §. si tibi. versic. item si iuramentum. ff. si cert.
petat. cum simul. vt tradit Alexan. in l. nemo potest.
ff. de leg. j. Concurrente potissimè, cùm non simus in
ipsa principali actrice, quæ iam decesserat: sed sumus
in eius hærede, qui eodem vinculo iuramenti minimè
ligatur: vt dicit Innoc. & communiter scribentes: vt
cap. veritatis. de iureiuran. Bald. & Salic. in l. emptio-
ne. C. plus vale. quod agi. Dicebant in † contrarium 22
magnifici aduocati Pauli, & maximè magnificus Ioã.
Ang. Pisanellus authoritatis non modicæ, quòd dum
actrix innititur pacto de retrouendendo, dato quòd de
eo adpareret, nõ reperitur super eo assensus impetra-
tus regius, & sic non tenet: vt refert dixisse Anton. de
Alexan. in quodam suo consil. posito in vltimis con-
siliis Loffredi. versic. prætereà. & tenet Par. de puteo
in suo tracta. de reintegra. in cap. & circa iam dicta:
ibi, per quæ etiam. vbi formando tres. quæst. conclu-
dit, quòd nisi regi fuerit narratum de pacto, vel nisi
super pacto fuisset assensus obtẽtus, quòd valet assen-
sus in venditione, nec extenditur ad pactum, sicut nec
extenditur ad venditionem, nisi fuit super pacto im-
petratus, quamuis narratiuè fuerit dictum, quòd erat
facta vẽditio: & hoc hodie maximè non habet dubium
propter adpositionem clausulæ, quo ad expressa tan-
tùm: vt sic non narratum, non comprehendatur: &
restricta fuerit dispositio: & taxatiuè restrinxit suam
intentionem, vt in assensu ponderat Andr. in capit. j.
ibi, sed si generaliter. qui succes. tenean. & sic remanet
assensus

assensus validus respectu venditionis: licet non fuisset
facta mentio pacti de retrouendendo: & sic super pa-
cto incumbebat vēditori assensum obtinere: & quòd
ita aliàs fuerat per Sacrum Consilium decisum: ipso
partocinante in causa Principis Holligliani cum Mar-
chionissa Castellanetæ. Nec opitulabitur considera-
re, quòd aliàs non fuisset venditurus emptor: quia ille
assensus in pacto postquam non interuenit, non est
considerādus: & satis est, quòd per venditionem cum
præcario, vel cum vera traditione fuerit translatum
dominium, & de pacto in quo assensus requirebatur,
non est curandum: iuxta. l. j. in fine. vbi Bald. ff. de reb.
23 eodem annullatur enim pactum, quando † non est in
facultate contrahentis: vt declarat Andr. in cap. j. in
versiculo, commercium. de prohib. feud. alie. per Lo-
thar. Prætereà dicebat, quòd quando prætenditur si-
24 mulatio probari per † testes, requiritur liquidissimè
probari. l. sed si maritus. §. fin. ff. qui & à quibus. & not.
Paulus de Castro in consi. xxxiiij. in ij. volum. nam in
casu, de quo agitur, adparet satis clarè verificatum
iuxta exēpla posita per scribentes. Quo verò ad dicta
25 circa modicitatem pretij, non adparet † quòd ita mo-
dicum fuerit tempore venditionis, prout probari re-
quiritur: per text. in l. si voluntate. C. de rescin. vendi.
& ideò dicit Bartol. in l. ij. C. eodem titu. esse bene ad-
uertendum, quòd positiones seu articuli referantur
ad tempus venditionis in specie: prout est bonus text.
in cap. cùm causam, quæ inter œconomum, extrà de
testi. in versiculo: venditionis tempore. quem ad hoc
ponderat Bald. in dicta l. ij. & cano. communiter ibi,
cap. cùm causam. de emptio. & vendi. facit l. habita-
tionem. C. de peric. & commod. rei vendic. & firmat
Alexand. in consilio xxviij. v. volum. licet hoc non re-
periebatur probatum, nec articulatū de valore tem-
pore venditionis. Nec suffragaretur dicere, tempus
venditionis non requiri, cùm fuisset modico tempo-
re duraturum, veluti causatum ex bello, per do. Paul.
de Cast. in specie, in consilio cix. quinto vol. in noua
impressione. concurrente maximè inter contrahen-
tes permitti deceptionem vsque ad medietatem iusti
pretij. l. in causæ. §. Pomponius. ff. de minor. l. Item. §.
si pretio. ff. loca. Accedente insuper clausula instru-
menti, quòd si plus valuisset terra præfata, illud dona-
bat propter nonnulla grata seruitia. Vnde non potest
26 † conqueri de paruitate pretij, vt per Bart. in l. si quis
cùm aliter. ff. de verb. oblig. & plenè per Bald. in l. ij.
C. de rescind. vendi. & Imol. in cap. cùm contigat. de
iureiur. In quinto no. Nec sufficit modicitas pretij al-
legari cum pacto de reuendendo: nisi etiam concur-
27 tat consuetudo fœnerandi, seu † quòd sit solitus fœne-
rari: vt tenet Archi. in cap. quia plerique. xiiij. quæst.
iij. Iacob. de Aretio, & Sal. in l. emptione. C. plus vale.
quod agi. Ioan. Andr. in cap. illos vos. de pigno. Bald.
in cap. j. de feud. dato in vicem legis commisso. Pet.
de Ancha. in cap. ad nostram. Paulus de Castro in l.
rogasti. §. si tibi. ff. si cert. petatur. Et sic quòd tria re-
28 quirantur, & † duo præmissa non sufficerēt, est magis
communis opinio: vt testatur Cæpol. & Alexan. post
alios. & firmat Deci. in consilio clxvij. versiculo, non
obstat etiam. & idem Deci. referens Sozi. in eandem
sententiam concurrentem, in consilio cccviij. ibi, se-
cundò dato, idem sequitur Goza. in repe. l. secundæ.
C. de pact. inter empto. & vendi. versic. tertiò quærò.
in quinta conclusione. vbi declarat rex. in dicto cap.
ad nostram. de rescin. vendi. & in cap. illos vos. de pig.
& ibi enumerat priscos & modernos idem tenentes.
& sequitur etiam Cagnol. in repetit. dicta l. secundæ.
C. de rescind. vend. & licet Afflict. in sua decisio. dixe-
rit se audiuisse à domino Anton. de Alex. quòd sacr.
Regium † Consilium ita iudicauerit, videlicet, duo 29
sufficere, si hæc sua relatio vera esset, idem dominus
Anton. de Alex. non consuluisset contrarium, prout
reperitur eius consilium in fine consiliorum Loffredi.
Sed quòd ex pretij modicitate, & pacto de retrouen-
dendo, contractus sit iudicādus pignoratitius, & præ-
fata duo duntaxat sufficiant ad probandum simula-
tionem: & pro prima opin. † in primis est gloss. ordi- 30
naria in præfato capit. conquestus. extrà de vsur. & in
cap. ad nostram. de emptio. & istam opinion. sequitur
Archi. in cap. quia plerique. xiiij. quęst. iij. Inno. Hosti.
& Ioan. Andr. Anto. de Butr. & Abbas Ioan. de Anco.
& Imol. in cap. ad nostram. de emption. & vendi. vbi
Abb. subdit esse communem opinionem. Ioannes &
Christopho. de castello, & Bald. Alber. Paul. de Cast.
& Fulgo. in l. emptione. C. plus vale. quod agi. & ibi
subdit Albertus istam opinionem esse communem. &
ita obtinuisse coram magnis peritis: & Abb. in præ-
fato cap. ad nostram & in suo consilio lxxvij. subdit,
quòd ita legendo & consulendo tenuit. & idem, quòd
ista opinio sit cōmunis, testatur Fulgo. in dicta l. em-
ptione. & Alexan. in consilio xlvj. tertio vol. & Imo.
in cap. ad nostram. de emptio. & vendi. Guido papæ
in consilio clxxx. Specu. in titulo de vsur. Goffred. in
summa de pigno. Signō. Benedi. de plumbi. & Iacobi.
in l. rogasti. §. si tibi dedero. ff. si cert. peta. vbi Iacobus
subdit, quòd ita sæpe consuluit, & obtinuit: & quòd
ista opinio in practica multùm seruatur. Idem tenet
Cornel. in consilio cccxlvj. primo volumine. Bart. in
consilio lj. primo vol. & subdit, quòd pluries ita con-
suluit in pluribus prouinciis. & idem tenet Deci. in
consilio clxvij. Bertr. in consilio cxj. tertio volu. qui
in particulari, in consimili casu, ita consuluit, asseren-
do istam esse communem opinionem. Aymo. Graue-
ta. modernior in consilio clvj. numero 8. Thom. Fer-
ra. in sua caute. xvij. asserens istam esse cōmunem opi-
nionem pro salute animæ & conscientiæ, & tenen-
dam. eandem opinionem sequitur Cassan. in consue-
tudi. Burgund. seu Paris. subdens, quòd est communis
& sanior opinio pro cōscientia. Item secundum eum
iudicauit consilium Mediolani: vt testatur Ferra. vbi
suprà, & pariter secundum eam iudicauit consilium
Papiense: & etiam parlamentum Parisiense, vt refert
Cassan. in loco suprà allegato: & idem iudicatum fuit
per sacrum Regium Consilium Neapolit. prout testa-
tur Afflic. in decisio. lxv. & xl. referendo Ant. de Alex.
& Andr. Maricondā dixisse, per dictum sacrum Con-
silium ita fuisse aliàs iudicatum: & idem repetit Affli.
in titu. de feud. dato in vicem legis commissoriæ, di-
cendo † ita iudicatum per sacrum Regium Cōsilium: 31
& est communis opinio, & quòd ita pluries cōsuluit:
& quòd ita etiam consuluit dominus Ant. de Alexan.
in suo consilio posito inter vltima consilia Loffredi.
& obmissa responsione ad ea, quæ fuere adducta in
contrarium per præfatam actricem, cùm de se pateat
respōsio, & ex eorum lectura resoluuntur. Quis enim
quo ad hoc vltimum à cœtu & sententia tantorum
patrum, nedum priscorum, sed etiam modernorum,
recedere ausus fuerit? cum illa dicatur bona & vera

32 opinio, quæ plurimorum † testimonio roboratur: vt
dicit Abbas in cap. prudentiam. de offic. deleg. & sic
stante enormi læsione prædicta, dolus est, & iuramen-
tum est bonæ fidei: & ideo talis dolus, tanquam dans
causam actui bonæ fidei, reddit contractum ipso iure
nullum: vt dicit Bald. in consilio cxiij. primo volu. in
quo non dicit, an ex proposito vel seipsa. Et ideo om-
nibus pro & contrà bene ruminatis per sacrum Con-
33 silium, solitum & consuetum † iudicare nedum per
iuris tramites, sed etiam secundum veritatem & æqui-
34 tatem naturalem: cùm habeat supremam † iurisdictio-
nem, & principem ipsum repræsentat: vt dicit Bald.
in l. humanum. C. de legi. & prouunciat in personam
regis, & consiliarij ipsius consilij sunt illustres. l. quis-
quis. ff. ad legem Iul. ma. vt plenè & pulchrè dicit Pa-
ris de puteo in suo tractatu synd. in verbo, sententia.
in cap. an. dicto cap. detestátes. vbi subdit etiam, quòd
possunt iudicare iuris ordine prætermisso: attamen
ex meta iuris dispositione habuit dictum cõtractum
pro absoluto simulatum: & ita communi voto iudi-
catum fuit in fauurem ipsius magnificæ Hippolytæ
actricis, & sic eius hæredis, & contra prædictum no-
bilem Paulum: quem condemnauit ad ipsius terræ
restitutionem.

SVMMARIVM.

1 *Feudalis res est, pro qua præstatur seruitium personale.*

2 *Emphyteota alienando absque consensu domini rem sibi in emphyteosim concessam, incidit in commissum.*

3 *Reuocatio alienationis facta de feudo vendito irrequisito domino, virtute constit. diuæ memor. non prodest venditori reuocanti: quia constitutio loquitur in feudis quaternatis tantùm, & non in feudis de plano & de tabula, prout istud.*

4 *Feudalis res vendita irrequisito domino, si deuoluitur ob dictam vẽditionem cui applicabitur: an ad dominũ, an ad agnatos illius, qui vendidit.*

5 *Feudum tenens ex delicto, ab eo excluditur.*

6 *Testis venditor non potest testificari in causa emptoris sui.*

7 *Contractus, in quo conceditur res ad annuum reditum vnius paris sonaliorum accipitris, videtur præsumendus potius censualis seu emphyteoticarius, quàm feudalis.*

8 *Feudum concessum sub annuo reditu, non est feudum, sed contractus innominatus, vel emphyteoticus. & numero 9.*

10 *Et talis contractus censualis præsumendus est, non obstantibus verbis cõcessionis in feudum, ex quo dicta verba impropriari debent.*

11 *Feudum rusticum non amittitur per reditum non solutum, nec per alienationem factam irrequisito domino.*

12 *Testes deponentes rem esse feudalem, tenentur concludentẽ rationem assignare, quomodo sciant: vt quia sciuerunt præstari seruitium personale pro ea, seu quòd interuenerunt inuestituræ tempore, quo facta fuit, siue quòd viderunt rem ipsam in registro, seu aliter.*

13 *Vasallus si debet priuari feudo ob alienationem factam irrequisito domino, & feudum est antiquum, non deuoluetur domino feudi, sed proximiori agnato. & numero 14.*

15 *Dominus feudi ita demum posset agere & reuocare alienationem rei feudalis factam ipso irrequisito, quando prius assignari fecisset terminum vẽditoribus & agnatis ad reuocandum, si voluissent, & illi non reuocassent.*

DECISIO LXXVII.

EXcellens Comes Morconi Iacobus Maria
Gaetanus, prætendens quandam partem
molendinorum venditorum Melchioni
Zachardo & litis consortibus, esse de feu-
do suo de la Scauonesca, sito in territorio dictæ terræ
Morconi, ipsam, prætextu quòd ipso irrequisito ven-
dita fuerit, & non tanquam feudalis, vendicare in-
tendit, tanquam sibi deuolutam, egit in sacro regio
Consilio aduersus prædictos emptores: & causa mihi
commissa: licet conuenti se defendãt, rem ipsam non
esse feudalem, sed potius censuariam aut emphyteo-
ticariam præsumi, cùm semel adpareat esse intra fines
feudi prædicti, & pro eo datur vnum personaliorum
accipitris singulis annis domino feudi prædicti, quæ
sonalia deferuntur, prout deferri etiam consueuerunt
per prædecessores venditores ad domum domini per-
sonaliter cum sonis & tympanis: quo † casu iudican- 1
da videtur feudalis, cum personaliter ea deferre visi
sunt: & sic dum quis præstat seruitium personale, di-
citur propriè feudum: vt dicit Cynus in authent. in-
gressi. versiculo, circa præmissa ad hoc quarto. C. de sa-
crosau. eccle. quia quãdo præstatur seruitiũ reale, non
dicitur propriè feudum: attamen concedendo, quod
ipsimet conuenti asserunt, vt dicta pars molendino-
rum emphyteotica censeri debeat, vt sic præsumatur
in emphyteosim concessa per dominum feudi, sequi-
tur de necessitate, quòd non poterit alienari absque
eius consensu: & si alienatur, & dominus voluerit ob
hãc culpam rem ipsam habere pro deuoluta, † ex quo 2
malè versatus est emphyteota, alienando absque eius
consensu, tunc incidit in commissum: vt nota. in l. se-
cunda. C. de iure emphyteo. & consuluit Alexander in
consilio xiij. secundo volumine. & in cõsilio clxxxvj.
eodem volumine. & consilio xliiij. tertio volumine.
Nec suffragaretur, quòd fuerit facta reuocatio per vẽ-
ditorem, iuxta constit. Constitutionem diuæ † memo- 3
riæ. ex quo constit. ipsa sibi locum vendicat in feudis
quaternatis tantùm, & non in feudis de plano & de
tabula, prout sunt ista de quibus agitur: in quibus ces-
sat dicta constitutio: & habet locum dispositio. cap.
imperialem. de prohib. feudi alie. per Federicũ, prout
ita longo vsu & obseruantia interpretatum & iudica-
tum fuit, vt commemorat Afflic. in sua decisio. ccxliij.
& tamen quando verè esset facta reuocatio illa, non
obesset, tanquam facta post ius quæsitum eidem do-
mino Comiti. Et quatenus diceretur, quòd casu, quo-
dici posset esse locum deuolutioni, non applicaretur
† ad Comitem, sed ad agnatos amittentis: per textũ in 4
capit. primo. §. hoc quoque. de successione feudorum:
& in capitulo primo. §. fina. quæ sit prima causa ben.
amit. & ibi communiter scribentes, præsertim Curt.
Innoc. in quinta parte tractatus sui feud. in iiij. quæst.
principali. ex quo si bene aduertatur, hoc esset oppo-
nere de iure tertij, aliter non comparentis, nec hoc
petentis, maximè, quando proximior agnatus, cuius
fortè interest, compareret, audiretur, & interim ex-
cellen. Comes nõ impeditur id petere, per suprà scri-
pta, veluti rem sibi deuolutam: prout in proprijs ter-
minis decidit Ioannes Baptista de sancto Seuerino, in
sua repetitione cap. primi. de feud. cogna. in versiculo:
nunc videamus differentias. vbi ponendo inter feu-
dum & emphyteosim multas differentias, inter cæte-
ras formaliter dicit: septimò differunt secundum ali-
quos

quos: quia si vasallus feudum antiquum vel paternum alienet domino irrequisito, tunc feudum reuertitur ad agnatos domino ipso excluso, tam de iure veteri, quàm nouo: vt plenè per glossam Iacob. de Bel. & doct. in capi. j. §. hoc quoque. de successione feudor. res autem emphyteotica taliter alienata, reuertitur ad dominū aliis exclusis. l. prima. C. de iure emphyt. Sed quantum ad primum de feudo, multi dicunt contrarium, & ego cum illis: videlicet, quòd feudum antiquum alienatum transeat ad dominum exclusis agnatis: & sic secundum istam opinionem, cōcordat cum emphyteosi. & licet Alexander in suo consi. xxx. quoniam omne datum. in primo volu. dicat, quòd videtur magis communis opinio. feudum reuerti ad agnatos: attamen licet per alienationem iure quæsito domino vasallus ipso iure priuetur, per ea, quæ habentur in capitulo imperialem. de prohib. feudorū alien. per Feder. in §. caldis. & in cap. primo in §. si quis miles. de feud. fine culp. non amit. & in capitulo quæ in ecclesiarum. de constit. & quòd ideo sit reuersum ad dominum, ex quo alienatio fuit inter viuos, secundum glossam in capitulo primo. §. idem. quibus mod. feud. amit. At dici posset, quòd reuertitur hoc casu ad agnatos proximiores: secundum glossam in dicto capitulo primo. §. hoc quoque quamplurimi sequuntur. attamen licet ipso iure priuetur, hoc tamen intelligendū est, quando adparet dominum velle feudum ad se reuerti: secundum Baldum in l. fina. in fine. C. de reuoc. donat. arg. l. secunda. C. si ager vecti. vel emphyt. pet. quo fit, vt aliàs non possit opponere de iure tertij, id est, ipsius domini, quod est ipso iure exclusiuum iuris agentis illo demum volente: secūdum Bartolum in l. secunda de except. rei iudic. Alexander in l. indebiti. §. si numi. in fine de condi. indeb. Ita punctualiter decidit consulendo Carolus Ruinus in suis consiliis nonissimè impressis, & propriè in consilio secundo, primo volum. Maximè, quia quòd dici posset, vt suprà vendicaret sibi locum in feudo ex pacto & prouiden-
5 tia: non autem in feudo hæreditario: ptout † est istud, de quo tractatur: quia in feudo hæreditario, qui vendicabit feudum, vt agnatus vltimi tenentis feudum, debet esse hæres, ergo ex delicto tenentis feudum, excludetur: per dominum Bartolum post Cynum, in l. eum, qui. de inter. & releg. Et pariter non suffragabitur, quòd dictum fuit venditorē minimè posse in pre-
6 senti causa testificari: † cum scilicet non admittatur testis venditor in causa emptoris: vt in capit. insuper. de testibus, vt plenè per Iacobum in l. nullus. ff. de testibus. quia videtur deponere in eius commodum ex causa euictionis, ad quam tenetur: nam in præsenti casu id cessare adparet: cùm in eo agatur, vt venditor & emptor puniantur in amissione feudi & pretij: & sic pretium non remanebit penes vēditorem: & ideo enim venditor de scientia emptoris rem feudalem sciuisse affirmaret, de quo etiam alij testes integri deponunt, ergo &c. Pro parte autem Melchionis Zichardi, & litis consortum conuentorum, dicebatur contractum hunc magis præsumi censualem seu emphy-
7 teoticum quàm feudalem, † cùm fuerit dicta pars molendinorum cōcessa ad annuum reditum vnius paris sonaliorum accipitris illis de Afflicto, annuatim erogandorum seu præstandorum domino feudi prædicti: vnde censendus est magis censualis seu emphyteoticus, quàm feudalis: vt firmat Baldus in additio. Spec. in titulo de loca. §. nunc aliqua. versiculo iiij. in fine. Baldus in capitulo fin. de cau. poss. & proprie. & melius in capit. si cautio. extrà, de fide instrumen. & videtur sentire Andræas in titu. quæ sit prima causa bene amit. & ideo dicit † Baldus in l. liberti. C. de oper. libe. 8
quòd feudum datum sub annuo reditu, non est feudum, sed cōtractus innominatus vel emphyteoticus: maximè cum feudū illud dicatur, propter quod personale præstatur seruitium vel adoba: vt per Baldum in l. prima. C. de rerum permut. & per Specul. vbi suprà, & dicit Alexander in consilio cxxx vj. primo vol. & plenè Afflict. in constit. constitutionem diuæ † me- 9
mor. numero 23. & 69. & in dubio censualis contractus præsumendus est, vt in specie tenet Albertus de Rosa in l. secunda de iure emphyt. & post eum Deci. in consilio cxlvj. Item debet talis contractus censualis reputari, non obstantibus † verbis concessionis in 10
feudum, ex quo dicta verba impropriari debent, vt dicit Imola in capitulo ad audiētiam. de relig. domi. & not. Alexander in consilio xiiij. secundo volum. & tantò magis, cum præsupponatur feudum rusticum, quod non † amittitur per reditum non solutum, nec 11
per alienationem irrequisito domino: cum ista duo pacificentur: vt inquit Alexand. consilio cvj. iij. volu. & ita alias fuisse decisum per sacrum Consilium meminit Capicius, decisio ciij. vbi obiurgat Affli. decis. cxxix. & eandem opin. tenuit Decisus in consi. clxiij. vbi subdit, ꝙ quando est translatum, non curatur de verbis, quia impropriantur. Nec ratio aliqua haberi
† debet de testium depositionibus deponentibus mo- 12
lendina prædicta feudalia, ratione concluderēt minimè assignando, quonam modo sciuerint illa esse de feudo, vt quia sciuerint præstari seruitium personale tanquam de feudo, seu quòd interuenerint inuestituræ tempore, quo facta prætenditur: iuxta nota in cap. primo. de no. for. fid. vel quòd viderint bona descripta in registro bonorum feudalium: iuxta dicta And. in capitulo primo, ex quib. cau. feu. amit. & plenè per Afflict. decis. cclxxvij. vlti. asserebatur, quòd posito absque veri præiudicio, quòd molendina prædicta essent de feudo, nullum ius competeret prædicto Comiti. Vnde succedit, quòd stante reuocatione venditoris virtute const. constitutionē diuæ memor. eidem Comiti nullum competit ius agēdi ad deuolutionem prædictam, sed competit ipsis venditoribus, qui tenentur de euictione & pretij restitutione, tanquam venientes cōtra factum proprium dictis emptoribus, etiam malæ fidei: vt firmat Baldus in capitulo imperialem. de prohib. feud. alim. per Feder. & idem & plenè Baldus in capitulo primo in fine: de his, qui feud. dare poss. & Affl. in capitulo primo. §. sed si res, circa fi. per quos fiat inuest. Accedit † insuper, quòd si vasallus 13
priuatur feudo ob alienationē factam irrequisito domino, & sumus in feudo antiquo, prout in isto, quod prouenit ex prædecessoribus ipsorum de afflictis venditorum: vt dicit Andræas in capitulo primo de feud. pap. eo † casu non deuolueretur domino, sed agnato: 14
per tex. in capitulo primo. §. fin. & ibi And. & Moder. & cæteri scrib. quæ sit prima causa ben. amit. & idem sequitur Cur. in tracta. feud. in quinta parte. versi. viij. principalis conclu. & de iure constit. regni, ita † de- 15
mum posset dominus agere, & reuocare alienationē factam ipso irrequisito, quando per prius fecisset assignare terminum venditoribus & agnatis ad reuo-

candum, si voluissent, & illi non renocassent, prout rectè intuenti adparet de intentione Andreas in dicta const. constitutionem diuæ memor. & plenè per eundem in capitulo primo. & ibi Affl. de vasal. qui cont. const. Lot. Nec militaret text. in dicto cap. primo. §. si vasallus feudum. si de feudo fuer. constit. inter dom. & ag. relatus per Affl. in decisi. cclv. quòd vasallus negãs feudum, illud amittat: quia dicta pars molendinorum non fuerit vendita: vt feudalis. nam cũ hodie in regno contractus sit nullus super feudo, ille met, qui alienauit, poterit reuocare propria authoritate: & ideo cap. illud procederet, quando ante pœnitentiam ille, qui negat feudum esse, fuisset conuictus: facto iudicio ad hoc, & audito ipso, qui feudum esse negaret: vt tenent ibi And. & Moder. & ideo cum dicti venditores reuocauerint, & se pœnituerint, actio seu ius aliquod prædicto comiti non competit, etiam quòd dicta bona essent feudalia. Vnde consideratis præmissis ad vtranque partem productis, & pro vtraque parte facientibus, partes ipsæ aliter iudicium causæ prosecuti non fuerunt, cum communis fuerit metus: sicque causa aliter finem non accepit, nec decisa fuit.

SVMMARIVM.

1 *Forma citandi clericos turbantes seu spoliantes laicos per iudicem laicum.*
2 *Clericus, quando agitur super possessorio vel quasi, in rebus spiritualibus vel beneficialibus, potest citari per iudicem laicum: quia eo casu vltra dispositionem capitulorum regni, potest iudex secularis cognoscere ex iuris communis dispositione.*
3 *Iudices seculares in Regno Franciæ cognoscunt de possessorio causa seu res ecclesiastica seu spiritualis.*
4 *Possessorium rei ecclesiasticæ, seu spiritualis, est quid temporale & non spirituale.*
5 *Iudex secularis cognoscere potest, quando agitur quæstio facti incidentis in materia ecclesiastica.*
6 *Possessorium causæ spiritualis, non est spirituale.*

DECISIO LXXVIII.

Vniuersitas & homines ciuitatis Salerni prætendentes habere capitula, in quorum possessione, seu quasi fuerunt ab immemoriali tempore, etiam ex Regia concessione, ne à mense Octobris vsque ad mensem Martij possint intromitti vina extera, de lata extra territorium Salerni intus ciuitatem ipsam, etiam ad instantiam cuiusuis personæ quantumuis priuilegiatæ, & cum Reuerendiss. Abbas sancti Benedicti de eadem ciuitate quæreret vina sua extera, sue nata extra territorium Salerni, intromittere intus ciuitatem præfatam, contra formam cap. præfati, sic turbando antiquam possessionem vniuersitatis, & hominum præfatorum, habito recursu ad sacrum Regium cõsilium, & intentato interdicto retinendæ possessionis virtute capitulorum regni, fuit mihi causa commissa, & concesso edicto iuxta obseruantiam capitulorum regni, comparuit Reuerend. Abbas præfatus, declinando forum sacri regij consilij, ac petẽdo se ad iudicem competentem ecclesiasticum remitti: eum iudex laicus nullam habeat iurisdictionem in clericum, nec potest à seculari iudice citari in actione reali, nec personali: per text. in cap. si diligenti. extrà de for. comp. & ideo nedum quãdo clericus turbat laicum, verum etiam, quando † clericus turbat clericum super aliqua possessione, proceditur contra ipsos, virtute capitulorum regni ad regale fastigium, necnon & alterius. capit. finis præcepti, charitas. & fit ex communi practica, & antiquata cõsuetudine edictum in valuis curiæ & beneficij, per quòd citantur in genere omnes, & quicunque prætendẽtes interesse: prout, etiam de præmissis meminit Lucius de penna in l. si coloni. in fin. de agri. & censi. lib. xj. & commemorat Affli. in sua decisione ij. sereniss. Rex Alphonsus secũdus, &c. 1
sed quòd omnino † possit clericus per iudicem secularem citari, quãdo agitur super possessorio vel quasi in rebus spiritualibus, vel beneficialibus causis, & quod potest de tali possessorio secularis iudex cognoscere, etiam circunscriptis capitulis regni suprà relatis, tenet originaliter Vincentius antiquissimus doctor, quem refert & sequitur Ioannes Andræas in cap. fin. extrà de iudi. & Innocent. vt ibidem refert & sequitur Anton. de But. quod viua ratione comprobatur: quia possessorium non est quid spirituale, sed temporale: vt dicit Archidi. in capitulo primo, de restitut. spol. in vj. Francisc. Zabare. in Clement. dispendiosam. de iud. Guliel. de Monte laud. in clem. prima, de causa possess. & proprie. & videtur velle glo. in cap. literas. de immu. eccle. nec debet inconueniens censeri, si respectu eiusdem rei petitorium sit spirituale, & possessorium temporale, cum nihil commune inter se habeant: iuxta l. naturaliter. in §. nihil commune. ff. de acquir. poss. & ideo dum in parlamento Grationop. fuisset lis mota inter priorem Lanci ex vna: & priorẽ sancti Roberti ex altera, ex causa suorũ prioratuum super possessorio, & fuisset declinatum forum per priorem sancti Roberti, fuit declaratum ex præmissis per curiam parlamenti præfati: dictam causam non esse remittendam: vt testatur Guido papæ in decis. parlamenti præfati, in prima quæstio. & ibi etiam subiungit, quòd Petrus papæ eius patruus in quodam suo consilio, incipien. stylus curiæ parlamenti regij. Parisius in materia possessorij causarum beneficialium fundat intentionem suam super hoc dicto Vincentij in casu nouitatis, & subiungit pro hoc etiam facere cap. causam. lo ij. extrà qui filij sint legiti. vbi Papa mandat iudiciũ possessorium relinqui regi Angliæ pro cognitione ipsius possessorij habẽda. & quòd idem in simili fuerat iudicatum in eandem curia in anno M. cccclv. inter priorẽ Magdalenes ex vna, & perceptorẽ sancti Antonij Grationop. in possessorio reintegrandæ possessionis. & pariter in pluribus alijs causis, vt testatur idem Guido Papæ in quæst. seu deci. ccvij. & in deci. lxxxv. vbi plenè. & in decisione lxxj. circa principium: & hinc in regno † Franciæ iudices temporales cognoscunt de possessorio causæ, seu rei ecclesiasticæ, quia possessorium rei ecclesiasticæ, seu spiritualis, est quid temporale, & non spirituale, vt firmat Innoc. in capit. cum dilecti. de elec. & † licet aliqui tenuerint contrarium, tamen Ber. videtur hoc astruere in cap. literas. de iura. cal. quia possessio habet plurimum facti, & ideo de ea potest iudex secularia cognoscere, etiam in ecclesiasticis rebus, seu spiritualibus: secundum Bernar. & in l. potest pupillus. ff. de autho. tutor. & in l. Titia. ff. solu. matri. & melius in l. quoties. C. de iud. Ioã. And. in cap. tuam. extrà de ord. cogn. Paul. de Leaza. in clemen. j. de vsu. qui dicunt, quòd † quando agitur quæstio facti incidentis in materia 5

2
3
4

teria ecclesiastica, iudex secularis cognoscere potest. & idem per multa banna refert & sequitur dominus Bernard. Laurenti præsidens parlamenti Tolosæ, in tract. quem facit, in quibus casibus potest iudex secularis absque metu excommunicationis habere manua iniectionem in clericos. in ix. volu. tract. & sic quòd
6 possessorium † causæ spiritualis, non sit spirituale, examinat satis diffusè, & luculenter. & ita decidit illustriss. Nicol. Boët. præsidens Sacri regij Consilij Burdegalen. in suis decisi. præfati consilij lxix. an episcopus. in prima parte seu volu. præfatarum decis. subdens quòd ita quotidie practicatur in materia possessoria, vt pro beneficiis, & aliis spiritualibus coram iudice seculari agi posit: & quibus vt maturius declarari potest super remissione prætensa, & remedio capitulorum regni, interim non præiudicaretur, dixi procedendum esse in causa citra præiudicium remissionis petitæ: vt capta informatione iuxta formam capitulorum regni, & visa prouideri posit super dicta fori declinatoria. & ita decisum fuit, & comprobatum per dominos Regios consiliarios nemine discrepante.

SVMMARIVM.

1 *Ex temporis diuturnitate probatur interuentus solemnitatis extrinseca præcessisse. & num. 2.*

3 *Contractum inualidum potest episcopus pro interesse sua ecclesia reuocare, dum absque solennitate res ecclesiæ alienata reperitur, etiam si ipsemet episcopus alienasset.*

4 *Error iuris non inducit malam fidem, intantum, quòd errans in iure, facit fructus suos. & nu. 5. Et stabitur iuramento possessoris, quòd quis errauerit, & hoc, si est persona fide digna. nume. 6.*

7 *Ignorantia iuris non præsumitur cum quilibet iura scire præsumatur, maximè in persona diligentissima & literata.*

8 *Ignorantia iuris non præsumitur in prudente & discreto, ad effectum vt lucretur fructus.*

9 *Error iuris non excusat possidentem rem ecclesiæ minus debitè distractam, vt ad fructus perceptos non teneatur.*

10 *Bannitum illum dicimus, qui ritè & rectè bannitus extitit, & pariter contumacem dicimus, qui ritè & rectè contumax fuit.*

11 *Forma dum non seruatur, actus dicitur nullus.*

12 *Missus in possessionem inordinatè per iudicem, non facit fructus suos.*

13 *Distractio rerum immobilium ecclesiæ, non subsistente legitima causa ac solennitatibus obmissis, est prohibita, & nullatenus tenet.*

14 *Forma dat esse rei, & in quolibet minimo non obseruata, vitiat totum actum.*

15 *Tractatus vbi non interuenit in distractione rei ecclesiæ, nec causa cognitio, si expediret, nulla est distractio seu concessio.*

16 *Tractatum si dicitur fuisse adhibitum in instrumento concessionis, non probat tractatum interuenisse, sed oportet de tractatu ipso apparere per aliud instrumentum: cum illa sint verba narratiua notariorum, quibus standum non est.*

17 *Et pariter non stabitur verbis notarij in instrumentis appositis, dum dicunt adhibitum fuisse causa cognitionem.*

18 *Tractatus saltem vnicus, omnino requiritur in alienatione rei ecclesiasticæ. & nu. 19.*

20 *Verbis notarij asserentis in instrumento, quòd pro commodo & vtilitate ecclesiæ concessio processit, non statur: cum regulariter in prohibitis & certo casu permissis, non statur verbo dicentis casum permissum subesse.*

21 *Diuturnitas temporis non facit præsumi solemnia præcessisse, dum liquet de ipsa concessione minus solenni, & sic de contrario.*

DECISIO LXXIX.

IN causa Reuerendissimi Episcopi ciuitatis Policastri, cum magnifico Ioanne Antonio Palmerio barone Latronici, super reuocatione, & annullatione concessionis, vt prætenditur, factæ eidem de certo territorio iugerum lx. pro annuo reditu carlenorum quinque, liquet ex processus meritis concessionem ipsam minimè de consensu Reuerendissimo quondam episcopi pro se & capituli † & canonicorum dictæ ecclesiæ, prout 1
à iure requiritur, processisse in distractione rei ecclesiasticæ, iuxta text. in c. j. de his, quæ fiunt à præla. sine consensu capi. & in cap. sine exceptione. xij. quæst. ij. maximè, præcedente enormissima læsione ecclesiæ præfatæ, prout in themate propositum, & in facto verificatum existit, & successiuè deficiente authoritate summi pontificis, iuxta constitutionem Paulinæ & Gerardinæ, vltra dicta Archi. in cap. alienationes. xij. quæst. ij. de quo per Sozi. in consi. xv. & xix. in primo volum. in quibus eius dicta commemorat. Nec præ-
sumi † posset ex decursu tanti temporis, episcopi, & ca- 2
pituli authoritatem ac solênia interuenisse, prætextu quòd ex temporis diuturnitate probetur interuentus solennitatis extrinsecæ, per nota. in cap. sicut. de re iudi. & in l. sciendum. ff. de ver. obli. prout plenè congerit Sozi. in suo consilio xv. & plenius post ipsum Deci. in consilio ccexxix. in fin. quod tamen in præiudicium tertij non procederet, sed requireretur cursus saltem xxx. annorum: vt per scribentes in locis præmissis. & præsertim cum statim habita notitia per episcopum præfatum de concessione præmissa allegans ipsam minimè veram & se deceptum conquestus
est, & reuocauit, quod † facere potuit, data inualidi- 3
tate, & nullitate contractus, vt per gloss. in cap. j. de in integ. resti. & ibi omnes scribentes: imò requisiuit puniri commissarios deputatos, qui nulla præcedente causæ cognitione ad dictum iniustissimum, & nullum decretum processerunt, declarando dictam concessionem validam nullo adparente tractatu, & in euidentem enormissimam læsionem ecclesiæ, prout in themate. Hinc nec episcopus ipse dum vixit, & successiuè, nec Reueren. successor censum receperunt: iuxta relata per Felyn. in cap. sicut. versic. septimo & vltimo de re iudi. & licet præfatus magnificus Conuentus obtulerit & offerat restituere territorium, & sub colore, quòd bona fide possederit, neget se teneri ad fructuum restitutionem, per l. sed & si lege. §. scire. ff. de peti. hære. vbi patet errorem iuris minimè ma-
lam fidem inducere, intantum quòd errans non im- 4
pediatur facere fructus suos. Idem firmat Bald. in l. ij. post glo. C. si quis ignorem mino. esse sine decre. com-
para. vbi inquit, quòd errans † in iure si propter omis- 5
sam solennitatem contractus sit nullus, faciet fructus

 suos

suos. & idem sequitur Alexander in l.j.§.si vir.de ac-
6 quiren.poss.& stabitur † iuramento possessoris, quòd
quis errauerit in iure, si est persona fide digna, vt sub-
dit Bald. præsertim, cum in tam diurina possessione
annorum xxv. persteterit: quo casu etiam absque ti-
tulo bona fides præsumitur, vt firmant Bald.& Ange.
in l.penult. C.quibus obstat longi temporis præscri.
Nam imò totum oppositum dicendum videtur: imò
malam fidem præsumendam in eo, qui præter & con-
tra iuris formam concessionem recepit: per vulga-
rem iuris regulam: qui contra iura.de reg.iur.in vj.&
7 in l.quemadmodum. C.de agri. & censi. lib.xj. † nec
præsumenda est iuris ignorantia, cum quilibet scire
iura præsumatur. l.leges sacratissimæ. C.de leg. & di-
cit Alexander consilio xlvj.in iij.volum. Antonius de
Bur.in c.fin.de consue. habita maximè consideratione
ad personam ipsius palmerij conuenti diligentissi-
mam, literatam, & industriosam, versatam vt pluri-
mum in iudiciis, & cum doctoribus magnis, & in ci-
uitate Neapoli. Sicque minimè præsumi debet igno-
rasse tam notoria iura, distractionem rei ecclesiæ pro-
hibentia, absque legitimis & iustis causis, & præser-
tim absque solennitatibus in eis requisitis: suffragante
8 potissimè, quòd † in prudente & discreto non sit præ-
sumenda iuris ignorantia ad effectum, vt lucretur fru
ctus, vt consuluit Aretinus in consilio xvij.in fin.ver.
& cõcurrente facti qualitate, adhuc præsumitur scien-
tia iuris præsupposita concessione territorij lx.iuge-
rum pro vili & exiguo cẽsu annuo carlenorum quin-
que, absque causæ cognitione, & absque consensu ca-
pituli & canonicorum, nullo etiam adparente tra-
ctatu, & sic contra iuris communis & Paulinæ, & Ge-
rardinæ dispositionem, vnde nullatenus se excusare
potest à fructuum restitutione, prout in terminis fir-
mat Bar.in l.sed & si lege.§.scire.ff.de peti.hær. quam
sequitur Abb. in c.dilecto. versic. nunc est videre. de
præben. & in cap. ad nostram. in fin. de rebus eccle.
non alie. & melius in c.grauis. versic.item dubitatur,
an errans.extrà de resti.spo. subdens distin. Bartol.in
dicto §.scire.esse diligenter notandam, & sequitur Fe-
lyn.in cap.de quarta. versic. tertia restitutio.extrà de
præscrip. & in cap. cum causam. ver. respectu autem
9 fructuum.de re iudi.vbi † subdit communem esse opi-
nionem, & sustentabiliorem, vt error iuris non excu-
set possidentem rem ecclesiæ minus debitè distractã.
& idem consuluit Are. consilio xvij. ver. prætereà. &
idem in legendo renuit, in l.quod vxor, circa fin.ff.de
acqui.pos.& sequitur Curti.iunior, in consi.lxx.prin-
cẽ psque defunctus.ver.& si quispiam. cumulans alios
idem tenentes: & quòd omnino teneatur ipse con-
uentus ad fructuum restitutionem, est text.apertus in
l.iubemus nulli.§.prædia. C.de sac.san. eccle. & hoc
de iure ciuili: & de iure canonico est alius tex. expres-
sus in cap. non liceat Papæ. xij.quæst.ij. & in c.si quis
presbyterorum.de rebus eccle.non alie.ibi dum dici-
tur, quòd liceat quibuslibet ecclesiasticis personis cõ-
tradicere, & cum fructibus alienata reposcere, & hoc
ob malam fidem præsumptam in eo, qui contra iuris
formam concessionem recepit. Nec eundem conuen-
tum excusare poterit decretum cõmissariorum, nul-
liter ac perperam interpositum super concessione
præfata in euidens damnum, imò enormissimam læ-
sionem ecclesiæ, nullo interueniẽte tractatu, nec cau-
sę cognitione, quo casu nullum adparet, vnde nullum
debet producere effectum, sicut dicimus in simili de
cõtumace, qui † iuris ordine non seruato fuit effectus 10
contumax, non debet, nec potest contumax reputari:
quia non ritè nec rectè contumax declaratus est, sicut
etiam illum bannitum dicimus, qui ritè & rectè ban-
nitus existit. Ita dixit Bart.& post ipsum Alex.in l.iiij.
in §.condemnatum. ff.de re iudi. & in l.non putauit.
§.non quis.ff.de contra tab. & sic debet intelligi con-
tumax is, qui fuit ritè citatus, & contumax condem-
natus & bannitus. Secus si non rectè, & ita consuluit
Franc.de Aretio in suo consi.lx.pro aperienda verita-
te.& sic dum non seruato iuris ordine tale nullum, &
iniustum decretum à dictis commissariis emanaue-
rit, est ipso iure nullum, vt in cap.dilecta. de rescrip.
ibi, contra nostri rescripti formam. & in cap. exami-
nata.extrà de confirma.vti.vel inuti.& tenet Deci.in
cap.prudentiam.de offic.delega.& in cap. de appella.
† extrà de appel.& sic dum forma non seruatur, actus 11
redditur nullus, vt dicit Pet. de Ancha.in cõsi. xxxvj.
visa quadam petitione. Deci.in consi. ccxxix.ij.volu.si
ante constitutionem. & latissimè Fely. in c.cum dile-
cta.ver.gesta contra formam.& sic concluditur, quòd
ob decretum prefatum minus rectè latum, nulla com
petit sibi excusatio, vt non teneatur ad fructuum re-
stitutionem, prout pulchrè dicit Bald.in l.fi.C.de edi.
diui Adri.tol. quòd † missus inordinatè in possessionẽ, 12
licet authoritate iudicis, non facit fructus suos. Idem
& melius firmat idem Bald. in l.ij.ff.de serui. & aqua.
& ita aliàs fuisse decisum in sacro Regio Consilio cõ-
memorat Afflic. in suo decis.cxviij.in fi.& tantò ma-
gis, quia non soluit censum, quem soluere iurauit, &
sic in periurium incidit & mala fide fructus percepit,
per l.si quis maior.C.de transact.cum vulg.quo etiam
casu tenetur ad fructus perceptos, per l.ij. C.de iure
emphyt & sic ex præmissis pro maiori parte adductis
ad instantiam præfati Reueren. episcopi conclude-
batur declarari conuentum condemnandum ad re-
stitutionem territorij præfati vnà cum fructibus per-
ceptis, quibus addendo dixi, distractionem † rerum 13
immobilium ecclesię, non subsistente legitima causa,
ac solennitatibus omissis esse prohibitam, & nullate-
nus tenere, ex vulga. dispositione c.sine exceptione.
xij.q.ij.& cap.tua.ibidem. & cap.nulli. de his, quæ fi.à
præ.sine consensu cap.c.j.& ij.de rebus eccle. non ali.
in vj. & sic ex defectu solennitatis canonicæ, & per
consequens formæ alienatio nulla † est, ex quo ex de- 14
fectu formæ succedit nullitas actus, cum forma det
esse rei: d.c.sine exceptione.& ei nec addi, nec detrahi
potest, vt dicit Bal.in l.fi.C.de suis & legi. & intãtum,
quòd eius omissio in quolibet minimo, vitiat totum
actũ & processum: vnde cum à iure prohibita sit alie-
natio rei ecclesiasticæ, nisi fieret in casu à iure permis-
so, semper erit nulla.l.non dubium.C.de leg.& in reg.
quę contra ius.de reg.iur.in vj.quod corroboratur ex
dispositione clem.j.de reb.eccle.non ali.& in c.quę in
ecclesiarum.de consti.gl. & Abb.in c.j.de in integ.re-
sti.& plenè scribentes in d.c.nulli.& sic non adparẽte
quòd iusta causa præcesserit deficientibus debitis so-
lennitatibus, alienatio non subsistit, maximè nullo
præcedente tractatu, nec causæ † cognitione. si expedi- 15
ret ecclesiæ vel ne, per dicta Imo. in c.j.versi. quid au-
tem tractetur.de his, quæ fiunt à præ.sine con.c.Abb.
in c.cum apostolica.eo.tit.& in d.c.nulli.& cęteri scri
bentes in cap.j.de reb.eccle.non alie.in vj.nec ex ver-
bis

16 bis instrumenti † concessionis, dictantibus tractatum fuisse adhibitum, tueri potest, cum sint verba narratiua notariorum, quibus standum non est, cum debeat de tractatu ipso adparere per publicum instrumentum de ipso tractatu confectum, vt inquit Spec. in tit. de loca. §. sequitur videre. versic. porrò, si ecclesia vel monasterium. vbi adparet tenere de tractatu ipso adparere debere ex pluribus instrumentis, & magis clarè ipsemet Specu. Idem firmat in dicto §. sequitur. versic. idem scias. & subdit hunc tractatum debere pluries fieri, saltem ter, vt quidam dicunt, & de qualibet vice fieri publicum instrumentum: licet Io. And. non teneat debere ter fieri, quem cæteri sequuntur: tamen tenent omnes debere fieri de tractatu ipso publicum instrumentum: prout idem in simili casu tenet Pau. de Cast. in alienatione rei minoris immobilis, in suo consi. xcj. super eo, quod quæritur. vtrum
17 viso statuto, & ibi † dicit non credi verbis notarij attestantis in eo fuisse adhibitum causæ cognitionem, cum diligens inuestigatio, & inquisitio quæ fieri requirebatur secūdum materiam, & ea, quæ requirebatur per l. magis puto. ff. de reb. eo. in §. ne passim. fieri non posset tempore, quo instrumentum celebrabatur, sed requirebatur temporis interuallum: iuxta notata per gloss. Barto. & doct. in l. j. C. de fide instru. & iure hastæ fisca. lib. x. & per Bart. in l. sciendum. pluries
18 allegata. sed † quòd omnino requirebatur tractatus in alienatione rei ecclesiasticæ, saltem vnicus, est tex. & ibi doct. in cap. j. de rebus eccle. non ali. in vj. glo. in clem. causam. §. verum. in gloss. licet error. de elect. Ioan. And. in addi. Spec. in dicto §. sequitur. vbi suprà. solùm exceptuat monachos nigros sancti Benedicti, vigore constitutionum dicti ordinis, requirentium tractatum duorum dictum interpolatorū. & ibi sub-
19 dit Spec. quòd debet † de ipso tractatu fieri instrumētum de per se, vt ibi, in versic. scias. & Paul. de Cast. in consil. lxxxix. & Lau. in clemen. j. de rebus eccle. non alie. & pulchrè Ioan. Bertachi. in suo tracta. de epi. in iiij. parte, in xxxviij. quæstio. Prætereà, minimè liquet territorium præfatum fuisse concessum præfato Ioanni Antonio palmerio in casu à iure præmisso, nec verba in instrumento concessionis contenta, videlicet, quòd in euidentem vtilitatem ecclesiæ emanauerit concessio ipsa, id probant: ex quo notarius non simpliciter asserit, quòd pro commodo, & vtilitate ecclesiæ concessio ipsa emanauerit, sed quòd ita partes as-
20 seuerant, quibus non est credendum: cum in † prohibitis regulariter, & certo casu permissis non stetur verbo dicentis casum permissum subesse. l. qui testamentum. ff. de proba. l. cùm quis decedens. §. Titia. ff. de lega. iij. secundum Ioan. Andr. in addi. Spec. super rubri. de reb. eccle. non alie. versic. absit enim, quòd à prohibitis. Oldra. in consil. lxxv. quidam epis. Ias. in præludi. feu. & in terminis Bart. in l. si fortè. versic. & per hoc dixi, si in instrumēto venditionis factæ à cap. de cast. pecul. in præallegata. l. sciendum. Nec ex tem-
21 poris diuturnitate præsumi debet solennia † præcessisse: vt per scribentes in dicta l. sciendum. præsertim cum liqueat de ipsa concessione minus solenni, & sic de contrario, per ea, quæ not. pulchrè Paul. de Cast. in suo consil. xlix. in causa, quæ vertitur, quem sequitur Alex. in suo consi. x. circa primum dubium, quo quæritur. & suffragantur not. per Bald. in l. si certis annis. C. de pac. per Bar. & doct. in l. solent. §. non verò. ff. de offic. procon. Aret. in cap. quoniam contra. in fi. versi. & quia superius, de probatio. Ex quibus tandem dixi præfatum magnificum conuentum condemnandum ad restitutionem territorij præfati, vnà cum fructibus ex eo perceptis, & ita pronuntiatum fuit per sacrum Regium Consilium.

SVMMARIVM.

1 *Aduocatus vasallus an possit aduocare contra dominum suum, cuius ipse est vasallus: & an priuetur feudo, si aduocat contra dominum: per totam decisionem.*

DECISIO LXXX.

AD refocillandum ingenium, & augendam materiam scribendi, cum ex acuitione gladij facilius legum nodos succidere valeam, faciam hoc diuerticulum, quo completo, redibo ad consuetas decisiones. Pridie interrogatus à magno viro, an doctor, seu † iuris peritus vasallus baronis possit patrocinium assumere, seu aduocare contra suum dominum, cuius vasallus existit. & prima facie dubium faciebat quòd sic, cum edictum de postulando, sit prohibitorium, & iste casus nō videtur prohibitus. Nec obstaret dicere, quòd eo casu videtur quòd aduocando contra dominum, videtur contra ipsum militare: iuxta illud, militant nanque aduocati: quia sic dicere, impropriè est, & impropria locutio dicitur. Ita in terminis inquit Albe. de Rosa. in l. fi. ff. de postu. Eandem opinionem secutus est Bartho. Bolo. in repe. authen habita. in princi. C. ne filij pro patre. subdens hoc esse perpetuò notandum, quia aliàs fuit super hoc interrogatus, demum reuolutis pluribus Codicibus, reperi Specu. cuius authoritas non parua est, in titu. de feu. & homa. in §. j. in ver. xvij. quæritur. vbi tenet vasallum non posse aduocare contra dominum suum. cuius sentētiam refert & sequitur Guido Papæ in suis Decisio. parlamenti Gracionopoli. in quæst. seu deci. ccccclj. Idem reperio tenuisse And. de Iser. in c. j. §. sed & qui delator. quę sit prima causa benefi. amit. vbi distinguit, aut compulsus fuit aduocatus ipse per iudicē suscipere patrocinium cōtra dominum suum, & tunc proculdubio erit excusatus, aut volūtariè, & non coactè patrocinium suscepit contra dominum, & tunc nō poterit, & feudo priuabitur. & idem sequitur Affli. in loco prælle. ac etiam in suis Decisi. quas dicit esse sacri consil. nu. 265. & mouetur ratione, ex quo vasallus nedum est obligatus abstinere à malo contra dominum, sed etiam tenetur facere bonum: per tex. in c. j. de for. fideli. & bonum nō dicitur facere pro domino si patrocinium alteri præstat contra ipsum dominum: & ideo vasallus non poterit procurare, seu aduocare in aliqua lite contra dominum suum, ex quo tenetur ipsum defendere, & adiuuare in prælio campestri: vt dicit tex. in c. j. quibus modis feudum amit. cum concor. ita & pari modo tenetur ipsum adiuuare in prælio iudiciali, cùm iudicium dicatur iudiciale certamen l. aduocati. C. de aduo. diuer. iud. cum simi. notatur per And. vbi suprà. & ita etiam reperi tenere Abb. in cap. iij. extrà de postulan. & hæc opinio tanquam satis rationabilis, & plurimorum & priscorum testimonio roborata, mihi semper placuit, & in animo meo sedet. & sic respōdi non posse vasallū contra suum dominum aduocare.

SVM

SVMMARIVM.

1 *Literis episcopi attestantibus contulisse ordines alicui credendum est.*

2 *Clericus dimisso habitu, & vt laicus incedens, si captus fuit, etiam si per bullam Papæ fuerit ennunciatus clericus, dum inquiritur de delictis, minimè remittendus est.*

3 *Clericatus non probatur ex eo, quòd Papa conferendo beneficium in sua bulla nominet ipsum clericum. & numero 4.*

5 *Bullæ Papæ standum non est, dum nominat aliquem clericum, si non testatur de eiusdem clericatus bulla à se facta, sed per alium.*

6 *Confessio non prodest nec nocet in non dependentibus à potestate confitentis.*

7 *Bastardus non potest ad ordines promoueri.*

8 *Papa quando scienter promouet defectuosum promouendo videtur dispensare.*

9 *Inferior a Papa, dum confert beneficium, si non procedit cum causa cognitione, nunquam videtur dispensasse super defectu natalium.*

10 *Dispensatio, est rigoris iuris communis relaxatio.*

11 *Scientia facti alieni, non præsumitur: & fundans se in scientia, debet eam probare.*

12 *Possidenti vitiosè, est possessio auferenda.*

13 *Possessio diutina ita demum prodest possidenti ad præsumendum rectitudinem institutionis, & solemnitatem extrinsecam, quando probaretur possessio ipsa cum titulo, seu quòd titulus tantùm allegaretur.*

14 *Possidens longo tempore si produxit titulum, per quem adparet nec scientiam nec solennitatem præcessisse, non suffragatur sibi possessio.*
Temporis diuturnitas posset operari scientiam il... mitatis vbi verisimiliter posset haberi notitia hoc tempore per promouentem: alias secus ibid.

15 *Temporis diuturnitas non iuuat illegitimè institutum in beneficio.*

16 *Possessio sola clericalis tonsuræ & habitus sufficiunt, quo ad fori priuilegium, & pariter si possidet beneficium: & hoc, quando est regnicola: secus, si Vltramontanus.*

DECISIO LXXXI.



IN causa illustr Principis Salerni cum nobili Anoibale de Prignano prætenso clerico introducta in sacro Regio Consilio per remediũ appellationis à decreto magnæ Curiæ vicariæ super remissione ipsius Annibalis facta ad eius iudicem ecclesiasticum, dum diuersis criminibus & excessibus inquisitus fuisset per officialem illustrissimi ipsius Principis, quam remissionem prętendens præfatus illustrissimus Princeps minimè de iure subsistere. cùm licet Annibal ipse Bullam suæ Capellaniæ, in qua præsentatus fuit per eundemmet principem, & per ordinarium loci institutum, eundẽ clericum esse ennuntiantem produxerit, cùm sit de substantia collationis beneficij, vt clerico conferatur: argumentum l. optimam. C. de contrahenda & committenda stipulatione. per quem ita voluisse videtur Abb. in cap. nonnulli. §. sunt & alij. de rescrip. & plenè Lap. in alle. vij. an literæ. prout etiam refert & sequitur Fel. in præfa. §. sunt & alij. & plenius idem Fely. post alios in cap. post cessionem. de proba. † fir-
1 mantes literis episcopi attestantibus contulisse ordines alicui, credendum esse: prout etiam tenet & sequitur Petrus de Belluca, in suo specu. princ. attamen,
2 quia Annibal † ipse dimisso habitu vt laicus incedebat, etiam tempore, quo apprehensus fuit, etiam si per bullam summi Pontificis fuisset enuntiatus clericus, dum inquiritur de delictis, minimè remittendus erat: vt inquit Ioannes Andræas in cap. non licet. de regulis iuris. in mercu. ad quem Abbas & Felynus in dicto §. sunt & alij. se remittunt. & ita in particulari & propriè in bulla Pontificis, per quam confertur beneficium, quòd ex nominatione † in ea, quòd sit 3
clericus, non ex hoc clericum ipsum esse probetur, tenet in terminis propriis Petrus de Ancharano in cap. si iudex laicus. de sen. excom. versic. sed iuxta præfata quæro. quem sequitur ibi Philippus Franc. in eo. cap §. non sic. vbi subdit menti tenendum. & ad opin. Ioan. Andr. se remittit Affl. in constituti. regni, apostatantes. versi. & an per literas. & expressè voluit Panormitanus in cap. dudum. de præsum. secutus Ioan. And. † vbi suprà, quòd non probatur clericatus ex eo, 4
quòd Papa conferendo beneficium, in collatione nominet ipsum clericum. Idem refert & sequitur Alex. in dicta l. si prius. versic. sed adde, crebrior & verior conclusio est, quòd litera collationis beneficij, non probet clericatum. ff. de ope. no. nunc. & idem tenet Calde. & Anto. de But. in c. post cessionẽ. & Pet. de bella. suprà allegati loquuntur in literis testimonialibus gestis de ipsa ordinatione clericali. Secus si in literis testimonialibus, vel aliis ita enuntiaretur. Ita inquit in specie Bald. de mente Inno. in l. si qua per calumniam. C. de episcopis & clericis versi. sed pone episcopus. quem ibi communiter doct. sequuntur: vnde minus erit dubitandum de literis episcopi, in quibus in præsentiarum sumus, & non Papæ, in quo duntaxat habet locum cle. literis. de proba. & non in inferioribus: vt dicit Alexander in consilio cxij. in vij. volu. Sozi. in consi. cxxvij. j. volu. Fel. in cap. cùm à nobis. de test. Cur iunior. consil. lxj. & eo magis: quia nec summo † pontifici standum esset: prout in casu præsenti, 5
cùm non testaretur de ordinatione seu tonsura à se facta, sed per alium, & sic non staretur suæ assertioni: prout dicit Antonius de Bu. in c. adhæc. de rescr. Deci. in c. iurauit. de proba. Areti. in dicto cap. cùm à nobis. Curt. sen. in consil. xxj. Deci. in consilio ccccccij. Nec opitularetur, quòd fuerit Annibal ipse præsentatus ab eodemmet principe in beneficio prætato: cum stante principe ipso tunc infante, tum etiam, quia assertio ipsius principis non poterat facere ipsum clericum: † & sic in non dependentibus à potestate con- 6
fitentis, confessio non prodest, nec nocet. l. in confessionibus ff. de interro. act. l. qui seruum. & l. inde Nera. ff. ad legem Aquiliam. §. fin. Roma. in consilio cclx. Aret. in consilio xiij. Deci. in cap. quoniam contra de proba. Item suffragatur † intentioni præfati illustris- 7
simi Principis, cùm domino Anibal sit illegitimè natus, ex quo non poterat ad ordines promoueri, per c. cum in cunctis. de elect. cap vt filij. extrà de fil. presby. & sic an episcopus ipse, potuisset conferre beneficium potuisset circa defectum natalium dispensare, & promouere ad beneficium. cap. j. de fil. presbyte. in vj. & dispensare videtur promouẽdo ad ordines: iuxta not. in cap. primo, de æta. & quali. in vj. & traditur in cap. veniens. de fil. præsbyte. vbi Abbas & scriben.
Vnde est aduertendum, quòd † quando Papa scien- 8
ter promouet defectuosum, & tunc videtur dispensare promouendo: vt per gloss. in cap. statutum. de rescriptis. & in clementi. quia ad fin. eodem titulo.

&quia

& quia in casu præsenti non sumus in Pontifice, nec
ex tenore bullę liquet conferentem, seu instituentem
habuisse notitiam defectus illegitimitatis. Aut infe-
rior confert beneficium, & non procedit cum causæ
9 cognitione super inhabilitate, seu † non existente per-
sona, & causa dispensandi notoria: vt si esset persona
religiosa, & literata, neque aliunde probata scientia
certa promouentis, tunc namque videtur dispensare
super defectu natalium. Ita Ioannes Andr. & Ioannes
de Ana. in cap. ij. de schisma. & satis notanter Zaba.
Abb. & Henr. Bohic. in alleg. cap. veniens. extrà de fil.
presby. & ibi Abb. & communiter Doctores. & plenè
Doc. in l. quidam consulebant. & maxime Imo. ff. de
re iud. & in l. Barbarius. ff. de offi. præto. tum quia re-
pugnare videtur diffinitio dispensationis, quæ est iu-
10 ris communis relaxatio † cum causæ cognitione: vt
per gloss. in cap. nisi rigor. j. quæst. vij. quæ solennitas
causæ cognitionis tanquàm non intrinseca, non præ-
sumitur. c. sicut. cum ibi not. de re iudi. tum quia scien-
11 tia facti alieni † non præsumitur, & fundans se in scien
tia, debet eam probare: vt in propriis terminis tenent
Canonistæ in dicto cap. j. de æta. & quali. & in dicto
cap. veniens. & in dicto cap. ij. de schisma. & in dicta l.
quidam consulebant. & in c. si eo tempore. de rescrip.
in vj. vnde cum causæ cognitio adhibita non fuerit,
quæ in dispensatione requiritur: vt consuluit Old. in
consilio cccxxvij. nec adparet episcopum instituentē
sciuisse defectum natalium, prout requiritur etiam in
summo Pontifice, cum in alio inferiore vtrunque re-
quiratur: videlicet scientia & causæ cognitio: vt suprà
ostensum est. etiam decidit clarè Ias. in l. Barb. versic.
facit. accedente maximè, quia episcopus instituens,
erat exterus, nec habebat notitiam qualitatis perso-
narum, & erat substitutus ab episcopo principali. &
cui non videtur concessa facultas conferendi benefi-
cia, nisi habilibus, & pariter instituendi habiles & ca-
paces, non autem cum illegitimis dispensare: prout
in particulari consuluit Rom. in consil. ccxvj. electio
domini &c. Nec videtur posse suffragari præfato An-
nibali diuturna possessio beneficij, ex qua inferri
potest, quò † fuerit legitimè institutus & ritè, per not.
Hosti. & Inno. in cap. illud. de præsum. & Gemi. in di-
cto cap. ordinarij. de offi. ord. de quo Ias. meminit in
l. sciendum. ff. de verb. obli. tum quia non possedit be-
neficium, vt quamplures testes deponunt, sed possedit
Iulius eius frater, cui diu ille renuntiauit: & sic pro-
secutus fuit Iulius ille possessionem, quoad vixit. &
licet decedente Iulio, Annibal ipse per aliquod tem-
pus se in eo intrusierit, possessio talis non erit conside-
rabilis: intantum, quò † nec spoliatus foret restituen-
12 dus, sed possidenti sic vitiosè esset † possessio auferen-
da: vt dicit Rom. in suo consil. ccccxcix. in præmissa
consultatione. & Cano. in c. licet episcopus. de præbē.
13 in sexto. præsertim, † quia tunc demum diutina pos-
sessio prodest ad præsumendum rectitudinem institu-
tionis, & solennitatem extrinsecam, quando proba-
retur diutina possessio, & titulus tātùm allegaretur.
& ita loquuntur præfati Doct. relati per Iason. Secus
autem, si produceretur titulus, & ex eius inspectione
14 † adpareret nec solennitatem, nec scientiam præcessisse,
prout in casu nostro, vbi producitur bulla colla-
tionis beneficij filio naturali, nec de causæ cognitio-
ne, nec de scientia defectus natalium adpareret. Ita Pau.
de Cast. in consi. 50. Alex. in consi. j. iiij. vol. & patet re-
sponsio præfata ex decisione Gemi. in dicto c. ordina-
rij. vbi dicit, quòd antiqua possessio, & allegatio, quod
instrumenta sint deperdita iuuaret, & sic non exten-
debatur, quia secus per prædicta. Item, quia diuturni-
tas temporis posset operari scientiam illegitimitatis,
vbi verisimiliter posset habere notitiam hoc tempo-
re promouens de prędicta illegitimitate: aliàs diutur-
nitas temporis non operaretur: vt dicit Alex. in consi.
ix in iij. vol. & quia episcopus substitutus, vt exterus,
verisimiliter nō poterat de huiusmodi illegitimitate
notitiam habere: vnde sic data incapacitate, & inha-
bilitate prædicti Annibalis non consideratur diutur-
nitas temporis, vt suo iuuamento stari possit, circa ti-
tuli probationem, vt colligitur ex doctrina Philip.
Fran. in præfato cap. ordi. de offi. ordi. † maximè, quia 15
diuturnitas temporis non iuuat illegitimum institu-
tum in beneficio: vt dicit Ant. de But. in c. ex frequen-
tibus. de insti. quem ibi communiter Doc. sequuntur.
& sic ex quolibet ex præmissis nil prodest diuturna
possessio prædicta: verùm quia in præsentiarū sumus,
quo ad fori priuilegium, & licet Annibal ipse pluries
fuisset visus habitu, & tonsura dimissis incedere, atta-
men pluribus, & diuersis vicibus fuit & pariter visus
cum habitu, & tonsura: & tamen solùm † possessio, & 16
habitus clericalis tonsuræ sufficit, quo ad fori priui-
legium. Ita voluerunt domini de Rota in deci. cccxij.
in antiquis. & hoc, quādo est regnicola: secus si Vltra-
montanus: quia ille debet docere: prout dixit Ioan.
Galli. in arrestis. quæst. lj. Ita in specie decidit illustris
Doctor Nicn. Boër. in suis decisi. sacri Consilij Burde-
galensis. clxxl. in j. volu. & pariter si talis clericus pos-
sedit beneficiū. Ita domini de Rota in prędicta decisi.
cccxij. allegantes Ioan. Mona. & Archi. in cap. si iudex
laicus. de elect. in vj. Bellamera in sua decisi. vj. & xij.
Domi. de sancto Gemi. in suo consil. xcj. volens talem
possessorem probare possessionem & tolerantiam an-
tiqui temporis x. vel xx. annorum, secundum Inn. in c.
superiis. de accus. & cùm ita fuerit in casu præsenti ex
præmissis per me & aliis per alios dominos de cōsilio
meos collegas adductis, fuit decisum per sacrū Con-
silium bene fuisse pronūtiatum per magnam curiam
vicariæ circa remissionem præfati Annibalis, ad iudi-
cem ecclesiasticum, & ita executum fuit.

SVMMARIVM.

1 *Creditor habens instrumentum debiti contra suum de-
bitorem, per quod capi posset ad eius instantiam, debito-
re decedente, potest creditor authoritate iudicis impedi-
re, ne corpus humetur.*

2 *Humatio corporis ad instantiam creditoris impediri
non potest: mo appellans, audiri non debet.*

3 *Sacerdos spoliatus corpore mortuo iam sepulto, non est
ante omnia restituendus.*

4 *Impediens corpus mortuū sepeliri, qua pœna impenatur.*

5 *Prohibens sepeliri vsurarium publicum, nulla pœna
veniat plectendus.*

6 *Creditor petens debitoris corpus mortuum non humari,
debet perdere, quod sibi debetur.*

DECISIO LXXXII.

INcidit sermo inter fratres, non absque la
be magnæ Curię vicariæ recusantis ad in-
stantiam creditoris impedire, nec corpus
mortuum debitoris humaretur, quousque
de debito sibi satisfactum fuisset, nam dicebant non-
nulli ex Regiis consiliariis meis collegis, ex aperta
decisio

decisione Ang.in authen.vt defuncto.fun. circa prin-
1 cipium.quòd † si creditor haberet instrumentum, per
quod debitor capi posset ad omnem instantiam cre-
ditoris, quòd eo casu debitore decedente, posset cre-
ditor authoritate iudicis impedire, ne corpus ipsius
debitoris mortui humaretur, nisi prius satisfacto de-
2 bito. Alij autem, prout ego † dicebam, quòd huiusmo-
di humatio corporis debitoris impediri nō posset per
creditorem, imò nec audiendus erit creditor appel-
lans, ne corpus debitoris sepeliatur: vt dicit Spe.in tit.
de appellat.§.in quibus.versic.octauo.& ibi in specie
dicit, quòd non auditur creditor appellans, vt suprà:
quia est res non recipiens dilationem, ergo succedit.
l.fi.ff.de appe.reci.& hanc intentionem probat etiam
text. optimè in l.sunt personæ. ibi, ne insepulta cor-
pora iacerent.& in l.si quis sepulchrum. in princip.&
l.ne corpora. ff.de religi. & sump.fun. maximè, quia
vexaretur corpus, dum non sepelitur, propter malum
3 odorem cadaueris.& hinc est, quòd † sacerdos spolia-
tus corpore iam sepulto, non est ante omnia restituē-
dus:& hoc, vt euitetur vexatio corporis humati: licet
aliâs secus. iij. q.j.reintegranda.& ita obtentum fuit
in Rota secundum dominos de Rota in antiquis con-
clu.ccciij.incipiente, item notat gloss. & licet Angel.
ita tenuerit in dicta authen. tamen Felynus in cap.si-
cut Iudæi. extrà de Iudæ. non credit procedere de
æquitate ex præmissis. Idem refert & sequitur Marsi.
in suo sing.cxcix. incipiente: in iure expressum. & de
præmissa.iiij.quæst.meminit idem Marsi.in l.qui sine.
ff.de quæst.vbi subdit, quòd ista sunt notabilia, quòd
mors non tollit, nec soluit omnia, sed imò mortuus,
& viuus æquiparantur.ex quibus verbis infero, quòd
cùm nemo sit dominus membrorum suorum, per l.
liber homo.cum vulg.ff.ad legem Aquiliam.ergo ne-
mo posset etiam expressam facultatem concedere in
instrumento creditori suo, quòd eius corpus non se-
peliatur, quousque debitum sibi non soluerit: quantò
magis, quia ex verbis instrumenti huiusmodi facultas
concessa non fuit nec expressè, nec tacitè: nec in ge-
nerali, nec in speciali obligatione dignosci potest,
quòd corpus mortuum insepultum seu inhumatum
remaneat, cùm reipublicæ intersit, ne corpora mor-
tuorum insepulta dimittantur, maximè, pro conser-
uanda ciuitate à pestilentia, quam fœtores produ-
4 cunt, & ideò ex iuris censura † peroptimè sancitum
est, quòd impediens corpus mortuum sepeliri, olim
pœna 50.librarum auri multabatur: hodie verò ter-
tia pars bonorum suorum confiscatur, cadúcque ab
actione, & tantundem heredibus defuncti erogare te-
nentur, & infames efficiuntur.l.cùm sit iniustum. &
in authen. sequenti. C.de sepul. viola. qua pœna non
5 plectuntur † prohibentes sepeliri vsurarium manife-
stum, antequam vsuræ extortæ restituantur. c.quan-
quam.de vsur.in vj.& ita etiam inquit Fely.in dicto c.
sicut Iudæi.præallegato.& idem firmat plenè prȩcla-
rus Doctor Ripa in suo pulchro & copioso tracta. de
peste.versic.& primò quæro, an creditores.vbi subdit
hoc, quod suprà dictum est de vsurario, se verum esse
credere, si contendant manifestum vsurarium non
debere sepeliri in terra sacra. Secus fortè, si etiam cō-
tenderent, ne sepeliretur in terra profana: quia inter-
est reipu.ne etiam anathematizatorum corpora inse-
pulta iaceant: sunt enim, vt suprà dictum est, naribus
6 fœtida, & oculis infesta: & quod creditor † impediens
corpus mortuum ne humetur, puniri debeat in amis-
sione debiti, sequitur illust. Nicol.Boër. in sua decisio-
ne consilij Burdegalensis cclxxxvij. & in dicto pro-
cessu, per tex.in dicta l.fi.cum authen. ibi posita. C.de
sepul viola.& insuper allegat Ang. sibi contrarium in
l.j.§.quoties.ff.de iniur. dicentem illum textum face-
re contra sequestrantes corpora mortuorum, etiam
prȩtextu vsurariȩ prauitatis; & idem tenet Io.de Ana.
in cap.sicut.in fi.de homic. Ex quibus quidem nescio,
quid dicam de Angelo viro tantæ authoritatis, quo-
modo id dixerit, & fortè minus decenter, quàm eum
decebat: dicendo quòd habens tale instrumentum,
impedire posit corpus mortuum debitoris, ne sepe-
liatur, cùm nulla posit assignari diuersitatis ratio,
cur præallegata iura & rationes non vendicent sibi
locum tam in debito instrumentali præmisso, quàm
in cæteris debitis chirographariis, seu aliis simplici-
bus.& ideò per annos xxx.& plus, quibus iudicaui in
magna curia tempore serenissimorum Regum domus
Aragonum, quàm successiuè nostri munificentissimi
Cæsaris Caroli quinti, nunquam iudicaui, nec iudi-
catum vidi huiusmodi licentiam impertiendam, sed
semper denegatam, repulsis creditoribus id peten-
tibus.

SVMMARIVM.

1 *Actor succumbens in facto proprio, in quo error prætendi non potest, siue simus in causa principali, siue in causa appellationis, semper debet in expensis condemnari.*
2 *Iusta causa excusat reum à pœna conuentionali: sed non actorem.*

DECISIO LXXXIII.

DVit hæsitatum in sacro Consilio, an actor
succumbens in causa per ipsum mota, de-
beat in expensis condemnari. dixi quòd
actor succūbens in facto proprio, † in quo 1
error prætendi non potest, siue simus in causa princi-
pali, siue appellationis, semper debet in expensis con-
demnari. Ita firmat Bald.in l.eos.§.cautionem.de ap-
pell.Pau.de Cast.in l.destitisse.ff.de iudi. vbi in specie
dixit, quòd actor dum succumbit, semper debet in
expensis condemnari: quia sibi imputandum est, quòd
bene instructus ad iudicium non venerit: & ideò tan-
quàm temerarius litigator condemnatur in expen-
sis: per l.eum, quem temerè. ff.de iudi. Idem refert &
sequitur Iacobus de sancto Georgio in præallegata l.
destitisse. & ibi subdit comprobari optima ratione:
quia actor potuit venire prouisus ad iudicium, cum
esset in potestate sua quando ageret. Secus est in reo:
quia non est in eius potestate, quando conueniatur.
l.putè.§.fin.de doli exceptione. & idem tenet Barto.
in l.eum, quem temerè.versi.ad vnum tamen aduerte.
ff.de iudi. in ver. Item potest adparere ex actis, quòd
actor non inuestigauit omnia, quæ debuit, antè, quàm
perueniret ad iudicium. Idem sequitur Decius in cap.
interposita. §. ille denique. quem §.legit pro cap. in
versic. hoc de plano procedit in reo: non sic videtur
in actore: quia non ita simpliciter ex iusta causa ex-
cusatur ab expensis. & facit optimè quod dixit Bald.
in l.non solùm.ff.de rei vend.ibi † dum inquit, quòd 2
iusta causa litigandi excusat reum à pœna conuen-
tionali: sed non actorē. & sequitur Alex.in consi.cxix.
titulus quæstionis &c.in ij.volu. & ita fuit pari voto
conclusum.

SVM

SVMMARIVM.

1 *Testis dicens scripturam manu Titij, quia habet eius manum notam, & tractum literarum, & vidit ipsum pluries scribere, non tamen dixit se fuisse præsentem tempore scripturæ prædictæ, non probat.*

2 *Testes in recognitione literarum alterius, possunt de facili propter similitudinem literarum decipi.*

DECISIO LXXXIIII.

FVit producta scriptura in sacro Consilio,
1 quæ dicebatur, scripta per Titium † iam
defunctum. ad cuius probationē fuerunt
examinati multi, & quam plures testes,
quorum aliqui deposuerūt cognoscere illam esse scri-
pturam manu ipsius Titij: quia habebant notam eius
manum. Alij verò deponebāt illam esse scriptā manu
ipsius Titij: nō quòd fuissent præsentes in ea, sed quia
eius manum, & tractus literarum cognoscebant. du-
bitatum fuit, an huiusmodi testium depositio sufficiat
ad probationem scripturæ prædictæ. Reperio, quòd
Franc. de Are. in consilio lxiiij. diligenter & maturè
discussis, tenuit quòd non sufficiat huiusmodi attesta-
tio ad ipsius scripturæ probationem, nisi deposuerint
se fuisse præsentes, quando scripta fuit. & idem dicit
Bartolus in l. nuda. C. de dona. & in authent. & si con-
tractus. C. de fid. instrumen. & plenè Ioan. de Imol. in
cap. ij. extrà eodē tit. & Roma. in præallegata l. nuda.
& ita iudicatum fuisse in Sacro Regio Consilio, at-
testatur Affict. in sua decisi. clxxxj. incipien. in quo-
dam processu fuit producta vna apodissa. Reperio in-
super idem in propriis terminis consuluisse Alexan.
in consilio cl.v. volu. & in consilio lxxx. viso processu
causæ vertentis. iiij. vol. Iacobus But. in dicta authen.
& si cōtractus. Bar. in l. scripturas. C. qui poti. in pign.
habeantur. Panor. in cap. ij. extrà de fide instrumen.
& nimirum, si testibus asserentibus se habere notam
scripturam illius, qui scripsit, non credatur: quia dicit
Bart. in dicta authen. & si contractus. versic. opponit.
dicitur hic. & etiam doct. in dicto capit. ij. quia testes
2 † possunt de facili decipi propter similitudinem lite-
rarum: & quia potest quis literas alicuius de facili
contrafacere. Idem etiam in particulari reperi pul-
chrè consuluisse Bertrand. Gall. in suo consilio cxl.
incip. & locatio seu arrendamentum. in ij. volum. &
ita decisum fuit.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio spoliationis, impedit litis ingressum.*

2 *Spoliatus omnibus suis bonis propter guerram, æquum & iustum est, vt eatenus conueniatur, quatenus facere potest.*

3 *Iuramentum non obstat aduersus exceptionem spolij, quando spolium esset subsequutum.*

4 *Periurium euitatur ob impotentiam & impossibilitatem soluendi.*

5 *Spoliatus suis bonis per fiscum, est à suis creditoribus liberatus. & omnes exceptiones actiuæ & passiuæ, sunt in fiscum spoliantem translatæ.*

6 *Banniti nostri temporis, quibus omnia bona adempta sunt, erunt ab eorum creditoribus liberati.*

DECISIO LXXXV.

DVm magnificus Fabius Figlio Marino,
fuisset conuentus à suis creditoribus, &
opposuisset se spoliatū omnibus suis bo-
nis per Regiam curiam, adeò quòd nihil
habet, & per consequens ad instantiam suorum cre-
ditorum minimè procedi posse contra ipsum: fuit igi-
tur hæsitatum in sacro Consilio, quid iuris. & certè
nulli dubitandum, quòd dicta exceptio spoliationis
omnium bonorum, impedit processum ad vlteriora,
† licet solus Panor. in cap. olim. lo ij. extrà de resti. spo. 1
tenuerit, spoliatū non esse in exceptione præfata au-
diendum: attamen cōmunis opinio est in cōtrarium,
incipiendo ab Ant. de But. in dicto cap. cum olim. in-
telligens ita cap. frequens. eod. tit. in vj. & ante eum
Spec. in tit. de cit. §. j. versic. Item, quòd est spoliatus.
Angel. in recolle. suis in l. si te bonis. C. de iure deli. &
idem tenet Ioan. And. in dicto cap. cùm olim, in fine:
verbis. & Angel. in l. si marito quondam. C. de donat.
inter virum & vxor. & plenè Ioan. Pet. in l. si te bonis.
C. de iur. delib. & idem ante eos firmant Inn. & Abb.
in cap. nouit. de appella. Hinc voluit Ioan. Fab. in §. fi.
in fine. instit. de acti. quòd † si propter guerram aliquis 2
fuit suis bonis spoliatus, æquum & iustum est, vt eate-
nus conueniatur, quatenus facere potest. Quod etiam
refert & sequitur Iason ibi, nec aduersus præfatam
exceptionem † spoliationis obstaret iuramentum pre- 3
stitum per debitorem, vt dicit Ioan. And. in cap. ij. de
ordi. cogn. quia non vendicaret sibi locum, quando
spolium esset subsecutum post iuramētum, vt in par-
ticulari decit Imo. in dicto cap. ij. & clarius & plenius
Philip. Fran. in cap. frequens ad hoc. in prin. de restit.
spoli. in vj. & Sozi. in suis fall. in reg. ccxxv. subdens
quòd ex alio capite etiam euitaretur periurium, vide-
licet ob impotentiam & impossibilitatem † soluendi, 4
cùm impotentia excuset à periurio. c. laici. de iureiur.
cum simili. & sic omnes exceptiones actiuæ, & pas-
siuæ essent in fiscum † spoliantem translatæ, ipso iure, 5
& spoliatus esset à suis creditoribus liberatus. text. est
in l. ij. C. ad leg. Iulian. de vi pub. per quem text. dicit
ibi Bal. esse notandum pro bannitis nostri temporis,
quibus omnia bona adempta sunt, quòd † erunt ab 6
eorum creditoribus liberati. text. est in l. si debitor, &
in l. si ademp. de sent. pass. & in l. si vt proponis. C. de
bonis damn. & in l. si marito publico. ff. solut. matr. &
in l. j. C. de fideiu. & in l. si. ff. de duo. reis. in quibus iuri-
bus hoc bene notatur per glo. Bart. & Doct. & ita de-
cisum fuit per sacrum Consilium, non posse durante
dicto spolio ab eius creditoribus molestari. & idem
fuit seruatum in causa excellentis Comitis morconi,
similiter omnibus bonis spoliati.

SVMMARIVM.

1 *Testis dum allegatur, quòd sit inimicus capitalis, debet in eius receptione supersederi.*

2 *Inquisitus qui venit torquendus, si obijcit testes contra se productos, esse inimicos capitales, eorum nomina exprimendo, & in promptu offerendo se probaturum de inimicitia prædicta, supercedendum erit in tortura.*

3 *Exceptio inimicitiæ non solùm, sed qualibet alia contra testes, vt quia essent consanguinei seu domestici producentis, & producens id negat, & opponens offert incontinenti se probaturum, debet differri receptio, donec probetur de qualitate ipsum repellente.*

4 *Testis ad hoc vt repellatur, tanquam inimicus, requiritur probari causa inimicitiæ capitalis, ac euidens & manifesta. & num. 8.*

5 *Exceptio inimicitiæ contra testes obiecta in genere, non tenet, sed in specie debet probari inimicitiæ qualitas.*

6 *Testis ad hoc vt repellatur tanquam inimicus, requiritur probari fuisse commissam causam inimicitiæ, ita quòd species inimicitiæ debet specificè probari, nec sufficeret ita in genere.*

7 *Testis ad hoc vt repellatur propter inimicitiam, requiritur quòd inimicitia sit grauissima, vel saltem grauis.*

9 *Causa, in qua tractatur de maiori parte bonorũ, æquiparatur causæ criminali.*

10 *Causa magna vel leuis, quæ repellat testem à testimonio, relinquitur iudicis arbitrio. & num. 12.*

11 *Inimicitia capitalis inducitur ex lite seu causa pecuniaria magna quantitatis.*

DECISIO LXXXVI.


Obilis Ioannes de Fundis dum in arren-
damento gabellarum ciuitatis Neap. fe-
cisset auctionem, & lucratus fuisset in ea
maximã pecuniarũ summam transcen-
dentem ducatos quatuor mille, Alphonsus Reccus
prætendens oblationem suam, & maiorem per ptius
factam fuisse occultatam, & sic dicto lucro ad ipsum
spectantem fraudulenter priuatum, vt fraudem ean-
dem detegeret obtenta monitione ecclesiastiea sub
pœna excommunicationis aduersus scieotes fraudem
prædictam, & non reuelantes: contingit ex reuelatio-
ne multorum de fraude præfata liquere coram iudice
ecclesiastico, & tandem dum fuisset aditum sacrum
Consilium ad supplicationem præfati Alphonsi, &
commissa causa domioo Ioanni Francisco Brancia
Regio consiliario, cõparuit præfatus Ioannes de Fuo-
dis, allegando testes prefatos ad reuelationem indu-
ctos, esse eius inimicos capitales, offerendo se incon-
tinenti probaturum de ipsa inimicitia, & econtrà re-
plicante dicto Alphooso testes ipsos recipieodos, nec
aliter posse eorũ receptionẽ impediri, fuit per dictũ
magnificum cõmissarium decretũ testes ipsos recipi
super inimicitia: & dum fuisset reclamatũ per con-
uentũ, & allegatũ pluries fuisse per sacrum Cõsilium
decretum io similibus in cõtrarium, & noo impediri
receptionem testium in causa principali, sed reserua-
ri huiusmodi exceptionis inimicitiæ probationẽ tem-
pore repulsæ: ex parte verò Ioãnis replicabatur, quòd
licet in reliquis repulsis id seruatum fuisset: secus verò
quando obiicitur de inimicitia capitali, quia eo casu
debet supersederi in receptione testium, & capi in-
formatio super inimicitia, & sic facto verbo inter
nos, dicebam intentionem Ioannis de Fundis tenere.
Bartolus in authen. si dicatur in fin. verbis. C. de test.
1 quem ibi † sequitur Salic. & communiter Docto. sicut
& pariter dicimus in delinquente torquendo. nam si
opponitur contra testes productos aduersus ipsum, ꝙ
2 sint † eius inimici capitales, non procedetur ad tortu-
ram contra ipsum, sed ipsa differetur, & recipieotur
testes ad probationem inimicitiæ præfatæ, dummo-
do incontinenti probari offeratur. Textus io §. si verò
quis dicat. in authen. de testi. Ita in specie firmat Feli.
in cap. ex parte adde. extrà de test. & ante ipsum Aod.
de Iser. quem Feli. non vidit in constit. regni, humani-
tate. quibus suffragatur ꝙ licet in crimine læsæ maie-
statis, & hæresis admittantur testes inhabiles & infa-
mes, & crimioosi: vt dicit Bartolus in l. in quæstioni-
bus. & ante eum Specul. in titulo de accusat. §. primo,
versic. fin. Alexander in consilio cxxvj. in iiij. volum.
Par. io tracta. syodicatus. in versic. suspicio. quinimo
& plus, quando opponitur exceptio, nedum † inimi- 3
citiæ, sed quælibet alia militans contra testes: vt quia
esset consanguineus, vel domesticus producentis: &
producens id negat, & opponens cootra testes offerat
se incontinenti probaturum, debet differri receptio
testis præfati, donec probetur de qualitate ipsum re-
pellente. Ita dicit Innoc. in capit. ex parte. de testi. &
ibidem Ioan. Andr. post ipsum, vbi formaliter dixit,
ꝙ exceptio opposita contra testes, admittitur, quan-
do opponens offert se incontioenti probaturum id,
quod opponit, vel si id, quod opponit, potest esse pu-
blicum & notoriũ. Si autem requireret altiorem in-
daginem, tuoc reseruaretur post publicationem tem-
pore repulsæ, per capitulum ex parte. & per authen. si
dicatur. de testi. Ita etiam firmat Albertus de mane.
in suo pulchro tra. de testi. sub rubr. quando testes re-
pellantur ratione criminis vel infa. & plus subdit An-
tonius de But. in dicto cap. ex parte. quòd Ioan. Andr.
dicit hanc opinionem esse tenendam, videlicet, quòd
admittatur talis probatio, quia in mora modici tem-
poris potest esse paruum præiudicium. Potuisset enim
obiici ex parte Alphonsi, quòd licet obtulisset Ioan-
nes incontinenti probare, tamen non expresit cau-
sam inimicitiæ capitalis, nam vt repellatur testis, re-
quiritur † probatio causæ inimicitiæ capitalis, ac eui- 4
dens, & in specie allegari: Vnde dixit in specie Iasoo
in l. Titiæ textores. ff. de leg. j. allegando Baldus in l. si
quis testibus. C. de testi. quòd reus opponẽs exceptio-
nem inimicitiæ contra testes, talis exceptio nil valet,
quia non sufficit probare † inimicitiam, & sic nec al- 5
legare in genere: sed in specie debet probari inimici-
tia, & eius qualitas, quod bene subdit esse nota. Hinc
voluit Imola. in cap. Raynutius. de testa. quòd ad hoc,
vt repelli posit testis, tanquam inimicus, requiritur
probari fuisse † causam inimicitiæ cõmissam, & quòd 6
debeat qualitas, & species inimicitiæ in specie pro-
bari, nec sufficeret ita in genere dicere de inimicitia.
Idẽ refert, & sequitur Iason in l. j. C. de testa. oam ad
hoc vt inimicitia testem repellat, requiritur quòd sit
grauissima, aut † saltem grauis, vt in §. si verò odiosus. 7
io authent. de testa. & plus dico, quòd ad hoc, vt testis
tanquam inimicus repelli posit, est necesse probari
de euidenti, & manifesta inimicitia. Ita satis † not. vo- 8
luit Baldus in cap. constitutus. extrà de rescrip. quem
refert & sequitur Iason in l. sororem. C. de his, quib.
vt ind. verùm quia in præsenti iudicio agitur de graui
summa, & plusquam quatuor millium ducatorũ, ha-
bita ratione ad qualitatem, & conditionem persona-
rum, inter quas agitur, satis dici potest de maxima
quãtitate tractari: & certè vbi tractatur de lite maio-
ris partis † bonorum, æquiparatur causæ criminali, vt 9
dicit tex. iuncta glo. in dicta authen. si dicatur. aliàs in
authen. de test. §. si verò, sed † quia an sit talis causa ca- 10
pitalis, grauis, vel leuis, quæ repellat testem à testimo-
nio, relinquitur arbitrio iudicis, vt dicit Iono. in cap.
cum oporteat, de acce. Sal. in dicta auth. si dicatur. Ias.
io l. testium. ff. de test. nam & inimici capitales dicun-
tur, inter quos est causa pecuniaria magnæ † quantita- 11
tis, secundum Bar. in l. iij. ff. de test. & ideo Baldus in l.
parentes. C. de test. æquiparat causam ciuilem magnæ
quantitatis, causæ criminali. quod refert & sequitur
Barb. in repe. cap. testimonium. extrà de test. & in c.
quærelã. extrà de procu. sed ante ipsum idem firmauit
Pet.

Pet.de Anc.in ſuo conſi.xxvij.rationes Inductæ, circa
fin.& in conſi. lxiij.in cauſa, quæ vertitur. & ſic,cùm
12 remiſſum ſit in arbitrio iudicis, inſpecta † qualitate
inimicitiæ,quando teſtes repelli debeant,vt in ſpecie
dicit Bart.in l.maritus.ff.de queſt.& ibi Alex.& ſequi-
tur Marſi.in l.j.§.prætereà.ff.eod.titul.& in l.j.§.diuus
Antonius.ff.eod.tit.ex quibus concludendo dixi bene
fuiſſe decretum per præfatum magnificũ commiſſa-
rium in recipiendo teſtes conuentu ſuper inimicitia,
& ita deciſum fuit.

SVMMARIVM.

1 *Habitare quis dicitur in eo loco, in quo cum ſua familia & bonis degit:vel qui habitat cum familia ſua, & facit ibi focum. num. 2. vel vbi domicilium quis habet, & ſit ibi perpetuò habitaturus. num. 3.*
4 *Famulus,licet externus,qui ſtat ad ſeruitia alicuius, dicetur habitator in loco vbi permanet.*
5 *Habitare non dicitur quis, vbi rarò habitat, vel modico momento.*
6 *Habitantes perpetuò ligantur lege ciuilitatis.*

DECISIO LXXXVII.

SVccedente homicidio in perſonam Petri
de Caſtro Mari ſutrenti,& expoſita quere-
la per matrem præfati interfecti in magna
curia vicariæ, contra prætenſum homici-
dam de eadem ciuitate Caſtri maris iam carceratum,
& petita remiſſione per eandem,necnon & pro parte
excellentis Octauij Fernenſis vtilis domini ciuitatis
præfatę,virtute ſuorum priuilegiorum conceſſionis,
ſuæ iuriſdictionis, ac meri & miſti imperij, cùm ho-
micidium ipſum commiſſum prætendatur inter va-
ſallos & in ciuitate prædicta. Et quia fuerat expoſita
querela per matrẽ occiſi habitantẽ in ciuitate Neap.
quæ gaudet priuilegio conceſſo ciuibus, necnon &
habitantibus in ciuitate Neap. cõueniendi quoſcun-
que de regno in magna curia ipſa. Hæſitatur ergo,
cùm mulier ipſa mater per aliquod tempus habitaue-
rit,& habitet in ciuitate Neap.cum aliis eius filiis.qui
diu in ciuitate ipſa Neapolitana moram traxerant,
exercendo in ea artem, ſic an poſſit mater ipſa dici
verè habitatrix,ſeu habitator, cum probetur plerun-
que declinare à ciuitate Neap.ad ciuitatem caſtri ma-
ris,& econtrà reuerti ad ciuitatem Neapolis,& repe-
1 rio quòd habitare quis † dicitur, vbi cum ſua familia
& bonis degit, vt pulchrè ſcribit Alexander in l. lex
Corn.ff.de iniur. Et hinc dicit Baldus in conſilio lxj.
in primo vol. ſtatuto ciuitatis Trigeſti. quòd ille pro-
2 priè dicitur habitare,qui † habitat cum familia ſua,&
facit ibi focum,& alia quæ faciunt, & facere conſue-
uerunt habitatores.concordat Bartolus in l. j. §.habi-
tare.ff.de his,qui deie.vel effu.de.ibi enim quis ſtat,vbi
larem conſtituit, hoc eſt, vbi vxorem retinet. Idem
firmat Sozi.in conſilio cxxix. præſtantiſſimi iuris in-
terpretes,dicit Ludo. in conſi.cclxiiij.quòd habitare
3 propriè quis dicitur,vbi † domiciliũ habet, vel quòd
ibi ſit perpetuò habitaturus, & ſic concordat cum
Alexan.in dicta l.lex Cornel.vbi etiam ſubdit,quòd ſi
habitauerit per decennium, præſumitur ibi habere
animum habitandi,ſi non ſtetit cum bonis, aut fami-
lia.Bartol. autem in ſuo conſil. xlij. viſa inquiſitione
facta contra Franciſcum.videtur cõtrarium tenuiſſe.
Sed præcedentem opinionem tenuit pulchrè Feli. in
4 cap.quoniam,in prin.extrà de offi.ordi.vbi † pulchrè
loquitur,& diffinit.& Bart.in prædicto ſuo conſi.xlij.
ſubdit, quòd dicitur habitator in loco famulus, licet
exterus, qui habitat in aliquo loco. & ſic ſatis dici vi-
detur mater prædicta habitare Neap. cùm ibidẽ mo-
ram trahat, & traxerit cum cæteris ſuis propriis filiis,
& † qui diu in ciuitate ipſa Neap.habitauerunt,& ha- 5
bitant: nec diceretur ibidem inhabitare, ſi raro, aut
momẽtanea poſſeſſione Neap.deguiſſet.& idem eſſet,
ſi non eſſet ibi habitatione momentanea,dum tamen
haberet animum redeundi ad illum locum,& ibidem
reſidentiam faciendi.& ideo decidit ibi Bald. quòd ſi
quis propter peſtem in ciuitate degentem,confugerit
ad comitatum, ad aliquam eius domum ibi exiſten-
tem,& ibi exiſtens donauerit omnes domos, quas in-
habitabat,non comprehenderet domum,in qua tunc
exiſtebat, vel in quam propter peſtem cõfugerat. Pro
quo allegat Bald.in dicta l.j.§.inhabitare.ff.de his qui
deie.vel effu.nam (vt aiunt grammatici) verbum ha-
bito,eſt frequentatiuum: & ideo de rara habitatione
& momẽtanea non eſt intelligendum: non enim ſin-
gula momenta habitãtem faciunt, ſed animi reſiden-
tia:arg.l.ſi quis ita legauerit,dum vxor mea.ff.de con-
dict.& demonſt.Ita conſuluit etiam Bert.in ſuo conſi.
lxxv. quis dicitur propriè habitare. in ij. volum.& in
conſil.clxvij. in iij. vol.& inſuper adducitur antiqua
declaratio Regiæ cameræ, ſummariè poſita in regi-
ſtro rituum eiuſdem cameræ,qua cauetur,quòd dici-
tur quis habitare, vbi pro maiori parte anni habitat:
vt not.glo.in l.j.in verſi.commaneat.ff.de libe.agno.
& notatur in dicta l.j.§.habitare.ff.de his,qui deie.vel
effu & glo. in clem.cauſam.in verſic.communiter.de
elec.Bal.in l.ſi quis ad declinandam.verſic. nunc bre-
uiter.C.de epiſco.& cleri. Paulus de Caſt.in l.ij.C.de
iuriſdictio.om. iudic. & ideò dicebat Archi. in c. Ro-
mana.de ſenten.excommu. in vj. quòd ſolùm † perpe- 6
tuò habitantes obligantur lege ciuilitatis:ſed cùm ex
meritis informationis captæ ſequeat hanc matrẽ que-
relantem interdum habitaſſe in ciuitate caſtri maris,
& interdum declinare ad ciuitatem Neapol. ſæpius
eundo,& redeundo, fuit dubitatum per ſacrum Cõſi-
lium, an gaudere debuiſſet priuilegio habitantium in
ciuitate Neapo. conueniendi in magna curia vicariæ
quoſcũque de regno.& dum lis ſuper remiſſione præ-
dicta penderet in ſacro Conſilio,& inquiſitus eſſet in
fortiam capitanei ciuitatis caſtri maris, contra quem
potuiſſet ipſe procedere ad vlteriora in cauſa, dum
aliter ſibi inhibitũ non fuiſſet, & tandem dum ipſum
ita carceratum detinuiſſet per multos menſes,nec ali-
ter proceſſiſſet in cauſa ad aliquem actum, eundem
carceratum malè cuſtodiri faciendo,& non adhibita
debita diligentia aufugit à carceribus,ob quod rumi-
natis prædictis qualitatibus per ſacrum Conſiliũ fuit
eidem viſum declarare bene fuiſſe pronuntiatum per
magnã curiam vicariæ,dum declarauit cauſam ipſam
non remittendam, ſed in ea procedendum per ean-
dem magnam curiam.

SVMMARIVM.

1 *Charitatiuũ ſubſidium imponere poteſt Papa, Archiepiſcopus, Epiſcopus, Cardinalis, & Patriarcha.*
2 *Charitatiuum ſubſidium ex quibus cauſis imponi poſſit.*
3 *Vaſalli eccleſiæ tenentur iuuare prelatum, & remittitur eius arbitrio,ſed ſi indebitè arbitraretur, poſſet appellari.*

4 *Charitatiuum subsidium quantum esse debeat.*
5 *Contributio ecclesiæ Liciensis in charitatiuo subsidio fuit taxata per sententiam sacri Consilij ad medietatem collectæ generalis seu focularierum, quam soluit regi annuatim, & sic ad medium ducatum pro foculari.*

DECISIO LXXXVIII.

FVit dubitatum in sacro Consilio, an possit prælatus à vasallis suæ prælaturæ petere pro sua consecratione subuentionem, seu charitatiuum subsidium, iuxta constitutionem regni, quamplurium. & quantum erit tale
1 †charitatiuum subsidium. & præmitto, quòd charitatiuum subsidium imponere potest Papa, Cardinalis, Patriarcha, Archiepiscopus, & Episcopus: vt in capit. conquerenti. de offic. ordi. cap. cum apostolus. §. prohibemus. de censi. cap. quia plerique. de immu. eccle. & Franc. de Paui. in suo tract. de charitatiuo subsidio, & plenè post alios firmat illustris Nicol. Boër. in sua deci. cxxxiij. iuxta pollicitationem. in j. volum. & plenius in sua sequen. decisi. cxxxiiij. & ibi habes, quale
2 possit charitatiuum subsidium† Episcopus imponere: & ex quibus causis imponi potest: & in quibus casibus
3 vasalli ecclesiæ† teneantur iuuare prælatum, remittitur eius arbitrio. Sed si indebitè arbitraretur, posset ab eo appellari. & allegat Affl. in deci. cxxxvj. dicentem, quòd per constitutionem regni de adiu. præstan.
4 † quod non potest exigi vltra quartam partem. & etiam in sequenti constit. de adiuto. pro militia fra. In hac materia Affli. in sua deci. sacri Consilij, numero 136.
5 super charitatiuo subsidio &c. dixit, † quòd Episcopus Liciẽsis poterat à suis vasallis sancti Petri pro sua cõsecratione petere charitatiuum subsidium, secundum constitutionem regni, quamplurium. & quantum debeat esse dictum charitatiuum subsidium, dicit Affli. die xviij. Iulij M.cccc.xcviij. fuisse declaratum per sacrum Consilium, considerata dicta causa, contenta in dicta consti. regni, & cõsiderato dicto cap. regni, Comites, & quadam declaratione antiqua Regis Caroli secundi. & quòd tale subsidium sit decima pars valoris annui ipsius feudi sui: hoc est medietas seruitij siue adohæ, quæ debetur per Regiam curiam, dum imponitur in regno baronibus, & feudatariis. Reperio insuper, quòd excellens doctor dominus Anto. de Alex. viceprotonotarius, ac præsidens sacri Regij Consilij, in quadã sua addi. quam facit ad And. de Iser. in dicta constit. quamplurium. sub rub. de adiut. exigen. dicit, quòd per hanc const. dum loquitur de adiutorio præstando per vasallos prælatis ecclesiarũ, fuit decisum, quòd vasalli ecclesiæ Liciensis pro cõsecratione Episcopi, teneãtur ei cõtribuere: & fuit taxata cõtributio ex sententia sacri Regij cõsilij ad medietatẽ collectæ generalis, seu foculariorũ, quam soluit Regi quolibet anno, & sit ad medium ducatum pro foculari, cùm eo tempore Regi pro focularibus soluebatur vnus ducatus pro foculari, & hæc taxatio sumpta fuit ex quibusdam capitulis antiquis. Aduerte tamen, quia in quodam Registro Regis Roberti fuit inuenta litera eiusdem Regis: per quam mãdabatur, quòd si Abbas Casinensis probauerit, quod suis prędecessoribus consueuerit per vasallos dictæ Abbatiæ subueniri pro sua benedictione, & consecratione, debeatur eis iuxta consuetum & debitum. Quæ verba requirunt, quòd probetur, prælatos præcedentes illi, qui petit, consueuisse habere talem subuentionem. Cogita: verba sunt ista formalia prædicti domini Antonij manu sua propria scripta, & per me exemplata à proprio suo Andræa.

SVMMARIVM.

1 *Clausula in contractu, Omnia & singula in instrumento esse vera, excludit omnem simulationem, non obtenta prius absolutione à iuramento.*
2 *Probationes si fuerint receptæ super simulatione, & de ea iam liquet, & non fuit contradictum tempore receptionis, licebit allegari de simulatione.*
3 *Probationes super simulatione, si parte reluctante fuerunt admissæ, nihil probabunt.*

DECISIO LXXXIX.

ADuersus exceptionem contractus simulati replicatur de obstaculo iuramenti, & maximè cum clausula, Omnia & singula contenta esse vera. per quam exclusa videtur 1
omnis simulationis exceptio, † non obtenta prius absolutione à iuramẽto: vt in terminis firmat Ioãnes de Imo. in cap. ad nostram. extrà de emptio. & vendi. & in capit. cùm contingat. septimo membro. extrà, de iureiur. Alex. in l. nemo potest. ff. de leg. j. & in suo cõsilio xxxvj. in ij. volu. cum aliis relatis per Affli. in sua decis. lx. & vltra allegata per ipsum, dico idem consuluisse Alex. in consil. xxxviij. secundo volu. viso themate &c. & in consilio cij. eod. vol. Paulus de Castro in l. si falsum. C. plus valere, quod agitur. Bal. in consi. xj. Ille, qui. in iiij. volu. vbi vult, quòd prius debet peti absolutio à iuramento. Idem sequitur Cur. iunior in consilio xliiij. aliàs xliij. cum cæteris relatis per Sozi. consi. lxxxij. super quæstionibus. & consi. sequenti. Idẽ tenet Are. in consi. xvij. & idem Alex. consil. cxxxiij. viso instrumento. ij. vol. & consil. xvij. in iij. volum. & tangit etiam Sozi. in consi. lxv. circa primam. & consil. seq. primo volu. & idem adparet ante alios tenuisse Bartol. & Sali. in l. si. C. de non nume. pec. & sequitur Feli. in cap. tertio loco. versic. iiij. fallit extrà, de præsump. Verùm quia prætenditur certo modo fuisse captam informationẽ inter easdem partes in alio iudi- 2
cio, † seu instantia, per quam per multos testes dicitur de dicta simulatione adparere, contra quam non fuit exceptum, seu oppositum de periurio, tempore quo repetiebatur, nec antè, ita quòd probationes ipsæ adparent receptæ, & de simulatione iam liquet, & proinde detecta iam simulatione, sicut etiam detecta turpitudine, licitum est ipsam allegare: prout in particulari citat Felin. in prædicto cap. tertio loco. & allegat in simili Bald. in capit. intelleximus. de iudi. & in l. fi. creditoribus. in fine. C. de ser. pign. dato manu. Idem tenet Iason in l. iusiurandum. la ij. §. procurator. ff. de iureiur. & folio lxxxix. Bauer. in tracta. de virtutibus 3
iuram. in quæst. lxiiij. vbi subdit, † quòd si parte reluctante fuerint admissæ probationes, non probarent. & allegat Alex. in consi. lxxxix. secundo vol. & consil. cxxxiij. & ita annis elapsis obtinuisse recolo in regia audientia, & coram excellente domino Hieronimo de Colle, Regente regiam cancellariam, patrocinando in fauorem honorabilis Lucæ Porcelli contra magnificum Andræã de Viso, vtriusque iuris doctorem: ob quod idem decisum fuit per sacrum Consilium.

SVMMARIVM.

1 *An filia pro legitima seu parago possit agere contra tertios possessores, ad quos bona paterna post patris mortem*

tem peruenerunt, empta, seu aliter distracta ab eius fratribus.

2 *Filiæ non competit hypotheca pro paragio in bonis paternis tacita, nec expressa, contra tertium possessorem. Quod secus est in legitima.*

3 *Pater vel mater si constituunt dotem excessiuam, per quam minuitur legitima aliorum filiorum, an eo mortuo possint alij filij querelam inofficiosæ dotis intentare contra virum constante matrimonio: an verò habeant necesse expectare, quòd vir moriatur, & dos reuertatur ad vxorem vel eius hæredem.*

DECISIO XC.



INsurrexit pulchra quæstio, an filia pro legitima, seu paragio posit agere cõtra ter-
1 tios possessores, ad † quos bona paterna post mortem patris peruenerunt empta, seu aliter distracta ab eius fratribus. Andr. de Iser. in constit. regni, in aliquibus. versic. quid si desinat habere feudum. post multa per eum relata, & etiam in feudalibus loquendo dicit per prius cõueniendos esse fratres vel eorum hæredes, vt præstēt paragiũ sorori: & sic ipsis prius condemnatis, & non soluendo repertis, si tertius ille possessor fatetur bona, quæ possidet, fuisse patris ipsius actricis, posset fieri executio pro iure paragij. Si verò negat, dabitur curator bonis paternis, qui reuocet alienata per filium, & facta reuocatione fiet executio pro dote de paragio debita in bonis paternis. Eandem quæstionem posuit Neap. Sebast. in consue. Neapolitana, si qua mulier. de succes. ex testam. in glo. in ver. de bonis. vbi post duas colum. concludit, quòd ex quo constitutio regni mãdat dari paragium sorori, & vnde debet illud solui, & ista demonstratio vnde debet solui, non inducit onus rebus ipsis, per text. in l. quidam testamento. ff. de leg. j. & l.
2 Lucius. ff. de alim. leg. & sic † non competit tacita, nec expressa hypotheca, pro paragio in bonis paternis contra tertium possessorem. Quod secus est in legitima, pro qua competit rei vendicatio filio contra tertios possessores, quando hæres non possidet tantum, quod sufficiat pro legitima; vt dicit Paulus de Cast. in consi. cliiij. super primo dubio. per Bar. & Alexan. in l. in quartam. ff. ad leg. Falci. fuit tandem decisum per sacrum Consilium, vt Afflic. refert in sua decisio. clxij. pater reliquit, quòd stantibus oppositis per tertios possessores, filia ipsa non bene egerat pro paragio, sed debuerat petere legitimam, & sic præuisa de hoc mulier produxit testamentum patris, in quo fuerat institutus filius hæres, & ipsi filiæ relicta dos de paragio, & sic quia virtute legati prædicti bona erant tacitè obligata pro dote de paragio legata: vt in §. sed nostra institutio. instit. de leg. & notant doct. in l. j. ff. de leg. j. quòd ipsi tertij possessores possunt condemnari ad dandum vacuam possessionem ipsorum bonorum paternorum alienatorum per filium, tenendam per ipsam iure hypothecæ, virtute legati. Repeto insuper, quòd excellens dominus Anton. de Alex. in suis addi. quas facit ad Bart. in l. j. C. de inoffi. doti. antequam perueniat ad solutionem propositæ quæstionis, præmittit aliam, & pulchriorem & quotidianam in facto, sub qua proposita continetur, & decidi-
3 tur: videlicet, † quòd si pater, vel mater constituunt filiæ dotem excessiuam, per quam minuitur legitima aliorum filiorum, an eo mortuo posint alij filij hanc querelam inofficiosæ dotis, de qua in dicta l. j. intentare contra virum constante matrimonio. An verò habeant necesse expectare, quòd vir moriatur, & dos reuertatur ad vxorem vel eius hæredes. Et cum hæc quæstio occurrisset de facto, quidam dicebant q non datur contra virum, qui habet dotem titulo oneroso. allegat Bartol. in l. fi. §. si à socero. de his, quæ in fraud. credi. Rapha. in dicta l. j. & clarius Paul. de Cast. tenẽt contrarium, quos vide. & hanc partem dicit do. Ant. de Alex. quòd ipse secutus est. Nec obstat dictum Bar. licet dicta doctorum ipsum non allegent, nec respondeant: quia Bart. loquitur in consanguineis venientibus ab intestato, quibus non erat debita hæreditas illius, qui dotauit spuriam, imò in constituendo alium hæredẽ potuisset eos fraudare: nos loquimur in filiis, quibus debetur legitima, ideo habent fortius ius, & possent etiam à viro reuocare inofficiosam dotẽ per hunc titulum: ne remaneant fraudati legitima eis debita: prout in simili notatur in l. j. C. de inoffic. don. Cogitabis, quia notata ibi. & l. non vsque adeò. ff. si quis à paren. fue. manu. & l. ij. si quid in fraud. patroni. stringunt in contrarium, & adeo stringunt, quòd si non esset decisio Rapha. & Paul. dicerem cõtrarium; quia ibi concluditur, quòd alienata titulo oneroso per patrem, vbi non arguitur fraus, non possunt per filiam reuocari, etiam si absorbeant legitimam, dummodo pretium sit verè solutum. Cogita. Sed posset solui, quòd licet hic sit titulus onerosus, tamen nulla interuenit hic pretij constitutio, vel solutio; vel forte magis est inconueniens, quòd in filiam absorbeatur totum patrimonium, vel legitima filij, quàm in alias alienationes onerosas. Cogita. Item text. in §. si à socero. in fin. satis vrget contra Paul. de Cast. nisi gener reciperet dotem scienter; nisi dicas, quòd facilius reuocat filios legitimam, quàm alij creditores eorum debita. Cogita. Vel solue, quòd hæc querela non reuocat integram dotem: sed solum vsque ad legitimam, nihilominus remanet marito, quantum de iure poterat ei dari, salua legitima filiorum. Sed per alios creditores reuocare posset à marito integra dos, quasi esset magis præiudiciale. Tene mẽti, & cogita; quia in Regis Consilio fuit iudicatum contra Paulũ de Cast. ita formaliter dicit dominus Ant. de Alexan. vbi supra: & tandem facta hac trãsgressione ex causa alterius quæstionis propositæ per prædictum dominum Anton. consuluit Deci. in quæst. proposita. in consilio xxvj. primo volum.

SVMMARIVM.

1 *Spiritus vitæ insufflatur liti mortuæ per decursum triennij per supplicationem principi oblatam.*

2 *Dominus noster Iesus Christus in cadauere Lazari spiritum insufflauit.*

3 *Insufflationem spiritus vitæ obtinens in causa, tenetur soluere expensas litis factas in causa per aliam partem.*

4 *Instantia perempta, iudicis officium superest pronunciare litem ipsam peremptam, & partem condemnare in expensis.*

5 *Instantia dum perit facto actoris, causam nõ prosequentis, antamen, quod lis perempta est momentum, qui insufflationem obtinuit: minimè ad expensas tenetur, imò debet actor ipse in expensis condemnari.*

6 *Periculum expensarum pertinet ad actorem.*

DECISIO XCI.

Magister Valentinus Pepe de Neap. dum in
interdicto retinendæ possessionis cuiusdã
molendini sistentis in pertinentiis terræ
Iohie, traxisset in iudicio Sacri Regij Con-
silij magnificum Aurelium de Albinis, artium & me-
dicinæ doctorem, & perempta instantia dictæ litis
per lapsum triennij & vltra, & obtenta insufflatione
spiritus vitæ per ipsum Aurelium, fuit per prædictum
magistrum Valentinum oppositum, non posse in cau-
sa ipsa procedi ad vlteriora, nisi prius refectis expen-
sis factis in lite prædicta per ipsum Valentinum. Sic-
que hæsitatum fuit, an expensæ prædictæ debeantur.
Et prima consideratione videbatur dicendum quòd
sic: præmittendo quòd suscitatio instantiæ litis mor-
tuæ à principe impetrari cõsueuit: vt dictat antiquus
ritus magnæ Curiæ vicariæ, qui incipit, Item seruat
1 magna curia. & hoc vltra ius commune, † per quod
cauetur, quòd supplicatur principi, vt liti mortuæ
per decursum triennij insufflet spiritum vitæ: vt in-
quit glo. in l. ab hostibus. §. sed quod simpliciter. ff. ex
quibus caussis maior. quam Bald. ibi notat. & in eandẽ.
l. §. quotiés, & Bartol. in l. ab hostibus. C. eodem titu.
dixit, quòd finita vita actionis, prætor spiraculũ vitæ
insufflat, vt naturales dicunt. & subdit de nostro do-
mino Iesu Christo, qui suscitauit filium matris iam
mortuum. & post hæc exorditur Paris de puteo in suo
tracta. syndicatus. in versi. instãtia. in cap. restat vnum
aliud. vbi sigillatim narrat causas, quæ debent, & pos-
sunt principem mouere ad concedendum insufflatio-
nem prædictam: prout etiam legimus de Lazaro ressu
2 scitato † per dominum Iesum Christũ, qui in cadauere
Lazari spiritum insufflauit, prout etiam commemo-
rat Ang. in l. ij. C. de temp. appella. vnde eo casu tene-
3 tur talem insufflationẽ impetrans, expẽsas † erogatas
in lite per aliam partẽ ei soluere: atg. l. properandum.
& l. eum, quem temerè. de iud. Ita voluit And. de Iser.
in constit. regni: sponte volentibus à lite discedere. &
ita consueuit Regia curia, prout etiam refert & † se-
4 quitur Par. de Put. in prædicto tract. syndicatus, in lo-
co præallegato. Nam perempta instantia, iudicis offi-
cium superest pronuntiare litem ipsam peremptam,
& partem cõdemnare in expensis. l. j. & ij. C. vt in cer-
tum temp. l. si præses. C. quomodo & quãdo iudex glo.
optima, & ibi scribentes in l. properãdum. §. illo pro-
cul dubio. de iudic. & quod notat Inno. in c. fi. de iura.
cal. & consuluit Alex. in consi. cxxxvj. in ij. volu. Qui-
bus non obstantibus, dixit post causam per me rela-
tam vt suprà; quòd cùm prædictus magister Valenti-
nus sit actor in præsenti causa. & vbi instantia † perit
5 facto actoris causam non prosequentis: in tantum, quòd
lis perempta est per lapsum triennij: conuentus, qui
insufflationem obtinuit, minimè ad expẽsas tenetur:
nam negligentia actoris in non prosequendo, nec ex-
pediri faciendo causam, non debet sibi opitulari, imò
6 debet ipsa † pars actrix in expensis condemnari: cùm
periculum expensarum pertineat ad actorem, cuius
negligentia perit instantia, & conuentus absolui ab
obseruatione iudicij. l. nouerint. & ibi notat Bar. & l.
fi. & ibi notat Bal. C. vt infrà. cer. temp. l. properandũ.
§. illo cum ibi nota. per Bart. C. de iudi. Ita in propriis
terminis consuluit Alex. in consi. lxvj. in quinto vol.
& ita ex præmissis per me collectus fuit per sacrum
Regium consilium pronuntiatum.

SUMMARIUM.

1 *Assecuratio dotium, quæ fit constante matrimonio ob vergentiam viri ad inopiam, non est vera dotis restitutio.*
2 *Marito vergente ad inopiam, fit dotis assecuratio, quia assignantur bona viri pro dote hypothecata ipsi vxori iure pignoris detinenda.*
3 *In statutis verba propriè sunt intelligenda, cùm sint stricti iuris.*
4 *Statutum & consuetudo æquiparantur, & ideo consuetudo etiam est stricti iuris, & num. 5. & non extenditur ad similia. & maximè dum est odiosa, & iuri contraria ibi. num. 6.*
7 *Consuetudo non debet extendi ad alium casum, vltra eum, de quo loquitur.*
8 *Consuetudo exorbitans à iure communi, debet intelligi, vt minus lædat ius commune, quàm possit, cùm ab eo declarationem recipiat.*
9 *Correctionem iuris debemus excludere, etiam per sensum subauditum.*
10 *Casus omissus à consuetudine, remanere debet in dispositione iuris communis.*
11 *Assecuratio longè differt à restitutione dotium.*
Restitutio, est in pristinum statum repositio, ibid.
12 *Qualitas vbi adiungitur alicui facto, non dicitur esse tale, ratione illius qualitatis.*
13 *Extensio non debet permitti in dispositione correctoria ad casum in ea omissum, ex identitate rationis.*
14 *Extensio nihil aliud est, nisi quædam interpretatio intellectiua, seu subaudita. & per subauditum intellectum non debet induci legum correctio.*
15 *Extensio quando fit, quod per eam redeatur ad ius commune, fieri debet tanquàm de causa fauorabili.*
16 *Dos & quarta, quòd peti non possit absque instrumento dotali, iuxta consuetud. Neap. an habeat locum in credito.*
17 *Vxor an ex causa petitæ assecurationis dotium possit impedire creditorem mariti volentem capere eius bona, dum adhuc non obtinuerit pronuntiari esse locum assecurationi.*
18 *Et datur cautela mulieri, vt in sua petitione dicat se paratam ostendere, quòd maritus vti cœpit malè substantia sua, & sic est effectus casus consignationis dotium: & sic posset recta via agere contra tertios possessores, vel impedire executionem ad instantiam creditorum faciendam.*
19 *Vxor potest propria authoritate loco pignoris & hypothecæ pro suis iuribus dotalibus, bona viri sibi retinere.*
20 *Filius pro dotibus maternis potest vti retentione bonorum patris, donec sibi dotes suæ matris soluantur.*
21 *Vxor per clausulam contentam in instrumento dotium, quòd in euentum restituendarum dotium possit propria authoritate capere & apprehẽdere, &c. poterit nedum inhærere possessioni bonorum viri, verùm etiam si creditor eam apprehendisset, posset propria authoritate ingredi & apprehendere, etiam illo resistente.*
22 *Constitutum transfert ciuilem & naturalem possessionem, & titulum. & num. 23.*
24 *Iudex si viderit testibus clarè deponentibus fidem non adhibere ex causa, id facere potest.*
25 *Testibus quantà fides adhibenda sit, erit in arbitrio iudicis, licet vera deponere videantur.*
26 *Probationes omnes sunt arbitrariæ iudicis, cùm dependeant ex mero officio iudicis.*

DECISIO XCII.


N causa honestæ mulieris Beatricis Gar-
tulæ vxoris honorabilis Petri de Domi-
nico librarij cũ magnifico Thoma Iunta
Veneto, creditore prædicti Petri eius viri
petentis assecurationem dotium suarum, super domi-
bus propriæ habitationis ipsorum coniugum in pla-
tea Armeniorum, & dum institisset pro termino ad
probandum, & obiectum fuisset ipsam minimè au-
diendam, pro eo, quia virtute consuetudinis Neapoli-
tanæ, dos & quarta peti non potest absque instrumen-
to dotali, vt in consuetudine: dos & quarta. in titu. de
iure quartæ. & econtrà responsum fuisset, id in cum
sibi vendicare in petitione restitutionis dotium solu-
to matrimonio: secus enim erit in petitione assecura-
tionis dotium ob vergentiam viri ad inopiam: fuit
ergo hæsitatum quid dicendum, cùm ex diuersis non
recta fiat illatio. & licet nonnulli ex regijs consilia-
rijs viderentur sentire idem iuris esse in repetitione
dotium soluto matrimonio, quod in assecuratione
ipsarum: ego tamen aliter sentiendo dicebam, quòd
1 restitutio dotis † facienda vxori soluto matrimonio,
est vera restitutio: secus in ea, quæ constante matri-
monio fit ob vergentiam viri ad inopiam, dum mu-
lier assecurationem suarum dotium petit: quia tales
non est vera, nec propriè restitutio: vt dicit Bartol. in
l. si constante. ff. solu. matri. Cyn. in l. vbi adhuc. v. quę.
C. de iure dot. Alexand. consi. cxlij. viso processu cau-
sæ vertentis. in v. vol. versic. item respondeo. Et quòd
non sit vera dotis restitutio, etiam ostenditur, ex quo
2 adsignantur bona † viri pro dotibus hypothecata vxo-
ri, iure pigno. & hypothecæ. & ita refert Afflictus fuis-
se bis iudicatum per sacrum regium Cõsilium in sua
deci. cxcix. circa finem, licet de præmissis nihil alle-
get. & corroboratur eadem per dicta eiusdem Afflic.
in deci. cccxxij. Gabriel copularius. Hinc est, quòd in
statuto loquente de restitutione dotis, non compre-
henditur casus iste, cum in statutis verba propriè sint
intelligenda, cùm sint stricti iuris. l. iij. §. hæc verba. ff.
3 de neg. gest. Ita † citat. Alex. in præallegato suo consil.
vnde pariter dicendũ erit in ista cõsuetudine Neapol.
4 nam consuetudo, & statutum † æquiparantur. l. magi-
stratus. ff. ad munici. l. semper. ff. de iure immu. Bart. in
l. omnes populi. ff. de iust. & iu. clemen. j. & ibi Card.
extrà, de vsur. maximè, quia etiam consuetudo est stri-
5 cti iuris, & † non extenditur ad similia. Ita dicit Bald.
in cap. j. in fin. prin. de cogni. feu. & in auth. si quas rui-
6 nas. C. de sacrosan. eccle. & maximè, dum est † onero-
sa, & iuri contraria: vt dicit Inn. in cap. dilecto. in fin.
in glo. sua, in ver. suprà dicto. de offi. ordi. Flo. in l. ven-
ditor. §. j. ff. comm. præd. Paul. de Castr. consil. clxj. &
7 Oldr. in consil. ccxxxvj. & sic non est consuetudo † ex-
tendenda ad alium casum. l. quod verò ratione. ff. de
legi. cum simi. vnde cùm consuetudo præmissa Neap.
exorbitet à iure communi, dum angustat facultatem
probationis: probandi per testes: quod nullo iure ci-
8 uili † aut canonico prohibitum reperitur, intelligen-
da erit, vt minus lædat ius commune, quàm possit:
cùm ab eo declarationem suscipiat. cap. cùm dilecti.
extrà, de consu. l. ij. C. de noxa. & pulchrè per Bart. in
l. omnes populi. in vj. quæst. ff. de iusti. & iu. Bald. in l.
non sine. C. de bonis, quæ lib. cap. quod dilecto. & ibi
Panor. extrà, de consanguin. & affin. Panor. in cap.
cùm dilectus. extrà, de cleri. non resi. Alex. consil. xv.
secundo volu. Bald. in l. si quis decurio. C. de fal. Fran.
Cur. consilio xiij. & in tantum hoc est verum, quòd
etiam per † sensum subauditum debemus excludere 9
correctionem iuris: per text. in cap. causam, quæ de
rescrip. quòd maximè † procedere debet, cùm casus 10
obmissus à consuetudine, remanere debeat in dispo-
sitione iuris communis. l. commodissimè. ff. de lib. &
posth. l. si extraneus. ff. de condi. ob causam. cap. susce-
ptum. de rescrip. in vj. & quòd satis † longè differat 11
petitio assecurationis à petitione restitutionis dotiũ,
liquet manifestè: nam restitutio nihil aliud est, quàm
in pristinum statum repositio. l. iij. §. restitutio. ff. de
mino. l. j. C. de sent. passis. Vnde dum sit vera restitu-
tio dotium mulieri, poterit vti re dotali eius arbitrio,
& ipsam etiam alienare: prout poterat ante matri-
monium: vt firmant omnes in rubri. ff. solu. matri. sed
in casu assecurationis super bonis viri non poterit
bona illa alienare, per l. vbi adhuc. C. de iure dotium,
& sic diuersum est dotes repetere soluto matrimonio,
& diuersum est, assecurationem petere super bonis
viri hypothecatis vxori pro dotibus: quia eo casu as-
securatur super eis, vt se, maritum, liberósque alat,
Item suffragatur præmissis alia concludens ratio, vi-
delicet † quòd dum quid profertur cum adiuncta 12
qualitate, non dicitur esse propriè tale, ratione qua-
litatis adiectæ, sed impropriè, vt firmat Bartol. in l.
Lucius. §. quæsitum. ff. de legatis iij. dum dicit appel-
latione fratrum non contineri fratres patrueles pro-
priè, cùm ij non nuncupentur fratres simpliciter, sed
cum dicta adiectione patrueles: & sic cùm restitutio
dotis in casu assecurationis ob vergẽtiam viri ad ino-
piam non fiat sic simpliciter, sed cum adiuncta qua-
litate, vt se, virum, liberósque alat, nec poterit de do-
te in aliam causam disponere, nisi in vsum prædictũ:
per l. vbi adhuc. ergo non recta fit illatio. Et ad præ-
missorum corroborationem adducitur: nam nullo
iure ciuili, canonico, nec diuino, vt suprà dictum est,
in causam dotis præsertim, reperitur prohibita pro-
batio per testes: prout prohibetur in repetitione do-
tium mulieribus per consuetudinem Neapolitanã,
qua prohibetur peti absque instrumento dotali: Vn-
de ad patet exorbitari à iure communi: imò ipsum
† ius commune corrigere: sed in dispositione corre- 13
ctoria non debet permitti extensio ad casum in ea
obmissum, ex identitate rationis: vt tenent gloss. Bar.
& scribentes in authen. quas actiones. C. de sacrosan.
eccle. & hoc per rationem: quia lex non corrigitur,
nisi expressè corrigatur. l. fin. C. de indi. vidui. toll. ibi,
legem Vascelliam expressè corrigentes. l. præcipimus.
in fin. C. de appel. & ideò † non debet extendi: quia ex- 14
tensio nihil aliud est, quam quædam interpretatio in-
tellectiua, seu subaudita, & per subauditos intellectus
non debet induci legum correctio. gl. in c. cupientes.
§. quòd si vigintí. in ver. petere. de elec. in vj. Maximè,
cùm † non agatur de extensione facienda, per quam 15
redeatur ad ius commune: quia tunc fieret extensio,
tanquam de causa fauorabili: prout dicit glo. in c. sta-
tutum. versic. innumerandum. de præben. in sexto, &
text. in cap. olim tibi. de verb. sign. & ideo dicit text.
in c. ij. de deci. in vj. quòd pia & fauorabilis est inter-
pretatio, quæ fit in priuilegio, si per illam redeatur ad
ius commune. & pro hoc facit optimè text. in cap. ad
audientiã. de elec. non resi. vbi constitutio exorbitãs,
dum loquitur exceptiuè, extenditur ad casum in ea

obmissum: quia per dictã extẽsionem dispositio redu-
cebatur ad ius commune.c.de cæterò.de cleri.cõ resi.
vnde cùm ex huiusmodi extẽsione, nedum non redu-
catur ad ius cõmune, talis dispositio, sed est contra ius
cõmune, nõ videtur mereri extensionẽ ad aliũ casum,
quã expressum in cõsuetudine. hinc Neapo. Sebast.
in d.cõsue.in versic.corredum. ponit quæstionem, an
talis consuetudo, quòd non possit dos & † quarta peti
16 absque instrumento dotali, vendicet sibi locũ in cor-
redo.& respõdet quòd non, & sic vult non extendi ad
corredum, in quo videatur esse cõsimilis ratio. Secun-
17 dò est videndum, an † vxor prædicta ex causa petitæ
assecurationis possit virtute instrumenti certæ partis
dotis primo loco solutæ, impedire prædictum credi-
torem volentẽ capere bona prędicta, dum adhuc non
obtinuerit pronuntiari esse locum assecurationi do-
tium.& reperio quòd Paulus de Castr. in l.ij. ff.solu.
matri.& in suo consil.ccxx.in causa, quæ vertitur.re-
ferens Bart. ita consuluisse in consi. quæritur, vtrum
per viam retentionis. vbi tenet quòd mulier eo casu
non poterit impedire creditores viri, nisi prius agat
contra virum, & fuerit secuta sententia.& idem re-
fert, & sequitur Marsi. in sua practi. causarum crimi-
nalium.in ver.aggredior, ver.aliàs.& sic vult Paul.de
Cast.dicere, quòd nisi veniat per hanc viam, non po-
terit impedire creditores cum instrumento dotali,
cuius virtus regulariter solet operari effectum solu.
matri. nam ego dicõ non putare ipsum intellexisse,
prout aliqui pravè intelligunt, quòd debeat prius in
diuerso iudicio pronuntiari esse casum consignatio-
nis dotium propter paupertatem, & nisi hoc præce-
dat, non posset vxor remedio huius legis vti contra
creditores: non puto, quòd possit recta via intentare
remedium.dicta l.si constante, cum simi.& in eodem
iudicio probare de vergentia viri ad inopiam: iuxta
notata per Bart.in eadem lege, & huius opinionis ve-
ridicæ ex præmissis met reperio fuisse excellentem
domi. Anto. de Alex. tunc temporis præsidentem sa-
cri regij Consilij, ac viceprotonotarium in suis ad-
ditionibus ad Bart.in dicta l.si constante.de quo non
possum permaximè non lętari, idem sensisse cum tan-
to viro: qui ibidem subdit ista esse notanda, quia fue-
runt in causa Anelli Piroccij cum Raph. Beltran. in
facto regio Consilio: & repertus fuit Bald. nouellus
18 in suo tract. † dotium, dicere quòd cautela est, vt mu-
lier in sua petitione dicat se paratam ostendere, quòd
maritus incœpit male vti substantia sua: & sic est effe-
ctus casus consignationis dotium, & posset recta via
agere contra tertios possessores, vel impedire execu-
tionem faciendam ad petitionem creditorum. Quod
dicit esse notandum: & corroborantur præmissa, cùm
prædicta vxor reuocato præcario adhæserit, prout in-
hæret possessioni prædictarum domorum pro con-
currenti quantitate sui instrumenti † dotalis.& in iu-
19 re expeditum est, quòd vxor loco pignoris, & hypo-
thecæ retinere potest pro eius dotibus, & iuribus do-
talibus bona viri, tanquam sibi hypothecata: vt dixit
Bart.in l. filiofamilias. ff.solu.matr. Bald. in l.penult.
quæ incipit, si cui.C.de non nume.pecu.Cyn.& Bald.
in l.si tibi. C.qui pot.in pign. habe. Ias.in §. item Ser-
uiana. inst. de act. quod subdit diligentissimè notan-
dum: quia sæpe occurrit in facto. Alex.de Imol.in l.si
non sortem. §.si centum. ff. de condi. indebi. Sozi.in
consi.clviij.iij.vol.vbi plus subdit, prædicta procede-
re.nedum in vxore, verùm etiam in filio vxoris, qui
pro † dotibus maternis poterit vti retentione prædi- 20
cta, donec sibi dotes quondam suæ matris soluantur,
ex quo ius hoc retentionis transit in singularem suc-
cessorem per tex.in l.cùm prætor. de distract. pigno;
& subdit etiam idem consuluisse Paul.de Castr.in suo
consilio ccclxj. viris actis & actitatis. & tantò magis,
quia † virtus præcarij, & constituti, cõtenti in instru- 21
mento dotali, in quo maritus constituit se præcario
nomine possidere bona sua mulieri hypothecata pro
restitutione donum, & in omnem casum, & euẽtum
restituendarum dotiũ, quę possit propria authoritate
capere, & apprehendere, est tantæ importantiæ, quòd
nedum potest vxor inhærere possessioni bonorum
viri: verùm etiam si prædictus creditor magnificus
Thomas Iunta illa apprehẽdisset, posset vxor propria
authoritate illa ingredi, & apprehendere, etiam illo
resistente: vt tenet Barto. in illa vulgari l.creditores.
quia ratione ciuilis possessionis, scilicet pręcarię, esset
potius defendere suam possessionem, quàm occupare:
vt in l.cum fundũ.de vi & vi arma.ita consuluit Sozi.
in consi.lxxxij.in iij.volu.& Aret.in suo consil.xxj.&
multò fortius, per cõstitutum, † per quod dicitur præ- 22
dicta vxor habere ciuilem, & naturalem possessionẽ:
vt in l.interdum.& in l.quod meo: & ibi per doct. ff.
de acquiren.poss.cùm per † constitutum transferatur 23
titulus, & naturalis possessio: per dictũ text. in l.quod
meo.& l.certè.§.j.ff. depreca.& tenet Bart. in l.si quis
pro emptore.vlt.quæst ff.de vsuca.& in dicta l. credi-
tores.vbi tenet, quòd isto casu sicut potest vti ista au-
thoritate contra principalem debitorem non resistẽ-
tem, ita etiam contra singularem successorem non re-
sistentem.& licet maiori parti dominorum sacri Cõ-
silij visum fuisset assecurationem non concedendam,
cùm consuetudo Neapol. disponens dotem peti non
posse absque instrumento dotali, vendicet sibi locum
etiam in assecuratione.& hoc per multa, quę ipsi allo-
gabant, attamen quia testes per eam producti consan-
guinei & affines non carebant suspicione, & perlectę
ac ruminatæ eorum dispositiones in rota sacri Con-
silij apparebant præmeditato sermone deponere: &
maximè, dum dicebant introductum stipulatum per
notarium Hieronymum Ingrignetta, nec dicebant
illud scribi vidisse per ipsum in protocollo, nec quo
tempore illud gestum fuerit, nec de dotium quanti-
tate & qualitate, necnon & ex aliis rationibus, atque
causis; visum fuit eisdem testibus communi voto nul-
lam fidem adhibendam: inhærendo doctrinæ Bart.&
Paul.de Castr.in l.Lucius. iuncta gl.ff.de infa.vbi † di- 24
cunt, quòd si iudex viderit testibus etiã clarè depone-
tibus non esse fidem adhibendã, poterit, si sibi videbi-
tur, id facere, & fidem non adhibere ex causa.& firmat
idem Pau.in l.admonẽdi.ff.de iureiu. & de hoc d.Bar.
facit magnum festum Pet.de Anch. in repe.c. canonũ
statuta.extrà, de consti. vbi adducit alias concordan-
tias.& faciunt dicta Anto. de But.in consil.xlv.& di-
cit Bald.in dicta l.Lucius. in fin. ex illo text. sumi in-
tellectum ad verba posita in l.iiij.§.j.de test.dum † tibi 25
dicitur, quanta fides sit testib.adhibenda, iudex magis
scire potest.& licet testes videantur vera deponere:
tamen erit in arbitrio iudicis non adhibere fidem:
per text.in dicta l.iij.Idem sequitur Barb. inter consi.
Calca.lxiiij.præclarè scripsit Apostolus. Idem sequi-
tur Par.de Put. in suo tracta.synd. in ver.arbitrium.

ver.

vet. si iudex viderit. nam in arbitrio iudicis est adhi-
bere fidem, vel non adbibere: per text. in dicta l. iij. &
idem tenet Par. in ver. patris. ver. consulo. & idem se-
quitur consulendo Sozi. in consilio xcvisj. in iiij. vol.
26 & dicit Barba. vbi suprà, hoc † dictum Bar. esse stupen-
dum. & potest esse ratio, quia omnes probationes
sunt arbitrariæ iudici: vt dicit Anto. de Butri. in cap.
ex literis de proba. Paul. de Cast. in dicta l. admonen-
di. ff. de iureiuran. vbi subdit, quòd dependent ex me-
ro arbitrio iudicis. Idem dicit Bal. in l. fin. C. commi-
nationes, vel epi. & pulchrè Dec. in consi. ccclxiij. &
clxiij. & tandem communi voto decisum fuit assecu-
tationem petitam, non esse præstandam.

SVMMARIVM.

1 *Alienatio rei probibita per testatorem alienari, est ipso iure nulla.*

2 *Testatoris voluntas, pro lege seruari debet.*

3 *Alienans rem prohibitam alienari, etiam in preiudicium ipsius alienantis, non tenet: & potest ipsemet alienans contrauenire. & nu. 4.*

5 *Filius alienando rem prohibitam alienari, in dubio videtur elegisse rem prohibitam alienari pro sua legitima. & quomodo hoc intelligi debeat, vide ibidem.*

6 *Legitima deduci debet de rebus non prohibitis alienari.*

7 *Legitima non potest eligi per filium in bonis alienari prohibitis per testatorem.*

Heres tenetur habere ratum factum defuncti. ibidem.

8 *Lex, cum à matre volens quòd heres teneatur habere ratum factum defuncti, non habet locum in alienatione inualida. Item nec habet locum, dum est facta alienatio contra legis prohibitionem. & nu. 9.*

10 *Item nec habet locum in herede cum beneficio legis & inuentarij.*

11 *Item nec habet locum, vbi defunctus tenebatur relinquere ipsimet heredi.*

12 *Item, quando erat in potestate testatoris relinquere, vel non relinquere hereditatem ipsi heredi.*

13 *Item quando defunctus non reliquit heredi id, quòd necessariò heres debebat consequi.*

14 *Scriptura, quòd sit scripta manu alterius, non probatur per testes dicentes habere notam manum, & tractus scribentis. & ideo dicant illam esse ex eius manu: sed debent dicere se fuisse presentes dicta scriptura: & vidisse illum scribentem illam.*

DECISIO XCIII.



IN causa illust. Ducis Castrouillarum, mo-
ta aduersus magnificum Tiberium de Ia-
nuario super reuocatione prætensæ dona-
tionis factæ per quondam illustrem Ferdi-
nandum ducem, eius genitorem præfato Tiberio de
Ianuario, quam quondam illustris Ioan. Baptista Spi-
nellus auus alienari interdixerat vna cum certis aliis
bonis expresßis in suo vltimo vitæ elogio, cum clausu-
la, quòd semper in familiam persistere debuissent, pri
uãdo insuper dominio & posseßione, quemlibet eius
successorem alienare volentẽ: ita quòd eo casu acqui-
5 reretur proximè successuro, & sic huiusmodi † prohi-
bitione extante quælibet alienatio nulla esse dicitur:
per text. in l. fi. C. communia de leg. & plenè doc. in l.
filiusfami. §. j. ff. de leg. j. vbi in particulari firmat Am-
brosius de opi. hoc præsertim habere locum, dum te-
stator in prohibitione cauit, vt extunc esset alteri ius
quæsitum. & idem consuluit Lau. Cal. in suo cons. viij.
reputans huiusmodi testatoris voluntatẽ pro lege ser-
uari, † cum talis testatoris voluntas pro lege seruari 2
debeat: vt in authen. de nup. §. disponat. quæ reddit
alienationẽ nullam, & facit, vt statim rettactari pos-
sit, imò idem, † qui alienationem ipsam prohibitam 3
fecerit, reuocare poterit, data nullitate prædicta: vt
notanter tenuit Barto. & scriben. in l. post mortem. ff.
de adop. Et idem in terminis propriis consuluit Paul.
de Castr. in dicta l. fin. C. commu. de leg. de re alienari
prohibita per testatorem. quòd etiam in prçiudicium
alienantis met non tenet: & hoc ex ratione, quia fuit
factum contra legem, & sic idem met, qui contraxit,
contrauenire poterit: vt tenet Alexan. in consil. xciij.
in ij. volu. & sic stante † prohibitione testatoris, posset 4
etiam ipsemet hodie reuocare, si viueret. Ita firmat
Bald. in l. quoties. la j. C. de fideicom. Nec militat ei di-
cere, quòd pater illustris Ducis alienando rem alie-
nari prohibitam, videtur ipsam elegisse pro sua legi-
tima: per text. in l. Marcell. §. res, quæ. & ibi per Bart.
ff. ad Trebel. qui Barto. licet ibi loquatur in Trebel-
lianica: idem tamen est, & multò fortius in legitima,
in qua filio competit electio quasi creditori: secun-
dum Bald. in l. si quis filium. in princ. C. de inoffi. testa.
& hoc tenet Bal. saltem de æquitate in l. filium, quem
habentem. C. fami. ercis. glo. in auth. de rest. fideicom.
§. quam ob rem. & licet alibi Bald. variare videatur:
attamen communis est hæc sentẽtia, quòd filius † alie- 5
nando rem prohibitam alienari, in dubio videtur
elegisse rem alienatam pro sua legitima. Ita firmant
Angel. & Ioan. de Imo. in l. iiij. C. ad legem Falc. & se-
quitur Aret. in suo consi. viij. Quibus respondetur lo-
cum hoc fortè habere, quando † non extarent aliæ res 6
non prohibitæ alienari: cum legitima deduci debeat
de rebus non prohibitis alienari: vt dicit Bald. in rub.
de rerum diui. & in l. non amplius. ff. de leg. j. & plene
Alexand. in l. in quartam. ff. ad legem Falcidiam. nec
poterit filius eligere suam legitimam in † similibus 7
bonis ita prouisis, & alienari prohibitis per testato-
rem: prout ita in specie decidit, & declarat dominus
Carolus Roytus, in præallegata l. filiusfamiliâs. in §.
Diui. versi. & prædicta procedunt. Nec obstaret quòd
prædictus illustris Dux tanquam hæres sui patris qui
alienauit, teneatur habere ratum factum ipsius de-
functi: per text. in l. cum à matre, cum vulga. de rei
vendi. ex quo dicta l. cum à matre. vendicaret sibi lo-
cum in alienatione valida: quia tunc hæres obligatur
obseruare † gesta per defunctum: secus erit in aliena- 8
tione inualida, prout in casu præsenti. ita dicit Andr.
de Iser. In cap. imperialem. de prohi. feu. alien. per Fed.
& in cap. j. §. alienare. qualiter olim feu. alien. poterat.
Consuluit Sozi. in consilio lxxix. in iiij. vol. & voluit
Compostel. in cap. causam, quæ de rescr. Item † & se- 9
cundò, dicta lex, cum à matre non habet locum, dum
alienatio reperitur facta contra legis prohibitionẽ:
quia eo casu hæres non tenebitur habere ratum factũ
defuncti. Ita consuluit Bald. in consil. clxj. v. volu. vbi
in specie tenet, quòd hæres potest contrauenire facto
defuncti, in eo quòd defunctus disposuit contra legis
prohibitionem. l. hac edictali. C. de secundis nuptiis.
vnde cum stante legis prohibitione, ex primi acqui-
rentis deliberatione, teneretur Dux Ferdinandus pa-
ter præ

ret præsentis Ducis relinquere eidem moderno Duci
Zardenum ipsum, & de eo aliter disposuerit, alienan-
do in prædictum magnificum Tiberium, licet Dux
ipse sit hæres, poterit tamen contrauenire donationi
prædictæ factæ per eius genitorem, cum adpareat ex
ea hæres ipse fraudatus. Ita consulendo tenet Fran-
ciscus de Cur. in suo consil. j. & sequitur Iason in con-
silio lxiiij. versic. nec obstat. in iij. volu. & in consilio
clxviij. iiij. volu. post Baldum per ipsum allegatum in
consilio cxv. proponitur, quòd inuestitura. Prætereà
10 & tertiò † non procedit dispositio l. cum à matre. in
hęrede, qui hęreditatem adiuit cum beneficio legis &
inuentarij: quia talis hæres non tenetur obseruare fa-
ctum defuncti: maximè propter dictum ius sibi com-
petens. Ita consuluit Deci. in consilio clxxxv. j. volu.
& Pari. in suo consilio xxxiij. j. volum. Prætereà &
quartò, attento fideicommisso prædicto, virtute te-
stamenti primi acquirentis, tenebatur pater illustr.
Ducis defunctus relinquere hortum prædictum præ-
senti moderno duci eius filio: quod cum non fecerit,
11 poterit † hæres ipse contrauenire gestis per prædi-
ctum eius genitorem. Ita consuluit dominus Salu-
stius, prout refert, & sequitur Abb. inter consil. Paul.
de Castr. cxcvij. in ij volu. visis dubiis, &c. Quintò,
quando erat in potestate testatoris relinquere hæredi-
12 tatem † tali, vel non relinquere, tunc prædictus hæres
tenetur habere ratum factum defuncti: secus, quando
tenebatur suam hæreditatem omnino dicto suo hæ-
redi relinquere: prout in præsenti illustri Duce voca-
to per eius auum in casu, in quem præfatus eius filius
contrauenisset: quia tunc non tenetur hæres ratum
habere factum per defunctum: prout consuluit Paul.
de Castro in consilio ccccxlix. tria sunt. versic. facit
secundo volum. nouorum consiliorum. & sequitur
Modernus Craue. in suo consilio vltimo & subdit in
specie Pau. ibidem, quòd prædicta regula fallit, quan-
13 do † defunctus non reliquit hæredi id, quòd necessa-
riò hæres debebat consequi. nam tunc hæres poterit
impugnare factum defuncti: secus quando tenebatur
hæreditatem suam omnino præfato suo hæredi relin-
quere: vt in l. prima & secunda. ff. si quis in frau. patro.
& not. Bald. in dicta l. cùm à matre. & in l. si pater. ff.
de inoffi. dona. vbi in specie subdit, quòd ibi resultat
mirabile: videlicet, quòd hæres venit contra factum
defuncti: & sic illustr. Dux ex propria persona sua,
stante dispositione testamentaria eius aui primi ac-
quirentis, reuocat alienationem per eius patrem fa-
ctam de re prohibita alienari: prout firmat Fulg. in l.
quoties. C. de fideic. & consuluit Deci. consilio xxxvj.
in primo vol. Nec silentio prætereundum arbitror,
donationem ipsam minimè probatam esse, cum vnus
duntaxat videatur deponere, quòd vidit quondam
Ducem Ferdinandum firmantem sua manu: & sic
scribentem illam scripturam donationis præfatæ, &
14 † duo testes alij deponunt cognoscere illam esse ma-
nu ipsius Ducis: non tamen fuerunt præsentes subscri-
ptioni præfatæ, & sic nihil probant: vt dicit Bart. in l.
scripturas. C. qui potior. in pigno. habean. Iaco. But. in
in auth. & si contractus. C. de fide instru. & consuluit
Alex. consi. cl. v. vol. & consil. lxxx. io iiij. vol. & Aret.
consi. lxiiij. & sic fuit decisum per sacr. Consilium do-
nationem non subsistere, & territorium restituendũ.

SVMMARIVM.

1 *Condemnatus ad mutilationem manus, si non reperia-
tur habere, nisi vnicam manum: non debet illa sibi am-
putari: sed permutari in aliam pœnam, secundum Pau.
de Cast.*

2 *Sententia qua misericordiam negat, minimè sententia
dici potest.*

3 *Melius est, vt quis reprehēdatur de misericordia, quàm
de rigore.*

4 *Condemnatus ad mutilationem manus, licet vnam
duntaxat habeat: debet tamen secundum veram opi-
nionem altera sibi abscindi.*

5 *Delicta ne impunita remaneant, expedit reipublicæ.*

6 *Misericordia enim iniusta est, parcere delinquenti pœ-
nam debitam.*

DECISIO XCIIII.

DOminicus Ferreta Neapoli. condemna-
tus anois proximè elapsis ad amputatio-
nē manus dexteræ seu validioris propter
vulnus illatum in faciem cuiusdam iuue-
nis, & nō absque deformatione effigiei illius, taodem
oblitus pœnæ præfatæ in præsentiarum, dum manu
sinistra, quæ sibi remanserat, alium similiter vulne-
rasset, & deformasset, condemnatus denuò ad alterius
manus mutilationem per magnam curiam vicariæ,
& appellatione interposita ad sacrum regium Consi-
lium & commissa causa magnifico Ioan. Andrææ de
Curtis regio consiliario ipsóque referente io præsen-
tia regij fisci procuratoris, & partis: & signanter ma-
gnifici Federici longi, aduocati præfati condemnati,
asserentis se reperisse Pau. de Cast. in authen. sed nouo
iure. C. de seruo fugi. per multa † tenere, quòd si con- 1
demnatus ad mutilationem manus, reperitur non ha-
bere nisi vnicam manum duntaxat, nō debet illa sibi
amputari, sed permutari in aliam pœnam: & corro-
borando opinionem Pau. de Cast. cum æquitatē sen-
tiat, dico, quod æquitas rigori semper præferri debet:
vt in cap. ad hæc. circa fin. de dolo & contuma. & in l.
placuit C. de iud. maximè, quia † sentētia quæ miseri- 2
cordiam negat, sententia minimè dici potest: vt in c.
pendet. in fi. 50. dist. cum vera iustitia compassionem
habeat: vt in cap. vera iustitia. xlv. dist. & in cap. omnis
qui iustè iudicat. Hinc dicit tex. c. alligant. xxvj. quęst.
vij. melius esse, vt quis reprehendatur † de misericor- 3
dia, quàm de rigore: cum pœnæ potius sint moliendę,
quàm exasperandæ, vt in l. pen. ff. de pœn. & in c. pen.
de pœn. distinç. j. Attamen † contrarium eius, quod 4
in propriis terminis dicit Paul. de Castr. tenuit Bald.
eius Dominus & magister, in dicta authen. sed no-
uo iure. & ibi refert etiam Guliel. de Cun. ita tenere.
eandem opinionem secutus est Salic. licet de Bal. non
meminerit: bene tamen subdit in dicta auth. sed no-
uo iure: idem tenuisse Iaco. But. ibidem. argum. l. Sti-
chum, aut Pamphilum. ff. de solutio. & in l. si irruptio-
ne. ff. de contrah. emptio. in §. si emptio. & ideo subdit
Salic. se non recedere ab opinione Iacob. But. quam
etiam suus dominus & doctor secutus fuit, & quòd
dicta pœna in se non est grauior debita, quàm lex im-
posuit, licet propter inopiam alterius manus, reo sit
ponderosior. sed hoc non debet attendi: sicut not. in
dicta l. quicunque. vbi personalis pro pecuniaria im-
ponitur: & sic magis facit pro quàm contra: potissi-
mè, quando aliam non haberet sui culpa: prout in
casu præsenti. Ad adducta io fauorem opinionis Pau.
facilis est responsio: nam † expedit reipublicæ, ne 5
delicta

delicta inulta remaneant: vt in l.ita vulneratus. ff.ad
legem Aquiliam circa fin. & ideo vndecunque crimi-
na adparuerint, punienda sunt: vt in cap. eccle.xxiiij.
6 quæst.iij. iniusta enim † misericordia est, parcere pœ-
nam debitam delinquenti: vt in cap.est iniusta. xxiij.
quæst.iiij. & in cap.minimum sunt inquieti. Hinc di-
cit text.in dicto cap.est iniusta.circa medium, nonne
innocentes exitio tradit, qui liberat multorum exitia
cogitantem? & ideo quia cum manu, quæ integra est
deliquit: ergo puniri debet in eo, quod deliquit: vt in
cap.literas.extrà de tempo.ordi. circa fin.& in c.quo-
rundam.xxiij. distin. in fin. Quamobrem conclusum
fuit per Sacrum Regium Consilium bene fuisse iudi-
catum per magnam curiam vicariæ, pronuntiando
præfatum condemnatum in vulnerando perseueran-
tem, esse manu quæ sibi remanserat mutilandum: vt
in exemplum cedat aliorum, & à similibus in posterũ
distrahantur.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussor per præsentationem sui Principalis dicitur purgasse omnem moram & pœnam, cùm per iniquum videri debeat hominem possidere, & pœnam exigere.*

2 *Aliqui dixerunt præcedens dictum procedere, vbi pœna esset adposita in contemtum stipulatoris, ex quo tunc adiecta videtur ratione interesse stipulatoris: sed quando ex inobedientia læditur alter, quàm stipulator, puta iudex tunc vtrunque peti potest: videlicet pœna ratione inobedientiæ: & res ratione obligationis.*

3 *Duo quando promittuntur, quorum vnum obseruatum totaliter menti stipulantis satisfacit, alterum non obseruatum, non inducit stipulationis commissionem.*

4 *Actor vel reus neutro casu debet rem & pœnam consequi nisi postea in lite principali obtinebit.*

5 *Fideiussor post moram repræsentando reum congruo loco & tempore, liberatur à pœna.*

6 *Fideiussor etiam quòd cum iuramẽto fideiussisset, potest tamen moram purgare.*

DECISIO XCV.

IN causa magnifici Capitanei terræ Sum-
inæ per remedium appellationis intro-
ducta in sacro Regio Consilio per Lau-
rentium Nucetinum fideiussorem, pro
quodam inquisito de prætenso homicidio, dum Lau-
rentius ipse fideiussisset pro Ioan. Petro de Rosa de iu
dicio sisti, & de præsentando sub pœna, ex quo requi-
situs, vt ipsum principalem præsentaret, non ilico,
sed infra breues dies, vnà cum ipso principali se præ-
sentauit: qui principalis detẽtus fuit ex tunc, & adhuc
in carceribus detinetur. Dicit fideiussor præfatus per
præsentationem sui principalis, spontaneam fuisse
omnem moram, & pœnam purgatam: & proinde se
1 indebitè molestari per † curiam præfati magnifici Ca-
pitanei, cum non liceat, imò per iniquum videri de-
beat, hominem possidere & pœnam exigere, per text.
formalem in l.apud Celsum. §.Labeo. ff.de doli exce-
2 ptio. licet † nonnullorum opinio fuerit, text. vendi-
care sibi locum, vbi pœna esset adposita in conten-
tum stipulatoris: ex quo tunc adiecta videretur ratio-
ne interesse stipulatoris: sed quando ex inobedientia
læditur alter, quàm stipulator, puta iudex, tunc vtrun-
que peti potest, scilicet pœna ratione inobedientiæ,
& res ratione obligationis: vt dicit gloss.not. in auth.
de iudiciis. in versi.& multa. in §.quia verò multæ. Ita
etiam dicit Ange. in præallegata l.apud Celsum. in §.
Labeo. vbi pulchrè loquitur Ludo. Roma. in consilio
suo cxciij. negari non potest &c. dicebat, quòd stipu-
latio de iudicio sisti, prætoria est. l.j. §.communes. ff.
de prætor. stipula. & eius ambiguitatis declaratio seu
interpretatio, iudicis est. dicta l.j. §.fi. & in l.in præca-
riis. ff.eod.tit. & huius interpretatio in æquitate fun-
dari debet. l.quòd si Ephesi. ff.de eo, quod certo loco.
quod procedere debet, maximè in hoc regno, in quo
æquitate & veritate attenta in causis procedendum
est: per cap. detestantes. sed æquum ius dicenti videri
non potest stipulationem, de qua quæritur, fore com-
missam contra principalem & fideiussorem ob reces-
sum à curia licentia non obtenta, & sic in fortiori ca-
su: quia rectè intuenti ipsius stipulantis propositum &
finalis intentio, quæ consideranda sunt, iuxta l.si pro-
curatorem. ff.manda. l.qui id, quod. ff.de dona. tan-
tummodo fuerit, vt sibi satis cautum esset super ipsius
debitoris persona: vt ad eorum petitionem carcera-
tum habere posset: sed quia per repræsentationẽ ipso-
rum principalis & fideiussoris satisfactum est ipsi fi-
nali intentioni stipulantis, ergo &c. Item quando duo
† promittuntur, quorum vnum obseruatum totaliter 3
menti stipulãtis satisfacit: alterum non obseruatum,
non inducit stipulationis commissionem. Casus est
in l.si duo. ff.si quis cautio. §.item si duo. & sic super-
ueniente spontanea repræsentatione præfata: cum sti-
pulantis non intersit se non præsentasse in termino:
licet seruata non fuerit stipulatio: tamen non potest
dici commissa: cum partis non intersit propter repræ-
sentationem iam factam. Ita Ludo. in præfato suo
consilio. Reperio insuper, quòd Iacobus de Belui. in
præfato §.quia verò. in authen. de iudi. dicebat, quòd
neutro casu debet actor, vel reus, rem † & pœnam con 4
sequi, nisi in casu, scilicet si postea in lite principali
obtinebit: vt dicit not. infrà in gl. potest, quæ incipit.
l.pœna. circa principium. & apertè probatur ibi in
litera: & subdit Iaco. de Belui. ibidem formaliter: &
not. hic, quòd male allegatur iste §. in eo, quòd dicit
simpliciter, quòd consequitur quis pœnam & rem, cũ
pœna adponatur loco contemptus & inobedientiæ.
quod non est verum semper, sed casuale. & ideò dice-
bat † Bald. in l.iij. C.qui accu. non pos. quòd fideiussor 5
post moram repræsentando reum congruo loco &
tempore, liberatur à pœna: vt C.de fideiuss. l.scimus.
& l.& si post tres. ff.si quis cautio. & idem tenet Iason
in dicta l.& si post tres. eandem opinionem refert &
sequitur præclarus Doctor Petr. de Bellug. Hispa. in
suo pulchro tracta. Specu. principum. sub titulo, seu
rubri. de offic. in char. milit. rubri. xxxj. in §.quanuis
carcer. in fi. vbi plus subdit & fortius, quòd si cum iu-
ramẽto fideiussisset, quòd † etiam posset moram pur- 6
gare: vt dicit not. in cap. misericordem. xxxij. quæstio.
ij. & ita subdit fuisse per actum Curiæ declaratum, li-
cet nihil boni allegatum per aliquem partium. & sub
dit formaliter, rogo, teneas menti, quæ tibi in hoc §.
dixi. si bene consideras: & ideò ex præmissis, & non
ex pluribus allegatis, fortè extra rem, per aduocatos
vtriusque partis, per sacrum Consilium, fuit decisum,
prædictum Laurentium esse excarcerãdum, & in exe-
cutione prætẽsæ pœnæ incursæ supersedendum, vsque
ad exitum causæ: & sic resultat, quòd si principalis iu-
stam causam fouere compertus fuerit, erit ab huius-
modi pœna exemptus.

SVM

SVMMARIVM.

1 *Torquere quando vult iudex aliquẽ, contra quem sunt probationes, debet protestari id facere circa præiudiciũ probatorum: sed quò torquet ad sciendum complices, & alias qualitates delicti.*

2 *Tortus si nihil confessus est, debet censeri purgatus, quasi puram veritatem dixisse videatur.*

3 *Tortus & non confessus, beatus est homo, qui se omnino tenere potuit in tormetis, quoniam absoluetur, & melior, quàm ante accusationem, reputabitur: cùm prosperè & feliciter se purgauerit à sibi impositis. Si verò confessus fuerit in tormentis & perseuerauerit, maledictus erit homo ille.*

4 *Condemnandus ex indicijs & præsumptionibus, quantumuis indubitatis, non debet condemnari ad pœnam ordinariam delicti.*

5 *Condemnandus ex indicijs quantũcunque vrgentibus, non potest condemnari ad pœnam corporalem sed pecuniariam. & num. 6*

7 *Pœna dum in aliqua causa capitali venit moderanda aliquo respectu, tunc non potest esse corporis afflictiua, sed pecuniaria, vel alia, ex qua corpus non affligetur.*

DECISIO XCVI.

MArcus Antonius Maresca de Surrento in-
quisitus de homicidio commisso in pla-
tea cultrariorum in personam cuiusdam
rustici de villa Miani, per magnam Curiã
Admiratiæ, in qua tandem quæstionatus semper per-
seuerando negauit. Et licet vigerent multa ac diuersa
indicia contra ipsum, nullus tamen adfuit testis de
visu: fuit vltimo loco per prędictam magnam curiam
post sufficientem torturam condemnatus ad remi-
gandum in Regijs triremibus per septennium con-
tinuum & interposita appellatione per ipsum ad sa-
crum Regium Consilium, & causa mihi commissa,
eadémque relata, dicebam, nihil suffragari eidem Cu-
1 riæ se protestanti † ante quæstionem illatam, & pro-
priè tempore, quo illam inferre volebat, quòd nole-
bat eidem torturam inferre super probatis, iuxta do-
ctrinam Alber. in l. edictum. & etiam in rub. C. eod.
tit. quæstio est nota. Quinimò dicebat Angel. in l. & si
certus. ff. ad Syllan. quòd iudex si torsit super probatis,
tenetur in syndicatu, & tantò magis nihil adparet ob-
esse huiusmodi protestatio eidem inquisito, quia post
ipsam semper curia ipsa interrogauit ipsum de deli-
cto prædicto, & si illud perpetrauit, non aliter inter-
rogando de aliis qualitatibus seu circunstantiis, seu
sociis delicti prædicti, & sic adparet protestationem
2 ipsam contrariam facto fuisse. Vnde cum † nihil con-
fessus fuerit, purgatus censeri debet, quasi puram ve-
ritatem dixisse videatur, vt in dicta l. edictum. & ibi
gloss. quam singu. facit ibi Alber. & dicta gloss. alleg.
Tull. in Topicis, & ibidem subdit Alber. quòd com-
muniter totus mundus ita obseruat. Idem refert & se-
quitur illustris. Nic. Boër. in Deci. sac. consil. Burdeg.
lxiij. j volu. An per torturam &c. vbi alleg. Iacob. de
Beluis. in sua practi. crim. in tit. de quæstio. in versi. &
3 sic ex prædictis † dicere, quòd beatus homo ille, qui
se omnino tenere potuit in tormentis, quoniam ab-
soluetur, & melior, quàm ante accusationem repu-
tabitur, cùm prosperè & feliciter se purgauerit à sibi
impositis: argumen. in authen. qual. oportet. episc. §. si
verò nemo accusauerit. colla. j. Si verò confessus fue-
rit, & perseuerauerit in confessione, maledictus erit
homo ille. & idem dicit Paulus de Castro in l. si quis
in hoc genus. C. de epis. & cler. Alexand. in addi. ad
Bart. in illo §. reus. ff. de quæstio. vbi in ij. addit. subdit,
hoc dictum esse bene not. quia ex quo nihil confessus
est censetur purgatus, quasi puram veritatem dixisse
videatur, vt dicta l. edictum. & ibi gloss. Sed nunc da-
to absque veri præiudicio, quòd nulla huic inquisito
data fuisset tortura, & quòd aliter non negasset, certè
non potuisset ex probationibus veris condemnari ad
pœnam prædictam per sepeennium in triremibus ad
remigandum, etiam quòd indicia contra ipsum po-
tuissent dici indubitata, ex quo ex præsumptionibus
† & indiciis quantumcunque indubitatis, non potest 4
sequi condemnatio ad pœnam ordinariam delicti,
vt dicit Gand. in tract. malefi. Ange. in tit. de præsump.
& indic. indubita. in j. quæst. vbi subdit, quòd omnes
doctores Bononiæ tempore suo concluserunt ex in-
diciis indubitatis non posse condemnationẽ sequi. &
quòd ita vidit practicari, & quòd talia † indicia quan- 5
tumcũque vrgentia, non sufficiunt ad condemnatio-
nem pœnæ corporalis, sed solum pecuniariæ. & ita
est. consuluit Alexand. in consil. cxvj. in fin. in tertio
volu. & in consilio xv. versic. & quia. j. volu. Paulus de
Cast. in consil. cxcvij. visa inquisitione. secundo volu.
Ang. in l. ij. ff. de furt. Cæp. in consil. vj. veritas. & Mar-
tesil. in suo not. cix. not. quòd præsumptio. Et licet alij
tenuerint, quòd ex indubitatis indiciis posset inter-
dum deueniri ad condemnationẽ, prout tenet Ludo.
in l. j. §. hoc rescriptum. ff. ad Syllan. tamen dicendum
est, quòd taliter † cõuictus, non debet puniri vera pœ- 6
na delicti, sed alia mitiori, iudicantis arbitrio, etiam
quòd ex indiciis & præsumptionibus vehementissi-
mis & indubitatis conuinceretur, vt firmant com-
muniter moderni in l. eius. §. j. ff. de testa. & maximè
Aret. ibi versic. iij. dicit Andræas Barba. in suo consil.
lxij. ver. & quidem Bald. volum. j. Ioan. de Imo. Cardi.
& Felyn. post Abb. in cap. afferte de præsump. & sing.
Abbas in capitulo auditis. de præsump. cum multis ac
quampluribus aliis relatis per illustr. Nicol. Boër. qui
idem sequitur in sua decisi. clxiiij. alia insuper orta. in
primo volu Pro corroboratione quorum, adduco,
quòd quando sumus in causa capitali, in qua ex causa
aliqua † veniret moderanda pœna mortis ex iuris di- 7
spositione, illa pœna eatendi non poterit, vt sit cor-
poris afflictiua, sed pecuniaria, vel alia, per quam cor-
pus non affligatur: vt probatur in l. adulterium. §. Im
peratores. & ibi doctores de adult. & in l. si quis in gra-
ui. §. si maritus. ff. ad Syllan. & in l. Gracchus. C. de
adult. & in l. lex Iulia. §. finali. ad legem Iuliam reper.
quam pro not. allega. Baldus in l. addictos. C. de epis.
aud. & in l. prima. C. ne de stat. defunc. Ange. in tracta.
malefi. in verb. præsente Caio & appellante. versicu.
quid autem si non obstante. lo primo. Idem expressè
sequitur Marsil. in sua practi. §. quoniam. vbi subdit
esse perpetuò menti tenendum. & hoc per textum in
l. qui ædes. & in l. si fortuito. ff. de incen. ruina, naufra.
& voluit etiam Baldus in l. data opera. C. qui accusa.
non poss. Ex quibus dixi prædictum Marcum Anto-
nium esse per quinquénium in insulam relegandum.
Sed in hanc sententiam minimè concurrerunt cæ-
teri Regij consiliarij mei collegæ, sed ex septennio, di-
minuto quadriennio, votarunt per triennium con-
demnandum ad remigandum in Regiis triremibus,

taliter

taliter sententiam magnæ curiæ Admiratiæ reformando: & ita pronuntiatum fuit.

SVMMARIVM.

1 *Antefatum constitutum vel promissum constitui, tunc debetur vxori per mortem viri, quando dos promissa per vxorem fuit soluta.*

2 *Dos vbi promittitur, & non soluitur, vxor decedente viro non lucrifacit aliquid de dotario suo, seu tertiaria, vel donatione propter nuptias.*

3 *Antefatum non constitutum, nec promissum constitui, non debetur. & nu. 4.*

5 *Et si dos promissa non fuit soluta, ex quo nondum venit tempus indultum per virum ad soluendum: quia tempus adiectum respicit commodum ipsius vxoris, tamen debetur sibi antefatum.*

DECISIO XCVII.

MAgnifica Diana Lopes de Neapo. repetens suas dotes ducatorum duorum mille & ducentorum, vnà cum antefato à nobili Saluatore Casello eius socero ob mortem eius viri, replicatur antefatum prædictum eidem non deberi, enim minimè constitutum fuerit, sed promissum constitui: & cùm non fuerit assignata integra dos promissa in tempore, non potest antefatum haberi pro constituto, & proculdubio antefatum constitutum vel promissum constitui tunc debet vxori per mortem viri, quando dos promissa fuit soluta: vt dicit gloss. in §. hoc igitur. in authen.
1 de æqual. dot. in verbo, vitum. vbi in † specie dicit, quòd si dotem promissam vxor non dederit, nihil ex pacto lucrabitur. Si autem partem dotis soluerit, pro parte lucratur donationem propter nuptias. text. est in §. illud quoque. in authen. de non elig. secun. nub. & ibi Angel. & in l. ex morte. C. de pac. dot. & ita decidit Barthol. de Capua, in cap. regni dotarium. cuius verba formaliter transcribit Afflict. in decis. ccxlij. in
2 causa inter Lisam. inter quæ verba † dicit quòd vbi dos promittitur, & de ea nihil datur, mulier aliquid non lucrifacit de dotario, seu tertiaria vel donatione propter nuptias, & pariter si minus soluit mulier, quàm promisit in dotem, pro quantitate, quam soluit, lucrarifacit dotarium, seu tertiariam, vel donationem propter nuptias, & non vltrà: & pariter si minus soluit mulier, quàm promisit in dotem, vt in §. fin. in auth. de non elig. secun. nub. quę firmatur in l. ex morte. C. de pact. dot. & subdit, quòd sic videmus. de facto pronuntiari in conflictu sapientum. & ideo dicebat
3 † Saluator, quòd si prædicta Diana distulit dotem soluere, prout promisit pro prima paga ducatos mille, & ducentorum, & non soluerat, sine dubio non meteretur lucrari donationem propter nuptias, & sic antefatum, vt in auth. dos data. C. de don. ante nupt. & in l. pollicitationem. C. de nupt. maximè, quando antefatum fuit promissum constitui, aliâs si non fuisset constitutum vel non promissum constitui, non de-
4 beretur, † si non fuit promissum constante matrimonio constitui soluta dote, vt dicit gl. in d. auth. dos data. communiter adprobata. & glo. Neapodani in consuet. Neapol. incip. quartam autem. in verbo, constitutam. & videtur tex. in l. si intra illum diem. & ibi Bar. ff. de pact. & Angel. in auth. de æqual. dot. circa principium. & in auth. de non elig. secundò nub. §. fi. & Abb. post Ionoc. in cap. sicut donatio. extrà, de dona. inter virum & vxorem. & firmat Guido Papæ in suo consilio xix. & Raph Cuma. quem sequitur Sozi. in l. de diuisione. in prin. ff. sol. mat. Idem Cuma. & Pau. de Cast. in l. si marito. ff. solut. mat. at in casu præsenti productum est instrumentum, in quo adparet prædicto Saluatori fuisse satisfactum de dicta prima paga ducatorum mille, & ducentorum promissa solui, & in termino assignato, cuius contrarium asserebat Saluator. Vnde satis adparet prædictam magnificam Dianam fuisse lucratam antefatum prædictum constitui promissum: imò quando absque viri præiudicio † dotem 5
prædictam integram consecutus non fuisset, prout consecutus fuit, ex quo maritus remansit contentus indulgere terminum ad ipsam soluendum, quod tempus adiectum respexit commodum ipsius vxoris: vt in l. cum tempus. ff. de regul. iur. non est, quid posit imputari eidem mulieri. Ita decidit Neapo I. Sebasti. in consue. Neapol. in glo. posita in c. regni, quæ incipit: mulier quæ dotarium. & secundum istam opinionem inquit Afflict. in sua decis. cccxxxiij. si dos est promissa &c. vidisse votatum in sacro Consilio in fauorem magnificæ Lucretiæ Caracciolę vxoris quondam don Ioannis de Ceruiglione, cui fuerunt promissæ magnæ dotes sex mille ducatorum in certis terminis soluendorum nondum elapsis: & soluto matrimonio per mortem prædicti quondam don Ioannis, fuit votatum antefatum prædictum deberi prædictæ vxori, etiam quòd dos soluta non fuerit, licet tempus solutionis dictæ dotis nondum aduenisset. Ita etiam firmat idem Affli. in c. regni: mulier, quæ dotarium. vbi plenè exorditur materiam. & eandem opinionem tenuit Guido Papæ in decis. parlamenti Gracionopolitani, in decisio. ccccxxx. & in decisi. cccccLxv. in contractu matrimo. & idem consuluit Bertrand. in suo consi. cxx. viso consultationis themate. in iij. volum. licet videatur se fundare ita esse de consue. loci: sed plenius cæteris. Ita firmat illust. dominus Nicol. Boër. in suis decis. in decis. xxij. dico, quòd licet maritus &c. in primo vol. cum seq. vbi meminit etiam de prædicta decisi. Affl. ccxlij. in nu. 7. & idem sequutum fuit per sac. Regium Consilium me referente causam prædictam, super qua lata fuit sententia in fauorem ipsius magnificæ Dianæ, condemnando prædictum Saluatorem ad integrum antefatum promissum: licet dotes integræ sibi solutæ non fuerint, cùm tempus nondum veneral: & fuit die xiiij. Iulij. 1546. qua fuerunt prolatæ centum & viginti quatuor sententiæ, & indictæ feriæ æstiuæ.

SVMMARIVM.

1 *Defensio licita non est cum armis, aduersus verba iniuriosa seu percussionem cum baculo.*

2 *Ex verbis iniuriosis tangentibus honorem, non consueuit adiri prætor: quia fortè poneret rem in derisum illa audiens: & sic iniuriatus reputaretur vilior.*

3 *Honor quibuslibet rebus præponendus est: nam verecundum est honorem suum cuiquam inultum relinquere. Honor & honestas imitatum habendi sunt pretio, vt pari passu cum vita ambulare dignoscantur. ibid.*

4 *Motus immenso dolore, non dicitur esse in plenitudine intellectus.*

5 *Difficillimū est magnū temperare dolorem & ideo si propter eum quis excedat, mors nō debet, sed mitius puniri.*

6 *Homicida quem compulit ira,seu doloris excessus ad homicidium committendum,erit mitius puniendus:vel relaxandus,vel in exilium mittendus.*
7 *Homicidium non dolo,sed culpa commissum, punietur pœna arbitraria,aut relegationis quinquennalis.*
8 *Iudex in commissis eius arbitrio,debet seruare æquitatem.*
9 *Pœna mortis quæ imponitur pro homicidio aliquo, si ex causa aliqua dicta pœna venit minoranda, non debet esse corporalis,sed alia mitior.*
10 *Verberatio cum baculo,est atrox & grauis iniuria.*

DECISIO XCVIII.

THomas Crispinus de Neapol.inquisitus de
homicidio in personam mulieris nomine
Flores,de Beneuento, prætextu quòd dum
adinuicem alloquerentur,prædictus Tho-
mas eandem vulnerauit & occidit, pro parte verò
eiusdem inquisiti plenè probatum liquet, quòd stan-
te Flore prædicta cum quodam baculo in manu ante
fores suæ habitationis,& transeunte per stratam præ-
dicto Thoma,dicta Flores prorupit in hæc verba ad-
uersus prædictum Thomam: tu non curas custodire
vuluas tuarum sororum, & vis habere curam mei.
quibus verbis prædictus Thomas respondit,quòd mé-
tiebatur,ac ilico Flores prædicta intumescens, eun-
dem Thomam cum baculo percussit in capite, ac re-
percussit in spatulis eodem contextu: ob quod Tho-
mas ipse impatiens doloris, verberationis & (quod
deterius) prolatæ iniuriæ aduersus sorores, denudato
mucrone prædictam Florem interemit. Sicque per
magnam Curiam vicariæ ad remigandum eius vita
durante in regiis triremibus condemnatus extitit, &
interposita appellatione ad Sac.Reg.Consi. pro par-
te prædicti Thomæ,hæsitatum fuit,an bene fuerit per
prædictam magnam Curiam pronuntiatum,& causa
appellationis mihi commissa. videbatur primò dicen
dum,bene fuisse per dictam magnam curiam iudica-
1 tum:cum † non licuerit prædicto Thomæ armis ad-
uersus verba & percussionem cum baculo se tueri:
cum aduersus verba,verbis sit resistendum, & pariter
cum baculo aduersus baculum: per tex.in l.iij.§.cùm
Igitur,& ibi glo.ff.de vi.& vi arm.& in l.j.& ibi glos.
in versi.moderatione.C.eod.tit.& ibi Bald. versic.sed
nunquid ex solis minis. alleg.Spec. in titul. de accus.
versi.quid si te vocaui latronem. Idem tenet Angel.in
tract.malefi.in verbo:contumeliosa.versic.quid si ali-
quo dicto vel facto.& ante eum Guli.de Cun.& succes
siuè Bal.& Ang.in l.si.quos sequitur etiam Iac. de san-
2 cto Geor.ff.quod quisque iur. verum † quia ex huius-
modi iniuriosis verbis tangentibus honorem nō con-
sueuit adiri prætor pro conseruatione honestatis, ne
illa audiens fortè poneret rem in derisum, & iniuria-
tus reputaretur vilior,seu cornutus,tunc eo casu lice-
ret propria authoritate iniuriam propulsare, & repel
lere verecundiam,quam pati non poterat, & sic iu-
stam habuit causam, vnde non debet puniri de tali
vindicta ad propulsationem iniuriæ: licet excedat
multum. Ita plenè exorditur consulendo Pau.de Cas.
in suo consilio cxc.in causa carceratorum. & sequi-
tur Aug. Arimi.in addi.ad Ang.in tract.malefi.in ver-
bo:Andræam auxiliatorem. versi. Andræas armatus.
in addi.versi.appensante.in fi.versi.considerando ma-
3 ximè id causa honoris † factum esse:qui honor quibus-
libet rebus præponēdus est l. Iulianus. vbi not.ff.si quis
omis.cau.test.quem ad hoc alleg.Ias.in l.reprehenden
da.C.de inst.& subst.& in l.admonendi.ff.de iureiur.
Bald.in l.ex ratione.extrà de appel.& ideo text. in l.
miles.§.socer.ff.de adult.dicit verecundum esse bono-
rem suum cuiquam inultum relinquere.& alibi cru-
delis est,qui famam suam spernit.dicit tex.in c. nolo.
xij.quæst.ij.& intantum honor & honestas habendi
sunt pretio,vt pari passu cum vita ambulare noscan-
tur l.iusta.ff.de manumis.vind. Et sic Thomas ipse im-
menso dolore atrocissimæ iniuriæ, & successiuè ver-
berum motus,non fuit † in plenitudine intellectus: 4
vt dicit Bald.in cap.j.in §.j.in fine.de pac.iur.fir. Aug.
Arim.in addi.ad Angel.in versi.& dictus Titius. vnde
cùm se nouerit de honorata familia iniuriatum atro-
citer à prædicta Flore persona vilissima, & concubi-
na carnificis ministri iustitiæ,& nedum verbis sed ba-
culo percussus & repercussus,difficillimum ei fuit ma
gnum temperare † dolorem: per l.si adulterium.§.Im- 5
peratores.de adult. Sed quia huiusmodi condemna-
tionem ad remigandum eius vita durante in triremi-
bus,negari non potest non esse mortem ciuilem: ta-
men dicit Ang.in dicta l.si adulterium cum incestu.in
dicto §.Imperatores.ff.de adult. quòd mori non de-
bet ex ipso excessu,sed mitius puniri: per illum tex. &
idem sequitur Marsi.in suo consilio xxv.nu.26.refe-
rens Augu.in addi.ad Ang.in tract. malefi.in verbo,
contumeliosa.in præalleg.versi.& dictus Titius se de-
fendendo,versic.quæro, an ex solis minis.& sequitur
singul.Alex.in consil.cxix.viso processu inquisitionis.
num.4.volum.vij.vbi sequitur Ang.in dicto §. Impe-
ratores. Idem tenet Curt.Seni.in consi.xx. sæpenume-
ro animo reuolui.versic.ex quibus hoc.& idem Alex.
in consilio cxj.videtur in casu proposito. volum.ij.se-
quutus Ang.in dicto §. Imperatores. talem homici-
dam † esse mitius puniendum,vel relaxandum, vel in 6
exilium mittēdum.& idem pulchrè voluit Paulus de
Cast.in consi.cclxxvj.in causa carceratorum.versicu.
quartò præmittendum est.& Cuma.in consi.cxxxiiij.
& Bertr.consi.clxxiiij.volum.j.vbi omnes alleg. Io-
ann.Andr.in addit.Speculator.in rubrica de homici-
dio.& ita secundum hanc partem fuisse iudicatum in
consilio Burdega.refert illustrissimus Nicolaus Boë-
rius præsidens dicti Consil. in decisi.clxix.& j.vide-
tur.vbi formaliter dicit,secundum hanc partem fuis-
se conclusum in Tornella, & latum arrestum die vij.
Septembris.1537.in causa appellationis contra procu-
ratorem villæ,& viduam & hæredes defuncti appel-
latos. Et ideò non recedendo à sententia seu iudicio
memorati consilij,& tanti viri,sed eam corroboran-
do,dico,quòd de necessitate in casu præmisso debet
minorari pœna capitalis: nam pro homicidio culpa
& non dolo commisso, † cuius pœna est arbitraria, 7
lex imponit pœnam relegationis quinquennalis, vt
in l.lex Cornelia.§.j.ff. de sicar.& plenè Alexand.in
consi.lxv.in secundo volumine. Hinc † dixit Ioann. 8
And.in c.j.extrà de cōsti.quòd in commissis arbitrio
iudicis,iudex debet seruare æquitatem. Idem refert &
sequitur Felyn.in cap.quoniam frequenter.vt lite non
contestata.in §.porro. Item † quando imponitur pœ- 9
na mortis,& ex aliqua causa debet pœna ipsa mino-
rari,eo casu talis pœna minorata non debet esse cor-
poralis,sed pecunia, vel alia, per quam corpus non af-
fligatur: vt probatur in prædicta l. adulterium. §. Im-
peratores.

peratores.& ibi Doc. & in l.ſi quis in graui.§.ſi tamen
maritus.ff.ad Syllania. & in l. Gracchus.C.de adult.
& in l. lex Iulia.§.fin.ff.ad l. Iul.repet.quam pro not.
allegat.Bald.in l.addictos.C.de epiſco.aud.& in l.j.C.
ne de ſtatu defun. Ang.in tract.malefic.in verbo, præ-
ſente Caio & appellan.verſic.quod autem, ſi non ob-
ſtante.lo j.& Idem tenet & ſequitur Marſi.in ſua prac.
cauſ.crimi.§.quoniam.vbi ſubdit eſſe perpetuò menti
tenendum.& ſubdit idem tenere Bald.in l.data ope-
ra.C.qui accuſa.non poſ.& idem probat text.in l.qui
ædes.& in l.ſi fortuitò.ff.de incend.rui.& naufr. & te-
net idem Marſi.in l.j.§.diuus Adrianus.ad leg.Corne.
de ſicar.in l.diuus Adrianus.ff.ad leg.Pompe.de parri.
& ſequitur Caſſan.in conſuet.Burg.§.v.verſicu.addi-
tio, adde idem pro octaua.vbi multa allegat.& idem
tenet & ſequitur illuſtriſ.Nicol.Boër.præſidens Sacri
Regij Conſil.Burdegal.in deciſi. Idcirco ex præmiſsis
optimè conſideratis & ruminatis nedum ex verbis in-
iurioſis prolatis, ſed & verberatione prædicta cum
10 baculo, quæ atrox & † grandis iniuria eſt, licet ſine
dolore pulſatio fiat: vt in l.lex Cornelia.§.lex itaque.
iuncta gloſſ.ibi poſita.ff.de iniur. Et text.in §.atrox.in-
ſtitu.eod.titu.& conſuluit Areti.in conſil.xxiiij.poſt
principium.verſicu.ſecundò verò iniuria. Cuperem
concludere cum authoritate tanti viri, & ſui conſilij
Regij præmentionati. Attamen ſtante communi voto
ſacri Regij Conſilij noſtri Neapolit.concurrentis in
ſententiam magnæ Curiæ vicariæ, & quòd bene fue-
rit per eandem pronuntiatum, vt ſuprà, mediam viam
eligendo, ductus authoritate legis.l.Cornelia.§.j.ff.de
ſicar.dixi, prout dico, prædictum Thomam eſſe per
quinquénium in inſulam capratum relegandum. Sed
quia fuit per cæteros dominos Regios Conſiliarios
approbata ſententia magnæ Curiæ, remitto me iudi-
cio rectius ſentientis.

SVMMARIVM.

1 *Iudex dum iniuſtè aliquem condemnauit ad mortem per imprudentiam, tenetur pœna arbitrio iudicis imponenda: ſed ſi dolo condemnaſſet, tenetur pœna legis Corneliæ de ſicarijs.*

2 *Officialis quando teneatur pœna legis Corneliæ de ſicarijs.*

3 *Receptans ſcienter malefactorem in domo, & illum ſecum detinens, non videtur minus delinquere, quàm ipſe delinquens.*

DECISIO XCIX.

MAgnificus Alferius Tappia Hiſpanus, annis
ferè nouem decurſis vice dux Francauillæ
exiſtens, quendam Carolum criminoſum
ac famoſum latronem & homicidam cum
duobus aliis eius conſociis non poſt longum tempo-
ris interuallum, vnum poſt alium furcis ſuſpendi fe-
cit: licet per prius præcedenti ſero duobus letalibus
vulneribus in capite vulnerauerit, etiam fracto enſe,
& nocte ſequenti eodem prius iugulato in carcere la-
queo ſuſpendi ita necatum iuſſerit: alium verò ex ſo-
ciis atroci tortura eidem illata, & ſemper in negatio-
ne perſeuerantem ſimiliter furcis ſuſpenſum necauit,
& pariter tertium ſuſpendit, nulla adparente infor-
matione capta contra eos de perpetratis delictis tem-
pore, quo capti & interempti fuerunt, nec per prius,
niſi in præſentiarum dato termino eidem Tappiæ ad
faciendum ſuas defenſiones, eoſdem criminoſos ac
delictorum patratores probauit, ex quibus docuit in
commiſsis habuiſſe ab excellente gubernatore pro-
uinciali, vt quamprimùm ipſos præ manibus haberet,
ſuſpendi faceret: & ideò cùm ita inordinatè & minus
debitè proceſsiſſet, fuit primo loco per regiam au-
dientiam prouincialem poſt annalem carceratio-
nem eiuſdem Tappiæ & plus, ad relegationem in ci-
uitate Brunduſij per triennium relegatus: necnon ad
pœnam pecuniariam in regia pragmatica contra re-
ceptatores cõtumacium & bannitorum editam, con-
demnatus, ex cauſa receptationis cuiuſdam Gaſparis
contumacis & banniti, & idem demum per ſenten-
tiam magnæ Curiæ confirmatum: reſeruata tamen
moderatione prædictæ pœnæ pecuniariæ: & vt opi-
nor per text. in l. lex Iulia.quæ eſt ante legem antep.
ff.ad leg.Iulia.repet.maximè, quia dum officialis iniu-
ſtè quempiam condemnauit † ad mortem per impru- 1
dentiam, tenetur pœna arbitrio iudicis imponenda.
Si verò dolo condemnauerit, † quia tunc teneretur 2
pœna legis Corneliæ de ſicar. ita dicit Ioan.Fab.in
§.j.inſtitu.de obligat. quæ ex qua.delic.naſc.quem ibi
ſequitur Angel.Areti.& Batt.in ſua diſpu.iudex, qui
per imperitiam. Ioan.Barbarij in ſuo viatorio iuris,
in titu.de homici.verſ.reſtat videre.tum maximè, quia
prædictus Tappia docuit ſibi iniunctum ordinatione
gubernatoris prouincialis, vt ſtatim ac prædicti in
eius fortiam peruenirent, eoſdem iuſtificaret. Et tan-
dem cauſa ipſa per remedium appellationis introdu-
cta in ſacro Regio Conſilio pro parte prædicti Tap-
piæ appellantis, & cauſa mihi commiſſa, fuit ſatis du-
bitatum in ſacro Regio Conſil.circa condemnatio-
nem pœnæ prædictæ pecuniariæ, cùm nullibi ex pro-
ceſſus meritis liquere potuit de ſcientia ipſius Tappiæ,
& quòd ſciuerit prædictum Gaſparem per ipſum re-
ceptatum, fuiſſe contumacem aut bannitum: imò re-
ſcriptum fuit per audientiam prouincialem ſacro Re-
gio Conſilio, & mihi commiſſario cauſæ, nullam ad-
parere contumaciam, aut bannum in actis eiuſdem
audientiæ contra prædictum Gaſparem: ob quod ex
præmiſsis fuit per ſacrum Regium Conſilium abſolu-
tus à pœna prædicta pecuniaria, & confirmata ſen-
tentia eiuſdem magnæ curiæ in cæteris. Ego tamen
dicebam, quòd prædicto Tappiæ innotuerat ipſum
Gaſparem eſſe delinquentem, & quòd interuenerat in
homicidiis in perſonâ duorum fratrum in dicta terra
Francauillæ, in qua dum morari non potuiſſet, nedum
eundem receptauit, ſed ſupplicauit excellenti Mar-
chioniſſæ turris maioris, vt ipſum in eius ſtatu recipe-
ret, ob quod infertur Tappiam ipſum non eſſe exem-
ptum à pœna, cùm ſcienter malefactoré in eius † do- 3
mo receperit nulla affinitate aut conſanguinitate ſibi
propinquum: quo caſu non videtur minus deliquiſſe,
quàm ille, qui tale crimen commiſit: arg.C.de his qui
lat.l.prima.& ff.de recepta.l.prima. Ita dicit Gaud.in
titu.de præſumptio.& indi.dub.& Bonifac.de vital.
in rub.de indic. ſicque concluſi ex voto meo prædi-
ctum Tappiam eſſe ſaltem ad pœnam pecuniariam
ex receptatione prædicta condemnandum, ad arbi-
trium eiuſdem magnæ curiæ, ita eius ſententiam iu-
dicio meo reformando, licet ex communi voto do-
minorum ſacri Conſilij conſociorum vnius aulæ eun-
dem abſoluendum à pœna regiæ pragmaticæ pro-
nuntiatum fuiſſet, & confirmata relegatio triennalis.

Nescio igitur, si mihi aut alteri error imputari posset: ideò me remitto iudicio rectius sentientis.

SVMMARIVM.

1 *Prohibitio facta per laicos, & ratohabita per clericos ob bonum publicum, debet à laicis & clericis seruari.*

2 *Statum laicorum aliquid honestum continens, etiam de ecclesijs & ecclesiasticis personis, pro bono communi valet. Quo casu etiam in foro poli obligantur ecclesiæ. & numero 3.*

4 *Statuta laicorum directa in rem, etiam clericos comprehendunt.*

5 *Consensus aliquorum clericorum licet non probetur: tamen statutum si continet vtilitatem omnium ecclesiasticarum personarum in loco degentium, attendi debet: non autem eorum dissensus.*

6 *Statuto dictante, quòd in aliquo actu consensus omnium requiratur, si ex eo resultat publica vtilitas, sufficit consensus maioris partis.*

7 *Ecclesiæ & earum bona nullatenus statutis laicorum ligantur, etiam si in eorum vtilitatem redundarent. & numero 8.*

9 *Imo etiam si esset honestum & fauorabile, & generaliter loqueretur, non tamen mentionem faceret de ecclesijs.*

10 *Imò, etiam si directè vel indirectè ecclesijs noceret.*

11 *Imò, etiam si pro bono publico tale statutum esset introductum.*

12 *Monopolium nihil aliud est, nisi non posse omnium res in ciuitate liberè vendari.*

13 *Statutum auferens, quod à iure ciuili conceditur, dicitur contra libertatem ecclesiæ & nume. 14.*

15 *Statutum prohibēs extra territorium annonam deferri, pro abundantia ciuitatis, non ligat ecclesias, quin possint extrahere annonam, quam colligunt ex prædijs ipsarum.*

16 *Statutum prohibens intromissionem vini nati extra territorium, non ligat ecclesias seu clericos. & nume. 17.*

18 *Clerici dicuntur de populo in fauorabilibus.*

19 *Statutum imponens vectigal, non includit ecclesias, aut bona clericorum.*

20 *Confirmatio generalis, non includit casus prohibitos.*

21 *Canonem vel censum non soluens, per xl. annos, non tenetur in posterum.*

22 *Consuetudo vel proscriptio non arctat illos, qui nunquàm vsi sunt præscriptione vel consuetudine.*

23 *Libertas præscribitur etiam ab eo, qui scit se teneri. & numero 24.*

25 *Ciues omnes si soluunt gabellam excepto vno, qui non soluit per xl. annos, erit in hoc casu præscripta immunitas.*

26 *Ecclesiæ non tenentur ad solutionem gabellæ vini, licet minutatim vendant: nisi esset imposita pro oneribus, ad quæ ecclesia tenetur.*

Gabella quando dicatur imposita pro oneribus. ibid.

27 *Antiquitas non facit præsumi immunitatem seu priuilegium, quo inspecto non continetur in eo, licet longissimum tempus præcesserit.*

28 *Sententiæ si fuit lata ex antiquo, in quo dicitur deficere citatio ad sententiam, & ideò præsumitur præcessisse, si tamen ex facie instrumenti ipsius sententiæ adparet non interuenisse citationem, non stabitur præsumptioni.*

DECISIO C.

N causa vniuersitatis ciuitatis Salerni cum Reuerendo Priore monasterij sancti Benedicti, ciuitatis præfatæ, de qua suprà in deci-
sio. lxxviij. in qua adparet fuisse propositum edictum,
ad instantiam vniuersitatis præfatæ, asserentis se tur-
bari ab eodem Reuerendo Priore: & dum fuisset com
paritum pro parte eiusdem Reuerendi Prioris, peten-
do se remitti ad eius iudicem competentem, & dato
termino iuxta formam capitulorum regni, instante
vniuersitate præfata, prætenditur per eandem proba-
tum per possessionem centenariam & immemoria-
lem de consuetudine prohibendi intromissionem vi-
ni ecclesiarum, prouenientis extra territorium Saler-
ni, & quòd id veluti bonum publicum respiciens, fuit
habitum ratum tam per clericos, quam per laicos: vn-
de Salernitani inferebant, † quòd eo casu omnes cle- 1
rici & laici in dicta ciuitate Salerni idem seruare te-
neantur: prout ita inquit Host. in tit. de consuet. in §.
fina. Anto. de Butr. post Domin. quos refert & sequi-
tur Felin. in c. ecclesia sanctæ Mariæ. de constit. Imo.
in c. ad nostram. de proba. & ideo subdit Fely. in loco
præallegato, posse eo casu saluari opinionem Bart. in
l. cunctos † populos. C. de sum. trinit. & fid. catho. dum 2
infert statuta laicorum simpliciter aliquid honestè
continentia, valere: etiam quatenus disponerent ali-
quid de ecclesiis, seu ecclesiasticis personis: præsuppo-
ponendo semper huiusmodi consuetudinem imme-
morialem ordinatam fuisse ad bonum cōmune: quo
casu etiam in foro poli obligantur † ecclesiæ ad eius 3
obseruantiam: vt allegant voluisse sanctum Thom. de
Aquino, in prima secundæ q. xcvj. prout etiam Pisa-
nel. commemorat in verbo, lex §. verùm leges huma-
næ. & plenè Felyn. vbi suprà. versi. confirmantur ista à
fortiori. maximè, cùm verba † capituli seu statuti & 4
priuilegij in rem directa sint, quo casu etiam clericos
comprehendit: prout dicit Bald. in l. omnes populi. ff.
de iusti. & iure. Abb. in c. qui clerici. de foro compe.
quod sequitur Deci. in dicto c. ecclesia sanctæ Mariæ.
Quod potissimè dicunt procedere, cùm in dicta con-
suetudine & priuilegiis specificè non adpareat dispo-
situm de ecclesiis & ecclesiasticis personis: & sunt
merè priuilegiatæ: quo casu omnes consentiunt, ec-
clesias ecclesiasticásque personas comprehendi: iuxta
not. in c. nouit. extrà de iudic. & quod traditur per Ca-
no. & Abb. in c. j. extrà de noui oper. nun. Et amplius
dicebant, quòd licet non probetur consensus mona-
sterij præfati seu abbatis ipsius, ex quo dum omnium
ecclesiarum in dicta ciuitate degentium vtilitatem
contineat, non cōsentiendo, esset † contra publicam 5
vtilitatem, & sic attendi non debet eius dissensus, vt
inquit Io. Fab. in §. sed & si ex testamento. instit. de sa-
tisd. tuto. Bald. in suo consil. lxxxv. considerate. & in
consi. ccccclxij. punctus quidem & doct. communiter
in c. humilis. de maio. & obed. & plenè in c. cū omnes.
de consti. Hinc pulchrè voluit Panor. quem sequitur
Præpo. in c. constitutus. el primo. de appel. quòd stan-
te statuto † quòd in aliquo actu faciendo omnium cō- 6
sensus requiratur: si tamen ex eo publica vtilitas re-
sultaret, sufficiet quòd maior pars in facto prædicto
concurrerit, & sequitur Moder. Craue. in suo consil.
cxcv. Ex quibus substantialibus duntaxat (licet aliis
quampluribus ab extra relatis) concludebatur stante
vetustissima consuetudine & immemoriali, iunctis
priuilegiis tot regum, & consensu populi Salernitani,
ac cæterorum clericorum ibi degentiū, contradictio-
nem præfati abbatis sancti benedicti minimè subsiste-
re. Pro parte præfati Reuerendi Abbatis & mona-
sterij

sterij magnificus Thomas Malleus iuuenis quidem acutissimi ingenij modestissimus doctor, & qui pridie ex Bononiensi Academia Neapol. redijt, patronus
7 causæ dicebat, ecclesias, nec eorum † bona nullatenus aut modo aliquo statutis laicorum ligari. c. bene quidem. xcvj. distinc. c. quæ in ecclesiarum. & c. ecclesia sanctæ Mariæ. de constitut. maximè in statuto prohibitiuo: vt dicebat Abb. in d. c. ecclesia. in repet. post
8 Bald. in l. cunctos † populos. C. de summa Trin. & fide cathol. & etiam si statutum in vtilitatem ecclesiæ redundaret: vt dicit gloss. in d. c. quæ in ecclesiarum. & etiam quòd statutum præfatum prodesset cæteris ec-
9 clesiis: vt refert Felin. in d. c. † ecclesia. nume. 95. Item procederet, etiam si statutum esset honestum & fauorabile: nec mentionem faceret de ecclesiis: sed generaliter loqueretur: vt colligitur ex text. in d. c. ecclesia sanctæ Mariæ. inducendo, vt per Abb. ibi. in primo not. reprobata in hoc opinione Bar. in d. l. cunctos populos. in v. q. C. de summa Trin. & fide cath. vt ibidem per Bal. Anto. de But. & Abb. Feli. & Deci. in viij. q. &
10 insuper ampliat procedere, etiam si directè siue † indirectè statutum obesset ecclesiis: vt tradit Abb. in d. c. ecclesia. viij. q. & in c. fin. de immuni. ecclesia. in vj. Quinimò & plus, etiam si huiusmodi statutum esset
11 pro bono publico introductum, & † ob publicam vtilitatem, nõ ex hoc possent ligari ecclesiæ ecclesiasticæque personæ, aut eorum bona, vt colligitur ex casu dicti cap. ecclesia sanctæ Mariæ. & ibi per Abb. in primo not. ita etiam in particulari tenet Deci. ibi in num. 55. versi. nec obstat quòd statutum sit factum pro bono publico. imò dicitur exorbitans & contra liberam facultatem: cùm rei suæ quilibet sit moderator & arbiter. l. in re mandata. C. manda. & in l. ij. ff. si quis à pare. fu. manumi. imò est inductiuum carestiæ, & si rectè consideretur, inducit monopolium, cùm
12 † monopolium nihil aliud sit, nisi non posse omnium res in ciuitate liberè venundari. l. j. C. de monopo. prout in simili scribit Alber. de Ros. in tract. statu. secunda parte. ij. q. in fine. Quinimò dum tale statutum contra libertatem ecclesiasticam, quatenus prætenderetur ad ecclesiasticas personas seu ecclesias extendi, & incurretur in pœnam. auth. cassa. C. de sacrosan. eccle. & cap. fin. de immuni. ecclesiar. & c. grauem. extrà de senten. excommu. & quòd statutum huiusmodi
13 sit contra libertatem ecclesiæ, † probatur, quia aufert illud, quod à iure communi conceditur, vt suprà. Ita dicit Ant. de But. in c. nouerint, de sent. excommu. & in c. cùm terra. de election. per illum text. Alex. in l. filiusfamil. §. Diui. ff. de legat. primo. Fulg. & Paul. de Castr. in dicta auth. cassa. & plenè Abb. in d. c. ecclesia. & ita pluries consuluisse Alex. & alios refert Deci. in dicto c. ecclesia. nu. 3. & subdit, posse optimè comprobari per deci. Petr. de Anch. in suo consil. clv. optimis rationibus &c. vbi consuluit, quòd statutum Spoleti
14 disponens, vt euntes ad molendum, † duodecimam partem quam soluebant anteà in molendinis, teneantur eam soluere ingressu portæ. & non in molendinis: non includet euntes ad molendum in molendinis episcopi Spoleti. Quia saltem per indirectum afferret damnum domino Episcopo: quia potius irent ad molendina ciuitatis, in quibus non soluerent nisi in ingressu portæ, quàm ad molendina episcopi. Idem consuluit idem Petr. de Anch. in suo consilio xiij. & Cald. inter consilia Anchar. nume. 12. & ita fuit per collegium Bononiense consultum: vt in consilio xiiij. Anchar. qui etiam refert se ita aliàs consuluisse, in repet. cap. canonum statuta. versic. sed ego hic quæro de q. in qua consului, & opinionem hanc Anchar. sequitur Abb. in dicto cap. ecclesia. in repeti. & ibidem Felin. & sequitur Alexan. consil. ccxj. secundo volum. quicquid in contrarium consuluerit Bald. in consilio xj. inter consilia Anchar. & tamen ibi statutum nihil disponebat expressè de molendinis episcopi: sed compellebat euntes ad molendum, soluere in ingressu portæ: & nihilominus non valet in præiudicium ecclesiæ, & episcopi Spoleti: quia per indirectum &c. Idem in simili consuluit Alexand. consil. xvij. in iiij. volum. viso instrumento. Adducitur insuper & satis ad propositum Franc. de Ripa non leuis authoritatis in suo tract. de peste. versic. xiiij. vbi dicebat, quòd statutum † prohibens extra territorium annonam defer- 15
re, puta vinum vel frumentum pro abundantia in ciuitate conseruanda, non ligat ecclesiam, quin minus possit extrahere annonam, quam colligunt ex prædiis ipsarum ecclesiarum, per regulam dicti cap. ecclesia sanctæ Mariæ. & hoc absque dubio secundum eum procedit in bonis, videlicet in frumento & vino ecclesiarum: sed in clericis dubitatur. Sed dicit idem in clericis sentire Bald. in consilio cxcviij. statuto ciuitatis Tergesti. ij. volum. & tamen statutum huiusmodi debet esse fauorabile: & pro bono publico introductum, ne carestia ciuibus inducatur: & sic totum contrarium statuto Salerni, de quo agitur. & tamen non ligantur ecclesiæ. Ergo multò magis nõ ligabuntur Salerni statuto. Et in particulari, quòd huiusmodi statutum non liget † ecclesias, consuluit Bal. in di- 16
cto consi. cxcviij. & in statuto simili dictæ ciuitatis Salerni: & sentit Bald. quòd tale statutum prohibens intromissionem vini nati extra territorium, non includat clericos: vt patet in dicto consilio in fine. Ergo à fortiori, in casu de quo quæritur, vbi tractatur de vino proprio ecclesiæ, quæ habet maiora priuilegia in patrimonialibus, quàm clerici, per ea quæ dicit Abb. in cap. finali. de vita & hone. cler. & sic ex præmissis relatis, dimissis cæteris non ita stringentibus, videtur exarata intentio ac defensio ipsius monasterij, & eius Abbatis: & insuper respondendo adductis in contrarium, dicebat præfatus iuuenis alumnus celeberrimi Sozi. optimæ quidem indolis & acuti ingenij, quòd quatenus dicebatur de statuto generaliter loquente, vt includat clericos, si fuerit pro bono publico introductum: hoc salua reuerentia à nemine iure comprobatur: imò totum contrarium, vt colligit Abb. ex dicto cap. ecclesia sanctæ Mariæ. in j. not. & sæpius per Anchar. in locis præallegatis, & in specie per Deci. ibi, nume. 55. Nec videretur obstare opin. Barto. dum dicit, quòd fallit, quando statutum loqueretur in rem quia valeret, nam respondetur verum hoc procedere, quando statutum esset æquum & fauorabile. Idem, quando statutũ esset directum circa res subditorum tantum: vt clarè patet in exemplo posito per præfatos Doct. vbi §. nam & res dotalis dum potest alienari virtute statuti, nõ poterit nec clericus illam emere: quia statutũ loquitur de rebus statuentiũ: & prohibentur subditi tantum illas alienare: quod fieri potest. at in præsenti casu, licet statutum loqueretur in rẽ: tamẽ si vellemus extendere ad omnes res, & sic ad res seu vina ecclesiæ, disponeret de rebus non subditis, quod fieri

non poteſt. Ita in particulari dixit Abb. in repeti. d.
capitul. quod clericis. verſic. ex hoc infero. extrà de
foro compet. & hoc, quia res clericorum, & multò
17 magis eccleſiæ non ſubiiciuntur † ſtatutis laicorum.
cap. ſi. & ibi not. extrà de vita & hone. cleri. & tam cle
rici, quàm res eccleſiæ, non ſubſunt niſi Papæ, & eo-
rum epiſc. c. ſi clericus laicum. extrà de foro compe.
& conſuluit Calde. in conſilio ſuo xij. inter conſilia
Anch. Nec militaret, quòd ratione territorij & ipſius
ciuitatis, cuius ſunt ſtatuentes ſeu cõfirmantes eorum
ſtatutum poſſunt prohibere vina eccleſiarum intro-
mitti intus eorum ciuitatem & territorium: & ſic di-
ceretur ſtatutum diſponere ea ratione, circa res ſta-
tuentium: argum. l. in re mandata. C. manda. procedat
limitatio ſupra facta: nam reſpondetur quòd clerici
eccleſiæ habent participium & commune commer-
cium cum laicis & rebus eorum, & dicuntur ipſi quo-
que habere participium ipſius ciuitatis, vt reſpondet
Anch. in dicto cap. canonum ſtatuta. ver. non obſtat,
18 quòd in re ſua &c. & inde eſt, quòd clerici dicuntur
de populo, in fauorabilibus: vt dicit Alber. in tracta.
ſtatutorum. ſecunda parte. ij. q. verſi. quid plura. quod
etiam comprobatur: nam ſtatutum imponens vecti-
19 gal † ſeu pedagium pro rebus, quas per territorium
ſtatuentium aliquis tranſuebit, non includit eccle-
ſias, aut res ſeu bona clericorum, cap. quancunque. de
cenſi. in ſexto. & ibi Doct. Bar. in l. j. in ſi. C. de mulier.
& in quo loco. lib. x. & Deciſ. in ſi. d. c. eccleſia. Anch.
in d. conſi. clv. & tamen iſtud vectigal imponitur ra-
tione territorij, per quod tranſeunt aſportantes res: &
nihilominus domini territorij nõ poſſunt quicquam
à clericis exigere: ergo à maiori nõ poſſunt illos pro-
hibere: vnde ratio territorij non debet eſſe in cõſide-
ratione: & maximè in præſenti caſu, in quo clerici ha-
bent participium cum ciuibus, vt ſuprà: & eò magis,
cùm dominus territorij confirmans ſtatutum illud
generaliter loquens, non videtur confirmaſſe reſpe-
20 ctu eccleſiarum, quæ ſunt immunes: quia † generalis
cõfirmatio nõ includit caſus prohibitos & illicitos. l.
ſi pater. in princ. ff. quæ in frau. credi. arg. c. veniens. de
iureiur. not. Alb. in tract. ſtatut. ſecunda parte. verſi. ſed
ſuppoſito, quòd tale ſtatutum. ergo &c. nec ſuffraga-
tur vniuerſitati præfatæ, quòd alij clerici Salernitani
in idem concurrunt: quia non per illos inferri poteſt
præiudicium præfato monaſterio, & eius abbati: qui
nunquã dicto ſtatuto ſeu capitulis cõſenſerunt, arg. l.
non debet alteri per alterum. ff. de reg. iur. cum ſimi.
& in ſpecie ẽ. dictum fuit, ſtatutum laicorum minimè
ligare poſſe eccleſias: etiam ſi alteri prodeſſet, prout
refert Felin. in d. c. eccleſia. His ergo pro vtraque par-
te præmiſsis, quid reſidet dicendum in tanta varieta-
te? & pro concluſione ego dicebam, ſatis conſideran-
dum, quòd ſtatutum hoc ſeu priuilegia nunquam ad-
parent fuiſſe recepta per præfatum monaſterium ſan-
cti Benedicti, ſeu eius abbatis, qui pro tempore fue-
runt: & ſic ſtante immemoriali tempore quo prætëen-
ditur ſtatutum factum & non ſeruatum per dictum
monaſterium, ſequitur quòd dato, abſque tamen præiu-
dicio, quòd ſubſiſteret, nõ poſſet monaſterium ipſum
ſeu abbas turbari in eorum libertate, ſeu compelli ad
illius obſeruantiam, per tex. in l. fin. verſic. hoc etiam.
C. de fund. patrimo. lib. x. & ibi per Bar. Iac. Rebuffi.
21 Io. de Plate. & Lud. de pen. † qui dixit quòd non ſol-
uens canonem vel cenſum, per xl. annos, erit tutus à
ſolutione præfata, & idem in terminis conſuluit Bal.
in ſuo conſi. cxxv. q. vertens. verſi. ſecundò præmitten-
dum eſt. vol. j. & etiam in verſi. tertiò præmittendum
eſt, quòd conſuetudo vel præſcriptio non arctat † il- 22
los, contra quos præſcribentes vel conſuetudinarij
nunquam ſunt vſu præſcriptione vel conſuetudine.
c. dilecto. de offi. archi. quia iſti tales ſunt immunes,
quia immunitatem præſcripſerunt, quia etiam con-
tra eos non fuit leuata muneris impoſitio. l. j. §. Iulia-
nus. ff. de itin. actúque priua. & per Bald. in præalleg.
conſ. quod eſt ſing. vbi etiam in fine † dicit, quòd li- 23
bertas præſcribitur etiam ab eo, qui ſcit ſe teneri. l. ſe-
quitur. §. ſi verò. ff. de vſuca. & gl. in l. ſi publicanus. §.
j. verſi. municipij. de pub. quem ibi facit ſing. Alber. in
l. comperit. C. de præſcript. xxx. ann. vel xl. & ita per
illa iura tenet Alex. conſi. cxlviij. in vj. vol. nu. 6. quod
quando hoc † ius exigendi competit fiſco vel reipub. 24
vt hic, tunc libertas ſeu immunitas illud non ſoluendi
præſcribitur xl. annis. l. omnes. C. de præſcrip. xxx. ann.
& in particulari in caſu præſenti, in quo prætenditur
omnes clericos obſeruaſſe dictum ſtatutum non im-
mittendi vina præter monaſterium ſancti Benedicti,
dixit in ſpecie Bart. in l. licitatio. §. earum. ff. de publi.
quòd ſi omnes ciues ſoluerunt gabellam impoſitam,
excepto vno, qui † non ſoluit per dictũ tempus, quòd 25
erit in tali caſu præſcripta immunitas non ſoluendi. &
ibi ſequuntur communiter Doct. & Franc. balbus, in
tract. præſcrip. nu. 29. cum ſequen. Accedat inſuper,
quod inquit Panor. in c. non minus. in ſi. verſi. vltimò
quæritur. de immu. eccle. quòd ad hanc vini gabellæ
ſolutionem, † quod eccleſiæ & clerici ex ſuis vineis 26
colligunt, minutatim venditi, compellantur, quando
gabella ipſa extitit pro oneribus, ad quæ eccleſia te-
netur impoſita: tunc cum ſuccedat loco illorum mu-
nerum, vt hic prætenditur pro reparatione murorum
& viarum ſeu curreriarum & pontium ciuitatis, excu
ſari non poteſt. l. ad inſtructionem. C. de ſac. ſan. eccle.
Ita tenet ibi Iac. But. Bal. & Moder. & Iaſ. in d. l. pla-
cet. & conſuluit Berth. conſi. liij. & aliâs not. in c. quã-
quam. de cenſi. in vj. & clem. præſenti. eod. titul. vt eſt,
quando gabella illa applicatur fiſco vel ciuitati: ſed
non ad illum vſum conuertendum, vt conſuluit Pa-
nor. in ſuo conſi. vj. caſus, ſuper quo. vol. j. & Feder. de
ſen. conſil. ccvij. nos Griffolus. Iac. firma. in tract. ga-
bel. vij. q. vij. partis principalis. verſi. an autem poſsit.
& ſingulariter Franc. de ripa in ſuis interpretatio. &
reſponſio. lib. ij. reſp. c. xxij. verſ. ad ſecundum videtur.
& nihilominus non adparet articulatum nec proba-
tum pro parte vniuerſitatis Salerni id, quod oretenus
allegatur, quòd pro aliquo bono publico emanauerit
præfatum ſtatutum. Vltimò, pro reſeratione clauis
totius materiæ, nónne adparet articulatum & proba-
tum de vetuſta, & immemoriali conſuetudine præce-
dente titulo priuilegiorum Regiorum allegato? certè
ſic: & tamen productis per eandem vniuerſitatem
quàm pluribus regiis priuilegiis, nullibi adparet in
eis loqui de eccleſiis, eccleſiaſticiſque perſonis: & ſic
ceſſant priuilegia allegata, quorum † virtute ſtatutũ 27
ipſum fundabatur: & ſic curſus temporis longiſsimi
ſeu immemorialis non facit præſumi id, quòd priuile-
giis inſpectis non continetur: prout in terminis con-
ſuluit Pau. de Caſt. in ſuo conſil. xlviij, in cauſa, quæ
vertitur inter Reueren. patrem, poſt medium. dum di-
cit, quòd ſi ex facie inſtrumenti adparet † quòd non 28
inſuit

infuit citatio ad sententiam, non statur dictæ præsumptioni propter antiquitatē: quia sublata est propter euidentiā facti: cum nulla sit maior probatio, quàm rei euidentia, vt notat. Ion. in c. proposuisti. de probat. facit l. emptorem. in princ. ff. de act. empt. & d. consi. Pau. de Cast. sequitur Alexan. in consil. j. in iiij. volum. refert etiam & sequitur Affl. in suis decis. decis. vij. in causa domini Mocciæ eandem opi. tenet Io. Lupi in repet. capituli, per vestras. extrà de donat. inter vir. & vxo. Deci. in consi. xxx. in j. vol. Paris. Cardinalis dignis. in suo consil. xcv. in j. vol. Fel. in c. sicut. vers. vij. & vlti. extrà de re iud. Cato molendi. in consuet. Parisi. §. v. Ex quibus per me adductis, & cæteris consideratis per magnificos dominos de S. Consi. fuit decisum, capitula seu statutum ciuitatis Salerni & prætensa priuilegia non comprehendere nec afficere prædictum monasterium & Abbatem sancti Benedict. aut eius monachos: sed eisdem liberè licere dicta vina intromittere pro libito voluntatis, absque impedimento aliquo.

SVMMARIVM.

1 *Dos si datur per patrem filiæ minus legitima, conqueri potest.*
2 *Filia quæ excluditur à successione, intelligitur ad tempus exclusa, id est, vt quandiu masculi supererunt.*
3 *Interpretatio in odiosis stricta fieri debet.*
4 *Constitutiones regni, dicuntur esse statuta in regno: & sunt stricti iuris: & interpretanda in casibus, in quibus loquuntur.*
Constitutiones regni habentur loco statuti: & non producuntur ad similia & consequentia. ibid.
5 *Renuntians successioni in ampla forma, non intelligitur renuntiasse legitimæ sibi competenti, nisi de ipsa legitima fuerit facta expressa mentio in renuntiatione.*
6 *Filia renuntians successioni paternæ, asserens se dotatam de paragio, & vltra paragium, non videtur renuntiasse legitimæ. & nu. 7.*
8 *Filia vel filius sibi habita portione pro sua legitima, renuntiat patri cum iuramento bonis maternis & paternis, an tunc comprehendatur legitima.*
9 *Promissio renuntiandi bonis paternis & maternis, an extendatur ad feudalia & emphyteotica, & ad iura realia.*
10 *Filia renuntians successioni bonorum paternorum, non videtur renuntiasse feudalibus.*
11 *Feudalis causæ dispositio, non videtur facta, nisi exprimatur: quia natura bonorum feudalium, separata est ab aliis.*
12 *Renuntiatio fieri promissa, debet intelligi, cùm sit stricti iuris vt non extendatur vltra expressa, sed renuntiatio debet fieri in partem, id est, interpretatio, quæ renuntianti minus præiudicet, & vt minus contineat.*
13 *Soror ex consuetudine Neap. si dilatatur maritari à fratre vltra annos xvj. succedet in virilem cum fratre.*
14 *Filia seu soror, vt excludatur à successione, requiruntur duo, videlicet, quòd dotetur, & quòd congruè dotetur. & numero 15.*
16 *Filia si dos datur à patre, & dos sit minor legitima, poterit supplementum petere.*
17 *Filia si in dote sibi data à patre fuit enormiter læsa, præsumitur ab eo subducta.*
18 *Filia si sit vnica patri, debet pinguius dotari: ita quòd saltem legitimam habeat: & nunquam bonus vir arbitrabitur legitimam filiæ auferendam.*
19 *Filia consequitur legitimam beneficio iuris, & non patris. pater cogitur dare magnam dotem filiæ, nisi excedat legitimam. ibid.*
20 *Filia si virtute statuti dotari debet arbitrio propinquorum, non poterunt propinqui minus legitima arbitrari.*
21 *Paragium filiæ, est portio, quam habet de bonis, quæ habere debet sine aliquo onere, ad exemplum debiti bonorum subsidij.*
22 *Filia dotata, licet excludatur à patris successione, etiam si dos fuisset minus legitima, tamen post mortem patris aget filia contra fratrem ad supplementum.*
23 *Filia si inueniret sibi parem propter pulchritudinem, seu valorem, vel strenuitatem fratris pro modica quantitate dotis, non ex hoc debet fraudari legitima. Imò & si cum tota legitima non reperiret virum condignum, totam portionem, ad quam succederet ab intestato, consequi posset: & petet supplementum congruæ dotis. & nu. 24.*
25 *Filia tunc dicitur dotata de paragio, quando dos non fuit minor legitima.*
26 *Filia dotata à patre, cum dote minori paragio, & renuntiauit paternæ successioni, poterit tamen petere supplementum paragij.*
27 *Filia si fuit congruenter dotata à patre, & demum patris facultates auctæ sunt, & ita auctæ tempore mortis patris reperiuntur, poterit ex hoc filia supplementum petere.*
28 *Dos vt dici possit congrua, sex requiruntur.*
29 *Dos vt congrua dicatur, non potest esse minor legitima, etiam si pater in testamento prohiberet, vt ipsa non posset plus petere.*
30 *Filia minus congruè à patre dotata, potest petere supplementum legitimæ.*
31 *Filia licet asserat se dote sibi data à patre contentam, etiam cum iuramento, ipso iuramento non obstante, poterit supplementum legitimæ vel congruæ dotis petere.*
32 *Pater dum sua calliditate operatur, vt filia sua opulentæ hæreditati renuntiet, seu prætium, prædo magis, quam consultor dicitur.*
33 *Filia nupta etiam contra patris voluntatem debetur legitima: & inde etiam, quando pater declarasset in testamento quòd plus petere non potuisset: nam debet supplementum legitimæ consequi, etiam ex legatis ad pias causas.*
34 *Filia vnica fœmina, & filius vnicus masculus, si remanserunt ex patre, cui fœminæ pater reliquit dotem, cum hoc, quod plus petere non possit, si fuit minus legitima, poterit supplementum eius petere.*
35 *Filia ad hoc vt excludatur à successione paterna, non dum requiritur, quod fuerit dotata, sed etiam quòd fuerit congruè dotata: adeò quòd congruitas non sit minus legitima.*
36 *Dos quòd sit congrua, ex quo est constituta per patrem, in ex hoc est conuenienti probatio: sed non debet esse minus legitima.*
37 *Lex multoties non confidit de patre, si cùm qualitas hoc non patiatur.*
38 *Pater non potest assignare dotem minorem legitima, & quandoque agere potest filia ad supplementum congruæ dotis, etiam vltra legitimam: si qualitas patrimonij id exigat, consuetudo regionis, aut honestas personarum. & nume. 39.*
40 *Dotatio filiæ facta per patrem, præsumitur legitima:*

 nisi

nisi de contrario adparere possit.

41 *Filia ob incongruam dotem nedum potest supplementum petere, verùm etiam & eius fructus.*

42 *Filia si virtute statuti debet esse dote contenta, qualiscunque sit dos, in tantum quòd plus petere non possit, non ex hoc impeditur supplementum congruæ dotis petere.*

43 *Paragium in maritata non potest esse minus legitima, & in non maritata potest excedere.*

44 *Dos competens dicitur quando non esset minor legitima, secundum conditionem personarum, & morem patriæ.*

45 *Paragium est quota hereditatis loco legitimæ filiæ debita, & non potest esse minus legitima.*

46 *Statutum licet excludat a successione: non tamen excludit à supplemento legitimæ.*

47 *Statutum nisi expressè contineat, quòd filia sit dote contenta, etiam si esset minus legitima, potest supplemētum peti. & quod pluries pro hac parte decisum fuit tempore Urbani, in audientia Cardinalis Albanensis. & numero 48.*

49 *Legitima non comprehenditur sub generali dispositione.*

50 *Soror licet promiserit fratri in assignatione dotis plus non petere, sed esse illa dote contenta, non impedietur petere supplementum legitimæ, si dos non applicabit ad eam: cùm non fuerit legitimæ renunciatum.*

51 *Filia vbi est vnica & vnicus masculus, debet filia pinguius dotari: vt non sit dos minor legitima, & ita considerat Corn.*

52 *Renuntiatio non tenet, quando est facta per metum vel errorem.*

53 *Paragium consideratur attenta qualitate personæ, & conditione quantitatis patrimonij, & numeri liberorum & magis attendenda est consuetudo generalis, quàm patriæ.*

54 *Transactio iurata rescinditur ratione enormis læsionis.*

55 *Promittens alium ratum habiturum, non tenetur: quando ille contrauenerit ex capite restitutoris in integrum: quia enormissimè læsus, vel ex falsa causa.*

56 *Alimenta promissa per aliquem alicui, non expresso tempore intelliguntur promissa eius vita durante.*

57 *Alimenta promissa alicui, in cuius domo debeantur: si in domo promittentis ipsa præstare, an in domo alimentandi, & nu. 58.*

59 *Pater peccat, dum integram legitimam filiæ non relinquit.*

60 *Filia excluditur à successione, stantibus masculis virtute constitutionis regni, & consuetudinis Neapolitanæ: dummodo de paragio dotetur: & sic pariter excluditur à legitima intestati.*

61 *Legitima potest tolli, nedum minui per statutum, & potiùs fauore agnationis & familiæ: quæ per masculos conseruatur.*

62 *Dos quæ debetur filiæ exclusæ arbitrio boni viri in terminis huius constitutionis, in aliquibus debet potius commensurari ad alimenta, quàm ad legitimam.*

63 *Paragium non erit propriè legitima, sed collocatio filiæ in matrimonium suo æquali, considerata qualitate personarum, & regionis consuetudine. & hinc paragium, dicitur parium gestus, id est, vt filia nubat secundum pares suas. & nu. 64.*

64 *Paragium, est quid diuersum à legitima.*

65 *Legitima nō est debita filijs in vita patris, sed post mortē.*

66 *Filia nullum ius competit in legitima in vita patris.*

67 *Somnium vnum visum fuit Socino, & quòd vehementer errarent dicentes, quòd bonus vir non debet arbitrari, quòd dos congrua sit minus legitima.*

68 *Filia dum maritatur a patre, reseruatur à iure eidem patri arbitrium in constitutione dotis: cùm nemo alius bonus vir melius arbitrari potest pro filia, quā ipse pater.*

69 *Filia à patre dotata, minime petere potest supplementum dotis: imò si fuit à patre dotata, & constituta dos quæcunque sit, censetur congrua ex præmissis.*

70 *Dotis congruentia etiam à patre data, debet considerari ad bona, quæ remanserunt tempore mortis patris, quo casu arbitrio boni viri debet commensurari.*

71 *Filia incompetenter dotata, iudicis officio debet succurri.*

72 *Pater si assignat in vita filio legitimam, si tempore mortis reperiuntur auctæ facultates patris, an possit filius petere supplementum legitimæ habito respectu ad facultates, quæ sunt tempore mortis.*

Statutum si excludit filiam dotatam, & mandat eam dote contentam, & nihil plus petere filia ipsa de modicitate dotis, quæcunque sit, non potest vlterius conqueri. ibidem.

73 *Filia, quæ renuntiauit successioni paternæ, vt enormiter læsa, maximè cum ex ea dolus arguatur, & metus reuerentialis, non repelletur à renuntiatione præfatam.*

74 *In filia exclusa à statuto, non potest considerari talis læsio sufficiens ad rescissionem renuntiationis factæ, cùm in ea non habeatur ratio successionis aut legitimæ: sed ad congruitatem dotis de paragio.*

Læsio enormis dicitur, quæ ius quæsitum tollit: non quæ iure quærendo derogat. ibid.

75 *Facultas patrisfamilias non æstimatur tantummodo ex cumulo patrimonij, sed ex qualitate personarum & conditione.*

76 *In paragio, secundum Andr. de Isern. non attenditur quantitas vt virorum portionis tertia vel dimidia, & sic respectiuè ad legitimam, sed illa quantitas, per quam potest paris nubere.*

77 *Iuramentum in minore non operatur, nisi quia factum maior. minorem autem excludit, quin petere possit restitutionem aduersus lesionem.*

78 *Filia si ante renuntiationem factam patri de non succedendo ex causa dotis recepta, fuisset informata & certiorata de viribus patrimonij, de minore paragio non posset petere supplementum.*

79 *Iuramentum operatur, vt quis præsumatur certioratus accessisse ad illud.*

80 *Promittens non contrauenire quacunque ratione, occasione vel causa, & tam de iure, quam de facto, tunc ex quauis causa contrauenmatur. committitur stipulatio ad interesse.*

81 *Promittens aliquem ratum habiturum, & non contrauenire, nec molestare, intelligitur tam de iure, quàm de facto.*

82 *Maritus promittens renuntiari facere vxorem, si illa recusat, & maritus fecit quicquid potuit, excusatur a periurio, & pœna.*

83 *Negatiua dispositio non adimpletur in primo actu: sed trahitur ad infinitum.*

84 *Affirmatiua homonis, licet verificetur in primo actu: tamen intelligitur, si primus actus fuit validus. Secus, si nullus, aut si aliter suum non sortiatur effectum.*

85 *Promissio tunc verificatur in primo actu, quando dispositio in primo actu consumit effectum suum, secundum intentionem partium: alias de vlteriori actu intelligitur.*

Promitt

86 *Promittens si non adimpleuit, quod promisit, tenetur ad interesse.*

87 *Vis & metus dissimulari potest inter vxorem & virum præambulo tractatu, vt ab interesse vir excusatur, qui promisit ipsam renuntiare facere.*

88 *Promittens curare & facere cum effectu, quòd vxor tempore instrumenti dotalis celebrandi vocabit se dotatam de paragio, & vltra paragium de dotibus ducatorum lxxx. & pro integra parte legitimæ, & supplemento legitimæ non tamen promisit, quòd renuntiabit legitima, de qua specifica mentio fieri debet, vt renuntiatum dicatur.*

89 *Et propriè hoc locum habet in filia à patre dotata, & quòd virtus iuramenti non operabitur renuntiatione legitimæ. & nu. 90.*

91 *Principium quando attendi debeat.*

92 *Vnicum implementum sufficit ad dissolutionem obligationis.*

93 *Promittere quòd vxor certo tempore renuntiabit, aliud est: & aliud, quòd facta renuntiatione non contraueniet.*

94 *Promittens cum iuramento renuntiare, non dicitur periurus: si facta renuntiatione contrauenit: quia hoc non iurauit.*

95 *Promittens sub pœna locare vel vendere, si locat seu vendit, & deinde contrauenit at non tenetur ad pœnam: quia adimpleuit.*

96 *Conditionem sufficit semel fuisse adimpletam: licet non duret implementum.*

97 *Promittens vendere si vendidit si tamen non vult tradere, est liberatus.*

98 *Legatum factum alicui, si se aliquid facturum iurauerit eo ipso quòd iurat, consequitur legatum: licet posteà non adimpleuerit id, quod iurauit.*

99 *Medicus qui promisit infirmum à podagra liberare, quando sanus euasit, est liberatus: licet ex internallo superuenerit ei podagra.*

100 *Dispositio intelligi debet de primo actu tantùm.*

101 *Actus factus per metum, validus est: licet rescindendus veniat per vxorem.*

102 *Renuntiatio facta patri per filiam quando sit inualida.*

103 *Renuntians omni iuri, quod habet in bonis patris: tamen poterit contrauenire ex capite enormissimæ læsionis: absolutione à iuramento præcedente.*

104 *Transactio iurata, rescinditur ratione enormis læsionis*

105 *Filia, quæ renuntiauit hereditati paternæ, ex enormissima læsione, præsumitur circumuenta, & potest contrauenire.*

106 *Venditor quando non teneatur de euictione.*

107 *Promittens alium ratum habiturum quando ille contrauenit ex capite restitutionis in integrum: quia enormissimè læsus, non tenebitur promittens.*

108 *Actus, qui debet adimpleri, si ille, cuius interest impleri, dederit causam, quod non impleretur, censetur impletus.*

109 *Promittens aliquem seruare indemnem ab omni lite mouenda, debet intelligi, nisi lis ex culpa sua moueatur.*

110 *Promittens, quòd quis renuntiaret, si ob id fecit, quicquid potuit: & non potuit obtinere dictam renuntiationem, excusatur tam à pœna, quàm ab interesse, non obstante iuramento.*

111 *Et in specie in proprijs terminis in eo, qui promisit renuntiari facere vxorem suam, quòd si fecit posse suum, & illa non renuntiauit, excusabitur.*

112 *Promittens genero vel alteri cuicunque alimenta præstare, non adiecto tempore, pro quanto præstare voluisset, videtur obligatus ad præstandum saltem per annos quindecim.*

113 *Alimenta promissa præstari per socerum genero, & filiæ inter viuos promissa pro se & filijs, licet tempus non præfigatur, intelligi debet in vita viri.*

114 *Condemnatus nulla temporis præfinitione facta, intelligitur perpetuò condemnatus.*

115 *Argumentum de pacto ad statutum validum est.*

116 *Pater si reliquit filiæ centum pro dote, cum hoc, quòd nihil aliud petere possit si filia simpliciter acceptet legatum non ex hoc sibi præiudicat, quin petere possit supplementum legitimæ, aut dotis loco ipsius.*

117 *Statutum ad illum casum trahitur, de quo si statuens interrogatus fuisset, idem statuisset in casu non deciso.*

118 *Mens & non verba statuentium inspici debent in statutis, nedum in contractibus.*

DECISIO CI.

Magnifica Francisca Casa noua vxor magnifici V.I.D. domini Benedicti Gagliardi de Neapoli, eiusdem nuptui tradita cũ dote ducatorum octingentorũ, per quondam notarium Ioannem de Casa noua eius genitorem, prætendens facultates præfati eius patris amplissimas & excedentes valorem duca. xx. mille, remansisse in posse Ioan. Caroli eius vnici filij, & fratris ipsius. Prætendens igitur, quòd habito respectu ad facultates præfatas, & ad vnicum filium, & ad conditionem personæ præfati eius viri, fuisse minus congruè dotatam, nec habuisse saltem legitimam seu paragium, egit in S. Regio consi. ad supplementum paragij seu legitimæ. Et fabricato processu coram magnifico Hectore Minutulo Regio consiliario, & ipsius causæ commissario, adducitur, quòd in regno, vt excludatur filia à successione paterna, dos non potest esse minor legitima: & idem in ciuitate Neapo. per consuetudinem in scriptis redactam, & per prius per consti. regni: in aliquibus. in quibus non dicitur, quòd sit dote contenta quæcunque fuerit, sed quòd debeat de paragio dotari, iuxta facultates patris tempore mortis, numerum liberorum, & iuxta paragium: per quæ videtur in legitima includi, & licet loqui videantur, quando dotatur à fratre, à maiori procedit, quando à patre in eius vita dotatur, cuius officium magis proprium est dotare filiam, quam fratris. l. qui libero. ff. de rit. nupt. vnde si filiæ minus legitima daretur in dotem, conqueri
† posset vt consuluit Bald. in consil. cccclij. & cccc- 1
liij. primo volumine. & plenè Alexand. in consilio lxxxiij. in quarto volumine. & tantò magis, quia per
dictam constitutionem † regni, in aliquibus. filia, 2
quæ excluditur à successione, videtur ad tempus, videlicet quandiu masculi superesunt: & sic fauore masculorum, non tamen à legitima eas excludere fas est: & sic strictè intelligenda est à successione duntaxat, in qua loquitur, & prout minus erit præiudiciale mulie-
ribus: cum † simus in odiosis, in quibus stricta fieri de- 3
beri interpretatio: vt pulchrè in filia nupta, inquit Alexan. in consil. clxix. in vij. vol. circa med. maximè cũ
† constitutiones regni, dicantur esse statuta in regno: 4
& sunt stricti iuris: & sunt interpretandæ in casibus, in quibus loquuntur: vt minus lædant in commune, quã possint. Ita dicit Andræ. de Isern. in constitutione regni,

gni,si quis aliquem.Idem dicit And.in constitutione
regni,prosequeutes.& in constitutione, pœnam eo-
rum.in gloss.iu verbo,occultatores.& in rub. de bo-
mi.clande.in fine.& etiam in prin.constitu. in §. nos
autem:& constitutione,probationum incursibus, seu
probationum defectum.in gloss. magna. Idem sequi-
tur Afflig.in sua Deci.aaj.Item fuit dubitatum: licet
nihil de præmissis decisionibus alleget, & dicit con-
stitutionesregni haberi loco statuti,& sunt stricti iu-
ris,& non producuntur ad similia & consequentia.l.
quod vero.ff.de legi. & quòd ita dixerunt sapientes
regni.vt refert And.in constitutione, prosequentes.
Item inquantum promiserit eius vir præfatus renun-
tiari facere ipsam Franciscam vxorem in ampla for-
5 ma:non † promisit facere,quòd renũtiabit legitimæ:
de qua specialis mentio fieri debet, aliàs non inclu-
ditur,per tex.in l.si quando.§.& genraliter. C.de in-
offic. testamen. & ibi Bald. & Salicet. & Alberic.de
Ros.& in §.cæterum.in authen. vt cùm de appel.co-
gno.nec virtus iuramenti operabitur renuntiatio-
6 nem legitimæ.In tertio † promittente, in quo adest
defectus consensus:vt voluit Ias.post alios, iu l.de his.
ff.de transact. vbi fortius loquitur in muliere,asserен-
re se dotatam de paragio,& plus,quàm paragio: & in
specie propriè in filia à patre dotata, firmat illustris.
Nicol.Boër. præsidens consilij Burdegalensis, iu iij.
sua decis.num.7.j.volum.vbi etiam stante iuramento
concludit,hanc esse communem opinionem. Angel.
de Aret.In §.cum autem.in fine. instit de inoffic.testa-
ment.Neap.in cousuetu. Neapol. contra instrumen-
tum.versicul.sed pone.Aretin.in l.j.§. si quis ita.ff.de
verbor. obligatiouib. numero 16.vbi talis renuntia-
tio non extenditur ad legitimam. Quia de boe iure
7 non † videtur intellexisse:& per eundem in l. qui su-
perstitis.ff.de acquir. possess. & Afflict. in d.constitu-
tione:in aliquibus.& in cap.ij.de feudo dato in vicem
legis commisso.versic.sextò fallit.& in decis.clxxviij.
versi.secundò, in d.causa dubitatur. Guido papæ in q.
xciij.Feder.de senten.consi.cxv.Ioan.Lupi,in repe.ru-
bricæ,extrà de dona. inter virum & vaorem.versic.
ex istis potest inferri ad quæstionem. numero 16. &
xviij. refert & sequitur Guliel. Benedi.in repeti.capi-
tuli:Raynutius.in versic. in eodem testamento relin-
quens. nume.220. Cassan. in consuetu. Burgun.ver.de
success. versic. limita sextò. in versic. & facit pro hoc
tex.& præmissa loquuntur iu filia. quæ contenta dote,
renuntiat cum iuramento bonis mobilibus & immo-
bilibus: vt non comprehendatur legitima: maximè,
quando illam integram consecuta non fuit, à fortiori
est dicendum in viro promittente, quòd vxor renun-
tiabit: vt non comprehendat legitimam, nisi de ipsa
in particulari dictum sit: qun casu videtur, quòd ces-
8 set difficultas: de qua per docto.in l. † in ratione.ff.ad
legem Falcid.Sed in filio vel filia, quę habita portione
pro sua legitima renuntiat patri cum iuramento, bo-
nis maternis & pateruis, an tunc comprehendatur le-
gitima? ita in particulari Galiania distinguendo di-
xit, in lege prima. §. si quis ita. numero 16. versiculo:
secundò oppo.ff.de verbor.obligatio. Nec huiusmodi
promissio renuntiandi, extendi † poterit ad feudalia
9 & emphyteotica, nec ad iura realia: de quibus in re-
nuntiatione non fit mentio: per teat.in cap.in gene-
rali.si de feudo fue.contro.cùm de illis specifica men-
tio,& particularis fieri debet.Ita dixit Aluar.& Card.
Alexand.in capit. primo.de eo,qui fin.fecit agnato &
propriè † in specie in filia renuntiante, quòd non vi- 10
detur renũtiasse feudalibus:dicit in particulari Loffr.
in sua paraphra.versicu.quid autem sit.& melius Car-
dina. Parisien.consilio xij.tertin dubio. in primo vo-
lumi.vbi in propriis terminis, quòd etiam stante iu-
ramento,& vberioribus clausulis, quàm in casu præ-
senti. Idem firmat Aretin.in dicta l.qui superstitis.ff.
de acquiren. hæred. Iason in l.Gallus.§.quidam rectè.
ff.de liber.& posthu. Alberic.de Rosa.in l.tres fratres.
ff.de pact. in lege prima.ff.si certum petat. Marsil. in
lege prima. §. si quis vltrò.ff.de quæstio.Feli.in eapit.
cum ordinem. de rescript. vbi de † causa feudali non 11
videtur facta dispositio, nisi exprimatur: quia natura
bonorum feudalium, separata est ab aliis. Ita Signo.
de Homodeis in suo consilio ccccxx. quidam domi-
nus Iannolus. Curt. seni.consilio xlix.nume.83. Deci.
consil.cccxcv.in tertio volumi.& nouissimè ita fuisse
decisum per totum Consilium refert Afflict. in capi-
tulo primo.§.Titius cum Sempronio.in fine.si de feu-
do fue.controuer.inter dominum & agnat. Sed cum
maior pars dictorum bonorum hæreditatis præfati
quondam Ioannis Casanoua, consistat in feudalibus,
ergo &c. Item vir, & sic tertius, prohibuit † renun- 12
tiari facere, & sic est stricti iuris, & non extenditur
vltra expressa: sed interpretatio debet fieri in par-
tem, quæ renuntianti minus præiudicet: & vt minus
contineat. l. si domus. ff. de seruit. rustic. prædio. l. si
vnus.§.illud.versicu.ante omnia.ff.de pact.Latè Deci.
in l.postquam liti.C.de pact.& consilio ccccccLxviij.
in princip.& Aretin.consilio claj.& consequenter ad
paragium, legitimam & feudalia, quibus per virum
non est promissum, quòd vxor renuntiabit: neque
inde per vxorem est renuntiatum: & in specie cùm
in renuntiatione non sit clausula illa: omnémque
partem &c. non potest talis promissio extendi. Præ-
tereà, per consuetudinem Neapolitanam: eas † au- 13
rem &c. requiritur, vt si frater differat maritare so-
rorem ad annos xvj.vel si secundum paragium & fa-
cultates non nupserit, tunc soror succederet in viri-
lem, vt frater.vnde consuetudo requirit vtrunque co-
pulatiuè probari vt excludatur, & † quòd sit dotata, 14
& quòd congruè dotetur: & huiusmodi congruitas
debet esse, vt non sit minus legitima. Ita in statuto, de
quo agitur: & in specie in patre dotante cousuluit
Sozi.consilio ccxvij.secundo volumi.vt tenet Andrę.
in cap.primo.versicu.oportet. de natura success.feud.
Oportet ergo sororem, vt excludatur, fuisse dotatam,
& habuisse totum quod pro dote debet habere, quasi
dotis paragium, sit pars sibi competens: vt bene pro-
bat gloss.in versicu.coniugatæ. in fiue.in constitutio-
ne: vt de successionibus. & dixit Paul.de Castr.in l.si
non mortis.in fine.princip. ff.de inofficio.testament.
& aliàs de iure communi in pœnam differentis tra-
dere legitimam vsque ad sententiam: vt eius auaritia
legitimis ictibus feriatur. Ita pulchrè Iurisconsult.
in l.si quis in suo C.de inoffic. testamen. † vt dupli- 15
catam legitimam tradere cogatur.quod ibi perpetuò
not. inquit Iason contra fratres, pro sororibus quæ
maritantur:& nihilominus propriè in filia à patre do-
tata, dicit text. in l.cum donationibus.C.de inoffic.
donationib. ibi dum dicit: nec tantum dos à pa-
tre data, quantum ad summouendum querelam suf-
ficiet, de enormitate donationis præses prouinciæ agi
jubebit

iubebit,& est etiam text.iuncta glo.in §.quæ à nobis. C.de rei vxo.actio.vbi si dos, licet à patre data, esset
16 minor legitima, † poterit supplementũ peti.Pro hoc
benefacit tex.in l.cùm pater. §.gener. ff.de iure doti. vbi fuit dos promissa arbitratu soceri:& tamen considerat ibi tex.quòd istud arbitrium dotis siue ab ipso patre, siue à tutore fiat, fieri debet pro modo facultatum,& dignitate natalium viri.& illum text.ad propositum inducit Aret.consi.xvij.versiculo,ad sextum. vbi etiam eod.consilio,versicul.venio igitur ad quartum.& dicit tex.in l.cognouimus.C.de hære.secundũ vires patrimonij per patrem filiabus dotes cõstimen-
17 das,& ratione enormis † læsionis,censetur filia à pa-
tre seducta,text.est in l.si superstite.in fi.C.de dolo.facit tex.in l.& si Nerua.ff.pro socio.& ideo Corne.in suo consil.100.tertio volum.ibi: cum enim vnica sit
18 filia, pinguius dotanda est: ita † quòd saltem legiti-
mam habeat: nunquam enim bonus vir arbitrabitur legitimam filiæ auferendam: cùm dicatur ęs alienum, & iure naturali debita sit & necessaria.l.cum ratio.de bon.damna.& l.si quis in suo.C.de inoff.testa. Idem formaliter dicit Bald.in suo consilio lxv. in versi. capitulum: de patruo.primo volum.& consil. cccxxiij. vbi non impedit beneficium pater vel auus,qui dotat neptem, sed naturale debitum sequitur.l.j.C.de impo. lucra.descri.lib.x.& ideo And.in constitutione:in aliquibus dixit, legitimam consequitur filia beneficio
19 iuris, † & non patris.Ias.in authen.res,quę.C.commu.
de lega.versic.vij.not.dicit ex illo text. colligi vnum not.quòd pater cogitur dare magnam dotem filiæ, nisi excedat legitimam,& stante statuto, vt in regno. Et
20 quod fortius, si dicatur, quòd dotetur arbitrio † pro-
pinquorum, non poterit minus legitima arbitrari:& hanc esse opinionem communem & veram dicit Andr.quem euangelistam in regno dicimus, in dicto constitutione:in aliquibus.ibi: nam paragium est por-
21 tio, quam habet † de bonis, quæ habere debet sine ali-
quo onere, ad exemplum debiti bonorum subsidij. l. quoniam in prioribus.C.de inoffic.testamen.& inter cætera dicit, vnde quanta est hæc portio, paragium istud est eiusdem iuris, sicut legitima iure naturæ, & sine onere liberè habeat. Et in specie loquitur in patre dotante, quòd hanc portionem habebit mulier beneficio huius constitutionis,& non patris. Et plus dicit, quòd licet excludatur à patris successione, etiam
22 si † dos fuisset minus legitima: tamen dicit, quòd post
mortem patris ageret filia contra fratrem masculum ad supplementum: vt in verbo.item hic est glosella. & in versic.erit sic ęstimatio.dicit, quòd si pater in vita maritauit filiam, suppletur si nõ habuit legitimam sibi iure naturæ debitam.§.j.in authen.de hæred.& falci.& ideo si pater habebat cccc.in bonis.& filios tres masculos,& vnam filiam fœminam, legitima & paragium erit tertia pars 100. quæ sibi ab intestato
23 obuenirent.& fortius dicit And.† contra consi.Deci.
xxvj.versic.vj. vnde si inueniret sibi patem propter pulchritudinem seu valorem & strenuitatem fratris pro modica quantitate, non debet adhuc fraudari legitima: quinimò & si cum tota legitima non reperiret condignum virum, tota portio, ad quam succede-
24 ret ab intestato consequi posset. Et quòd potest † pe-
tere supplementum congruæ dotis, si pater minus dedit, tenet gloss.in constitut. vt de successionibus.in versicul.coniugatæ.super quo dicit ibi Afflict. in numero 23.versicul.decimò not. quòd tunc dicitur do-
tata † de paragio, quando dos non fuit minor legiti- 25
ma. Idem tenet Neapol. in consuetu. Neapolitana, quæ incipit: contra instrumentum.in gloss.in verbo: solutum.in versicul.item quid si filia fuit dotata à pa-
tre cum † dote minori paragio,& renuntiauit.& te- 26
nent supplementum paragij peti posse: & tamen loquitur in patre.& idem tenet in consuetudine si moriatur.in verbo, eas autem.in versicul.paragium, circa finem & idem in particulari tenet Bald.nouel. in tractatu dotium.sexta parte.in xvj. priuileg. versiculo similiter. vbi reprobat consilium Paul.de Castr.subdens se ita in ciuitate Aquiliæ, iuxta constitutionem regni, in aliquibus pluries consuluisse,& in consimili idem reperitur consuluisse Deci.in consil. cclxxvj. patet: & allegat Andræ.de Isern.& meminit casum fuisse in ciuitate Aquilæ. Eandem opinionem per prius constat tenuisse Lucam de penna, in l.in his.in fine.versicul.item pone, pater.C.de prædi.& omni. re.naui cula.libro vndecimo.& ibi subdit, quòd si pater filiam congruenter dotauit, & demum auxerunt eius facultates, prout sic auctæ reperiuntur tempore
mortis, poterit † ex hoc filia supplementum petere. 27
& ita aliâs reperitur fuisse iudicatum in sacr.regio consilio, in causa hæredum Graodilli de foro magno Neapol. vt commemorat Afflict.in constitutione, fratribus.numero 11.& in decis.clx.vbi similiter loquitur in patre dotante: & insuper subdit, quòd tunc paragium non erit minus legitima. & idem Afflict.in constitutione:in aliquibus. vbi etiam po-
nit sex † requisita, vt dos congrua dicatur, & quòd 28
minus legitima esse non potest.& eandem opinionem sequitur Salicet.in authentic.nouissima.in fine. in versiculo, sed scias, quòd si statutum. Et idem consuluit Corne.consilio centesimo. tertio volumine. vbi plenissimè & propriè in patre dotante.& idem tenet Angel.in suo consilio ccxlij. vbi fortius loquitur etiam in patre in testamento prohibente, vt
filia † non possit plus petere.& sequitur Baldus in l.fi- 29
nali.C.de dot.promis.in versicul.sed pone, quòd ista
filia.& plus dicit Alexand. † referens Bald.vbi suprà 30
nulli dubium filiam incongruè à patre dotatam, posse petere supplementum congruæ dotis, in consilio cxxxiiij.numero 31.in sexto volumine.& in consilio lxxxiij.in quarto volumine.& in consilio vij.in secundo volumine.& idem Bald.in l.quoniam in prioribus.C.de inoffic.testam.Bal.in consi.cccclij.primo volum.& melius in consilio ccxxiij.iij.volum.& ta-
men licet filia dotata à patre asserat † se dote conten- 31
tam,& cum iuramento, poterit tamen ad supplementum legitimæ vel congruæ dotis agere.Idem in specie tenet Bene.de Benedi.de Perusio, in suo consi.vj. Cardina.in consilio lxxx.Sozin.in consil.clxiij.circa tertiam.in versic.vnde concludendum est.& ibi dicit, quòd licet pater præsumatur aliâs bonum consilium quærere pro filia, istud procedit in dubio. Sed in casu
præsenti, in quo pater fecit, vt filia † sui calliditate 32
tam opulenti hæreditate priuetur, prædo magis, quàm consultor dicitur, & quòd tunc peccat, & dicitur facere contra legem diuinam. & in fortiori casu consuluit Abbas in consilio xij.versiculo venio ad tertium, vbi dicit, quòd etiam filiæ nuptæ con-
tra patris † voluntatem debetur legitima. idem 33
etiam erit, quando pater declarasset, quòd plus petere

tere non poſsit:vt conſuluit Alex.in conſi.xxxiiij. vbi
ſubdit attendendas eſſe facultates tempore mortis
exiſtentes.& idem pulchrè dicit Iaſ.in l.quòd ſeruus.
34 ff.de condi.cau.da.& in propriis terminis † exiſtente
vnica filia,& vnico maſculo,& contra diſpoſitionem
patris diſponentis,quòd filia plus petere non poſsit,
omnino ſibi ſupplementum legitimæ deberi, etiam
ex legatis ad pias cauſas,conſuluit Bar.in cōſi.xxxiij.
& in caſu præallegato ſimiliter dicta filia nominaba-
tur Franciſca, prout hic. & pariter idem in patre do-
tante,tenuit Alex.in l.in teſtamento.verſi. iuxta hoc.
ff.de vulg.& pupil.& Sozi.conſi.ccvij.ij.volum.& ibi
dicit,quòd ſtante ſtatuto,vt ſuprà in conſtitutione &
35 conſuetudine, nedum † probari debet, quòd fuerit à
patre dotata,ad hoc vt excludatur, ſed etiam quòd
congruè dotata fuerit,& talis congruitas intelligitur,
vt non ſit minus legitima,licet non poſsit ſuccedere:
& ita dixit in magna cauſa fuiſſe obtentum in ciuita-
te Florentiæ: & plenius in conſi.lvij.verſi.circa ſecun
dam quæſtionem.in iiij.volum.& ibi in ſpecie dicit,
36 † quòd non debet dos eſſe minus legitima:nec eſt cō-
ueniēs probatio,quòd cùm dos ſit conſtituta à patre,
ergo eſt congrua dos: nam adparet de contrario: &
37 inde eſt † quòd multoties lex non confidit de patre,
ſi eius qualitas hoc patiatur.l.ſi cùm dotem.§.eo au-
tem tempore.ff.ſolut.matrimo.& Alber.Bru.in tract.
de ſtatu.fim.& cogna.à ſucce.excluden.in ix. articulo
principali.in §.& caſu principali.verſic.illud autem.
38 vbi † plus ſubdit indiſtinctè non poſſe per patrem aſ-
ſignari minus legitima: & quandoque agi poſſe ad
ſupplementum congruæ dotis,etiam vltra legitimam
ſi qualitas perſonarum,& patrimonij id exigat. & di-
cit inſuper hanc opinionem haberi pro canonizata:
& quòd pro ea ſuperioribus annis Florentiæ in ardua
quæſt.facti fuiſſe obtentum, & fuerunt conſilia to-
39 tius Italiæ:& licet ipſe faciat diſtinctionem † vt in du
bio non ſit minus legitima,vbi quantitas patrimonij,
conſuetudo regionis, aut honeſtas & qualitas perſo-
narum,& numerus liberorum aliud ſuadeant: & ſic
maior vel minor legitima dos iudicari poteſt. tamen
hic conſiderata iſta diſtinctione bene omnia concur-
runt:licet idem Alb. primam opinionem eſſe com-
munem & veriorem: vt indiſtinctè non ſit minus le-
gitima. & licet in fine quæſtionis præfatæ aſſerat,
40 quòd † dotatio patris præſumitur legitima,tamen di-
cit ita expreſsè procedere,niſi de contrario adpareat
prout hic:& præmiſſa quatuor in dote conſtituenda
per patrem filiæ,ſatis conſideratè colligit & aduertit
Ioan.Lupi.in repet.capituli, per veſtras. in verſic. in
conſtituenda tamen dote, quam pater filiæ. & idem
ſequitur Caſſan.in conſuet.Burg.in verbo, des ſucceſ-
ſions.in verſic. tertius caſus. vbi nedum ſupplemen-
41 tum legitimæ † deberi dicit,verùm etiam & eius fru-
ctus:& loquitur propriè in terminis conſtitutionis,
in aliquibus.& ibi allegat elegans conſilium Sozi.nu-
mero 150.ij.volum.qui latè ad partes quæſt.examinat
quamplures famoſiſsimos doctores vltra lxxx. hanc
opinionem tenere, & ſecundum ipſam pluries fuiſſe
iudicatum: & quòd ita iudicaret in foro conſcientiæ.
Et ibidem in verſi.ad ſecundum.& ſimiliter dixit poſ-
ſe peti ſupplementum congruæ dotis.Et idem in for-
tioribus terminis dixit Corn.conſilio lxxvij. ſecundo
volumine.etiam ſi ſtatutum diceret, quòd filia debeat
eſſe dote contenta, qualiſcunque ſit dos, vt ſi minima
ſit dos, poſsit ſupplementum peti. quibus verbis defi-
cientibus habet ipſe pro abſoluto dotem deberi non
minus legitima: & ſimiliter quando congruè eſt dota-
ta, tunc eam excludi à ſupplemento legitimæ: vt di-
xit Curt.conſilio xj.quando in ſtatuto dicitur, quòd
nihil vlterius † peti poſsit,ſed ſit dote contenta, qua- 42
liſcunque ſit: aliâs quòd poteſt peti. & idem in for-
tioribus terminis conſuluit Alexand.conſilio ej.ſub-
dens iſtam eſſe communem opinionem: & iſtud pa-
ragium in caſu præſenti, in quo reperitur maritata,
† non poteſt eſſe minus legitima: & in non maritata 43
poteſt excedere:vt dicit Neapol.in conſuetudine, ſi
moriatur.verſicul.paragium.& Andr. in conſtitutio-
ne: aliquibus. Baldus nouel. in ſuo tractat. doti.xvj.
priuileg.circa finem.ſextæ partis.Deci.conſi. cclxxvj.
Ioannes de Arno.in ſingul.xxxv.Afflict.in locis præ-
allegatis.Deci.conſilio clx.Pariſi.conſilio xxvj.ter-
tio volumine,& conſilio xvj.& conſilio lxxviij. in ſe-
cundo volumine, † vbi dotem competentem eſſe 44
dicit, quando non eſſet minor legitima, & ſecundum
conditionem & morem patriæ. Curt. ſenior conſi-
lio xxxviij.& xxxix.vbi quòd poteſt excedere dos le-
gitimam,ſed quòd non poteſt eſſe minor.& idem te-
net in conſilio xxxvij.Loffr.in ſuo conſilio xxvj. verſi.
præfatis non obſtantibus.& ibi tenet paragium † eſſe 45
quotam hæreditatis loco legitimæ filiæ debitam: &
circa finem dicti verſicul.tenet non poſſe paragium
eſſe minus legitima. & allegat quamplura conſilia
Anchar.& Decij.& idem tenuit Salicet.in l.ſi ſeruum
veſtri.C.de noxalib.& in l.ſancimus. C.de nupt. Ale-
xand.conſilio vij.ibi:& ſecundam poſito quòd debe-
ret dos conſtitui. ſecundo volumine, & ibi † dicit, 46
quòd ſtatutum licet excludat à ſucceſsione, non ta-
men excludit à ſupplemento legitimæ.Idem tenet in
conſilio lxix.primo volumine, & ſequitur Sozin. in
conſilio elij.ſecundo volumine, & idem Alexand. in
apoſtil.ad Bald.in litera a.in l.finali.C.de dot.promiſ.
& iſtam opinionem dicit etiam in legendo Sozin.
eſſe communem, in l. hæredes mei.§.cùm ita. ver-
ſicul. item quòd filia. ff. ad Trebellian.& quòd iſta
opinio habetur pro canonizata, & quòd aliâs in ma-
gna cauſa in ciuitate Florent. in qua erant conſilia
doctorum totius Italiæ, ita fuit obtentum. Iaſ. in
authent.nouiſsima.C.de inoffic. teſtament. & in au-
thent. res quæ.C.comm.de lega.Bald.conſilio lxiij.
primo volumine. Alexand.in l.Gallus.§.& quid ſi tan-
tum.ff.de liber.& poſthum.reperio Salic.in ſuo con-
ſilio, incipiente: Petrus filium. qui locus fortè per
vnam ex partibus allegatur. ibi enim not. quòd niſi
ſtatuto expreſsè dicatur, quòd ſit dote contenta,
etiam ſi † eſſet minor legitima, quòd poteſt ſupple- 47
mentum peti. Patet in princip.quæſt. vbi præſuppo-
nitur,quòd filia iuſſa erat dote eſſe contenta. & in fi-
ne,vbi dicit Alexand.& hoc puto verum,quando ad-
paret ſtatutum voluiſſe excludere filiam à ſucceſsio-
ne,& eam eſſe dote contentam: quantumcunque eſſet
minor legitima:aliâs Alexand. eſſet ſibi ipſi contra-
rius,cum ibi dicat,quòd pluries pro hac parte requi-
ſitus noluit conſulere:quia eſt verum, vbi adſunt di-
cta verba:quòd ſit dote † contenta,aliâs vbique con- 48
ſuluit deberi ſupplementum legitimæ.d.conſil.vij. in
ſecundo volumine,& conſil.lxix.j.volum.& conſilio
cxxxiiij.vj.vol.& lxxxiij.iiij.volum.& pluries pro hac
parte refert fuiſſe deciſum tēpore Vrbani, in audien-
tia

tia Cardinalis Albanensis, & facit bene: quia sub ge-
49 nerali dispositione † non comprehenditur legitima,
nisi de ea specialis mentio fiat. l. si quando. §. & gene-
raliter. C. de inoffi. testa. Baldus in l. de his. C. de trans-
actio. vbi licet soror promiserit fratri plus non pe-
tere in assignatione dotis: sed esse illa dote cõtentam:
50 non † impeditur petere supplementum legitimæ, si
dos non applicabit ad eam: cum non fuerit legitimæ
renunciatum: & ita fuit aliàs iudicatum in sacro Re-
gio Consilio, referente magnifico Ioan. Thomasio de
minadois, in causa magnifici Iacobi protonobilissi-
mi, & in causa honestæ mulieris Consulatæ episcopæ,
referente magnifico Mario Sazo, regius consiliarius.
Nec haberet in aliquo obstare consilium Deci. xxvj.
nec aliud cõsilium Paul. cviij. sed est consiliũ cclxxv.
in septimo dubio. in primo volum. quibus videtur
innui, quòd dotata à patre præsumatur congruè do-
tata, nisi ex magno excessu manifestè adpareret con-
trarium: ita quòd dolus patris posset redargui: sæpe
enim parentes malignè se habẽt erga filios. l. iiij. ff. de
inofficio. testam. Nam ex magno excessu patrimonij
3000. ducatorũ, & etiam scilicet decem mille, in vnica
filia congrua dos esset duc. 2000. vt considerat Paul.
de Castro in consilio cclxxv. quod allegat Decius. in
præfato suo consilio. primo volum. Secundò, exclu-
ditur præsumptio boni consilij paterni pro filia, &
per consequens, quòd ex charitate paterna præsumi
debeat congruenter dotasse: nam habita ratione ad
auidam & tenacem ipsius patris auaritiam iam noto-
riam, intantum quòd nedum ipsi filiæ, sed etiam ma-
sculo, ac etiam sibimetipsi deficiebat in necessarius,
veluti in indumentis, & diuturno victu. Item in con-
silio Pauli de Cast. concurrebant aliæ fœminæ vltra
51 masculos: hic verò vnica filia † & vnicus filius, & con-
sequẽter pinguius dotari debet: vt non sit minus legi-
tima. Ita considerat Corn. consil. 100. in iiij. volum. &
etiam Bald. per eadem verba in consil. lxvij. versi. ca-
pitulum. de patruo. & consil. cccxxiij. j. vol. Paulus de
Castro. in consil. cclxxv. & Bar. consi. xxxiiij. vbi pro-
priè loquitur in consimili Frãcisca filia, & existente
vnica filia cum alio vnico masculo. Tertiò, ibi erat
renuntiatio iurata, à quo iuramento non fuerat abso-
luta: & veniebat tantum ex capite enormis læsionis:
& sic ibi vi renuntiationis excludebatur etiam à sup-
plemento legitimæ: & sic cum renuntiauerit exclusa
52 adparet. Quinimò quando † non teneret renuntiatio,
vt quia per errorem, vel metum, & tunc succurretur
mulieri: vt ibidẽ tenet Deci. circa fi. Sed in casu præ-
senti non fuit renuntiatum legitimæ, nec eius supple-
mento, & fuit etiam absoluta. Quartò, in casu Decij
dos erat congrua, & non ita amplum patrimonium:.
& tamen excipit ibi Deci. quando esset maximus ex-
cessus hic clarè demonstratus: quinimò dolus cum re-
uerentia patris: & inde motus cõscientia, dicere plu-
ries auditus est in morte sua velle omnia supplere in
testamento, quod facturus erat: & magis attendenda
est consuetudo generalis, quàm solius patris: vt dicit
Baldus in consilio ccclxxxvj. in iiij. volu. vbi propriè
loquitur in patre dotante. & ibi declarat quòd para-
53 gium consideratur, attenta † qualitate personæ, &
conditione quantitatis patrimonij, & numeri libero-
rum. l. si filiæ. ff. de lega. ij. Nec vltra præmissa videtur
obstare posse eidem Frãciscæ renuntiatio facta patri,
cum ex causa enormissimæ læsionis ex beneficio le-
gis, mulier iurans poterit contrauenire: vt consuluit
Cornel. consilio clxxxix. & consilio ccxiiij. versiculo,
his non obstantibus. in tertio volum. & plenè in con-
silio clxvj. primo volum. versiculo, bis non obstanti-
bus. iij. volum. Sozi. in consilio cclxvj. versic. postre-
mo. vbi etiam dicit non requiri probationem mina-
rum. & in consilio celxiij. secundo volum. & consilio
ccxx. eodem volum. Deci. consilio clxxx. & consilio
cccccxcvij. & melius in consilio cciij. vbi etiam quòd
transactio † iurata rescinditur ratione enormis læsio- 54
nis. & consilio lx. in fi. Curti. iunior consilio cxlj. ver-
siculo, præmissis. Alexander copiosè in consilio cj. &
cxxxix. Cagno. in repet. legis, si quis maior. versic. sed
quid si iurasset. C. de transa. Ancha. in repet. capituli:
canonum statuta. xj. principali articulo. versic. quid
dices de iuramento. extrà de constit. Ancha. in consil.
ccxxxx. in fi. Iason in l. si pacto, quo pœnam. in fi. ver-
sicul. extrà gloss. C. de pact. Barba. consilio lx. secundo
volumine. in fi. tertij dubij. Abbas in cap. cum causa.
in fin. extrà de emptio. & vendi. & in capit. cum con-
tingat. & ibidem Antonius de Butr. de iureiur. Affli.
in sua Decisione cccxxij. quantum verò ad Marcum
Antonium. & est bonus text. in particulari in l. cum
minor xxv. anno. ff. † rem ratam haberi. vbi loquitur 55
in fortiori casu, vt non teneatur promittens alium
ratum habiturum, quando ille contrauenit ex capite
restitutionis in integrum: quia enormissimè læsus, vel
ex falsa causa: fortius non tenebitur vir: cum licet ad-
impleuerit, tamen contrauentio vxoris oritur ex cau-
sis præfatis: vltra præfata, extra capitula matrimonij,
promiserat hic notarius Ioannes præfato eius genero
& filiæ † alimenta & habitationem: & licet non de- 56
clarauerit pro quanto tempore, tamen intelligitur
eorum vita durante: per textũ in l. cum hi. §. modus.
ff. de transact. ibi: constat enim alimenta cum vita fi-
niri: & habetur in l. firmio. in fi. quando dies lega. ce-
dit. & Afflict. in constitutione: comitibus. de adiuto.
promissi fra. ver. octaua dubitatio. in versicu. xij. quæ-
ro. & propriè in habitatione simpliciter promissa, est
text. iuncta glo. in l. si habitatio. §. vtrum. ff. de vsu &
habita. & facit l. fin. C. qui non possunt ad liber. perue.
& probat text. in l. cum quidam. & in l. annua. in fin. ff.
de annua. legat. ibi non esse verisimile de vno anno
sensisse testatorem, sed perpetuò deberi. Nec obstat,
si diceretur quòd discessit à domo patris, in cuius
domo alimenta præstari debebant, quatenus fortè de-
berentur: nam imò debebantur † in domo ipsius filiæ, 57
vt ipsa prætẽdit, & viri: quibus promissa fuerant. Tex.
est secundum quod intelligit Ray. & Barto. in l. liber-
tis. §. Lucius. ff. de alim. lega. l. annua. in princ. ff. de
annu. leg. glo. in dicta l. j. C. de leg. Dyn. in regula: im-
putari. extrà de regul. iur. in vj. & ita per multa tenet
Iason in l. cum hi. §. vult igitur. ff. de transact. & Andr.
de Iser. in constit. comitibus. imò & fortius ipsis pro-
missis in domo promittentis præstari, quando in ea
commodè morari seu alimentari non posset, vt ex lo-
co arcto, seu ex facto & moribus soceri, deberentur
† in domo alimentandorum. Textus est in l. qui con- 58
cubinam. §. vxorem. ff. de leg. tertio. & in l. Caio Seio.
§. Imperator. ff. de alim. & ciba. leg. & in l. Meuia. ff.
de annua. lega. & satis plenè Specul. in titu. qui filij sint
legitimi. versiculo: quid si dixit in testamento. Quæ
omnia concurrunt in casu præsenti, vt ex probatio-
nibus liquet: vnde adparet præfatum socerum, & suc-

cessiuè hæredem, teneri ad præterita, & etiam futura
alimenta: per textum. in l. libertis, quos. §. manumissis.
ff. de alim. & ciba. lega. vbi rex. decernit præterita ali-
menta deberi: licet per annos xviij. nec præstita, nec
petita fuissent. & est etiam text. in l. quæsitum. cum ibi
not. de vsufru. & in l. qui vsumfructum. §. fin. ff. de vsu-
fructu: iuxta text. in l. vinum. ff. si certum petatur. & in
l. in hac. ff. de tritica. vnde debet filius Ioãnis Carolus
quærere exonerationẽ paternæ conscientiæ, cum dici
59 possit patrem † peccasse, dum filiæ integrã legitimam
non reliquerit: vt inquit Ioannes Fab. in §. intestato-
rum autem. instit. de hære. quæ ab intesta. deferuntur,
vltra quòd promisit ipsam filiam & virum alimenta-
re, & in domo tenere, vt petitum est: quod proculdu-
bio adimpleuisset, si testari potuisset: & sic censetur
voluisse, quòd filius faciat post eius mortem. l. cum
seruus. ibi: quòd ipse viuus facturus sit, ab hæredibus
satisfieri suis imposuisse intelligitur. ff. de condi. & de-
monstratio. & plenè Decius in consilio ccclxxvj. Pro
parte verò Ioannis Caroli fratris, & partis aduersæ
præfatæ Franciscæ adducebantur contra præmissa, ꝙ
60 † virtute dictæ constitutionis regni, in aliquibus. &
consuetudinis Neapolitanæ præallegatæ, si moriatur
aliquis, à parentum successione excludantur, stantibus
masculis: dummodo de paragio dotatæ fuerint: &
sic pariter exclusæ à legitima intestati censeri debẽt:
vt inquit consulendo Angelus in suo consilio cv. sta-
tuto cauetur: Paulus de Castro, consilio cxviij. si do-
mina Cornelia. & consilio cxxxv. viso puncto. & fir-
mat Alexander: post alios, in l. Gallus. §. & quid si tan-
tum. ff. de libe. & posthu. vbi subdit nunquam consu-
lere voluisse pro parte contraria, licet pluries requi-
situs: & tradit Sozi. in consil. cclxxxviij. cum sequen.
secundo volu. vbi subdit, hanc esse communem opi-
nionem. cum aliis allegatis per Deci. cõsilio xxvj. vbi
idem testatur de communi opinione: & latius in cõsil.
cclxxvj. & plenè materiam exorditur Aymõd. Craue.
in suo consilio xj. & vltimo Campez. in suo tractã. de
priuilegio dot. in quinta parte tract. Secundò addu-
61 citur, quòd fauore † agnationis & familiæ, quæ per
masculos conseruatur, potest statutum in totum legi-
timam tollere, nedum minuere ex causa. l. j. §. penult.
ff. de vent. inspi. Ita Baldus in l. cum lege. C. de episco.
& cler. dicens ita seruare consuetudinem per totam
Italiam. & plenè Cur. iuni. multa referens in suo con-
silio x. licet ab alimentis excludere non possit. & ita
tenet etiam Baldus nouel. in suo tractatu doti. in vj.
62 parte. in xvj. priuile. quòd † in terminis huius statuti,
dos quæ debetur filiæ exclusæ arbitrio boni viri, de-
bet potius commensurari ad alimenta, quàm ad legi-
timam: & ideo cum constitutio regni, & consuetudo
Neapolitana excludant filiam à successione paterna,
videntur etiam ipsam à legitima excludere: tamen
disponunt, vt secundum paragium frater eandem do-
tare teneatur, seu alter masculus successor: & para-
63 gium non erit propriè legitima, sed † collocatio filiæ
in matrimonium suo æquali seu pari, cõsiderata qua-
64 litate personarum, & regionis † consuetudine. Hinc
paragium dicitur, parium gestus, id est, vt filia nubat
secundum pares suas: & est quid diuersum à legitima:
quia illa est limitata & certa sine personarum distin-
ctione, authentica nouissima. C. de inoffic. testa. Dos
autem secundum paragium est incerta: regulata tan-
tum à qualitate personarum, & locorum consuetu-
dine. Et pariter legitima non est debita filiis † in vita 65
patris, sed post mortem. l. cum quæritur. C. de inoffic.
testa. & in authen. de trien. & semis. §. primo. Dos au-
tem de paragio est debita, etiam in vita patris: per l.
fin. C. de doti. promiss. ad quod pater etiam officio
iudicis compelli potest: per l. qui liberos. ff. de ritu
nupt. Item in bonis fratris, sorori non competit legi-
tima regulariter. l. fratris. C. de inoffic. testa. & tamen
frater tenetur dotare sororem. l. cum plures. ff. de ad-
mit. tut. & declarat Neapol. in præfata sua consuet. si
moriatur. in ver. paragium, & in terminis constitu-
tionis: in aliquibus. plenè Decius in suo cõsilio xxvj.
& ibi subdit paragium non importare legitimã. Vnde
ex præmissis resultat opin. Sali. in authen. res quæ. se-
cundo no. C. commu. de lega. dum vult dotem, quæ
filiæ exclusæ ex forma statuti debetur, non debere esse
minus legitima, sequeretur absurdum, quòd pater in
vita teneretur filiæ assignare legitimam. Cuius con-
trarium tenet Angelus, quem omnes sequuntur in l.
Cornelia. ff. de vulga. & pupilla. cùm filiæ nullum ius
† in legitima competat in vita patris, vt ibi not. Bald. 66
in l. quamuis. versi. extrà quæritur. C. de fideicommis.
cum simi. & sic si congrua dos æstimari deberet vsque
ad legitimam, frustra esset dicta communis opinio
Doctorum. Vnde esset lex ipsa imposita verbis, & non
rebus. contra l. j. C. commu. de legatis. & quòd dos de
paragio non debeatur correspectiuè ad legitimam,
patet: nam si aliàs filia æquali nubere non posset, de
iure posset consequi integram portionem debitam
ab intestato: vt per Andræam, in dicta constitutione:
in aliquibus. & dignitas & qualitas personarum facit,
quòd dos congrua contra mandatum testatoris con-
stituatur vltra legitimam: vt in dicta authen. res, quæ.
cum ibi not. C. commu. de leg. Idem etiam contra esse
debet, videlicet, quòd qualitas personarum & patri-
monij & consuetudo loci operetur vt dos cõueniens
esse dicatur, etiam citra legitimam: cùm in vtroque
eadem ratio, ergo idem ius. vulg. l. illud. cum simil. ff.
ad legem Aquil. per quæ & alia, ita consuluit in spe-
cie Sozi. consilio cclxxxviij. circa primum. in secun-
do volumine: vbi subdit, quòd semper visum fuit sibi
vnum somnium, & quòd † vehementer errarent di- 67
centes, quòd bonus vir non debet arbitrari, quòd dos
congrua sit minus legitima: & ponit exemplum in
Laurentio Medices, qui ferè trecenta millia floreno-
rum habebat in bonis, quòd si vnicam tantum filiam
haberet, & fratres, à quibus fuisset exclusa, dicendum
non esset, quòd dos congrua eo casu ascendet ad cen-
tum mille florenos, quas dotes vix Reges cõstituunt.
Idem, si esset vnus rusticus diues in x. mille. cuius pa-
res consueuerunt dare in dotem centum vel ducen-
tum aureos, si haberet vnicum filium & filiam, dice-
rem hoc casu dotem congruam filiæ esse duorum vel
trium millium ducatorum: & sic respectiuè ad legiti-
mam. Idem econtrà in nobili habente multos filios,
& patrimonium paruum, quòd si haberetur respectus
ad legitimam filiæ competentem, vix pauperi rustico
nubere posset: nonne arbitranda esset dos conueniẽs,
vt condecenter nubere posset, non habita ratione le-
gitimæ? Ita etiam peroptimè declarat Albertus Bru.
in tracta. de exclusi. fœmi. ix. articulo. & aliquid per
Andræam, in dicta cõstitutione: in aliquibus. Et dato
absque veri præiudicio, quòd opinio Sali. & sequa-
cium procederet, intelligi sanè debet, dum filia dota-
tur à

tur à fratre, vel aliis post mortem patris: de quibus
lex non ita confidit: tunc forsan tolerandum esset ar-
bitrium boni viri versari, vt dos ipsa constitui debeat
respectiuè ad legitimam & patrimonium patris, per
text. in l. quæro. & in l. cum post. §. gener. ff. de iure do.
& in l. filiæ. ff. de lega. iij. & in dicta constitutione: in
aliquibus. & in consuetudine Neapolitana allegatis,
id est, secundum paragium & facultates: quæ iura
propriè loquuntur, quando filia patri in capillo su-
perstes, post eius mortem nuptui traditur à fratre, pa-
68 truo, vel nepote, aut tutore: sed si † ab ipso patre filia
maritatur: reseruatur à iure eidem patri arbitrium in
constitutione dotis: cum nemo alius bonus vir me-
lius arbitrari possit pro filia, quàm pater ipse. l. nec
in eadem. ff. de adulte. cum nullus amor vincat pater-
num. l. fina. C. de cura. furio. & quod patri visum est
competens, non debet alteri incompetens videri. l. si
furioso puberi. ff. eodem titu. vt pater suarum rerum
moderator & arbiter possit pro filia dotem pro suo
arbitrio constituere: licet non respectiuè ad eius pa-
trimonium. & longè minus legitima: cùm sit etiam
ab ea exclusa existentibus masculis, cum possit pater
bona, maximè per ipsum quæsita, pro libito alienare,
etiam vsque ad abusum. l. sed & si lege. §. consuluit. &
l. si quid possessor. §. sicut. ff. de peti. hæred. ne aliàs di-
camus interdici ingenuis hominibus liberã suarum
rerum administrationem. l. non vsque adeo. ff. si quis
à part. fuer. manumi. possétque filia præmori. & bona
ipsa paterna minui vel amitti superstite patre. Bald.
in l. quamuis. in fin. C. de fideicommiss. Alexan. in con-
silio clxxxj. quinto volum. Ergo cum non possit legi-
tima considerari in vita patris, nec etiam plus respe-
ctiuè ad legitimam, quæ nulla est. argu. l. in testamen-
to. ff. de condi. & demonst. per quæ ita in indiuiduo
in specie consuluit Paul. de Cast. consilio cviij. secun-
dum vnam impressionem, aliàs cclxx. super primo
quæsito. in secundo & tertio dubio: & in cõsil. ccccxx.
visis & ponderatis. cum consilio sequen. in nouis. &
tandem concludit filiam à patre dotatam, minimè
69 petere † posse supplementum dotis: cum si fuerit à pa-
tre dotata & constituta dos, quæcunque sit, censetur
congrua ex præmissis. & idem refert & sequitur Alex.
consilio xxxiij. iiij. vol. Corne. consil. cvij. in hac con-
sultatione. ij. volu. Sozi. plenè in consilio cclxxxviij.
secundo vol. Curti. senior. consil. xlv. statuto &c. ver-
sicu. venio ad tertium articulum. Baldus in l. scimus.
in fin. princip. C. de inoffic. testa. Idem Bald. & Paulus
de Castro in authent. res, quæ. C. commu. de lega. &
idem autoritate præfatorum, in terminis constitu-
tionis regni consuluit Deci. in præfato consilio xxvj.
vbi concludit, quandam dominam Franciscam de
ciuitate Aquilæ, à patre dotatam in mille, non debuis-
se admitti ad supplementũ legitimæ siue paragij stan-
te dotatione paterna: licet dos longè minor legitima
fuisset, & facultates paternæ satis pingues: quia satis
est illam fuisse maritatam secundum paragium suo
pari & condecenter: & quòd consecuta sit congruam
dotem, secundum qualitatem personarum, & morem
regionis: iuxta tenorem cõstitutionis regni: quæ nihil
aliud requirit, nisi quòd filia de paragio nubat: & idẽ
duplicat in suo consilio xxxv. ad fi. & in consi. lxxxix.
in fin. & consilio clxxxj. & ita etiam firmat Afflict. in
dicta constitutione: in aliquibus. versic. sed an pater.
& Marant. in disput. x. numero 11. versic. limita mul-
tum singulariter. & nouissimè Parisius Cardinalis di-
gnissimus. in suo consilio xxvj. numero 88. & sequen-
ti in tertio volumine. Sed cum in casu probatum sit
consimiles dotes inter consimiles personas, multum
enim consuetudo hæc inter ciues attendenda est, vt
bene considerat Cornel. in suo consi. cxv. in hac con-
sultatio. tertio volum. & in consilio cvij. secundo vol.
vbi dicit, quòd licet aliàs consueuerit tenere opinio-
nem Salyc. tamen vbi mos regionis esset in contra-
rium, tenet indistinctè illum esse attendendum: om-
nino dando hoc temperamentum opinioni Salyc. &
ita semper consuluisse, vt patet ex aliis eius consiliis.
& ita etiam tenet Brun. in tractatu exclusi. fœmi. ix.
articulo in fine. & certè si contrarium attentaretur,
totum ferè regnum, nedum ciuitas, discordiis subuer-
teretur. vnde præsupposito, vt suprà, quòd filiæ præ-
fatæ non debeatur legitima, cum ab ea exclusa sit per
constitutionem & consuetudinem, & congruè dotata
pariter à supplemento legitimæ exclusa sit, vt suprà
retuli: & sic si non datur pro existentia legitimæ, quo-
modo poterit competere supplemẽtum legitimæ? ita
optimè per plura considerat & firmat Angel. in dicto
suo consil. cv. statuto cauetur. refert & sequitur Sozi.
in dicto suo consilio cclxxxviij. secundo volum. Nec
militaret, † quòd congruentia dotis, etiã à patre data, 70
debet considerari ad bona, quæ remanserunt tempo-
re mortis patris, quo casu arbitrio boni viri debet
commensurari ad legitimam: vt videtur voluisse De-
cius in consil. cclxxvj. post Bal. nouel. in tracta. doti.
in vj. parte. xvj. priuil. Paulus de Castro. consi. cxxxj.
licet illa domina Lisa &c. quia Decius loquitur con-
tra communem & veram opinionem, de qua suprà,
quòd quando dotatur in vita patris per ipsum, quo
tempore nulla consideratur legitima, maximè in filia
exclusa per constitutionem regni, semper censetur
congruè dotata: & de congruitate nullatenus cõqueri
potest per præmissa: loquitur etiam † præsupponen- 71
do filiam fuisse satis incongruè dotatam & incompe-
tenter: quo casu dato tam maximo excessu, dicit sal-
tem iudicis officio ipsi filiæ succurrendum: vt etiam
innuit Paul. de Cast. in dicto consilio cviij. aliàs cclxx.
super primo quæsito. exemplificando in patre haben-
te x. mille in bonis, & dedit ducẽtum in dotem: quod
non est hic: nam vt suprà ostensum est, bene procedit
dicta communis opinio, ita quòd non est opus recur-
rere ad arbitrium alterius boni viri, cum satis pater
in vita conuenienter prouiderat filiæ. Præterea De-
cius allegando Bald. nouel. loquitur, nedum quando
dotatio fuisset nimis indiscreta & minima: sed etiam
quando facultates paternæ auctæ fuissent. Primo casu
loquitur Baldus nouel. & aliter tenet cum opinione
communi: quam etiam firmauit in dicto consil. xxvj.
& aliis suprà allegatis. quamuis in hoc nec Bal. nouel.
nec Decius bene sentirent, cum, vt suprà fundaui in
dotatione facta à patre in terminis dictæ constitutio-
nis & consuetudinis Neapol. sic habetur respectus ad
patrimonium: sed tantum ad ipsam collocationem
filiæ de paragio: & licet dubium sit, an † quando pater 72
in vita assignauit filio legitimam, si tempore mortis
reperiuntur auctæ facultates, possit filius petere sup-
plementum legitimæ, habito respectu ad facultates,
quæ sunt tempore mortis? & per Iacob. But. & Bald.
in l. pactum. C. de colla. attamen quando dos datur à
patre viuente, maximè vbi excluditur à successione

ex forma statuti: tum quia ei legitima non debetur: tum quia tenetur dotare in eius vita, illud tempus attenditur, & non mortis, & si pater eo tempore congruè dotet, semel fuit liberatus: meritò obligatio semel extincta, non poterit reuiuisci, per iura vulga. secus in legitima, quæ debetur filio, considerato tempore mortis. ita formaliter respondet Carolus Ruin. in dicta l. Gallus. in §. & quid si tantum. numero 1. in fin. ff. de liber. & posthu. & pariter nec obstat decisio Paul. de Cast. in dicto consi. cxxxj. licet quia ibi loquitur, quando fuisset à patre maritata, nulla dote constituta: tunc nulli dubium, quòd post patris mortem filiæ debetur aliquid pro dote, arbitrio boni viri: vt optimè concludit in illis terminis Paul. ibi. & ita formaliter etiam respondet ad illud consilium Afflict. in dicta constitutione: in aliquibus. versic. an autem pater. & Rom. in loco præfato. ex quibus non obstante consideratione Decij in dicto consilio cclxxvj. præfata communis cõclusio firma remanet. Præterea excluditur etiam præfata magnifica Francisca per eius propriam confessionem iuratam, dico renuntiationem, & etiam à supplemento paragij seu legitimæ: per text. in capit. quamuis. de pact. & ibi doctor. in vj. & consuluit Decis. in dicto consilio xxvj. cum infinitis allegatis per eum. Vnde stãte Aquiliana stipulatione, & acceptilatione in instrumẽto renuntiationis præfatæ, per quas excluditur à iure renuntiatione & acceptilatione extincto, non poterit habere regressum ad ius extinctum, vt consuluit Roma. consilio xxij. Præterea, sicut quando statutum excludit filiam dotatam: & mandat eam dote contentam, nihil plus petere posse, filia de modicitate dotis, quæcunque sit, non potest vlterius conqueri, vt plenè Curt. iunior in suo consilio xv. multos refert. Ita & pariter, quando dote recepta renuntiauit promittẽdo aliquid vlterius non

73 petere: & etiam Aymo. Craue.† dicit in suo consil. xj. nume. 14. Nec dici posset renuntiationem hanc non repellere renuntiantem, vt enormiter læsam: secundum opinionem Ancha. in regula. accessorium. & in cap. primo, de constit. præsertim cùm ex renuntiatione præfata dolus arguatur: imò & metus reuerentialis, secundum Paul. de Castro in consilio clxx. contra superius consulta. & sequitur Decius in capit. causam matrimonij. de offic. deleg. cum non habeat hoc locum in maiore renuntiante cum iuramento, prout in casu, in quo sumus: & hoc secũdum communem opinionem, per text. in dicto cap. quamuis. & in authent. sacramenta puberum. C. si aduer. vendi. & in l. secũda. C. de rescin. vendit. & in capit. primo, & secundo, de emptio. & vendit. cum relatis per Alex. in consil. xlij. primo volum. & Curt. senior in consilio xliiij. & consilio lxvj. Item, si rectè consideretur in filia exclusa à

74 statuto, non potest † considerari talis læsio sufficiens ad rescissionem renuntiationis factæ, cum in ea non habeatur ratio successionis aut legitimæ ex præmissis, sed duntaxat ad congruitatem dotis de paragio, in qua in casu præsenti non potest dici, imò nec cogitari læsio vltra dimidiam, sed nec etiam in vno nummo. ita formaliter respondet Decius in præfato consilio xxvj. in fin. & in consilio clxxxj. imò etiam vbi læsio prætenderetur circa successionem paternam, tamen quia filia ipsa renuntiauit penes patrem tunc superstitem, quo tempore nullum ius formatum filiç competebat, dicta l. prima. §. si impuberi. ff. de colla. bono.

consideratóque euentu dubio, cum potuisset filia ordine turbato præmori, & pariter facultates paternæ forsan aduersante fortuna diminui, & sic stante re dubia, nulla potest læsio prætendi, per plenè not. in l. j. C. de pact. & in l. de fideicommisso. C. de transact. & sic filia etiam minor non excluderetur. ita ad literam firmat Paulus de Cast. in dicto consilio clxx. contra superius consulta. in fin. Cæpo. consilio xxij. versiculo secundo modo potest. & optimè Ripa in libro iij. responsi. capite xv. versi. non obstat. itaque prima ratio. in titu. de donat. & Gradi. subdens formaliter infrà scripta verba: non obstat itaque prima ratio fundata in dicto cap. quamuis. quod habet locum etiam in renuntiatione gratuita, secundum communem sententiam doct. quia respondetur, quòd loquitur in renuntiatione hæreditatis paternæ facta ipsi patri viuenti, & sic in renuntiatione iuris consistentis in sola spe, per quam non poterit filia renuntians dici læsa: cum accidere potest, quòd nihil consequatur, vt quia præmoriatur. l. nam & si parentibus. ff. de inoffi. testa. vel quòd pater facultatibus labatur, vt suprà dictum est: & prout Paul. de Cast. aduertit, & considerat in præfato consilio clxx. subdens, quòd multum refert, an per renuntiationem in patrem præiudicetur minori in hæreditate iam acquisita, an acquirẽda: nam quando filia remittit patrius succedendi, non iniuriatur à patre, cum non habeat patre viuẽte aliquod ius formatum in eius hæreditate: quæ ratio cessaret in renuntiatione iuris iam acquisiti: nam enormis læsio duntaxat dicitur, quæ ius quæsitum tollit, non quæ inti quærendo derogat. l. si sponsus. §. si maritus. & l. fina. ff. de donat. inter virum & vxor. & plenè Alexan. consilio xij. versic. sed præfatus. cum simili. ex quibus ita nouissimè cõsuluit Aymon. Craue. consilio cxiiij. numero 11. cum sequenti. & Cardin. Parisien. consil. xxvj. nume. lxxxj. tertio volum. Nec suffragatur, quòd huiusmodi renuntiatio processit ex metu reuerẽtiali, ac minis paternis, per dictum capitulum: quamuis, cum vulg. & licet non probetur concludenter, tamen cum fuerit congruè dotata, de iure & honestà debet esse dote contenta sibi assignata, & paterno iudicio acquiescere: cum nullam iustam causam cõtradicendi habuerit, nec læsionem prætenderet. Vnde habetur pro consentiente. Ad text. in l. secunda. §. ad voluntatem. & in l. si cum dotem. §. eo autem tempore ad fi. & in l. dotem. cum vtrobique not. ff. sol. matri. Quinimò & si coactè renuntiasse prætẽdatur, cum fuerit actum id, ad quod de iure & honestate tenebatur, ex præmissis minimè conqueri potest: argumento tex. in l. fin. in fin. ff. quod metus causa. Concurrente insuper, quia ab eo tempore vsque ad præsens fuerunt multa matrimonia contracta inter filias procurarorũ cum doctoribus similibus, & non minoris conditionis & gradus, cum simili dote ducatorum octingentorum, patribus ipsas dotantibus, vt fuit in filia egregij Iulij vicedomini, nupta magnifico Ioanni felici Scalaleone: & in filia egregij Francisci Barba, nupta magnifico Ioanni Anto. Brancaleoni. Ad Andræ. in constitutione, in aliquibus. & ad Marin. de Caram. in constitut. vt de successionibus. in verb. coniugatæ. & ad Neap. in consue. contra instrumentum: qui videntur tenere, quòd filiæ debeatur huiusmodi supplementum paragij, vbi filia fuisset incompetenter dotata, & quòd si renuntiauit patri, & cum iuramento, non impediatur

diatur agere ad ſupplementum : maximè vbi dotes
maternæ fuiſſent amplæ: vt ibi per Neapolit. reſpon-
detur, cum conſil. Baldus ccccxxviij. cùm in cauſa Pi-
ſani conuentus. tertio volum. vbi poſtquam firmauit
filiæ dotatæ non competere ius contra teſtamentum,
& diſpoſitionem paternam, cùm ei nulla fiat iniuria
à patre, in cuius bonis filiæ non competit legitima
propter excluſionem ſtatuti. ex cuius forma omnis
ſucceſsio defertur filio maſculo: in quem pater etiam
decedens ab inteſtato diſponit: vulg. d. l. conficiuntur.
C. de iure codi. Et quòd filia de patre conqueri non
poteſt, ſed potius de ſtatuto, eleganter ſubdit, quòd
ſtatutum ipſum facit teſtamentum patris, pater au-
tem eſt ipſius ſtatuti executor: & demum in verſiculo,
quæritur. ſecundo reſponſo. ſubdit formaliter. Quæ-
ritur ſecundò, nunquid cum Thora fuerit dotata in
minori quantitate, quam Gemma, & filiæ naturales
quondam Ioánis, Domina Ioannina filia Thorę poſ-
ſit dici dotata: cum reſpectu aliarum duarum, non vi-
deatur ſufficienter dotata: ac etiam attentis faculta-
tibus Coſcij. quæ maximæ fuerunt. An videatur non
excluſa, eò quia non dotata, vel ſaltem locum habeat
doris repletio, quaſi ſtatutum de replẽda dote videa-
tur intelligi cauſaliter, puta de dotata ſecundum fa-
cultates patrimonij. Ad quod dubium reſpondendo,
concludendum eſt, vt ſuprà, eámque dominam rectè
appellari dotatam, quantum attinet ad propoſitum,
cùm fuerit arbitratum ad laudum patris dotata. Pro
quo in dubio præſumitur: argumen. ff. de tutor. & cu-
rato. dat. ab his. l. ſcire oportet. §. ſed & ſi quis. in prin.
ff. quod metus cauſa. l. iſti quidem. §. fin. cum ſimil. par
enim affectionis cauſa in patre. ſuſpicionem fraudis
remouet. ff. de rit. nupt. l. penulti. §. primo, nec quæri
debet de Thora, ſi eſt debitum veriſimiliter conſecu-
ta: quod aliis parens plus debito gratis contulerit: vt
in authentica. de nupt. §. illud quoque. maximè cùm
ſtatutum Piſanum arctet patrem ſimpliciter de do-
tando, non expreſſa certa quantitate. Sufficit ergo
quòd ſit filia dotata: nec curandum ſit de modo: cum
ſatis ſit deſeruire verbis edicti. ff. de exercitatoria. l. j.
§. ſi is, qui nauem. nec aliquo iure pater filiabus cogi-
tur æquales dotes diſtribuere, imò poteſt inæquales
ex perſonarum diuerſitate, quibus cõtingit filias col-
locare: cùm dos conſtitui debeat etiam ſecundũ con-
ditionem viri: & maior debet conferri nobili, quam
ignobili: vt ff. de iure dot. l. cum poſt. §. gener. & C.
de dot. promiſſ. l. ſi voluntate. & ff. de verbor. oblig. l.
75 diuortio. Amplius eſt, † quòd facultas patrisfami. non
æſtimetur tantummodo ex cumulo patrimonij, ſed
ex qualitate perſonarum & conditione: vt dicit opti-
mè Bartolus in l. ſecunda. ff. ſolu. matrim. Quia igitur
Thora dotata, videtur ſtatutum de ſucceſsione ab in-
teſtato de ipſa loqui: & fruſtra ex ſui perſona repletio
poſtulatur, vt not. Dyn. de lega. iij. l. Lucius. Hæc Bald.
ad literam: cuius verba inſerere volui, quia vix eius
conſilium reperitur, propter impreſsionum varieta-
tem, cuius authoritas iura, rationéſque proculdubio
decidunt caſum noſtrum: maximè attenta conditio-
ne viri ipſius Franciſcæ: qui quidem firmari non po-
teſt meruiſſe maiorem dotem, cùm etiam minorem
receperint, ſeu conſimilem alij doctores ſuprà nomi-
nati eiuſdem conditionis. Item Andreas in dicta con-
ſtitutione, in aliquibus, non figit pedes, & ſine lege lo-
quitur. Sed tãtum refert ita not. Carol. in Longobar.
in l. ſi pater filiam. de ſucceſsio. & in l. prima. de eo,
quod pater filię. qui Carolus ſi rectè inſpiciatur, tenet
totum contrarium : nam in dicta l. ſi pater, la prima.
vbi tex. dicit, quòd filia debet eſſe cõtenta de eo quod
recepit die nuptiarum. Oppo. de l. prima, de eo, quòd
pater fili. vbi pater non poteſt defraudare filiam ter-
tia portione: & reſpondet, quòd tex. in dicta l. ſi pater.
loquitur, quãdo pater decidit cum filio maſculo: quo
caſu filia debet eſſe dote contenta, nec poteſt petere
ſupplementum: text. autem in dicta l. j. loquitur, quan-
do pater decedit ſine filiis maſculis: ſed extraneo hæ-
rede inſtituto: quo caſu non poteſt defraudari legiti-
ma, & peti ſupplementum, & ita intelligendus eſt
And. Prætereà And. ſe remittit dictis ſuprà in ea con-
ſtitutione † per eum, ac etiam dicendis inferius: vbi in 76
verſic. nos dicimus, in dando paragium non attendi
quantitatem valoris portionis tertiæ vel dimidiæ: &
ſic reſpectiuè ad legitimã: ſed illam quantitatem, per
quam poteſt pari nuberi. & ibi ſubdit optima exem-
pla: vnde demonſtratum eſt in facto, dictam Franci-
ſcam nupſiſſe ſuo æquali: ergo de ſupplemento petito
non eſt tractandum. quãdo ergo filia nubit pari, non
poteſt dici recepiſſe dotem minorem paragio, ſi eſt
minor legitima, poſtquam And. reſidet in hoc, quòd
paragium non cõmenſuratur cum legitima, ſed con-
ſtituitur ſecundum qualitatem & conditionem per-
ſonarum: & eadem ratione tollitur dictum Marinũ
quia ſimpliciter refert not. per Carolum in dicta l. ſi
pater filiam. & eius dictum intelligitur, prout ſuprà
dictum eſt: vt And. in loco præallegato. ſimiliter Nea-
pol. in dicta conſuetudine: contra inſtrumentum vi-
detur prima facie ſatis aduerſari. Sed ſi rectè & me-
dullitus ponderetur, retorquetur in cõtrarium: nam
Neapolit. in illa conſuetudine: quid ſi filia. loquitur
retentis terminis præcedẽtis quæſt. quæ incipit, quòd
ſi pater. ſed in præcedenti quæſt. Neapol. dicit, quòd ſi
filia minor quietaſſet patrẽ de dotibus maternis cum
iuramento, ſi eſt læſa, non obſtante iuramento poteſt
nihilominus cõtrauenire per viam reſtitutionis: nam
† iuramentum non operatur, niſi quia facit eam ma- 77
iorem: non autem excludit, quin petere poſsit reſtitu-
tionem aduerſus læſionem. Quia habens duo iura ſi
vni renuntiat, alteri renuntiaſſe non videtur, in ſe-
quenti quæſtio. quæ allegatur ex aduerſo. ſimiliter lo-
quitur, quando filia minor dotata à patre cum dote
minore paragio renuntiat cum iuramento bonis pa-
ternis & maternis, ſi dotes maternæ amplæ ſunt, tan-
quam læſa: nihilominus petere poteſt ſupplementum
paragij, per ſuprà dictam rationẽ: qui habet duo iura,
ſi renuntiat vni &c. videlicet quia læſa, & quia maior:
& ſic iuramẽtum quamuis tollat vnum obſtaculum,
ſcilicet minoris ætatis, non tollit aliud, videlicet læ-
ſionis: ſecundum eum. Sed Franciſca erat maior, &
nulla læſio conſiderari poteſt: quia renuntiauit patri
ſuperſtiti, ergo excluditur à petitione ſupplementi,
obſtante maximè iuramento, aduerſus quod abſolu-
tio peti non poteſt: vt firmat Archiep. Imol. & Philip.
Franc. in dicto capit. quamuis. de pactis. gloſſ. & doct.
in l. ſecunda. C. de reſcin. venditio. & in capit. penult.
de empti. & venditio. & Iaſon in dicta authent. ſacra-
menta puberum. Cornel. ibi poſt multa. Anchar. ſibi
contrarius in conſilio ccccxxxiij. poſtquam iſta do-
mina. & in conſilio xxxvj. in nouis. Imol. in conſilio
primo. Abbas conſilio clxxj. In hac cauſa Roman. in

consilio ccccxxxvij.in casu proposito. & latè Alexan.
consilio xcij.& consilio lix. primo volum. vbi subdit
hanc esse communem opinionem, & plenè Decius &
Curt.senior,consilio xliij. & idem Curt. consil. lxvj.
versic. sed præmissis. Sozi. consilio cxv. primo volu.
Decius in consil.xxxj.latè Rubeus consilio xij. nouis-
sime.Gozadi.consilio ix. numero 64. Item Neapolit.
dicit filiam posse petere supplementũ; quia iuramen-
tum ad bona paterna non habere regressum, intelli-
gendum est per viam successionis: ergo quando re-
nuntiaret ex omni capite, & ex quacunque causa, vt
in casu,de quo quæritur,secus esset. Prætereà,Neapol.
dicit filiam posse petere supplementum: quia iuran-
do ad bona paterna non habere regressum intelligi-
78 tur per viam successionis. Item Neapolit. † in eadem
quæst. ibi, nisi fuisset certificata, limitat eius opinio-
nem non procedere, quando filia fuisset informata &
certiorata de viribus patrimonij de minore paragio,
quo casu dicit non posse petere supplementum: vt in
casu præsenti ex tenore renuntiationis apparet cer-
79 tiorata & informata: & tantò magis stante † iuramen-
to,ad quod certiorata accedere præsumitur: per text.
in cap.ex rescripto.de iureiuran.& ibi glo. & Baldus,
vltimo not.& tradit Alexan.in l.sciendum. ff.de ver-
bor. oblig. Anton.de Butr. in capit.si diligenti. extrà
de foro compet.& plenè Alexand. consilio xlij.in vij.
argum.primo volum.& Bologni. in suo consil. iij. in
fin. Guido papæ in sua decisione ccxxvij. vbi dicit in
arresto ita fuisse decisum. His itaque pro vtraq; parte
licet maiores fimbrias dilatando, allegatis & funda-
tis, circa causam principalem motam per præfatam
Magnificam Franciscam,

DECISIO CII.


Vo verò ad causam motam per præfatum
Ioan.Carolum aduersus magnificum Ioã.
Benedictum virum ipsius Franciscæ,quòd
casu in quem condemnaretur ad petitum
supplemẽtum paragij seu legitimæ, breui manu Ioan.
Benedictus ipse tãquàm promissor renũtiationis præ-
fatæ Franciscæ eius vxoris, & quòd vocasset se dote
sibi assignata contentam, & aliquid amplius non pe-
teret,condemnaretur ad interesse ex causa cõtrauen-
tionis præfatæ. Et quatenus Magnificus Ioan. Bene-
dictus ipse prætẽdat, quòd præfata eius vxor id faciat
iure permittere,cùm læsa enormiter fuerit,& sic eius
renuntiatio & promissio de habendo ratam renun-
tiationem præfatam, recipit eandem conditionem,
quam & ipsa renuntiatio: quæ si de iure & secundum
naturam actus resolui potest, non dicitur contrauen-
tum: nec iuramentum eo casu aliquid operatur, cùm
non extendat contractum extra sui naturam, sed tan-
tum addat vinculum religionis ad obseruandũ: vulg.
l.si.C.de non nume.pecu.l. fin.ff. qui satis. cogan.per
quæ multa verba effundens, ita voluisse videtur Cor-
nel. consilio xj. tertio volum. quod quidem rectè in-
tuenti non meruit allegari in contrarium: nam qua-
tenus dicit, quòd ille, qui promisit dictam Comitis-
sam renuntiaturam & ratam habituram illam dona-
tionem,si ipsi donanti superuenerint filij: quo casu ex
natura actus de iure donatio ipsa resoluitur, nec do-
nans, nec promittens dicuntur contrauenire, post-
quàm actus ex sui natura resoluitur: & in hoc Corne.
bene dicit: & hic casus non habet difficultatem, sicut
in simili dicimus donantem causa mortis: & in verbis
executiuis promittentem non reuocare, si superuiuit
donatarius, prædecedat non contrauenire, sed ipsam
donationem ex sui natura resolui: vt est solennis deci-
sio Bald.communiter approbata in l. cùm quis. ff. de
condi.ob causam. Et hic non est casus noster. Quate-
nus verò Cornel.dicat idem esse,si donans vel renun-
tians contrauenjat ex capite læsionis, æquiparando
hanc contrauentionẽ illa resolutioni contractus,quæ
ex se fit, videlicet per superuenientiam liberorum: &
in hoc malè loquitur: nam termini sunt diuersi: cùm
primo casu actus resoluatur ex sui natura: cum à prin-
cipio sit reuocabilis. Secundo casu secus: nam de na-
tura contractus est,quòd inuiolabiliter seruetur.l.j.ff.
de pactis.l.j.ff.de constit.pecu.& quamuis læsio inter-
ueniat, non resoluitur contractus ex sui natura: sed
opus est, vt ad resolutionem agatur: & tunc iuramen-
tum nedum reddit vinculũ: sed dat robur contractui:
excludendo beneficium restitutionis ex capite læsio-
nis, vt suprà fundatum est: tantò magis in casu præ-
senti: vbi nulla subest læsio extante renuntiatione fa-
cta patri per vxorem præfati magnifici Ioãnis Bene-
dicti. Hinc Ripa referendo consilium Corne. in l. si
vnquam.v.quęst.de reuoc.dona.dicit inspicienda esse
diligenter verba promissionis & stipulationis: quasi
† dicat, vbi promissum est non contrauenire per ver- 80
ba repugnantia, id est, quacunque ratione, occasione
vel causa, & tam de iure, quàm de facto, vt hic gestum
est: tunc quãuis ex causa contraueniatur, bene com-
mittitur stipulatio ad interesse, quanquàm quòd tam
si adsunt dicta verba specifica, quàm si non, adhuc ha-
betur intentus: nam † promittens aliquem ratum ha- 81
biturum, & non contrauenturum, neque molestatu-
rum, intelligitur tam de iure, quàm de facto: per tex.
in authen.de fideiusso. in princ. per quem & alias co-
tas vtrunque recadit Deci.consi.ccccccxiij.& verba &
mens contrahentium attendi debent, vt sint confor-
mia rationis: aliàs frustratoria fuisset illa cautela pa-
tris, quòd gener promitteret hanc ratihabitionem,&
non contrauentum iri per vxorem, nisi de facto, ad
quam de facto agentem excludendam, non esse opus
auxilio generi: nec est ferendum dicere, quòd hęc contra-
uẽtio fiat ex noua causa, tunc incognita, ex quo iura-
mentum habet vim certiorationis. Qui effectus cer-
tiorationis, cùm sit effectus cõsummatus, non tollitur
per obtentam absolutionem, quæ tantum ad finem
agendi conceditur: & quãtò plus figuratur præfatam
Franciscam reluctasse renuntiationi faciendæ: tantò
magis arguitur informata de viribus patrimonij: &
nunquã potest dici noua causa, quæ traxit originem
& causam de præterito: cùm inspici debeat initium:
ergo &c. Et sic cùm præfatus vir promiserit, quòd præfa-
ta eius vxor Francisca renuntiet, sic promittendo se
facturum & curaturum, & quòd nec excusari potest pro-
misisse factũ alienum, & fuerit iam iudicialiter inter-
pellatus super obseruantia renuntiationis præfatæ &
promissionis, cõtra eum est iam commissa stipulatio
ad interesse, per ipsius vxoris contrauentionem: per l.
stipulationes non diuiduntur. versi. Celsus. ff. de verb.
oblig. l.si quis ab alio. cum simil. ff. de re iudi. & plenè
Areti. in l.ita stipulatus. ff. de verb. oblig. & consuluit
Sozi. consil. cclxxxviij. versic. circa quintam. quæst. &
cõcludit bene Marant. in sua dispu. vij. vbi licet † pos- 82
sic

fit diei maritum talia promittentē, faciēdo quicquid potuit excusari à periurio,& à pœna:per ea,quę refert Afflí.in decisi.cccxcv. attamen quando verba promissionis sunt ita latè cōcepta,prout hic,cōcludit omnino ad interesse teneri.Nec posset excusari, quòd ipse adimpleuit, & vxor renunciauit :quia stante promissione, quòd vxor realiter & cum effectu renuntiabit, non refert tātum verbis fuisse renuntiatum, nisi cum effectu renuntiatio permaneat & obseruetur:arg.tex. l.j.§.hæc verba.ff.quod quisque iuris. & in c.relatum. extra de cleri.non resident. maximè dum in cōtractu exprimuntur verba illa realiter & effectualiter, seu cum effectu,quod verbo tantum fit. Ita in specie consuluit Sozi.cōsi.cxliij.j.vol.maximè,cùm promiserit, quòd Francisca ipsa contitebitur se dotatam de paragio.& vltrà: quæ verba habent tractum successiuum de futuro, non sufficit semel verbotenus adimpleri: cùm semper loquantur. & sic cùm hodie asserat Francisca ipsa contrarium, asserēdo se minimè de paragio dotatam,est effectus casus stipulationis: per text.in l. stipulatio ista,habere licere.§.si quis fortè.ff.de verbo. obliga.vbi stipulatio illa, habere licere, continet factum successiuum: in quo inspicienda sunt singula momenta temporum : & ab ea quis à principio liberari non potest:per illum text.ita Sozi.in dicto consi. cclxxxviij.versic.circa sextam,& vlt.quæst.& præsertim cum stipulatio nihil aliud in se contineat in effectu, nisi quòd præfata Francisca tanquam dote contenta,nullum ad bona paterna amplius recursum ha-
83 bere potuisset: & sic † dispositio huius negatiuæ non adimpletur in primo actu. sed trahitur ad infinitum, per gloss.not.in l. hoc genus. ff. de condi. & demonstr. & consuluit Oldra.in consi.xvj.thema tale est. Secundò respondetur,arg.à sufficiēti partium enumeratione:& præsuppono, quòd quāuis affirmatiua hominis
84 verificetur in primo actu:†tamen locum habet,si primus actus est validus:secus,si nullus, aut si aliter suum non sortiatur effectum.gloss.est optima relata ad tex. in l. boues.§. hoc sermone.versi.significantur.ibi,dum tamen legitimæ sint. ff. de verborum significa. bonus text.in l.hæc conditio prima.ff.de conditio.& demonstra. Bald.in cap. olim.de rescript. cum cæteris collectis per Felyn. in cap.innouamus. prima limitatio.de
85 treuga & pace. & suadetur naturali ratione, † quòd tunc promissio verificatur in primo actu,quando dispositio ipsa in primo actu consumit effectum suum, secundum intentionem partium : aliàs de vlteriori actu intelligitur: vt tradit not. Bald. in l.iniultus. ad fio.C.de procura. & per alia similia Deci. in consilio cccccliij. Vnde aut renuntiatio facta est valida, & tunc non tenetur præfatus Ioan. Benedictus ad interesse,aut non tenet , cùm meticulosa prætendatur: & tunc tenebitur iterum cum effectu ad dictam renuntiationem validam,aut ad interesse. Nec potest excu-
86 sari † fecisse eius posse: quia dato quòd probaretur, prout non est,tenetur tamen ad interesse:per allegata per Sozi. in dicto consil. cclxxxviij.& Marant. vbi supràialiàs aperiretur via fraudibus & malitiis: quia liceret concludenter verificeturde connatu viri exhibito aduersus vxorem , vt renuntiaret , ac etiam de minis
87 atrocibus, nónne hæc † omnia dissimulari possunt præambulo tractatu & concertatione inter ipsum virum & vxorem, ad hoc vt ab interesse eximi posśit? prout in casu subtiliter considerat Sozi. in præfato consil.cclxxxviij.versic. sed tamen his non obstantibus.sicque dicendum videtur, & contra omnia iura & naturalem rationem, casu quo magnifica Francisca præfata obtineret, quòd non creditur præfatum eius virum non teneri ad interesse. Nec suffragatur, quòd de supplemento paragij seu legitimæ requiratur præcisa mentio, & sic renuntiatio , quod non fuit promissum in casu,de quo agitur:per tex. in l.si quando.§.& generaliter. cùm ibi not.C.de inoffic. testa. Quia attentis verbis capitulorum & renuntiationis, adparebit in specie renuntiatum legitimę & eius supplemento : ibi dum dicitur,pro integra parte & portione,& supplemento de legitima, quanto de omni altra ragione li competesse,o potesse competere: nemini dubium liberasse patrem de legitima & eius supplemento: & tantò magis cum iuramento : quod habet vim specifici. vulga. l.cùm pater.§. filius matrem. ff.de legat. secundo. Censetur etiam renuntiatum legitimæ & eius supplemento : vt dicit Bald. in dicta l.si quando.§.illud.C.de inofficioso testamento. & l.quamuis.C. de fideicom.& l.j.§. secunda quæstio. C.commoda.Paul.de Cast.in l.in ratione.in princ.ff. ad legem Falcidiam. Roma.plenè,in l.j.§.si quis ita.ff. de verb.oblig. & ibi etiam Anto. de Alexand. Batha. in rubr. extra de iureiur. Bologni. consilio iij. in fin. Alexand. consilio clxxxj. perspectis. quinin volum. Deci.in sæpius relato consilio xxvj. nam illa generalis renuntiatio omnium & quorumcunque iurium, ne sit sine effectu aliquid operandi , cùm ad alia iura referri non posśit,de necessitate importat renuntiationem legitimæ,& eius supplementi : argumēto tex. in l.fundus,qui locatus.ff.de fund.instru.& in l.ij.ff.de libe.& posthu.iuncta doctrina Bald. in rubrica. C.de contrahen.empt.ix.quæstio.& tantò magis ex verbis illis : & ponerat dicto suo patre in loco suo, cedendo sibi omnia eius iura,& sibi cōpetentia. vt tradit Bart. Angel.& Inno. in l.qui quadringenta.ij.no.ff.ad Trebel. Ang.in l.j.C.de actio.& oblig.& sic proculdubio venit petitio supplementi legitimæ seu paragij : & sic excluditur magnifica Francisca tāquam sine actione: & si aliter videretur sacro Regio Consilio, debet saltem eius vir ad interesse teneri. Pro parte verò præfati magnifici Io. Benedicti , dicebatur ipsum non teneri ad petitū interesse:& sic non posse ad aliquod interesse condemnari:cùm ipse in capitulis matrimonij tantum promiserit, tempore instrumenti dotalis celebrandi curare & facere†cum effectu,quòd Frācisca 88
præfata vocabit se dotatā de paragio,& vltra paragiū de doribus ducatorum octingētorum receptis,& pro integra parte legitimæ & supplemento legitimæ, & portione dotium maternarum,&c. & tamē non promisit,quòd renūtiabit legitimæ,de qua specifica mentio fieri debet , vt renuntiatum dici posśit vigo. l.si quando.§.& generaliter. C.de inoffi.test.& ibi Bal.& Salyce.& Alber.de Rosa. in §.cæterum. in authen. vt cùm de appella.cogno. Neque virtus iuramēti operabitor renuntiationē legitimæ in tertio promittēte,in quo adest defectus consensus. Ita Ias. post alios in l.de his.num.2.ff.de transac.vbi fortius loquitur in muliere, quæ vocat se † dotatā de paragio,& plusquā pa- 89
ragio: & in specie in filia à patre dotata, decidit Nico. Boër.in sua iij.deci.nume.7.in j.volu.vbi etiam stante iuramento, vt dicit hanc esse communem opinionem Ang.verò in §.cùm autem.in fin.instit. de inoffi.

testa.Neapo. in consuetudine:contra instrumentum. versic.sed pone. Are.in l.prima.§.si quis ita.numero 7. ff.de verbo.oblig. vbi talis renuntiatio non extenditur ad legitimam:quia de hoc iure non videtur intellexisse: & per eundem in l.qui superstitis. ff.de acquir. hære. Affli.in constitutione : in aliquibus. nume.31.& in cap. secundo. de feu. dato in vicem leg. commisso. versi.sexto fallit.& in decisi. clxxviij.versi.& in dicta causa dubitatur.Guido papæ.quæst.xciij.Fede.de Senconsi.cxv.Ioan.Lupi. in repe.rubr. de dona. inter vir. & vxo. versic. ex istis potest inferri ad quæst. numero 16.& 18.sequitur Guliel.Benedic.in repe. cap.Raynutius.versic.in eodem testamento relinquens. nu.200. Cassan.in consue.Burgun. ver.des successions. versic. limita vj.versic.& facit pro hoc text.& aduertendum est præmissa loqui in filia,quæ contenta dote , renuntiat cum iuramento bonis omnibus : vt non comprehendatur legitima, maximè , quãdo à principio illam integram non habuit, vt hic.fortius enim hoc procedit in viro promittente,quòd vxor renuntiet, vt non comprehendatur legitima , nisi de ea in specie fit dictum.Isto enim casu cessat difficultas : de qua per doctores in l.in ratione.ff.ad legem Falcidiam. nisi in fi-
90 lio vel filia, †quæ habita parte pro sua legitima , renuntiat patri cum iuramento bonis maternis & paternis: an tunc comprehendatur legitima. Ita in particulari voluit Galiaula distinguendo in l.j. §.si quis ita.numero 16.versic. secundò opponitur. ff. de verb. oblig. Cùm itaque hic sumus in viro promittente, quòd vxor renuntiet bonis maternis & paternis, non venit legitima , de qua non est dictum : quod etiam corroboratur probationibus factis , quibus arguitur fuisse in terminis. E.notarij Ioannis , quòd eius filia haberet longè vltra legitimam.Præterea &alia ratione in aliquo non tenetur , & quando expressè promisisset renuntiare facere legitimæ , prout non est : quia in tempore limitato bona fide & solenniter adimpleuit:siquidem facti promissio est limitata , & certo tempore determinata:scilicet, quòd tempore instrumenti dotalis conficiendi Francisca ipsa renuntiabit bonis paternis & maternis : & sic adiicitur dicta qualitas†& promissio ordinata à principio actus,vt ver-
91 ba sonant : quo casu principium attenditur , nec requiritur actus perseuerantia. l.quid ergo. in princ. ff. de his , qui not. infa.ibi : prætor enim ad initium nuptiarum se retulit.l.cùm fuerit.ff.de condi.& demon. quia promissio ad principium & tempus instrumenti dotalis restricta est. Cùm igitur magnificus Ioan. Benedictus eo tempore palàm & bona fide taliter se gessit, quòd iuxta minutam traditam vxor renuntiauit,& sic ad aliquid vlterius non tenetur: nam ad dissolutionem obligationis sufficit vnicum implemen-
92 tum. l.inter † socerum.§. vltimo. ff.de pact.dota.l.fin. ff.de bon.aut.iudi. possi. l.cùm pater certam.ff.de leg. ij.maximè,quia sumus in materia renuntiationis,quæ est stricti iuris ,& non debet extendi : vt supra dixi, cùm non promisit , quòd facta renuntiatione non contraueniet . & aliud est † promittere , quòd certo
93 tempore renuntiabit:& aliud , quòd facta renuntiatione non contraueniet , per text. ad literam in cap. ad audientiam. iuncta gloss. in verbo, repetendum. extrà de his, quæ vi metúsue causa. & in cap.ad aures. in verbo, iuramentum.& ibi Abb.nume.8. eod.tit.& est text.in cap.debitores.extrà de iureiur.& per Abb. in cap.j.nume.7.& 8.extrà de iureiu. Barto.in l.si quis pro eo.num.10.ff.de fide.in quibus locis liquet †quòd 94 promittens cum iuramento renuntiare , non dicitur periurus , si facta renuntiatione contraueniat : quia hoc non iurauit , sicut aliàs qui tenetur sub pœna locare vel vendere, si locet seu vendat, deinde†contra- 95 ueniat , non tenetur ad pœnam : quia adimpleuit locando. Ita Bart.quem sequitur Rapha. Paul. de Castr. & Ange. in l.fideiussor.§.meminisse.ff.de lega.primo. vbi propterea dat cautelam, vt adiiciatur , quòd promittit locare , & quòd patiatur eum in conductione persistere, aliàs sola conductione esset liberatus. Idem Bart.in l.si hæres.ff.de actio.empti.& in consi. clxxxj. & sequitur Paul.de Castr.in l.in numerationibus.circa fin. ff.de solu. & latè per discursum dixit Ias. in l.fratres.in princ. C.de institu.& substit. quòd sufficit †conditionem semel fuisse impletam , quamuis non 96 duret implementum. & ideò dixit Bal. in l.si quis ita. versic.sed pone. C.de pact.inter empt. & vendi. quòd si promisi vendere &†vendidi , sed nolo tradere , sum 97 liberatus.& idem in compromittente sub pœna dixit in l.prima.numero 4.C.de his,quæ pœnæ nomi.& est bonus text. in cap.commissum. extrà de spon. vbi iurans contrahere matrimonium, si postea pœniteat, volens monasterium ingredi , poterit matrimonium contrahere:& ante carnalem copulam inde monasterium ingredi.facit tex.in l.cùm vxori.C.quando dies lega. ced. & in dicta l.si quis hæredem.C.de institu.& substitu. quibus habetur , quòd satisfactum est promissioni factæ per aliquem, si consul factus fuerit, eo ipso,quòd effectus est consul: quamuis posteà contrauerniat deponendo præturam. Et dicit Areti. in l.in substitutione.versic.sed contra præmissa. ff.de vulga. & pupil.quòd si alicui aliquid relinquitur , si se † ali- 98 quid facturum iurauerit,eo ipso quòd iurat, legatum consequitur, licet posteà id quod iurauit , non adimpleuerit:& allegat text.in l.quæ sub conditione.in princ. ff.de condi. institu.& faciunt dicta Ioan. And. in regula,indultum.de reg. iur.& procedunt prællegata , etiam quando actus non perseuerat culpa eius qui debebat adimplere , vt etiam tenet Ias. in dicta l. si quis prim limi.num.14.C.de instit.& substitu.quod non potest considerari in casu , de quo agitur , vt impleretur promissio , & vxorem induceret ad renuntiandum, flerit, & quis consuluit & fecit protestationes viro inscio, doctum est : & considerandum est, quòd quando præfata ex mente viri processissent, vtique protestationes ipsæ fuissent solenniter factæ per notarium , vel ipsam ad eius domum asportasset, nec passus fuisset ipsam renuntiare , sed quia putabat notarium Ioannem habere in patrem , & impleturum promissa:bona fide versatus, omnia adimpleuit, vt Deus est testis.faciunt etiam dicta per Alb. de Ros. in l.decet. ff.de reg.iur. dum volunt , quòd duret immunitas concessa ex num.12. filiorum , licet inde aliquis eorum moriatur. & faciunt, quæ habẽtur per gl. in l.Mattius. in verbo , & collige arg. ff.locati. quem ibi sequitur Bart.& alij, † dum tenent medicum , qui 99 promisit infirmum à podagra liberare, quando sanauit,esse liberatũ, licet ex interuallo inde redeat : quia de præsenti tantùm infirmitate videtur cogitatũ:& in infinitum non debet obligari. Sufficit enim ad euitationẽ pœnæ quæstionẽ de facto impleri: licet illa non durauerit. dicta l.si quis hæredem. C.de insti.& substi. & l.ob

& l.ob causam. §.ob puellam. ff. de manu. & videtur casum istum fuisse decisum per Cap. & in fortiori casu, in sua decis. v.consil.xciij. versic.secundo dubitatum fuit. vbi decidit non teneri eum, qui promisit obligari facere vniuersitatem, quæ more solito congregata ratificauit, licet sine decreto, & sic nulliter. Sufficit enim, quòd quantum in se fuit, bona fide adimpleuit quod promisit, neque in casu isto potuit cogitare futurum casum, in quem renunriatio ex noua causa emergenti citra sui culpam, non teneat. Ita Pau.de Castr.in consilio cccexlviij. in fi. verb.primo volu.& promissio hæc dependebat, nedum ex voluntate soceri, sed etiam ipsius generi, qui non sic contraxisset sub tali promissione, quòd facta renuntia. non contraueniet. quæ promissio à facto alieno dependens, videbatur impossibilis: quo casu dicta stipulatio interpretatur contra stipulantem. l.quicquid adstringendæ. ff.de verborum obligationibus. & vt quod minus sit, contineat. Nec militat, quòd dispositio intelligi debeat de primo actu: tamen debet esse solennis, per l.boues. §.hoc sermone. de verbo. signi.
100 nam solennis est coram † iudice, notario, & testibus facta bona fide, vt pars met articulat, & per testes, prout in xvj. articulo. Nec obstat gloss. in l. huiusmodi. ff.de leg. j.quòd de actu valido debeat intelligi: nam
101 †actus factus per metum, validus est, licet rescindendus veniat per vxorem, per text.in l.metum. la grãde. §.volenti. & in l.iij.ff.quod met. & l.fin.C.eod.titu.& melior. text. in l.dolo. C.de inutili stipu. Non ergo possunt applicari iura loquentia, quòd debeat intelligi de actu valido: quia renuntiatio valida est: & licet metu & verberibus patris veniat rescindenda, tamen valida est. Quinimò & plus opinio præmissa procederet, etiam quando esset promissum (quod fortius est) nullam controuersiam moturum, nisi dolo fuisset inductus ad talem promissionem faciendam: quia
102 † tunc potest contrauenire quantumcunque esset ampla. Text.est ad literam, in l.cùm posteà. C.de pact. & eleganter Ancha. in dicto consilio cccxxx. Hic autem dolo, & sub promissione alimentorum inductus est vt ad promittendum renuntiari facere vxorem, & etiam minis ipsius patris. Item, quando huiusmodi promissio comprehẽderet legitimam siue paragium, non tenetur, postquam socer eodem instanti promisit alimenta ipsi genero, & vxori & familiæ: cum habitatione franca.& lucro clientulorũ maximo, quorum promissorũ contẽplatione fuit promissa renuntiatio præfata, quæ promissio renũtiationis facta fuit proculdubio intuitu matrimonij & promissionum præfatarũ, vt not.Bald.in l.j. C.de iure dotiũ. Quibus omnib.cùm cõtrauenerit præfatus socer, licuisset etiã & ipsi genero contrauenire: per text.not.in specie, in l.j.C.de dona. quæ sub mo. vbi donatio facta respectu alimentorum promissorũ, reuocatur, si alimẽta, quorum contemplatione facta erat donatio, non præstabantur, & in l.fin §.fin.ff.de rescin. vendi. vbi secundum pactum factum in fauorem venditoris, restringitur secundum primum factum in fauorem emptoris, vt ita demum locum habeat, si præfata impleantur. Vnde cum fuerit per socerum contrauentum in præstatione alimentorum promissorum & aliorum, quorum occasione promissa fuit renuntiatio facienda, nec etiam ipse cogi poterat ad fieri faciendum dictam renuntiationem promissam. Ita in particulari dicit Baldus in l.pollicitat[...] & [...].C.de dona. ante nupt. vbi quando promissio [...] facta per virum contemplatione dotis promissæ, quæ inde non est data, tunc etiam vir non tenetur ad obseruantiam promissorum Text. in l.cùm proponas. C.de pactis. Nam & fortius ductus ad contrahendum matrimonium spe successionis, quantumcunque talis promissio non teneat, tamen potest agi ad interesse. Ita voluit Decius in l.pactum, quod dotali. C.de pactis. numero 10. Item, dicit præfatus Ioan. Benedictus 103
non teneri: quia etiam quòd renuntiari non fecisset vxorem, posset contrauenire ex capite enormissimæ læsionis, absoluta prius à iuramento, prout omnes firmant. Quod maximè in muliere procedit, vt consuluit Corne. in cons.clxvj.in j.vol.ver. his tamen non obstãtibus.iij.vol.& consi.lxxxix.in fin. & cons.xxvij. in iiij.vol.versic. ex quibus restat. & consi.clxxxix.& ccxiiij.in iij.volu.versic. his tamen non obstantibus. Sozi. consilio cclxvj. circa finem. ver. postremo. vbi etiam nota, quòd requiritur, quòd probentur minæ. & consi.cclxiij.nu.4.in ij.vol.& ccxx.ver.sed istud secundum fundamentum.eo.vol.Deci. cons.clxxx.ver. sed tamen præfatis minimè obstantibus. & consilio cccccxcvij.in fi.& melius consi.cciij.vbi † etiam trans 104
actio iurata, rescinditur ratione enormis læsionis. & in præfato consilio clxxx. subdit, hanc esse communem opinionem. & consilio cccccxcij.in fin. & melius consilio cciij. vbi propriè loquitur in dotata à patre.& in consilio lx.in fin.Curt.iunior consil.cxlj. versic.præmissis tamen. Alexand.consil.cj.& cxxxix. Cagno. in repetit. l.si quis maior. versicu. sed quid si iurasset. C.de transa. Ancha. in repeti. cap. canonum statuta. xj. principali articulo. versic. quod dices de iuramento.extrà de constitu. Ancha.consilio cccxxx. in fine. Ias.in l.si pacto, quo pœnam.in fin.verb.extra gloss. C.de pac.Barba. consilio lx. secundo volum. in fin.tertij dubij.tertio volum. Abb.in cap. cùm causa. in fin. ff.de empt.& vendi. Abb. in cap. cùm contingat. numero 23.& ibidem per Antonium de Butrio extrà de iureiur. Affflic.in Deci. sacri consilij cccxxij. versic. quantum verò ad Marcum Antonium vsque ad finem & latè Gulielmus Benedict. in repetitione, cap. Raynutius. versic. duas habens filias. versic. nec potest filia. numero 1[.]3. vbi tenet, quòd ex enormissima læsione filia, quæ renuntiauit, præsumitur † cir- 105
cumuenta, & potest contrauenire, & etiam super excrescentium facultatum partem petere, & sic ex enormissima læsione potest principalis cõtrauenire. Ergo longè fortius expromissor, quem iuuant eædem defensiones, gloss. est in l.cùm lex. ff.de fideiussor. vbi quando contractus principalis non tenet, quia dolo: nec fideiussor obligatur: nec tenet promissio euictionis. Ita Afflì.in cap.Imperialem. nume.101.& in particulari ita tenet Petrus de Ancha.consi.cccxxx.versi. descendẽdo ad obligationem Laurentij.& per Ias. in dicta l.si pacto, quo pœnam. in fi.qui decidunt casum in fortioribus terminis, & propriè in viro. consulendo Sozi.in consilio ccxv. secundo volum. & Cornel. consilio xj.versic.similiter & promissiones. iij.volu. vbi eleganter loquitur Chassan. in consuetud.Burgu. in versicu. les marissans procuration. nam etiam re euicta iure congrui, quia ex promissione legis & persona emptoris oritur euictio, venditor non tenetur † de euictione. Ita Afflì.in constitutione, sancimus.in 106
ver.

ver. vt infrà triginta dies num. 58. & per Bal. in l. si familiæ. cap. famil. ercis. & est text. quem præfati non allegant, de quo tamen meminit Roma. & illum sequitur in sing. suo cccccli. & in l. minor xxv. annis. ff.
107 rem rat. habe. vbi loquitur † in fortioribus terminis: vt non teneatur promittẽs alium ratum habiturum, quando ille contrauenit ex capite restitutionis in integrum, quia enormissimè læsus: fortius ergo non tenebitur vir: cùm licet adimpleuerit tantùm, contrauentio vxoris oritur ex causis præfatis. Vltimò dicit se non teneri præfatus magnificus Ioan. Benedictus, cùm si renuntiatio inualida prætenditur, ex quo petatur ab ipso teneri ad interesse, dicitur quòd culpa, & facto ipsius quòdam soceri renuntiatio inualida fuit ex causa minarũ & verberũ in præfatam filiam illatarum: & sic si facto ipsius, cui impleri debebat actus, nõ fiat eo modo, prout fieri debet, non tenetur. Text. est in l. cùm proponas. C. de nauti. fœno. & ibi Bald. l. j. ff. de eo, per quem factum erit. l. j. C. de his, quæ sub modo. l. si seruus. ff. de verb. obli. & facit quæst. Bart. in l. si verò. ff. qui satis. cogan. vbi tenetur fideiussor præsentare reum, quicquid prodiderit ciuitatem, quãdo ipse
108 eum banniri fecit. Item † quando aliquis actus debet adimpleri, si ille, cuius interest impleri, dederit causam, quòd non impleretur, censetur impletum. l. iure ciuili. ff. de condition. & demonstrationi. l. iure ciuili. ff. de regu. iur. imò plus, promisso aliquid faciendi, intelligitur, nisi ipse det causam non faciendi, cuius interest. l. quæro. §. inter locatorem. ff. locati. & damnum, quod quis sua culpa sentit, sibi imputet. l. quod quis ex culpa, ff. de regu. iur. Per quem dixit ibi
109 Hier. Cagno. iunior, quòd si quis promisit † aliquem seruare indemnem ab omni lite mouenda, debet intelligi, nisi lis ex sua culpa moueatur. Allegat consilium Sozi. nu. lxx. ver. sed præmissis non obstantibus. iij. volum. Albe. de Ros. in l. quidam cùm filium. ff. de verb. oblig. Ias. in l. qui rem. num. iiij. C. de sacrosan. eccle. sicque cùm minis & verberibus patris renuntiatio non teneat, nihil viro imputandum est, quòd omnia solenniter & bona fide adimpleuit. vt partinet articulat. Item fecit quicquid potuit, vt renuntiaret præfata eius vxor, prout renũciauit stãdo per multos
110 † dies, ꝙ non accessit ad domũ, inferẽdo etiam eidem minas & verbera: & sic excusandus venit tã à prætẽsa pœna, quàm ab interesse: ne aliàs videatur ad impossibile obligatus, quo casu iuramentum non tenet. Ita Areti. in consil. cxlij. ver. venio igitur ad primum. videtur enim se ad impossibile obligare: & sic iuramentum nullum. & ista est communis opinio, quam dicit in practica seruari Ias. in l. stipulatio ista, habere licere. versic. iuxta istud not. & Ferra. cau. xliij. Fel. in cap. ex rescripto. numero 17. in fin. versic. & no. quòd promittens: extrà de iureiur. Fede. de Se. consi. cxxij. Martinus promisit. Galiaula in l. iij. §. Cato. ff. de verb. oblig. & ita fuisse decisum refert Affl. in decisi. ccxcv, & similiter hanc esse communem opinionem refert Deci. in suo pulchro consil. cccxiij. refert & sequitur Cassa. in consuetudine Burgun. in verb. des retrat. & Iacobus de sancto Georgio. in l. si ego. §. Labeo. ff. si certum petatur. & per plura comprobat Lud. comes in §. in personam. Instit. de acti. numero 27. vbi dicit hanc esse communem opinionem, quando non fuit in mora promittens: & pauci sunt dies, quibus fuit decisum in sacro Consilio, & prout audiui, per magnificum Thomam Grammaticum fuit facta decisi. lxxxviij. & punctualiter in viro † promittente vxo- 111
rem renuntiari facere, quòd si fecit posse suum, excusetur. consuluit Paul. de Castro in suo consil. clxxviij. in versic. xxxiij. & cccxlj. volu. & Boer. qui ita per arrestum decisum fuisse dicit, in iij. quæstio. prima parte, in fin. & Capi. in decisi. præfata, consilij xcuj. versi. secundù dubitatum est. Item † cùm socer ipse promi- 112
serit alimenta, licet non adiecto tempore: attamen negari non potest, quin saltem pro annis quindecim non teneatur, per text. in l. si quis argentum. §. sin autem donator. C. de dona. vbi hoc communiter sequuntur doctores, Afflic. in decisione xxxiiij. & per Bartol. & Alexand. in l. hæreditatum. C. ad legem Falcidiam. imò & plus, cùm sit promissio facta inter viuos, licet tempus non præsignetur pro se & filus, in vita viri, esset intelligenda de iure: per text. in l. si Stichum. §. j. iuncta gloss. in versic. stipulatio. ff. de verborum obligationibus. & sequitur ibidem Alexand. numero 4. &
& Ias. numero 10. dicentes † hanc esse communem 113
opinionem. sequitur Ioan. Fab. in §. omnis. nume. 10. circa fin. insti. de verbo. obligatio. & sentit Bartol. in l. codicillis. ff. de annu. lega. gloss. in l. prima. C. de leg. prout dicimus in condemnato, nulla temporis facta mentione, † vt perpetuò damnatus esse dicatur. l. ser- 114
uus. C. de pœn. & in rescripto habetur in l. si falsa. C. de diuer. rescrip. & in simili dicit Alexand, in consilio clxxj. secundo volum. versic. x. superest modo videre, quòd legatum alimentorum factum vxori, nedum de prima, verum etiam de vlteriori intelligitur. Et bene per Affli. in constitutione, comitibus. in versic. viij. dubitatio est. num. 10. & in versic. xij. quarto. num. xv. & propriè in habitatione promissa, prout est in terminis præsentis casus. text. iuncta gloss. in l. si habitatio. §. verum. ff. de vsu. & habita. & cùm contemplatione matrimonij præfata promittebantur, non est verisimile de vno actu sensisse, per tex. in l. cùm quidã. & l. annua. ff. de annu. lega. in fine. & in l. Mela. vbi Bartol. hoc firmat. ff. de alim. & cib. leg. & in l. Firmio, ff. quando dies leg. ced. & in l. cum hi. §. modus. ff. de transa. quibus iuribus ad vitam in vltima voluntate alimenta simpliciter relicta deberi demonstratur, ex quibus prætendunt præfati coniuges pro annis elapsis sibi deberi ducatos ferè quatuor mille. Vnde concludendo in tanto iuris cumulo & opinionum varietate, quo ad primum caput præsentis decisionis, † dum 115
tangitur de supplemento legitimæ seu paragij, dicebam validum esse argumentum de pacto ad statutum, vt per gl. no. in rub. de decre. decu. lib. x. & gl. in l. non impossibile. ff. de pact. sed sic est, quòd vbi filia dote contenta renuntiasset successioni paternę, non potest per hoc excludi, quin petere possit supplementum legitimæ: vt est text. & ibi Baldus in l. si quando. C. de inoffi. test. pro quo vltra Bald. est text. in §. cæterum. vt cùm de appel. cogno. Item facit, quòd not. Bald. & post eum Paulus de Castro, in l. omnimodo. C. de inoffic. testamen. quòd † si pater reliquisset filiæ cen- 116
tum pro dote, cum hoc, quòd nihil aliud petere possit, & filia simpliciter acceptet legatum, non tamen ex hoc sibi præiudicat, quin possit petere supplementum legitimæ, aut dotis, loco illius. & sequitur Alex. consi. lxviij. j. vol. Ias. in l. de his. ff. de transa. & plenius in dicta l. si quando. C. de inoffi. testa. §. fi. Ergo eodem modo constitutio excludens generaliter filiam à successio

cesſione,non debet excludere à petitione ſuppleméti
117 legitimæ. Prętereà,certum †eſt,quòd ſtatutũ ad illum caſum trahitur, de quo ſi ſtatuens interrogatus fuiſſet, idem ſtatuiſſet in caſu non deciſo, per gloſſ. ſing. in l. tale pactum. §. fin. ff. de pact. cum ibi no. per doc. bonus eſt text. & ibi no. Pau. de Caſt. & Alexand. in l. Titius. ff. de libe. & poſthu. Quinimò in ſtatutis, nedum
118 †in contractibus, mens & non verba ſtatuentium inſpici debent: vt not Cyn. & Bald. in l. ſi. ff. ſi cer. pet. Anto. de But. in cap. nouit. de iudi. & ſic ſi ſtatuentes fuiſſent interrogati, an repellerent filiam à petitione ſupplementi legitimæ, proculdubio reſpondiſſent, quòd non: cùm mens ſtatuentium attendi debeat. Quod autem ita reſpondiſſent, patet ex eo, quod clarè not. Bald. in ſuo conſilio In Chriſti nomine, amen. Antonius plures filios maſculos habens. vbi dixit, quòd ſi ſtatutum filiam excludat à ſucceſsione, dummodo ſit dotata arbitrio duorum propinquorum, dicti propinqui non minus arbitrari debent legitima: eò quia ita videtur fuiſſe de mente ſtatuentium, non auferre legitimam filiæ, cùm legitima cenſeatur æs alienum, & nullus bonus vir debet arbitrari legitimam auferendam: per l. Papinianus. §. ſi quis impubes. ff. de inoffi. teſta. & ſuccedit eadem loco alimentorum. Allegat not. per Cyn. in l. ſancimus. C. de nupt. Cùm ergo videatur ex mente ſtatuentium per præfata non auferre legitimam, meritò non debet filiam excludere à ſupplemento legitimæ: quod etiam adparet fuiſſe de mente Alexan. in conſil. lxix. in primo volum. & ſic ex præmiſsis plenè allegatis per ambas partes, & cæteris vltimò per me maturè adductis, ac aliis conſideratis, per magnificos Regios conſiliarios meos Collegas. Quo ad primum caput controuerſiæ deciſum fuit per ſacrum Conſilium per longè maiorem partem votorum, pręfatum Ioan. Carolum condemnandum, prout condemnatus fuit ad dandum & aſsignandum ſupplementum paragij loco legitimæ præfatæ magnificæ Franciſcæ. quod ſupplementum arbitratum fuit in aliis ducatis octingentis: abſoluendo inſuper vtranque partem à prætenſis, & petitis hincinde inter eas, neutram partium in expenſis condemnando.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum dicitur probatio probata, & non probanda.*
2 *Id, de quo eſt confectum inſtrumentum, dicitur manifeſtum.*
3 *Geminatio confeſſionis, præſupponit veritatem.*
4 *Clauſula iuramento vallata, videlicet: omnia & ſingula eſſe vera, quid importet.*
5 *Iuramentum aſſertiuum veritatis, probat contra iurantem.*
6 *Maritus ſi præſtitit alimenta vxori, tam ante matrimonium, quàm poſt: & fuit confeſſus recepiſſe dotem, non poterit vlterius opponere de non numerata dote.*
7 *Stipulatio capitulorum matrimonij, fauore dotis fingitur, etiam ſi verè non interceſſiſſet.*
8 *Ratificatio actus per alium geſti nomine meo, operatur perinde, ac ſi ego à principio contraxiſſem.*
9 *Ratificans ſeu ratum habens, dicitur facti author.*
10 *Contractum approbans, ſuccedit in locum eius, qui contraxit, & ideo debet eodem modo & iure vti.*
11 *Ratificans geſtum nomine alterius, obligatur ac ſi ab initio ipſe ſe obligaſſet.*
12 *Et licet dicatur, quòd id, quod non eſt geſtum nomine meo, ratum habere non poſſim, id procedit quo ad commodum ipſius ratificantis. Sed quo ad præiudicium ſuum bene poteſt ratificare.*
13 *Ad dotem ſi eſt actum ex vera ſtipulatione dotis, & non probatur ſtipulatio, quòd tamen obtinebit agens, & non vi fictionis, ſed vi præſumptionis.*
14 *Stipulatio tacita à lege inducta fauore dotis, ita meretur executionẽ, ſicut ſtipulatio expreſſa in inſtrumẽto.*
15 *Confeſſio mariti de dote recepta, licet nihil dicatur in ea, quòd promiſerit reſtituere, ex quo tacitè in ſe continetur promiſſio de reſtituendo, ita mandabitur executioni, ſicut expreſſa promiſſio reſtituendi.*
16 *Inſtrumentum dotale, licet in ſe non contineat hypothecam: quia tamen præſuppoſita dote de neceſſitate ſequitur hypotheca hincinde, ſequitur etiam, quod habeatur pro expreſſa hincinde.*
17 *Minor ſi receperit dotem vxoris, erunt ipſius bona tacitè obligata.*
18 *Promiſſio ſolùm conſtituendi dotem operatur ac ſi conſtituta fuiſſet ad euitandum circuitum.*
19 *Promittens ſe obligaturum ad decem, poterit ſtatim ad decem conueniri, abſque alia obligatione, cauſa euitandi circuitum.*
20 *Teſtes in verisimile deponentes, non probant.*
21 *Teſtes deponentes de eorum iudicio, non probant.*
22 *Tutor tenens pecuniam pupilli otioſam, & illam non ponens ad honeſtum lucrum, tenetur pupillo ad intereſſe.*
23 *Tutor tenetur pupillo ad ea, in quibus ob ipſius negligentiam, pupillus damnificatus eſt.*
24 *Sponſus, qui recepit dotes, tenetur ſubminiſtrare expenſas ſponſæ.*
25 *Sponſus, cui fuit dos promiſſa, & nondum ſoluta, ſi ſubminiſtrauit expenſas ſponſæ & alimenta, non poterit poſtmodùm ipſas repetere.*
26 *Vir licet dotem non receperit: ſi tamen non ſe abſtinuit ab obſequio vxoris, & eam iugiter habuit in ſuo ſeruitio, tenetur eandem alimentare.*
27 *Alimenta tenetur quis præſtare ſeruo, vel alteri, quem habet in ſuo ſeruitio: & hoc naturali ratione. nu. 28.*
29 *Maritus licet ſtipulatus fuerit vſuras ab vxore pro dote non ſoluta, & eas non petierit, & per totum tempus matrimonij eam & eius familiam aluerit, titulo donationis videtur remiſiſſe etiam alimenta præſtita familiaribus vxoris.*
30 *Præſentãs ſcripturam, in dubio videtur probare omnia in ea contenta, etiam quæ facerent contra ſeipſum.*
31 *Scriptura quæ fuit penes aliquem, præſumitur ab eo lecta & cognita. & num. 33.*
32 *Acta ſi fuerunt penes aliquem, præſumuntur ab eo viſa & percunctata.*
33 *Inſtrumentum penes quem inuenitur, præſumitur habere cognitionem omnium contentorum.*
34 *Ignorantia præſumitur etiam in facto proprio, quando illud eſt de longinquo, niſi factum ſit graue: quia tunc poteſt ignorantia allegari.*
35 *Ignorantia vel ſcientia ordinarij de vacatione beneficij, an & quando præſumatur.*
36 *Scire quis præſumitur illud, quod tenetur inquirere. Et ſi ignorantiam alleget aut probet illa non prodeſſet: niſi probet ſe diligentiam de ſciendo feciſſe, apud quos certificari potuiſſet.*
37 *Imputandum eſt ei, qui cùm de ſui ipſius commodo agitur,*

agitur, id quod per se vel per alium scire potuit, ignorauit.

38 *Primogenitus, ad quem spectat inuestitura feudi, si videns alium inuestiri de eo, tacuit, sibi præiudicat.*

39 *Agnatus proximior habens facultatem reuocandi feudum ab agnato remotiori, perdit ius suum: nisi illud infra annum prosequatur.*

40 *Iudicium fugiens, præsumitur de sua iustitia diffidere.*

41 *Soluens sponte, & petens executionem sententiæ, videtur renuntiasse etiam appellationi interponendæ.*

42 *Protestatio seu reseruatio iurium, nihil operatur, vbi iura non extant.*

43 *Clausula, saluo iure, non tribuit ius de nouo, sed subintelligitur, si quod habet.*

44 *In feudo hæreditario oportet succedentem esse hæredem, & adiuisse hæreditatem: alias non succedet.*

45 *Hæreditas fraterna non adita, non transmittitur.*

46 *Iuris adeundi hæreditatem, præscribitur spatio triginta annorum.*

47 *Condemnatus ad retrouendendũ feudum, mortuo feudatario debet solui pretium retrouenditionis per hæredẽ, qui succedit in feudo: & non per alios succedentes in burgensaticis.*

48 *Ratificans contractũ ab alio gestum, obligatur perinde, ac si ipse à principio contraxisset. & nu. 108.*

49 *Metus reuerentialis concurrente maxima læsione, sufficit ad rescindendum contractum: quia alias sola præsentia & reuerentia viri, non sufficeret. & nu. 50.*

51 *Mulieres non libera voluntate, sed seductione, machinationibus, persuasionibus, & calliditatibus inducuntur: prout vnusquisque potest in mente sua sentire.*

52 *Contrahens cum tyranno, si enormiter lædatur, ista duo, videlicet qualitas tyranni, & læsio enormis, arguunt iustum metum.*

53 *Donatio, vbi datur enormis læsio cum metu reuerentiali, præsumitur extorta dolo.*

54 *Quietatio generalis, non extenditur ad incognita, nec ad ea, de quibus captio esse potest.*

55 *Volenti & scienti non infertur dolus. Secus in donãte & ignorante à principio quid donat: & sic ignorante damnum, & in quo lædatur.*

56 *Metus probatio, remittitur arbitrio iudicis.*

57 *Iustus impressionis metus sufficit, licet eius effectus non sequatur.*

58 *Assertioni parti standum est, & plenè credendum.*

59 *Donationum pluralitas præsumitur ex diuersitate summarum.*

60 *Testibus duobus deponentibus de metu, magis statur, quàm mille deponentibus de spontanea voluntate.*

61 *Principalis si vnum dicat, & testes contrarium deponant, statur principali, quàm testibus.*

62 *Iudicis præsentia, facit cessare omnem præsumptionem doli & fraudis.*

63 *Nisi esset iudex amicissimus parti.*

64 *Contrahens cum tyranno, etiam quòd contrahat præsentibus consanguineis & amicis, eorum præsentia non facit cessare metum.*

65 *Metus quòd cesset dato præsentia iudicis, & quòd ita præsumatur talis præsentia, non est iuris & de iure: sed operatur tantum, vt requiratur efficacior probatio ad metum.*

66 *Præsumptio vna tollitur per aliam.*

67 *Contractus metu initus, non est ipso iure nullus: sed causat rescissionem per actionem, quod metus causa.*

68 *Contractus dotis si fit per metum, est nullus.*

69 *Contractus dotis pariter & distractus, si fiat per metum, est ipso iure nullus.*

70 *Metus tam in contractu, quàm in distractu dotali, vitiat ipsum ipso iure: nec iuramentum obligat.*

71 *Matrimonium contractum per metum, sicut est ipso iure nullum: ita etiam & iuramentum.*

72 *Donatio facta viro per vxorem, habet conditionem in se, si vir erit superstes post mortem vxoris: aliàs si vxor remanet post mortem viri, donatio resoluitur.*

73 *Donatio inter vxorem & virum, firmatur iuramento: tamen hoc procedit, quantum ad remouendum prohibitionem iuris: secundum quod donatio inter virum & vxorem est prohibita: quia non obstante, quòd à lege sit prohibita, tamen iuramento confirmatur. & nu. 74.*

75 *Donatio potest reuocari, non obstante iuramento: & iuramentum semper habet illam tacitam conditionem, quam habet promissio, cui adhæret: & ad plus non extenditur, quàm extendatur virtus promissionis.*

76 *Tutor simpliciter contrahens in re pertinente ad pupillum, intelligitur tutorio nomine contrahere.*

77 *Exactio dotis præsumitur ex illo titulo facta, quando præcedit titulus dotis.*

78 *Testes pro vna parte verisimiliora deponentes, præferuntur testibus alterius partis.*

79 *Testes deponentes ad exclusionem delicti, præferuntur.*

80 *Testes deponentes extra articulum, super quo producti sunt, non probant.*

81 *Testes deponentes sine redditione causæ scientiæ eorum dictis, non probant.*

82 *Testes reddentes causam scientiæ eorum dictis, præferuntur testibus non reddentibus causam sciẽtiæ alterius partis, etiam quòd ad probandum id, super quo deponunt, non requireretur redditio causæ scientiæ.*

83 *Mandatum in personam prætensi procuratoris, non præsumitur: & si esset decursum tempus mille annorum, nisi de eo appareat.*

84 *Productio scripturæ facta per procuratorem, videtur fateri contenta in ea, etiam contra se.*

85 *Productio præfata potest reuocari: quia non inducit tacitam confessionem, vt reuocari non possit: quia hoc non operatur.*

86 *Dos data meretur donationem propter nuptias.*

87 *Promissio constituendi antefatum, seu constituendi dotem, ita meretur executionem sicut expressa stipulatio: & habentur pro constitutis tam dos, quàm antefatum.*

88 *Matrimonium non consummatum culpa viri, habetur ac si consummatum fuisset: & vxor, per quam non lucrabitur antefatum.*

89 *Pactum de lucranda dote, habet locum, etiam si matrimonium non fuisset consummatum.*

90 *Consuetudine Neapolitana vsusfructus debetur ad rationem tarenorum duorum pro qualibet vncia: cùm ita sit taxatus vsusfructus, & interesse per dictam consuetudinem.*

91 *Mulier vxor non potest petere alimenta seu vsuras dotium post annum, cùm habuerit in potestate suam dotẽ petere: & non curauit.*

92 *Et si mulier petierit dotem, & hæredes viri sunt in mora soluendi, tunc debetur sibi etiam interesse damni emergentis.*

93 *Mulier si petijt velle pecuniam ad emendum fundum, ex quo fructus percepisset, verisimiliter sibi tale interesse debetur.*

94 Interesse etiam, si non esset probatum iudici, potest tamen ipso iudex ex officio ipsum taxare, & arbitrari ex coniecturis.

95 Annus inductus à lege ad restituendũ dotem, ita constituit in mora, sicut dies expressa.

96 Vsusfructus & interesse respectu antefati, erit in electione vxoris, quando antefatum est constitutum in pecunia, an velit pecuniam pro antefato post eius mortem, vel recipere à filijs vsuram competentem.

97 Vsusfructus pecunia vxori non debetur, nec pro præterito, nec pro futuro: & ibi qualiter fuit diuersimodè iudicatum.

98 Vsusfructus debetur non ad rationem vsusfructus dotis, sed ad rationem quinque pro centenario. & ita in contradictorio iudicio decisum.

99 Et subdit, quòd etiam respectu antefati debeatur vsusfructus.

100 Consuetudo Neapolitana disponit, quòd vsusfructus respectu dotium debetur ad rationem tarenorum duorum pro qualibet vncia: sed respectu antefati ad rationem ducatorum quinque annuatim pro centenario: & quid de iure communi.

101 Priuilegium tributum doti, est etiam communicatum antefato.

102 Actio personalis ex stipulatu pro dote, antefato, & vsufructu, datur contra aliquem obligatum ad aliquid faciendum vel dandum.

103 Hæres adeunde hæreditatem ex quasi contractu, per additionem se obligauit creditoribus.

104 Actio personalis ex testamento, datur contra hæredem pro consecutione legati.

105 Requisita ad obtinendum in iudicio assistẽtia petita, tam quando agitur contra possessorem, quam principalem. & num. 106.

107 Assistentia vt agatur & appretio contra obligatum vel eius hæredem non est opus constituto & precario.

108 Ratificans contractum perinde obligatur, ac si à principio contraxisset.

109 Clausula, vt cautela fieri possint ad consilium sapientis, operatur, vt in contractu adpositi possit precarium, & constitutum.

110 Feudalia non possunt obligari, absque assensu regio: nec veniunt in generali obligatione.

111 Ciuis est loci, habens vxorem & domum in loco: & hoc vltra dispositionem Regiæ pragmaticæ de ciuibus Neapol. est etiam de iure communi.

112 Ciuis non originarius si virtute statuti non potest admitti ad collegium doctorum, quòd nisi sit natus in ciuitate, vel nisi sit ciuis originarius, quòd tamen natus alibi à casu, potest esse de collegio.

113 Ciuilitatem paternam retinet filius, dato quòd alibi sit natus, quàm in patria patris.

114 Lis pendere non dicitur, vbi instantia est perempta. & numero 115.

115 Regressus non datur de priuatione ad habitum.

117 Instantia perempta, ex gratia Principis resuscitatur: & sic per principem, qui spiritum vita in ea mortua insufflat.

118 Lazarus resuscitatus recuperauit bona nisi ea, quæ medio tempore fuissent distracta.

119 Restitutio quando fit ex gratia, nunquam trahitur retrò in præiudicium iuris quæsiti.

120 Assensus regius super bonis feudalibus, non potest impetrari post mortem obligantis bona, nisi cum nouo consensu, & voluntate hæredis.

111 Principalis si non reuocauit obligationẽ bonorum feudalium sine assensu, post eius mortem, non potest eius hæres reuocare: sed fauore dotis tenetur habere ratum.

122 Promissio generalis tantum operatur, quo ad omnia contenta in illo genere: quantum specialis, quo ad illam speciem, quo ad comprehensionem & exclusionem.

123 Priuilegia dotis, sunt communicata dispositioni antefati, siue quarta.

124 Priuilegium tacitæ stipulationis, de quo in l. vnica. C. de rei vxor. actio. quod loquitur in dote, tamen habet locum etiam in donatione propter nuptias.

125 Feudalis materia subiecta hodie patitur vt apprehendat eos, ad quos aliàs feudum transire non poterat.

126 In feudis, verbum, hæres, de filijs intelligitur, quia de natura feudi est non transire ad extraneos.

127 Feuda dum sunt alienabilia, sunt ad instar allodialiũ.

128 Inuestitura feudi dum facit mentionẽ vt transeat ad quoscunque hæredes, etiam extraneos, adparet esse feudum hæreditarium.

129 Inuestitura cõtinens quibuscunque alijs personis, prout vobis visum fuerit & placebit, faciunt verba præfata feudum transitorium ad quoscunque hæredes.

130 Inuestitura, quæ verba habet cõtinere, vt feudatarius inuestitus in alienatione & alijs, non teneatur dominum requirere.

131 Concessio feudi ex pacto & conuentione legem accipit.

132 Princeps potest de Burgensaticis, & allodialibus facere feuda. & de feudalibus burgensatica.

133 Causa feudalis debet videri coram domino feudi: & coram iudice illius loci vbi feudum permanet.

134 In feudo franco, quod potest irrequisito domino alienari, possunt pro libito voluntatis prorogare iurisdictionem: etiam sine licentia domini. & num. 135.

136 Iudicium agitatum per vasallos coram alio iudice, quàm coram domino feudi, non tenet, nisi quando dominus feudi sciret, & non contradiceret.

137 Dominus feudi potest consentire vasallis: & prorogare iurisdictionem in non iudicem eorum.

138 Causa viduæ & causa dotis, dicitur causa pia.

139 Legatum cum fuerit quantitatis, pro eius consecutione competit tam actio personalis quàm hypothecaria.

140 Obligatio ad interesse, succedit propter moram commissam in solutione rei legatæ.

141 Causa, in qua proceditur sola facti veritate inspecta, prout in regno, virtute capituli; detestantes. ferri potest sententia super probationibus: licet non sit facta petitio: vel nisi causa contenta in petitione, non sufficiat: si ex probationibus adpareat causa apta, & sufficiens ad condemnationem.

142 Sententia dum sumus coram Principe, potest ferri super probationibus: licet non fuerit facta petitio: & licet causa contenta in petitione non sufficiat, si ex probationibus adparet causa apta & sufficiens ad condemnationem.

143 Testes licet discordent in aliquibus inter se: tamen si in facto principali, in quo consistit substantia negotij, reperiuntur conformes, nihil officit, & bene probant.

144 Falsitas, quæ non tangit negotium principale, sed circunstantias, non facit, quòd testes reprobentur.

145 Testamentum vbi est dubium, an teneat vel ne, pro eius validitate iudicandum est.

146 Testes tres discordantes non rumpunt testamentum.

147 Hæres si semel approbauit testamentum, non potest vlterius

ulterius ipsum impugnare.

148 Executio in feudalibus ob defectum assensus in regno fieri non potest, id est, in proprietate: tamen in fructibus, qui sunt haeredis, fieri potest. & non dicitur feudalis: & executio fieri potest eo casu in actione personali, in quo non sunt alia bona, nisi feudalia.

149 Actio hypothecaria, competit ex legato.

150 Bona pupilli non possunt obligari per tutricem.

151 Iuuare quis se non potest, ex eo, quod impugnauit.

152 Allegans instrumentum dolosum, seu meticulosè factum, non poterit se ex eo iuuare.

153 Etiam hoc procederet, si iudex vellet impugnare dictum instrumentum.

154 Et etiam procedit, si pars vellet pro parte acceptare instrumentum, & pro parte impugnare.

155 Regula præfata an procedat, vbi essent capitula connexa.

156 Capitula quando dicuntur connexa: & quando respectiua.

157 Pacta adposita in vno instrumento, dicuntur annexa & respectiua solùm ex hoc, quia in vno instrumento.

158 Duo instrumenta inter easdem personas confecta, eo die inter easdem partes & coram eisdem testibus, videntur facta correspectiuè vnum ad aliud.

159 Pacta in vno instrumento adposita, videntur esse respectiuè vnum ad aliud.

160 Contrauenientes contractui ex eo, quòd alia pars contrauenerit, non dicitur contrauenisse.

161 Confirmatio operatur supplementum defectus existentis in confirmato: procedit, dum disponens intenderet aliquid supplere: & de nouo disponere vltra confirmatum.

162 Concessio seu dispositio prima, si est nulla, confirmatio nihil operabitur.

163 Promittens dare tibi centum vsque ad Pasca: & deinde in anteà ad tui petitionem, adueniente die Paschatis sum in mora: quia quando dicis: & deinde in antea ad tui petitionem: verum est in prorogatione termini: quia potest prorogare, qui vult: tamen dies interpellat pro homine. & nume. 164.

165 Obligare quis se non potest in vno & eodem tempore: & in mora constitui.

166 In mora quando quis dicatur non esse.

167 Verba, ad omni sua requesta, referuntur ad omnia præcedentia.

168 Obligatio catenus tenet, quatenus verè debitor adparet.

169 Error nedum vitiat constitutum & obligationem: sed etiam ratificationem.

170 Promissio quando non teneat.

171 Antefatum seu donatio propter nuptias, non debetur, nisi pro rata dotium solutarum verè & absque deceptione.

172 Tutor faciens actum, intelligitur tutorio nomine facere in rebus ad pupillum spectantibus.

173 Bona paraphernalia si vir consumpsit: & essent fructus industriales, maritus nec eius heres non tenetur restituere: quia consumptione eos lucrifacit: & sufficeret solùm dicere illos fuisse consumptos. & nume. 174.

175 Assistentia præstari non potest, vbi deficit constitutum vel precarium.

176 Constitutum vel precarium vbi non adparet, non potest præsumi adpositum ex consuetudine notarij.

177 Ratificationi capitulorum instrumentum, etiam quòd in eo sit tenor insertus: debet tamen exhiberi capitula, dum agitur ex ipsa ratificatione.

178 Locus contractus, in quo geritur, quo ad obseruantiam solennitatum ipsius actus, attenditur, & non alius.

179 Capitulum factum in regno, non extenditur extra territorium regni.

180 Statutum loquens de contractu dotis, quamuis generaliter loquatur, non propterea extenditur ad contractum factum extra territorium loci statuti. & numero 181. & 182.

183 Statuti noui dispositio super restitutione dotis, non extenditur ad matrimonium iam solutum: & ad dotes veteres: & ad casum, quo mortui sunt filij ante nouum statutum.

184 Assensus regius in feudalibus præstari non potest post mortem.

185 Capitulum obtentum lite pendente, non patitur extensionem.

186 Dispositio in dote non habet locum in omnibus in antefato.

187 Si promisisti te obligaturum in decem erga me: ego potero agere ad illa decem contra te, antequam te obligaueris. Aliqui doctores dicunt hoc esse dubitabile: & aliqui non tenent. & num. 188.

189 Ex pacto de retrouendendo ob pretium non solutum, licet præsumatur venditio facta, vt euitetur circuitus: non tamen ex isto actu præsumpto præsumuntur permissa vsura.

190 Venditio licet præsumatur ex promissione de vendendo ad euitandum circuitum, non veniunt fructus post hanc promissionem percepti, sicut venirent post venditionem factam.

191 Ad circuitum euitandum quamuis alias præsumeretur dotem fuisse promissam restitui, & constitutum fuisse antefatum: non tamen videtur se obligasse ad fructus & interesse.

192 Circuitus non euitatur, quando interest contrahentium, vt circuitus seruetur.

193 Et pariter, vbi circuitus esset inutilis.

194 Et in casibus à iure expressis euitatur.

195 Statutum loquens in casu vero, non extenditur ad casum fictum.

196 Statutum concedens executionem contractus, non extenditur ad pacta incontinenti adposita: cùm non se extendat ad casum fictum.

197 Capitulum dum loquitur in vero instrumento formali, non debet extendi ad præsumptum, & fictum instrumentum.

198 Assensus præstitus in vno actu, non extenditur ad alium etiam verum, licet minus damnosum. à fortiori nec ad fictum.

199 Actus verus alius est, & alius fictus seu præsumptus.

200 Statutū, quòd datarij habeant arbitrium super venditionibus factis, & quidam promisit vendere, quòd istud non pertinebat ad eorum arbitrium: quia non est venditio, sed promissio de vendendo, quæ sunt diuersa.

201 Priuilegium obtentum à principe, debet intelligi concessum iuxta tenorem suppositionis oblatæ.

102 Gratia Principis intelligitur concessa, iuxta formam petitionis oblatæ.

203 Rescriptum ambiguum debet intelligi secundum supplicationem oblatam Principi.

204 Tutor alimenta præstita pupillo, potest compensare vel

vel repetere: & si non sint taxata expensa repeti possunt.

205 *Heres satis dicitur admisisse hereditatẽ defuncti, dum declarat seu dicat feuda siu bona ipsius defuncti ad eum spectare & pertinere.*

206 *Successor in feudo si per annum tacuit, sciens alium de eo inuestitum, sibi præiudicat, & ius suum amittit.*

207 *Feudatarius alienans feudum hereditarium cum consensu regis, facit vt nõ possit reuocari alienatio per filios, nec per alios agnatos: secus in feudo ex pacto & prouidentia. & num. 208.*

209 *Assensus regius non potest impetrari post mortem feudatarij.*

210 *Papa nec Imperator non potest feudum sine causa auferre feudatario.*

211 *Rex in suis concessionibus non præsumitur voluisse tertio præiudicare: nec præsumitur.*

212 *Dominus feudi non potest facere gratiam de feudo in præiudicium agnatorum.*

213 *Sciens successoris in feudo, quòd alium ipse patiatur inuestiri, sciens ipsum successurum in eo, & non inuestitum, debet allegari & probari, ad hoc, vt excludatur. & numero 214.*

215 *Reuocatio alienationis feudi, fit per filium aut agnatum alienantis, quando feudum non est hereditarium: sed quando est ex pacto & prouidentia. & num. 216.*

217 *Feudatarius alienans feudum ex pacto & prouidentia in extraneũ, si per annum tacuit filius vel agnatus, nullum fieret sibi præiudicium: sed esset necessarius cursus 30. annorum. & nume. 218.*

219 *Feudum hereditarium potest in quemcunque alienari cum regio assensu: & agnati non reuocant, nec infrà annum, nec post. & num. 220.*

221 *Feudum ex pacto & prouidentia si alienatur per feudatarium carentem filijs, si demum filij nascantur, poterunt reuocare: secus in feudo hereditario: quia filij non possunt reuocare alienationem factam per patrem.*

222 *Feudum hereditariũ potest alienari in præiudicium agnatorum & filiorum.*

223 *Successor in feudo, si non petit inuestituram infra annum, hodie non amittit feudum: sed soluit duplicatum releuium. & nu. 224. & 225.*

226 *Annalis præscriptio an habeat locum in regno.*

227 *Papæ seu principis assertioni statur in his, quæ ab eius facto dependent.*

228 *Clem. prima de probatio. habet locum inter laicos: nec habet locum, vbi agitur de præiudicio tertij.*

229 *Assertioni papæ vel Principis non statur in casu valde præiudiciali alteri parti.*

230 *Regula clemen. prima non habet locum cum tractatur de facto alieno.*

231 *Papa vel Princeps narrans in bulla seu priuilegio factum à se gestum, vel saltem ab alio secum, probat: secus, si narrat factum, quod scire non potuit: nisi per auditum ab alijs.*

232 *In principe speciale est, quòd ei soli credatur, præter ius gentium.*

233 *Testes deponentes parte non citata, etiam coram principe, non valerent. & num. 234.*

235 *Rex nunquam videtur nec præsumitur velle tertio præiudicare.*

236 *Princeps si aliquid dat vel confirmat, semper intelligitur saluo iure alterius.*

237 *Verba priuilegij seu rescripti debent potius impropriari, quàm inferre præiudicium tertio.*

238 *Papa conferens beneficium, non obstante collatiõne alteri facta, intelligitur de inualida.*

239 *Papa vel princeps in dubio non præsumitur voluisse iuri tertij præiudicare.*

240 *Concessio facta per principem, in dubio semper intelligitur absque præiudicio tertij.*

241 *Et etiam si agatur ad rem, non videtur iuri tertij derogari.*

242 *Princeps quando habet notitiam de iuribus competentibus tertio, etiam si adponeret clausulam: ex certa scientia nihil operatur talis clausula.*

243 *Imperator vel papa non potest auferre feudum sine causa.*

244 *Princeps dum in priuilegio dicit: intelleximus, debet intelligi, quòd ab ipso supplicante intellexit.*

DECISIO CIII.



Llustrisima Marchionissa Padulæ egit in sacro Regio Consilio actione reali & personali, aduersus illustrisimam donnam Antoniam de Cardona, vt sororẽ & heredem quondã illustriss. don Attalis eius viri, necnõ assistẽtia & appretio super bonis feudalibus tam huius regni, quàm super statu Comitatus Colisani, & cæteris feudalibus regni Siciliæ: & hoc pro eius dotibus & antefato: necnon pro vsufructu & interusurio & interesse ob nõ restitutionem dotium à die mortis don Attalis, & à tempore, quo lis principium cepit, quod prætenditur per annos ferè decem. Item egit ad legatum ducatorum 2000. eidem actrici per præfatum eius virum pro bonis seruitiis, vnà cum interesse. Et primò videndum est, quid de dotibus, & quid de antefato, & quid de interusurio, vsufructu, & interesse. Et in primis circa dotes ducatorum. 2185. quod omnino debeantur, extat primò instrumentum capitulorum de quantitate præfata, habita per quondam Comitem Colisani patrẽ don Attalis de introitibus status Marchionissæ, & vt eius baiulũ, tam perceptos de pecunia ipsius Marchionissæ in tabula Barchynonæ, quàm habitos per Comitissam Colisani ex redditibus status ipsius Marchionissæ post mortem præfati Comitis. Item de dictis dotibus satisfactis liquet demum per aliud instrumentum longè post celebratum tempore matrimonij contracti, in quo don Attalis insertis dictis præfatis capitulis ad vnguem omnia in eis cõtenta ratificauit & approbauit: & sic confessionem præfatam de dicta quantitate recepta per eius parentes seu genitores, & ad illorum obseruantiam teneri voluit, séque & eius bona etiam feudalia & titulata in vtroque ex regnis prefatis existẽtia obligauit. Item de præfatarum dotium satisdatione constat per testamentum eiusdem don Attalis, in quo legauit dotes prefatas & iura dotalia præfatæ eius vxori iuxta formam suarum cautelarum. Cõstat autem præfatum instrumentũ confessionis receptionis dotium, dici probationem probatam & non probandam: vt
†inquit Baldus in l. si pupilli. C. de vsur. in l. interest. 1
C. de solu. & in l. quoties. in fi. C. de re iudicata: & alibi not. Bartolus in l. prima in principio. ff. de oper. noui
nunti. quòd illud, de † quo est confectum instrumen- 2
tum, dicitur manifestum. Idem dicit Baldus. in l. gene-

rali. C. de sacrosanctis eccle. & dicit Paulus de Castro in consilio cccxxij. in causa, quæ vertitur. & in terminis in instrumento confessionis dotis, consuluit Decius in consi. ccccccxxxvj. in causa, quæ agitatur Mantuæ. versiculo: tertiò concurrit. & cùm vltra promissionem siue confessionem in capitulis, vt suprà successerit ratificatio, vt suprà ex longo interuallo, & pariter vltimo loco ex longissimo: & per multos & quamplures annos fuerit dos ipsi in testamento lega-
3 ta, ac etiam cum legato seruitiorum. Nec † posset excipi de dote non numerata, stantibus geminationibus dictarum confessionum: per text. in l. in contractibus. §. primo versiculo, illis etiam securitatibus. & ibi not. gloss. & Baldus, & communiter omnes. C. de non nume. peculiaris: & tenet Sozi. in l. prima. versiculo tertiò limita. ff. solu. matrim. dato maximè decursu tot annorum à tempore emanatæ confessionis, vsque ad mortem don Attalis, meritò ita apponi de dote non numerata, minimè potuit: iuxta textum in l. si. & in authentica: quòd locum. C. de dote causa nõ nume. Concurrente maximè iuramento assertorio de præ-
4 terito, vbi etiam † iuratũ extitit omnia & singula esse vera: quo casu cessat omnino exceptio præfata dotis non numeratæ: vt tenet Ioannes de Imol. in cap. cùm cõtingat. in repetitione de iureiuran. super vij. membro. & super decimo. refert & sequitur Baldus nouel. in priuilegiis dotium in x. parte. & idem post Bartol. tenet Baldus & Salic. in dicta l. fina. C. de non nume. pecu. vbi expressè dicunt, quòd huiusmodi iuramen-
5 tum † assertiuum veritatis probat contra iuratem. Abbas in sua solenni stipulatione, ex ordine stante statuto ciuitatis Senarum. & idem tradit Ioannes de Imol. in l. nemo potest. ff. de legat. primo. & in l. Seius Augerius. ff. ad legem Falcid. & hanc communem esse opinionẽ restatur & sequitur Sozi. in suo consilio lxxx: j. super quæstionibus propositis. In tertio volumine: sequitur idem referendo Decius in consil. ccccccxxxvj. in causa, quæ agitatur Mantuæ. in tertio volum. Suffragatur præmissis tam tempore, quo sponsalia contraxerant, & sic ante matrimonium, quàm post alimentauit Marchionissam; & sic non potest vlterius
6 opponi † de non numerata dote: secundũ Baldum in rubrica de priuil. dot. in versiculo vnde quæritur. secundum quam opinionem Sozin. dicit ita fuisse consultum per doctissimos viros in l. prima, versic. quintò limita. ff. solut. matri. licet ipse ibi conetur via disputatiua tenere contrarium: tamen ipsemet Sozi. in præfato consilio lxxxij. versiculo pro quibus facit. in tertio volumine, concludit in iudicando non esse recedendum ab opinione Baldus, & sequacium: qui hoc consuluerunt. & nihilominus per partitas tabulę Barchynonæ, & etiam per partitas bãcorum huius regni Neapol. & signanter degentium Neapo. & per instrumentum receptionis habitæ ab illust. Principissa Salerni, & per libros administrationis Comitis Culisani & bilancium approbatum in actis existens, adparent iam cõfessiones de recepto verificatæ, licet nulla comprobatione opus fuisset. Nec suffragaretur, quòd ex parte donnæ Antonię asseritur capitula matrimonij minimè stipulata fuisse: nam respondetur primò
7 quòd fingitur stipulatio, etiam † si verè non intercessisset fauore dotis: vt in l. vnica. in princip. C. de rei vxo. actio. & inde Baldus. ibi, quem communiter sequuntur Docto. & Angelus, etiam sequitur in dicto §. fuerat. instit. de acti. & Iason ibidem not. dixit quòd aut constat quòd non interuenit, & fingitur: aut est dubium & præsumitur, aut vtiliter intercessit, & tunc est vera. Item dicitur, quòd etiam si non fingeretur, ex quo tempore contracti matrimonij per verba de præsenti omnia cõtenta in capitulis matrimonij don Attalis ipse solenniter ratificauit & se obligauit. ad quid ergo tantum ponderatur stipulationis defectus:
nam perinde † habetur, ac si ipsemet ab initio contra- 8
xisset: per textũ, in l. cum fundus. §. seruum tuum imprudens. vbi Decius not. in iij. not. ff. si certum petat. & facit text. in l. Caius Seius. in fin. ff. de manumit. & in l. Pomponius. §. cum quis adminiculo. ff. de acquir. possess. & not. Baldus in l. contra iuris. §. si filium. in fin.
ff. † de pact. ratificans enim & ratum habens, dicitur 9
facti author: per textum, not. in l. in summa. §. Cassius. ff. de aqua plu. arcen. quem ibi ad hoc not. Baldus subdens, quòd non reperitur in pluribus locis. sequitur Iason in l. stipulatio ista. §. alteri. ff. de verb. obligat. &
inde † videmus, quòd ad probans contractum, suc- 10
cedit in locum eius, qui contraxit, ideo debet eodem modo & iure vti. Textus est in clemen. j. in fin. de supplen. negli. prælat. & facit text. in l. si iudex. ff. de iudic. & quod no. Baldus in l. si puellam. C. si manc. ita fuer. aliena. & in terminis, quòd ex quo don Attalis ratificauit obligationem factam de bonis suis, obligatio reconualescit, vt à principio. Est casus in l. si fundum. §. primo. ff. de pignor. & habetur per Bart. in l. prima, eodem titulo quod in tantum est verum, quòd etiam si Comitissa obligasset non nomine don Attalis, pro-
nt obligauit, sed nomine proprio, † ratificando postea 11
don Attalis obligatur, & habetur perinde ac si ab ini-
tio se obligasset. Nec obstat quòd id quod † non est 12
gestum nomine meo, ratum habere non possum: vt in l. si pupilli. §. sed si ego. ff. de neg. gest. quia illud procedit quoad commodum ipsius ratificantis, cum per ratificationem actus non gesti suo nomine quis non trahit ad se illud negotium, nec acquirit actionem negotiorum gestorum: vt in dicto §. sed si ego. Sed quo ad præiudicium suum bene potest quis ratificare id, quod non est gestum nomine suo. Ita pulchrè declarat Bartolus in dicta l. si fundus. §. primo. ff. de pignor. & idem firmat. §. sed si cum quis. ff. de vi & vi arma. & sequitur Nicol. in tracta. de pignor. in secundo membro secundæ partis principalis. Nec militaret in contrarium, quòd licet in dicto instrumento, in quo don Attalis ratificauit capitula, vt suprà, se obligando ad illorum obseruantiam, non tamen in eo promisit restitutionem dotium. Ex quo hoc sufficit: quia præsumitur tacita stipulatio: vt in dicta l. vnica. in princip. vbi Baldus ad propositum not. infert per illum text.
quòd si actum est ad dotem, ex vera stipulatione † do- 13
tis, & non probatur stipulatio, quòd tamen actor reportat victoriam non vi fictionis, sed vi præsumptionis: per quam veritas allegata probatur: cùm sit præsumptio iuris & de iure. & dicit hoc etiam velle Cy. ibi. Et idem etiam voluit Baldus in l. pecuniæ. C. de soluti. & Angel. in §. fuerat. institu. de action. & intan-
tum est hoc verũ, quòd † dicta tacita stipulatio à lege 14
inducta fauore dotis, ita meretur executionem, sicut stipulatio expressa in instrumento: secundum Bald. in l. vnica. §. sed vt plenius. per rationem, quia præsumitur, quòd solenniter acta sit. l. cùm ostendimus. §. fina. ff. de fideiussor. tutor. & subdit hoc esse multum not.

not. & pluribus vicibus habuisse de facto: & quod nun-
quam vidit ad hoc allegari textum illum: & ideo in-
fert in propriis terminis, quòd si in instrumento ad-
est simplex confessio mariti de dote recepta, licet ni-
15 hil † dicatur in ea, quòd promiserit ipsam restituere,
ex quo tacitè in se continetur promissio de restituen-
do, ita mandabitur executioni, sicut expressa promis-
sio restituẽdi. Quod reputat ipse multum not. Ad hoc,
secundum eum, bene facit l. quæcunque. C. de apoc.
publ. libro vndecimo. & idem voluit Bartol. in l. pri-
ma, in princip. ff. de his, quæ in testa. delen. vbi tenet,
quòd statuto extante, vt instrumenta publica execu-
tioni demandentur, sicut sententia: quædam mulier
habebat instrumentum, in quo maritus confessus fue-
rat se habuisse dotem, & de ea fecerat quietationem,
in qua tamen nihil dicebatur de promissione restitu-
tionis, nec soluto mat. mulier petebat executionem
instrumenti vigore tacitæ stipulationis præsumptæ,
in dicta l. vnica, in princip. C. de rei vxor. acto. nun-
quid potest? & primò dicit Bartol. videri, quòd non:
cum non sit scripta in instrumẽto, & intelligitur au-
thentica legis. Ergo cum nequeat legi, non debet exe-
cutioni mandari. In contrarium facit secundum eum:
l. si duo patroni. §. Marcellus. ff. de iureiuran. vbi licet
iuramentum sit stricti iuris, vt in cap. primo, de iure-
iuran. si quis iurauerit rem sibi datam in dotem, ope-
ratur iuramentum, vt etiam videatur obligatus, &
quòd sic promisisse videatur dotem restituere: & ideo
contra iurantem datur actio ad restitutionem: vt ibi
in text. quem sic ad hoc inducit Angel. in dicto §. fue-
rat. & hanc partem firmat etiam Baldus in l. prima. in
fin. ff. de his quæ in testam. delen. vbi Angel. idem se-
quitur. ac etiam Roman. & Imol. in dicta l. prima. in
princip. & Angel. Aret. in dicto §. fuerat. & idem in
terminis firmat Baldus, in l. ad probationes. in fine. C.
de probation. vbi subdit se credere hoc esse verius: &
quòd ita consuluit, & quòd fuit primum dictum, &
quòd vnquam dederit ex commissione iudicis de cau-
sa dubitantis: & idem Baldus in l. vbi adhuc. C. de iure
16 dot. versic. quæro statuto. inferens ex hoc not. † quòd
quamuis in instrumento dotali non fiat mentio de
hypotheca: quia tamen præsupposita dote, de neces-
sitate sequitur hypotheca hincinde, vt plenè Iason. in
17 præfato §. fuerat. in tertio not. † sequitur etiam, quòd
hincinde habeatur pro expressa: quod procedit etiam
in marito minore recipiente dotem: quia bona tacitè
obligantur. Bald. Angel. Romanus, & Alexand. in l. si
constante. in princ. ff. solu. matr. Angel. Paul. de Cast.
& Alexander in l. item, quia. ff. de pact. Cyn. Baldus, &
Angel. in l. fin. C. de legitim. tut. vbi Baldus, dicit hanc
esse communem opinionem. Maximè, quia & fortius
18 promissio solum † constituendi dotem, operatur eun-
dem effectum, ac si constituta fuisset ad euitãdum cir-
cuitum. Ita Ioannes Andreas in additio. Specul. in tit.
de obligat. & solutio. super rubric. vbi dixit, quòd ille
19 † qui promisit se obligaturum ad x. potest statim ad x.
conueniri, absque alia obligatione, causa euitandi
circuitum. & refert fuisse dictum Alber. Galeo. quòd
perpetuò dicit esse tenendum menti: quia prima facie
multi contrarium dicerent. & sequitur Alexander in
l. cum fundus. §. seruum suum imprudens. & ibi com-
muniter scribentes. ff. si certum petatur. & ita pro-
priè in promissione de constituendo dotem, fuit de-
cisum in consilio antiquis decis. Afflict. lxj. fuit lata

quædam sententia. in primo dubio. Verum, quia ad
extenuationem dotium præfatarũ deducuntur com-
pensationes prætensæ, & de largis expensis factis ei-
dem Marchionissæ, & eius familiaribus per tot an-
nos, super quibus producti sunt testes familiares, &
alij viles: qui super omnibus ferè articulis eodem pre-
meditato sermone deposuerunt formaliter, prout ar-
ticuli cantant: de quorum depositionibus nulla ratio
haberi debet, tanquam inuerisimilia † deponentibus. 20
& sic nulla debet ei fides adhiberi: iuxta textum in l.
tertia, in principio. §. primo, & in l. idonei. ff. de testib.
& in l. secunda. C. eodem titulo: & in capit. in nostra.
eodem titulo, & plenè Speculator, in titulo. de testib.
§. primo, versicul. Item quod est domesticus. & potest
iudex eisdem fidem non adhibere: secundum Bartol.
& Paul. de Castro, in l. Lucius. ff. qui not. infam. & not.
Angelus in consilio cccix. factum est tale. & Ioannes
de Imol. in l. qui testamento. §. primo. ff. de testamen.
Alexander in consilio xix. in causa appellationis. &
plenè Decius in consilio cx. in casu de quo agitur.
Item † quia penè omnes de eorum iudicio deponunt, 21
quo casu non probant: quia debent deponere per sen-
sum corporeum. vt in l. qui testamento. §. primo. ff. de
testamento. & in authentica. de hæredit. & falci. §. si
verò absunt. & in l. testium. C. de testibus. & not. Bar-
tolus in l. qui tamen. §. si arbiter. ff. de arbit. & in l. pri-
ma, in princip. ff. de vendition. inspi. Ioannes Andr.
in addi. Specul. in titulo de teste. §. nunc tractandum,
in additione incipiente: quid ergo. Baldus in l. de qui-
bus. ff. de legi. Angelus in repetition. l. sciendum. vbi
propriè loquitur de teste deponente per illa verba:
iudicio meo. ff. de verbo. obliga. & tantò magis, quia
attenta magna dotis quantitate, expensæ prætatæ non
fuissent immoderatæ. Item excellens Comes Cuisani
cepit magnam summam & quantitatem fructuum &
redituum ex statu ipsius Marchionissæ, vltra summam
dotium: de quibus liquidò cõstat publicis documen-
tis: & qui tanquam tutor, & balius debuisset conuer-
tere ad † honestum lucrum, & non tenere, prout te- 22
nuit pecunias otiosas: quo casu tenetur ad interesse
eidem Marchionissæ: vt in l. tutor, qui repertorium.
§. si post. ff. de admi. tuto. & licet text. ille loquatur in
vsura: tamen non debetur vt vsura, sed vt interesse:
cùm ipse teneatur de mala administratione, & tam
de neglectis, quàm de malè gestis: vt in l. tutor, qui
post. & in l. tutor datus. ff. de administ. tutor. & in l.
prima, in princip. ff. de tute. & ratio. distra. & in l. pri-
ma & secunda. C. si tutor vel curator, non appell. &
in l. si tibi. C. de testib. tute. sequitur quòd tenetur † ad 23
ea, in quibus pupillus ob negligentiam tutoris dam-
nificatus fuit, & ad omnia, quæ potuisset verisimiliter
lucrari: prout ita per præfata & alia consuluit plenè
Sozi. in consilio xx. sequendo ordinem præfatarum
quæstionum, in primo volum. vbi tenet etiam, quòd
teneatur ad interesse ratione pecuniarum non exa-
ctarum: de quo interesse in dicto libro & bilãcio nul-
la redditur ratio. Ergo qua fronte & absque robore
petuntur expensæ alimentorum, & victus Marchio-
nissæ & familiarum. Si verò loquimur de expensis ero-
gatis à tempore contractorum sponsaliorum vsque
ad tempus contracti matrimonij per verba de præ-
senti, & minus est locus compensationi, nec repeti-
tioni: quia ad eas subministrandas tenebatur, vt spon-
sus: quia iam † receperat dotes: per glossam, in l. dotis 24

fructus. ff. de iure dot. Bartolus in l. si ante nuptias.ff.
soluto matrimonio.& sequitur Sozi.ibi,etiam si one-
ra excederent fructus, quia eadem ratio est in ipso,
quæ est in viro. vnde sicut vir tenetur sustinere onera
matrimonij propter dotem: vt in l. si cum dotem. §.
sin autem in seruissimo. ff. soluto matrimonio. & in l.
dotis fructus. ff. de iure dotium. & in l. pro oneribus.
C. eodem. & in capitu. salubriter. de vsur. ita & spon-
sus, & hoc pro constanti & sine dubio præsupponit
Baldus nouel. in tract. doti, in vndecima parte. in pri-
mo membro, decimoquarto membri principalis. in
quarto & quinto commi. Aut dicimus de expensis à
tempore contracti matrimonij, & minimè compen-
satio locum habet, nec repetitio, cùm esset maritus
debitor ad onera matrimonij sustinenda: vt in dicta l.
si cùm dotem. §. sin autem in seruissimo. & in l. dotis
fructus. ff. de iur. dot. cum vulg. intantum, quòd etiam
25 si ipsam duxisset promissa † sibi certa dote, quæ non
fuisset sibi soluta, & illam postea simpliciter alimen-
tasset, non posset demum alimenta repetere: vt con-
suluit Abbas in consilio. in facti contingentia. in se-
26 cundo volumine, † quia ex quo non se abstinuit ab
obsequio vxoris, & eam iugiter habuit in suo seruitio,
tenetur eam alimentare: vt expressè firmat Bartol. in
l. quod in vxorem. C. de nego. gest. & facit textus in l.
sicut. ff. de oper. liberto. & in l. serui. §. quasi impensas.
ff. de ædil. edict. & in l. sed & si quis. §. sufficienter. ff. de
vsufruct. & in l. in rebus. ff. commoda. Vbi dicitur, quòd
27 † tenetur quis naturali ratione alimenta præstare ser-
uo, vel alteri, quem habet in suo seruitio: ergo fortius
tenebitur maritus vxorem alere, quamuis esset indo-
tata. ex quo eam in suo habet obsequio, quæ alimenta
repetere non potest: quia ob affectionem coniugalem
videtur sibi donasse, ex quo non fuit de contrario
protestatus, vt videtur text. in l. quod in vxorem. C.
de neg. gest. & facit bene textus in l. si paterno affectu,
C. eodem titulo. vbi certo casu vitricus tenetur ali-
28 mentare priuilegium, ex quo de contrario † non fuit
protestatus: vnde fortius hoc erit dicendum in viro.
qui alimentauit vxorem. Quibus accedat textus, me-
lior de iure, in l. vir vsuras. ff. de donation. inter vir.
29 & vxorem, vbi maritus stipulatus ab † vxore vsuras
pro dote, & eas non petierit, & per totum tempus ma-
trimonij eam & eius familiam aluit, titulo donatio-
nis videtur remisisse: imò eo casu nedum veniunt ali-
menta vxori præstanda, verùm etiam familiaribus
vxoris, vt tenet glossa in authentica, de non eligen. se-
cund. nuben. §. final. in verbo: onera. quam multum
commendat Bartol. ibi, & dicit eam perpetuò menti
tenendam. refert eam & sequitur Ioan. Lupi. in repet.
rubricæ de donationib. inter virum & vxor. §. lxviij.
in verbo: operatur alium & sextum effectum. nume. 6.
& in repetitione, capituli per vestras. in princip. ver-
siculo. sequitur vt meritò, ne vi expensarum factarum
seruitoribus & salariis eis præstitis prætendi possit
compensatio, nec de his locus sit repetitioni: quod si-
ne dubio procedit in casu nostro, cum per testes ex
parte altera productos liqueat, quòd domus don Ar-
talis & Marchionissæ erat vna & eadem: & eadem erat
familia, & promiscuè vtebantur: quo casu nullatenus
reperi possunt: per textum, in l. sed & si vir. vbi casus.
§. fina. ff. de donat. inter virum & vxorem. & in l. si id,
quod. ff. eodem titulo: & hoc etiam procedit sine du-
bio, ex quo Marchionissa non fuit effecta locuple-
tior, quo casu nullo modo est locus repetitioni: vt in
l. si fructus. C. de pactis conuen. & in l. si quis pro vxo-
re. §. fin. ff. de donation. inter virum & vxorem. Nam
in casibus, in quibus est licita restitutio dotis con-
stante matrimonio, de quibus in l. mutus. §. manente.
ff. de iure dot. & in l. fina. ff. eodem: & in l. quamuis. ff.
solu. matrim. oportet, quòd solutio sit facta mulieri
non perdituræ, vt probatur in dicta l. mutus. §. manen-
te. & in dicta l. fin. iuncta glo. & debet ex ea vxor red-
di locupletior, aliàs maritus non liberatur, sed ei est
imputandum: vt not. gloss. prima in fin. in l. secunda,
in principio. ff. solu. mat. quam glo. multum commen-
dat ibi Bartolus, versiculo quintò quæro. & gloss. in l.
cum in fundo. §. vt à viro. in verbo, recepisse. ff. de iure
doti. & not. plenè Iacobus de Aret, Cyn. & alij in l.
vnica. C. si dos constante matri. & latè Ioan. Lup. in
repetit. dicto capit. per vestras. §. xxv. ex quibus resul-
tat vera conclusio, quòd nullatenus impensæ præfatæ
possunt extenuare aut diminuere fructus præfatos in
dotem datos: nec habet locum compensatio aliqua.
Quo verò ad terram Castelluctij Trentenariæ, & Lun-
gani cum casalibus & functionibus fiscalibus, fuit cō-
cessa inuestitura: deinde præfatis don Ioanni & don
Antonio per Regem catholicū. xx. Decembris. viij.
Indi. de qua inuestitura fuit habita notitia & scientia
per dictum quondam Comitem, prout quamplures
testes testantur. Et quòd Comes habuerit notitiam de
dicta inuestitura, manifestè patet: quia eandem præ-
sentauit in actis xxij. Octobris. M. cccccxiij. in regia
camera summariè in lite cum Iulio de Scotciatis: &
sic videtur approbasse omnia in † dicta inuestitura cō- 30
tenta, etiam quæ contra se in ea continebantur: secun-
dum Innocen. in capit. venerabilis. de exceptio. vbi
etiam Abbas & Bartol. in l. post legatum. ff. de his qui-
bus vt indign. not. glo. in l. prima. §. editiones. quam
ibi ad hoc ponderat Bald. & Angel. ff. de eden. & dicit
singu. Bald. in cap. præsentium. versic. quid de illo. de
testi. & probatur in l. si filius. §. fi. ff. de interrog. actio.
quem ad hoc allegat Cardi. in consil. lvj. in dilucida-
tione. cum aliis infinitis collectis per Deci. in præfato
capit. venerabilis. versic. successiuè. de exceptio. Item
ex præsentatione inuestituræ præfatæ facta per Comi-
tem resultat, quòd ipsa fuit penes † ipsum & præsumi- 31
tur ab ipso lecta & cognita, & sic habuisse & habere
de ea notitiam, per textum. in l. non est ferendus. ff. de
transac. per quem dicit ibi Bald. quòd ille, qui vidit
testamentum, præsumitur habuisse notitiam totius te-
stamenti, sicut ille, qui habuit penes se acta, præsumi-
tur omnia † percunctasse, vt in cap. constitutus. de te- 32
stibus. & refert & sequitur Alexan. in consil. cij. visis
& ponderatis his. primo volum. idem voluit Bald. in
authen. at qui semel. C. de probatio. vbi dicit, quòd eo
ipso quòd scriptura reperitur penes aliquem, præsu-
mitur ab eo cognita & lecta. Idem consuluit Anchar.
in consil. clxix. principaliter contra istos legatarios.
& ibi dicit, † quòd ille penes quem reperitur instru- 33
mentum, præsumitur habere notitiam omnium con-
tentorum in eo. & facit tex. in dicta auth. at qui semel.
C. de probatio. & in corpore vnde sumitur. vbi pro-
batur, quòd ille, qui subtrahit dicta testium non pu-
blicata, & illa habet penes se, ex hoc solo præsumi-
tur ea didicisse & legisse. & idem consuluit Aret. in
suo consilio xx. Reuerendissime pater. in fine. vbi ad-
monet, quòd ecclesia non fundet dominium suum
in priu

In prioilegiis, instrumentis & attestationibus anti-
quis, quas & quæ habuit penes se, si & in suo arbitrio
habet: nam non posset posteà allegare iustam ignorā-
tiam, ad finem, vt tempus petendi restitutionem in
integrum curreret. & licet Aretin. so l. qui Romæ. §.
duo fratres. dicat. dicta l. non est ferendus, non pro-
bare dictum Baldum. ipse tamen sequitur in eo qui
est maior xxv. annis prout Comes eo tempore iam
erat: & qui præsomitur esse discretionis perfectæ,
dummodo scriptura fuisset penes eum tempore com-
petenti, determinando arbitrio iudicis, inspecto præ-
iudico causæ, qualitate personæ, & aliis coniecturis.
& sequitor Berta. consilio clix. cum supponatur in fa-
cto secundo volum. Ergo cum à tempore inuestituræ
vsque ad litem com præfato de Scorciatis & præsen-
tationis præfatæ decursi fuerunt decem anni, con-
currente importantia causæ, non est verisimile, quòd
tandiu voluisset tacere. & sic secundum opinionem
Areti. Præsumendum est Comitem de dicta inuesti-
tura notitiam habuisse: sed quòd circumscriptis præ-
missis omnino præsumendum sit Comiti notam fuis-
se inuestituram, suadet grauitas facti notabilis: nam
agebatur de tribus terris cum iurisdictione, vasallis,
introitibus, & de annuis ducatis clxxj. functionum fi-
scalium: nam concurrente lapsu tanti temporis, facit
præsumi notitiam & scientiam eius, ad quem ea res
pertinebat. Nec obstat, quod dicitur in cap. quosdam.
& in c. quanto. de præsum. & in l. planè. de excusa. tut.
& quod not. Bartol. in l. non fatetur. ff. de confes. & in
l. si quis delegauerit. ff. de nou. & in l. si res obligata.
34 ff. de lega. j. † quòd præsumitor ignorantia etiam in
facto proprio, quando illud est de longinquo: quia
procedit, nisi factum sit graue. & not. quia tunc dato
lapsu temporis, intra quod potuit ad alterius notitiā
peruenire, præsumitur illius scientia: nec allegatur
probabiliter ignorantia. text. est not. in cap. cum illo-
rum. in fi. de sen. excom. in cap. non est nobis. de spon-
quos ita ibi ad hoc not. Antonius de Butr, in præfato
cap. cum illorum. & plenius in cap. cum ab excommu-
nicato. de rescrip. quibus accedat not. dictum Saly. in
l. autem. in fine. C. vnde vi. dum in illa quæstione de
quodam nobili, qui per inuasionem & violentiam
occupauerat quoddam castrum, cuius iurisdictio spe-
ctabat ad Papam, quòd si ex post facto fecit illum no-
bilem Vicarium suum, concedendo ei iurisdictionem
illius castri per annos xx. nulla facta mētione de vio-
lenta eius possessione, an de iure valeret: & ibi firmat
quòd non, allegando gloss. singu. in l. ij. C. de fund. &
salt. rei domi. lib. xj. intelligit tamen, quando conce-
dens sit ignarus illius inuasionis. secus si sciuit: quia
cum de suo tantum præiudicio tractaretur, valere de-
beret: & illam iniuriam remisisse videretur. argumen
to l. j. de reuoca. dona. & l. fin. eod. tit. & l. omnimodo.
C. de inofficio. testamen. in fin. subdit hæc formalia
verba: si multum tempus transiuit: ita quòd verisimi-
liter & faciliter scire potuit factum tam arduum &
contra eum gestum: præsumo eum sciuisse, & ita fuit
consultum. hæc Saly. vbi suprà. quem etiam refert &
sequitor Deci. eius consilio clxxxv. In causa istorum.
ergo ex decursu xj. annorum à morte donni Vgonis,
vsque ad litem motam & præsentationem inuestito-
ræ per Comitem & ponderositate facti, vt suprà con-
currente, præsumendum est Comitem habuisse noti-
tiam de morte don Vgonis fratris, & de eius testamē-
to, & de inuestitura præfata. Et ideò suffragantur in si-
mili dicta per Ioan. Andr. in cap. ex parte. de concess.
præben. quem sequuntur Domini de Rota in decisio.
ccccccliij. dum dicunt, quòd in præsupponēdo scien-
tiam vel ignorantiam in vocatione beneficij inordi-
nario, est primò consideranda † qualitas beneficio- 35
rum: nam citius secundum eum præsumitur notitia
de beneficio magni valoris quàm parui, & citius no-
titia curati, quàm simplicis. Secundò, consideranda
erit distantia locorum: quia citius præsumitur scien-
tia in loco vicino, quàm remoto, argumento dicti ca-
pituli quanto. & dicti capituli quosdam. Tertiò & vl-
timò, consideranda est fama loci: iuxta text. in clem.
vnica. in fin. de concess. præben. Item, est consideran-
dus lapsus longi temporis à die vacationis beneficij:
est enim præsumptio contra debentem conferre, si
distulit vltra sex menses à die vacationis, vt in cap.
vnico. §. porrò. vt ecclesia. benefi. Applicando igitur
deci. Ioan. And. ad casum, attenta qualitate terrarum,
de quibus facta fuit inuestitura: & aliis suprà conside-
ratis. & maximè tot procuratoribus & aduocatis Co-
mitis sistentibus in ciuitate Neapo. & tandiu, succe-
dit etiam text. in l. si quis fortè. in princ. ff. de pœn. ibi:
nec enim debet rem tam magnam procurator tādiu
retinere. Et ad istorum cōfirmationem accedit etiam
conclusio communiter firmata per Gloss. & doct. in
cap. innotuit. super verbo: ignorantiam. de elect. & in
cap. dura. super verbo: euadere. & in cap. ad falsario-
rum. in verbo: dixerim. de crim. fals. & in cap. eos. de
tempori. ordina. lib. vj. & per Inno. in cap. veniens. in
verbo: innotuerit. de filiis presbyte. vbi † concludunt 36
quem scire præsumi illud, quod tenetur inquirere: &
si ignorantiam alleget, aut probet illam, non prodes-
se: nisi probet se diligentiam de sciendo fecisse, apud
quos certificari potuisset. argumento l. regula. de iur.
& fac. igno. & cap. fin. xxxvij. distin. & cap. penulti. de
rego. iur. Ergo imputet sibi, si in tanta temporis pro-
lixitate diligentiam non fecisset. Ad hoc bonus text.
in cap. exposuit. circa fin. de dilation. ibi, temporis
quæque spatium habuerat tam prolixum, vt potuis-
set, si voluisset, super causa præfata informari. Addu-
cit etiam tex. in clemen. vni. in fin. de concess. præben.
ibi, imputet quidem sibi, cum de ipsius commodo
agitur, si † id quod per se vel alium scire potuit, igno- 37
rauit. & ita in terminis consuluit Roma. in consilio
cccclxxxj. præsens dubitationis articulus. & idem cō-
suluit Lotfre. in consilio xxv. responsio dubiorum. Ex
quibus succedit vera conclusio præsumendum esse
omnino Comitem habuisse notitiam, & scientiam
mortis, & testamenti don Vgonis & inuestituræ præ-
fatæ, & aliarum circūstantiarum sæpius repetitarum:
vnde cum per tot annos præfatus Comes superstes,
licet esset primogenitus & maior natu, ad ipsum spe-
ctasset virtute inuestituræ successio terrarum præ-
fatarum, ita tacendo tanto tempore præiudicauit:
quia si prior agnatus ad quem feudum spectat † con- 38
sensit inuestiri secundum, vel primogenitus consen-
sit inuestiri secundo genitum, sibi in totum præiu-
dicat, vt est casus in cap. primo. §. prætereà: quem sic
ibi intelligit Baldus quibus modis feudum amitta-
tur. & est expressum in cap. quàm periculosum. septi-
ma quæstione prima. quod procedit, siue consentiat
expressè, siue tacitè: vt notat gloss. super verbo: re-
gressum. in dicto §. prætereà. quam ibi sequitur Bald.

& communiter omnes. & idem, ſi data ſcientia, pro-
nt datur in caſu præſenti, tacuit per annum: quia ſibi
præiudicauit, per caſum in cap. Titius. in ti. ſi de feud.
fue. contro. vbi ſubdit Baldus illum textum, eſſe bene
39 menti tenendum, ad hoc, quòd † agnatus proximior,
qui habet poteſtatem reuocandi feudum ab agnato
remotiori, quòd perdit ius ſuum, niſi illud infra an-
num proſequatur. Vnde admonet agnatos eſſe mul-
tum ſagaces, & bene aniſatos, ne patiantur labi tem-
pus anni, alioquin ſilentio confirmaretur contractus,
& tradit Aluaro. ibi in iiij. not. & Marti. Laud. & com-
muniter alij. & ad idem eſt text. in cap. j. in §. fin. ſi de
inueſtitu. inter domi. & vaſal. lis oria. quoniam anna-
le ſilentium habet vim refutationis, ſcientia median-
te. cap. j. §. porrò. & ibi not. gloſſ. & doct. qualiter olim
feud. alie. pote. vbi Aluaro. allegat ad hoc infinita iura.
& tradit Bald. in cap. j. §. hoc quoque. vij. conclu. verſi.
& nota, quòd ſi per annum. de ſucceſ. & idem tradit
Paul. de Caſt. in conſilio clix. iſta quæſtio vertitur, vt
audio inter Corradum. & Iaſ. in conſilio vij. pro Re-
uerendiſsimo domino. tertio volu. Item cùm à morte
don Vgonis, vſque ad mortem don Io. & don Ant. &
vſque ad tẽpus, quo deceſsit ipſe Comes, ſunt decurſi
anni xj. & nunquàm Comes petierit fructus & redi-
tus dictarum terrarum & functionum fiſcalium, &
minimè hæredes ſui poſt eius mortem, niſi in præ-
ſentiarum & per viam compẽſationis, & per modum
reconuentionis adpareat vltra conuentionem & fra-
ternitatem, Comitem ipſum adminiſtraſſe tutelam
Marchioniſſæ, & deſuper librum confeciſſe manu
Philippi de Prato iam comprobatum: in qua cauſa
ſunt vij. partitæ ſuæ propriæ manus: adparétque inſu-
per bilancium ſimiliter comprobatum: & probatur
etiam calculum factum tẽpore capitulorum: & nul-
lam habitam fuiſſe rationem, nec mentionem de di-
ctis fructibus, quia debiti fuiſſent præfato Comiti ra-
tione primogenituræ, prout prætenditur, concurren-
te diuturnitate temporis, conſanguinitate, taciturni-
tate: & quòd in dicto libro bilancio & calculo nulla
fuit de his reddita ratio, cenſerentur remiſsi: per text.
in l. Procula magnæ quantitatis fideicommiſſum. ff.
de probatio. Nec obſtat, quòd text. in l. Procula vi-
detur procedere pluribus concurrentibus, vt ex ver-
bis Bartol. ibi colligitur, dum dicit, quòd tria ibi
concurrunt, taciturnitas, ceſſatio longi temporis,
cum ratione ſæpius calculata. & idem Bald. in dicta
l. Procula. in princip. & in l. cum proponas. C. de pa-
ctis. & etiam debet concurrere conſanguinitas, prout
loquitur dicta l. Procula. & not. gloſſ. in l. libertis. §.
primo. & ibi Bartol. ff. de alimen. & ciba. lega. ſequi-
tur Roman. in conſilio cccccxvij. in caſu propoſitæ
conſultationis. in verbo: tertiò, quando concur-
runt hæc tria. & Alexander conſilio xlvj. viſis & ac-
curatè conſideratis, in primo volu. & in conſil. lvj. in
præſenti conſultatione. in fin. lib. iiij. quia hic concur-
runt duo, diuturnitas temporis, cum taciturnitate.
Item conſanguinitas. Item bilancium & calculum fa-
ctum vltra librum adminiſtrationis. in quibus adpa-
ret non eſſet de fructibus, de quibus agitur, habitam
rationem: licet non adpareat ſæpius calculata ratio:
tamen adparet ex multis aliis cõiecturis: quæ ſunt ſuf-
ficientiſsimæ in locum ſæpius redditæ rationis, nam
adparent capitula matrimonij, in quibus facto cal-
culo declarauit Marchioniſſa creditrix ducatorum,
2181.1.11. & ſic nulla fuit facta mentio de fructibus
præfatis, ſicut in ſimili conſuluit Decius in conſilio
lxix. & pro tenui facultate mea in primo volum. &
in conſilio cclxvij. non excidit à memoria. ſecundo
volum. vbi conſuluit ſufficere, ſi vltra conſanguini-
tatem & diuturnitatem temporis cum taciturnitate
facta fuerit diuiſio, licet non fuerit ſæpius calculata
ratio: vt ſic diuiſio ſubrogetur in locum calculatæ ra-
tionis: imò plus operetur, quàm ſi eſſet ſæpius reddita
ratio. & rurſus in caſu præſenti vltra præmiſſa ſæpius
repetita, Comes nunquam traxit in dubium Iulium
de Scorciatis, niſi poſt mortem don Ioan. Antonius
ex quo arguitur, quòd cùm factum erat recentius,
viſum ſibi fuit tunc non agere: maximè quia præfati
don Ioan. & don Anton. erant iam ſuperſtites, & ha-
bebant notitiam teſtamenti don Vgonis: & ſic ap-
paruiſſet de iniuſtitia ſeu de non iure ipſius Comitis:
& † præſumitur iudicium fugiens, de ſua iuſtitia diffi- 40
dere. cap. nullus. de præſump. c. Chriſtianus. xj. quæ-
ſtione prima & facit deciſio. Afflic. xiij. in verbo: con-
iectura. Accedit & alia præſumptio: nam Comes ob-
tinuit ſententiam in regia camera ſummariè contra
Iulium de Scorciatis, per quam reſtitit contractus ad
reuendendum eidem Comiti, vt hæredi don Antonij:
& pariter idem comes, vt hæres don Antonij con-
demnatus ad reſtituẽdum eidem Iulio ducatos 4000.
quod ſolum ſufficere adparet ad excluſionem dicto-
rum fructuum: cùm ex hoc pateat, quòd in dictis ter-
ris Comes non ſucceſsit don Vgoni, ſed in illis ſuc-
ceſſerat don Antonius: & tantò magis, quia licet à
dicta ſententia fuiſſet reclamatum per Iulium: atta-
men fuit confirmata; & Comes petiit ipſam exequi,
prout executa fuit, & ſoluit dictos ducatos 4000. præ-
fato Iulio, per quod videtur acquieuiſſe ſententiæ, &
renuntiaſſe appellationi: vt in l. ad ſolutionem. C.
de re iudic. quæ loquitur in condemnato, & petente
terminum ad ſoluendum. tantò magis in petente exe-
cutionem, ac † in ſpontè ſoluente, prout in caſu: quia 41
per talem petitionem & etiam ſolutionem, vide-
tur renuntiaſſe etiam appellationi interponendæ,
ſecundum Antonium de Butr. Abb. & Moder. in cap.
quo ad conſultationem. de re iudi. Abb. in cap. ſoli-
citudinem. ad fin. de appell. Gemi. in cap. fin. §. j. de
appel. in vj. quia petendo executionem, &c. Item ſol-
uendo ducatos 4000. iam facit actum executiuum
condemnationis: quo caſu adparet, quòd etiam ap-
pellationi futuræ renuntiatum videtur: ſecundum
Antonium de Butr. & Abb. in cap. quo ad conſulta-
tionem. & Abb. in cap. ſolicitudinem. eodem titulo.
poſt Ioan. de ligna. in deciſione ij. in nouiſ. & Felyn.
in dicto cap. quo ad conſultationem. in prima & ſe-
cunda declaratione. Nec in aliquo prodeſt eidem
Comiti proteſtatio facta in calce petitionis porrectæ
in Regia camera, contra præfatum Iulium: quia fuit
contraria facto, & ideo non releuat. cap. ſolicitudi-
nem. de appella. l. cum in plures. §. locator horrei. ff.
loca. & ita per iſta iura Fulgo. tradit in conſilio cvij.
ſuper eodem. & idem in conſilio cxlvj. viſis. circa fin.
& Petrus de Anchar. in conſilio xxxij. per ſtatutum.
& tradunt ſcribentes in l. non ſolùm. §. mortem. ff. de
noui oper. nuntiatio. Item, ſtante clauſula Regis Fe-
derici in inueſtitura, quòd valeat diſponere tam in
vita, quam in morte, ſtante rurſus diſpoſitione don
Vgonis, & ſubſecuta inueſtitura Regis catholici,
& ſtan

& stante scientia & notitia Comitis mortis testamen
ti don Vgonis & diuturnitate temporis, & magnitu-
dine causæ, & longo silentio ipsius, etiam per totum
tempus vitæ præfatorum eius fratrum ex consangui-
nitate inter eos: & quòd in libro administrationis di-
cti baliatus in calculo, & in capitulis nullam de illis
adparet factam fuisse descriptionem: nec de eis red-
ditam rationem. Item ex non aditione hæreditatis
42 †don Vgonis euanescit protestatio præfata: & ideo
si iura non extant, reseruatio seu protestatio nihil ope
ratur. l. si quis legauerit. ff. de leg. j. vbi not. Iacobus de
Aret. Bar. & communiter doct. in l. minor. §. fin. ff. de
euictio. & quod ibi not. doct. Angel. in l. si in vendi-
tione. ff. commu. prædio. & in l. omnes per illum text.
43 C. de præscri. xxx. anno. vbi †dicit, quòd clausula: sal-
uo iure. non tribuit ius de nouo, sed subintelligitur, si
quod habet: quod est multum vtile, secundum eum
pro statutis, contractibus, refutationibus & quieta-
tionibus: quod dicit esse menti tenendum: & tradit
Andræ. in cap. j. §. si facta. si de feu. fue. contro. Bald.
in cap. quæ in ecclesiarum. versic. quæro, dixit Episco-
44 pus. de constit. & gloss. Parisien. in §. xliiij. decima &
vltima quæstio. vltimò liquet, quòd dictæ terræ erant
feuda hæreditaria, cùm inuestitura sic canter Regis
Federici: & sic si comes voluisset in illis succedere,
oportuisset ipsum esse hæredem, & adiuisse hæredita-
tem don Vgonis: & non aliter oportuisset succedere:
vt in cap. j. & ibi no. And. & omnes an agnat. & And.
in cap. j. §. hoc quoque. de succes. feu. gloss. in l. viden-
dum. §. nunc videamus. ff. de peti. hæredi. Cyn. in l. ij.
C. de libe. & eorum liber. Bart. in l. eum, qui. ff. de in-
terdi. & releg. & in l. iusiurandi. §. si liberi iuncto prin.
ff. de ope. liber. Alexand. in consilio xiij. perspectis his,
quæ in themate narrantur, & consilio xix. super eo, de
quo quæritur. in quinto volumine. & latè Loffre. in
suo consilio xlvj. visis verbis. sed comes non adiuit di-
ctam hæreditatem, nec constat, nec in æternum con-
stare posset adiuisse: ergo quomodo possibile est hæ-
45 redem eius posse in illis obtinere, †ad quem, tan-
quam hæreditas dicti don Vgonis, & sic fraterna non
adita per ipsum Comitem non fuit transmissa, nec
transmitti potuit: per l. quoniam sororem. C. de iur.
delibe. gloss. in l. prima. in versi. liberos. C. de his, qui
an. apet. tab. & in l. fratris. C. de iure delibe. Quinimò
etiam, si hodie viueret Comes, minimè adire posset:
quia don Vgo decessit sunt iam anni xliiij. & vsque
ad litem motam fuerunt decursi anni xxxiiij. & iuri
46 adeundi præscribitur minori tempore, †videlicet spa
tio triginta annorum per l. licet. C. de iure deliberan.
& ibi Bald. & Salycet. & scribentes communiter. Ex
quibus adparet vana prætensio alterius partis super
fructibus dictarum terrarum: cùm nullatenus debea-
tur. Nec habent extenuare dotem præfatam, duca-
torum 4000. quos Comitem soluisse prætenditur præ
fato Iulio pro redemptione terrarum præfatarum:
quia illos soluit condemnatus ad soluendum, & iam
acquieuit sententiæ vt supra, & soluit: vnde frustrà
petitum fuit illos compensari: & sic cum soluti fue-
rint in redemptionem dictarum terrarum, & fuit
debitum contractum super eisdem terris, & comes
ipse per dictam sententiam Regiæ Cameræ fuit hæres
declaratus don Antonij in terris præfatis, & sibi vt
47 hæredi don Antonij, condemnatus † Iulius de Scor-
ciatis ad retrouendendum, iam onus soluendi dictum
debitum, ad ipsum Comitem tanquam hæredem de-
claratum, in dictis feudis spectabat & spectat, & non
ad hæredem in Burgensaticis: vt tenet Andræ. & scri-
bentes. in cap. primo. an agna. vel filius. & accedit tex.
in l. si certarum. §. primo. cum ibi not. maximè per
Bart. ff. de mili. testa. & consuluit Alber. Bru. in consi-
lio cxij. istæ magnificæ dominæ. & idem tradit in tra-
ctatu de augment. in quarta limitatione quintæ con-
clusionis principalis. Quo ad secundam partem do-
tium perceptam ex fructibus peruentis ex statu Mar-
chionissæ, similiter fundata est eius intentio, propter
capitula matrimonialia, in quibus fuit in dotem data
tota quantitas illa, quæ percepta fuisset ex statu præ-
fatæ Marchionissæ, vsque ad diem consummationis
matrimonij, & promissum constitui antelatum: &
dicta capitula iterum per instrumentum publicum
ratificata per eundem don Attalem. Quo fit, vt vi-
deatur à principio contraxisse, † & dictam dotem 48
constituisse: cùm ratificans contractum ab alio ge-
stum, obligatus perinde adparet, ac si ipse contraxis-
set. l. cùm fundus. §. seruum tuum imprudẽs. & ibi not.
Deci. in iij. not. ff. si cert. pet. l. Caius Seius. ff. de manu-
miss. not. Bal. in l. contra iuris. §. si filius. ff. de pac. cum
aliis suprà allegatis: & iam adparet in facto matri-
monium nunquam fuisse consummatum, & demum
solutum fuisse in anno millesimo quingentesimo tri-
gesimo sexto, per mortem præfati don Artalis: & fru-
ctus ab anno vigesimoquarto, vsque ad annum trige-
simumquintum, quo decessit præfatus Artalis, ex sta-
tu illustrissimæ Marchionissæ fuisse per Comitissam
perceptos: & etiam per don Artalem, & in familiam
eius fuisse conuersos: & quolibet anno ascendisse ad
ducatos. 33000. petitos: qui virtute capitulorum præ-
fatorum, & instrumenti ratificationis debent in do-
tem computari: & de his, etiam antefatum solui: qui
fructus circumscriptis capitulis & instrumento rati-
ficationis, vsque ad tempus matrimonij contracti
per verba de præsenti de iure tanquam percepti ante
matrimonium contractũ, augebant dotem, & in cau-
sam dotis computari debuissent: per text. in l. ante nu-
ptias. vbi est casus. ff. sol. mat. & in l. dotis fructus. §. j. &
in l. si seruo in dotem. ff. de iure dot. Nec obstat, quòd
in calce instrumẽti ratificationis illust. actrix se con-
tentauit solùm habere in dotem illos ducat. 21051. &
pro rata illorum constitui antefatum, & donauerit
don Artali fructus perceptos per Comitissam vsque
ad illum diem: quia dicta remissio non tenuit in præ-
iudicium dotis: vt in l. Attilicinus. & in l. de die. ff. de
pact. dotal. & etiam quia fuit facta post perfectũ con-
tractũ ratificationis. Item, post cõtractum matrimo-
nium per verba de præsenti viro, & in præsentia so-
crus ex ea fuit enormissimè læsa, ex quo fuerunt ex di-
ctis fructibus annorũ 7. percepti ducati 3000. annua-
tim, & spatio 7. annorum: quibus perceptio durauit,
ascendunt ad summã aliorum ducatorũ 21000. & sic
computato antefato ducatorum 7000. pro præmissis
fructibus, adparet donasse ducatos 28000. & sic do-
natio rescindi debet omnino, etiã circumscriptis vi &
metu probatis: quia ille metus reuerẽtialis cõcurrente
†dicta maxima lęsione, sufficit ad rescindendum con- 49
tractũ: quia aliâs sola præsentia & reuerentia viri non
sufficeret, secundũ Bar. in l. interpositas. C. de transi. &
in l. ad inuidiam. per tex. ibi. C. quod met. causa. & in l.
j. §. quæ onerandæ. quarum re. act. non dat. gl. in c. insi-
nuante.

nuante.extrà qui cleri.vel vouen.Inn.& Doct.in cap.
causam matrimonij. de offic. deleg. & est text.secun-
dum Anto.de But.in cap.cùm virum.de regu.& tenet
Angel.in §.quadrupli. insti.de actio. & est communis
opinio in practica seruanda: vt testatur Curt.senior
in repet.dicta l.interpositas.illa tamen sanè procedit,
nisi vltra metum reuerentialem persona subiecta,
etiam enormiter læderetur: quia tunc præsumitur
50 contractus meticulosus ob † nimiam reuerentiam: li-
cet non probarentur minæ vel verbera. Ita consuluit
Paul. de Castr. in consilio clxxiiij. Contra superius
consulta. vbi dicit, quòd omnimodo putat esse sub-
ueniẽdum mulieribus: & quòd sufficeret in huiusmo-
di casu solus instinctus naturalis ad intentionem fun-
dandum.l.scire oportet.§.sufficit.ff.de excus.tut. quia
51 † vnusquisque potest in mente sua sentire, quòd hu-
iusmodi mulieres non libera voluntate, sed seductæ
machinationibus, persuasionibus, & calliditatibus,
inducuntur ad præfata faciendum.l.iij.§.si quis volen-
tem.de libe.homi.exhib. & l.cùm quidam.de appell.
& l.vnica,in fin.C.de rapt.virgi.refert & sequitur So-
zin.in consilio cclxiij.capio primum.in versi. confir-
mantur.& in versi.sed ad præmissa.secundo volum.&
Curt.iuni.in consilio cxlj. habita diligenti considera-
tione.in versic.accedat.& tradit Curt. senior in dicta
l.interpositas. in versic.iij. singulariter. & ibi allegat
multa. & maximè Aret. in consi.xilij. & Bald. in l.de-
cernimus.ante fin. C.de sacrosan.eccle. vbi singulari-
52 ter decidit, † quòd si quis contrahat cum tyranno, &
enormiter lædatur, quòd ista duo, qualitas tyranni. &
enormis læsio, arguunt iustum metum & impressio-
nem:& hæc tantò magis procedunt in fœmina, prout
in casu nostro: in qua sufficit minor metus, quàm in
masculo:secundum glo.& Anton.de But.in cap.cùm
53 locum.de sponsali. imò quia † datur enormis læsio ex
hoc vltra metum reuerentialem, præsumi debet dolo
extorta donatio: vt voluit Bartol. in l.penulti. ff.de
prætor.stipula.in cap.j.§.item sacramenta.de pac.iur.
firman.Anto. de But.in cap.cùm contingat.de iurein.
vbi etiam latè Abb. & idem Abb. in disput. sua, inci-
piente:duo adinuicem litigantes: & plenè Sozi.consi.
ccxlij.capio primum.per totum.maximè in secundo
volum. Item Marchionissa præfata minimè fuit tunc
certiorata, quid donabat:non enim fuit factus aliquis
calculus, per quam adparuisset vel constituisset, quæ
summa erat, quæ donabatur: vnde non est verisimile,
quòd sub hoc inuolucro verborum: & sub ista gene-
ralitate voluisset donare tantam summam ascenden-
tem ad tam magnam quãtitatem ducatorum 28000.
& maiorem dote, qua remanebat contenta: quia ia-
ctationes non præsumũtur à iure. vt in l.cùm de inde-
bito. de proba. nisi originem traherent à mala causa:
vt in cap. super hoc. de renuntia. & quia talis libera-
litas immensa repugnat naturæ mulierum: quas lex
genus auarissimum appellat. l.si ego ad Velleia. & in
l.si stipulata. in fin. ff.de iure doti. vnde sub dicta do-
natione & sub inuolucro præfato non venit, quòd in
specie non fuisset donatura: quia in generali disposi-
tione non est verisimile quem voluisse comprehen-
dere id, quod verisimiliter in specie non fuisset dispo-
siturus.l.j.C.quib.mod.pig.tac.contr.& l.obligatione
54 generali.ff.de pign. & videmus † in simili in remissio-
ne & quietatione generali:quæ non extenditur ad in-
cognita:nec ad ea, de quibus captio esse posset. l.cùm
Aquiliana. & ibi Bart. qui infert ad multa. ff.de trans-
act.& dicta l.obligatione generali. ff.de pign. & facit
text.in l.tres fratres.ff.de pact.& tradit Alex.in consi.
xlvj.visis & accuratè.in j.volu.& ex hoc tollitur, quòd
ex aduerso dici posset: quòd sumus in donatione illa,
non rescinditur prætextu enormis læsionis: sed in ea
locum habet authen. sacramenta puberum. C.si ad-
uer.vend.vt firmetur iuramento, vt videntur conclu-
dere magis communiter Docto.in dicta authen.sacra
menta, quia ex præfatis colligitur responsio clara:
nam illud fortè procederet in eo, qui donat, & à pri-
mo scit id, quod † donat, & sic damnum, in quo lædi 55
tur:quia volenti & scienti non infertur dolus: vt in l.
cùm donationis.C.de transactio. Secus in donante &
ignorante à principio, quid donat, & sic ignorante
damnum in quo lædatur: vt propriè fuit in casu præ-
senti. Ita in specie limitat Felyn. in cap. in præsentia.
in v.col. in versic. sed omnia ista intelligas. extra de
probatio. quem refert & sequitur Curt. iunior in di-
cto consi.cxlj.habita diligenti consideratione.& pro-
culdubio, si sciuisset, quòd donabatur tanta quãtitas,
verisimiliter non donasset: concurrente insuper cla-
rissima metus probatione ex multis, & quampluri-
bus circunstantiis: maximè quòd parum ante dona-
tionem Marchionissa ipsa stricta detinebatur, nec
permittebatur aliquem cum ipsa alloqui: & signan-
ter quendam Gasparetum transmissum à Principissa
Salerni, dubitans Comitissa, ne missus fuisset ad dis-
suadendum donationem præfatam: & quòd visa fuit
Marchionissa præfata flere, & multa alia, & nihilomi-
nus † probatio metus remittitur arbitrio iudicis: vt 56
not.glo.in dicta l.interpositas.in ver.cruciatum. in fi.
Bald.& Docto.communiter ibi:& declarat Bart.in l.
de pupillo.§.si quis ipsi prætori. ff.de noui oper. nun.
gloss. & Inno. in cap. cùm dilectus. ff.quod met. cau.
Bald.in rubrica. C.de his, qui per met.& in rubrica.
C.de rescind. vend. Quis igitur tam duræ ceruicis ar-
bitrabitur ex qualitate personæ ipsius Marchionissæ,
carentis parentibus & amicis in Regno Siciliæ, vltra
puellulam in domo viri, & socrus personæ terribilis
& superbæ, & cui contradicere non poterat, rursus ex
quantitate & summa rei donatæ, ex qualitate facti, &
ex aliis prænarratis, maximè ex prohibitione com-
mercij & loquelæ:ac si esset malefactor, non esse pro-
batum talem metum, qui sufficiat ad rescindendum
donationem: ad quod solus timor impressionis suf-
ficeret: siquidem compulsus dicitur, qui vehementer
timet, ne compellatur, & iustus timor † impressionis 57
sufficit: licet eius effectus non sequatur: vt dicit Bald.
in consilio ccxxxiij. punctus inscripti consilij adpa-
ret.in prima parte. post Cyn. in l.nouissimè. §.fin.per
illum text. ff.quod fals. tuto. authen. & Imol. in cap.
bonæ. el ij.de elect. & satis adparet de dicto metu, &
vi comprobatum per testamentum præfati don Ar-
talis: in quo asserit donationem ipsam sibi factam ad
eius suggestionem, & pro exoneratione suæ conscien-
tiæ eam annullat, & vult haberi pro non facta: vnde
eius assertioni standum est, & † plenè credendum: vt 58
in l.iubemus. C.de liberalibus causis. & in l.cùm do-
nationes. C.de transactionibus. cum similibus. Nec
dici posset, quòd cum asserat donationem ducato-
rum 12000. sibi factam ad sui suggestionem, quam
vult haberi pro non facta, de alia donatione lo-
quatur, quàm de ea, de qua agitur, cùm illa fuerit

59 ducatorum 28000. & sic maioris † quantitatis, vt sic ex diuersitate summarum videatur inferri pluralitas donationũ: vt probatur in l. quinquaginta. de probatio. & not. in l. planè. la. j. §. j. ff. de lega. j. & tradit Bart. in l. si triticum. de verb. obliga. & Alex. in consil. xuj. circa primum quæsitum. in primo volum. Nam respondetur præfata vera, vbi adparerent plura instrumenta donationum, & in quolibet ipsorum diuersa quantitas, & ex interuallo: nam tunc præsumerentur plures donationes. Ita propriè loquuntur Decisiones in contrarium præallegatæ: sed in casu præsenti non adparet nisi de vno instrumento donationis: quod est illa ratificatio celebrata in anno. xxxj. cùm non possint verificari verba testamenti don Artalis, dum ipsam reuocat, & vult haberi pro infecta donationem ducatorum 12000. in circa, tanquam factam ad sui instigationem, nisi de illa donatione facta in dicto instrumento celebrato in anno 1531. de necessitate de illa intelligitur. l. fundus, qui locatus. in fin. ff. de fundo instru. & in l. ij. ff. de liba. & posthu. & not. gloss. in cap. constitutionem. in ver. nominatim. de sen. excom. in vj. & faciunt multa, quæ congerit Ias. in l. j. de libe. & posthu. & licet asserat fuisse ducatorum 12000. in circa, id euenit, quia tempore testamenti, quo dictam reuocationem facit, mortis cogitatione turbatus, iuxta text. in l. hac consultissima. versi. at cùm humana fragilitas. C. qui testa. facer. poss. non fuit recordatus de certa quantitate. Item quia donatio fuerat de fructibus perueniendis ex statu Marchionissæ, vsque ad diẽ consumationis matrimonij, quia adhuc non fuerant calculati: vt sic meritò nõ potuisset, prout non potuit certam & veram quantitatem exprimere: licet per testes plenè liqueat de vera quantitate, consiletque de corpore donationis reuocatæ, hoc sufficere debet: & talis error non obest dictæ declarationi. l. si quis in fundi vocabulo. ff. de leg. j. l. demõstratio falsa. in prin. ff. de condi. & demon. & in l. si quis in nomine. C. de testamen. & quod vtrobique tradunt Doctores. Nec
60 opitularetur probatio dictæ † donationis, quòd processerit ex libera voluntate & sponte, nam statur potius duobus testibus deponentibus de metu, quàm mille de spontanea voluntate: vt dicit Inno. in cap. super hoc. de renunt. quem sequitur Bal. in consi. schismatis. Ang. in l. j. & in l. fin. in princ. ff. quod met. cau. & in l. si quis ad se fundum. C. ad legem Iuliam de vi publica. Bald. in l. obseruare. §. proficisci. xiij. quæst. ff. de offic. proconsul. vbi ex hoc infert in specie, quòd si instrumentum dicatur factum sponte, reprobabitur per duos tantùm testes deponentes de metu. & tra-
61 dunt plenè † moderni, in d. l. interpositas. C. de transactio. Item, cùm don Artalis fassus sit donationem factam ad eius suggestionem, & eius testes contrarium asseruerint eius, quod don Artalis in testamento asseruit, non cõcordantur, nec probant: sed statur magis dictæ assertioni, quatenus tendit in eius præiudicium: vt in cap. in præsentia. de probat. & not. Inno. in cap. cùm contingat. post princ. de offic. delega. & sequitur hoc Pau. de Castr. Roma. & communiter doctores in l. secunda. §. creditum. ff. si certum petatur. & plenè moder. in cap. cum tut. de testib. Nec suffragatur, quòd in instrumento donationis præfatæ interuenerit præsentia magnifici Polydori Cona iudi-
62 cis Regiæ magnæ curiæ illius regni: & † data præsentia iudicis omnis præsumptio doli & fraudis cessare adparet, vt dicit Bartol. in l. frater à fratre. versic. iij. quæro quid de contractu emptionis. ff. de condi. inde. Angel. in consilio c. alij. super primo. in fin. Imol. in l. j. §. fuit quæsitum. ff. ad Treb. Nam responderur. quòd de præsentia Polydori iudicis non est curandum ad excludendum metum: quia erat, vt doctum est, amicissimus † & familiaris Marchionissæ & pariter don 63
Artalis eius filij: ex quibus verisimiliter potuissent eo præsente metum inferre, talis præsentia non concludit nec facit cessare metum: vt in simili cõsuluit Ang. in consil. cxv. reperitur in quadam charta. aliàs incipit, thema tale propositũ. vbi concludit, quòd † quan- 64
do contrahitur cum tyranno, qui metum verisimiliter potest inferre, etiam præsentibus amicis & consanguineis, quòd tunc eorum præsentia non facit cessare metum. refert & sequitur Ias. in dicta l. transactionem. in princ. & Deci. in consil. ccxix. viso puncto. in ij. volu. ergo præsentia dicti iudicis, qui non esset contradicturus, nihil operabitur. & ita in specie respondet Sozi. in consi. cciij. capio primum consultationis articulum in v. versi. qui omnino videatur, quia bene loquitur: Item dato † quòd præsentia iudicis faciat 65
metum cessare, vt præsumendum est, attamen talis præsumptio non est iuris & de iure: sed operatur tantum, vt requiratur efficacior probatio ad metum: vt sentit gloss. in dicta l. interpositas. & ibi declarat Bal. & Pau. de Cast. C. de transa. & glo. in l. fin. ff. quod me. cau. & Spec. in tit. de proba. §. fin. versic. fin. & Curt. seni. in consilio xliiij. super contingentia facti. ergo cum ex qualitate personarum, inter quas cadit reuerentia ex quantitate rei donatæ, & non expressæ & specialiter, sed sub inuolucro verborum & generalitate, ac stricta detentione Marchionissæ ex prohibitione commercij, seu aditus ad eam, & conuersationis ac loquelæ, opera Comitissæ & eius suggestione. Item ex lacrymis & conquestione Marchionissæ, fuerit plenè metus probatus: & id comprobatum per declarationem don Artalis in testamento: talis præsumptio resultans ex præsentia iudicis præfati, cedit veritati. l. nuptura filio. ff. de iur. dot. & tollitur per præfata: quia † vna præsumptio tollitur per aliam: vt 66
in l. diuus. ff. de in integ. resti. & in incertis, & non certis, locus est coniecturis. l. continuus. §. cum ita. ff. de verbo. obligatio. l. ille aut ille. §. cùm in verbo. ff. de lega. iij. & ita etiam in specie refert Sozi. in d. consil. ccxliij. capio primum consultationis articulum. in v. colum. versic. secundo. respondeo. secundo volum. & sic concludendum dictos fructus remansisse in causam dotis, & donationem præfatam fuisse, & esse nullam: & licet † contractus metu initus non sit nullus 67
ipso iure, sed causet rescissionem per actionem. quod met. cau. l. secunda. & l. dolo. & l. metum, la grande. §. volente. & §. si acceptilatione. ff. quod met. cau. tamen fallit in contractu dotis: qui si fit per metum, est nullus ipso iure. Casus est in l. si mulier. quæ est l. pen. ff. quod met. cau. & licet Bartol. ibi dicat non esse speciale in dote, inferens, quòd si per expressam stipulationem dos promitteretur, licet promitteretur per metum, quòd valeret ipso iure: contrarium tamen est † verius & communius, quòd sit speciale in dote, 68
& quòd locum habeat ille text. etiam si per stipulationem expressam dos promittatur: vt voluit gloss. Innocen. & communiter scribentes in cap. secundo. quod met. cau. & expressius ibi Abb. vbi per optima

iura

iura dictum Bartoli impugnat. & idem contra Barto.
tenet Bald. nouel. in suo tract. dot. vj. parte. xxxix. pri-
uilegio. & testatur hoc dictum esse communius. &
69 idem quod dicitur † de contractu dotis, iudicandum
erit de distractu: vt si fiat per metum, sit ipso iure nul-
lus: & non sit opus agere actione, quod met. cau. cùm
eiusdem naturæ sit distractus, cuius est contractus,
per not. per glo. & Doct. in l. de tutela. C. de in integr.
resti. mino. glo. & Bart. in l. penult. C. de dolo. & ita est
bonæ fidei, sicut & contractus, secundum Bart. in l. in
summa. in princ. ff. de condi. indebi. & in l. sub præ-
textu. la prima. C. de transa. & ita in propriis terminis
consuluit Rom. & post eum Alexand. in l. si cùm do-
tem. §. si mulier. ff. solu. matri. & sequitur Bald. nouel.
in viij. parte. in ij. priuilegio. Nec etiam suffragabitur
iuramentum, quia vbi metus irritat ipso iure, vt est in
70 † casu contractus & distractus dotalis, iuramentum
non obligat, vt expressè tenet Petr. de Ancha. consil.
cclxxv. retento ordine dubiorum. vbi licet teneat,
quòd à iuramento per metum extorto peti debeat
absolutio, sicut etiam tenuit in cap. si verò. & in cap.
verum. de iureiu. subdit tamen rationem, quia gesta
per metum, non sunt nulla ipso iure: prout est pro-
priè casus noster, cùm iuramentum non obliget, & sit
nullum, & de eo non sit necessaria absolutio. sed vltra
Anch. vbi suprà expressè etiam tenet glo. in c. ij. de eo.
qui duxit in matri. quam per adult. pollu. quæ dicit
71 † quòd sicut matrimonium contractũ per metum, est
ipso iure nullum, ita etiam iuramentum. quam glo. fa-
cit ibi Abb. sing. dicens esse casum, in quo iuramẽtum
metu extortum, non obligat. ita per præfata in ter-
minis propriis firmat Fel. in d. c. si verò. in fi. in ver. v.
72 declara. de iureiu. Item circunscripto † metu, nonne
fuit donatio ipsa facta viro per vxorem: quæ habet in
se conditionem, Si vir fuisset superstes post mortem
vxoris. & ideo quia ipse vir præmortuus est remanẽte
vxore, donatio ipsa resoluta est per casum, in l. mari-
to. C. de dona. inter vir. & vxo. & in l. inter virum. ff.
de reb. dub. & tenet Pau. de Cast. in cons. cccxlv. circa
bona. in antiqui. & Bald. in consi. xlix. casus, vir dona-
73 uit. iij. vol. Nec obstat, quòd donatio † præfata confir-
metur iuramento, vt per Bart. & communiter omnes
in l. Seius & Augerius. ff. ad legem Falcidiam. vbi Ale.
subdit istam esse communem opinioné. & idem Alex.
in consi. viij. visis. volum. ij. & in consil. clvij. viso in-
strumento. eod. vol. ij & tenet Feier. in cons. cxl. pun-
ctus. quæst. Abb. post alios, in cap. fi. de dona. inter vir.
& vxo. vbi tenuit istam esse communem opinionem.
& Abb. in consi. xcv. factum sic proponitur. volum. se-
cundo: & late Deci. in cõsi. ccij. Quia dato, quòd vera
sit illa communis opinio, procedit illa: prout Docto-
res loquuntur, id est. quantum ad remouendum pro-
hibitionem iuris: secundum quod donatio inter vir.
74 & vxor. est prohibita: quia † non obstante quòd à lege
sit prohibita, vt in l. ij. §. sciendum. C. de dona. inter
vir. & vxo. tamen iuramento confirmatur: & in hoc
iuramentum satis operatur: sed non tollit illud iura-
mentum illam tacitam conditionem, quòd maritus
donatarius superuiuat: quia iuramentum secundum
naturam actus intelligitur, vt in l. fi. de non nu. pec. &
& not. Bald. in consi. xxix. aliàs xcix. vol. iij. vbi tenet,
75 quòd etiam donatio † potest reuocari, non obstante
iuramento: & iuramentum semper habet illam tacitã
conditionem, quam habet promissio, cui adhæret, &
ad plus non extenditur, quàm extendatur virtus pro-
missionis: vt formaliter dicit Ang. in suo cons. cccxv.
statuto cauetur. & Oldra. in consi. ccxxxviij. cùm mu-
lier. vbi ex hoc infert, quòd donatio facta cum iura-
mento, non tollit tacitam conditionem. l. si vnquam.
C. de reuo. dona. & idem tradit Oldr. in consi. cclxviij.
licet, vbi allegat text. in d. l. fi. C. de non nu. pe. & idem
Rom. in cons. cclxix. non est dubium, in prin. & Alex.
consi. xxxvij. viso. lib. ij. & ita per ista in propriis ter-
minis consuluit Deci. in consi. ccxl. & diligenter pro
tenui facultate mea in ij. vol. & in consil. ccccxxxvj.
in causa, quæ agitatur Mantuæ. nume. 3. & 8. in tertio
libro. Quæ dixerim ex habundanti: cùm stante metũ
præfato & aliis præmissis, donatio sit & fuerit ipso
iure nulla: & sic remanent fructus in causam dotis: &
actio remanet pro dote & antefato. Nec obstat, quòd
de introitu & exitu fructuum & redituum dicti status
Marchionissæ in pluribus commissionibus adpareat
subscriptio Marchionissæ præfatæ: & sic quòd ipsa
quoque administrauerit fructus sui status. Nã respon-
detur, quòd licet interuenerit, & se subscripserit, est
iam plenè verificatum, quòd eius subscriptio fiebat
pro forma & ad cautelam, & non quòd aliquid ipsa
administraret: nec quòd eidẽ Marchionissæ quicquã
consignaretur aut solueretur: & proinde dum Comi-
tissa in dicta commissionibus interuenit, vt mater &
balia don Artalis: ad quem pertinebat perceptio di-
ctorum fructuum & redituum, tanquam sibi in do-
tem datorum, faciendo commissiones præfatas: vt
mater & balia, videtur fecisse, etiam respectu status
Marchionissæ & fructuum percipiendorum ex eo ba-
liarico & tutorio nomine filij. & sic percipiendo fru-
ctus præfatos, videtur vt balia percepisse ipsius don
Artalis: ad quem illi fructus spectabant: magis, quàm
vt procuratrix Marchionissæ: quia illos in dotem de-
derat: cùm procuratrix non esset, & cùm vt procu-
ratrix percipere non potuisset, per text. in l. post mor-
tem. §. j. ff. quando ex facto tuto. vbi si tutor † simpli- 76
citer contrahat in repertinenti ad pupillum, intel-
ligitur tutorio nomine contrahere. & idem probatur
in l. fin. eodem titulo. & in l. post dotem. secundum
vj. lectu. Dyn. ff. solu. matri. & in l. qui in aliena. §. si is,
qui putabat. in princ. ff. de acqui. hære. & ibi hoc not.
Bart. & sequitur idem Bart. in l. Titium & Meuium.
§. altero. ff. de admini. tuto. & Bald. in l. cùm oporteat.
C. de bon. quæ libe. Prætereà, † præcedente titulo do- 77
tis, exactio præsumitur ex illo titulo facta. l. ij. & ibi
Bart. C. de acqui. posses. gloss. ordin. in l. quædam mu-
lier. quam ibi notat Bartolus & alij. ff. de rei vendi.
Angel. in consilio x. ibi: viso puncto. Roman. in consi.
ccxxviij. pro pleniore discussione. & quòd vt balia
don Artalis videatur Comitissa percepisse, & non vt
procuratrix Marchionissæ ostenditur: nam procura-
trix non erat, prout mandatum aliquod non adparet:
sed bene erat balia: ergo capienda est præsumptio
exclusiua delicti vulg. l. meritò, ff. pro socio. quæ est,
quòd vt balia non ea quæ induceret delictum, & fa-
ceret incidere ipsam comitissam in pœnam falsi, quæ
esset, si intelligeretur exegisse vt procuratrix, cùm
non esset, vt in l. falsus procurator. C. de fur. cum simi-
li. Rursus etiam si fuisset procuratrix adhuc non vi-
deretur exegisse dictos fructus, quos prius Marchio-
nissa in dotem dederat, nec videretur hoc venisse in
mandato: vt incidere faceret ipsam Marchionissam
in

in delictum, dando in mandato potestatem exigendi,
quod prius in dotem dederat, vt in l.tertia.§ si procu-
rator.& ibi etiam not.Bart.in verbo,& per illum tex.
ff.de condi.indeb.& tantò magis, quia iam verifica-
tum est per testes, quòd Comitissa dictos fructus
etiam in beneficium domus don Artalis & eius fa-
miliæ conuertit & erogauit: vnde videtur, quòd præ-
fata Comitissa exegerit vt balia: & sic eo modo, quo
percipere potuit: & non vt procuratrix, prout non
erat: & quæ si fuisset, non videretur hoc in mandato
78 inclusum, postquam per prius in dotem dederat † per
ea quæ suprà dicta sunt: & sic testes tanquam verisimi-
liter deponentes verisimiliora, & quæ rei aptiora &
vero proximiora sunt: & quibus potius lux veritatis
assistat, præferuntur testibus alterius partis, vulg.l.ob
carmen.§.finali.ff.de testib.cap.in nostra.eodem tit.
etiam quia cum istis concurrit præsumptio iuris, quæ
est, quòd præsumitur facta exactio per tutorem in re
pertinente ad pupillum tutorio nomine: iuxta text.in
79 dicta l.post mortem.§.fi.& alia suprà allegata: & † hoc
vt excludatur delictum, quo casu præferuntur, cùm
habeant iuris concomitantiam, vt dicit Innocen.in
cap.auditis.de præscrip.Petr.de Anch.in cap.j.eodem
titul.& in consilio cccxviij.intra statutorum.& Rom.
in rubric.de arbit.Specul.in tit.de testib.§.postquam.
versic.quid si plures.Bald.in cap.j.de controuer.inue-
80 sti.& plenè Moder.in dicto cap.in nostra.tum † etiam,
quia testes, qui ex aduerso deponunt, penitus extra ar-
ticulum, quòd vt procuratrix exegit nihil de exactio-
ne in dicto articulo, super quo deponunt, continetur:
& sic nulliter deponere adparent, & sic non probant:
quia super hoc non iurati deponunt, vt in cap.de te-
stibus.iuncta gloss.& quod ibi plenè Doct. de testi. &
not.gloss.Bart.& doct.in l.si quis libertatem.ff.de pe-
tit.hæred.& in l.si duo patroni.§.idem Iulianus.ff.de
81 iureiur.imò fortius non probant: quia † nullam assi-
gnant causam scientiæ, quare vt procuratrix exegit: vt
quia inspexissent mandatum sibi factum: vel quòd
fuissent præsentes, quando fecit eam procuratricem,
vel quid simile: licet fuissent interrogati: quo casu non
probant: vt tradunt gloss.& Doct.in l.solam.C.de te-
sti.Bald.& Moder.in c.cùm causam.de testibus. Imò
82 etiam cùm testes † partis aduersæ deponentes, quòd
Comitissa, vt mater don Artalis administrauit statum
Marchionissæ, & quòd vterque, videlicet Comitissa
& don Artalis, exegerunt fructus status præfati, assi-
gnant causam scientiæ, quia vidit, vt ærarius, præfe-
runtur testibus alterius partis non reddentibus cau-
sam scientiæ, etiam dato, & non concesso, quòd ad
probandum mandatum redditio causæ scientiæ non
requireretur, secundum Bald.in l.presbyteri.C.de
episc.& cleric.Innoc.in cap.cùm contingat. de offic.
deleg.Felin.in dicto cap.in nostra.in verbo, & præfe-
runtur causam reddentes.de testib.Nec obstat quieta-
tio Comitissæ in anno 1521.in qua asseruit se procu-
ratricem Marchionissæ: quia ex quo procuratrix non
erat, nec de mandato constat, nec constare in æter-
83 num poterit, non stabitur † eius assertioni: quia man-
datum non præsumitur etiam post spatium mille an-
norum: vt tenet Bald.in l.ij.C.si ex fals.instru.& in l.j.
C.de reb.alien.non alien.& in l.qui fundum.ff.de vsu-
capi.Alex.in l.qui in aliena.in princ.ff.de acquir. hær.
& in consilio primo.ponderatis his de quibus in the-
mate fit mentio.iiij.vol.& idem Alex.& communiter
Doct.in l.sciendum.ff.de verb.obl. Nec militat pro-
ductio facta † per procuratorem Marchionissæ, per 84
quam videtur confiteri contenta in eo, etiam contra
se: secundum Inn.& Doct.in c.venerabilis.de except.
& Bart.in l.post legatū.ff.de his quib. vt indig. Quia
illud est verum, quo ad ea, super quibus scriptura fa-
cit fidem, quia nō potest reuocari per partem, ex quo
etiam sublata confessione remanet scriptura. Quo
verò ad ea, de quibus scriptura non facit fidem, vt in
præsenti casu vbi non creditur asserenti se procurato-
rem, cùm mandatum non præsumatur, etiam per spa-
cium mille annorum, per decisiones supra allegatas,
productio † non inducit tacitam confessionem, & 85
non operatur, quin possit reuocari. Ita limitat & de-
clarat Egidi.Bellamera.in Decis.cccxxj.id, quod dici-
tur.& sequenti.qui allegat ad hoc dictum Innoc.in c.
cum venerabilis.quem etiam sequuntur Moder.ibi-
dem. Circa antefatum respiciens secundam partem
dotis ducatorum 33000. perceptorum ex statu Mar-
chionissæ à die capitulorum vt suprà, vltra † quod dos 86
data, donationem propter nuptias meretur, vt in au-
then.dos data.C.de dona.ante nupt.& ibi plenè Doct.
Iam fuit in capitulis illis primo loco initis, & deinde
ratificatis & approbatis per don Artalem, & promis-
sum constitui antefatum: & sufficiebat promissio cō-
stituendi dotem: & non erat necessaria alia constitu-
tio.aut promissio constitutionis, quia à lege subintel-
ligitur, per suprà allegata plenè, & idem sanè procedit
quo ad donationem propter nuptias, quia in eo † ita 87
locum habet tacita stipulatio, & ita subintelligitur à
lege promissio constituendi, sicut in dote, & ita mere-
tur executionem, sicut stipulatio expressa.& in termi-
nis tradit Ias.in d.§.fuerat.in iiij.not.instit.de actio.in
illo articulo, nunquid priuilegium tacitæ hypothecæ
habeat locum in donatione propter nuptias.in versi.
an autem hoc priuilegium tacitæ hypothecæ. & licet
prima facie refragari videatur, quòd matrimonium
non fuit consummatum: & proinde videtur antefatū
non deberi: nam verificatum adparet non stetisse per
Marchionissam, quo minus consummaretur, quæ pa-
rata superstiterit ad obsequia matrimonialia: sed pro-
cessit † facto & culpa don Artalis: quo fit, vt perinde 88
lucretur antefatum, ac si verè matrimonium consum-
matum fuisset. Ita punctualiter decidit Neap.in con-
suetudine, quartam autem.in tit.de iure quartæ. in gl.
super verbo, à quodam viro suo.in fi.versi.sed pone, quæ
est ducta, non tamen carnaliter † cognita, & in pacto 89
de lucrando dotem, quòd locum habeat, matrimonio
etiam adhuc non consummato: concludit Bald.in l.
Deo nobis.per illum text.versi.sed iuxta hoc pone.de
episc.& cler.loquitur tamen, quando non solùm fuit
carnaliter cognita, sed nec fuit conducta in domum.
& idem tenet Bald.in l.non fine.circa prin.C.de bon.
quæ libe. Circa petitionem vsusfructus & interesse, ad
quam rationem debeatur. Aut quærimus de vsufructu
& interesse dotium: aut de vsufructu & interesse ante-
fati: & quia capitula matrimonij fuerunt inita in ci-
uitate Neap.& per † consuetudinem Neap. viro mor- 90
tuo &c. vsusfructus debetur ad rationem tarenorum
duorum pro qualibet vncia: cum ita sit taxatus vsus-
fructus & interesse per dictam consuetudinem, vt pa-
tet per decis.S.Consilij cclxxxiiij.an soluto matrimo-
nio.in antiquis. Aut quærimus quid iuris sit de iure
communi, & licet magis communis conclusio sit, quòd

91 mulier non potest † petere alimenta siue vsuras dotis
post annum: quia quicquid accidit sorti, vsura est. vt
in l. rogasti. ff. si cer. pet. & quia cum mulier habuerit
in potestate suam petere dotem, & non curauit, non
debet posse aliquid petere: per tex. in l. j. cum ibi not.
per gl. & doct. C. de sent. quæ sine cer. quanti. & ita te-
net Bart. in l. at qui natura. §. non tantum. ff. de nego.
gest. & in l. insulam. §. vsuras. ff. solut. matr. glo. Pau. de
Cast. & doct. in l. diuortio. eod. tit. sol. matr. Inn. Ioan.
And. & Ant. de But. & communiter scribentes in c. sa
lubriter. de vsu. & alij quamplures relati per Alex. in
d. l. diuortio. & in consi. xxj. ex isto themate. in iiij. vol.
& in consi. lxxiiij. viso tit. quæstionis. & cxlvij. perspe-
ctis instrumentis. v. vol. tamen hæc conclusio limita-
92 tur sanè procedere, nisi mulier † petierit dotem, & he-
redes fuerint in mora, prout hic: quia tunc debetur
mulieri etiam interesse damni emergentis: videlicet
omne interesse, quod ex mora restitutionis mulier pas
sa est: vt si fortè oportuerit recipere pecuniam fœno-
ri, vel vendere annuos introitus, vel quid simile, &
etiam lucri cessantis, quale verisimiliter fuisset perce-
ptura, si pecuniam habuisset, per tex. in l. iij. §. fi. de eo,
quod cer. loco. & not. Cy. in authen. ad hæc. iij. q. C. de
vsur. & est de mente eiusdem Cyn. in d. §. exactio. &
Bart. in l. vnica. versi. venio ad vltimum. C. de sen. quæ
pro eo, quod inter. & ita procedit opinio Richar. Ma-
lumb. & Cy. in l. omnē. C. de bo. mat. & Cy. in l. vnica.
§. exactio C. de rei vxor. actio. tenentium contrarium.
& ita fœdere distinctionis concordant opinionem
Ang. & Ioan. de Imo. in d. l. diuortio. & idem in effectu
tenet Ang. in l. Titia. ff. de sol. & Abb. in d. c. salubriter.
& tenet etiam Pau. de Cast. & Alex. in præfata. l. diuor
93 tio. & fortius etiam, si † mulier dixisset velle pecuniā,
quia volebat emere fundum, ex quo fructus percepis-
set, verisimiliter debetur sibi tale interesse: secundum
Pau. de Cast. in d. l. diuortio. dum allegat text. in l. so-
cium, qui in eo. in prin. cum ibi not. ff. pro socio. & fa-
cit decisio Cy. in d. auth. ad hęc. C. de vsur. ibi dum vti-
tur illo verbo, vel si pecuniam otiosam erat in cassa
retenturus. & idem tenet Cyn. in d. §. exactio. & Petr.
de Anch. in consilio in quæstione, quæ vertitur. & in
d. c. salubriter. & est communis opinio, vt refert Lan.
zo. Deci. in d. l. diuortio. qui testatur ita aliâs fuisse con
sultum Senis tempore suo. & subdit, quòd d. l. socium,
qui in eo. allegata per Paul. de Cast. loquitur in solito
mercari, prout dicit Alex. est diuinare, † quòd inter-
94 esse etiam si non esset probatum iudici, iudex tamen
ex suo officio potest illud taxare & arbitrari ex con-
iecturis. l. si traditio. & ibi hoc not. Bart. ff. de action.
emp. l. si quid ex Pamphila. §. ti. ff. de legat. secundo. &
tradit Cyn. Bart. & doctor. in l. prima ad finem. C. de
sent. quæ pro eo quod interest. & hoc etiam si nulla
interpellatio facta fuisset de dote restituenda: cùm
95 annus inductus † à lege ad restituendum dotem, ita
constituit in mora, sicut dies expressa, vt dicit gloss.
not. & ibi Imol. & scriben. in l. si mora. ff. solut. matri-
mon. & in l. si duo. §. finali. ff. de constit. pecun. quam
ad hoc reputat not. Bald. in rubrica de constitut. pecu-
nia. in iij. quæst. & idem Bal. in l. si pacto, quo pœnam,
v. col. C. de pactis. quia mulier deposuisset suam pecu-
niam ad honestum lucrum penes mercatorem, quod
sibi licitum fuisset, iuxta text. in c. per vestras. de don.
inter virum & vxorem. & quod not. Bart. in l. diuus. ff.
ad legem Falcid. Bald. in l. prima. in fine. de conditio.
indeb. & in l. finali ad finem ff. de petit. hæred. & in l.
prima. C. pro socio. & quod not. Bart. in l. tutor, qui
repertorium. §. penult. ff. de administration. tutor. ma-
ximè, cum contractus dotis sit bonæ fidei: vt in §. fue-
rat. institu. de actio. & idem in terminis Bald. in auth.
ei, qui. C. de bon. author. iudi. possi. & tradit Alexand.
consilio lxvij. viso processu. in versi. & quòd quando
interesse. volumine sexto. & in propriis terminis idem
Alexand. consil. clxxij. in causa & lite vertente. in ver-
sicul. & ideo dico ex præfatis. & in consilio ccxx. per-
spectis narratis in themate, in eo. vj. volumine. & Bo-
logn. in consil. xix. Cor mundum. in primo dubio, qui
omnino videatur. & proinde etiam si attendamus ius
commune, cum Illustriss. actrix fuerit sollicita in pe-
tendo, quia petiit in eodem anno, quo matrimonium
fuit solutum, & sibi non potuerit nec possit imputa-
ri, cum dotem non petierit: & hæres don Artalis fue-
rit in tam longa mora, ipsa in maximis damnis, & in-
teresse incurrit. Quo verò ad † vsumfructum, & in- 96
teresse respectu antefati, erit in electione vxoris: quan
do antefatum est constitutum in pecunia, an velit pe-
cuniam pro antefato post eius mortem: iuxta textum,
in l. prima. ff. de vsufruct. earum rerum quæ vsu con-
sumun. & institu. de vsufruct. §. constituitur. vel recipe-
re à filiis vsuram competentem: vt in authen. de non
eligendo secundò nubentes. numero 6. in §. si autem
omnes. vbi permittitur in antefato in pecunia, vt pos
sit recipere vxor à filiis tertiam vsuræ centesimæ. &
ita dicit Neapod. in consuetud. quartam autem. in ti-
tulo de iure quartæ. & licet Afflict. in decisio. ccxcj. di
cat: consuetudo in antiquis tenet pluries fuisse iudica-
tum in consilio, quòd † non debeatur vsusfructus pe- 97
cuniæ vxori, nec pro præterito, nec pro futuro. &
idem quod non debeatur, tradit Capi. in decis. lxv. in
causa honorabilis. in nouis. loquuntur tamen in ter-
minis dictæ consuetudinis: quartam autem. videlicet
in casu, quo matrimonium est solutum per mortem
mariti superstitibus filiis. & hic non est casus noster:
quando vero matrimonium est solutum per mortem
mariti non superstitibus filiis, prout in casu præsen-
ti, quòd tunc hæredes teneantur restituere pecuniam
pro antefato, tam in proprietate, quàm in vsufructu,
concludit idem Afflict. in dicta decis. ccxcj. & testatur
sic pluries fuisse iudicatum. Quinimo in casu dicta-
rum decisionum, videlicet, quando matrimonium
fuit solutum superstitibus filiis, licet asserat Afflict. in
decisione præfata, temporibus suis pluries decisum
fuisse vsumfructum non deberi: temporibus verò no-
stris, tam quando matrimonium fuit solutum [illegible]lis
non superstitibus, quàm quando filiis superstitibus,
passim & indifferenter semper, quando casus accidit,
fuit obseruatum, & in † contradictorio iudicio deter- 98
minatum vsumfructum deberi: licet non ad rationem
vsusfructus dotis, sed ad rationem quinque pro cente-
nario: vt refert apostilla in decis. ccxcj. & iam adpa-
rent multi processus: in quibus ita decisum fuit. & ideo
quicquid aliâs temporibus illis S. Consilium decreuis
set, sufficit nobis, quòd temporibus nostris & de præ-
senti fuerit decisum & obseruatum contrarium: & ita
obseruetur, † quòd etiam respectu antefati debeatur 99
vsusfructus: quoniam hæc obseruantia & stylus vlti-
mus Sacri consilij attendi debet: vt in l. item nulla. §.
primo. ff. de alim. & ciba. leg & facit quod in pulchra
quæstione dicit Bald. in l. qui binos. per illum textum.
C. de

C.de aduo.diuer.iudi.& in l.si mater. per illum text.
C.ne de sta.defun.& suffragatur deci.S.consilio clxiij.
100 Cæla.maiestas.in nouit.& sic † virtute consuetudinis
Neapo.debetur ad rationem tarenorum duorum an-
nuatim respectu dotium pro qualibet vncia: respectu
autem antefati ad rationem ducatorum quinque pro
centenario annuatim. Attentò verò iure communi,
quantum ad moram restitutionis, mulier damnifica-
ta fuit in recipiendo pecunias ad interesse, vel in ven-
dendo eius bona, introitus, vel quid simile: vel quan-
tum verisimiliter perceptura fuisset, si mora in resti-
tuendo sibi non fuisset facta: & fructus, quos percipe-
re potuisset ex bonis, quæ fuerunt venalia, & quę eme-
re potuisset, si habuisset pecuniam . & in effectu, cùm
bona & introitus passim fuerint reperta emi ad ra-
tionem x. pro centenario, etiam attento iure commu-
ni ad tantam summam erit facienda condemnatio &
liquidatio, & hoc tam respectu interesse dotiũ, quàm
antefati: cùm eadem ratio militet in vtroque: & quia
101 † priuilegium datum doti est etiam communicatum
antefato: vt in l.finali.& in auth.sed iam necesse. & in
l.cùm multæ.C.de dona.ante nupt.& not.glo.in versi.
suppositas.in l.vbi adhuc.C.de iu.dot.doct. & glo.pe-
nult.in versi.tempore.in l.assiduis.in fine. C.qui poti.
in pigno.habe.& sequitur Ioan.de Platea in dicto §.fue
rat. Angel.in xvij.& Ias.in viij.& iam ita fuit nouissi-
mè iudicatum in Sacro Regio consil. in causa magni-
ficæ Adrianæ Serfalis, cum magnifico Vrbano de Buc
cutis, vbi æqualiter fuit taxatum interesse dotium &
antefati, ad rationem tamen octo pro centenario: &
antè etiam sic fuit iudicatum in causa N. cum magni-
fica Barbara visac. Et si dicerent, quòd in causis præ-
fatis mulieres non erant Neapolitanæ, & minus eo-
rum viri, & proinde condemnatio & taxa facienda
erat secundum ius commune, & non consuetudinem
Neap.& in casu præsenti Marchionissa erat Neapoli-
tana: & capitula Neap. erant confecta, vt sic meritò se-
cundum consuetudinem Neapolitanam condemna-
tio fieri debeat. Quia respõdetur, quòd licet ipsa esset
Neapo.& capitula essent contracta Neap. tamen in-
strumentum ratificationis fuit celebratum Panormi,
more magnatum & procerum huius regni: & non se-
cundum consuetudinem Neap. in scriptis redactam:
qui mos magnatum, vt notum est, est ad instar iuris
communis: vt sic meritò condemnatio & taxa pro in-
teresse fieri debeat æqualiter pro dote & antefato.
102 Vnde apparet † fundata actio personalis ex stipulatu
pro dote & antefato, ac vsufructu contra don Arta-
lem, quæ datur contra aliquem obligatum ad aliquid
faciendum vel dandum: vt in l.actionum.§.in perso-
nam.ff.de actio.& oblig.& in §.fuerat.instit.de act.&
in l.vnica.in prin.C.de rei vxo.actio. & etiam contra
donnam Antoniam eius hæredem, vt not.glos.fi.in di-
103 cto §.in personam: quia adeundo † hæreditatem dicti
don Artalis, prout adiit, ex quasi contractu per aditio-
nem se obligauit creditoribus: vt in §. hæres quoque.
insti.de obligat.quæ ex quasi contra. nasc. succedente
insuper legato dotium & iurium dotalium facto per
104 præfatum don Artalem iuxta formam † cautelarum,
adparet iam fundata actio personalis ex testamento:
quæ datur contra hæredem pro consecutione legati:
iuxta text.in l.filiusfami.§.variis.ff.de lega.ij.& in l.ij.
post principium. C.commu.de leg.& in l.finali.C.de
falsa causa adie.lega. In assistentia autem iam verifi-
cata adparent omnia requisita vltra instrumenta ca-
pitulorum & ratificationis, propter quæ sunt bona
omnia obligata: & quòd fuerunt in bonis & de bonis
tempore obligationis, & post & tempore iudicij pos-
sessa per don Antoniam: & successiuè per eius hæredes
id est, bona regni Siciliæ. Cętera verò huius regni ten-
ta per tertios possessores: contra quos similiter actum
est: & de illis ius luendi competiisse præfatæ don Anto-
niæ, & eius hæredibus: & super eodem iure luendi si-
militer actum fuisse: & fuit verificatum per testes, &
pars altera se defendit: & sic effectus est communis re-
stitutionis † dotium & antefati & interusurij: & hæc 105
probasse sufficit ad finem obtinendi in iudicio præfa-
to: vt not.glo.in l.rem alienam.ff.de pigno.actio. in l.
cùm res.C.si res loco pign.dat.sit.& est de mente gloss.
in l.ante omnia.ff.de probatio.gloss.in §.aliæ autem.
de actionib.& tenet Bald.in l.de rebus.C.de donatio-
ne ante nuptias.sed ante eum Dy.in §.Item Seruiana.
instit.de act.eandem opinionem firmat Bald.in l.de
rebus.C.de don.ante nupt.& Alber. de Rosa.in dicta
l.cùm res.qui testatur ita vidisse communiter obser-
uari.& in hac opinione fuit ante omnes Dy.in §. Item
Seruiana.& ita decisum & obseruatum semper fuisse,
tam quando agitur contra tertios possessores, quàm
quando agitur † contra obligatum vel eius hæredes: 106
vt dicit Afflict.in decis.ccciij. licet hodie. Nec officit,
quòd in instrumento ratificationis non interuenit
constitutum nec precarium, prout requiritur, vt agi
possit contra tertium possessorem, non facta discus-
sione dicto remedio: vt tenet Iacob. Butr. in authen.
hoc si debitor.in fine.versicu.C.de pigno.& in l.finali.
cum authen.ibi posita.C.de action.& oblig. & ibi se-
quitur Petr.de Anch.in suis reporta.antiquis.& idem
tenet Angel.in l. finali. de acquirend. possess.sequitur
Imol.Roma.& Alexand.in l.exitus. ff. de acquirend.
possess. & patet etiam per regiam pragmaticam assi-
stentiam & appretium: ad finem autem agendi con-
tra obligatum, vel eius hæredem † possidentem bona 107
obligata, non est opus constituto, & precario. Præ-
tereà, dato quòd requireretur constitutum & preca-
rium, iam vt possit agi contra tertium possessorem,
non facta discussione, iam illud habitum est: licet in
instrumento ratificationis non sit appositum: fuit ta-
men appositum in instrumento capitulorum, quòd
cùm in certo tenore ipsorum ad vnguem cum omni-
bus in ipsis capitulis don Artalis ipse ratificauit, &
approbando obligauit se ad illorum obseruationem,
& bona sua omnia etiam feudalia & titulata tam hu-
ius regni, quàm etiam existentia in Regno Siciliæ vn-
de fit, vt ratificans contractum perinde †. obligetur 108
ac si à principio contraxisset. dicta l.cùm fundus.§.ser
uum tuum imprudens. vbi not. per Deci.in iij. not. ff.
si cert.pet.& in dicta l.in summa.§.Cassius.ff.de aqua
plu.arcen.& in dicta l.si fundus.§.primo.ff.de pignor.
cum aliis suprà allegatis: & tantò magis stante con-
uentione, vt cautelæ † fieri possent ad consilium sa- 109
pientis: quo casu potest in contractu adponi preca-
rium & constitutum: cùm sit de natura contractus: &
ita consueuit in instrumentis adponi: & per ipsum cõ-
stitutum mens contrahentium efficacius consequitur
suum effectum. Ita consuluit Oldr.consi.cxxxix.ad ha
bendum aliqualem notitiam.refert & sequitur Ias. in
l.ex ea parte.in princip. versicul. septimo & vltimo.
ff.de verbor.oblig. Et minimè obstat defectus assen-

110 sus, † ex quo feudalia non potuerunt obligari tan-
quam sine assensu: vt in c. imperialem. de prohib. feu-
di alien. per Feder. & in constitutione diuæ memoriæ.
& minus veniunt in generali obligatione: vt in cap. in
generali. si de feu. l. fuer. contro. & tenet Specul. in tit.
de pign. versic. sed nunquid feudum. & Paul. de Castr.
in l. tutor. ff. de pign. action. Felin. in c. quæ in ecclesia-
rum. de constit. nam feuda etiam pro restitutione do-
tis prohibentur alienari. c. j. §. donare. qualiter. olim
feud. alien. pote. ergo etiam per hypothecariam auo-
cari. l. j. §. eadem. ff. quæ res pign. oblig. poss. Quia re-
spõdetur, aut loquimur respectu bonorum feudalium
huius regni, super quibus fuit assistentia perita: aut re-
spectu bonorum existentium in regno Siciliæ. Si quæ-
ramus respectu existentium in huc regno, illustrissi.
actrici suffragatur capitulum Neapolitanis conces-
sum per Reg. catho. quo omnibus mulieribus Neapo-
litanis præstatur assensus super obligatione feuda-
lium, pro restitutione dotium: & Marchionissa orta
ex vtroque parente Neapolitanis. Ideò dicitur Nea-
politana. l. assumptio. §. filius. ff. ad municip. & ibi etiã
tradit Bart. & habetur in l. libertis. in §. patris. eo. titu.
Nec suffragatur, quod ex aduerso. probari prætendi-
tur, quòd Marchionissa nata fuerit in ciuitate Auelli-
ni, & educata in ciuitate Cusentiæ, tempore quo don
Ioan. pater pro vicerego Calabrum segerebat: ex quo
doctum fuit per Marchionissam, quòd assidua & con-
tinua ac ordinaria habitatio & domicilium don Io-
annis, & donnæ Io. de villa mari coniugum & paren-
tum ipsius Marchionissæ, fuit in ciuitate Neap. & ipsa
domina Ioanna mater nata fuit in ciuitate Neapo. &
præfatus eius pater vltra eius vxorem Neapolitanam
111 habuit etiam domum † propriam ibidem: & sic ha-
bens vxorem & domum propriam, virtute regiæ pra-
gmaticæ, est omnino ciuis Neapolitanus. & etiam ex
iuris dispositione: per l. assumptio. §. filius. ff. ad muni-
cip. & ibi Bart. & habetur in l. libertis. §. patris. eod.
titu. Nec quòd prætenditur demonstratum Marchio-
nissam ortam in ciuitate Auellini, & educatam Cusen
tiæ, nam Auellini habitarunt tanquam domini illius
loci pro tempore, & non animo ibi incolatum facien
di: sed redeundi ad ciuitatem Neapo. vbi erat conti-
nua & ordinaria eorum habitatio. Et pariter habita-
tio Cusentiæ fuit ex causa officij præfati, quo fit, vt in
ciuitate Neap. à qua recesserunt, etiam per illud tem-
pus, quo steterunt Auellini: item Cusentiæ habitasse
videantur. Item in ciuitate Neap. Marchionissa videa
tur nata: per text. in l. huiusmodi. §. legatum. ff. de lega-
tis primo. per quem text. Petr. Cyo. Bald. Angel. &
Paul. de Castr. in lectu. Bonon. in dicto §. legatum. in-
112 ferunt † ad statutum disponens, nullum debere admit
ti ad collegium, nisi sit natus in ciuitate, vel nisi sit ci-
uis originarius: vel quòd nullus possit esse primus con
sul, nisi sit originarius ciuis, quòd tamen natus alibi à
casu, potest esse de collegio, vel consul. & idem tenet
Bart. in l. filios. C. de municip. & origi. libr. x. allegat
text. in l. prima. C. de capti. & postli. reuer. licet non
fuerit ausus hanc opinionem firmare, sed bene auda-
cter eam approbat Io. de pla. ibi, quia mater quæ ani-
mum reuertendi habebat, fingetur semper fuisse in ci-
uitate: vt in l. prima. & in l. certo creditur. ff. de cap. &
postlimi. reuer. & sic fingitur peperisse in ciuitate, vn-
de recessit: non enim propter hanc natiuitatem filius
in ciuitate, vbi verè natus fuit, in oneribus obligatur,
cùm ibi parens fuerit ad tempus: vt in l. prima. & ibi
Bart. ff. de capti. & postlimi. reuer. & sequitur Abb. in
c. Rodul. de rescrip. & ibidem Felin. qui attestatur ita
fuisse practicatum in sua persona, cui casualis origo
fuit ex Felina oppido Regiensi: origo verò vtriusque
parentis ex Ferraria vrbe: in qua viget huiusmodi sta-
tutum, quo non obstante fuit receptus in collegium
per præfata: & idem expressè determinat Lancel. De-
ci. in l. hæres absens. §. proinde. ff. de iudic. vbi subdit,
quòd ista opinio est communis, secundum Augu. de
Arimi. in dicto §. legatum. & eandem opinionem se-
quitur & attestatur esse communem Ripa. in suo tra-
cta. de peste. secunda parte. versicul. xviij. tantò magis,
quia etiam secundum opinionem Paul. de Cast. in di-
cto §. legatum. in lect. Padu. Imo. & Alexand. ibidem
tenentium contrarium, quòd filius † dato quòd alibi 113
sit natus, retinet etiam ciuilitatem paternam in loco,
vbi pater est ciuis: per tex. in l. filios. C. de municipa.
& orig. & in l. assumptio. §. filio. ff. ad municip. Glos. in
l. ciuis. C. de inco. & sic quamcunque opinionem tenere
velis, cùm capitulum Neapolitanum non requirat
mulieres Neapolitanas origine propria, vt require-
bat statutum in quæst. formata per doctor. in dicto §.
legatum. Marchionissa est cõprehensa in capitulo: &
licet dici possit, quòd capitulum præfatum suffraga-
tur duntaxat respectu dotium, non antefati & vsufru
ctus: vt patet in eo expedito Sagone in anno 1505 atta-
men iuuabitur aliis capitulo concesso per Cęsarem in
anno 1539. quo præstatur assensus mulieribus & ciui-
bus Neapolitanis in obligationibus feudalium, etiam
pro cõstitutione & restitutione antefati: item, & vsus-
fructus. Quod capitulum respicit etiam dotes & obli-
gationes præteritas, nedum futuras. Nec obstat, quòd
tale capitulum fuerit expeditum lite pendente: per
text. in cap. finali. vbi Abb. Anto. de Butr. & omnes, vt
lite pendente. & in authen. vt in med. liti. non fi. sa. ius.
nam responderur, quòd demum fuit instantia perem-
pta: & sic † non dicebatur amplius litem pendere: vt 114
dicit Bald. in l. si pater. C. man. in illa quæst. si cessiona-
rius præuenit agendo: in qua expressè decidit, quòd
† perempta instantia, nulla datur litis pendentia: & 115
sic perempta instantia & mortua lite illa, statim capi-
tulum illud comprehendit etiam illam causam in qua
anteà lis pendebat: & idem tradit Abb. in c. causam,
quæ. in fine. de restit. & consuluit etiam Alber. Bru. cõ-
silio liiij. & sic etiam aliàs fuit decisum in causa illust.
Comitis Condolannis, & iam viuunt artifices, qui in
illo decreto interuenerunt. Quibus non obstat insuf-
flatio spiritus facta & restauratio instantiæ: quod ta-
men non fit naturaliter: cum de † priuatione ad habi- 116
tum non detur regressus: vt in l. qui res. §. aream. ff. de
solut. quòd enim liti mortuæ per peremptionem in-
stantiæ insuffletur spiritus, hoc fit contra naturam, &
per miraculum: sicut dicimus de Lazaro resuscitato:
vt pulchrè declarat Angel. in l. tempora. in versicu. in
text. ibi, quia si ita contingeret. C. de tempo. appel. vbi
† sic formaliter dicit ibi probari, quòd instantia & 117
causa perempta resuscitatur ex gratia principis, qui
spiritum vitæ in ea mortuum insufflat: & sic de nihi-
lo facit aliquid, tanquam Deus terrestris. allegat text.
in l. sed nec reuocata. ff. de iur. fisc. & in C. de sent. pass.
& in tit. de nata. restit. in rubro & nigro: & posteà sub-
dit, quòd sic fecit Deus cœlestis incarnatus, qui cada-
ueri Lazari insufflauit spiritum vitæ. Hæc Angel. vbi
suprà

supra, si ergo dicta insufflatio fit per restitutionem ex
mera gratia principis, quæ restitutio nititur æquitati,
quæ æquitas patitur, quòd post acquisitum ius Mar-
chionissæ, secuta peremptione instantiæ per dictum
capitulum, per insufflationem velit admittere. Ista
enim insufflatio & restauratio, licet faciat videri can-
dem causam, licet non eandem instantiam: vt bene
declarat Alber. de Rosa in l. properandum. C. de iudi.
non posset retrotrahi, quia hoc fieri non posset, nisi
per fictionem translatiuam, quæ requirit extrema ha-
bilia, videlicet extremum à quo, & extremū ad quod:
vt in l. bonorum. ff. rem rat. haberi. & plenè per Bart.
in l. si is, qui pro emptore. ff. de vsucap. & ex quo ante
restaurationem, & post commissionem causæ super-
uenit capitulum, & demum fuit perempta instantia,
per quam fuit quæsitum ius Marchionissæ, vt capitu-
lum trahatur ad causam suam: quando postea fit insuf-
flatio, reperitur res non integra, & extremum à quo,
non esse habile: & consequenter fictio illa locum ha-
bere non potest deficiente dicto extremo: & quia ar-
guitur de resurrectione Lazari ad insufflationem spi-
ritus instantiæ peremptæ, vt diximus secundum An-
gel. probatur conclusio præfata authoritate fere in
terminis Bald. in l. iura constitui. in fin. ff. de legi. vbi
118 in illa quæstio. si Lazarus † resuscitatus recuperauit
bona: concludit, quòd sic: limitat tamen nisi medio
tempore fuissent distracta, allegat not. in l. Gallus. §.
& quid si tantum. ff. de liber. & posthu. & in c. quam-
uis. de rescrip. in vj. & in l. finali. C. de senten. pass. &
sequitur Curt. seni. in consilio 50. memoriæ recolen-
dæ in fine. versic. Moder. in repet. c. Raynutius. §. mor-
tuo itaque testatore. de testa. applicando igitur decis.
Bald. ad casum nostrum, cum post commissionem
causæ ante peremptionem instantiæ superuenerit ca-
pitulum: per quod secuta postea peremptione, acqui-
situm fuit ius Marchionissæ: vt capitulum illud etiam
trahatur ad eius causam, & sic vt habeat bona obli-
gata etiam pro antefato & vsufructu, licet postea insuf-
flatus fuerit spiritus vitæ: & sic instaurata instantia:
quæ fit ex gratia principis, vt declarat Angel. in dicta
l. tempora. C. de tempo. appel. ergo succedit commu-
nis conclusio doct. de qua in l. Gallus. §. & quid si tan-
tum. & per Curt. in dicto consilio 50. & per Galca. in
consi. xj. & per Bald. in dicta l. iura constitui. ff. de legi.
119 quòd quando restitutio † fit ex gratia, nunquam tra-
hitur retro in præiudicium iuris quæsiti: & in propriis
terminis hoc tenet glos. Paris. in §. xxx. quæst. ix. quæ
etiam testatur sic per plura arresta fuisse aliâs obten-
tum: & minimè obstat, quòd capitulum fuerit obten-
tum post mortem don Artalis, qui bona obligauerat:
120 & proinde suffragetur Marchionissæ: quia † nec in spe-
cie potuisset impetrari regius assensus super obliga-
tione dictorum bonorum, nisi cum nouo consensu &
voluntate hæredis: vt declarat Andr. in cap. primo. §.
donare. qualiter olim feud. pote. alie. & in c. imperia-
lem. de prohib. feud. alie. per Feder. Quia respondetur
motiuum non procedere in materia de qua agitur, in
qua potest impetrari assensus super obligatione, etiam
post mortem, nulla interueniente noua voluntate
121 hæredis: & ex quo don Artalis, non † reuocauit in vi-
ta obligationem bonorum feudalium, & sic cum ea-
dem voluntate mortuus est iuxta tex. in l. cum hic sta-
tus. §. pœnitentiam. ff. de don. inter virum & vxorem.
& in l. cum tacitum. ff. de probat. hæres eius non pote-
rit reuocare, sed fauore dotis tenetur habere ratum, vt
est casus in l. si ego. §. si res. ff. de iure dot. per quem tex.
ita in terminis voluit Bart. de Capua in apostillis suis
ad dictum §. si res. & fuit decisum in sacro Consilio in
decisione cxj. fuit dubitatū in antiquis. & tradit Loffr.
in consi. xxxj. in causa magnifici vici. Vnde motiuum
retorquetur in contrarium: quia si hæres tenetur habe-
re ratam obligationem feudalium fauore dotis factā
per defunctum, & ipsam reuocare non potest: & potest
etiam post mortem impetrari regius assensus in præ-
iudicium hæredis. ergo eodem modo capitulum illud
impetratum post mortem, per quod generaliter præ-
statur assensus mulieribus & ciuibus Neapol. trahitur
ad causam dotis: quia † tantum operatur prouisio ge- 122
neralis quo ad omnia contenta in illo genere, quan-
tum specialis, quo ad illam speciem, quo ad compre-
hensionem & exclusionem: vt est tex. in l. si duo. ff. de
admi. tuto. & ibi Bart. & communiter omnes. & in l. si
chorus. ff. de lega. iij. Ergo sicut potest impetrari assen-
sus specialiter post mortem in præiudicium hæredis, nul-
lo etiam nouo hæredis consensu interueniente in cau-
sa dotis: per tex. in dicta l. si ego. §. si res. ff. de iure. dot. &
tex. etiam & cap. quo generaliter præstatur assensus su-
per obligatione bonorum feudalium mulieribus
Neap. operabitur, & quamuis impetratum post mor-
tem in fauorem Marchionissæ. Nec dicatur, quòd tex.
in dicta l. si ego. loquatur in dote & fauore, & fauore
dotis, non permittitur reuocatio hæredi obligationis
factæ per defunctum: sed tenetur illam habere ratam,
quæstio autem nostra procedit in antefato & vsufru-
ctu, & capitulum impetratum, quo conceditur assen-
sus super obligatione bonorum feudalium, ab antefa-
to & vsufructu, quod etiam respicit obligationem præ-
fatam, non procedat nec vendicet sibi locum respe-
ctu illarum obligationum, quæ fuerant factæ per vi-
ros, qui tempore expeditionis capituli iam decesse-
rant. Quia respondetur, quòd dispositio dicti §. si res.
procedit etiam in † antefato: nam priuilegia dotis 123
sunt communicata constitutioni antefati quo quar-
tæ: vt in l. finali. & in authen. Sed iam necesse. & in l.
cùm multæ. C. de donat. ante nuptias. & not. in l. vbi
adhuc. C. de iur. dot. per quæ iura aliâs fuit decisum in
consilio in decisio. cxliij. quædam mulier. in antiquis.
quòd dispositio. l. Attilicinus. & l. de die. cum duabus
legi. sequentibus. ff. de pact. dota. quibus cauetur, quòd
pactum, per quod conditio dotis fit deterior, in præiu-
dicium mulieris paciscentis, non valet: quamuis lo-
quantur in dote, procedant & vendicent sibi locum
etiam in antefato & quarta: vt si fiat pactum in eius
præiudicium, non teneat: & licet etiam priuilegium
tacitæ hypothecæ detur doti. vt in l. vnica. §. & vt ple-
nius. C. de rei vxo. actio. & in §. fuerat. instit. de actio.
nihilominus competit etiam & datur antefato: per
text. in dicta l. vbi adhuc. iuxta princ. C. de iure doti. &
ibi glo. in versi. suppositas. & idem tenet etiam gloss.
in l. assiduis. versi. fina. in glo. penult. in versi. tempore.
C. qui potior. in pigno. habean. & sequitur Io. de Plat.
in dicto §. fuerat. & Angel. de Aret. ibid. & Ias. in viij.
nu. 40. & idem † videmus in priuilegio tacitæ stipu- 124
lationis, de quo in l. vnica in princip. C. de rei vxor.
actio. qui text. similiter in dote loquitur: & tamen ha-
bet locum etiam in donatione propter nuptias: vt sin-
gulariter voluit Bald in l. secunda. per illum tex. C. de
bon. quæ liber. & sequitur Ias. in dicto §. fuerat. de act.

vbi pro hoc etiam allegat tex.l.ij.in princi.in versic.
vel stipulatione,vel lege.C.commu.vtr.iudi.& idem
quod dixi in antefato,procedit etiam in vsufructu &
interesse.vt in l.Lucius.ff.qui pot.in pigno.habe.&
not.in l.solutum.§.primo.ff.de pigno.acti.& in l.Græ-
cè.ff.de fideiuss. quod tantò magis sine dubio proce-
dit:quia bona etiam fuerunt expressè obligata pro in-
teresse:quo casu vendicat sibi locum dispositio dicta
l.Lucius.vt concludit Ripa.qui.q.ad partes disputat;
in l.præsulogia.ff.de priuile.credi.Aut quærimus respe-
ctu status Gulilam & bonorum feudalium sitorum
extra istud regnum:sed in regno Siciliæ vltrà:& pari-
ter assistantia compererit & debet fieri adiudicatio,
124 etiam quòd nullus super obligatione dictorum bono-
rum fuerit præstitus assensus, stante dispositione cap.
volentes,illius regni quo iure feuda sunt effecta alie-
nabilia,etiam personis extraneis;& ideo versic.hæres;
de quocunque hærede etiam extraneo intelligitur;
125 quia subiecta materia licet feudalis,hodie † virtute di-
cti cap.patitur,vt apprehendat eos, ad quos feudum
aliàs transire non poterat:vt consuluit Guliel.de Per-
no,vir ter dicti studiis maximæ authoritatis, in suo
consilio xiij.quondam Serenissimus Rex Federic.ver-
sic.nam per dictũ cap.& in quamplurimis aliis consi-
liis.& in ista opinione residens communiter doct.Re-
gnicoli.repetentes,super dicto cap.volentes.& ita no-
uissimè consuluit Cassan.in suo consil.viij.super dua-
bus consuetudinibus.in versic.contrarium tamen di-
cerem.pro quorum opinione conferunt not.per Pau.
de Cast.in l.ex facto.in §.finali,post gloss.ibi.&.ad Tre-
126 bel.dum voluit quòd in feudis † verbum,hæres,de fi-
liis intelligitur:quia de natura feudi est, non transire
ad extraneos:vt habetur in cap.primo.§.si clientulus,
de alien.feud. Ergo cùm hodie feuda illius regni ex
dispositione dicti cap.volentes sint transitoria ad hæ-
redes etiam extraneos,verbum,hæres,intelligitur de
quocunque hærede,etiam extraneo;quia natura feudi
stante dispositione dicti cap.non repugnat;& inde vi-
127 demus quòd in regno Franciæ,† cum feuda sint alie-
nabilia sunt ad instar allodialium:vt tradit Iac.de
Beluisi.in tit.quib.mod.feud.amit.circa prin.& Ioan.
Fab.in proœ.instit.de empt.& vend.in princip.& Gui
do Papæ in consil.xviij.nume.1.& in decis.lix.secun-
dum vsum feudo.& Beltran.in consil.xviij.viso con-
sultationis themate.in quarta responsione.nume.14.
in secundo volum.& Cassa.in consilio viij.super dua-
bus consuetudinibus.Concurrente insuper inuestitu-
128 ra † dicti status & terrarum sub forma hæreditaria &
larga,& posse de eis liberè disponi,etiam sine assensu,
cùm in ea fiat mentio de quibuscunque hæredibus
etiam extraneis: & sic apparet esse hæreditaria, cùm
fiat mentio de quocunque hærede,secundum And.in
cap.j.§.hoc quoque.de succes.feud.in c.j.an agn.& in
cap.j.§.quid ergo.de inuestitu.de re aliena.fa. & alibi
plures & plene per Guliel.de Perno in consilio suo
vij.hic aduerte.& potest de illis & super illis baro li-
berè disponere,cùm censeatur mera res allodialis,nõ
habens propriam naturam feudi:vt in cap.j.de feud,
non habente propriam naturam feud.& in cap.j.§,
pen.si de feud.fuer.controuers.inter domi.& agna.&
in specie tenent Bald.& Angel.in l.cùm essent,§.pri-
mo.per illum tex.ff.de seruitu.rusti.prædi.Angel.&
Imol.& Alexand.in l.qui Romæ.§.duo fratres.ff.de
verborum obligationibus,quòd firmatur ex aliis ver-
bis existentibus † in inuestitura:videlicet, quibuscun- 129
que aliis personis:prout vobis visum fuerit & place-
bit.quæ verba faciunt feudum transitorium ad quos-
cunque:vt in dicto cap.primo.& ibi per And.& scri-
ben.de feud.non hab.propriam naturam feud. Item
& alia verba,videlicet,à vobis in eisdem ius & cau-
sam habentibus vel habituris.quæ faciunt dictum Co-
mitatum & feuda posse transire ad extraneos,& etiam
ad singulares successores: vt in dicto cap.primo.de
feud.non habente propriam natu.feud.& tradit Bru.
in consil.xiij.in facto proponetur.& in consil.xxxix.
circa antedictum casum.& nouissimè Ripa, in primo
lib.respon.cap.primo.nume.31.subsequuntur in ea-
dem inuestitura,verba dirimentia omnem controuer
siam,videlicet,quòd vos & vestri hæredes,ad quos vo-
lueritis,possitis & valeatis in perpetuum & quoties
volueritis,& volueritis,filiis & filiabus vestris tam le-
gitimis,quàm non legitimis,vni,duobus vel pluribus;
nec non quibuscunque aliis personis cuiuscunque sta-
tus & conditionis existant, coniunctim vel diuisim,
aut aliàs quoquomodo vobis placuerit, dare, vende-
re,permutare,alienare in perpetuum,tam cum instru
mento gratia redimendi, quàm sine,comitatum præ-
fatum ,seu quas volueritis eiusdem terras & terram,
aut quancunque partem eiusdem, ac eisdem in vlti-
mis voluntatibus causa mortis,seu aliàs, prout visum
fuerit & placebit tanquam de re propria & iusto titu-
lo acquisita disponere:quæ verba faciunt dictum Co-
mitatum,quòd habeat naturam allodialium:& quòd
in eius alienatione & † dispositione, non requiratur 130
regius assensus:vt consuluit Soci.consil.cclij.visis in-
strumentis,in ij.volumine.argumen.tex.cùm ibi not.
per doctor.de feud.non haben.propri.natur.feud.&
firmat Pern.in suo præfato consil.xiij.& quòd in di-
spositione & alienatione illius non requiratur ali-
quis assensus:sed de eis liberè & ad libitum potuerit
disponere,prout de allodialibus;patet apertè ex aliis
verbis in dicta inuestitura appositis,ibi:promittentes
de gratia speciali in nostri regia fide bona omnem &
quancunque alienationem & dispositionem,quam de
dicto comitatu ac aliqua eius parte , quibúsve perso-
nis personarum præfatarum feceritis , & vestri seu à
vobis iam præfatis causam habentes,feceritis gratam
& gratis;ex quibus & aliis clarissimis clausulis adpa-
ret data potestas alienandi liberè,& quòd non tenea-
tur dominum requirere:vt not.tradit Bal.in l.prima.
in xlv.quæst.versic.& not.quòd si aliquis.ff.de rerum
diuisi.& ibi dixit,quòd concesso feudo pro se, & cui
concedere voluerit: quòd habebit potestatem libe-
ram quo ad hoc, vt non teneatur dominum require-
re:& sequitur Par.in tracta.reintegrationis.in q.inci-
piente:pone , quòd rex.potuit enim in traditione rei
suæ adiicere legem,quam voluit:vt in l.legem.C.de
don.& in l.traditionibus.ff.de pact.& in l.prima.C.de
dona.quæ sub modo.& per And.in c.j.de controuer.
feud.apud par.termi.& idem in feudis, vt patet in
præambulis † feudorum , in §.quid agendum, quia 131
concessio feudi ex pacto & conuentione legem acci-
pit:secundum Andr.in titulo,de eo,qui sibi & hæred.
suis.versic.quid ergo. Item similiter † potuit de bur- 132
gensaticis & allodialibus facere feuda,& de feudis fa-
cere burgensatica;vt dicit Andr.in cap.imperialem.
§.præterea ducatus.de prohib.feud.alienan.per Feder.
de capita.qui cur.vend.§.similiter potest.verbo: quid
si rex.

li. tex. & de controuer. inuestitu. apud par. termi. cap. primo. & ex quibus cau. feud. amit. §. huius autem generis. in verbo. sed quid si detur. & latè Par. in dicto tracta. reintegra. in loco, vbi suprà. Nec suffragatur, quòd respectu bonorum existentium in regno Siciliæ non potuit agi Neap. quia cùm illustriss. conuenta degeret in ciuitate Neap. & in ea domicilium traheret, tempore iudicij moti, fuit in electione Marchionissæ actricis agere, vel Neap. vbi conuenta domicilium trahebat, etiam super bonis existentibus in alio regno vel in regno, vbi bona sita erant, vt voluit glo. in l. fi. nisi vbi in rem actio. quam sequuntur Bald. & Salice. & communiter doctor. ibidem: etiam quia don Artalis domicilium habuit Neapo. quo casu est etiam speciale fauore dotis: vt Neap. exigi possit, etiam si contractus dotalis alibi celebratus fuisset, vt est casus in l. exigere dotem. & ibi communiter doctor. ff. de iudi. Nec militat text. in cap. cæterùm. de iudi. & in capit. ex transmissa. & in cap. verùm. de foro compet. dum

133 † in eis continetur, quòd vbi tractatur de causis feudalibus dominus feudi adiri debet: cùm ad eum spectet cognitio. & proinde cùm inter alia super feudalibus existentibus in illo regno ageretur, videretur in dicto regno agendum, & iudex illius regni adeundus esset, imò quòd in præiudicium illius vne eius licentia non potuerit prorogari iurisdictio sacri Consilij Neapol. vt per Bartol. Ludo. Alexand. & Modern. in l. prima. §. & post operis. ff. de noui operis nuntiat. Innocen. & Anton. de Butr. in dicto capit. cæterùm. & Anton. de Butr. in cap. ex transmissa. & in cap. ex tenore. de foro competen. Licet primò dici posset, causam hanc non esse feudalem: quia agitur ad pecuniam actione personali, licet assistentia & appretio super feudis: & perinde non habet locum dispositio dicti cap. cæterum. & cap. verùm. de iudi. & cap. ex transmissa. de foro competent. attamen dato absque veri præiudicio, quòd sit feudalis, dicitur quòd cùm in dicto regno feuda possit alienari absque assensu regio: quia sunt effecta inalienabilia in quoscunque extraneos, stante dispositione dicti cap. volentes. & tantò magis feuda de quibus agitur virtute inuestituræ, vt supra dictum est: potuit meritò sacr. Consil. etiam pro dictis bonis existentibus in regno Siciliæ, eius iurisdictio prorogari, etiam sine licentia domini: per decisio. Bald. in terminis in l. prima. versic. & vnum scias. C. si à non com

134 pet. iudi. vbi dixit quòd † in feudo franco, quod potest irrequisito domino alienari, possunt pro libito vasalli prorogare iurisdictionē, etiam sine licētia domini. & licet Are. in d. c. cæterū. impugnet deci. Bald. attamen in casu præs. in quæ feud. regni præfati sunt franca, virtute d. c. maximè illa, super quibus agitur, quæ etiam sunt franca virtute inuestituræ, eo respectu, quia possunt alienari sine assensu domini: verior est opinio Bald. quòd vasalli possunt iurisdictionem

135 prorogare, † etiam domino inuito: prout not. concludit Deci. in dicto cap. cæterùm. quia in hoc casu cum possit alienari inuito domino, potest iurisdictio prorogari: opinio verò Aretin. procedat in feudo franco aliquo respectu, quod tamen irrequisito domino alienari non poterat bene probat Deci. in dicto cap. cæterum fœdere distinctionis. sic concordans opiniones. Item respondetur & aliter, quòd cùm in prorogando iurisdictionem per vasallos de aliquo ipsorum vasallorum interesse qui prorogationi consenserunt non tractetur, argumento text. in l. prima. §. vsque ad en. ff. de iniuriis. & in l. tertia. §. si quis volentem. ff. de liber. homin. exhiben. Sed solum tractetur de præiudicio ipsius domini feudi: & eamque ob causam ipso inuito prorogationem fieri posse prohibetur, cùm Cæsar noster sit rex vtriusque regni videtur quòd sua non intersit, vt magis cognoscat vnus iudex quam alius: cum omnes ab ipso iurisdictionem recognoscant: & proinde cessante ratione, qua prohibetur fieri prorogatio per vasallos inuito domino, quæ fuit, ne domino fiat præiudicium, potuit meritò iurisdictio sacri Consilij prorogari, argu. text. in l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patrona-

tus. Quartò dicitur, quòd † etiam in causis in quibus non tenet iudicium agitatum per vasallos coram aliis iudicibus, quàm coram domino feudi: bene valet & tenet, quando datur scientia & patientia domini feudi: secundum Andr. in capitul. imperialem. §. præterea, si inter duos. de prohib. feud. alien. per Federic. Abb. in dicto capitul. cæterum. & Deci. ibidem. qui latè prosequitur, & respondet omnibus motiuis Aretin. qui videbatur impugnare dictum Bald. ibi, sed in casu præsenti de dicta lite huiusmodi plenè innotuit nostro Cæsari, vt constat ex literis suæ maiestatis directis huic sacro Consilio, pro expeditione causæ in actis productis: igitur &c. Quinimò & plus ex eisdem literis nedum fundatur scientia & patientia suæ maiestatis, sed expressus consensus cum licentia suæ maiestatis cum in illis expressè mandet sacro Consilio, vt ad expeditionem causæ præfatæ quàm citius posset procedere attento etiam, quòd dotalis est, ex quo resultat, quòd de validitate iudicij præfati ac sententiæ ferendæ nulla posset oriri dubitatio: quia † de con- 137 sensu & licentia domini feudi potest fieri prorogatio, etiam in non iudicem, vt concludit Abb. & communiter omnes in dicto cap. cæterum. & Ciuilistæ in dicto §. & post operis. Quintò dicitur, quòd stante tempore moræ litis erat † vidua, & tractatur de recupera- 138 tione dotium & iurium dotalium: quo casu dicitur causa pia: vt in l. cum is. §. si mulier. ff. de condi. indeb. potuit de iure adiri Sacrum Consilium, etiam sine licentia domini feudi pro bonis existentibus in regno Siciliæ, nec cogebatur adire iudicem loci, & dominum feudi, per tex. in cap. ex parte. de foro competen. vbi tradit Abb. & plenè doct. in dicto capit. cæterum. Sextò, nónne in capitulis matrimonij, necnon & in instrumento ratificationis adposita est clausula, quòd possit vbique locorum conueniri: vt patet ibi, & possint conueniri in quolibet foro & iudice, & vbi reperiri contigerit: & generaliter renunciauerunt omnibus & singulis actionibus, exceptionibus, priuilegio fori, &c. Quo verò ad legatum ducatorum. 2000. vnà cum interesse pro bonis seruitiis, circa quod dicitur esse fundatam intentionem actricis, tam in actione personali, quàm in hypothecaria contra hæredem don Artalis: constat enim de legato ipso constat dominam Antoniam adiuisse hæreditatem don Artalis: & sic per aditionem se obligasse ad præstationem legatorum: quia dicitur cum legatariis adeundo quasi contrahere: vt in dicto §. hæres quoque. instit. de obli. quæ † ex quasi contra. nascu. & cum legatū fuerit 139

 quant

quãtitatis, iam pro eius consecutione competebat &
competeret am actio personalis, quam etiam hypothe-
caria, vt in l. filiusfami. in §. varius. ff. de legatis secun-
do. & in l. ij. post principium. C. commu. de leg. Bart.
& communiter doctor. in l. j. ff. de leg. j. & cum donna
Antonia hæres don Artalis fuerit in mora soluendi de
iure ciuili, debentur etiam fructus & vsuræ à tempore
moræ: & vbi non præcessit mora à tempore contesta-
tionis litis: vt in l. j. & finali. C. de vsur. & fruct. leg. &
ibi doct. & quia vsuræ hodie attenta dispositione iuris
canonici & diuini non debentur, saltem interesse
tam damni emergentis: cùm ex quo fuit facta mora
Marchionissæ in soluẽdo dictum legatum, cœpit plu-
ries pecuniam fœnori: & feuda plura, & introitus feu-
dales vendidit ad maximam summam: aliàs fœnori
non receptura, nec venditura si mora in soluendo sibi
facta non fuisset, & rursus debetur sibi interesse lucri
cessantis: quantum verisimiliter perceptura fuisset,
dando pecuniam ad honestum lucrum: iuxta text. in
c. per vestras. de dona. inter vir. & vxo. vel illam con-
uertendo in emptionem prædiorum, vel aliorum bo-
norum feudalium & Burgensaticorum, & aliorum
introituum annuorum, per decisiones suprà allegatas,
circa interesse dotium: & quia propter moram † suc-
140 cedit obligatio ad interesse, vt plenè habetur in l.
quòd te mihi. & in l. vinum. ff. si cert. pet. & in propriis
terminis in mora commissa in solutione rei legatæ,
consuluit Moder. Aymo. Grauet. in consi. lxxxix. nobi-
lis Antonius. Sed contra præfata plura adducuntur, &
primo, quòd legatum præfatum non fuit petitum: se-
cundò, asseritur testamentum nullum, tum ex capite
figuratæ falsitatis, tum ex capite defectus assensus, quæ
in aliquo non refragantur. Et respondetur legatum
satis fuisse petitum, dum fuit articulatum in articulo.
lxx. coram arbitris, & in compromisso petitum fuit
legatum præfatum. & quòd acta coram eis probarent
in iudicio ordinario. Item dato, quòd non fuisset dedu
ctum in compromisso, ex quo post articulos, & pro-
bationes fuit facta publicatio, & produxit attestatio-
nes, & nixa fuit diuersimodè se defendere, articulauit
ad impugnationem testamenti, exposuit querelam de
falso, & capi fecit informationem, & sic articulus ille
super quo pars defensiones fecit, habetur loco peti-
tionis, & satis sufficit iam. vt condemnatio sequi pos-
sit: cum in regno iudicandum sit sola facti † veritate
141 inspecta, per capitulum detestantes, & fieri debet sen-
tentia super probationibus: licet non sit facta petitio,
vel nisi causa contenta in petitione non sufficiat, si ex
probationibus adpareat causa apta & sufficiens ad
condemnationem. ita dicit Alex. in l. si ita stipulatus.
§. Chrysogonus. ff. de verb. obligat. quem ibi sequitur
Ias. & licet de hac decisione dubitetur Clau. in l. pri-
ma. ff. de offi. assesso. tamen illam sequitur, quando
fuisset plenè cognitum & disceptatum de causa, quæ
tunc fuit deducta in petitione: vt in dicta l. prima. var-
sicul. quarto. potest saluari. Mouetur per dictum Iac.
Butri. in l. ab hostibus. §. sed quid simpliciter. ff. ex qui-
bus causis maio. cum concordan. adductis per Alexan.
in l. à diuo Pio. §. si super rebus. ff. de re iudicata. & in
l. sæpe. eodem titul. & in l. secunda. in fine. ff. de edend.
& per Bald. in l. eleganter. §. si quis post. ff. de condi.
indebit. & per Felin. in rubrica. de re iudic. ad finem.
Ergo cum legatum præfatum fuerit plenè discussum,
debet sequi omnino condemnatio. Et eo magis, quia
sumus in sacro Consilio, & † sic coram Principe, quo 142
casu potest sequi sententia super probationibus: licet
non fuerit facta petitio, & licet causa contenta in pe-
titione non sufficiat, si ex probationibus adparet cau-
sa apta & sufficiens ad condemnationem: vt voluit
Bart. in l. Aemilius Largianus. ff. de minoribus. Clau.
in dicta l. prima. Bald. in super. dicta l. Aemilius. & ita
declarat & saluat Claud. in dicta l. prima. versicul. se-
xtò potest dictum Alexand. in dicta l. si ita stipulatus.
§. Chrysogonus. Circa discordantiam testium in assi-
gnatione testamenti, & quòd vnus dixerit assignasse
eidem don Artali de sero, postquam ipsum inscripse-
serat, & alter dixerit assignasse de mane, & sic die se-
quenti: & ex hoc arguitur falsitas testis. Nam testes ipsi
concordant in eundem rei finem: quia dicunt re
vera testamentum fuisse factum, & stipulatum eo
modo & forma: prout reperitur, & prout depo-
nunt cæteri testes. & in hoc si testamentum fuit as-
signatum testatori die præcedenti vel sequenti, non
erat vis. & hoc sufficit postquam in facto principali,
quòd † fuerit iam factum & stipulatum eo modo & 143
forma, prout reperitur, & prout deponunt cæteri
testes, concordat cum aliis: quia licet discordent
circa assignationem factam testatori & eius clausu-
ram, hoc non attenditur, postquam in facto princi-
pali, in quo consistit substantia negotij, reperiun-
tur conformes: vt not. Bartol. in l. eos. ff. de falsis.
Specul. in titul. de teste. §. primo. versicul. Item quid
de suo. Angel. in suo consilio cclviij. ex themate. &
ideo singularitas testium, quæ non est in facto prin-
cipali, non nocet: vt not. Bald. in l. de quibus. de legi.
& pariter falsitas, † quæ non tangit negotium princi- 144
pale, non facit quòd testes reprobentur: vt not. Bald.
in l. penultima. circa finem. C. de transact. & ibi sequi.
Salicet. dicens, quod ita in practica continuè clamant
aduocati. & tradit Alexand. in consilio v. in causa in-
quisitionis. primo volumine. & Decius in consilio
clxiij. in causa matrimoniali. numero 9. in primo. vo-
lumine. Sufficit enim testes deponere testatorem ta-
lem hæredem instituisse, vt dicunt Anton. de Butr. &
alij in capit. nihil obstat. de verbor. signific. Et † ni- 145
hilominus, quando essemus in dubio, prout sumus in
claro, pro validitate testamenti iudicandum est: vt
in l. siue pars. ff. de inoffic. testamen. & in capitul. fina-
li. de re iudicata. & in l. in testamen. ff. de regulis iuris.
& publicè interest, quod testamenta locum habeant
& sortiantur effectum. l. vel negare. ff. quemadm. test.
aperi. l. Gallus. §. quòd si is. vbi not. Bal. iij. nu. ff. de lib.
& posth. Et hoc maximè in præsenti casu, in quo testa-
mentum fuit iam reassumptum, & testes subscripti, &
eorum sigilla recognita: & omnes pariter deposue-
runt testamentum fuisse scriptum & stipulatum viua
voce ipsorum. & sic quando præfatus don Raymun-
dus & don Franciscus discordarent in facto principa-
li, quod est plus, prout non discordant, adhuc non re-
probaretur testamentum, nedum per duos, sed nec
etiam per tres: cùm sit comprobatum nedum † per 146
subscriptionem & recognitionem aliorum testium:
sed etiam per depositionem ipsorum viua voce fa-
ctam: vt est casus in cap. cùm à nobis. de testib. & ibi
declarat Abb. qui dicit fuisse de mente Hostien. in
quadam apostilla parua: & quòd iste intellectus ad
illum text. nullum habet scrupulum. Item, qua fron-
te † nunc impugnatur, cùm semel approbatum fue- 147
rit

rit per donnam Antoniam, dum declarauit se hære-
dem ex testamento. vt patet in processu, & sic appro-
bauit testamentum, nec de alio testamento intelligi
potest, postquam de alio non adparet. vulg. l. fundus,
qui locatus. ff. de fundo instru. & in l. secunda. ff. de li-
ber. & posth. ergo qua via licuit donæ Antoniæ & eius
hæredibus testamentum impugnare, quod prius iam
approbauerat, & virtute eius, egit vsque ad finem, in
hoc dubio reconueniendo vt hæres don Artalis ex te-
stamento ipsam Marchionissam? & minimè obstat,
quòd dicebatur de defectu assensus: quia aut loqui-
mur respectu actionis personalis, & quia legatum
erat in pecunia, non erat, prout non est necessarius
assensus: quia in actione personali condemnatur per-
sona: vt in dicta l. actionum. §. in personam. ff. de act.
& obligat. & quatenus in defectum allodialium in
actione personali veniret facienda executio in bonis
feudalibus, respectu bonorum feudalium existentium
in hoc regno, posset & deberet fieri executio pro con-
secutione dicti legati: licet consistat in quantitate,
saltem in fructibus feudorum, quia feuda sunt hære-
ditaria, & hæres tenetur habere ratum factum defun-
548 cti. l. cum à † matre. C. de rei vend. & licet propter
defectum assensus in regno non possit fieri executio
in proprietate, in fructibus tamen qui sunt hæredis,
& non dicuntur feudales, executio fieri potest in
actione personali in hoc casu, in quo non sunt alia bo
na, nisi feudalia: vt tenet Andr. in cap. sancimus. quo
tempore miles. & in cap. secundo. in princip. de duob.
fratrib. de nouo benefi. inuesti. in cap. primo. versicul.
& plaustrorum. quæ sint regali. & idem expresse tenet
idem Andr. in cap. primo. in princ. de alien. feud. pa-
terni. & expresius in cap. Imperialem. de prohi. feud.
alien. per Fede. & tenet Specul. in titu. de execut. sen-
tent. §. sequitur. versic. quid si habet tantum. vbi dixit,
quòd super commoditatibus bonorum feudalium po
test fieri condemnatio & executio contra hæredem,
quamuis sit hæres cum beneficio legis & inuentarij.
& idem tenet Specul. in titul. de primo & secundo de-
cret. §. restat. versicul. quid si reus in personali actione.
& idem tenuit Bart. in l. si finita. §. si de vectigalibus
de dam. infecto. Angel. in l. eorum. eodem titul. Barto.
& Salicet. in authen. ei, qui. C. de bon. author. iudic.
possiden. Alexand. in l. commodis. ff. de re iudic. & se-
quitur Loffred. in suo consilio xlvj. visis verbis legati.
in secundo dubio. qui per sexta aut septima columna.
ad partes disputat & tandem pro ista parte concludit
respondendo allegatis pro parte negatiua. Respectu
verò bonorum feudalium existentium extra regnum
hoc, & in executione facienda super proprietate feu-
dorum in actione personali, non est dubium: quia
bona illa & Comitatus tum virtute capituli: volen-
tes. tum ex virtute priuilegij inuestituræ illius comi-
tatus feudorum, fuerunt & sunt redacta ad instar allo-
dialium, & potuerunt, & possunt alienari nullo regio
requisito assensu: & proinde sicut in allodialibus in
actione personali potuisset & posset fieri executio,
ita & pariter in illis feudis ad instar illorum. In actio-
149 ne † verò hypothecaria, quæ similiter competit ex di-
cto legato, vt in l. filiusfamilias. §. varus. ff. de legatis
secundo. & in dicta l. secunda. post principium. C.
commu. de leg. similiter res est expedita: quia respe-
ctu bonorum feudalium existentium in hoc regno,
ex quo deficit assensus, potest & debet fieri condem-
natio & pariter executio in fructibus feudorum, quæ
iam sunt hæreditaria, per prællegata: respectu verò
comitatus Colisani & bonorum feudalium regni
Siciliæ, potest & debet fieri condemnatio & execu-
tio in proprietate, nedum in fructibus, vt suprà osten-
sum est. Ex quibus liquet iustificata esse petita per
Illustrissimam Marchionissam tam respectu dotis
ducatorum. 21851.1.11. quàm respectu ducatorum.
33000. perceptorum ex fructibus eius status ab an-
no. 1524. quo fuerunt contracta sponsalia, vsque & per
totum annum. 1535. quo obiit don Artalis: qui tam
virtute capitulorum, & etiam ex iuris dispositione
in dotem computari debebant, quàm etiam respe-
ctu antefati ducatorum 21851.1.11. quàm etiam re-
spectu alterius antefati ducatorum. 11000. concer-
nentis secundam dotem ducatorum. 33000. ex dictis
fructibus status, quàm successiuè interusurij vsusfru-
ctus & interesse dictarum dotium, & antefati anno-
rum decem à morte don Artalis, & à tempore li-
tis motæ ad rationem decem pro centenario, quàm
vltimo respectu aliorum ducatorum 2000. legato-
rum pro bonis seruitiis, vnà cum interesse ad ean-
dem rationem à tempore moræ, sublatis prorsus
exceptionibus omnibus ex aduerso oppositis: &
nulla habita ratione reconuentionis ex aduerso fa-
ctæ, & proinde condemnari ad expensas litis: &
quia pariter actum fuit contra Comitissam, quæ
tam in capitulis, quàm in instrumento ratificatio-
nis, vltra promissionem suam, baliatico nomine,
se proprio etiam nomine obligauit: cum qua simili-
ter acta omnia sunt consummata: idcirco debet
etiam contra ipsam pronuntiari, prout ita excel-
len. domini iudicantes adimplebunt: & ita pro ma-
iori parte præmissorum concludit insignis ac facun-
dissimus Doctor, magnificus Franciscus de Alberti-
nis, qui copiosissima multa pro præfata domina Mar-
chionissa adduxit, quæ hic transcribere omissa sunt,
breuitati quoad possibile, inhærendo. Pro parte au-
tem præfatæ donnæ Antoniæ, & successiuè eius hæ-
redum, dicebatur principaliter, nullam habendam
esse rationem de capitulis matrimonij gestis cum
prætensa tutrice & balia, † cum de iure bona pu- 150
pilli minimè obligari potuerint, vt per totum titul.
de rebus eorum. C. & ideo ex causa dictorum capitu-
lorum actio minimè competere potest, & maximè
quoad fructus perceptos per Comitissam Colisani,
cum illos vt procuratrix perceperit parte illustris.
Marchionissæ pupullæ. & inconueniens videtur illos
voluisse conuertere in causam dotis ipsius pupilli.
Quo verò ad ratificationem don Artalis, dum impu-
gnata fuerit sub colore, quòd per vim & metum ema-
nauerit, vt liquet ex tenore libelli seu supplicationis
oblatæ, & contra proprium iuramentum, cum nihil
de prætensis vi & metu † docuerit, non potuerit de 151
ratificatione præfata se iuuare: per regulam, ex eo
non debet quis. de regulis iuris in sexto. & text. in cap.
cum olim. extrà de censi. vbi Innocen. Anch. & Bald.
in l. post legatum. de his, quibus vt indign. qui etiam
dicunt, quòd quando aliquis impugnat instrumen-
tum, ex causa dependere ex mera voluntate, dicendo
ipsum † instrumentum dolose, meticulosè, vel ficti- 152
tiè factum, non poterit se ex illo iuuare, per text. &
ibi Bald. in l. prima. C. de furtis. & ideo inoleuit cau-
tela, vt ante conclusionem causæ expressè renun-
tiet

tiet impugnationi ,& intantum hoc est verum , quòd
153 etiam si † iudea velit impugnare instrumentum,ea co
se iuuare non posset,secundum Inno.Abb.& Zaba. &
communiter doct.in dicto c.cum olim.& Bart.in di-
154 cta l.post legatum.& hoc † etiam procedere adparet,
si pars vellet pro parte impugnare,& pro parte acce-
ptare & vti:quia propter vnionem fides & author.in-
strumenti,quæ surgunt & causantur à tabellione, vt
in c.j.extrà de fide instrument. non potest pars ipsa
impugnare vnam partem,& alia vti,per Zaba. in di-
cto cap. cum olim.cum concord.Item,cum Marchio-
nissa donauerit dno Artali,vt in instrumento capitu-
lorum,& don Artalis ratificauit, si Marchionissa im-
pugnat donationem in illis factam , & sic frangit fi-
dem,licebit & mihi fidem frangere,per l.cum propo-
nas.C.de transact.& sic dicere,quòd non vult stare di-
ctæ ratificationi.Item & tertiò,tex.in l.si quis maior.
C.de transact.dum cauit,quòd quis iudicem interpel-
lando vel supplicando principi,vel non adimplendo
quæ promisit , notatur infamia , priuatur actione , &
incidit in pœnas in instrumento appositas: & rerum
proprietate careat:& emolumento,quod fuerit con-
securus,& obseruanti omnia commoda remaneant:
vnde cum illustris.Marchionissa directò contrauene-
rit contractui iurato,obiiciendo de meticulosa dona-
tione,oblato principi libello,præsentando articulos,
& probationes producendo , priuata adparet omni
actione & commodo ipsius contractus ratificationis.
155 Nec valet responsio † quòd dicta regula procedat,
quando essent capitula connexa,vt per scriben. in d.
regula,ea eo.& in dicta l.cùm proponas.vbi Alexand.
allegat multa,& Felyn.in cap.peruenit. versic.primò
est casus.de iureiur.& Deci.consi. ccxxvj. viso instru-
mento.sed in casu præsenti sunt capitula prorsus sepa
rata,& non connexa,ergo &c.Sed pace partis Mar-
156 chionissæ,capitula † ipsa sunt connexa , quæ sunt ita
dicuntur,cùm reflectuntur adinuicem : vt quia pro-
mitto Stichum:quia pro eo promittis mihi liberum.
Ita dicit Abb.post Anton.de Butr.in cap.tertio de iu-
reiuran.Alexand.qui concordantes allegat in præfa-
ta l.cùm proponas.& dicuntur respectiua ratione vi-
cinitatis, & coniuncta in vna obligatione , vt dicit
Cardi.in cap.peruenit.in vltimo versicul.Sozi.consi-
lio cclxxiij.versicu.confirmatur lib.secundo volumi.
Deci.in c.constitutus.versi.facit regula.de appella. &
157 pacta † apposita in vno instrumento , dicuntur anne-
xa,& respectiua solum ex hoc,quia in vno instrumen
to.Corne.consilio cclxxxviij.pars dicti.in princip.in
quarto volumi.& in consil.cccxix.in litera. t. volum.
tertio.& consi.ccciij.videtur.& versic.sed ex quo.eo-
dem volu.tertio.Quinimò † si essent duo instrumen-
158 ta facta eodem die inter easdem personas,& coram eis
dem testibus,videntur facta correspectiuè vnum ad
aliud.Ita dicit Cornel.in dicto consi.cclxxxiij. & ple-
nè Iason in l.lecta.versi.secundo pondero.ff.si cer. pe-
tat.& Bal.in dicta l. petens. & pacta in † vno instru-
159 mento adposita,videntur esse correspectiuè vnum ad
aliud,& propriè ad casum nostrum , me remitto ad
Decium in consi.cclxv.in instrumento.versic.an quę-
stio.vbi allegat l.contractus.vbi Bart.de fide instrum.
& Bal.in dicta l.petens.Corne.in consil.xxxvj.ij. vol.
Sozi.in consil.cclxxiij.& magis in specie in casu præ-
senti Deci.consi.ccxlv.in causa.versi.quando. volum.
secundo & aliud consilium,in quo non deficiunt,nisi
nomina istarum partium.quod est Bruni,consi.xlviij.
in causa & lite.Ex quibus dictis per præfatos consulen
tes clarissime infertur,imò concluditur illustris.Mar-
chionissam minimè vti posse ratificatione præfata.
Nec obstat quatenus diceretur , quod etiam præfata
excellens donna Antonia impugnauit ratificationem
præfatam,cum dixerit don Artalem,ipsam fecisse ob
metum maternum,ac etiam ob suam infirmitatem,
& simplicitatem: quia † respondetur , quòd præfatæ 160
don Antoniæ licuit dictæ ratificationi contrauenire,
ex eo quòd primo loco contrauenit illust. Marchionis
sa agendo,& hoc fuit oppositum de periurio, & quòd
ceciderat à commodo contractus ante litis contesta-
tionem, & ideo ipsa actrix non poterat obtinere. Ita
Alexand.consi.xxxij.oportuna.in fine. in secundo vo-
lumi.imò reus potest agere ad pœnas. dicta l. si quis
maior.licet posteà contrauenerit. Ita Bart.in l.prima.
§.cum varietas.ff.si quadru.pau.feci.dic. l.cum pater.
§.libertas.ff.de lega.ij. Alexand.in l.semel mora. ff.so-
lu.mat.& in consilio cxv.in quarto volumine. & in l.
cum proponas.la secunda.C.de transact.& ita in spe-
cie respondet Bru.in consilio præfato xlviij.& quate-
nus velit se fundare in testamento,debuit agere vigo-
re ipsius testamenti,& non capitulorum , & ratifica-
tionis & quatenus vigore testamenti in quadam sup-
plicatione , egit solum actione hypothecaria super
feudis,quæ non militat,non autem egit actione perso
nali,& vigore testamenti obtinere non posset : quia
nullum inualidum & suppositum , & etiam quia illa
asserta reuocatio donationis,non est illius donatio-
nis , de qua in asserto instrumento ratificationis.
Tum etiam quia pars non acceptauit testamentum,
dum egit ad omnes fructus , & non egit ad ducatos.
13000.quamuis vt dicat , illa est alia donatio. Nec
etiam potest se iuuare prætenso testamento in præmis
sis stante eius nullitate & inualiditate : tum etiam
quia ipse don Artalis fuit eodem errore ductus , cre-
dens se debitorem in dicta quantitate ducatorum.
21851.& in antefato, & ignorantia sua iam præsumi-
tur ex præmissis , & qui errat , nihil disponit, vt di-
ctum est.Circa testamentum minimè eo se iuuare po-
test:quia quando testamentum esset verum , cum id
in facto clarum sit,quòd est falsum,& de iure subsiste-
ret,don Artalis legat dotes & iura dotalia, secundum
formam cautelarum,& sic videtur adprobare caute-
las:nam huic respondetur quòd solùm voluit adpro-
bare cautelas & ratificare, nihil tamen de nouo vo-
luit disponere,sed ius quod in eis erat, conseruare , &
eatenus legauit.Si ergo dotes & iura dotalia non de-
berentur legatum etiam non deberetur, & esset nul-
lum : & successiuè , dicta ratificatio seu confirmatio
nulla esset.cap.quia diuersitatem. de concess. præben.
cap.penult.de confir.vti.vel inuti.Petr.de Ancha.in
consil.cclxxxij.visis diligenter.& † quamuis dicatur, 161
quòd confirmatio operatur supplementum defectus
existentis in confirmato:iuxta text.in c. quoniam. de
pac.id procedit , dum disponens intenderet aliquid
supplere , & de nouo disponere vltra confirmatum:
sed vbi principaliter primæ dispositioni inniteretur,
nec vteretur verbis nouum ius inferentibus : vt in
casu præsenti , si prima † concessio & dispositio est 162
nulla , confirmatio nihil operatur , secundum In-
nocen Ioann.Andr.& Car.& Anton.de Butr.in cap.
inter dilectos.de fide instru.Andr.& Modern. ad hoc,
in cap.

in cap.j.per quos fiat inuestitura. Dico etiam, quòd
nulla est habenda ratio de his, quæ per partem prætenduntur,
mediantibus assertis capitulis, & instrumento
ratificationis, videlicet, quòd teneretur ad se obligandum
pro dictis ducatis 21851. & constituendum
antefatum pro dicta summa: nec etiam pro fructibus
perceptis ab anno. 1524. vsque ad consummationem
matrimonij, nec ad constitutionem antefati
adparet: nam in capitulis cautum est sub his verbis:
Al tempo serra contratto ditto matrimonio, o
dapo, ad ogni requesta & volunta del detto Marchese
di Piscara, & Marchesa de la Padula confessare hauere
receuuti ditti ducati. 21851. exacti vt suprà, con
laltra summa de dinari che se exigera, vt suprà, infino
che se consumata ditto matrimonio & cautelare &
fare cauta. Et deinde magis infra procedit, constituere
antefatum, sunt ponderanda illa verba: al tempo
sarra contratto detto matrimonio, o dapo ad ogni requesta:
quòd requirebatur interpellatio, & quamuis
aliqui dicerent contrarium, per id, quòd dicit Bartol.
in l. cùm stipulatus sim. versicul. vltimò vnum. ff. de
163 verborum obligationibus. vbi concludit, † quòd si
promitto dare tibi centum, vsque ad Pascha: & deinde
in anteà ad tui petitionem, adueniente die Paschatis
sum in mora, quia quando dicit, & deinde in anteà
ad tui petitionem, verum est in prorogatione
termini, quia potest prorogare, qui vult: tamen
164 † dies interpellat pro homine, per illum text. quem
ibi ipse ponderat. & ibi Alexand. qui dicit, quòd dies
Paschatis interpellat, ac similia verba, quæ non fuissent
posita. & Imo. ibi ante eum, in princip. versicul.
Item attende. Idem Alexand. in l. quoties. versiculo.
Item fallit. ff. de verborum obligationibus. cum concordan.
ibi per Ias. in l. vinum. versicul. decimo. &
istud procedit. ff. si certum petat. & idem Ias. in l. si ex
legati causa. versicul. secundo nota. ff. de verborum
165 obligationibus. nam præfatis respondetur † per regulam,
quòd quis non potest vno & eodem tempore se
obligare, & in mora constitui. l. quod dicimus. & l. ratum.
ff. de solutio. & ideo Barto. & scribentes in l. quoties
in diem. ff. de verborum obligationibus. dicebant
quòd euentus conditionis non constituit in mora,
cum minimè possit eodem tempore, quo venit conditio,
se obligare, & in mora constitui, plenè Ias. in l. si
ex legati causa. versic. in eadem gloss. ad finem. de verborum
obligationibus. in casu, de quo agitur, don
Artalis non poterat obligari à balia in præfatis capitulis:
Vnde obligatio adparet causata à tempore factæ
ratificationis in anno. 1531. in qua adparet, quòd
matrimonium primo loco factum fuit: & deinde
subsecuta ratificatio: & sic obligatio fuit nata tempore
confecti matrimonij: ergo non potuit eodem tempore
fuisse in mora, dum dicitur: facto sarra il matrimonio.
& sic resoluta erit illa promissio, dum dicitur:
facto sarra il matrimonio. remanet solum illud:
166 ad ogni sua requesta & volunta. & non potest † dici
in mora, quando constituitur per interpellationem,
nisi facta interpellatione: quia non potuit diuinare,
quando creditor vellet ipsum interpellare. l. si quis
domum. ff. locat. & ponit Iason. in dicta l. si ex legati
causa. versiculo, eadem gloss. ad finem. & eo non existente
in mora, non potest tractari, si antefatum habetur
pro constituto, & si instrumentum dotale
promissum fieri ratione moræ, habeatur pro facto.

Item est aduertendum ad illa verba, † videlicet ad 167
ogni sua requesta: cum referantur ad omnia præcedentia.
dicta l. prima. vbi Bartol. ff. de legatis primo. &
hoc modo arguit Angel. & in simili casu, consilio xxviij.
testator reliquit. versicul. & primò præmitto. Anchar.
consilio lxviij. subtiliter & ad plenum. vbi allegat.
dictam l. primam. de liberis & posthumis. Roma.
in consilio cccc viij. in casu propositæ consultationis.
secundo dubio. Aretin. consilio cxv. viso puncto. in
princip. Alexand. consilio cexiij. visis & optimè digestis.
in princip. secundo volumine, quod est repetitum
in consilio xlviij. volumine primo. cùm alijs concordantiis
per Deci. consilio ccccc xxxix. in princip. &
tantò plus erat expectanda interpellatio: quia non
erat solùm in potestate debitoris adimplere promissa
tam respectu ducatorum. 21851. quàm etiam de alijs,
cùm debeat stari cautelæ partis præsentatæ: argumento
eorum quæ dicuntur in l. item illa. ff. de constit. pecun.
Item est insuper considerandum etiam, circa
præfata, videlicet capitulationem & ratificationem
capitulorum in anno 1521. dicta capitulatio, & asserta
ratificatio in aliquo non obsunt pupillo præfato, &
sic don Artali: quia ibi Comitissa tempore capitulorum,
voluit vt fructus percepti per ipsam, vt procuratricem
illustr. dominæ Marchionissæ, ab anno 1522.
Maij, quo fuit mortuus excellens Comes, per annum.
1523. tempore ratificationis don Artalis credentis se
teneri ad fructus perceptos per dictam Comitissam;
ignorando ipsam illos percepisse nomine Marchionissæ:
fuit enim notoriè læsus in dicta summa, & etiam
in promissione de constituendo antefatum pro summa
præfata: quo casu videtur dicendum, quòd † obli- 168
gatio eatenus teneat, quatenus verè debitor adpareat:
text. est in l. hactenus. §. primo. ff. de constit. pecun. &
ibi not. Bartol. & scriben. imò si scienter se obligasset
ad id, quod, nullo modo debetur, non tenet obligatio,
nisi pro vero debito: secus, si à principio debitum erat
& ope exceptionis tollitur obstaculum, & remanet
obligatio prima. l. tertia. §. primo. vbi gloss. ff. de constit.
pecun. & idem tex. in l. fina. ff. eod. vbi si quis constituit
se soluturum, quòd alius verè debet, & promittat:
& se obliget tanquam ipse debeat, non tenet obligatio.
Facit tex. in dicta l. prima. in fine. vbi si pater
constituit se debitorem pro debito filij vltrà peculium
non tenetur: vnde cum constituat se debitorem
pro exactione facta per matrem, ad quam pupillus
ipse non tenetur, promissio ipsa & obligatio non tenet:
& tantò plus, quia ipsa Comitissa videtur authorari,
quòd pupillus se obliget ad debitum ipsiusmet
baliæ: quod videtur non esse iuri consonum. l. prima.
& l. pupillus. & l. post. & l. finali. de auth. præstan. vnde
don Artalis cogitans fortè Comitissam exegisse suo
nomine, ab anno. 1522. vsque ad annum 1513. & ratificat
non ita credebat dum exprimebatur, quòd tenebatur
ad summam ducatorum 21851 quòd peruenerunt
in posse Comitis & Comitissæ Colisani, de iure obligatio
non tenet: errans † enim non consentit: & er- 169
ror nedum vitiat constitutum & obligationem per
suprà dicta, sed etiam ratificationem: vt est textus in
l. mater tua. vbi gloss. C. de rei vendicatio. Bar. & Moder.
in l. cum te. ff. de pactis, & tantò plus fuit læsio
pupilli & minoris, quia debebat consequi alimenta
præstita per ipsum Comitem præfatæ Marchionissæ,
etiam quòd non fuissent taxata. l. sumptus. C. de admi.
tuto.

tutor.l.ij.C. de alim. pupil. præstan. debebat etiam
consequi expensas litium factas pro bonis & statu
Marchionissæ.l.j.§.si pupillus.& ibi Bart.ff.de tute.&
ratio.distra. Si enim ista fuissent deducta iuxta l.fi.de
alim.præstan.aut in nihilum remansisset debitor, aut
vt pupillus & minor non fuisset grauatus de antefato:
quia si sciuisset deducenda, esse deducenda ad quanti-
tatem præfatam, non constituisset antefatum in eo, ad
quod non tenebatur: quia eatenus teneretur consti-
tuere antefatum, quatenus credebat se non esse eredi-
torem in aliqua quantitate in dictis quantitatibus &
ad hoc benefacit tex.in l.quòd si maritus.§.si quis au-
tem de consti.pecu.vbi constitutus debitor, aduersus
170 quod opponi poterat † de compensatione, non tenet
promissio. Vnde cum pro alimentis potuerit fieri im-
putatio.l.pater.§.præterea.de contr.iud.tute. pro eo-
rum rata dicta promissio non tenet. & sic infertur,
quòd nec antefatum, nec pro illa rata dotium, non
verè soluta teneretur: per tex.in §.penul.in authen. de
non eligen.secundò nuben.& transumptiuè, in auth.
171 mulier, quæ nihil.C.de pact. conuen. vbi † probatur,
quòd antefatum, seu donatio propter nuptias non de-
betur, nisi pro rata dotium solutarum verè & absque
deceptione, cùm iura deceptis, & non decipientibus
subueniant, vt voluit Cyn.per dicta iura in l.quod in
vxorem.C.de negot.gest.& si fortè ab anno 1524. vsq;
ad annum 1531. fructus fuissent percepti per dictam
172 Comitissam, tamen licet aliàs dicatur †, quòd tutor
faciens actum, intelligitur tutorio nomine facere in
rebus ad pupillum spectantibus.l.post mortem.§.j.ff.
quando ex facto tuto. nihilominus si tutor declarat
actum facere proprio nomine, vel alterius, pupillum
non obligat. Bar.& alij in l.post mortem.§.j.ff. quan-
do ex fac.tut. Bar.in l.qui aliena.§.penul.ff.de acquir.
hæred. in casu verò nostro non solum Comitissa decla
rauit, quòd erat procuratrix, & percipiebat fructus:
imò fortius Marchionissa in scriptis declarauit, quòd
Comitissa erat procuratrix: imò veritatem agnoscens
in multis articulis, in causa posuit & probauit, quòd
illustr. Comitissa Colisani percepit fructus, vt procu-
ratrix ipsius Marchionissæ, & plus vocauit ipsam Co-
mitissam in eodem iudicio, vt solueret fructus præfa-
tos seu assignaret. Et pariter non potest illustr. Mar-
chionissa se iuuare de fructibus præfatis, quòd illos in
instrumento ratificationis donauit don Artali, & don
Artalis etiam non ratificauit capitulationem, quo ad
dictos fructus perceptos ab anno 1524. vsque ad vnum
1531. nam requirebatur ratificatio dotis perceptæ ad
hoc, vt posteà fuisset obligatus ad restituendum. l. si
cum dotem.§.transgrediamur.ff.solut.matr. Ita quòd
si esset ratificata in omnibus capitulario. Vnde non
est probata ratificatio respectu perceptionis fru-
ctuum, per tex.in dicto §.transgrediamur. vbi no. Bar.
imò donationem acceptauit. Et similiter de fructibus
perceptis in anno 1531. vsque ad annum 1535. non esse
tractandum, quia omnes illos consumpsit ipsa illustr.
Marchionissa, & omnes peruenerunt in eius posse,
maximè, quia in capitulis continebatur, vsque ad tem
pus consummationis matrimonij, voluerunt intelli-
gere, vsque ad tempus, quo potuit consummari, & sic
vsque ad annum 1531. & tunc temporis bona illa
† erant paraphernalia: quæ etiam si vir sumpsisset, &
173 essent industriales, maritus nec eius hæres teneretur
restituere: quia consumptione eos lucrifacit. l. de his,
C.de donation.inter virum & vxorem. nec ambigen-
dum est de consumptione: quia iam adparet proba-
rum Marchionissam consumpsisse: imò etiam sufficit
sibi dicere † illos fuisse consumptos: vt dicit Bartol. 174
in l.Falci. imò etiam si fuissent naturales, requiritur
quòd maritus sit effectus locupletior: quia aliàs mari-
tus nec eius hæres teneretur. l.si stipulata.§.j.de dona.
inter virum & vxorem & Afflict.in decisio. xliiij. sed
hic nec vir percepit, imò per Marchionissam fuerunt
consumpti omnes fructus, etiam status ipsius don Ar-
talis, taliter, quòd non solùm fuit effectus locuple-
tior, sed pauperior: sed adparet Marchionissam con-
sumpsisse nedum suos introitus ascendentes ad duca-
tos 2500. annuos, sed etiam omnes introitus præfati
quondam eius viri plus, quam ducatorum xij. mille
annuorum, in vestibus, auro, & argento, ac gemmis
redimitis, ac ornatissimis, ac etiam in maxima copia
seruitorum, & in multis, & quampluribus donatiuis
& prodigalitatibus cum reuerentia: ex quibus rectè
intuenti adparebit ipsa debitrix præfato don Artali
& eius hæredibus ad summam ducatorum 5000. &
& longè plus per eam consumptis, de fructibus & bo-
nis don Artalis: & sic † non potest nec debet assisten- 175
tia petita præstari, ex quo in ratificatione capitulo-
rum non adparet † constitutum nec precarium, ne- 176
que potest præsumi adpositũ ex cõsuetudine notarij,
vt per Ale.in consi.xxviij. viso & præhabito. Dec.in cõ
sil.ccxlvij.in ver.præterea, & cõsi. cccexlix.ver.vj.do-
minus.& iam est probatũ non consueuisse adponi de
stylo notariorum in partibus Siciliæ. & licet in ca-
pitulis insertis instrumento ratificationis, fiat ratifi-
catio ipsorum capitulorum, cùm omnibus qualitati-
bus suis, tamen debebat fieri specialis & particularis
mentio, cùm sit clausula not.argu.text.in l. item apud
Labeonem.§.hoc edictum.ff.de iureiurando. Pro quo
faciunt not.per Bartol. consilio cccxviij. si quia fuit
factum compromissum. in antiquis. Idem Bald.in l.
penultima. §. vxor. ff.soluto matrimonio.& † maxi- 177
mè, cùm fiat mentio de capitulis in instrumento,
etiam quòd sit insertus tenor, deberent exhiberi: cùm
agatur ex ipsa ratificatione, per dicta Francis.de Are-
tin.in l.moribus, de vulgar.& pupillar. Oldra. consi-
lio cxliiij. & habetur in authentic.si quis in aliquo.
C.de eden.& tantò magis, cùm in asserta ratificatione
dicitur, quia capitula erant subscripta manu partium,
quod non est. Item pars aduersa non habet instrumen
tum dotale, nec antefatum constitutum, nec obliga-
tionem in casu restitutionis dotium, nec lucrifactio-
nis antefati, nec super istis habemus assensum: imò
nec capitulum Neapolitanis concessum circa assen-
sum doris opitulatur: cùm loquatur de contractibus
initis in ciuitate Neapoli: & non debet extendi ad
contractus alibi gestos, cùm † locus contractus, in 178
quo geritur quoad obseruantiam solennitatum ipsius
actus attenditur, & non alius: vt dicit Bartol.in l.cun-
ctos populos.C.de summa trinitate & fide catholica.
& in l.secunda.in fine. C.quemadmodum testament.
aperi. Ioann. de Lig. in tractat. sentent. excommun.
versiculo: consequenter quæritur, nunquid superior.
& tantò plus, cùm pertinet ad confirmationem &
validitatem, & decisionem contractus: secundum
Bartol.in l.si fundum.per illum text.ff. de euictio. &
plenius in dicta l.cunctos populos.& ideò non potest
hoc capitulum extendi extra territorium ipsius capi-
tuli,

tuli, scilicet huius regni: cùm loquatur de contracti-
bus gestis Neapol. per Bartol. & doct. in l. fin. ff. de iur.
om. iudi. & † in l. omnes populi. ff. de iusti. & iur. & ha-
betur in l. prima. C. de summa tri. & fid. catho. quod
habet locum, etiam si contrahentes essent subditi ipsis
statuentibus: vt not. per Bartol. in dicta l. cunctos po-
pulos. in iiij. quæst. Salyc. & Bal. in l. secunda. de cunu.
Anch. in cap. postulasti. de foro compe. Abb. in capit.
primo, extrà de raptu virgi. Sozi. in consil. cccij. in fi.
secundo volu. vbi in specie loquitur de contractu do-
180 tis: † quòd statutum loquens de tali contractu dotali,
quamuis generaliter loquatur, non propterea exten-
ditur ad contractum factum extra territorium loci
statuti, quod dicit procedere, etiam si effectus actus
seu contractus facti extra territorium consummare-
tur in loco seu territorio statuti, vt ibidem per ipsum
in versic. confirmatur. Item bona prætensa obligata
sunt in territorio statuti, postquàm statutum & obli-
gationes & contractus respicit factos in territorio. Ita
videtur sentire Bald. in l. fin. ff. de iure. om. iud. Anch.
181 in repe. cap. primo, † de consti. quæst. xxij. faciunt not.
per Abb. & Ioan. de Lign. in capit. primo, de rapto. &
Bald. in l. prima: de contrahent. emptio. vbi quamuis
in alio loco bona sint sita, inspicitur tamẽ locus con-
tractus, & non vbi posita sunt bona pro statuto, &
maximè cùm verba ipsius statuti & capituli sint stri-
ctè intelligenda. l. quicquid astringendæ. ff. de verbor.
obligation. loquitur etiam illud in beneficium Nea-
politanorum, nec patitur extensionem ad exteros. &
qualitas quòd sit pars aduersa Neapolitana, est pro-
banda: vt per Bartol. in l. edita. C. de eden. & in l. si quis
non dicam rapere. C. de episc. o. & cle. & per scriben-
tes in cap. vnico. de homici. in vj. & ipsa Illustrissima
Marchionissa est orta in ciuitate Auellini: vt constat
ex tenore dispensationis matrimonij in actis produ-
ctæ per eandem. Nec poterit hoc capitulum operari
in bonis existentibus in partibus regni Siciliæ vltrà:
182 quia statutum † non extenditur extra territorium, vt
dictum est: & est text. in l. quia certa forma. ff. de iure
fisci. & in l. constitutio. ff. ad muni. imò potius subii-
ciuntur statuto in partibus Siciliæ, quàm Neapol. l. de
pupillo. ff. de tuto. & curat. datis ab his. & per Bartol.
in l. cunctos populos. x. quæst. vij. quæst. principal. cir-
ca fin. & de iure nulli dubium, quòd requiritur assen-
sus cap. Imperialem. de prohi. feud. alien. per Federic.
& in instrumento ratificationis partes demonstrant,
quòd requiratur assensus: & ideò non existẽte assensu
remedium non opitulatur super bonis feudalibus. &
clarius loquendo fuit intentatum remedium assisten-
tiæ iuxta formam Regiæ pragmaticæ R. Ferdi. primi.
quod non se extendit in bonis existentibus extra ter-
ritorium, vt dictum est: & siue loquamur de bonis
existentibus in regno, seu extra regnũ: & etiam quòd
antefatum esset constitutum: vel pro constituto ha-
beretur: attamen in eo non est præstitus assensus: quia
capitulum Regis catholici, de quo supra, non loqui-
tur nisi de dote. & capitulum de antefato, concessum
per Cæsa. Maiestatem fuit obtentum in anno M. ccc-
ccxxxix. & don Artalis decessit in anno M. cccccxx-
xvj. & ideò dum casus restituendæ dotis siue antefati
præuenerat nouam legem, tunc inspicienda est vetus
lex: secundum quam prohibetur obligatio bonorum
feudalium pro antefato, & sine assensu: & hoc optimè
fundatur ex text. in authen. cõstitutio, quæ ex ascripti-
tio. & libertos natos liberos esse vult, in princip. vbi
disponit lex illa noua habere tantum locum in natis
post legem nouam, vel in nuptiis contractis ante le-
gem nouam, durantibus tamen tempore leg. nouæ: ex
quibus filij nascantur post l. nouam. idque ea ratione,
ne tertio præiudicium generetur. Per quem text. con-
suluit Bald. & Rosellus de Are. inter consilia Bal. xcij.
xciij. xciiij. & xcv. in quarto volum. quòd † dispositio 183
statuti noui super restitutione dotis, non extenditur
ad matrimonium iam solutum, & ad dotes veteres &
casum, quo mortui sunt filij ante nouum statutum. De
præiudicio autem tertij clarum est, quia decedente
don Artali, feuda fuerunt effecta donnæ Antoniæ: &
nunquàm fuit de stylo Regiæ cancellariæ velle tertio
præiudicare in assensibus; quia † clarissimi iuris est, 184
assensum non posse præstari post mortem. Andreas in
cap. Imperialem. de prohi. feu. alien. in princip. & ibi
latè per Afflict. & hoc per rationem: quia quod fecit
defunctus. inualidum fuit & nullum: & spes quæ erat,
quòd conualesceret per confirmationem, euanuit per
eius mortem, confirmatione non secuta, dominio
translato in hæredem. Ita And. ibi, vbi clarius Afflict.
in xxviij. quæst. & sic non præsumitur in præiudicium
hæredis non consentientis: vt per Andr. & Aluaro. &
communiter scribentes in dicto cap. Imperialem, &
per Doctor. in cap. primo. §. donare. qualiter feu. alie.
pote. etiam si esset cõstitutum antefatum: quod in rei
veritate non fuit constitutum, capitulum non opitu-
laretur post mortem: maximè, † quia fuit obtentum 185
lite pendente, vnde non patitur extensionem: per tex.
in cap. fin. vbi Docto. post glo. de constit. & l. leges. C.
de leg. vbi etiam Doct. & id, quod dicit tex. in l. si ego.
§. primo. ff. de iure dot. procedit in dote, & eius fauo-
re, non autem in donationibus propter nuptias, † & 186
dispositio in dote non habet omnibus locum in ante-
fato, per tex. cum glo. penul. in cap. ex literis. de pign.
& quamuis capitulum dicat super contractibus factis
& faciendis, non debet intelligi de gestis præmortuo
viro & assensu non obtẽto, & licet obiiciatur de deci.
Ioan. Andr. in rubrica de solutio. & oblig. dum dicit,
quòd † si promisisti te obligaturum in x. erga me; ego 187
potero agere ad illa x. contra te, ante quàm te obliga-
ueris. & sequitur Alex. in l. cùm fundus. §. seruũ tuum
imprudens. ff. si cer. peta. & ibi Iason versicu. per quæ
iura. & Ias. in l. dominus. qui testamento. ff. de condi.
indebi. & ideò cùm fuerit promissum debere confici
instrumentum dotale, & constitui antefatum, debet
haberi, ac si esset factum: & sic assensum extendi debe-
re: nam huic facilis est responsio, quia Iaso. in dicto §.
seruum tuum. dicit tenere hoc dictum pro dubitabili:
per regulam l. in bonæ fidei. §. fina. ff. de eo, quod cert.
loco. quia aliud est † vendere, & aliud promittere de 188
vendendo: & ideò in simili aliud est promittere x. &
aliud est promittere se obligaturum ad x. & ibi Deci.
etiam dicit, quòd illa decisio fuit semper visa dubita-
bilis; & tenet contrarium per multa. idem contra Io.
And. tenet Galiaula. in repe. rubricæ de verb. obligat.
numero lxij. & lxiij. & Carol. rui. & Alcia. in repe. l.
primæ. num. xv. xvj. xvij. ff. de verbor. obligat. & plenè
Buttice. in repet. §. Cato. num. xlij. in l. iiij. ff. de verb.
obligat. Si ergo est dubitabilis in actione personali,
quantò plus in reali: & super re feudali. Secundò, po-
test responderi, vt Galiau. dicit, vbi suprà num. lxiiij.
illa quæst. an sit idem promittere de donando, quod

donare: vel vendendo, quod vendere. & cum hac re-
sponsione & aliis subsequentibus retponderur dictæ
regulæ.§.seruum tuum.quòd circuitus inutilis est cui-
tandus.l.pater.cum simi.C. commu. de legat.dicto §.
seruum tuum.l.cùm fundus.ff.si cer.petat. sed vbi quis
promisit se obligare ad centum, licet contra eum tan-
quàm obligatum non possit agi:tamen ex promissio-
ne de obligando, qua tenetur ad interesse, tenetur ad
centum, cùm onus stipulationis interesse non possit:
& sic nihil refert, ac sit obligatus ad promittendum,
vel censeatur promisisse. subdit Galiau. quòd in casu
nostro interest, quòd potius sit pactum de donando
quàm donatio,& promissio de vendendo, quàm ven-
ditio:præcipuè propter ottum actionis, propter trás-
lationem dominij, propter acquisitionem fructuum.
Ita ergo dico ad casum nostrum, quia interest mea
quòd instrumentum non sit factum, & cum obliga-
tione bonorum feudalium, tum ex natura actionis:
quia teneor ad interesse: & hoc casu non esset assen-
sus super feudo, cùm capitulum Neapolitanis conces-
sum, non loquatur de interesse, etiam quòd sit potius
personalis: quia non poterit exequi. nisi prius super
mobilibus, deinde super stabilibus & minus damno-
sis:arg. l. à diuo Pio.§. in venditione. ff. de re iudic. &
interest mea, vt super feudalibus non sit assensus, vt
suprà:cùm non possit præstari assistentia super feudo:
interest etiam quòd instrumentum dotale non habea-
tur pro facto, stante deceptione ipsius minoris: vide-
licet in fructibus perceptis per Comitissam: qui po-
nuntur in computo dotium, & poni non deberent in
alimentis Marchionissæ: & in computis non appoli-
tis, seu in aliis in reconuentione & compensatione pe-
titis: cùm & pro illis deductis antefatum non fuisse
constitutum. & ad hoc bene facit, quod dicit Alexan.
in addit. ad Bartol. in l. Iulianus.§. offerri.ff. de action.
empt. quòd quamuis ex pacto † de retrouendendo ob
189 pretium non solutum præsumatur venditio facta, vt
euitetur circuitus:non tamen ex isto actu præsumpto
præsumuntur promissæ vsuræ:quia licet in re non au-
tem in vsuris:nec agitur, fingitur, nec præsumitur ad
euitandum circuitum:& hoc ea ratione, quia aliud est
vendere, aliud promittere de vendendo. quod voluit
Decius in consilio ciij.in fin. Alexan. in consil. lxxiij.
viso themate. versiculo:nec etiam deberi. vol. secúdo.
vbi † tenet, quòd ex promissione de vendendo, quam-
190 uis venditio præsumatur ad euitandú circuitum, non
veniunt fructus post hanc promissionem percepti, si-
cut venirent post venditionem factam: iuxta text. in
l. curabit. C. de actio. emptio. quod consilium est repe-
titum in consilio cxxj. Idem Alexan. consil. xiij. circa
principium. tertio volum. Curt. in addit. ad Alexand.
in l. pupillus. ff. ad l. Falci. Affli. in constitutione: apud
iustitiarios. in viij. nume. Tiraquel. in suo tracta. de re-
tractu. in prin. Ex quibus † colligitur, quòd quamuis
191 aliàs præsumeretur ad euitandum circuitum, dotem
fuisse promissam restitui, & constitutum fuisse ante-
fatum:non tamen videretur se obligasse ad fructus &
interesse, nec obligasse ad feudalia:maximè, quia plures
cauſarentur præsumptiones, quæ non debent præsu-
mi ad euitandum circuitum: vt per præfatos Doctor.
Tertiò respondetur, vt respondet Alcia. in repe. dicta
l. primæ. nume. xvij. versic. tertio. facit. ff. de verb. ur.
oblig. nam † circuitus non euitatur, quando interest
192 contrahentium, vt circuitus seruetur. l. si vsusfructus
mihi. ff. vsufructu. quemad. caue. quod est secundum
eum in casu præsenti, quòd fortasse venditor vellet
soluere interesse: quo casu liberatur: ex quosumus in
promissione facti. l. stipulationes non diuiduntur. ver-
sic. Celsus. ff. de verb. oblig. & hæc responsio est simi-
lis præcedenti. Ita in casu, de quo agitur interest mea,
quòd feuda non sint obligata, attento quòd tempore,
quo fuit actum ad dotem illustris don Artalis, erat
iam extra secundum peregrinatus. Quartò respondet
Decius:& est similis præcedentibus, in dicto §. seruum
tuum. dum dicit, quòd dictus §. habet locum, vbi † cir- 193
cuitus esset inutilis: secus, si aliquid vtilitatis afferret.
allegat Card. in cle. auditor. quæst. xiiij. de rescrip. in
præsenti ergo casu satis est vtilis circuitus: quia in
promissione de faciendo instrumentum cum obliga-
tione feudorum, non est assensus in promissione dè
restituendo, si esset instrumentum dotale cum instru-
mento dotali & obligatione feudorum, in casu resti-
tutionis esset assensus, secundum formam dicti capi-
tuli:quod requirit instrumentum dotale cum obliga-
tione bonorum feudalium, in casu restitutionis: ergo
circuitus est vtilis. Quintò respondetur, quòd regula
† de circuitu euitando, habet locum in casibus in iure 194
expressis: vt plenè per Deciú, in dicto §. seruum tuum
imprudens. At in casu, de quo agitur, non expressum,
ergo &c. dico in feudalibus: & maximè, vt etiam in-
telligatur præstitus assensus: ergo &c. Sextò, illa regu-
la & dictum Ioan. Andr. procedunt in actu promis-
sionis de se obligando: & ille, qui se obligat, tenetur
obseruare quod promisit: quia si tutor tutorio nomi-
ne se obligaret de faciendo cautelam de bonis omni-
bus pupilli, certè non haberetur, ac si esset facta, quan-
do obligatio prima nó teneret. Ita ad casum nostrum
prima promissio cum obligatione feudalium est nul-
la. capit. Imperialem. in princip. de prohi. feud. alien.
per Feder. Afflict. in decisio. ccxl. versic. vltimum du-
bium, & circa fin. versic. quia ad hoc. & in constitu-
tione: diuæ memoriæ. & quòd dictum capitulum non
haber locum, adparet, quia loquitur quòd fiat instru-
mentum formale: non debet extendi ad instrumen-
tum, quod fictiuè habeatur pro facto. & ad hoc † ad- 195
ducitur statutum loquens in casu vero, non extendi-
tur ad casum fictum. l. tertia. §. hæc verba. ff. de negor.
gest. Hinc dicebant Docto. & ibi Iason in l. lecta. ver-
siculo dicebam. ff. si certum petat. dum dicitur in tex.
quòd pacta incontinenti apposita, videntur inesse: &
sic per fictionem † dicunt, quòd si statutum concedit 196
executionem contractui, non extenditur ad pacta in-
continenti adposita: cum statutum non se extendat
ad casum fictum: vt † per Ias. ibi. & sic cum capitulum 197
loquatur de vero instruméto formali, non debet ex-
tendi ad præsumptum & fictum instrumétum: quam-
uis, vt dicam, nó est verum, nec præsumptum instru-
mentum, & debet intelligi capitulum de vero instru-
mento & actu, qui potest legi oculis, & non ficto, seu
præsumpto, ad euitádum circuitum, qui non legitur:
per docto. Bartol. in l. prima in princip. ff. de his, quæ
in testam. delen. cùm præsumptus actus non compre-
hendatur in statuto faciente métionem de vero actu,
vt voluit Anton. de Butr. in cap. translatum. de consti.
in cap. ab excommunicato. de rescrip. in capit. secun-
do, de test. cogen. per Innoc. in capit. vj. & ix. de offic.
deleg. pro quo est deci. Ioan. An. in cap. sciant cuncti.
de elec. in vj. in nouel. Bartol. in l. si seruus. C. de furt. &

latè

latè per Alexan. in addit. ad Bartol. in l.tertia. §. hæc
verba.ff.de neg. gest. & videtur in specie tex. in assen-
su. in dicta l.si pupillus. §. si prætor. ff. de reb.eodem:
198 † vbi assensus præstitus in vno actu, non extenditur
ad alium, etiam verum licet minus damnosum: à for-
tiori nec ad fictum: de quo per And. in cap. primo, qui
succe.feud. & in dicto cap. Imperialem. & in præfato
§.donare. & in constitutione regni: post litem. Bald.
in dicta l.si pupillorum.§.si pupillus. ff.de reb.eodem.
199 Alius est enim actus verus, alius † fictus seu præsum-
ptus: vt latè per Bartol. in l.is, qui pro empto. de vsu-
cap. & in l. tertia, secundo not. C. de fide instrum. &
iure hastæ fisca.libro x.Bald.in addit. Specul. in titul.
depo. in versic. præsumptio. Adducitur etiam, & est
forte argumentũ, in quo desideratur responsum. Nam
actus agentium non operatur vltra eorum intentio-
nem, per textum in l. non omnibus. in princ. ff.si cer-
tum petatur. Sed voluntas suppletur in capitulo, clara
est: quia loquitur de instrumento formali & actuali:
ideo non debet plus operari, quàm sit ipsa supplicatio
partis petentis, dum dixit, de tutti instrumenti dotali
& che da qua auante accaderanno de farse in questa
citta de Napol. illo tunc che siano fatti li instrumẽti
dotali, & obligatione de li beni feudali de loro mari-
ti, cum reseruatione del regio assensu, se intenna præ-
stiro lo assenso. & ideo not. dum dicitur in illa suppli-
catione: Illo tunc che siano fatti li instrumenti do-
tali. & sic de instrumento formali supplicatur. Quod
etiam adparet dum in capitulo supplicatur de mu-
tuo, quod fit tempore instrumenti dotalis. Si ergo de
formali instrumento supplicatur, non est supplicatio
extendenda vltra verba supplicationis: & ad hoc be-
ne facit. quod dicit Alber. in l. in bonæ fidei. quem ibi
refert Iason, versic. per istam glo. ff. de eo, quod cert.
200 loco. dum † dicit, quòd si statuto ciuitatis cauetur, ꝙ
datiarij habeant arbitrium super venditionibus fa-
ctis, & quidam promisit vendere, quòd istud non per-
tinebit ad eorum arbitrium, quia non est venditio,
sed promissio de vendendo, quæ sunt diuersa: & ibi
etiam Iason, ponit. similia. Ex quibus infertur, quòd si
de quolibet instrumento dotali debet solui gabella,
quòd si fiant capitula, & promittatur solutio doris,
qua facta promittitur fieri instrumentũ dotale, quòd
si non fiat, non debet solui gabella. Præmissis etiam
201 suffragatur, † quòd priuilegium obtentum à princi-
pe, debet intelligi iuxta tenorem supplicationis obla-
tæ: vt not. Baldus in cap. inter dilectos. per illum text.
ibi: ex forma petitionis. de fide instrumentorum. ver-
siculo. Item not. vbi Abb. & alij. Anton. de But. consil.
xix. quia hîc agitur. facit text. in l. prima. C. de diuer.
rescrip. vt not. Abbas in cap. secundo. de treug. & pa.
Decius consilio ccclxxviij. versic. præsupponendum
202 est. & ibi glo. consulendo intelligit † gratiam princi-
pis, iuxta formam petitionis. facit text. in l. si defen-
sor. §. interrogatus. ff. de interrogat. action. §. præterea.
instit. de inutili stipula. & ex illo tex. in dicta l. prima.
203 C. de diuer. rescrip. not. Iason quòd † responsum ambi-
guum debet intelligi secundum supplicationem. Ad
hoc etiam facit, quod vult Panor. in cap. cum pro cau-
sa. de senten. excommun. quòd si fuerit petita gene-
ralis absolutio à pluribus excommunicationibus, &
concedatur simpliciter. videtur concessa quo ad om-
nes petitas, & non dicit vltra petita: facit etiam regu-
la, quia vltra petita. Quòd limitata causa limitatum
producit effectum. l. in agris. de acqui. rer. domi. l. can-
cellauerat. ff. de his, quæ in test. delen. Et sic cùm in di-
ctis capitulis matrimonialibus fuerit solùm promis-
sio de faciendo instrumentum dotale, & de consti-
tuendo antefatum, verba assensus non se extendunt
ad hoc, nec in casu nostro stante interesse suprà alle-
gato, potest dici, quòd instrumentum habeatur pro
facto, & antefatum pro constituto. & sic ex præmissis
concluditur, quòd de prætensis capitulis, ratificatio-
ne ipsorum & testamento, nulla debet haberi ratio,
nec in actione personali, nec in actione reali. In causa
verò reconuentionis factę ad instantiam Illustrissim.
donnæ Antoniæ: tenetur Illustrissima Marchionissa
ad alimenta præstita ab anno. M.cccccxxiiij. vsque ad
annum. M.cccccxxxj. ex eo, quia in capitulis matri-
monialibus promiserat dare fructus percipiendos in
dotem infra illud tempus, à suo statu: & ipsa per se &
per medium Comitis Colisani percepit illos & con-
sumpsit: & sic promissa nun seruauit, & dotes promis-
sas integrè non soluit: quo casu sponsus non tenetur
alere sponsam: vt in hoc particulariter alleg. Vnde
nunc ad propositum, tẽpore, quo Comes fuit balius,
& vt balius tenebatur præstare alimenta pupillo, &
ad id de iure cogi poterat, per l. primã. C. de alimen.
pupil. præstan. & tutor alimẽta præstita † potest com- 204
pensare vel repetere, etiam si non sint taxatę expensæ
præfatæ, reperi possunt. l. sumptus. vbi glo. C. de admi.
tuto. l. tutela. ff. de contrat. actio. tute. & taxantur etiã,
postquam fuerunt alimenta præstita. l. secunda. C. de
alim. pupil. præsta. & hæc alimenta fuerunt etiam pe-
tita per viam principalis petitionis: & contra, iudi. tu-
telæ debentur. l. prima. §. præterea. & §. in hoc iudicio
tutelæ. l. quid ergo. §. tutelæ. ff. eodẽ nec post mortem
ipsius Comitis vsque ad annum. M.cccccxxiij. fuerũt
præstita per ipsum don Artalem, mediante Comitissa
Colisani. Quo verò ad aliud caput reconuentionis,
videlicet, quòd decedente don Vgone absque liberis
succedebat don Petrus, velut maior natu: cùm fuerat
feudum concessum don Vgoni pro se suisque hæredi-
bus & successoribus in perpetuũ: & sic præfatus don
Petrus succedebat in dictis Castris: nam illa conces-
sio facta don Vgoni pro se, hęre. & succe. ętatis & sexus
prærogatiua seruata: & ideo ipso decedente succedit
don Petrus pater don Artalis ex iuris dispositione: vt
ponit And. in constit. vt de successionibus. & Afflict.
in Deci. ccxciij. & maximè stante clausula, vt maior
natu succedat. Quod feudum seu castra fuerunt oc-
cupata in anno M. cccccij. per Illustr. don Ioan. pa-
trem Marchionissæ, & don Antonium patruum, qui-
bus ipsa succedit, petuntur fructus dictorum Castro-
rum ab ea, vt hærede ipsorum, vsque ad annum. M.cc-
cccxxiij. & M.cccccxxiiij. & hos fructus non est: du-
bium deberi, postquam castra & feuda ipsa fuerint
dicti quondam don Artalis, vt hæredis don Vgonis,
& successiuè eius hęredum, qui nunc ipsa tenent, cùm
fructus ipsi auxerunt hæreditatem, iuxta tex. in l. Item
veniunt. §. Item, non solùm. & ibi Bartol. & Alexan.
ff. de petit. hære. intantum, quòd etiam consumpti de-
bent restitui, maximè si ex his sit ipse possessor locu-
pletior effectus: secundum Baldũ in l. prima, de vsur.
& fruct. legat. & not. Doctor. in l. iubemus. C. ad Tre-
bel. nec fieri debet difficultas, si don Petrus adiuerit
hæreditatem don Vgonis, cum per comparitionem
factam in Regia camera, summariè declarauerit ipsa

feuda pleno iure spectare & pertinere ad ipsum ex
205 successione præfati don Vgonis:ex † qua declaratione
satis dicitur hæreditas adita, per text.in l. gerit. ff. de
acquir.hære.vbi etiam habetur, quòd verba enunciatiua
prolata ab eo, qui potest esse hæres, videtur adita
hæreditas.& ibi Bartol.in l.tertia:& videtur text.in l.
pantous. in fin. & in l. pro hærede.§. primo: & in l.si
quis extraneus.§.primo.ff.de acqui.hære. Et sic præuidens
Marchionissa non posse euadere successionem,
produxit priuilegium regis cathol. in quo asserit, vt
prætenditur don Vgonem condidisse testamentum,
& reliquisse præfata feuda & castra præfatis don Ioãni
& don Antonio: & præfatus Rex Assensit testamẽto
præfato: adeo quòd ex concessione regia possederunt
vsque ad eorum mortem, & per quàmplures annos,
sciente & patiente don Petro, quo casu succedit
regula.§.Titius.si de feudor.fuer.controuer. vbi vult,
quòd remouebitur, si consentit alienationi, vel per
annum, ex quo sciuit tacuit, omnino remouebitur, &
206 ibi gl.dicit, † siue expressè siue tacitè per annum consentit,
ius suum amittit.& ita ibi omnes Docto.& ista
est præsumptio annalis, quæ inducit tacitum consensum:
per tex.ibi,& notat Aluaro.in iiij.not.& dicebat
Baldus ibi, quòd oportebat agnatos esse sagaces, ne
laberetur annus, quia silentio confirmaretur.& ponit
Decius in consilio ccxxviij.in casu.versi. solùm ergo.
& consilio cclxxv.& ccclxxxix.viso.in fin.versic. pro
fundamento. imò non solùm tacitè per annum, imò
expressè cõsensit dictus don Petrus, vt probatur plenè
per illos testes de Castellucia. Item.§. Titius, loqui-
207 tur in feudo ex pacto & prouidentia: quia † quando
esset feudum hæreditarium, tunc per alienationem
factam cum concensu regis, & sic licitè, non potest
neque per filios, neque per agnatos dantis reuocari, vt
de alien.feudi pater.in princip.in vlti.verbis.exponit
Aluaro. in dicto §. Titius, quòd vasallus intelligitur
alienare feudum licitè, quando adest consensus domini:
vt de prohib.feud.alien.per Feder.in princip. &
208 eo † modo præposi. Item præmitto, quòd §. Titius loquitur,
quando alienatio est licitè facta, & sic cum
assensu regis. Secus autem, quando esset facta illicitè
absque regio assensu.ita Aluaro.ibi, versic. Item præmitte.
in versic.tu autem exemplifica. secundo versic.
& intellige præfata.& ibi etiam Præpoli. Tertiò præmitte,
quòd licet nullum adpareat testamentum don
Vgonis: attamen quãdo adpareret quòd assensus non
fuit præstitus huic testamento ante mortem testatoris:
& sic sumus in alienatione illicita sine assensu: &
si dicatur, quòd imò mediante priuilegio regis catho.
in anno. M. ccccciiij. & fuit præstitus assensus: nam
vltra ea, quæ dicam aduersus dictum assensum, nulli
dubium, quòd esset impetratus per mortẽ don Vgonis.
& sic post ius quæsitum ipsi don Petro: & assensus
209 † non potest impetrari post mortem. And. in cap. Imperialem.
in princ.de prohib.feud.alie.per Feder.cùm
ius fuerat quæsitum ipsi don Petro, & sine eius facto
tolli non poterat.l.si arrogator.ff.de adoptio.& ponit
Laud. in dicto §. Titius. circa fi. qui subdit quòd Papa
210 † vel Imperator non potest feudum sine causa auferre,
secundum Bald.in cap.primo.de nat.succe.feud.&
in l.qui se patris. versic. & scias. C. vnde libe. & Præpoli.
in dicto cap.primo, in fine. nec Rex voluit tertin
211 † præiudicare, nec præsumitur. l. secunda. §.merito. ff.
ne quid in loco pub. cap.super eodem: & ibi Abb. &
laiè Moder.de offic.deleg.Deci.consi.ccclxxxiij. ver.
& profundamento, & † dominus feudi non potest fa- 212
cere gratiam in præiudiciũ agnatorum Laud. in dicto
§.Titius.ver.& not.quòd. dominus feudi. & per And.
in cap.primo.si vasal.feud.priuetur. Quartò præmitto,
quòd dicto §. Titius, loquitur † data scientia proxi- 213
mioris agnati, & ibi glo. etiam declarat, cùm annus
computetur à die scientiæ, vt dicit ibi tex.ibi, per annum,
ex quo ipse sciuit. & ibi glo.& Docto.quæ scientia
debebat esse, scilicet, quòd don Petrus sciebat feudum
ad ipsum spectare, & fuisse alienatum in proximiorem,
& de sciẽtia alienationis. Et licet aliqui falsi
testes deponere adpareant de certa scientia testamenti
don Vgonis, & de consensu Regis cath. qui fuerunt
de falso querulati in magna curia, tamen non deponunt,
quòd don Petrus sciebat ipsam debere succedere,
& illa qualitas scientiæ, in qua text. ibi se fundat,
debet † allegari & probari, ad hoc vt excludatur. vt in 214
simili dicit Bartol.in l.omnes.circa fi.C. de agrico.&
censi.libro xj.& idem Ang. dicit in §. penul. qui incipit:
iubemus.in fin.in auth.vt ecclesia.titu.& in l. prima.
C.de Nili agger.non rum.vbi inducit tex. in l.verum.
ff.de parti.Barb. in consilio clj. tertio volum.&
consilio v.in quarto volum.& consilio cxxviij. versi.
secundò principaliter. Quintò præmitto aduertendum,
quòd non videtur de iure procedere arg. ab eo,
quod disponitur in dicto §. Titius, qui loquitur de
feudo ex pacto & prouidentia ad feudum hæreditarium,
vt sumus in casu nostro, cùm, vt dixi, reuocatio,
de qua in dicto §. Titius. non fit, quando feudum est
hæreditarium: sed fit, quando ex pacto & prouidẽtia,
vt ibi per Andr. in fin. & sic declarando tollit argu-
mentum Deci. in consilio cccxc. quoniam ex † pacto. 215
versic.& ideo non potest.& versic.non obstat tex.qui
dicit, non obstat text.in dicto §.Titius, vbi proximior 216
agnatus reuocat feudum alienatum: respõdetur, quòd
ille tex. loquitur in feudo recepto pro se & liberis: &
sic ex prouidentia concedentis, vt not. Andr.in dicto
§.Titius.in fin.quem refert & sequitur Alexand. consilio
xxvj. ponderatis his. circa fin. volum. v. & ponit
Decius in consilio xxxix.in causa.versi. & ideo.& per
totum, & quòd hoc argumentum non procedat, de-
monstratur: quia quando sumus in † feudo ex pacto 217
& prouidentia, & fieret alienatio in extraneum, nullum
faceret præiudicium illo tacitus consensus per
annum: sed essent necessarij anni. xxx. vt per gloss.in
dicto §.Titius.& ibi Aluaro. versic.oppono. cum glo.
in fin. & facultas, quæ datur proximiori agnato, vt
possit feudum alienatum reuocare, durat solùm per
annum, vt dicto §. Titius. in fi. & ibi etiam Bald. circa
fin. Paul. de Cast. in consilio ccclxix. quæstio ista ver-
titur. quando verò † fit in extraneum, prout hic, durat 218
xxx, an. vt est: glo. in dicto §. Titius communiter approbata
per Docto.ibi.Alexan. consilio xv. visis narratis.
vol.v.Decius consil.cccxv. in causa magnifici.in
fin. Decius consil. ccviij. ad clariorem. versic. & hoc
maximè. & in consil. cccxxviij. in casu. versic.solùm
super est. Afflict.in dicto §.Titius.tertio vol.& in glo.
fi.& dictum consilium Alex. xv. refert Bald. in tract.
præscrip.versic.& not. & ver. septimò quarto. dicens
post.Alex.in dicto consil.xv.dictam glo.esse commu-
niter approbatam:& sic † feudum hæreditariũ potest 219
in quemcunque alienari cum regio assensu, & agnati
non reuocant, nec infra annũ: nec post. & sic tollitur
argum

argumentum data distantia.cap.sicut vrgeri.j.quæst.j.
& gloss.in l. si creditori.ff.de nou.opc. nun.Sextò, ille
220 †tex.in §.Titius,loquitur in alienante cum pretio.vbi
tex.ibi dicit. & Aluaro. ver. tu autem exemplifica. &
sic pretio & nó gratis & licitè valet cum regio assen-
su,vt per eundem Aluaro.ibi.versic.ibi concessit &c.
In casu nostro, quando assertum testamentum adpa-
reret, quod nunquam cum veritate demonstrabitur,
illa dispositio testamentaria, erat dispositio gratis fa-
cta per don Vgonem: & super illa gratiosa dispositio-
ne esset assensus: & sic non habet locum materia &
dispositio dicti §. Titius. Septimò, in dicto §. Titius,
221 †quando alienans non habet filios,si demum sibi filij
nascantur, poterunt reuocare. Ita Aluaro. ibi versic.
quæro quid sit. sed quando sumus in feudo hæredita-
rio, prout in casu præsenti, tunc pater potest aliena-
re, & filij nó possunt cõtradicere, prout infrà. Octauo
præmitto, quòd si post mortem possidentis feudum,
feudum erat omnino recasurum in vnum ex agnatis,
quia erat ex pacto & prouidétia: ita alienádo si agna-
tus infra annum non contradicat, præiudicat sibi sua
vita durante, id est, pro illo tempore, quo poterat ipse
gaudere feudo: & ideò agnatus proximior poterit re-
uocare, vt in dicto §. Titius. sed quando sumus in feu-
do hæreditario, si vellemus dicere, quòd agnatus anno
excluderetur, esset maioris præiudicij in feudo hære-
ditario: quia præiudicaret sibi & omnibus agnatis,
222 cùm feudum † hæreditarium possit vendi & alienari
in præiudicium agnatorum & filiorum, vt per Andr.
in cap.primo.de alien.feud. pater. & latè Affli. ponit
in Deci.cxij. Nonò præmitto: nam ratio quare per
annum amittit feudum, proximior est, quia infra an-
num habet petere inuestiturá agnatus à domino feu-
di. Ita Bald.in dicto §. Titius. in vltim. versic. & Præ-
posit.ibi.versic.quæro vnum. & ibi quærit vtrum ter-
minus anni inducat illum tacitum consensum. dicit
Bald.quòd sic, quia infra tale tempus debet peti inue-
stitura. quæ fuit prima causa beneficij amissi in princi-
pio.& idem Aluaro.ibi.versiculo: & intelligitur præ-
223 fata.& ratio rationis est: quia † non petendo inuesti-
turam infra annum,de iure feudorum amittebat feu-
dum.& in dicto titulo, quæ fuit prima causa benefic.
amit.& ibat ad agnatos loquendo in feudo ex pacto
& prouidentia:& per Andr.in constitutione: ea, quæ
ad decus.& in cap.primo.§.fin.quæ sit prima causa be-
nefi.amit.& in capit.secundo.de feud. sine culpa non
amit.& ponit Affli.quo tempore miles. versiculo: sed
quæro. Et propterea tunc tacens per annum, & non
reuocans alienationem, amittebat feudum, & ibat ad
agnatos: sed cum hodie in regno non petendo inuesti-
224 turam, non amittit feudum: sed † solùm soluit dupli-
catum releuium; vt per And.quo tempore mil. versic.
sed quæro.& ideo tunc tacens per annum, & non re-
uocans alienationem, amittebat feudum, & ibat ad
agnatos. Sed cùm hodie in regno non petendo inue-
stituram, non amittit feudum, sed solùm soluit dupli-
catum releuium, vt per Andr.in loco præallegato, in
verbo: in regno Siciliæ.& Neapod.in cap. regni: pro-
uisum est apud Fogiam. vbi dicit, quòd debet se com-
ponere cum Curia. videtur dicendum, quòd non ha-
beat locum dicto §. Titius. in hoc regno, per præfata.
Et sic in præsenti casu don Petrus non tenebatur pe-
tere inuestituram: quia non possidebat: & ideo etiam
de iure communi non petendo dictam inuestituram
infra †annum non poterat feudo priuari: vt per doct. 225
in l. solennibus.C.de rei vendicatio. & And. in capit.
primo. de cap. Corra. cum concor. per Curt.iuni. in
tracta.feud.quarta parte. in rubrica, ex quibus causis
feud.amit.& ideo dicendum est in casu nostro, quòd
dict. §.Titius. non habet locum. Decimò, hæc præ-
scriptio annalis in regno est sublata per cóstit. regni,
quæ incipit: consuetudiné.& ideo.§. Titius, per quem
datur annalis præscriptio, non habebit locum in re-
gno. Ita in specie Afflict.ibi. versiculo: sed ego dubito.
Vndecimò. §. Titius, loquitur † quando feudatarius 226
disponit in remotiorem agnatú in vita, & cum con-
sensu regis: vt dicunt doctor.in eodem §. Titius.& sic
alienatio tenebat tempore dispositionis, & tempore,
quo fuit assensus præstitus, potuit interponi: sed in
casu præsenti alienatio feudi ab agnato fuit facta in
mortis articulo, vt pars prætendit. quod tamen est fal-
sum, cùm sit ius quæsitum hæredi: & absque voluntate
ipsius hæredis nó poterit præstari assensus, vt per And.
in cap.Imperialem.in princip.de prohi.feud. alie. per
Fede.ergo dicto §. Titius, non habebit locum in casu,
de quo quæritur. Duodecimò, pars prætendit præfatæ
don Antoniæ minimè actionem cõpetere, cùm præ-
tendat don Vgonem fecisse testamentum, & in eo in-
stituisse suum hæredem don Ioannem, & don Anto-
nium de dictis Castris: vt hæredes præfati don Vgo-
nis, ad quod probandum adducunt, quòd in assensu
regio dicitur, vt intelleximus, dictus Vgo de Cardo-
na, vos dictos don Ioannem & don Antonium hære-
des suos vniuersales institui in terris &c. Vnde succe-
dit text.in clemen.prima.de proba. vbi dicitur, quòd
statur assertioni † principis seu Papæ in his, quæ ab 227
eius facto dependét: vt per doct.ibi. & in cap. si Papa.
de priuileg. in texto & istud etiam corroboratur ex
testibus. dum dicit & prętendit, quòd aliqui testes pro
eorum parte examinati, qui dicebant, quòd don Pe-
trus eisdem testibus dixit, quòd don Vgo condiderat
testamentum. Sed licet ex tenore & lectura met ipsius
scripturæ liqueat responsio: attamen † non omittam, 228
quòd clemen. j. habeat locum inter laicos: nec habet
locum, vbi agitur de præiudicio tertij: prout in casu
præsenti. Ita consuluit Paul.de Castro, in consil. clvj.
aliàs clviij. viso & examinato. Pet. de Anchara. con-
silio cccxlix. præmitto. Deci. consil. cccxxavij. in casu.
in fin. versic. nec isto an princip. & Decius qui allegat
Pet. de Anchara. in dicto consilio cccxlix. & in consil.
ccxxix. stante. & ad propositũ dicebat Decius in con-
silio cxcviij. quòd non statur assertioni principis de
processu coram se agitato: & inter cætera † assignat 229
rationem, quia in casu valde præiudiciali alteri parti,
non sit standum assertioni Papæ vel Imperatoris. al-
legat ea, quæ Abb. dicit in dicta clemen. in fin. de pro-
bat. limitando illum tex. & allegat etiam ad hoc Pau.
de Cast. in dicto consilio clviij. & Anton. de Bur. post
Cald. quem ibi refert in capit. post cessionem. versic.
octauus casus. de proba. Are. in capit. cum à nobis. de
testi. ergo non stabitur assertioni principis, quòd fuit
factum testamentum in præiudicium præfati don Pe-
tri Comitis Colisani. Secundò, dicta regula † clemen. 230
primæ non vendicat sibi locum, quando tractatur de
facto alieno: & pars non fuit præsens nec citata, tunc
non probat: quia probatio contra partem recipi non
potuit, ipsa non citata: quia est defensio, quam prin-
ceps tollere non potest. clemen. pastoralis. de re iudi.

Ita limitat Afflict.in titulo, qui succe.tene. versiculo,
sextò fallit. allegat ita tenere Antoniū de But.in præ-
allegato capit. post cessionem. & quod firmant Mo-
der.in cap.cùm à nobis.de testi. Tertiò, quòd illa cle-
231 men.probat, quando † Papa narrat actum gestum à se
vel saltem ab alio secum. Secus, si narrat factum, quod
scire non potuit, nisi per auditum ab aliis. & ita re-
spondet ad illam clement.Francis.Curt.seni. versicu.
sed diceret aliquis.allegat Ioan. Andr. in regula: non
licet.de regulis iuris.in sexto. Anton.de Butr. & Abb.
in dicta clemen.prima. Ioan.Calde.quem refert & se-
quitur Lap.in dicto cap. post cessionem. Vbi dicit ita
eum cōsuluisse in materia principū Mediolani. Idem
videntur velle Imol.Abbas & Moder. in capit. cùm à
nobis.de testibus: & ibi declarat Francis. de Aret. di-
232 cens esse speciale, fauore † principis, quòd ei soli cre-
datur, præter ius gentium. capit. in omni negotio. de
testib. & si speciale esset fauore principis, quòd ei de-
ponenti credatur de eo, quod audit ab aliis. Cuius te-
stimonium regulariter non valet: vt not.in l. testium.
C. de testibus: duplex concurreret specialitas eodem
fauore: quod esse non debet: vt habetur in l.prima. C.
de dotis promiss. & ista prærogatiua non habet ratio-
233 nem. licet enim crederetur Papæ dicēti audiuisse † ab
aliis: non tamen credendum, quod illi dixerunt, ve-
rum Papæ. & fidem faciant deponendo parte non ci-
tata, quod etiam coram principe non valeret: vt fir-
mat Bartolus in l.filiusfamilias.C. de donat. & in ex-
trauagan.ad reprimendum.in versic.figura.cum simi-
li. & latè Curt. in consilio xxj. ideò cùm rex dixerit:
Ita intelleximus: & sic de auditu ab aliis, cessat funda-
234 mentum partis. Quartò, intelligenda † esset clemen.
prima, quando non esset subreptum principi: quia in
casu præsenti non fuit expressum, quòd Comes Coli-
sani debebat succedere, tanquam maior natu, virtute
inuestituræ: & sic quòd erat præiudicium tertij: quia
tunc Rex magis cogitasset in illo verbo dicere: intel-
leximus. sed quia credebat, vt solùm tractaretur de
interesse suo, id est, ipsius Regis tantùm. Illud intelli-
gere, fuit ad sui informationē: quo casu illud verbum
intelleximus ad nihilum resoluitur, in præiudicium
235 † partis: cùm Rex videatur nunquā velle tertio præiu-
dicare. l.secunda.§.meritò. & §.si quis à publico. ff. ne
quid in loco publico. & in cap.super eodē, de officio
236 deleg.cum vulg. & ideo si † princeps aliquid dat vel
confirmat, semper intelligitur saluo iure alterius. &
dicit Bald. in dicto cap. super eodem. per illum text.
237 quòd † verba semper debēt impropriari potius, quàm
238 præiudicium tertio inferre. & ideo † si Papa conferat
beneficium non obstāte collatione alteri prius facta,
intelligitur de inualida: quia illi derogatum videtur,
vt voluit Compo.in cap. causam. de rescrip. sequitur
Domi.in cap.si postquam. & in cap.quoniam. de præ-
ben. in vj. Alexan. consilio cxxv. viso titulo quæstio-
nis.volum.j. & in consilio xxiij.viso processu. volu.v.
& in consilio tertio. ex his. quæ latè cumulat Deci. in
consilio ccixij. & pro tenui facultate. versic.venio. Et
239 † quòd in dubio non præsumitur principem voluisse
iuri tertij præiudicare, voluit Paulus de Cast. consil.
cl.viso & examinato puncto.quod refert Deci. consi.
240 ccclxxxix.visa longa serie. volum. j. Similiter † quòd
cōcessio principis in dubio semper intelligitur absque
præiudicio tertij: not. Abbas in cap.super eodem, de
offic.deleg.Bald.in l.prima.ff.de constitu. post Oldra.
in consil.cclxviij quæstio est.in princip. Cald. consil.
cxx.& not.Deci.in dicto cap.super eodem: † & etiam 241
si agatur ad rem, non videtur per superiorē iuri tertij
derogari: vt not.in cap.in nostra.ij.not. de rescrip.&
Domi.in cap.si motu proprio.de præbend. in vj.& in
cap. quàm sit. de elect. in vj. & in consilio xcix. super
primo quæstio. Rota in decis.xvj.de præben.in nouel.
facit tex.in l.secunda.de nata.restitu.& quod not.Bal.
in l.si constante.C. de donat. ante nupt. quæ latè cu-
mulat Deci.consil.cclxxiij.viso consil. versic.& pro
fundamēto.& quando † princeps non habet notitiam 242
de iuribus competentibus tertio, etiam si esset appo-
sita clausula: ex certa scientia, illa clausula nihil ope-
raretur. Ita Bald.in l.fin.versic.dicas etiam. C. senten.
rescin.non poss. vbi loquitur, quòd talis clausula ni-
hil operatur in his, de quibus princeps non habet no-
titiam. Idem not. Alex.consil.xxvij. viso processu. vo-
lum.v. Sozi.consilio clxiiij. versic. & respondeo. De-
cius consilio ccclxxiij.viso consil.versi.tertiò respon-
deri potest. & Papa † vel Imperator non potest au- 243
ferre feudum sine causa: secundum Bal.in cap.primo.
de natura feud. & in l. quod à fratre. C. vnde libe. &
dominus feudi non potest gratiam facere in præiudi-
cium agnati.cap.j.si vasa.feu.pri.& etiam ex alio cau-
satur subreptio: quia fuit expositum regi cath. quòd
præfatis don Antonio & don Ioanni spectabant feu-
da Castellatij & Tērenariæ, & alia, quod fuit falsum:
quia non ad ipsos, sed ad don Petrum Comitem Co-
lisani spectabant, vt maiorem natu, & successorem,
vigore dicti priuilegij Regis Federici. Non omitto
† etiam, quòd illud verbū in inuestitura appositum, 244
videlicet, intelleximus, debet intelligi. id est, à vobis
supplicantibus: cum partes illæ erant, quæ supplica-
bant. l.talis scriptura.§.si.ff. de legat. primo. cum con-
cordan. Ex quibus concluditur fructus castrorum &
feudorum præfatorum assignandos & tradendos hæ-
redibus quondam excellentis donnæ Antoniæ, ac il-
los ducatos cccc. solutos pro redemptione dictorum
Castrorum, vnà cum damnis, expensis & interesse,
eisdem hæredibus deberi, vnà cum expensis factis in
molendinis, & fabricis, & aliis in terris prædictis, &
statu præfatæ illustris. Marchionissæ: de quibus in pro-
cessu plenè deductum est. Quibus omnibus sic breui-
ter, quo ad potui ex dilatatis fimbriis longè membra-
nas occupantibus collectis, quę substan[illegible] iure
& in facto deducta sunt pro parte præfatorum illu-
strium hæredum, aduersus præfatam illustrem Mar-
chionissam ruminatis, bene productis, & allegatis per
vtranque partem, per S. Regium Consil. vnà cum in-
teruentu collateralis Regij Consilij, assistēte quoque
illustris. Pro rege, pronunciatum fuit pariter & decre-
tum in modum, qui sequitur: Condēnetur Franciscus
Barba, vt curator quondam illust.donnæ Antoniæ in
damnū filiorum & hæredū præfatæ illust. donnæ An-
toniæ: ad soluendū præfatæ illust. Marchionissæ duca-
tos 21851.tarenū.j.& grana xj.de carlenis pro dotibus
ipsius. Et alios ducatos septem mille, ducentos octua-
gintatres, tarenos quatuor, & gra. duo, pro eius ante-
fato: vnà cum aliis ducatis viginti millibus trecentis
sexagintaocto & gra.xvj. pro interusurio dictarū do-
tium, & antefati, liquidato à die xxiij. Decēbris, anni
1516. in qua fuit ipsis conuentis intimata supplicatio
vsque in præsentē diem: & ex nunc vsque ad effectualē
executionē sententiæ ad rationem annuorum duca-
torum

torum, sex. tarenorum iij. & gra. sex. & denariorũ quatuor, pro quolibet centenario dictarũ dotiũ: necnon & annuorum ducatorum quinque pro quolibet centenario dicti antefati: necnon ad alios ducatos duodecim mille tantùm, pro fructibus perceptis, ex statu ipsius illustriss. Marchionissæ, ab anno 1524. vsque ad annum 1531. à reliquis autem petitis respectu fructuũ dicti temporis absoluatur: & pariter à fructibus, qui prætenduntur percepti ab anno 1531. vsque ad tempus mortis præfati illustriss. don Attalis. Quo verò ad ducatos 2000. legatos eidem Marchionissæ per præfatũ illustrem eius virum, reseruetur melior deliberatio expectanda, tempore quo pronuntiabitur tam super legato, quàm super aliis contentis in compromisso inter dictas partes. Et similiter super assistentia petita super bonis tam Borgensaticis, quàm feudalibus huius regni, possessis per tertios possessores, reseruetur melior deliberatio explicanda, instructis processibus contra præfatos tertios possessores, & partibus ipsis auditis. In causa verò reconuentionis præfata Marchionissa absoluatur ab omnibus in dicta causa reconuentionis contentis, neutram partium in expensis condemnando, &c. ex causa.

SVMMARIVM.

1 *Aduocati plerunque negant piper esse nigrum: & aliquando dicunt esse album.*

2 *Dominus qui debet priuari iurisdictione suorum vasallorum, quos grauauit, intelligitur, vt de illis priuari debeat: & non de aliis, quos non grauauit.*

3 *Subditi seu vasalli grauati debent eximi à iurisdictione domini: non autem priuabitur dominus iurisdictione aliorum, quos non grauauit. & nu. 4.*

5 *Testes rustici & villani, repelluntur à testimonio contra Baronem.*

6 *Domino licet propria authoritate seruum capere, & plagis mediocribus castigare.*

7 *Dominus potest exercere iurisdictionem contra subditos, etiam si negotium & causa eum tangat.*

8 *Dominus an priuari possit iurisdictione vasallorum, non præcedente prius monitione eidem domino facta: vt illos bene tractare debuisset: vide plenè pro & contra: & concluditur, quòd priuari potest, nulla præcedente monitione.*

9 *Dominus dum denegat iustitiam subditis, eosdémque malè tractando, non ex hoc priuatur iurisdictione: sed debet extraordinariè puniri, & interesse reficere damnapassis: etiam si fuerit sæpius requisitus: & id facere recusauerit. & num. 10.*

11 *Dominis non licet in vasallos sæuire, nec eos carcerare indebitè: licet in eos omnimodam iurisdictionẽ habeant.*

12 *Domini malè tractantes vasallos, sunt reprimendi ut non sint tantum audaces ad maleficia perpetranda in plebem & debiles: quia semper sunt hominibus suis infesti, & pleni auaritia, quam de die cogitant, & de nocte somniant.*

13 *Subditi seu vasalli grauati debent eximi à iurisdictione domini.*

14 *Dominus tenetur reddere vices suo subdito, & eius iura conseruare: aliàs meretur nomen domini amittere.*

15 *Iudex debet ex proprio officio prouidere contra dominos malè tractãtes vasallos, etiam quòd vasalli ipsi non conquerantur.*

16 *Domino indistinctè vasallos grauante potest administratio interdici.*

17 *Vasallos pauperes defendere ab oppressionibus dominorum, magna est apud Deum eleemosyna.*

18 *Domini tenentur eorum vasallos ab alienis iniuriis tueri, & non ipsos deuastare.*

19 *Doctores tenentes dominos moneri per superiores antequam priuẽtur iurisdictione, non arctant superiores ad faciendum monitionem præfatam: sed dicunt, quòd possunt monere dominos vasallorum: vt vasallos ipsos benè tractent.*

20 *Domino indistinctè vasallos grauanti, ita etiam indistinctè debet sibi iurisdictionis administratio interdici.*

21 *Dominus malè tractans vasallos, dicitur malo vti substantia sua: & facit se indignum dominari.*

22 *Lex si loquitur negatiuè: puta, si quis non fecerit tale, quòd puniatur in centũ, isto casu quis puniri non potest, nisi præcedente monitione.*

23 *Monitio requiritur ad pœna adiecta commissionem pro facto negatiuo, & sic pro negligentia non adiecto tempore. Et vide pulchra & concludentia exempla ad declarationem præfatorum.*

24 *Monitio fieri requiritur, quando committitur propter moram: non quando committitur propter factum.*

DECISIO CIIII.

MAgnificus Galeatius de Tarsia Calaber, Baro Castri Belmontis prouinciæ Calabriæ, ad querelam quamplurium suorum vasallorum inquisitus per magnam Curiã vicariæ, quòd male & pessime ipsos tractabat: multos & quamplures ex eis minus debitè carcerando, alios iniustissimè torquendo, nonnullos grauibus ac atrocibus iniuriis afficiendo: aliis quamplurimis euaginatis ensibus propria manu vulnera non leuia inferendo: ab aliis autem multas pecuniarum summas sub colore intolerabilium compositionum extorquendo: & cætera faciendo, quæ honestatis causa silentio prætereunda censui. Et dum fuisset seruatis seruandis per eandem magnam curiam eius vita durante in insulam Liparis deportatus, & sua iurisdictione ciuili ac criminali, pariter eius vita duráte in homines Castri præfati priuatus: prouocassétque insuper ad sacrum Regium Consilium, & causa commissa magnifico Ioanni Andreæ de Curtis Regio Consiliario, per quem tandem facta relatione in eodem sacro Consilio. de duobus discutiendum contingit, dimissis cæteris, quæ non multùm consideratè pro parte præfati magnifici Galearij adducta fuère: vt vtar verbis Bald. in repe. l. prima. ff. de offi. assesso. de quo meminit Par. de pute. in tracta. syndi. in titulo de excessi. aduo. dum dixit, quòd semper † aduocati negãt piper esse nigrũ, & aliquando, imò plerunque esse album affirmant. Dum eius aduocati tenaciter asseuerare non cessant, non potuisse priuari iurisdictione omnium vasallorum: sed eorum tantùm, qui grauati ab ipso Galeatio reperiũtur. Dubitatur ergo, an potuerit magna Curia ipsum priuare iurisdictione præfata in omnes suos vasallos ita indistinctè: & quibus nullum grauamen illatum fuisse cõperitur. Secondò, an potuerit priuari iurisdictione præfata, non præcedente prius monitione per superiorem dominum, vt vasallos ipsos bene tractare debuisset, aliàs quòd priuaretur ipsorum iurisdictione.

2 ctione. Et circa primũ † adducebatur, quòd quatenus
potuisset Galeatius ipse priuari seu suspendi iurisdi-
ctione in suos vasallos, eius vita durante: intelligen-
dum esse circa illos tantùm, qui grauari prætẽdeban-
tur: per text. in l. vnica. C. si quacun. prædi. pote. in ver.
ibi, liceat personæ, quam huiusmodi ambitu circun-
uenire tentauerit, confestim cõtestatione proposita,
cum sua suorúmque domo, iurisdictionẽ eius euitare:
imò cùm Baro sit iudex ordinarius & perpetuus suo-
rum vasallorum, non ab re dicendum est, non esse
locum priuationi, sed illi offensæ per eius officiales
cognoscendæ: vt subdit ibi litera: & quidem, si hæc
prauitas ordinarij iudicis erat vniuersa domus eius
ratio, atque omnia, vel ciuilia vel criminalia negotia
quandiu idem in administratione fuerit, vicario com
petant: & dicit glo. in ver. Vicario illius iudicis. & sic
apertè adparet, quòd offensæ factæ in subditos, vel
non, habent vires priuationis iurisdictionis: cùm per
eius vicarium offensi cognoscendi sunt: vel si priuan-
dus erit, tantùm respectu offensorum priuandus erit:
per quem text. dicit Io. Fab. in l. ob Titium. ff. de offic.
3 procon. & leg. quòd vbi † subiectus est grauatus, debet
eximi à iurisdictione domini. & sic ratione grauami-
nis in vnum subditum, respectu illius subditi grauati
agitur de priuatione iurisdictionis: non autem alio-
rum: aliàs sequeretur, quòd ex grauamine illato vni
subdito, semper dominus priuaretur iurisdictione.
Quod non est dicendum, cùm pœna debeat delicto
commensurari: per iura vulg. & in indiuiduo, quòd
quando grauat indistinctè subditos, indistinctè inter-
4 dicatur administratio: & quòd quando † aliquis gra-
uatur, grauatus ipse eximatur à iurisdictione. pulchrè
dicit Io. Fab. in §. fi. instit. de his, qui sunt sui, vel alien.
iur. & probat bene text. in l. si postulauerit. §. iubet. ff.
ad legem Iuliam. de adult. vbi iubet tex. eos homines,
de quibus quæstio ita habita est, publicos esse. probat
text. in constitutione Regni, si vasallus à domino. ibi:
& homo prædictus immediatè ad curiam nostram
pertineat. & sic adparet, quòd si vasallus fuerit offen-
sus, vel verberatus, vel in adulterio, vel defloratione
filiæ, feudatarius non punitur, nisi in amissione illius
hominis. & sic non videtur bene fuisse pronuntia-
tum per magnam curiam: concurrente maximè,
5 quòd omnes † testes deponentes contra ipsum Baro-
nem sunt rustici & villani: quos constitutio regni,
prosequentes, sub rubrica de pugnis sublatis. repellit
à testimonio contra Baronem. Et pro corroboratio-
ne præmissorum, ego non omittam pro ipso Galeatio
dici potuisse, ipsum non ita grauiter teneri de dictis
iniuriis & excessibus in vasallos, cùm ex iuris disposi-
6 tione † liceat domino propria authoritate suum ser-
uum capere, & plagis mediocribus castigare, & idem
licet dominis de hominibus sibi subditis. Ita Baldus
in authentica ad hæc. per illum text. C. de Lati. libe.
tollen. vbi Alexander in additio. inducit in argumen-
tum. l. prima. ff. de his, qui sunt sui, vel alie. iur. & l. j. C.
de emend. propin. & sentit Barto. in l. prima. ante fin.
ff. de iure perso. Spec. in titu. de accusa. §. primo. versi.
7 item secundum Martinum de Fano. quoniam † ipsi
iurisdictionem habent in subditos: cap. Imperialem.
de prohi. feud. alie. per Federic. quam exercere potest
contra ipsos, etiam si negotium & causa eum tangit. l.
quisquis. C. de episco. & cleri. & tenet Specu. in titu.
de feud. versiculu xvj. cum sequenti. & Ioan. Fabr. in
l. j. C. ne quis in sua causa. Secundò aduocati † præfati 8
Galeatij adducebant non potuisse præfatum Galea-
tium priuari iurisdictione, non præcedente prius mo-
nitione superioris domini sibi facta, vt vasallos bene
tractare debuisset, sub pœna priuationis: prout inquit
Bald. in cap. j. §. publicè latrones. de pace tenen. quem
ibi communiter sequuntur scribentes. hinc dixit Bal.
in authentica statuimus. C. de episco. & cleri. † quòd 9
dum dominus denegat iustitiam subditis, ipsósque
malè tractat, non ex hoc priuatur iurisdictione, sed
debet extraordinariè puniri, & interesse reficere dãna
passis, etiam si fuerit sæpius requisitus, & id facere re-
cusauerit. imò Ias. in authen. qua rem. C. de sacrosanc.
eccle. ampliat, vt requiratur, quòd præcedat trina
monitio ad hoc, vt † priuari possit: & melius Iacob. in 10
sua inuestitu. in versi. Marchio. versiculo: quare etiam
ponamus. & vltra præallegata per præfatos causa-
rum patronos, videlicet, quòd debeat præcedere mo-
nitio ad effectum, vt priuari possit. tenet Afflictus se-
cutus præmentionatos, in dicto §. publicè latrones.
Idem tenuit Alexander de Imol. in l. si mora. ff. solu.
matr. & in l. diuortio. §. si fundum. ff. eodem titu. Fely.
in cap. secundo. de magi. & Ias. in l. secunda. C. de iur.
emphy. in quæst. cap. Quibus quidem non obstanti-
bus, contrariam sententiam arbitror de iure verio-
rem: cùm † minimè liceat domino in vasallos sæuire, 11
nec eos carcerare: licet in eos iurisdictionem habeat
omnimodam: per l. libertos. C. de obse. patro. præstan.
ibi, neque vincula perpeti: & ita per illum text. tenet
Amenel. in suo sing. incipiente: casus est in princ. hinc
dixit pulchrè Angel. in l. sancimus. C. de pœnis. tales
† dominos esse reprimendos, vt non sint tantum au- 12
daces ad maleficia perpetranda in plebem & debiles:
quia semper sunt hominibus suis infesti & pleni aua-
ritia, quam de die cogitant, & de nocte somniant: vt
refert Petrus de Antiboli. in suo tract. munerum. ver.
quia veri domini. Et sic † nõ immeritò subditi sic gra- 13
uati debent eximi à iurisdictione domini: vt dicit Io.
Fab. in l. vnica, per illum textum. C. de offic. Comi. sa-
cri Pala. & in l. prima. C. si quacunque prædi. potesta.
per text. in l. si postulauerit. §. iubet. ff. de adult. & est
bonus text. in c. primo. de for. fide. vbi † adparet, quòd 14
dominus debet reddere vices suo subdito, & eius iura
conseruare, aliàs meretur nomen domini amittere:
vt inquit Baldus in consilio ccccxxxix. in tertio volu.
quòd quidem procedat, etiam † si subditi de hoc non 15
conquerantur: iudex tamen ex suo officio prouidere
debet. l. illicitas. §. ne potentiores. versi. nec innocen-
tibus. & ibi idem Baldus. de offic. præsid. & Ioan. Fab.
allegat Speculum in titulo de renunciatio. §. primo.
versic. priuata. & idem Ioan. Fab. in §. fin. instit. de his,
qui sunt sui vel alie. iur. subdens † quòd si indistinctè 16
grauaret eos, potest domino interdici administratio.
& Bart. in l. prima. quæstione vlti. de iur. perso. Guido
papæ. in quæstione lxij. & plenè Albericus de Ros. in
l. bene à Zenone. C. de quadrien. præscrip. Quinimò
† magna erit apud Deum eleemosyna istos pauperes 17
defendere: vt dicit Baldus in præfato. §. ne potentio-
res. quia qui alium facientem prohibere ab officio
habent, id ipsi committere non debent. l. altius. ff.
si serui. vend. † maximè cum teneantur ipsi domini 18
eorum subditos ab alienis iniuriis tueri & defende-
re, & non ipsos deglutire: vt inquit Baldus in capitulo
primo. §. Marchio. ver. extrà quæro. qui feu. dare poss.
hinc

hinc Sozin. in consilio cclxxij. in ij. vol. versi. ista con-
clusio, nō dicit, quòd superior dominus debeat ipsum
baronem monere vt desistat à malo regimine seu tra-
ctamento vasallorum: & ipsos bene tractet sub pœna
priuationis feudi. Sed dicit, quòd bene potest ipsum
19 monere: & allegat Baldum & Aluaro. ita † tenere in
dicto §. publici larrones. & expressius tenet Iacob. de
sancto Georgio in authentica qui rem. C. de sacrosan.
eccles. post Paulum de castro ibi & Ias. ibidem. Franc.
Curt. iun. in tracta. feu. versi. quæro igitur in primis. &
in suo consilio cxxxviij. nume. 1. 2. 3. & 4. licet teneat
ipsum dominum non priuari suo dominio: & Iaco. in
suo tract. de homag. versi. Marchio. & Bonus de Curti.
in suo tractatu nobili. tertia parte. numero 210. & Gu-
lielmus Benedi. in repe. cap. Raynutius. numero 971.
& Baldus in consilio cccexxxix. circa medium. versic.
item quando feudatarius. & licet præfati magnifici
aduocati ipsius Galeatij allegent pro se Ioan. Fab. in
§. fin. instit. de his, qui sunt sui vel alie. iur. dicentem,
quòd si indistinctè dominus grauaret vasallos, ita in-
distinctè potest ei administratio interdici: tamen di-
ctum præfatum Ioan. Fab. adparet manifestè contra
20 eos, & non pro eis, dum apertè dicit, † quòd si indi-
stinctè grauaret, prout inquisitus iste faciebat indif-
ferenter: ita & indistinctè fuit sibi administratio in-
terdicta. Idem tenet Alber. de Rosa. in l. bene à Ze-
none. ff. de quadri. præscri. & suffragatur satis ratio-
21 nabilis ratio, quòd dominus † ita malè tractans va-
sallos, dicitur malè vti substantia sua, & facit se indi-
gnum dominati: vt dicit Bald. in cap. primo. qualiter
dominus proprie. feud. priue. argumento. l. Impera-
tor. ff. ad Trebel. & cap. fin. de recusa. & alibi Baldus
in l. dominus. §. primo. ff. de his, qui sunt sui vel alie.
iur. sumens in argumentum sequendo Cynus. & Gui-
lielmus, idem tenet & sequitur Iacobus Rebuf. in l.
ciues. la prima. versiculo, faciunt argumentum ad
quæstionem. C. de incol. libro decimo. Et quando sit
necessaria monitio ad hoc, vt quis pœnam incurrat,
reperio quòd Innocentius in cap. extirpandæ. extrà,
22 de præbend. dicit † quòd si lex loquitur negatiue, puta:
si quis non fecerit tale, puniatur in centum: isto casu
quis puniri non potest, nisi præcedente monitione. &
idem tenet ibi Ioan. Andræ. Hostien. Anton. de Butr.
Abb. & Imol. in dicto cap. extirpandæ. Domi. de san-
cto Gemin. in cap. licet canon. §. primo. de electio. in
23 sexto. & ideo † monitio requiritur ad pœnæ adiectæ
commissionem pro facto negatiuo, & sic pro negli-
gentia non adiecto tempore: vt quia constitutio dicit,
quòd clericus non residés excommunicetur, vel non
soluens collectam, puniatur in duplum: secus, si pro
facto affirmatiuo, vt puta quòd furans, vel ingrediens
talem locum puniatur. Ita exemplificant Inno. & cæ-
teri præallegati. & vlti. Alexan. in l. si ita stipulatus. la
grande. ff. de verbo. obligatio. & sic secus erit, quando
lex loquitur affirmatiuè: puta, si qui percusserint cle-
ricum, vel accesserint ad moniales, sint excommuni-
cati, quia non requiritur eo casu monitio. Ita consu-
luit Card. in suo consilio lvj. venerandus &c. Baldus
in l. & si post tres. in lectu. si quis cautio. & in authen.
hoc amplius. C. de fideicom. Archid. in cap. propter.
xviij. distin. & omnes præfati in dicto cap. extirpādæ.
24 & sic concludit in effectu Inn. quòd † monitio requi-
ratur, quando pœna cōmittitur propter moram: non
quando committitur propter factum. & idem firmat

Bald. in l. prima. ff. de his, quibus vt indignis. & ita etiā in particulari concludit Iac. de S. Geor. in præfato suo tracta. feud. in versic. Roy. dis. in fin. tracta. vbi ex verbis suis seu dictis infert, hanc esse suam opinionem, seu hoc esse dictū suum tacito authore, videlicet Lud. Roma. qui ita in specie decidit distinguendo, in l. j. §. in cognitione. ff. ad sena. consul. Sylla. bene tamen esse posset, quòd Iacobus ipsum non viderit: & quòd ex se ita dixerit. Quo verò ad id, quòd per magnificos aduocatos dictum fuit, rusticos & villanos inductos contra baronem non probare, per constitutionem, prosequentes. sub rub. de pugn. subla. per quam requiritur certa qualitas & numerus testium, ad hoc, vt in criminalibus probationem facere possint contra baronem: quod non est in casu, de quo agitur, cùm magnificus Galeatius iste non possit dici Baro, vt gaudere possit priuilegio dictæ constitutionis prosequentes cum Baro dici non possit, nisi dominus, habens sub se feudum seu castrum, continens sub se feudatarios vasallos habentes feuda quaternata: aliàs Baro dici non potest. Ita dixit And. de Iser. in constitutione regni, si post mortem, sub rub. de renun. mor. Baro. idem And. in constitutione regni: si aliquis Baro. sub rub. de constit. Doc. & in propriis terminis magis in specie in dicta constitutione, si post mortem. inquit formaliter, quòd ille Baro dicatur, à quo tenetur feudum quaternatum, vel castrum. & idem firmat Andr. in cap. j. §. similiter. de capita. qui cur. vend. vbi in propriis terminis decidit, quòd ad hoc, vt quis dici possit Baro, ad effectum, vt gaudere possit priuilegio dictæ constitutionis, prosequentes. requiritur quòd habeat sub se sub feudatarios habentes feuda quaternata, vel quòd habeat castrum à principe in baroniā, aliàs non poterit dici Baro. & idē consulendo voluit Deci. in suo consi. cccexc. viso casu proposito. & quamplurimis aliis in tertio volum. Ex quibus præmissis & eorum singulis fuit pronuntiatum, per sacrum regium Consilium communi voto bene pronuntiatum per magnam curiam vicariæ. & ita executum fuit.

SVMMARIVM.

1 *Principis assertioni dicentis aliquem fuisse sibi rebellem, nō est standum, ex quo tractatur de præiudicio tertij: & ideo non debet credi, etiam si id assereret motu proprio, & ex certa scientia, & de plenitudine potestatis. & nu. 2.*

3 *Clausula, ex certa scientia, non operatur nisi in his, in quibus præsumitur habere scientiam: secus, si ignorantiam.*

4 *Declaratio talis, parte non citata, nulla est, etiam si sententia foret.*

5 *Principis intentionis est, ne vnde iniuriarum actio oriatur, vnde iura nascuntur.*

6 *Citationis obmissio. facit vt etiam per principem non præsumatur.*

7 *Principis assertio sine causa cognitione nulla est.*

8 *Princeps non potest sine causæ cognitione feudum vasallo auferre.*

9 *Principis assertioni statur, quando attestatur de facto proprio: secus, si de facto alieno. & ita intelligenda est clem. j. de proba.*

10 *Et si staretur dicto principis, esset in eius potestate, priuare quem maluerit suo iure, etiam sine causa cognitione:*

tione: imò etiam absque causa ex sola eius assertione. quod absurdum satis videtur.

11 Principi nec regi attestanti per suas literas, aliquem fuisse sibi rebellem, vel proditorem, stari debet. & quòd ideo sibi feudum auferat, & alteri concedat: quia eo casu adparet testificari in causa propria.

12 Testis idoneus esse potest in causa propria.

13 Notoria dum non est rebellio, requiritur de necessitate sententia.

14 Sententia ipsa requiritur priuatiua in allodialibus pro ipsa dominij perditione, nedum pro auocanda possessione.

15 Capitula regni edita contra rebelles, habent locum cõtra notorios rebelles facti permanentis.

16 Notoria plura sunt, & in duobus ex eis non est necessaria sententia, vt in notorio quod committitur actu permanente, & in notorio quod committitur iudice pro tribunali sedente.

17 Sententia vbi requiritur à lege, notorium non operatur effectum sententiæ.

18 Bona si per delictum veniebant publicanda, non ipso iure, sed per sententiam, & princeps de facto priuauit, bona ipsa alienando, si demum restituit in pristinum statum inquisitum, poterit restitutus agere rei vendic. contra possessores bonorum, etiam si fuissent alienata cum beneficio l. bene à Zenone.

19 Culpa vasalli, quando est talis quòd feudum non ipso iure, sed per sententiam amitteretur, si ante sententiam latam remittatur culpa, non poterit amplius sententiari de eo quod iam remissum est, cum sit sublata culpa. & num. 61.

20 Sententia non potest ferri contra rebellem post eius mortem, nisi pro delicto ipso memoria defuncti damnaretur, vt si esset in crimine perduellionis, in quo solo damnatur memoria defuncti, & non in alijs. & numero 21.

22 Ius accusandi & damnandi memoriam defuncti in dicto crimine, non durat nisi quinquennio.

23 Introitus annales concessi per principem, non possunt dici de regalibus.

24 Gabella postquam est imposita per principem, eius exactio non est quid regale.

25 Crimen læsæ maiestatis incurritur per iuramentum hosti præstitum per feudatarium, & capitaliter punitur.

26 Iuramentum præstitum regi per Burgensem, non ratione feudi, sed iurisdictionis, non dicitur iuramentum fidelitatis, sed iuramentum assecurationis.

27 Feudatarius tenetur in plus per iuramentum ligij, cum teneatur ad sex, sed Burgensis ad tria tantùm.

28 Et plurimum refert, si collectiuè aut distributiuè iuretur.

29 Transfuga quis dicatur, & vide duplici modo.

30 Bona num possint preseruari a publicatione, ex necessitate per vltra ex causa delicti.

31 Prohibita alienari, non publicantur per delictum.

32 Bona, quæ non possunt transire in extraneum, non possunt transire in fiscum, qui loco extranei habetur.

33 Rebellis quis dicitur per iuramentum præstitum hostiis inuasoribus.

34 Principis priuilegio, in quo declarauit quem rebellem cum manu questoris standum est.

35 Subrogatum semper sapit naturam eius, in cuius locum subrogatur.

36 Bona semel ab indultu exclusa, sic perpetuo exclusa remanent.

37 Homo præsumitur viuere vsque ad annos lx. imò centum.

38 Fideicommissum, per quod prohibetur alienatio bonorum, videtur factum fauore hæredum institutorum, ne dissiparent.

39 Prohibitus alienare ob sui fauorem, delinquendo habet fiscum in successorem.

40 Alienatio bonorum dum adparet prohibita per contractum duntaxat, non ex hoc videtur prohibitus alius contractus alienationis.

41 Contrahere licet non possit, cui est interdictum bonis, tamen delinquendo alienat.

42 Alienatio licet sit prohibita per contractum: tamen permittitur alienatio alio modo, vt per testamentum.

43 Feudum concessum cum pacto, quòd ex sui culpa priuari non possit, intelligitur non procedere, vbi culpa consisteret in committendo.

44 Remitti nullatenus potest id, quod debetur iure personæ: non autem id, quod debetur respectu rei concessa.

45 Bona regalia concessa per regem, licet non in feudum: tamen sine consensu regis fortè alienari non possent.

46 Filius quantumcunque prohibitus, vsque ad legitimam sibi competentem sine onere, potest de bonis prohibitis alienare.

47 Fisco si post sententiam est acquisitum ius in re, ita quòd ipsa alienari non potest: multo fortius id erit post apprehensam possessionem per fiscum, seu alium, de eius mandato.

48 In crimine læsæ maiestatis, eo commisso, bona sunt affecta, ita quòd alienari non possunt: & taliter delinquenti est interdicta administratio.

49 Bona rebellium in crimine læsæ maiestatis ipso facto trãseunt in fiscum, virtute capitulorum regni. Et dicitur delictum notorium, dum de eo constat ex actis. & numero 56. & 57.

50 Processus, in quo adparet aliquod ius, cuius via actum non est, non attenditur.

51 Clausula, omni meliori modo petens &c. non porrigitur ad non expressa in libello.

52 Attendi debet veritas vbicunque pateat, attamen vbi conuentus non poterit se defendere, non attenditur talis veritas.

53 Fideicommissum dum non adparet ab honorato fuisse acceptatum, & consequenter ad extraneos non est transmissum, actori actio ad fideicommissum competere non potest.

34 Assertioni cuiusuis principis etiam Imperatoris declarantis aliquem fuisse sibi rebellem, an standum sit: & an probatio in contrarium admitti possit.

55 Feudatarius vasallus committens felloniam, feudum quo ad vtile dominium amittit ipso iure, verùm quo ad possessionem auocandam, requiritur sententia: sicut in crimine læsæ maiestatis.

58 Sententia non requiritur in proditore manifesto & publico: sed in occulto non potest damnari, nisi fuerit confessus seu conuictus: & ad suas defensiones admissus. & quòd capitula regni ita intelliguntur.

59 Ante sententiam declaratoriam contra rebellem, dominus se intromittere non potest in corporali possessione feudi, nec feudum ad se aduocare absque causa cognitione, & non facta prius declaratione super priuatione feudi.

Omnia

60 *Omnia iura mundi disponentia pro aliquo crimine imponi pœnam ipso iure, intelliguntur mediante sententia declaratoria: aliàs non poterit pœna locum habere.*

62 *Sententia priuatoria requiritur pro priuatione dominij rei allodialis, & non feudalis: nec posset aliter Rex priuare. & num. 63.*

64 *Assertioni soli cuiusuis principis etiam Imperatoris, dicentis aliquem suum rebellem, & ideo eius bona alij concessisse, stari non debet: & quod speciale est hoc in solo papa.*

DECISIO CV.

MAgnifica Portia Surgent. nobilis Neapolitana, prætendens annuos reditus ducatorum 200. quos tenet Magnificus Vrsanca, secretarius illustriss. Pro regis regni Neap. virtute cessionis & venditionis sibi factæ per concessionariũ præfatorum introituum, ad ipsam spectare, tanquam vnam ex successoribus quon. nobilis Ferdinandi sancta fe, in causam traxit eundem secretarium in foro sacr. regij Consilij, asserendo nullum legitimum rebellionis documentum adparere contra præfatum quon. Ferdinandum, per quod rebellis reputari potuisset, & suis bonis, maximè prædictis, priuari. Nam quatenus ad probationem iuramenti homagij per ipsum, vt prætenditur præstiti tempore obsidionis Neapo. Duci Gallorum, Domino de Lotrech, producta fuit partita cuiusdam memorialis, seu libretti, scipti vt dicebatur manu magnifici Aurelij fisci patroni, illius Ducis, in quo asserebatur annotari nomina iurantium homagium: licet partita ipsa nõ adpareat extracta à suo originali, sed à quibusdam processibus inquisitorum de rebellione, cui deferendum non est, eum vltrà quòd scriptura ipsa non probet delictum, vt tenet Cyn. & communiter omnes, in l. fin. C. de probatio. nulla adparente in eo solenni forma prout a iure requiritur: & minimè suffragari posse videtur prætensa procuratio seu mandatum ciuium Neapol. degentium in ciuitate Surrenti, in personam præfati Ferdinãdi ad præstandum homagium prædictum, cum chartula priuata sit, & nulla fide suffulta. Nec ideo opitularetur assertio quondam illustrissimi principis Orangiæ in concessione primo
1 loco facta Ioanni de Ventola † de præfatis annuis introitibus, dum asserit ob rebellionem præfati quon. Ferdinandi concedere, ex quo dum tractetur de præiudicio, ei credendum non est: etiam cum clausula, ex certa scientia, motu proprio, & de plenitudine potestatis. vt not. Abb. in cap. causam, quæ. el secundo. de testibus. post Hostien. & alios ibi. & plenè Deci. in suo consilio xxiij. viso puncto. & hoc de clausula: mo-
2 tu proprio. & idem † dicendum est de clausula, ex certa scientia, vt nihil operetur in præiudicium tertij: vt consuluit Paulus de Castro, in consilio clx. quæstio ista vertitur: in fin. & not. Bald. in prælud. feud. versic. Item dicit Andræ. de Iser. & Aret. in consilio xix. Re-
3 uerendissime Domine. quia † clausula ipsa, ex certa scientia, non operatur nisi in his, in quibus præsumitur princeps habere scientiam: secus, in quibus præsumitur habere ignorantiam, sicut in his, quæ in facto consistunt: vt not. Bald. in l. fin. C. senten. rescin. non pos. refert. & sequitur Alexand. consilio ccccxliiij. in tertio volumine. Hinc considerandum arbitror, nullam citationem præcessisse contra præfatum Ferdinandum, ante ipsam rebellionis assertionem, factã
per ipsum principem: quo casu declaratio † ipsa nul- 4
liter facta est, etiam si sententia foret: per l. primam. §. ex hoc edicto. C. si per vim vel al. mo. & consuluit in terminis Calde. in consilio viij. sub titu. de re iudi. & not. Abb. in cap. primo. vlt. no. de cau. poss. & propri. vnde ab omni iuris tramite deuiaretur, si simpliciter stari posset verbis Imperatoris aut regis in præiudicium alterius, non præcedente citatione, & causæ cognitione, quia in effectu priuaretur quis dominio & iure suo: & videretur, quòd Imperator ad id processerit ob sinistram informationem seu relationem alte-
rius contra inauditum & indefensum, cum † inten- 5
tionis suę sit, ne inde iniuriarum oriatur occasio, vnde iura nascuntur, vt Imperator met testatur in l. meminerint. C. vnde vi. & consuluit pulchrè Alexand. in
consilio xj. aliàs consului in sexto volu. & cum † stan- 6
te citationis obmissione non præsumatur pro principe: vt not. Abb. in cap. primo. de cau. poss. & pro-
prie. & sic cùm non † adpareat causæ cognitionem in- 7
teruenisse, talis assertio seu declaratio redditur nulla: vt dicit Bartol. in l. prolatam. C. de sent. in fin. quem refert & sequitur Calder. in suo consilio vlti. sub titu. de re iudi. Petr. de Ancha. in consilio lxxxiij. visis diligenter actis. & in consilio clxxxviij. visis consiliis. &
quòd non possit † princeps absque causæ cognitione 8
feudum à vasallo auferre, & quòd eius assertioni non stabitur, inquantum vasallum ipsum sibi rebellem enũtiauerit, seu quod aduersus ipsum principem crimen læsæ maiestatis commiserit, consuluit in terminis Cardi. in suo consilio cxxviij. in quæstione, quæ vertitur inter Andræam. circa princip. & hoc quia textus in clementina prima. de probation. vendicat
† sibi locum, quando attestatur de facto proprio, se- 9
cus si de facto alieno: prout in casu præsenti. & idem consulendo tenet Dominicus in consilio liij. pro responsione. & ideo cum de citatione nulla mentio
facta fuerit, adparet citationem † minimè interue- 10
nisse. & sic si staretur dicto principis, esset in eius potestate priuare, quem maluerit suo iure, & sine causæ cognitione, imò & absque causa, ex sola eius assertione: quod quidem satis absonum & absurdum esse adparet, prout commemorat Felyn. in cap. quæ in ecclesiarum. extrà de constit. hinc decidit in particulari Andr. de Iser. in cap. primo. in prin. ad fin. quo tempo.
mil. quòd nec Regi nec Principi † attestanti per suas 11
literas seu priuilegium, aliquem fuisse rebellem seu proditorem suum, stari debet, & quòd ideo sibi feudum auferat & alteri concedat: quia eo casu adparet,
principem ipsum testificari in causa propria, in † qua 12
nemo idoneus testis esse potest, per l. nullos. ff. de test. & in l. in omnibus. C. eo. tit. Nunc autem dato absque veri præiudicio, quòd de rebellione præmentionata liqueret, adhuc bona ipsa non possent dici publicata, taliter vt recuperari non possint, præsupposita qualitate delicti, & bonorũ prædictorũ, cum non existat rebellio ipsa notoria: prout minimè notoria in priuilegio concessionis mẽtionatur, & quon. Ferdinandus prætẽsus rebellis nõ erat feudatarius, nec feudalia tenebat: imò expressè cautum est in cõcessione dictorũ bonorũ facta per principẽ Orangię per hæc verba: videlicet, donec declaratio dictæ rebellionis sequatur,
& sic non erat notoria, sequitur † quòd erat necessaria 13
senten

ſententia: vt dicit pulchrè Andr. de Iſer. in cap. ſanci-
mus. el ij. quo tempo. mil. Luc. de pen. in l. cùm allega-
tis. ver. vt omnium dicta ſaluentur. C. de remil. lib. xij.
& in l. quiſquis. C. de per. bono. ſubla. libr. x. & dicta
14 ſententia † requirebatur priuatiua; quia bona ſua, &
de quibus agitur, erant allodialia, quorum Ferdinan-
dus erat directus dominus, quo caſu erat ſententia
neceſſaria pro ipſa perditione dominij, nedum pro
auocanda poſſeſsione, vt bene declarat Luc. de pen.
in præfata l. cum allegatis. ver cæterum. per text. in l.
quæſitum. ff. qui, & à quib. cum aliis per eum allegatis.
& idem ante ipſum dixit Andræ. in §. ſi autem dixerit.
verſi. ſed ſi hoc verum. quo tempo. mil. Idem ſequitur
Affli. in conſtit. regni, ſi dubitatio. circa medium. &
Capiti. in cap. Imperialem. §. validis. verſicu. quinta
concluſio. de prohib. feu. alien. per Federic. in quibus
etiam locis præfati Capi. & Affl. & Luc. de pen. in di-
cta l. quiſquis. C. de peri. bon. ſubla. & in apoſtilla ad
cap. regm: nuper apud Tranum. quod eſt Caroli. pri-
mi, de qua meminit Capi. in loco præallegato. & etiá
15 Neapoda. in apoſtilla ſua ibidem, dicunt, quòd † capi-
tula regni loquuntur contra notorios rebelles, & in
notoria rebellione facti permanentis: quam exem-
plificat in eo, qui cum hoſtibus publicè commora-
tur, vel tenet caſtrum publicè rebellatum: quæ exem-
pla ante eos poſuerat Andræ. in dicto cap. ſancimus,
16 el ſecundo. ſubdens, quòd † plura ſunt notoria, & in
duobus ex eis non eſt neceſſaria ſententia: vt in noto-
rio, quod committitur actu permaneote, & in noto-
rio, qnod committitur iudice pro tribunali ſedeote,
& ſic etiam, ſi vera fuiſſet rebellio prædicta: quia non
notoria, & facti permanentis, non fuiſſet ſufficiens ad
dicti dominij perditionem, nedum ad ipſius poſſeſ-
ſionis auocationem, cum ſimus in allodialibus, in
quorum dominij perditione, cum ſit neceſſaria ſen-
tentia priuatiua, per ſuprà allegata, non poſſet etiam
de aliquo notorio argui: nam † vbi lex requirit ſen-
17 tentiam, notorium non operatur effectum ſententiæ;
vt latè proſequuntur Moder. in cap. primo ij. not. de
eo, qui interfec. fra. domi. ſui. & ideo ſi Ferdinandus
præfatus hodie viueret: quia non reperitur condem-
natus de rebellione prætenſa, ante indultum, in quo
comprehenſus fuit, abſque dubio recuperaret, poſt-
quam contra ipſum aliter non fuit lata ſententia, &
quæ amplius ferri non poſſet ex cauſa indultus præ-
fati: prout in ſpecie dixit Afflic. in cap. primo. in verſi,
quæro, ſi bona per delictum. de vaſal. decrep. ætat. vbi
18 Andr. ibidem ſentit, concludendo, quòd † ſi bona per
delictum veniebant publicanda, non ipſo iure ſed
per ſententiam, & princeps de facto priuauit bona
ipſa alienando: ſi demum reſtituit ipſum inquiſitum
in priſtinum ſtatum, poterit reſtitutus agere rei ven-
dicatione contra poſſeſſores bonorum, etiam ſi prin-
ceps bona ipſa alienaſſet cum beneficio l. bene à Ze-
none. ſubdens hanc limitationem ad legem illam,
eſſe menti tenendam. hoc ipſum tenet ibi expreſsè
19 Andr. ſubdens † quòd quando culpa eſt talis, quòd feu-
dum non ipſo iure, ſed per ſententiam amitteretur,
ſi ante ſententiam latam remittitur culpa, non pote-
rit amplius ſententiari de eo, quod iam remiſſum eſt
culpa enim ipſo iure ſublata eſt per remiſsionem. Al-
legat l. ſi vnus. §. ſed ſi pactum. ff. de pact. Ita formali-
ter Andræ. in dicto cap. primo. de vaſal. decrep. ætа. in
princ. verſi. ſi per ſententiam. maximè, cum in indul-
tu formaliter contineatur, ita vt pro ipſis culpis &
delictis & criminibus, nullo vnquam tempore poſsit
per nos, aut quoſuis alios officiales noſtros accuſari,
moleſtari, inquiri, in iudicium trahi, directè vel indi-
rectè, realiter vel perſonaliter, aut alia quauis ratio-
ne cognita vel incognita. & infrà ſubdit; nobis & re-
gio fiſco ſuper prædictis omnibus, perpetuum ſilen-
tium imponimus, & contrarium agendi omnem po-
teſtatem abdicamus, caſſantes &c. vnde liquet, parti-
tam prætenſi memorialis ſeu libretti nullum in ſe le-
gitimum continere documentum, ſeu adminiculum,
cum nullam probationem inducat: præſertim cum
exemplata dicatur à proceſsibus inquiſitorum de re-
bellione: quia proceſſus, vt iam liquet, tempore extra-
ctionis partitæ prædictæ, poſt litem motam, virtute
clauſulæ prædictæ, caſſantes &c. reperiebantur caſſati
& aboliti. viribuſque omnibus euacuari, parte non
citata, prout de iure requirebatur: ſecundum Baldum 20
in authentica. ſi quis in conſcribendo. C. de pactis.
Quinimò & plus ceſſante † dicto indultu, non poſſet
amplius dicta ſententia ferri, per mortem dicti Fer- 21
dinandi ſubſequutam; per quam omnis reatus præ-
tenſæ rebellionis † extinctus adparet, ceſſante omni-
no crimine perduellionis, in quo ſola memoria de-
functi à crimine dãnatur; non in cæteris criminibus
læſæ maieſtatis: vt eſt tex. in l. fin. ff. ad lega. Iul. maieſt.
imò etiam & ſi eſſemus in crimine perduellionis, ad-
huc non poſſet amplius ferri ſententia, quæ hactenus
lata non fuit, ſtante lapſu annorum xij. ne dum quin- 22
quennij, poſt mortem dicti Ferdinandi; cum vera ſit
iuris concluſio †, quòd huiuſmodi ius accuſandi &
damnandi memoriam defuncti in dicto crimine non
duret, niſi quinquennio: argum. l. ſecunda. C. de apoſt.
ſecundum Angel. in tracta. malef. verſic. & hai tradita
la tua patria. numero 17. & Roma. quem ibidem re-
fert Auguſtinus in additionibus ad Angel. allegat in
ſingu. ſuis. cccxxxix. corruptè tamen, quia eſt in num.
431. per gloſſ. ſingu. in l. Manichæos. de hæret. Nec ob-
ſtaret dicere, quòd bona prædicta fuerunt alienata
& conceſſa Ioanni de Ventoſa, quia non tractatur de
præiudicio ipſius Ioannis, ſeu cauſam habentis ab eo,
cum conceſsio prædicta modico tempore durauc-
rit, & bona ipſa ad regiam curiam reuerſa, & ſecundo
loco conceſſa per Principem Orangiæ Alphonſo de
Gaioſa. non dependent à præfato Ioan. de Ventoſa,
tanquam bona ad ſe ſpectantia per rebellionem præ-
fati Ferdinandi, non vt ei deuoluta per mortem, vel
aliter, ex perſona dicti primi ceſsionarij. & ſic non eſt
vis facienda de dicta prima alienatione, ad excluden-
dum dicta bona, vt alienata à præfato indultu: cuius
tempore nõ eſt etiam probatum, fuiſſe penes dictum
conceſsionarium, cum intentio ſuæ Cæſ. maieſt. exclu
dentis bona alienata ab indultu prędicto clara fuerit,
ne tertio præiudicaret. & ideò in declaratione ſua di-
citur, De los bienes ayenados, en que ya era aquirido
a otros derechyoi. & ſic non videtur fuiſſe eius inten-
tionis per dictum pleniſsimum indultum voluiſſe
ſibi præiudicare, cum latiſsima fieri debeat interpre- 23
tatio contra concedentem: per l. fi. de conſtit. prin. &
minimè † ſuffragaretur dicere, ipſos introitus dici
poſſe de regalibus: cum ita introitus præfati dici non
poſsint; vt pulchrè dicit Loffre. in ſuis paraphr. feud. in
§. filij. ſi de feu. defun. mil. verſicu. vij. conſidero vbi in
pedagio ſeu gabella dicit, quòd eſt de regalibus quo
ad im

ad impositionem. & ita procedere c.primum,quæ
sint regal.vt dicit Luc.in l.quia talia.C. de re mili.
24 libr.xij.sed postquàm * gabella est semel imposita
per principem, eius exactio non est quid regale,
seu tale, quòd non veniat in concessione. Ita in
particulari consuluit Cum. in consilio clxij. visa
copia priuilegiorum. & Loffre. vbi s. concludens
restitutionem principis comprehendere regalia:
tamen quando introitus prædicti essent de regalibus,
adhuc non esset verendum in dicto indultu
comprehendi, considerata etiam sententia regiæ
cameræ, lata in fauorem præfati Ferdinandi
contra fiscum, super restitutione introituum
maioris fundici regiæ dohanæ, qui fuerunt quon.
Federici sancta fe, fratris patruelis præfati Ferdinandi,
qui sunt in omnibus & per omnia eiusmodi.
Ex qua sententia infertur, quòd præfatus Ferdinandus
fuerit vel innocens, vel restitutus. Et tandem
dum Magnific. Hieronymus Bimontius, maritus
& aduocatus actricis, multa ac quamplura
ex præmissis allegasset, concludebat tandem præfatum
quon. Ferdinandum nō fuisse feudatarium:
ex quo Luc. de pe. in l. deuotum. C. de epid. & met.
25 libro duodecimo. dum * dicit per tale iuramētum
hosti præstitum, incurri crimen læsæ maiesta. &
ideo capitali pœna plectendum, loquitur in feudatario,
vt liquet ex verbis, non autem in Burgense
per iuramentum præstitum Regi, non ratione
26 feudi, * sed iurisdictionis: nam tale iuramentum
non dicitur fidelitatis, sed iuramentum assecurationis,
de quo in constitution. regni, domini à vasallis
& magna est differentia inter feudatarium
27 & Burgensem, cum feudatarius * teneatur in plus
per iuramentum ligij, cum teneatur ad sex, de quibus
in capi.j.qual.vasal.iura.deb.fidelit. Burgensis
autem tenetur ad tria duntaxat, de quibus ibidem.
Item non iurat ipse personaliter, sicut feudatarius
in manibus Regis, & primi domini, sed ciuitas per
syndicum iurat, quo casu reatus periurij non transit
in singulos de vniuersitate, vt plenè exnsditur
Afflict. in dicto capitulo primo. qual. vasall. iura.
deb. fidel. versi. sed iuxta hoc quarto. & plurimum
28 refert, si collectiuè * aut distributiuè iuretur; vt
plenè Raynaldus in suo cnmpreben. feud. in capit.
Imperialem. §. præterea ducatus. de prohib. feud.
alien. per Federic. vbi dicit, quòd si collectiuè præstetur,
vnicum erit vasallaticum, quando autem distributiuè,
plura erunt vasallatica. Item Luc. in d. l.
deuotum. loquitur in transfuga, vt deprehenditur
ex iuribus per eum allegatis, & Ferdinādus. quando
prætenditur iurasse, erat in loco subdito hosti-
29 bus, & sic non transfuga, qui propriè est, * qui malo
animo & proditoris consilio patriam dereliquit,
& in hostes se conuertit, per textum in l. postliminio.
§. transfugam. ff. de capti. & postlimin. reuer.
vel aliàs, vt declarat Barto. in extrauagan. quoniam
nuper. est ille, qui se rebellat principi, transfugiendo
ad hostes, & se in eos conuertendo. Item
adest insuper pro ipsa magnifica Porcia, fideicommissum
contentum in testamento eiusdem Ferdinandi,
comprehendens omnem casum, etiam simplicis
obligationis. Item & secundò comprehendens
casum etiam extremæ necessitatis, pertentæ
ex turpi causa, vt est causa delicti. Tertiò & vltimò,
quia fideicommissum prædictum respicit fauorem
omnium coniunctorum, quos expresse testator
vocauit in casu * alienationis, & sic dicta 30
bona præseruauit à dicta publicatione, vt plenè
Bartolus in l. Imperator. ff. de fideicommissar. liber.
& in l. si quis in tantam. C. vnde vi. & Modern.
in l. filiusfamil. §. diui. ff. de legat. j. & latissimè per
Alexandrum in consilio xxiiij. primo volumi. &
per Deci. in consilio ccccxlij. in tertio volumine.
Nec obstaret, si diceretur, alienationem fuisse prohibitam
à testatore per contractum, & non per delictum,
cum apud omnes scriben. sit vera * conclu- 31
sio, quòd prohibita alienari, non publicantur per
delictum: & si verum esset, quòd prohibitio testatoris
intelligeretur de alienatione per cōtractum,
& per consequens hominis, nunquàm haberet locum
conclusio prædicta: nam semper dici posset,
quòd publicatio per delictum, non esset alienatio
hominis, sed legis: & tamē nemo est, qui dictę conclusioni
repugnet. Nam, vt dicunt * præfati docto. 32
illa quæ non possunt transire in extraneum, non
possunt transire in fiscum, qui loco extranei successoris
habetur. l. iura libertorum. & ibi Bart. ff. de
ope. liber. cum aliis concordan. allega. per Alexandrum
in dicto consilio axiij. primo volumine. Pro
parte verò præfati magnifi. Secretarij Vrsancha,
adducebatur præfatum Ferdinandum fuisse * re- 33
bellem per iuramentum homagij præstitum inuasoribus,
vt decidit Luc. de pen. in l. deuotum. C. de
met. libro duodecimo. per text. in l. ij. ff. ad legem
Iuliam maiest. ibi: priuatus ad hostes. cum aliis per
eum adductis: item quia de rebellione fuit capta
informatio, per quam rebellis declaratus fuit per
illustrissi. Principem Orangiæ, vt in * prouisioni- 34
bus per ipsum expeditis manu quæstoris, & aliorum
dominorum adparet, ac etiam per Cæs. priuilegium
in actis productum; quibus omnino standum
est, vt dicat Andr. de Iser. in capitul. j. qui successe.
ten. & in capitulo primo. §. sed nec est alia. quæ
sit pri. cau. benef. amit. & magis in specie in capitu.
primo. in fin. de controuer. feud. apud par. ter. &
not. Capi. in capi. Imperialem. in j. & ij. not. de prohibi.
feud. alien. per Federi. & per consequens Ferdinandus
habuit fiscum in his introitibus successorem.
l. tutoris. & ibi not. C. ad legem Iuliam de
vi. alius nanque ei hæres existere non potuit, vt in
l. quisquis. C. ad legem Iuliam maiest. Nec suffraga-
tur eidem * indultus generalis, cum in eo reseruati 35
sint introitus regales, vt per Andream & Afflic. in
ver. portus. & in versi. riparica. & in versi. vectigalia.
in titu. quæ sint regal. & in capit. Imperialem. §.
sed nec dominus. de prohib. feud. alien. per Federi.
Item, mercedes & donationes adparent à præfato
indultu etiam exceptæ & reseruatæ, & introitus
ipsi fuerunt donati quondam Ioanni Angelo sancta
fe. vt in priuilegio ex aduerso producto: & licet
dicatur hos fuisse permutatos cum bonis aliis
donatis, nil refert, subrogatum enim semper sapit
naturam eius, in cuius locum subrogatur; vulga.
l. si eum. §. qui iniuriarum. ff. si quis cau. Attenditur
ergo principium & origo per text. not. in l. si
donatio. §. si sponsus. ff. de dona. inter vir. & vxor.
subsecuta insuper Cæsaris declaratione, indultum
non comprehendere bona alteri concessa, etiam

sub conditione, prosecuta declaratione &c. verba
sunt clara, quæ quæstionem non admittunt. l. ille
aut ille. §. cum in verbis. ff. de leg. tertio. sed introi-
tus prædicti fuerunt alienati Ioãni de Ventosa, an-
te indultum nihil obstat, quòd conuentus non sit
hæres præfati Ioannis, cum aliis titulis habilibus
in processu deductis, sit dominus & possessor. Suf-
36 ficit enim quòd bona prædicta semel ab * indultu
exclusa fuerint, quia sic perpetuò remanent, vt di-
cit Andreas in capitulo primo. §. quinetiam epis-
copum, vel abbatem. & in capit. primo. §. penult.
quibus mod. feud. amit. & ibi dicit Bald. quòd om-
nis exclusio, mors est: & si demum ad Regem per-
uenerint, non debent restitui indulto. Ita decidit
Andreas de Iser in capitulo primo. in fin. de vasal.
decrep. ætа. Nec militabit, quòd non adpareat Io-
annem de Ventosa superstite tempore publicatio-
37 nis indultus, * quia præsumitur viuere vsque ad an
nos lx. l. hæreditatum. ff. ad legem Falcidiam imò
vsque ad centum, per textum vulgat. in l. fin. C. de
sacrosanct. eccle. & hæc præsumptio vitæ, transfert
onus probandi morté in aduersarium, vt not. Bart.
in l. prima. §. si dubitetur. ff. quemadmodum testa.
ape. & similiter cum Ioan. de Ventosa fuerit domi-
nus & possessor, præsumitur durare. Bart. in l. qui-
dam in suo. ff. de condition. institu. & text. cum ibi
not. in l. siue possidetis. C. de probat. Actrix con-
trarium non probauit, ergo &c. vnde patet Ferdi-
nandum fuisse rebellem, & sic suis successoribus
38 nullum ius competere. Et minimè suffragari * po-
test fideicommissum propter prohibitam aliena-
tionem, argum. not. in l. imperator. ff. de fideicom.
liber. & not. Alexan. in consilio xxiij. primo volu-
mine quia hæc prohibitio facta adparet fauore hæ-
redum institutorum, ne dissiparent, vt in ea est vi-
dere: & in casu contrario non fuit contemplatus
testator certam personam, siue eius familiam, vt
not. in l. filiusfamil. §. diui. ff. de lega. primo. & sic
39 sequitur, * quòd prohibitus alienare ob sui fauo-
rem, delinquendo, habet fiscum in successorem.
Ita Bartol. in l. si quis in tantam. versicu. debes sci-
re. C. vnde vi. Alexand. consilio lxxxviij. versiculo
quarto. in tertio volumin. & not. Deci. in regu. fu-
riosi. ff. de regulis iuris. Item in casu præsenti non
40 est prohibita alienatio * simpliciter, sed per contra
ctum duntaxat inter viuos, vt apertè in verbis pro
hibitionis demonstratur: & in specie ibi alius con-
tractus alienationis non prohibetur, vt not. Bald.
& Paulus de Castro. in l. non solum. §. quæritur. ff.
de procur. Ex quo sequitur, quòd alienatio per de-
lictum non includatur, & proinde prodigus prout
erant filij & hæredes præfati quondam Ioan. An-
geli, quibus, vel cui erat interdictum bonis, licet
41 * contrahere nequeat, tamen delinquendo alienat,
vt per Iaso. post alios in l. is cui bonis. versiculo
septimo quæritur. ff. de verborum obligatio. & Ri-
pa ibidem. versiculo in text. ibi: promittendo. nu-
mero 153. Et præmissis accedant not. per Imolam
in l. si ita quis. §. ea lege. ff. de verborum obligatio;
quæ refert & sequitur Alexander in l. si finita. §. si
de vectigalibus. versiculo vel refertur. ff. de dam.
42 infec. qui voluit, * quòd prohibita alienatione per
contractum, permittatur alienatio alio modo, pu-
ta per testamentum: argument. l. verba contrahe-
runt. ff. de verborum significatio. & quod deterius
est, aperiretur via fraudibus: nam prohibendo alie-
nationem, permitteretur impune respectu bono-
rum huic grauato rebellionis crimen committe-
re, quod satis absurdum videtur. vnde si feudum
* alicui concedatur, cum pacto quòd ex sui culpa 43
non posset eo priuari, hoc limitatur non procede-
re, vbi crimen siue culpa consistit in committen-
do, vt nó. Aluaro. in capitulo primo. §. porrò. qual.
olim feud. alie. pot. Quinimò dicit singulariter Bal
dus in l. prima, versiculo duodecimo. quæro. ff. de
rerum diui. quòd in præmissa * quæstio nullatenus 44
potest remitti id, quod debetur iure personæ, non
autem respectu rei concessę, vt est in casu pręsenti,
quia hic debebatur fidelitas Regi, non ratione feu
di, sed ex sua persona, quia vasallus ligius, vt not.
Andr. in capitulo primo. in principio. qual. vasall.
iura. deb. fidel. concurrente maximè, cum hic tra-
ctetur de bonis regalibus concessis per Regem: &
si in * feudum non tenerentur, sine tamen consen- 45
su Regis fortè alienari non potuissent, vt dicit no.
Bald. in l. iudicium. ff. de aqua plu. arcend. Præter-
eà, dato quòd prohibitio procederet, etiam si de-
linqueretur, quod expressè negatur, * nó est veren- 46
dum, quòd filius quantũcunque prohibitus vsque
ad legitimam sibi competentem sine onere posset
de bonis prohibitis alienare, vt no. in d. §. diui. per
text. in l. quoniam in prioribus. C. de inoffic. testa.
quod etiam in dicta prohibitione est reseruatum,
vt in testaméto prædicto adparet: & per prius alie-
natum computatur in legitimam. l. Marcellus. §. si
res. & ibi notatur. ff. ad Trebellian. & in l. in quar-
tam. ff. ad legem Falcidiam & per Alexand. in con-
silio tertio. in tertio volumine. cum simili. & legi-
tima, quæ præfato Ferdinando spectabat in bonis
patris, excedebat valorem dictorum introituum,
vt liquet in processu inter actricem & Andræam
sancta fę: & ideo in hoc prohibitio alienationis ni
hil operatur. Nec refragaretur, vt prætenditur, fuis
se solutum aliis creditoribus vsque ad legitimam
per iudicis decretum, quasi hoc fisco & concessio-
nario nocuerit, & præsertim cum prætendatur fi-
sco in præfatis bonis ius aliquod non competere
ante conditionem, per not. Barto. in l. post contra-
ctum. ff. de dona. quia respondetur pluribus mo-
dis. Et primò quòd dicti introitus fuerunt cõcessi
præfato Ioanni de Ventosa, ante graduationem:
imò priusquàm alij essent creditores, vnde legiti-
ma in eis confusa fuit. dicto §. si res. & iuribus su-
prà allegat. Si enim * post sententiam est ius quæ- 47
situm in re fisco, ita quòd id alienari non potest, vt
not. Cyn. Angel. & Salyc. in l. si quis post hac. C. de
bon. damna. Barto. in dicta l. post contractum. not.
in l. rescriptum. ff. de pact. ergo multò fortius post
adprehensam possessionem per fiscum seu alium
de eius mandato. Præterea, in crimine * læsæ ma- 48
iesta. statim eo cõmisso, bona sunt affecta, ita quòd
alienari non possunt, & taliter delinquenti est in-
terdicta administratio. l. ex iudiciorum. ff. de accu-
sa. & in l. quæsitum. ff. qui & à quibus. & l. fina. ff. ad
legem Iuliam maiest. & hoc maximè procedit in re
gno, vbi * per capit. bona proditorum. & per capit. 49
die Mercurij. ipso facto dominium bonorũ trans-
iuit in fiscum, quæ capitula nó distinguunt, an de-
lictum

lictum sit notorium, & ideo nec nos distinguere
debemus.l.de pretio.ff.de publi.in rem actio. & sit
hoc quoque delictum notorium, cùm de eo con-
stet ex actis, quæ notorium inducunt.capitul.cum
olim.de verborum significatione not.Abb.in cap.
vestra.de cohabi.cleri. & mul. patent nanque præ-
dicta ex suprà allegatis priuilegiis, quibus, vt dixi
credendum est. vt per Andr. in capitulo primo. in
fin.de controuersi.feud. apud pares termi.Nec de
50 fideicommisso * sermo haberi debet, cum hac via
actum non sit, ne offendatur regula. l. vt fundus.
cum similibus. ff. communi diuidun. agitur enim,
vt ab hærede Ferdinandi, in cuius hæreditate fidei-
51 commissum non remansit, nec * ei opitulatur clau-
sula: ad prædicta petens se admitti omni meliori
modo &c. quia hæc clausula nõ porrigitur ad non
expressa in libello. Abb.in capi.secundo. de ordin.
cogni.& in cap.examinata.de iudi.& nota.in l.vi
num.ff.si certum petatur. Nec in hoc factum con-
silium vtetur dispositione not. in l. Aemilius Lar-
52 gianus. ff. de minor. attendendo * veritatem vbi-
cunque pateat, quia non adpares veritas, vbi con-
uentus se non defendit, vt nota. dicit Claud. de
Seysil.in l.prima.ff.de offic.asse.quinimo ipsi actri-
53 ci actio * ad fideicommissum competere non po-
test, cum non adpareat hoc fideicommissum ab ho-
norato fuisse acceptatum, & consequenter ad ex
traneos non est transmissum. l. quoniam sororem.
C.de iur.deliberan.l.prima.C.de his, qui ante aper-
tabul.l.vnica.C.de cadu.tollend.& not.per Barto.
in l.ex facto.ff.de hæred.instit.& tantò magis, cùm
hæc actrix, quæ vellet forsan fideicommissum ac-
ceptare, non est illius fideicommissariæ hæres, vn-
de postquàm præfatæ magnificæ Portiæ cõsultum
est per instrumentum cessionis, quòd si bos redi-
tus recuperare non poterit, in aliis bonis satisfiet,
non conuenit delicta remanere impunita, per l. si
ita vulneratus. ff. ad legem Aquiliam. & proinde
quod deductum est in pœnam, remanere debet, &
super aliis ius prætendens gressus dirigat, not. An-
gelus in l.prima.in principio.ff.ad Sillan. & sic ab-
soluendus est magnificus conuentus: pro quo po-
tuisset etiam adduci ad huiusmodi priuationẽ bo-
54 norum legitimè processum fuisse * cum assertione
illustris. Principis Orangiæ, & successiuè Serenis.
Imperatoris declarantis præfatum quondam Fer-
dinandum rebellem, standum videtur. per clemen.
j.de probatio. & not. Cardin. in suo consilio cxx-
vlij.in quæstio. quæ vertitur. & Alexander in con-
silio xv. visis narratis. in quinto volumine cùm Im
perator ipse sic attestetur & dicat, videtur eius ver
bis præcisè standùm, adeò quòd in contrarium
probatio non admittatur: vt pulchrè dicit Petr.de
Ancharan.in suo consilio ccxciij. vltra alia solenni-
ter allegata.& Sozin.in consilio lxxxvij. visa inue-
stitura. in tertio volumine. Præmissis itaque pro
maiori parte per aduocatos ambarum partium ad-
ductis. quid ergo dicẽdum in tanta varietate? Con
siderani etiam posse pro parte magnificæ actricis
55 adduci, quòd si vasallus * commisit culpam seu fe-
loniã, & essemus in feudalibus, feudũ quo ad vtile
dominium amittitur ipso iure. Verùm quo ad pos-
sessionem auocandam, est necessaria sententia. Ita
in particulari tenet Andreas de Isern. in sæpius al-

legato §.calidis.post glo. in versi.reuertatur. Idem
Andr.in capi.j.§.nec & alia.quæ fit pri.cau.benefi.
amit.& in c.j.de natu.suc.feud. & in c.si.quo tem-
po.mil.& in c.j.de pa.iur.fir.& in c.j.de capi. Cor-
ta.in crimine * verò læsæ maiesta. ipso iure amitti- 56
tur dominium: sed est necessaria sententia ad effe-
ctum auocãdi possessionem: vt dicit Andr.de Iser.
in d. §. calidis. licet ante Andr. ita dixerit Azo. in
sum.C. vnde vi. dum allegat l.j.C. de pet.bo. subla.
lib.xj.& ibi dicitur deprehensus & punitus. In hoc
tamen * regno amittitur dominium ipso iure: per 57
c.bona proditorum.& per ca.die Mercurij. & nu-
per apud Tranum.& quoniam frequentatur.est ta-
men aduertendum, quòd dicta capitula loquuntur
in notorio rebelle, vt dicit Luc. de pen. in apostil.
super d.c.nuper apud Tranum.& ibi dicit, quòd in
proditore * manifesto & publico non requiritur 58
sententia, sed in occulto tenet, quòd non potest
damnari, nisi fuerit citatus, & conuictus aut con-
fessus, & ad suas defensiones admissus. allegat cap.
nos in quenquam.ij.q.j. & alia multa. cc. decreto-
rum. & quòd d. cc. regni ita intelligantur, firmat
Capi.in d.§.calidis.recitando verba Lucæ, dum di-
cit formaliter: & in regno contra notorios prodi-
tores non est necessaria citatio, & in d.c. Regis Ca-
roli primi.nuper apud Tranũ. Sed in casu præsenti
non adparet rebellionem fuisse notoriam, nec in
priuilegiis concessionum. nec alibi, & ideo non
poterat sic de facto possessio bonorum à se auoca-
ri, non præcedente sententia, quia etiam quòd pos-
sit dici absque veri præiudicio, ipso * iure priuatus: 59
tamen ante sententiam declaratoriam non potest
dominus se intromittere in corporali possessione
feudi, nec feudum ad se aduocare absque causæ co-
gnitione, & non facta prius declaratione super pri
uatione feudi; per capitulum, licet episcopus. de
præben. in sexto. ita not. dixit Bald.in capi.quæ in
ecclesiarum.extrà de constit.& in d.§. calidis. Re-
fert & sequitur Alexand. in consil. ciij. primo vo-
lumi. videtur prima consideratione. maximè cùm
* omnia iura mundi, disponentia pro aliquo crimi- 60
ne imponi pœnã ipso iure, intelligi debeant, dum-
modo sequatur sententia declaratoria: aliàs pœna
non posset locum habere. Ita voluit Io.Andr. post
Archidia.in capit.pro humani.de homici. in sexto.
Bald.in authent. qui semel.C.quomodo & quando
iudi.& in cap.primo.de feu, si cul.non amit. Felyn.
in capitu.cùm non ab homine.de iudic. Iaso.in l.si
quis maior. C. de transactionibus & sic sequitur,
* quòd si bona venirent publicanda per senten- 61
tiam, & non ipso iure, si ante sententiam culpa re-
mittitur, prout in casu præsenti ob secutum indul
tum, non posset demum ferri sententia: vt dicit
Andr.in dicto capi.primo.de vasal.decrep.æta.ma
ximè dum ageretur * de re allodiali & non feudali, 62
quo casu requirebatur sentẽtia priuatiua pro per-
ditione dominij, vt dicit Lucas in l.cùm allegatis.
C.de re milita.libro xij. post Andr. in §. si autem
dixerit, quo tempore militandum.& optimè Mat-
thæus de Afflic.in constitutione regni, si dubitatio.
& tamen dato * quòd esset feudum. nõ posset Rex, 63
vt dixi, absque causæ cognitione ipsum priuare, eo
prius non conuicto, vt decidit Andræas, in dicto
§.calidis.& Alexander, in suo consilio cxxiiij. pri-

mo volumine. & in consilio ciij.suprà allega. qui-
64 bus non præcedentibus, * standum non erit assertioni cuiusuis principis asserentis aliquem suum rebellem,priuando ipsum bonis, & concedẽdo alteri, etiam si foret Imperator, cùm soli Papæ hoc liceat: ita in propriis terminis consuluit Deci.in suo consilio cccc ix. in tertio volumi. allegat consilium Pauli de Castro clviij. viso & examinato puncto.& Sozi.in consi.cxxvij.in præsenti consultatione. & idem consuluit Deci. infrà allegans, respondendo multis motiuis in contrarium adductis,ex præmissis,in consilio dxliij.in tertio volu. sed quia per annos xxx.& plus,in quibus per diuersa tempora vacaui in officio iudicatus magnæ & vicariæ curiarũ, supremorum tribunalium totius regni, & per alios annos xij. vt regius consiliarius vsque nunc,prout in præsentiarum similiter in Sacro Regio Consilio, in quo licet indignè, motu proprio nostri inuictiss.ac munificentissi. Cæsaris Caroli.v. assumptus fui, nunquàm euenit aliquis rebellionis casus in practica,ex quo deliberare potuissem,quid impræsentiarum decidendum foret, in tanta opinionum diuersitate, ideo ne mihi contingeret in hac ætatis grauitate septuagenaria & plus delirare, à quo in iuuentute me abstinere nixus sum:ideo me remittendum censui religioni,iudicio,& conscientiæ horum excellentissi. patrum conscript.regentium regiam Cancellariá,qui post huius inclytæ & fidelissi.ciuitatis Neapo. obsidionem,multas & quamplures causas rebellium deciderunt, & obseruantiam ac interpretationem iurium & capitulorum regni in similibus practicauerunt.& tandem in præsentia illustrissimi domi. Proregis ac Capitanei generalis in regno dni Petri de Toleto, causa ipsa ipsa notata per Sacrum Regium Consilium, & præfatos D. regentes fuit decisum, præfatum magnificum Vrsanca secretarium fore & esse absoluẽdum ab impetitione præfatæ Actricis, reseruatis iuribus eidem, aduersus creditores possidentes bona præfati. quæstione Ferdinandi.

SEQVVNTVR DECISIONES duæ,nempe CVI. & CVII. ab eodem authore in hac editione additæ.

SVMMARIVM.

1 *Scriptura notarij reperta inter eius scripturas, etiam si mortuus sit notarius & testes, potest de voluntate Iudicis in publicam formam redigi.*
2 *Constitutio etiam correctoria, reducens dispositionem ad ius commune, dicitur fauorabilis.*
3 *Princeps potest concedere priuilegium in præiudicium iuris alteri quæsiti, si per illud res reuertatur ad ius commune, seu ad eius naturam.*
4 *Statutum quòd agnati debeant causas comprimere tero, extenditur ad filium emancipatum.*
5 *Protocolli appellatione quæ veniant.*
6 *Dispensationes dicuntur odiosæ, nisi per illas res reducatur ad ius commune.*
7 *Res reducitur ad ius commune & antiquum per dispensationes.*
8 *Concedens videtur concessisse illud, de quo si fuisset interrogatus, vtique concessisset.*
9 *Instrumentũ præsumitur solenne si fuit obseruatũ.*
10 *Inuocatio diuini nominis an sit de substantia instrumenti.*
11 *Nomen Imperatoris si omittitur in instrumento, non vitiatur.*
12 *Dictio &c. apposita in principio instrumenti operatur, quòd videntur in eo apposita omnia requisita tam de iure quàm de consuetudine.& nu.13.*
14 *Omissio millesimi an vitiet instrumentum.*
15 *Notarius præsumitur rogatus si instrumentum reperitur descriptum in actis notarij, vel si reperitur in filza, vbi sunt aliæ scripturæ habentes talem registum.& nu.16.*
17 *Instrumentum habens additionem in margine, quam notarius nõ asserit esse sua manu scriptam, redditur suspectum.& nu.18.*
18 *Signum notarij an requiratur in notis seu abbreuiaturis.& nu.27.*
19 *Signum notarij quare apponatur in instrumentis.*
20 *Testamentum si reperitur extra protocollum & absque signo notarij, an possit reassumi.& nu.30.*
21 *Nota testamenti carens aliquibus solennitatibus, an possit redigi in publicam formam.*
22 *Possidens rem sibi relictam in testamento minus solenni, potest agentem exceptione repellere.*
23 *Nota non præsumitur lecta seu stipulata nisi probetur.*
24 *Notarius debet asserere se fuisse rogatum, aliàs non præsumitur.& nu.25.*
26 *Testes testamentarij debent esse rogati.*
27 *Nota non signata signo notarij fidem non facit.*
28 *Subscriptio notarij an requiratur in notis.& numero 29.*
31 *Dictio quando importat conditionem.*
32 *Clericus vtens statutis laicorum, debet vti eo modo quo statuta loquuntur.*
33 *Testes deponentes aliquam scripturam scriptam videri manu talis notarij non probant, nisi deponant vidisse notarium illam scripsisse.& nu.34.*
35 *Scriptura notarij continens heredis institutionem & legata, si non apparet testatorem plus scribere voluisse vel non, puta per subscriptionem notarij vel per eius signum, etiam quòd fuerit reperta inter notas seu abbreuiaturas notarij, non potest reassumi.*
36 *Notarij quolibet anno debent cõficere librum suarum rogationum.*
37 *Instrumento non creditur, nisi repertum sit in protocollo.*

DECISIO CVI.



IN causa honorabilis Leonardi Piscæ de Barulo cum honesta muliere Iacoba de Pomis; prætẽdit Leonardus ipse se substitutum hæredem quõdam Angeli magistri Petri sui patrui in quodam suo vltimo nuncupatiuo viræ eulogio, in quo iudex, notarius,& testes nominati decesserunt, ob quod Leonardus ipse oblato memoriali Illustriss. Proregi petendo testamentum prædictum in publicam formam redigi virtute capituli nouiter concessi per Cæsar.Maiesta.ad supplicationem inclytæ ac fidelissimæ ciuitatis Neap.quo cautum apparet, vt defunctis

functis notario, iudice, & testibus, repertn contractu in protocollo notarij defuncti eius manu scripto, & quòd fit bonæ famæ, conditionis & vitæ, Illustrißimus Prorex cum opinione sacri Regij consilij posset illum reassumi facere: & sic remissa causa ipsa reassumptionis in sacro Consilio, & mihi commissa, ac intimata prædicta Iacoba herede præteusa prædicti quondam Angeli ac posseditrice hereditatis prædictæ, dicebatur pro parte prædicti Leonardi omnia requisita ad obtinédum reassumptionem prædictam concurrere. Et in primis fuit comperta nota eiusdem quondam notarij Stephani granatæ eius manu scripta in eius fasciculis & scripturis cum aliis notis testamentorum & codicillorum. Secundò apparet verificatum eundem fuisse optimæ vitæ, conditionis & famæ. Et præmissa dispositione capituli prædicti non odiosa sed fauorabili, tanquam conseruante voluntatem testatoris, cuius amplius non redit arbitrium quod fauorabile est, vt per illum tex. inquit Bal. in l. gallus. §. quid si is. ff. de libe. & posthu. cui concomitatur text. in l. vel negare. ff. quemadmo. testa. aper. dum dicit, reipublicę interesse suprema hominum iudicia exitum habere: maximè, cum per illud videatur res ad ius commune reduci, quo disponitur
1 quamlibet scripturam* notarij repertam inter scripturas notariorum seu notas, quantuncunque essent mortui notarius, iudex, & testes posse per aliū notarium de voluntate iudicis in publicam formam redigi, vt cātat tex. in c. cum P. tabellio. extra de fide instrumento. cum cæteris concord. & demum alteratum ius commune per subsecutā constitutio. regni, Baiulos omnes. per quam permissa erat reassumptio, si duo saltem testes superfuissent superstites, & eandem subsequente capitulo præmisso quo omnibus decedentibus permissa est reassumptio modo quo supra, videtur res redacta ad ius commune & antiquum. succedit bene gl. in c. statutum. in versiculo, numerandum. de præbend.
2 in sexto. dum dicit quòd* constitutio etiam correctoria, per quam res ad ius commune reducitur, fauorabilis iudicari debeat, cum res de facili ad eius naturam veterem reuertatur. l. iurisgentium. §. pactus ne peteret. ff. de pactis. cum vulga. hinc dicebat Abb. Panor. in c. veniens. col. viij. de præscript.
3 quòd potest* princeps in præiudicium iuris alteri quæsiti concedere priuilegium, si per illud res reuertatur ad ius commune antiquum, & sic ad suam naturam: & multa ad propositum congerit Romanus, in suo cousil. cxviij. quæritur an iste Christophorus. & Decius in l. fi. C. vnde cogna. & in c. cum accessissent. de consti. Et sic præsupposito d. ca. fauorabili, in eo contenta largè & impropriè capienda sunt per text. in ca. cum dilecti. extrà, de donat.
4 per quem textum dixit* Bal. in l. qui se patris, vlti. col. C. vnde liber. quòd statutum disponens, quòd agnati teneantur compromittere, ex quo fauorabile est, extendi debet vt comprehendat filium emancipatum, & nepotem natum & cōceptum post emancipationem: quamuis largè & impropriè sint agnati: quod dictum reputant singu. Roma. & Alexand. ibi. vnde quantuncunque strictè sumpto vocabulo protocollū dicatur liber, vbi seriatim notarius scribit per ordinem instrumenta, vt doctores considerant in l. si quis ex argentariis. §. si initium. ff. de edendo. tamē large* intelligendo & im- 5
propriè, rogatio, nota, & imbreuiatura, ac protocollum, idem sunt, vt dicit Abbas in c. j. in prin. de fide instru. Salic. in l. contractus. C. eo. titu. iij. colū. nec obstaret quatenus diceretur capitulum istud derogatoriū constitutionis esse odiosum, cum contineat quòd possit illustris. prorex dispensare cum opinione sacri Regij cōsilij, & dispensationes * vi- 6
dentur odiosæ, vt in ca. j. & ij. de filiis presbyt. quia hoc non obstat quominus fauorabile iudicari non debeat, cum * per dispensationes res reducatur ad 7
ius commune & antiquū: ita in particulari consuluit Aymo. Crauett. in cons. cxxxv. vbi loquitur in principe concedente priuilegium de aliquo feudo alicui pro se & primogenito, subdendo hæc verba, videlicet: Reseruata nobis potestate dispensandi cum aliis filiis. quòd si demum dispensauit cum aliis filiis, dispensatio hæc iudicatur fauorabilis, cum per eam reducatur ad ius commune antiquum. Item præsupposito, quòd vt plurimum testamenta & codicilli non describuntur per notarios in protocollis, sed in fasciculis, vt plene probatū est, & testatur Afflic. in decis. clxv. ita esse de more
notariorum. infertur ergo, quòd * non expresso ali- 8
quo per concedentem, de quo si fuisset interrogatus concedens, pariter concessisset, illud habetur pro expresso & cōcesso: vnde si Cæsar noster interrogatus fuisset, si testamentum repertum in fasciculis manu fidelis notarij scriptum, stante dicto more & stylo notariorum testamenta in fasciculis apponere, an reassumendum esset, absque dubio idem concessisset: & sic pro expresso haberi debet, iuxta gl. in l. tale pactum. ff. de pact. & textu in l. fin. secundum Bartol. Bald. & Angel. ff. de hæredi. institu. & in l. Barbarius. vbi Bal. v. colum. ff. de offic. prætο. Accedit prædictis, quòd nonnulla legata contenta in nota ipsius testamenti, eorum debitum sortita sunt effectum, vt liquet in legato facto monasterio sancti Dominici de quadam vinea pro celebratione anniuersarij pro anima ipsius testatoris ibi sepulti, quam vineam monasterium prædictum ex tunc tenuit & tenet. hinc consuluit Bal. in consi. xxxvij. quidam tabellio. j. vol. quòd dum du-
bitatur* de validitate alicuius instrumenti, seu ro- 9
ctius de solennitate, & reperitur obseruatum prout in eo continetur, quòd solenne præsumendum est, & fides ei adhibenda est, & idem consuluit Bal. in consi. cccclj. an per solam diffamationem. & sequitur consulendo Aymo. Crau. in suo cōsil. clviij. Nec obstare posse videtur, quòd ex parte alterius partis dicitur de nullitate ipsius notæ ob deficientiam diuini nominis, vt videtur tenere gl. in auth.
vt præpo. nomen impera. in* verbo, authore. nam ro
ex communi opinin. cōcluditur id non esse de substantia, sed ad bene esse, vt refert Alexan. in rub. de noui oper. nuntia. & moder. ibi, dicentes hanc esse communem opinio. & conclusionem: & tanto magis cum non sit nota instrumenti, sed testamenti nuncupatiui, in quo de consuetudine non consueuit apponi, sed in authenticis & publicis instrumētis, vt liquet ex fide quamplurium notariorum
in actis producta. Et pari modo * nec officit, quòd 11
deficiat nomē Imperatoris regnantis, quia simili-

rer huiusmodi omissio non habet testamentum, seu eius notam vitiare, per textum dict. authent. vt præpo. nomen impera. prout cõsuluit Abb. in consil. iiij. si rectè eius consilium consideretur. in ij. parte. Et eadem ratione respondetur hoc procedere in instrumentis redactis in publicam formam: & ita videtur loqui tex. in d. §. j. non autem in nota testamenti nuncupatiui, in qua non consueuit nomen
12 Imperatoris apponi. Et nihilominus * per illa verba &c. posita in principio dictæ notæ, intelliguntur apposita omnia requisita, tam de iure quàm de consuetudine. ita Bart. & omnes. quos refert & sequitur Alexã. in l. Gallus. §. idem credendum. ff. de lib. & post. & tenet in specie Laucello. Hispa. in repet. eiusdem. §. obiurgando. Bal. in cap. cum in iure
13 peritus. extrà, de offi. deleg. dum dicit, * quòd si notarius in principio testamenti dicat tali anno, indictione &c. non valet instrumentum. imò dicit communẽ opinio. esse in contrarium, & eius præceptorem tenere, quòd instrumentum valeat, cum sub dictione, &c. censeantur apposita omnia, quæ de iure & consuetudine solent apponi. Et sic aut postquàm sumus in nota testamenti, omissio talis vitiare nõ debet, vel considetata dictione &c. non est omissum nomen Dei nec Imperatoris. Et simili
14 ter nõ habet aliquid officere notæ prædictæ * omissio millesimi, vt per gl. in d. authen. vt præponatur nom. imp. super verbo, authore. nam vt dicit d. glo. & clarius in l. intrigentium. in §. quod fere. de pactis. quam refert & sequitur Abb. in c. j. de fide instrument. quòd licet in Italia de consuetudine apponatur nomen domini, & sic millesimum, est de consuetudine, & sic circumscripta talẽ consuetudinẽ, si aliter esset consuetum, vltima consuetudo attendenda est, & pariter seruanda iuxta textum & ibi not. per doct. C. quæ sit longa consuetu. l. fin. & not. Bar. in l. de quibus. vers. sed quid infra decennium. de legi. de qua consuetudine satis ostensum fuit in actis, etiam per inspectionem testamentorum, ex quorum productione notoria consuetudo probata liquet, vt dicit Bal. in l. j. col. fi. vers. sed hic quæro. C. ad Velleia. & quatenus adduceretur pro defectu testamenti, non apparere per notam prædictam de rogitu notarij, & si non expresso, saltem præsumptio, prout demonstratum est fuisse manu eiusdem notarij scriptam, & insuper repertam in
15 eius sede & actis, ob * quod in ea rogitus præsumitur, vt in terminis tenet gl. in d. §. nos autem. quam ibidem sequitur Ange. per quam ita consuluit Bal. in consi. clvij. ij. volu. si inuestitus chartulam. dum dicit, quòd ex chartula reperta inter acta notarij dum liquet, quòd fuit propria eius manu scripta, potest reassumi publicum instrumentum: cum in ea rogitus præsumatur. ita etiam consuluit Aymo. in d. consil. clviij. & eo magis, cum in casu de quo agitur, fuerit scriptura ipsa reperta in fasciculis, vbi cætera testamenta & vltimæ voluntates conseruabantur per prędictum quondã notarium Stephanum, seu eius notas habentem, rogitum notarij, & cæteras solẽnitates. hinc dicit Are. in l. sciendum. ff. de verb. obli. ix. col. versi. iij. adde vnum ca-
16 sum sing. * quòd si in filza notarij reperitur vnum testamentum, in quo deficiat rogitus notarij, si in illa filza sint alia testamenta habentia rogitum, eo casu præsumitur rogitus: allegat dixisse Bal. & Angel. in l. patris & filij. ff. de vulga. & pupill substitu. Suffragatur insuper, quòd in not prędicta sunt descripti filij testatoris hæredes, & sic verisimiliter institui debebat: tunc in eo præsumitur rogitus: peritia notarij semper præsumitur, vt ibi dicunt docto. Posset etiã adduci, quòd in margine notę prædictæ sit * quædam additio, & non alleret notarius 17 esse sua manu scriptam, & sic redditur suspecta, prout dicit Ioan. Andr. in addi. Spec. in §. ostenso. in addi. incip. Rolandinus. post Spec. in versi. item excipitur. nam vt dicit gl. sing. quã omnes sequuntur in l. fi. C. de edict. diui Adri. tol. quòd si vitium non sit circa ea de quibus quæritur, tale vitium additionis non vrget, prout hic est, cum nulla speretur quæstio de contentis in illa adiectione. & idem dum apparet quòd additio sit in margine scripta manu ipsius notarij certè probat, & est ei fides adhibenda, & non erit suspecta, sed poterit ea sumi publicum instrumentum: ita Bal. in rubri. C. de fide instrumen. versic. modo incidit quæstio. idem Bal. in l. Labeo. §. j. ff. de pact. ita in particulari consuluit Alex. in suo consi. xiiij colũ. iiij. in vj. volum. Vltimò * quatenus dicatur notam ipsam carere si- 18 gno notarij ac eius subscriptione, qua casu videtur nulla, per dicta Specul. in titul. de instrument. edit. versi. item quia non est à tabellione signatum. nam de consuetudine notariorum plenè probata, non consueuit in notis seu abbreuiaturis signa seu subscriptiones apponi: & sic talis consuetudo attendi debet per prællega. doctrinam Bald. in l. prima. in colum. fin. C. ad Velleian. quam in similibus terminis refert & sequitur Deci. in consil. xj. iiij. & v. colum. volu. j. quoniam iudicaudum. & sic cum in vnta prædicta adsint nomina & cognomina testium, videtur testamentum ipsum completum, cum signum * notarij apponi non consueuit, nisi 19 ad denotandum perfectionem actus, vt inquit Bal. in authen. quod sine. C. de testamen. & nihilominus signum notarij si omittitur apponi in instrumento, non vitiatur instrumentum, dicit Alexander, in rubric. de oper. no. non. v. colum. subdens hanc esse communem conclusionem: * & quòd in specie 20 vbi reperitur testamentum absque signo notarij & extra protocollum, quòd ea eo reassumi potest publicum instrumentum, consuluit Alean. in consi. xiiij. in vj. volum. Curt. iunior in consi. clxij. & Aymo. Crau. in consi. clviij. visis actis. qui subdit hanc esse communem conclusionem. idem ante eos tenet Cyn. & post ipsum Salice. in l. contractus. C. de fide instrument. Ex quibus præmissis non videtur vera opinio Luc. de pen. in l. rura. C. de omni agro des. Paul. de Castr. in l. hac consultissima. C. de testament. dum dicebat, quòd ex nota * testamenti, in 21 qua non adest signum notarij nec subscriptio, non posset sumi publicum instrumentum. & Bald. tenet contrarium in consi. cccclxiiij. iiij. volu. dubitatur an dicta scriptura. & accedat pulchrum dictum Imol. in leg. prima. iuncta glossa. in verbo, imperfectæ. ff. quemad. testa. aper. dum dixit, quòd si deficiunt aliquę solennitates in nota testamenti. tamen debet notarius eam redigere in publicam formam, cum illa tamen, quali solennitate reperitur: & præmissa nedum videntur vendicare sibi locum

locum de iure communi, ſed etiam attentis verbis
capituli, in quo continetur vt Illuſtriſsimus pro-
rex poſsit ex cauſis legitimis diſpenſare, quæ cauſæ
legitimæ etiam ſi imperfectum eſſet teſtamentum,
ipſæ videntur eſſe: nam ex teſtamento imperfecto
declaratur voluntas teſtantis, vt in l.fina.C.de re-
bus eo. Item ex teſtamento imperfecto oritur na-
turalis obligatio, vt dicit Bartolus in l.prima.ff.de
condi.indeb.& in l.cum quis.C.de iur. & fac.igno.
22 & intantum hoc eſt verum, *quòd poſsidens rem
in minus ſolẽni teſtamento relictam, poterit agen-
tem exceptione repellere. ita Bar.in l. nemo poteſt.
ff.de legat.j.penu.colum. Tertia cauſa legitima erit:
nam Leonardus iſte eſt nepos teſtatoris, & de eius
proſapia & familia, ex qua reſultare apparet affe-
ctio per textum in l.humanitatis.C. de excuſa.tut.
& teſtator eũdem ſubſtituit filiis ſuis, in quo etiam
magna conſideratur affectio, vt dicit textus in l.
Publius.ff.de condi.& demonſtr. hinc dicebat Bar-
ba. in repetit.l. cum acutiſsimi.C. de fideicommiſ.
quòd diſpoſitio dict.l.habet locum in filiis fratris,
& ſic in nepotibus ratione affectionis & ſanguinis.
quo caſu concedẽda eſt dicta reaſſumptio: & ita ex
maiori parte præmiſſorum firmabãt aduocati præ-
dicti Leonardi actoris. Pro parte autem honeſtæ
Iacobæ dicebatur, quòd prædicta nota, ex qua pe-
titur inſtrumentum teſtamenti reaſſumi, non ap-
23 paret quòd aliter fuerit * lecta aut publicata, nec
præſumitur niſi atteſtetur, etiam quòd conſtaret
fuiſſe ſcriptam per eundem quondam notarium,
vt inquit Baldus in l.ſtatutis.in princip.C. de ſen-
ten.ex breuic.recit.per text.in l.fideicommiſſa.§.j.
ff.de leg.iij.refert & ſequitur Iaſon in l.ſciendum.
xiij.colum.verſicu.tu confirma.ff. de verbo. oblig.
24 imò nec apparet * notarium ipſum fuiſſe rogatum,
prout eſt de ſubſtãtia, ad hoc vt eius ſcriptura pro-
bet, vt in §.nos autem. in authent. de tabell. & ibi
not.& in c.cum P.tabellio.de fide inſtrumen. Nec
ſufficeret reſpondere, quòd præſumitur rogatus,
licet de rogitu non liqueat, prout dicit gloſſ.in di-
cto §.nos autem.cùm communis opinio ſit in con-
trarium, vt not. Innocentius & alij poſt ipſum in
dicto cap.primo.de fide inſtru. vbi ſubdit eſſe vtile
25 * notarium atteſtari in dicto inſtrumento ſe fuiſſe
rogatum: aliàs ſi non faceret, & aliter conſtare
non poſſet de rogitu, inſtrumentum non valeret,
vt tenet Specul.& poſt ipſum Ioannes Andræas in
dicto titu.de inſtru.edit.§. breuiter.verſic. & not.
& in tit.de teſte.§.j.verſi.quid ergo ſi dicatur. in fi.
Bar.& Angel.imo.& Alex.& Mod. in l.ſciendum.
circa fin.ff.de verb.oblig. & licet Bart. ſequatur il-
lam glo. in d.§.nos autem. quòd præſumatur roga-
tus, quando cõcurrit alterum de tribus, videlicet,
vel quòd notarius dicat, publicaui: vel quòd dicat,
rogatus ſcripſi: vel ſimpliciter, ſcripſi: & reperiatur
in quinternis rogationũ inſtrumentorũ: cum quo
in omnibus tranſeunt præallega.in d. l. ſciendum.
attamẽ omnia prædicta tria deficiunt in caſu præ-
ſenti. Item minimè reperta eſt in libro ſeu quinter-
26 no rogationum, ſed in faſciculo ſeu filza. Nec * ap
paret teſtes fuiſſe rogatos, prout in teſtamentis re-
quiritur, iuxta l. hæredes palam.ff. de teſta.§. in te-
ſtamentis.quod non præſumitur, vt not Dyn.Bart.
& cæteri ibidem.& ante eos Specula. in titu.de te-

ſtam.§.primo. verſic.quia ergo.& cæteri in l.ſcien-
dum.& in l.Domicius.ff.de teſtam. Præterea nota
prędicta minimè apparet ſignata ſigno notarij, quo
* caſu fidem non inducit, vt dixit Bal.in l. Lucius. 27
ff.de teſta.mil.in prin.idẽ Bal.in rubr. de fide inſtr.
col.xij.verſi.tertio quæritur nunquid imbreuiatu-
ra.& in l.nemo. C.de aſſeſſo.*Item deficit ſubſcri- 28
ptio ipſius notarij, & ſic minimè probat, vt firmat
Bal.in l.ij.C.de conuen.fiſci deb.lib.xj.& in l.con-
tractus.C.de fide inſtr. & ante eum Specu.in tit.de
inſtrum.edi.§. inſtrumentum. verſi. item quòd non
eſt à tabellione. Iac.de Aret.& Bal. in l.ad teſtium.
§.ſi quis.ff.de teſta.& licet Cy.Bal.& Saly.in l.con-
tractus.C. de fide inſtr. videãtur tenere contrariũ,
attamen pro concordia vide Alexand. in conſilio
cliij. videtur prima cõſideratione, in ij.volumine.
dicendo id procedere, * quando conſtaret per te- 29
ſtes vel per expreſsionem nominis tabellionis in
ſcriptura, quòd talis tabellio, cuius manu erat ta-
lis ſcriptura, tanquam rogatus illam ſcripſerat, ſeu
coram partibus publicauerat. aliàs impoſsibile eſ-
ſet illud procedere, ſi non appareat in ſcriptura
quòd notarius fuit rogatus. * Item non fuit nota 30
illa reperta in libro ſeu quinterno protocolli, ſed
in folio ſeparato in quadã filza ſeu faſciculo, vnà
cum aliis abbreuiaturis vt prætenditur abſque an-
no, & abſque nomine notarij, & abſque rogitu, nec
aliter publicata aut ſubſcripta ſeu ſignata: & ſic
cum in faſciculo ſeu folio de per ſe, nihil probat: ita
Bart. Bald.& Aug. in l. ſi quis ex argentariis.§. ini-
tium.ff.de eden. Clarius & melius Imol. in l.ſcien-
dum.vltim.colum.ff.de verborum obligat. & con-
ſuluit Alexand. in conſilio cxxxiij. videtur prima
conſideratione dicendum. in ſecundo volu. Item
aduertendum eſt, quòd capitulum Cæſ. Maieſt.con
ceſſum, vt contractus ſeu ſcripturæ, in quibus no-
tarius, iudex & teſtes nominati deceſſerunt, poſ-
ſint reaſſumi à protocollis iuxta formam regiæ de-
cretationis in eo contentæ, procedit quando in ip-
ſo protocollo reperiuntur aſcripti, prout ita exti-
tit in prædicto capitulo ſuæ Cæſa.maieſt.ſupplica-
tum:* & ſic prædicta dictio, quando, importat con 31
ditionem, vt per Bart.in l.j.vij.colum.verſic. quæ-
ro de dictione quando.ff.de condi. & demonſt. &
probat bene text.in l.quod pupillo.ff. quando dies
lega.ced. vnde conceſsio ipſa refertur ad ſupplica-
tionem, & ſecundũ eam intelligi debet, id eſt, quan
do in protocollo teſtamẽta reperiuntur, iuxta tex.
in l.ſi defenſor.§.qui interrogatus.ff.de interrogat.
actio.& in cap.inter dilectos.de fide inſtrument.in
§.cæterum.& ſic cum non in protocollo nota prę-
dicta reperta fuerit, ſed in filza ſeu faſciculo de
per ſe, reaſſumi non poterit, maximè cùm ipſemet
Leonardus in ſuo memoriali ita ſupplicauerit, iux-
ta dictum Bald. in l. omni nouatione. C. de ſacro-
ſanct.eccle.ibi, de clericis vtentibus ſtatutis * lai- 32
corum: nam debent vti eo modo quo ſtatuta lo-
quuntur: ſequitur Deci.in l. cum fundus.§.ſeruum
tuum imprudens.iij.colum. v.not.ff.ſi cert.peta. &
ſic cõcurrentibus tot & tãtis defectibus ſ. expreſ-
ſis, nullatenus poteſt imbreuiatura ſeu nota prætẽ-
ſi teſtamenti reaſſumi, vt longe & per minores de-
fectus prædictorum conſuluit in propriis terminis
Alex.in cõſ.cliij.videtur prima cõſideratione dicẽ

dum. in secundo volu. Et si nihil deficit, minimè
probatum apparet notam prędictam seu imbreuia-
turam fuisse scriptam manu ipsius quondam nota-
rij Stephani, cùm testes non deponant vidisse no-
tarium prædictum notam prædictam scribentem
33 * prout requiritur, sed solū deponunt quòd eorum
judicio sit scripta manu ipsius notarij, cū eius ma-
num notam habuerint: quod non sufficit, cùm ad-
hoc vt testes ad præmissa inducti probent, requira-
tur quòd deponant se fuisse præsentes tēpore quo
notarius scribebat, per tex. in auth. si quis igitur. de
instru. caut. & fide. & plenè dnct. per Barto. in l. ad-
monendi. ff. de iureiurand. & in l. scripturas. C. qui
potio. in pig. habe. Cùm id solùm procedat in lite-
ris missiuis, vt in literis & epistolis quæ transmit-
tuntur absenti, quæ probari possunt per testes tales
qui non interfuerunt scripturæ ipsarum, si tamen
habuerunt notam manū scribentis, vt tenent Bart.
& dnct. in l. nuda ratio. ff. de donat. & in repet. l. ad-
monendi. ff. de iureiuran. & hoc per rationem, quia
non potest imputari absenti, cui epistola transmit-
titur, cur testes non induxerit, vt in abbreuiatura
de qua agitur, vbi consueuerunt semper testes ad-
hiberi, cùm pateat etiā in ea testes esse descriptos,
repertam esse in folio de per se in filza & fasciculo,
& non in libro rogationum, vt sic per testes qui
eius scripturæ interfuerunt comprobari potuisset.
& quòd testes taliter deponentes nō probent, nisi
deposuerint vidisse notarium scribere illam scri-
pturam, consuluit Alexan. in consilio cl. vij. col. v.
volu. & in consil. lxxx. viso processu causæ verten-
tis in iiij. volum. Iacob. Butr. in dicta auth. & si con
tractus. Bartol. in l. scripturas. C. qui pot. in pigno.
habe. Panormit. in cap. ij. de fide instrumen. Et ni-
34 mirum si testibus * dicentibus se habere notā scri-
pturam illius qui scripsit non credatur, quia vt di-
cit Bart. in d. auth. & si cōtractus. col. ij. in ver. opp.
dicitur hic. & dnct. in d. c. ij. de fide instr. testes pos-
sunt de facili decipi propter similitudinem litera-
rum, & quia potest quis de facili literas alienas cō-
trafacere: & idem in particulari consuluit Bertr. in
consi. cxl. incip. locatio seu arrendamentum. in ij.
vol. Accedat bene prædictis, ꝙ si dicta nota fuisset
scripta manu quondam notarij Stephani Granati,
non scripsisset in tribus locis dictæ notæ hæc ver-
ba, videlicet manu notarij Stephani: sed scripsisset,
manu mei notarij Stephani: & non in tertia perso-
na, prout scriptum apparet ibi, dicit debere con-
sequi à Nicolao maria vnciam vnā & tarenos de-
cem vigore instrumenti notarij Stephani granati:
& non dicit mei notarij Stephani: & demum ma-
gis infra subdit habere instrumenta domorum &
vinearum celebrata per notarium Stephanum: &
in originali erat appositum cognomen de Grana-
ta, sed reperitur cancellatum: ex quo etiam oritur
verisimilitudo non fuisse scriptum manu ipsius no
tarij Stephani, quia non dixisset per notarium Ste-
phanum, sed per me notarium Stephanum. & vlti-
mo dum testator dixisse fertur, vt in omnibus per-
tractandis per eius hęredes habeant consilium cum
Magnifico Rentio de marra, & cum notario Ste-
phano de granata eius compatre, & non dicit cum
me notario Stephano: ergo non eius manu scripta.
Vnde cum dicta nota concludenter non appareat
probata, quòd fuerit scripta manu ipsius notarij
Stephani: deficientibus insuper nomine regnan-
tis, millesimo, ac rogitu notarij & testium, ac
etiam signo & subscriptione ipsius, nec fuerit di-
cta nota aliter lecta & publicata, & tum quia non
nominatur in ea ipse notarius, nec reperitur in
protocollo rogationū, sed in folio separato à pro-
tocollis, tum maximè quia capitulum concessum
fundatur in protocollo principaliter, prout etiam
ipse Leonardus principalis actor se fundat in suo
memoriali seu supplicatione porrecta Illustr. pro-
regi: dicendum est nullatenus posse testamentum
prædictum reassumi prout in specie consuluit Ioā.
de Ana. in consi. xxxiij. circa primum. in primo du-
bio, & ibi sequitur Ludou. Bologn. in suis additio.
& plenius idem Bolog. in suo consilio xxx. & ideo
magnific. colum. j. & ij. & comprobantur prædicta
per consil. Angeli cexx. ad hoc vt scriptura sit pu-
blica. consil. Cornei ccxxvj. in iij. volu. licet in hac
consultatione. vbi consimilem scripturam chartu-
lam vocant, & ei omnino publicationem prohi-
bent: & cum hac conclusione apparet peritans ire
Paul. de Cast. in l. hac consultissima. ij. col. C. de te-
stamen. dum inquit, * quòd si reperitur scriptura 35
notarij continens hæredis institutionem & etiam
legata, nec apparet quòd testator plus scribere vo-
luerit, & ibidem etiā apposita sint nomina testium,
non tamē fuerit ibi subscriptū nomen notarij, nec
apparet appositum signum, licet reperiatur inter
notas seu abbreuiaturas ipsius notarij prædefun-
cti, & petitur reduci in publicam formam per il-
lum cui sunt commissæ abbreuiaturæ notarij, ad
hoc vt fidem faciat, (aliàs non faceret, si produce-
retur in iudicio illo modo, vt not. in l. contractus.
C. de fide instr. & ibi per Cy. in fin.) quæritur an sic
reassumenda: & dicitur quòd non, quia non dici-
tur perfecta respectu voluntatis, ex quo non adest
ibi subscriptio notarij, quæ designat finem vt hic.
& hinc est, quòd consueuerunt semper notarij se
subscribere & dicere, Hoc actum tali loco in præ-
sentia mei notarij &c. Quibus suffragatur Luc. de
pen. in d. l. rura. ij. col. versic. quintò quæritur. C. de
omni agro deser. lib. xij. vbi in specie commemorat
formam datam in regno, * vt tabelliones singulis 36
annis conficiāt quinternos seu libros rogationum
suarum, & iurent, quòd si quid inuenerint præter
hanc formam scriptum, non habeat effectum roga-
tionis & protocolli vt valeat publicari: ita con-
suluit Angel. in consilio clxxv. vbi ad saturitatem.
Alex. in consil. cliij. in secundo volu. & plenè Ioan.
Rub. Alexan. in consil. xciiij. vbi plenissime. Dice-
bam igitur ego inhærendo præmissis, quòd cùm
non reperiatur scriptura ipsa in protocollo, reddi
tur instrumētum ipsum suspectū: ita dixit Bal. in l.
Cassius. ff. de Senatn. refert & sequitur Iacob. * de 37
San. Georg. in l. fina. C. de edicto diui Adria. & ibi
subdit minimè credendum esse instrumento, nisi il
lud appareat in protocollo, maximè dum petitum
fuit protocollum ipsum exhiberi. idem consulēdo
tenuit Cassan. in consi. lxiij. in ix. colum. & ꝙ non
apparente instrumēto in protocollo nulla debeat
ei fides adhiberi, consuluit Ro. in suo cōsi. clxxiiij.
vltim. colum. amplissime doctor. ex quibus omni-
bus & eorum singulis communi voto conclusum
fuit

fuit me referente, Illustriſ.domino proregi eſſe re-
ferendum petitam reaſſumptionem non eſſe con-
cedendam prædicto Leonardo.

SVMMARIVM.

1 *Stuprum non committitur niſi cum virgine & vi-
dua honeſtè viuente.*
2 *Mulier honeſta dicitur, quæ ab alio cognita non
fuit.*
3 *Stuprum commiſſum cum muliere ſoluta non eſt pu
nibile.*
4 *Iudex attenta qualitate inquiſiti poteſt pœnam or-
dinariam minuere.*
5 *Rapiens mulierē per vim licet puniatur pœna mor-
tis, tamen ſecus eſt, ſi talis mulier fuit prius ab
alio cognita.*
6 *Coitus habitus cum muliere non nupta, & quæ no-
men honeſtæ mulieris non retinet, æquiparatur
coitui habito cum meretrice.*
7 *Scholaris habens acceſſum ad mulieres, quæ fanteſ-
chæ appellantur, non debet puniri.*
8 *Qualitas honeſtatis vel inhoneſtatis eſt maximi
ponderis in crimine ſtupri.*
9 *Teſtes ſingulares admittuntur ad probandum mu-
lierem fuiſſe ab alio cognitam.*


DECISO CVII.



N cauſa Auguſtini Scoppæ cum An-
tonia de Maſſo, & regio fiſco intro-
ducta per remedium appellationis in
Sacro Conſilio à ſententia lata in ma
gna Curia vicariæ cōdemnante præ-
dictum Auguſtinum ad dotandum eandem Anto-
niam, vt prætenditur, per eundem ſtupratam in do
mo ſui patroni, necnon ad relegationem trienna-
lem in inſulam Lipariſ: eſt videndum an condem-
natio ipſa de iure ſubſiſtere poſsit, an liquidò ex
proceſſus meritis appareat Antoniā prędictam eſſe
vilem & leuiſsimæ vitæ & famæ, & hoc vltra teſtes
de viſu, qui de nocte ad lumen candelæ per rimu-
lam oſtij vnus poſt alium viderunt eandem Anto-
niam commiſceri & carnaliter cognoſci in eadem
domo per quendam iuuenem ſatis longè ante præ-
tenſum ſtuprum: ob quod ſatis apparet tempore
prætenſi ſtupri cum Auguſtino prædicto, prædi-
ctam Antoniam non fuiſſe virginem: vnde ſucce-
dit quòd dum mulier, quæ ſtuprata dicitur, tem-
1 pore ſtupri non eſt virgo, * nec vidua, non pote-
rit dici nec figurari ſtuprum cum ea fuiſſe cōmiſ-
ſum. l. inter liberos. §. j. & l. ſtuprum. in fi. ff. de adul
ter. & ſic non vendicabit ſibi locum pœna à iuris
diſpoſitione impoſita contra ſtuprantes, cùm ſtu-
prum cadat in virgine ſeu in vidua honeſtè viuen-
te, vt conſuluit Alex. in conſil. xiij. ij. col. vij. vol. &
2 ſic cùm * liqueat Antoniam prædictam per prius
fuiſſe ab alio cognitam, non poteſt dici mulier ho-
neſta, vt dicit tex. in l. ſtuprum. in fi. ff. de ritu nupt.
quem ad hoc propoſitum allegat Paul. de Caſtr. in
conſi. ccciij. viſo dicto ſtatuto. Alber. in l. raptores.
3 circa fi. C. de epiſ. & cler. dicit, * ꝙ ſi ſtuprum com-
mittitur cum muliere honeſta ſoluta, non eſt puni-
bile, per l. ſi ea. ff. de adult. & l. quæ adulteriū. ff. eod.
tit. & in l. verum. ff. de furt. & not. in §. eadem lege
Iulia. inſti. de publ. iud. hinc eſt, quòd dum quidam
honeſtus iuuenis carnaliter cognouiſſet quandam
puellam in domo patris, & repertus ac captus fuiſ-
ſet cum ea in domo prædicta, & confeſſus fuiſſet
coram iudice eandem carnaliter cognouiſſe, ſed
quòd non cognouerat illam virginem, ſed quòd
fuerat ab alio cognita, prout propriè in omnibus
in caſu præſenti contigit: tandem fuit iudicatum
non poſſe pœna ſtupri conueniri: & ita refert & ſe-
quitur Afflic. ex aliquibus ex præmiſsis in conſtit.
regni, ſi quis rapere. in iiij. col. ſubdens hanc quæ-
ſtionem habuiſſe de facto. Concomitātur huic Au-
guſtino boni mores, honeſtas, ac optima fama eius
& vita bene probatæ, non conſueto aliàs delin-
quere in ſimilibus, nec in alio genere delictorum,
vt per infinitos teſtes probatum fuit nunquam de-
linquere conſuetum: quo caſu etiam dato abſq; ve-
ri præiudicio, * quòd nō probaretur prædictā An- 4
toniam fuiſſe ab alio cognitā, attamen ex huiuſmo-
di qualitate & bonitate ipſius inquiſiti poterat iu-
dex pœnam ordinariā minuere, imò indulgere. l. ſi
Poſsidonium. & l. & ſi ſeuerior. C. quib. ex cau. in-
fam. irroga. ita dixit Gand. in tract. malefi. in verſic.
vtrum pœna poſsit augeri. * Suffragatur pręmiſsis, 5
quòd licet aliàs rapiens mulierem per vim puniri
debeat pœna mortis, hoc tamen intelligendū erit
non habere locū in muliere aliàs carnaliter cogni-
ta per alium, quia præſumendum non erit quòd
eam per vim cognouerit cùm alteri aſſenſerit: ita
conſuluit Paul. de Caſtr. in ſuo conſilio ciij. ſequi-
tur Marſilius, de quo facit magnum feſtum in con-
ſilio xlvij. & in l. maritus. in fin. ff. de quæſtio. Gand.
in rubrica de aliquib. quæſtionib. ſecunda colum.
verſic. quarto de facto. ſubdens ita conſuluiſſe Di-
num: & tenet Alber. in iij. parte ſtatu. quæſt. lij. ver
ſicu. ſed pone aliquis. Item potiſsimè huic * inten- 6
tioni ſubmittitur quòd de coitu non violento ha-
bito cum mulier non nupta, quæ nomen honeſtæ
mulieris non retinet, iudicandum eſt prout de coi-
tu habito cum meretrice: adeo quòd ex iuris diſpo
ſitione non eſt punibile, textus eſt, quem ad hoc
ibi ponderat Bartol. & Angel. in l. ſi vxor. in prin.
ff. de adulte. & benefacit l. quæ adulterium. & quæ
ibi not. & in l. ſi ea. C. eodem titu. & quod notatur
in l. mater. & ibi Angelus. ff. de adult. & quod not.
Bartolus in l. verum. in princip. ff. de fur. & Baldus
in l. penult. C. de adult. ita conſulendo decidit Ale-
xander in prælle. conſilio xiij. ij. colum. circa me-
dium. in vij. volu. vbi etiam adducit Angelum in
dicta l. ſi vxor. dicentem quòd non debent puniri
ſcholares * habētes acceſſum ad iſtas mulieres, quæ 7
fanteſchæ vulgo appellantur, quæ ſtant cum ciui-
bus, & in domibus eorum minus honeſtè viuunt
licet ſint liberæ mulieres: & plus ſubdit ibi Alexan
der in iij. colum. * quòd qualitas honeſtatis vel in- 8
honeſtatis in muliere eſt maximi ponderis in hoc
crimine, quia quando cum muliere retinente no-
men honeſtæ mulieris poterat de iure communi
imponi pœna corporalis, per dictum §. item lex Iu
lia, cum ſequen. tamen ſi erat mulier inhoneſtæ vi-
tæ, contra quam tam pleniſsima inhoneſtate in mul
tia capitibus vltra teſtes de viſu probatur, concu-
bitus tam de iure cōmuni quàm municipali impu-
nitus

nitus apparet: & sic ob inhonestatem resultat maxima alteratio, quæ est apta facere delictum aliàs punibile, ounc impuoibile; coocurrentibus maximè illis testibus de visu deponentibus vidisse per rimulam ostij eandem se carnaliter cognosci facere per alium iuuenem, & tamen hoc non erat de necessitate probandum, cùm iam sufficiebat docuisse per diuersos & plures actus in genere ipsam fuisse & esse inhonestæ seu infamatæ vitæ, iuxta id quod habetur in dicto §. item lex Iulia. cum simili.
9 quo casu * etiam testes singulares sufficerent ad id probandum, quod plus est, & quorum vnus deponeret de voa re inhonesta & alius de diuersa, per not. per gloss. & doctores io l. ob carmeo. §. fina. ff. de testib. per gloss. iij. quæstione viij. cap. nihilominus. per Innocentium io cap. qualiter & quaodo. Io ij. de accusa. Spec. in tit. de inquisi. §. j. ver. quòd si vnus. & in §. nunc tractemus. versic. item sufficit. & ista est communis conclusio secundum Ioan. de Imo. in dicto cap. cùm oporteat. ita plenè post relatos & alios quamplures teouit consulendo Alex. in prædicto consilio xiij. ex quibus concludo mious bene iudicatum per magnam curiam vicariæ contra prædictum Augustinum, & bene appellatum ad Sacrum Regium Consilium. & sic euodem absoluendum tam à condemnatione consignationis dotis quàm relegationis io iosulam: verum pro iniuria illata patrooo seu domino domus prædictæ Antoniæ, cùm in domo prædicta repertus fuerit cum prædicta Antooia, vltra carcerationem ferè annalem esse condemnandum ad exilium per annum continuum extra ciuitatem Neapolit. & eius districtum, ita sententiam dictæ magnæ curiæ Vicariæ reformando. & ita communi voto me referente tanquam regio coosiliario, & causæ prædictæ commissario pronunciatum fuit per sacrum Regium Consilium, & executum nemine discrepante. Thomas Grammaticus.

Finis Decisionum.

Iodex







INDEX ALPHABETICVS EORVM QVAE IN HOC VOLVMINE DECISIONVM NEAPOLIT. CONTINENTVR.

Prior numerus paginam, alter verò marginalem numerum indicat.

assensus

beneficio

casus

cauz

condici-

consuet

cont

debitum

deper

doctorib

donat

dotis

empt

exp

feua

fideiuss

filia

in instr

Index.

iudex

iuram

legata

notar

In notor

papa

pocul

possid

possession

potest

Index.

qualit

remed

res in

simulat

spoliati

testari

testes

testes

testib

transact

tutor

verisim

vita

F I N I S.

Series chartarum huius voluminis.

** a b c d e f g h i k l m n o p q r s t v x y z.*
aa bb cc dd ee ff gg hh ii kk ll mm nn oo pp qq rr ſſ tt vv xx yy zz.
Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Sſ Tt Vv Xx Yy Zz.
AaA BbB CcC DdD EeE FfF GgG HhH IiI KkK LlL MmM NnN OoO PpP QqQ RrR SsS TtT VvV XxX YyY ZzZ.

Omnes sunt terniones præter * & ZzZ, qui sunt duerniones.

